BVLLARIVM

SIVE COLLECTIO

Diuersarum Constitutionum multorum Pontif.

A GREGORIO SEPTIMO. VSQVE AD S. D. N. SIXTVM QVINTVM PONTIFICEM OPT. MAX.

Cum rubricis, summariis, lucubrationibus & quadruplici Indice.

D. Laertij Cherubini de Nursia Iureconsulti.

Coll. R. Soc. Iesu   Catal. Inscript.

EDITVM

Opera & industria Hæredum Antonij Bladij Impressorum Cameralium.

Bibliot.   Secr.

ROMAE,

Apud eosdem Hæredes Antonij Bladij Typographos R. Cameræ Apost.

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO.

SANCTISSIMO D. N.

SIXTO QVINTO PONT. OPT. MAX.



HAEREDES ANTONII BLADII F.

ACIT peruetus nostra hæreditaria erga sedem Apostolicam perpetuaq; voluntas à maximis eius erga nos meritis primum orta, deinde in dies magis aucta, vt & nos quotidie aliquid addamus ad eam confirmandam. Id autem si vllo vnquàm tempore à nostris libenter factum fuit, hoc certe Sanctitate Vestra ad Apostolatum euecta, iure fit. Nam cum ea Iuris præcipue cultrix sit, iustitiamque omnibus sancte tuendam præscripserit; quæ Iuris sunt, quæq; summum Ius, idest Pontificium, continent, acutius, emendatiusq; Sanctitatis Vestræ felicibus auspicijs edi par est. Quo circa, cum Bullæ summorum Pontificum quæcunq; tunc reperiri potuerunt in vnum collectæ essent à nobis sexto ab hinc anno, neque iam vlla exemplaria restarent; Nos Curialium commodis consulere volentes, non solum eas denuo edendas statim iudicauimus, sed omnibus ornamentis decoratas esse exoptauimus. Cum itaque intelligeremus Laertium Cherubinum I. V. D. apprimeq; eruditum, ac Sanctitati V. optime notum, permultum vtilitatis posse

ad

ad hanc nostram diligentiam conferre, vt non solum Constitutiones aliàs à nobis editas, sed alias quamplures admodum necessarias cum adnotationibus, lucubrationibusq; suis valde vtilibus edere valeremus, illum conuenimus, nihilq; recusauimus, quousq; ab eo perfectum opus haberemus, vt Sãctitati etenim Vestræ, deinde cæteris omnibus gratum faceremus; Nunquàm enim a nobis abest Antonij Bladij, maioris nostri præclara illa vox; Ne vnquàm deficeremus, ac conciderenius animis etiam si ipse nobis angustum, ac tenue patrimonium relinqueret, dum vires, atque industriam nostram ad apostolicæ Sedis obsequium constanter conferremus, semper nobis in Pontificum Maximorum benignitate, ac beneficentia satis præsidij fore. Absolutum est opus Sanctitati V. debetur, Nosq; illud ei damus à nobis diligentiam, & assiduitatem in munere obeundo nostro, a Cherubino adnotationes, lucubrationesq; in suo, accipiat. Interim Deum Opt. Max. pro eius incolumitate precantes ei felicia omnia auguramur Romæ.

Sanctitatis Vestræ.

Humilissimi serui

Hæredes Antonij Bladij
Typographi Camerales.

SIXTO QVINTO
PONTIFICI OPT. MAX.
LAERTIVS CHERVBINVS.

VM Primum (Beatißime Pater) nouem ab hinc annis, in hac Alma Vrbe ex qua Iuris Canonici, & Ciuilis prudentia defluxit, Vtriusq; Iuris insignia sum consecutus, statim attigi forum, enixeq; elaboraui, ac nihil sane antiquius habui, quam vt ea, qua possem industria, & sedulitate, forenses causas agerem & negocia meæ fidei commendata diligenter procurarem. Dum autem in foro Romanæ Curiæ versabar, sæpe animaduerti nonnullos causarum patronos, ac Iudices, in tenebras ruere, quòd apostolicas constitutiones præ manibus non habebant, quarum cognitio in tractandis, & iudicandis causis, admodum necessaria existit, cum ipsæ nouissimum ius Pontificium vniuersum complectantur. Quamobrem ne in easdem ego inciderem tenebras, ad meum proprium vsum, & vtilitatem, diuersorum Pontificum constitutiones (tertio ab hinc anno) colligere cæpi, earumq; rationes collegi, summas subduxi, subductas in margine descripsi, Indices addidi, & apud ipsas constitutiones, earum reuocationes, vel moderationes, declarationesq;, aut ampliationes annotaui, vt cum opus esset comprehendere possem, an constitutio de qua ageretur, à posterioribus Pontificibus (quod sæpe euenit) immutata esset. Numquam tamen cogitaui, has priuatas lucubrationes meas in lucem prodituras esse. Verumtamen cum paucis ab hinc mensibus, Hæredes Antonij Bladij Typographi Camerales, qui constitutiones apostolicas Typis imprimere cogitabant, animaduertissent, eiusmodi vigilias, & lucubrationes meas (quod ipsi aiunt) non modo causarum patronis, Iurisq; iudicia exercentibus, sed cæteris etiam omnibus præcipueq; Sedis, & Cameræ vestræ Apostolicæ negocia gerentibus, multum laboris, ac difficultatis adempturas, & non mediocrem vtilitatem allaturas esse, summis a me precibus contenderunt, vt constitutiones apostolicas sic à me vsus mei causa tantũ collectas, & ordinatas, eiusmodiq; lucubrationibus refertas in lucem edi permitterem. Quod tandem eo animo concessi, vt tibi (Sanctißime Pater) qui tunc temporis Cardinalatus honore fungebaris, hoc vigiliarum mearum opus, qualecunque esset, veluti

✠ *perpetuum*

perpetuum singularis meæ erga te, obseruantiæ, & cultus, testimonium dedicarem. Interim vero ex summa Dei Optimi Maximi erga nos clementia, pro Reipublicæ Christianæ restauratione, ad Summi Apostolatus apicem euectus es, & multa ac præclara quidem hucusque gessisti, quæ gloria digna erunt sempiterna. Cum primum etenim Summus Pontifex enunciatus es, nihil antiquius habuisti, quam iustitiam vnicuique ministrare, Populisque tibi subiectis rerum omnium copiam suppeditare, improbos, & facinorosos homines, qui singulas fere Italiæ Prouincias, magno cum bonorum omnium damno & discrimine perturbabant, de medio tollere, oppressos subleuare, atque optimarum artium studiosos, & eruditos viros, honoribus, & præmijs ornare. Quamobrem quod iam animo proposueram, celerius exequi studui, nimirum vt hoc opus sub tuo sancto feliciq; nomine in lucem prodiret. Mihi etenim persuadeo, vt quemadmodum singulares tuæ diuinæq; virtutes & egregia facta vigebunt memoria seculorum omnium, ita mihi euentuũ, vt hic liber clarissimis nominis tui luminibus illustratus, numquam in tenebris delitescet. Et quoniam non me latet, eum qui scribit multos (vt inquit D. Hieronymus) Iudices sumere, cum alter facile in alterius ingenium inuehatur, hijs qui has meas lucubrationes mordere voluerint, satis fore arbitrabor aliud eiusdem D. Hieronymi dictum, quod scilicet eiusdem generis homines sæpe rodentes, in publico detrahunt, quod in angulis libenter legunt. Accipe igitur (Beatissime Pater) pro tua singulari benignitate, hanc summæ voluntatis, & obseruantiæ meæ erga te significationem, neque munus, sed animum specta, quod enim hoc tempore præstare possum, id tibi totum exhibeo, & si qua unquam potero maiora præstabo. Deus autem Optimus Maximus te diu nobis (Pater Sancte) incolumen seruet, & sanctissima, rectissimaque consilia tua, tibi Fælici Sixto, ac Reipublicæ Christianæ perpetuo feliciterq; fortunet. Romæ Calend. Decembris anno Domini 1585.

Sanctitatis Vestræ

Humilissimus seruus

Laertius Cherubinus.

IXTVS Papa Quintus Motu proprio, &c.
LICET dudum dilecta in Christo Filia Paula relicta quondam Antonij Bladij, & eorum filij in sedis Apostolicæ, & Cameræ, ac Cancellariæ Impressores deputati fuerint, inhibitumq; extitit, quòd literæ, & aliæ Constitutiones a nobis & prædecessoribus nostris, & Camera Apostolica emanatæ, & pro tempore emanandæ ipsorum Paulæ, & filiorum, ac eorum cuiuslibet vita durãte, a quoquam alio sine ipsorum expressa licentia imprimi, aut venales teneri nullatenus possent, aut valerent; quia tamen sicut accepimus dicti Impressores nuper ad communem Christifidelium vtilitatem, non sine magno sumptu Bullarium diuersorum extrauagantium, ac literarum Apostolicarum nuper a dilecto filio *Laertio Cherubino de Nursia Iur. Vtr. Doct.* editum multis adnotationibus ornatum impresserunt, timentque ne ab aliis absque eorum licentia in maximum eorum præiudicium, & damnum imprimatur Nos eos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, illorumq; indemnitati consulere volentes Motu simili, &c. omnibus & singulis vtriusque sexus præsertim Bibliopolis, & librorum impressoribus in terris sanctæ Romanę Ecclesię mediatè vel immediatè subiectis, sub quingentorum ducatorum auri partim dictis nostris Impressoribus, & partim præfatæ Cameræ Apostolicæ applicandorum, ac insuper amissionis librorum, Impressoribus autem, & Bibliopolis, & alijs etiam Nobis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ non subiectis vbique commorantibus sub excommunicationis quoties contrauentum fuerit ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis pœnis inhibemus, ne dictæ Paulę & filiorum suorum, & eorum cuiuslibet vita durantę sine eorum expressa licentia dictum librum imprimere, seu ab ipsis vel aliis, præterquam de licentia huiusmodi impressum, & imprimendum vendere, seu venalę habere vel proponere audeãt, seu prę sumant. Mandãtes vniuersis venerabilibus Archiepiscopis, eorumque Vicarijs in spiritualibus, & generalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatis, & Vicelegatis sedis Apostolicæ, aut ipsius status Gubernatoribus, & quoties pro parte dictorũ nostrorũ Impresś., aut pro eis agẽtium fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus eisdem in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa omnia ad omnem ipsorum requisitionem contra inobedientes & rebelles per censuras Ecclesiasticas, etiam illas sæpius aggrauãdo, & alia iuris remedia auctoritate Apostolica, exequantur. Inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Decernentes irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attẽtari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apost. prouincialibus, & synodalibus, specialibus, & generalib. Necnon etiã iuramento, &c. roboratis statutis, &c. priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, etiam Motu proprio, &c. & aliàs in contrarium quomodolibet concesśis, &c. quibus omnibus etiam si de illis, &c. eorum tenores, &c. latissime hac vice derogamus: Cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt transumptis literarum desuper cõficiendis etiam in eisdem libris impresśis eadem prorsus fides tam in iudicio, quàm extra, vbique adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fiat vt petitur F.

Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c. & de approbatione, confirmatione, inhibitione, mandato, derogatione, aliisque præmisśis in forma gratiosa ad Paulæ, & filiorum præfatorum vitam dumtaxat, & quod literæ per Breue nostrum expediri possint, & ad viginti annos tantum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Non. Decembris, Anno Primo.

Registrata lib. xiij. fol. 270.

PONTIFICVM NOMINA, iuxta eorum seriem, & numerus Constitutionum ab eis editarum.

Pontifices sunt num. 39 Constitutiones vero 922

GREGORIVS SEPTIMVS

Thuscus patria Soanen. Coronatus Romæ 3. Cal. Iulij Anno 1073.

I.

Commonet Principes Saxoniæ vt seruent inducias cum Henrico Imperatore.

REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Vuorelino Magdeburgensi Archiepiscopo, Burchardo Halberstetensi Episcopo, & Electori Marchioni, cæterisq. Saxoniæ Principibus, salutem & Apostolicam benedictionem. Quanta violentia, quantaq. fratrum impulsione, vniuersalis Ecclesiæ multis perturbationum fluctibus concussæ, & pene quasi quodam naufragio periclitatæ, onus & regimen suscipere sim coactus, occultum vobis, & inauditum esse nõ credimus. Pont. humilitas cura, & sollicitudo. Testis enim mihi est conscientia mea, quam imparem me tanto ponderi iudicauerim, & quanta sollicitudine nomen apostolicæ dignitatis euitare concupiuerim. Sed quoniam via hominis non in manu eius, sed illius est dispositione, a quo gressus hominum diriguntur, impossibile mihi fuit contra diuinam voluntatem concepta vota defendere. Vnde mihi sollicitè vigilandum, atq. pensandum est, qualiter ea, quæ ad profectum Ecclesiasticæ Religionis, & salutem dominici gregis attinent, adiuuante Deo, annunciare, & fideliter administrare valeam: vrgente me præ omnibus tum eo timore, ne susceptæ me apud supernum iudicem negligentia dispẽsationis accuset, tum debito amore Apostolorum principis, qui me ab infantia mea sub alis suis, singulari quadam pietate nutriuit, & in gremio suæ clementiæ fouit. Verum inter cæteras curarum anxietates ea nos maximè sollicitudo coarctat, quod inter vos, & Henricum Regem, vestrum videlicet dominum, tantam discordiam, & tam inimica studia exorta esse cognouimus, vt exinde multa homicidia, incendia, deprædationes Ecclesiarum & pauperum, ac miserabilem patriæ vastitatem fieri audiamus. Qua de re Regi misimus, exhortantes, & ex parte Apostolorum Petri & Pauli eum admonentes, vt interim sese ab armis, & omni bellorum infestatione contineat, donec tales ad eum ab Apostolica sede nuncios dirigamus, qui tantæ dissensionis causas & diligenter inquirere, & annuente Deo, ad pacem & concordiam æqua valeant determinatione perducere. Atque itidem vos exoratos, & apostolica auctoritate commonitos esse volumus, vt ex vestra parte, omni motione sopita, easdem pacis inducias obseruetis, nec aliqua occasione vobis, cum Dei adiutorio, astruendæ pacis impedimentum opponatis. Cum etenim (vt scitis) nobis mentiri, sacrilegum; deserere iustitiam, animæ sit naufragium: neminem vestrum dubitare volumus, quin super hac re, veritate discussa, quicquid æquum videbitur, prouidente Deo, decernere, & stabili pactione studeamus efficere: & quamcunq. in partem iniurias, & conculcatæ iustitiæ violentiam pati cognouerimus, illi proculdubio, omni timore, & respectu personalis gratiæ posthabito, fauorem, & Apostolicæ auctoritatis præsidia conferemus. Commonet Principes Saxoniæ vt obseruent inducias cũ Henrico Imperatore vsque ad eius prouisionẽ.

Dat. Romæ xiiij. Kal. Ianuarij. 1073.

Pont. Supradictus Obijt in Campania 8. Cal. Iunij. 1075. & sepultus fuit in Ecclesia S. Matthæi.

INNOCENTIVS TERTIVS

Romanus ex familia Comitum Signiæ Coronatus Romæ 8. Cal. Martij. 1198.

Auxitan. Archiepiscopo.

I.

Contra Hæreticos Vasconiæ & Terrarum circumpositarum.

NTER cetera quæ nauiculam Petri fluctuantem in mari concutiunt diuersarum turbine procellarum, illud animum grauius nostrum affligit, quod licentius, & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam ministri diabolicæ præuaricationis insurgunt, iuxta quod beatissimus apostolus Paulus doctor gentium exprimit in eulogio epistolæ suæ: simplicium animas miserabiliter illaqueunt, & post se trahunt in damnationis interitum, ac superstitionis, & fictitijs adinuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruertentes, ecclesiæ catholicæ vnitatem rescindere moliuntur. Quoniam autem pestis huiusmodi erroris, (sicut ex tua & plurium assertione cognouimus) in partibus Vasconiæ, ac circumpositis terris fortius inualescit, per tuam ac aliorum coepiscoporum tuorum industriam huic morbo tanto efficacius volumus obuiari, quanto magis est timendum, quòd pars sincera trahatur; & ex tali contagione, quæ paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inquinentur corruptelæ vitio generalis. Hæresis est pestis. Ideoq. fraternitati tuæ præsenti pagina indulgemus, per apostolica scripta firmiter iniungentes, quatenus ad extirpandas hæreses vniuersas, & eos qui sunt hac fece polluti, de prouinciæ tuæ finibus excludẽdos, modis quibus poteris, operam tribuas efficacem: in ipsos, & omnes illos, qui cum eis aliquod commercium, aut manifestæ superstitionis familiaritatem contraxerint, siue appellationis obstaculo ecclesiasticæ districtionis exercendo rigorem, & etiam (si necesse fuerit) per principes & populum eosdem facias virtute materialis gladij coerceri. Iubet extirpari Hæreses in partibus Vasconiæ.

Datum Lateranen. Cal. Aprilis.

N. Archidiacono Mediolanensi.

II.

Quod Hæretici ad Dignitates non admittantur.

Hæc Const. ampliatur per Innoc. IIII. infra Const. 10. nouerit & Hon. III I. const. 2. exhibita, vbi posui concord.

HIS, quæ ad ampliandam fidem catholicam, & reprimendam prauitatem hæreticam statuuntur, auctoritatem nostram libenter impendimus, & fauorem. Sanè, sicut accepimus, dilectus filius noster G. sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis dum legationis fungeretur officio in partibus Lombardiæ, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum Mediolanensis archiepiscopi, & episcoporū qui ad eum Veronæ conuenerant, & quorundam etiam sapientum instituit, vt de cetero hæretici ad consilia, & dignitates Lombardiæ nullatenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec in eligendis personis ad eas vocem debeant aliquam obtinere. Ad id autem seruandum in posterum potestates, consules, consilia Lombardiæ adstringenda constituit iuratoria cautione, & te ad recipienda iuramenta eorum in quibusdam ciuitatibus deputauit, indulta tibi libera facultate contumaces excommunicationis, & terras eorum interdicti sententijs feriendi. Nos igitur quod ab eodem Cardinali prouida deliberatione statutum est, ratum habentes, vt iuxta mandatum eius à ciuitatibus illis super hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipse dixerat destinandum, iniungimus, auctoritate tibi præsentium indulgentes, vt contradictores excommunicationis sententia ferias; & terras eorum subijcias interdicto. Nulli ergo &c. Datum Romæ, apud sanctum Petrum xvij. Calen. Iulij.

Hæretici ad dignitates non admittantur.

Et communitates non admittere se iurent.

Cistercien. Morimunden. & de Crista Abbatibus.

III.

Contra incumbentes vulgari translationi librorum sacrorum, & vsurpantes prædicationis officium.

EA est in fouendis virtutibus, & vitijs extirpandis à prælatis ecclesiarum seruanda discretio, & circumspectio adhibenda, ne vel inter nascentium densitate spinarum, enormiter frumenta lædantur, vel insuper seminatorum zizaniorum euulsione triticum euellatur. In abscindendis etiam, & curandis corporibus infirmorum, sic oculi diligentia præcedere debet manus officium, & ferrum digitus præuenire, ne si cauterium adhibeatur incaute, non tam partes infirmas non sanet quàm sanas infirmet: quod tanto diligentius in mentis languoribus est seruandum, quanto animam nouimus corpore digniorem, & spiritualia carnalibus præponenda. Hoc autem infra nos ipsos diligentius attendentes, cum olim Venerabilis frater noster Meten. episcopus per suas nobis literas intimasset, quòd tam in diœcesi, quam in vrbe Meten. laicorum & mulierum non immodica multitudo Gallicæ cuidam translationi diuinorum librorum intendens, secretis conuenticulis etiam inter se inuicem eructare præsumerent, aliorum aspernantes consortium, & in faciem redarguentibus presbyteris resistentes, quorum simplicitatem fastidiunt in suæ translationis peritia confidentes, non protinus ad vindictam nos res accendit incognita, sed vniuersis tam in vrbe, quàm in Meten. diœcesi constitutis, sub eo tenore literas curauimus apostolicas destinare: qui vobis ex transcripti earum poterit inspectione patere. Eidem insuper episcopo, & capitulo Meten. dedimus in mandatis, vt inquirerent solicite veritatem, quis fuerit auctor translationis illius, quæ intentio transferentis; quæ fides vtentium; quæ causa docendi: si vtentes ipsa, venerarentur apostolicam sedem, & catholicam ecclesiam honorarent: vt super his, & alijs, quæ necessaria sunt ad indagandam plenius veritatem, per eorum literas sufficienter instructi, plenius intelligeremus, & planius, quid super his statui oporteret. Nuper autem idem episcopus, per suas nobis literas intimauit, quòd quidam eorum, quos notabiles prioribus literis denotarat, mandatis recusant apostolicis obedire: quibusdam eorum clanculo; quibusdam vero iam publice obediendum esse dicentibus soli Deo: ab occultis etiam conuenticulis non cessantes; officium prædicationis occulte, licet à nullo mittantur, prohibiti etiam sibi non metuunt vsurpare: aspernantes sibi dissimiles, & translationi eidem vsque adeo insistentes; vt se nec episcopo, nec metropolitano suo, nec nobis ipsis asserant parituros, si eam decreuerimus abolendam. Licet autem tales in eo reprehendi merito videantur, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis vsurpant, simplicitatem despiciunt sacerdotum, & eorum consortia, qui dictam translationem non recipiunt, aspernantur: ne quid subito facere videamur, discretioni vestræ, de qua plene confidimus, per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad ciuitatem Meten. pariter accedentes, cum eodem episcopo conuocetis coram vobis talia sapientes, & adhærentes translationi prædictæ, & si fieri poterit, quæ in eis reprehensibilia fuerint, auctoritate freti apostolica, sublato appellationis obstaculo corrigatis. Quòd si correctionem vestram recipere forte noluerint, inquiratis super capitulis illis, quæ in literis, quas episcopo misseramus, expressa fuisse, superius vobis expressimus, & alijs etiam diligentius veritatem, & quod inueneritis per nuntium vestrum, & literas plenius intimetis: vt per vos certiores effecti, prout procedendum fuerit, procedamus. Cum enim in hoc vniuersalis ecclesiæ vertatur negotium, & agatur causa fidei Christianæ, ad exequendum apostolicæ sedis mandatum cum summa diligentia, & cautela, vos studiosos, & promptos esse volumus, & mandamus. Ad hæc M. Crispinum presbyterum, & R. socium eius, si super his, quæ dictus episcopus eis duxerit opponenda, inueneritis esse reos, ipsos appellatione remota canonice puniatis. Alioquin eundem episcopum ad remittendam pœnam, si quam eis forsan inflixit, cum nihil contra eum, vel clerum in nostra proposuerint audientia, monitione præmissa, districtione qua conuenit, remoto appellationis obstaculo, cogere non tardetis. Quòd si omnes, &c. duo vestrum. Dat. Lateranen. v. Idus Decemb.

Mandat coerceri eos qui incumbūt vulgari trāslationi sacrorū librorum.

Iubet puniri Crispinum & eius socium.

Pont. supradictus obijt Perusij. 16. cal. Augusti. 1216. & sepultus fuit in Ecclesia Cathedrali S. Laurentij.

GREGORIVS

GREGORIVS NONVS

Romanus Nepos Innocentij Tertij Coronatus 12. Cal. Aprilis. 1227.

I.

Prohibetur alienatio Bon. Eccles.

Hæc constitut. declaratur & ampliatur per Ioan. 22. const. 1. inter cætera, vbi ponam concord.

REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis scripta præsentia inspecturis. Rex excelsus filius summi Regis Deus, & homo Christus Iesus, quem legi necessitas non subiecit, factus est voluntate sub lege, formam relinquens vicario, vt licet præ cæteris libertatem in excellentia dignitatis acceperit, recognoscat tamen cum cæteris quandam in officij debito seruitutem, sacrarum obseruantiæ sanctionum gratuito alligans vtcumq necessitatem voluntariam, & necessariam voluntatem, vt dum prælationem sic subiicit, maior appareat ex huiusmodi subiectione prælatus. auctoritatis est quoque posse statuere, sed virtutis, vt quis se subiiciat suo statuto, per alterum potens in subditis, per reliquum potentior in se ipso, præsertim cum efficacius statuat, dum exponit apertius suæ prosecutioni statutum: eo quod lingua manus interpretes quasi præco semitam verbo parat. Sanè fe.re. Simmacus Papa volens quodammodo legi subiicere potestatem, in Ecclesiæ prædijs alienandi licentiam interdixit, vt quod licere non expedit, licitum non putetur. Nos autem super hoc illius vestigijs inhærentes, vnanimi Fratrum desiderio, & petitione concordi hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt de patrimonialibus sine cōmuni Fratrum consilio, & assensu alienatio nulla fiat, sitq. vni facultas, quod ex causa legitima obstaculum liberè contradictionis opponat. Quod si fortè fuerit in alienatione processum factum, ipso iure non teneat per successorem, quatenus prædecessor de facto processerit, & eo ipso quod processum sic fuerit reuocandum de alienantis vita consentientium numero & solemnitate scripturæ nullum adminiculum tali suscipiente contractu. Cæterum ad cautelam quædam loca specialioris inhibitionis vinculo astringenda speciali expressione nominum præsenti paginæ fecimus annotari, videlicet. In Campania Castrum Fumon Palian. Serron. & Larian. In Maritima Aquam putridam, Ostiam quam Episcopus Ostien. tenet à Romana Ecclesia, in omnibus ipsius Episcopi iure saluo. Ariciam Nympham Tolan. Coram, Cisternam, & Terracin. In Tuscia, montē Flascon. Orlele Montem altum, Radicofanū, Pien. Aquam pendentem, & Bulsen. cum tota valle Laci. In ducatu Spoletan. Roccam de Cesis, & Roccam de Gualdo, In Episcopatu Spoletan. Roccam Sacrati, Brusin. lorin. & Roccam de Saxo. In Episcopatu Narnien. Castrum San cti Gemini, Castrum Stronconis, Mirandan. & Castrum Oriculi. In Sabinia, Roccam antiquam & totam Sabiniam cum omnibus Castris, & Villis. In Marchia Anconitan. Roccā de Plorago, Serraualle, & Turri in de Parma. Nulli ergo, &c. nostræ constitutionis, &c. Siquis autem, &c. Dat. Lateranen. 17. Cal. Februarij, anno septimo.

Hanc Sim ebā. non habe hic.

Prohibetur alienatio bonorum Ecclesiasticorum

Loca specialiter alienari prohibita.

II.

Quod nullum castrum ædificetur in Terra Sabiniæ.

GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei Vniuersis fidelibus nostris per Sabiniam constitutis. Cum tota Terra Sabiniæ iuris, & proprietatis beati Petri existat, de Fratrum nostrorum consilio præsenti constitutione sancimus, vt in ea nullum Castrum ædificari, vel reædificari de cetero valeat, absque sedis Apostolicæ licentia speciali, sub interminatione anathematis, & pœna mille librarum ædificantibus, ac viginti singulis operarijs. Districtius inhibentes, ne quis contra statutum huiusmodi venire præsumat. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis, & inhibitionis, &c. si quis autem, &c. Datum Perusij xv. Cal. Aprilis Anno octauo.

III.

Excommunicat nonnullos Hæreticos.

EXcommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscūq. nominibus censeantur; facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per ecclesiam seculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire noluerint, ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua fuper hoc nō curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocūq. negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audien-

Damnatorum de hæresi pœnę.

Fautorum Hæreticorum pœnę.

tiam perseuerantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momēti, & in similibus idem præcipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq. personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq. ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, & appellationes huiusmodi personarum minimè audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta: nec eleemosynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarij & Templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absq. indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicúq; tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsq. ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publicè extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo, careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij per quem credat ad prælati sui notitiam peruenire, alioquin excommunicationis sententia percellatur. Filij autem hæreticorum, receptatorum, & defensorum eorum, vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum officium seu beneficium admittantur: quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Datum Viterbij vj. Idus Nouembris. Pontificatus nostri anno nono.

[Margin:] Suspectorum de Heresi pœna.

[Margin:] Nemo pro Hereticis suum officium impendere potest.

[Margin:] Heretici sepeliri non debent in ecclesia.

[Margin:] De disputatione hoc idem prohibuit Inn. 4. cōst. 10. nouerit.

[Margin:] De filijs Hereticorum & alijs vt de In. 4 cōst. 10. nouerit & Hon. 4. co. 1. exhibita.

IIII.

De Prædicatione fidei, & Hæreticorum persecutione.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio priori prouinciali fratrum ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & apostolicam benedictionem. Ille humani generis peruicax inimicus, omnium malorum incentor, quem de supremis ad ima, superbia sua prostrauit: non contentus quòd suæ fraudis nequitia hominem perduxit ad casum ærumnis & miserijs applicandum, callide eum nititur pestiferis retibus irretire; astute sibi parans insidias ne resurgat, locum à quo ceciderat obtenturus. Nouissime autem diebus istis, fidem nisus perfidia deprauare per ministros suos iniquitatis operarios venena spargit mortifera: seditiosè, considerans, quòd familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia præmittentes cauda pungunt vt scorpio, in aureo tandem calice Babylonis virus pestilentiæ infusuri. Licet enim hæretici hactenus diutius latitantes, sicut cancer serperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus, in aperto, quasi equi parati ad prælium, præsumunt manifeste insurgere contra eam, in quibusdam locis publicè prædicando, quærentes in cibum simplices, & in prædam edoctos; ac illaqueare nihilominus fideles quoslibet suis circumuentionibus cupientes, facti magistri erroris qui nūquam fuerunt discipuli veritatis. Vnde expedit quòd insurgant vtiliter contra eos, vt eorum omnino hæresi confutata, per totum vigeat fides Christi: nam corona sequetur præmij tentationibus resistentes. Cum igitur dudum resplenduerit in partibus Lombardiæ fida fides, ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices ipsorum callidis seductionibus circumuenti, & astuti prauis circumuentionibus periculose decepti in profundum deueniant peccatorum, sicq. violetur ibidem fidei firmamentum; nos qui circa horam vndecimam, inter operarios, immo verius supra operarios vineæ domini sumus a patrefamilias euangelico deputati, moniti voce sponsi capere vulpes paruulas, quæ demoliri vineam domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinsecus, non valentes sustinere tantam contumeliam creatoris, ac volentes tot animarum periculis obuiare; discretionem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, per apostolica tibi scripta sub diuini obtestatione iudicij districte præcipiendo mandantes, quatenus aliquos de fratribus tuis tibi commissis, in lege domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noueris, ad partes tibi secundum tuum ordinem limitatas transmittas, qui clero & populo conuocatis generalem prædicationem faciant vbi commodius viderint expedire: & adiunctis sibi discretis aliquibus ad hæc solicitius exequenda, diligenti perquirant solicitudine de hæreticis & etiam infamatis; & si quos culpabiles vel infamatos inuenerint, nisi examinati velint absolute mandatis ecclesiæ obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra contra hæreticos nouiter promulgata: in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundum eadem statuta nihilominus processuri. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata ad ecclesiasticam redire voluerint vnitatem, ipsis iuxta formam ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consueuit iniungi. Attentius prouisuri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis impietatem committant, & angelus Satanæ in angelum lucis se transformet. Propter quod statuta quæ super hoc duximus promulganda, inspicere poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eis traditam à domino præcauere. Ad hæc vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint, in singulis stationibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitionibus & castellis, vel aliàs contra ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo auxilium, consilium, præstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. Ne vero aliquid fratribus ipsis desit ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores & rebelles ecclesiasticam proferendi censuram tenore præsentium liberam eis concedimus facultatem. Prædicatores quoque quæstuarios, quorum interest charitatiua tantum subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forsan habent exponere, à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, compescendi censura simili, eisdem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Viterbij. xiij. Calen. Iunij. Pontificatus nostri anno vndecimo.

[Margin:] Iubet eligi idoneos Inquisitores qui fidē prædicent & inuestigent.

[Margin:] Et contra Hereticos & fautores inquirant. Redeuntes absoluant.

[Margin:] De his Indulg. habes s. Cōst 4. Inn. 4. tunc potissime.

Pontifex supradictus obijt Romæ 11. Cal. Augusti. 1241. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

INNOCENTIUS QUARTUS.

Genuensis ex familia Flisca Coronatus Romæ 3. cal. Iulij 1242.

Illustri Regi Franciæ.

I.

De comburendis libris Talmudi cum suis glossis, & quod Iudæi non habeant nutrices vel seruientes Christianas.

MPIA Iudæorum perfidia, de quorum cordibus propter immensitatem suorum scelerum redemptor noster velamen non abstulit, sed in cæcitate, quæ contigit ex parte in Israel adhuc manere permittit, prout conuenit, non attendens quòd ex sola misericordia pietas ipsos Christiana receptet, & cohabitationem illorum sustineat patienter, illa committit enormia, quæ stupori audientibus, & referentibus sunt horrori: ipsi enim ingrati domino Iesu Christo, qui conuersionem eorum ex suæ longanimitatis affluentia patienter expectat, nullam prætendentes verecundiam culpæ suæ, nec reuerentes honorem fidei Christianæ, omissis seu contemptis lege Mosaica & prophetis, quasdã traditiones suorũ seniorũ sequuntur, super quibus eos in euangelio Dominus obiurgat dicens: Quare vos transgredimini mandatũ Dei, & irritum fecistis propter traditiones vestras, hominũ doctrinas & mandata docentes? In huiusmodi nãq. traditionibus, (quæ Talmud hebraice nũcupãtur, & magnus liber est apud eos, excedens textũ Bibliæ in immensum, in quo sunt blasphemiæ in Deum, & Christum eius, ac beatam Virginem manifeste, intricabiles fabulæ, abusiones erroneæ, ac stultitiæ inauditæ) filios suos docẽt, ac nutriunt: & à legis & prophetarum doctrina reddunt ipsos penitus alienos; verentes ne veritate, quæ in eisdem lege, ac prophetis est, intellecta, aperte de vnigenito Dei filio venturo in carnem, testimonium perhibente, conuertantur ad fidem, & ad redemptorem suum humiliter reuertantur. Et his non contenti, faciunt Christianas filiorum suorum nutrices in contumeliam fidei Christianæ, cum quibus turpia multa committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant, dum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei nostræ confusionem inducunt. Et licet dilectus filius cancellarius Parisiensis, & doctores regentes Parisijs in sacra pagina, de mandato felicis recordat. G. Papæ prædecessoris nostri, tam prædictum abusionis librum, quam alios quosdam cum omnibus glossis suis perlectis in potestate, ac examinatos ad confusionem perfidiæ Iudæorum, publice coram clero & populo, incendio concremarint, prout in literis eorum perspeximus contineri, quibus tu tãquàm catholicus Rex & Princeps Christianissimus impendisti super hoc auxilium congruum & fauorem, pro quo regalem excellentiam dignis in Domino laudibus commendamus, ac prosequimur actionibus gratiarum: quia tamen nondum Iudæorum ipsorum abusio profana quieuit, nec adhuc dedit eis vexatio intellectum, celsitudinem regiam at. Ro. mo. & obse. in domino Iesu Christo qui excessus huiusmodi detestabiles, & enormes commissos in contumeliam creatoris, & iniuriam nominis Christiani pie incepisti laudabiliter prosequendo, facies debita seueritate percelli, tam prædictos abusionis libros, reprobatos per doctores eosdem, quàm generaliter omnes cum glossis suis, qui per ipsos examinati & reprobati fuerint, mandes per totum regnum tuum, vbicũq. reperiri poterunt, igne cremari. firmiter inhibendo ne de cetero nutrices seu seruientes habeant Christianos, ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ, sed tãquam serui reprobati à Domino, in cuius mortem nequiter conspirarunt, saltem per effectum operis seruos se recognoscant illorum, quos Christi mors & istos liberos, & illos constituit esse seruos: vt proinde sinceritatis tuæ zelum possimus in Domino dignis laudibus commendare. Dat. Lateran. vij. idus Maij anno primo.

Errores Talmudi in suis traditionibus.

Iudæi habebant nutrices christianas.

Cancellarius Parisien. librũ Talmudi publicè cõcremari fecit Rege Feliciæ fauẽte.

Hortatur Regem vt cæteros libros Talmudi inquirat & igne cremari faciat.

Et prouideat ne Iudæi habeãt nutrices vel seruientes Christianos.

I I.

Precipit Inquisitoribus vt leges editas contra Hæreticos describi faciant in Statutarijs Ciuit.

Hoc idem voluit Clemens 4. const. 4. ad extirpanda.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs priori prouinciali, & fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, Salutem & apostolicam benedictionem.

Orthodoxæ fidei commissum vobis negotium, vestro proficere ministerio cupientes, & considerantes attente quòd iurisdictio vestra, quo fuerit plenior in hac parte, eo maior esse poterit fructuosa, volumus & præsentium vobis tenore mandamus, quatenus potestates, consilia, & communitates ciuitatum castrorum & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, & Romaniolæ monere curetis, ac inducere diligenter, vt statuta nostra, & alia ecclesiastica & secularia, & constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesiæ persistentis edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statutarijs suis, eaq. irrefragabiliter obseruari faciant, & obseruent. Si vero nostris in hoc, immo potius apostolicis acquiescere monitis non curauerint, ipsos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota cogatis: quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij ij. idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

De legibus istius Federici habes infra Const. 8. cum aduersus.

I I I.

Constitutiones contra hæreticos & eorum complices, quas magistratus seculares, eorumq. officiales debent obseruare.

Declaratur per Alex. 4. infra const. 3. cum secundum, & const. 5. exortis, & const. 7. felicis.

INNOCENTIUS seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus siue rectoribus, consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumq. locorum per Lombardiam Romaniolam, & Marchiam Teruisanam constitutis, Salutem & apostolicam benedictionem.

Ad extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, superseminante illa licentius his diebus hominis inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus eadem in necem catholici seminis peruagari. Volentes autem vt aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentq. nobiscum ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, constitutiones quasdam ad extirpationem hæreticæ pestis edidimus à vobis vt fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruandas: quæ seriatim inferius continentur. Quocirca vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiooes easdem conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis; alioquin dilectis filijs priori prouinciali, & fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisina, & Romaniola damus nostris literis in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota compellant.

Easdem confirmauit Clemens 4. infra const. 3. ad extirpanda.

Constitutiones autem sunt hæ.

Iurent magistratus seruare statuta contra hæreticos.

Statuimus vt potestas seu rector, qui ciuitati præest, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerit in futurum in Lombardia, Romaniola, vel Marchia Teruisana, iuret præcise & sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, tam in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tam infrascriptas quàm alias constitutiones, & leges tam canonicas quàm ciuiles editas contra hæreticam prauitatem: & super his præcise obseruandis recipient à quibuslibet sibi in potestaria vel regimine succedentibus iuramenta; quæ qui præstare noluerint, pro potestatibus vel rectoribus nullatenus habeantur. Et quæ vt potestates vel rectores fecerint, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstanda eis exhibuerint iuramentum. Quòd si potestas vel rector aliquis hæc omnia & singula seruare noluerit, vel neglexerit, præter notam periurij, & perpetuæ iacturam infamiæ, ducentarum marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem communis integra conuertantur. & nihilominus vt periurus & infamis, & tãquam hæreticorum fautor, de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur: nec vlterius potestas seu rector in aliquo habeatur, aut de cetero ad aliquam dignitatem vel officium publicum nullatenus assumatur.

In principio regiminis hæreticos banno supponant.

Idem quoque potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci in principio sui regiminis, in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis vel loci supponat tamquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocũq. nomine censeantur, & teneatur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare. Præcipue autem quòd nullus hæreticus vel hæretica de cetero habitet vel moretur aut subsistat in ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicũq. ipsum vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune: & omnes res ipsius vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure; nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Hoc declarat Alex. 4. const. 3. cũ secũdum & cõst. 5. tertius.

Idem quoque potestas seu rector infra tertium diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, instituere teneatur, quos diœcesanus, si præsens extiterit & interesse voluerit, & duos fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi & electi possint & debeant hæreticos & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere & duci facere in potestatem diœcesani vel vicariorum eiusdem.

Teneatur autem potestas seu rector quilibet in expensis communis, cui præest, facere duci eosdem hæreticos ita captos quocũq. diœcesanus, vel eius vicarij in iurisdictione vel districtu diœcesani episcopi seu ciuitatis vel loci voluerit illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus habeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa, vbi duo vel tres vel plures præsentes fuerint ex eisdem.

Porrò cum officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem. quibus ab omnibus, in his quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur. & tam dicti duodecim quàm seruitores & notarij prætaxati simul vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœna & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Potestas autem vel rector teneatur habere firma & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint, & pœnas exigere oon seruantium.

Officiales inquisitionis seruétur indemnes.

Quòd si dictis officialibus aliquo tempore aliquod damnum cõtigerit in personis vel rebus, pro suis officijs exequendis, à communi ciuitatis vel loci, per restitutionem plenariam seruentur indemnes: nec ipsi officiales vel eorũ hæredes possint aliquo tempore conueniri de his quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secũdum quod eidem diœcesano & fratribus videbitur expedire. Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis potestas teneatur totidem subrogare officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem, in alijs sex mensibus sequentibus exequantur.

Officialibus vnde satisfieri debeat, de quo habes sf. cõst. 6. cũ per nostras.

Sanè ipsis officialibus dentur de camera communis ciuitatis vel loci quando exeunt ciuitatem aut locum pro hoc officio exequendo, vnicuiq. pro qualibet die decem & octo imperiales in pecunia numerata, quos potestas vel rector teneatur eis dare vel dari facere infra diem tertium postquam ad eandem redierint ciuitatem vel locum: & insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum quæ occupauerunt, & mulctarum ad quas fuerunt condemnati, secundum quod inferius continetur, & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit vllo modo officium, vel etiam exercitium, compellantur. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium vllo modo valeat impedire. Et si quis horum officialium propter ineptitudinem vel inertiam, vel occupationem aliquam vel excessum diœcesano & fratribus supradictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum vel dictum eorum teneatur amouere potestas aut rector, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officiales delinquentes qualiter puniendi.

Quòd si quis eorum contra fidem & sinceritatem officij sui, in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat, per potestatem vel rectorem ad diœcesani loci & dictorum fratrum arbitrium puniatur.

Potestas præterea militem suum vel alium assessorẽ, si diœcesanus vel eius vicarius, aut inquisitores à sede apostolica deputati, seu dicti officiales petiuerint, cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere.

Quilibet etiam si præsens in terra vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate quam in iurisdictione vel districtu quolibet, dare ipsis officialibus vel eorum socijs consilium & iuuamen, quando voluerint hæreticum vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere: seu domum vel locum, aut aditum aliquem introire pro hæreticis capiendis, sub viginti quinque librarum imperialium pœna vel banno.

Omnes prædictis officialibus faueant.

Vniuersitas autem burgi, sub pœna & banno librarum centum; villa vero librarum quinquaginta imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicunque autem hæreticum vel hæreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur: seu prohibere aliquem intrare domum aliquam vel turrem seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Federicum tunc imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa à qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti; & tunc propter hanc prohibitionem vel impeditionem specialem burgus componat communi librarum ducentarum, & villa librarum centum, & vicinia tam burgi quam ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, nisi infra tertium diẽ, ipsos defensores vel defensorem hæreticorum potestati captos duxerint personaliter præsentandos.

Pœna prohibentis ne capiantur hæretici.

Alias pœnas vide inf. per Iul. V. constit. 83. in de p exegen.

Teneatur insuper potestas seu rector quilibet omnes hæreticos vel hæreticas, qui capti amodo fuerint, per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano, si fuerit præsens, & fratribus supradictis, in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineantur, seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis vel loci sui facere custodiri.

Magistratus custodiant hæreticos captos.

Si quandoque aliqui vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus reddere & assignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur.

Teneatur insuper potestas, vel rector quilibet cum bono & securo comitatu omnes hæreticos & hæreticas, quocunque nomine censeantur, infra quindecim dies postquam fuerint capti, diœcesano, vel eius speciali vicario, seu hæreticorum inquisitoribus præsentare, pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Damnatos vero de hæresi per diœcesanum, vel eius vicarium, seu per inquisitores prædictos, potestas vel rector, vel eius nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Constit. vsq; modo ... vsq. ponã infra in Paulo 4. const. 41. cũ ex apostolatus.

Teneatur præterea potestas seu rector omnes hæreticos quos captos habuerit, cogere citra membri diminutionem & mortis periculum, tamquam vere latrones & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hæreticus vel hæretica, sine vlla spe reædificandi funditus destruatur: nisi dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri. Et si dominus illius domus, alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhærentibus, publicentur & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Et insuper dominus domus illius, præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis vel loci quinquaginta librarum imperialium in pecunia numerata, quam si non soluerit, in perpetuo carcere detrudatur. Burgus autem ille in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciuitatis librarum centum: & villa librarum quinquaginta, & vicinia tã burgi quàm ciuitatis librarum quinquaginta imperialiũ in pecunia numerata.

Hæreticorum domus diruendæ.

Et idem est de domibus fautorum inf. cõst. 8. cũ aduersus, ad h. & vide etiam const. 12. cum in cõstitutionibus.

Quicunque vero fuerit deprehensus dare alicui hæretico, vel hæreticæ, consilium vel auxilium, seu fauorem, præter aliam pœnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quòd si forte iudex exstiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrociniũ nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum tamquam hæretici puniantur.

De pœnis fautorum &c. ponam infra in Pau. 4. const. 41. cum ex apostolatus.

Teneatur insuper potestas seu rector, nomina virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari: quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno, & in concione publica solemniter faciat recitari.

Suspecti de hæresi debent annotari.

Teneatur quoque potestas seu rector, filios & nepotes hæreticorum & receptatorum, defensorum, & fautorum diligenter inuestigare, eosque ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Alias pœnas Filiorũ & nepotũ vide inf. cõst. 8. cum aduersus & inf. Nic. 3. cõst. 2. nouerit & Hon. 4. const. 2. exhibita.

Teneatur præterea potestas seu rector vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & inquisitores prædicti ab apostolica sede dati, mittere cum eis quandocunque voluerint, & in iurisdictione ciuitatis atque districtu: qui assessor, secundum quod prædictis inquisitoribus visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quòd si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis inquisitoribus studeant indicare. Ipse autem potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Federici tunc imperatoris, Paduæ promulgatas.

Teneatur insuper potestas seu rector in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu; & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. & eos qui soluere non poterint, banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere: alioquin pro his omnibus & singulis sindicetur sicut inferius continetur. & insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunque diœcesanus vel eius vicarius, & dicti inquisitores hæreticorum

vide inf. Alex. 4. const. 5. exstitis & const. 7. iniuncta.

rum

rum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Pœnæ Hæreticorũ non relaxan.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neque per concionem, neque per consilium, neque ad vocem populi vllo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Applicatio pœnarum & bonorũ Hæreticorum ad quod vide infra const. 6. cum per nolitas.

Teneatur insuper potestas seu rector omnia bona hæreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & codemnationes pro his exactas diuidere tali modo. Vna pars deueniat in commune ciuitatis vel locis secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano & inquisitoribus videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito aut condendo.

Pœna immutan. has const.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, aut constitutionum attentauerit delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate sedis apostolicæ speciali, potestas seu rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco, teneatur eum tamquam defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in librarum quinquaginta imperialium in pecunia numerata; quam si exigere non potuerit, eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Vide infra Alex. 4. constit. 3. cum secund. & const. 5 exortis. & cõs. 7. si. 16.

Teneatur sane potestas seu rector infra decem dies sui regiminis sindicare præcedentem proximo potestatem vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles electos ad hoc per diœcesanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur, & punire ipsos si excesserint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate; non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet à sindicatione fuerint absoluti.

Hoc idem voluit Alex. 4. const. 8. implacida.

Cæterum teneatur potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci delere seu abradere penitus de statutis vel capitularibus communis, quodcunque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis & legibus, siue quomodolibet obuiare: & in principio & in medio sui regiminis, hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam vel locum, sicut diœcesano seu inquisitoribus & fratribus supradictis visum fuerit expedire.

Istæ constitutiones rescribantur in quatuor locis.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices, tempore aliquo auctoritate sedis apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnius tenoris debeant contineri: quorum vnum sit in statutario communis cuiuslibet ciuitatis, secundum apud diœcesanum, tertium apud Fratres Prædicatores, quartum apud fratres Minores, cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Dat. Perusij Idibus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

IIII.

Mandat Inquisit. vt in Hæreticos diligenter inquirant, & eos ac eorum complices impeniten. acriter puniant.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali ordinis fratrum Prædicatorum in Lombardia salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissime conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro Catholica conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum pari intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prnui dimus studiosum ac placidum impendere famulatum, & præcepta in partibus Italiæ propter ipsarum vicinitatem vigilare instantius ac validius satagor contra dictos hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impensa, per vos vicinis agris dominicis vtilis sit longinquis, & semen verbi diuini fusum in proximis fructificet etiam in remotis t licet apostolica sedes tales hostes vbique indefessa sollicitudine persequatur, nec vnquã ab huiusmodi exercitio cessauerit curæ eius conuenit. Namque (vt qui contra pestem hæreticam inquisitiones roborare ac renouare per diuersas seculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita nullatenus dimittamus cum quanto nostris propior adest aspectibus, tanto iustius possemus argui de neglectu, nisi saluti eius attente prospicere studeremus. Idenque discretiom tue per apostolica scripta districte præcipien. mandamus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium quod principaliter residet cordi nostro, in Lombardia & Romaniola per te ac fratres tuæ curæ cõmissos quos ad hoc videris opportunos affectu prõpto suscipias ac

Redeuntes ad fidem recipiãtur, De quo vide infra const. 7. cum causab lit. & cõs. 8. cum aduersus ãn : lege Federici & Vrb. 4. const. 8. licet.

feruenti animo prosequaris: Ita quod si per inquisitionem de consilio Diœcesanorum dictarum Lombardiæ ac Romaniolæ cum omni vigilantia & solemni prouidentia facien. aliquos in eis de contagio prauitatis hæreticæ culpabiles vel infectos inueneris aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos & receptatores defensores & fautores eorum humano timore posposito iuxta sanctiones canonicas apostolica authoritate procedas, inuocato ad hoc contra eos si opus fuerit auxilio bracchij secularis: contradictores per consilit. ecclesiasticam appellatione posposita compescen. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad Ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formã Ecclesiæ consultis Diœcesanis, eisdem beneficium absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungi talibus consueuit, prouiso soleter ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & te imò potius se fallentes sub agni specie gerant lupum. Verum quia tam salubre negotium super om-

Impedientiũ officium Inquisitoris . . . vide int. Pio const. 5. si de protegẽdis.

nia promoueri cupimus, propter quod impedimenta quælibet ab ipso intendimus penitus cum Dei adiutorio remouere. quia si forte (quod non credimus) aliqua Ciuitas vel Communitas siue aliqui Magnates vel Nobiles seu potentes huic negotio se opponere aut illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis procedi libere in eodem, imò nisi fouerint illud & iuuerint studiose, nos proculdubio ad reprimendam tam superbam & perniciosam audaciam & omnino confundendam, in illos gladium Ecclesiasticæ Potestatis acriter extendemus. Et Reges ac Principes aliosque Christi fideles siue pro Terræ Sanctæ succursu, siue alias pro Christi seruitio crucis charactere insignitus, nec non & cæteros Catholicos inuocabimus contra eos, vt & cœlum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur: cum non minus expediat immo magis fidem in locis prope positis quam procul distantibus defensare. Quia enim futura volumus (in quantum possumus) præcipue in sus præscriptis partibus quas speciali affectione diligimus, vitare discrimina: idcirco scribimus quod ista palam exponere ac pronunciare procures, Populos ipsarum partium diligentius admonens ac debitum habentes respectum ad negotium memoratum, nullum prorsus promotioni eius inferant nocumentum, sed potius in exequen. illo tibi fauorem

norem tribuant, & auxilium opportunum. Quia si forsan contrarium agere attentauerint, nullatenus dimittemus quin per reges ipsos & Principes aliosq; fideles dictum promoueamus negotium sicut superius est expressum. Vt autem prædicta per te ac fratres eosdem possiot liberius ac vtilius exerceri, tibi ac eis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videbitur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratrum prædicationem propter hoc facien. accesserint, plenam tenore præsentiū concedimus facultatem. Dat. Brixiæ &c.

De Indulgentijs istis habes supra fol. 4 Greg. 9. cō[illegible] 4. ille, & inf. fol. 13. const. 21. malitia. & vide Pij 5. const. 114. [illegible]

V.

Hæretici eorumque fautores & complices banno exponantur, & eorum bona publicentur.

Hoc idem const. Alex. 4. supra const. 15. discretioni.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Nobilibus viris vniuersis Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ac Potestatibus, Rectoribus, Consulibus, & Communibus Ciuitatum & aliorum locorum per Lombardiam Marchiam Teruisinam, & Romaniolam constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM fratres Prædicatores generaliter in Lombardia Marchia Teruisina & Romaniola contra hæreticos & omnes sectas eorum quocunque nomine censeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagij pestē & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duxerimus deputan. Vniuersitatem vestram rogandam & hortandā duximus attente & monendam per apostolica vobis scripta districte præcipien. mandātes, quatenus oēs illos qui per Inquisitores eosdem, vel per alios de ipsorū mandato de hæresis crimine, vel pro defensione seu receptatione aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo vel denunciati excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis ipsorum banno publico exponatis, alias contra eos temporaliter prout expedire videritis in fulcimentum Catholicæ fidei, potestate vobis tradita processuri: alioquin noueritis nos eisdem inquisitoribus nostris literis iniunxisse vt vos ad id per cēsuram Ecclesiasticam appellatione remota compellant. Dat. Perusij &c.

De hoc vide sup. fol. 7. vers. do[illegible] & inf. fol. 13. const. 12. cum in constitutionibus & Alex. 4. c. 7. felicis. & [illegible] discretioni.

VI.

Ex pœnis Relapsorum prouiden. est Inquisitoribus de expensis.

Declaratur hæc const. infra per Alex. 4. const. 12. super.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis per Lombardiæ prouinciam constitutis præsentes literas inspecturis salutem & Aposto. Benedictionem.

CVM per nostras vobis mandemus literas, vt hæreticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post præstitam cautionem quod fidem Catholicam firmiter teneant, & vlterius Hæreticis fauorem aliquem non impendant, in id quod abiurauerant sunt relapsi; & quos in posterum relabi forte contigerit, ad soluendam pœnā ab ipsis promissam iuxta ordinem venerabilis fratris nostri Episcopi Albanen. authoritate Apostolica factam per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellatis: fraternitati vestræ per Apostolica scripta mādamus, qualiter de his quæ taliter recipere vos cōtigerit, dilectis filijs Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum & inquisitoribus Hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Aconitana, & Teruisina, & substituendis eisdem, in expensis prouidere curetis ad Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Dat. Perusij 5. Kal. Febr. Pontifi. nostri anno decimo.

De Apprehensoribus [illegible] vide supra const. ad extirpanda. fol. 6. prope fi. & Alex. 4. infra c. 12. super.

VII.

Hæretici eorumq; complices redeuntes ad fidem caueant de fide tenen. &c.

Hæc const. ampliatur infra per Alex. 4. const. 12. super.

CVM Venerabilis frater noster Albanensis Episcopus authoritate nostra super extirpatione prauitatis Hæreticæ inter alia duxerit statuendum, vt inquisitores Hæreticorum in Prouincia Lombardiæ, à credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus Hæreticorū ad obedientiā Ecclesiæ redeūtibus sub pœna pecuniaria cautionem exigerent, quod fidem Catholicā firmiter teneant, & vlterius fauorem aliquē Hæreticis non impēdent, & nos statutū huiusmodi approbauerimus, ex abundanti, vt firmior maneat in hac parte processus, prædicta vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari, authoritate præsentium duximus committenda. Dat. Perusij 4. Kal. Febr. Pont. nostri anno decimo.

De Redeuntibus ad fidem vide supra f. 8. const. 4. tunc pœnitentes.

VIII.

Leges Federici Imperatoris in Hæreticos, eorumque complices latas, & nominatim hic insertas obseruari iubet.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Potestatibus, cōsilijs, & Cōmunitatibus Ciuitatū aliorūq; locorū Lōbardiæ, Marchiæ Teruisinæ, ac Romaniolæ, salutem & Apost. benedictionem.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Federicus Romanorū Imperator promulgauerit quasdam leges per quas ne pertragetur, compesci poterit pestis illa: Nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari contra Hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri: alioquin dilectis filijs Priori Prouinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola literis nostris iniungimus vt vos ad id per excommunicationem in personis & interdictum in Terram appellatione remota compellant tenores autem legum hi sunt.

Alias leges contra illos fecit ipse Inn. quas vide sup. fol. 6. c. 8. ad extirpanda & infra c. 10. noueri. & sup. fol. 3. Greg. Nouas constit. excōicamus.

Federicus Dei Gratia Romanorum Imperator & semper Augustus Hierusalē & Siciliæ Rex dilectis Principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis Episcopis alijsque Prælatis Ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comi-

B tibus

tibus, Baronibus, Potestatibus, sculteetis, Burgaulijs, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, præsentes literas inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam & omne bonum.

Commissi nobis cœlitus cura regiminis & Imperialis, cui dante Domino præsidentes fastigium dignitatis materialem quo diuisim à sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exercendum, vt perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur, maleficos viuere non passuri per quorum scientiam seducentem mundus inficitur & in gregem fidelium per oues has morbidas grauior infligitur corruptela.

Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocunque nomine censeantur, vbicunque per imperium damnati fuerint ab ecclesia, & seculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur.

De Hæreticorũ pœnis vide infra Paul 4. c. 41. cũ ex apostolatus vbi pœnã cõcord. & vide etiã infra hac ead. constit.

Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per inquisitores ab apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquisitorum & aliorum Catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitat aduocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi, ad alia loca se transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) euidens testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidiuam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat.

De Relapsis vide inf. Alex. 4. c. 10. quod super. & Hon. 4. c. 8. olim.

Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis germina modis omnibus deleantur.

Cæterum quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius iustiusque contra Dei blasphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mærore tabescant: vere scientes quòd Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendũ, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacunque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceant innocentiæ filiorum.

De pœnis filiorũ filiorum habes sup. fol 5. c. 5. ad extirpanda. cum ibi notat.

Filij Hæreticorũ & c. reuelãtes Patres & c. impunes erunt.

Ad hæc notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab iocursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis.

Hæretici diligenter custodiãtur.

Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: Scituri quòd in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vnà cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxij. Februarij, xij. Indictione.

FEDERICVS DEI GRATIA, ETC.

INCONSVTILEM tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vnitate nituntur inducere sectionem: & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem prætendentes ouium, quousque ouile possint subintrare dominicum. Hi sunt angeli pessimi. Hi sunt filij prauitatum, a patre nequitiæ, & fraudis auctores, ad animas simplices destinati: Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus euomere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quoddã dirissimum venenũ immiscẽt.

Inuectiua contra Hæreticos.

Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Arrio Arriani, vel à Nestore Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide Catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contextu nequitiæ insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipsos. Deum, dum Dei fidem, & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrant. Crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quã per agnitionem veram & veræ fidei, possent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi sectatores inuoluunt: & (quod est ipso dictu dirissimum) superstites etiam non terrentur exemplo.

Patareni cur ita nominari volunt.

Contra

Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Roman. Ecclesiam, quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quòd ab Italiæ finibus, præsertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare; iamque vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbissimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet, quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari.

Crimen Hæresis est publicum & cæteris omnibus peius.

Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores; & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri; ac inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, à viris ecclesiasticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint á fide Catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis; sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus, quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quòd in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ xxij. Febr. xij. Indict.

In Crimine hæresis inquiratur absque querela.

Heretici viui comburendi sunt.

IMPERATOR FEDERICVS Semper Augustus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui vt à pœna alios possint eximere, de se velut improuidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pristinæ de imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur.

De Reuelantibus Hæreticos, vide supra proxime.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS CONTRA Patarenos edita per eundem Federicum illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ Regem.

CATHAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Garatenses, Albanenses, Franciscos, Bagnarolos, Commiatos, Vualdenses, Roncarolos, Communellos, Vuarinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanigr, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quòd si per annum permanserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quòd de terris suæ ditioni subiectis vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quòd amodo quandocunque quis fuerit in perpetuam potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus Catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iure dominij temporalis; dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: Statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quòd hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quòd domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituēdæ. Dat. Paduæ xxij. Februarij xij. Indictione.

De Hæret. bonis habes supra const. 5. cum tractu & ibi notatur.

Potestates iurare debēt Hæreticos persequi.

Dominorū Terras purgare Hæreticis negligentium pœna.

De Fautorū Hæreticorum pœnis habebis concord. inf. Pau. 4. const 41. cum ex apostolatus.

REX regum. Apostatantes à fide Catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus. Et vt a professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat. Perusij ij. Kalen. Nouemb. Pontificatus nostri anno primo.

IX.

Facultas Prioris Prouincialis Ordinis Prædicatorum creandi, & remouendi Inquisitores.

Const. similem vide infra Clem. 4. constit. 2. licet.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Priori Prouinciali Ordinis Prædicatorum in Lombardia salutem & Apostolicam benedictionem. Licet ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officij nostri debito expurgare letiferam pestem hæreticæ prauitatis, in Italiæ tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius vbi eandem pestem, propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersos mores peperit ex vicinitate persensimus abundantius succreuisse. Volentes igitur in Prouincia Lombardiæ à Bononia & Ferraria inclusiue vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem Prouinciæ ac Marchia Ienuensi per aliquos de fratribus Prioratus tui super hoc partes nostræ solicitudinis adimpleri: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu vel Vicarius tuus cum contigerit te abesse de consilio discretorum fratrum, quatuor ex eiusdem Prioratus fratres viros zelum habentes Christianæ fidei & opere ac sermone potentes assumas, eisque Inquisitionis officium contra Hereticos eorumque fautores & complices, in prædictis Prouincia & Marchia iuxta formam quam eis per alias literas nostras expressimus exequen. iniungas: quos eam quam in eisdem literis comprehendimus habere volumus potestatem. Si vero quemquam eorumdem Inquisitorum ex causa videris aliquan. amouen. alium illo amoto substituas pari potestate functurum, quoties id facien. deliberatione cum discretis fratribus habita tibi vel eidem Vicario te absente visum fuerit expedire: Dat. Assisij 4. Kal. Iunij Pont. nostri anno Vndecimo.

Hodie nemo sistet Inquisitores eligere vel deponere inconsulto Senatu Generali Rom. Inquisitionis.

X.

Excommunicatio nonnullorum Hæreticorum.

Vniuersis Christifidelibus.

NOVERIT vniuersitas vestra, quòd nos ad instar fe. re. G. Papæ prædecessoris nostri excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt id ipsum. Damnati vero per Ecclesiam seculari iudicio relinquantur animaduersione debita puniẽdi; clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, similiter hæreticos iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione persti terint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati & notarij nulli eorum officium suum impediant; alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eleemosynas, aut oblationes eorum recipiant. Similiter hospitalarij, aut templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij, per quem credat ad prælati sui & inquisitorũ hæreticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excommunicationis sententia percellantur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittatur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos & quoscunq; viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus, & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis: volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem huiusmodi ad inuicem superstitionis hæreticæ, à via declinasse constiterit veritatis. Datum Anagniæ 17. Kalen. Iulij, Anno Vndecimo.

Hanc Greg. Nona constit. habes supra fol. 3. const. 3. excõicamus.

Alias leges & constit. contra Hereticos & complices habes supra const. 8. cum aduersus. cum ibi not.

Disputationem huiusmodi prohibet etiã Greg. Non. sup fol. 3. const. 3. excõicamus. & inf. Nic. 3 const. 1. nouerit.

De Filijs Heret. vide sup. fol. 5. const. 3. ad extirpanda. vbi notatur concord.

De Prædi-

X I.

De Prædicatione verbi Crucis, & Priuilegijs Crucesignatorum.

Confirmauit Pius V. infra const. 114. Sacrosanctæ.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum inquisitoribus hæreticæ prauitatis, præsentibus & futuris in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & apostolicam benedictionem.

Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ, peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad extirpationem igitur eiusdem pestis, iuxta officij nostri debitum ea animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt cõsurgant, stentque nobiscum pro euangelicis, quas professi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos vobis inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hæreticos, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos, qui tacti zelo fidei, ad extirpandam prauitatem eandem, votum assumpserint, crucis charactere consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ob hoc votum assumpserint, copiosæ mercedis, præmium afferatur: vobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium, in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi crucis verbum per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerint, quadraginta vel viginti dies de iniunctis pœnitentijs libera sit vobis & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quòd si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunque requisiti illud souere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose iuuare; contra eos, tanquam defensores, & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia ipsorum exegerit, Reges & Principes Christianos, nec non Crucesignatos pro terræ sanctæ succursu, curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis fidem in locis prope positis, quam procul distantibus defensare. Porro vt non solum inquisitionis vobis super hæretica prauitate commissæ, sed & huiusmodi prædicationis crucis officium in manibus vestris, congruis fauoribus adiuuetur, absoluendi iuxta formam ecclesiæ, omnes qui contra prauitatẽ hæreticam assumpserint signum crucis, ab interdicti, suspensionis, & excommunicationum sententijs canonis, & præsertim ab illis quas pro incendijs, vel effractionibus ecclesiarum, seu iniectione manuum violenta in personas ecclesiasticas incurrerunt; & alijs quoque sententijs a nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum, quòd ab his oporteat absolutionis beneficium per sedem apostolicam obtineri: Necnon & ab illis sententijs, quas adhærendo & fauendo contra ecclesiam quondam Frederico, se tum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Romanis, Vberto Marchioni Pelauicino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribusque ciuitatum atque locorum, similibusque personis, qui in ecclesias, & personas ecclesiasticas sæuitiam exercuisse noscũtur, aut eorum bona nequiter occupasse, dumtaxat exceptis. Dummodo assumpto crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quòd de cætero contra ecclesiam nunquam erunt; & tam ab ipsis, quàm ab alijs præmissis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi cum clericis, super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententijs canonis contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem crucesignatorum, vouentium, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis, alijsque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, dumtaxat exceptis. Concedendi quoque crucesignatis eisdem, quòd tempore generalis interdicti possint interesse diuinis officijs, & ecclesiastica sacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto sedis apostolicæ celebrantur. Dummodo in præmissis casibus, ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentium, cõcedimus facultatem. Datum Anagniæ xiij. Cal. Iulij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Mandat prædicari verbum crucis.

Indulgentia assumentium signum crucis.

Indulgentia audien. prædicationẽ verbi crucis.

Imped. Inquis. officium pœnas vide inf. Pium V. const. 83 si de protegendis. vbi pœnam commodi.

Priuilegia Crucesignatorũ. De quorũ confirmatione vide infra Pium V. cõstit. 114. sacrosanctæ.

X I I.

Declaratio constit. 3. ad extirpanda. vers. teneatur insuper. de qua sup. fol. 5.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ, Salutem & apostolicam benedictionem.

Cum in constitutionibus nuper à nobis contra hæreticos promulgatis, inter alia contineri dicatur expresse, vt domus in qua hæreticus vel hæretica inuentus fuerit, ac ei contiguæ, si fuerint eiusdem domini, sine spe reparationis funditus destruantur, nostro petistis certificari responso, quid sit de turribus in casu huiusmodi obseruandum. Ad quod breuiter respondemus, quod nostræ intentionis extitit & existit, vt in eo casu idem in turribus, & in domibus iudicium obseruetur. Lignamina vero, lapides, & tegulas domorum & turrium, quæ taliter destruentur, eo modo distribui decernimus, quo res alias ibidem inuentas diuidi mandauimus in constitutionibus antedictis. Datum Anagniæ IIII. Calen. Augusti, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Turres Hæreticorum demoliẽdæ sunt.

Pont. supradictus obijt Neapoli idibus Decembris 1254. & sepultus fuit in Ecclesia S. Laurentij ad Minores.

ALEXANDER QVARTVS

Romanus Greg. Noni Nepos Coronatus Neapoli idibus Ianuarij.1255.

I.

Confirmatio Donationis Federici Imperatoris ad fauorem Fratrum & Hospitalis leprosorum S. Lazari Hierosolymitani.

Hæc constit.confirmatur per Pium Quartum infra constit.13.pastoris vbi ponam concord.

The Federicus Imp. Ecclesiam Dei prosecutus fuit & propterea fuit depositus. Et de eo ac Conrado eius filio ui de inf. cōstit. 6. firmas.

Confirmatio donationis.

LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. Magistro & Fratribus Hospitalis leprosorum S.Lazari Hierosolymitani ordinis S.Augustini. Lecta corā nobis vestra petitio continebat, quod quondam Federicus Rom. Imperator ante latam in depositionis sententiam, circa miserabilem conditionem vestram omni miseratione dignissimam piæ dirigens compassionis affectum, diuersas Terras, possessiones, & startias tunc de suo dominio existentes in Sicilia, Calabria, Valle græcis, Aquilia, & Terra laboris cum diuersis secularium exactionū exemptionibus vobis pia & prouida liberalitate donauit, pro vt in patentibus literis eiusdem formiter confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus ioclinati donationem huiusmodi ratam & firmam haben. eam authoritate apostolica coofirmamus &c.atq; conuenimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. Dat.Neapoli xij.Cal.Martij anno primo.

II.

Confirmatio Regulæ S.Augustini à supradictis fratribus professæ.

Confirmatio Regulę perpetuo obseruanda.

ALEXANDER Episcopus &c. Cum à nobis petitur &c. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu Regulam Beati Augustini quam vos asseritis esse professos, sicut eam acteous seruastis vobis authoritate Apostolica confirmamus atque communimus; eadem authoritate nihilomiuus statuētes, vt regula ipsa à vobis & successoribus vestris, perpetuis futuris temporibus obseruetur Nulli &c.Dat.Neapoli xj.Aprilis anno Primo.

III.

Declaratio constitutionis Innocentij Quarti incipien. ad extirpanda.num. 3. Quæ est supra fol. 5.

Rectores Ciuitatum ad inquirendum Hæreticos, eligant personas de quibus hic.

Et syndicent præcedentem Rectorem & eius Assessores circa omnia contenta in legibus cōtra Hæreticos & complices editis.

De hoc vide etiā inf.cōst. 5. exortis & c.7. felices.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus Hæreticorum in Prouincia Lombardiæ sal.& Apostolicam benedictionē. Cum secūdum tenorem constitutionum fel.rec.Innoc. Papæ prædecessoris nostri quas in capitularibus Ciuitatum & locorum Italiæ annotari mandauit, contineatur quod quilibet Potestas seu Rector cuiuslibet Ciuitatis seu loci infra tertium diem post introitum regimiois sui duodecim veros probos & catholicos & duos Notarios, & duos seruitores vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos Diœcesanus si præsens extiterit & interesse voluerit, & duo Fratres prædicatores & duo Minores ad hoc à suis superioribus si Conuentus ibi fuerint eorundem ordinis deputati duxerint eligendos, per quos inquirantur Hæretici & etiā capiantur. Teneatur insuper idem potestas vel rector infra decem dies sui regiminis, sindicare præcedentem proximo Potestatem vel Rectorem & etiam eius Assessores, per tres viros catholicos & fideles electos ad hoc per Diœcesanum si fuerit præsens, & per prædicatores, & Minores, de omnibus quæ in constit. præfatis & legibus quæ contra Hæreticos & eorum complices editis continentur. Et sicut ad audientiam ipsius nostri prædecessoris peruenit earundem constitutionum super his plerumque impeditur effectus, pro eo scilicet quod interdum illi qui prædictos viros debent eligere, electioni huiusmodi non possunt interesse vel nolunt. Nos ad instar prædecessoris eiusdem super his sicut conuenit prouidere volentes, statuimus vt si Diœcesanus & Fratres Minores prædictæ electioni prædictorum virorum noluerint vel non potuerint interesse, per aliquem vestrum seu illos quibus id duxeritis committendum io locis in quibus Inquisitionis officium exercetis, eligere personas seu viros huiusmodi libere valeatis, vobis & vestrum singulis authoritate præsentium indulgemus. noo obstante iuramento quod prædicti Potestates & rectores de obseruandis præfatis constitutionibus exhibere tenentur, à quo ipsos quantum ad hos articulos siue casus duximus absoluendos. Nulli ergo &c. Datum Neapoli. 2. Cal.Maij Pont.nostri anno Primo.

IIII.

Deputatio Gubernatoris in Terris Patrimonij, & Sabiniæ.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Magistro Leoni de Romania Canonico Baiocen. Salutem &c.

Ad diuersas mundi Prouincias ex officij debito intentæ cogitationis extendentes aciem, & vndique per orbem pro salubri statu fidelium Apostolicæ diligentiæ studium difundentes, circa Terras

præcipue

præcipue Patrimonij beati Petri in Tuscia,& Sabinia, ac cæteras Romanæ Ecclesiæ speciales nostræ considerationis retorquemus intuitum, & pro ipsarum conseruatione potioris nimirum vigilantiæ operam adhibemus. In his etenim terris suos eadem Ecclesia proprios recognoscit alumnos, hic deuotos suos reperit, & fideles. Hic est hortus sedis Apostolicæ proprius,in quo nullus alius particeps eatat, sibi quem solus Romanus Pontifex custodit,& protegit,cuius ipse,& non alius gerit regimen,& culturam. Hoc est eius peculiare pomerium, vbi gratæ subiectionis flores colligit,& filialis dulcedinis poma decerpit, propter quod Ecclesia ipsa circa illius munimen,& cultum attentius cogitat,& opem ad hoc propensioris studij administrat, vt illud per deuotionem sinceram puritatis respiret odorem, & per fidelitatem integram expectatum constantiæ fructum reddat. Verum quia tunc regio vtiliter regitur, cum prouidi rectoris ducatu dirigitur, & vigilis præsidentis industria gubernatur, Nos volentes, vt prædictum beati Petri Patrimonium,& præfata Sabinia, duce gaudeant circumspecto,quatenus illius prouidentia successibus optatis proficiant, & præseruentur laudabiliter ab aduersis: Te,de cuius fide,sollicitudine,ac prudentia pleniorem fiduciam obtinemus, eiusdem Patrimonij, ac prædictæ Sabiniæ regimini duximus deputandum, illa diligentiæ tuæ plenarie committentes,concessa tibi præcipiendi,ordinandi,disponendi,& statuendi sicut expedire videris,in eisdem Patrimonio,& Sabinia,nec non contradictores quoslibet, & rebelles spirituali,& temporali districtione appellatione postposita compescendi libera potestate. Ideoque mandamus quatenus ad Patrimonium ipsum, & Sabiniam te personaliter conferens, commissum illorum tibi regimen animose gerere studeas, & exercere salubriter, & prudenter. Ita quod exinde crescas meritis apud Deum, penes nos gratia,& apud homines clara fama. Nos enim sententiam siue pœnam quam spiritualiter,& temporaliter rite tuleris in rebelles,ratam &c. vsque obseruari, Datum Neapoli v. Cal. Ianuarij Anno Primo.

Patrimonium & Sabinia sedis Hoc tus Sedis Apostolicæ.

Deputatio Gubernatoris.

V.

Declaratio,& ampliatio const. 3. Inn. 4. de qua sup. fol. 5.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs inquisitoribus hæreticorum, in Lombardia, & Marchia Ianuensi, Salutem & apostolicam benedictionem.

Exortis in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizanijs, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico: felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster constitutiones quasdam ad pestis extirpationem prædictæ noscitur edidisse, quas in suis literis annotatas,mandauit à dilectis filijs potestatibus,seu rectoribus, cōsilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorum,per Lombardiam,Romaniolam,& Marchiam Teruisij constitutis,tamquam fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruari. Porro inter constitutiones huiusmodi,tria cōtineri noscuntur,à potestatibus,seu rectoribus ciuitatum & locorum, sub debito iuramenti infra certos terminos obseruanda. Primum videlicet,quòd potestas, seu rector infra tertium diem post introitum sui regiminis, duodecim viros probos & catholicos,duos notarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, instituat; quos ad negotium fidei contra hæreticos,eorumque fautores,diœcesanus, si præsens fuerit, & interesse voluerit,& duo fratres Prædicatores,& duo Minores ad hoc à suis prioribus & ministris, si ennuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputari,duxerint eligendos. Secundum,quòd idem potestas,seu rector,in destructione domorum,condemnationibus faciendis,& in rebus inuentis,vel occupatis consignandis & diuidendis, infra decem dies postquam accusatio seu denuntiatio super hæresi, vel hæreticorum fauore facta fuerit, exequatur omnia cum effectu. Tertium vero,quòd prædictus potestas siue rector,infra decem dies sui regiminis, syndicet præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanum si præsens extiterit, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis seu constitutionibus,& legibus contra hæreticos, & eorum complices continentur, & eos puniat de omnibus & singulis quæ omiserunt,& compellat restituere de propria facultate. Cum igitur, sicut accepimus, supradicta tria, infra præmissos terminos propter ipsorum terminorum nimiam breuitatem, nequeant à potestatibus,vel rectoribus de facili adimpleri; propter quod ijdem potestates seu rectores in animarum suarum periculum periurij retiaculo sæpius inuoluuntur; Nos de vestræ fidei puritate, ac circunspectionis industria,plenam in Domino fiduciam obtinentes,prorogandi eisdem potestatibus & rectoribus terminos supradictos,vsque ad decem dies,prout expedire vel necesse fore videritis ad præmissa efficaciter exercenda,ita quòd per prorogationem huiusmodi nec periurij reatum,nec notam incurrant,plenam vobis & singulis vestrum,vbi conuenire ad hoc commode nequiueritis, concedimus auctoritate præsentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lateran. 11. Idus Martij Pontificatus nostri anno secundo.

Facultas Inquisitorum prorogandi terminum ad exequendum contenta in hac constit.

VI.

Prohibitio ne Conradus filius Federici olim Rom. Imperatoris eligatur vel nominetur in Regem Romanorum.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Archiepiscopo Maguntino salutem & apostolicam Benedictionem.

Firma profecto consistit domus quæ solidis fulcita columnis,& Ecclesia tunc multo stabilitur robore,quando cum Prælatorum virtute ac constantia cōmunitur: inter quos quia honore ac potētia eminere dignosceris,conueniens est & debitum, vt fauorabilius & vehementius eidem assistas Ecclesiæ, ac ea te ipso in opportunitatibus præsidia sentiat potiora. Quia si eius augetur status,& optatis proficit incrementis,vna tu cum ea suorum profectuum participatione concrescis; Et, si quod absit, aliquibus molestaretur aduersis & sinistris pungeretur euentibus, suæ te molestiæ minime præterirent, sed simul cum ipsa gustans suarū amaritudinem punctionum. Imo sicut locum in ea optas magis conspicuum & excelsum, sic plus te illius lætificant prosperitas, & tribulatio conturbant; nec ipsa quæ plurimum in tuis congaudet commodis de tuis posset ad

Monet Archiepiscopum Maguntinum optimis

uersitatibus

uersitatibus grauiter non dolere. Quanto autem affectu te ac alios Alemaniæ Prælatos Romana semper prosecuta fuerit Ecclesia, quantisque vos & Ecclesias vestras studuerit assidue magnificare ac præseruare fauoribus, clare liquet: cum nunquam in beneficijs & gratijs circa vos ipsas Ecclesias defecerit suæ irriguum largitatis, nec vsquam vobis in necessitatibus ipsius defuerint auxilia; quæ vestri tanquam proprij zelatrix honoris indefesse curauit, quotiens oportuit vestris adesse, negotijs sicut promotrix sollicita & adiutrix per omnia studiosa. Nec immerito quidem cum & vos inter cæteros cooperatores promptos repererit, & præcipuos senserit adiutores. Propter quod decet & expedit, vt attente pro ipsius vigiletis honore quæ vestris diligenter intẽdere vtilitatibus non desistit. Sane intelleximus quod instat tempus electionis celebrandæ de Rege in Imperatorem postmodum promouendo, super quo tanto propensior adhibenda est diligentia & cautela, quanto altius & difficilius est negotium quod geritur in hac parte, tantoque res, si aliqua in ea interueniret negligentia seu improuidentia vel desidia, deteriorem posset habere effectum & exitum noxiorem. Vnde sic vehementer vigilandum est, hic perspicaciter intuendum, hic considerandum prouide, hic mature deliberandum, hic prouide precandum. Hic aperiendi sunt oculi, hic habendæ sunt aures intentæ, hic mens debet esse non rudis & torpens, sed diligens peruigilet consulta, vbi de aduocato Ecclesiæ agitur, de ipsius defensore tractatur: ne pro

Imper Ecclesiæ dicitur Aduocatus.

aduocato impugnator, & pro defensore assumatur vel eligatur offensor. Quare vndique summæ cogitationis præferenda est acies, & circumquaque districta explorandum indagine, vt talis (cooperante domino) reperiatur & eligatur, qui fidelis & deuotus existat, & de prosapia processerit deuotorum: ac idoneus & sufficiens merito reputetur ad obtinendum tanti honoris culmen, & Imperij regimen exercendum. Qualiter autem Federicus olim Romanorum Imperator, & sui progenitores, & posteri, erga matrem Ecclesiam se gesserint, &

Fed. Imper. persecutus fuit Ecclesiã, & propterea fuit depositus prout habes supra const. 1. Lecta. & inf. Pium IIII. const. 13. pastoris.

qualem ei retributionem pro beneficijs perceptis impenderint, patens est, & cognitum toti orbi. Quoniam hi aliorum persecutorum excedentes tyrannidem, grauioribus eam affecerunt iniurijs, & oppressionibus durioribus affixerunt: & velut intendentes exterminium, tendentes furentis arcum, & feritatis gladium acuentes diris illam vbilibet tribulauere flagellis, & vsque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciarunt. Nam in hoc prauo genere, patrum in filios cum sanguine deriuata malitia, sicut carnis propagatione; sic imitatione operum nati genitoribus successerunt. Ex quo liquido perpendi potest & conijci, si ex ipso aliquæ posteritatis reliquiæ remanserunt, quid sperandum sit in futurum de illis, quid in posterum expectandum. Vitæ namque ac gesta prædecessorum peruersa, iniquitatem prænunciant successoris. Horribilis enim, & scælestia illorum memoria, quid boni de ipsorum posteritate credere, vel sperare permittit? De colubro quidem

Conradus nõ eligatur i Reg. Romanorum quia infans.

egreditur regulus, & arbor mala noxios fructus profert, prauumque principium nullum bonum pollicetur effectum. Et ideo de Conrado puero prædicti Federici secundi filio, est præcauendum omnino, nec vllo modo intẽdatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maxime cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis, & ad ista prorsus inhabilis, ac ineligibilis penitus, puer ipse est, nec ius, quod ex electione prouenire vel consurgere consueuit, sibi posset competere, nec in sua cadere vel retinere persona: cum propter pue-

Et sic inhabilis ad defendẽ. Ecclesiam.

rilem ætatem, quæ discretione caret, & legitimum consensum vel dissensum non habet, electioni, si de ipso fieret, consentire non posset, nec ipsius consensus aliquam haberet efficaciam vel vigorem. Et ex eo etiam idem puer in Regem eligi vel nominari non debet: quia cum per electionem huiusmodi, de aduocato vel defensore idoneo debeat ecclesiæ prouideri: & ipse puer sit, omnino ineptus & inutilis ad talis defensionis officium seu

Et inhabilis etiã ad regendum.

ministerium exequendum: oporteret eandem Ecclesiam, si contingeret eligi dictum puerum, manere diutius, non absque grauibus forte dispendijs, defensionis commodo destitutam. Nec per hoc etiam consuleretur amplo & spacioso regno Theutonico de Rege vel Rectore condigno: cum male possit alios regere, qui non nouit gubernare se ipsum: nec bene vel digne aliorum gubernaculo præesse valeat, qui regimine ducitur alieno, & cui propter tot potentes defectus, necessaria est alterius custodia, & tutela. Propter quod Regnum ipsum longo tempore, non sine multo discrimine, sub operosa regiminis expectatione langueret. Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per Apostolicam auctoritatem, tibi scilicet in virtute sanctæ obedientiæ, sub debito fidelitatis, quo nobis & Ecclesiæ Romanæ teneris, ac sub pœna excommunicationis, quam ex nunc in te proferimus, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem eligas, nec nomines, neque consentias in eundem: Ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere vel venire præsumpseris, & eundem Conradum nominaueris, vel elegeris, aut in ipsum consenseris, seu opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, impenderis: & etiam si eius electionem non impediueris toto posse: vt si forte ad ipsius electionem, vel nominationem processeris, scias te prius excommunicatione ligatum. Alijs vero coelectoribus tuis, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus, auctoritate nostra firmiter inhibeas, ne ipsum ad hoc nominent, vel eligant, nec in eum consentiãt promulgando, eadem auctoritate, in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc tuam inhibitionem venire tentauerint, immo nostram. Ita quod si eum nominare, vel eligere, aut in ipsum consentire præsum-

Inobedientium pœnæ.

pserint, noscant se prius excommunicationis vinculo innodatos: vt ex hoc ipso (si de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit) sit prorsus vacuum, irritum, & inane. Mandatum itaque ac præceptum super hoc Apostolicum sic fideliter, sapienter, & efficaciter adimplere studeas, omnem opem, & operam adhibeas, vt aliquis fide clarus, & deuotione syncerus, cui ad id suffragentur merita, eligatur, quod ex iis nos & Romanam ecclesiam tibi & Ecclesiæ tuæ arctius obliges: nosque lætari possimus id, quod intendimus, tuo solerti studio salubriter prouenisse. Ad hæc nihilominus in omnes electores, qui memoratum puerum ad hoc nominare, vel eligere, seu in ipsum consentire, aut opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare præsumpserint, excommunicationis sententiam promulgamus. Quam per te, antequam ad nominationem, vel electionem aliquam procedatur, reliquis tuis coelectoribus præcipimus nuntiari. Quod si non feceris, eo ipso te noueris laqueo excommunicationis astrictum. Datum Ananiæ quinto Kal. Augusti, anno Pontificatus nostri secundo.

Decla-

VII.

Declaratio nonnullorum articulorum contentorum in const. Innoc. 4. incip. ad extirpanda, de quo sup. fol. 5.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Prædicatoribus, inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FELICIS recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, dudum constitutiones quasdã edidit, secundum quas rigor debet exerceri canonicus, in extirpandis ex agro fidelium zizanijs hæreticæ prauitatis: quarũ aliquæ videntur ambiguæ, super quibus nostræ responsionis oraculum implorasti. Ne igitur ipsarũ constitutionum obscuritas commissæ vobis sollicitudini, perniciosas vineæ Domini pie persequendi capiendiq. vulpeculas obstaculum objiciat tarditatis: quoque ipsarum constitutionum capitula, quæ vobis dubia videbãtur, auctoritate præsentium, de fratrum nostrorum consilio, duximus declaranda.

Primũ dubiũ de potestate officialium inquisitionis.

Primum sane dubitationis vestræ capitulum continet, quòd tam duodecim viri quàm notarij & seruitores eorundem, ad capiendum hæreticos deputati, simul & diuisim plenariam præcipiendi, sub pœna & banno, quæ ad officium suum pertineot, habeant potestatem. Potestas vero talis loci vel rector, teneatur habere firma & rata omnia præcepta quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis officialibus siue plures, & pœnas exigere non seruãtium. hoc itaque quod de pœna & banno dictum est, de illis dumtaxat interpretamur intelligi, quæ consequenter in eisdem constitutionibus sunt expressæ.

Declaratio dicti dubij.

Possunt autem prædicti officiales, comunitati, burgo, & villæ præcipere sub pœna & bãno, vsque ad ducentas Marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis loci eiusdem, quòd potestati, vel diœcesano, aut eius vicario seu inquisitoribus hæreticorum, præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos & hæreticas, quos sibi dicti officiales duxerint assignandos: & potestas loci à non seruantibus, pœnam huiusmodi exigere teneatur.

Secundum dubium. & Tertium dubiũ de domibus in quibus Hæretici reperti sunt & bonis ibi inuentis &c.

Secundum vero est, quòd domus in qua prohibiti fuerint hæreticorum captores, sine spe reædificandi funditus destruatur, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientiũ, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti. Quodque habet, quòd domus in qua repertus fuerit aliquis hæreticus seu hæretica, sine vlla reædificandi funditus destruatur, nisi dominus domus ibidem procurauerit reperiri, & si dominus domus illius, alias domos habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illi adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Hæc autem duo capitula voo declarationis sedis apostolicæ radio lucidantes, volumus absoluere vt pœnæ taxatæ per constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur: nisi diœcesanis, vel in eorum absentia vicarijs ipsorum, vna cum inquisitoribus inquisitorum, vel solis ipsis diœcesanis, (cum ipsorum inquisitorum præsentia de facili haberi non poterit) legitime constiterit præfatatum domorũ

Declaratio secundi & tertij dubij.

dominos in his casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credẽtes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos. Bona vero quæ inuenta fuerint in domibus supradictis, debent in his casibus similiter publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam dominorum domuum earũdẽ.

Quartum dubiũ de domibus contiguis domui in qua Hæretici reperti sunt.

Quartũ vero vestræ dubitationis capitulũ enodamus, quòd videlicet, si dominus domus, pro eo quòd in ipsa repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine spe reædificationis funditus destruẽdæ, habeat alias domos, illi domui demoliendæ contiguas, omnes illæ similiter destruantur; illud de appendicijs domus illius debere intelligi declaramus, vt scilicet domus illa cum alijs eiusdem domui ipsi contiguis, hoc est ipsa, & ipsius etiam appendicia, cum eadem siue in domo, siue in appendicijs eius, hæreticus vel hæretica repertus fuerit, destruantur: cum domus, quamuis diuersis mansionibus distinguatur, vna nihilominus sit censenda.

Declaratio quarti dubij.

Quintum dubiũ de syndicãdis potestatibus præcessoribus.

In quinto autem dubitationis capitulo legitur; quod teneatur potestas seu rector, infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem, proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles electos ad hoc per diœcesanum, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis ipsis, siue cõstitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur. Hunc itaque dubitationis articulũ declarantes respondemus, quòd vna cum diœcesano loci, fratres prædictorum ordinum, à priore & guardiano suis: vel ab eorum altero, si ibidem alterius dumtaxat eorumdem ordinum conuentus extiterit, assumendi, viros eligant supradictos. Si vero neutrius ordinis conuentus ibi forsitan habeatur, ad solum diœcesanum eorũdem virorum electio pertinebit.

Declaratio quinti dubij.

Quo circa discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eadem capitula cõstitutionum prædictarum accipientes, iuxta declarationis apostolicæ intellectum, tenorem præsentium, simul cum eisdem constitutionibus faciatis de verbo ad verbum in capitularibus ciuitatum ad tollendas de aliorum cordibus ambiguitatis huiusmodi, annotari. Datum Lateran. 15. Non. Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

VIII.

De statutis quouis modo officium Inquisit. impedientibus.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Mutinen. Salutem & apostolicam benedictionem.

IMPLACIDA relatio nuper nostrum turbauit auditum, quòd videlicet Commun. Mantuan. cum deberent dilectis filijs fratribus Prædicatoribus, inquisitoribus prauitatis hæreticæ, in illis partibus a sede apostolica deputatis circa extirpationẽ prauitatis huiusmodi de suis finibus, toto posse assistere tãquam fidei zelatores; ipsi agentes in contrariũ, statuta quæ damnabilia ediderunt, per quæ negotium fidei, quod per fratres ipsos salubriter geritur, vt in eo procedi libere nequeat, directe impeditur vel etiam indirecte. Quo circa fraternitati tuæ, per apostolica scripta, sub excõicationis pœna firmiter præcipiẽdo mandamus, quatenus associatis tecũ aliquibus discretis, & Deũ timẽtibus viris, statuta hmôi quæ a Mãt. vel quibuslibet alijs hominib.

Mandat Episcopo Mantuan. vt statuta Mantuæ ac eius districtus obstantia officio Inquisitionis abroget.

ordinata & facta dicuntur Mantuæ ac in toto ipsius districtu, per quæ ipsi negotio posit obstaculum prouenire diligenter inquirere ac etiam inuenire: & quæsita & inuenta ad tale reducere, ac reduci facere moderamen procures, quò per ipsa dictorum inquisitorum processus non impediantur in aliquo, vel quomodolibet retardẽtur: faciens nihilominus quod statuta quælibet ipsi negotio contraria, & quibus posset impedimentum aliquod inquisitoribus afferri eisdem, quominus per eos iuxta formam sibi a prædicta sede traditam procedi libere valeat in eodem, in ciuitate præfata vel alibi in ipsius districtu nullatenus obseruentur: potestatem, ancianos, & consilium ciuitatis eiusdem per excommunicationem in personas eorum & commune prædictum, per interdicti in ciuitatem ipsam sententias, ad id appellatione postposita, compellendo. Datum Viterbij xvi. Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

IX.

De priuilegijs & facultatibus Fratrum ordinis Minorum Inquisitorum.

De facultatibus eorundem vide etiam infr. const. 17. cupientes.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus de ordine Minorum in terris Saracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gathorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelinorum, Tartarorum, Hungarorum, Maioris Hungariæ, Christianorum Captiuatorum apud Turcos, aliarumque infidelium nationum orientis, seu quantumcunque aliarum partium proficiscentibus, Salutem & apostolicam benedictionem.

CVM hora iam vndecima diei sit hominibus vt exeant ad opus vsque ad mundi vesperam deputari, & illud Apocalypsis eulogium cito credatur cum matris Ecclesiæ consolatione complendum, videlicet, oportere viros spirituales vitæ munditiam & intelligentiæ gratiam cum Ioanne sortitos, populis & gentibus, linguis, regibusque multis denuo prophetare; quia non sequetur reliquiarum Israel per Isaiam prophetata saluatio, nisi iuxta Paulum Apostolum prius introeat gentium multitudo. Nos, licet immeriti, super Apostolicæ sedis speculam constituti fideliter ac prudenter dispensandis Dei ministerijs & operibus coadiuuandis intendimus: si vergente plenitudine temporis post pia priorum studia, in vineam Domini Sabaoth nouos & pene nouissimos, qui sapientiam longum didicere, per otium operarios mittere procuremus. Vos igitur, quos iuxta professæ religionis officium zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quam varijs carismatum donis & fidei fortitudine trahitis vbique discurrere, ac vexillum Regis & gloriæ procul leuare gestitis ad gentes quæ Iesum Christũ dominum non cognoscunt: & ad subtractionis filios, qui Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non obediunt, destinamus: vobis in remissionem peccatorũ omnium iniungentes, quatenus seminaturi super aquas multas; in illo tãtum qui mundum dixit se vicisse confisi, ad illuminationem cæcæ multitudinis, & exterminium hæreticæ falsitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos, in luce sermonis, & certitudine operis propositum vobis iter sine quarumlibet offensione curatis.

Facultas prædicandi verbũ Dei in terris Infidelium, & conuersandi inter excommunicatos, ac promouendi ad ordines sacros.

Vt autem ministerium vestrum honoretur plenius & honorabilius impleatur, præsentium vobis auctoritate concedimus, vt in terris quæ adhuc sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, & constitutis ibidem, non obstantibus si aliqua sunt excommunicatione ligati, in verbis, officio & cibo, ac in alijs secure communicare, & ipsos seu etiam alios conuerti ad vnitatem Christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare & aggregare Ecclesiæ filijs valeatis: & presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire charactere clericali, & ipsos ad acolitatus ordinem promouere.

Et excommunicatos absoluendi, & dispensandi cũ illis qui excommunicati receperũt sacros ordines vel celebrauerũt &c.

Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam sedis Apostolicæ, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, quòd sacros receperunt ordines, & diuina celebrarunt officia sic ligati. hoc ipsum vobis sit licitum, circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut omnes eadem die, vel qui superiores prætermissis inferioribus conferre seu recipere ordines præsumpserunt: si tamen in hoc, seruata forma talis extiterit, per quam ordines recepissent.

Et dispensandi cum his qui post assũptos ordines sacros, vel in casibus prohibitis matrimonia cõtraxerunt.

Audiendi quoq. confessiones.

Vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestræ prædicationi commissis, qui post susceptionem sacrorum ordinum, vel in gradibus & casibus à diuina minime lege prohibitis, matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem: & qui ad Ecclesiæ catholicæ redierint vnitatem, vt inter suos habitent, eisdemque communicent: necnon quòd clerici nationum ipsarum publice ad obedientiam sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium fidelium in terris prædictis confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos a canone vel alio modo, iuxta formam Ecclesiæ absoluere, dummodo iniuriam & damna passis satisfaciant.

Dispensandi in casibus hic expressis &c.

Cum irregularibus autem partium earum in casibus, in quibus solent Legati sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum clericis ipsarum partium patientibus defectum Natalium, dummodo non sint de adulterio vel incestu, aut de regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas; quam circa illos similiter habeatis, qui ab vnitate Ecclesiæ catholicæ seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & digne satisfaciant de commissis: ita quòd ipsi religiosi ad sua loca salua disciplina ordinis resumantur: & illos ex iam dictis qui excommunicationis vinculo sunt astricti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absoluere valeatis: & cum irregularibus ex eisdem, sicut est expressum superius, dispensare.

Absoluendi occisores religiosarum personarum. Fundandi Ecclesias &c.

Ad hæc, sit vobis absoluendi facultas occisores clericorum, & religiosarum personarum in prædictis partibus constitutos: fundandi de nouo ibidem Ecclesias, & reconciliandi illas, quæ sunt casu aliquo prophanatæ: ac de nouo fundatis, Rectores idoneos prouidendi: & illis qui de gentibus vel schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt vxores suas cum quibus ex gradibus a lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere.

Causas matrimoniales cognoscendi.

De causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam nostram deferri contigerit, legitime cognoscendi, ac discordantes inter se ad inuicem, quòd ad pacem & concordiam redeant: nec non quòd inordinate viuentes,

uentes, de suis excessibus (sicut iniustum fuerit) satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram ecclesiasticã vobis libera sit potestas.

Insuper in locis in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus residentiam feceritis, Missam, & cetera diuina officia celebrare, & in eisdem partibus Cimiteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota, facultatem & licentiam habeatis.

Ceterum vobis concedimus, quòd a catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis posítis ordines & alia ecclesiastica sacramenta suscipere, ac vestes sacerdotales altaris, pallas & corporalia, per eos qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit, benedicere, vbi catholicorum Episcoporum copia non habetur: necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem catholicæ fidei, ac reprobationem, ac irritationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco & tempore videritis expedire.

Celebrandi diuina officia &c dãdi Indulgentias &c. Facultas dãdi indulgentias an sit sublata, vide Trium v. const. 99. quam plen. d. Recipiendique ordines sacros ab Episcopis &c.

Nulli ergo omnini hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Viterbij xiij. Kalen. Maij. Pontificatus nostri anno quarto.

X.

Declaratio nonnullorum articulorum concernentium causam fidei.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, præsentibus ac futuris, Salutem & apostolicam benedictionem.

QVOD super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestræ consultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus in hæresim qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commisisse, cum secundum proprietatem verborum, non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quòd taliter respondemus, quòd talis si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi eam in iudicio abiurauit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio, violenta fuerit, & certis ac veris indicijs comprobata. Si vero leuis & modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

An sit relapsus qui recidit in hæresim quã abiurauit, vti de ea suspectus vel accusatus.

Quæsiuistis etiam circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionem vel receptationem, aut deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum, siue dationem vel missionem munerum, aut etiam aliàs in fauorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus. Et quidem si legitime constitit, vel etiã nunc constaret, quòd tales ante huiusmodi abiurationem in hæresi commisissent, non est dubium eos per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbari a se prius erroris consequentia, id fecisse.

An sit relapsus qui post abiurationem hæreticis fauet. De relapsis vide inf. Paul 4. const. 41. cum ex apostolatus.

Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurant coram inquisitoribus tam de se quàm de alijs super facto hæresis veritatem dicere, sed periurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius & suorum: corrigunt autem se postmodum super ijs contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque periurus secundum iura, etiam post pænitentiam in criminalibus a testimonio repellatur: hinc quæritur vtrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum. Super quo taliter respondemus, quòd cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ea manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, seu corruptos pecunia, sed zelo fidei tanquam pænitentes propriæ culpæ, asserere, quòd talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorundem.

An ob testimonium periurorũ procedi possit in hoc crimine. De testib. in causa fidei vide inf. const. 14. continuit & P. 8. 4. const. 53. cum sicut non sine.

Ad illud autem quod quæritur, vtrum ad inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denuntiantur cognoscere, ac punire talia exercentes: breuibus respondetur, quòd cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, inquisitores ipsi, de ijs, nisi manifeste saperent hæresim, ratione huiusmodi officij sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant suis iudicibus, pœna debita castigandos.

Inquisit. an de sortilegijs &c. cognoscant. Cõtrarium statuit Alex. 6. inf. const. 55. cum acceperimus & Leonem X. const. 38. Honestis. & Adria. 6. const. 5. dudd.

Quidam insuper (vt addicitis) pro ijs quæ commiserunt in hæresi, astringunt se inquisitoribus sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pænitentiam & complendam: sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo, vtrum inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coartare. Ad quod dicimus, quòd si per huiusmodi poenitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes, vel alij ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt.

An hæredes defunctorum cogi possint ad implendas pænitentias defunctis iniunctas.

Iniungitur etiam aliquibus ad poenam, in pænitentia pro hæresi, ab ipsius pestis inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesiæ se & sua. In quo quæritur, vtrum inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum coram se conquerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter pænitentes, prout ab eis in alijs iniunctis sibi pænitentijs fieri consueuit. Ad quod respondemus, quæstionem super vsuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab inquisitoribus hæresis, nec decidi. Nolentes quòd per causas huiusmodi, offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt: quibus in satisfactionem pro prædicto crimine huiusmodi restitutionem in pænitentia iniunxerunt.

De quæstionibus vsurarum an inquisitores cognoscant.

Sunt & alij, qui confessi sunt in iudicio de hæresi coram inquisitoribus huiusmodi prauitatis, sed ante quam eis iniungeretur pænitentia, decesserunt. Super quo quæritur si hæredes talium compelli possint ab inquisitoribus, vt ad ipsorum arbitrium satisfaciant pro defunctis, præcipue cũ ijdem dum viuerent, ad faciendã pænitẽtiã

An hæredes defunctorũ cõpelli possint ad agendũ pænitentiam quę defunctis fuerat iniungenda.

quam inquisitores eis vellent iniungere, bona sua inquisitoribus obligarint: cui quæstioni sic duximus respondendum, quòd postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ vnitati, non videmus quòd eis post mortem, vel eorum hæredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent ob culpam sui actoris admitti: non obstante quod actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Institutus in officio Inquisitionis cum potestate alios delegandi.

Adiecistis præterea, negotium seu officium inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Parisien. a sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quàm per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, vtrum tales delegati existant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem Prior possit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem, & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotiescunque viderit expedire: ipsi tamen priori, & alijs sic assumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac circunstantijs eius inquiritur, ac denuntiationes sententiarum, quas super ijs contra quoslibet contingerit ferri, & ijs similia faciendi conceditur ab eadem sede facultas.

Clericus perpetuo immutandus, an sit degradandus est.

Quæstioni vero qua quæritur, vtrum constitutus in sacris, deprehensus in hæresi, & propter hoc immutandus perpetuo, prius sit ab ordinibus a suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pænitentiæ. Respondemus, quòd talis qui est perpetuo immutandus, prius debet a suis ordinibus degradari.

Impeditores sacri officij per inquisitores possunt coerceri.

Et de pœnis eorũ vide infr. Piũ V. constit. 83. si de protegendis vbi ponam concord.

Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius, sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicuius seruitij temporalis, innituntur aliquando inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando, de quibus quæritur vtrum inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere; aut quòd sic accepta restituant, coartare. Dubium itaque non videtur, quòd ij quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis: quare possunt a talibus per inquisitores compesci, & pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quam etiam aliàs prout culpa exegerit delinquentis.

Religiosi grauius puniendi.

Quod autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cum seculares peccantes in simili casu, immutationis vel alia pœna plectantur: eius solutio satis patet, cum certũ sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam secularibus puniendos.

Qui filij hæreticorũ officijs & beneficijs priuantur.

De filijs Hæreticorum vide sup. fol. 3. Greg. Non. const. 3. excommunicamus. in fi. & inf. Hon. 4. const. 4. exhibita.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quàm ipsorum filios & nepotes, ac illos etiam qui prædictorum interuentu, vel gratia tale essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis, de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem; quod qualiter intelligi debeat, petiuistis eiusdem Sedis oraculo declarari. Hoc sane de filijs & nepotibus illorum credentium & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pænitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendam eandem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime, quòd ijdem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in ijs requirendos esse non credimus, sed potius a suo iudice puniendos. Vos igitur hæc & alia contigentia in hac parte, commissum vobis officium sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, sic ad ea pure propter Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intẽtio, quòd labor vester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum. Datum Viterbij, quinto Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

X I.

De petentibus consolamentum Hæreticorum.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci præsentibus & futuris; Salutẽ & apostolicam benedictionem.

Quidam infirmi consolamentum ab hæreticis recipiebant.

Filij eorum ad effugiendam priuationẽ hæreditatis, allegabant velle probare eos tunc tẽporis non fuisse sanę mẽtis.

Declaratur qũ talis probatio admitti debeat.

Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd nonnulli de partibus, vbi vobis contra hæreticos inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo constituti, salutis remedium adhorrentes, consolatos hæreticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus, desolationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem. Sed filij & hæredes sic decedentium, propter hoc exhæredari timentes, ac volentes ob id eorum malitiam excusari, proponunt se velle probare per testes, quòd ijdem, quando recipiebant consolationem huiusmodi, loquelam amiserant. & erant alienati a mente: cum moris sit apud eos (vt dicitur) quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam. Quare nos consulere voluistis, vtrum debeant tales probationes admitti. Nos igitur consultationi vestræ taliter respondemus, vt si legitime constiterit, quòd prædicti dum sanæ mentis essent; petierint hæreticos consolatos, sicque viam fuerint vniuersæ carnis ingressi; licet consolationem huiusmodi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post perditam iam loquelam suscepisse dicantur, nulla super hoc probatio admittatur, cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari. In dubio vero admitti poterit, non tamen vxores, filij, seu familiares, aut de suis aliqui, ad hoc probandum recipiantur in testimoniũ, sed alij testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum: sicque in talibus propter fidei priuilegium, cum multa cautela summaque diligentia, præ ceteris negotijs, procedendum. Datum Anagniæ Id. Nouembris, Pontificatus nostri anno quarto.

XII.

De exactione pœnarum Hæreticorum, & illarum applicatione.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci tam præsentibus quàm futuris, Salutem & apostolicam benedictionem.

SVPER extirpatione hæreticæ prauitatis, hoc à vobis in locis in quibus contra hæreticos vobis Inquisitionis officium est commissum, statuimus obseruandum: vt hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria inter cætera quæ iniungenda fuerint, iniungatis districte, quòd fidem Catholicam firmiter teneant, & vitetur hæreticis ipsis auxilium, consilium, vel fauorem aliquem non impendant: necnon Ecclesiæ mandatis obediant, & obseruent quæ eis feceritis, vel vnus vestrum occasione ipsius hæreticæ prauitatis; & ab eisdem cautio exigatur. Nos autem vobis & singulis vestrum, cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota, tam redeuntes ipsos, quàm & defensores si oportuerit eorundem, ad præstationem vel solutionem huiusmodi pœnæ, ad quam se obligauerint; si, quod absit, in dictam pœnam inciderint: plenam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Redeuntes ad fidem cauēt de fide tenenda & obediendo mandatis Ecclesiæ.

Pecunia vero quæ de huiusmodi pœnis, vel ex tertia parte mulctarum, vel condemnationum exigendarum à quibuslibet personis & locis, seu bonorum apprehendendorum occasione hæresis, vel hæreticorum, secundum tenorem constitutionum nostrarū (quas in eosdem hæreticos, fautores eorum, & alios promulgatas, in capitularibus ciuitatum & locorum aliorum conscribi mandauimus) fortè peruenerit, penes tres viros fide probatos à vobis & à diœcesano, vel eiusdem vicario, si idem præsens non fuerit, eligendos, deponatur fideliter conseruanda, & de illa vobis & singulis vestrum necessariæ ad prosecutionem negotij contra hæreticos expensæ sine difficultate aliqua de ipsius diœcesani consilio ministrentur, & eidem diœcesano de ijs quæ expendi contigerit, rationis plenariæ fidelis computatio exponatur. Datum Anagniæ, Id. Nouembr. Pontificatus nostri anno quarto. Cōstitutionis pœnæ exigantur, & hoc idem habes in const. 16. ad audientiam. Et pecunia redigenda ex pœnis Hæreticorum capo nator in prosecutione officij Inquisitionis.

XIII.

Præcipit Episcopis & alijs, vt assistant Inquisitoribus in negotio fidei exequendo.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus . . episcopis & dilectis filijs . . Electis Abbatibus, Prioribus, ministris, guardianis, & alijs Ecclesiarum prælatis, & rectoribus, necnon & vniuerso clero, tam religiosis cuiuscunque professionis, & ordinis, quam secularibus in ducatu Spoletan. constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXORTIS in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizania, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, sedes Apostolica eiusdem caput fidei & magistra, volentes circa zizaniorum extirpationem huiusmodi per aliquos de fratribus ordinis fratrum Minorum, partes suæ sollicitudinis adimpleri, dilecto filio . . Ministro prouinciali eiusdem ordinis, in administratione sancti Francisci mandauit, vt ipse duos ex fratribus suis viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes assumeret, eisque in partibus vestris inquisitionis officium contra hæreticos, eorumque fautores & complices iniungere procuraret. Nos itaque Christi nomen in populo exaltari gaudentes, ac fidei eius massam ab omni per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quòd inquisitores huiusmodi à prædicto deputati Ministro pro defensione ipsius fidei, & cum salute fidelium laborantes, & periculis personas proprias salubriter exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio sufficere per seipsos, eisdem & alijs, si quos ad hoc ex ipsis fratribus contigerit deputari in prædicto exequendo negotio efficaciter assistatis, opportunum sibi consilium, fauorem & auxilium impendendo, ita quòd exinde vestræ fidei sinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus periculose per vestram negligentiam, vel incuriam intermitti, quas proculdubio, præter id quod horrendis notaret maculis infamia negligētes, vltrix omnis inobedientiæ, ac negligentiæ apostolica seueritas acri percelleret disciplina. Datum Anagniæ XVI. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Quarto. Fautorum officij Inquisitionis Indulgentias vide inf. const. seq. & const. 17. cupientes.

XIIII.

De Indulgentijs Inquisitoribus & socijs & Fautoribus concessis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FIRMISSIME teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quòd Deus indulgentiarum & pater misericordiæ, considerans merita singulorum contentus nostris indulgentijs non existit, quin benefacientibus gratiam potiorem indulgeat, & gloria super addat, ad quas per fructum boni operis promerendas, fideles Christi frequenter & libenter nostris remissionibus inuitamus. Cum itaque vos propter Deum in negotio fidei laborantes, huiusmodi salutaribus præmijs deceat recreari: Nos vobis vere pœnitentibus & confessis, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum. Socijs autem ordinis vestri fratribus & notarijs vestris, qui vnà vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & alijs qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint vel fauorem; tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. & si qui ex eis in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Anagniæ XVIJ. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno quinto. Plenaria Indulgentia perso. contritis & confessis concessa. Indulgētia socijs & fautoribus Inquisitorum triū annorū elargita.

De Exequen-

XV.

De Exequendis sententijs Inquisitorum.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus de ordine Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia beati Francisci, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Facultas Inquisitorũ cõpellendi Magistratus &c. ad exequendum eorũ sententias.

Hoc idem voluit Inn.8.inf. cõst.6 dilectus.

AD audientiam nostram peruenit, quòd potestates, rectores, iudices, antiani, officiales, consilia, & communitates, quorundam castrorum, locorum & ciuitatum prouinciæ beati Francisci, in qua inquisitio contra hæreticos vobis à sede Apostolica est commissa, circa executiones sententiarum, quas contra notatos & suspectos de hæretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum profertis, à vobis super hoc requisiti, se interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes, Nos itaque volentes quòd negotium inquisitionis huiusmodi salutarẽ consequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilanti, per quæ submotis quibuslibet obstaculis, prædictum negotium Deo propitio de bono in melius dirigatur. Quocirca vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus potestates, rectores, iudices, antianos, officiales quocunque nomine censeantur, consilia, & communitates prædicta, quòd huiusmodi sententias à vobis latas & ferendas, etiam sublato cuiuslibet dilationis & difficultatis obstaculo executioni demandent, monitione præmissa per excommunicationis in personas potestatum, rectorum, iudicum, antianorum, officialium, & consiliariorum, ac priuationis ab officijs: & in ciuitates, castra & loca huiusmodi interdicti sententias, appellatione remota cogatis. Non obstante aliqua indulgentia sedis Apostolicæ, de qua cuiusque tenore oporteat in nostris literis plenam & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri. Datum Anagniæ xiij. Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno sexto.

XVI.

De exactione pœnarum promissarum à redeuntibus ad fidem.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus de ordine Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

De istis obligationibus habes sup. fol. 11. & 12. super.

Ad executionem obligationũ de parendo mandatis Ecclesiæ appellatione remota procedatur.

AD audientiam nostram peruenit, quòd nonnulli de administratione beati Francisci notati & suspecti de hæretica prauitate, ac fautores & receptatores hæreticorum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntes, interdum se obligant sub certis pœnis, ad parendum mandatis Ecclesiæ, & super hoc præstãt vobis fideiussorias cautiones, quorum nonnulli mandatis quæ ipsis facitis, parere recusant. Quia verò nostri decet appositione consilij super hoc salubriter prouideri, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tales, & fideiussores eorum, quòd mandatis factis eis per vos & faciendis pareant monitione præmissa, per impositionem & exactionem pœnarum, ad quæ se obligant, & etiam per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Dat. Anagniæ x. Kalen. Febr. Pontificatus nostri anno sexto.

XVII.

De Facultatibus ordinis Fratrum Minorum Inquisitorum.

De facultatibus eorundem vide supra const. 9. cum hora.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs . . fratribus de ordine Minorũ, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Facultas datur Inquisitoribus cõpellendi quoscunque ad exhibendum scripturas spectantes ad Inquisit.

Absoluendi redeuntes ad fidem.

Conuocandi clerũ & Populum.

Et dandi Indulgẽtias fautoribus Inquisitionis.

De quo vide & sup. fol. 22. & cõ. 24. firmissime.

CVPIENTES vt inquisitionis negotium contra hæreticam prauitatem solicitudini nostræ commissum, ad Dei gloriam & augmentum fidei Catholicæ, in nostris manibus feliciter prosperetur: compellendi appellatione remota per censuram ecclesiasticam, per vos vel per alios, quos ad hoc idoneos vos vel alter vestrum duxeritis eligendos, omnes illos qui scripta, vel instrumenta inquisitionis, vel ad eius officiũ pertinentia, per quoscunque hactenus factæ, ac etiam faciendæ cõtra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent, vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispẽdio, vobis vel alteri vestrum exhibeant: necnon absoluendi à sententia excommunicationis omnes illos, qui dimissa hæreticorum perfidia, ad vnitatem Catholicæ fidei libere, ac humiliter redire voluerint, & credentes, receptatores, fautores, ac defensores eorum: ac etiam reconciliandi eos Ecclesiæ, à qua noscuntur diabolica suggestione præcisi. Conuocandique clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum contra tales: ita vt in ferendis sententijs contra ipsos possitis peritos & discretos, prout expedierit, aduocare. Dandi quoque omnibus accedẽtibus ad vocationem huiusmodi auctoritate nostra quadraginta dierum indulgentiam. Procedendi etiam contra illos, quos in dicta prouincia commisisse cõstiterit, licet ad alias partes se duxerint transferendos: nec non, & vt in eodem negotio summarie, absque iudiciorum & aduocatorum strepitu: procedere valeatis, auctoritatẽ præsentium vobis & cuiuslibet vestrum concedimus facultatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si aliquibus sit indultum ab eadem sede, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, nisi plenam & expressam, vel de verbo ad verbum fecerint mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Anagniæ iiij. No. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

XVIII.

De saluo conductu Fratris Andreæ Inquisitoris & sociorum.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Episcopis, & Dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis, Plebanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, & clericis religiosis & secularibus, tam exemptis quam oon exemptis, per prouinciam Romanam, quæ continet Vrbem cum suo districtu, patrimonium beati Petri in Tuscia, Sabiniam, Reate cum sua dioec. Campaniam & Maritimam constitutis, ad quos literæ illæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis affectibus intendentes, inquisitionem faciendam in illis partibus contra respersos huiusmodi praoitate, dilecto filio fratri Andreæ de ordine Minorū, duximus committendum. Vt igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi oegotio inquisitionis, Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, in virtute obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos vniuersi & singuli, dicto fratri Andreæ & socijs eius de securo conductu, quotienscunque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum prouidere curetis: preces nostras & præceptum taliter implēturi, vt pateat per effectum operis, quòd sitis orthodoxæ fidei zelatores, Nosque deuotiooem vestram possimus exinde merito commendare. Dat. Anagniæ, Id. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

Præcipit Episcopis & alijs vt fratri Andreæ & socijs Inquisit. de saluo conductu prouideant.

XIX.

Deputatio Inquisitoris in Prouincia Romana.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus vniuersis Episcopis ac Dilectis filijs . . Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Præpositis, Capitulis, & Coouentibus, cæterisque personis Ecclesiasticis & secularibus, per Romanam prouinciā cōstitutis, Salutem & apostolicam benedictionem.

DVM ad studium solicitudinis & diligentiæ, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in administratione beati Francisci, in negotio fidei, cuius executionē in terris eiusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dignoscitur, aciem mentis oostræ conuertimus: dum salutis fructū, quem eiusdem religio fidei, ex suis laboribus reportauit, sollicita meditatiooe reuoluimus, vitare nō possumus, quin ipsum, vtpote virum in talibus iam experimento probatum, in similium commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quòd ea quæ sibi committimus, prospere ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur. De sua igitur prouidentia & maturitate obtinentes certitudinem pleniorem, huiusmodi fidei negotium sibi & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana prouincia, in qua vtique vrbs, patrimonium beati Petri, in Tuscia, Sabinia, ciuitas & dioeces. Reatin. Romao. Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter & plenarie duximus committendum. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obediētiæ, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusque collegis, opportuni fauoris præsidio assistentes, omoe quodcunque potestis, studeatis eis, per vos, consanguineos, subditos, & deuotos vestros, consilium & auxilium exhibere contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores, & terras eorum: & specialiter contra Capellum de Chia, vxorem & filios ac terram ipsius, quotiens ab eodem fratre Andrea, eiusue collegis, super hoc fueritis requisiti, ita quòd ex hoc euidenter appareat, quòd estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, dictæque sedis fauorem & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagniæ ij. Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

Deputat Inquisitorem fratrem Andream de ordine Minorum.

Mandat Episcopis & alijs vt faueant Inquisit. Imo & de saluo conductu prouideri mādauit in praeced. const.

XX.

Commonet Petrum Iacobi Surdi Ciuem Romanum vt desistat à defensione cuiusdam Castri Capelli de Chia Hæretici.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio nobili viro Petro Iacobi Surdi Ciui Romano, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET vniuersi mundi populi, qoi Christiana professione censentur, ad incrementum Catholicæ fidei, totis viribus cunctisque laborare studijs teneantur, Romanus tamen populus tanto feruētius, tantoque diligentius ad hoc vigilare tenentur, quanto specialius, quantoque propinquius beati Petri apostolorum principis, qui est ipsius caput, & pater fidei parrocinio gaudere noscuotur. Vode cum audimus, quòd per aliquos de ipso populo, promotioni negotij eiusdem fidei aliqua impedimenta siue obstacula præparantur, eò maiorem dolorem in mente concipimus, quò firmiorem de talibus, quòd illud iuuare ac fouere promptis debeāt animis, spem & fiduciam obtinemus. Sane ad audientiam nostrā, non sine admiratione, & animi turbatione peruenit, quòd tu Castrum Colliscasalis, ad perfidum Capellum de Chia nuper condemnatom de hæresi pertineos, ab ipso Capello, vel à quodam Ciue Citan. in quem idem C. statim quòd sensit, quòd de hæresi condemnari debebat, simulatæ venditioois titulo transtulit, te in ipsius Capelli fauorem & defensionem terræ suæ emisse confingens, à Dilectis filijs nobilibus viris Senatoribus vrbis communi Viterbien. sub certa inhiberi pœna tuæ famæ prodigus procurasti, ne contra prædictum Castrum, ouod ad te spectare dicebas, procedere quomodolibet attentarent: oequaquam attendens, neque formidans spirituales & temporales pœnas, quæ hæreticorum fautoribus & defensoribus per sanctiones canooicas & legitimas instruuntur. Volumus igitur, & præsentium tibi auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, sicut diuinam & nostram

De isto Capello habes supra & infra proxime. Capellus de Chia sentiēs se de Hæresi condemnatum eius castrū simulate vendidit.

Et Petrus Iacobi Surdi postea à Senatoribus vrbis inhibitionē obtinuit pro manutentione dicti Castri.

caram habes gratiam, ab huiusmodi ausu tam nephario, tamque pernicioso desistens, de defensione ipsius Castri prædicto seu alio quocūque modo te nullatenus intromittas: quinimmo procures omnino, quòd inhibitio huiusmodi prædicto Communi Viterbien. ad instantiam tuam facta, totaliter reuocetur: alioquin scire te volumus, & pro certo tenere, quòd aduersus te, tanquam contra defensorem, & fautorem hæreticorum, spiritualiter & temporaliter, auctore Domino procedemus. Dat. Anagniæ ij. Id. Maij, Pontificatus nostri anno sexto.

Monet dictū Petrū vt a defensione illius Castri desistat.

XXI.

Commendat Officiales & Communitatem Viterbien. quod hostiliter processerint contra Capellum de Chia Hæreticum, & mandat vt prosequantur ad exterminium Terrarum illius.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs . . Potestati . . Capitaneo, Consilio & Communi Viterbien. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EX insinuatione Dilecti filij fratris Andreæ, & aliorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione beati Francisci comperimus, quòd vos tanquam fidei zelatores, eis liberaliter obtulistis congregare exercitum, ac hostiliter procedere contra perfidum Capellum de Chia, nuper de hæresi condemnatum, secundum quod ijdem Inquisitores ducerent ordinandum. Nos igitur huiusmodi zelum vestrum dignis exinde laudibus efferentes, ac referentes vobis propter hoc gratiarum multiplices actiones, vniuersitatē vestram monemus, rogamus & hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus negotium eiusdem fidei sicut laudabiliter incepistis, constantibus animis prosequentes, ad exterminium terrarum prædicti Capelli, non obstante mandato contrario Senatorum Vrbis, hostiliter procedere studeatis: Nos enim eisdem Senatoribus nostris iniungimus literis, vt mandatum huiusmodi, vtpote dispendiosum prædicto negotio, totaliter reuocare procurent. Taliter igitur huiusmodi monita & mandata nostra implere curetis, vt crescatis exinde meritis apud Deum, penes nos gratia, & apud homines clara fama. Datum Anagniæ Id. Maij, Pontificatus nostri anno sexto.

De hoc fratre Andrea habes supra fol. 23. const. 18. & 19 De hoc Capello habes supra proxime.

Commendatio Cōmu. Viterbiē.

Mandat procedi ad exterminium terrarū Capelli.

Mandat Senatibus vt reuocent inhibitionē de qua habes supra proxime.

XXII.

De confiscatione bonorum Hæreticorum.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Andreæ, Gentili, & Bartholomæo ordinis Minorum, & alijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione beati Francisci, Salutem & apostolicam benedictionem.

DISCRETIONI vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi ac distrahendi libere bona hæreticorum, eorumque fautorum, credentium, receptatorum & defensorum publicata iam, seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videritis, ita quòd eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruetur, necnon & contradictores super hoc, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Datum Genuæ viij. Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

Pretium bonorū Hæret. confiscatorū pro Roman. Ecclesia cōseruari mandat. De quo vide supra Innoc. 4. c. 3. vers. teneatur fol. 8.

XXIII.

De facultate Inquisitorum procedendi contra quoscunque in causa Fidei quibuscunque priuilegijs non obstantibus. Et facultate eligendi Notarios.

Hæc const. Ampliatur infr. per Pium 4. const. 48. pastoralis & const. 67. Pastoris.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE commissæ vobis contra hæreticos inquisitionis officium quocunque contingat obice præpediri, vobis & singulis vestrum præsentium auctoritate concedimus, vt non obstantibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis aut ordinis, & præsertim Cistercien. Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatū locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunque verborum expressione vel forma ab apostolica sede concessis, vel amodo concedendis, etiam si dicatur in illis, quòd eis per aliquas literas, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes, priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, maxime quòd illi excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint ecclesiastico interdicto: aut quòd prædictorum vel aliorum quorumlibet ordinum fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis vel interdicti auctoritate literarum apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus & priuilegijs vel indulgentijs, eis super hoc a sede apostolica concessis, habeatur in eisdem literis mentio specialis: in eodem officio & contra impedientes illud, vel in eo vobis iuxta officium, & posse situm, à vobis requisitos assistere non curantes, libere iuxta formam vobis per literas nostras traditam, procedatis: cum ex huiusmodi vel alijs priuilegijs & indulgentijs, nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obstaculum generari. Ad hæc si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia in scriptis fuerint redigenda, tabellionum secularium copia forte defuerit opportuna, personis regularibus cuiuscunque ordinis, qui tabellionatus officium in seculo habuisse noscuntur, exercendi illud in his, cum à vobis necessitate huiusmodi suadente fuerint requisiti, auctoritate nostra licentiam concedatis: quos ad hoc, constitutione canonica vel regulari contraria nequaquam obstante, ex districto volumus iussionis nostræ præcepto teneri.

Inquisitores procedere mādat cōtra quoscunq; in causa fidei quibuscunque priuilegijs non obstantibus.

Et dat facultatem eisdem assumendi ad officium Notariatus personas Regulares quando non possunt haberi seculares.

teneri. Quòd si nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos, clericos vel laicos, quotiens talis imminebit necessitas, assumatis: qui simul fideliter ea quæ fuerint a vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda, cōscribant. quorum scripta quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, ac si vnius personæ publicæ manu confecta fuissent, inconcussam habere decernimus firmitatem. Contradictores per censuram ecclesiasticā, appellatione postposita compescendo, non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Anagniæ Idib. Octob. Pontific. nostri anno sexto.

Et illis quū non reperiūtur facultatē eligēdi alios probos viros. Sed de tali potestate, vide infra Pium 4. cōst. 48. § pastoralis.

XXIIII.

De Fide adhibenda excommunicato vel socio criminis in causis Fidei.

De testibus in causis Fidei vide infra Pium Quartum const. 53. cum sicut. & supr. const. 10. quod super vers. præterea. fol. 19. & Vrb. 4. const. proxime seq.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Minorū Inquisitoribus hæreticæ prauitas in Prouincia Roman. & administratione beati Francisci, à sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & apostolicam benedictionem.

CONSVLVIT nos discretio vestra, vtrū illos qui ratione criminis hæreseos, vel alia de causa excōmunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores vel recepatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum seu illorum, etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios einsdem criminis se fatentur. Quia igitur si ijdem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum ac si fatentium non staretur, frequenter officium inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contigeret impediri, quando præsertim vix aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes super hnc veritas apparere, statuimus in fauorē fidei, vt in huiusmodi inquisitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores & receptatores eosdem, ad testimoniū admittantur, & stetur tam illorum dictis, quàm eorum qui, vt prædictum est, socios eiusdem criminis se fatētur, ex verisimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum tam deponentium, quàm eorum cōtra quas deponitur qualitate, ac alijs circunstantijs conijci poterunt, sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Dat. Lateranen. x. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno septimo.

Socijs criminis & excōmunicatis creditur in causis fidei concurrentibus verisimilibus coniecturis.

Pont. supradictus obijt Viterbij vij. Cal. Iunij 1261. & sepultus fuit in Eccl. Cathed. S. Laurentij.

VRBANVS QVARTVS

Gallus patria Trecensis humili genere ortus Coronatus Viterbij prid. Non. Septemb. 1261.

I.

Deputatio Fratrum Ordinis Prædicatorum Inquisitorum in Prouincijs Lombardiæ & Marchiæ Ianuen. cum multis facultatibus.

RBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, inquisit. hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuen. deputatis auctoritate apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apost. benedictioné.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione cēsentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare letiferam pestem hæreticæ prauitatis: in Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius, vbi eandem pesté propter malitiam tēporis, quæ in detrimētum fidei Catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensimus abūdantius succreuisse. Vt igitur inquisitionis officiū cōtra hæreticos in prouincia Lombardiæ, videlicet, à Bononia & Ferraria inclusiue, vsq; ad vltimos fines superiorū partiū eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuen. auctoritate apostolica possit efficacius adimpleri: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccaminū iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominū timore postposito, virtutē spiritus induentes ex alto, prædictum officiū vbiq; infra præfatos limites, simul vel separatim, aut singulariter prout negotij vtilitas suadebit, sub spe mercedis æternæ, sic efficaciter prosequi & exequi studeatis; vt per sollicitudinis vestræ prudentiā, de prædictis Lōbardia, & Marchia radix iniquitatis hæreticæ succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruersis morsibus demolistur eandē, fructus afferat catholicæ puritatis. Si quos autē de prauitate prædicta, culpabiles inueneritis vel infectos, seu etiā infamatos, cōtra ipsos (nisi examinati absolute velint mandatis ecclesiæ obedire) necnon & contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones canonicas, auctoritate apostolica, hominū metu, diuino timori postposito procedatis. Nō obstātibus aliquibus literis, ad quoscūq; alios de Lōbardia & Marchia prædictis (exceptis locorū diœcesanis) super huiusmodi negotio ab apostolica sede directis: quarū deinceps ad inquisitiones huiusmodi faciēdas nolumus auctoritate procedi: quinimmo ne procedatur per illas districtius inhibemus. Nec prætextu commissionis specialiter eisdē diœcesanis super hoc factæ, vestros processus in eorūdē diœcesanorū ciuitatibus, & diœcesibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotiū generaliter, in ipsis Lōbardia & Marchia vobis cōmittimus, cōmisiones à præfata sede diœcesanis eisdē factas, si forsan illarū, seu etiā ordinaria velint auctoritate procedere, intēdimus reuocare. Verūtamen siue auctoritate ordinaria, siue ex delegatione prædictæ sedis, ijdē diœcesani in huiusmodi negotio processerint, nequaquā volumus, vel per cōcursum processuū, vel alias quomodolibet vestros impediri processus, quin diœcesanorū ipsorū processibus nō obstātibus, in eodē negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis, hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticā vnitatē, eis iuxta formā ecclesiæ absolutionis beneficiū impēdatis, & iniūgatis eisdē, qd iniungi talibus cōsueuit: prouiso solerter, ne simulata cōuersione redeāt fraudulenter, & vos imo potius seipsos fallētes, sub agni specie gerāt lupū. Quòd aliqui fuerint iudicādi hæretici, vel incar

Inquisitores puniant Hæreticos & complices secundū leges contra eos editas. De quibus legibus habes supra fol. 5. Inn. 4. c. 7. ad extirpāda & fol. 9. const. 3. cū aduersus. & ibi not.

Redeuntes absoluant. de hoc habes supra fol. 8. Innoc. 4. c. 4. cūc potissime.

cerationis pœna perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: vt in tantæ animaduersionis iudicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, sine vllo proferatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis, volumus & mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimina prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia, per publicam, si commode potest haberi, personam: aut per duos viros idoneos, fideliter eorūdem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciēdum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad scriptuarij seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos, seu deputatos ad hoc a vobis requisiti fuerint, omnes & singulos vestri ordinis fratres, qui dum essent in seculo huiusmodi tabellionatus officium habuisse, & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta sede commissum, & in posterum committetur. Concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in seculo, dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuerunt: quibuscunque etiam clericis secularibus, officium ipsum habentibus, etiam si ijdem fratres religiosi, & clerici sint in sacris ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum quo ad præmissa, non obstante aliquo contrario statuto canonis vel ordinis quocunque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus, quos à vobis recipi, vel ab alio vice vestra super eodem crimina examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem, videritis periculum imminere, ipsorū nomina non publice, sed secrete, coram aliquibus personis prouidis & honestis, religiosis & alijs ad hoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam, vel condēmnationem procedi volumus, exprimantur: & sic non obstante quod illis, contra quos huiusmodi testes deposuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis instruendam, adhibeatur plena fides testium depositionibus eorundem. Vt ergo commissi vobis officij debitum, vtilius & liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi crimine, ac ipsius circumstantijs duxeritis inquirendum; & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hac de causa tuleritis: accersiendi quoque prout expedierit peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs præbeant consiliū opportunum, ac vobis assistant: Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum prout dicto negotio fidei videritis expedire: Insuper in dicto negotio, de plano, & absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu: ac contra illos quos in prædictis Lombardia & Marchia Ianuensi in hæreseos crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi: Necnon faciendi obseruari inuiolabiliter omnes constitutiones apostolicas, & leges imperiales per quondam Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas aduersus huiusmodi pestem hæreticæ prauitatis. Necnon elargiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis & singulis vestrum præsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ sanctæ, in generali concilio est concessa: socijs vero vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vna vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, vobis ex animo præstiterint consilium, auxilium, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorū omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, prædicatores quæstuarios à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet: quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, & indulgentiam, si quam forte habent, exponere, liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. Cæterum si forte, quod non credimus, aliqui cuiuscunque conditionis, huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi in eodem: immo ni si requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum, singuli iuuerint studiose; contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas, fieri eadem auctoritate, intrepide procedatis: nos enim nihilominus ad reprimendam tam superbam, & perniciosam audaciam, & omnimode confundēdam, in illos gladium ecclesiasticæ potestatis acrites exercemus: & reges & principes, aliosque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue aliàs pro Christi seruitio crucis charactere insignitos, nec non & cæteros catholicos, prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos: vt cœlum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum pariter moueantur. Denique vt circa præmissa, plene vobis & singulis vestrum coertionis expedita, & inuiolabilis adsit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis: contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiussuis conditionis, dignitatis, vel gradus, & religionis, vel ordinis, & præsertim Cisterciensium, Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum: siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacunque verborum expressione, vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis: etiam si dicatur in illis quod eis per alias literas, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes, priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsorum nequeat derogari: & illis maxime priuilegijs & indulgentijs, quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quòd excommunicari, vel ipsorum terræ supponi nō possint ecclesiastico interdicto: aut quòd Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorūlibet, siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, auctoritate literarum apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorū ordinibus & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à dicta sede concessis, eadem habeatur in eisdem literis mentio specialis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi: & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Viterbij xiij. Calend. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Neminem damnent hoc cōsilio Diœcesanorum.

Examinēt testes vt hic.

De testibus in causis Fidei habes supra prox. pa.

Religiosi in causis Fidei tabellionatus officiū exercere possunt.

Nomina testium imminente scandalo non publicentur.

De hoc vide inf. Pij 4. const. 54. cū nam nō sine.

Hoc idē voluit Alex. 4. sup. cōst. 29. cupientes.

Leges editas per illum Federicū habes sup. fol. 9. Inn. 4. const. 8. cū aduersus.

Indulgentiæ cōcessæ Inquisitoribus & eorum socijs notarijs & fratribus.

De hoc habes supra Alex. 4. c. 14. firmissime. f. 21.

De impedientib. Inquisitionis officium pœnas ponam conc. int. fa Pauli 4. c. 41 tum ex apostolatu.

Inquisitores possunt inuocare auxiliū brachij secularis & contradictores per censuras Ecclesiasticas coercere appel. remota.

Derogatio quorumcunque priuilegiorum.

Pont. supradictus obijt Perusij prid. Cal. Octobr. 1264 & sepultus fuit in Eccles. Cathed. S. Laurentij.

CLEMENS

CLEMENS QVARTVS

Gallus Diœcesis Narbon. ex familia Grossa Coronatus Viterbij viij. Cal. Martij 1265.

De Priuilegijs Militiæ Hospitalis Leprosorum S. Lazari Hierosolymitani.

I.

De alijs Priuilegijs istius Militiæ vide inf. Pij Quarti const. 73. Pastoris. vbi ponam concord. Et de moderatione eorundem Priuilegiorum, vide inf. Pij V. const. 71. sacrosanctum.

LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliarum Ecclesiarum Prælatis, ad quos istæ Literæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM dilectis filijs Magistro, & Fratribus Militiæ Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitani fuerit à fe. re. Innocentio Papa prædecessore nostro indultum, à nobis postmodum confirmatum, vt semel in anno recipiantur in Ecclesijs ad eleemosynas colligendas: quidam autem vestrum auaritiæ ardore succensi Confratrias suas Confraternitati illorũ eadem die in ipsorum aduentu præponunt: & sic Fratres ipsi confusi, aut nihil exinde, aut modicum consequantur. Quia igitur hoc est indecens, & in contemptum Dei, Ecclesiæque Romanæ redundats prædecessoris ipsius vestigijs inhærentes vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mãdamus, atque præcipimus; quatenus cum Fratres ipsi loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint, benigne recipiatis, & honeste tractetis, eosdem ipsis Ecclesijs vestris admonere populum, & eleemosynas quærere permittatis, Confratrias quas facere potestis quotidie, ipsorum Confratrijs, quæ semel in anno fiunt, nullatenus præponentes, ne occasione illarum eleemosynæ pauperum Christi depereant, & impediantur opera pietatis. De parochianis autem viris, qui domos illorum inuadunt per violentiam, vel infringunt, aut indebitis molestijs opprimunt fratres ipsos, & de tã deposita quam res decipiunt eorundem, Cum exinde quærimonia posuerint coram vobis, tam districtam eis iustitiam faciatis; & ita iura eorum defendere, & manutenere curetis; quòd ipsi ad vos pro defectu iustitiæ sæpe recurre non cogantur; & nos sollicitudinem, & obedientiam vestram debeamus merito commendare: vosque beneficiorum quæ in sancta Domo illa fiunt, participes existatis. Præterea liberas, & absolutas personas, quæ si domum eorum in sanitate, vel infirmitate reddent, libere, & sine molestia recipi permittatis ab eis, nec ipsos super hoc reciprocetis aliquatenus impedire. Illud etiam non mediocriter mouet nos, nec modicum Ecclesiæ derogat honestati, quod quidam vestrum contra Institutiones sanctorum Patrum in Boronensi Concilio editas Fratrum Militum, ac Donatorum ipsorum corpora quum decedunt, nolunt sine pretio sepeliri: vnde quia tam praua exactio, & iniqua non est aliquatenus toleranda, in obedientiæ vobis virtute præcipimus, vt nullo modo à Fratribus, & personis prædictis, vel alijs pro sepultura quicquam exigere, vel accipere, nisi ipsa spontanea decedentium liberalitas, vel parentũ deuotio vobis contulerit, attentetis: sed absque vllo pretio sepeliatis corpora mortuorũ; vti si quis vlterius hoc attentauerit, taliter aduertatis in eum, quòd similia non præsumat. Ad hæc præsentium vobis auctoritate præcipimus, ne ab eis contra tenorem priuilegiorum Apostolicæ Sedis, de omnibus fructibus terræ, quibus propria industria, aut expensis colunt, & laborant, ac etiam de nutrimentis animalium suorum, nec de ipsis animalibus decimas exigere præsumatis. Cum autem Oratoria, vel Cimiteria, secundum quòd eis est beneficium Priuilegiorum Ecclesiæ Rom. concessum, duxerint construenda; vos Fratres Archiepiscopi, & Episcopi eis pro se, & familia sua tantum Oratoria orantium dedicare, ac Cimiterium benedicere procuretis; nec aliquis vestrum contra tenorem priuilegiorum ipsorum id impedire audeat aliquatenus, vel turbare. De cætero quoque Fratres, seu Milites, ac Donatos Militiæ præfati Hospitalis in vestris Episcopatibus constitutos, qui Crucem, & diuinum habitũ deponunt, & quòd ac per illecebras simal, & vitiorũ abrupta vagantur, & illos etiam, qui prioribus suis contumaces, & rebelles existunt, & bolinas detinent contra voluntatẽ ipsorum, moneatis instanter, & pro officij vestri debito compellatis, vt habitum depositum reassumentes in obedientia prælatorum suorum deuote, & humiliter perseuerent, & bolinas, siue alia officia per violentiã nullo modo detinere præsumant. Quicunque autem mandatorum vestrorum extiterint contemptores, excommunicationis sententia eos compellatis; quam faciatis vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Præterea quicunque beneficia persoluerint, annuatim eis de Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi septimam partem iniunctæ sibi poenitentiæ relaxamus; apostolica quoque auctoritate ob reuerẽtiam ipsius venerabilis Hospitalis facimus, vt his qui eorum Fraternitatem asseruerint, si forsan Ecclesiæ, ad quas pertinent, à diuinis officijs fuerint interdictæ, ipsosque mori contigerit, sepulturam Ecclesiasticam non negetis, nisi excommunicati, vel nominati fuerint interdicto, aut etiam publici vsurarij tumulando deferre ad Ecclesias huiusmodi Hospitalis, & oblationes tam pro eis, quàm pro alijs qui in eorum Cimiterijs requiescunt, exhibitas sine alicuius iudicis præiudicio retinere: hoc etiã addito, vt receptiones Fraternitatis eiusdem, seu etiam collectarum saluo iure dominorum suorum, sub beati Petri, & nostra protectione consistant. Adijcimus insuper, vt si eorundem fratrum qui ad easdem fraternitates missi fuerint, vel collectas in qualibet Ciuitate, aut Castellum, vel vicum, aut alium locum deuenerint, si forte locus ille fuerit diuinis officijs interdictus, in eorum iucundo aduentu semel aperta Ecclesia annuatim, & excommunicati, & nominati interdicto auctoritate diuina ibi officia celebrentur: Salua in omnibus supradictis declaratione Concilij generalis, ad maiorem quoque mercedis vestræ cumulum. Nihilominus vt supra mandando præcipimus, quatenus hanc nostram Constitutionem per Parochias vestras nunciari proprijs literis faciatis: Mãdamus etiam vt si qui de clericis Ecclesiarum vestrarum prædicti Hospitalis Fratribus cum licentia Prælati, & Capituli sui sponte, ac gratis per annum, vel biennium si decreuerint deseruire, nequaquam impediantur. Dat. Perusiæ Quinto Kal. Maij Pontificatus nostri anno primo.

Innoc. 4. const. hic non habet.

Facultas Militũ semel in anno eleemosynas colligendi.

Milites ab impedientibus & opprimentibus defendantur ab Episcopis & alijs.

Milites absque pretio sepeliantur.

Et à decimis sunt exempti, de quo plene vide infra Pij Quarti const. 73. pastoris. cum ibi notatis.

Milites qui habitum deposuerint &c. coerceantur vt hic.

Indulgentiæ concessæ præstantibus Eleemosynas istis Militibus. De quibus Indulgen. vide infra Clem. 6. const. 2. quam amabile cum ibi notatis.

De sepeliendis Militibus in casibus hic expressis habes ibidẽ.

II.

Facultas Ministri Prouincialis Fratrum Minorum eligendi deponendi ac substituendi Inquisitores.

Similem const. fecit Inn. 4. de qua supra fol. 12. nu. 9. incipien. licet.

Hoc castrum Arquatæ annis proxime decursis congebatur per Communitaté & Officiales Vetustæ terræ Nursinæ. [illegible]

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio . . Ministro prouinciali fratrum ordinis Minorum in administratione beati Francisci, Salutem & apostolicam benedictionem.

LICET ex omnibus mundi partibus quæ Christiana religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare letiferam pestem hæreticæ prauitatis, in Italia tamen imminet nobis hæc sollicitudo propensius, vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersa genimina germinauit, ea vicinitate persensimus abundantius succreuisse. Cupientes igitur in Spoletan. Fulginat. Assisinat. Nucerin. vsq; ad montes Appeninos dumtaxat, Eugubin. Ciuitate Castell. Perusin. Tudertin. Amelien. Narnien. & Interamnen. Ciuitatibus & dioecesibus suis, necnō & terris Machilon. & Amiterni & dominorum de Monticellis & Sumatis, ac etiam inde Arquatæ & Tusi Castris, & Arca de Sassi, & eorum pertinentijs Reatin. & Esculan. dioeces. per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hoc nostræ sollicitudinis adimpleri, discretioni tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum discretorum fratrum ipsius ordinis, eligas duos de fratribus eiusdem ordinis tuæ administrationis, idoneos ad huiusmodi opus Dominicum exequendum, eisque in virtute obedientiæ districte Apostolica præcipere auctoritate procures, vt inquisitionis officium in locis prædictis contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in alijs literis nostris expressam, quas fratribus prædicti ordinis inquisitoribus huiusmodi prauitatis, in eisdem locis deputatis auctoritate Apostolica & in posterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto inquisitionis officio destinamus: exequi studeant diligenter. Nos enim prædictos duos fratres, quos ad hoc elegeris, & vtrumque ipsorum, præfatum officium exequi, iuxta formam in literis ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem & auctoritatem plenarie habere volumus, quæ in eisdem literis continetur.

Facultas eligendi Inquisitores.

& illos amouendi & alios substituendi.

Si vero tu vel vicarius tuus te absente, aliquem inquisitorum huiusmodi, ex aliqua forte causa nonnunquam fore videritis amouendum, ipsum amoueatis, & substituatis loco eius alium, quem similem potestatem & auctoritatem habere volumus, quotiens vobis deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti ordinis præhabita, hoc fore videbitur faciendum: & si aliquem vel aliquos inquisitorum ipsorum decedere forte contigerit, Nos substituendi de consilio aliquorum discretorum fratrum eiusdem ordinis, alium vel alios loco illius vel illorum qui decesserint, ita quòd huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario, si tu absens fueris, plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Dat. Perusij 14. Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

III.

Confirmatio constitutionum ab Innocen. 4. editarum contra Hæreticos.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerant, superseminante illa libentius his diebus homine inimico: tantò studiosius iuxta commissam nobis sollicitudinem insudare proponimus, quantò perniciosius negligerimus eadem in necem catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant stentque firmiter ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, constitutiones quasdam fœlicis recordationis Innocentius Papa IIII. prædecessor noster, ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in capitularibus vestris, tam ipse, quam fœl. me. Alexander Papa prædecessor noster conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandarunt: quæ seriatim inferius continentur. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdē, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus, per dictum Alexandrum prædecessorem, & etiam per nos factas, conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis: Alioquin dilectis filijs Prædicatorum & Minorum ordinum fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & eorum singulis per Italiam deputatis auctoritate sedis Apostolicæ, & in posterum deputandis, damus nostris literis in mandatis: vt infra designatos eis limites, singulos vestrum ad id, per excōmunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant.

Hæc const. habes sup. fol. 5. ad seq.

Constitutionum tenorem non pono, quia habes supra fol. 6.

Porro hæc omnia statuta seu constitutiones & leges præfatæ, & si quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices tempore aliquo auctoritate sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnius tenoris debeāt contineri, quorum vnum in communis cuiuslibet ciuitatis vel loci: secundum apud dioecesanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Datum Perusij III. Non. Nouembr. Pontificatus nostri anno primo.

IIII.

Præcipit Inquisitionibus vt leges editas contra Hæreticos describi faciant in statut. Ciuitatum.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum & Minorum ordinum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, per Italiam auctoritate sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito sue creuerunt, superseminante illa licentius his diebus homine inimico, tantò studiosius iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quantò perniciosius negligeremus eadem in necem catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones quasdam fœlicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & tam ipse, quam fœlicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster, Dilectis filijs Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum, Castrorum aliorumque locorum per Italiam constitutis mandarunt, vt constitutiones ipsas, in suis conscribi Capitularibus facerent, & exacta diligentia obseruarent: vnde prædictis Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitanes, Antianis, Consilijs, & Communitatibus, damus nostris literis in mandatis, vt ipsi & singuli eorum constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prædecessorem nostrum, & etiam per uos factas, conscribi in suis capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine aliqua omissione procedant. Quocirca si dicti potestates siue rectores, consules, capitanei, antiani, consilia, & communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos & singuli vestrum, Illos & singulos eorum, infra designatos vobis limites, per excommunicationem in personas, & interdictum in terras eorum, monitione præmissa, appellatione remota cogatis. Non obstante si aliquibus a sede Apostolica sit indultum, vel in posterũ indulgeri contingat, quòd personæ excommunicari, ac ciuitates, castra, terræ, & loca ipsorum interdici non possint, siue qualibet alia indulgentia sedis eiusdem, per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri: & de qua cuiusque toto tenore, de verbo ad verbum specialem & expressam in nostris literis oporteat fieri mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Perusij xv. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri anno primo.

Hanc Inn. 4. cõst. habes sup. fol. 5. & sequen. incipien. ad extirpãda.

Has declarationes Alex. 4 habes sup. fol. 14. const. 3. cum secundum & fol. 15. const. 5. exortæ. & fol. 17. cõst. 7. felicis.

V.

De Facult. Militum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani leprosos vndique suscipiendi & transducendi ad habitationem aliorum Leprosorum.

Hæc const. confirmatur per Pium. 4. infra const. 13. pastoris. vbi ponam concord. totius materiæ.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Magistro, & Fratribus Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitani salutem, & Apostolicam benedictionem.

Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filijs vniuersis Ecclesiarũ Prælatis, exẽptis, & non exẽptis in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub excõicationis pœna, quã ipso facto vos incurrisse volumus, nisi instãter hoc præsens mãdatũ curaueritis diligẽter: Et nihilominus sub pœna officij, & beneficij vestri tenore præsentiũ præcipiẽdo mãdamus: Quatenus cũ aliqui de dilectis filijs fratribus, & procuratoribus Domorũ ordinis Leprosorũ Sãcti Lazari Hierosolymitan. ad vos, & loca vestra peruenerint pro capiẽdis infirmis Leprosis, sicut Dominus præcepit in lege Moysi, quòd oẽs Leprosi ejciantur extra castra: Volumus itaque sicut Deo complacet tam mares quam mulieres clerici, & laici religiosi, & seculares morbo Lepræ laborantes inuenti per eosdem fratres, & procuratores eorum capiantur, & ejciantur extra, cum eorum omnibus bonis tam mobilibus quàm immobilibus ad habitationem cum infirmis alijs domorum eiusdem ordinis. Si vero clerici, vel laici mandatum nostrum in aliquo neglexerint adimplere, volumus quòd peremptorie citetis eosdem vt coram nobis compareant, prædictis fratribus facturi Iustitiæ complementum. Datum Viterbij Non. Aug. Pontific. nostri anno ij.

Leprosi ad cohabitandum cum alijs leprosis cogi possunt per istos Milites.

Pont. supradictus obijt Viterbij 3. Cal. Decembris 1268. & sepultus fuit in Ecclesia Fratrum Prædicatorũ.

NICOLAVS TERTIVS

Romanus ex familia Vrsina Coronatus Romæ viij. Cal. Ianuarij. 1277.

I.

Præcipit prædicari Euangelium Iudæis vt conuertantur ad fidem, & Conuersos benigne recipi & tractari.

De materia Iudæorum ponam infr. in Pau. iij. con. 29. cupientes.

ICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei: dilecto filio priori prouinciali fratrum Prædicatorum ordinis in Lombardia, Salutem & apostolicam benedictionem.

VINEAM Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris, & omne semen verum seminauit in ipsa, Angelica custodia sepiuit illam, lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Aegypto in luto & latere, sub iugo Pharaonis oppressam in signis & prodigijs transferens, dux itineris eius existens, in terram promissionis adduxit. Vinea enim domini exercituum domus Israel est, viri Iuda delectabile germen eius. Hãc sic mire translatam, quasi adhuc rudem campum vomere legali proscindens, prophetali doctrina sulcauit, & vt ipsam ad maturam frugem, idest, ad regenerationis

gratiam

Notanda sunt quæ dicuntur hic de Iudæis.

gratiam præpararet. Sed, proh dolor, peccatorum spinis obsita, nullum imbrem gratiæ spiritualis excipiens, quæ sperabatur vt vuas educeret, labruscas eduxit: vnde sperabatur iudicium, processit iniquitas: vnde iustitia, inde clamor. Hæc est vinea in qua fici arbor, scilicet synagoga Iudæorum plantata; euangelica veritate describitur; cuius plantator Christus, cœtus apostolicus cultor existit. Hæc triplici tempore, quasi tribus annis, vt fructū produceret expectata, infructuosa reperta, cultori succidenda prædicitur. Nam nec tempore circuncisionis ad perfectum deducta est, quia circuncisionem animæ non quærebat: nec sanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia sequebatur: nec tandem iustificata per euangelij gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin, potius latorem gratiæ ausum iniuste peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis excedens, omne curatis & curæ refutauit antidotum: adeo vt nec verbis, nec signis, nec sacramentis, quinimmo nec ipsius Christi, & Dei corporali præsentia molliretur. Multifarie enim multisq; modis, olim Deus loquens antiquis ipsius synagogæ patribus in prophetis, nouissime in fine temporum locutus est ipsi & nobis in filio, quem constituit hæredē vniuersorum, per quem fecit & secula: sed omnem escam abominata est anima eius: & idcirco iusto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Ablata est sepes eius, posternata maceries, & in direptionem posita vt desertanec inuentus est in terris amplius locus eius. Verum quia miserationes Dei super omnia sua opera prædicantur, qui omnes saluos fieri, & neminem vult perire, qui se ipsum pro nobis & ipsis hostiam salutis exhibuit Deo patri: qui exaltatus à terra, expansis in cruce manibus, ad se cuncta trahere euangelica voce prædixit: Nos, licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiā Iudaicam perfidiā, à sua misericordia non repellit: libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, vt affectum nostrū diuina prosequēte clementina, cognita veritatis luce, quæ Christus est, à suis tenebris euantur. Porro quia Iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum, diuino iudicio, præuisa dispersio ipsos ad recipiendū sacramenta fidei, ac doctrinam commode in vnum conuenire non patitur, necessitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuersas mundi partes, diuersos seminatores eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter, & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios sub spe diuinæ gratiæ, mentis nostræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet oper opera vtilia, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus & posse fructus vberes in domo Domini germinare: discretioni tuæ per apostolica scripta mādamus, quatenus cōfidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatos, in commissa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honestate morum, experta scientia, probitatis virtutibus, circumspectione prouida, & experientia comprobata idoneos esse cognoueris; & quorum industria atque doctrina diuinis donis à Domino fœcundata intrepide pro catholica fide reluceat, & in sui claritate non titubet, sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas ceruices reprimat peruersorum: Iudæos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter conuocando semel & pluries, ac totiens repetitis instantijs, quotiens proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informans ipsos studeas, iuxta datam tibi à Domino gratiam, fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis: vt renati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus Christi, & exinde chorus Angelicus delectetur. Tu quoque; ac alij, quos ad prosecutionem tanti negotij, duxeris eligendos, perennis boni præmium, nostramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater ecclesia, percipiant per effectum, tu illos ea eis, quos susceptionem sacri baptismatis gratia diuina perduxerit, prælatis, ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissime recōmendes, vt Deo gratias in recuperata oue deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulum exultationis, & gaudij exhibentes, eos charitatiue foueant, fauoribus muniant, benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebite molestari permittant; quin potius in omnibus fauorabiliter ipsis assistant auxilijs opportunis. Sed si forte (quod absit,) aliqui ea ipsis, in eorum obstinata perfidia perdurantes, & velut aspis surda suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant, vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutares conuocationes, aspernanter effugerent, de istis (si tales inueneris) qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas: vt circa pertinaces huiusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis auidis nostris conceptibus, iuuata nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prosperetur, & qualem fructum seminata repromittant. Datum Viterbij ij. Non. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Iudæis Euangelium prædicetur vt conuertātur ad fidem.

Conuersi Prælatis & alijs commendātur & hu manifistme tractētur hoc idē voluit Paul. 3. inf. cōst. 29. cupientes.

Nolentes cōuerti Pōt. nūciētur.

II.

Excommunicatio nonnullorum Hæreticorum.

Aliam similem const. fecit Greg. Non. de qua sup. fol. 3. const. 3. excommunicamus & Inno. 4. de qua sup. fol. 12. const. 10. nouerit.

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, Salutem & apostolicam benedictionem.

NOVERIT vniuersitas vestra, quòd nos excommunicamus & anathematizamus vniuersos hæreticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiam seculari iudicio relinquantur animaduersione debita puniendi. Clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquā fuerint deprehensi redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Credētes autem eorum erroribus, similiter hæreticos iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorū excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Similiter statuentes vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam in-

De omnibus contentis in hac cōst. vide quæ notaui in apostillis sup. fo. 3. Greg. Non. const. 3. excommunicamus & fol. 12. Innoc. 4. constit. 10. nouerit.

testabilis,

testabilis, nec testamenti habeat factionem; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumẽta confecta per ipsum nullius penitus sint momẽti, sed cum auctore dãnato damnentur. & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autẽ tales postquã ab ecclesia fuerint denotati, euitare contẽpserint, excõicationis sñia percellantur, aliàs animaduersione debita puniẽdi. Qui autẽ inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta cõsideratione suspicionis, qualitatẽq; personæ, propriã innocentiã congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab oĩbus euitentur: ita quòd si per annum in excõicatione perstiterint, tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramẽta: nec eleemosynas aut oblationes eorum recipiant: similiter hospitalarij, aut contemplarij, aut quilibet regulares, alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum. & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij per quem credat ad prælati sui & inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire: alioquin excommunicationis sententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officiũ admittantur. quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquisitis, volentes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus: quorum parentes post emancipationem huiusmodi, ad initium superstitionis hæreticæ, à via declinasse constiterit veritatis. Datum apud Vrbem Veterem v. Non. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Pont. supradictus obijt in Castro Suriani Viterbien. diœcesis 18. Cal. Septembris 1280. & eius cadauer Romæ delatum & in Basilica S. Petri conditum fuit.

HONORIVS QVARTVS

Romanus ex familia Sabellorum Coronatus Romæ xvij. Cal. Maij. 1285.

I.

Commissio citationis contra Commun. & offic. Ciuitatis Parmen. ob excessus commissos in Inquisitores.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, honorabili fratri Episcopo Parmensi, Salutem & apostolicam benedictionem.

OLIM, sicut accepimus, dilectus filius frater Florius ordinis Prædicatorum, inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à sede apostolica deputatus: quandam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam post abiurationem ipsius criminis, in idem compererat fuisse relapsam, de crimine ipso sententialiter exigente iustitia, legitime condemnauit: quæ subsequenter curiæ seculari relicta, de mandato potestatis Parmensis, fuit propter hoc incendio deputata. Verum nonnulli, qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuersis prædictæ ciuitatis partibus confluentes, diabolico spiritu concitati, ad locum fratrum dicti ordinis, in ciuitate prædicta morantium hostiliter concurrerunt: ac in prædictum locum impetum facientes, valuas ecclesiæ confringere, tecta lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi præsumpserunt: ac libris, vestibus, & rebus alijs eorundem fratrum inique direptis, nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt: quorum vnus post paucos dies, ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his alijsque diuersis iniurijs, damnis, & grauaminibus per eosdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitiæ recesserunt. Cumque tam grauis excessus tanquam notorius, ad venerabilis fratris nostri I. Ostien. episcopi, tunc in partibus illis apostolicæ sedis legati, notitiam peruenisset, idem episcopus intellecto, quòd illi per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis & euidentis facinoris, prout expectabat ad eos, procedere negligebant, potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consilium & commune ciuitatis eiusdem, per suas literas sub certa forma citauit: vt ijdem potestas & capitaneus, vel eorum alter cum certo ambasciatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis præfatæ, coram eodem episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent. Et licet dictus capitaneus, cum quibusdam ambasciatoribus & syndico in præfixo termino ad ipsius legati præsentiam accessisset: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi sufficiens syndicus comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: idem episcopus præfatos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuitatis eiusdem, excommunicationis, & in ciuitatem prædictam interdicti sententias promulgauit. Postmodum vero ambasciatoribus & syndicis dicti communis, fel. rec. Martino

De relapsis in Hæresim & corũ pœnis vide sup. Inn. 4. const. 8. cõ aduersus fol. 9. & Alex. 4. fol. 19. cõst. 10. quod super.

Excessus cõmissi in Ciuitate Parmeñ. contra Inquisitores.

Legatus de latere citauit cõmunitatẽ Parmeñ. & alios ad comparendum.

Et sententias excõmunicationis & interdicti promulgauit.

Martinus V. ad preces Communitatis Parmen. mandauit absolui dictos excõicatos datis cautionibus de parendo mandatis Ecclesiæ.

Papæ prædecessori nostro humiliter supplicantibus: vt cum officiales & commune ciuitatis ipsius, parati essent super huiusmodi contumacia eiusdem prædecessoris & apostolicæ sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de stando iuri super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem, iuratoriam, & fideiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: prædecessor ipse volēs in hac parte non asperitatem rigoris, sed leuitatem mansuetudinis obseruare, cautionem eandem nomine potestatis, capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambasciatoribus & syndicis præfatis oblatam, & pro parte etiā adimpletam, admisit: tibique suis dedit literis in mandatis, vt receptis à præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille Marchis argēti, quod super prædictis omnibus, dicti prædecessoris, & ecclesiæ Romanæ mandatis & beneplacitis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contingebat sententia, iuxta formam ecclesiæ beneficium absolutionis impēderes, si illud à te humiliter postularent: ac interdictum huiusmodi sublata difficultate, auctoritate apostolica relaxares, iniuncto talibus, quod de iure existeret iniungendum: & nihilominus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune præfatos ex parte prædicti prædecessoris peremptorie citare curares, vt infra vnius mensis spatium post citationem tuam, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, coram prædecessore comparerent prædicto, super excessibus, offensis, & iniurijs huiusmodi ipsius prædecessoris & apostolicæ sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi super his, quod ordo exigeret rationis, tuque mandatum apostolicum fuisti super hoc, iuxta formam per prædictas literas tibi traditam, executus. Et quamquam potestas, capitaneus, anciani, primicerij, consiliarij, & commune præfati, per syndicos infra huiusmodi terminū eis à te præfixum coram prædecessore comparuerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio vlterius habitus est processus. Nos igitur in huiusmodi negotio, iuxta officij nostri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune prædictæ ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium, peremptorie citare procures, vt infra vnius mensis spatium post citationem huiusmodi, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, nostro se conspectui repræsentent: super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis, nostris & eiusdem sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi super his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per tuas literas harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romæ apud sanctam Sabinam, Non. Maij. Pontificatus nostri anno primo.

Et supradictos ei satis fecit.

Et ipse Pontifex iterū citari mandat.

II.

Filium & Nepotes quondam Philippi de Hæresi inquisiti ad officia admitti præcipit.

De hac materia videlicet quod Hæretici & complices & eorum successores non admittantur ad officia &c. & priuentur officijs beneficijs &c. habes sup. fol. 2. Innoc. iij. const. 2. His quæ Greg. Non. const. iij. excommunicamus fol. 3. & Inno. 4. const. 3. ad extirpanda vers. teneatur quoque fol. 7. & const. 8. cum aduersus. vers. cæterum fol. 10. & infra Paul. 4. const. 41. cum ex apostolatus. & Pij V. const. 19. cum ex apostolatus. & Greg. xiij. const. 68. in ecclesijs.

HONORIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio fratri Galgano de Eugubio ordinis fratrum Minorum Inquisitori hæreticæ prauitatis in Ducatu Spoletan. Salutem & apostolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militia nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quòd olim significantibus fœlicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro Inquisitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quòd frequenter à sede Apostolica committebatur eisdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum quàm ipsorum filios & nepotes priuandi dignitatibus, personatibus, officijs publicis & beneficijs ecclesiasticis de diœcesanorum vel eis absentibus vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi: postulantibus declarari, præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit literas respondendum, quòd de filijs & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi qui modo tales esse probantur intelligēdum esse videbatur, non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mādatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse quam ipsi vel iam perfecerant, vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verum licet Inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per sedem Apostolicam deputatus memoratum Philippum qui sibi confessus extitit, quòd cuidam hæretico reuerentiam fecerat quædam contra fidem proferendo catholicam, priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore pœnitentiam perfecerit reuerenter, ac tandem sicut vere catholicus receptis ecclesiasticis sacramentis viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus, tamen, Potestas, Consilium, & Commune Spoletan. dictum Archionum eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quòd idem Philippus sicut præmittitur, tanquam vere Catholicus & fidelis Ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta præmissum eiusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia secularia officia & beneficia ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines impedimento huiusmodi non obstante potius admittendos. Quia igitur de facto hmōi & eius circunstantijs habere poteris notitiā pleniorem: Nos gerentes de circunspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate cōmittimus & mandamus, vt si diligenti inquisitione præmissa prædicta, inueneris veritate fulciri, & tibi etiam constiterit quòd præfati Archionus & filij non sint de hæretica prauitate suspecti, & in fidelitate ac deuotione Eccle-

Philippus Palmerius de Hæresi fuit Inquisitus.

Hanc declarationem Alex. 4. habes supra in eius const. quod super ad 8. fol. 20.

Et propterea Communitas Spolet. nolebat admittere ad officia Archionum eius filium, neq. filios ipsius.

Pont. tamen mādat illos admitti ad officia & beneficia constito prius eos esse fideles.

siæ supra-

ſtæ ſupradictæ perſiſtant, ſuper quibus omnibus tuam intendimus conſcientiam onerare, auctoritate noſtra denunties & declares, quòd propter præmiſſa vel eorum occaſione nihil eis poſſit obijci vel opponi quin ad omnia ſecularia officia & beneficia eccleſiaſtica, etiam ſi dignitates exiſtant, illis non obſtantibus aſſumi libere valeant, & hi qui literati eſſe noſcuntur, ad omnes ordines promoueri, prout ſecundum Deum & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem ſuper his inueneris & duxeris faciendum, nobis per tuas patẽtes literas harum ſeriem continentes fideliter ſtudeas intimare. Dat. Romæ apud ſanctam Sabinam v. Kalen. Decem. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Pont ſupradictus obijt Romæ iij. Non. Aprilis 1287. & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri.

BONIFACIVS OCTAVVS

Romanus ex familia Caietana Coronatus Romæ X V I. Cal. Februarij 1295.

I.

Prouincia Ciuitas caſtrum &c. non ſupponantur Interdicto pro debitis pecuniarijs.

Hæc conſt. confirmatur per Clemen. 7. infra conſt. 35. licet ea.

ONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuã rei memoriã. PROVIDE attendentes, quòd vt frequentius, quamuis non ſine cauſa, ſiue culpa, tamen multorum interdicti ſententiæ proferuntur. Quod ſibi nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiã in negotijs, ſiue cauſis, quæ plus interdum ex cupiditatis, quàm ex charitatis radice, perſpicuis indicijs procedere arguuntur, quodque tempore interdicti diuina organa ſuſpenduntur, & laudes Dei, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur, vt ſolent, tolluntur mortuis, ſeu minuuntur ſuffragia, præſertim per oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & paruuli percipientes rarius ſacramenta, minus inflammantur, conſolidantur in fide fidelium, tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multipliciter periculũ animarum: præſentis conſtitutionis prouidemus edicto, vt prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium, vel diſtrictus, auctoritate ordinaria, vel delegata non ſupponantur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ quantitate, ſub quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore, pro eo maxime, quòd ipſorum domini rectores, ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu inhabitatores, quod ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis huius, ſeu quantitatem non ſoluerint hactenus, aut inantea non perſoluent. Nos enim ex nũc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus contigerit attentari, illudque reuocamus omnino. Non obſtan. quibuſcunque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fideiuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus, & ſententijs ſuper his habitis, vel habendis, iuramentorum, pœnarum ſpiritualium, & temporalium, ſeu mulctarum, vel quacunque alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio interdicti hactenus foret facta, vel inantea fieret de apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali & expreſſa, per ipſius ſedis patentes literas, apparente. Datum apud Lateranum. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Tempore interdicti quæ mala conſequuntur.

Prohibitio interdicti.

Clauſula irritãs.

Clauſulæ derogatoriæ.

II.

De Priuilegijs Doctorum ac Studentium Almæ Vrbis.

De hac materia habes infra Vrb. vj. conſt. 1. dudum. Eugen. 4. conſt. 1. a ſupremo. Iul. 2. conſt. 12. & ſi ex debito. Leon. 10. conſt. 2. dum ſuauiſſimos. Iul. 3. conſt. 20. cum ſicut. Pij 4. conſt. 124. in ſacroſancta Pij V. conſt. 59. quamuis. & conſt. 185. accepimus quod & Greg. xiij. conſt. 27. cupientes.

BONIFACIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati Monaſterij S. Laurentij extra muros, & Priori Baſilicæ ad ſancta Sanctorum, ac Archipresbytero Eccleſiæ S. Euſtachij de Vrbe, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

IN ſupremæ præeminentia dignitatis diuini diſpoſitione Conſilij conſtituti, ad vniuerſas fideliũ regiones noſtræ vigilantiæ creditas tanquam Paſtor Dominici Gregis aciem apoſtolicæ conſiderationis extẽdimus, ad earum profectum quantum nobis ex alto permittitur intendentes: ſed ad vrbium Vrbẽ, Romanã videlicet ciuitatẽ, quã diuina clemẽtia ſtatuit caput orbis, eo attentioris meditationis intuitũ retorquemus, quo principalius in eadẽ noſtri ſedẽ apoſtolatus cæleſtis diſpoſitio ſtabiliuit & firmauit Eccleſiæ fundamenta. Hanc profecto nimirũ inter cæteras vrbes ſub chriſtianæ religione fidei militãtes vberioris affectionis prærogatiua proſequimur, ſtudioſius apoſtolicis munimus præſidijs, & condignis libentius gratijs honoramus: ideoque feruenti non immerito deſiderio ducimur, quòd eadẽ vrbs quam diuina bonitas tot gratiarũ dotibus inſigniuit, ſcientiarũ etiam fiat fœcunda muneribus, vt viros producat conſilij maturitate conſpicuos, virtutũ redimitos ornatibus, ac diuerſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi fons ſcientiarum irriguus, de cuius plenitudine hauriant vniuerſis litteralibus cupientes imbui documentis. Ad hunc igitur vniuerſalem profectum non ſolum incolarum vrbis ipſius & circumpoſitæ regionis, ſed & aliorum qui præter hoc quaſi continuo de diuerſis mũdi partibus confluunt ad eandem, ſtudio paternæ ſolicitudinis intendẽtes, diligenti ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione præhabita, de ipſorum conſilio auctoritate apoſtolica duximus ſtatuendum, quòd in vrbe prædicta perpetuis futuris tẽporibus generale vigeret ſtudium in qualibet facultate, ac docẽtes & ſtudẽtes ibidẽ omnibus priuilegijs libertatibus & immunitatibus cõceſſis Doctoribus & Scholaribus in ſtudijs generalibus

Lectores & studentes non trahantur inuiti ad Cur. Capit. nisi laici pro homicidijs.
Exemptio eorundem a collectis pedagijs.
Limitatae fuerunt exceptiones a Pau. 3. inf. const. 38. ex debito & Paul. 4. const. 44. cupientes. & Pij V. const. 166. & si ea quae.
Priuilegium circa pensiones domorum inhabitant.
Priuilegium fori.
Hanc sanctioné hic non habes.

commorantibus gaudeant & vtantur. Et ne huiusmodi ipsorum studium (quod de bono semper in melius dirigi cupimus) perturbari contingeret, auctoritate prædicta decreuimus, vt Doctores vel Scholares in huiusmodi Ro. studio commorantes non posint inuiti in Cu. Capitolij occasione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, nisi forsan (quod absit) homicidium per aliquem vel aliquos de eodem studio Romano perpetrari contingeret: quo casu Vicarius Rom. Pont. contra Clericos, Senator vero vel Senatores qui pro tempore fuerint in vrbe prædicta, contra Laicos procedant, & faciant quod iustitia suadebit. Nec ad aliquas contribationes in Talijs aut collectis quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ vrbis, seu aliqua obsequia communia vrbis ipsius præstanda, prætextu moræ, quam in eadem vrbe contraherent, vel aliqua pedagia ratione rerum suarum quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exinde reportari facerent, doctores aut scholares eiusdem Romani studij teneantur. Quodque pensiones domorum quas Doctores vel scholares in eadem vrbe studiorum causa morantes inhabitarent, taxari deberent per duos taxatores, quorum vnum ipsi Doctores & scholares, & alterum commune ipsius vrbis eligant, & si ij duo concordare nequiuerint, stetur taxationi Tertij taxatoris ab eisdem Doctoribus & scholaribus eligendi, ac vltra taxationem huiusmodi nihil ab eis posit exigi nomine pensionis pro domibus antedictis: Et licet Roma communis sit patria, si tamen quispiam litem contra scholares peregrinantes causa studiorum in illam super aliquo negotio mouere voluerit, huiusmodi rei optione data scholaribus ipsis eos coram domino, aut Magistro suo, vel prædicto Vicario conueniat iuxta legitimam super hoc editam sanctionem: & qui contrafecerint poenam dictæ sanctionis Incurrant: Rectores quoque quos Doctores & scholares eiusdem Romani studij pro tempore duxerint eligendos in ipsos Doctores & scholares ac familiares ipsorum, tam circa cognitionem & decisionem causarum ciuilium & criminalium ciuiliter motarum & etiam criminaliter in criminibus leuioribus, quam ipsorum corrigendos excessus leues, ordinariam obtineant potestatem. Vt autem Doctores & scholares prædicti eo liberius intendere studio valeant, ac proficere in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fauore muniti, ipsis auctoritate prædicta concessimus, vt dum huiusmodi studio docendo vel audiendo insisterent, fructus, redditus & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura vel sine cura etiã si eorũ aliqua personatus vel dignitates existerẽt, cum ea posint integritate percipere, quotidianis distributionibus dũtaxat exceptis, cũ qua illos perciperẽt si in ecclesijs in quibus illa obtinent personaliter residerẽt, & ad residendũ in eis interim minime tenerẽtur, neq; ad id à quoquã valeat coarctari. Nõ obstan. quibuscunque statutis & consuetudinibus contrarijs dictarum Ecclesiarum iuramento, confirmatione sedis apostolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam si de illis seruandis per se vel procuratores suos præstassent forsitan iuramentum. Verum quia non sufficit priuilegiorum & indulgentiarum aliquibus dare præsidia, nisi sint qui super ijs eos manuteneant & defendant, cum parum sit in Ciuitate ius esse, nisi qui illud tueatur existat, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, Quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios eisdem Doctoribus, ac scholaribus qui eisdem Romani studij pro tempore fuerint, efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eos vel eorum aliquos contra huiusmodi statuti, constitutionis & concessionis nostrarum tenores ab aliquibus molestari. Molestatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet & rebelles quicunque & cuiuscunque conditionis fuerint aut status, etiam si Pontificali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, auctoritate apostolica postposita compescendo. Non obstan. supradictis seu de duabus dietis edita in concilio generali & nostra, qua cauetur quod Conseruatores à sede deputati prædicta aliquos vltra vnam dietam a fine dioecesis eorundem trahere non præsumant, & quibuscunque alijs constitutionibus contrarijs, dummodo vltra tertiam vel quartam dietam extra suam dioecesim aliquis auctoritate præsentium non trahatur, aut si aliquibus ab eadem sit sede indultum vel in posterum indulgeri contingat, quod excommunicari, suspendi vel interdici non posint per litteras apostolicas impetratas, vel etiam impetrandas, nisi eædem litteræ impetrandæ plenam & expressam fecerint de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet litteris & indultis apostolicis per quas præsentibus non expressas vel totaliter non insertas nostræ iurisdictionis explicatio in hac parte posset quomodolibet impediri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda. Volumus autem quòd quilibet vestrum etiam super negotio per collegam suum in hac parte primitus inchoato se intromittere valeat, & procedere in eodem, prout & quotiens fuerit opportunum. Dat. Anagniæ Anno Incarnationis dominicæ Millesimo Trecentesimo tertio. Octauo Idus Iunij, Pont. Nostri Anno Nono.

Priuilegium circa prouentus beneficiorum & residentias personales de quo vide inf. Vrb. 6. const. 4. dudum & Pij 4. const. 113. sanctissimus.

Clausulæ derogatoriæ.

Pont. supradictus obijt Romæ V. id. Octobris 1303. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

I O A N N E S X X I I.

Gallus patria Caturcen. infimo genere natus Coronatus Lugduni Non. Settembris 1316.

I.

Annullatio & rescissio alienationum bonorum Ecclesiæ.

De hac materia habes sup. fol. 3. Greg. 9. const. 1. Rex excelsus. & inf. Cle. 6. const. 1. & si solertem. Inno. 6. const. 1. sedentis. Innoc. 7. const. 1. iniunctum. Paul. 2. const. 2. cum in omnibus. Clem. 8. const. 18. si pro pauperum. Paul. 3. const. 25. in sacra. Iul. 3. const. 25. cum sicut, Paul. 4. const. 2. iniunctum. & const. 3. cum nos nuper. Pij 4. const. 19. prouida. & const. 125. apostolicæ & Pij V. constit. 68. volentes. & constit. 98. & si de singulis. & constit. 113. exigit. & constitu. 121. ex debito. & constit. 144. & si Benedictus. & Greg. xiij. const. 5. inter cætera.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili Fratri Guittoni Episcopo Vrbeuetan. patrimonij Beati Petri in Tuscia Rectori, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Inter cætera, quorum nos cura sollicitat, illa præcipue meditatio mentem nostrā occupat, illaq. follicitudo fatigat, vt Ecclesiæ iura nō pereāt, & si qua sunt forte deperdita, in statum pristinū restaurentur. Audiuimus siquidē relatione fideli, quod quidā patrimonij beati Petri ī Tuscia, comitatus Sabiniæ, Terræ Arnulphorū, & quarūdā aliarū Terrarū, ad nos, & Ecclesiā Romanā spectantiū Rectores, & officiales, qui fuerunt tēporibus retroactis, diuersas locationes, alienationes, donatiōes, & cōcesiones de Terris, Castris, bonis, iuribus eiusdē Ecclesiæ sub varijs formis, modis, & tenoribus fecisse noscuntur, & quasdam minores Terras, Ciuitates, Castra, & loca infra patrimonij comitatum, & Terrarum Arnulphorum prædicta, & alia infra iurisdictionē ipsius Ecclesiæ Romanæ consistentia maioribus Ciuitatibus, & Comitatibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, quamuis nullam super hoc potestatem habuerint, de facto in ipsius Ecclesiæ graue præiudicium subiecerūt, & etiam summiserunt, ac se subijcientibus, & summittentibus auctoritatem præstando consenserunt pro eorum libito voluntatis, & aliqua minora Terræ, Ciuitates, & Castra dictis maioribus Ciuitatibus, & Communitatibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, tam de dictis Terris, quam etiam aliunde voluntarie, & quædam ab ipsis maioribus coacte se per violentiam summiserunt. Nos igitur super his volentes eiusdem Ecclesiæ honori, & indemnitatibus prouidere, locationes, alienationes, donationes, concesiones, subiectiones, & summisiones prædictas, & alias quascunque de bonis, & iuribus prædictæ Romanæ Ecclesiæ, & Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum prædictorum, ac Vniuersitatum eorundem sub quibusuis modis, formis, tenoribus, aut expresionibus verborum factas non obstantibus Apostolicæ sedis non ex certa scientia factis, & quorumuis aliorum confirmationibus, seu ratificationibus super his, sub quacunque forma verborum obtentis, nec non promisionibus, obligationibus, pœnarum adiectionibus, stipulationibus, & renunciationibus quibuscunque, ac iuramentis super his præstitis ab eisdem ex tunc auctoritate Apostolica reuocauimus, cessauimus, annullauimus, irritauimus, vacuauimus, & nullā habere decreuimus roboris firmitatem, & eadem Terras, Ciuitates, & Castra, bona, & iura ad ius, & proprietatem, & dominium eiusdem Ecclesiæ reuocauimus, easdem minores Terras, Ciuitates, Castra, & loca in eo statu in quo erant ante tempus subiectionis, & summisionis huiusmodi reducendo, Decernentes illa prædictis maioribus Ciuitatibus, & Communitatibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus, ad seruandum summisionem huiusmodi, vel ad obediendum, seu parendum illis in aliquo prætextu summisionis, & subiectionis earundem aliquatenus non teneri. Quocirca fraternitati tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus per te, vel aliū, seu alios super præmisis de plano, summarie, sine strepitu, & figura iudicij te informās prædictas Terras, Castra, bona, & iura taliter locata, alienata, donata, & concessa, ad manus tuas recipere studeas, & diligenter conseruati procures. Non permittens Terras, Ciuitates, Castra, & loca minora præfata prætextu summisionis, & subiectionis huiusmodi ab aliquibus indebite molestari. Detentores Terrarum, Castrorum, bonorum, & iurium prædictorum, & contradictores, ac rebelles, & impedientes si qui fuerint, nec non & molestatores dictarum minorum Terrarum, Ciuitatum, & Castrorum, ac vniuersitatum per spirituales, & temporales pœnas appellatione postposita compescendo. Non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel diuisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut quibusuis pœnis affici non posint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Auinioni Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto.

Officiales alienarunt quædam loca Rom. ecclesiæ.

Alienationes & locationes bonorum Ecclesiæ annullantur.

Loca alienata reducit ad obedientiam Ro. Ecclesiæ.

Mandat coerceri contradictores.

I I.

Moderatio Facultatis Inquisitorum dandi licentiam deferendi arma.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ, Salutem & apostolicam benedictionem.

EXIGIT ordinis vestri religio, & commisi vobis officij mansuetudo requirit, vt sic actus vestros virtute modestiæ componatis, quòd nemini esse posint ad scandalum, vel aliquod nocumentum. Accepimus siquidem assertione fideli, quòd vos nonnullis prauis & peruersis hominibus, qui frequenter ad cædes, & alia nefanda facinora laxant nequiter manus suas, arma per ciuitatem & districtum Bononiensem portandi, non sine multorum scandalo, licentiam concesistis. Quare volumus & discretioni vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus neminem familiarem, nisi ejusdem ecclesiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuersationis & vitæ, habere quomodolibet præsūmatis: nec aliquibus de cetero, extra familiam vestram quam vobiscum habetis continue (nisi forsan illis, qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiscum, & in casibus alijs in quibus vobis pro securitate vestra forsitan expediret) alicui deferendi arma per dictas ciuitatem & districtum licentiam concedatis. Et nihilominus licentiam, quam olim super hoc alijs concesistis, studeatis, remotis occasione & dilatione quibuslibet, reuocare. Vt per hoc nulla posit oriri in eisdem ciuitate, vel districtu materia scandalum paritura: nec ad nos de cetero super hoc querelæ materia deferatur. Datum Auinion. vj. Non. Maij. Pontificatus nostri anno quinto.

Inquisitores habeant familiares laudabilis cōuersationis & vitæ.

Licentiam deferendi arma concedant solummodo familiæ suæ & alijs pro securitate ipsarū Inquisitorum.

I I I.

De Religiosis se transferentibus ad partes Infidelium absque licentia superiorum.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD NOSTRVM nuper relatio fide digna peruenit auditum, quòd nonnulli religionis gestantes habitum, sed à veritate religionis omnino vacui, & modestia penitus alieni, ad partes quodammodo infidelium, se transferunt in quibus pauci fideles, respectu infidelium commorantur, vt ibidem facilius decipere simplicium animos, & ipsos, & alios in errores præcipitare, seu

 retinere

retinere valeant, sub ouium veste, ac religionis habitu, lupinum animum occultantes: doctrinas suas reprobas, & erroneas, quibus fidelium mentes quantum in eis est, corrumpere satagunt, in ipsis partibus periculo se maiorum spargere non omittunt, necnon os suum ponentes in cœlum, lingua eorum transeunte super terra S. R. E. detrahere constitutionibus, & alia multa a fide deuia in suis sermonibus, & secretis collationibus eonere insanis auribus non verentur, ea quibus Deus offenditur, periculosa suscitantur scandala, paratur simplicibus laqueus, ipsique talium præsumptores de hæresi vehementer arguunt se suspectos, immo vere ex his fore hæretici comprobantur. Nos itaque cautis obuiare periculis, paternæ diligentiæ studijs cupientes, Vniuersis, & singulis religiosis cuiuscunque religionis, ordinis, status, vel conditionis existant: de fratrum nostrorum consilio, districtius auctoritate præsentium inhibemus, ne ipsorum aliquis absque superioris sui ordinis licentia, sibi per ipsius literas patentes concessa, de cætero ad partes se transferant antedictas, superioribus suis nihilominus iniungentes, ne quibusuis sui ordinis fratribus (nisi duntaxat viris literatis, prouidis, & expertis) huiusmodi licentiam impartiri præsumant. Nos enim quoscunque scientes, super quo eorum conscientias oneramus, præsumentes contrarium quouis modo, excõicationis subiacere volumus iniæ, & decernimus ipso facto, a qua nullus ab alio, quam a Ro. Pon. possit, nisi duntaxat in mortis articulo absolutionis beneficiũ obtinere. Cæterum vniuersis ecclesiarum prælatis in virtute Sanctæ obedientiæ, districte præcipiendo, præsentiũ tenore mandamus: quatenus nullos religiosos, ad partes se transferentes prædictas, nisi per patentes sui ordinis literas, de licentia speciali se illuc transferendi, sibi concessa, prælatis eisdem fecerint plenam fidem in suis ciuitatibus, & dioecesibus, ac terris, & locis alijs ad prædicationis officium, vel diuinorum celebratione admittant, sed ipsos potius velut apostatas capiant seu capi faciant, eos carcerari custodi, donec de dicta licentia modo prædicto sibi constiterit, detinendo. Et nihilominus si quos religiosos approbare, quæ sedes reprobauit apostolica, vel quæ alias sciant fidei obuia in suis prædicationibus, seu secretis collationibus dogmatizare præsumpserint, vt tales quibuscunque cessantibus priuilegijs, possint auctoritate apostolica licite capere, & carcerali custodiæ sicut suos possint subditos mancipare, licentiam impendere. Et insuper tenore præsentium mandamus eisdem, vt de præmissis summarie, & de plano, ac sine strepitu, & iudicij figura, per se, vel per alium, seu alios, se solerter & fideliter studeant informare, quousque de prædictis, seu eorum aliquo, repererint reos esse, iuxta statuta canonum, & aliorum exemplum castigare pœnis debitis non postponant. Non obstan. exception. & alijs quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, gratijs, & literis apostolicis eisdem religiosibus, vel ordinibus communiter, vel diuisim, sub quacunque forma, vel expressione verborum ab eadem sede concessis, vel in posterum concedendis, etiam si de illa, plena & expressa mentio, ac de verbo ad verbum præsentibus sit habenda: quæ quantum ad prædicta, vel aliquod eorundem, eisdem in nullo volumus suffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum inhibitionis, mandatorum, volũtatum, constitutionis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis &c. Datum Auinion. vij. Idus Maij, Pontificatus nostri anno Nono.

Religiosi ad partes infideliũ non accedant sine licetia superiorũ.

Inobedientes excommunicantur. Reperti sine licẽtia capiantur & tanquam apostatæ detineantur. De apostatis vide Paul. 4. infr. cons. 39. postquã. vbi notaui.

Supradicti Religiosi asserẽtes aliquid contra fidẽ puniantur.

Et desuper proceditur summarie, &c.

Clausulæ derogatoriæ.

I I I I.

Mandat per Inquisitores procedi contra ineuntes fœdera cum hæreticis, & alios dantes eis consilium, &c.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Lamberto de ordine fratrum Prædicatorum, Inquisitori hæreticæ prauitatis, in inferiori parte Lombardiæ, Salutem & apostolicam benedictionem.

CVM nonnulli de prouincia nostra Romandiolæ, tam clerici quàm laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeo fauere & fauisse dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, & societates ineundo cum ipsis, eosque receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia, & fauores, quòd de labe hæresis se reddiderunt & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum quàm multorum aliorum periculis, & præmissis imminentibus obuiare salubriter cupientes: discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus contra fautores huiusmodi, & alios quoslibet, de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sic solerter secundum formam canonum, ac priuilegiorum concessorum inquisitionis officio, procedere non postponas, quòd inde debeat tua diligẽtia merito commendari. Datum Auinion. iij. Cal. Septemb. Pontificatus nostri anno decimo.

De pœnis fautorũ hæreticorũ habes sup. fol. 7. in 3. const. Innocẽ. 4. ad extirpanda. versic. quicumque inf. Paul. 4. consti. 42. cum ex apostolatus.

V.

Commonet Regem Angliæ vt corrigat grauamina populo Hybernico illata.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ Illustri, salutem, & apostolicam benedictionem.

PATERNVM amorem ad tuæ celsitudinis incrementa, fili charissime, gerimus, dum te ad ea, quæ iusto placeant iudici, tui regni, terrarum, & subditorum tuorum, sint opportuna quies, & famæ tuæ pariter & honori prospiciant, sollicitis hortationibus inuitamus. Propter quod in ijs persuasiones nostras deuote debes mente suscipere, & ad executionem illarum te paratum & flexibilem exhibere. Ecce, fili, quasdã recepimus litteras directas pridem per Hybernicos Magnates, & populum, dilectis filijs nostris Anselmo tituli sanctorum Marcellini & Petri, presbytero, & Lucæ S. Mariæ in via lata diacono, Cardinalibus, Apostolicæ sedis nuncijs, & per eos nobis suis interclusas literis destinatas: in quarũ serie vidimus inter cætera cõtineri, quod cũ fœlicis recordationis Hadrianus Papa prædecessor noster, sub certis modo, & forma distinctis apertius Apostolicis literis inde factis, claræ memoriæ Hẽrico Regi Angliæ, progenitori tuo, dominiũ Hyberniæ cõcessisset: ipse Rex, ac successores ipsius Reges Angliæ, vsq; ad hæc tẽpora modum & formã huiusmodi non seruãtes, quinimo eos transgrediẽtes indebite afflictionibus, & grauaminibus inauditis importabiliũ seruitutum ipsos diutius oppresserunt. Nec fuit hactenus, qui reuocaret illata grauamina, aut errata corrigeret: non fuit quem pia compassio

Hadrianus Dominium Hyberniæ Regi Angliæ concessit.

Hadriani literas istas non habemus.

Reges Angliæ cõtra formã cõcessionis populum grauarunt.

super

super eorum contritione moueret, quamuis super his ad te recursus habitus fuit, & clamor validus oppressorum aures tuas quandoque pulsarit. Vnde talia ferre nequeuntes vlterius, coacti sunt se à dominio tuo subducere, & alium in suum regimen aduocare. Hæc, dilectissime fili, si veritate nitantur, tanto nimirum infestiora nostris accedunt affectibus, quanto desideramus intensius, vt tibi prospera cuncta cedant. Circa illa versari sedulo debes, eaque promptis affectibus exequi, quæ tuo fiot placita creatori: & ab omnibus abstinere sollicite, per quæ contra te debeat prouocari Deus ipse, ac Dominus vltionum: qui gemitus afflictorum iniuste, minime despicit: & qui propter iniustitias peculiarem suum deiecisse describitur populum, & translationem fecisse regnorum. Quanto etiam desiderabilius, ijs præsertim impacatis temporibus, cupimus te illis libenter intendere, per quæ tuorum corda fidelium ad tuam beneuolentiam & obedientiam debeant allici, & illa prorsus vitare, quibus valeant tuæ cultu deuotionis auelli. Quia itaque, fili, tua noo modicum interest, huius nouæ mutationis vitare dispendium, quamplurimum eapedit, vt hæc non negligantur turbationis initia: ne illis periculose crescentibus sero medicinæ remedia præparentur. Eacellentiã regiam sollicitamus attente, præsentibus sane nihilominus coosilio suadeates, quateous hæc prudenti meditatione considerans, & cum tuo discreto consilio conferens super illis, circa præmissorum grauaminum correctionem, ac reformationem debitam, & festinam, vijs & modis decentibus, sic sufficienter prouideri mandes, & facias, sic discriminosis principijs in hac parte obstare procures, quod & illi, per quem regnas, placere valeas, & te io ijs efficaciter implente quod debes, cuiussis aduersum te iustæ quærelæ materia conquiescat: per quod ijdem Hybernici saniori ducti consilio, tibi, vt domino, pareant: aut si, (quod absit,) in cœpta rebellione manere voluerint, causam suam in apertam iniustitiam, te apud Deum & homines excusato, conuertant. Vt autem de prædictis grauaminibus & quærelis, quibus prædicti innituntur Hybernici, tuis sensibus innotescant ad plenum, præscriptas literas missas Cardinalibus antedictis cum forma literarum, quas prædictus Hadrianus prædecessor noster eidem Henrico Regi Angliæ de terra Hyberniæ concessit, tuæ magnitudini mittimus præsentibus inclusas. Datum, &c.

Propterea turbatus est Populus cõtra Regẽ.

Pontifex monet Regẽ tollat ista grauamina pro quiete sui Regni.

VI.

Reformatio Auditorum, & Notariorum Palatij Apostolici.

Hæc constitutio Ampliatur per Pium 4. const. 83. vbi ponam concord.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

RATIO iuris exigit, debitum honestatis eaposcit, & pietatis consideratio persuadet, vt in cunctis dirigendis iudicijs, & iustitia ministranda, sint, quo ad Præsidentes, vigilantia studiosa, venusta modestia, cordium puritas, munditia manuum, & consiliorum sanitas requirendæ. In personis quoque ad conscribendum acta iudicialia deputatis, sufficientia operosa, fidelitas comprobata, vitæ honestas, decentia commendanda, mercedis eaactio mnderata, benignitas ad pauperes compassiua, sint merito exigendæ. Igitur in Romana Curia communi quidem patria, vbi est summum Tribunal Iudicij diuinitus constitutum, & vbi lux & forma iustitiæ præeminent & prælucent, hæc oportet oecessarin reperiri. Quare nos, qui, licet immeriti, sumus beati Petri successores, & vice Christi fungimur super terram, cupientes vt in Apostolico palatio audientiæ causarum, ac in personis ad examinationem & conscriptionem illarum pro tempore ordinatis, habeatur ordinatio limitata, congrua, & salubris circa earundem causarum Auditores, ipsorumque notarios scribentes in causis huiusmodi, suadentibus rationabilibus causis, Statuta & ordinamenta, quæ particulariter, & seriatim præsentibus adnotantur, auctoritate Apostolica edimus, & ea præcipimus perpetuo futuris temporibus obseruari. Statuimus igitur & ordinamus, quod Auditores earundem causarum palatij sint in audiendis & decidendis causis eis commissis & committendis diligentes. Item quod Auditores prædicti bona hora diebus iuridicis ad palatium conueniãt. Item quod auditores per se vel alium seu alios à partibus coram eis causas habentibus, seu à suis Notarijs scribentibus coram ipsis, vel alijs pro eisdem seu eorum nomine nihil nec rem, nec obligationem, vel promissionem recipiant. Et quod consilia Coauditorum secrete data, secrete tenere debeant, Contrarium vero facieotes, per vnum mensem ab ingressu eiusdem palatij suspendantur, Si autem iterato in eandem culpam inciderint, priuentur perpetuo eorum officio audientiæ causarum palatij prælibati. Item statuimus & ordinamus, quod Auditores eiusdem palatij à tempore suæ receptionis antiquior primitus incipiat referre suis Coauditoribus: & causas, quas audit, si ad hoc paratus existat inter eos in relationibus ponat vt est moris. Sicque per consequens alij dicti palatij Auditores successiue secundum gradum receptionum eorum cuiuslibet similiter referant, & causas quas audiunt in relationibus ponant si ad hoc etiam sint parati. Et quod postquam vna causa io relationibus huiusmodi posita fuerit, alia ponatur, quousque partes allegauerint quæ voluerint allegare, non tamen Auditores ipsi audire allegationes superfluas astringantur.

Auditores Rotæ quæ seruare debeant.

Antiquior ex Auditoribus causas proponit, & cæteri sequuntur.

Item quod Auditor referens, facta relatione Coauditoribus suis, consilia eorundem diligenter quærat, & eisdem consilijs habitis dictas causas finire & terminare celeriter teneatur. Item quod quilibet dictorum Auditorum ootarios iotelligentes, fideles, & honestos habeat, ita quod quatuor Notariorum numerum non excedat. Qui quidem Notarij per se, & non per alios coram Auditoribus ipsis in causis scribant, Nec dicti Auditores committant scribendas alicui alteri Notario causas commissas eisdem. Nec aliquis dictorum Auditorum queroquam in Notarium recipiat, qui sit alterius Auditoris Notarius. Item quod præfati Auditores prouideant diligẽter, quod dicti Notarij super ipsorum receptione salarij non excedant, nec aliquid vltra recipiant nisi prout est descriptum, taxatum, & etiam ordinatum. Item quod si aliqui fiot vel fuerint qui ob paupertatem nequeant acta redimere suæ causæ, Auditores suos compellant Notarios scribentes in actis eisdem ad restituendum gratis huiusmodi actorum copiam parti soluere (vt præmittitur) oequeunti, si Auditori causæ illius paupertas notabilis videatur. Item quod nullus eorundem Auditorum in causis quæ sunt in dicto palatio, vel in breuitas notabilis videatur. Item quod nullus eorundem Auditorum in causis quæ sunt in dicto palatio, vel in breui sperantur existere, consilium nec per se, nec per interpositam personam partibus præbeat, nec aliquod patrocinium præstet, nisi causæ propriæ, vel suorum vsque ac tertium gradum consanguinitatis, vel dominorum, aut familiarium suorum, seu ecclesiarum in quibus beneficiatus foret, existerent. Et in

Pauperi copia actorũ danda est absq; pretio.

præmissis

præmissis vltimis casibus ad Coauditorum suorum consilia minime admittatur, quodque hoc reuelare teneatur si existeret id occultum.

Item quod nullus Auditorum ipsorum causam recipiat audiendam, si committatur eidem, in qua consilium dederit, sed ad Cancellariam ipsam incontinenti remittat alteri committendam. Item quod dicti Notarij omnem modestiam, & honestatem in omnibus studeant obseruare, Quodque nullus eorundem Notariorum, qui per aliquem dictorum Auditorum in Notarium receptus extiterit, alterius Auditoris Notarius esse valeat quā diu erit primi Auditoris Notarius. Item quod præfati Notarij promotores seu procuratores in causis quæ coram Auditore suo agitantur, in dicto palatio non existant. Item quod nullus Notarius alicuius Auditoris deinceps audeat scribere vel præsumat in causa, si alterius partium dictæ causæ in audientia literarum contradictarum, vel in palatio apostolico, seu in Romana curia procurator vel promotor negotiorum, seu pensionarius quoquomodo fuerit vel existat. Sed si ea ignorantia contigeret Auditorem aliquam vel aliquas causam seu causas alicui tali Notario committere ad scribendum, statim Notarius huiusmodi causam seu commissionem in manibus dicti Auditoris restituat, Contrarium faciens per annum ab officio Notariatus in palatio exercendo sit eo ipso priuatus. Item præfati Registrum cuiuscunque causæ in qua Notarij deputati existunt, cum manuali suo, & productis originalibus, antequam Registrum Auditori exhibeant, & copias in publicam formam seu in simplicem scripturam redactas cum eodem Registro antequam partibus tradant diligenter auscultent, & alias sic perfecte videant, & corrigant diligenter, quod per eorum incuriam negligētiam vel alias nihil de substantialibus omittatur, seu damnum aliquod patiatur aliqua partium earūdem, nec in fauorem vel præiudicium vnius partium præmissa complere differant vel postponant. Item quod iam dicti Notarij omnes actus iudiciarios clare distincte & substantialiter in manuali seu memoriali in Auditoris causæ in qua scribūt præsentia, & partium, si expectare voluerint, conscribere non postponant. Et postquam illos conscripserint, in Registrum fideliter redigant vel redigi faciant, & requisiti ab ipsis partibus vel earum aliqua in singulis terminis partibus eisdem copiam cum per dictum Auditorem decreta fuerit, sine difficultate & fraude quacunque faciant, saluo suo iusto salario inferius moderato. Item quod ijdem Notarij in Registro illius causæ in qua scribunt, vt prædicitur, omnes sententias diffinitiuas, & interlocutorias, ac inhibitiones, necnon intimationes, & appellationes verbo vel in scriptis emissas, ex integro de verbo ad verbum conscribant, cum per partem vel partes seu Auditorem ipsius causæ fuerint requisiti. Item quod instrumenta, & alia per partes producta diligenter registrent vel registrari faciant Notarij memorati, acta vero in partibus habita minime registrētur, sed conseruentur per illius causæ Notarium diligenter, nisi partes vel earum altera illa peterent registrari, pars vero hæc petens de registro satisfacere teneatur. Caueant tamen Notarij memorati, quod propter præmissas modificationes scripturas prolixiores nequaquam efficiant, neque ponāt superflua in eisdem, nisi prout necessarium fuerit, & est hactenus fieri consuetum, nec malitiose differant vel differre procurent scripturas partibus assignare, Contrarium vero facientes duplum restituant. Et si super hoc frequentauerint excessum, ab Auditorio sui Auditoris, & prædicto palatio expellantur.

Notarij Rotæ quæ seruare teneantur.

De registris Notariorum & alijs habes inf. Pij 4. const. 54. cū sicut accepimus.

Pont. supradictus obijt Auinioni prid. Non. Decemb. 1334. & sepultus fuit in Eccles. Cathed.

BENEDICTVS DVODECIMVS

Gallus ex Oppido Sauarduno Appamiarum Diœcesis ex familia Forneria Coronatus Auinioni viij. Calend. Ianuarij 1334.

I.

Reformatio Aduocatorum & Procuratorum causarum Palatij Apostolici.

Hæc const. ampliatur per Greg. X I. infra const. i i j. quamuis. vbi ponam concord.

ENEDICTVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DECENS & necessarium existimamus, vt patroni causarum, qui in Romana curia officium Aduocationis assumunt, deinceps discreto & optimo ordine dirigantur. Sit autem causæ patronus in proponendo efficax, atque pertinentia duntaxat ad negotium de quo agitur recitans, superflua & impertinentia non admittens, nec vltra quam causæ exposcit vtilitas, in licentiam conuiciandi, & maledicendi temeritatem prorumpat: proponentem autem causidicum secundum ordinem prælibatū, quandiu sibi audientia conceditur, alij patienter audiant, & expectent, nec verba ipsius vllatenus interrumpant. Caueant tamen Aduocati prædicti, ne de causis pauperum prædictorum (quas per illos qui eas proponere volunt gratis proponi volumus) quicquam omnino recipiant, etiam de ipsorum pauperum prompta instantia liberalitatis oblatum. Qui autem ab eis aliquid receperint, nequaquam dominium eius acquirāt, sed ad restitutionem dupli eius quod receperint, sic eos teneri volumus & astringi, vt nihil per dictos pauperes remitti possit eisdem, ad quam quidem restitutionē per Vicecancellarium, qui erit pro tempore, per censuram ecclesiasticam compellantur. Ne vero (quod absit) cupiditatis ardor incitet Aduocatum pro immoderato lucro captando ad suscipiendum causarum multitudinē ad quarum patrocinium non sufficit, non absque ipsarum detrimento causarum, & clientulorum suorum irreparabili præiudicio, & iactura; Omnibus Aduocatis eiusdem Rom. curiæ præsentibus, & futuris districtius inhibemus, ne quisquam eorum tot causas suscipiat, quod eis opportunitatem necessarij studij, & solertiam debitā in prosequendis, seu dirigendis eisdem nequeant exhibere, cum melius sit bene pauca attendere, quam multa

Aduocati nihil recipiant à pauperibus, alias teneātur ad dupli restitutionem.

Caueant à multitudine causarū quibus opportune incumbere nō possunt alias teneātur ad interesse.

suscipere

suscipere periculose. Quod si forte contra inhibitionem huiusmodi tot causas receperint, vt eisdem singulis non possint debitum studium, & necessitatem solitam adhibere, & ob hoc dictas causas vel earum aliquam perire, vel minus dispendiose differri contingat, ad restaurationem expensarum, damnorum, & interesse partis, si talis sit causa quæ extimationem recipiat, vel de cuius interesse possit satisfieri, integraliter teneantur, alioquin vltra expensas easdem pro eiusdem Vicecancellarij in causis consistorialibus, in causis vero alijs quas apud Sedem Apost. agitari contigerit, pro Auditorum ipsarum causarum, siue Auditores ipsi sint S.R.E. Cardinales, siue alij qui apud Sedem prædictam huiusmodi causas audierint, arbitrio puniantur. Rursus quilibet Aduocatus antequam causam proponendam & dirigendam suscipiat, factum clientuli cuius erit negotium, cum principali si poterit, vel eum Procuratore seu promotore causæ ipsius, & quæ munimenta, qualesque probationes super dicto negotio clientulus habeat & habere poterit, examinet diligenter. Et si ex informatione huiusmodi reperiat iustam, rationabilem, & probabilem eius causam (quam informationem in scriptis redactam sibi faciat exhiberi) causam assumere poterit suo patrocinio adiuuandam. Si vero iniustam & improbam ex dicta informatione repererit, eam non assumat, sed à patrocinio suo repellat, partique repulsæ consulat quod dictam causam dimittat, nec in prosecutione ipsius se, & alteram partem vexet laboribus, & expensis. Postremo eisdem Aduocatis, & Procuratoribus causarum iniungimus, vt præmissa inuiolabiliter studeant obseruare. Caueant autem quod vltra conuentum salarium nihil omnino lite pendente recipiant quantumcunque gratis oblatum; nec cum clientulis vel alijs pro eis ineant, nec aliquam faciant pactionem, alioquin ad restitutionem dupli illius quod receperint vltra dictam conuentionem teneantur, nulla remissione partis in hoc profutura, & contractus huiusmodi viribus non subsistant, & alias per eundem Vicecancellarium in causis consistorialibus, in alijs vero causis per Auditores earum, prout visum fuerit, puniantur. Præmissis quoque adijciendo prouidemus, vt si dicti Aduocati vel Procuratores minus fideliter vel negligenter causas assumptas duxisse vel decidisse, vel scienter malam causam vel improbam assumpsisse inuenti fuerint, per præfatos Vicecancellarium in causis Consistorij, & per Auditores in causis quas audient, ad emendationem damnorum, & expensarū quæ & quas ob hoc partes incurrent, omni appellatione cessante, censura simili astringantur. Et si eisdem Vicecancellario vel Auditoribus forsitan videatur ex qualitate vel frequentia dictorum excessuum vel defectuū dictos Aduocatos vel Procuratores fore grauius puniendos, possint ad tempus vel in perpetuum eis interdicere officia prælibata. Denique quia periculosum posset esse partibus, si patroni causarum quos aut meritum peritiores fecerit aut vetustas, pro vna parte consistant, sicque partem aliam necesse sit à rudibus atque tironibus sustineri, Statuimus, vt si partes hoc statuerent, causidicorum distributio prout melius fieri poterit fiat, & singulorum exequetur partibus auxilium, ac huiusmodi æqua diuisio in causis quæ tractantur in consistorio, per Vicecancellarium, in alijs vero per Auditores ipsarum causarum fiat, ac duobus aduocatis dumtaxat pars qualibet sit contenta, nec plures valeat obtinere. Nulli ergo &c. Dat. Auinioni v j. Cal. Nouemb. Pontifi. nostri anno sexto.

Antequã causas agant illas diligenter examinãt.

Et vltra conuentum salariũ nihil recipiant.

Pœnæ contrauenientium.

Prouideant Auditores colligãtibus de causidicis in casibus hic expressis.

Pont. supradictus obijt Auinioni vij. Cal. Maij 1342. & sepultus fuit in Eccl. Cathed.

CLEMENS SEXTVS

Gallus patria Malmot. Lemouicen. Diœcesis ex Familia Mollria Coronatus Auinioni .xxiij. Calend. Iunij 1342.

I.

Contra Occupatores Terrarum & Locorum S. Rom. Ecclesiæ.

CLEMENS Episcopus seruus seruorũ Dei, Ad perpetuã rei memoriã. ET si solertem adhibere vigilantiam ne quarumlibet Ecclesiarum iura depereant, ex debito nostri officij teneamur: in manutenendis tamen, defendendis, recuperandisque occupatis iuribus Ecclesiæ Romanæ, sponsæ nostræ, quæ disponente domino caput omnium, & magistra cæteris altiori dignitate præcellens maioribus est iuuanda præsidijs, & amplioribus honoribus attollenda, esse debemus solliciti & attenti: Ad obuiandum igitur peruersis illorum conatibus qui sibi commoda, non se commodis patrimonij Beati Petri in Tuscia, quod iuris & proprietatis eiusdem Ecclesiæ fore, ac eidem immediate subesse dignoscitur applicantes temere Ciuitates, Castra, & Villas eiusdem Patrimonij ad eandem Ecclesiam pertinentia, eorumque dominium, superioritatē aduocationem, Capitaneatum & iurisdictionem in ipsius Ecclesiæ graue præiudicium contra constitutiones, & ordinationis olim per fel. rec. Vrbanum i i i j. & Ioannem x x i j. ac diuersos alios Romanos Pontifices prædecessores nostros editas non verentur diuersis exquisitis coloribus occupare, & sibi in eisdem dominium superioritatem, & præeminentiam vendicare, hac perpetua constitutione sancimus, vt nulla Ciuitas, vel communitas nullaque singularis persona cuiuscunque conditionis, vel status existat deinceps in aliquibus Ciuitatibus Castris, seu villis ipsius patrimonij ad prædictam Rom. Ecclesiam spectantibus, dominium, superioritatem, capitaneatum, aduocationem, iurisdictionis seu aliquam præsidentiam seu præeminentiam prætextu cuiuscunque venditionis, submissionis, recommandationis, concessionis, recognitionis, obligationis, contractus vel pacti, aut cuiusuis alterius commercij absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali recipere audeat, vel sibi dominium præsidentiam Capitaneatum seu iurisdictionē in prædictis Ciuitatibus, Castris, seu Villis ex quauis occasione,

Vrb. 4. const. hic non habes.

Ordinationem Io. 22. habes sup. fol. 15. const. 2. Inter cætera.

Nemo præeminentiã iurisdictionē aut superioritatem exerceat in terris Patrimonij.

occasione, causa quomodolibet vendicare: quodq; Ciuitates, & singulares personæ sumissiones, suppositiones, & subiectiones, quascumque iam in eas factas, & receptas seu de facto, cum de iure non teneant quomodolibet

Etiam vigore eu iusuis côtractus.

attentatas, dimittere teneantur, nec Ciuitates, Castra seu loca alia quæ se eis vt præmittitur, submiserunt vel quomodolibet subiecerunt, virtute submissionis, & suppositionis alicuius, vel cuiusuis contractus titulo valeant retinere, nullaque Vniuersitas, seu communitas Ciuitatis, Castri, seu Villæ Ecclesiæ Romanæ subiecta in Terris Patrimonij constituta alicui Vniuersitati, seu communitati, vel priuatæ personæ cuiuscunque conditionis, aut status existat, se subijcere, submittere, seu supponere valeat, constituendo, recognoscendo, seu profitendo se subesse alicui vniuersitati, vel priuatæ personæ, seu ad eosdem super eos, & in ipsis ac dictis Ciuitatibus, Castris, & villis aliquam iurisdictionem Dominium Capitaneatum seu quamuis aliam præeminentiam pertinere. Et si quæ Ciuitates, Castra, vel loca iam de facto ad summissionem & suppositionem aliquibus Ciuitatibus, vel priuatis personis de se factam venditionis, donationis, vel cuiusuis alterius contractus colore, vel titulo processerunt, illa quamuis de iure valeant quatenus de facto processerunt, realiter, & effectualiter studeant reuocare, nec illis vnquam vtantur, nec virtute summissioonum huiusmodi vel aliàs illis quibus quouis titulo vel colore se summiserint vllatenus obediant pareant vel intendant, contrarium non facientes directe vel indirecte per se vel alios, tam illi, & eorum singuli, qui in Ciuitatibus, Castris, aut Villis eiusdem patrimonij, vel eorum aliquo huiusmodi dominium, superioritatem, capitaneatum, aduocationem, iurisdictionem quamcunq; præeminentiam, seu præsidentiam sine licentia sedis Apostolicæ speciali recipient in futurum, & qui iam ex quocuoque contractu vel obligatione receperunt, seu quauis vsurpatione quomodolibet occupauerunt, nisi sic

Et bona vel loca occupatâ dimittam infra duos menses sub pœna excõicationis & interdicti.

recepta, & occupata infra duorum mensium spatium postquam præsens constitutio ad eorum notitiam peruenerit, vel per eos steterit quo minus valeat peruenire, dominium seu præsidentiam, superioritatem, Capitaneatum aduocationem, iurisdictionem quamcunque seu præeminentiam huiusmodi realiter dimiserint cum effectu, illa nullo vnquam tempore absque ipsius sedis licentia resumpturi, quam illi, qui se summiserint, supposuerint seu subiecerint, vt præfertur simili modo cuiuscũque dignitatis, status, ordiois, vel cõditionis existant singulares personæ sententiam excommunicationis incurrant, ac Terræ ipsorum vbicunque fuerint, Ecclesiastico interdicto subiaceant ipso facto, Ciuitates autem, Castra, & Villæ, quæ in antea se summittent, supponẽt, seu subiecerint, & quæ summissionem, suppositionem seu subiectionem huiusmodi recipient seu quomodolibet occupabunt; Ciuitates quoque, Castra, etiam loca quæcunque, quæ se iam quouis colore, vel titulo vt præmittitur

Ciuitates &c. alteri se non submittant, & submissionibus factis non vtantur sub pœna interdicti & priuationis honorũ indultorũ & gratiarum.

summiserunt, & subiecerunt, ac Ciuitates, quę summissiones, & subiectiones huiusmodi receperunt nisi infra prædictum duorũ mensium spatium ab omni effectu, dictæ summissionis, & subiectionis realiter destiterint ipsis vlterius non vsuri, seu contra constitutionem, & inhibitionem nostram venire directe vel indirecte per se, vel alium seu alios attentabunt ecclesiastico subiacere decernimus interdicto, & nihilominus omnibus indulgentijs, priuilegijs ac gratijs, necnon feudis, bonis, & honoribus, & iuribus quibuscunque quæ ab eadem Romana & alijs Ecclesijs obtinent priuamus, & priuatos, & priuata volumus esse ipso facto. Non obstan. si eis vel eorum aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod excommunicari, ipsorumq; Terræ, & loca Ecclesiastico interdicto supponi oon possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus & nominibus proprijs mẽtione. Nos insuper omnes summissiones, subiectiones, suppositiones super prædictis factas, & obligationes, pacta, seu conuentiones, sub titulo venditionis, vel cuiusuis alterius contractus quomodolibet initas, & habitas, & quascunque pœnas adiectas, & iuramenta præstita super illis, sub quibuscunque modis, & forma vel expressione

Alienationes & cõtractus annullat.

verborum, præsertim cum in præiudicium eiusdem Ecclesiæ redundent, ac iuramentum, vinculum iniquitatis esse non debeat, decernimus fore oulla, vacua, irrita, & inania, & nullius existere firmitatis, & quatenus ad illa de facto processum extitit tollimus, & reuocamus omnino, & viribus vacuamus. Cæterum cum præfatus Ioannes Papa xxij. prædecessor noster dudum vniuersis, & singulis tam clericis quam laicis cuiuscunque status, ordinis, conditionis, præemioentiæ, vel dignitatis existerent etiam si Pontificali, vel Imperiali, seu Regali, vel quauis alia dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & nobilibus, ac Potestatibus, Capitaneis, & alijs officialibus quibuscunque Comitibus, & Populis Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum quorumcunqne locorum vbicunque consistentium, & omnibus alijs quibuscunque

Occupãtes & inuadentes Terras Ecclesiæ Rom. ac eorum fautores excom. & interdicti pœnas incurrant.

auctoritate Apostolica inhibendum per suas literas vim constitutionis habentes duxerit, & mandandum ne per se vel alios directe, vel indirecte Patrimonij Romandiolæ, Marchiæ Anconitan. Ducatus Spoletan. Campaniæ, Maritimæque ac Massæ Trebariæ Prouincias Venaisini, & Vrbanitus, olim comitatus, ac Vrbinat. & Rauennaten. Ciuitates, & alias Terras Ciuitates, Castra, Villas, & loca quæcunqoe ad eandem Roman. Ecclesiam pertinen. vel ipsorum aut alicuius eorum partem occupare, inuadere, aut turbare, seu fidelibus eorundem iniurias, damna, seu violentias irrogare, aut occupationibus inuadentibus, turbantibus, vel iniurias, damna seu violentias irrogantibus publice, vel occulte assistere, aut auxilium, consilium, vel fauorem, directe, vel indirecte, publice vel occulte, per se vel per alium seu alios præstare præsumerent quoquomodo, io omnes, & singulos, contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi venire aut attentare per se, vel per alios præsumentes, tam clericos, quam laicos, etiam si vt prædicitur Pontificali aut Imperiali seu Regali; vel alia quauis dignitate fulgerent, de fratrum suorum consilio, excommunicationis, quam eo ipso incurrerent sententiam promulgauit, ipsorumqne Terras necnon quaslibet vniuersitates communitates, & populos ipsorum Ciuitates, Terras, Castra, Villas, & loca in præmissis vel aliquo præmissorum culpabiles Ecclesiastico supposuit interdicto, & eos, ac ipsorum quemlibet omnibus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, & immunitatibus realibus, & personalibus, ab eadem Ecclesia, & Imperio Romano concessis eisdem, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officio-

Et priuilegia ac gratias & bona amittunt.

rum iurium & iurisdictionum quæ ab Ecclesia, & Imperio prædictis obtinerent, de ipsorum fratrum coosilio auctoritate priuauerit supradicta, ipsos ad illa & similia, & quælibet alia, eorumque filios, & Nepotes ad

Et eorũ successores vsq; ad tertiã generationẽ inhabiles ad officia &c. declarantur.

quælibet beneficia Ecclesiastica, dignitates, personatus, & officia cum cura vel sioe cura quouis oomine censentur, auctoritate qualibet obtinenda vsque ad tertiam generationem exclusiue reddendo inhabiles, & indignos. Nos per præmissa vel quæcunque alia inhibitioni mandato pœnis & sententijs per ipsum prædecessorem factis, & promulgatis, vt superius est expressum, alijsqne contentis io literis supradictis noo intendimus in aliquo derogare inhibitionem mandatum pœnas & sententias, & alia supradicta per præsentem constitutionem nostram roboramus, & in sui vigoris efficacia volumus & decernimus permanere. Nulli ergo omnino

hominum

hominum liceat hanc paginam noſtræ priuationis admonitionis reuocationis roborationis voluntatum & cõſtitutionum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinioni x i j. Calend. Auguſti Pontificatus noſtri anno quinto.

I I.

De Priuilegijs Militiæ S. Lazari Hieroſolymitani.

De alijs Priuilegijs vide infra Pij 4. conſt. 1 3. paſtoris. vbi ponam concord. Et de priuilegiorum moderatione vide infra Pij V. conſt. 7 1. ſacroſanctum.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Dilectis filijs Abbatibus, Archidiaconis, & vniuerſis Eccleſiarum Prælatis ad quos Literæ iſtæ peruenerint, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

QVAM amabile Deo, & quàm venerandus hominibus locus exiſtat, quam etiam iucundũ, & vtile receptaculum peregrinis, & pauperibus præbeat Hoſpitale, ſiue Domus Militiæ Sancti Lazari de Hieruſalem ijs qui per diuerſa maris, & terræ pericula piæ deuotionis intuitu Sanctam Ciuitatem Hieruſalem, & Sepulcrũ Domini viſitãt aſsidue recognoſcuntur.

Commendatio Hoſpitalis.

Ibi enim indigentes, & pauperes reficiuntur: infirmis multimoda humanitatis obſequia exhibentur; & diuerſis laboribus, atque periculis fatigati reaſſumptis viribus recreantur. Vt igitur ad ſacroſancta loca Domini noſtri Ieſu Chriſti corporaliter præſentia ſecurius valeant proficiſci, ſeruientes, quos Fratres eiuſdem Domus ad officium ſpecialiter deputatos exiget, deuote, ac diligenter efficiunt. Quia ergo eiſdem Fratribus ad tantorum ſumptuum diuerſitatem facultates propriæ non ſufficiunt; charitatẽ veſtrã per Apoſtolica ſcripta hortamur in Domino, quatenus de veſtra abũdantia eorum inopiã ſuppleatis: & populũ vobis commiſſum ipſorum Fraternitatem aſſumere, & ad peregrinorum ſuſtentationem collectas facere in peccatorum ſuorum remiſsionem frequentibus exhortationibus moneatis: & ſubditos veſtros moneri faciatis. Et quia fidelium ſubſidia ad huiuſmodi opera ſunt multipliciter opportuna, Nos conſiderata in ijs eorũ ſalute, quorum animas illi cuius locum quamuis immeriti tenemus in terris, loca facere multipliciter delectamur, quamplurium gratiarum, & indulgentiarum beneficia copioſa fidelibus ipſis duximus concedenda. Vt autem valeant huiuſmodi ſubſidia eiſdem Fratribus celerius peruenire; volumus quod vos, & ſinguli veſtrum, fideles quoslibet veſtrarum Ciuitatum, & Diœceſium, ac iuriſdictionum cum vos confeſsiones eorum audire contigerit, eiſdemque proponere verbum Dei, moneatis attentius & efficaciter inducatis.

Eleemoſynæ pro iſto Hoſpitali perquirantur.

Et nihilominus omnes Eccleſiaſticas, ſeculares, & regulares perſonas exemptas, & non exemptas veſtrarum Ciuitatum, & Diœceſium, ac iuriſdictionum confeſsiones audiendi & proponendi verbum Dei verbi poteſtatem habentes iuxta datam à Deo vobis prudentiam ſtudeatis efficaciter exhortari, quòd fideles ipſos confitentes eiſdẽ, & ſermones, ac prædicationes audientes ipſorum ſolerter moneantur, & diligenter exhortentur, quòd ipſi dum vixerint, & demum tempore obitus eorundem pias eleemoſynas, & grata charitatis ſubſidia dictis Fratribus, vel eorũ nũcijs in ipſius Hoſpitalis ſubſidium ſtudeant erogare. Nos enim, vt negotium huiuſmodi eo libentius, eoq; frequentius proſequi ſtudeatis, quo vos, & exhortatores ipſi, ac benefactores huiuſmodi ex veſtris laboribus, & beneficijs potioris ſalutis fructum noueritis recepturi: de omnipotẽtis Dei miſericordia, ac beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius auctoritate confiſi, & illa quã nobis, licet indignis, ligandi, ac ſoluendi cõtulit poteſtate, ſingulis veſtrũ, & exhortantium prædictorum, ac etiam prædicti Hoſpitalis benefactorum vere pœnitentibus, & confeſsis, diebus ſingulis quibus exhortationibus huiuſmodi exercebitis pium opus, ſeu quoties benefactores prædicti memoratis Fratribus, vel Nuncijs congruum ſubſidiũ exhibebunt, vnum annum de iniunctis vobis, & ipſis pœnitentijs miſericorditer relaxamus:

Benefactoribus, & & exhortatoribus indulgentiæ conceduntur.

vnſque, & exhortatores ipſos, ac benefactores prædictos omnium operũ charitatis, & aliorũ ſpiritualium bonorum, & beneficiorum quæ fiunt in Hoſpitali prædicto, & omnibus locis fidelium, vel quæ facienda ſunt in illis, aut etiam in alijs quibuſcunque dicti Hoſpitalis membris vbilibet conſtitutis vſque ad conſummationem ſeculi participes eſſe volumus, & conſortes.

Et participes fiũt omnium operũ Charitatis quæ fiunt in iſto Hoſpitali & alijs eius membris & locis.

Vobis etiam, & veſtrũ ſingulis, ac omnibus alijs curam animarum habentibus commutandi cuiuſuis abſtinentiæ, & quaruncunq; peregrinationum (votis Hieroſolymitan. & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum dũtaxat exceptis) in pecuniarium ſubſidium præfatis Fratribus, vel Nuntijs exhibendum, cum ſuper hoc ab eis, vel eorum aliquo fueritis requiſiti, dummodo conditione inſpecta vouentium, ac Fratrum prædictorum neceſsitate pẽſata; ſuper quibus veſtrã conſcientiam oneramus, pretio, vel precibus, amicitia, fauore, vel odio cuiuſcunque nihil circa hæc; Super quibus ſciat vnuſquiſque veſtrum redditurum in examen diſtricti iudicij rationem agatur diminutionem ſubſidij ſupradicti, plenam, & liberam auctoritate preſentium concedimus facultatem.

Poteſtas cõmutandi vota in pecuniarium ſubſidium.

Volumus autem vt huiuſmodi pecuniarum ſubſidium præſtandum videlicet per vouentes peregrinationes eaſdem, pecuniæ ſummam extendatur, quantam vouentes ipſi pro complendo voto peregrinationis huiuſmodi perſonaliter expendiſſent, vntũ autem huiuſmodi abſtinentiæ iuxta illius arbitrium intendimus redimi, qui votum huiuſmodi commutabit:

Declaratio commutationis voti.

Perſonis autem Eccleſiaſticis volentes plenius prouideri, Diœceſanis earum diſpenſan. cum eis, qui cum à canone, vel ab homine latam excommunicationis ſententiam incurriſſent, irregularitatis notam immiſcendo ſe diuinis officijs, contraxerint, vel ob id contrahere ipſos contigerit: dummodo tantum erogent Fratribus, vel Nũtijs ſupradictis, quantum expenderent eundo ad Curiam Romanam, & morando in ipſa pro diſpenſatione huiuſmodi obtinenda, & redeundo etiã ab eadem; niſi forſan in Epiſcopos, Abbates, vel alios ſuperiores proprias inieciſſent manus temere violentas, poſtquam ab excõmunicationis ſententijs quas incurrerent, vel incurrere ipſos contigerit, iuxta formã Eccleſiæ fuerint abſoluti, præſentium auctoritate cõcedimus poteſtatẽ;

Facultas abſoluẽdi excõicatos & irregulares.

Hinc ſcientes, quoniam eandem Hoſpitalis domum, cum omnibus alijs domibus, & membris in quibuſcunq; partibus exiſtentibus, & ad eam pertinentibus, ſub beati Petri tutela ſuſcipimus: & ſcripti noſtri pagina communimus. Decernimus inſuper, vt Receptatores Fraternitatum, ſiue collectarum ipſarum (ſoluo iure Dominorum ſuorũ) in Beati Petri, ac noſtra protectione conſiſtant; & pace in terris in quibus fuerint potiãtur. Et ob reuerentiam quoq; ipſius venerabilis Domus Apoſtolica auctoritate cõſtituimus; vt ij, qui eorum fraternitatẽ aſſumpſerint,

Fratres iſtius Hoſpitalis ſi moriſ contigerit quan

do eorū Ecclesia fuerint interdicta in Ecclesia sepeliri poterũt si non fuerint nominatim ipsi excõicati. de quo habes & sup. fol. 27. Cle. 4. cõit. I. cum dilectus.

Et seme in anno dictę Ecclesię dictis fratribus aperiātur & indulgentiæ proponātur. Et de hoc habes supe. in d. c. Clem. 4. in prin.

Indulgentia cõcessę porrigentibus eleemosynas de quibus.

Pœna impedientium hoc opus piam.

si forte Ecclesiæ, ad quas pertinent, à diuinis officijs fuerint interdictæ, eosq; mori contigerit, eisdem sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi nominatim excommunicationis vinculo fuerint innodati. Addijcientes insuper, vt si qui eorundem Fratrum, vel Nuntiorum, qui ad recipiendum easdem Fraternitates, vel collectas missi fuerint in quamlibet Ciuitatem, Castellum, vel vicum aduenerint, si forte locus ipse a diuinis officijs fuerit interdictus, in eorum iucũdo aduentu semel in anno aperiatur Ecclesiæ, & excõicatis eiectis diuina ibi officia celebrentur; & super eleemosynis acquirendis per eosdem Fratres, vel Nuntios, (dũmodo idonei, & bonæ opinionis existant) Priuilegia, & indulgentiæ in pace proponantur, nullis alijs confratrijs, seu collectis, vel pœnitẽtijs quibuscunq; iniunctis interpositis ea die. Clericus autem, seu Capellanus, qui supradictos Fratres, vel Nuntios de Ecclesijs expulerit, seu quouis impedimẽtũ eis præstiterit, ipsum auctoritate Apostolica à minorum celebratione suspendimus; & iubemus per tres menses pro tãto excessu manere suspensum. Præterea quicunq; memoratis fratribus, vel Nuntijs manũ porrexerint pietatis, & tã sanctã ipsorũ sumpserint confraternitatẽ, ei sqi beneficia persoluerint, annuatim omnibus, & singulis curam animarum suarum habentibus, eosdem de peccatis suis vere contritos, & confessos absoluendi singulis annis diebus veneris maioris hebdomadę committimus potestatem: nisi forte talia commiserint, propter quæ Sedes Apostolica merito fuerit consulenda: Et in articulo mortis semel tantum plenam suorum obtineant veniam peccatorum. Omnibus insuper, & singulis tam clericis, quàm laicis cuiuscunq; dignitatis, præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut status existant, sub interminatione maledictionis æternæ districtius inhibemus; ne quempiam volentem quouis subsidium dictis Fratribus, vel Nuntijs exhibere, ab huiusmodi voluntate detrahere, vel in quouis aliud, etiam pium opus, commutare, quo minus largiatur subsidium huiusmodi, verbo, vel opere impedire præsumant. Si quis autem cõtra nostram inhibitionem huiusmodi attentare præsumpserit; eandem, & Apostolorum ipsorum, & nostram, à qua nullũ absolui volumus præterquam in mortis articulo, quousque duplum exhibuerit eisdem subsidij, quod per impedimenti præstationem huiusmodi Fratribus prædictis substractum extiterit; se nouerit incursurum. Ideoque vos Prælatos omnes, & singulos monemus, & hortamur in Filio Dei Patris, ac vobis nihilominus in virtute obediẽtiæ districtè præcipiendo mandamus; quatenus tenorem, & formam indulgentiarum huiusmodi Christifidelibus diebus Dominicis, & festiuis, & alijs de quibus expediens fuerit, in Ecclesijs, & locis vestrarum Ciuitatũ, & Diœcesium, ac iurisdictionum in Missarum solemnijs, & alijs horis congruentibus per Rectores earundem Ecclesiarum, ac alias personas ecclesiasticas faciatis sollicite in vulgari cuilibet patriæ prædicari: & supradictos Fratres, vel Nuntios semel annuatim, cum ad ecclesias venerint supradictas, permittatis publicare. Sic igitur huiusmodi piũ, & gratũ altissimo opus sollicite, & laudabiliter, iuxta datam à Deo vobis prudẽtiam exequi studeatis: Sicq; ad subueniendum Fratrum prædictorum necessitatibus efficaciter fideles ipsos inducere, quod de vestris laboribus diuina fauente clementia fructus speratus proueniat: & vestræ sollicitudinis studium palmam gloriæ, quæ causam Dei gerentibus pro digna absolutione rependitur, mereatur. Datum Auinioni x. Cal. Iulij Pontificatus nostri anno sexto. Per hanc autem innouationem nostram volumus, quo ad ista, ius vobis acquiri nouum; & antiquum, quod habetis, illæsum conseruati. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, concessionis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Bononiæ v. Cal. Maij, Pontificatus nostri anno quarto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, commutationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Focul... publicādi dictas indulgentias.

Aduertas quod hodie reuocatę sunt oẽs indulgẽtiæ concessæ quibusuis Hospitalibus, pro quibus cõsequendis porrigendę sunt manus adiutrices vt habes infr. in Pio V. const. 19. & si dominum.

Pont. supradictus obijt Auinioni viij. Decemb. 1352. & eius cadauer ad Eccles. Monasterij Casæ Dei translatum & ibi conditum fuit.

INNOCENTIVS SEXTVS

Gallus Patria Lemonicen. cuiusdam Alberti filius Coronatus Auinione iij. Cal. Ianuarij 1352.

I.

Citatio contra Franciscum de Ordelaffis occupatorem Terrarum S. Ro. Ecclesiæ.

Const. Ioannis 22. habes supra fol. 35. inter cetera nu. 1.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriã. SEDENTIS in throno pastoralis eminentiæ studium ad hoc laborat assidue, ad id enititur incessanter, vt prospiciens remedia opportuna subiectis, nunc illis vtilia statuat, nunc periculosa, & nociua succidat, & nonnumquam misericordis patris implens affectum, ac frequenter exercens officium iudicis cum iustitia sæuientis exerit, quia ex ore procedit ipsius vis gladium acutum, quo sicut viros timoratos medicinaliter parturit, sic vtique pertinaces, & impios spiritualiter ferit, temporaliterque percellit. Dudum siquidem fę.re. Ioannes Papa xxij. prædecessor noster omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Potestatibus, Capitaneis, & officialibus quibuscunque, ac alijs vniuersis, & singulis Clericis, & Laicis cuiuscunque status, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis existerent, etiam si Regia, vel Imperiali, aut Pontificali, seu quauis alia dignitate fulgerent, Communitatibus quoque, ac Populis Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum locorum quorumcunque vbicumque consistentium de Fratrum suorum consilio auctoritate Apostolica districtius inhibuit, ne per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte Romandiolæ, Marchiæ Anconitanæ, Ducatus Spoletan. Patrimonij beati Petri in Tuscia, ac Massæ Trebariæ prouincias, necnon Venaysini, Bretenorij, & olim Vrbini Comitatus, ac Vrbinaten. Rauennaten. Beneuentan. & alias Ciuitates, Terras, Castra, Villas, & alia loca quæcumque ad Romanam Ecclesiam pertinentia, vel ipsorum, aut alicuius eorum partem occupare, inuadere, vel turbare, seu fidelibus ipsius Ecclesiæ incolis, & habitatoribus eorundem iniurias, damna, seu violentias irrogare, aut occupantibus, inuadentibus, & turbantibus ea, vel iniurias, damna, seu violentias irrogantibus

tibus ea, vel iniurias, damna, seu violentias irrogantibus illis assistere, aut consilium, auxilium, vel fauorem præstare præsumerit; ac in omnes & singulos contra inhibitionem huiusmodi venire, aut attentare quomodolibet præsumentes tam clericos quam laicos, etiam si vt præmittitur Regali, vel Imperiali, aut Pontificali, seu quauis alia dignitate fulgerēt, sententias promulgauit excōicatiōis, & nonnullas alias spirituales, & tēporales sententias, atque pœnas. Et subsequenter piæ memoriæ Clem. Papa vj. dicti prædecessoris Ioannis successor, prædecessor noster, processus eiusdem prædecessoris Ioannis inhibitionem, & promulgationem huiusmodi continentes de fratrum suorum consilio, de quorum numero tuc eramus innouauit, & confirmauit, ac voluit vim perpetuæ constitutionis habere.

Const. Clem. vj. habes supra fol. 39. & si soleuum nu. 4.

Postmodum vero cum damnationis alius, ac perditionis, & abhominationis alumnus Franciscus de Ordelaffis Miles Forolouien. Cesenat. & Foropopulien, ciuitatum primo, & subsequenter Bretenori, Meldulæ, Castricari, & nonnulla alia Castra in & de dicta prouincia Romandiolæ ad nos, & dictam Ecclesiam Roman. immediate spectantibus existentiā, quæ ad nos, & Ecclesiam ipsam nullo medio pertinent, execrabilis ambitionis ardore tyrannice occupasset, illaque detinuisset, & detineret, prout detinet in animæ suæ præiudiciū & grauamen, diuinæ Maiestatis offensam, eiusdem Ecclesiæ damnum, fidelium, & deuotorum ipsius dispendium, & iacturam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum damnabiliter occupatas & ob hoc huiusmodi excommunicationis, & alias sententias & pœnas spirituales, & temporales in prædictis eiusdē prædecessoris Ioannis, vt præfertur, contētis processibus manifeste, & notorie incurrisset, easq; sustinuisset per plures annos, & sustineret, prout sustinet vilipendens claues Ecclesiæ animo indurato.

Frāciscus de Ordelaffis Forolivien. occupauit Terras Ecclesiæ.

Idem prædecessor Clemens præfatum Franciscum de Ordelaffis post salutaris monita, & paternæ ac dulcis exhortationis affatus, quibus erga eum hærentem luto damnationis æternæ immo in illud præcipitanter immersum per Legatos, & Nuncios suos, & Apostolicas litteras studio pij patris frequenter institerat, vt obtenebratos caligine peccatorum oculos ablueret pœnitentiæ lachrymis, & illos ad Deum Creatorem suum attolleret lotos, vt salutis lumen recipere mereretur. Et quod ipse Franciscus de Ordelaffis obturatis auribus obstinati cordis contumaciter obaudiēs ea omnino contēpsit, tam ex præmissis, quā alijs causis habēs merito de fide suspectū, ipsum primo, & secūdo perēptorie citauit, vt infra certos cōpetētes terminos, quos ei peremptorie statuit, successiue corā eo prædecessore Clemente responsurus de ipsa fide personaliter compareret.

Et pluries monitus, in occupatione perseuerauit, obstinatus.
Ideo citatus fuit vt compareret corā Clem. vj. de fide responsurus.
Et quia non comparuit fuit excōmunicatus.

Cumque Franciscus idem aliquo dictorum terminorum, & post ipsos de benignitate sedis Apostolicæ diutius expectatus comparere minime curauisset, immo quasi pepigisset cum iniquitate fœdus, mala malis accumulare, ac Prioribus adijcere peiora, quæ silentio ex causa relinquimus, non timere, idem prædecessor Clemens v j. Idus Iulij Pont. sui anno vndecimo memoratū Frāciscum reputans prout erat in causa ipsius fidei contumacem, in eum tanquam contumacem in dicta causa excommunicationis sententiam promulgauit. Et licet Ecclesia ipsa, quæ per fundatoris, & rectoris sui Christi Iesu vestigia gradiens, non vult mortem peccatoris, sed vitam eius quærens conuersionem ipsius ex affectu maternæ pietatis expectat, antefatum Franciscum hucusque expectauerit anxia, sperans quod ipse accedēs ad cor carneum, & spiritum compunctionis assumens pedes suos ab inuio reuocaret ad viam, & errata corrigens ea fruge vitæ redimeret melioris. Ipse tamen Ecclesiæ memoratæ clementia, & benignitate abutens, in superbia, & contemptu, & cum Sathana, in cuius sortem prauis operationibus suis cessit perire malens, quam per contritæ mentis humiliationem, & pœnitentiæ lauacrum accedere ad salutem, huiusmodi excommunicationis sentētiam in eum per eundem prædecessorem Clementem in causa eiusdem fidei, vt prædicitur latam per annum, & amplius sustinuit, & sustinet animo pertinaci, & propter quod est merito velut hæreticus condemnandus. Nequeuntes igitur, & nolentes ipsius Francisci de Ordelaffis virulentam nequitiam, quæ serpit, & mordet vt coluber, pungit vt scorpio, rodit vt cancer, demolitur vt tinea, & inficit vt venenum, vlterius sub nociuæ ac periculosæ conniuentiæ pallio præterire, immo sic ipsius notam fieri, & omnino conteri prauitatē, vt nulli sub pelle ouina de cætero lateat lupus rapax, sed ipsius Ecclesiæ, iustæ sententiæ censura collisus, velut opprobrium hominum, & plebis abiectio ab omnibus confundatur, ipsum per hoc publicæ citationis edictum, cuiusmodi citationis modum ex certis rationabilibus causis duximus eligendum, peremptorie præsente hac fidelium multitudine copiosa citamus, vt vigesima die Mensis Iunij proxime futuri, quam ei pro peremptorio termino assignamus, hora consistoriali compareat personaliter coram nobis auditurus sententiam per nos in causa huiusmodi fidei proferendam.

Pontifex iterum ipsum citat, vt compareat ad audiendum sententiam in causa fidei.

Vt autem huiusmodi nostra citatio ad dicti Francisci de Ordelaffis, & ad aliorum quorū interest notitiam deducatur, cartas siue membranas citationem continentes eandem in audientia publica literarum nostrarum legi, & maioris Ecclesiæ Auinionen. affigi ostijs seu superliminaribus faciemus, quæ citationem eandem suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, vt ijdem Franciscus de Ordelaffis, & alij quorum, vt præmittitur, interest, quod ad eos non peruenerit, vel quod ignorauerint eandem, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, apud eos remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Deniq; volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod citatio ipsa perinde Franciscum de Ordelaffis artet eundem, ac si ei personaliter, & præsentialiter insinuata, & intimata fuisset. Non obstantibus constitutionibus contrarijs quibuscunque. Cæterum licet venientes ad dictam Curiam, morantes in ea, & recedentes ab ipsa, debeant plena securitate gaudere, ac in spoliātes, capientes, & detinentes venientes ad dictam Curiam, morantes ibidem, vel abinde recedentes huiusmodi excommunicationis, & anathematis sententiæ sint per processus Apostolicos promulgatæ, necnon dictus Franciscus de Ordelaffis Roman. Curiam communem omnibus patriam locum sibi minus tutum, aut propter inimicitias, vel ex alijs causis imminere sibi periculum in itinere veniendi ad dictam Curiam ad excusationis suæ velamen. seu pallium forsan alleget, vniuersos, & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ac alios Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatos, & clericos, ac personas Ecclesiasticas, necnon Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Potestates, Capitaneos, & Officiales, eorumque locatenentes, necnon communia Ciuitatum, & Vniuersitates oppidorum, & aliorum quorumcunque locorum auctoritate Apostolica tenore præsentium requirimus, & hortamur, vt eidem Francisco de Ordelaffis, & familiæ suæ veniendo ad dictā curiā, morādo in ea, & recedendo ab illa, in personis, bonis, & rebus eorum nullam inferant iniuriam, molestiā, vel offensam. Nulli ergo, &c. nostræ citationis, assignationis, voluntatis, & constitutionis infringere &c. Dat. & actum Auinion. in Palatio Apostolico. 11. Id. Martij, Pont. nostri anno secundo.

Et vt ille securus ad Curiam venire posset.
Mandat à nemine molestari.

Pont. supradictus obijt Auinioni x. Cal Septembris 1362. & sepultus fuit in Ecclesia S. Mariæ de Donis, & postea ad Monasterium Carthusiæ delatus.

F 2 GREGO-

GREGORIVS VNDECIMVS

Gallus Clementis sexti ex sorore nepos Coronatus Massilia in Prouincia Narbonen. viij. Id. Ianuary 1371.

I.

Declaratio & diffinitio quod Ecclesia Lateranen. de Vrbe supremum locum tenet super omnes Vrbis & Orbis Ecclesias, & Basilicam S. Petri de Vrbe.

Hæc const. confirmatur infra per Pium V. const. 94. infirma.

REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SVPER vniuersas Orbis Ecclesias Ro. Pont. à Domino constitutus circa ea de quibus dubitari dicitur, vt euitari possint quæcunq; dispendia, declarationis vbi expedit suæ prouisionem adijcit, pro vt fore conspicit opportunum. Sane dudum dum minori fungebamur officio percepimus quod de Ecclesia Lateranen. quam claræ mem. Constantinus fidelissimus Imperator in Lateranen. Palatio suo miraculose mũdatus à lepra, & sacri baptismatis fonte renatus cõstruxit sub vocabulo Saluatoris, Statuens quod ex tunc libera esset vnicuiq; potestas per Vrbem & Orbem Ecclesias construendi, quod antea Imperialis prohibitio inhibuerat, à quibusdam curiosis dubitabatur, ac etiam in præsenti in dubium reuocatur, si ipsa in Vrbe & Orbe Terrarum, præeminentiam ac honoris prærogatiuã à Romana Ecclesia & à cunctis Christicolis obtinere debeat potiorem. Nos igitur volentes huic dubio finem imponere, & super hoc amputare materiam hæsitandi, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, decernimus, ac etiam definimus, Sacrosanctam Lateranen. Ecclesiam præcipuam sedem nostram inter omnes alias Vrbis & Orbis Ecclesias ac Basilicas, etiam super Ecclesiam seu Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe supremum locum tenere, eamque de iure maiorem omnibus alijs Ecclesijs ac Basilicis supradictis, ac super omnes & singulas præfatas Ecclesias seu Basilicas, prioritatis dignitatis & præeminentiæ honore lætari. Et si quid contra huiusmodi nostram declarationem determinationem ac definitionem a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum fuerit, id irritum decernimus & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis constitutionis & definitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinioni x. Calend. Februarij Pontificatus nostri anno secundo.

Constantinus Imp. Eccles. Lateranẽ. construxit.

Ecclesia Lateranen. sedes Pontificis vocatur.

Illaq; maior super oẽs Vrbis & Orbis Ecclesias & Basilicas declaratur.

II.

Religiosos cuiuscunque ordinis & etiam Sedis Apostolicæ Capellanos eorum superioribus subiectos esse declarat.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. PER Romani Pontificis prouidentiam circumspectam, sic Sedis Apostolicæ priuilegia & indulta moderari dignoscuntur, quod in eis materia malignandi nulli detur, ac personæ quæ sub religione vacare debent studio piæ vitæ, à bono obedientiæ & perseuerantia diuini seruitij nullatenus retrahãtur. Sane nuper ad nostrum relatione fide digna peruenit auditum, quod nonnulli Religiosi etiam mendicantes qui in Capellanos sedis Apostolicæ se recipi procurarunt, propterea bonum obedientiæ & correctionem recusantes, per mundum per plurimum sine suorum superiorum licentia sæpius euagando discurrunt, & quandoque ad Rom. Curiam accedunt, afferentes sine suorum superiorum licentia se hoc facere posse.

Præcipit Religiosos etiam sedis Apostolicæ Capellanos eorũ superioribus esse subiectos.

Nos igitur in præmissis pro vt ex debito tenemur Pastoralis officij, salubriter prouidere cupientes, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus volumus & etiam ordinamus, quod omnes & singuli Religiosi quorumcunque ordinum etiam Mendicantium dictæ sedis Capellani qui sunt & in antea erunt, perinde eorum superioribus & correctoribus ipsorum, in omnibus & per omnia sint subiecti, ac si prædictæ sedis Capellani nõ essent. Non obstan. exceptionibus seu exemptionibus & alijs quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, gratijs literis Apostolicis, Capellanis dictæ sedis & alias communiter vel diuisim sub quacunque forma & expressione verborum à dicta sede concessis & in posterum concedendis, etiam si de illis plena & expressa mentio de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda, quę quo ad hoc alicui in nullo volumus suffragari. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis voluntatis & ordinationis infringere &c. Datum Auinioni v. Id. Nouembris Pontificatus nostri anno tertio.

Clausula derogatoria.

III.

Reformatio Aduocatorum Procuratorum & Notariorum causarum Palatij Apostolici.

Ampliatur hæc const. infra per Mart. v. const. iii. in Apostolicæ & Leon. X. const. 24. cum perceperimus. & Clem. 7. const. 47. cum alias. Pium 4. const. 83. in throno. vbi etiam notabo concord. & Pium 5. c. 65. licet. c. 79. nuper.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. QVAMVIS fel. rec. Ioan. Vigesimus secundus & Benedictus duodecimus Rom. Pontifices prædecessores nostri circa Auditores causarum Palatij Apostolici ac patronos, procuratores, notarios & alios ad expeditionem causarum & conscriptionem actorum deputatos, quam plura & salubria

Ioan. cõst. habes sup. fol. 17. Benedicti const. habes sup. fol. 18

statuta fecerint & ordinauerint: quia tamen post illa sæpius est compertum propter perniciosas subtilitates & intricationes quorundam, causas plus debito prorogari, & sæpius partibus præiudicium generari. Nos in hoc prout ex debito tenemur pastoralis officij, quantum possumus salubriter prouidere volentes, iam præuisis remedijs per dictos prædecessores, eorumque statutis & ordinationibus in suo robore permansuris, auctoritate Apostolica statuimus, quod Aduocatus antequam causam dirigendam suscipiat, super deliberatione habenda, ac repulsione clientuli, si in principio vel prosecutione causæ nouerit eam esse iniustam, per omnia constitutionem eiusdem Benedicti prædecessoris nostri, & iuramentum super hoc præstitum obseruet; Et idem statuimus in procuratore quocúq. Itẽ quod Aduocatus cũ causam prosequenda suscipit, libellum siue petitionẽ, positiones & articulos exceptiones & defensiones ordinet, vel saltim ordinata examinet, & corrigat, & in eis antequam producantur coram Auditore, se subscribat, & processum cum necesse fuerit videat, & in his de Procuratore non confidat, vel Auditores ipsos non admittant, nisi causa rationabilis allegetur, & nihilominus dum cõuictus fuerit, quod in præmissis se negligenter vel malitiose habuerit, Aduocatus per Auditorem causæ ad tempus vel in perpetuum pro vt sibi videbitur, officio Aduocationis priuetur, & nihilominus in expensis causæ factis per suam partem, omnibus, vel parte eorum condemnetur prout videbitur libero arbitrio Auditoris. Item Procurator ante sententiam si pars Aduocatum habeat, absque ipsius consilio non appellet, & appellationem quancunque per ipsum interpositam non prosequatur, sine consilio, & assensu aduocati, si (prout præmittitur) aduocatum habeat, de cuius consensu in principio prosecutionis causæ appellationis appareat Auditori, in huiusmodi appellationis causa deputato, saltem per subscriptionem alicuius scripturæ producendæ, & si per Auditorem postea compertum fuerit appellationem esse manifeste friuolam, aduocatus, & procurator puniatur, vel solus procurator, si sine aduocato prosequatur causam, in expẽsis causæ appellationis, vt in fine proximi præcedẽtis capituli continetur, & si super hoc dubium oriatur, vtrum appellatio sit manifeste friuola, vel non, illud dimittimus diffinitioni liberæ Auditoris. Item quod procurator in relationibus non turbet aduocatũ allegantem, sed audiat patienter, nisi erraret in facto, vel in actibus causæ, & tunc sine tumultu, cum reuerentia & honesto modo exprimat tantummodo illud in quo erratur in facto. Si contrafecerint, Auditor referens, ipsũ suspendat ab officio pro modo culpæ, prout ei videbitur, in perpetuũ, vel ad tempus, vel infra summã vigintiquinque florenorum ipsum posit mulctare, ita quod vel suspensionem, vel mulctæ pœnam posit imponere, secundum quod magis suæ placuerit voluntati. Item quod notarius secreta causæ, & specialiter illa de quibus habuerit Auditor collationem cum eo, & alia quæ ex officio debent secrete teneri, directe vel indirecte non reuelet, nec extra domum faciat copiari processus, collationem faciat, & videat si copia concordat cum originali processu, & postquam auisamenta per ipsum Auditorem fuerint posita, vt moris est, in processu notariorum, secrete custodiat registrum, ne etiam à suis clericis possint dicta auisamenta videri, qui notarius per viso per Auditorem secrete teneat, donec fuerint publicatæ, & si notarius contra præmissa, temeritate propria venire præsumpserit, officio notariatus per Auditorẽ priuetur. Et insuper omnes & singuli notarij dicti palatij, pro officijs ad scribendũ coram Auditoribus obtinendis, aut retinendis, vel vt notarij ipsi in pluribus, seu pinguioribus causis per huiusmodi Auditores ad scribendum deputentur, per se, vel interpositam personam nihil detur directe vel indirecte, etiam esculenta vel poculenta, & promittane, seu eorum nomine datum, vel promissum persoluant, seu persolui faciant vel procurent. Item quod aduocati, procuratores, & notarij seruent per omnia ordinationem Ioannis, & Benedicti prædecessorum nostrorum prædictorum, & de seruando tam istis quam cõtentis in dictis constitutionibus eorum Ioannis, & Benedicti præscribant in principio sui officij, & singulis annis secundum formam datam in eis corporaliter iuramenta præstentur. Item si procurator aperte mandatum habuerit de retinendo Aduocatum, ipsum retinere, & pecuniam, quam a parte siue clientulo suo pro aduocato habuerit, eidem aduocato omnino tradere teneatur. Si vero sine aduocato causam susceperit prosequendam, non recipiat nisi quantum procuratori per constitutinnem eisdem Benedicti prædecessoris est taxatum, & si cõtra aliquod præmissorum fecerit, de hoc conuictus per Auditorem officio procurationis priuetur, & nihilominus restituere teneatur quod accepit. Item quod non impetrentur per principales, vel eorum procuratores commissiones super articulo grauaminis, nisi prius datis apostolis per iudicem à quo fuerit appellatum, & si contrafecerit, commissio sit nulla, & processus habitus per eandem. Item non credatur per Auditorem procuratori, nec parti si prætendat se aduocatum habuisse in causa, nisi de hoc fidem faciant sufficienter, vel per relationem aduocati, adhibito proprio iuramento, & tunc etiam examinet quid per eum factum fuerit in causa, vt per hoc sciatur quantum ei pro salario debeatur. Item si procurator aliquod calumniosum scienter proponat in negotio, & propter hoc fieri debeat condemnatio expensarum, quod ipse procurator in expensis huiusmodi condemnetur, & non dominus causæ, & nisi in subsidium, ipso existente non soluendo. Item quod Auditor procuratorem calumniosum aliquod proponentem repellat ex officio, & eidem pœnam imponat remouẽdo ipsum ab officio, & in perpetuum, vel ad tempus, prout suo libero arbitrio videbitur faciendum. Item quod detur Auditoribus potestas, quod excommunicatos à se, siue sint partes principales, seu eorum procuratores, vel testes si recepti fuerint, in sua contumacia persistentes, etiam cum eorum partibus specialiter monitis valeant aggrauare. Vt igitur huiusmodi nostra statuta, & ordinationes, quæ perpetuis futuris temporibus duratura censemus, inuiolabiliter obseruentur, & ne illa ob memoriæ labilitatem humanæ obliuioni dentur, & etiam vt Auditores, aduocati, procuratores, & notarij prælibati per ordinationũ, & statutorũ eorundẽ inspectionẽ assiduam circa eorum obseruantiam curatius & vigilantius sint attenti: Volumus & statuimus, quod ordinationes, & statuta nostra huiusmodi de verbo ad verbum in Cancellariæ & prædictæ audientiæ literarum nostrarũ registro conscribantur, quodque cum alijs statutis & ordinationibus prædictorum Ioannis & Benedicti prædecessorum nostrorum singulis annis prima audientia post festum dedicationis beati Michaelis solemniter legãtur in audientia supradicta. Et quod quilibet Auditorum, aduocatorum, procuratorum, notariorum prædictorũ penes se copiam conseruet, & habeat eorundem. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Auinioni Kalen. Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Aduocatus & Procurator causam a principio bene examinet, & si iniustã (?) cognouerit, dimittat. Formã istius iuramenti vide infra in Pij 4. cõst. 112. in sacrosancta.

Aduocatus in causa prosecutione quæ facere teneatur.

Procurator & Aduocatus quæ facere debeãt in appellat.

Notarij quæ seruare debeant.

Confirmatio constitutionũ Ioan. 22. & Benedicti 12.

Non procurẽtur cõmissiones super articulo grauaminis nisi prius datis apostolis per Iudicem.

Procuratores calumniosi coerceantur.

Ordinationes istas cõscribi in registro Cãcellariæ & Rotæ, & in prima Rota solenniter legi mãdat.

IIII.

Prohibitio dandi aliquid vel promittendi nunciantibus prouisiones beneficiorum.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SOLICITE debet vitari, quod ooxium esse dignoscitur, & ex cupiditatis auiditate, etiam in honoris apostolicæ sedis depressionem, ortum habere videtur. Sane nuper ad nostrum peruenit auditum, quod nonoulli inhonesta lucra quærẽtes, dum per sedem prædictam de personis aliquorũ apud Sedem constitutis eandem, Patriarchalibus, Metropolitanis, & alijs cathedralibus ecclesijs, siue monasterijs vacãtibus prouidetur, vel personæ ipsæ ad huiusmodi, per dictam sedem de alijs ecclesijs transferuotur, aut alias ipsorum gubernationi committuntur, huiusmodi prouisiones, translationes, commendas, siue commissiones, prædictis personis sic apud sedem prædictam constitutis, vt aliquod munus ab ipsis recipiant, denuntiare festinant. Nos igitur in præmissis (prout ex debito tenemur pastoralis officij) prouidere volentes, vniuersis & singulis personis ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, cuiuscunq; status, gradus, sexus, ordinis, vel conditionis existãt, etiã si põtificali, vel alia quauis Ecclesiastica præfulgeãt dignitate, auctoritate apostolica tenore præsentiũ districtius inhibemus, ne cætero illis, qui ipsis huiusmodi prouisiooes, translationes, commendas, siue cõmissiones earundem, siue de Romani Pontificis pro tẽpore existentis, siue de alicuius vel aliquorũ ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Rom. Eccles. Cardinalibus, aut alterius cuiuscunque mandato, seu alias qualitercunque apud dictam sedem nunciabunt, seu ounciari facient, siue dici, vel super hoc noua portarĩ, aliquod directe vel indirecte per se vel per alium donent, seu promittaot, neque per alium datum, seo promissum persoluant. Nos enim quoscunque præsumentes contrarium quoquomodo, escommunicationis sententiæ subiacere volumus, & decernimus ipso facto, à qua nullus ab alio quam à Rom. Pontifice possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Non obstantibus exemptiooibus, & alijs quibuscunque priuilegijs, indulgentijs, gratijs, & literis Apostolicis, quibusuis personis communiter, vel diuisim sub quacunque forma, vel expressione verborum à Sede Apostolica concessis, & in posterum concedendis, etiam si de illis expressa mentio de verbo ad verbum in præsentibus sit habenda: quæ quoad hoc alicui in nullo volumus suffragari. Vt autem nostra inhibitio, voluntas, & decretum huiusmodi ad communem notitiam omnium deducantur, cartas siue membranas, inhibitionem, voluntatem, & decretum huiusmodi continentes, in audientia publica legi, & Ecclesiæ Auinion. appendi, vel affigi ostijs, seu superliminaribus faciemus: quæ præmissa, suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ita quod nullus io hoc possit ignorantiam allegare, cum oon sit verisimile remanere incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis, voluntatis, & decreti infringere &c. Dat. Auinioni, vj. Kal. Nouembris, Pontificatus oostri anno quinto.

Nunciãtibus prouisiones beneficiorũ nihil detur vel promittatur.

Contrauenientes excõicantur.

Clausulæ derogatoriæ.

Pont. supradictus obijt Romæ VI. Cal. Aprilis 1378. & sepultus fuit in Diaconia S. Mariæ Nouæ.

VRBANVS SEXTVS

Neapolitanus infimo genere natus Coronatus Romæ XIV. Cal. Maij. 1378.

I.

Declaratio quarundam gratiarum personis Eccles. studentibus concessarum.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriã. DVDVM, videlicet in nostri Apostolatus primordijs, attente cõsiderantes, quod per literarum studia, iustitia colitur, & prosperitas humanæ conditionis augetur; ac intendentes propterea personas ecclesiasticas huiusmodi studijs literarum insistentes fauoribus prosequi gratiosis, huiusmodi personis in diuersis supplicationum rotulis pro parte diuersarum vniuersitatum studiorum generalium in diuersis locis consistentium, nobis præsentatis, super reseruationibus, collationibus, & prouisionibus canooicatuum, præbendarum, ac prioratuum, dignitatũ, personatuum, officiorum, præstimoniorum, ac præstimonialium portionum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium, & regularium, cum cura vel sine cura, tunc vacantium, & inantea vacaturorum, diuersas gratias duximus concedendas. Cum autem (sicut postmodũ fide dignorum relatione percepimus) multæ ex personis eisdem contentis in rotulis supradictis, tempore quo ijdem rotuli fiebant, seu ordinabantur, io locis in quibus erant studia huiusmodi, non insisterent studio literarum, quinimo nonnullæ ex eis, vere studentes nunquam fuerant, & aliquæ a longis retroactis temporibus in studijs antedictis non resederant, sed exinde recesserant, nec in proximo intendebant ad illa redire: Nos attendeotes quod non est decens, nec congruum, vt per subreptionis viam aliqui ecclesiastica beneficia consequantur, præsentis constitutionis edicto, auctoritate apostolica declaramus, nostræ intentionis fuisse, & etiam existere, gratias huiusmodi in eisdem rotulis contentas, ad aliquas ex personis eisdem, in rotulis ipsis nominatas, quæ tempore huiusmodi ordinationis rotulorum ipsorum, in eisdem studijs veri studentes non erant, (nisi alias ante huiusmodi ordinationes dictorum rotulorum saltem infra quatuor mẽses vere studuissent ibidem, ac ad modicum tẽpus ab ipsis studijs se absentassent, cum intentione ad illa in proximo redeundi, & ad illa postmodum realiter redierint,) aliquatenus non extendi, ipsasque

Priuilegia studẽtiũ habes supra fol. 33. in 2. că. Pit. Bonif. 8. in supremę, vbi posui concord.

Declaratio priuilegiorum. Aliã declarationem vide infr. in Pij 4. cõst 113. Sanctissimus.

di,ipsasque gratias,& quæcunque inde sequuta,quoad huiusmodi personas, quæ (vt præfertur) veri studentes, non erant,nullius existere roboris vel momenti. Decernentes ex nunc irritum & inane quicquid contra declarationem nostram huiusmodi,a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus,vel contigerit in posterum attentari. Nulli ergo &c.nostræ declarationis & cōstitutionis infringere &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum,tertio Idus Ianuarij,Pontificatus nostri anno secundo.

Clausula irritās.

II.

Laici bannientes,seu relegantes, aut proscribentes personas ecclesiasticas,excommunicationis sententiam incurrunt, &c.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

QVIA, sicut displicenter accepimus,nōnulli diuersarum partium principes,marchiones,duces, comites,barones,& alij nobiles,necnon potestates,capitanei,baiuliui,scabini,aduocati,rectores,iudices,& consules,alijque officiales,& consiliarij ciuitatum,oppidorum,terrarum,castrorum, & aliorum locorum,alijque laici,& laicales personæ,dominium,seu iurisdictionem in temporalibus obtinentes, necnō ipsarum ciuitatum communia,& oppidorum,castrorum,terrarum,& aliorum locorum vniuersitates,non attendētes quod laicis in clericos,& personas ecclesiasticas,& illorum bona,nulla sit attributa potestas, nihilominus ministros Ecclesiæ,etiam interdum in dignitatibus constitutos temeritate propria bannire,seu relegare,aut proscribere non verentur:Nos aduersus temeritatem huiusmodi remedium apponere cupientes, omnes & singulos talia præsumentes,& ea fieri mandantes,seu eorum nomine, vel mandato facta rata habentes,vel in eis faciendis dantes auxilium,consilium,vel fauorem,si singulares personæ fuerint,cuiuscunque præeminentiæ,dignitatis, status vel conditionis existant,earum videlicet singulas; si vero communitates vel vniuersitates extiterint, omnes & singulos earum communitatum,& vniuersitatum potestates,capitaneos,baiuliuos,scabinos,aduocatos, rectores,iudices,consules,& officiales,quocunque nomine censeantur,ac consiliarios, & priuatas personas, quæ huiusmodi sacrilegij principaliores patratores existerent,excommunicationis sententias incurrere,necnō quālibet earundem communitatum,seu vniuersitatum,ac illa ipsorum principum, marchionum, ducum, comitum, baronum,nobilium,& aliorum quorumcunque laicorum,& laicalium personarum talia præsumentium, in quibus talia fierent,ciuitates,terras,oppida,castra,& alia loca,ecclesiastico interdicto subiacere volumus ipso facto; nullusque ab eisdem sententijs per alium quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo,possit absoluere,nec interdictum huiusmodi per alium etiam relaxari.Non obstante si aliquibus communiter,vel diuisim a sede apostolica sit indultum,quod excommunicari,suspendi, vel interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, & eorum proprijs nominibus mentionem,& quibuslibet constitutionibus,priuilegijs,& literis apostolicis contrarijs, de quibus etiam plena,& expressa in nostris fieri oporteat mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis,& concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius,se nouerit incursurum. Datum Romæ,apud sanctum Petrum,quarto idus Decemb.anno sexto.

Laicis prohibet personas Ecclesiasticas bānire &c.

Sub pœna excommunicationis & respectiue interdicti.

Clausulæ derogatoriæ.

Pont.supradictus obijt Romæ iij.id.Octobris 1389.& sepultus fuit in Basilica S. Petri.

BONIFACIVS NONVS

Neapolitanus mediocri genere natus, Coronatus Romæ iij. id. Nouembris 1389.

I.

Constitutio celebran. Festum Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.

ONIFACIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNI benignitas Cōditoris,humanam creaturam ad similitudinem suam creatam,misericordi pietate respiciens, etiam collapsam fore primi parentis lapsu considerans, illam miro decreuit consilio releuandam, vt scilicet verbum supernum quod erat in principio eam à mortis nexibus liberaret.Igitur pij patris,qua nos dilexit charitas temporis veniente plenitudine verbum ipsum æternum sub forma serui, carnem nostræ mortalitatis assumere vt eādem mortē nostram moriendo destrueret ac damnationis sententiam simul & maculam quam per reatum primis hominis generis humani posteritas incurrisse noscebatur, clemens verbi æterni bonitas aboleret.Qua propter de clara stirpe regia Dauidica prælegit virginem in cuius vtero mystico spiramine verbum ipsum carnem susciperet,vt egrederetur iuxta verbum propheticum virga de radice Iesse,& flos de radice eius ascēderet,& requiesceret spiritus Domini super eū, perfectā reginā inclytā matrē eligēs,quæ tanto regi digna fuit sui corporis thalamū præparare,de quo tanquā sponsus præ filijs hominū procederet speciosus,locum in Nazaret, quæ flos siue sanctitas dicitur, ad suam conceptionem elegit,in quo per Angelicæ salutationis eloquia ipsius incarnati verbi mysteria,miraque fuerunt solennia celebrata. Ibi enim sumpsimus nostræ redemptionis exordia, ibique primum dies sanctificationis illuxit, qui nobis de salute spem intulit,

B. Virginis laudes.

& de

& de æternitate lætitiam : In hoc etenim tantæ fœcunditatis loco Virgo regia venustissima à domino conseruata, flos sanctitatis, vas cœlestis gratiæ mūdissimum, omnium virtutum floribus redimita, cuius pulchritudinē Sol, & Luna mirantur, redemptorem gentium Virgo concepit datura lucem gentibus sub mortis caligine constitutis. Sane ipsa regina cœlorum in cuius se clausit viscera Dei filius factus homo, ex tanti honoris fastigio sibi per Angelum nunciato nequaquam elationis assumpsit spiritum, sed tanquam Ancilla humilis quamuis mater effecta Domini, humilitatis suæ quam respexit Dominus, exequens officium, exurgens abijt in montana ad Elisabet cognatam suam, quæ vocabatur sterilis iam semestri prægnantem, cum festinatione : & quemadmodum ab angelo humillime salutationis susceperat oraculum, sic etiam ipsam Elisabet humiliter salutauit: Elisabet vero vt salutationē audiuit virginis gloriosæ, repleta Spiritu sancto, & incarnati verbi mysterium in vtero sentiens virginali, voce magna exclamauit & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit præ gaudio infans in vtero meo: & beata quæ credidisti, quoniam perficiētur in te, quæ dicta sunt tibi à Domino. Ad quem virgo veneranda in humilitatis spiritu respondens illud mirabile canticum decantauit. Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est & sanctum nomen eius. O magnum mysterium, ò admirabile commercium, ò ineffabile sacramentum, vt matres de pignoribus quæ gestabant in vteris, in spiritu præsentirent, & etiam prophetarent, & vt sacri Euangelij pandit historia, cœli Regina grauida partu consecranda diuino pro humilitatis amplioris signaculo præcursoris sui quem gestabat filij genitrici grauidæ humanitatis impendit obsequium: quo impenso completoque huiusmodi visitationis quasi trium mensium tempore, in domum suam est reuersa. Hæc est enim illa de qua sacra canūt eulogia, sole amicta, lunam habens sub pedibus, stellis coronari meruit duodenis. Hæc est enim illa, quæ in suis castis visceribus cæli terræq; gestauit opificem, & sola cunctas hæreses interemit, & pro christiano populo vt aduocata strenua & exoratrix peruigil ad regem quem genuit intercedit. Igitur fel. re. Vrbanus Papa sextus prædecessor noster dignum reputans & debitum vt festum Visitationis ipsius beatæ Mariæ Virginis quando, vt præfertur, visitauit Elisabet, in Dei ecclesia celebraretur, pro testimonio sancti suffultum euangelij humanis nequit rationibus detractari; ac attendens quod laudes tantæ Virginis, humana lingua non sufficit exprimere, nec etiam sancti & iusti eam, in cuius ille quem cœli capere non poterant, se contulit aula virginali, dignis laudum præconijs ad plenum efferre poterunt : & considerans quod ea quo Dominū in sanctis suis laudare iubemur, quanto magis in veneratione beatæ Mariæ virginis matris ipsius exultantibus animis collaudare, & eius laudum augendo titulos gratias referre, quem genuit filio debeamus, quæ etiam exaltata super sydera a stellato consedit sui solio genitoris: ne etiam diuinæ visus fuisset resistere voluntati, quæ tam sibi, quàm alijs viris deuotis ad huiusmodi sanctam festiuitatem celebrandam, ut pie idem prædecessor credidit, dignata fuit mentem inspirare, deliberatione etiam super hoc matura præhabita de fratrum suorum sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium, de quo numero tunc eramus, consilio, ad exaltationē fidei catholicæ digne & rōnabiliter videlicet sexto idus Aprilis Pontificatus sui anno vndecimo statuit, vt festum præfatum videlicet visitationis beatæ Mariæ Virginis, quando vt præfertur, visitauit Elisabet sexto non. Iulij annis singulis in Dei Ecclesia cum laudum cantico, lætitiæ iubilo, cordisque tripudio, sub duplici officio per orbem vniuersum solemniter celebraretur. Suasit etiam & consuluit idem prædecessor, vt ipsius festi vigilia vt vigilia Natiuitatis & Assumptionis prædictæ Virginis festiuitatum etiam in obseruatione ieiunij deuotius obseruaretur. Et mandauit quod simile, non tamen duplex officium absque alicuius sancti commemoratione, exceptis primis vesperis ante octauam apostolorum Petri & Pauli, & officio totius diei octauæ, cum commemoratione tamen eiusdem noui festi, per septem sequentes dies in Dei Ecclesia cum celebritate debita decantaretur. Ac etiam volens idem prædecessor Christi fideles ad colendum tantæ festum Virginis & etiam celebrandum donis spiritualibus animare, ipsosque mysticis de thesauris militantis ecclesiæ, benedictionum muneribus cupiens præuenire : omnibus vere pœnitentibus & cōfessis, qui matutinali officio festi eiusdē in ecclesia, qua idē officiū celebraretur, interessent, cētum: qui vero missæ totidem: qui autem primi festi vesperis, similiter centum: qui autem secundis, totidem: illis vero: qui primæ tertiæ sextæ nonæ, ac completorij officijs, pro qualibet horarum ipsarum quadraginta dies, illis autem, qui per octauas festi prædicti matutinalibus, vesperorum, missæ, ac prædictarum horarum officijs interessent, centum dies singulis octauarum ipsarum diebus de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius auctoritate confisus de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxauit. Ne autem pro eo quod ipsius prædecessoris superueniente obitu literæ apostolicæ super præmissis confectæ minime extiterunt, huiusmodi constitutio dicti prædecessoris frustretur effectu: Volentes, & auctoritate apostolica decernentes quod huiusmodi cōstitutio à dicta die videlicet sexto idus Aprilis perinde sortiatur effectum, ac si super ea prædecessoris litteræ sub ipsius diei data confectæ fuissent, prout superius enarratur : quodque præsentes litteræ ad probandum plene constitutionem huiusmodi vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur: vniuersos Patriarchas, Archiepiscopos Episcopos, & alios ecclesiarum prælatus monemus & hortamur in domino, per apostolica eis scripta in virture sanctæ obediētiæ districte præcipiendo mādātes, & in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus tam gloriosum festum & celebre annis singulis sexto nonas Iulij, vt præfertur, deuote ac solemniter celebrent, ac ieiunium vigiliæ huiusmodi suadeant in augmentum meriti obseruari, & faciant per vniuersas ecclesias suarum Ciuitatum & diœcesum celebrari, ac officium peragi supradictum: vt pia eiusdem virginis Mariæ interoessione ipsi Christi fideles & hic a noxijs protegi, & in futuro sempiterna gaudia consequi mereantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ voluntatis, constitutionis, monitionis ortationis & mandati infringere &c. Si quis autem hoc &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum V. idus Nouembris Pontificatus nostri anno primo.

B. Virgo visitauit Elisabet.

Canticum Beatæ Virginis.

Vrb. vj. const. istā hic nō habes

Vrb. vj. ordinauit festum visitationis Beatæ Mariæ Virginis celebrari die sexto mensis Iulij quolibet anno. Et consuluit fieri Vigiliam.

Et Indulgentias veræ pœnitentib. & confessis, & officijs istius festi interessentibus concessit.

Ipso tamen Pontifice morte præuento literæ suæ ordinationis expeditæ non fuerunt.

Confirmatio dictæ constitutionis Vrbani vj.

Pont. supradictus obijt Romæ Cal. Octobris 1404. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

INNOCENTIVS SEPTIMVS

Sulmonensis, Diœcesis Valnen. ex honestis parentibus ortus Coronatus Romæ iij. Non. Nouembris. 1404.

I.

Citatio contra occupatores Terrarum Sanctæ Rom. Ecclesiæ.

Similem constit. fecit Innocentius VI. quam habes supra fol.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

INIVNCTVM nos excitat Apostolicæ seruitutis officium, vt sicut cæteris est imo secundum Apostolum, sapientibus, & insipien. sumus iusti debitores, ita Rom. Eccl. sponsæ nostræ debemus iure, & necessitate non deesse. Sentientes itaque nonnullos Dominos, Vniuersitates & singulares personas absque titulo detinuisse per nonnulla tempora, & etiam detinere quam plures Ciuitates, Terras Castra, & loca, ac fruct. redit. & prouent. ex ipsis percipere, & percepisse indebite ad nos, & ipsam Ecclesiam pleno iure spectan. & pertinen. in animarum suarum periculnm, & graue dispendium iurium præfatæ Ecclesiæ. Nos volentes indemnitati eiusdem Ecclesiæ, prout ea pedit, salubriter prouidere, auctoritate Apostolica præsentium tenore citamus, requirimus, & monemus omnes & singulos occupatores, & etiam detentores Ciuit. Castr. & locorum prædictorum, vel alicuius eorum, etiam si ea vel aliquid eorundem bonorum pro aliquo tempore iam elapso in Vicarium, Gubernatorem, administratorem nobile feudum seu emphit. finit. seu alio quouis modo, a prædicta Ecclesia tenuissent, quatenus infra 60. dies proxime sequen. quorum xx. pro primo, alios xx. pro secundo, reliquos xx. pro tertio vltimo & peremptorio termino harum serie assignamus; possessionem vacuam liberam, & expeditam Ciuit. Terrarum, Castrorum, & locorum huiusmodi, quæ vt præfertur absq; titulo tenuerunt, seu cum titulo, qui lapsu temporis aut aliqua alia iusta ratione cessauerit, detinent, illorum, & cuiuslibet eorundem possessionem vacuam, liberam, & eapeditam nobis, & prædictæ Ecclesiæ, seu Dilectis filijs Rectoribus prouinciarum pro nobis, & eadem Ecclesia, in quibus vel earum aliqua Ciuit. Terræ, Castra, & loca huiusmodi seu eorum aliquod situata existerent, actu & realiter restituant, & consignent, & nihilominus intra prædictum terminum cum dilectis filijs agentibus Ap. Cam. ponat rationem, & calculum de, & super omnibus, & singulis fruct. reditibus, & prouẽt. & habitis, qui percipi potuissent ex Ciuit. & Terris huiusmodi, & emolument. quæcumque percept. hactenus pro tempore quo absque titulo, vt præfertur, detinuerunt ipsas Ciuitates, Terras loca, & bona, quæ percipiuntur vsque in diẽ restitution. huiusmodi, seu cum titulo, & restituisse prout ascendent a gentibus supradictis pro nobis, & eadem Ecclesia recipien. sine diminutione quacumque sub pœnis excommunicationis ac interdicti in Ciuitates, Terras, & loca huiusmodi, necnon priuat omnium, & singulorum honorum, dignitatum, bonorum, & iurium etiam feudalium, quæ à prædicta vel alijs quibuscumqne Ecclesijs Rom. Imperio Princ. Vniuersit. seu singularibus quibuscunque personis cuiuscumque status, gradus habit. seu condit. spiritualis vel temporalis fuisset, & inhabilitat. ad ea, & alia imposterum quomodolibet obtinen. quas quidem sententias quomodolibet contrafacien. incurrere volumus eo ipso, ac in d. causa illorum Ciuitates, Terras, & loca Ecclesiastico supponimus interdicto, ad publicationem aliarum sententiarum, & pœnarum per fe. re. Io. xxij. & alios prædecessores nostros contra occuparores, & detentores huiusmodi impositorum nihilominus processuri. Volentes nihilominus, & decernentes auctoritate prædicta, quod huiusmodi cit. monitio, & requisitio perinde valeat, & plenum robur obtinere firmiter, ipsosque detentores, & quemlibet eorum perinde arctet, quacumque const. Ap. contraria non obstante, ac si eis intimatæ, & insinuatæ, & eorum cuilibet personaliter, & præsentialiter extitissent, non obst. si alicui communiter vel diuisim a Sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscũque. Nulli ergo &c. nostræ citat. requisit. monit. assignat. suppositit. & volunt. infringere &c. siquis &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum tertio idus Septembris, Pont. nostri anno secundo.

Citat & monet omnes occupatores Ciuitatum & locorum S. Ro. Ecclesiæ.

Vt dimittant eorum possessioné vacuam & expeditam.

Et reddant rationem prouentuũ indebite perceptorum.

Pœnæ Inobedientium.

Ioannis literas habes sup. fol. 55. nu. 2. inter cætera.

Pont. supradictus obijt Romæ VIII. Id. Nouembris 1406. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

MARTINVS QVINTVS

Romanus ex familia Columna Coronatus Constantiæ x. Cal. Decembris 1417.

I.

De erroribus Ioannis Vuicleff de Anglia, Ioannis Husz de Bohemia & Hieronymi de Praga in Consilio Constantiensi damnatis, ac de modo examinandi super illis suspectos de Hæresi.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, archiepiscopis, & episcopis, ac inquisitoribus hareticæ prauitatis vbilibet constitutis, ad quos literæ præsentes peruenerint, Salutem & apostolicam benedictionem.

INTER cunctas pastoralis curæ solicitudines, quibus premimur incessanter, illa potissime fortius nos angit, vt hæreticis de finibus Christicolarũ expulsis, suisq. falsis doctrinis & erroribus peruersis penitus, quantũ nobis ex alto conceditur, extirpatis, orthodoxa & ca

 tholica

In regno Bohemiæ & Marchionatu Morauiæ & locis circumpositis.

tholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obscurationis semoto velamine, immobilis & inuiolatus persistat. Sane dudum plusquam omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominijs, præsertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ, ac locis & districtibus illis vicinis, aduersus fidei catholicæ dogmata & sanctæ matris Ecclesiæ traditiones, non solum côtra vnum, quinimmo contra plura fidei catholicæ dogmata insurrexerût quidam hæresiarchæ, circuncelliones, schismatici & seditiosi, Luciferina superbia & rabie lupina euecti, dæmoniorum fraudibus illusi, de vanitate in idipsum (licet forent de diuersis mundi partibus oriundi) conuenientes, & caudas colligatas habentes, damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vuicleff de Anglia, Ioannes Husz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinam alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam vbi huiusmodi pestilentes personæ peruersa dogmata pertinaciter seminabant, in suæ doctrinæ pestiferæ primordio prælati, & alij iudiciariæ potestatis regimina exercentes, tamquam canes muti non valentes latrare, nec vlciscentes cum Apostolo in promptu omnem inobedientiam, hæresiarchas ipsos pestiferos & dolosos, eorum lupinam rabiem truculentam statim (vt adstricti fuerant) canonice coercere, eosque de domo Domini corporaliter eijcere non curarunt, sed sacrilegam, falsam & perniciosam ipsorum doctrinam, per longas moras negligenter conualere permiserunt: populorum multitudo illorum opinionibus falsis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminauerunt, eisque credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio inuoluitur, proh dolor, paganorum, adeo quòd per diuersa illarum, eisdemque conuicinarum partium climata, oues Christi catholicas hæresiarchæ ipsi successiue infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrescere. Quapropter generalis Constantiensis synodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciet ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquirens, tamquam inter phreneticos & letargicos? nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? certe non, secundum eundem, imo vtrisque fit necesse est molesta, quæ neutris est inimica. Nam & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, inquit Augustinus, ista mansuetudo potius falsa crudelitas est.

Insurrexerût Ioânes Vuicleff, Ioânes Husz & Hieronymus de Praga seminâtes diuersa dogmata contra fidem.

Ideo Synodus Côstantiêsis illos declarauit Hæreticos &c.

Proinde synodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque catholicæ fidei ac Christianæ religionis conseruationem, augmentum & animarum salutem & præseruationem, eosdem Ioannê Vvicleff, & Ioannem Husz & Hieronymum, qui inter cetera de sacro Eucharistiæ sacramento, & alijs sacramentis ecclesiæ & articulis fidei, aliter quam sancta Romana Ecclesia credit, & tenet, & prædicat, & docet, quamplurima temere & damnabiliter credere ac tenere, prædicare, atq; docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obstinatos iam a communione fidelium separatos, de domo Dei corporaliter eiecit, & spiritualiter eiectos declarauit, & alia nonnulla circa præmissa vtilia & salubria statuit & decreuit, per quæ alij, qui causantibus hæresiarchis eorumque falsis doctrinis huiusmodi spiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad semitas veritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solû in regno Bohemiæ & marchionatus dominijs & locis supradictis, verum etiam in quibusdam partibus & prouincijs contiguis seu vicinis eisdem, etiam nonnulli ex sectatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore diuino & pudore humano prorsus abiectis, nec de ipsorum & præsertim Ioannis Husa & Hieronymi interitu miserabili sumentes conuersionis & pœnitentiæ fructum. sed tamquam in profundum pressi peccatorum, Dominum Deum blasphemare non cessant, ducentes in irritum nomen eius, quorum mentes pater mendacij sic damnabiliter excæcauit, vt prædictos libros, codices & opuscula, hæreses & errores continentes seu continentia, dudum etiam per synodum præfatâ damnatos & damnata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, student, ac ex eis in sui & multorum simplicium periculum, nedum contra statuta, decreta & ordinata in synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem, & scandalum plurimorû.

Nonnulli eorûdem Hæreticorû sectatores eorum libros à supradicta synodo dânatos legebant &c.

Nos igitur attendentes, quòd error cui non resistitur, approbari videtur, ac malis & perniciosis erroribus huiusmodi resistere, ac eos de medio Christi fideliû & præsertim de supradictis Bohemiæ & Morauiæ dominijs & districtibus ac côfinibus & vicinijs eorû, ne amplius & latius se extendât, funditus euellere capiêtes: discretioni vestræ, sacro approbâte côcilio Côstantiêsi, per Apostolica scripta cômittimus & mâdamus, quatenus vos archiepiscopi & episcopi ac electi, & quilibet vestrû per se, seu aliû, vel alios, quos graues & idoneas personas spirituale iurisdictionê habentes esse volumus, oês & singulos cuiuscûq; dignitatis, officij, præeminentiæ, status vel côditionis existât. & quibuscûq; nominibus cêseantur, qui de præexcelso, salutisero & supermirabili sacramêto corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate seu peccatorû côfessione, pœnitentiæ pro peccatis iniunctione, vel reliquis ecclesiasticis sacramêtis seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quàm sacrosancta Romana Ecclesia & vniuersalis docet, prædicat & obseruat, aut articulos seu libros & doctrinas præfatorû hæresiarcharû Ioânis Vuicleff & Ioânis Husz & Hieronymi, per eandê Côstantiensem synodû cû suis auctoribus (vt prædicitur) dânatos & dânatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finê ipsorû hæresiarcharû publice vel occulte pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præsumpserint, eorumq; receptatores, defensores & fautores quoslibet etiâ contêplatione prædictorû errorû, necnon credentes & adhærentes eisdê, tâquâ hæreticos iudicetis, & velut hæreticos seculari curiæ relinquatis.

Pont. ideo præcipit omnes de fidei articulis aliter quâ sensit S. Ro. Ecclesia sentientes, aut illorû libros tenêtes & vel receptatoresq. & fautores eorûdem seuerissime coerceri.

Receptatores quoque, fautores & defensores huiusmodi pestiferarû personarû, quæ erroribus ipsis crediderint, nec fauore aut contemplatione errorû ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alia huiusmodi personas pestiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices côpetentes tanta seueritate pœnarû in tam enormi scelere vltionem accipiant, quòd cedat ceteris crassantibus in exêplû, vt quos Dei timor à malo non reuocat, saltem coerceat seueritas disciplinæ. Cû reliquis vero, huiusmodi secta dânabili quomodolibet infectis, qui post competentê monitionem ac frequentem exhortationê, qua pie erga eos, spe correctionis & emêdationis ac ad melioris vitæ frugê conuersionis, vsum est, à prædictis erroribus & secta noluerint resipiscere, & ad gremium vnitatemque sanctæ matris Ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola saluare potest, sine qua nulli veræ salutis subsidium contingat, plene recognoscere & confiteri, iustitiæ seueritas) prout facti poposcerit qualitas) dulcore misericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes Christianæ & catholicæ fidei professores, Imperatorem, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, consules, proconsules scabinos, communitates, & vniuersitates regnorum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum huiusmodi, necnon ceteros iurisdictionem temporalem exercentes, iuxta iuris formam & exigentiam auctoritate Apostolica exhortando moneatis & requiratis,

De Hæreticorum autem & aliorû fautorum &c. pœnis vide sup. Inno. 4. const. 3. ad extirpanda fo. 5. & const 8. cû aduersus f. 9. & infra Pau. 4 cô. 41. cum ex apostolatus.

vt de

vt de regnis, prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & omnibus alijs locis ac dominijs supradictis, omnes & singulos hæreticos huiusmodi secundum tenorem Lateranensis concilij, quod incipit, Sicut ait, ad instar etiam irretitorum crimine vsurarum, quos publice vel manifeste per facti euidentiam cognouerint esse tales, tamquam oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quousque à nobis seu vobis, vel alijs iudicibus ecclesiasticis vel inquisitoribus, fidem & communionem Romanæ ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis: nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cum Christifidelibus habere permittant. Et si tales hæretici publici ac manifesti, licet nondum per Ecclesiam declarati, in hoc tam graui crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eisdem: bona tamē ipsorum à tempore commissi criminis secundum canonicas sanctiones confiscata, non occupētur per illos, ad quos alias pertinerent, donec per huiusmodi iudices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes, sententia declaratoria super ipso hæresis crimine fuerit promulgata. Qui autē de hæresi per iudicem competentem ecclesiasticū inuenti fuerint sola suspicione notati seu suspecti, nisi iuxta considerationem & exigentiam suspicionis qualitatemque personæ, ad arbitriū iudicis huiusmodi propriam innocentiam congrua deuotione monstrauerint, in purgatione eius canonice indicta deficientes, & se canonice purgare non valētes, aut pro huiusmodi purgatione facienda, obstinatione damnabili iurare renuentes, tamquam hæretici condemnentur. Qui vero dicta innocentiam monstrare ex quadam negligentia seu desidia, & purgationem huiusmodi facere omiserint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionē condignam ab omnibus euitentur; ita quòd si per annum in excōicatione huiusmodi persisterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Si quis vero super aliquo sæpedictæ pestiferæ doctrinæ hæresiarcharum prædictorum, vel aliquibus articulis dumtaxat scandalosis, temerarijs, seditiosis, vel piarum aurium offensiuis, culpabilis repertus fuerit, canonice puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspicionē dictorum articulorū, vel alicuius ipsorum, quis repertus fuerit suspectus, & in purgatione canonica propter hoc sibi indicta deficeret, pro conuicto habeatur, & tamquam canonice conuictus puniatur. Et insuper felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Vt inquisitionis negotiū, renouantes & etiā eaequentes, vniuersas potestates & dominos temporales & iudices antedictos, quibuscunqs dignitatibus vel officijs seu nominibus censeantur, exhortando requirimus, & mandamus eisdem, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ac filij Ecclesiæ nuncupari, & in Christi nomine gloriari, ita pro defensione fidei vobis archiepiscopis, episcopis & electis, ac inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & alijs iudicibus seu personis ecclesiasticis per vos ad hoc (vt præmittitur) deputandis, fidem & communionem sanctæ matris Ecclesiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum, & defensorū ipsorum inuestigatione, captione, custodia diligenti, cum ab eisdē fuerint requisiti, vt præfatas personas pestiferas alios secum perdere molientes, in potestatē seu carcerem per vos archiepiscopos, episcopos, electos, & inquisitores prædictos aut deputandos à vobis vel ad locum de quo vos vel ipsi mandabitis, infra eorundē dominorum potestatem, rectorum seu iudicum districtum ducant, vel duci faciant sine mora, vbi per viros catholicos à vobis archiepiscopis vel episcopis, electis seu inquisitoribus, seu deputādis personis huiusmodi, vel vestrum aliquo deputato, sub diligenti custodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis ferreis teneant, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur, & quod de hæresi à iudice Ecclesiastico competenti, qui fidem & communionem dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales seu rectores, iudices vel eorum officiales seu nuncij, sibi relictos recipiant indilate, animaduersione debita puniendos. Verum ne præiudicium & scandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Christianæ, prætextu ignorantiæ quemquam in hoc circumueniri, aut versutos homines sub friuolæ excusationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuincendis seu cognoscendis hæreticis, receptatoribus, defensoribus, fautoribus, credentibus & adhærentibus, nec non de hæresi suspectis & alijs huiusmodi peruersa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum instructio, tam ad regnū Bohemiæ & conuicinas illi, quam alias quaslibet partes, in quibus hæc superstitiosa doctrina quomodolibet pullulauerit, articulos infra scriptos sectam dictorum hæresiarcharum concernentes, pro directione dictæ fidei decernimus transmittendos & etiam destinādos: super quibus vobis & alijs omnibus archiepiscopis, episcopis, & electis, ac commissarijs & inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, vt quilibet eorum infra limites & loca suæ iurisdictionis, necnon regno & marchionatu & locis eis vicinis prædictis, etiam si loca ipsa extra iurisdictionem eandem vltra duas dietas consistant, circa extirpationem & correctionem errorum ac hæresum huiusmodi sectæ pestiferæ, in fauorem ipsius fidei orthodoxæ diligenter inuigilent, & omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub confessati criminis, excommunicationis, suspensionis, interdicti aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando, & quemadmodum eis videatur expedire, & facti requireret qualitas, ad singulos huiusmodi articulos per iuramentum corporaliter præstitum, tactis sacrosanctis Euangelijs seu sanctorum reliquijs, imagine Crucifixi, secundum quorundam locorum obseruantiam, iuxta infra scripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenientia, respondere compellant. Nos enim contra omnes & singulos archiepiscopos, episcopos, & electos, & inquisitores, qui super extirpando hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando suum territorium, districtum seu locum de talibus malis & sceleratis hominibus, negligentes fuerint seu remisse egerint, vsque ad priuationem seu depositionem pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, aliosque loco illorum substituemus, qui prauitatem hæreticā possint & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure inflictas, & alias grauiores (si expediat) infligendas, procedemus, procedique faciemus, iuxta iuris & facti exigentiam, ac huiusmodi culpæ & criminis fœditatem. Tenores vero eorundem articulorum seu capitulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur per ordinem in hæc verba.

Principes seculares & alij nō admittant illos in eorum Terris.

Hæretici non sepeliantur in Eccles. &c.

Idē voluit Greg. 9. const. 3. ex Bullario fol. 3.

Bona eorundem confiscentur.

Idē voluit Inno. 4. const. 5. cū sequētes fol. 9. vbi notant.

Similem const. fecit Inn. 4. i. p. fol. 12. nu. 10. & nu. 16.

Innouat const. Bonif. 8 quā hic non habes.

Monet Principes & alios vt faueāt & obediāt inquisitoribus.

Quod vide etiā infra in Pij 5. const. 176. sanctissimus.

Et Hæreticos captos custodiant.

Hoc idē voluit Inn. 4. in 3. cōst. ad extirpanda vers. teneatur, fol. 7.

Ad dignoscendū Hæreticos & cōplices.

Pont. Mādat Episcopis & alijs vt omnes suspectos de Hæresi cōpellant respondere articulis [illegible] sub forma infrascriptorum Interrogatoriorum.

Tenor Articulorum Ioannis Vuicleff.

1 SVBSTANTIA panis materialis, & similiter substātia vini materialis, remanēt in sacramēto altaris.

2 Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3 Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.

4 Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, nõ ordinat, nõ consecrat, nõ conficit, nõ baptizat.
5 Non est fundatum in Euangelio, quod Christus Missam ordinauerit.
6 Deus debet obedire diabolo.
7 Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.
8 Si Papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte a Cæsare.
9 Post Vrbanum sextum non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.
10 Contra scripturam sacram est, quòd viri ecclesiastici habeant possessiones.
11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.
12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.
13 Illi qui dimittunt prædicare siue audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt excommunicat, & in Dei iudicio traditores Christi habebuntur.
14 Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis Apostolicæ siue episcopi catholici.
15 Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.
16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus, idest habitu, non solum actu, delinquentibus.
17 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.
18 Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt parochiani, propter peccata suorum prælatorum, ad libitum suum eas auferre.
19 Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, ceteris paribus.
20 Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.
21 Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, tam possessionatorum, quàm mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruationem mandatorum Dei.
22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.
23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.
24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

Prima pars est scandalosa & præsumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur, & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.

25 Omnes sunt Simoniaci, qui se obligant orare pro alijs, in temporalibus subuenientibus.
26 Oratio præsciti, nulli valet.
27 Omnia de necessitate absoluta eueniunt.
28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reseruantur Papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporis & honoris.
29 Vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate introducta, & prosunt ecclesiæ sicut diabolus.
30 Excommunicatio Papæ vel cuiuscunque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi.
31 Peccant fundantes claustra; & ingredientes, sunt viri diabolici.
32 Ditare clerum, est contra regulam Christi.
33 Syluester Papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam dotando.
34 Omnes de ordine mendicantium, sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam sunt excommunicati.
35 Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad obseruanda diuina præcepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cælorum, nisi apostauerint ab eisdem.
36 Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hæretici, eo quòd possessiones habent: & consentientes eis, omnes videlicet domini seculares & ceteri laici.
37 Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec PP. est proximus & immediatus vicarius Christi & Apostolorũ.
38 Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à fide Christi, & clerici sunt stulti, qui student eas.
39 Imperator & domini seculares, sunt seducti à diabolo, vt Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.
40 Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo est introducta.
41 Non est de necessitate salutis, credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias.

Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat vniuersalem Ecclesiam, aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias ecclesias particulares.

42 Fatuum est credere indulgentijs Papæ & episcoporum.
43 Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia ciuilia.
44 Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi pænituerint de hoc, quòd habuerũt possessiones, & instituerunt, & intrauerunt religiones: & sic à Papa vsque ad vltimum religiosum, omnes sunt hæretici.
45 Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo.

Tenor Articulorum Ioannis Husz.

1 VNICA est sancta vniuersalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas, & infra sequitur: Vniuersalis sancta Ecclesia tantum est vna, sicut tantum vnus est numerus omnium prædestinatorum.
2 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quosdam actus actibus Ecclesiæ malignantium consimiles.
3 Præsciti, non sunt partes ecclesiæ, cum nulla pars eius finaliter excidet ab ea, eo quòd prædestinationis charitas, quæ ipsam ligat, non excidet.

Duæ

4 Duæ naturæ diuinitas & humanitas, sunt vnus Christus.

5 Præscitus etsi aliquando est in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia aduentitia, sed non a gratia prædestinationis.

6 Sumendo Ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue fuerint in gratia, siue non secundum præsentem iustitiam, isto modo Ecclesia est articulus fidei.

7 Petrus non est, nec fuit caput Ecclesiæ sanctæ Catholicæ.

8 Sacerdotes quomodolibet criminose viuentes, sacerdotij polluunt potestatem: & sic, vt filij infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis Ecclesiæ, de clauibus, officijs, censuris, moribus, cæremonijs & sacris rebus Ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentijs & ordinibus.

9 Papalis dignitas à Cæsare inoleuit: & Papæ præfectio & institutio, à Cæsaris potentia emanauit.

10 Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quòd esset caput Ecclesiæ particularis, nec Romanus Pontifex est caput Romanæ Ecclesiæ particularis.

11 Non oportet credere, quòd iste quicunque est Romanus Pontifex, sit caput cuiuscunque particularis Ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinauerit.

12 Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus requiritur & morũ conformitas, & instituentis auctoritas.

13 Papa non est verus & manifestus successor Apostolorum Principis Petri, si viuit moribus contrarijs Petro: & si quærit auaritiam, tunc est vicarius Iudæ Scarioth. Et pari euidentia Cardinales non sunt veri & manifesti successores collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, seruantes mandata & consilia Domini nostri Iesu Christi.

14 Doctores ponentes quòd aliquis per censuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, seculari iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & pharisæos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ipsum seculari iudicio tradiderunt, & quòd tales sunt homicidæ grauiores quàm Pilatus.

15 Obedientia ecclesiastica, est obedientia secundum adinuentionem sacerdotum Ecclesiæ, præter expressam auctoritatem scripturæ.

16 Diuisio immediata humanorum operum est, quòd sunt vel virtuosa vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agit quidquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agit quidquam, tunc agit virtuose: quia sicut vitiũ quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

17 Sacerdotes Christi viuentes secundum legem eius, & habentes scripturæ notitiam, & affectum ad ædificandum populum, debent prædicare, non obstante prætensa excommunicatione. & infra, Quòd si Papa vel aliquis prælatus mandat sacerdoti sic disposito, non prædicare, non debet subditus obedire.

18 Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit: & illud mandatum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.

19 Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ad sui exaltationem clerus populum laicalem sibi suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem euidens est, quòd ab Antichristo tales procedunt censuræ, quas vocant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime vsurpabit.

20 Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc vt Iudas apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militantis Ecclesiæ, cum nec sit membrum eius.

21 Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiæ, & quodlibet eius membrum iungitur Christo capiti insolubiliter.

22 Papa vel prælatus malus & præscitus, est æquiuoce pastor, & vere fur, & latro.

23 Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium, quia aliàs rex deberet etiam dici sanctissimus secundum officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, immo etiam diabolus deberet dici sanctus, cum sit officiarius Dei.

24 Si Papa viuat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritam & legitimam electionem secundum constitutionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet, quàm per Christum, dato etiam quòd intraret per electionem à Deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth, rite & legitime est electus à Deo Christo Iesu ad episcopatum, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.

25 Condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Vvicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & malefacta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo, quòd nullus eorum sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.

26 Non eo ipso quo electores vel maior pars eorum consenserit viua voce secundum ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus successor vel vicarius Petri Apostoli vel alterius Apostoli in officio Ecclesiastico: vnde siue electores bene, siue male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum Ecclesiæ, habet à Deo ad hoc copiosius potestatem.

27 Non est scintilla apparentiæ, quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur, & conseruetur.

28 Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos, sparsos per orbem terrarum, melius suam ecclesiam regularet.

29 Apostoli & fideles sacerdotes Domini strénue in necessarijs ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa vsque ad diem iudicij:

32 Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus dum est in peccato mortali.

Tenor

Tenor Interrogatoriorum iuxta quæ Hæretici aut de Hæresi suspecti Interrogari debent.

1 Super præmissis autem articulis, quilibet de eis suspectus, seu in eorũ assertione depræhensus, iuxta modum interrogetur infrascriptum: In primis, vtrum cognouerit Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Husz de Bohemia, Hieronymum de Praga, seu aliquem eorum, & vnde habuerit eorum notitiam, & vtrum cum eis vel eorum aliquo, dum viuerent, conuersationem vel amicitiam habuerit.

2 Item, vtrum sciens ipsos seu aliquem ipsorum excommunicatos, scienter participauerit cum illis, reputans & dicens talem participationem non esse peccatum.

3 Item, vtrum post mortem eorum pro eisdem seu aliquo eorum orauerit, & publice vel occulte opera pietatis exercuerit, asserens eos fore beatos & saluos.

4 Item, vtrum eos vel aliquem eorum sanctos reputauerit & dixerit, & eis venerationes velut sanctis exhibuerit.

5 Item, vtrum credat, teneat & asserat, quòd quodlibet concilium generale & etiam Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentet.

6 Item, vtrum credat, quòd illud quod sacrum concilium Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad salutem animarum, quòd hoc est ab vniuersis Christifidelibus approbandum & tenendum: Et quod condemnauit & condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum & asserendum.

7 Item, vtrum credat quòd condemnationis Ioannis Vvicleff, Ioannis Husz, & Hieronymi de Praga, factæ de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense concilium, fuerint rite & iuste factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter asserendæ.

8 Item, vtrum credat, teneat, asserat Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Husz de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuisse & esse peruersos, propter quos & quas & eorum pertinacias, per sacrum Concilium Constantiense pro hæreticis sunt condemnati.

9 Item, vtrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate per Ioannem Vvicleff, Ioannem Husz, & Hieronymum hæreticos, seu eorum pseudodiscipulos & sequaces editos vel translatos, edita vel translata, quòd illos vel illa ordinario loci vel eius commissario seu inquisitori sub iuramento præsentet.

Quòd si apud se scripta huiusmodi se habere non cognouerit, sed alibi, quòd iuret illa circa suum ordinariũ vel alios supradictos infra certum terminum sibi præfigendum deponere.

10 Item, vtrum sciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate composita siue translata, quòd illum vel illos detegat vel manifestet, pro purificatione fidei siue executione iustitiæ.

11 Item specialiter literatus interrogetur, vtrum credat sententiam sacri Constantien. concilij super quadraginta quinque Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz triginta articulis superius descriptis, latam, fore veram & Catholicam, scilicet, quòd supradicti quadraginta quinque articuli Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie hæretici, quidam erronei, alij temerarij, & seditiosi, alij piarum aurium offensiui.

12 Item, vtrum credat & asserat, quòd in nullo casu sit licitum iurare.

13 Item, vtrum credat, quòd ad mandatum iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum.

14 Item, vtrum credat, quòd periurium scienter commissum, ex quacunque causa vel occasione, pro cõseruatione vitæ corporalis propriæ vel alterius, etiam in fauorem fidei, sit mortale peccatum.

15 Item, vtrum credat, quòd deliberato animo contemnẽs ritum Ecclesiæ, cæremonias exorcismi, & Catechismi aquæ baptismatis consecratæ, peccet mortaliter.

16 Item, vtrum credat, quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris.

17 Item, vtrum credat & asserat, quòd facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi, & sanguis & anima & deitas & totus Christus, ac idem corpus absolute & sub vna qualibet illarum specierum singulariter.

18 Item, vtrum credat, quòd consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantiæ approbata, sit seruanda sic, quòd nõ liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Et quòd dicentes pertinaciter oppositum præmissorum, tanquam hæretici vel sapientes hæresim, sint arcendi & puniendi.

19 Item, vtrum credat, quòd Christianus contemnens susceptionem sacramentorum Confirmationis vel Extremæ Vnctionis, aut solemnizationis Matrimonij peccet mortaliter.

20 Item, vtrum credat, quòd Christianus vltra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantuncunque bonis & deuotis.

21 Item, vtrum credat, quòd sacerdos in casibus sibi permissis, possit peccatorem confessum & contritum à peccatis absoluere, & sibi pœnitentiam iniungere.

22 Item, vtrum credat, quòd malus sacerdos cum debita materia & forma & cum intẽtione faciendi quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absoluat, vere baptizet, & vere conferat alia sacramenta.

23 Item, vtrum credat, quòd beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & soluendi super terram.

24 Item

24 Item, vtrum credat, quòd Papa canonice electus, qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expresso, sit successor beati Petri habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.

25 Item, vtrum credat auctoritatem iurisdictionis Papæ, archiepiscopi, & episcopi in soluendo & ligãdo, esse maiorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

26 Item, vtrum credat, quòd Papa omnibus Christianis vere cõtritis & confessis, ex causa pia & iusta possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, & ipsis manus suas porrigentibus adiutrices. Et vtrum credat, quòd ex tali concessione visitantes ecclesias ipsas & manus adiutrices eis porrigentes, huiusmodi indulgentias consequi possint.

27 Item, vtrum credat, quòd singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, huiusmodi indulgentias concedere possint.

28 Item, vtrum credat & asserat, licitum esse sanctorum reliquias & imagines à Christifidelibus venerari.

29 Item, vtrum credat, quòd Papa vel alius prælatus proprijs nominibus Papæ pro tempore expressis, vel ipsorum vicarij, possint suum subditum ecclesiasticum siue secularem propter inobedientiam siue contumaciam excommunicare, ita quòd talis pro excommunicato sit habendus.

30 Item, vtrum credat, quòd inobedientia siue contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarij in spiritualibus, habeant potestatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponendi, & brachiũ seculare inuocandi, & quòd illis censuris per inferiores sit inobediendum.

31 Item, vtrum credat, quòd Papa vel alij prælati & eorum vicarij in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu ecclesiæ & administratione ecclesiasticorum sacramentorum suspendendi.

32 Item, vtrum credat, quòd liceat personis ecclesiasticis absque peccato, huius mundi habere possessiones & bona temporalia.

33 Item, vtrum credat, quòd laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat, immo quòd sic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipsa ecclesiastica, sint tanquam sacrilegi puniendi, etiam si male viuerent personæ ecclesiasticæ bona huiusmodi possidentes.

34 Item, vtrum credat, quòd huiusmodi ablatio & inuasio cuicũque sacerdoti, etiam male viuenti, temere vel violenter facta vel illata, inducant sacrilegium.

35 Item, vtrum credat, quòd liceat laicis vtriusque sexus, viris scilicet & mulieribus, libere prædicare verbum Dei.

36 Item, vtrum credat, quòd singulis sacerdotibus libere liceat prædicare verbum Dei, vbicunq;, & quandocunque placuerit, etiam si non sint missi.

37 Item, vtrum credat, quòd omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & extirpanda.

Volumus insuper ac statuimus & decernimus, quòd si quis per secretam informationem per vos recipiendã, vel aliàs repertus fuerit infamatus seu suspectus de quacunque specie hæresis pestiferæ sectæ vel doctrinæ pestilentium Ioannis Vvicleff, Ioannis Husz & Hieronymi de Praga, hæresiarcharum prædictorum, aut de fouendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipsorũ perfidos sequaces & pseudodiscipulos, aut ipsorum erroribus credendo, pro ipsis defunctis vel aliquo ipsorum post obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipsos vt sanctos colendo, prædicando vel adorando, vel aliàs circa eos suspecte agendo, citetur per vos seu alterum vestrum, personaliter coram vobis seu altero vestrum cõpariturus, remotis procuratore & aduocato, responsurus medio iuramento per ipsum sic (vt prædictum est) corporaliter præstito de plena & mera veritate dicenda super prædictis articulis seu eorum singulis vel alijs opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circunstantiarum ad arbitrium vestrũ, & prout vobis seu alteri vestrum videbitur expedire, vel aliàs contra eosdem ipsorum singulos, (prout præsentibus exprimitur) vel aliàs canonice procedatis.

Suspecti de Hæresi &c. citentur vt compareant personaliter ad respondẽdũ supradictis articulis.

Necnon præsentes literas exclusis articulis & interrogatorijs superius positis atque omissis, in ciuitatibus, diœcesibus, terris & locis alijs, vbi tute fieri poterit, auctoritate nostra solemniter publicetis & publicari faciatis omnes & singulos hæreticos huiusmodi, necnon sectatores ipsarum hæresum & errorum vtriusq; sexus, tenentes & etiam defendentes eosdẽ, aut hæreticis ipsis quomodolibet publice vel occulte in diuinis vel aliàs participantes, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, reginali, ducali aut alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate; necnon aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequelæ, fautoriæ, defensionis & receptationis huiusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festiuis in præsentia populi nuncietis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominus contra eosdem omnes & singulos vtriusque sexus, huiusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores, & receptatores & defensores eorundem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cuiuscunque dignitatis, status, præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis (vt præfertur) existant, auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis, & eos quos per inquisitionem huiusmodi diffamatos, vel per confessionem eorum seu per facti euidentiam, vel aliàs huiusmodi hæresis & erroris labe respersos reperietis, auctoritate prædicta etiam per excommunicationis, suspensionis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, personatuum & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum ac feudorum, quæ à quibuscunque ecclesijs, monasterijs ac alijs locis Ecclesiasticis obtinent, ac etiam bonorum & dignitatum secularium, ac graduum scientiarum quarumcunque facultatum, & per alias pœnas, sententias, & censuras Ecclesiasticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis, etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur seu puniri iubentur, aut solent iuxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos & Ecclesiasticas personas, vsque ad degradationem inclusiue, si eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis; necnon cõtra eosdem, ipsorum, laicorumque bona secundum canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorum sequaces editas, quibus eosdem sectatores siue sequaces subiacere decernimus, animose consurgatis iuxta modum & for

Mandat publicari istam constitutionem.

Et Hæreticos ac complices singulis diebus festiuis excõicatos populis nũciari.

Hæreticorũ & cõplicũ pœnas de quibus vide sup. Inn. 4. cõst. 9. ad extirpanda fol. 5. & cõst. 8. cum aduersus fol. 9. cũ ibi notatis. & vide & inf. Paul. 4. cõst. 45 cum ex apostolatus.

mam supradictos. Et qui de præmissis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alij vero qui per testes seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes conuicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum, eosdem articulos & errores solemniter & publice reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur: necnon quòd errores & hæreses huiusmodi cuiuscunque generis vel speciei censeantur, de cetero verbo, nutu vel facto non fouebunt, seu alios ad credendum illis verbo vel facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quouis modo inducent, sufficientem & idoneam cautionem præstare teneantur. Quòd si forsan eosdem articulos solemniter & publice reuocare & abiurare, & pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam vel temporalem iuxta vestræ discretionis arbitrium sine dilatione subire, ac sufficientem cautionẽ quòd errores & hæreses ipsas de cætero non tenebunt nec fouebunt, nec alios ad credẽdum vel verbo vel facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, vel quouis quæsito colore inducẽt, præstare, seu aliquod præmissorum facere voluerint, ex tunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum ac delictorum suorum, etiam (si expediat) tanquam contra hæreticos aut hæretica labe respersos, auctoritate nostra iuxta canonicas & legales sanctiones summarie & simpliciter ac de plano sine strepitu & figura iudicij, & etiam ex officio, appellatione seu appellationibus quibuscunque cessantibus, procedatis, ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiam si opus fuerit curiæ seculari relinquendo: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio eiusdem brachij secularis; Non obstantibus tã felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra ciuitatem & diœcesim suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam, à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à sede Apostolica deputati, extra ciuitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnã dietam à fine diœcesum eorundẽ trahere præsumant, & de duabus dietis in concilio generali; quàm alijs quibuscunque constitutionibus Romanorum Pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm personis vltra certũ numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ possint in hac parte vestræ iurisdictioni aut potestati, eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari, seu vltra vel extra loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus proprijs mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris literis habenda sit mentio specialis. Datum Constantiæ octauo Calend. Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Clausulæ derogatoriæ.

I I.

Mendicantes ad Monasticos ordines (Carthusien. duntaxat excepto) absque sedis Apostol. ex licentia transire non possint.

De hac materia habes nonnullas Pont. declarationes & const. quas ponam infra in Pauli i i j. constit. 26. Romani.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

VIAM ambitiosæ cupiditatis, religiosis potissime mẽdicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines, præsertim monasticos, fucatis tamen coloribus, asserentibus ob frugem melioris vitæ, ac arctioris obseruantiæ, tam sancti Benedicti, quam Cistercien. Camaldulen. Vallis vmbrosæ, Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum conuolare nitentibus, licentiam a sede apostolica, seu legatis, aut nuncijs eiusdem sedis, de transferendo se a mendicantium ordinibus ad monasticos ordines, ea ratione præsertim (vt verisimiliter prout facti euidentia docet est præsumendũ) quod liberius degant, dignitatesque, & beneficia ecclesiastica consequi valeant, & ex certis alijs causis honestati non consonis, obtinentibus; ac volentes conseruationi ordinum mendicantium etiam prouidere, auctoritate apostolica ex certa scientia tenore præsentium declaramus, ac decernimus, & statuimus quod de cætero nullus religiosus de ordinibus mendicantium quorumcunque, & cuiuscumque status, conditionis, vel religionis existat, quomodocunque & qualitercunque possit vel debeat, virtute cuiuscunq; licentiæ, & indulti apostolici, seu pœnitentiariæ nostræ curã gerentis, vel alia quauis auctoritate, hactenus, etiam per bullas apostolicas facultatũ quarumuis, tam Legatorum, & Nunciorum Sedis Apostolicæ, necnon Pœnitentiariæ huiusmodi pro tempore curã gerentis, quam aliorum quorumcunque, sub quauis potestate aut auctoritate, maxime de transferẽdis fratribus, aut aliquibus, præsertim ordinum mendicantium professoribus, in genere vel in specie, ab ordinibus huiusmodi mendicantium ad monasticos, sub quacunque verborum conceptione appareant, admitti vel recipi per aliquos etiam superiores ordinis, seu monasterij, aut loci monastici, seu alias in monachum, vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis, vel alijs expressis, & non expressis ordinibus (Cartusien. duntaxat excepto) sub pœna excommunicationis; quam tam recipientes quam recepti ipso facto incurrant, & quã ex nunc prout extunc, contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis, scientia, & auctoritate præfatis proferimus in his scriptis, & a nemine, nisi duntaxat a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere; & nihilominus secus, vel aliter facta non teneant, & nullius existant efficaciæ, roboris, vel momenti. Decernentes etiam, & volentes, quod si quis hactenus virtute cuiusuis licentiæ, seu indulti huiusmodi, fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem, & habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, siue professionem emiserit, siue non, sub dicta pœna teneatur in monasterio, in quo receptus fuerit, etiam si beneficia ecclesiastica, seu rectoritas ecclesiarum quarumuis obtineat, stare in eius totali vocatione in huiusmodi ordine monastico, & altissimo deseruire. Si quis autem prætextu huiusmodi licentiæ cum habitu, vel sine, quomodolibet vagando incederet, monitione præuia teneatur,

Mendicantes nõ transeant neque recipiãtur ad ordines Monasticos excepto Carthusiẽ. sub pœna excõ.cationis &c.

Recepti maneãt in ea vocatione.

Vagabũdi redeãt ad eorum regulas sub pœna excõmunicationis & Apostasiæ. De quo vide inf. Pauli 4. cõst. 19. postquam.

teneatur,& debeat infra terminum quindecim dierum à die monitionis huiusmodi computandorum, ad eiùs religionem,& ordinem,vnde cum licentia,vel sine exiuerit,redire. Quod si efficere neglexerit, post ipsum terminum,tanquam notorius apostata,& excommunicatus,in omnibus,& per omnia debeat per quemlibet reputari,& tractari,etiam per inuocationem auxilij brachij secularis,quotiens fuerit opportunum. In futurum autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium huiusmodi, ad aliquem monasticum ordinē (Carthusien.duntaxat excepto) possit,aut debeat per quemcunque recipi,vel admitti, virtute alicuius licentiæ, vel indulti,absq; sedis eiusdem licentia speciali,sub dictis pœnis,& nihilominus secus facta non teneant ipso iure: huiusmodi licentijs,& indultis,necnon constitutionibus apostolicis,& mendicantium ordinum prædictorū,etiā si de his specialis,& expressa mentio,& de verbo ad verbum in literis nostris mentio habenda foret, & alijs cōtrarijs non obstantibus quibuscunque.Nulli ergo,&c.nostræ declarationis,decreti,statuti,prolationis infringere &c.Si quis &c. Datum Gebennis. iiij. Kal.Augusti,Pontificatus nostri anno primo.

Sedes Apostolica tantum desuper dispensabit.

III.

Reformatio Officialium Cancellariæ & Rotæ.

De Reformatione offic. Cancellariæ habes inf.Pij 4. const. 7c. vniuersi, & Pij 5.const.86. in earum, & de reformatione Rotæ habes sup.fol.44. Greg. 11.const.3. quāuis cum ibi notatis & Pij 4.const.83. in throno,vbi etiam notabo.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ dignitatis specula super gregem dominicum licet immeriti constituti, iniunctū nobis desuper apostolatus officiū,debite,vt tenemur,exequi coadiuuante Domino cupientes, ad ea libenter nostræ dirigimus considerationis intuitum,& diligenter prospicimus,quæ reipublicæ vtilitatem respiciunt,& cōmodum,vt per nostræ prouisionis auxilium,euellantur vitia,plantentur virtutes,destruātur iniqua,& reædificētur honesta,ac praua transeant in directa,& sublatis deformibus reluceat debitæ reformationis decor,& pulchritudo,ac totius æquitatis,& iustitiæ exinde proueniant incremēta.Sane licet fel. rec. Ioan.XXII.& Greg.XI.Rom.Pontifices prædecessores nostri, necnon de mandato Apostolico nonnulli Auditores audientiæ contradictarum literarū Apostolicarum,& demum bonæ memoriæ Gaufridus Episc.Cabillonen. & Petrus tunc electus Viuarien.dictæ audientiæ Auditores nonnullas cōstitutiones,& ordinationes regimen,& gubernationē officialiū,ac officiorum Cancellariæ,& Pœnitentiariæ apostolicarū,necnon prædictarū cōtradictarum,& causarū Palatij Apostolici audiētiarū,& aliorum in Romana Curia Iudicū,seu cōmissariorū, eorūq; Notariorū,necnon Aduocatorū Consistorialium,& procuratorum in audientia prædictis,concernen. laudabiliter ediderint.Quia tamē huiusmodi crescēte malitia postmodum aut debite nō obseruatæ,aut additionibus vtilibus indigere noscuntur:Nos igitur super hoc intendentes, prout ex debito pastoralis officij nobis iniuncti licet immeriti obligamur,salubriter,& vtiliter prouidere,tenore præsentium præfatas cōstitutiones, & ordinationes, (quas hic haberi volumus pro expressis,) auctoritate apostolica tenore præsentium innouantes, ac eas cū additionibus infrascriptis præcipientes firmiter obseruari,eadē auctoritate statuimus, & etiam ordinamus: Quod si Notarij apostolici,ac eorum Abbreuiatores,& alij in iustitia, & etiam gratia literarum apostolicarum Abbreuiatores taxam nimiam pro minutis suis petierint, ac etiā si literæ Apostolicæ excessiue taxatæ fuerint, super excessibus huiusmodi per partes ad Vicecancellarium,aut de mandato suo, vel ipso absente ad eius Locumtenen.seu Præsidentem in Cancellaria prædicta habeatur recursus,qui deliberatione habita cū Abbreuiatoribus assistentibus eidem Vicecancellario in expeditione literarum Apostolicarum in Cancellaria,& alijs de quibus sibi videbitur in hoc peritis,excessus prædictos ad debitam reducant moderationem, ac medietatē huius quod excessiue petierint,a Scriptoribus,vel Abbreuiatoribus qui illud petierint, necnon Taxatoribus literarum earū,qui illas sic excessiue taxauerint,exigant,in vsus Capellæ Scriptorum prædictorū,aut alia pia opera conuertendum.Quodq; Notarij prædicti pro minutis literarum prouisionum Patriarchalium, Metropolitanarum, ac aliarum cathedralium ecclesiarum,& monasteriorum quorūcunq; consistorialiter factarum,cū alias non pertineant ad ipsos,recipere valeant,sicut plus vel minus pro cōi statuto soluitur ab eisdem,videlicet pro primo centenario florenorū cōis seruitij vltra quinq;,& pro quolibet alio similium florenorū centenario,si plura sint vltra vnum,& si seruitium hmōi ad centum florenos non ascenderit,pro quolibet decenario numero florenorum huiusmodi,vltra medium florenorum nullatenus recipiant,vel exigant quocunq; quæsito colore,alioquin eorum quemlibet pœnas in dictarum literarum Abbreuiatores plus debito à minutis quas faciunt exigentes latas inferius declaratas incurrere volumus ipso facto. Quod si eorum, & cuiuscunque alterius Abbreuiatoris culpa literæ quorum fecerint minutas,& pro quibus salaria seu emolumenta recipiunt, fuerint rescribendæ,eorū siue illius expensis rescribātur,qui fuerint vel fuerit in culpa,sub pœnis infra dictis.Et insuper cum præfati Notarij expertos,& sufficientes habere debeant Abbreuiatores, quandoque recipiunt in arte Abbreuiatoria minus expertos,ex quibus secuta sunt quandoque detrimenta atque damna,statuimus, quod nullus dictorum Notariorum aliquem in suum Abbreuiatorem recipere valeat neq; possit, nisi primitus ad id per assistentes Vicecancellario in expeditione literarum Apostolicarum,& alios de quibus sibi videbitur, Abbreuiatores in minutis super ipsis de iustitia formandis experti & sufficientes reperti fuerint,& etiam approbati.Statuimus,& etiam ordinamus,quod si litera fuerit in Cancellaria rescribenda iudicata, quod infra tres dies naturales,à die requisitionis partis prosequentis,aut sollicitatoris expeditionis eiusdem,ille cuius culpa iudicata fuerit rescribenda,expensis suis proprijs sine quocunq; alio salario quantumcunque modico,etiam gratis oblato, teneatur rescribere, aut rescribi facere, sub pœna suspensionis ab officio scriptoriæ literarum prædictarum,& ingressu Cancellariæ, si scriptor fuerit literarum prædictarum quadraginta dierum continuorum tēpore, nec interim literam alicuius taxæ sibi distribuat Distributor, siue Referendarius literarum earundem; sub excommunicationis pœna,quam si contrarium faciat scienter,incurrat ipso facto,à qua absolui non possit nisi à Romano Principe,prius satisfacto realiter, & cum effectu parti læsæ de damnis & interesse, & tres ducatos soluerit applicandos eidem Capellæ scriptorum literarum prædictorū pro pœna.Si vero fuerit Abbreuiator,

Ioan. 22.constit. habes sup.fol.37. Greg. 11.cōst.habes sup.fol.44.

Abbreuiatores & alij non recipiant neq; petāt aliquid vltra taxam.

Litera quæ in Cancellaria fuerit iudicata rescribenda rescribatur ab eo qui culpam cōmisit sub pœnis sic expressis.

Scriptores exerceant officiū per se ipsos.

Offic'ū Scriptoriæ & Pœnitentiariæ simul retineri non posſit.

Abbreuiatores ante admiſsionē examinentur &c.

... Abbreuiatores ad Cancellariā &c. sub pœnis hæc expreſsis.

De Custodis Cancellariæ officio.

Constitutio Cancellariæ non detur vt in iudicio probet, niſi fuerit ſignata ſubſcripta &c.

ſimiliter compellatur literam facere ſcribi infra prædictum terminum,ſub pœna ſuſpenſionis ab eius officio,& eius ingreſſu Cancellariæ per tres mēſes,quo ſuſpenſionis tēpore durante nihil ſibi diſtribuat Vicecan. Quod ſi inaduertenter vel alias Vicecan.quicquam ſibi diſtribuat,& ipſe recipiat hmôi ſuſpenſionis tempore durāte,ipſo facto ſententiam excōicationis incurrat,a qua nullo modo poſſit abſolui niſi a Rom.Pontifice, prius ſatisfacto parti læſæ de damnis,& intereſſe,& donec realiter ſoluerit tres ducatos conuertendos vt præfertur, & ad reiterationē delicti ſiue exceſſus locum habeat multiplicatio pœnæ. Et quod nulli ex Scriptoribus prædictis, qui per ſe ipſum eius officiū ſcriptoriæ literarū prædictarum perſonaliter non exercet,aut non valet exercere, quicquā diſtribuatur,aut aliquod ex eodē officio percipiat emolumētum,niſi cauſa infirmitatis,aut alio legitimo extiterit impedimento detentus, quo caſu cū eo poſſit per Vicecan. prædictum per literas eiuſdē cauſam diſtributionis continentes prius in ipſa Cancellaria publicandas, ad tempus de quo ſibi videbitur diſpenſari. Quodq; de cætero nullus hmôi officium Scriptoriæ prædictæ cū officio Pœnitētiariæ literarū valeat retinere, & ſi quis hoc attentare præſumpſerit,vtroq; priuatus exiſtat ipſo facto.Illi quoq; qui hmôi Abbreuiaturæ, vel Scriptoriæ Apoſtolicarum,cum officio ſcriptoriæ Pœnitentiariæ literarum prædictarum inſimul nunc obtinēt, infra decimam diem proxime futuram hmôi officium Pœnitentiariæ,vel Scriptoriæ literarū dimittere teneātur.Alioquin ſi contrarium fecerint,pœnam incurrant proxime dictam.Sane cum deceat Abbreuiatores literarum prædictarum aſsiſtentes Vicecancellario,aut Locumtenenti,ſeu Præſidenti prædictis in hmôi literarum in Cancellaria prædicta expeditiōne,Abbreuiaturæ literarum ipſarū officio fore ſufficientes,& expertos,ac etiā circunſpectos,prudentes,& probos,ſimiliter ſtatuimus,& ordinamus, quod nullus de cætero ad aſsiſtendū prædicto Vicecancellario,ſeu Locumtenen.vel Præſidenti in literarum Apoſtolicarum expeditione, niſi per dictā maiorem partem Abbreuiatorum continuantium Cancellariam antedictam primitus examinatus fuerit, & ad id repertus ſufficiens,& etiam approbatus, nullatenus admittatur. Et quod prædicti Aſsiſtētes hora ſuper hoc per Vicecan.prædictum deputanda,ſingulis diebus,quibus ipſa Cancellaria tenebitur,ad eam venire,& in ipſa quouſq; tenta fuerit reſidere debeant,nec interim ab ipſa recedere poſsint ceſſante excuſatione legitima, quā eidem Vicecancellario,aut Locumtenenti,ſeu Præſidenti,ſi præſentes fuerint, vel in eorum abſentia prædictis aſsiſtētibus exprimere debeant,vel iurare ſe legitimam excuſationem habere,niſi ſuper hoc à Vicecan.vel Locumtenen. licentiam habuerint ſpecialem.Quodq; ſinguli aſsiſtentiū prædictorum,qui poſt tertiam partem horæ prædictæ venerint,ſex,& ſimiliter qui ante dictam Cancellariam finitam receſſerint,ſex alios, qui vero eadem die ad dictam Cancellariam non venerint,duodecim groſſos Turonen.ſingulis diebus quibus hæc commiſerint,Capellæ Scriptorum prædictorum pro pœna contemptus ſtatuti,& ordinationis noſtræ hmôi,infra tres dies tunc immediate ſequentes ſoluere ſint aſtricti,nec ob id appellantes,niſi prius ſatisfacto de principali, & expenſis,ſi quæ inde factæ fuerint,ad hmôi appellationis proſecutionem quomodolibet admittantur. Similiter idem per alios Abbreuiatores ſufficientes ad continuandum eandem Cancellariam per Aſsiſtentes prædictos ex alijs Abbreuiatoribus eligendos,necnon in officialibus dictæ Cancellariæ,ſub ſimilibus pœnis volumus obſeruari. Statuimus inſuper,& etiam ordinamus,quod Seneſcallus dictæ Cancellariæ,qui Cuſtos nuncupatur,iuramentum in manibus dicti Vicecan. in ſua primaria receptione ad officium Seneſcalliæ Cācellariæ prædictæ, necnon ſingulis annis de hmôi officio fideliter exercendo,& alias iuxta formam iuramenti prædicti per nos nouiter appoſitam, & in libro Cancellariæ inſcriptam præſtare teneatur, Quodq; ipſe in quibuſcunque literis de gratia,diem receptionis earundem,qua ſibi in dicta Cancellaria præſentabuntur, ſcribat, & pro ſcriptura huiuſmodi nihil recipiat etiam gratis oblatum,literaſq; prædictas ſecundum ordinem reſcriptionis earundem ſine fraude in expeditione præſentet expediendas,Nec literas, rotulos, ac ſupplicationes in literarū expeditione traditas vel traditos,ante vel poſt noſtrarum literarum expeditionem in dicta Cācellaria,celabit vel occultabit,aut malitioſe retinebit,ſeu earundem literarum expeditionē differet aut retardabit per ſe,vel alium, ſeu alios,contra ordinem ſupraſcriptum, Quod ſi contrarium ſcienter fecerit, eo ipſo ſententiam excōicationis incurrat,à qua abſolui non poſsit niſi à Romano Pontifice,præterquam in mortis articulo conſtitutus,Quodq; ſi Seneſcallus prædictus contra hujuſmodi ſuum iuramētum fraude vel dolo aliqua feciſſe reperiatur, ſit dicto officio eo ipſo priuatus.Et quia de talibus & ſimilibus delictis quæ ſecrete cōmittuntur poteſt cum difficultate conſtare,ſi ſex de Scriptoribus,vel Abbreuiatoribus prædictis non ſuſpecti,ac bonæ famæ, & boni nominis ipſum Seneſcallum hmôi ſuum officium illegaliter exercuiſſe deponant,& de hoc etiā ſit publice diffamatus, dicto ſuo officio ſit eo ipſo priuatus,& niſi de eo per dictū Cancellariū infra tres dies inde ſequen.prouiſum fuerit,ex tunc poſsit de ſufficienti Abbreuiatore literarū prædictarum (qui iuramentū ſimiliter præſtare,& omnia prædicta eidem Seneſcallo incumbentia adimplere teneatur) prouideri.Et inſuper quod nullus alius quā Seneſcallus prædictus aliquam literam gratiam continētem expediendam in loco expeditionis ponat.Similiter ſtatuimus,& etiam ordinamus,quod nulla conſtitutionum dictæ Cancellariæ cuiquam, & vt de ea in iudicio vel alibi fidem faciat,niſi primitus per dictos aſsiſtentes fuerit iudicatum danda, & poſtmodū per duos ex eis tunc præſentes videatur,& ſignetur in dorſo,ac per duos ex Abbreuiatoribus in forma debita auſcultetur cum libro prædicto,qui ſe ſubſcribant in eadem,& deinde per Vicecan.ſubſcribi debeat,& ſuo ſigneto more debito ſignari,& parti petenti dari,pro qua quidem conſtitutione vltra quatuor groſſos Auinion.quorum ſexdecim valent vnum florenum auri de Camera,pro ſigno,ſigillo,& ſcriptura,& alias per Secretarium, vel Cubicularium dicti Vicecancellarij,& Seneſcallum prædictum,vel alios quoſcunque nullatenus recipiatur,vel etiam exigatur. Præterea vt literæ iuſtitiam concernentes abſque partium damno,ac breuius expediantur, ſtatuimus & ordinamus,quod Cancellaria literarum iuſtitiæ,quæ ſi ad hoc literæ ſufficiant,ter ſingulis ſeptimanis, prout antiquitus teneri conſueuerat:ſi vero ad id huiuſmodi literæ non ſufficiant,ſingulis ſeptimanis ſaltem ſemel teneatur: ad quam Notarij, qui ſex eſſe debent, eorumque, & alij in formandis notis de iuſtitia, vel in iure ſufficientes Abbreuiatores, (quorum nomina ſint in matricularia Abbreuiatorum dictarum literarum inſcripta,) necnon prælati,& alij Doctores famoſi ac practici in dicta Curia præſentes,& primitus per eoſdem Prælatos,& doctores ſolito præſtito iuramento,debeant conuocari,prout hactenus extitit laudabiliter obſeruatum. Quodque in eadem Cancellaria literæ executoriæ ſuper ſententijs in Romana Curia latis,niſi ſtylus in cauſis in eadem Curia ſeruari ſolitus,ſeruatus fuerit per ordinē,prout in literis prædictis iuxta ſtylum Cancellariæ prædictæ narrari conſueuit,aut in aliquibus expenſæ factæ in cauſis ipſis exceſsiue contra conſtitutiones ſuper hoc editas notorie taxatæ fuerint,donec de partium, vel partis victricis cōſenſu vel alias iuridice moderatæ fuerint, mi-

nime possint, & debeant expediri. Et insuper statuimus, & ordinamus, quod Examinatores in gratia speciali antequam exerceant huiusmodi examinationis officium, de illo fideliter exercendo in manibus dicti Vicecancellarij præstent iuramentum, ipsiq; postmodum huiusmodi officium diligêter per se ipsos exerceant. Impetrates, de literatura, sciêtia, & idoneitate, & illos beneficia curam animarum, aut iurisdictionem habêtia petêtes, rigide examinêt, ac de vita & moribus informationem recipiât diligentem, & prædictas sufficiêtiam, & idoneitatê in scriptis sub signeto suo referât examinatores, pro qua quidê scriptura, signeto, salarioq; & labore eorum, vltra vnum grossum turonen. & Clericus scripturâ faciens prædictâ, vltra similis grossi quartâ partem, aliquid etiam gratis oblatum, nullatenus recipere præsumant. Quod si Examinator vel Clericus in côtrarium attentauerint, eo ipso excôicationis sententiam incurrant, à qua non possint absolui donec fuerit satisfactio facta.

De examinatorû officio.

Similiter statuimus, & ordinamus, quod Bullatores dictarum literarû Apostolicarum, pro ipsis literis bullâdis, siue gratiâ, siue iustitiam côtineant, vltrà illud quod antiquitus, & ante vltimû schisma videlicet têpore Gregorij PP. xj. prædicti, pro similibus recipiebant literis, nihil recipere præsumât, nec de litera duplicata, vltra quatuor, & de litera correcta iterum bullâda, necnon de litera super sumpto habito de registro, vltra viij. necnô de literis alias bullatis, & iterû (nô tamê propter defectû partiû) bullandis, & in dicto registro corrigêdis, vltra vnum turonen. grossos recipere, aut exigere præsumant, & idê volumus per dictarum Registratores in prædictis omnibus obseruari.

Bullatores quid recipere possint pro bullandis literis.

De Registratorû officio.

Quodq; prædicti Registratores literas registrâdas, causâ aliquid exigêdi, vel extorquendi à prosequêtibus ipsas, plus debito differri non faciât registrari, vel eas de mala expeditione malitiose redarguât, seu ad quæstum accusent, aut in salarijs Clericorum in registro prædicto scribentium participent; quod si côtrarium fecerint, ipso facto excôicationis sententiam incurrant, a qua (mortis casu excepto) per alium quâ Rom. Pontificem nequeant absolutionis beneficium obtinere, & insuper suô officio huiusmodi, si hoc per testes vel alias præsumptiue probari poterit, eo ipso sint priuati, & perpetuo inhabiles ad quodcunq; officiû exercêdum in Romana Curia existant. Quodq; Clerici in dicto registro scribentes, qui literas eis traditas infra tres dies ex tunc immediate sequentes (cessante impedimento legitimo) non registrauerint, à dicto registrô penitus amoti existant, nec ad ibi scribendum de cætero admittantur.

De qualitatibus Auditoris Rotæ eligendi.

Et nihilominus cum iustitiam in iudicio contradictorio pure deceat exerceri, statuimus, & etiam ordinamus, quod nullus deinceps causarum Palatij Apostolici in Auditorem recipiatur, nisi doctor fuerit iuris famosus, & post doctoratum ab eo receptum per triênium ad minus legerit in eodem, sitque commêdatus de vita, ac morum honestate, alijsque virtutibus, ac ab omni munere sint mundæ manus eius, & bonum habeat testimonium, habeatque ad minus siue in beneficijs, siue in bonis temporalibus, ducentos florenos auri de Camera annuatim in portatis, de quibus valeat in dicta Curia ipse sustêtari.

De inquisitione desuper facienda.

Quodque postquam fuerit concessum per Papam aliquem in Auditorem causarum dicti Palatij admitti, antequam vlterius ad ipsius admissionem procedatur, Decanus Auditorum prædictorum de præmissis facere teneatur inquisitionem diligentem, & quicquid per eam repererit, fideliter referat Vicecâcellario prædicto, qui hoc similiter Papæ exponere teneatur. quod si aliquid de præmissis defuerit, ad ipsius admissionem in Auditorem, vlterius minime procedatur, nisi aliud mandaret Papa antedictus. Si vero per informationem huiusmodi, ipsû constiterit famosum doctorem, aliaq; præmissa fore vera, idem Vicecancellarius vocatis quatuor ex dictis Auditoribus, si Canonista, decretalem; si vero legista fuerit, legem, quam infra vnius mensis spatium à die sibi assignata computandum, in dicti Vicecan. aut Locumtenen. præsentia, (& ad hoc vocatis omnibus dictæ Sedis Notarijs, & prædictis Auditoribus, & Concistorialibus aduocatis tunc in eadem Curia præsentibus, inuitatis ad id etiam Prælatis, & alijs famosis, & literatis viris qui tunc in eadem Curia extiterint) repetere teneatur, & singulos qui arguere voluerint, idê repetens audire teneatur; quodque quatuor vltimi ex Auditoribus, & quatuor vltimi ex Aduocatis prædictis tunc præsentes arguere sint astricti, quod si idem repetens in huiusmodi repetitione taliter se habuerit, quod sit merito commendatus, dictus Vicecan. secundum relationem maioris partis Notariorum, & Auditorum, ac Aduocatorum prædictorum ad eius admissionem in Auditorem vlterius procedat: si vero secundum relationem prædictam repertus fuerit diminutæ scientiæ, vel iudicij, relatione super hoc per dictum Vicecancellarium Papæ facta, ab huiusmodi admissione repellatur.

De disputatione quâ subsistere debêt Audit.

De Auditoris admissione.

Et insuper quod prædicti Auditores, & eorum loca exercentes, libros iuris ordinarios ad minus, continuo secû habere teneantur, processusq; causarum agitatarum coram eis personaliter videant, & visitent, ac testes in causis huiusmodi si ponderis fuerint (maxime si pars aliqua hoc requisiuerit) examinent, in alijs vero per duos Notarios faciant examinari diligenter, nec cuiuscunq; Notarij vel alterius relationi credant; nec ad sententiarum prolationem in causis huiusmodi procedant registris prædictis per eos, vt præmittitur, non visis, & diligenter examinatis. Hoc etiam volumus per quoscunq; Iudices, & Commissarios in dicta Curia præsentes similiter perpetuo obseruari.

De Auditoris officio.

Et nihilominus, quod si quis ex Auditoribus fuerit notatus de præcipitatione iustitiæ, negligentia, seu non promptitudine iurium, propter non continuationem librorum, aut alias, & specialiter de corruptione, & acceptione munerû, seu vagus fuerit, seu alias male versetur in dicta Curia, per præfatum Vicecancellarium, vel eius Vicegerêtem charitatiue reddatur attentus, vt ab ijs se abstineat & emendet, bonamq; famam acquirat, & in ea perseueret, quod si se emendare neglexerit, & per tres menses continuos post auisationê huiusmodi, eadem nota, vel infamia respersus fuerit, per dictum Vicecancellarium, aut eius Vicegerentem commissiones sibi nullatenus cômittantur. Et si per alios tres menses simili nota vel infamiê notatus fuerit, & notorie, seque non emendauerit, tûc prædictus Vicecancellarius, aut Vicegerês cum duobus Auditoribus, præmissa Papæ referre teneatur, qui prouideat prout salubriter fuerit prouidendum.

De Auditorû iurisdictione vigore commissionum. De quo vide tex. Inn. & const. 10. finem.

Verum si contingat inter easdem personas, & super eadê re diuersis Auditoribus aliquam causam cômitti, is cui primo fuerit præsentata cômissio, super causa huiusmodi remaneat eiusdê causæ Iudex. quod si de iurisdictione alterius extiterit pro parte aduersa data exceptio, tûc cuius fuerit iurisdictio primitus cognoscatur, & si vlterius procedatur ante cognitionem huiusmodi, non valeat processus, & Iudex teneatur parti ad restitutionem expêsarum inde factarum, suumq; interesse. Notarius vero qui ausus est talem contentionem appetere propter lucrum, scripturæ, ac totius causæ commodum perdat, teneaturque suis expêsis parti dare quod expendit in causa huiusmodi. Quod si idem Auditor, & Notarius contrarium fecerint, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, à qua non possint absolui donec super ijs satisfecerint vt præfertur, & hoc etiam ad quoscunque Iudices, ac Commissarios, ac eorum Notarios in dicta Curia præsentes pro tempore, duximus extendendum. Præterea statuimus, & etiam ordinamus, quod nullus ex Notarijs cuiuslibet ex Auditoribus prædictis, cum eo moram trahat; quod si forsan aliquis ea ipsis cum eo

morari voluerit, pro habitatione domus, & expensis, vltra quod iustum & debitum fuerit, & rationabile salarium non soluat; & si quacunque causa vera vel simulata, respectu officij, aliquid Auditori dederit vel soluerit,

Auditor nihil recipiat a Notario respectu officij, nec ille soluat sub pœnis hic expressis.

Notarius dando, & Auditor recipiendo eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua nequeant nisi per Papam absolui, ac duplo quod Notarius vltra debitum soluerit, & Auditor receperit, per eorum quemlibet in vsus pauperum de mandato dicti Vicecancellarij distributo. Et quod nullus in Notarium cuiuslibet Auditorum prædictorum, nisi vigesimumquintum suæ ætatis annum attigerit, & alias Notariatus officium exercuerit, sitque boni nominis, & bonæ famæ, ac sufficiens & idoneus ad dictum Notariatus officium causarum dicti Palatij exercendum, & post diligentem informationem super ijs habitam, ac ipsius examinationem, & de præmissis constiterit, admittatur.

De qualitatibus Notarij ...

Et quod Notarij dictorum Auditorum sua Notariatus officia personaliter exerceant, & si quis (cessante causa necessaria) à sui notariatus officij exercitio per mensem continue se absentauerit, sit dicto officio eo ipso priuatus; & de causa necessaria propter quam ipsum oporteat dictum officium per substitutũ exercere, & de illo per substitutum exercẽdo, a dicto Vicecancellario petat licentiã, quã idẽ Vicecancellarius, postquã de causa huiusmodi sibi cõstiterit, per suas literas causam ipsam cõtinẽtes, cõcedere poterit ad tẽpus, de quo sibi videbitur faciendũ. Et insuper quod Notarij prædicti in habitu decenti incedant, ac honesto, & conuenienti Clerico seculari. Tabernas non frequentent, nec Concubinarij existant, cum ad hoc suum vilescat officium, & malam famam acquirant, etsi contrarium fecerint, suis priuentur officijs. Quodque quilibet ipsorũ quam primum presbyter, seu dignitatem vel personatum in Cathedrali vel collegiata Ecclesia, aut Parochialẽ Ecclesiam pacifice assecutus fuerit, huiusmodi Notariatus officium omnino dimittat, & ad huiusmodi officij exercitium in dicta audientia amplius non admittatur. Et insuper, quod Notarius qui notatus, aut diffamatus fuerit, malitiose, negligenter, vel per dolum, aliud quam in processu, aut in iudicio deductum, vel actum fuerit inter partes, seu diffamatus quod sit personarum in quarum causis scribit receptor, plus vni quam alteri fauendo, & ei causæ secreta detegendo, eo ipso à suo Notariatus officio suspendatur, & per Auditorem Cameræ, cui hoc per dictum Vicecãcellarium committatur, summarie simpliciter & de plano, de huiusmodi infamia, & alijs præmissis inquiratur diligenter, & si per inquisitionem huiusmodi culpabilis repertus fuerit, aut si purgatio ei fuerit indicenda, & debite se non expurgauerit, priuetur quibuscunque officijs quæ in dicta Curia obtinebit, & ab eadem Curia perpetuo sit proscriptus, necnon in quingentis florenis auri de Camera, per ipsum eleemosynario Romani Pontificis realiter tradendis, & in vsus pauperum conuertendis, condemnetur; & idem volumus de quibuscunque Notarijs quorumcunque Cardinalium, Iudicum, & Commissariorum in Curia pro tempore deputatorum, inuiolabiliter obseruari.

De eius officio.

Contra Notarius culpabiles procedatur summarie &c.

Notarij seruẽt taxam.

Et nihilominus quod dicti Notarij in exactione salariorum suorũ taxationes pro suis processibus, & scripturis in causa huiusmodi, taxas super hoc ordinatas per dictum Ioannem XXII. seruare teneantur; quod si vltra dictam taxam aliquid petierint, aut receperint, super excessu huiusmodi ad Vicecancellarium, seu Locumtenentem prædictum super hoc habeant recursum, qui vocatis in hoc peritis, excessus prædictos iuxta taxationes prædictas ad debitum reducat moderamen, & medietatem huius quod excessiue petierint, à Notarijs exigant in vsus pauperum conuertendum. Quodque pro citationibus compulsorijs, & inhibitionibus decretis in partibus, procuratorijs instrumentis, remissionibus ad partes, examinationibus testium, & quibuscunque alijs scripturis bis scriptis in processu, nisi semel duntaxat taxentur, neq; soluantur. Termini quoque superflui, seu vltra debitum extensi, & quæcunque aliæ superfluæ scripturæ pro resecatis habeantur, taxenturque clausulæ, & dictiones proportionabiliter, prout rationabiliter poterant scribi in processu. quodque nullus Notarius qui de petia notæ registri sententiæ diffinitiuæ duodecim grossos turonen. receperit de petia instrumenti super ea confecti, cum sit copia dictæ notæ, nisi sicut de copia in publica forma redacta, iuxta constitutionem dicti Ioannis XXII. recipiat. Et si de petia huiusmodi instrumenti similes duodecim turonen. receperit, de huiusmodi nota sententiæ sicut de copia recipere possit: quod si contrarium attentauerit, quod vltra receperit, parti restituat, & totidem pro Capella prædictorum Auditorum, vel Cursorum infra octo dies tunc immediate sequentes realiter soluat, alioquin à sui officij executione per mensem sit suspensus, quod si se illi ingesserit, grauius per Vicecancellarium prout sibi videbitur puniatur.

Si contrauenerint coerceantur vt hic.

Verum cum sicut Iudicum, similiter Aduocatorum requiratur consilium, maturitas, & circunspectio magna, statuimus etiã & ordinamus consimiliter Aduocatum nullatenus admittendum, nisi primitus seruauerit quæ in Auditoribus seruari statuuntur. Quodq; ijdem Aduocati pro singulis per eos cõmissionibus de iustitia extra Consistoriũ proponẽdis, vno floreno de Camera sint contenti, nec aliquid vltra petere sint ausi: quod si contrarium fecerint, illud quod vltra exegerint, partibus restituere, & totidem dare pauperibus teneantur.

De qualitatibus Aduocati admittendi.

Et quod si quis Aduocatus in consistorio proponat aliqua, quæ ex sui natura sint iniuriosa, & in alterius diffamationem, & notam cedant, licet hoc in cõmissione, siue supplicatione per ipsum proponẽda scriptũ nõ fuerit, nisi pars principalis, cuius nõmine proponitur, sit præsens, & dicat, & asserat hoc facere proponi ad effectũ accusandi, vel partem denunciationis assumendi in forma iuris, seu eius procurator ad hoc habens mandatum speciale, aut sint substantialia causæ, ipse actione iniuriarum teneatur ei contra quem organum vocis suæ præstiterit, & in decem florenis Cameræ Apost. condemnatus existat. Quodq; si quis Aduocatus in Consistorio, vel audiẽtia, procax, clamorosus, iniuriosus, aut tumultuosus fuerit, vel etiam temere, vel immoderate se ingerat replicationi, aut defensioni causarum in Consistorio, sine requisitione, & informatione partis, eo ipso sit ab eius officio suspensus per duos menses, & quinque floren. Cameræ pro qualibet vice qua hoc egerit, eidem Cameræ soluere sit astrictus. Cæterum quod si duo Aduocati vnam causam defendant in Consistorio, eorum altero duntaxat duplicetur, habeant tamen prius consultationem adinuicem, vel in ipso Consistorio insimul se iungant, ita quod si proponens, alias reallegans aliquid quod faciat ad causæ defensionem emittat, illud submissa voce, & sine tumultu hoc dicat, ita quod in similibus iunior semper deferat antiquiori Aduocato, nisi ex causa aliter inter eos fuerit concordatum.

De eius officio.

De qualitatibus Procuratoris admittendi.

Præterea statuimus, & etiam ordinamus, quod nullus ad publicum procurationum officium in eadem Curia de cætero admittatur, nisi in eodem officio in dicta Curia sit exercitatus, & practicus, aut in iure graduatus, ac de diligentia, fidelitate, & probitate commendatus, & super ijs, & alijs ad huiusmodi officij exercitium necessarijs, per Vicecancellarium, vno, vel duobus ex Auditoribus, & totidem ex Aduocatis prædictis, ad id vocatis, & præsentibus fuerit diligenter examinatus, & repertus idoneus. Et quod nullus ex dictis Procuratoribus sit iniuriosus verbo, vel scriptura in causarum patrocinio, nec causas quas nouerit iniustas, seu iniquas, vel alias desperatas recipiant, nec pro causarum defensione ad eas diutius malitiose protrahendas ma-

terias subiungat admissibiles, quas non veras esse sciat, aut credat, vel probabiles per partem suam. quod præsumi poterit, videlicet si pars pro qua causa ducitur, debilem, aut minus plenam informationem dederit, aut quæserit super ea. Quod si quis Procuratorum prædictorum in hoc culpabilis repertus fuerit, per causæ Auditorem, vel Iudicem qui hoc nouerit, aut in altero præmissorum eum deprehenderit, seu si hoc neglexerit, per Vicecancellarium, vel eius Locumtenen. quando sibi de hoc constiterit, perpetuo, vel ad tempus, prout casus exiget, a procurationis officio in dicta Curia suspendatur, & alias secundum casus exigentiam per prædictum Vicecancellarium, vel Locumtenentem puniatur. Idem volumus si procurator per corruptionem, vel aliam malitiam in causis quas defendendas susceperit, & eas scienter, vel per eius negligentiam perdiderit, in læsionem iuris suæ partis obseruari, quo casu ad quæcunque damna, & expensas, vltra prædicta eidem parti restituenda, teneatur. Similiter in Procuratores, qui postquam pro vna parte causam duxerint, eam contra ipsam & pro eius aduersa parte defendunt, & ducunt. quodque si quis ex Procuratoribus prædictis, vel alijs post appellationem interpositam in dicta Curia huiusmodi appellationis causam finxerit esse commissam, vt partem aduersam decipiat, & eam ad dicendum contra huiusmodi fictam commissionem citari fecerit, in viginti floren. Cameræ puniatur, in pijs operibus per manum eleemosynarij prædicti conuertendis. Et quod huiusmodi Procuratores, qui vt lites diutius durare faciant, fictis appellationibus, & commissionibus vtuntur, nisi probauerint causas appellationum, & commissionum huiusmodi veras esse, & ipsas releuâtes, & ad iuris sui declarationem, Iudicis, vel Vicecancellarij, seu Præsidentis prædictorum arbitrio puniantur, & parti aduersæ, quam indebite vexauerint, de damnis, & interesse quæ propterea incurrerit, teneantur. Verum cum dicti Procuratores grauia gerent negotia, similiter in moribus graues, in gestu, habitu, & conuersatione honesti esse debent: quod præfati Procuratores in habitu decenti, & honesto, & statu seculari & conuenienti incedant, tabernas non frequentantes, nec sint concubinarij. Si quis autem contrarium fecerit, ab huiusmodi procurationis officio, per Auditores, Iudices, & Commissarios præfatos repellatur, & penitus excludatur, & alias per dictum Vicecancellarium, vel eius Locumtenen. animaduersione debita puniatur. & nihilominus, quod de cetero nullus in Sacerdotio constitutus, aut dignitatem, vel personatum cathedralis, vel collegiatæ Ecclesiæ pacifice obtinens, ad huiusmodi Procuratoris officij exercitium quomodolibet admittatur, nec in eo tolleretur, & si de hoc in causis per partem aduersam data fuerit exceptio, ea tunc processus non valeat, eadem tamen pars aduersa de sua in huiusmodi causa defensione confisa, iterato denuo in eâ causam vocetur, nisi sit in dicta Curia alius procurator qui onus causæ huiusmodi in se velit suscipere defendendi. Ceterum cum Aduocati, & Procuratores præfati iuxta sui laboris meritum sint premiandi, statuimus, & etiam ordinamus, quod in causis in quibus simpliciter, & de plano, aut per audientiam contradictarum, siue in contumaciam partis aduersæ, vel alias in causis leuibus in quibus non sit magna iurium discussio, Aduocati in prima xx. in secunda vij. in tertia instâtia octo. Procuratores similiter in prima decê & in secunda septem, ac in tertia instâtia huiusmodi, quatuor floren. similibus sint contenti. Præterea volumus, & etiam ordinamus, decem grossos turonen. circa taxam literarû apostolicarum, & Pænitentiariæ prædictarum, ac minutarum earûdem literarum apostolicarû, necnon in bulla, & registris apostolicis ac dictæ Pænitentiariæ, necnon salarij Notariorum & aliorum quorumlibet, pro vno duntaxat floreno de Camera computari. Verum vt huiusmodi nostræ constitutiones, & ordinationes ad omnium perueniant notitiam, eas in audientia prædicta singulis annis in Kal. Octobris publicari, necnon in libris Cancellariæ prædictæ inscribi, & registrari volumus per præsentes. Nulli ergo &c. nostræ constitutionis, ordinationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c. Dat. Gebennis. Kal. Septemb. Pontificatus nostri anno primo.

De eius officio.

Contrauenientes incurrunt pœnas hic expressas.

De salario Aduocatorum & Procuratorum.

IIII.

Renouatio & reintegratio officij Magistrorum Viarum Vrbis.

De officio ac facultatibus Magistrorum Viarum habes diuersas Pont. constitutiones quas indicabo infra in Pij 4. const. 134. inter multiplices.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilectis Filijs Nobilibus Viris Baptistæ Petri Matthæi, & Bocio de Stinchis, Ciuibus Romanis, Viarum Vrbis nostræ Rom. Magistris, Salutem &c.

ETSI in cunctarum orbis prouinciarum, iuxta commissum nobis desuper officium, decore atque florentia delectemur, dignum tamen non immerito reputamus & congruum, vt Vrbis nostræ Rom. quam Princeps Apostolorum Petrus, & in sortem similem vocatus Paulus, Fidei Orthodoxæ Cardines, alijque victoriosi innumeri Martyres, sui sanguinis aspersione inundarunt; amplior nos cura perstringit, vt Vrbis ipsa, quæ Diuinis & humanis Legibus perantea floruit, illiusque Districtus, nostris in temporibus, Diuina fauente clementia, bonis assurgat moribus, & salutaribus inantea successibus commendetur. Cum itaque (sicut rei euidentia palam edocet) Vrbis, Districtusque præfati, quos paterno amplectimur affectu, ex defectu Officij Magistrorû) quod antiquitus pro Viarum, Stratarum, Platearum, & locorum aliorum, tam publicorum, quam priuatorû, nec non ædificiorum lapideorum, & ligneorum, parietum, tignorum, banchorum, tectorum, tabulatuum, mignanorum, apothecarum, & pontium, portarum, passorum, aquarum decursuum, canalium, & meatuum, nec non Vrbanorum & rusticorum prædiorum, pratorum, hortorum, atque vinearum, finium, restaurationum, seruitutum, & libertatum administratione, institutum & ordinatum extitit) in præmissis, & eorum singulis grandem deformitatem, seu ruinam potius abhominabilem patiantur, & iacturam. Et (sicut accepimus) nonnulli ex Ciuibus, habitatoribus, & incolis Vrbis, & districtus prędicti, Macellarij videlicet, Piscarij, Sutores, Pelamantellarij, diuersique Artifices, loca ac etiam ergasteria Vrbis inhabitantes, suasque inibi artes exercentes, viscera, intestina, capita, pedes, ossa, cruores, necnon pelles, carnes, & pisces corruptos, resque alias fœtidas, atque corruptas, in vijs, stratis, plateis, & locis publicis atque priuatis huiusmodi proijcere atque occultare; Non nulli etiam ex Ciuibus habitatoribus, & incolis eiusdem) quos æque fatigat ambitio, & repudianda conducit temeritas) mala malis inuenientes, Vias, Stratas, Plateas, loca publica, Priuata, & Ecclesiastica, ausu temerario atque sacrilego occupare, diripere, alienare, & in vsus proprios deducere, de illis quoque pro suo nutu disponere non verentur: intelligere

Officium Magistrorum viarum circa quæ antiquitus versabatur.

Causa instituendi innouandi.

telligere nolentes quantum huiusmodi sui excessus humanorum corporum sanitatem, aeris puritatem, & animarum salutem impediant. Nos igitur præmissas deformitates, & excessus huiusmodi, sub dissimulatione vlterius præterire non valentes; Attendentes propterea, quod in eadem Vrbe, multo temporis decursu, neglectum fuit, in vsum plurimum pullulasse, & præmissis incommodis posse tenus occurrere cupientes; Officium Magistratus huiusmodi iuxta illius antiquam institutionem, auctoritate Apostolica renouamus, suscitamus, & reintegramus, atque restituimus: vobis quoque, quos nostros, & Vrbis prædictæ zelatores, existere non ambigimus, quosque fides, legalitas, & prudentia, circumspectio, atque multiplicia virtutum merita, apud nos efficaciter recommendant, Magistratus officium huiusmodi, vsque ad nostrum beneplacitum, cum solitis ab antiquo iurisdictionibus, potestatibus, honoribus, priuilegijs, libertatibus, atque oneribus vniuersis, & cum potestate ad opus vestrum quoties, & iuxta modum, qui vobis videbitur, Submagistros faciendi, & ordinandi, eadem auctoritate conferimus, & de illo etiam vobis prouidemus; vos quoque in præmissis, & ea quomodolibet concernentibus, ac ab illis dependentibus, & eis annexis, Magistros facimus, constituimus, ordinamus, & etiam deputamus, vt exinde omnes & singulas deformitates, excessus, in præmissis, vel circa ea, pro tempore quomodolibet occurrentes, absque cuiusuis vocatione, seu citatione, sed per viam Regiam, iuxta datam vobis a Domino prudentiam, etiam per demolitionem quorumcunque ædificiorum, aut rerum aliarum, seu modum alium, quæcunque reparandi, corrigendi, & commendandi, nec non præmissorum, seu eorum occasione grauatos, vt præmittitur, absque lite, sed summarie, simpliciter, & de plano (oppositione seu contradictione, aut quacumque temporis etiam centenaria præscriptione, legibus, & consuetudinibus generalibus quibuscunque, cæterisque contrarijs non obstantibus) releuandi, restituendi, & etiam reponendi; contradictores quoque quoslibet & rebelles priuandi, bandien. arrestandi, incarcerandi, atque omnia & singula faciendi & exercendi, quæ Magistri prædecessores vestri, qui fuerunt pro tempore, facere, gerere, & exercere potuerunt, seu etiam debuerunt, vobis, huiusmodi durante beneplacito, mandatum damus, ac etiam potestatem. Et vt officij vestri huiusmodi liberior & facilior sit exercitatio, Nardum de Bustachijs Procuratorem, nec non ipsum & Nicolaum de Mutijs, nobiles viros Ciues Romanos, Notarios vestri officij eadem auctoritate facimus, & ordinamus. Mandantes exinde omnibus & singulis nostri Capitolij Marescallis, cæterisque Officialibus, vt Vobis, & Submagistris vestris, atque vestrum cuilibet, in similibus quæ vestri exercitationem officij concernunt, pareant, & obediant, pariter & intendant, Insuper quascunque excommunicationis, aut interdicti sententias, pœnas, & mulctas, alias per nos, seu prædecessores nostros, in Magistros pro tempore existentes forsan promulgatas (quarum formam, & tenorem præsentibus haberi volumus pro expressis) auctoritate prædicta cassantes, & irritantes, Vobisque, vt occasione per vos, in vestro Officio factorum, ordinatorum, seu quomodolibet administratorum, aut quauis occasione gerendorum, fiendorum, seu administrandorum, nullibi locorum in causam trahi, sindicari, aut alias quouis modo per quemcunque, etiam Auctoritate Apostolica, molestari valeatis, eadem Auctoritate concedimus. Antedictis constitutionibus, & ordinantibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus Vrbis, cæterisque contrarijs non obstan. quibuscunque. Decernentes exinde irritum & inane quicquid contra præmissa, seu aliquod præmissorum quoquam, quauis Auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, deputationis, suscitationis, reintegrationis, restitutionis, prouisionis, concessionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Peti & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctos Apostolos, secundo Kal. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

Renouatio & reintegratio dicti officij.

Facultas Magistrorũ in procedendo.

Deputatio Notariorum dicti officij.

Magistri syndici non possunt imo syndicari debent vt infra in Pij 4. constit. 256. pastorali cum ibi not.

Clausula irritãs.

V.

De pœnis trahentium personas Ecclesiasticas ad forum Laicale pro causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD reprimendas insolentias transgressorum, eorumque præsumptionem refrenãdam, si neruus ecclesiasticæ disciplinæ lentescat, eorum voluntas procliuior fit ad peccandum, & exemplum impunitatis periculosius in alios deriuatur. Propter quod ad præsidentis officium pertinet, sic debitã executionem adhibere iustitiæ, quod commissa iam puniat, & committendorum in posterum audaciam interdicat. Sane, sicut displicenter accepimus, nonnulli diuersorum regnorum, & terrarum iudices, alijque officiales laici, & laicales personæ, iurisdictionem in temporalibus exercentes, exercerique facientes, non attendentes, quod laicis in clericos, & ecclesiasticas personas, & illorum bona, nulla sit attributa potestas, prætextu huiusmodi (quod asserant in suis dominijs ad se pertinere coercere via facti, quæ vere & ficte attentata asseruntur, etiam in quocunque loco sacro, vel religioso quantumcunque Deo dicato, ex quacunque causa, etiam si ratione delationis corporis Christi, collationis sacramentorum, & beneficiorum ecclesiasticorum venditionis factarũ, aut aliarum rerum, & bonorum ad ecclesias, & ecclesiasticas personas pertinentium quomodocunque, etiam si sola negatione, vel affirmatione, facti interueniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad se spectare, pro eo quod factum & nouitas, quæ prætenduntur, etiam sine alia violentia, quamuis in loco spirituali, & in loco sacro siue religioso, eo quod immediate, vt prætenduntur, spiritualia non existant) propterea ministros ecclesiæ, & personas ecclesiasticas, quantumcunque res causa, vel occasio vnde dependeat, & deriuantur, pia, sacra, vel ecclesiastica sit, aut spiritualis, ad forum suum, & ipsarum cognitionem trahunt, & respondere cogunt: Necnon procuratores fiscales in curijs temporalibus multotiens agere procurant, ad quos (quod deterius est) nonnulli prælaci, & personæ ecclesiasticæ in superbiam, & elationem dati, ad superandum, & sibi subijciendum per tales inuentiones, & cautelas, alias personas ecclesiasticas, & religiosas, habent plerunque recursum; & propterea in eisdem regnis, & terris, ciuitatibus, castris, & locis, authoritas, & iurisdictio ecclesiastica penitus absorbentur: & nihilominus ipsi laici iudices, alios laicos respõdeant in foro ecclesiastico super rebus quantũcũq; ecclesiasticis, vel spiritualibus, & concernẽtibus immediate ecclesiasticas personas, ne respõdeãt, & iudicibus ecclesiasticis, ne cognoscant, inhibitiones fieri sub grauibus pœnis temporalibus faciunt, & procurant; & si secus fecerunt, emendam pecuniariam excessiuam exigere, ac vastatores in domibus, & pijs alijs locis ecclesiasticis, & religiosis inducere

Officiales laici iurisditionẽ exercere volebant contra personas Ecclesiasticas & pro causis spectantibus ad forum Eccles.

Et personæ Ecclesiasticæ super causis ad eorum forum pertinentibus, in foro laicorũ litigare volebant.

ducere

ducere, ac loca ipsa, personasque ecclesiasticas, iocalibus, & paramentis ecclesiasticis, & bonis mobilibus, ac alijs spoliare, illaque vendere, & alienare, fructus quoque & prouentus ad temporalitatem ad manus suas ponere, necnon diuersas iniurias, & molestias reales, & personales eisdem personis ecclesiasticis inferre non verentur, in Dei offensam, animarum suarum periculum, ecclesiasticæ libertatis vilipendium, & plurimorum grauamen, præiuditium, & iacturam. Nos igitur aduersus talia præsumentium temeritatem, remedia apponere, & super his salubriter prouidere cupientes, ac Concilij Mileuitan. ac fe. re. Innocentij Papæ III. prædecessoris nostri constitutionibus super hoc æditis, auctoritate apostolica, ex certa scientia, hac nostra irrefragabili constitutione perpetuo duratura, tenore præsentium statuimus, decernimus, ac etiam ordinamus, quod omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ seculares, & regulares ordinum quorumlibet, quacunq; exceptione suffultæ, etiãsi Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, vel alia quauis præfulgeant dignitate, quæ aliam personam ecclesiasticam, collegium, vel conuentum, in actione reali, mixta, vel personali, ciuili, vel criminali, etiam occasione cuiuscunque submissionis, etiam iuramento vallatæ, vel alias ad forum, siue iudicium laicale, directe, vel indirecte (de qua in foro ecclesiastico ordinari consueuerit, possit, vel debeat, de iure, vel de consuetudine, aut alias cognoscit) rahere præsumpserit, causam ipsam, & omne ius ei, siue eis, in possessorio, vel petitorio in re, vel ad rẽ, causa, vel occasione huiusmodi quolibet cõpetens, eo ipso perdant penitus, & amittant, & singulares personæ, excommunicationis; capitula vero, & conuentus, suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto; & si personæ ipsæ, & eis in præmissis adhærentes, & seruientes, in aliquo rebelles fuerint, & incontinenti non obedierint, omnes illas per priuationem suorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in posterum obtinenda, coerceri & compelli volumus antedictas. Et nihilominus omnes & singulos iudices, & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales personas, postquam exceptum fuerit de non iurisdictione eorum, aut euidenter appareat huiusmodi cognitionem ad eos de iure non spectare, talia præsumentes, & ea fieri mandantes, seu eorum nomine, & mandato facta, rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel fauorem, cuiuscũq; præeminẽtiæ, dignitatis gradus, ordinis, vel cõditionis existãt, seculares personas, & eorũ videlicet singulos officiales, quocunque nomine censeantur, & consiliarios & priuatas personas, quæ præmissorum principales perpetratores existerent excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque ab eisdẽ sententijs, per alium quam per Romanum Pontificem præterquam in mortis articulo constitutus) absolui valeat, siue possit: & præmissa omnia, non tantum ad futura sed etiam ad præsentia, & pendentia extendimus auctoritate memorata; quodque etiam procurator fiscalis causarum Cu. Cameræ Apostolicæ contra culpabiles in præmissis desuper summaria informatione præhabita, per se vel alium seu alios, agere & procedere possit & valeat, nihilominus concedentes. Non obstante si aliquibus communiter vel diuisim a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nõ possint, per literas Apostolicas non facientes plenã & expressam ac de verbo ad verbum, de eorum proprijs nominibus ac indulto huiusmodi mẽtionem, & quibuslibet constitutionibus, priuilegijs, indultis & literis apostolicis, de quibus etiam plena, & expressa, ac de verbo ad verbum, in nostris literis habenda est mentio specialis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. nostrorum statuti, decreti, ordinationis, & voluntatis, infringere &c. Datum Romæ apud Sanctos Apostolos Cal. Februarij Pontificatus nostri anno vndecimo.

Inn. 3. c. nil. hic non habet.

Ss Pont. mandat ecclesiasticas personas non trahi ad forum laicale sub penis hic expressis.

Officiales laici procedentes in causis supradictis post allegatã fori exceptionẽ &c. penas hic descriptas incurrunt.

Clausula derogatoria.

V I.

De celebratione Festi sanctissimi Corporis Christi & Indulgentijs pro eius veneratione concessis.

Confirmatur & ampliatur hæc constitutio per Eugenium 4. infra const. 4. excellentissimum.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

INEFFABILE Sacramentum, quod sacerdos in æternum Christus dominus instante quam pro peccatoribus subire voluit suæ mortis tempore nobis vt digne eo refecti diuinitatis ipsius participes fiat in memoriale reliquit gloriosi corporis & sanguinis eius mysterium præcipuis à fidelium quolibet attollendum fore recensentes honoribus ac deuotissima laudum studijs amplectendum mystica dispensatione thesauri fideles eosdem quod tam pretiosissimi venerationi sacramenti sinceris affectibus & dignis obsequijs feruenter intendant excitare satagimus, vt huiusmodi in eis fructum mors afferat & illis cælesti pabulo vegetatis ipsius institutio sacramenti prosit iugiter ad salutem. Sane dudum fel. record. Vrbanus Papa Quartus prædecessor noster ad orthodoxæ corroborationem & exaltationem fidei digne ac rationabiliter statuens vt de tanto Sacramento præter illam, quæ dietim in ecclesia fieret annuatim memoria solemnior & specialior haberetur, & ad celebrandum eius tam excelsum tamque gloriosum festum quintam post octauas Pentecostes feriam designans, ipsosque fideles ad colendum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus vere pœnitẽtibus & confessis qui in matutinali officio festi eiusdẽ in ecclesia in qua illud celebraretur interessent, Centum: qui vero missæ totidem, & qui in primis ipsius festi vesperis similiter centum, qui autem in secundis totidem. Illis vero, qui primæ tertiæ sextæ & nonæ ac completorij horarum officijs pro qualibet ipsarum quadraginta. Eis autem, qui per octauas ipsius festi matutinalibus vespertinis Missæ ac prædictarum horarum officijs interessent singulis octauarum ipsarum diebus etiam Centum dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxauit. Nos vero, qui huius verricula mundi, superstitiosis hæresum fomentis guerrarum turbinibus nec non pestis & aliarum, quæ dietim ex diuinæ Maiestatis vt formidamus offensa circumstrepunt calamitatum dispendijs fines (proh dolor) adducere cernimus passim deteriores amplioribus spiritualis recompensationis impendijs fideles eosdem ad impertienda pro veneratione sacramenti huiusmodi, & vt illud, quo pascatur & foueantur ipsorum corda perlustret potiora reuerentiæ & deuotionis exercitia firmare summopere cupientes, singulis ex eis vere pœnitentibus & confessis, qui & quotiens in ipsius sacramenti pro festo ieiunium vel loco illius aliud pium iuxta suorum consilia confessorum opus fecerint centum, & qui præmissa in Ecclesijs quibus illa celebrari contingeret officijs interfuerint, nec non Episcopis & alijs Prælatis superioribus, qui dictis officijs libenter interessent sed quo minus eis in ipsis ecclesijs interesse possint pro conseruandis suarum di-

Vrbanus 4. ordinauit solemne festum Corporis Christi celebrari feria quinta post octauam Pentecoste.

Indulgentiasque concessit interessentibus officijs dicti festi.

Pont. iste concedit alias indulgentias easdem.

gnitatum

gnitatum iuribus & alias legitime tunc impeditis pro matutinali ducentos & pro missæ officijs totidem, ac pro qualibet vesperarum etiam ducentos, reliquarum vero videlicet primæ tertiæ sextæ & nonæ ac completorij festi octuaginta. Rursus autem in quibuslibet octauarum diebus pro singulis matutinalium Missarum & vesperarum similiter centum, nec non reliquarum horarum officiorum huiusmodi quadraginta illi præterea qui processiones in quibus ipsum viuificum Sacramentum dicto festo iuxta præfatarum ritus ecclesiarum deferetur continuo secuti fuerint à quibuslibet in festo & Octauarum diebus huiusmodi pro pace & tranquillitate ecclesiæ Missas deuote celebrantibus pro singulis ipsarum, necnon alijs in eodem festo Eucharistiæ Sacramentum deuote sumentibus etiam Centum, singulis annis. Profecto vice qualibet eis, qui dum corpus Dominicum Communicandis defertur infirmis illud cum incenso luminari præcedendo vel sequendo venerentur similiter, centum, & qui tunc illud alias deuote secuti fuerint etiam quinquaginta dies de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi de iniunctis eis pœnitētijs misericorditer relaxamus. Quodq; in festo & diebus Octauarum huiusmodi etiam in terris & locis ecclesiastico quauis auctoritate suppositis interdicto pulsatis campanis ianuis apertis, & alta voce excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis vt citius reconciliari studeant admissis, & illis qui causam vel occasionē huiusmodi interdicti dederint altari tunc nullatenus appropinquantibus, Missæ & Officia præmissa licite celebrari possint auctoritate Apostolica concedimus per præsentes, alijs quæ circa obseruationem interdictorum a nostris sunt instituta prædecessoribus in suo robore duraturis. Et insuper vniuersos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos monemus & hortamur in domino ac eisdē per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus & in remissione peccaminum iniungimus, vt per se vel alios eorum subditis per singulas suarum Ciuitatum & diœces. Ecclesias in Dominica feriam & Festum prædicta proxime præcedente salutaribus ad venerationem potissime Sacramenti huiusmodi monitis & exhortationibus præsentium literarum continentiam & effectum publicare & insinuare procurent, vt eodem suffragante mysterio subditi & fideles ipsi gratiarū vberiori fulciantur augmento & ab illo, qui se pro ipsis immolauit hostiam post huius vitæ cursum ad gloriā perducantur æternam. Verum quia difficile foret præsentes literas singulis exhiberi, volumus & eadem auctoritate decernimus quod ipsarum transumpto manu publica & sigillo alicuius Episcopalis vel superioris ecclesiasticæ Curiæ munito tamquam præfatis si originales exhiberentur literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur ac si prædictæ originales literæ forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctos Apostolos vij. Cal. Iunij Pont. nostri anno duodecimo.

Indulgētias etiā concessit processionibus dicti Sacramenti interessentibus &c.

Indulgētias istas duplicauit Eugenius 4. inf. eius 4. excellentissimum.

Mandat etiā Episcopis & alijs vt hortentur ad venerationē dicti festi & publicari faciant istas literas.

Pont. supradictus obijt Romæ x. Cal. Martij 1431. & sepultus fuit in Basilica Lateranen.

EVGENIVS QVARTVS

Venetus ex familia Condelmeria Coronatus Romæ V. Id. Martij 1431.

I.

De Creatione S.R.E. Cardinalium.

De materia Cardinalium ponam concord. infra in Pij V. const. 93. infelicis.

VGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti sedis Apostolicæ specula diuina disponente clementia constituti de vniuersis orbis ecclesijs earumque statu pacifico & tranquillo cogitare nos conuenit: sed eo propensius ad Romanam ecclesiam, quæ aliarum ecclesiarum mater & magistra aciem considerationis extendimus, quo sublatis dubijs & confictis seu callidis opinionibus ex quibus possent dispendia & scandala prouenire penitus confutatis ipsa Romana ecclesia pacis & quietis auctore domino dirigēte optata quietitudine perfruatur. Sane quamquam ex libris Romani ordinis alias cerimoniarum nuncupato & alijs ecclesiæ Romanæ libris seu antiquis codicibus comprehendi possit & ex illis resultet quid nominis tituli vel honoris per secretam pronuntiationem de alicuius persona in eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalem per Romanum Pontificem pro tempore in secreto consistorio factam eidem personæ in Cardinalem sic pronuntiatæ per promotionem huiusmodi acquiratur. Quia tamen temporibus modernis quibus aliquotiens non nulli in secreto consistorio in Cardinales assumpti fuerunt secrete & eis ex bonis respectibus insignia Cardinalatus saltem omnia, minime assignata fuerunt non nullatum aliter sapere quàm oportet sapere satagentiū astutas considerationes & inductiones subtiles iuxta præmissa & eorum effectum non nulla dubia prodierunt. Nos ad submouendum causam & occasionem quorumcunque dubiorum quæ quomodolibet super ijs insurrexere hactenus & possent insurgere forsan in futurum, de venerabilium fratrum nostrorum Iordani Sabinen. Hugonis Penestrin. Episcoporum, & dilectorum filiorum Ioannis tituli Sancti Laurentij in Lucina, Ludouici tituli sanctæ Ceciliæ, Antonij tituli sancti Marcelli, Ioannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli sancti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci presbyterorum, ac Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Arduini Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconorum eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium vnanimi consilio & consensu præsenti irrefragabili constitutione decernimus & declaramus per huiusmodi pronunciationem sic in secreto consistorio de quibusuis personis hactenus factam seu in posterum faciendam alicui sic in Cardinalem in præteritum pronuntiato seu in posterum pronuntiando licet per eum ad Cardinalatus initium dispositus videatur nullum ius seu titulum re aut nomine acquisitum fuisse aut acquiri potuisse hactenus seu posse, neque aliquem per quēpiam per scripturam, vel nominationem pro Cardinali reputari vel haberi debuisse seu potuisse hactenus vel debere seu posse quomodolibet in futurum donec & quousque de similibus consilio & consensu sic pronuntia-

Cardinalis quis non efficitur per pronuntiationem de eo factā in secreto consistorio donec insignia Cardinalatus hic descripta susceperit.

to in

to in Romana Curia præsentis Cardinalatus insignia, videlicet per capelli rubei traditionem, ac tituli assignationem, annulique, iuxta morem consuetum, in digito immissionem, absenti vero ab eadem Curia per huiusmodi capelli missionem realiter sint impensa, aut saltem in generali consistorio. Quodque in Cardinalem sic pronuntiatus, etiam postquam insignia huiusmodi omnia receperit: & etiam admissus fuerit & receptus, vt præfertur, in electione Romani Pontificis pro tempore vocem actiuam aut aliquo alio actu habuisse vel habere potuisse aut debuisse, siue posse vel debere minime censeatur, donec & quousque per Romanum pontificem pro tempore existentem de similibus consilio, & consensu sibi in praticandis consulendis & deliberandis negotijs Consistorij antedicti, postquam in Consistorijs aliquibus mores in talibus obseruari consuetos expertus interrogatus consiliatiue aut consultiue responsum dandi expressa licentia tribuatur, seu ad hunc effectum (vt verbis vtamur communibus) ei fuerit os apertum. Decernentes irritum & inane quicquid in contrariũ per quoscumque etiam prædecessores nostros, aut alios quauis auctoritate scribendo, nominando, seu etiam reputando scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Si quis autem hi Cardinalem sic pronunciatus, contra præmissa Cardinalem pertinaciter se ausus fuerit nominare, eo ipso ex nunc omni iure quod sibi quomodolibet acquisitum prætendere posset, priuatus sit, & perpetuam inhabilitatem incurrat ad huiusmodi Cardinalatus honorem. Cæteri vero in hoc ei adhærentes, vel dantes consilium seu fautorem, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua (præterquam in mortis articulo constituti) nequeant ab alio quam a Romano Pontifice absolutionis beneficium obtinere. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus, priuilegijs, indultis, concessionibus, & exemptionibus Apostolicis specialibus vel generalibus, sub quacumque verborum forma, etiam poenas & censuras in se continentibus, in contrarium editis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo nostræ constitutionis & declarationis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ 1431. vij. Cal. Nouembris Pontificatus nostri anno Primo.

Cardinales non habent vocẽ actiuam in electione Pont. &c. nisi habita licentia vt hic.

Clausula irritās qui contra præmissa nominat se Cardinalẽ eiusque in hoc facultates pœnas hic expressas incurrunt.

Clausulæ derogatoria.

Ego Ioannes Cardinalis S. Laurentij dictus Rothomagen. subscripsi.
Ego Iordanus Episcopus Sabinen. manu propria subscripsi.
Ego Ludouicus Cardinalis de comit. manu propria subscripsi.
Ego Ludouicus tituli S. Cęcilię presbyter Cardinalis Arelaten. subscr.
Ego N. Cardinalis Cipri Episcopus Penestrinen. subscripsi.
Ego A. Cardinalis Noua manu propria subscripsi.
Ego Antonius tituli S. Marcelli presbyter Cardinalis subscripsi.
Ego Ioannes tituli S. Sixti presbyter Cardinalis manu propria subscripsi.
Ego F. tituli S. Clementis presbyter Cardinalis manu propria subscripsi.
Ego A. tituli S. Marci presbyter Cardinalis manu propria subscripsi.

Lecta & publicata fuit hæc constitutio de mandato Sanctissimi domini N. Papæ, in audientia contradictarum & Cancellaria Apostolica die viij. Nouembris videlicet quinto id. in præsentia Reuerendissimi in Christo Patris & D. B. Patriarchæ Graden. dictam Cancellariam regentis, R. P. D. Apostolicarum literarum Correctoris, venerabilium virorum DD. de Præsidentia, & aliorum in copioso numero scriptorum, & Abbreuiatorum, vt moris est &c.

II.

De electione & officio Reformatorum Studij Almæ Vrbis, & applicatione emolumentorum Gabellæ super Vino impositorum pro Studio.

Hæc const. declaratur & ampliatur infra per Iul. 2. const. 12. & si ex debito ac Leon. x. const. 5. dum suauissimos. Et de materia Studij ac Studentium &c. habes sup. fol. 33. Bonif. 8. const. 2. in supremæ. vbi indicaui concord. Et de materia istius Gabellæ habes infra Pij 4. const. 122. cum sicut accepimus: vbi ponam concord.

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. A supremo patre familias in domo Domini, superna dirigente prouidentia, insufficientibus quanquam meritis, dispensatores effecti, inter curas innumeras, quibus occurrentium rerum negotiorumq; varietatibus obsidemur, officij debito pastoralis, solicitudine perurgemur assidua, vt ad domum ipsam, sapientiæ doctrinæque ministeria, gregem nobis creditum salubriter euocemus, & fidelibus singulis ad quærendum litterarum studia (per quæ diuini nominis, orthodoxæque fidei cultus protenditur, iustitia colitur, tã publica quã priuata res geritur, omnisque prosperitas humanæ conditionis augetur) libenter fautores gratiosos impendamus, & opportunæ commoditatis auxilia liberaliter impartiamur. Dudũ siquidẽ ad vniuersalem profectum, non solum incolarum almæ vrbis, & circumpositæ regionis, sed & aliorum, qui quasi continuo, de diuersis mundi partibus, ad eandem confluunt vrbem, studio paternæ sollicitudinis intendentes, diligenti desuper cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione præhabita, de ipsorum cõsilio, auctoritate apostolica, inter alia statuimus, decreuimus & ordinauimus, quod in vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus, generale Studium vigeret in qualibet facultate, ac docentes, & studentes ibidem, omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, concessis doctoribus, & scholaribus, in studijs generalibus cõmorantibus, gauderent & vterentur, quodq; in gabella vini forensis, quod in tabernis venditur (pro qua vẽditores huiusmodi vini, sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebantur) etiam pro libra tres adderentur solidi cum dimidio, pro salario Doctorum ad legendũ in dicto Studio conductorũ, & alijs occurrentibus inibi, iuxta ordinationẽ Rectoris, & reformatorũ, pro tẽpore existentium præfati Studij, deducẽdis expensis, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur vt tẽporis progressu tales in ipsius Studij reformatores assumãtur, quorũ diligentia, & circunspectione, votiuos prosperosq; iugiter huiusmodi Studium contingat auctore Domino, habere successus, dilectorũ filiorum nobiliũ virorum (Iustini, Pauli de Planta legum doctorum, & nostri consistorij aduocati, necnon Iohannis de Capuccinis, & Iohannis Cecchi de Cangialasinis, modernorum Conseruatorum, ciuium Romanorum, ac Iacobi de Lodamaro, de regione Montium, Cecchi de Buccamatijs de Regione Triuij, Laurentij domini Pauli Toti de Regione Columnæ, Laurenti Pauli Collarij de Regione Camps martis, Nuccij Cecchi de regione Pontis, Syluestri de Temperijs de regione

Has litteras hic non habes.

 Parionis,

Nomina Cōseruatorū & Capitū regionum vrbis qui has literas impetrarant.

Parionis, Syluestri Antonij Paloni de regione Arenulæ, Nuccij Ciassi de regione Sancti Eustachij, Cecchi Antonij de Rugerijs de regione Pineæ, Lucæ Nanooli de Buccabellis de regione Campitelli, Francisci Antonij dela Baloitra de regione Sancti Angeli, Iuliani Sciusciæ de regione Ripæ, Laurentij Benedicti Obicionis de regione Transtiberim) Capitum regionum dictæ vrbis, in hac parte supplicationibus inclinati, perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter obseruandæ constitutionis edicto, auctoritate præfata volumus, & ordinamus, quod ipsi Conseruatores, & capita regionum etiam pro tempore existentes, annis singulis de mense Decembris, duodecim ex nobilibus ciuibus Romanis (inter quos aliqui in iure Canonico vel Ciuili Doctores sint) primo, necnō alios tabelliones publicos tres, fide ac facultatibus idoneos, etiam ciues Romanos, eligere, & ipsius Ecclesiæ Camerario, vel eius locumtenenti pro tempore existenti, præsentare debeant, ipseque Camerarius siue locumtenens ex huiusmodi duodecim primo, vt præfertur, electis, quatuor, quorum vnus omnino in præmisso iure Doctor existat, ipsius studij reformatores, & illorum notarium, ex dictis alijs tribus tabellionibus, vnum constituat, & deputent, qui protinus ex tunc pro talibus habeantur, & eorum inibi cuiuslibet officium per annum duntaxat duret, eoque finito, reformatores ipsi de omnibus & singulis per eos circa prædictum illorum officium gestis, & administratis, coram Conseruatoribus vrbis, & tribus ex Capitibus regionum, per alios Capita regionū communiter eligendis, similiter pro tempore existentibus, ac vno alio probo viro ad hoc per prædictum Camerarium vel eius locumtenentem deputādo, legalem rationem & calculum, reddere sint astricti, & ad id quoque omnia & singula de rebus, emolumentis, & bonis, quæ ad eos ipsius officij ratione peruenerint, extantia, consignent, & quæ negligenter, vel fraudulenter interim administrauerint, omnino resarciant, & refundant illis qui tunc de nouo dicti Studij reformatores extiterint, per ipsos Conseruatores, qua conuenit districtione coarctentur.

De electione Reformatorum studij Vrbis.

De Sindicatu eorundem.

Conseruatores quoque ac tres ex Capitibus regionum, per ipsos Capita regionum, vt prædicitur eligendi, & reformatores prædicti simul cum dicto alio per Camerarium vel eius locumtenentem, vt prædicitur deputando, seruatis debitis, & quæ in talibus in dicta vrbe fieri consueuerunt, subhastationibus & modis, gabellam huiusmodi vendant, & quæ prouenerint inde pecunias, apud aliquem vel aliquos fidos ac famosos Mercatores in dicta vrbe pro tempore existentes, deponant, & quotiens expedierit, ipsi Reformatores, per seipsos pecunias huiusmodi, pro salariandis inibi legentibus Doctoribus, aut alijs ipsius Studij supportandis oneribus, exponere; residuum quoque pecuniarum huiusmodi in alios dicti Studij vsus, & vtilitatem conuertere, necnon de præfatorum Conseruatorum, & trium vt præfertur Capitum regionum, & deputandi huiusmodi consensu, pro dicto residuo, domum, seu habitationem, aut Collegium, pro pauperibus inibi collocandis Scholaribus & studentibus, construi, & ædificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona, ad ipsius domus seu collegij opus emere, necnon omnia alia, & singula, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, vel opportuna fuerint, facere, gerere, & exercere valeant; super quibus omnibus plenam liberamque concedimus eis tenore præsentium potestatem. Non obstantibus omnibus quæ in dictis literis non obstare volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimosecundo, septimo Idus Febr. Pontificatus nostri anno secundo.

De Venditione Gabellæ supradictæ.

De Applicatione emolumētorum illius.

De quo vide inf. Iul. 2. const. 12. & ibi ea debitu.

Clausula derogatoriæ.

III.

Curiales extra Curiam non conueniantur &c.

De alijs priuilegijs Curialium habes infra in Pij 4. const. 31. Romanus Pontifex.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DIVINA In eminenti sedis apostolicæ speculo disponente clementia constituti, ad ea libenter intendimus, per quæ officiales prædictæ sedis obsequijs eius, ad quam velut fidelium omnium matrem pro animarum salute quærenda, & iustitia consequenda, de diuersis mundi partibus confluit multitudo, tutius, & quietius se promptiores valeant exhibere. Hinc est, quod nos ex certis rationabilibus causis moti, etiam nonnullorum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, districtius inhibemus locorum ordinarijs, necnon commissarijs, & delegatis eorum, cæterisque vniuersis, & singulis, quacunque potestate, & auctoritate præfulgeant, cuiuscunque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocunque nomine nuncupentur, in nostris, & dictæ sedis obsequijs nunc, & pro tempore existentes, necnon quoscunque alios pro suis, & eorum causis, & negotijs prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea (durante negotiorum, & causarum huiusmodi prosecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem procedere, aut in eos excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, aut priuationis officiorum, vel beneficiorum, seu quamuis aliam sententiam promulgare præsumant. Nos enim omnes, & singulos processus, ac sententias contra tenorem, & mentem nostræ inhibitionis huiusmodi latas, & habitos, ac in posterum habendas, & promulganda,, & quæcunque inde secuta declaramus nulla, irrita, & inania, nulliusque extitisse, vel existere roboris, vel momenti, necnon quicquid in contrarium a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes, & singulos ordinarios, ac officiales, commissarios, & delegatos eorum, qui se de dignitatibus, aut beneficijs ecclesiasticis quibuscunque, officialium, aut negotia huiusmodi apud dictam sedem prosequentiū prædictorum, eos illis forsan priuando, aut priuatos decernendo, vel declarando, seu cuiuscunque priuationis prætextu illa personis alijs conferendo, seu de illis in eas quomodolibet intromiserint tam in dantes quam in recipientes, excommunicationis, suspensionis, & interdicti latas sententias promulgamus, quas volumus eos incurrere ipso facto. A qua quidem excommunicationis sententia absolui nequeant, nisi a nobis, vel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo constituti. Præmissa autem a die affixionis præsentiū ad valuas basilicæ principis Apostolorū de Vrbe ea certa scientia quoscūq; ligare volumus, & arctare. Non obstantibus apostolicis, & in quibuscūq; generalibus, & prouincialibus, vel synodalibus cōcilijs editis, constitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs, per quæ effectus præsentiū impediri posset quolibet, vel differri, etiā si de illis, eorūq; totis tenoribus habēda esset, præsentib. mētio specialis, & quæ præsentibus haberi volumus pro sufficiēter expressis.

Officiales & alios Curia cōmorantes vel pro causis ad Curiam venientes & inde recedentes alibi non molestari mandat.

Clausula irritās.

Contrauenientium pœnæ.

Hæc const. non ligat à die publicationis: & ego publicationē nō inueni scio tamen esse in viridi obseruantia.

Clausula derogatoria.

sis,cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, declarationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, Octauo Idus Martij, Pontificatus nostri Anno Secundo.

IIII.

De celebratione Festi Sacratissimi Corporis Christi, & Indulgentijs pro eius veneratione concessis.

Similem constit. fecit Martinus Quintus quam habes sup. fol. 63.

EVGENIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

EXCELLENTISSIMVM corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi Sacramentum quod appropinquante passionis eius hora Dominus ipse signo præcipui quo nos dilexit amoris salubriter instituit, eiusque commemorationem sacratissimã iugi mentis exultatione contemplantes, ad hoc inter singulos huiusmodi mercatos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, vt illi condignis assurgentes laudibus, sua frequentius ad ipsius venerationem Sacramenti corda dirigant, & eo, quo corporalis habetur præsentia Saluatoris viatico fructus vitæ complectentes æternæ cælestia conscendant, ipsum, qui se nobis in edulium tribuit perpetuo conspecturi. Saoe dudum piæ mem. Vrbanus Papa iiij. prædecessor noster ad orthodoxæ corroborationem & exaltationem fidei digne & laudabiliter statuens vt de tanto Sacramẽto præter illam, quæ dietim fieret in ecclesia annuatim memoria solemnior & specialior haberetur, & ad celebrandum eius tam excelsum tamque gloriosum festum quinta post octauam Pentecostes feria designans, ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens omnibus vere pænitentibus & confessis, qui matutinali officio festi eiusdem in ecclesia in qua illud celebraretur interessent centum, qui vero missæ totidem, & qui in primis ipsius festi vesperis similiter centum, qui vero in secundis totidem, illis vero, qui primæ tertiæ sextæ nonæ, & completorij horarum officijs pro qualibet ipsarum quadraginta, eis autem, qui per octauas ipsius festi matutinalibus vespertinis missæ ac prædictarum horarum officijs interessent singulis octauarum ipsarum diebus similiter centum. Et subsequenter fel. re. Martinus papa quintus etiam prædecessor noster fideles eosdem ad impertienda pro veneratione sacramenti huiusmodi potiora reuerentiæ & deuotionis exercitia firmare cupiens singulis ex eis veræ pænitentibus & confessis, qui & quotiens in ipsius Sacramenti pro festo ieiunium, vel loco illius aliud pium iuxta suorum consilia confessorum opus facerent etiam centum & qui præmissis in Ecclesijs in quibus illa celebrare contingeret officijs interessent, nec oon episcopis & alijs prælatis superioribus, qui dictis officijs libenter interessent, sed quo minus eis in ipsis ecclesijs interesse possint pro conseruandis suarum dignitatum iuribus & alias tunc legitime impeditis pro matutinali ducentos, & pro missæ officijs totidem. ac pro qualibet vesperarum etiam ducentos. Reliquorum vero videlicet primæ tertiæ sextæ nonæ, & completorij festi octuaginta. Rursus autem in quibuslibet octauarum diebus pro singulis matutinalium missarum & vesperarum similiter centum, nec non reliquarum horarum officiorum huiusmodi quadraginta illis præterea qui processiones in quibus ipsum viuificum Sacramentum dicto festo iuxta præfatarum ritus ecclesiarum deferetur continuo secuti forent, ac quibuslibet io festo & octauarum diebus huiusmodi pro pace & tranquillitate ecclesiæ missas deuote celebraotibus pro singulis ipsarum nec non alijs in eodem festo eucharistiæ sacrameorum deuote sumentibus etiam centum, singulis annis profecto vice qualibet eis qui dum corpus Dominicum communicandis deferretur infirmis illud cum incenso luminari præcedendo vel sequendo venerarentur similiter centum, & qui dum illud alias deuote secuti forent quinquaginta dies de iniunctis eis pænitentijs misericorditer relaxarunt. Ac etiam ipse Martinus prædecessor quod in festis & diebus octauarum huiusmodi in terris & locis ecclesiasticis quauis authoritate suppositis interdicto pulsatis campanis ianuis apertis & alta voce excommunicatis personis exclusis sed inter dictis vt citius reconciliari studerent admissis & illis, qui causam vel occasionem huiusmodi interdicto dedissent altari tunc nullatenus appropinquantibus, missæ & officia præmissa licite celebrari possent, authoritate Apostolica duxit concedendum. Nos vero quos interim ad summi apostolatus apicem diuina clementia perduxit, etiam pro frequentiori huiusmodi veneratione Sacramẽti summis gestientes affectibus nostri partes ministerij salubriter impertiri, nec non relaxationes, & concessiones prædictas apostolico robore muniminis ipsorũ nationi fidelium committentes præmissis per eundem Martinum prædecessorem vt præfertur relaxatis diebus alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequẽdis addijcimus per præsentes. Et insuper vniuersos patriarchas Archiepiscopos Episcopos & alios ecclesiarum prælatos monemus ac hortamur in Domino ac eis per apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, & in remissione peccaminum iniungimus vt per se vel alios eorum subditos per singulas suarum Ciuitatum & diœces. ecclesias in dominica feriam & festum prædicta proxime præceden. salutaribus ad venerationem potissime Sacramenti huiusmodi monitis & exhortationibus præsentium, quarum etiam tenor inter matutinales festorum nec non dierum octauarum huiusmodi lectiones recitetur literarum continentia & effectu publicare & insinuare procurant & eiusdem Sacramenti suffragante mysterio subditi & fideles ipsi spiritualiv gratiarum vberiori fulciantur augumento, & ab illo, qui se per ipsum immolauit hostiam post hunc vitæ cursum ad gloriam perducantur æternam. Verum quia difficile foret huiusmodi literas fiogulis exhiberi volumus & eadem authoritate decernimus quòd ipsarum transumpto manu publica & sigillo alicuius episcopalis vel superioris ecclesiasticæ curiæ munito tanquam præfatis si originales exhiberentur literis plena fides adhibeatur, & perinde ac si originales literæ forẽt exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1423. Septimo Cal. Iunij Pont. nostri anno tertio.

Vrb. 4. const. hic non habet.

Vrb. 4. ordinauit solemne festum corporis Christi celebrari feria quinta post octauã Pentecostes.

Indulgentiasque concessas interessentibus officijs dicti festi.

Martinus Quintus concessit easdem alias Indulgentias quas habes in eius constit. 6. Ineffabile. supra fol. 63.

Indulgẽtias etiã concessit processionibus dicti Sacramenti interessentibus &c.

Pontifex iste Indulgentias supra dictas cõfirmat, et auget ad duplum.

Mãdatque istius constitutionis tenorẽ recitari inter lectiones matutinales dicti festi & eius octauę.

V.

Diffinitio nonnullorum Fidei articulorum, de quibus Latina siue occidentalis, necnon Græca siue Orientalis Ecclesiæ, dissidebant.

EVGENIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Consentiente ad infrascripta charissimo in Christo filio nostro Ioanne Paleologo Romanorum Imperatore Illustri, & Locumtenentibus venerabilium fratrum nostrorum Patriarcharum, & cæteris orientalem Ecclesiam repræsentantibus.

LAETENTVR coeli & exultet terra. Sublatus est enim de medio paries, qui occidentalem orientalemq; diuidebat ecclesiam, & pax atque concordia rediit, illo angulari lapide Christo qui fecit vtraque vnum, vinculo fortissimo charitatis & pacis vtrunque iungente parietem, & perpetuæ vnitatis foedere copulante ac continente; postque longam moeroris nebulam, & dissidij diuturni atram nigramq; caliginem, serenum omnibus vnionis optatæ iubar illuxit. Gaudeat mater Ecclesia, quæ filios suos hactenus inuicem dissidentes, iam videt in vnitatem pacemque rediisse: & quæ antea in eorum separatione amarissime flebat, ex ipsorum modo mira concordia, cum ineffabili gaudio omnipotenti Deo gratias referat. Cuncti gratulentur fideles vbiq; per orbem, & a Christiano censentur nomine, matri Catholicæ Ecclesiæ collætentur. Ecce enim occidentales orientalesque patres, post longissimum dissensionis atque discordiæ tempus, se maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque superatis laboribus, ad hoc sacrum oecumenicum concilium, desiderio sanctissimæ vnionis, & antiquæ charitatis redintegrandæ gratia, læti alacresque conuenerunt, & intentione sua nequaquam frustrati sunt. Post longam enim laboriosamque indaginem, tandem Spiritussancti clementia ipsam optatissimam & sanctissimam vnionem consecuti sunt. Quis igitur dignas omnipotentis Dei beneficijs gratias referre sufficiat? quis tantæ diuinæ miserationis diuitias non obstupescat? cuius vel ferreum pectus tantæ supernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus diuina opera, non humanæ fragilitatis inuenta; atque ideo eximia cum veneratione suscipienda, & diuinis laudibus prosequenda Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, Christe, fons misericordiarum; qui tantum boni sponsæ tuæ catholicæ Ecclesiæ contulisti, atque in generatione nostra tuæ pietatis miracula demonstrasti, vt enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem diuinumque munus nobis Deus largitus est; oculisque vidimus quod ante nos multi, cum valde cupierint, aspicere nequiuerunt. Conuenientes enim Latini & Græci in hac sacrosancta oecumenica synodo, magno studio inuicem vsi sunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia & assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimonijs ex diuinis scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum Doctorum orientalium & occidentalium; aliquibus quidem ex Patre & Filio, quibusdam vero ex patre per filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, & eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, vt excludant filium: sed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos esse asserere Spiritum sanctum ex patre & filio procedere tanquam ex duobus principijs & duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritussanctus a patre procedat & filio. Latini vero affirmauerunt non se hac mente dicere, Spiritum sanctum ex patre filioque procedere, vt excludant patrem quin sit fons atque principium totius Deitatis (filij scilicet, ac Spiritus sancti) aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex filio, filius a patre non habeat, siue quod duo ponant principia, seu duas spirationes; sed vt vnum tantum asserant esse principium vnicamque spirationem Spiritussancti, prout hactenus asseruerunt. Et cum ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infrascriptum sanctam & Deo amabilem eodem sensu eademque mente vnionem vnanimiter concordarunt & consenserunt. In nomine igitur Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino concilio, diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quod Spiritussanctus ex Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex vtroque æternaliter, tanquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doc. & patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem, causam; secundum Latinos vero, principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut & Patrem, Et quoniam omnia quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito filio suo gignendo dedit præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus est. Diffinimus insuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite, ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam. Item in azimo siue fermentato pane triticeo, corpus Christi veraciter confici: sacerdotesque in altero ipsorum, Domini corpus conficere debere, vnumquemque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue occidentalis siue orientalis consuetudinem. Item si vere penitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas poenis purgatorijs post mortem purgari: & vt a poenis huiusmodi releuentur, & prodesse eis fideliũ viuorũ suffragia (missarũ scilicet sacrificia, & orationes, & eleemosynas, & alia pietatis officia) quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri cõsueuerunt secundum ecclesiæ instituta. Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiã quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in coelum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate aliam alia perfectius. Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere poenis tamen disparibus puniendas. Item diffinimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Põtificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem, ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro, pascendi, regendi, ac gubernandi vniuersalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur. Renouantes insuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum: vt Patriarcha Constantinopolitanus, Secundus sit post Sanctissimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolymitanus

Latina Ecclesia & Græca dissidebãt super articulis infrascriptis.

Pro habẽda igitur concordia celebratum fuit Cõcilium Florentinum.

Huic concordiæ operam dedit Iulianus Cardinalis S. Angeli vt habes infra in Pij 2. constitutionibus.

Diffinitio Cõcilij Florentini de Spiritu sancto.

De illis verbis (filioque procedit) in symbolo positis.

De Sacramento corporis Christi.

De suffragijs pro defunctis.

De Baptizatis qui maculã peccati non habuerunt vel purgarunt.

De morientibus cum peccato solum originali.

De Sede Apostol. & Rom. Pont.

De gradibus Patriarcharum.

Solymitanus: saluis videlicet omnibus priuilegijs, & iuribus eorum. Datum Florentiæ in sessione publica Synodali, solemniter in Ecclesia maiori celebrata, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimonono, pridie nonas Iulij, Pontificatus nostri anno nono.

EGO EVGENIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, ita diffiniens subscripsi.

Ego Antonius Episcopus Ostiensis Cardinalis Bononiensis, supradictas diffinitiones veras & Catholicas esse affirmo, & me illis subscripsi.
Ego Branda Episcopus Portuensis, Cardinalis Placentinus, suprascriptas diffinitiones veras, & Catholicas esse affirmo, & me illis subscripsi.
Ego N. tituli Sanctæ Crucis presbyter Cardinalis, suprascriptis diffinitionibus tanquam veris, & Catholicis subscripsi.
Ego F. tituli Sanctis Clementis presbyter Cardinalis, suprascriptis diffinitionibus, tanquam veris, me subscripsi.
Ego A. tituli Sancti Marci presbyter Cardinalis, me subscripsi.
Ego Iul. tituli Sanctæ Sabinæ presbyter Cardinalis, me subscripsi.
Ego Prosper tituli Sancti Georgij ad vellus aureum, diaconus Cardinalis de Columna, me subscripsi.
Ego Dominicus Sanctæ Mariæ in Via lata S. R. E. diaconus Cardinalis, me subscripsi.

Pont. supradictus obijt Romæ vij. Cal. Martij 1447. Et sepultus fuit in Basilica S. Petri.

NICOLAVS QVINTVS

Genuensis ex Ciuitate (olim Oppido) Sarzanæ, natus ex Parentibus mediocris status, Coronatus Romæ iij. Non. Martij 1447.

I.

De concordatis inter Federicum Imperatorem Principesq; nationis Germanicæ, ac Sedem Apostolicam.

Hæc const. confirmatur & declaratur infra per Clem. 7. const. 46. admonet. & Greg. xiij. const. 42. Quæ in Ecclesiarum.

NICOLAVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. AD sacram Petri Sedem, diuina dispositione sublimati, singulis quæ pro vniuersalis ecclesiæ vnione, ac pace, & tranquillitate, profutura conspicimus, Apostolicæ prouidentiæ sollicitudinem libenter intendimus, & ad felicem illorum prosecutionem & consummationem, opem & operam impendimus efficaces. Nuper siquidem charissimus in Christo filius noster, Federicus Romanorū Rex Illustris, & nonnulli alij dilecti filij, ecclesiastici, & seculares Principes inclitæ nationis Germanicæ, ex vna, ac dilectus filius noster, Ioannes sancti Angeli Diaconus Card. in partibus illis Apostolicæ sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes missus, sufficienti desuper à nobis, & sede Apostolica auctoritate suffultus, ex alia partibus, Rom. Ecclesiæ & dictæ nationis nominibus, pro ipsius Ecclesiæ vnione, pace, & tranquillitate, inter ecclesiam, & nationem prædictam, perpetuo solidandis & conseruandis, diuersa rationabilia & vtilia ordinationes & statuta, à partibus ipsis hinc inde approbata, laudata, conclusa, acceptata & concordata, fecerunt ac ediderunt, nobisque humiliter supplicari fecerunt, vt illis pro firmiori eorum subsistentia, robur apostolicæ firmitatis adijcere, nec non auctoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur. Nos itaque qui statuta, ordinationes, & concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, magnorum maturitatis, auctoritatis, & literaturæ viros, diligenter examinari & discuti fecimus, eaque rationabilia & salubria tam ecclesiæ quam nationi præfatę fore comperimus; de dictorum, & aliorum venerabilium fratrum nostrorum prædictæ Ecclesiæ Cardinalium, consilio & assensu, Apostolica auctoritate, & ex certa scientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, iuxta modum & formam subsequentes. Placet nobis super prouisione ecclesiarum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, nris scripti reseruatione, & Execrabilis, ac Ad regimen, constitutionum, modificatis vt sequitur. Ad regimen ecclesiæ generalis, quanquam immeriti, superna dispositione vocati, gerimus in nostris desiderijs, vt debemus, quod per nostræ diligentiæ studium, ad quarumlibet ecclesiarum & monasteriorum regimina, & alia beneficia ecclesiastica, iuxta diuinum beneplacitum, & nostræ intentionis affectum, viri assumantur idonei, qui præsint & prosint committendis eis ecclesijs, monasterijs, & beneficijs prælibatis. Præmissorum itaque consideratione inducti, & suadentibus nobis alijs rationabilibus causis nonnullorum prædecessorum nostrorum Ro. Pont. vestigijs inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias, & etiam monasteria, prioratus, dignitates, personatus, & officia, necnon canonicatus, præbendas, & ecclesias, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, secularia, & regularia, quæcunque, & qualiacunque fuerint, etiam si ad illa personæ consueuerint, seu debuerint per electionem, seu quemuis alium modum assumi, nunc apud sedem apostolicam quocunque modo vacantia, & in posterum vacatura: necnon per depositionem, vel priuationem, seu translationem per nos, seu auctoritate nostra factas, & inantea faciendas vbilibet: necnon ad quæ aliqui in concordia vel discordia electi siue postulati fuerint, quorum electio

Federicus Imperat. Principesq; Germaniæ, & legatus Apostolicus ordinationes siue concordata fecerunt.

Quæ Pont. ipse approbat.

De Eccles. & Beneficijs Sedis Apostolicæ reseruatis.

cassata,

caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa auctoritate noſtra extiterit, ſeu quorū electorum, vel poſtulatorum, & inantea eligendorum ſeu poſtulandorum electionem caſſari, ſeu poſtulationē repelli aut renunciationem admitti per nos, aut auctoritate noſtra continget apud ſedem prædictam, vel alibi vbicunque, & etiam per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut officialium dictæ ſedis quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarij, Camerarij, ſeptem Notariorum Auditoris, literarū contradictarum, & apoſtolici palatij cauſarum Auditorum, Correctorum, centum & vnius Scriptorum literarum apoſtolicarum, & vigintiquatuor Pœnitentiariæ præfatæ ſedis, & vigintiquinque Abbreuiatorum, necnon verorum Commenſalium noſtrorum, & aliorum vigintiquatuor Capellanorum ſedis eiuſdem in epitaphio deſcriptorum) & etiam quorūcunque Legatorum, ſeu collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſiæ Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel deputandorum, aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia, & inantea vacatura vbicunque dictos Legatos, vel Collectores, ſeu Rectores, & Theſaurarios antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis, necnō quorumlibet pro quibuſcunque negotijs ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales non diſtantibus iam forſan obierint, vel eos inantea ab hac luce tranſire contigerit, & etiam ſimili modo quorūcunque curialium peregrinationis, infirmitatis, ſeu recreationis, vel alia quacunque cauſa ad quæuis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas dietas ab eadem curia, vt præmittitur, non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri, etiam nunc per obitum huiuſmodi vacantia, vel in poſterum vacatura, Rurſus monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus, decanatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica ſecularia & regularia, cū cura, vel ſine cura, quæcunque, & qualiacunque fuerint, etiā ſi ad illa perſonæ conſueuerint ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi, quæ promoti per nos ſeu auctoritate noſtra ad Patriarchalium, Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium eccleſiarum, necnon monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quocunque modo vacantia, aut in poſterum vacatura, necnon etiam per aſſecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, eccleſiarum, aut beneficiorum aliorum per nos, ſeu auctoritate noſtrarum literarum immediate collatorum, ſeu conferendorum in poſterum, præterquam ſi virtute gratiæ expectatiuæ aſſecutio fiet, nunc vacantia & inantea vacatura, plena ſuper præmiſsis omnibus, & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta, ordinationi, diſpoſitioni, ac prouiſioni noſtræ, de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate apoſtolica reſeruamus, Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſsis & quolibet eorum, per quoſcunque, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Clauſula irritās.

Item placet nobis, quod in Metropolitanis & cathedralibus etiam immediate non ſubiectis eccleſijs, & monaſterijs immediate ſubiectis ſedi apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ quæ ad dictam ſedem deferantur, quas etiam ad tempus conſtit. fe. rec. Nicolai Papæ III. quæ incipit, Cupientes; expectabimus: & elapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ, minus canonicæ fuerint, prouidebimus; & ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili, & euidenti cauſa, ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & vtiliori perſona duxerimus prouidendū: prouiſo quod confirmati prædicti, & per eos prouiſi, Metropolitanis ſuis, & alijs præſtent debita iuramenta, & alia, ad quæ de iure tenentur, etiam in monaſterijs dictæ ſedi immediate non ſubiectis, & alijs regularibus beneficijs; ſuper quibus pro confirmatione, vel prouiſione ad dictam ſedem non conſueuit haberi recurſus, electi, ſeu illi quibus prouidendum eſt, pro confirmatione & prouiſione huiuſmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur: ipſaque regularia beneficia ſub expectatiuis gratijs non cadant. Vbi autem pro monaſterijs ad dictam curiam venire ſeu mittere conſueuerint, non aliter confirmabimus vel prouidebimus, quam ſuperius de cathedralibus eccleſijs eſt expreſſum. Et de monaſterijs monialium non diſponemus, niſi ſint exempta, & tunc per commiſsionē ad partes.

Nicolai 3. conſt. hic non habet.

De cæteris vero dignitatibus & beneficijs quibuſcunque, ſecularibus, & regularibus vacaturis, vltra reſeruationes prædictas (maioribus dignitatibus poſt Pontificales, in cathedralibus, & principalibus in collegiatis eccleſijs exceptis: de quibus iure ordinario prouideatur per illos inferiores, ad quos alias pertinet). Placet etiam nobis, quod per quācunque aliam reſeruationem, gratiam, expectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitionem, ſub quacunque verborum forma per nos vel auctoritate noſtra factam vel faciēdam, non impediamus nos, quo minus de illis cum vacabunt de Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus, libere diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinebat: reſeruatione, alia ue quauis diſpoſitione auctoritate noſtra factis vel faciendis, non obſtantibus quibuſcunque.

De collatione beneficiorū vacantiū in menſibus ordinariorum.

Quotiens vero aliquo vacante beneficio in Ianuarij, Martij, Maij, Iunij, Septembris, & Nouembris menſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ ſedis reſeruatis non apparuerint infra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo apoſtolica auctoritate prouiſum fuerit, ex nunc & non antea ordinarius vel alius ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponere poterit: & ad finem vt hæc ordinatio collationum beneficiorum non reſeruatorum per alternos menſes poſsit per dictam nationem publicari, & omnes qui ea gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi, tunc quo ad dictam ſedem, à Kalendis Iunij proxime futuris ipſa currere incipiet, & durabit deinceps, niſi in futuro Concilio de cōſenſu dictæ nationis aliter fuerit ordinatum.

De collatione beneficiorū vacantium in mēſibus Sedis Apoſtolicæ reſeruatis.

In hoc tamē vide declarationē Greg. xiij. infr. conſt. 42. Quæ in Eccleſiarum.

Placet ſimiliter nobis quod circa prouiſionem dictæ ſedis ordinandam, modus annatarum hoc modo currat. De eccleſijs cathedralibus omnibus & monaſterijs, virorum duntaxat, vacātibus, & vacaturis, ſoluantur de fructibus primi anni à die vacationis, ſummæ pecuniarum in libris Cam. apoſt. taxatæ, quæ communia ſeruitia nuncupantur, & ſi quæ exceſsiue taxatæ ſint, quod prouideatur ſpecialiter in grauatis regionibus ſecundum qualitatem rerum, temporum, & regionum ne nimium prægrauētur, ad quod petentibus dabimus commiſsionem in partibus, qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annum à die habitæ poſſeſsionis pacificæ totius vel maioris partis, ſoluantur, & pro alia media parte infra annum ſequentem, & ſi infra annum bis vel pluries vacauerint, ſemel tantum ſoluatur: nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in eccleſia vel monaſterio tranſeat. De cæteris vero dignitatibus, perſonatibus, officijs, & beneficijs ſecularibus ac regularibus quibuſcunque, quæ auctoritate dictæ ſedis conferentur, vel de quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum expectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur annatæ ſeu medij fructus iuxta taxam ſolitam à tempore poſſeſsionis intra annum, & debitum huiuſmodi, ſimili-

De Annatarum ſolutione.

De quo vide Inno. 8. cōſt. 1. Apoſtolicæ. cum ibi not.

ter in

ter in successorem in beneficio non transeat. Sed de beneficijs quæ valorem vigintiquatuor florenorum auri de camera non excedant, nihil soluatur: duretque hæc obseruantia deinceps, nisi eam similiter in futuro concilio de ipsius nationis consensu contingat immutari. In alijs autem quæ per fe. re. Eugenium Papam IIII. etiam prædecessorem nostrum pro dicta natione vsq; ad tempus futuri generalis concilij permissa, concessa, indulta, & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiæ præsenti non obuient, ista vice nihil volumus esse immutatum: & per hoc quod in concordatis huiusmodi, siue quibusuis alijs eorum occasione conficiendis literis, propter compendiosiorem descriptionem, Alamania specialiter appellatur, natio ipsa censeri non debet à Germanica natione distincta, seu quomodolibet separata. Et præterea quia difficile foret præsentes literas ad singula in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca, deferri, eadem Apost. auctoritate decernimus quod ipsorum transumpto Metropolitanorum dictæ nationis sigillo munito, tãquam præsentibus si exhiberentur literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur ac si dictæ præsentes literæ forent exhibitæ, vel ostensæ: & insuper quoq; irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorãter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, cõmutationis, reseruationis, cõstitutionis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Kal. Aprilis, Pontifi. nostri anno secundo.

Eugen. 4. const. hic non habet.

Clausula irritãs.

I I.

De pœnis deferentium & mittentium arma, victualia, mercimonia &c. in partibus Saracenorum &c. ac fautorum eorum.

NICOLAVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

OLIM tam in generali quam in Lugdunensi postmodum sublituto concilijs, per sedem Apostolicam celebratis, in illos falsos, & impios Christianos, qui contra Deum & Christianum populũ, Saracenis ferrum, arma, quibus Christianos impugnent, & lignamina galearum, & aliorum vasorũ nauigabilium, deferunt ad eos; & qui eis galeas vendunt, ac naues; quiq; in pyraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis & quibuslibet alijs, eis impendunt auxilium, vel consilium, vel fauorem, in Christianorum dispendium, & specialiter Terræ sanctæ; fuit excommunicationis sententia promulgata; ipsosque rerum suarum priuatione mulctari & seruos capientium fore censuerunt concilia supradicta; expresse quoque in ipsis præcipitur, vt talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum quod de commercio tã damnato perceperint, & tantundem de suo, in subsidium terræ memoratæ præstiterint, vt æquo iudicio in quo deliquerit, puniatur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terræ, duximus hactenus statuendum, vt nullus equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quoque mercimonia, in Alexandriam, vel alia loca Saracenorũ terræ Aegypti deferre, vel mittere, seu partibus eorum, vt eisdem deferãtur, extrahere, vel extrahi permittere, aut consilium, vel fauorem præstare quoquomodo præsumat; ac illos, qui contra huiusmodi constitutionem nostrã ausu temerario venire tentauerint, eo ipso excommunicationis sententia decernimus subiacere, à qua nõ possit absolui, nisi tantum de bonis proprijs, in dictæ terræ Sanctæ subsidium conuertendum ex soluerit, quantũ ad partes prædictas extulerit, vel miserit, & deferre, vel de ipsorum partibus extrahi permiserit, ad eosdem deferendum. Et nihilominus si personas eorum capi contigerit, in seruitutem, & capiẽtium illorum esse volumus, in quorum ceciderint captionem. Volentes autem in hac parte solertius prouidere, quanto amplius exigere hoc noscitur vrgens necessitas dictæ Terræ, Apostolica auctoritate statuimus, vt nullus omnino aliqua victualia, vsque ad decennium, à data præsentium computandum; alia vero prædicta, ad aliquod, seu aliqua de eisdẽ, aut aliud, quodlibet (victualibus sicut præmittitur vsque ad prædictum tempus duntaxat exceptis) quacunque occasione, vel causa, seu quouis ingenio, vel quæsito colore, vllo vnquam tempore in Alexandriam, vel partes Aegypti, seu terras Soldano subiectas, mittere vel deferre præsumat, vel quantum in eo fuerit, mitti vel deferri permittat; auctoritate decernimus eadem, vt hi, qui contra huiusmodi statutum nostrum quolibet modo venire præsumpserint, præter pœnas prædictas, quas ipso facto incurrere volumus perpetuo sint infames, & intestabiles habeantur, ita quod nec testari, nec legata eis, seu relicta percipere valeant. Et insuper ad successiones tam ex testamento, quam ab intestato sint prorsus, & reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, fiatq; illis actus legitimi perpetuo interdictis; & postquam de huiusmodi temeritate constiterit, diebus festiuis & dominicis publice nuncientur, & ad fiscum bona omnia deuoluantur. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostri statuti, & constitutionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ &c. Datum apud Vrbem veterem, x. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Lugdunense, & alia Concilia multas pœnis innodarunt, deferentes, & mittentes arma, &c. Saracenis, &c.

Pont. easdem et maiores pœnas, his expressas imponit.

I I I.

De Pœnis Officialium Sedis Apostolicæ & Clericorum Rom. Cur. sequentium concubinas tenere præsumentium.

NICOLAVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SI diligenter attendimus vitia singula, quæ in conspectu populi, decus vilescere faciunt clericale, & quam odibilis sit incestus in clero; crimen incestus huiusmodi, quod pleriq; propter illius impunitatem, sibi blandiuntur minime verecundum, imo quasi non fore peccatum, non immerito cohibere compellimur, & præsertim eo propensius in Curia nostra, quo illud ibidem videtur scãdalosius, & ab alijs perniciosius trahitur in exemplum. Hinc est, quod nos præsentis constitutionis edicto, Vniuersis & singulis Sedis Apostolicæ Officialibus, necnon quauis Romanæ curiæ officia exercentibus, etiam si ratione officiorũ huiusmodi, ipsius Sedis officiales non censeantur, & alijs quibuscunque clericis eandem curiam sequentibus, districtius inhibemus ne quisquam ex eis concubinam publice in domo sua, aut alibi, vt illius turpi commercio liberius

Officiales Sedis Apost. hic & clerici Rom. Curiæ concubinas tenere non præsumant.

rius

Cõtrauenientes priuatur officijs, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur.

rius vtatur, tenet, seu quicunq; mulierem ad aliorum turpem vsum huiusmodi, aut quamcunque mulierem in præsentiarum tenuerit, nisi post præsentium publicationem in valuis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Cancellaria nostra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ) infra nouem dies, ab huiusmodi excessu, realiter & cum effectu destiterit, ac concubinam seu mulierem ipsam penitus & omnino dimiserit; quodque quisquis inantea cõcubinam vel mulierem talem tenere præsumpserit, omnibus beneficijs suis ecclesiasticis, necnon quæ in dicta curia obtinent vel exercent officijs, sint ipso facto priuati, illaque extunc possint per quoscunque alios libere impetrari; ijdemque priuati, necnon quicunque alij concubinas & mulieres huiusmodi, contra præsentem prohibitionem, tenere præsumentes; inhabiles censeantur ad beneficia obtinenda, & in dicta Curia officia huiusmodi exercenda; nec illorum capaces efficiantur; nisi inhabilitatem suã antea, per dictæ sedis literas, obtinuerint aboleri; & interim per eos in prædictis gesta habeantur pro infectis. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, statuti, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, decimo Kalend. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

IIII.

Declaratio super contractibus censualibus in Regnis Siciliæ &c. celebrandis.

1. De forma creandi census habes generalem constitutionem Pij V. infra num. 80. Cum onus. Et de materia habes infra Pau. III. constit. 41. dilectus.

NICOLAVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITVDO pastoralis officij fores nostræ prouidentiæ pulsare non desinit, vt indemnitati ac statui prospero fidelis populi, curæ nostræ cœlitus commissi, iuris moderando rigorem, per optimæ prouisionis remedia, quantum ex alto nobis permittitur, salubriter consulamus. Sane, (sicut fide dignorum relatione didicimus,) in Regno Siciliæ, ac certis alijs dominijs & terris, charissimi filij nostri Alphonsi, Aragoniæ, & vtriusque Siciliæ Regis illustris, auaritiæ cœcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, quorundam oculos adeo excœcauit, vsurariaque prauitas illis in partibus tantum excreuit, quod incolæ, & habitantes partium illarum, pecunijs indigentes, eas vix aliter quam fœneratorum opera (quasi inauditum fœnus exercentium) consequi possunt: & cum eas acceperint, si in tempore percepta non restituant, breui eorum bona, insatiabili vsurarum voragine, miserabiliter consumuntur; & quod in dominijs, & terris ipsius Regis, vltra montes constitutis, videlicet in Regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Maioricarum, ac principatu Cathaloniæ, & comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, vniuersitates, & singulares personæ, tam ecclesiasticæ quam seculares huiusmodi, pecunijs indigentes, vt cum minori incommodo eas habere possint, per venditiones annualium censualium (quæ mortua nuncupantur) super domibus, possessionibus, & proprietatibus, specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum (mediante tamen instrumento gratiæ redimendi onera eorum) sibi vt plurimum prospicere, & consulere consueuerunt. Quod in prædictis eiusdem Regni partibus, & Regnis vltra montes constitutis, non solum in longam consuetudinem (de cuius cõtrario memoria hominum non existit) more vtentium deductum est, sed etiam per municipalia huiusmodi Regnorum & partium iura, per Regem ipsum, seu eius prædecessorem, cum consensu trium brachiorum (videlicet Ecclesiastici, Militaris, & Regalis) promulgata, specialiter confirmatur. Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium & dominiorum eiusdem Regis, vltra montes constitutorum, indigentibus, per huiusmodi censualium venditiones subueniri, ipsique fœneratorum vsuris eximi possint; sed quia in hoc, pecunijs abundantes, dubitant vsurariam prauitatem committere, & sic eisdem indigentibus more præmisso succurrere formidant, in indigentium detrimentum, & fœneratorum quorundam euidens incrementum; pro parte eiusdem Regis, asserentis se, & subditos serenitatis suæ, quamplures grauium vsurarum voraginibus, magnis hactenus pecunijs exhaustos existere, alios quoque in dies pecunijs egentes, fœnore magis atque magis opprimi & vexari; nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis paterno compatientes affectu, in primis de opportunæ prouisionis opere soccurrere, præfatasque censualium venditiones, cum clausulis & cautionibus, ad earum validitudinem, inter venditores & emptores mutuo consensu ineundis, absque læsione conscientiæ, in Regnis Siciliæ, citra & vltra Pharum fieri posse, decernere, & declarare, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur pro debito pastoralis ministerij nobis diuinitus iniuncti, super his salubriter prouidere, ac statui, & indemnitatibus incolarũ & habitatorum Regnorum & terrarum dicti Regis, citra montes constitutorum, præsentium & futurorum, quãtum cum Deo possumus, subuenire cupientes: & attendentes quod clero terrarum & dominiorum ipsius Regis, citra montes constitutorum, in suis olim indigentijs per venditiones prædictorum censualium, auctoritate Apostolica, pluries cõsultum & prouisum fuit; præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati, tam eidẽ Regi, quam huiusmodi Regnorum Siciliæ, citra & vltra Pharum, omnibus & singulis incolis, habitatoribus, ac locorum, ciuitatum, & terrarum vniuersitatibus, præsentibus & futuris, huiusmodi cẽsualia, super rebus & proprietatibus suis, ac facultatibus & emolumentis eorũdem, instrumento gratiæ, pro consimili pretio illa redimendi mediante (dummodo annualis census huiusmodi censualium, decimam partem principalis recepti seu pretij eorũdem, non excedat) inter se contrahendi, vendendi, & emendi, cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate; ac cum potestate vendentes personas, eorumque proprietates, reditus, iura, iurisdictiones, census, ac omnia & singula mobilia & immobilia bona, obligandi, & obligari faciendi; ac etiam quascunque alias obligationes & submissiones cuicunque foro, nec non renũciationes, promissiones, stipulationes, pœnis, iuramentis, & alijs cautionibus vallatas, & alia quæcunque, de quibus inter ementes & vendentes huiusmodi censualia, conuentum & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberam, auctoritate Apostolica; tenore præsentium, concedimus facultatem, Decernentes & declarantes eosdem incolas & habitatores, ac ciui-

In Regnis Siciliæ, contractus censuales multis modis fiebant vt hic.

Supplicatũ fuit Pont. vt desuper prouideret.

Ideo Pont. declarat licere creari cẽsus dummodo annuus cẽsus soluẽdus nõ excedat decimã partem principalis sortis receptæ.

tatum

tatum & terrarum vniuersitates, censualia prædicta, modo præmisso, in Regnis ipsis Siciliæ, citra & vltra Pharum, libere & licite contrahere, ac emere, & vendere posse, neque propterea vsurariam prauitatem committere (dummodo alias quam vt præmittitur, quodlibet annuum censuale, decimam partem recepti seu pretij venditionis ipsius oon excedat, & pensionibus seu annualitatibus illorum, in sortem non computatis, pro totali redemptione, præter principalem summam, nihil vltra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore. Noo obstantibus constirutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs Apostolicis, nec non statutis, etiam municipalibus, vel regalibus, & consuetudinibus ciuitatum, & terrarum Regnorum prædictorum Siciliæ, citra & vltra Pharum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque alia firmitare roboratis, etiam si de eis facienda esset specialis mentio (quæ hic haberi volumus, & habemus pro sufficienter expresis) cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & declarationis infringere, vel ei ausu remerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omniporentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, pridie Calend. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto. Clausula derogatoriæ.

Pont. supradictus obijt Roma 9. Cal. Aprilis 1455. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

CALIXTVS TERTIVS

Valentinus è Castro Sauinæ ex familia Borgia Coronatus Romæ xij. Cal. Maij 1455.

I.

Confirmatio constitutionis Innoc. 4. de prædicando verbo crucis &c.

CALIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis Prædicatorum inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Prouincia Lombardiæ constitutis, præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

INIVNCTVM nobis desuper apostolicæ seruitutis officiũ, digne tũc peragere oon ambigimus, si Romanorum gesta Pontificũ prædecessorẽ nostrorũ, quæ pro expugnatione letiferæ pestis hæreticæ prauitatis, prouide emanasse comperimus recẽsentes, innouantesq; illa, pro ipsius hæresis extirpatione, & fidei apostolicæ augmento etiam nostro munimine roboramus. Dudum siquidem à fel. re. Innocentio Papa IIII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis. Innoc. 4. constitutiones Pontifex hic mittit, non habes. Sed similem & quasi eãdem ipsius Innoc. cõstit. habes supra fol. 13. nu. 11.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris, in prouincia Lombardiæ, Salutem & apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in Prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad expurgationem pestis eiusdem iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant, stentq; nobiscum pro euangelicis quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Vide igitur, quæ ibi notaui. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, cõtra hæreticos eosdẽ, eorũq; fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam prauitatem eandem votũ assumpserint, crucis charactere consignare. Vt aũt vobis de prædicatione hmôi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint, copiosæ mercedis præmiũ afferatur; vobis & eisdem fidelibus, illam indulgentiã illudq; priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali cõcilio cõceduntur. Cum aũt hmôi verbum Crucis per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendũ verbũ ipsum deuote affuerint, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis pœnitentijs, libera sit vobis & singulis vestrum de nostrã concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua ciuitas, vel communitas, vel persona, cuiuscunque cõditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire: vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodẽ: immo si quicunq; requisiti, illud fouere neglexerint, & iuxta officium, & posse suũ studiose iuuare, cõtra eos tanquã cõtra defensores & fautores hæreticorũ, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia exegerit, Reges & Principes Christianos, nec non Crucesignatos pro terræ sanctæ succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis, fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defensare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ Id. Iulij. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Cum autẽ sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, de viribus literarũ earundem ab aliquibus hæsitetur: Nos ad extirpationẽ hmôi virus insanabilis, totis viribus intendentes, literas præinsertas auctoritate apostolica, tenore præsentium innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, approbationis, cõfirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1458. Id. 7. Iul. Pontifi. nostri anno quarto. Confirmatio inserte constitutionis.

Pont. supradictus obijt Romæ 3. Non Augusti. 1458. & sepultus fuit in sacrario Basilicæ S. Petri.

PIVS SECVNDVS

Tuscus Senensis ex familia Piccolominea Coronatus Romæ iij. Non. Settemb. 1458.

I.

Erectio Ecclesiæ Senensis in Metropolim & Archiepiscopatum.

Similem erectionem fecit Greg. XIII. de Ecclesia Bononien. vt habes infra in eius const. 83. Vniuersi.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

TRIVMPHANS Pastor æternus, gloriosa sanctorum traditione patrum, vt suum saluaret populum, directis in Monte colloquijs, eruditionis sacratissimæ præmisit mysteria; quod ignis in altari, sacerdotis cõfoueatur officio; & vt sine intermissione comburat, ligna ei subijcere, illius nõ cesset ministeriũ studiosum. A latere quippe Dei, cor fidelis habetur cuiuslibet, in quo ipsis ardor ignis indesinenter eapetitur, quo velut flammã ardentis necesse est incendere charitatis. Sancta vero & immaculata (quã Pastor ipse, adueniente tẽporis plenitudine, eius vnigeniti gloriosissimi aspersione sanguinis, fundari, consecrari, & æternaliter stabiliri censuit) mater Ecclesia, ignis eiusdem sacri ductu, flammarũ splẽdore vestita, quos regenerauit in Christo, nexus charitatis ipsius compage, fideles stringit vniuersos, & ecclesias alias suas, tãquam adolescẽtulas, ignis hmõi cõfouet ardoribus, & scintillis adornat claritatis. Nos itaq; illius summi directione Pastoris (qui Ecclesiæ ac fidelium eorundem, nostræ cõmisit insufficientiæ curã; nosq;, licet immeritos, in ipsius Montis verticem, ad summi sacerdotis pontificiũ conscendere voluit) hmõi instructi documẽtis, adolescentulas ipsas, earumq; pastores, in partẽ sollicitudinis, cõsilij cœlestis dispositione, vocatos, in charitatis visceribus ardentius cõplectentes; vt ea summopere nostri ministerij dona cõgeramus; nostros cõtinue diffundimus cogitatus, per quæ ad exaltationẽ & incrementũ status Ecclesiarũ, intendenda quoq; compunctionis antidotis, & amore fulcienda diuino, corda fidelium eorundẽ, ignis hmõi, colans & emũdans quidquid humanæ fragilitatis suasu offensionis aut cõtagionis irrepserit, validiores euitrare possit afflatus, & pro decoris adolescentulis eisdẽ (quæ Regis habitatio sunt æterni) speciosiora elargita insignia, gratioribus ipsa

Causa istius constitutionis.

mater Ecclesia munita propugnaculis, pulchra veluti & decora Hierusalẽ filia, gregẽ depascat nitidũ, charitatis & virtutũ radijs fœcũdius illustratum. Ad venerabilem igitur Eccles. Senen. agro irriguo (celebris videlicet & insignis congregationis populiq; venustate) circundatam, singularesq; hmõi congregationis palmites, quos (eis de cœli rore & terræ pinguedine benedicens, qui nunc candidior inter lilia pascitur) munere & meritis ampliauit, eorumq; loca extendit Altissimus, paternæ non immerito dirigentes considerationis intuitum; sperantesq; quod (eo, qui charismatum largitor est omnium, dirigẽte Domino; & Spiritus almifici, qui, prout vult, sua dispensat dona, gratiarum imbre refectos de virtute in virtutem, palmitibus ipsis, ad illorum ædificationẽ, tranquillum quoque & prosperum, sub timore diuino, confouendum statum, mutuæ charitatis vicissitudine) fructus dietim affluant ampliores; tantoque Apostolicam (in qua cælestis clauigeri Apostolorum principis, successores existimus) sedem, puris iugiter corde & animo venerari, illiusque votiuum intendere, successiue accuratioribus debeant studijs; quanto copiosiori eius vbertate distenta apostolicorum elargitione munerum, acceptiora congratulentur impendia liberalius acceptasse; Præmissis & nonnullis alijs rationabilibus, nostrũ ad id animum inducentibus causis, matura super his cum venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus, deliberatione præhabita, de illorum quoque consilio & assensu, ac Apostolicæ plenitudine potestatis, ad omnipotentis Dei, totiusque curiæ supercœlestis laudem & gloriam, fidei prorogationem, orthodoxæ Ecclesiæ vniuersalis, diuinique cultus, & omnium fidelium animarum salutis augmentum; Ecclesiam præfatam (quæ de prouincia Romana esse dignoscitur) à iure Metropolitico, & Romana prouincia huiusmodi, omnino segregamus & eximimus, necnon in Metropolim; & sedem Episcopalem Senensem, in Archiepiscopalem, auctoritate Apostolica, erigimus; eandemque Senẽsem Ecclesiam, dignitatis Metropoliticæ honore, decorisque titulis, ex specialis dono gratiæ decoramus, ac etiam insignimus: Necnon venerabili fratri nostro Antonio, Episcopo moderno, & successoribus suis, dictæ Ecclesiæ Senensis præsulibus, qui erunt pro tempore, pallium, in signum plenitudinis videlicet Pontificalis officij, assignandum fore; Ecclesiamque Senensem, Metropolitanam, & præfatos præsules Archiepiscopos censeri, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere; Archiepiscopalia quoque & Metropolitica insignia gerere, iura, iurisdictiones, & cætera singula, prout Metropolitanis in eorum ciuitatibus diœcesibus & prouincijs, à iure indultum existit, facere, exercere, administrare, & exequi posse, eadem auctoritate concedimus; Necnon filias nostras prædilectas Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. ecclesias, cum suis ciuitatibus & diœcesibus, iuribus, & pertinentijs vniuersis, Ecclesiæ Senen. & Archiepiscopis præfatis, tãquam illorum Metropolitanis, & de eorum prouincia, ac modernos, & pro tempore existentes Suanen. Clusin. Grossetan. & Massanen. Ecclesiarum præfatarum Episcopos, necnon Ecclesias ipsas, quæ (videlicet, Suanen. Clusin. & Grossetan.) Romanæ; necnon (videlicet Massanen. Ecclesia, huiusmodi) Pisan. Ecclesijs subiectæ existunt; ab eisdem Roman. & Pisan. ecclesijs, & eorum prouincijs, omnino segregamus, illasque Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. præfatis Archiepiscopis, pro eorum suffraganeis, perpetuo subijcimus, & subiectas esse volumus per præsentes. Ita quod Archiepiscopi Senen. in eisdem Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. ciuitatibus, & diœcesibus, ius Metropoliticum sibi vendicent; necnon Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. Episcopi præfati, eidem Metropoli, & Archiepiscopis, ad omnia & singula habeantur & sint adstricti, ad quæ suffraganei, suis Metropoliticis ecclesijs, ac Metropolitanis tenentur & obligati iudicantur secundum canonicas sanctiones. Volentes præterea, & etiam statuen. quod Archiepiscopi & Senen. Ecclesia præfati, omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, gratijs, & indultis Apostolicis, ac alijs quibuscunque potiantur & gaudeant,

Eximit Eccl. Senen. à Prouincia Romana, & erigit in Archiepiscopatum.

Et dictæ Ecclesiæ & eius Archiepiscopo concedit gratias de quibus hic.

quibus

quibus de iure Archiepiscopi, ecclesiæq; Metropolitanæ, & earum Capitula, vtuntur, potiuntur, & gaudent; nec non Ecclesia Seneo. præfata, & illi qui ei hactenus præfuerunt ante erectionem huiusmodi, etiam de consuetudine, quomodolibet vti poterant, potiri, & gaudere; Quodque suffraganei præfati, ac earundem Suanen. Clusin. Grossetan. & Massan. ciuitatum diœcesumque clerici & laici, præfatis Archiepiscopis, veluti ipsorum Metropolitanis, debitos exhibeant obedientiam, reuerentiam, pariter & honorem; Et insuper irritum ex nunc decernimus & inane, si secus super his, à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus quod Ecclesiæ ipsæ vt præfertur subiectæ fuerint, ac constitutionibus Apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus Ecclesiarum præfatarum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ segregationis, exemptionis, erectionis, decorationis, concessionis, subiectionis, voluntatis, statuti, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Senis, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, decimo Calen. Maij, Pontificatus nostri anno primo. — Clausulæ derogatoriæ.

G. Lollius.

II.

De præcedentia Episcoporum aliorumque ad Cathedrales Eccles. electorum, ac Protonotariorum Apostolicorum.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM seruare in rebus ordinem atque modum, ad Romanum Pontificem maxime pertineat; ordo vero, in eo potissimum consideretur, vt secundum suam quique dignitatem, aut præcedant, aut sequantur: habita cum venerabilibus fratribus nostris Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, exacta & diligenti deliberatione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de eorundem fratrum nostrorū consilio pariter & assensu, statuimus, decernimus, ordinamus, atque mādamus, vt Notariorum nostrorum (quos vulgo Protonotarios, quasi per excellentiam quandam, non ab re, consuetudo vocitat) nullus deinceps Episcoporum venerando sanctoq; ordini, tanquam honorabiliorem, sese audeat anteponere; sed in Capella quidem nostra, in bancho seu scamno secundo, post Episcopos, seorsum sedeāt, secundum ordinem institutionis eorum. In consistorijs verò publicis, (vbi de rebus quæ geruntur, vt auctentica conficiant documenta, rogari consueuerunt) quatuor ex ēis qui numerarij dicuntur, aut ipsis absentibus, totidem ex alijs, secundum institutionem eorum seniores, iuxta gradum Apostolici solij, honorabiliorem teneant locū, sediq; nostræ proximiores assideant. In alijs autem locis, tam in curia quam extra, vbiq; gentium atq; terrarum, Archiepiscopos & Episcopos omnes, Notarij nostri sequantur, eisque cedant; & quod in Episcopis sancimus, ad ecclesiarum Cathedraliū auctoritate Apostolica electos pariter & confirmatos, extendimus. Nulli ergo &c. hanc paginam nostrorum statuti, constitutionis, ordinationis, mandati, & extensionis, infringere &c. Si quis autem &c. Datum Mantuæ, anno Incarnationis Dominicæ, 1459. pridie Idus Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

Episcopi præcedant Protonotarijs.

Protonot. locus in Capella Papæ.

Protonot. locus in Cōsistorijs.

Electi ad Eccles. Cathedrales præcedant Protonotarijs.

III.

De prohibitione appellandi ad futurum Concilium à sententijs siue mandatis Pontificis, & pœnis appellantium eorumq; fautorum.

Hæc const. confirmatur & ampliatur infra per Iul. 2. const. 2. Suscepti.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

EXECRABILIS, & pristinis temporibus inauditus, tempestate nostra inoleuit abusus, vt à Romano Pontifice, IESV CHRISTI Vicario (cui dictum est in persona beati Petri, Pasce oues meas: &, Quodcunq; ligaueris super terrā, erit ligatum & in cœlis; nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate iudicij, sed cōmissi euasione peccati, ad futurum concilium prouocare præsumāt: quod quātū sacris canonibus aduersetur, quantūq; Reip. Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus iurium, intelligere potest. Namq; (vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissime refragātur) quis nō illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur quod nusquā est, neq; scitur quando futurū sit? Pauperes à potētioribus multipliciter opprimūtur, remanent impunita scelera, nutritur aduersus primā Sedē rebellio, libertas delinquēdi cōceditur, & omnis ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo cōfunditur. Volentes igitur hoc pestiferum virus à Christi ecclesia procul pellere, & ouium nobis cōmissarū saluti consulere, omnemq; materiā scandali, ab ouili nostri Saluatoris arcere, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cunctorumque Prælatorum, ac diuini & humani iuris interpretum, curiam sequentium, consilio, & assensu, ac certa nostra scientia, huiusmodi Prouocationes damnamus, & tamquam erroneas ac detestabiles reprobamus; cassantes, & penitus annullantes, si quæ hactenus taliter interpositæ reperiantur, easque, tamquam inanes, ac pestiferas, nullius momenti esse decernimus, ac declaramus: præcipientes deinceps vt nemo audeat quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententijs, siue mandatis quibuscunque nostris, ac successorum nostrorum, talem appellationem interponere, aut interpositæ per alium, adhærere, seu eis quomodolibet vti. Si quis autem contrafecerit, à die publicationis præsentium, in Cancellaria apostolica, post duos menses, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, etiam si Imperiali, Regali, vel Pontificali præfulgeat dignitate, ipso facto sententiam execrationis incurrat, à qua nisi per Romanum Pontificem, & in mortis articulo, absolui nō possit. Vniuersitas vero siue collegium, ecclesiastico subiaceat interdicto: & nihilominus tā collegia, & vniuersitates, quā prædictæ & aliæ quæcunq; personæ, eas pœnas ac censuras incurrāt, quas rei Maiestatis, & hæreticæ prauitatis fautores, incurrere dignoscuntur. Tabelliones insuper, ac testes qui huiusmodi actibus interfuerint, & generaliter qui scienter consilium, auxilium dederint, vel fauorem talibus appellantibus, pari pœna plectantur. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum voluntatis, damnationis, reprobationis, cassationis, annullationis, decreti, declarationis, & mandati, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-

Quæ mala causentur ex prouocationibus ad futurum Cōcilium.

App. ad futurum Concil. annullantur & damnantur.

Nota quod defectū omnisſæ publicationis suppleuit Iul. 2. inf. const. 2. Suscepti.

Contrauenientes eorūq; fautores pœnas hic positas incurrunt.

tem hoc

tem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Mantuæ, anno incarnationis Dominicæ, millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo nono, quintodecimo Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

IIII.

Declaratio quod omnes teneantur ad soluendum fidam pro animalibus in Dohana Prouinciæ Patrimonij affidatis.

Hæc const. declaratur & ampliatur infra per Innoc. 8. const. 15. cum sæpe Alex. 6. const. 5. Romani Iul. 3. const. 58. cum inter & Greg. xiij. const. 46. decer. Et de materia vide const. quas indicauero infra in Pauli 2. const. 1. Quoniam.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CIRCVMSPECTA Romani Pontificis prouidentia, ad ea libenter intendit, per quæ indemnitati Cameræ Apostolicæ (cui diuersa impensarum onera, pro Roman. Ecclesiæ statu conseruando, quotidie incumbunt) debite prouidetur. Sane ad aures nostras nuper peruenit, quod aliqui tam de prouincia nostri Patrimonij Beati Petri in Tuscia, quam de alijs prouincijs, terris, & locis, in Dohana dicti Patrimonij, alienisque pascuis in dicta prouincia situatis, animalia sua conducentes & pascuantes, aliquas minus rationabiles minusque admissibiles causas allegantes, fidam, & id quod ratione dictorum suorum animalium pascuantium in ipsa Dohana, & pascuis alienis prædictis, tenentur & obligantur iuxta morem dictæ Dohanæ, persoluere subterfugiunt, & omnino satisfacere recusant, in non modicum ipsius Dohanæ damnum, præiudicium, & iacturam. Prædictis igitur obuiare volentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, omnes & singulos tam de prouincia prædicti Patrimonij, quam alijs quibuscunque prouincijs, ciuitatibus, & locis, quæcunque & qualiacunque & quoscunque animalia sua, tam de præsenti quam in futurum in Dohana & pascuis alienis prædictis pascuentes, teneri & obligatos fore, pro animalibus prædictis, debitum Cameræ iuxta morē, & ordinem ipsius Dohanæ, integre persoluere. Mandantes propterea omnibus & singulis Rectoribus, Gubernatoribus, Potestatibus, Capitaneis, Vicarijs, Baricellis, & alijs officialibus quibuscunque, vbilibet constitutis, & in posterum constituendis, necnon Communitatibus, Vniuersitatibus, Dominis, Baronibus, Comitibus, & particularibus personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quatenus contra præfatam nostram declarationem, sub indignationis nostræ alijsque pœnis, in contrafacien. per nos arbitrio infligendis, aliquid attentare, seu, in totum vel in partem contradicere vel venire nullatenus audeant vel præsumant, immo verius ad omnem Dohaneriorum Dohanæ præfatæ pro tempore existentium, & eorum factorum, administratorum, seu ministrorum, & procuratorum tabellariorum, & ipsorum officialium quorumcunque tam pro pecunijs ipsius Dohanæ exigendis, quam alijs indemnitatem dictæ Dohanæ concernen. voluntatem, & requisitionē, eisdem & cuilibet eorum, fauoribus, auxilijs, & consilijs necessarijs & oportunis assistant & intendant, sub pœna mille ducatorum auri, & priuationis officiorum ipsorum, pro quolibet contrafaciente. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Senis, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, x i j. Calen. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Declarat omnes teneri ad solutionem fidę.

Præcipit officialibus ne obseruent hanc cōst. sed faueant Ministris Dohanę.

Contrauenientes officijs priuātur & pœnā duc. mil. incurrunt.

V.

De Vita & Canonizatione SS. Berardini & Catherinæ de Senis.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, vniuersis Christifidelibus, Salutem & Apostolicā benedictionē.

MISERICORDIAS Domini, quas in dies largius experimur, non satis explicare potest lingua mortalis. Vincunt humana eloquia, diuina beneficia. Nec homini datum est creatorem suū abunde collaudare, nec si omnes artus conuerterentur in linguas: quomodo ex nihilo creati, de nō esse, producti sumus in esse: nec vel lapides, vel plantæ, vel animalia bruta, sed rationis participes, diuinorumq; capaces effecti sumus: ac non solum Angelis, sed ipsi quodammodo inuisibili & excelso Deo similes, gloria & honore coronati, super omnia opera eius, imperio potiti. Verum si nosipsos rebus cæteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta est, quam homo. Si Luciferi & sociorum eius superbiam præterimus, solus inter creata, rebellis Deo ingratissimus homo est. Reliqua omnia diuinam pietatem in suo esse collaudant, nec eius vnquā præceptis aduersantur, naturæ legibus parēt, & ea peragūt ad quæ producta sunt. Terra aratrū patitur, & suscipiēs semina, tanquam sub vsuris, multiplicata reddit, & imperio Dei obediēs, culta atq; inculta, humano generi cōsulit. Saxa in ædificiorum vsum recepta, præsto adsunt, nec scissa vel excocta resistunt. Fructificant arbores in agro virentes, & postea quam aruerunt, aut ignem nutriunt, aut ædes tectaque sustinent. Quanta herbarum siue in folijs, siue in radicibus, siue in floribus, siue in seminibus, siue in succis inest vtilitas? Quanta in fluminibus commoditas? Quanta in lacubus ac maribus, quæ dum nauigia subeunt, inter remotissimas gentes commercia præstant? Quid animalia cætera, siue aquatica, siue terrestria? In omnibus laudatur Deus, dum naturæ iussa capessunt. Elementa & sidera, faciunt imperata. Sol peragit cursum suum, nec præscriptas Zodiaci metas excedit. Nec alieno lucens lumine, suo muneri luna deest. Nec errantes errant stellæ, certum semper & statutum iter agentes. Omnia in cœlo & in terra laudant Deum, & in officio manentia, benedicunt ei, nec legi resistunt impositæ. Grauia deorsum cadunt, leuia sursum feruntur. Cuncta gratitudinem ostendūt, Deo parēt atq; naturæ: solus homo ingratus, inobediens ac rebellis inter creata repertus est, peruersi angeli ruinam imitatus. Ille in cœlo superbiens, creatoriq; similis esse cupiens, in abyssum præcipitatus, meditati sceleris pœnas dedit. Homo de limo factus, & in terra positus, suæ imbecillitatis immemor, & ipse quoque alta cupere cœpit, qui de ligno vescens prohibito, per boni & mali cognitionem, æqualitatem cum Dijs optauit: propter quod de paradiso deliciarum eiectus, in multas ærumnas datus est, & porta regni cœlorum clausa, mors introiuit in orbem terrarum, quæ nulli hominum parcit. Quantum filij Adæ ante diluuium aberrauerint, & quam procul à diuina voluntate

Inter creaturas homo magis ingratus fuit Creatori.

Elemēta omnia & animalia Creatori obediunt, & gratitudinē ostēdunt.

Homo autem æqualem se Deo fieri voluit.

voluntate recesserint, secuta vltio patefecit, quæ omnem carnem aquarum inundatione deleuerat, ea excepta quæ cum pio Noe in arca saluata est. Cæterum neque in filijs eius nequitia ac perfidia defuit. Malignati & ipsi sunt, & in omne prolapsi nefas. Turris Babel in contumeliam Domini cœpta est, & ibi labium vniuersæ terræ diuisum. Ab his bella introducta sunt, rapinæ, tumultus, incendia, cædes, adulteria, stupra, periuria, & idolorum cultus, & quidquid malorum libido aut superbia gignit. Paucissimi vsque ad Abraham reperti sunt diuinæ legis amatores: ille vero vnicum certumque pietatis exemplum, adeo voluntati Dei sese summisit, vt proprium filiū immolare non dubitaret. Propter quod in semine eius benedictæ sunt omnes gentes. Ex cuius liberis non solum prophetæ orti sunt, diuinæ legis prædicatores, sed ipse quoque saluator Christus, secundum carnem nasci dignatus est: qui pro salute humani generis cum in forma Dei, esset æqualis patri, exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens, & homo factus, tædia carnis subijt, tormenta & cruciatus pertulit. Et extremam mortem, non secundum naturam, sed violentam, sed ignominiosam, sed acerbissimam, & vix homini tolerabilem, in ligno crucis sustinuit. In quo moriens, mortem nostram destruxit, & vitam reparauit. Despoliauit inferos, abduxit sanctos patres, & victor mortis, ac diaboli triumphator, cœlum iam longo tempore clausum, aperiens, ascendit ad Patrem, nobisque viam ostendit, per quam sequi eum possemus, euangelica lege tradita, & baptismo cæterisque sacramentis apertis, per quæ lapsi repararemur & saluaremur. Nec tamen tot tantisque allecta beneficijs, nostra proteruitas ac malignitas conquieuit, nec gratum exhibuit animum, nec vitia deseruit homo. Sed quo maiori præuenti sumus munere gratiarum, eo magis ingrati reperimur, & ad illicita procliuiores. Nam quomodo sublimem diligimus aut honoramus Deum? Quomodo eius mandata seruamus? Quis sacrosancto Euangelio paret? Quæ reuerentia legum? Quis canonum metus? Quæ subiectio erga superiores? Quæ charitas erga inferiores? Quis æquitatis, quis iustitiæ cultus, quæ religio, qui mores hominum sunt? qui dicunt in cordibus suis, Non est Deus. Alij impia efferunt dogmata, & blasphemias in Deum cudunt. Alij voluptatum serui, nil aliud cogitant, nisi quomodo libidines suas expleant. Alij opibus inhiant alienis. Alij humanum sanguinem sitiunt. Rara innocentia est, eaque parum tuta. Neque propinquitatis iura prosunt, neque scriptæ, sanctæque moribus leges. Viribus & fraudibus cuncta obediunt, ita vt neque abs re princeps mundi huius appelletur diabolus, quando pars orbis maior, eius arbitrio ducitur. Nam quantum est, quod pseudoprophetæ Mahumetis infamia possidet? Orientis præcipuam portionem, & Aphricæ maxima regna, & in Hispania Granatenses: & in Græcia multæ prouinciæ sub Mahumete, Christum blasphemant. Nec parua est Iudæorum natio, per orbem terrarum late dispersa, sancti Euangelij & Christianæ legis inimica. Nec desunt in Septentrione, atque in Oriente cultores idolorum in angulum Europæ: Christianitas redacta est. Nam quamuis per Asiam, ac Libyam Christiani non pauci dispersi esse ferantur, non tamen illorum syncera est fides, qui procul ab Apostolica sede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes, improba quædam sapiunt, & multis erroribus scatent. Nec Christiani qui sunt in Europa, tam re quam nomine Christiani existunt. Adumbrata quidem & ficta est multorum religio, sicut opera ipsa manifestant. Nam quotus est qui digna Christiano faciat opera? A fructibus eorum cognoscetis eos, inquit in Euangelio dominus. Si viuimus, vt Christus iubet, Christiani sumus. Iohannes Apostolus eius, filios esse homines asserit, cuius opera faciunt. Si Dei mandata seruamus, Dei proculdubio filij sumus. Sin diaboli, ad eum pertinemus, dicente Domino; Vos ex patre diabolo estis. Dura sententia, & tamen vera. Illius quisque filius est, & ad eum pertinet, cuius mandata sectatur. Quantum autem ingrati Christiani a diuinis præceptionibus procul abierint, & quantum diabolicis suggestionibus adhæserint, per sese quis intelligit. Interroget quisque conscientiam suam, & retroactam ante oculos mentis vitam collocet: & quantum ab officio veri Christiani recesserit, palam cognoscet. Quæ cum ita sint, maxima est summi Dei benignitas, & incredibilis misericordia, quæ nos tolerat, & viuere sinit, expectans vt aliquando conuersi redeamus in viam. Sed inuenti sunt in omni ætate nonnulli Deo placentes, viri sancti, qui viuentes in carne, desideria carnis vicerunt, & cœlestem in terra vitam egerunt. Quorum meritis & intercessione sustentata est mundi machina, & comminatus ignis retentus, & ira Dei vltioque suspensa. Nec dubitamus, quin hodie quoque aliqui sint accepti Deo, quorum preces cœlestem nobis regem placatum, benignumque reddant. Inter alios autem qui Deo placuerunt, & diuinam nobis clementiam placauerunt, vrbs Senæ inter Etruscos nobilis, ætate nostra Bernardinū aluit, qui nobili loco natus, in adolescentiæ flore mundo renunciauit: & ingressus beati Francisci religionem, cum fratres sui ordinis procul abijsse ab institutis, & regula patris reperisset, eos acriter correxit. Et cum eos omnes in viam reducere non posset, sequestratis pluribus, quibus regulam reseruare placuit, cum his cœnobia frequentauit, quæ multa de nouo correxit, & sanctissimis institutis reformauit. Circuiuit Italiam prædicando, vitia fulminauit, virtutes erexit. Mira eius abstinentia fuit, mira integritas, moderata grauitas, eloquij multa suauitas, multa doctrina. Et quoniam verus erat paupertatis cultor, hostis pecuniæ, & omnium deliciarum inimicus, semper in eius vultu ingens alacritas emicuit, & in mente summa quies, vt qui sola innocentia gaudebat, nullius sibi conscius criminis: scandalis quam pluribus in Italia obuiauit, & multa miracula perpetrauit, propter quæ adhuc viuens sanctus habebatur, & miro plebium colebatur honore, nusquam sine populi frequētia, & singulari reuerentia receptus. Qui cum apud Aquilam Marsorum vrbem, huius vitæ cursum peregisset, a Nicolao quinto prædecessore nostro, ipso iubilei anno, cum Christianus orbis ad purgandas vitiorum sordes, frequens vrbem inuiseret, inter sanctos Christi confessores relatus est. Fuerat & in ætate superiori, parentum nostrorum memoria, in eadem vrbe, & in sexu fœmineo virgo Catherina, non minoris meriti, nec minus accepta Deo. Cuius preces in conspectu præcelsæ diuinitatis, humano generi admodum salutares, & olim suisse & nunc esse, & in posterum fore, non dubitamus. Nam sicut peccata malorum hominum, ac blasphemia iram Dei super nos prouocant, ita & sanctorum opera rogaminaque auertunt. Verum Catherina quamuis angelicam vitam in terris egerit, & ante annos octuaginta decedens, ad cœlum migrauerit, multisque signis, & gloriosis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter sanctas Christi virgines a militante Ecclesia recepta erat. Neque enim Romani Pontifices, qui ante nos fuerunt, id decreuerant. Voluerat Vrbanus sextus hunc ei honorem impartiri, & post eum Innocentius septimus, ac deinde Gregorius vndecimus, qui huius virginis, & sanctæ conuersationis eius, præcipuam habuere notitiam. Sed vexati perturbatione schismatis, quod eorum tempore viguit, & multis bellorum turbinibus ac molestijs agitati, diuino (vt dicimus) consilio id omiserunt, ne sæuiente diuisionis procella, quod sanctum vna obedientia decreuisset, prophanum altera censuisset. Dilata est res vsque ad tempora nostra, nobisque huius sacerrimæ virginis canonizatio reseruata, tanquā conterraneæ nostræ atq; cōciuis:

Et mala hinde scripta inde secuta fuerunt.

Saluator autem Christus ex semine Abraham nasci, & crucis mortem subire & humanam naturā saluare dignatus est.

Homo tamē magis ingratus est.

Et multi a fide Catholica deuiāt.

Semper tamē fuerunt aliqui viri Deo accepti qui eius irā placarūt.

Maxime Beatus Bernardinus Senensis qui religionē S. Frācisci ingressus fuit, innocentemque vitam duxit, & miracula fecit.

Et eū in Ciuitate Aquila obijsset a Papa Nicolao V. canonizatus & inter sanctos confessores relatus fuit.

Catherina Virgo etiā Senensis Angelicam in terris vitam duxit.

vt Senensis

Vrb. 6. Ian. 7. & Greg. 11. volebat eam canonizare, sed ob varios perturbationes non potuerunt.

vt Senensis virginis sanctitas, decreto Senensis hominis in Romana sede sedentis, prodiret in lucem. In qua re non imus inficias, affectum nos aliquem sanctum & pium traxisse. Quis est enim qui suæ vrbis præconia, suæ patriæ laudes, sui generis virtutes, non libenter vulgari procuret, cum id possit rite & honeste facere? Excellentia facta, & illustres virtute homines, & in omni genere, & in omni parte orbis, nemo est qui non cupidum præconizandi affectum habere videatur; libentius tamen & maiori cum iocunditate, sua in patria & in sua gente. Et si nos quidem beatæ Catherinæ sublimes dotes, nobile ingenium, diuinam mentem, sacratissimam voluntatem in omni natione quam lætissimi vidissemus, lætiores tamen in vrbe Senensi, quæ nos genuit. Siquidem meritorum eius longe magis peculiariter esse confidimus participes, quam si virgo hæc aut in Africa, aut in Scythia, aut in India nata fuisset. Neque enim fieri potest, quin sanctorum propinquitas aliquid habeat prærogatiuæ. Nihil tamen ob hanc caussam plus minusue dicere licet, quam verum est. Nec propter cognationem, aut patriæ charitatem, inter sanctos quisquam sine meritis, sine solito examine, sine consuetis solennitatibus referendus est. Quia propter & si iucunde audiuimus beatam Catherinam Senensem esse, cuius canonizatio petebatur, non tamen in eius canonizatione quidquam omisimus ex his, quæ tanta in solemnitate requiruntur. Aderant multæ preces non modo Senensis populi, verumetiam aliorum. Nam & charissimus in Christo filius, Fridericus Romanorum Imperator Augustus, simulque dilectus filius nobilis vir Paschalis Venetiarum dux, nobis supplicauit, ne hanc virginem suo in terris honore priuatam vlterius esse sineremus, in quam multorum populorum deuotio esset incensa, & multa de ipsa miracula vulgarentur. Mantuam vero petentes, cum inter eundũ apud Senenses aliquandiu supersedissemus, & ibi in consistorio publico ingentia eius merita & miraculosa signa nobis essent exposita, vehementesque preces porrectę, vt sanctorũ Christi honores illi decerneremus: haud quaquam statim annuimus, sed pro veteri consuetudine, tribus nostris sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, vni Episcopo, alteri presbytero, reliquo diacono, viuæ vocis oraculo commisimus, vt debitis habitis processibus de vita & moribus ipsius Catherinæ, deque miraculis eius, siue in vita, siue post mortem patratis, & de reliquis ad canonizationem necessarijs diligenter inquirerent, nobisque in secreto consistorio, vt moris est, fidelem relationem facerent. Commissarij per annum & vltra, donec ex Mantua Romam redijssemus, rem discutientes, inuentis processibus antiquis, apud Venetos & alibi habitis, examinatisque de nouo testibus, & summa cum diligentia cunctis ponderatis, cum seorsum inter Cardinales tantum, omnium quæ inuenerant, veracem nobis relationem fecissent, ac demum per aduocatum ea quæ nobis exposuerant, in publico cõsistorio denuo recitari curassent, postremo conuocatis in aula nostra Romæ vniuersis, qui secum erant, in curia ecclesiarum præsulibus, assistentibus nobis Cardinalibus, iterum Commissarij præfati per organum venerabilis fratris nostri Gulielmi Episcopi Portuensis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rursus cuncta quæ inuenerant, & rite probata videbantur, coram explicauerunt. Ex quorum relatione, quæ amplissima & ornatissima fuit, hæc summatim accepimus, quæ vera, comperta, cognita & explorata sunt. Virgo Catherina ex Ciuitate Senensi oriunda, mediocribus orta parentibus, prius Deo sese dedicauit, quam Deum posset per ætatem cognoscere. Sex annos nata, vt domino seruiret, eremum concupiuit: & vrbe egressa, in cauerna, loco solitario, delituit, quamuis iubente spiritu, paululum demorata, domum redierit. Angelicam salutationem edocta, quoties paternæ domus scalam ascendit, toties per singulos gradus, flexo geniculo, beatissimam virginem matrem Domini salutauit. Et anno currente ætatis suæ septimo, virginitatem suam consecrauit Christo: quem sua in maiestate sedentem mirabili visione cõtemplata est, & arcana cælestis aulæ vidit, quæ non potest effari lingua mortalis. Mundanas delicias a se omnes abdicauit. Orationi totam se dedit: corpusculum suum vigilijs, ieiunijs ac verberibus afflixit. Coæquales puellas, vt idem facerent, & docuit, & suasit. Pubes effecta, scissis crinibus, mortale coniugium recusauit. Conuicia & maledicta hominum spreuit. Beati dominici habitum, quem fœminæ gestant, de pœnitentia nuncupatæ, extorsit, protinusque impetrauit. Ancillare officium in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens, quam vilis apud homines & abiecta videri. Pauperibus Christi (nam id pater ei indulserat) larga manu subuenit: ægrotantibus summa diligentia ministrauit. Diabolicas tentationes & assiduas malignantium spirituum pugnas, patiẽtiæ clypeo & fidei galea superauit. Incarceratos & oppressos, quibus valuit modis, consolata est. Nullum ab ea verbum non religiosum, non sanctum excidit. Omnis sermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei & proximi, de cœlesti patria. Nemo ad eam accessit, qui non doctior meliorq; abierit. Doctrina eius infusa, nõ acquisita, fuit. Prius magistra visa est, quam discipula: quippe quæ sacrarum literarum professoribus, ipsisque magnarum ecclesiarum Episcopis, difficillimas de diuinitate quæstiones proponentibus, prudentissime respondit, & adeo satisfecit, vt tanquam agnos mansuefactos remiserit, quos tanquam lupos ac leones feroces acceperat: quorum nonnulli, diuinam in virgine sapientiam admirati, distributis mox inter Christi pauperes, quas possidebant substantijs, accepta domini cruce, vitam deinde euangelicam egerunt. Summa huius virginis abstinentia fuit, & admirabilis vitæ austeritas. Nam cum vini & carnium vsum prorsus abiecisset, nec pulmentarijs vllis vteretur, ad extremum eo deducta est, vt nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi cœlesti, quem verus Christianus in sacramento sumit altaris. Inuenta est aliquando a die Cinerum vsque ad Ascensionem Domini ieiunium perduxisse, sola Eucharistiæ communione contenta. Per annos circiter octo, minimo herbarum succo, eoque parum retento, & communione sacra, sustentata est. Ad cibum quasi ad supplicium pergebat. Ad communionem altaris, quæ illi fere quotidiana fuit, quasi ad cœlestes nuptias inuitata esset, summa cum alacritate proficiscebatur. Cilicio sub veste vtebatur, quo carnem macerabat. Nullæ illi plumæ, nulla puluinaria erant. Lectum sibi ex tabulis confecerat: atque in eo iacens, breuissimum somnum accipiebat. Raro enim vltra duas horas interdiu noctuq; dormiebat. Reliquum omne tempus, vigilando, orando, prædicando, opera misericordiæ agendo, contriuit. Spissis chordulis carnem suam macerauit: dolore capitis pene assiduo torquebatur. Aestuabat febribus: nec aliorum diuersorum morborum cruciatu carebat. Luctabatur quàm frequentissime cũ dæmonibus: multisq; illorum molestijs vexabatur. Sed aiebat cum Apostolo: Cum infirmor, tunc fortior sum. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, & blandissimis verbis ad pœnitentiam reuocabat. Præcepta salutis omnibus læta dabat. Quid sectandum, quid fugiendum esset, alacri vultu ostendebat. Dissidentes summo studio componebat. Multa extinxit odia, & mortales sedauit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum Ecclesia dissidebant, & interdicto suppositi Ecclesiastico, erant, Apenninum & alpes transire, atque vsq; in Auinionem ad Gregorium vndecimum Pontificem maximum antecessorem nostrum proficisci non dubitauit. Cui votum suum, de petenda vrbe

Fridericus Imperator & Paschalis Dux Venetiarum apud ipsum Pont. pro hac canonizatione institerunt.

Et Pont. dũ Senis commorabatur ad preces sibi porrectas, in publico Consistorio Inquisitionẽ fieri super vita & miraculis Catherinæ iussit.

In Inquisitione fuerunt verificata quæ hic continentur.

Vitæ Catherinæ Senensis compendium.

Roma,

Roma, in occulto factum, & sibi soli ac Deo notum, sese diuinitus cognouisse monstrauit. Fuit enim in ea spiritus prophetiæ, & multa prædixit antequam fierent, & occultissima reuelauit. Rapiebatur sæpe a spiritu, & in aere suspensa, diuinis contemplationibus pascebatur, adeo extra se acta, vt expuncta percussaque, nihil omnino sentiret: idque frequenter ei contingebat, cum diuinissima reficeretur Eucharistia. Magnum & sanctum erat in plebibus Catherinæ nomen: & vndique ad eam ægroti, & malignis vexati spiritibus, deducebantur: & multi curabantur. Languoribus & febribus in Christi nomine imperabat, & dæmones cogebat ab obsessis abire corporibus. Propter quas res, duobus Romanis Pontificibus Gregorio vndecimo (cuius pauloante meminimus) & Vrbano sexto acceptissima fuit, adeo vt legationibus eorum fungeretur, multisque & magnis spiritualibus gratijs ab eis donaretur. Eadem cum vitæ agonem iam peregisset, anno ætatis suæ tertio circiter ac trigesimo, in vrbe Roma diem suum clausit. De cuius animæ in cœlum assumptione, & gloriosa receptione, stupendæ ac mirabiles reuelationes factæ reperiuntur apud eas personas, quæ virginem dilexerunt, maxime vero apud eius confessorem Raimundum Capuanensem sacræ Theologiæ magistrum, qui postea generalis totius ordinis Prædicatorum pater, magister, & rector effectus est. Is namque cum Ianuæ ageret, ea nocte qua virgo migrauit, hora matutina dormitorium apud imaginem matris Domini, eam contemplatus est miro splendore fulgentem, & verba ad se consolatoria dicentem. Corpus eius aliquandiu seruatum, denique in Ecclesia Fratum Prædicatorum, quæ de Minerua dicitur, Romæ conditum est, non sine magna populi deuotione ac reuerentia: Cuius tactu plerique ægroti salutem consecuti sunt a Deo: & nonnullis saluti fuit ea tetigisse, quæ sacrata virginis membra tetigere. Postea quoque virgo ipsa iam cœlo recepta, vota supplicantium benigne audiuit, & vt a sponso & Domino Christo suo Saluatore exaudirentur, curauit. Multi enim ea diuersis ægritudinibus curati sunt, qui audita beatæ Catherinæ gloriosissima fama, eius patrocinium supplices petiuere. Propterea Venetijs, vbi numquam virgo ipsa fuerat, & multis in locis nomen eius cum veneratione receptum est, & vota ei plurima fiunt. Hæc & alia quam plurima cum venerabilis frater noster Episcopus Portuensis, in conuentu Cardinalium & præsulum exposuisset, & liquido probata esse affirmasset, rogati singulatim tum omnes Cardinales, tum Præsules, qui plurimi affuerunt, sententiam dicere, totis suffragijs beata virgo digna cœlo & astris, declamanda visa est. Nec quisquam fuit, qui non magnopere canonizationem eius faciendam probauerit. Quibus ad longum auditis, iussimus in basilica beati Petri Apostolorum principis suggestum magnum & ornatum apparari, super quo hodie adstante populo & clero, sermone de vita & miraculis huius virginis per nos habito, Missarum sollemnibus celebratis, & consuetis cæremonijs rite peractis, ad canonizationem huius virginis, sub his verbis duximus procedendum. Ad honorem omnipotentis & æterni Dei, patris, & filij, & spiritus sancti, ad exaltationem fidei catholicæ, & Christianæ religionis augmentum, Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, ac nostra, Catherinam Senensem illustris & indelebilis memoriæ virginem, cuius corpus in Ecclesia Prædicatorum quæ Minerua dicitur, Romæ iacet, & in cœlesti Hierusalem, inter beatarum virginum choros, quando ad eam virtus, diuina suffragante gratia, meruit, iam pridem fuisse receptam, & æternæ gloriæ corona donatam, de fratrum nostrorum consilio declaramus: eamque tanquam sanctam publice priuatimque colendam esse decernimus & diffinimus, atque in sanctarum cathalogo virginum, quas Romana veneratur Ecclesia, redigi, & adscribi mandamus. Statuentes festum eius singulis annis prima mensis Maij dominica die, ab vniuersali Ecclesia celebrandum esse, & omnes illi honores præstandos, qui cæteris sanctis virginibus conuenire noscuntur. Et insuper sepulchrum eius in ipso festo visitantibus, septem annos & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs, in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in perpetuum relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum declarationis, constitutionis, mandati, statuti, & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, tertio Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Catherina obijt Romæ annum agens trigesimũ tertium.

Et sepulta fuit in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruã.

Pont. in Basilica S. Petri cærimonijs peractis Catherinam canonizauit & inter Sanctas Virgines collocauit.

Statuitque eius festum celebrari prima dominica Maij.

Et Indulgentias tunc eius sepulcrũ visitantibus concessit.

VI.

De pœnis eorum qui minus canonice faciunt se promoueri ad sacros ordines.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM ex sacrorum ordinum collatione, caracter inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum; in eorum susceptione, excessus graues, tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cum itaque (sicut dignorum relatione, non nisi moleste accepimus) nonnulli clerici, extra tempora à iure statuta; quidam ante ætatem legitimam; aliqui vero sine dimissorijs literis, contra sanctiones canonicas, se faciunt ad sacros ordines promoueri: nos eorundem temeritatem, tali castigatione reprimentes, vt alijs in posterum committendi similia, aditus præcludatur; auctoritate Apostolica, hac constitutione perpetuo valitura, statuimus & ordinamus, quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora a iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs literis, etiam citramontanis (præterquam si in hoc vltimo casu, per cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoueri,) a suorum ordinum executione, ipso iure suspensi sint; & si huiusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea, vltra alias pœnas in tales generaliter a iure inflictas, beneficijs ecclesiasticis possint iure priuari. Volumus autem quod præsens nostra constitutio, in Romana curia existentes, post quindecim dies; absentes vero Italicos, post duos menses; alios vero vltramontanos, post sex menses, ab ipsius in audientia Contradictarum & Cãcellaria Apostolica, publicatione & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominũ, liceat hãc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno ab incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quintodecimo Kal. Decembris Pontificatus nostri anno quarto.

Stylus iste nõ est hodie in Camera Apostolica.

Pœnę contrauenientium.

Hæc const. ligat post publicationem quam ego non inueni.

Prohibet

VII.

Prohibet Dominis Tenutarum infra limites Dohanæ Patrimonij coosistentiumne pascua vendant &c.

Hæc const.declaratur & ampliatur infra per Alex. 6. coost.5. Romani.& Greg.xiij. const.69. decet. Et de materia vide const.quas indicauero infra in Pauli 2.const.1. Quoniam.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad futuram rei memoriam.

INTER Cæteras curas quas (Deo auxiliante) mente reuoluimus,illam præcipuam arbitramur, vt apostolicæ Cameræ fructus & introitus,quantum fieri possit, præseruentur illæsa , vt ipsa Camera quotidianas expensas & onera ei incumbentia , valeat facilius solerare. Sane non sine animi nostri displicentia percepimus,quod fructus,redditus,& iotroitus Dohanæ Patrimonij,quæ inter Cameræ primarios, haberi consueuerunt, propter nonnulla herbatica tenimentorum consistentium infra limites Dohanæ præfatæ, quæ alijs personis quam Dohanerijs pro tempore existentibus , aliquando vendi & concedi repertum est , præsertim a certo tempore citra,non modicam receperit læsionem , ex quo Cameræ præfatæ fuerunt damna plurima subsecuta. Præfatis igitur obuiare volentes , & quod errantes pœna temporalis in debito contineat rationis,auctoritate apostolica tenore præsentiũ præcipimus & mandamus omnibus & singulis,Comitibus,Populis, Vniuersitatibus,Baronibus,Dominis,nobilibus,particularibus personis,præsentibus & futuris,cuiuscunque status,gradus,ordinis,& conditionis,aut dignitatis fuerint,tam clericis quam laicis,& Capitulis,Collegijs,& quibusuis alij Vniuersitatibus,quatenus sub interdictu in Communitates,& excommunicationis in particulares personas,necnoo mille florenorum auri de Camera,& perditionis infradictorum animalium , apostolicæ Cameræ applicandorum,in quemlibet Communitatum,populorum,vniuersitatum, capitulorum & quemlibet baronem, comitem,dominum & quancunque particularem personam ecclesiasticam vel secularem , quæ & qui contrafecerint,pœnis (quas pœnas quamcunque præfatarum & quemcunque præfatorum contrafacientem,toties incurrere volumus ipso facto & exigi , quotiens cootra factum fuerit) de cætero oon possint neque valeant vendere,aut quouismodo alienare alicui personæ,communi,collegio,& vniuersitati,aliquid de pascuis,tenutis, bannitis,& herbaticis ad se pertinentibus,& infra limites Dohanæ præfatæ consistentibus,neque in eisdem aut eorum aliquo introducere aut fidare aliquod genus animalium ad pascuandum.& similiter sub pœnis præfatis nõ sit ex præfatis qui pascua,tenutas,bannitas,& herbatica præfata in toto vel in parte,per se vel alium seu alios, quouis quæsito colore,emere,aut aliquod genus animalium in eisdem introducere vel tenere audeant aut præsumant sine Dohannerij vel Dohaneriorum pro tempore existentium expressa licentia , verum sub pœnis præfatis teneantur & obligati sunt ea omnia & singula pascua,tenutas,bannitas & herbatica vendere & concedere Dohanoerio seu Dohanerijs præfatis qui pro tempore fuerint,pro apostolica Camera,& in vsum & vtilitatẽ Dohanæ prædictæ ementibus pro iustis & rationabilibus precijs.Et vt præfata suum debitum consequantur effectum,ex nunc Dohanerio seu Dohanerijs præfatis,qui pro tempore fuerint,procedendi ad executionem pœoarum præfatarum,contra omnes & singulos supradictos qui quomodolibet contrafecerint, & eos qui singulares fuerint,in personis & bonis ; clericos vero & ecclesiasticas personas,dumtaxat in bonis,grauandi,& vijs omnibus & remedijs opportunis ad satisfactionem pœnarum incursarum compellendi & astringendi, omniaq; alia & singula in præfatis necessaria & oportuna agendi,gerendi,mandandi,ordinandi, disponendi , & exequendi, auctoritate & tenore præfatis plenariam & liberam concedimus facultatem. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis,statutis quoque & consuetudinibus, ac priuilegijs indultis & exemptionibus quibusuis communitatibus,populis,vniuersitatibus,capitulis,collegijs,mooasterijs & particularibus personis,concessis & concedendis, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excommunicari non possint per literas apostolicas noo facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentiooem,cæterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque. Et ne quisquam ignorantiam de præfatis præteodere possit,Volumus per Ciuitates Patrimonij publico præconio hæc omnia publicari.Mandan.ac per præsentes decernen.omnes & singulos supradictos ita astrictos esse ad obseruationem præmissorum,ac si personaliter singulis intimatæ forent,cum certum sit eos de his notitiam habituros,cum fuerint tam publico præconio per dictas ciuitates omnibus intimata. Nulli ergo &c.nostrorum præcepti, mandati,voluntatis,& constitutionis infriogere &c.Si quis autem &c.Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno &c.millesimo quadringeotesimo sexagesimo primo,non. Ianuarij;Pontificatus nostri anno quarto.

Prohibet omnibus alienare pascua consistentia infra limites Dohanę.

Qui autem sint limites Dohanę vide in Grego. 13.cõst.69.decet.

Facultas Dohanerij.

Procedẽdi cõtra inobedientes.

Clausulæ derogatoria.

VIII.

Contra Homicidas & Banditos &c.

Hæc const.cõfirmatur declaratur & ampliatur inf.per Sixtum 4.const.x.Deo.Iul.2. const.5.cum homines.Leon x.const.31.omnes.Clem.7.const.6.in sancta.Pium 4.const.30.in emineoti.& const. 80.cum oos.& const.104.nuper.& Pium V.const.13.ex supernæ.& Greg. xiij. const. 66.tanta.

Et de materia habes infra Pauli 2.const.5.viros.Sixti 4.const.7.perniciosam.Inno.8. const.5. & si de cunctarum. Iul.2.const.6.accepimus. & const.11.fide digna.Iul.3.const.56.cum sicut accepimus.Pij 4.const. 128.licet dudum.Pij v.const.5.Romanus & const.25.indefessa.& const.42.licet alias.& const.107.licet.& const.108.alias cupientes.& const. 137.dudũ.& const. 146. dum mente.& const.149. quoniã. & const.177.exigit.& const. 180. cum sicut accepimus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD retinendas iosolentias transgressorum,si neruus publicæ disciplinæ lentescit ; eorum ad peccandum voluntas,sit laxior,& exemplum impunitatis , periculosius in alios deriuatur : propter quod ad præsidentis officium pertinet,talem adhibere iustitiæ seueritatem,& debitam executionem ; quod

commissa

commissa crimina puniat, & committendorum in posterum interdicat audaciam. Cum autem ad audientiā nostram peruenerit, quod a certis annis citra, in nostris, & ecclesiæ Romanæ terris, locis, & tenimentis, nobis, & ecclesiæ prædictæ mediate & immediate subiectis, quam plura, quandoque etiam ex leuibus causis, commissa esse reperiantur homicidia, sitque inter alia crimen homicidij perniciosum & detestabile; debeatque iuxta canonicas sanctiones, graui animaduersione puniri, tantoque seuerius puniendum & extirpandum, quanto manifestius cognoscimus, quod ex eo, vt plurimum, scandala & mala plurima subsequuntur. Cupientes idcirco ex debito pastoralis officij, quod nostri & ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate & immediate subiecti, iuxta piam dispositionem regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici fiot & modesti, nonnullas pro huiusmodi crimine homicidij debite puniendo, edidimus constitutiones infrascriptas: quas ad hoc vt aliquis de eisdem ignorantiam prætendere non possit, volumus per omnes & singulas ciuitates, nobis & ecclesiæ Romanæ prædictæ mediate vel immediate subiectas, publico præconio publicari; mandantes, ac auctoritate apostolica tenore præsentium decernentes, omnes & singulos iuxta constitutionum earundem determinationem, obstrictos esse ad obseruationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimatæ forent, cum non sit verisimile, quod ad eorum notitiam non deuenerit, quod extitit tam publico præconio patefactum. Tenor vero constitutionum de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis, videlicet. Sanctissimus Dominus noster, intendens quieti patriæ consulere, & ipsam sicarijs, homicidijs, & malefactoribus expurgare, statuit & decreuit, quod omnes illi qui pro delicto homicidij fuerint condemnati, seu alias de ciuitate aliqua & districtu illius banniti, non possint ad ciuitatem seu districtum huiusmodi, quocunque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filijs ipsius occisi; nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator qui pro tempore fuerit, vel quiuis alius possit auctoritate apostolica, seu ex officio suæ legationis, aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu reuocare ad ciuitatem vel districtum, aut eorum alterum; seu ei licentiam, vel saluum conductum concedere redeundi, seu morandi in eis, vel eorum altero, in perpetuum, vel ad tempus modicum siue magnum, nec etiam per diem vnum, siue noctem; quod si secus per quemquam ex supradictis factum fuerit, incidat in pœnam excommunicationis ipso facto, sine vlteriori sententia declarationis; a qua per alium quam per Summum Pontificem (& tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolui; ac reductio, licentia, reuocatio, saluusconductus, & cassatio processus & banni huiusmodi, sint ipso iure nulla, nulliusque roboris, vel momenti: incidat etiam in pœnam ducatorum mille, Cameræ apostolicæ applicandorum, quam Thesaurarius, cui hoc secreto vel publice fuerit denunciatum, retineri faciat & mandet, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato: quod si non fecerit, Thesaurarius ipse eandem sententiam excommunicationis ipso facto, cum eisdem qualitatibus, incurrat: ipseque sic rebannitus, reductus, reuocatus, siue alio quocunque modo reuersus, possit & debeat capi, detineri, & incarcerari; & de ipso, secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per Gubernatorem, Potestatem, & alios officiales, ad quos spectat, seu pertinet, incontinenti sine vlteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri, Cameræ apostolicæ applicandorum vel retinendorum; quam Thesaurarius præfatus simili modo & forma, ac sub similibus censuris, faciat retineri; prout superius est expressum. Hoc autem extendi voluit ad eos, qui reuocati, rebanniti, vel alias quomodocunque remissi fuerint, quacunque auctoritate seu licentia (præterquam ex speciali commissione seu mandato Romani Pontificis, contento in literis autenticis, & bulla plumbea munitis, a duobus mensibus citra, termino dierum quindecim, quo possint, de ciuitate libere recedere, eis concesso) vel qui in futurum rebannientur, reuocabuntur, seu alias remittentur per quemcunque, quauis auctoritate prædicta, sub pœnis pecuniarijs, & alijs ecclesiasticis censuris, de quibus superius est dictum. Item quod quæcunque appellationes interpositæ vel interponendæ ab huiusmodi vel alijs sententijs siue grauaminibus contra homicidas latis, vel a processu contra eos facto; etiam si lis vel instantia super eis pendeat; & inhibitiones vigore ipsarum emissæ per Auditorem cameræ, vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum, sint nullæ & inualidæ, nec ad vlteriora super eis, vel ipsarum vigore, procedi possit ac debeat; quinimmo appellationes, lites, & causæ huiusmodi, censeantur aduocatæ, extinctæ, & inualidæ; nec potestates vel alij officiales inhibiti, huiusmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentijs, censuris, & pœnis in eis contentis, astringantur; immo teneantur, & debeant, sub pœnis suprapositis, ad executionem sententiarum latarum procedere. Possit tamen in causis alijs, a iure vel statuto permissis, appellari ad Gubernatorem ciuitatis, seu prouinciæ; qui infra mensem, causam diffinire teneatur; quo elapso, appellatio, inhibitio, & instantia super eis, sint nulla; & libere, sine impedimento, possit fieri executio sententiæ, vel banni; ac si non fuisset inhibitum, & appellatum; quodque banniti, & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij, censeantur & sint banniti ab omnibus circumuicinis vsque ad milliaria quinquaginta, intra quæ, si reperti fuerint, possit & debeat capitalis sententiæ, siue condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos, per potestates & alios officiales, ciuitati, districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma imponendis. Item quod omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi, ex forma statutorum, non possit inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo interpositæ, auctoritate apostolica, vel alterius, ab ea, vel a Romano Pontifice potestatem habentis, sic facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel alias quomodolibet dispensatum, per viam gratiæ seu iustitiæ, in toto vel in parte, non possint habere officia, vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, & terris, a quibus banniti fuerint, in quibus domicilium eorum originemque habuerint, seu aliam moram traxerint vel resederint, etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia, seu condemnatio, siue processus, cassatio, irritatio, vel alias pro infectis habiti; sed perpetuo fiot infames, & omni dignitate priuati, nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, non admittantur ad iudicandum, seu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuo suspensi; quinimmo si huiusmodi officia acceptauerint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quam Gubernator, Legatus, aut superior, qui eum elegerit, vocauerit, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse passus fuerit, pœnam quingentorum ducatorum auri, ipso facto incurrat, & sua gubernatione priuetur; nec gesta in iudicio, vel extra iudicium, tam per eum, qui admissus fuerit ad officium, quam per eum, qui illud ab eo exercere passus fuerit, de cætero valida sint, & robur obtineant, quinimo sint nullius roboris vel momenti; & si ecclesiasticæ personæ fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, si-

Bannitis etiam habita pace Officiales remissionem aut saluum conductum non concedant sub pœnis hic expressis.

Solus autem Pontifex gratias & remissiones concedere valet.

Quod declarat. Pius 4. inf. const. 104. nuper.

Condemnati nō possunt appellari &c.

Condemnati & banniti per quadraginta milliaria a loco delicti exules esse debēt.

Hoc idem voluit Six. 4. inf. const. 10. Deo.

Ampliatur tamē infra, a Clem. 7. const. 6. in sancta. prope finem. & Pio 4. constit. 30. in eminenti. & ibi notabo.

Homicid. & Bannitorum pœnæ.

Quę ampliatę fuerunt per Pōt. quorum cōst. supra indicaui.

ne vlteriori declarationis, a qua non possint, præterquam a Romano Pontifice, cum speciali delicti siue transgressionis huiusmodi expressione, absolui. Et thesaurarius cameræ, sine aliqua requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione, salarium eisdem, vel alteri debitum, retinere debeant, si ab eo debeatur; si vero non debeatur, mandare Potestati, Gubernatori vel alteri, ad quem spectat, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri, sub eisdem censuris & pœnis, prout superius est expressum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, mandati, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quinto Cal. Februarij, Pontificatus nostri anno quarto.

IX.

Prohibitio demolitionis & comminutionis Antiquorum Aedificiorum Vrbis eiusque districtus.

Causa confirmationis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM almam nostram vrbem in sua dignitate, & splendore conseruari cupiamus, potissime ad ea curam vigilem adhibere debemus, vt non solum Basilicæ ac Ecclesiæ eiusdem Vrbis, & pia ac religiosa loca, in quibus plurimæ sanctorum reliquiæ resident, in eorum miris ædificijs manuteneantur, & præseruentur, verum etiam antiqua, & prisca ædificia & illorum reliquias ad posteros maneant, cum eadem ædificia ornamentum, & decorem maximum afferant dictæ Vrbi, & monimenta veterum virtutum, & incitamẽta ad illarum laudes assequendas, existant: & quod etiam magis considerandum est, ex ipsis ædificijs ac ædificiorum reliquijs rectius intueri licet rerum humanarum fragilitatem; & quod nullo modo in illis sit confidendũ, cum eadem ædificia, quæ maiores nostri cum eorum ingenti potentia, & sumptibus maximis, cum immortalitate certatura arbitrarentur, vetustate, & alijs sinistris casibus diminuta, & collapsa etiam esse cernantur. Ex præmissis igitur & alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ, & capitum Regionum, ac ciuium dictæ Vrbis supplicationibus inclinati, fœlicis recordationis quorumdam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui ædificia ipsa dirui vel destrui prohibuerunt expresse, vestigijs inhærentes, ac statutum antiquum in eadem Vrbe vigens, quo etiam id fieri sub certis pecuniarijs pœnis prohibetur, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium confirmantes, & approbãtes, sub excommunicationis, ac pecuniarijs in ipso statuto expressis pœnis, quas contrafacientes eo ipso incurrant, omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis quam secularibus cuiuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, aut alia quauis ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, auctoritate, & scientia prædictis, districtius inhibemus, ne quis eorum directe vel indirecte, publice vel occulte, aliquod ædificium publicum antiquum, seu ædificij antiqui reliquias supra terram in dicta vrbe vel eius districtu existens, seu existẽtes, etiam si in eorum prædijs rusticis vel vrbanis fuerint, demoliri, destruere, seu comminuere, aut frumpere, seu in calcem conuertere, quoquomodo præsumant. Quòd si quis fuerit, qui contra prohibitionem huiusmodi venire præsumpserit, dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus, Conseruatoribus Cameræ dictæ Vrbis, qui pro præmissis per eorum officiales diligenter inquiri faciant, artifices, seu laboratores in opere demolitionis seu deuastationis huiusmodi inuentos, carcerari, eorumque animalia, instrumenta, & res alias capi, & arrestari, confiscari faciendi, eosque, necnon illos quorum nomine id egerint, ad mulctæ solutionem compellendi plenam & liberam, auctoritate & scientia prædictis, earundẽ tenore præsentium, concedimus facultatem. Volumus autem quòd nullus præter Romanum Pontificem, alicui in præmissis licentiam dare valeat: huiusmodi vero licentia, nisi per Bullas, vel Breuia Apostolica concessa fuerit, nullius existat roboris vel momenti. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum vt prædicta omnia ad communem singulorum notitiam deducantur, ne de eis ignorantia prætendi, seu etiam allegari possit, præsentes litteras per vrbem publice præconizari, & valuis Capitolij dictæ Vrbis mandauimus fecimusque affigi: decernentes auctoritate præfata, vt huiusmodi litteræ publicatæ, & vt præfertur affixæ, omnes quos concernunt perinde arctent, ac si eis forent personaliter & præsentialiter intimatæ. Cum non sit verisimile quo ad eos remanere incognitum, quòd tam patenter omnibus extitit intimatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, inhibitionis, concessionis, voluntatis, & constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, quarto Cal. Maij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Istas prædecessorũ cõstit. hic non habes.

Prohibet demolitionem & comminutionẽ Antiquorũ ædificiorũ Vrbis & eius districtus.

Confer. Vrbis facultas procedendi cõtrauenientes.

Clausulę derogatorię.

X.

De pœnis impedientium conducentes animalia affidata in Dohanam Patrimonij.

Hæc const. confirmatur & ampliatur infra per Leon. X. const. 28. quoniam. Iul. 3. const. 57. cum sicut. & Greg. xiij. const. 46. Decet.

Et de materia vide concord. quas ponam in Pauli 2. const. 1. Quoniam.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

INTER Cæteras curas, quas Deo auxiliante, mente reuoluimus, illã potissimam arbitramur, vt apostolicæ Cameræ introitus, quantum fieri possit, præseruentur illæsi, vt ipsa Camera quotidianas expensas & onera incumbentia, valeat facilius tolerare. Sane, non sine animi nostri displicentia, percepimus, quod introitus Dohanæ pecudum terrarum almæ Vrbis, quæ inter Cameræ primarios haberi consueuerunt, sint plurimum diminuti, propter damna & impedimenta plurima, quæ condu-

cent.bus

centibus animalia diuersi generis ad pascuandum in Dohana præfata, per Communitates, Vniuersitates, Comites, Barones, Dominos, & particulares personas in veniendo & recedendo, in personis, animalibus, rebus, & bonis earum, indebite inferuntur; vnde fuerunt suntque plurimi, qui animalia sua ad ipsam Dohanam transmittere non velint, in graue dictæ Cameræ damnum, præiudicium, & iacturam. Præfatis igitur obuiare volentes, ita quod errantes, pœna temporalis in debito contineat rationis, auctoritate apostolica, tenore præsentium præcipimus & mandamus omnibus & singulis Communitatibus, Populis, Vniuersitatibus, Comitibus, Dominis Baronis, nobilibus, particularibusque personis, præsentibus & futuris, nobis Sanctæque Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis aut dignitatis fuerint, clericis & laicis, etiam capitulis, collegijs, & quibuscunque alijs vniuersitatibus, quatenus de cætero prætextu alicuius consuetudinis, aut quauis alia ratione, occasione, vel causa, directe, vel indirecte, cōducentibus animalia cuiuscunque generis ad pascuandum in fida, in Dohanam præfatam, damnum, molestiam, aut quoduis aliud impedimentum, in personis, animalibus, rebus & bonis vniuersis eorum, in veniendo, stando, & redeundo, nullatenus inferre audeāt vel præsumāt, sed huiusmodi animalia conducentes, benigne recipiant, & beneuole pertractent, ac sine iniuria prorsus, aut aliquo impedimento, reali vel personali, per eorum ciuitates, terras, loca, & tenimenta, libere transire & exire permittant, sub refectionis omnium & singulorum damnorum, expensarum & interesse, partibus læsis reficiendorum, ac etiam dupli æstimationis damnorum præfatorum illatorum, apostolicæ Cameræ applicandis pœnis: quas pœnas, quamcunque Communitatem in cuius terris & tenimentis damnum huiusmodi sic illatum fuerit, quotiens contra factum & damnum illatum fuerit, incurrere volumus eo ipso. Et vt præmissa suum debitum consequantur effectum, ex nunc modernis dictæ almæ Vrbis Gubernatori, & Dohanæ præfatæ Dohanerijs alijsque quibuscunque qui pro tempore fuerint Gubernatoribus, & Dohanerijs, & cuilibet eorum, procedendi ad executionem pœnarum præfatarum, contra Communitates ipsas, in quarum terris locis, & tenimentis, damna præfata deinceps inferri contigerit, in personis, & bonis; ac vijs omnibus & remedijs opportunis, ad satisfactionem pœnarum incursarum compellendi & astringendi, omniaque alia & singula in præfatis necessaria & opportuna, agendi, gerendi, mandandi, ordinandi, disponendi, & exequendi, auctoritate & tenore præfatis, plenam & liberam concedimus facultatem, Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & exemptionibus, quibus suis Communitatibus concessis & concedendis, cæterisque in contrarium facien. non obstan. quibuscunque. Et ne quisquam de præfatia ignorantiā prætendere possit nec allegare, volumus per almam Vrbem hæc omnia per bannum præconizari, decernentes harū serie, omnes & singulas Communitates præfatas, astrictas esse ad obseruationem præmissorum, ac si singulariter singulis Communitatum prædictarum personis, intimata forent: cum verisimile sit, eas de his notitiam habituros, quæ fuerint tam publico præconio per dictam almam Vrbem omnibus intimata. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum præcepti, mandati, concessionis, & voluntaris infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Dei omnipotentis, & Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Petrioli, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, decimo Cal. Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Præcipit Communitatibus, & alijs ne impediāt conducentes animalia in Dohanam Patrimonij sub pœnis hic expressis.

Facultas Gubernatoris Vrbis, & Dohanerij procedendi contra inobedientes.

Clausulę derogatiuæ.

X I.

Retractatio eorum quæ Pont. ipse in minoribus existens scripserat pro Consilio Basileen. &c.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei dilectis filijs Rectori, & vniuersitati scholæ Coloniensis, Salutē & apostolicam benedictionem.

IN minoribus agentes, nondum sacris ordinibus initiati, cum Basileæ inter eos versaremur, qui se generale Concilium facere, & vniuersalem Ecclesiam repræsentare aiebant, dialogorum quendam libellum ad vos scripsimus, in quo de auctoritate Concilij generalis, ac de gestis Basileensium, & Eugenij Papæ contradictione, ea probauimus, vel damnauimus, quæ probanda vel damnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus. existimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis nostræ aliud erat obiectum, quàm publica vtilitas & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquiunt philosophi nunquam errare, verum est. At quis sapiens, nisi bonus? quis bonus, nisi solus Deus? Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, inquit propheta regius. Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in initio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce recessimus: nec nobis tantum errauimus, alios quoque in præcipitium traximus: & cæcis ducatum præbentes cæci, cum illis in foueam recidimus. forsitan & aliquos ex vobis scripta nostra decepere, & in deuia deduxerunt, quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus, nisi nos, vt homines, peccauisse: qui arbitrātes rectum iter ostendere, obliquum monstrauimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est, quæ super omnia opera eius elucet. Sed haud quaquam satis fuerit diuinam misericordiam implorare, & dicere, Parce Domine, parce peccatis nostris, nisi pro viribus vulnera, quę inflximus, veritate curare annitamur: & sicut est in fabulis, Sagitta, quæ vulnerauit, afferat opem: siue vt canit Ecclesia, Medelam inde ferat, hostis vnde læserat. Mortem quidam priua sibi consciuerint, quam videri velint aliquando male sensisse: & nonnulli ne vel ad horam videantur errasse, semper errant, & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abijciunt, & perpetua notantur infamia, & in pessimas prolabuntur hæreses: qui ne appareant inconstantes, pertinaces efficiuntur. superbissimi hoc agunt, qui videri dij, non homines volunt, quales Constantiæ combusti sunt nostra ætate in magno conuentu, Hieronymus & Ioannes hæresiarchæ. Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neque inficias imus, multa, quæ diximus, scripsimus, egimus, damnari posse: verum non vt Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus, seducti peccauimus, vt Paulus; & ignoranter persecuti fuimus Ecclesiam Dei, & Romanam primamque sedem. Propter quod prostrati ante oculos diuinæ pietatis, supplices oramus: Delicta iuuētutis meæ, & ignorātias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet male fecisse, & male dictorū scriptorūq; vehemēter pœnitet: plus scripto, quā facto nocuimus. Sed quid agamus? scriptū & semel emissum volat irreuocabile verbū. Nō sunt in potestate nostra scripta, quæ multas inciderunt in manus, & vulgo leguntur. vtinā latuissent, quæ sunt edita. nam si futuro in sæculo

Hieronymus & Ioannes isti multas Hæreses induxerūt de quibus habes supra Martini V. constit. 2. fol. 49.

Pont. iste dum I minoribus erat ignoranter Ecclesiam Dei persecutus fuit.

 manserint,

manserint,& aut in malignas mentes inciderint,aut incautas,fortasse scandalum parient. Qui hæc scripsit, inquient,in beati tandem Petri cathedra sedit,& Christi Saluatoris vicariatum gessit:ita scripsit Aeneas, qui postea summum Pontificatum adeptus,Pius II. appellatus est,nec inuenitur mutasse propositum.qui eũ elegerũt, & in summo Apostolatus vertice collocarunt,ab ijs scripta eius approbata vidētur. Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus obijciantur;& quæ fuerunt Aeneæ,dicantur pij: atq; ab ea sede auctoritatem vendicent,aduersus quam ignorāter latrauerunt.

Ideo ad imitationem S. Augustini, eius dicta reuocat & retractat.

Cogimur igitur,dilecti filij,beatũ Augustinum imitari,qui,cũ aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset,retractationes edidit.Humilis & probatissimi vir ingenij, qui suas ineptias verecunde confiteri ac corrigere,quàm impudenter defendere maluit.Idem & nos faciemus: confitebimur ingenue ignorantias nostras,ne per ea quæ scripsimus iuuenes,error irrepat,qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare.nam si quem decuit vnquam Romani primiq; throni eminentiam, & gloriam defendere,ac extollere,nos illi sumus,quos sine vllis meritis pius & misericors Deus, sola dispensatione sua,ad beati Petri solium,& dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu Christi vicariatum euocauit.Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur,& in Domino commonemus,ne prioribus illis scriptis inhæreatis, aut fidem vllam præstetis,quæ supremam Apostolicæ sedis auctoritatem quouis pacto elidunt,aut aliquid astruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur ecclesia.Suadete omnibus,vt id solum præ cæteris venerētur,in quo saluator Dominus suos vicarios collocauit:& quod beati Apostoli Petrus & Paulus,suo sanguine dicauerũt. nec putetis diuinam prouidentiam,quæ cuncta gubernat,& nihil negligit eorum,quæ creauit, inordinatā reliquisse militantem ecclesiam,quæ cum sit sponsa Christi,profecto a Deo est,& ordinē habet,dicente Apostolo, quæ sunt,à Deo ordinata esse.

Et suadet, eius scripta Apostolicæ sedis authoritatē elidētibus nō præstari fidē.

Requirit autem ordo,vt inferiora à superioribus gubernētur, & ad vnum tandē perueniatur,tanquam principem & moderatorem cunctorum,quæ infra se sunt:Sicut grues vnam sequuntur,& in apibus vnus est rex:ita & in ecclesia militanti,quæ instar triumphantis habet,vnus est omniũ moderator & arbiter,Iesu Christi vicarius:à quo,tāquam capite,omnis in subiecta mēbra potestas & auctoritas deriuatur,quæ à Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit,nec profecto in alium,tanquā sui exercitus ducē,supremam auctoritatem Christus principaliter deriuasset,quam in suum vicarium,qui primus fuit Petrus,cui cõmissam nouimus Dominici gregis curam:nec duos pluresue Petros euangelistæ commemorant, nec duos, aut plures instituit Dominus,qui suum locum tanquam capita tenerent æqualia:sed vnum cõstituit,vt verticem,ac ducem,& pastorem vniuersi gregis,Simonem Petrum,dicens,Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam:& tibi dabo claues regni cœlorum:& quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cœlo: & quodcunque solueris super terram,erit solutũ & in cœlo. Et, Pasce oues meas. Quæ nulli alteri seorsum dicta leguntur,nisi Petro,vt in Petro vnitas,& summa contineretur auctoritas: nec alius à petra dictus est Petrus, nisi Simon;vt intelligeremus vnicum esse veræ & solidæ petræ,id est,Christi,(vt Paulus exponit) locũ tenentē Simonem Petrum,qui solus pro Domino in periculo cõstituto exemit gladium. Petrus igitur, & successores eius Romani Pontifices primatũ in ecclesia tenuerunt,& nos hodie,quamuis indigni, sola Domini voluntate digni, tenemus:& quicunq; Romanæ secundum canonicas sanctiones præficitur ecclesiæ, quam primum electus est in sacro collegio,supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinem in omnem diffundit ecclesiam, cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduersus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in epistolis nostris, quæ plures à nobis sunt editæ,aut in alijs opusculis nostris;(multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respuite,atque contemnite.sequimini quæ nunc dicimus, & seni magis quam iuueni credite;nec priuatum hominem pluris facite,quàm Pontificem. Aeneam reijcite,Pium recipite. illud gentile nomē parentes indidere nascenti;hoc Christianum in Apostolatu suscepimus.

Occurritque obiectioni eorum qui dicerēt ipsũ Pont. cum Pontificatu mutasse propositũ & ideo eius vitam & gesta recitat.

Dicent fortasse aliqui,cũ Pontificatu hāc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam.Haud ita est,longe aliter actum. Audite filij conuersationem nostram:breuis narratio erit,quæ vobis,quantum ad rem attinet,veritatē aperiet,& obiectioni faciet satis.Anno salutis primo & trigesimo supra millesimum quadringentesimum cũ Dominico Capranica, quem Martinus V. in secreto consistorio Cardinalem creauerat,Eugenius iiij.spreuerat, Basileam petiuimus,ibiq; concilium inchoatum inuenimus,verum ab Eugenio reuocatum,quamuis congregati noluerant obedire,asserentes iam inceptum concilium sine consensu patrum,qui conuenissent, haud quaquā potuisse dissolui. Iulianus aderat S.Angeli Cardinalis,natione Romanus,moribus & doctrina conspicuus. Is cum cæteris præstaret,audita Eugenij reuocatione,præsidentiam dimisit,tanquam summo Pont. vellet obedire:sed cum augesceret in dies,Eugenio vel inuito,conciliũ,& multi ex diuersis regionibus Episcopi,& Regum legati aduentarent,Cardinales quoque ex Rom.Cur.profugi in dies nonnulli concurrerent,præsidentiam resumpsit:& auctoritatē concilij mirũ in modum extollens,eminentiā primæ sedis supprimere cœpit.Venientes Eugenij legatos,& potestatem Romanorum præsulum magnificantes,apparenter confutauit: & cum esset facundissimus, facile persuasit auditoribus quæ cupiebat.Cardinales ex vrbe profecti,Eugenio infensi,vitam eius moresque carpebant: accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt est omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomē modis omnibus lacerabāt.Nos,qui ex patria iuuenes,nõ ex vrbe illuc migrauamus,& noua tũ primũ auis ex Senensi gymnasio euolaueramus,rudes & inexperti, vera esse arbitrabamur quæcunque dicebantur. nec putabamus mentiri alios,qui nesciremus ipsi mentiri atque vt est innatũ homini, tetra & horrenda crimina odio habebamus.nec Eugenium diligere poteramus,quem tot tantique testes indignum Pontificio dicerent.Aderant legati Parisiensis scholæ,cuius est fama percelebris:affuerunt & aliquando vestri & aliorum studiorum Germanicæ nationis oratores;& vno cuncti ore cõcilij generalis auctoritatem ad cœlũ efferebant. De potestate Rom. Pontificis pauci erant qui loqui præsumerent:omnes,qui publice loquebantur,prurientes auribus, multitudini applaudebant.Accessit & ipsius Eugenij cõsensus,qui dissolutionem concilij à se factam,reuocauit,& progressum eius approbauit,cum reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax ecclesiæ data. Præterita enim omnia der suas literas concilij patres Eugenio sese remissuros,& pedes eius tamquam beati Petri exosculaturos promiserant,si reuocata dissolutione,concilio cursum permitteret,atque illi cohæreret. Nouæ intercessere discordiæ, tũ alijs de rebus,tũ potissime super translatione concilij Græcorum causa in alium locũ.Eugenius in Italia,non sine ratione,concilium petebat; popularitas synodalis transire mõtes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat.Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium,Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus,& Ludouicus Pontanus,Apostolicæ sedis notarius,Alfonsi Magni regis oratores, qui velut duo orbis sidera,ceu Pontificij iuris,& totius ciuilis sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebantur,

Hi di-

Hi dictis scriptisque concilij gesta probabant, Eugenij facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? audire potuimus, non discere? Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata non capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos inuenias Aristoteles, qui Platonica norint destruere dogmata. Non est discipulus supra magistrum, inquit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij complures fuere magistri: schola, Basileensis conuentus, in quo raro aliquis Eugenij causam defendit. Aduersus concilij dignitatem mutire aliquid, crimen hæresis fuit. Vna omnium vox concilium Eugenio præferebat. De sedis apostolicæ præcellentia aut silentium, aut contemptus: Concilium cuncta sonabant. Didicimus ergo quæ audiuimus, & post aliquot annos, existimantes nos aliquid esse, diximus (vt est apud Satyricum.) Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam? Puduit semper discipulum agere, subtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui, & magistri personam induimus. Scripsimus epistolas & opuscula, hoc omnibus passim datur: docti & indocti scribunt: & quæ scripsit ipse, nemo contemnit, nisi editionis feruorem tempus extinxerit: nobis placebant scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tamquam filios amant. Nec Basileæ quenquam inueniebamus, qui ea damnaret, probant enim similia similes: applaudebamus nobis ipsis, & in editionibus nostris gloriabamur. & quanquam postea Eugenius concilium in Italiam transtulerit, & cum Græcis Ferrariæ, ac demum Florentiæ conuenerit; quamquam Iulianus sancti Angeli, & Ioannes sancti Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugenium defecissent. quamquam paucissimi in fide Basileensi remansissent; noluimus tamen credere, existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent. & cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseurandū putauimus, ne partem, quæ verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Mansimus igitur Basileæ, quo ad Eugenio (vt credidimus) iusto iudicio deposito, Amadeus Sabaudiēsis suffectus est, & Felix v. appellatus: quem non vt idolum (quod erat) sed tamquam verum Christi vicarium venerati fuimus, nihil ad hæc sinistri putantes intercessisse. At cum Fridericus Romanorū rex, Aquisgrani coronatus, domū repetens, Basilea transitū fecisset; rogatusq; Felicem illic præsentem accedere, nullo pacto persuaderi potuisset, vt honorem ei, tamquam Rom. Pontifici, exhiberet, aut publice cum eo verba misceret, tum primum considerauimus possibile esse, quod partem erroneam sequeremur, quando Rex, Imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius esset, & ad Eugenium inclinaret magis. Multum & sæpe inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi verum, nunquam enim volentes errauimus. Rogati in familiam Friderici transire, non renuimus. Erat tunc ille cum tota fere Germania neutralis. Concilium Basileæ dicebant esse Germani, & idolum eius respuebant, nec Eugenio, nec Basileensibus plene obediebant. Placuit ad neutrales transire, vt verum apud eos liberius audiremus, & si recedendum esset ab vno extremorum, per aliquod medium trāsiremus ad alterum, & eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti causæ. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia facilius inueniretur, non ex consilio Solonis, qui tumultuante ciuitate extorrem fecit eum, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus: Cardinales, qui Basileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & sancto viro notam inurere voluisse: qui tamen cuncti postea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt. Forte per id tempus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, cuius supra meminimus, ex Vngaria, quæ sibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flauinianum venit, (quæ hodie Vienna dicitur) præcipuum Austriæ columen: sæpe cum eo sermonem pro veteri consuetudine miscuimus, sæpe de rebus Basileensibus disputauimus. tuebamur antiquam sententiam: ille nouam defendebat. extollebamus generalis concilij auctoritatem, ille apostolicæ sedis potestatem magnopere collaudabat. dicebamus concilium Basileense iure perseuerasse, quamuis Eugenius præsidentes reuocasset, & hoc eius factum accusabamus: ille dissolutum seu translatum rite concilium affirmabat, & Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileæque non synodum ecclesiæ, sed Satanæ, & ministrorum eius synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, verum modestia & charitate plena: ad extremum cū suis scriptis, dictisque Cardinalem vinceremus, premeremusque vehementer, subridens ille, Tu, inquit, Aenea tabellis obsignatis agis mecum: & quoniam aliquādo sensimus vt dicis, idcirco & hodie idem putas debere sentire, & addictos priori sententiæ censes. verum propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam vsque ad mortē possumus. cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, verum amplecti? Fateor me dixisse & scripsisse, quæ refers, verùm à vero remotum errasse: at tu, qui, vt ais, me doctore Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modo non sequeris recta monentem? Præsumpsi de meipso, dum essem Basileæ, nimis, quāuis deceptus decepi, & credens prodesse, nocui. in medio Ecclesiæ docens quæ non didici, cæcus errauj, & in tenebris ambulaui. reliqui tandem ecclesiam malignantium, & cum impijs sedere recusaui. reuelauit Dominus oculos meos, & consideraui mirabilia de lege sua: cognoui priorem errorem, & quātum à vero procul abijssent Basileenses, plane intellexi. adij Romanam curiam, & Eugenio, cui fuissem rebellis, submisi ceruicem: à quo misericordiam consecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Ecclesiæ reconciliatis, aduersus impios Turcas legationem accepi. castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, sed humiliatum exaltauit: quia cognito in errore non perseueraui, sed mox in viam redij, & ex magistro factus discipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & veræ matris lacte nutritus, ad fontem veri perueni, quem sancti doctores ostendunt Græci & Latini, quorum vna vox est, saluari non posse, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ non tenet vnitatem, omnesque illas virtutes mancas esse ei, qui summo Pontifici obedire recusat: quamuis in sacco & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in cæteris videatur legem implere: quia melior est obedientia, quàm victimæ. & omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, & Romanum præsulem in Ecclesiæ vertice constitutum esse constat, a quo nullam ex ouibus Christi exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, & pastoris Eugenij vocem audiui: tu si sapias, idem facies. hæserunt pectori nostro viri, quæ sæpe ad nos repetijt non sine charitate ardenti, & amore singulari. Interea ex diuersis regionibus homines doctissimi Cæsarem adierunt, quibuscum placidos de eisdem rebus miscuimus sermones, semper ad verum intenti, cuius est natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauajalis apostolici palatij auditor, natione Hispanus, qui Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione successit: quo cum sæpe de concilio Basileensium amice disputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quē de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumque Cæsar ad vnionem Ecclesiæ procurandam in Nurimberga suæ nationis conuentum instituisset, decreuissetque summum Pontificem adhortari, vt Constantiæ nouum

Iulianus S. Angeli Cardinalis Romanus multis quas hic habes rationibus, huic Pont. in minoribus existenti, erroneas esse suas opiniones et demōstrauit.

Ad idem multū profuit Ioannes Carauajalis Hispanus, qui Romæ Auditor fuit & deinde Cardinalis.

Concilium

Concilium indiceret, legatumque mitteret, ac Basileenses pariter induceret, vt eò se transferrent, vt pax Ecclesiæ redderetur: primi Basileenses recusauere. Quod audiens Thomas Asselbachius ex Germanis insignis Theologus, Nunc, inquit, scio Basileenses spiritum sanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatricis legem effugiunt. idem multi alij dixere viri doctissimi, & opinione sanctitatis illustres. Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quæ velut aranearum tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileen. dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput submisimus, & reconciliati Ecclesiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, idest cathedræ Petri communione consocior. Super illam fundatam Ecclesiam scio: quicunque extra hanc domum agnum Dominicum comederit, profanus est: si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Eramusque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Basilea clericali tantum charactere insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbuimus ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileen. cœcitate relicta. In Austria minores ordines, ac subdiaconatum, & diaconatum recepimus: in Vrbe ad presbyteratum peruenimus. Hæc est conuersatio nostra: per hos gradus è tenebris ad lucē migrauimus. ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus theologicæ sapientiæ celebratus, ac acutissimus interpres, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus vnam Ecclesiam catholicam, & apostolicam esse didicimus matrem omnium fidelium, extra quā non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem sibi proponunt vitam æternā. Idcirco enim in Ecclesia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hostibus pugnant, vt patriam tandem assequātur, & cum Iesu magistro, ac legifero suo in cælesti Hierusalem triumphare, ac regnare possint. Hic finis Christiano proponitur, huc omnes Ecclesiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt. & quoniam Ecclesia quidam exercitus est Deo militans, terribilis, vt castrorum acies ordinata dicitur: vni procul dubio Imperatori subiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius ac max. & opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiam, eamque voluerit ad finem vsque seculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censeretur? At verò inter genera gubernationum communis philosophorū sententia est, præstare monarchiam: & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis eiectis regibus duos annuos consules elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magistratus inuenere: in aduersis tamen casibus, bellisq; grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & auctoritate præstantem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduersari. & quanquam dictaturam ab initio temporaneā instituerunt, in Iulio tamen & successoribus eius perpetua effecta est. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quàm sub Augusto Cæsare, quando iam clausis Iani portis totus fere orbis, sub vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen cæteris prætulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernant reges, siue Christianos intueamur, siue Barbaros. & quamuis ciuitates aliquot reperiantur, quæcum maxime seruiant, liberas sese vocitant, sine rege viuentes, non possunt tamen effugere, quin vnum præferant alijs, eique tāquam capiti pro tēpore obediant. Quid plura? cælestis aula nos admonet. quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius, aut durabilius? quid melius, aut beatius? quamuis in ea & Angelorum diuersi sint ordines, & sanctorum spirituū innumerabiles chori, vnus est tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit vniuersa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius vnigenitus Christus Iesus cum pro nostra salute venisset in hunc mundum, seruili accepta forma, Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea vsque in diem Ascensionis corporaliter præsedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem suum direxit. At cum ascendisset in cœlum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, Pasce oues meas &, Tibi dabo claues regni cœlorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est verax. Grex Christi, Ecclesia est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Secundus pastor Petrus extitit, ab ipso Domino institutus, atque omni potestate donatus, quæ ad bene regendum commissas oues necessaria ducitur. alioqui Christus, qui sapientia patris est, & omnino sapienter egit, Ecclesiæ suæ haud sufficienter prouidisset, quod est nefarium asserere. & quamuis plures per orbē Ecclesiæ institutæ fuerint, & plures episcopi, id est, plures greges, & ouilia plura, & pastores plures: omnes tamen sub vno pastore, & in vno grege, atque ouili continebantur, sicut & hodie continentur: quia vnus est Christi thalamus, vna sponsa, vnum ouile, & vnus pastor, & omnium episcoporum vnus episcopus Romanus præsul, beati Petri successor, & Iesu Christi vicarius. Petrus enim in Antiochia primum sedit, deinde Romam venit. vnde cum persecutionem fugiens, vellet abire, à Domino prohibitus est, & hic glorioso martyrio vitam finiuit, successore Clemente substituto, atque ita in hanc vsque diem seruatum est, vt qui Romæ sederit antistes rite institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Christianæ plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes episcopi tanquam Iesu Christi vicarium, & beati Petri successorem, vniuersalis Ecclesiæ caput ac rectorem & ducem venerati sint. Inter quos plurimi pro Christi nomine † asperrimus perpessi cruciatus, & morte mulctati, coronam martyrij susceperunt: plurimi confessores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes, quamuis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis, & labore, ac voluntate parata pro conseruanda sacri euangelij auctoritate moriendi, ad cœlestem gloriam peruenere: vt Gregorij, Damasi, Leonis, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius, ex monasterio Sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem diuus Bernardus monachorum pater, non minus doctrinæ fulgore, quàm vitæ sanctimonia illustris, inter multa, huiusmodi verba conscripsit: Indagemus, inquit, adhuc diligentius quid sis, quā geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidem cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrūque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges singulis singulos, tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor. Hæc Bernardus ad Eugenium III. scribit, cui supremam & omnimodam in ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis est auctoritas. Liquet igitur vnum in Ecclesia caput esse, & vnum principem: quia pax populis ex vno rectore

dependet,

Cognito tandem errore Romā venit, & reconciliatus se Ecclesiæ.

In Austria minores ordines ac subdiaconatū & diaconatum recepit & Romæ presbyteratū assumpsit.

Profuitque sibi multū Thomas Saracenus qui tunc Theologus, & deinde Papa Nicolaus V. appellatus fuit.

Pontifex ponit his quæ de Roma. Pont. auctoritate sentit.

Bernardi ad Eugenium tertium notatu digna verba.

dependet, & pluralitas principum discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in vltimo testamento pacẽ reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicum, id est, monarchicum, sub beato Petro, & successoribus eius administrari, cuncta præcipiens clauibus illi commissis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate, & potestate sentimus, cui & congregare generalia concilia, & dissoluere datum est: qui etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & sicuti filiationis causa venerari debet Ecclesiam, tanquam matrem; ita & prælationis causa præfertur ei, vt pastor gregi, princeps populo, rector familiæ. Cum his & generalis concilij auctoritatem, & potestatem cõplectimur, quemadmodum & æuo nostro Constantiæ, dum ibi fuit synodus vniuersalis, declaratum definitũq; est. Veneramur enim Constantien. concilium, & cuncta, quæ processerunt, a Romanis Pontificibus nostris prædecessoribus approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod stante Romano indubitato præsule, absque ipsius auctoritate conuenerit: quia non est corpus ecclesiæ sine capite, & omnis ex capite defluit in mẽbra potestas. Hæc nostra sententia est, filij: hæc credimus, & profitemur: hæc iam senes, & in Apostolatus apice constituti, pro veritate asserimus: si quæ vel vobis, vel alijs conscripsimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent; illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parum pensata iudicia, reuocamus, atque omnino respuimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, vj. Calend. Maij, anno Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Et quæ in contrariũ scripsit tanquam erronea reuocat.

XII.

De Impositione Decimæ super officijs Rom. Curiæ pro bello contra Turcas.

Aliam similem impositionem fecit Pius V. const. 104. Christiana. & Greg. 13. const. 3. & si in crastinum & const. 31. Quo in statu.

PIVS Episcopus, &c.

QVONIAM, vt proxime publicatum est, decreuimus adiuuante domino classem parare cõtra Turcas, & personaliter ire in expeditionem proxima estate: ad quod opus sanctum & necessarium magna pecuniarum summa indigemus, nec tantis sumptibus Ecclesiæ facultates sufficere possunt: ea propter ad huiusmodi onera supportanda reseruamus integram decimam omnium emolumentorum & prouentuum omnium & singulorum officiorum & officialium Romanæ Curiæ cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis existant. Mandamus itaque omnibus & singulis officialibus prædictis quatenus venerabili fratri L. Episcopo Ferrariensi, quem huius rei depositarium constituimus, integram & veram decimam emolumẽtorum quocunque modo ratione dictorum officiorum prouenientium, intra mensem a die dat. præsentium sequentem persoluisse debeant, sub poena excommunicationis latæ sententiæ: & nihilominus si in solutione huiusmodi cessauerint, aut renitentes fuerint, exercitio & emolumentis dictorum officiorum per annum integrũ tenore præsentium priuamus, & priuatos esse declaramus: quæ emolumenta huic operi eo ipso applicamus. Nõ obstantibus priuilegijs indultis & literis apostolicis eisdem concessis, & alijs in contrarium facientibus quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die vltima Octobris 1463. Pontificatus nostri anno sexto.

Pont. contulit se Anconæ bellum Turchis illaturus, & ibi decessit.

Impositio decimæ.

Soluere cessantes emolumentis officiorum per annum priuantur.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet D.N.PP. vt publicetur in audientia, & describatur in Cancellaria. Ag. Camerin.

Lectum & publicatum fuit supradictum mandatum Romæ in Cancellaria Apostolica, die quinta mensis Nouembris. Et in audientia contradictarum die eadem, & eiusdem mensis Nouembris, anno incarnationis domini 1463. Pontificatus præfati Domini nostri Pij Papæ II. anno sexto.

Pont. supradictus obijt Ancona xix. Calen. Septembris 1464. & eius Cadauer Romę relatum in Basilica Sancti Petri conditum fuit.

PAVLVS SECVNDVS

Venetus Eugenij Quarti ex Sorore Nepos Coronatus Romæ V. Id. Septemb. 1464.

I.

Prohibitio aliquid exigendi à conducentibus animalia in Dohanam Patrimonij.

Hæc const. ampliatur infra per Iul. 3. const. 57. cum sicut nuper. & Greg. xiij. const. 46. decet.

De materia autem habes supra fol. 76. Pij 2. const. 4. circumspecta & fol. 80. const. 7. inter cæteras & fol. 82. const. 10. inter cæteras, & habes infra Innoc. 8. const. 15. cum sæpe. Alex. 6. const. 5. Romani. Leon. x. const. 28. quoniam. Iul. 3. const. 58. cum inter & Greg. xiij. const. 69. Romanum. Decet.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, vniuersis & singulis nostris & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Baronibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Officialibus, Communitatibus, alijsque quibuscunque, mediate vel immediate subditis nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

QVONIAM informati fuimus fide dignorum relatu, nonnullas graues & excessiuas exactiones fieri, ab his qui animalia sua in Dohana almæ Vrbis nostræ, & patrimonij Beati Petri ducunt & reducunt; quæ res cum inhonesta & indecens censetur, tum etiam in præiudicium Cameræ apostolicæ noscitur redundare, præsertim quod mercatores vel alij animalia ducentes huiusmodi, propter dictas exactiones retrahuntur, & ea ad dictas Dohanas non conducunt. Ea propter nos volentes super hoc oportune prouidere, tum pro nostri honoris debito, tum pro dicta Cameræ indemnitate conseruanda, maxime considerantes iniustum esse vt mercatores & alij qui per dictã

Cameram

Prohibitio ne pro animalibus affidatis aliquid exigatur per Communitates & alios.

Clausulæ derogatoriæ.

Cameram affidantur, & debitam fidam persoluunt, ad alias solutiones compellantur; Vobis vniuersis & singulis supradictis, tenore præsentium iniungimus, & districte præcipiendo mandamus, quatenus sub pœna indignationis, ac mille ducatorum pro quolibet, vice qualibet qua cõtrafactum fuerit, eidẽ Cameræ applicandorũ, non debeatis nec quisquam vestrum debeat aliquid exigere quouis, prætextu vel quæsito colore, pro passu vel transitu animalium quæ ad dictas Dohanas conducta sunt, vel deinceps conducentur, tam in aduentu, quam in reditu, sed ea tute libere & impune absque aliqua exactione cuiuscunque passus vel trãsitus, ire & redire permittatis, ac vestrum quilibet permittat, visa tamen bulletta dohanerij seu dohaneriorum, faciente fidem quod fuerint in eisdem dohanis vel altera earundem, & quod debitum soluerint. Non obstan. priuilegijs & indultis vobis forsan concessis, necnon consuetudinibus cæterisque contrarijs quibuscunq;. Si quis autem ex huiusmodi nostro mandato se grauari senserit, compareat in eadem Camera apostolica, & ostensa ibidem iusta causa suĩ grauaminis, accipiet iustitiæ complementum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimoquarto. Pridie Cal. Febr. Pontificatus nostri anno primo.

II.

De officio eorum quibus causæ alienationum bonorum Eccles. à Sede Apostolica delegantur in forma si in euidentem.

De materia istarum alienationum vide infra const. 6. ambitiosæ & Pij V. const. 35. admonet, & alias const. quas indicaui supra in prima const. Ioan. 22. fol. 34.

Commissiones istæ expediebantur alias in Camera Apostolica, sed prohibuit Pius 4. in const. 70. Romanus, & Pius v. const. 68. volentes.

De Officio Iudicum istarũ alienationum.

De pœnis inobedientium.

De pœnis fraudulenter procurantiũ istas alienationes.

In commissionibus causarũ alienationum inserenda est hęc const.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM in omnibus iudicijs sit rectitudo iustitiæ, & conscientiæ puritas obseruanda, id multo magis in concessionibus alienationum rerum ecclesiasticarum conuenit obseruari, in quibus de Christi patrimonio, & dispensatione pauperum, non de proprio cuiusque peculio agitur, vel tractatur. Quapropter oportet vt in examinandis huiusmodi alienationum causis, quæ a Sede Apostolica in forma, Si in euidentem vtilitatem cedant, oneratis ecclesiasticorum iudicum conscientijs delegantur, nihil fauor vsurpet, nihil timor extorqueat, nulla expectatio præmij iustitiam, conscientiamque subuertat. Monemus igitur, & sub in terminatione diuini iudicij omnibus Commissarijs, & delegatis huiusmodi, districte præcipimus, vt caute, & diligenter attendãt causas in literis apostolicis por supplicationes expressas, illasque sollicite examinent, atque discutiãt, testes, & probationes super narratorum veritate recipiant, & solum Deum præ oculis habentes, omni timore, aut fauore deposito, ecclesiarum indemnitatibus consulant, nec in læsionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientiæ suæ prodigus, in grauamen, aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, aut timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat, Episcopus vero, aut superior ab executione officij per annum nouerit se suspensum, ad extimationem detrimenti ecclesiæ illati nihilominus condemnandus: sciturus, quod si suspensione durante damnabiliter ingesserit se in diuinis, irregularitatis laqueo se inuoluet, à quo non nisi per Summum Pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum ecclesiarum alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impreßionẽ, alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurret, à qua nisi per Romanum Pontificem posit absolui, ad restitutionem nihilominus rerum alienarum, cum fructibus quandocunq; de præmissis constiterit, condemnandus. Volumus autem, quod Legati, & Commissarij prædicti de pœnis constitutionis nostræ specifice moneãtur, & io quibuscunque literis, & commissionibus huiusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, præcepti, & voluntatis infringere &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, v. Id. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

III.

Legati Apostolici Gubernatores & alij Officiales status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ munera non recipiant, neque Officia sine speciali licentia Pont. conferant &c.

De materia istorum Officialium habebis concord. infra in Clem. 7. const. 25. onus.

Ex receptione munerum multa mala causantur.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

MVNERA excæcare oculos sapientum, & peruertere corda iustorum, sacra scriptura testatur. Vnde ille laudatur, ille prædicatur bearus, qui post aurum non abijt nec argentum, & qui excutit manus suas ab omni munere: de quo propheta testatur, quoniam ipse in excelsis habitabit, & monumenta saxorum, sublimitas eius. Quod cum omnes facere conueniat, tum maxime seruare oportet apostolicos Legatos, & Gubernatores prouinciarum, ciuitatum, atque terrarum, Romanæ Ecclesiæ subditarum, quos decet cæteris secularibus magistratibus, iustitiæ & integritatis exempla præbere, vt auaritiam odiant, & munera super innocentes non cupiant. Sane ad nostrũ, non sine molestia animi, peruenit auditũ, quod superioribus tẽporibus diuersi rectores, & gubernatores terrarũ, & prouinciarum S.R.E. subditarum, & nonnulli Legati, etiam de latere, ad gubernationem ipsarum terrarum, & prouinciarum emißi, solitum quendam sequentes abusum, munera à prouincialibus, & incolis locorum, publice & priuatim susceperunt, etiam in vasis aureis vel argenteis, vel equis, aut victualibus, excedentes omnem modum, permißionemq; canonicam; quæ quidem non solum ipsis ciuitatibus & prouincijs grauia & onerosa fuere, sed etiam exemplo turpia & pernitiosa opere comprobãtur. Si quidem ipsis muneribus vel donis allecti, priuatæ gratiæ & factionibus, potius quã iustitiæ studuerunt, multiq; criminosi grauia delicta & flagitia pecunia redemerunt, atque (vt breuiter circumscribamus) impletum est in

plerisque

plerisque propheticum illud, quod in eorum manibus iniquitas fuit, & deatera eorum repleta est muneribus. Si quidem beatus Isidorus ait, Cito iugulabitur auro iustitia, nullamque reus pertimescet culpam, quam redimere nummis eaistimat. Volentes igitur talibus abusibus prouidere, & per officiales & ministros Apostolicæ Sedis, omnem integritatem munditiamque seruari, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quisquam deinceps rectorum, aut gubernatorum, & quorumcunque officialium Romanæ ecclesiæ, vel etiam Legatorum de latere, ad regimen & gubernationem prouinciarum, ciuitatum, ac terrarum Romanæ ecclesiæ deputatorum vel deputandorum, à prouincijs, ciuitatibus, & terris, quibus præsunt, vel officia exercent, nec a singularibus suæ legationi, regimini, vel gubernationi suppositis, aliquod genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut vestem, aut equũ, vel aliquod cuiuslibet speciei munus accipiat, præter esculenta & poculenta, quæ breui tempore consumi possunt, quod tempus, ad biduum moderamur: alioquin tam dantes quam accipientes, etiam si Pontificali præfulgeant dignitate (dummodo non sint sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui in sacro collegio, coram nobis, sponte sua obtulerunt, & promiserunt, non recepturos se huiusmodi munera) ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, à qua absolui non possint, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti. Et insuper, omne id quod acceperint, & aliud tantumdem reddere teneantur. Mandantes vt omnes, & singuli legati, rectores, gubernatores, & alij officiales prædicti, priusquam ad sua admittantur officia; videlicet Cardinales Legati, in dicto collegio coram nobis promittere; inferiores vero, in camera apostolica, de obseruanda huiusmodi constitutione nostra (quam perpetuo valere, & vim decretalis habere decernimus) iuramentum præstare teneantur, quod etiam in forma iuramentorum præstari solitum, adiungi & ascribi mandamus. Insuper, ne sub occasione munerum, officia inferiora in ipsis prouincijs, ciuitatibus, & terris, venalia reddantur, aut criminosi debitas pœnas effugiant, vel mulctæ pro debitis impositæ, & fisco applicandæ, in priuatas vtilitates redigantur; pari prohibemus edicto, ne Legati & gubernatores prædicti, præturas ciuitatum, & alia inferiora officia, per Romanos Pontifices conferri, confirmari, vel alias concedi solita; conferre, confirmare, aut de illis quomodolibet, sine speciali commissione nostra, vel successorum nostrorum ordinare præsumant. Pro his vero quæ ad ipsorum Legatorum, vel gubernatorum dispositionem, vel confirmationem pertinent, pro collatione officiorum, vel confirmatione nil accipiant, præter moderatam mercedem secretarij siue scriptorum, & sigilliferi; quam quidem in maioribus officijs, & ciuitatibus insignioribus, ad duos florenos de camera; in minoribus officijs, vel ciuitatibus minus insignibus, ad vnum florenum; in minimis vero, seu castellis, dimidium florenum similem tantum, pro salario secretarij, scriptoris, & sigilli taxamus: & limitamus. Insuper prohibemus ne aliquos reos capitalium, aut exules, bannitos, & diffidatos sub pœna capitis, absoluere, restituere, aut pœna liberare audeant, sine Romani Pontificis licentia speciali. Præterea mulctas & condemnationes pœcuniarias, cameræ Apostolicæ, de iure vel consuetudine applicari solitas, remittere non possint aut donare, nec de illis gratiam aut remissionem facere, nisi vsque ad summam sex florenorum auri de camera, in mulcta seu condemnatione quamuis graui. Reuocantes omnes concessiones aut facultates, in genere vel specie, cuiuis Legato, rectori, vel gubernatori concessas, in quantum præmissis aduersentur; illasque pro infectis habentes; decernentes quicquid contra præmissa & quodlibet præmissorum, attentatum fuerit, nullius esse roboris vel momenti; & absolutiones, remissiones, donationes, & gratias quorumlibet Legatorum, rectorum, gubernatorum, quacunque auctoritate fungentium, in futurum contra præmissa forsitan faciendas, nulli penitus suffragari. Mandantes hanc constitutionem nostram in omnibus ciuitatibus Romanæ Ecclesiæ insignioribus, nunc, & singulis quibuscunque temporibus, in aduentu noui Legati seu Gubernatoris, solemniter publicari, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, ac de verbo ad verbum in libro ibidem aliquo autentico registrari & conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum moderationis, prohibitionis, mandati, constitutionis, taxationis, limitationis, reuocationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, quintodecimo Calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Officiales status Sedis Apostolicæ munera recipere non possunt.

Recipiẽtes & dantes excõicantur &c.

Officiales id seruare iurent.

Legati & Gubernatores Prouinciarũ officia suæ Prouinciæ non possunt conferre nisi vt hic.

Officiales non possunt sine speciali licentia bãnitos &c. nec pœnas remittere vt hic. de quo vide sup. fol. 80. Pij 2. const. 8. ad retinendas.

Const. ista debet publicari in aduentu cuiuscumq; noui Gubernat.

IIII.

Declaratio quod Beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, ac reseruanda quouis modo vacantia & vacatura semper remanent affecta.

De materia vide infra Pij 4. const. 36. capientes. cum ibi not.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis prouidentiam & circumspectionem prouidam spectare dignoscitur dubia iuris, ex quibus lites graues oriũtur in dies, suæ declarationis oraculis terminare: prout negotiorũ qualitate & temporum conditione inspectis conspicit in domino salubriter expedire. Cum itaque nõnulli Rom. Pontifices prædecessores nostri per diuersas eorum constitutiones quas suo tempore dũtaxat durare voluerunt, quæcunq; beneficia ecclesiastica quæ sui & sanctæ Rom. Eccles. viuentium & tunc existentium Cardinalium familiares continui commensales obtinebant & in posterum obtinerent eorũ familiaritate durãte, etiam si ab ipsa familiaritate per obitũ Cardinalium eorũdem vel alias recessissent, necnon illa quæ etiã fructuum & prouen. Cameræ Apost. debitorum Collectores; & qui ipsorũ prædecessorũ tẽporibus sua officia exercerẽt vniti subcollectores durãtibus eorũ officijs obtinebant, ac in quibus vacauerint, cum irritantis appositione decreti: & deinde prædecessoribus ipsis sublatis de medio ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriusq; iuris interpretes, etiam Officiales Romanæ curiæ sæpenumero hæsitatum eatiterit, an beneficia huiusmodi propter reseruationẽ & decretum prædicta reseruata vel affecta remanserint, ita quòd nullus præter Romani Pont. de illis disponere potuerint sine posit: reseruatione, & decreto obsistentibus supradictis. Ac propter ambiguitatẽ hmõi varias quoq; iurisperitorũ opiniones & disceptationes ipsas, aduertemus plerũq; pro reseruatione & effectione præmissis, interdũ vero ecõtra ꝓnũtiatũ & diffinitũ fore. Nos qui vigilis more palloris sẽ

per his mat:ro prouidendum esse consilio non indigne censuimus: & propterea in singulis causis super quibusuis beneficijs ecclesiasticis eandem ambiguitatem quemodolibet concernentibus vsque ad nostrum beneplacitum supersedere mandauimus: cupientes quemadmodum nostro incumbit officio dubijs huiusmodi finem imponere subditorum dispẽdijs, & ne lites fiant penitus immortales de opportuno remedio prouidere. Felicis recordationis Vrbani Quinti. Gregorij IX. & Bonifacij VIII. Roman. Pontificum etiam prædecessorum nostrorum qui ad submouendas altercationum fomenta & ambiguitates huiusmodi lucidandas declarationes similes per suas literas ediderunt vestigijs inhærendo, ac prouide considerantes effectum per reseruationem manusque appositionem eorundem prædecessorum in dictis beneficijs in esse productum, per obitum nequaquam censeri debere reuocatam. Roman. quoque Pontificis manus appositionem prædictam, tantæ efficaciæ tantæq; virtutis existere, vt si & literæ apostolicæ super prouisionibus beneficiorum aut de prouidendo mandatis in quibus decretum, & reseruatio huiusmodi opponuntur, ex aliqua causa suum debitum non sortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficijs taliter reseruatis quibuscunque alijs fuisse adeptam, huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, omnia & singula beneficia ecclesiastica secularia & cuiusuis ordinis regularia: etiam si præpositatus canonicatus præpositurę & præben. dignitates personatus administrationes vel officia fuerint: & ad illa consueuerint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum, vt præmittitur reseruata, & per Român. Pontifices successores nostros canonice intrantes in posterum reseruanda, actu quouis modo vacantia, & inantea vacatura, per huiusmodi reseruationem & decretum, remansisse & remanere semper affecta, nullumq; de illis cum primum hac re contigerit præter eundem Roman. Pontificem ea vice quouismodo disponere potuisse siue posse, harum serie decernimus pariter & declaramus, quòd tam in pendentibus etiam per appellationem quam in futurum super eisdem beneficijs vt præmittitur reseruatis committendis causis, per dilectos filios magistros Capellanos nostros, & causarum Palatij Apostolici Auditores, atque alios quoscunque delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obseruari, & secundum præmissa, nec aliter sententiari & diffiniri volumus, atque mandamus, eis & eorum cuilibet, quauis alia super præmissis interpretandi facultate sublata, Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super his à quoque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, voluntatis mandati & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno incarnationis dominicæ Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo Kalen. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Vrbani Greg. & Bonifac. constitutiones hic non habes.

Beneficia reseruata, quomodocunque vacent remanent affecta.

Clausula irritãs.

V.

De sumentibus vindictam contra propinquos offendentis, ac de Brigosis & eorum fautoribus, ac officio Paceriorum.

Hæc const. ampliatur inf. per Sixt. 4. const. 7. perniciosam. Inn. 8. cõst. 5. & si de cunctarum. & const. 11. licet. Iul. 2. const. 5. cum homines. & Leon. x. const. 31. omnes. & Clem. 7. const. 6. in Sancta.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

VIROS sanguineos, & dolosos abominabiles Deo, Sanctus Propheta testatur, nec immerito quidem apud Deum, & homines detestandi videntur, qui horrenda sæuitia, & vindictæ furore succensi, sanguinem sitiunt aliorum, & præsertim insontium, ita vt non solum corporum mortem procurent, sed etiam animarum, pro quibus Dei filius mortem subijt corporalem, easque pretio sui sanguinis comparauit. Vnde nos eiusdem Saluatoris vicem, disponente Domino, licet immeriti, obtinentes in terris, eosdem merito detestamur, & ad gregis Dominici custodiam sollicitus excitati vigilijs, animarum, & corporum saluti, & publicæ paci, ac quieti, attenta cogitatione insistimus, vt perditorum hominum audaciam compescendo, animas simul, & corpora Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. Sane in alma Vrbe nostra, quæ sicut per sacram Beati Petri sedem totius est caput orbis effecta, ita cæteris vrbibus quietis & pacis norma, & exemplar deberet esse iustitiæ, instigante diabolo pestiferum, & pernitiosum malum irrepsit, vt si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, quam Brigam vocãt, rixa fuerit exorta, in qua alter alterum percusserit, aut vulnerauerit, percussus aut vulneratus, huiusmodi offendentis, patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis, iniuriæ expertem, & plerumque offensionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia, in vindictam suæ iniuriæ vulnerat, & interdum occidit, aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulnerat, vel occidit, vel vulnerari, & occidi facit: inde quoque iuxta damnabilem abusum Ciuitatis, vtraque pars se domibus priuatis includit, quas in contemptum summi Pontificis, videlicet Principis, ac etiam Magistratuum ciuitatis, armatis complent, & interdum fores domorum, & porticus steccatis communiunt, vbi tanquam ad officinas asylum scelerum perditi homines, & scelesti, ex vtraque parte conueniunt: illic rabida factio iungitur, atrocissimi sceleris immanitate concordans: illic dementia, & furia est, & venalis iniuria, dum ij, qui nulla sunt iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum, insana mente, & ferali crudelitate coniurant, Ii sunt quorum veloces pedes sunt ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerunt, Inter quos fœda & obscœna commertia, alearum vsus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiæ, & obscœni aguntur incestus, ex ijs oritur regentium Rempublicam, & Magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitantur. Quod quidem ex alio veteri processit abusu: vt si quando huiusmodi rixæ & offensiones intercedunt, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerunt, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupatur, ex quo plerumque totius ciuitatis studia, non sine graui nota regentium, atque discrimine reipublicæ, armantur aduersus proximos, miseri spiritu diaboli repleti, omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruertunt. Nos igitur tam immani, & crudeli facinori, ac populi nostri peculiaris periculis volẽtes occurrere, & tam nefarios

Quæ mala oriantur ex Brigosorũ conuenticulis.

præsumptores

præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & vt tuta sit inter improbos innocentia, etiam in ipsis improbis, formidato supplicio, refrenetur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusq; almæ Vrbis nostræ paci, & quieti, & tranquillitati consulere, vt fœlici ducta regimine præseruetur a noxijs, & optatis semper proficiat incrementis: Hac irrefragabili, matura, digestissima, & perpetua valitura constitutione, Statuimus, & ordinamus, vt quicunq; deinceps Baro, aut Domicellus, vel ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, secularisq; persona, cuiuscunq; conditionis, & qualitatis existat, quacunq; etiam ab eo iniuria lacessita pro sua, vel amici, aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel alias amicum, vel domesticũ offendentis, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunq; modo realiter, vel personaliter offendere præsumpserit, aut talia fieri fecerit, vel mandauerit: similiter qui in Vrbe Roma, vel in eius districtu, occasione rixæ, vel brigæ, domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, & complices, ac fautores brigæ arcessere, seu quãcũq; conuentionem, congregationem, & collectam hominum, ad vltionẽ iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumpserit per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis incurrat, & tanquam læsæ Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ reus censeatur, & habeatur, ac veluti talis, à competentibus iudicibus seuerissime puniatur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes ab omni dignitatate, honore, ordine, officio, & beneficio sint ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ mancipẽtur; beneficia eorum liberè alijs per illos ad quos eorum collatio pertinet, conferantur: Omnesq; præterea talia perpetrantes, & committentes, tanquam Christianæ religionis alieni, publicæ Pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediate vel immediate subiecto, sint perpetuo diffidati; eorum bona tam mobilia quam immobilia sint ipso iure Cameræ apostolicæ confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiasticæ vel mundanæ, seu ad alicuius loci regimen sit ascensus. Et vt magis famosa sit eorum infamia, factio testamenti actiue & passiue, sit eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: Ac præter prædictas pœnas, sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrant, à qua absolui non possint nisi per Rom. Pont. præterquam in mortis articulo constituti: Illi vero qui ipsis offensis vel offendentibus seu Brigosis adhærere, fauere, opem auxiliumue promittere, vel in domibus aut castris, locis, seu fortelitijs suis receptare, aut qui iuxta vulgare, Fardebene, deinceps præsumpserit, tãquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacem, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurrant. Statuimus præterea, vt domos & habitationes principalium offendentium, qui vindictam in alios vt præmittitur sumere vel exercere, vel etiam qui ex vtraque parte domos ipsas munire, aut congregationes occasione brigæ, & collecta hominum adunare, aut armis vel armatis, seu steccatis, aut Propugnaculis communire ausi fuerint, in detestationem tanti facinoris demoliantur, & vsque ad solum, ad perpetuam infamiã prosternantur: per hoc quoque sæcularibus, & alijs iudicibus suis competentibus, non adimimus facultatem vtendi Statutis & legibus aduersus tales editis vel edendis: Dignum est enim vt nefandi ratione flagitij, vltionis seueritas extendatur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuperet. Cæterum volumus quòd singuli in dicta Vrbe Rixam seu Brigam quomodolibet forsan in præsentiarum habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cuiuscunque status, vel conditionis fuerint, post publicationem præsentium in curia Capitolij, & alijs publicis dictæ Vrbis locis faciendam, infra quindecim dierum spatium super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis generales Pacerios nostros, ac Chericum de Chericatis ciuem & militem Vicentinum, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorum plenarie compromisisse, ipsorumque decisionibus, sententijs, & mandatis, quæ omnia rata & grata haberi, ac ab omnibus & singulis, quorum interest, vel intererit quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obseruari volumus atque mandamus, stare & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouismodo appellare. Inhibentes nihilominus districtius ne aliquis per seipsum aut quemuis alium directè vel indirectè, seu alio quouis quæsito colore contra pacem, & concordias hactenus initas & factas, vel securitates præstitas, seu deinceps ineundas, venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præsumant, sub pœnis, vltra vrbis statuta, in huiusmodi facta Pace contentis, ac præmissis, & alijs arbitrio nostro infligendis, quas rebelles, & contrafacientes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurrant. Ad maiorem præterea firmioremq; rei subsistentiam, & perpetuam obseruationem, volumus & mandamus quòd præsentes nostræ literæ eiusmodi voluntatem, ordinationem, & decretum nostrum continentes, in volumine Statutorum dictæ nostræ Vrbis, de verbo ad verbum denotentur, & describãtur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, ordinationis, statuti, voluntatis, mandati, decreti, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Decimo Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Vindictam sumẽtes contra propinquos offendentis &c. multas pœnas hic descriptas incurrũt.

Fautores eorum pœnis hic expressis innodantur.

Domus in quibus fit armatorũ collecta demoliantur.

De steccatis & Duellis pœnam infra in Clem. 7. cõst. xi. cõsueuit.

Rixam aut brigã habentes, ad pacem deueniãt iuxta ordinẽ Paceriorum de quo vide Sixt. 4. cõst. 7. perniciosam.

Inobedientes pœnas hic positas incurrunt.

Maiores autem pœnas infl. x Iul. 2. infra cõst. 5 cum hominis, vbi not.

Ista const. est posita in volumine Noui Stat. Vrbis inter cõstitutiones Sixti 4. f. 10.

VI.

Prohibitio alienationis bonorum Eccles.

Hæc const. ampliatur infra per Iul. 3. const. 25. cum sicut. Paul. 4. const. 2. iniunctum. & const. 3. cum nos. Pij 4. const. 19. prouida. & const. 25. Apostolicæ. & Pium V. const. 35. admonet.

De materia autem habes plurimas Pont. const. quas indicaui sup. in 1. const. Ioan. 22. fol. 34.

PAVLVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AMBITIOSAE cupiditati, illorũ præcipue qui diuinis & humanis affectatis, dãnatione postposita, immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata ex quibus ecclesiæ monasteria & pia loca regũtur illustrãturq; & eorũ ministri sibi alimoniam vẽdicant prophanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum ac diuini

cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumant, occurrere cupientes: omnium rerum & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem, vltra triennium, necnon in feudationem, vel contractum emphiteoticum præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus & bonis in emphiteosim ab antiquo concedi solitis, & tūc cum ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione fieri prohibemus, prædecessorum nostrorum constitutionibus prohibitionibus & decretis alijs super hoc editis, quæ tenore præsentium innouamus, in suo nihilominus robore permansuris. Si quis contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis & rebus eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sit roboris vel momenti: & tam qui alienat, quàm is qui alienatas res & bona prædicta receperit, sententiam ex communicationis incurrat alienanti vero bona ecclesiarum monasteriorum locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Roman. Pontifice, aut contra præsentis constitutionis tenorem, si Pontificali vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus ecclesiæ sit penitus interdictus, & si per sex menses immediate sequentes sub interdicto huiusmodi, animo (quod absit) perseuerarit indurato lapsis mensibus eisdem à regimine & administratione suæ ecclesiæ vel monasterij cui præsidet in spiritualibus & temporalibus sit eo ipso suspensus. Inferiores vero prælati cōmendatarij & alij ecclesiarum rectores beneficiati vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijsque ecclesiasticis cum cura & sine secularibus & regularibus beneficijs quorum res & bona alienarunt dumtaxat, ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur: possintque per locorum ordinarios vel alios ad quos eorum collatio pertinet, personis idoneis (illis exceptis quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure cōnferri, nisi alias dispositioni apostolica sedis sint specialiter aut generaliter reseruata: & nihilominus alienatæ res & bona huiusmodi ad ecclesias monasteria & loca pia ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, innouationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Kal. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

Prohibet bona Eccles. alienari hypothecari & cet.

Cōtrauenientes pœnis hic expressis innodat.

V I I.

De Officio & exercitio Notariorum Auditoris causarum Cameræ Apostolicæ.

Declaratur hæc const. inf. per Pium V. const. 117. inter vbi ponam concord.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER præcipuas nobis, ex apostolatus officio imminentes curas, illam non in postremis enumerari dignum est, vt ea lance, qua sedis Apostolicæ prouidētia, quam plurima passim per orbem, bene & salubriter dirigere consueuit, Officia quoq; Ro. Cu. dirigamus, & quæ in illis pro cessatione liuorum, & ad ipsam curiam negotiorum expediendorum causa accedentium, indemnitate, reformanda sunt, æque & salubriter reformemus. Sane pro parte dilectorum filiorum Notariorum curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, Quod quamuis ipsi numero decem sint, eorumque officia (quæ per nos cum pro tempore vacant conferuntur) perpetua existant, nihilominus hactenus, in eorum officio, circa æqualitatem inter ipsos notarios seruandam, certus ordo datus non extitit; propter quod, non modica quandoque inter ipsos confusio viguit. Verum si certa lex, ac certus ordo ipsis, per nos, tam circa vnius capellæ, ad honorem Dei institutionem, quam circa ipsius officij directionem (prout inter dilectum filium magistrum Iacobum de Mucciarellis dictæ curiæ generalem Auditorem, & ipsos notarios, concorditer actum est) imponeretur, partes coram ipso Auditore litigantes, & alij qui cum ipsis agere haberent, ab expensis releuarentur, ipsumque officium, non absque dictæ Cameræ emolumento, decoraretur. Quare pro parte eorundem notariorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt pro ipsius officij directione, ac alias, super his opportune prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui re ipsa, per certos super hoc deputatos a nobis, cum præfato Auditore, communicata & mature digesta, ex eorum relatione, illam honestam, & dicto officio honorabilem esse comperimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, expresso ad hæc præfati Auditoris accedente consensu; eisdem Notarijs, vt in honorem Dei, certum locum, pro vna capella, in aliqua ecclesia almæ Vrbis, cum necessarijs ornamentis, & capellano idoneo (qui singulis diebus Dominicis, Missam in illa celebrare, & in ea omnes Notarij interesse, ac illa finita, si oportuerit, de rebus suum officium concernentibus tractare, in processionibus quoque solemnibus ad quas cæteri Romanæ Curiæ officiales ire consueuerunt, cum tortitijs proficisci debeant) sibi eligere possint, auctoritate apostolica, tenore præsentium, indulgemus. Et insuper statuimus & perpetuo ordinamus, quod de cætero, nullus ad huiusmodi Notariatus officium, cum vacauerit in dicta curia, admittatur, nisi prius, per præfatum, vel pro tempore existentem dictæ curiæ Auditorem, Notariosque prædictos, de eius sufficientia in arte notariæ examinatus, & idoneus repertus fuerit: sitque persona legalis, & honesta, ac bonæ famæ, qui ante eius admissionem, teneatur iurare dicti officij constitutiones obseruare, & pro ipsius ingressu, soluere pro Capella, sex florenos auri de camera, nec alia iocalia eisdem notarijs, pro sua receptione, soluere, sit astrictus. Necnon, quod nullus ipsorum Notariorum, de alterius notarij eiusdem curiæ scripturis, se quomodolibet intromittat, aut super eis, literas expedire præsumat, sine expresso consensu, & voluntate notarij, ad quem scripturæ ipsæ pertinent. Si quis vero eorum terminos pro socio absente scripserit, id infra duos dies, vel quam citius commode poterit, illi significare & referre teneatur. Et si secus egerit, puniatur pœna amissionis salarij sui de vno mense, & suspensionis ab officio ad arbitrium Auditoris præfati. Præterea, vt inter eos, omnia rite, & sine liuore procedant, habeatque dictum officium, certum corpus, ex quo singulis eorū, aliqua cōmunia emolumenta obueniant, Statuimus, & ordinamus, quod prædicti Notarij, pro qualibet

Isti Notarij Capellam in aliqua Ecclesia eligere possint.

In processionibusq; solēnibus cū tortitijs proficisci debeant.

De qualitatibus Notarij eligen.

De officio Notariorum.

litera

litera, per eundem Auditorem taxata; tantum teneatur ponere in communi, & consignare vni notario; qui Mensarius erit, quantum ipse Auditor recepit ex eadem. Quarum quidem literarum, & taxatum computum, vt rite teneatur, volumus; quod deputetur per turnum, mensatim, vnus ipsorum Notariorum, incipiendo ab antiquiore, qui faciat mensem, & expediat omnes literas, illasque subscribat, & computum de taxis teneat, & omnes pecunias literarum expediendarum recipiat, & taxam Auditoris, ac pro sigillo soluat; residuum vero, vsque ad finitum mensem retineat; dictasque literas sua cura & diligentia, ad sigillum deferat, vel mittat, & totaliter expediat, & demum in fine mensis, ratione per eum cæteris notarijs reddita, id quod ad officium pertinebit, iuxta taxas officio debitas, æqualiter inter omnes diuidat, suamque portionem cuique consignet. Quod vero supererit, det illi Notario, ad quem prædictæ literæ pertinebunt. Cui quidem Notario Mensario, pro eius labore, dentur de communibus officij emolumentis, vltra partem suam, triginta grossi Papales. Literæ vero, non ante portentur ad Auditorem taxandæ, nisi prius vltra scriptionem proprij Notarij, subscriptæ fuerint etiã per ipsum notarium Mensarium. Et vt eis in aliquo commoditas fiat, etiam a Roman. Ecclesia se ex quacunq; causa absentare volentibus; detur Notarijs taliter se absentantibus absentia pro duobus mensibus & non vltra; nisi forsan ex gratia, de consensu duarum ex tribus partibus eorundem Notariorum, sibi concessa fuerit; sed teneatur idem se absentare volens, diem recessus sui intimare Auditori, & Notario Mensario, ac dimittere loco sui vnum ex eisdem Notarijs, qui obseruet pro eo terminos in causis, & illi scripturas causarum currentium dimittat. Infirmi autem habeant emolumenta, ac si præsentes essent, dummodo eorum infirmitas, talis sit, quæ per duas ipsorum Notariorum partes, approbetur sufficiens & excusabilis. Cæterum idem Notarius Mensarius, qualibet die, certa hora, in domo Auditoris, se repræsentare teneatur, vt alij, pro expediendis literis, & alijs occurrentibus secum conuenire possint. Ad tollendum quoque liuorem, & æqualitatem inter eos seruandã, omnes commissiones, quæ ad præfatum Auditorem venient, distribuantur per eum, per turnum inter ipsos Notarios, prout Auditores Rotæ, inter Notarios suos facere consueuerunt, Et similiter appellationes ex terris Ecclesiæ prouenientes. Taxæ vero in eodem officio hactenus obseruatæ, nullatenus immutentur, sed prout tempore præterito obseruatæ fuerunt, ita de cætero obseruentur, nec audeat aliquis notarius, sibiue liceat, plus aut minus recipere; sed iuxta consuetudinem ac stylum taxarum hactenus obseruatarum, sub pœna suspensionis ab officio, pro illo tempore, de quo Auditori visum fuerit, & perditionis emolumentorum duorum mensium, excepta taxa aggrauatoriæ, quam diminui volumus. Pro illa enim, si veniat taxanda ad vigintiquatuor, vbi prius recipiebantur pro omnibus taxis, quinquaginta, de cætero non recipiantur nisi quadraginta. De illa vero, quæ taxatur ad triginta sex & de qua prius recipiebantur septuaginta duo, de cætero non recipiantur nisi quinquaginta grossi similes, pro totali expeditione. Si quis vero eorum, plus aut minus receperit, eo ipso, prædictas pœnas incurrat. Illæ autem literæ, quæ transeunt sub sigillo proprio Auditoris, vtpote literæ Curialitatis, Monitoria generalia in curia, Inhibitiones, & alia huiusmodi; subscribantur per eundem Notarium Mensarium, qui teneatur de singulis, earum, retinere pro officio, duos grossos, & illos in pitaphio signare. De duplicatis vero literis; nihil omnino soluatur, nisi tantum pro labore Notarij, prout hactenus extitit obseruatum. Et vt de cætero partes litigantes ab expensis releuentur, nullus ex eisdem Notarijs capere possit pro registris, nisi ad rationem viginti foliorum pro quolibet ducato. Folium vero a qualibet parte, contineat saltem viginti sex lineas, & quælibet linea quatuordecim syllabas, iuxta veteres audientiæ causarũ palatij Apostolici constitutiones. Cætera vero dicti officij lucra & emolumenta, illi Notario cedant, qui illa, per suam modestiam, & industriam acquisiuerit. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, statuti, ordinationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, septimo Cal. Augusti. Pontificatus nostri anno quinto.

De Massa eorũdem.

De Mensario.

De absentia Notariorum.

De commissionibus causarũ per turnum à Mensario distribuendarum.

Quod dicitur hic de appellationibus non seruatur.

De taxa.

De duplicatis.

VIII.

Monasteria & beneficia quæ Pijs locis contra fuerunt & de cætero non vacant annatam singulis quindecim annis soluere tenentur.

Hæc const. confirmatur infra per Innoc. 8. const. 1. Apostolicæ. Iul. 2. const. 3. ex debito. Iul. 3. const. 38. cupientes. & const. 41. cum nos. & Declaratur per Paul. 4. infra const. 40. decens. Et de materia. vide infra Pauli 4. const. 25. incumbentia. vbi ponam concord.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem sic suis fore gratijs liberalem, quod in Ecclesiarum, Monasteriorum, aut clericalis ordinis personarum secularium siue regularium fauorem concessa, in Cameræ Apostolicæ, vel alijs præiudicium non redundent. Sanè dudum ad humiles vniuersorum poscentium supplicationes, & ex certis rationabilibus causis tunc expressis inducti, tam nos quam S. R. E. Martinus V. Eugenius iiij. Nicolaus etiam V. Calixtus iij. & Pius ij. Pontifices prædecessores nostri quam plura diuersorum ordinum Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Conuentuales, nec non dignitates maiores in Cathedralibus, Metropolitanis, & principales in collegiatis Ecclesijs, administrationes quoque, officia, & beneficia ecclesiastica etiam dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, inuicem vel alijs cathedralibus etiam Metropolitanis, vel collegiatis ecclesijs, earumque capitularibus mensis, ac mensarijs, dignitatibus, collegijs, vniuersitatibus, & beneficijs, & præsertim congregationis Canonicorum regularium S. Augustini Lateranen. & de Scopeto, seu S. Saluatoris nuncupatorum, Monachorum S. Iustinæ Paduan. Montis Oliueti, S. Benedicti, Cistercien. Vallis ymbrosæ, & Cartusien. ordinibus, Presbyterorumque S. Georgij in Alga Venetiarum, atque alijs monasterijs, domibus, hospitalibus, & fabricis, & pijs locijs vtriusque sexus personarum, sub diuersis modis & formis apostolica

Pontifices nonnulla beneficia Locis pijs applicarunt.

lica auctoritate vniuimus,incorporauimus,& annexuimus,applicauimus,atque submisimus. Propterea que Ecclesiæ,Monasteria,Prioratus,Præposituræ,dignitates administrationes,officia,& beneficia vnita huiusmodi amplius nequaquam vacare sperantur:cumque propterea Cameræ Apostolicæ,necnon venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium collegium, & sedis apostolicæ officiales detrimentum non modicum patiantur: Nos, quorum interest eorundem Cameræ,Collegij, & Officialium indemnitati prospicere;volentes, quemadmodum par est,vniones,incorporationes,annexion.application.& submissiones præfatæ, si alias rite, & rationabiliter processerunt,ita in sua firmitate permaneant.quòd ipsorum quibus vna cum suis oneribus vnita fuere, commodis deseruiant,& aliorum iura propterea non lædantur, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus,& ordinamus,decernimus, & declaramus: Quod omnia, & singula Monasteria, videlicet illa quorum fructus,redditus, & prouentus ad summam centum floren. auri de Camera secundum communem æstimationẽ ascendunt annuatim,si in libris eiusdem Cameræ taxati reperiuntur,communia,& minuta seruitia,atque alia iura debita,& consueta tam ipsis Cameræ,& Collegio quam Officialibus præfatis:reliqua vero Monasteria,Prioratus,Præposituræ,Præpositatus,dignitates,personatus,administrationes,officia,& beneficia, vt præfertur vnita,pro quibus Cameræ apostolicæ annata,seu alia iura solui consueuerant,vel debebant temporibus retroactis, & de soluendo singulis certis temporibus futuris obligatio in eadem Camera per inaduertentiam facta nõ fuit, annatam,siue medios fructus vnius anni in posterum singulis quindecim annis perpetuo sequuturis, eidem Camerario soluere teneantur & debeant.Et quod de omnibus Monasterijs,Prioratibus,Præpositatibus, dignitatibus,personatibus,administrationibus,officijs & beneficijs, vt præfertur vnitis, a quorum vnionum temporibus postquam illæ sortitæ effectum,anni quindecim effluxerunt, infra annum proxime futurum communia minuta, & alia iura, seu annatas, & medios fructus huiusmodi soluere astringantur etiam singulis annis quindecim in futurum,prout multi alij similes vniones,& gratias obtinen.faciunt, & facere consueuerunt, & ad hoc ij quorum interest infra vnius anni spacium se in eadem Camera efficaciter obligare debeant cum effectu. Alioqui si a solution.aut obligatione præmissis cessare præsumpserint, vnion.annexion. & incorporationes præfatæ habeantur penitus pro infectis,& sic vnita Monasteria,Prioratus,Præposituræ,Præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, & cuiusuis qualitatis, aut generis beneficia huiusmodi tamquam vere vacantia possint libere a sede præfata impetrari,& canonice obtineri,ac si vniones ipsæ,& super eis confectæ literæ,processus quoque habiti per eosdem,& quæcunque inde secuta nullatenus emanassent. Non obstantibus vnion. & alijs præmissis,cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitution.ordination.& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ,Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono,Octauo Id.Ianuarij,Pontificatus nostri anno quinto.

Et de cætero nõ vacant.

Monasteria de quibus hic soluant seruitia cõmunia, &cæt.

Beneficia vnita soluãt annatam Reu. Cam. Apostolicæ singulis quindecim ãnis.

Et quę non soluerũt,per quindenniũ soluãt infra annũ, & fiat obligatio de soluen. singulis quĩdecim annis.

Alioquin Vniones nullæ sunt & beneficia vacãt.

Et obligati non soluentes pœnas alias incurrunt quas habes infra in Inn. 8.cõst.2. apostolicæ, cum ibi notatis.

Clausulæ derogatoriæ.

IX.

De Institutione anni Iubilei siue anni sancti, ac illius reductione ad annum vigesimumquintum.

De materia habes infra Alex.6.const.7.inter curas,& const.8.pastoris. Clem.7.const.9.inter,& const.10.pastoris.Iulij 3.const.2.si pastores.& Greg.xiij.const.22.Dominus.& const.29.quoniam.& const.33.Saluator.

PAVLVS Episcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam.

INEFFABILIS Prouidentia summi patris (qui pro redemptione humani generis, eiusque reconcilianda natura, Adæ præuaricatione perpetuæ mortis damnatione mulctata, vnigenitum suum vestem nostræ mortalitatis assumere, & post euangelicæ doctrinæ sacra erudimenta, ac vitæ ipsius actus,& conuersationis exempla crucem voluit & mortem subire) laudabili imitatione nos instruit, vt qui insufficientibus meritis vices ipsius redemptoris tenemus in terris, summis enitamur studijs gregem dominicum vigilantiæ nostræ sua præordinatione commissum: quem callidi hostis versutia iustitiæ limitibus sæpe diuertit, auctori nostro qui non mortem, sed pœnitentiam desiderat peccatorum, reddere acceptabilem, & bonorum operum sectatorem, vt in extremi tremendique iudicij ratione reddenda, rigorem iustitiæ & vltionis meritæ euitare possimus.Decet igitur nostræ mentis intuitum ad ea vigili attentione conuertere, per quæ supremi fauoris suffragante præsidio, ita vniuersorum Christifidelium animarum saluti prospiciamus vtiliter, & gratiarũ spiritualium donis salubriter consulamus,quòd aduersus ipsius hostis astutias cõgruo valeat antidoto subueniri, ipsique fideles æternæ beatitudinis præmia largiente altissimo consequantur. Dudum siquidem cum fida relatio antiquorum haberet,quòd accedentibus ad honorandum principis apostolorum de vrbe basilicam, magnæ concessæ forent remissiones & indulgentiæ peccatorum,felicis recordationis Bonifacius Papa viij.prædecessor noster summo studio salutem appetens fidelium singulorum,& attenta consideratione recensens,quòd per beatissimos christianæ fidei principes Petrum & Paulũ sacrosancta Romana & vniuersalis ecclesia religionis sumpsisset exordium,ac euangelium Christi Romæ resplenduisset: vt ijdem apostolorum principes,gregis dominici pastores,& eiusdem ecclesiæ columnæ firmissimæ,in speciali veneratione,& honorificentia haberentur,ipseq; prædecessor fidelibus ipsis incomparabilem salutis thesaurum aperiret, de fratrum suorum consilio voluit atq; decreuit,quòd omnes qui anno à natiuitate Domini millesimo trecentesimo, & quolibet anno cẽtesimo ex tũc in antea sequuturo ad ipsorum apostolorum basilicas de vrbe accederent reuerenter,ipsasque si Romani ad minus triginta, si vero peregrini aut forenses quindecim diebus continuis vel interpollatis, saltem semel in die (vere tamen pœnitentes,& confessi) personaliter visitarent,suorum omnium peccatorum remissionem,& veniam plenissimam obtinerent. Postmodum verò sanctæ recordationis Clemens Papa vj.noster etiam prædecessor ex præmissis & nonnullis alijs animum suum mouentibus causis indulgentiam antedictam ad annum quinquagesimum prouida consideratione reducens,apostolica auctoritate statuit, vt omnes Christifideles qui prædictas basilicas & Lateranen. ecclesiam de quinquaginta in quinquaginta annos certo modo tunc expresso de-

Bonif. 8. instituit quolibet centesimo anno celebrari Iubileum.

Indulgentiasque concessit SS. Petri & Pauli Basilicas visitantib. &c.

Clem. 6. Iubileũ quolibet anno quinquagesimo celebrari voluit. Et mandauit etiã visitari Eccl. Lateranen.

uote

uote visitarent, eandem peccatorum suorum veniam consequerentur. Et successiue piæ memoriæ Gregorius Papa xj. similiter prædecessor noster cupiens vt Ecclesia Beatæ Mariæ maioris de vrbe cum eiusdẽ basilicis & Lateranen. Ecclesia Indulgentiæ Priuilegio decoraretur prædicto, ex certa scientia voluit, statuit & auctoritate prædicta ordinauit, quod quicũq; Christifideles huiusmodi indulgentiam per ipsius Clementis literas declaratã assequi affectarent, eandem Ecclesiam Beatæ Mariæ maioris sicuti Basilicas & Lateranen. ecclesiam supradictas visitare deberent, & etiam tenerentur. Et deinde Vrbanus vj. in sua obedientia nuncupatus prouide considerans quòd ætas hominum amplius solito in dies laberetur pauciores, ac desiderans quamplurimos eiusdem indulgentiæ fieri participes, cum ad annum quinquagesimum propter breuitatem vitæ plurimi hominum minime peruenniant, vt populorum augeretur deuotio, fides splenderet, & charitas amplius incalesceret, ex eisdem & alijs non minoribus causis de fratrum suorum consilio annum quinquagesimum supradictum ad trigesimumtertium reducens, statuit de fratrum suorum eorundem consilio, & apostolicæ plenitudine potestatis, quòd vniuersi fideles vere pœnitentes & confessi, qui in anno a Natiuitate eiusdem Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, & deinceps perpetuis temporibus de trigintatribus annis in trigintatres annos basilicas ac Lateranen. & sanctæ Mariæ maioris prædictæ vrbis ecclesias causa deuotionis modo præmissio visitarent, eandem consequentur remissionem, & veniam peccatorum. Postremo vero postquam felicis recordationis Martinus v. Romanus Pontifex prædecessor noster reductionem per eundem Vrbanum factam huiusmodi ratam habens & gratam, ipsam in sua firmitate persistere, & anno trigesimotertio supradicto obseruari debere censuerat, & ad effectum deduci anno ingruente prædicto permiserat, prout obseruata extitit, Piæ recordationis Nicolaus Papa v. similiter prædecessor noster eorundem prædecessorum inhærendo vestigijs prædictas Clementis eiusdem concessionis literas ratas habens & gratas, eas de fratrum nostrorum tunc suorum consilio, & apostolicæ potestatis plenitudine innouauit & approbauit, suique scripti patrocinio communiuit, indixitque statuit decreuit & ordinauit, vt omnes Christifideles vere pœnitentes & confessi, qui iuxta formam in literis Clementis prædecessoris huiusmodi comprehensam in anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo quingentesimo tunc futuro basilicas, & ecclesias antedictas visitarent vt præfertur, omnium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consequerentur, prout in dictis litteris plenius continetur. Nos igitur qui miseratione altissimi labentibus annis regimini catholicæ, & vniuersalis ecclesiæ fuimus diuina clementia disponente præfecti, prouida consideratione non immerito attendentes humanæ conditionis statum fragilem ad peccãdum procliuem, & ad declinationem vsque adeo celeri cursu, vt præmittitur, properare, breuissimum quoque vitæ spatium, & peccatis nostris exigentibus, crebras pestilentias, varios morbos lætiferos, grauissimas quoque Turcarum, & infidelium aduersus fideles persecutiones assiduas, atque vniuersam christianitatem retroactis temporibus quassatam adhuc varijs non quidem minoribus iniurijs lacessiri; & calamitosis casibus & dispendijs subiacere, aliasque plurimas erumnas in Christi populos adeo inualescere, & eis atque alijs sinistris casibus plerumq; causantibus admodum pauci remissionum & indulgentiarum huiusmodi participes fieri mereantur, necnon attente considerantes nouum vel a moribus alienum non esse pro varietate temporum, antecessorum eorundem statuta reduci ad spatium temporis breuioris, maxime pro salute animarum fidelium quam tota mente appetimus, & iuxta datam nobis a Domino gratiam assidue procuramus, ex præmissis & quibusdam alijs non minoribus causis ad id animum nostrum inducentibus, annum trigesimumtertium huiusmodi de venerabilium fratrũ eorundem consilio, & ipsius potestatis plenitudine ad annum vigesimumquintum reducentes, auctoritate, sciẽtia, & potestate præmissis, statuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris tẽporibus annus Iubileus (plenariæ videlicet remissionis & gratiæ & reconciliationis humani generis nostro pijssimo redemptori) cũ omnibus, & singulis indulgentijs & peccatorum remissionibus supradictis de vigintiquinque annis cum gratiarum actione & mentis iucunditate debeat ab omnibus Christifidelibus frequẽtari ac etiam celebrari. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & ipsorum apostolorum auctoritate confisi, eisdem vtriusque sexus fidelibus qui in anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimoquinto, incipiendo a primis vesperis vigiliæ natiuitatis Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, & vt sequitur finiendo, ac deinceps de vigintiquinque annis in vigintiquinque annos basilicas & ecclesias antedictas aliàs iuxta ordinationem eorundem prædecessorum deuote visitauerint vt præfertur, plenissimam peccatorum suorum omnium veniam elargimur. Attendant igitur vniuersi fideles, qui ad rationem perspicuæ veritatis attingere quærunt, ac in statera cordis iusto libramine ponderent suorum sarcinam peccatorum, & quàm grauiter se reos cõstituerint erga ipsum redemptorem pijssimum, diuinam contra se clementiam prouocando. Debitorum suorũ etiam relegant memoriale, atque animo repetant huius defluentis sæculi cursum ad exitum continuo properare, & inexorabilem legem mortis absque vllius exceptionis beneficio omnibus esse indictam, quæ sine personarum dignitatumque delectu cunctos reddit æquales, nihilque esse in quo vanam huius mundi gloriam inanibus extollamus titulis, dum nascentis dies mortis indicitur, ac per tacitos fallentesque decursus huius vitæ mortalitas ad extremum diem fugaci temporis mobiliter rapiatur. Prouide deinde considerent tremendi iudicij diẽ, in qua omnium quæ in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum, reddituri erimus rationem, & absq; prouocationis effectu quisque propriam mercedem accipiet, aut æternæ beatitudinis præmia, aut mortis perpetuæ, & damnationis æternæ supplicia, quibus secunda mors finem imponere, aut ea mitigare nequibit: & tandẽ cum ita sit, nihilque habeat humana mortalitas quod bonorum omnium largitori digne retribuere possit (cũ nullum in se bonum inueniat, quod non sit ei liberaliter a Deo collocatum) vt mortis huius, & damnationis detrimenta euitent, his atque alijs, meritorijs operibus peccata sua omni ex parte studeant expiare, vt saltem per hæc media, atque remissionũ, & indulgentiarũ largitionẽ huiusmodi quibus Christicolas omnes veluti data manu ad salutem perpetuam inuitamus, ac sanctorum meritis, & intercessionibus adiuti, ad æternam mereamur beatitudinem peruenire. Suscipiant etiam cuncti fidei catholicæ professores patris monita, & instituta salutis, atque præcipua cum exultatione ad præparandum iter sibi ad gloriam sempiternam has remissionum ac indulgentiarum gratias vberrimas, quas nos illarum dispensatores indigni, tamquam Iesu Christi Vicarius, de sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ thesauris exhibemus, vt ipsorum animas ab hostis teterrimi potestate ereptas, immortali Deo creatori nostro (sicuti supremis desideramus affectibus) exhibere, & nos cum eis superna beatitudine perfrui valeamus. Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, statuti, ordinationis, elargitionis, & inhibitionis infringere, si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum

Petrum

Greg. 11. statuit etiam visitari Ecclesiam B. Mariæ Maioris.

Vrb. vj Iubileũ celebrari præcepit quolibet anno 33.

Nicolaus V. confirmauit ordinationem Vrb. 6.

Nicolai antẽ & Vrb. Greg. Clem. & Bonif. obstitis hic non habet.

Pont. iste Iubil. quolibet anno 25. celebrari mãdat.

Annus computatur hic a Natiuitate.

Iubil. Indulgentias consequi volentes considerẽt quæ Pont. proponit.

Petrum, Anno a Natiuitate eiusdem Domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo, tertiodecimo Cal. Maij Pont. nostri anno sexto.

Pont. suprascriptus obijt Romæ V. Cal. Augusti 1471. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

SIXTVS QVARTVS

Ligur ex villa Albizzola Diœcesis Sauonen. ex familia Ruuera Coronatus Romę XV. Cal. Septembris 1471.

I.

Gubernatores Prouinciarum & alij officiales semel tantum Ciuitates & alia loca Gubernij visitent, & causas à Iudice ad quem spectant in prima instantia non auocent &c.

De materia habes supra fol. 88. Pauli 2. constit. 3. munera, & infra Clem. 7. constit. 25. onus. vbi ponam concord.

IXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. SICVT nostris & S. R. E. subditis, pro bono eorum regimine & fœlici Gubernatione, salubriter, quantum cum Deo possumus, prouidere studemus; ita etiam ea affectu paterno, ad ea libentur intendimus, per quæ auspicijs nostrę prouisionis, subditi ipsi ab indebitis molestijs, oneribus, & fatigis releuentur, vt in obseruantiam mandatorum apostolicorum & deuotiores exhibeantur, & sinceris mentibus fideliores persistant. Sane (vt fide dignorum plurimorum relatione sæpius ad nos delatum est) plerique ex Gubernatoribus, per nos & prædecessores nostros Romanos Pontifices, ad gubernationem prouinciarum, ciuitatum, & locorum, nobis & prædictæ ecclesiæ subiectorum, hactenus deputatis, nulla vrgente necessitate, frequentiores quam expedit, per prouincias, ciuitates, terras, & loca gubernij ipsorum commissa, visitationes facere, necnon prouinciales & subditos, extraordinarijs & indebitis quibusdam oneribus ac laboribus, pro priuato etiam eorundem Gubernatorum commodo, gratis fatigare præsumpserunt, & præsumunt, in non modicum ipsorum, & prouincialium subditorum dispendium, atque grauamen, Nos igitur attendentes, quod gubernatores ipsi prouisionem, & stipendium pro statu suo, & suorum officialium tenendo, ideo recipiant, ne prouinciales & subditi prædicti per eos vltra debitum & consuetum grauentur, ac proinde volentes, vt æquum est, subditos nostros ab huiusmodi indebitis molestijs & fatigis releuare; hac perpetua & irrefragabili constitutione nostra, auctoritate apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia statuendo, prohibemus, ne aliquis dictorum Gubernatorum nunc in officio existentium, & successiue futurorum, cuiusuis ecclesiasticæ, seu mundanæ dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerit, deinceps prouinciam, ciuitates, terras, & loca sui gubernij, vltra quam semel, visitando grauet: excepto cum alicuius magni, aut grauis, vel tumultuosi occurrentis excessus, seu maleficij, quo de scandalo verisimiliter possit dubitari, & tunc etiam, non aliter quam in esculentis & poculentis, vnica tantum procuratione, vel duabus ad plus, & non vltra; nec etiam à subditis vel comitatiuis, paleas, seu ligna, aut alia eiusmodi, exigat, nec etiam iusto pretio empta, gratis sibi deferri faciat: nisi venditoinis pacto includatur, & debeatur: nec priuata alia quæuis onera illis imponat, sub indignationis nostræ pœna grauissima, & restitutionis dupli eius quod sic exactum fuerit vel impositum contra tenorem præsentium: eodem quoque modo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, obseruari volumus & mandamus per ipsorum gubernatorum officiales, auditores, marescallos n, & nuncios, ac ad arcium custodiam positos, castellanos. Cæterum cum dicti Auditores ipsorum Gubernatorum, habere soliti sint stipendium, prout iuri & honestati conuenit, harum serie statuimus & ordinamus, quod auditores ipsi, in causis quæ per appellationem, vel querelam, in scriptis proponendas, deferũtur, ad Gubernatores prædictos, sportulas duntaxat recipiantur, modo infra designato; scilicet a centum infra, nihil: à centum vero supra, de ducentis, vnum: de tricentis, duos; de quingentis, tres: de sexcentis, quatuor; abinde autem supra, quinque pro qualibet parte, etiam si ad mille ascenderet. In causis præterea, quæ extra curiam ad ipsos Gubernatores remittuntur, si sint ecclesiasticæ aut spirituales, nihil omnino percipiant etiam Auditores, nomine sportularum: Quodque Gubernatores non possint neque debeant causas, in prima instantia, committere, nec a primo tribunali, ad quod spectant, extrahere vel aduocare: decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus facultatibus, literis & indultis apostolicis, sub quibusuis etiam verbis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, & pro illarum derogatione de necessitate exprimendis, gubernatoribus prędictis, & ipsorum officialibus, seu alias quomodolibet, in genere vel in specie concessis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes nostræ literæ ad præsentium notitiam, & futurorum memoriam, facilius deducantur, volumus & mandamus, eas in singulis ciuitatibus, terris, & locis prædictis, in aliquo rei publicæ libro autentico, de verbo ad verbum exemplari & registrari, ac in primo aduentu cuiuslibet Gubernatoris publicari, & publicatas inuiolabiliter obseruari, sub pœnis supradictis. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, constitutionis, ordinationis, voluntatis, mandati, statuti, & decreti infringere, &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Nonis Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Gubernatores statui S.R.E. semel tantum visitent Prouincias & loca Gubernij &c.

Subditos in nihilo grauent sub pœnis hic expressis.

De sportulis.

De causis in prima instantia. de quo habes etiam inf. const. 8.

Clausula irritās.

Hanc const. registrari & publicari mandat.

I I.

Deputatio Commissarij contra asserentes non esse Hæreticum à Dæmonibus expectare responsa.

SIXTUS Episc.&c. Dilecte fili Vicari Venerabilis fratris Nostri Episcnpi Bonon.in spūalibus generalis. NUNTIATUM est nobis,nonnullos ordinis Sctē Mariæ de monte Carmeli fratres,tantæ fuisse temeritatis, vt veriti non sint disputando & prædicando in nostra ciuitate Bononiensi eiusq; comitatu asserere, non esse hæreticum & à puritate fidei alienum,dæmonū expectare responsa:ob quod aduersus ipsius fidei puritatē scādala multa e aorta vidētur.Nos id indigne molesteqı feren.& de præmissis certā notitiā nō habētes, discretioni tuæ per præsētes cōmittim⁹ & mādam⁹,vt oī opportuna adhibita diligētia,& industria verā notitiā habere cures:an sit,qui fuerint hmōi assertores,& quæ scādala propterea sint exorta.Quidquid aūt in præmissis inueneris in scriptis authētice redactū, ad dilectū filiū Franciscū de Tolcto notariū, & Datariū nostrū domesticū,sub tuo sigillo trāsmittas:vt ab eo de oī re certiores facti,quid agi cōueniat,auctore Domino, statuere valeamus.Datū Romæ apud S.Petrū sub annulo piscatoris,die xvij.Iunij. 1474.Pōtificatus nostri anno ij.

I I I.

Contra subtrahentes lapides porphyreticos & alia ornamenta ex Ecclesijs eorumque fautores, &c.

SIXTUS Episcopus seruus seruorum Dei,ad futuram rei memoriam.

CVM prouida sanctorū Petrū decreta eos sacrilegos esse diffiniant,qui Ecclesias,& loca sacra altissimo dedicata deuastāt,ipsorūq; diripiunt ornamēta,sicut & illos qui de sacro sacrū auferre impia temeritate præsumunt,pariq; vtrūq; flagitium ac duplici pœna coerceāt,decet merito nos,cui Ecclesiarū omniū cura dispositione superna cōmissa est,pro detestatione tanti criminis,proq; statu prospero,venustate,& decore ipsarū ecclesiarū in sua decentia debite conseruandis,omni vigilantia,& attentione curare, ne peruersorū crescente malitia,eædē ecclesiæ & sacra Dei tēpla,præcipue almæ Vrbis,nostro cōspectui anteposita,suis nūdentur ornatibus, & huius sceleris nequissimi patratores debitā recipiāt vltionē. Sane fide dignorū relatibus, nō sine admiratione,ad nostrū peruenit auditū,quòd nōnulli iniquitatis filij se inaniter Christianos esse profitētes,& a quorū oculis Dei timor,& reuerētia Christianæ religionis abscessit,de patriarchalibus,& alijs sacratissimis ecclesijs,& basilicis dictæ Vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuersorū generū & colorū lapides ad ipsarū vsum,decorē,& ornatū deputatos ausu sacrilego abstulerūt hactenus,& in dies auferre,eosque ad diuersa loca per se vel alios asportare præsumunt,in grauē diuinæ Maiestatis offensam,ecclesiarū earundē deformitatē,detrimentūq; animarū suarū,periculū & scandalū plurimorū. Nos igitur sacrilegorum impios & temerarios ausus hmōi, quantū nobis ex alto cōceditur,reprimere cupientes,quāuis præmissorū occasione nonnullorū prædecessorū nostrorū sanctiones,& prohibitiones variæ emanauerint tēporibus retroactis, quas (in eo dūtaxat quod de ecclesiarū, & sacrorū locorū ornamētis, atq; lapidibus antedictis minime auferendis prohibent vel disponūt,seu illos qui hmōi flagitiosissimus,ac pene in Christiano orbe inauditos excessus perpetrare, & in his sacrilegas manus inijcere præsumpserūt,excōicationis snīa innōdatos fore declarāt) in suo robore volumus permanere,oēs & singulos cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis,vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus,siue alijs ornamētis earūdē Ecclesiarū,siue Basilicarū dictæ Vrbis habuerint,aut in surripiēdo,seruando,& retinēdo auxiliū præstiterint vel fauorē,nisi a die habitæ præsentiū literarū notitiæ, ea restituant cū effectu; scientes vero reuelent,& ad notitiā nostrā saltē per minores pænitentiarios nostros deduci faciāt, maioris excōicationis snīa,a qua (nisi in mortis articulo, & debita satisfactione prænia) a nullo præterquā a Romano Pōtifice absolui possint,irretitos esse; Ecclesias vero & loca alia quorū vsibus,& ornatui illa deputata fuerint, aut forsan (quod absit) deputari contigerit in futurum, tandiu Ecclesiastico interdicto subiacere, quandiu ad loca vnde prius ablata fuere,absque diminutione aliqua fuerint reportata, harum serie declaramus, Et insuper quisquis suæ salutis immemor sacrilegij crimen hmōi cōmittere præsumpserit in futurū,vltra cēsuras prædictas, Ecclesiæ siue Basilicæ a qua lapides,& ornamēta hmōi abstulerint,mediam libram auri pro recompensa sibi irrogatæ iniuriæ absque diminutione aliqua soluere teneatur.Nulli ergo &c.nostræ voluntatis, & declarationis infringere,vel ei ausu temerario contraire.Si quis &c.Datum Romæ apud S.Petrum, anno Incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo,septimo Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

Illorū Pon. cōst. hic non habe.

Subtrahētes lapides & alia ornamēta ex Ecclesijs eorūque fautores &c.excōicantur.

Et loca quibus deputantur interdicto subijciūtur.

I I I I.

De Priuilegijs Curialium disponendi de eorum bonis immobilibus in Vrbe & infra decē milliaria existen. ac de illorum successione ab intestato in eisdem bonis.

Confirmatur hæc const.per Pium II.inf.const.7.licet.Leon 10. const. 13.inter. & Pium 4. const.31.Romanus vbi habebis concord.priuilegiorum Curialium.

Et limitatur per Pium V.inf.const.120.quæ ordini.

SIXTUS Episcopus,seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ET Si vniuersis Romanæ Ecclesiæ dominio temporali subiectis ciuitatibus, pro eorum statu prospero & incrementis felicibus,Apostolica nos deceat prouisione cōsulere,almæ tamē Vrbi nostræ, sanctorū Apostolorū Petri & Pauli martyrio cōsecratæ (quæ ipsius Petri sedes,sacerdotij principatus, & Christianæ religionis caput est) eo nos cōuenit ampliori cura prospicere,quo ipsa sacerdotalis ciuitas,cūctis alijs prælata,nobisq; peculiaris filia & paterna dilectione cōiuncta existit.Cupientes igitur pro instauratione dictæ Vrbis,quæ,causantibus sinistris euentibus,in ciuibus,incolis,& ædificijs,plurimū diminuta est, vt annuente Altissimo,virorū copia instauretur,& quāto citius ipsius structuræ & ædificia refectionē & reparationē, pro eius venustate & decore cōsequatur,suisque statui & necessitati, opportunis remedijs consulatur; de venerabiliū fratrū nostrorū S. R. E. Cardinalium consilio & assensu,hac perpetuo valitura constitutione statuimus & ordinamus,quod oēs & singuli tam nostri Curiales Ro.curiā sequentes,quā alij cuiuscunq; dignitatis,status, gradus,ordinis,præeminentiæ,vel cōditionis existant,etiam si Cardinalatus honore,aut Patriarchali,Archiepiscopali,Episcopali, Abbatiali,vel quauis alia ecclesiastica, aut mundana dignitate præfulgeant, & (si regulares fuerint) administrationem,aut dignitatem obtineant,qui palatia, domos,casalia, siue alia ædificia, vrbana vel rustica, ædificarunt,ædificauerint,aut ædificabunt,seu fundari & ædificari fecerunt vel fecerint in futurum, aut ædificata & constructa emerunt,aut emerint,seu ement,aut illa,vel census annuos,iura, & quæuis immobilia bona, in dicta Vrbe vel extra aut prope eam ad miliaria decem,& alio quouis iusto titulo,tam ex bonis & pecunijs proprijs,quam ex fructuum,redituum,& prouentuum ecclesiasticorū beneficiorū ad eos spectantium,prouentibus,

Curiales libere de bonis hic descriptis disponere possint.

Dūmodo ad pia loca nō perineāt illa bona.

Rei criminis læsæ Maiestatis nō sunt capaces dictæ dispositionis.

Clausula irritās.

acquisiuerint hactenus vel acquirent in posterū, de eisdē casalibus, domibus, palatijs, ædificijs, censibus, iuribus, necnon territorijs, feudis, iurisdictionibus, & bonis alijs quibuslibet (dūmodo ad ecclesias, monasteria, & alia pia loca, aliter quam ex fructibus eorū, vt præfertur) de quibus ad effectū præsentiū, licere volumus eis pro voto disponere (non pertineant) in vita ipsorum, & mortis articulo, prout eis videbitur, disponere, testari, codicillari, eaq; legare, relinquere, seu inter viuos, & causa mortis, aut pro remuneratione laboris, vel obsequiorum eis impensorum, quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, vel cōditionis fuerint (etiā si alias hæredes, legatarij, donatarij, vniuersales aut particulares, hæredes, successores, & personæ aliæ, ad quas ex dominorū volūtate peruenerint) illa filijs, nepotibus, consanguineis, affinibus, familiaribus, vel alijs, etiam si incapaces & inhabiles sint, & inhabilitate vel incapacitate quacunque notati (dūmodo criminis læsæ maiestatis rei, aut Ecclesiæ Romanæ prædictæ hostes non existant) erogare, donare, legare, relinquere, ac etiā in pios & alios quoscunque vsus conuertere, Et si ipsas ecclesiasticas, aut dignitatē seu administrationē habentes regulares personas, de bonis prædictis aliter nō disposito, decedere cōtigerit; palatia, domus, casalia, & alia ipsorū bona in Vrbe prædicta, vel infra milliaria hmōi consistentia, ad proximiores suos, etiā si agnati, cognati, & minus capaces, vel inhabiles fuerint, vt præfertur (salua tamen gradus prærogatiua, iuxta dispositionē iuris, si aliter de ipsorū decedētiū voluntate non constet) bona prædicta deueniant; ipsique proximiores, siue agnati vel cognati, in eis succedere possint & debeant, in oībus & per omnia, perinde ac si descendentes filij, nepotes, agnati, & cognati, habiles, capaces, & hæredes scripti existerent; ac palatia, domus, casalia, & reliqua bona ipsorū, ex labore, vel industria (non autē ex fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis) acquisita fuissent, auctoritate Apostolica, tenore præsentiū, ex certa scientia cōcedimus, eisque facultatē, & potestatē testandi, codicillandi, legandi, cōcedendi, donandi, & erogandi; proximioribus vero, necnon agnatis, & cognatis prædictis, incapacibus, & defectū nataliū patientibus, in eis, vt præfertur, succedendi, licentiā liberā impartimur: Districtius inhibentes dilectis filijs Cameræ Apostolicæ Clericis, & alijs nostris, ac Curiæ, & Vrbis prædictarū officialibus, necnon ecclesiarum, monasteriorū, & aliorum ecclesiasticorū locorū Prælatis, Capitulis, Conuentibus, Prioribus, Præpositis, Plebanis, Rectoribus, alijsq; quocūq; nomine nuncupentur, ne de bonis per eosdē, vt præmittitur, relictis, legatis, donatis, seu quouis modo in dicta Vrbe vel extra, infra spatium prætaxatum dimissis, quouis modo se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu hæredes & successores decedentiū personarū earundem, illorū occasione impedire aut molestare quoquo modo præsumant; ac decernentes irritū & inane; &c. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo, quarto Cal. Januari, Pont. nostri anno quarto.

V.

Declaratio Iurisdictionum Iudicum Almæ Vrbis.

De materia vide inf. Iul. 2. const. 13. decet. & Pij 4. const. 85. cum ab ipso. cum ibi notatis.

SANCTISSIMVS Dominus noster vult, & mandat inuiolabiliter obseruari, quòd omnis incola Romæ habitans, & Ciues omnes sæculares conueniantur in curia Capitolij, aut alijs officialibus sæcularib. Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non alibi.

Et quòd omnes Clerici Romani conueniantur coram Vicario Sanctitatis suæ in spiritualibus in Vrbe, aut alijs Clericis Vrbis ad quos spectat.

Et sic de omnibus excessibus factis in Vrbe ratione territorij, & laici puniantur per laicos officiales Vrbis, Clerici vero per Vicarium præfatum.

Vult etiam, & mandat, quòd qui sequuntur curiam laici tam mares quàm fœminæ, & non alij conueniantur in Curia Marescalli: Et quòd in nullis alijs iurisdictionem habeat, nec exerceat. alias Gubernator Vrbis possit comprimere etiam via facti.

Clerici vero sequentes Curiam Romanam, conueniantur coram Auditore Cameræ, ita quòd in omnibus actor forum rei sequatur.

Vult insuper, præcipit, & mandat Sanctissimus Dominus noster, quòd Vicecamerarius, siue Gubernator in Vrbe nullum tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat, per se, neque per alium, sed ad eum venientē ad suum iudicē remittat, vt superius dictum est: Et sit superintendēs, vt quilibet in præmissis officijs suos terminos, vt dictum est, obseruet, & contrafacientem puniat, aut Sanctitati suæ referat, & debeat carceres omniū præmissorum visitare, & de officialium omnium maxime Notariorum maleficiorum transgressionibus cognoscere, & ad debitam formā reducere. In concernentibus autē statum aut pacē, & quietem Ciuitatis, & Curiæ Romanæ, quantum viderit necesse esse, officialem, ad quem spectat iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere.

Item dempto Auditore Cameræ, & eius officialibus, officiales præmissorum, & quicunq; executores, aut quomodolibet Notariatus officia exercentes, & Marescalli non possint esse in officio vltra annum, & quòd finito anno sindicentur per Syndicos qui deputabuntur pro eo tempore Senatori, & eius officialibus.

Item quicunque voluerit aliquem capi facere pro suspecto, & fugitiuo, non possit facere, nisi per iudicem cōpetentem, vt supra, & quòd impensam capientis soluat is qui capi fecerit, alias quicquid à capto receptum fuerit, restituatur in quadruplum à Marescallo aut alio executore qui receperit.

Item quòd in punitione portantium arma sæcularium, Senator habeat iurisdictionem omnimodam in quoscunque repertos cum armis, sine exceptione curialitatis, familiaritatis dominorum Cardinalium, aut aliorum quorumcunque, & alia quacunque sublata causa: à clericis vero arma portātibus possint arma auferri, & eos ad Iudicem Ecclesiasticum remitti, vt eos puniat.

Item vult, mandat, & decernit, esse irritum, & inane quicquid contra præmissa, aut aliquod præmissorum cōtigerit attentari.

Et quòd sola Signatura sufficiat, & registrentur in Registris Cameræ almæ vrbis.

Placet, & ita Mandamus. F.

Indictione sexta, Mensis Iulij die duodecima, millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

Reuerendus Pater Dominus Episcopus Tyrasonensis consignauit mihi Angelo de Vallatis præsens folium, cū Reformationibus introscriptis, signatum manu S. D. N. Papæ, Vt illud consignarem magnificis Dominis Conseruatoribus, & ita consignaui illud dictis Dominis Conseruatoribus, &c.

Angelus de Vallatis dictorum Dominorum Conseruatorum Secretarius.

Eadem die duodecima Iulij præfati.

Constitutus personaliter supradictus Angelus de Vallatis coram dictis Dominis Conseruatoribus, & dixit quomodo supradictus dominus Episcopus consignauit sibi Angelo præsens folium cum dictis Reformationibus vt ipsis Dominis Conseruatoribus consignaret, vnde dictus Angelus volens sequi quod fuerit sibi iniunctum, præsens folium dictis Dominis Conseruatoribus consignauit.

Ioannes de Saluectis Notarius Dominorum Conseruatorum.

Registrata in Archiuio magno, siue censuario almæ vrbis, in Palatio Magnificorum Dominorum Conseruatorum Cameræ existentia, sub folio centesimo vigesimo primo.

Ac etiã registratã in alio libro grosso tabularũ, & gabellarũ, ac aliarũ scripturarũ dicti Palatij sub folio 223

Antonio de Mutianis Notarius publicus, & scriptor perpetuus Dominorum Conseruatorum, Ad fidem, manu propria Registrauit, &c.

VI.

Deputatio Commissariorum in Prouincijs Marchiæ & Romandiolæ circa reformationem Gubernatorum & Thesaurariorum.

De hac materia habes sup. Pauli 2. constit. 3. munera fol. 88. & infra habes constit. 8. etsi cum ibi not.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs magistro Ioanni Andreæ, de Gemaldis notario, & cubiculario nostro, & Siluestro de Maluicinis canonico ecclesiæ collegiatæ sancti Sixti Viterbiensis, in Marchia Anconitana, & Romandiolæ prouincijs, sindicis, & commissarijs nostris salutem, & apostolicã benedictionem.

CVM nos nuper sindicos, & commissarios ad inquirendum summarie simpliciter & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, solemnitate iuris omissa, & sola facti veritate inspecta, de regimine, ac administratione iustitiæ, necnon integritate, & munditia gubernatorum, & quorumcunque officialium, & castellanorum, & armigerorum, in Marchia Anconitana, & Romandiolæ prouincijs supradictis, pro nobis, & Romanæ ecclesiæ actu sua officia exercentium, & qui tempore nostro officia huiusmodi exercuerint, quocunque nomine censeantur, & quauis dignitate præfulgeant, vel honore, duxerimus deputandos, illuc etiam destinandos: nos vt commissum vobis officium huiusmodi vtilius exercere, & quæ deformata sunt ad rectitudinis semitam reducere valeatis, ipsique gubernatores, & alij officiales prædicti, iuris contenti limitibus, a rationis tramite deuiare non possint, discretioni vestræ auctoritate Apostolica tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus Gubernatoribus prædictis, seu locum tenentibus, & eorum singulis, vt tenorem, & formam literarum foelicis recordationis Pauli Papæ secundi prædecessoris nostri (quibus inter alia cauetur expresse, quod Gubernatores seu rectores prouinciarum, ciuitatum, & locorum Romanæ ecclesiæ subiectorum, pœnas siue mulctas, & condemnationes pecuniarias cameræ apostolicæ de iure & consuetudine applicari solitas, remittere nequeant, aut donare, vel de illis gratiam, aut aliquam remissionem facere, nisi ad summam sex florenorum auri de camera, in mulcta, seu condemnatione quauis graui prout in illis plenius continetur) debeant inuiolabiliter obseruare, iniungere procuretis: hoc etiam adiecto, quod de pœnis, quarum tertia pars est minor sex florenorum, vltra tertiam ipsarum partem gratiam facere non præsumant. Alioquin si contrafecerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant. Et quod secus factum fuerit, omni careat firmitate, quodque in causis criminalibus, siue maleficijs, ante sententiarum prolationem processus circundari facere nullatenus præsumant, sed causas ipsas, prout iustum fuerit, per diffinitiuas sententias faciant terminari; & nihilominus gubernatoribus, & thesaurarijs prouinciarum prædictarum, eadem auctoritate districte iniungatis, vt omnes & singulas supplicationes, in quibus & delictum, & pœna, in qua delinquens persona, ex forma constitutionum vel statutorum, venit condemnanda, exprimitur, necnon gratiam per gubernatores, & thesaurarios factam, in libro speciali faciant registrari, in fine vero antequam talem librum ad cameram apostolicam indilate per fidelem nuncium mittere teneantur. Volumus etiam atque mandamus, quod officiales nostri prædicti infra tempus per statuta, seu iura municipalia limitatum, earum sententias executioni debitæ omnino demandare teneantur, sub pœnis vestro arbitrio statuẽdis: vbi autem tempus prædictum per statutum limitatum non foret, vestro iudicio limitetur, & pœna contrafaciẽtibus imponatur. Quæ omnia, sicut præfertur per vos iniungenda, gubernatores, thesaurarij, & officiales antedicti, & futuri etiam pro tempore in eorum officijs successores, sub eisdem pœnis inuiolabiliter obseruare in perpetuum teneantur. Et quoniam Camera apostolica supradicta in nonnullis ciuitatibus, terris, & locis nostræ ditioni subiectis, pro refectione murorum, fontium, & viarum, ac alijs similibus, eorumque conseruatione multas pecunias soluere consueuit, volumus quod thesaurarij nostri ad illarum solutionem, nisi actualiter exponantur, & ea fiãt ad quæ ordinata sunt, nullatenus teneantur: vosque etiam illa officia, quæ a dicta camera salaria recipiunt, & necessaria non existunt, eadẽ auctoritate supprimere, & extinguere procuretis, ne camera ipsa absque necessitate sustineat detrimentum. Sic igitur ex traditis a Domino virtutibus in exequendis nostris mandatis huiusmodi, vos exercere studeatis, quod vltra bonorum operum vestrorum laudum, nostram & apostolicæ sedis benedictionem & gratiam vberius mereamini. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, 11. Cal. Iulij, pontificatus nostri anno sexto.

De istis Cõmissarijs habes infra const. 8 etsi.

Officiales seruẽt dictam constit. Pauli 2.

Contrauenientes excõmunicationis pœnã incurrunt.

Supplicationes in criminalibus registrentur &c.

Thesaurarij non soluãt pecunias nisi illæ exponãtur effectualiter in his quæ ordinata sunt.

VII.

Confirmatio cõst. Pauli 2. contra de sumẽtibus contra propinquos offendentis, & Brigosia ac Officio Paceriorũ.

Hanc Pauli 2. const. habes supra fol. 90. & ibi notaui.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PERNITIOSAM Deoque odibilem rixarum consuetudinem, & inquietorum rixantium brigas detestabiles, aut verius corruptelam, quæ pacis æmulo procurante, in plerisque nostris, & Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus, præcipue alma Vrbe, cum animarum euidenti periculo, corporum quoque & facultatum maximo detrimento, diutius inoleuit, quantum nobis ex alto permittitur, eradicare totis viribus cupiẽtes, nostræ sollicitudinis pastoralis officium ita interponere, ac prędecessorum nostrorũ decreta, prouide super hoc edita, nostri muniminis præsidio instaurare curamus, quod sublatis quibuslibet dissidijs, ciuilibusque discordijs, nostri & eiusdẽ Ecclesiæ filij, pacis amœnitate lætentur, peruersorum vero temeritas, pœnarum exaggeratione

penitus arceatur. Olim si quidem a felicis recordationis Paulo Papa II. prædecessore nostro, emanarunt litere tenoris subsequentis videlicet. *Omittitur tenor istius constitutionis quia habes supra folio. 90.* Cum autem (facti euidentia manifestat) ex ordinatione tam prouida, modica prouenerit hucusque vtilitas, & litteræ prædecessoris huiusmodi, in obseruantia debita, pro nostro, ac ipsius prædecessoris voto laudabili, nequaquam habitæ fuerint, vt decebat: Nos peruersorum temerarios ausus castigatione debita reprimere, & rixis, brigis, atque dissidijs huiuscemodi finem imponere cupientes, Motu proprio litteras prædictas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia innouantes, ac vim vigoremque perpetuos obtinere, & inuiolabiliter obseruari decernentes, omnibus quoque & singulis, rixam, seu brigam quomodolibet ad præsens in eadem vrbe obtinentibus, sub pœnis in præinserta Bulla contentis districtius mandantes, vt infra trium dierum spatium, a die publicationis præsentium inchoandum, alijs vero brigas ipsas in futurum forsitan habituris, sub decem similium dierum termino, debeant & teneantur omnes & singulas brigas & differentias huiusmodi, in modernos Pacerios nostros, ac alios pro tempore existentes, per nos ad hoc specialiter deputatos, seu in posterum deputandos, de iure & de facto iuxta eorundem arbitrium, & auctoritatem, plenarie compromittere, & ipsorum sententijs, decisionibus, & mandatis (quæ omnia grata & rata haberi ac obseruari volumus in futurum) stare, & parere debeant: Quodque Pacerij prædicti teneantur & debeant, omissis iuris & statutorum solemnitatibus, ac dilationibus, nostra auctoritate (de consilio tamen & assensu præsentis nostræ almæ Vrbis Gubernatoris, & pro tempore existentis) omnes & singulos Brigosos huiusmodi cogere & compellere ad pacem & reconciliationem ineundas, Contradictores & renitentes vijs iuris, & remedijs opportunis, omni prorsus appellatione cessante, penitus compescendo, & alias iuxta literarum prædictarum continentiam & tenorem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Quarto idus Iulij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

VIII.

Præcipit Gubernatoribus & alijs Officialibus status S. R. Eccl. vt obseruent ac obseruari faciant constitutiones Egidianas cum earum declarationibus.

De materia officialium habes supra fol. 88. Pauli 2. const. 3. munera, & ponam concord. infra in Clem. 7. const. 25. onus.

De materia autem Egidianarum constitutionum vide infra Pauli 3. constit. 17. officij. vbi notabo.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ET si de cunctorum Christifidelium prosperis successibus, & assuetæ pietatis officio cogitare teneamur; de incolarum tamen prouinciarum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum temporali dominio Romanæ Ecclesiæ immediate subiectorum, prospero & felici regimine tanto propensiorem curam gerere, & ad illorum regimen deputatorum pro tempore officialium vitam, ritus, & mores solertiori cura ordinare debemus, quanto illorum cura, specialius nobis immediate dignoscitur esse commissa, nosque eos, vt pote peculiares dictæ Ecclesiæ filios, præ cæteris gerimus in visceribus charitatis. Dudum siquidem, cum ad aures nostras peruenisset, quod nonnulli ex præsidentibus prouincijs, ciuitatibus, terris, castris & locis, præfatæ Ecclesiæ immediate subiectis, & in eis magistratus pro nobis & eadem ecclesia gerentes, ac alij officiales, propriæ salutis obliti, varijsque affectibus præpediti, nonnulla committere non expauerant, quæ in opprobrium præfatæ Ecclesiæ, ac subditorum nostrorum damnum pariter & iacturam, redundare noscebantur: Nos tunc nonnullos viros probos, ex multis electos, Syndicos & Commissarios ad inquirendum de vita, moribus, & regimine Gubernatorum & aliorum Officialium quorúcúq; in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis prædictis, quæuis officia exercentium, & quocunque nomine nuncupatorum, ac quauis dignitate & honore fungentium, & audiendum querelas omnium & singulorum de eis, palam val secrete conqueri volentium, & nobis quæ inuenirent fideliter referendum, ad vniuersas Prouincias, Ciuitates, Terras, Castra, & loca prædicta, duximus destinandos. Ex quorum postmodum relatione fideli cognouimus, Legatos, etiam de latere, Gubernatores, Potestates, Rectores, & alios officiales, tunc & pro tempore deputatos, in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis prædictis, in multis a iure communi, & tradita eis norma, forma, & ordine per prouinciales confirmationes, a summis pontificibus prædecessoribus nostris, & Legatis, qui in prouincijs ipsis pro tempore fuerint, circa suorum officiorum executionem deuiasse, & deuiare, prout nobis relatum fuerat ante missionem sindicorum eorundem. Cupientes igitur emendatis præteritis, ne talia perpetrentur in posterum, pro posse, opportunum adhibere remedium, hac salubri in perpetuum valitura constitutione, statuimus & ordinamus, quod qui nunc sunt, & pro tempore erunt in prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, & locis prædictis, deputati Legati, etiam de latere, Gubernatores, & eorum locum tenẽtes, teneantur & debeant firmiter, & inuiolabiliter obseruare, & (quantum in eis est) per alios ad quos spectat, tenaciter obseruari facere omnes & singulas prouinciales constitutiones prædictas a summis pontificibus prædecessoribus nostris ac Legatis, vt præfertur editas dudum per bonæ memoriæ Egidium Episcopum Sabinensem, in eisdem prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, & locis apostolicæ sedis Legatum, in vnum volumen in sex libros distinctum, collectas & redactas, cum additionibus, modificationibus, & correctionibus, quæ desuper emanarunt a bonæ memoriæ Gabriele, tituli sancti Clementis, presbytero Cardinali, & inclyto Episcopo Albanensi, ac Philippo Episcopo Portuensi, tunc tituli sanctæ Susannæ presbytero Cardinali, & Ioanne tituli sancti Clementis etiam presbytero Cardinali, in prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ, dictæ Sedis successiue Legatis, & a nobis nostrisque successoribus Romanis Pontificibus, pro tempore emanabunt, & præsertim sub quintadecima De prohibitione compositionis super homicidio, & sextadecima immediate sequenti De prohibitione cassationis processuum sine thesaurario; ac. a viij. Quod nullus gratis ad instantiam alicuius officialis debeat aliquid portare. in primo, necnon sub quarta De vita, & honestate,

De his Syndicis & Commissarijs habes supra in cõst. 6. cum nos

Officiales obseruent ac obseruari faciant constitutiones Egidianos cum earum declarationibus &c.

nestate, ac habitatione Rectoris, ac suorum officialium, maxime dum inhibet officialibus, ne vltra exigentiam victus, victualia emant à subditis, Et cum nostris modificationibus infrascriptis, sub vndecima De officio & mercede notariorum Cameræ rectoris, & sigillo; ac tertiadecima De solutionibus notarij thesaurarij, necnon quintadecima De sigillis pertinentibus ad banchum, & eorum solutionibus, in secundo libro dicti voluminis; & sub vndecima De mercede notariorum per scriptores; & vltima Contra homicidas, rubricis, inter dicti Ioannis Legati additiones collocatæ fuisse noscuntur, & quæ contra eisdem homicidas à sanctæ memoriæ Pio secundo, & Paulo etiam secundo, Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, & ab eodem Paulo prædecessore, Super prohibitione receptionis munerum, & remissione pœnarum, ac demum à nobis Super prohibitione reiterationis visitationis prouinciarum, & receptione procurationum, ratione visitationis huiusmodi, ac sportularum pro causarum decisione, emanarunt literas & constitutiones; Et de his omnibus vt præfertur obseruandis, & obseruari faciendis firmiter, Legati de latere in nostris, reliqui vero gubernatores, & eorum locumtenentes præfati iam deputati, & officia sua exercentes, infra mensem post publicationem præsentium, & in posterũ deputandi, antequam officia eorum incipiant exercere, in Romana Curia præsentes, per se ipsos; absentes vero, per legitimum procuratorem, ad hoc speciale mandatum habentem, in Camera Apostolica, diebus quibus Camera tenetur, sedentibus ibidem Camerario & prælatis præsidentibus ac clericis eiusdem cameræ (præter solitum, quod propterea non omittatur) specifice, & nominatim in eiusdem camerarij, seu vicecamerarij, vel locumtenentis manibus, præstare teneantur & debeant iuramentum, ac idoneos fideiussores. Et si illas transgredi comperti fuerint, præter periurij reatum, excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso incurrant, à qua, præterquam in mortis articulo constituti, ab alio quàm a Romano Pontifice, proprio ore specialiter errorem suum detegendo, nequeant absolutionis beneficium obtinere. Et quia nonnulla sæpe occurrunt, super quibus per easdem constitutiones non videtur esse sufficienter prouisum, constitutioni collocatæ in eodem primo libro sub rubrica De non exercendo officium in terris ecclesiæ, vbi requiritur confirmatio per rectoré, nisi fuerit confirmatus; & dictæ constitutioni secundi libri, sub rubrica quarta De vita, & honestate, ac habitatione rectoris, & suorum officialium, dum prohibet familiares rectorum, & gubernatorum, familiaritate durante, & ea finita, infra annum, ad aliquod officium assumi; eadem auctoritate adijcimus, quod Legati, rectores, & gubernatores præfati, ab ijs qui pro tempore electi, assumpti, vel deputati fuerint ad aliqua officia, aut alijs pro eis, etiam sponte soluentibus & offerentibus, directe, vel indirecte, electiones eorum fieri procurando, vel etiam confirmationes malitiose differendo, seu illas confirmando, nil vltra recipiant aut recipi permittant, quàm per constitutiones sit permissum, nullamque super participatione de ipsorum officiorum salario & emolumento, pactionem ineant, aut iniri permittant per quoscunque, præsertim domesticos familiares suos, sub eadem excõmunicationis sententia, vt præfertur incurrenda. Constitutioni autem prædictæ primi libri, sub rubrica De officio, & mercede notariorum cameræ rectoris, & sigilli, eadem auctoritate adijcimus, quod pro literis supplicationum, siue rescriptis super saluo conductu, moratoria, aut securitate in quocunque ciuili vel criminali negotio, pro singula persona, quatuor baiochos, & si plures fuerint personæ, vltra primam, pro qualibet personæ, vnum baiochum dũtaxat recipiant, dummodo in totum, quæcunque sint personæ, vltra quam decem & octo baiochi non exigantur ab eisdem, nec fiant malitiose pro singulis summæ, vbi pro eodem negotio eis concedantur inductiæ. Pro literis autem represaliarum, soluatur medietas eius quod continetur constitutione prædicta, & pro literis, ac sigillis cuiuscunq; præcepti, non quatuor anconitani (vt in cõstitutione continetur) sed sex baiochi exigantur, & tantum pro litera, rescripto, mandato, præcepto, & sigillo quod supersedeatur in aliquo processu; & similiter pro litera, & sigillo mandati quod tollatur processus contra singularem personam factus; & si contra plures essent, pro quolibet, vltra primum, vnus baiochus exigatur: ita vt quotcunque sint, vltra quã decem & octo baiochi, pro omnibus non recipiantur, siue vna, siue plures literæ fierent pro eisdem. Et si contingat in eadem causa plura rescripta emanare, facta solutione pro primo; pro reliquis, & eorum singulo, nil soluatur. Et quia circa contenta in constitutione secundi libri prædicti, sub rubrica De viagis iudicum officialium, & maiorum commissionum, salaria (vt accepimus) frequenter exceduntur, inhibemus Legatis, Gubernatoribus, rectoribus, & locumtenentibus prædictis, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt præfertur incurrenda, ne pro causis & negotijs pro quibus viagia concedi contigerit pro tempore, iuxta constitutiones, mittere præsumant alios quam iudices generalis curiæ, ad quos ratione suorum officiorum quæ obtinent, pertinet cognitio causarum & negotiorum eorũdem, nec de prouentibus, & viagijs huiusmodi, quicquã sibi & suis appropriare, directe vel indirecte, quouis quæsito colore præsumant, faciantq; constitutioné ipsam, & desuper factam à dicto Ioanne Cardinali declarationem, quo ad salariorum exinde prouenientium solutionem, firmiter obseruari. Et vt compositiones, & mandata de supersedendo super processibus criminalibus, omni corruptelæ suspitione cessante, procedant, dicta auctoritate statuimus & ordinamus, illa nullius esse debere roboris vel momenti, nisi consentiente Thesaurario prouinciæ pro tempore existente, emanauerint; & forma constitutionis secundi libri prædicti sub 47. rubrica De compositionibus super maleficijs seu processibus & condemnationibus, seruata fuerit in easdem. Nec liceat de cætero Legatis, Gubernatoribus, & Locumtenentibus prædictis, prouenientia ex criminibus & delictis quibuslibet, pœnas & mulctas ad alterius quam ad thesaurarij manus, etiam sub colore depositi, ad finem illas conuertendi in reparationem ædificiorum, vel alium vsum, facere quomodolibet peruenire, sed etiam si exponendi in alios vsus huiusmodi licentiam, & facultatem haberent, eas per manus thesaurarij recipi & exponi facere teneantur, sub pœna dupli eius quod aliter deponi, vel solui contigeret, per thesaurarium de eiusdem contrafacientis salario retinenda. Abstineant prætera Legati, gubernatores, & locumtenentes præfati penitus à commissione & delegatione quarũcunque causarum in prima illarum instantia, iuxta nostrarum prædictarum continentiam literarum, & etiam in secunda, quotiés ad illas audiendũ in loco esse contigerit ordinarios iudices deputatos; nisi in prima instantia supplicantis personæ miseria siue debilitas, & aduersarij potentia id exposcat: & in secunda instantia ad ipsos contingat appellari; quibus casibus causas ipsas delegent illis duntaxat iudicibus, qui essent ordinarij eisdem; nequeantque delegati ipsi tunc delegationis huiusmodi prætextu, aliquid emolumenti à collitigantibus exigere, vel habere, etiã quantum licite eis alias per dictas literas nostras, seu alias diceretur concessum. Nec similiter ipsi Legati, gubernatores, & locumtenentes aliquid petãt pro cognitione, & decisione causarum, quæ eis per sedem præfatam in quauis instantia, cum earum aduocatione à iudicibus, coram quibus sunt introductæ, vel sine illa, pro tempore delegantur,

Pij 2. cõst. habes sup. fol. 88.

Pauli 2. cõst. habes sup. fol. 89.

Istius Pont. cõst. habes sup. f. 96.

Officiales iurent hæc obseruare, & contrauenientes pœnas hic expressas incurrant.

Super Officiorũ emolumentis nõ faciãt pactiones.

Declaratio mercedis & officij Notariorum.

Declaratio Viagiorum Iudicũ.

Officiales nõ impediant pœnas peruenire ad manus Thesaurarij.

Causas in prima instãtia nõ auocent. De quo habes sup. const. 2. fol. 96.

In causis à Sede Apostolica eis cõmissis nihil recipiant.

delegantur, seu alias ex quauis causa remittuntur ad eos. Et prædictæ tam nostræ, quam prædecessorum constitutiones, ac omnia in præsentibus literis contenta, eo firmius obseruentur, quo sæpius fuerint publicatæ, eadem auctoritate statuimus, quod Legati, Gubernatores, & locumtenentes prædicti, nunc & pro tempore existētes, in supradicto volumine, prædecessorum & nostras prædictas & præsentes literas, inseri & describi, conuocatisque officialibus & curialibus curiarum suarū, ac populi multitudine, constitutiones ipsas, necnon literas prædictas, annis singulis, Calendis mensis Octobris cuiuslibet anni, publice, & intelligibili voce, de verbo ad verbum legi faciant, & publica. Ne autem Gubernatores, quos dicta Sedes nonnunquam non in prouincijs, sed in vrbe, specialibus ciuitatibus, terris, & locis deputare consueuit, quocunque nomine deputati, seu nuncupati, & eorum locumtenentes, & thesaurarij, ac officiales in illis pro tempore deputati, à constitutionum, additionum, modificationum, ac prædictarum, & præsentium literarū obseruatione, eo prætextu se excusent, quod in ipsis delegatis, gubernatoribus, & rectoribus prouinciarum, & thesaurarijs, iudicibus, & officialibus, in illis deputatis dumtaxat caueatur, illique tantum ligentur per easdem; dicta auctoritate constitutiones, additiones, modificationes, & literas prædictas, ac omnia, & singula in eis contenta, ad vrbem, ciuitates, terras, & loca specialis commissionis, & in illis, nunc & pro tempore deputatos, vicecamerarium, gubernatores, thesaurarios, potestates, iudices, & officiales, quatenus ad eos adaptari possint (absque tamen præiudicio statutorum, & consuetudinum vrbis, ciuitatum, terrarum, & locorum specialis commissionis huiusmodi, & illorum communitatibus, & vniuersitatibus concessorum indultorum quorumlibet, quibus alias non derogetur) extendimus; & volumus, ac mandamus illas in eisdem vrbe, ciuitatibus, terris, & locis specialis commissionis, sicut in prouincijs, firmiter obseruari, sub censuris & pœnis contentis in eisdem. Non obstantibus præmissis, & alijs apostolicis cōstitutionibus, indultis, & priuilegijs, & literis, quibus (quatenus contentis in præsentibus literis contrarientur) specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, adiectionis, inhibitionis, extensionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, tertio Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno septimo.

Constitutiones Ægidianas in Vrbe & alijs Ciuitatibus & locis obseruari præcipit.

Clausulæ derogatoriæ.

I X.

De Rosario B. Mariæ Virginis, & eius Indulgentijs.

De hac materia vide infra Pij Quinti const. 90. Consueuerunt. vbi ponam concord.

SIXTUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EA quæ ex fidelium deuotione ad Dei omnipotentis, & gloriosæ Virginis Mariæ laudem & gloriam pie ordinata sunt, vt firma permaneant nostræ approbationis robore solidamus, ac fideles ipsos ad deuotionis opera exercenda indulgentijs & remissionibus libenter inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores, maxime cum Catholicorum Principum id exposcit deuotio & hoc conspicimus in domino salubrīter expedire. Sane pro parte dilecti filij nobilis viri Francisci Ducis, & dilectæ in Christo filiæ nobilis mulieris Margaritæ, eius Conthoralis Ducissæ Britaniæ, nobis fuit nuper propositū quod in Ducatu Britanniæ & pluribus alijs locis crescente fidelium deuotione ab aliquo tempore citra, innouatus est certus modus siue ritus orandi pius & deuotus, qui etiam antiquis temporibus, à Christi fidelibus in diuersis mundi partibus obseruabatur: videlicet, quod quilibet volens eo modo orare, dicit qualibet die ad honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ, & contra imminentia mundi pericula, totiens Angelicam Salutationem Aue Maria, quot sunt Psalmi in Psalterio Dauitico, videlicet Centies quinquagies, singulis decem salutationibus huiusmodi orationem Dominicam semel proponendo. Et iste ritus siue modus orandi Psalterium Virginis Mariæ vulgariter nuncupatur. Vnde Dux & Ducissa præfati propter singularem & sinceram quam ad ipsam Beatam Virginem Mariam gerunt deuotionem, cupiunt ritum siue modum orandi prædictum, ad obstruendum ora aliquorum detrahentium, per Sedem Apostolicam approbari. Quare pro parte Ducis & Ducissæ & aliorum fidelium plurimorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ritum siue modum orandi huiusmodi approbare, aliasque super præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur tam Ducis & Ducissæ, quā aliorum fidelium piam deuotionem in Christo habentium commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatum Psalterium, siue modum orandi prædictum, auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, illumque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus eo modo orare debere, & licere decernimus & declaramus. Et vt omnes & singuli Christifideles, ad deuotionis opera & prædicto modo orandum eo feruentius inducantur, quo exinde animarum suarum facilius salutem consequi sperauerint, Vniuersis & singulis Christifidelibus præfato modo orare volentibus, vbilibet existentibus, præsentibus, & futuris, pro qualibet vice qua sicut præmittitur orauerint, pro qualibet quinquagena præfati Psalterij quinque annos, & totidem quadragenas indulgētiæ misericorditer in domino relaxamus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca in quibus illis opus esset &c. Volumus &c. quod transumpto earum manu duorum Notariorum alicuius ecclesiæ Curiæ subscripto, & sigillo alicuius prælati seu in dignitate ecclesiastica &c. fides detur in omnibus & per omnia &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, declarationis, & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, quarto Id. Maij, Pontificatus nostri anno octauo.

Quis introduxerit hunc orandi modū, vide Pij V. const. 90. consueuerunt.

Dux & Ducissa Britaniæ confirmationē Pont. petierunt.

Pont. confirmat, Indulgentiasque concedit.

Quas Indulgentias & maiores concesserunt alij Pont. quas indicabo in dicta cōstit. Pij V.

Clausulæ derogatoriæ.

X.

Confirmatio constitutionis Pij Secundi contra Homicidas, & Bannitos, ac eorum fautores &c. quam const. habes supra fol. 80. & ibi posui concord.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DEO, & hominibus abhominabiles esse viros sanguinum, Propheta testatur; nec immerito; cum horrenda sæuitia, non solum corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt (si non sint armis spiritualibus, diuina præueniente gratia, præmunitæ) deperditionem procurare noscantur; pro quibus Dominus noster Iesus Christus mortem subijt temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum conferre arbitramur, contra eos qui huiusmodi detestabile scelus patrare non expauescunt, iustitia seuerissima puniri, & latas pro tempore condẽnationes debitæ executioni demandati; eaq; quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & sicariorum huiusmodi persecutione, à prædecessoribus nostris prouidè emanarunt, vt eo firmius obseruentur, quò fuerint sæpius apostolica auctoritate munita, libenter approbantes, munimine roboramus, atque alia desuper statuimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. rec. Pium Papam II. prædecessorẽ nostrum, accepto, quod à certis annis tunc elapsis citra, &c.

Pij 2. cõst. habes sup. fol. 80.

Cum autem (sicut nuper accepimus) contenta in eisdem literis ab aliquibus temporibus citra non fuerint obseruata; & ex illorum inobseruantia subditi præfatæ Ecclesiæ promptiores fuerint ad homicida committenda; iamque ferè passim quotidie homicidia perpetrentur; & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores existant, quia sperant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse; nos qui detestabilem, & horrendam talium sicariorum nequitiam, ad aliorum cautelam, opportunis iuris remedijs prosequi studio cupimus indefesso; habitis super his cum fratribus nostris, præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione matura, & de illorum consilio, statuta & decreta prædicta Pij prædecessoris præfati, & prout illa concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta, auctoritate apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus; ac volumus & præfata auctoritate de eorundem fratrum consilio statuimus & ordinamus, quod condemnati hactenus, & quos in posterum condemnari contingeret vbilibet, in ciuitatibus, terris, & locis prædictis, pro homicidio, siue vt principales, siue vt auxilium, consilium, & fauorem præstantes; suarum condemnationum remissionem, aut contra illos saluum conductum & licentiam securè in loco patrati criminibus, vel ei infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinqua, nullatenus obtinere possint ab alio, quàm à nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit; & alicuius alterius, etiam Legati de latere, remissio, nemini suffragetur.

Approbat dictã const. Pij 2.

Et si forte contingeret, nos & eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem, ad remissiones siue saluum conductum huiusmodi procedere; talis remissio per præoccupationem processisse censeatur, & nemini prodesse possit, nisi in illa verè præsentium literarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, insertus foret; & specifica, & determinata causa exprimeretur, quæ nos & successores nostros induceret ad derogandum præsentibus, quæ cum tam matura deliberatione à nobis emanarunt.

Vide quæ ibi notaui.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & illis, quæ idem Pius prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausula derogatoria.

Et vt præmissa eò plenius innotescant, volumus per Legatos, Rectores, Gubernatores prouinciarum, ciuitatum, & locorum, temporali dominio præfatæ Ecclesiæ subiectorum, in singulis ciuitatibus, & locis eis commissis, sono tubæ præmisso, publicari, & in registris, quibus talia decreta dictæ Sedis sunt solita registrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, & volũtatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto. Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Hanc const. mãdat per Gubernatores Ciuitatum publicari, & in libris solitis registrari.

XI.

De Aedificijs & iure congrui, ac Officio Camerarij & Magistrorum Viarum Vrbis.

Declarationem istius materiæ habes infra in Pij Quarti const. 134. inter multiplices. vbi ponam concord.

SIXTVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI de cunctarum ciuitatum temporali Dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum, decore, & venustate cogitare nos deceat: ad nostram tamen Almam Vrbem Apostolorum Petri, & Pauli glorioso martyrij cruore domino nostro Iesu Christo consecratam, ciuitatem sacerdotalem, & regiam, eiusque decorẽ, & venustatem, tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere nos conuenit, quanto illa caput est orbis, & altissimus in ea sacerdotij principatum, & Christianæ religionis caput instituit, & sui Vicarij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christifideles confluunt in numero copioso, voluit collocari. Cum itaque viæ, & stratæ publicæ eiusdem Vrbis, in plerisque locis, causantibus porticibus, prosellis, & alijs varijs ædificijs domorum sitarum iuxta illas, adeo arctæ existant, vt per eas commode deambulari, & necessaria ad victũ multitudinis Ciuium Romanorum, & Curialium, ac aliorum in ipsa Vrbe habitantium, & confluentium ad eandem, præsertim temporibus Indulgentiarum Anni Iubilei, & aliarum concessarum per nos, & prædecessores nostros Romanos Pontifices, visitantium Apostolorum præfatorum Basilicas, & alias eiusdem Vrbis Ecclesias, deferri commode nequeant, & in quibusdam locis via singulariter singuli equestres se obuiantes, in eis transire possint per easdem, idque cedat in non modicam eiusdem Vrbis deformitatem, ac Ciuium, Curialium, & confluentium

Consipitur cõst.

prædictorum

prædictorum incommoditatem. Et propterea nos habita super ijs deliberatione matura decreuimus, vias ipsas, præsertim quæ magis frequentantur, & principaliores existunt, ampliari, ac porticus, & impedimenta prædicta, quibus sic arctantur, amoueri, & lateribus opportune pauimentari; iamque opus ipsum cœptum sit in diuersis locis, & in illius prosequutione non cessetur, Ac (sicut accepimus) propter demolitionem huiusmodi nonnullæ ex domibus ipsis, quarum porticus, & prosella, ac alia ædificia dirui opportuit, exinde, vtpote necessarijs mansionibus solitis, & officinis carentes, ad inhabitandum minus commodæ, & fere inutiles factæ sint, & ea propter illarum domini eorum parietes decenter, vt expediret, ad decorem viarum earundem reparare, & expensas opportunas propterea subire non curent, sublata spe habitandi in eis, aut alias vtilitates recipiendi ex eisdem; Expediatque ad obuiandum huiusmodi incommoditatibus, ex duabus, aut pluribus contiguis domibus, vnam commodam construere, aut partem vnius ex eisdem domibus alteri conuicinæ domui incorporare, sicque indemnitati dominorum earundem obuiare, & decori huiusmodi consulere; & vicinarum domorum domini vt plurimum super ijs non conueniant, & recusant sibi inuicem complacere, etiam pro iusto & rationabili precio; Contingat quoque interdum nonnullos tam Romanos ciues, quàm curiales, & alios forenses in eadem Vrbe domos de nouo ædificare, vel antiquas reformare, & ampliare velle, & pro illarum decenti constructione indigere conuicinis domibus, interdum ruinosis, & depressis, domui depressæ, vel ruinosæ, vel domorum dirutarum sediminibus, plateolis, & solo, seu alio loco vicinis; & huiusmodi domorum, & sediminum, seu platearum, & soli, aut loci dominos requisitos vt de illis eisdem ædificare, & reformare volentibus, venditionis titulo complaceant de domibus, sediminibus, solo, seu loco, oblato etiam persæpe plusquàm iusto precio, id facere nullatenus velle, aut longe plus iusto pretio, etiam nonnunquam duplum illius transcendendo, petere pro eisdem: Quo fit vt præsertim curiales, & forenses, qui ad id iuuari, & allici deberent, maxime à Romanis ciuibus, ab huiusmodi eorũ laudabili ædificandi, aut ampliandi proposito retrahantur.

Officiũ Magistrorũ Viarũ reintegrauit Martinus Quintus vt habes sup. fol. 61.

Et si aliquando dilecti filij Franciscus de Porcarijs, & Bapt. Staglia, moderni, & qui pro tempore fuerint Magistri ædificiorum, & stratarum eiusdem Vrbis, pro cõstruendis nouis plateis in locis conuenientibus, aut antiquis ampliandis, & reformandis, volunt domos aliquas dirui facere, in totum, vel in partem, illarum domini similiter oblato eis etiam iusto & rationabili pretio, ne id fiat, pertinaciter se opponere, & huiusmodi nouarum platearum ordinationem, & antiquarum dilatationem, ampliationem, omni conatu possibili impedire non verentur: quæ omnia publico bono, & decori, ac pulcritudini eiusdem Vrbis, nostræque, circa id, intentioni obuiare manifeste cernuntur. Nos igitur æquum arbitrantes publicam vtilitatem in ijs præferri priuatæ commoditati quorumlibet, & illorum qui tam salubri publico bono indirecte modo præmisso se opponunt, duritiem, superioris auctoritate, & æqua ordinatione comprimi: Ac volentes propterea super ijs omnibus opportunum adhibere remedium: Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa nostra scientia, & de plenitudine potestatis apostolicæ, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus, & ordinamus, quod venerabilis frater Guillelmus Episcopus Ostiensis, Camerarius noster, præfati Franciscus & Baptista, ac ipsorum Episcopi, Francisci, & Baptistæ in Camerariatus nostri, & pro tempore existentis Rom. Pont. ac Magistratus ædificiorum Vrbis officijs respectiue successores, qui pro tempore erunt perpetuis futuris temporibus, ac requisitionem dominorum domorum, quarũ porticus, prosella, seu alia ædificia pro vijs, seu plateis, & alijs locis publicis eiusdem Vrbis hactenus diruta fuerint, & dirui contigeret in futurum quandocunque de mandato Magistrorum eorundem, si domini prædicti in domibus ipsis inhabitare soliti erant ante demolitionem eãdem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contigeret in futurum, absque dolo & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitabunt:

Camerarius & Magistri Viarum [illegible] vicinis [illegible] habitantes domos, illas vendere alijs vicinis habitantibus [illegible] domus eorũ dirutas ob decorẽ Vrbis.

Et propter huiusmodi demolitionem iam factam, & quæ fieret, domus ipsæ effectæ sint, vel efficerentur in posterum pro eorundem dominorum ipsarum commoda receptione, & inhabitatione incapaces: sintque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minime inhabitari solitæ, sed pro earum annua responsione, vel alias locari consuetæ, ex quarum coniunctione cum domo huiusmodi sic incommoda effecta domino domus sic incommodæ effectæ, aduersus incommoditatem huiusmodi subueniri valeat, teneantur & debeant compellere illos, ad quos domus ipsas sic vicinas legitime eis pertinere constabit, etiam si ad Ecclesias, & Monasteria tam virorum quam mulierum, ordinum quorumcunque, etiam exemptorum, necnon beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, & loca pia pertinerent, ad vendendum easdem domos vicinas, quas inhabitare soliti non sunt, dominis domorum contiguarum, quas sic incommodas effectas ex cognouerint, pro precio per duos probos, & expertos viros, per vtranque partem eligendos determinando, & declarando: Si vero ij duo concordes in eodem assignando precio non essent, eo casu ipsi Camerarius, & Magistri ædificiorum præfatæ Vrbis, habito ipsorum duorum iudicio, pretia eadem imponere, & assignare habeant.

Et si plures eadẽ domo indigẽt, domus vtrique equaliter indigentj vendatur, vel vni qui magis indigeret.

Et si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos sic per earum dominos inhabitatas, incommodas modo prædicto effici, & inter eas esse aliam domum per illius dominum locari solitam, quam quilibet vicinarum domorum prædictarum incommoditati subiacentium, & ad receptionem ipsorum non sufficientium, sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet, debeant Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis sic petentibus, venditionẽ huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere modo vendenda cognouerint: Et si forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri (si commode vendi poterit) vendi faciant, aut aliter desuper prouideant, prout eis videbitur expedire:

Si plures sint qui domos habeant dirutas & per eos non habitatas, teneatur dominus domus minus læsæ domino domus magis læsæ vendere hic.

Etsi in neutra domo vicinarum, quæ sic inutiles iam effectæ forent ex demolitione prædicta, vel efficerentur in futurum, earum domini habitarent, sed eas locari soliti essent, liceat etiam tunc Camerario & Magistris præfatis (si id petatur per alterum dominorum earundem) domum, quam maiora incõmoda passam esse cognouerint, domino alterius domus magis læsæ, si emere voluerit, vendi facere modo prædicto, & illo instante domino domus magis læsæ, ad id compellere: & similiter dominum domus econtra minus læsæ, ad emendum domum magis læsam, aut suam Domino domus minus læsæ vendendum compellere, seu alias, prout eis videbitur, prouidere quod ambæ domus ipsæ inutiles & inhabitabiles non remaneant; & similiter, prout eis videbitur, prouidere teneantur quoties domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ, & incommodæ, effectæ forent.

Pro Plateaũ & Aedificiorũ constructione & ampliatione &c. dominis domorum.

Et ne ob proteruiam, & duritiem Dominorum domorum, sine quarum demolitione Plateæ in eadem Vrbe necessariæ & vtiles, ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari commode nequeant, Platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac Palatiorum & domorum de nouo constructio, seu reformatio retardetur, eisdem Motu, & scientia, ac auctoritate, & potestate statuimus, quod Camerarius & Magistri præfati possint, & debeant Dominos domorum quarumlibet locari (non autem per ipsosmet inhabitari) so-

litarum,

listarum, Ecclesiasticos, & seculares quacunq; dignitate fungentes, compellere ad vendendum Conseruatoribus seu Sindico eiusdem Vrbis, domus, quas Camerarius, & Magistri præfati, necessarias, & vtiles esse cognouerint pro hmôi Plateis de nouo ordinandis, & antiquis reformandis, & ampliandis, pro iusto, & rationabili precio (vt præmittitur) imponendo. Et similiter ad vendendum domos hmôi per eos inhabitari minime solitas, sed locari, quas vtiles & necessarias esse putauerint, pro Palatijs, domibus, seu alijs ædificijs tam profanis quâ ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam constructis ampliandis, personis habentibus iuxta illas domum, seu solum, aut locum alium, & volentibus inibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam cōstructa ampliare, pro iusto & rationabili pretio (vt præfertur) taxando.

locari solitari cogātur eas vendere Sindico Vrbis vel vicinis ædificare volentibus vrbic.

Et inter duos, seu plures sic ædificare, seu ampliare volentes, & pro hmôi venditione eis fienda ad effectum præmissum instantes, illamq; eis fieri petentes, illo præferatur, cui domus, platea, seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ex cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur: & si in omnibus paritas foret, liceat Camerario & Magistris præfatis venditionem hmôi pro parte vni, & pro parte alteri, fieri mandare, aut eorum alteri, prout videbitur.

Inter plures ædificare volentes qui præferri debeat.

Et in singulis casibus prædictis, in quibus volumus quod Camerarius & Magistri præfati compellere possint aliquos ad vendēdum, si illi ad quos pertineret, moniti & requisiti per Camerariū, & Magistros præfatos, bis cum termino conuenienti, eorum arbitrio moderando, vēdere recusauerint, aut malitiose distulerint, præfati Camerarius & Magistri debeant vice & nomine illorum sic requisitorum & recusantium, vel differentium venditionem hmôi facere, cum promissionibus, obligationibus, pœnis, renūciationibus, iuramento, pactis, & clausulis consuetis, & precium inde proueniens recipere, & penes ædem sacram, aut fide & facultatibus idoneam personam deponere, dominis domus, seu alterius loci sic per eos pro tempore venditi (si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussores de euictione præstare voluerint, & non alias) consignandum; habeantq; venditiones ipsæ, quas sic per Camerarium, & Magistros fieri contingeret, & traditiones locorum & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, ac si per illos ad quos domus ipsæ tunc pertinebant, fierent, & eosdem penitus & omnino operentur effectus, quos operarentur si fierent ab eisdē.

Quæ seruari debeant in hmôi venditionibus.

Prouideant autem Camerarius & Magistri præfati, in casibus prædictis, in quibus statuimus aliquos compelli debere ad vēdendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare velle, tales sic proponētes ante omnia se obligent ad inchoandum, & perficiendum hmôi noua ædificia, modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris (personarum & ædificiorum qualitate inspecta) videbitur; & ab illis qui sic se obligauerint, & præmissa nō adimpleuerint, pœnas exigant memoratas; & nihilominus eos compellant ad obseruandum præmissa per eos, vel quas prius habitabant, & etiam propterea eis venditas domos alijs ædificare volentibus vendēdū pro iusto & rationabili precio (vt præfertur) moderādo.

Aedificare volentes seruēt hic contenta.

Et quia interdū cōtingit, quod habētes domos, siue domorū sedimina, claustra, seu loca in eadē Vrbe, & illa vēdere volētes, varijs plerūq; modis & occasionibus illa vēdere recusant habētibus domos, sedimina, claustra & loca vicina, illisq; vēdere nolunt, nōnunq̄ illa vendūt æmulis eorundē vicinorū, seu personis eis parū gratis; quo fit, vt ipsi domorū, claustrorū, & sediminū, seu aliorum locorum vicinorū domini, illa emere volētes, & habere nequeūtes, retrahūtur persæpe ab ædificādo de nouo in eorū sediminibus, & locis vicinis, ac ampliādo domos quas inibi habēt, sicq; decori eiusdē Vrbis, aut saltē ipsorū vicinorū cōmoditati nō parū detrahitur, Volētes sup hoc æqua ordinatione prouidere; Motu, sciētia & auctoritate prædictis, statuimus & ordinamus, quod præfati sic vēdere volētes, teneātur & debeāt domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia hmôi vēdere habentibus domos, sedimina, claustra, & loca alia, illis cōtigua, pro iusto & rationabili precio, per alios euidenter & non ficte forsitā oblato. Et si illa alijs quā vicinis præfatis vēderēt, vēditiones ipsæ (quo ad illos qui emerēt, & illorū cōmodū) nullius sint roboris vel momēti, & habeātur pro infectis, & perinde ac si per illū ex vicinis, cui vēditio ipsa, præsentis cōstitutionis vigore, fieri debebat, facta foret, debeāt Camerarius & Magistri præfati, ementē à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti, absq; vlla tela iudicij, vicino instāte & precium rationabile offerente, & dicto emptori (si illud recipere & emptionis per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij & Magistrorum prædictorum ordinationē, cautum facere noluerit) persoluendum deponente, amonere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere.

Vendere volētes domos &c. teneātur vendere vicinis, alias venditiones sint nullæ, & pro vicinis factæ censeantur.

Et si forsan duo essent vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus, de cuius venditione ageretur, vtilitatem & commoditatem afferre posset; ille ex eis præferri debeat in præmissis, quem Camerarius & Magistri præfati, consideratis circunstantijs vniuersis, venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu loco alio, magis indigere declarauerint; & si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri possit exinde commoditas prouenire, vtriq; proportionabiliter concedatur. Si vero facta illius diuisione, portiones vtriusque fere inutiles essent, non diuidatur, sed Camerarius & Magistri alterum eorundem vicinorum, quem voluerint, præferri faciāt in præmissis. Et vt ea, quæ supra statuta sunt votiuum sortiantur effectum, in præmissis omnibus & singulis, Camerario in Ecclesiasticas, & ei, ac Magistris præfatis in alias personas facultatem & potestatem concedimus, ita quod idē Camerarius per censuram ecclesiasticam, & ipse, ac Magistri præfati, per pœnarum, & mulctarū exactionē, ac personalē distractionē, & alia iuris remedia, contradictores quoslibet, & rebelles compellere valeāt ad præmissa. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Municipalibus Statutis Vrbis, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliqua vallatis, exemptionibus, ac indultis, priuilegijs, & literis Apostolicis, necnon interdicti personis Ecclesiasticis bonorum immobilium alienationibus, & præstitis per eos desuper iuramentis, à quibus eas absoluimus, contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel diuisim à Sede præfata indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod precia domorum, & aliorum bonorum immobilium ad Ecclesias, Monasteria, & alia Pia loca huiusmodi pertinentiū, quæ vendi contingeret in posterum vigore præsentium, penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam, cum recognitionibus, obligationibus, & cautelis etiam in talibus adhiberi solitis deponantur; & in emptionem aliorum bonorum immobilium pro eisdem Ecclesijs, Monasterijs, & pijs locis omnino conuertantur, Quodque Dilecti filij Cameræ eiusdem Vrbis Conseruatores præsentes nostras literas in Registro Priuilegiorum, & aliarum scripturarum eiusdem Vrbis in eorundem archiuio conseruari solito registrari, & illarum tenores in locis publicis, & consuetis eiusdem Vrbis sono tubæ præmisso vulgari sermone publicari, ac præsentes valuis Capitolij triduo, iuris horis, & alibi, prout Camerario & Magistris præfatis visum fuerit

Hæc const. est posita in Nou. vrbis stat. fol. 54.

affigi faciant, vt omnibus omni tempore facilius innotescant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, concessionis, absolutionis, & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo, Prid. Cal. Iulij, Pontificatus nostri anno nono. L. Grifus.

Publicata & affixa fuit hac cōst. i Valuis Cācell. & acie cāpi floræ per me Thomā O. Cursorē die 3. Iulij 1480. Et in Valuis Cu. Capit. per me Lucianum Mandatarium die x. & xij. & xv. Martij eiusd. anni.

XII.

De Priuilegijs indultis & Indulg. Hospit. S. Spiritus in Saxia de Vrbe, ac eius Confraternitatis.

De confirmatione & ampliatione istorum Priuileg. &c. habes inf. Inn. 8. const. 4. & si ex Leon. x. cōst. 5. Saluator. Iul. 3. const. 27. & si Saluatoris. & Greg. xiij. const. 47. si inter.

De Moderatione autē & reuocatione habes inf. Pij 4. const. 78. de cōmisso vbi ponam concord.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ILLIVS qui pro dominici saluatione gregis in ara Crucis in pretium immolari non erubuit, &c.

Omittitur tenor istius const. per errorem imprimentium. Ideo vide infra in Leon. x. const. 5. Saluator.

Pont. supradictus obijt Romę Id. Augusti 1484. & sepultus fuit in Choro Basilicę S. Petri.

INNOCENTIVS OCTAVVS.

Genuen. ex Familia Cibo Coronatus Romę prid. Id. Septembris 1484.

I.

Contra non soluentes debitis temporibus annatas Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

Hæc const. declaratur & ampliatur infra per Iul. 3. const. 38. cupientes. Paul. 4. const. 40. decent. & Greg. XIII. const. 64. Ad Romani.

Et de materia habes sup. fol. 39. Pauli 2. const. 8. decet. & inf. Pauli 4. const. 25. incumbentia. cum ibi notatis.

NNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpet. rei memoriā. APOSTOLICAE Cameræ, ex qua non modo S. R. E. sed etiam magnum totius Christianæ Reip. subsidium prouenit, iura illæsa seruare (vt tenemur) modis omnibus cupientes, his, quæ propterea à prædecessoribus nostris emanarunt, libenter adijcimus muniminis nostri firmitatem, ac alias desuper prouidemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. re. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto quod numerus debitorum dictæ Cameræ nimis auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum ecclesiasticorum, quæ auctoritate Apostolica assecuti fuerant, excōicationis sentētiam in eos latam (quā non soluendo in præfixo eis termino, ipso facto incurrebant) minime curare videbantur, & per hoc aīabus sic illaqueatis periculum imminebat, & continua dictæ Cameræ damna subsequebātur, Idē prædecessor cupiens tam saluti aīarum, quā ipsius Cameræ indemnitatibus salubriter prouidere, prouide ordinauit, quod oēs, qui de cætero pro annatis quorūcūq; beneficiorum in dicta Camera se obligarent, si infra eis præfixos terminos, dictæ Cameræ, aut collectoribus fructuum & prouentuum eius, in partibus existentibus, satisfacere deficerent, ipso facto, lapso termino, non solum in sniam excōicationis inciderēt, sed etiam beneficijs suis, pro quibus se in dicta Camera obligassent, omnino priuati forent; alij vero, qui nō pro se, sed pro alijs, vt principales, se pro annatis huiusmodi obligarent, si in terminis non satisfacerent, vltra sententiam excommunicationis huiusmodi, essent ipso facto omnibus beneficijs ecclesiasticis, quæ obtinerent, priuati; possentque talia beneficia per quoscunque libere impetrari, prout in eiusdem prædecessoris literis desuper confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) ex ordinatione prædicta, ab aliquibus temporibus citra, ideo optati fructus non prouenerint, quia nonnulli, qui beneficia ecclesiastica per huiusmodi priuationem vacantia, pro tempore postmodum impetrarunt, super illis agendo, & qui excipiendo, priuationem huiusmodi in iudicium deduxerunt, coram palatij causarum Apostolici Auditoribus, & alijs iudicibus Romanæ curiæ, auditi non fuerūt ab eisdē Auditoribus & iudicibus, asserētibus ordinationē eandē prædecessoris præfati nō fuisse receptā, & morib⁹ vtentiū cōprobatā, creuitq; & crescit in dies numerus debitorū eorundē, in animarū nō soluētiū quæ debēt, periculū, & præfatæ Cameræ ac Christianæ Reip. præfatæ, nō leue præiudiciū. Nos igitur volētes super præmissis opportune prouidere, eiusdē prædecessoris ordinationē, & literas prædictas, ac oīa & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica, præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, iuxta illarum continentiam, & tenorem: Ac volumus, & eadē auctoritate statuimus, quod hactenus obligati Cameræ eidem ex causis prædictis, qui nō soluerūt statutis eis terminis, ac propterea excōicationis sententiam, & iuxta eiusdē prædecessoris literarum continentiam, priuationis pœnā prædictam incurrerunt (si curiales, infra vnū; citramontani, infra tres; & vltramontani, infra nouem mēses, à die publicationis præsentium in Cancellaria Apost. computādos) dictæ Cameræ de his quæ debebāt, satisfecerint, ex tunc, eo ipso, ab excōicationis sententia absoluti, & ad beneficia, quibus propterea iuxta ordinationem prædictam priuati existunt, plenarie restituti censeantur; & si non soluerint in terminis prædictis, priuationis pœnam prædictam de nouo incurrant eo ipso: Quodque illi, qui in posterum se obligabunt, excommunicationis & priuationis pœnas prædictas, iuxta eiusdem prædecessoris ordinationem, omnino incurrant; & impetrantes beneficia per huiusmodi priuationem vacantia; & similiter contra illos sic priuatos, de priuatione huiusmodi excipientes; possint, & debeant per quoscunque Auditores & Iudices audiri; nec eo prætextu, quod constitutio prædicta non fuerit recepta, & moribus vtentium comprobata, repelli; teneanturque Auditores & Iudices quicunque, in causis cognoscendis in Romana curia, & extra, secundum eandem ordinationem iudicare; subla-

Pij 2. cōst. hic ad habes.

Pius 2. imposuit pęnas hic expressas non soluentibus annatas.

Pont. iste approbat const. Pij 2.

Conceditque terminū ad soluen. annatas deuctas.

Non soluētes annatas pęnas hic contentas incurrunt.

ta eis,

ta eis & cuilibet eorum quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, nec prosint obligatis prædictis quietationes, quas à collectoribus, vel subcollectoribus prædictis haberent, quæ publico non probarentur instrumento. Decernen. præsentes literas ex die publicationis earum in Cancellaria Apostolica, quoscunq; ligare; ac irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ idẽ prædecessor in suis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat &c. nostræ approbationis, constitutionis, voluntatis, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, xiij. Calendas Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Clausula irritãs.

Clausula derogatoria.

Lecta & publicata fuit suprascripta bulla Romæ in Cancellaria Apost. Die iouis xvij. mens. Februarij Anno Domini 1485. Pontificatus præfati Domini Innocentij Papæ VIIj. anno primo.

II.

Reuocatio & Declaratio concessionum Iuris Patronatus factarum ab annis vigintiquinque citra.

Hæc const. confirmatur infra per Adrian. 6. const. 2. Sanctissimus.

Et de Materia vide aliquid inf. in Pauli 4. const. 29. postquam. Pij 4. const. 69. in sublimi. & Pij V. const. 32. in conferendis.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM ab Apostolica sede, ad quam de diuersis mundi partibus negotiorum multitudo confluit, curis continue plena innumeris, nonnulla interdum ex aliquibus causis, aliquando per occupationem & importunam petentium instantiam concedantur, quæ in alieni iuris, & præsertim auctoritatis Apostolicæ, ac iurisdictionis Episcopalis, & aliorum collatorum, necnon ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, hospitaliumq;, & piorum locorum præiudicium tendunt & detrimentum: non debet reprehensibile videri, si Romanus Pontifex, ad cuius prouidentiam, pro debito pastoralis officij, spectat super his debite prouidere, illa ex alijs rationabilibus, & à iure non deuiantibus causis maturius & attentius deinde cognitis, quandoque reuocat & annullat, ac ad statum redigit rationis, maxime cum rerum & temporum qualitate pensatis id in Domino conspicit salubriter expedire. Sane postquam ad summi Apostolatus apicem fuimus diuina fauente clementia assumpti, fide digna plurimorum relatione intelleximus, quod nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, & dictæ sedis Legati, ac Nuncij, etiam cum potestate Legati de latere, eorum legatione, vel de speciali facultatis auctoritate, retroactis temporibus, & præsertim à xxv. annis citrà, diuersis Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, & alijs Principibus, cõmunitatibus, ciuitatibus, vniuersitatibus opidorum, castrorum, villarum, & aliorum locorum, confraternitatibus, & collegijs secularium personarum, necnon alijs tam ecclesiasticis quam secularibus personis, diuersorum status, gradus, & conditionis, aliquibus eorum simpliciter, & absque aliqua causa, & aliquibus sub certis conditionibus tunc expressis (quas personæ, & alij supradicti adimplere promiserant, vel quæ per eos adimpleri mandabantur) iuspatronatus, & præsentandi, seu nominandi personas idoneas ad diuersa monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, ac in Cathedralibus, etiã Metropolitanis post Pontificales maiores, & collegiatis ecclesijs principales personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia, & regularia, ac hospitalia, & alia pia loca, ex tunc deinceps vacatura, pro eis, eorumque hæredibus & successoribus, & alias, seu alijs modis, & formis, per diuersas eorum literas, in perpetuum, vel ad certum tempus reseruauerunt, concesserunt & assignarunt; Quorũ aliqui conditiones augendi valorem annuum fructuum, redituum & prouentuum beneficiorum prædictarum ad certam summã tunc expressam, seu reparandi, instaurandi, & reædificandi ecclesias, illarumque structuras, & ædificia ad ruinam tẽdentia, vel iam funditus diruta & destructa, ad quas rõne reseruationis, concessionis, & assignationis prædictarum tenebantur, nullatenus executioni debitæ demãdarunt, & alijs condõnes huiusmodi adeo tenues impositæ fuerũt, quod monasterijs, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, & officijs, canonicatibus, & præbendis, alijsque beneficijs, ac hospitalibus, & pijs locis prædictis, parua potuit exinde vtilitas prouenire; quinimmo (quod deterius est) nonnulli ex personis supradictis, quibus iuspatronatus huiusmodi, vt præmittitur, concessum est, monasteriorum, prioratuum, præposituraram, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorumque, canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum, ac hospitalium, & piorum locorum prædictorum fructus, reditus, & prouentus, seu eorum partem, plerũque vsurpãt, & in suos damnabiles vsus conuertunt, quod vt commodius facere possint, ad monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliaque beneficia, necnon hospitalia, & pia loca huiusmodi, personas minus idoneas, & de quibus pro eorum libito voluntatis disponere possunt, sæpenumero præsentant, & in illis institui procurant; in graue monasteriorum, dignitatum, aliorumq; beneficiorum, ac hospitalium, & piorum locorum prædictorum præiudicium, & detrimentum, animarumq; suarum periculum, perniciosum quoq; exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quod iuxta canonicas sanctiones, iuspatronatus præsentandi ad regimina monasteriorum, prioratus, præposituras, & alias conuentuales, necnon in cathedralibus, & metropolitanis, & collegiatis ecclesijs, huiusmodi dignitates (ad quas personæ idoneæ per conuentus, & capitula illarum, seu illorum dum pro tempore vacant eligi consueuerunt) in laicum nullo modo cadere potest, nisi ex speciali sedis prædictæ priuilegio, quod non nisi ex maximis & vrgentibus causis alicui per sedem eandem concedi consueuit; quodq; etiam conueniens non videtur, quod iuspatronatus ad beneficia ecclesiastica, pro nulla seu leui & facili causa acquiratur, & præsertim cum iuris alieni præiudicio; Volentesque, ne sedis prædictæ auctoritas, & locorum ordinariorũ, aliorũq; collatorum, & collatricum iurisdictio propterea in dies minuantur, ac monasteria, dignitates, & alia beneficia, hospitalia, & pia loca supradicta ex cõcessionibus, & reseruationibus iurispatronatus huiusmodi, ali-

Pon. consq; Legati & Nũcij diuersimode ius patronatus multis cõcesserunt.

Causæ istius cõst.

quæ detrimenta (prout propterea contigit) patiantur; seu monasteria, & aliæ dignitates electiuæ, ac (in quibus reseruationes, & concessiones huiusmodi, pro nulla seu læui causa factæ fuerunt) alia beneficia, hospitalia, & pia loca prædicta, sua solita gaudeant libertate, debite, prout nostro incumbit officio, prouidere; deliberatione super his cum fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus præhabita diligenti, etiam expressis, & certis alijs nobis notis, legitimis, & id suadentibus causis, omnes, & singulas concessiones, reseruationes & assignationes iurispatronatus, & præsentandi seu nominandi personas huiusmodi ad monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, præbendas, aliaque beneficia, ac hospitalia, & pia loca supradicta, per sedem, ac Legatos, & Nuncios prædictos, à dictis x x v. annis citra, Regibus, Reginis, Ducibus, Marchionibus, & alijs personis supradictis, necnon ciuitatibus, vniuersitatibus, confraternitatibus, & collegijs huiusmodi, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & ex quibuscunque causis, ac de apostolicæ potestatis plenitudine factis; quoad monasteria videlicet, ac prioratus, præposituras, præpositatus, & alias dignitates, ac beneficia electiua, etiam si quascunque conditiones propterea impositas adimpleuissent; Quæ vero ad non electiua, ac hospitalia, & alia pia loca huiusmodi factæ fuerunt; si fructus, reditus, & prouentus beneficiorum non electiuorum, ac hospitalium, & aliorum piorum locorum prædictorum, ad medietaté veri annui valoris, fructus, reditus, & prouentus eorundem, secúdum communem æstimationem de proprijs eorum bonis non auxerunt; vel ecclesias de nouo in illis non ædificarunt, seu omnino funditus dirupeas, & destructas non reædificarunt; aut loca, seu fundos in quibus ædificarentur, non concesserunt; etiam si conditiones, ad quas alias forsan quam modis præmissis tenebantur, executioni demandassent; de eorundem fratrum consilio, auctoritate apostolica, & etiam ex certa nostra scientia, tenore præsentium reuocamus, cassamus, irritamus, & annihilamus, ac pro nullis, cassis, irritis, & infectis omnino haberi volumus; ordinarijs, & alijs collatoribus, ac collatricibus quibuscunque concedentes, vt cessantibus reseruationibus Apostolicis, hactenus sic pro tempore factis, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, ac alia beneficia supradicta, cum deinceps pro tempore vacauerint, nulla expectata præsentatione, siue nominatione conferre; ac hospitalia, & alia pia loca committere; monasterijs vero huiusmodi de personis idoneis prouidere, seu alias de illis disponere; ac conuentibus, & capitulis monasteriorum, prioratuum, præposirurarum, præpositatuum, ac aliarum dignitatum, præsertim conuentualium, necnon ecclesiarum cathedralium, etiam Metropolitanarum, & collegiatarum, vt in electione personarum idonearum ad illa ex beneficijs supradictis, quæ electiua esse consueuissent, similibus cessantibus reseruationibus, procedere libere possint, & debeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si concessiones, reseruationes, & assignationes iurispatronatus huiusmodi, nullatenus emanassent; ac districtius inhibentes omnibus & singulis supradictis, quibus reseruationes & assignationes iurispatronatus huiusmodi, vt præmittitur, factæ fuerunt, ne de cætero occurrentibus vacationibus monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatum, administrationum, ad præsentationem seu nominationem aliquam procedere, ac ordinarios, aliosque collatores, & collatrices prædictos, quominus illa conferant, & eos ad quos electio pertinet, ne eligant, directe vel indirecte impedire contra præsentium tenoré quoquomodo præsumant. Decernentes etiam ex nunc irritum & inane, si secus super his per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon literis super reseruationibus, & concessionibus hmôi expeditis, etiam si in eis contineretur, quod illæ generalibus reuocationibus, quæ fierent, nullatenus includerentur, nisi de personarum, quas concernunt, & quarum consideratione emanarunt, nominibus, cognominibus, dignitatibus, officijs, ac causis propter quas concessæ sunt, seu quæuis alia expressio indiuidua fieret de eisdem; idque eis insinuaretur per diuersas literas, sub diuersis datis, & earuodem personarum in huiusmodi reuocatione expressus accedat assensus (quas & quascunque alias clausulas, quæ ad huiusmodi effectum, quod non includerentur in huiusmodi reuocatione, in eis directæ forent, illis præsentibus pro insertis & sufficienter expressis habentes, nemini volumus nullatenus suffragari, quominus reseruationes & concessiones iurispatronatus, ac literæ desuper confectæ huiusmodi, in præsentibus literis, & reuocatione includantur, perinde ac si omnia requisita ad eorum reuocationem, iuxta earum formas & clausulas in eisdem præsentibus literis & reuocationibus specificarentur, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, concessionis, inhabilitationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, Decimo Kalen. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Fôt. iste reuocat simpliciter concessiones iurispatronatus quo ad beneficia electiua.

Quo vero ad beneficia nô electiua reuocat cû declarationibus & modificationib. his expressis.

Clausula irritãs.

Clausulę derogatoriæ.

III.

Officia Auditorum Rotæ vacant per eorum promotionem ad Ecclesias cathedrales siue metropolitanas.

De Materia Auditorum Rotæ habes inf. Pij 4. const. 83. in trbono.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CIRCVMSPECTA in omnibus actibus suis Apostolicæ Sedis prouidentia ad ea libenter intendit per quæ singula Romanæ Curiæ officia, vt præfertur, in quibus ius dicitur per personas, quæ ab omni alio onere liberæ ad illa cômode intendere possint exerceantur, & personæ ipsæ dum cathedralibus vel metropolitanis Ecclesijs præficiũtur ab oneribus officiorũ hmôi pro Pontificalis reuerẽtia dignitatis, vti cõueniẽs existit, immunes regimini & gubernationi Ecclesiarũ ipsarũ pro debito pastoralis officij liberius vacare, & onus ad quod assumpti fuere melius valeãt adimplere. Sane sicut facti euidẽtia demõstrat, sæpenumero cõtingit vt Ro. Pont. pro tẽpore existẽtes cõsiderãtes merita dilectorũ filiorũ causarũ Palatij Apost. Auditorũ pro tẽpore existẽtiũ postquã aliquãdiu in eorũ officijs laudabiliter laborarunt, vt tãdẽ post multos labores cõdigna pro meritis præmia reportẽt, quo cæteri hmôi exẽplo allecti in dies ad studia magis incẽdãtur, aliquos ex eisdẽ Auditorib⁹ ad cathedraliũ siue metropolitanarũ ecclesiarũ pro tẽpore vacantiũ regimina promoueãt, eosq; illis præficiãt in pastores, quodq; post promotionẽ & præfectionẽ prædictas Auditores præfati ad regimina cathedraliũ

siue

siue metropolitanarũ ecclesiarũ hmôi assumpti nihilominus dicta eorum officia sub prætextu quod propterea non vacent exercere non desinant,quo fit vt ecclesiæ ipsæ suis ob illorum continuam in Romana curia residentiam remaneant pro maiori temporis parte quasi viduatæ pastoribus non sine magno illarum dispendio ac animarumq; periculo. Nos igitur attendentes minus conueniens fore quod assumpti ad huiusmodi regimina debeãt circa strepitus iudiciorũ continue versari ac taliter esse illis intentos vt pastorale officiũ eis cõmissum nequeant per se ipsos adimplere:& propterea more vigilis pastoris salubriter prouidere volentes matura super hoc cum fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus deliberatione præhabita huius perpetuæ & irrefragabilis constitutionis edicto de fratruum prædictorum consilio auctoritate apostolica & ex certa nostra scientia tenore præsentium statuimus decernimus & ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris temporibus quotiens per nos seu sedem prædictam aliquem ex dictis Auditoribus nunc & pro tempore existentibus ad aliquam cathedralem seu metropolitanam ecclesiam huiusmodi promoueri, seu iam promotum transferri contigerit, officium auditoriatus huiusmodi quod sic promotus vel translatus tunc obtinebit per prouisionem præfectionem seu translationem prædictas vacet ac vacasse & vacare censeatur eo ipso, sicque ab omnibus iudicari & reputari debere, posseque de illo tanquam sic vacante per Romanum Pontificem tunc existentem statim alias vt moris est libere prouideri. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dicti officij iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque & indultis apostolicis eisdem auditoribus forsan etiam motu proprio & ex simili scientia ac sub quibusuis verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs & talibus quod illis non nisi sub certis inibi expresis modo & forma nullatenus possit derogari concessis & concedendis in posterum,quibus omnibus(illarum tenores præsentibus pro insertis habentes)quo ad hoc specialiter & expresse derogamus ac derogatum esse, eaque pro infectis & non concessis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1485. decimo Cal.Septembris Pontificatus nostri anno primo.

Causæ istius constitutionis.

Officium Auditoris Rotæ vacat per eius promotionem ad ecclesiam cathedralẽ siue metropolitanam.

Clausula derogatoria.

IIII.

Confirmatio Priuilegiorum indultorum & Indulgentiarum Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe,& eius Confraternitatis.

De istis Priuilegijs & eorum ampliatione & moderatione ac reuocatione posui concord. supra in Six.4. const.12.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

ETSI ex commisso nobis desuper apostolicæ seruitutis iugo,ecclesijs & pijs locis omnibus,vt eorum priuilegia conseruentur,assistere teneamur officio pietatis,Hospitali tamen nostro sancti Spiritus in Saxia,de Vrbe,illiusque personis,locis,& membris,in eorum priuilegijs & iuribus conseruandis,eo fauorabilius nos adesse conuenit, & illa nostri muniminis præsidio firmius stabilire, quo hospitale ipsum nostræ curæ specialius est commissum,& nostris propinquius adhæret visceribus charitatis.Dudum siquidem fe.re.Honorius Papa III. prædecessor noster,dilectis filijs Magistro & fratribus hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ordinis sancti Augustini,vt de vsuris,rapinis,incendijs (præter ecclesiarum incendia) damnis datis,& alijs rebus male acquisitis,si ij quibus earum restitutio fieri debebat,inueniri seu sciri non possent,nec non de ijs quæ indistincte ad pios vsus in vltimis voluntatibus relinquebantur, ac etiam de redemptionibus votorum (Hierosolymitan. dumtaxat excepto) de iuramentis temere attentatis,diuinorum officiorum omissionibus, & nonnullis alijs casibus componere possent,& in vsus pauperum dicti hospitalis conuertere,concessit: Mandans vniuersis Archiepiscopis,Episcopis,& alijs ecclesiarum prælatis ac personis ecclesiasticis, vt fratres & nuncios dicti hospitalis ad præmissa admitterent,& omnibus qui fratribus ipsis, de bonis sibi a Deo collatis subuenirent, relaxauit septimam partem iniunctæ pœnitentiæ, ac concessit plenariam remissionem in mortis articulo largientibus seu transmittentibus de bonis suis eidem hospitali. Et deinde Piæ memoriæ Bonifacius Papa VIII.etiam prædecessor noster omnibus benefactoribus dicti hospitalis concessit tres annos & totidem quadragenas indulgentiarũ, & in certis festiuitatibus tunc expressis, & in octauis dictarum festiuitatum singulis earum diebus, & singulis diebus quadragesimæ,& singulis diebus veneris totius anni vnum annum & quadraginta dies, largientibus aut transmittentibus de bonis suis eidem hospitali pro sustentatione pauperum, concessit plenariam remissionem a pœna & culpa in mortis articulo: & personis ecclesiasticis tam viris quam mulieribus quæ circa diuina officia aliquid omisissent,de bonis suis eidem hospitali largien.defectus remisit,ac voluit quod in aduentu magistri & fratrum ad loca interdicta ecclesiæ aperirentur,& ianuis apertis in illis diuina officia celebrarentur, & corpora tunc decedentium ecclesiasticæ sepulturæ traderentur,& descripti in libro confratriæ dicti hospitalis tempore interdicti decedentes,ecclesiasticæ sepulturæ etiam traderentur.Et successiue Vrbanus Papa V. etiam prædecessor noster concessit omnibus benefactoribus dicti hospitalis,vt confessorem idoneum eligere possent, qui ipsos semel in vita absoluere posset in omnibus casibus etiam sedi apostolicæ reseruatis. concessit etiam omnibus confratribus dicti hospitalis in ipsius confratriæ libro descriptis soluendo in eorum introitu dictæ confratriæ triginta denarios Turonen.argenti, & quolibet anno vnum similem denarium, plenariam remissionem a pœna & culpa in mortis articulo. Et quod Magister,Commendatores & fratres possent limitare dictam quantitatem illam soluere nequeuntibus,cum certis alijs indultis.Et insuper Clemens Papa V. similiter prædecessor noster similes indulgentias & remissiones concessit. Ac subsequenter Eugenius Papa III. similiter prædecessor noster,omnibus & singulis tam ecclesiasticis,quam secularibus vtriusque sexus fidelibus, qui in confraternitatẽ huiusmodi recepti, & in illius libro descripti forent, ac tres florenos auri de camera in principio receptionis ipsorum,nec non successiue annis singulis vnum grossum,quorum decem vnum florenum similem constituerẽt, camerario dicti hospitalis persoluerent, quod singuli sacerdotes idoneos per eos post solutionem trium florenorum huiusmodi eligendos, eis in mortis articulo plenariam remissionem concedere possent, ac eos semel in vita absoluere in omnibus casibus,etiam sedi apostolicæ reseruatis,voluit & decreuit. Preterea Martinus Papa V. etiam prædecessor noster prout in literis Eugenij.IIII. desuper in forma Rationi congruit, confectis plenius

Honorius 3.

Bonifacius 8.

Vrbanus V.

Clemens V.

Eugenius 3.

Martinus V.

continetur,

continetur,certis dedit iudicibus in mandatis,vt omnibus & ſingulis tam ordinatijs quam ſubdelegatis,eorundemque officialibus,& quibuſuis dominis temporalibus,& alijs ad hoc deputatis tabellionibus,atque ſcribis,cuiuſcunque ſtatus,gradus, dignitatis vel præeminentiæ aut conditionis forent , vt pro licentia adhibenda vel præſtanda,& ſuper ea literis teſtimonialibus conficiendis,ſigillandis,& concedendis,a prædictis fratribus,nuncijs,& perſonis,ſingulis annis pro litera & liceotia qualibet , vltra vnum florenum auri de camera non peterent ſeu

Ad hoc de decimis vide quæ notabo infra in Pij 4. conſtit. 33. paſtoris, in apoſtillam

reciperent , aut exigi ſeu recipi permitterent . Quodque ſuper decimis & fructibus alijs occaſione terrarum , agrorum,vinearum ad præfatum hoſpitale ſpectantium, nuocios ac fratres & perſonas hoſpitalis prædicti , illiuſque loca & membra non grauarent,ſub excommunicationis pœna ipſo facto mandauit. Decernens irritum & inane ſi ſecus ſuper ijs a quoquam,quauis auctoritate , ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Rurſus

Ioan. 22.

Ioannes vigeſimus ſecundus etiam prædeceſſor noſter,conceſsit magiſtro & fratribus prædictis,vt poſſent componere de vſuris,rapinis,incendijs,& alijs præmiſsis , prout Honorius Papa. III. conceſſerat.

Innoc. 3.

Item Innocentius Papa III.etiam prædeceſſor noſter,fundator dicti hoſpitalis,dedit & conceſsit ad fidem & deuotionem fidelium ac ſalutem animarum,hoſpitale prædictum viſitantibus & omnia eius membra , a feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſingulis diebus,vſque ad octauam eius,duo millia annorum,& octingentos annos indulgentiarum. Item idem Innocentius conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris, ſingulis feſtiuitatibus Apoſtolorum duo millia annorum indulgentiarum. Item Innocentius prædictus conceſsit hoſpitali prædicto & eius mēbris, ſingulis diebus totius anni,vnum annum,& quadraginta dies indulgentiarum.

Alex. 3.

Item Alexander Papa III. ſimiliter prædeceſſor noſter,conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris,in feſto ſancti Spiritus de menſe Iunij , ſingulis diebus vſque ad octauam eiuſdem,quatuor millia annorum,& octingentas quadragenas , & remiſsionem ſeptimæ partis omnium peccatorum de indulgentijs. Et dominica qua cantatur pro introitu miſſæ,Omnis terra Alexander prædictus conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris, omnibus & ſingulis primis diebus dominicis mēſium totius anni,tria millia annorum & totidem quadragenas,& remiſsionem tertiæ partis omnium peccatorum. Item Alexander prædictus conceſsit hoſpitali prædicto,& eius membris in feſto corporis Chriſti ſingulis diebus vſque ad octauam eius,duo millia annorum , & remiſsionem ſeptimæ partis omnium peccatorum.

Celeſt. V.

Celeſtinus Papa V.conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris , a feſto Epiphaniæ vſque ad octauam , ſingulis diebus , centum millia annorum de indulgentijs . Idem Celeſtious Papa V. conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris,in feſto Natiuitatis virginis Mariæ & per eius octauam,ſingulis diebus,triginta millia annorum de indulgentijs.

Clem. V.

Item Clemens Papa V.conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris , a feſto reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,vſque ad octauam eius,ſingulis diebus , duo millia annorum & octingentos annos de Indulgentijs .

Bonif. viij.

Item Bonifacius Papa VIII. conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris , a feſto Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti vſque ad octauam eius,ſingulis diebus,duo millia annorum & octingentos annos de Indulgētijs.

Clem. vj.

Item Clemens Papa VI.conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris , a feſto Pentecoſtes vſque ad octauam eius,ſingulis diebus, octo millia annorum , & totidem quadragenarum, & remiſsionem omnium peccatorum plenariam.

Innoc. VI.

Item Innocentius Papa VI. conceſsit hoſpitali prædicto & eius membris, a feſto Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis vſque ad octauam eius,ſingulis diebus,duo millia annorum & duo millia quadragenarum de indulgentijs.

Bened. xij.

Item Benedictus Papa X I I. conceſsit hoſpitali præfato & eius membris , a feſto ſancti Leonardi, tria millia annorum & totidem quadragenas de indulgentijs ſumma dierum veniæ a ſummis pontificibus & ſexaginta Archiepiſcopis & ſeptuaginta Epiſcopis in conſiſtorio Lateranen. auctoritate apoſtolica confirmatorum , ſeptingentos annos & totidem quadragenas ; ſumma miſſarum totius ordinis , per annum , triginta duo millia, & totidem pſalteria fratribus quæ ſunt ordinis,facit. Præterea eſt conceſſum eiſdem benefactoribus fraternitatis & confraternitatis,in miſsis,matutinis,vigilijs,ieiunijs,& eleemoſynis quæ fiūt in toto ordine in perpetuum participare.

Nicol. 5.

Item Nicolaus Papa V.etiam prædeceſſor noſter, omnibus Archiepiſcopis , Epiſcopis , in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna iniunxit , vt dum fratres dicti hoſpitalis ad eorum loca pro eleemoſynis colligendis accederent, illos benigne recipientes , ipſas eleemoſynas huiuſmodi quærere

Omnes ſupradicti Pont. indulta hic deſcripta conceſſerunt.

permitterent,ac hoſpitalia,& membra dicti hoſpitalis ab omni iuriſdictione quorumcunque ordinariorum exemit,& illa ſub ſua & beati Petri protectione ſuſcepit,ita vt nullos fratres dicti hoſpitalis excommunicare,aut loca & membra ipſius hoſpitalis eccleſiaſtico interdicto ſupponere poſsit. Decernens ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, ac certa alia eiſdē fratribus & laicis indulſit in forma communi. Demum vero Sixtus Papa IIII.ſimiliter prædeceſſor noſter,omnes libertates,immunitates,& indulgentias tam a fe. re. Bonifacio VIII. Vrbano V. Ioanne XXII. Alexandro V. Innocentio V.Martino V.Eugenio IIII.Nicolao V.Calixto III.Pio II.& Paulo etiam II. Roman. Pontificalibus, quam alijs prædeceſſoribus ſuis,ſiue per priuilegia,ſiue per indulgentias,magiſtro,fratribus,ac hoſpitali prædicto & membris eiuſdem hactenus conceſſas (illas pro ſufficienter expreſsis habentes,ac ſi de verbo ad verbum inſertæ fuiſſent) necnon libertates,& exemptiones ſecularium exactionum, a regibus & principibus dicto hoſpitali,membris,& locis eis ſubiectis conceſſas,auctoritate apoſtolica approbauit & confirmauit , prout in literis ſingulorum per ordinem deſuper confectis (quorum ac omnium aliorum præmiſſorum tenores,ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent,præſentibus haberi volumus pro expreſsis) plenius continetur.

Pont. iſte confirmat indulta & priuilegia a ſupradictis Pont. conceſſa.

Quare pro parte dilecti filij Pij eiuſdem hoſpitalis magiſtri & fratrum prædictorum,necnon vniuerſorum Præceptorum ſiue Commendatorum & fratrum aliorum hoſpitalium,membrorum,& locorum dicto hoſpitali noſtro ſubiectorum,nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt conceſsionibus,indultis,ſtatutis,decretis , relaaationibus , & alijs præmiſsis , pro illorum ſubſiſtentia firmiori,robur apoſtolicæ confirmationis adijcere,illiſque in præmiſsis opportune prouidere,de benignitate apoſtolica dignaremur . Nos igitur qui hoſpitale prædictum tamquam nobis peculiare, noſtris ſpecialiter gerimus in viſceribus charitatis,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,conceſsiones , indulta,ſtatuta,relaxationes,& literas prædictas,cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, cæteraque præmiſſa , auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus , ac præſentis ſcripti patrocinio communimus ; Decernentes illa omnia & ſingula perpetuæ firmitatis robur obtinere,Non obſtan. conſtitutioni-

Clauſulæ derogatoriæ.

bus & ordinarionibus apoſtolicis,ſtatutis & conſuetudinibus hoſpitalis & ordinis prædictorum,iuramento,cōfirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,cæteriſque contrarijs quibuſcunque . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis,confirmationis , commiſsionis , & conſtitutionis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,

tis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, duodecimo Cal. Aprilis. Pontificatus nostri anno secundo.

V.

Confirmatio & innouatio constitutionis Pauli 2. de sumentibus vindictam contra propinquos offendentis, ac de Brigosis eorumque fautoribus, & officio Paceriorum. Quam constit. habes sup. fol. 90. & ibi notaui.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ET Si de cunctarum ciuitatum temporali dominio Romanæ Ecclesiæ subiectarum prospero & fœlicis regimine cogitare nos deceat, ad nostram tamen almam Vrbem Apostolorum Petri & Pauli glorioso martyrij cruore Domino nostro Iesu Christo consecratam, ciuitatem Sacerdotalem & Regiam, eiusque salubre regimen tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere, & quæ propterea prouida prædecessorum nostrorum ordinatione emanarunt, pro eorum subsistentia firmiori, nostræ approbationis munimine roborare debemus, quanto illa caput est orbis, & altissimus in ea Sacerdotij principatum & Christianæ religionis caput instituit, ac sui quod pro nostra salute pertulit, martyrij sedem, ad quam de vniuersis mundi partibus Christifideles confluunt, in numero copioso voluit collocari. Dudum siquidem cum in ea præfata vrbe, instigante diabolo, pestiferum ac pernitiosum malum irrepsisset, quod si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, Rixa quam Brigam vocabant, exoriebatur, in qua alter alterum percuteret, aut vulneraret, percussus, aut vulneratus huiusmodi, offendentis patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis iniuriæ expertem, & plerumque offensionis ignarum, aut huiusmodi excessus plurimum indolentem, horribili immanitare, & furiosa dementia in vindictam suæ iniuriæ vulnerabat, & interdum occidebat, aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulnerabat vel occidebat, vel vulnerari, & occidi faciebat. Inde quoque iuxta damnabilem abusum eiusdem ciuitatis, vtraque pars se domibus priuatis includebat, quas in contemptum summi Pontificis ac etiam Magistratuum ciuitatis armatis complebant, & interdum fores domorum & porticus steccatis cõibant, vbi tãquam ad officinas & asylum scelerũ perditi homines & scelesti, ex vtraq; parte conueniebãt. Illic rabida factio iungebatur atrocissimi sceleris immanitate cõcordans. Illic dementia, & vt fama erat, venalis iniuria dũ ij qui nulla erãt iniuria lacessiti, ad vindictã offensorũ, insana mente & ferali crudelitate coniurabant. Ij erant quorum veloces erant pedes ad effundendum sanguinẽ, & qui viam pacis non cognouerant, & inter quos fœda & obscœna committebantur, & alearum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, diræ blasphemiæ, & obscœni agebantur incestus. Ex ijs oriebatur regentium rempublicã & Magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam excitabantur. Quodquidem ex alio veteri processerat abusu, vt si quando huiusmodi rixæ & offensiones intercedebant, non solum propinqui atque coniuncti, sed etiam extranei vtrique parti se offerebant, quod vulgo apud eos, & materno vocabulo, Fare de bene, nuncupabatur, ex quo plerumque totius Ciuitatis studia diuidebantur, non sine graui nota regentium, atque discrimine reipublicæ. armabantur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti, & omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiam damnabili abusu peruertebat. Fęlicis recordationis Paulus Papa Secũdus prædecessor noster, volens tam immani, & crudeli facinori, ac Popųli peculiaris Romanæ Ecclesiæ periculis, occurrere, & tam nefarios præsumptores debitæ animaduersionis mucrone ferire, & vt tuta esset inter improbos innocentia, & ipsis improbis, formidato supplicio, refrænaretur audacia, ac nocendi facultas, ipsiusque almę Vrbis paci, & quieti, ac tranquillitati consulere, vt fœlici ducta regimine præseruaretur a noxijs, & optatis semper proficeret incrementis: irrefragabili, matura, digestissima, & perpetuo valitura constitutione, statuit, & ordinauit, quòd quicunque deinceps Baro, aut Domicellus, vel Ciuis Romanus, vel quæuis alia Ecclesiastica, Sæcularisque persona, cuiuscunque conditionis, & qualitatis existeret, quacunque etiam atroci iniuria lacessita, pro sua vel amici aut propinqui iniuria vindicanda, patrem, aut filium, fratrem, aut propinquum, vel aliàs amicum, vel domesticum offendentis vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo, realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret: & similiter qui in Vrbe Roma, vel in eius districtu, occasione Rixæ, vel Brigæ, Domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes, aut complices, aut fautores Brigæ arcessere, seu quamcunque conuentionem, congregationem, & collectam hominũ, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare, vel receptare præsumeret, per se, vel alium, crimen læsæ Maiestatis incurreret, & læsæ Maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ, reus censeretur & haberetur, ac veluti talis à cõpetentibus iudicibus seuerissime puniretur. Ecclesiastici vero talia perpetrantes, omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, essent ipso iure priuati, & perpetuæ custodiæ manciparentur. Beneficia eorũ libere alijs per illos ad quos eorum collatio pertineret, conferrentur: omnesque præterea talia committentes, tamquam Christianæ religionis alieni, publicæ pacis æmuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco, Ecclesiæ Romanæ mediate vel immediate subiecto, essent perpetuo diffidati: eorum bona tam mobilia, quàm immobilia essent ipso iure Cameræ Apostolicę confiscata: Nulli præterea talium alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus: & vt magis famosa esset eorum infamia, factio testamenti actiue & passiue esset eis interdicta, ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni spe gratiæ, aut dispensationis adempta: ac præter prædictas pœnas sententiam excommunicationis, & perpetuæ maledictionis incurrerent, à qua absolui non possent, nisi per Romanum Pontificem, præterquã in articulo mortis constituti: Illi vero qui ipsis offensis, vel offendentibus seu Brigosis, adhærere, fauere, opem, auxiliumue promittere, vel eos in domibus, aut castris, locis, seu fortelitijs suis receptare, aut qui iuxta vulgare (Fare de bene) deinceps præsumerent, tamquam fautores scelerum, & conspiratores aduersus publicam pacẽ, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis, atque excommunicationis, & anathematis pœnas incurrerent. Statuit præterea idem prædecessor, vt Domus & habitationes principaliũ offendentium, qui vindictam in alios, vt præmittitur, sumere vel excitare, vel etiam qui ea vtraque parte domos

Pauli 2. constit. habes sup. fol. 90

Vide igitur quæ ibi notaui.

ipsas

ipsas munire, aut congregationes occasione Brigæ, & collectas hominum adunare, aut armis, vel armatis, seu sectatis, & propugnaculis communire ausi forent, in detestationem tanti facinoris, vsque ad solum, ad perpetuam infamiam, prosternerentur, per hoc sæcularibus, & alijs iudicibus suis competentibus non adimens facultatem vtendi statutis & legibus aduersus tales editis, vel edendis: quia dignum fore existimabat, vt ratione nefandi flagitij vltionis seueritas extenderetur, & propter enormitatem facinorum, pœnarum modus exuberaret, prout in eiusdem prædecessoris litteris desuper confectis, quarum tenorem idem prædecessor, de verbo ad verbum, in volumen statutorum eiusdem Vrbis annotari & describi mandauit, plenius continetur. Cum autem post dicti prædecessoris obitum, qui contrauenerunt eisdem litteris ab aliquibus temporibus citra, pœnis in eis contentis puniri non fuerint, & ex illorum impunitate Romani Ciues inuicem dissidentes, pro leuibus plerumque causis, procliuiores fuerint ad huiusmodi abusus suscitationem, & se domibus includere, illas armis, propugnaculis & scelestis hominibus munire, & se sic quam pluribus annis inclusos, in eisdem domibus continere, & interim nonnunquam manus improbas, non sine interuenientium hinc inde trucidatione conserere, scandala plurima in eadem Vrbe excitare non formidauerint, nec formident, creueritque valde numerus dissidentium eorundem, qui passim in eadem Vrbe, ad vindictam, iuxta abusus prædictos, mutuo tum palam tum exquisitis dolis se interficere, & alias offendere non cessant. Nos qui detestabilem & horrendam talium nequitiam oportunis remedijs persequi studijs quærimus indefessis, habita super ijs cum fratribus nostris Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio, eiusdem Pauli prædecessoris constitutionem, statutum, & ordinationem prædicta, & prout illa concernunt, omnia & singula in dictis litteris contenta, auctoritate apostolica, præsentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, ac obseruari debere, eadem auctoritate decernimus, & pro potiori cautela, ea omnia sic vt præfertur ab eodem prædecessore prouide statuta, & ordinata, de nouo statuimus & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Volumus insuper quòd singuli in eadem vrbe in præsentiarum Rixam seu Brigam quomodolibet forsan habentes, sustinentes, aut excitare molientes, cuiuscunque status vel conditionis existant, post publicationem præsentium in Curia Capitolij, & alijs locis publicis dictæ Vrbis faciendam, infra quindecim dierum spatium super illa in dilectos filios eiusdem Vrbis generales Pacerios, ac Vicecamerarium, seu alium per nos eius loco forsan surrogandum, aut deputandum, & de iure & de facto iuxta auctoritatem & arbitrium eorundem Paceriorum plenarie compromisisse, ipsorum decisionibus, sententijs, & mandatis stare & parere debeant, & teneantur. Decernentes nulli licere illis contradicere, nec etiam ab eis quouismodo appellare: ac districtius inhibentes, ne aliqui per se aut alium, directe vel indirecte seu alio quouis quæsito colore, contra pacem & concordias hactenus initas & factas, vel securitates præstitas, seu deinceps iniendas venire, vel aliquid attentare, aut illas infringere quomodolibet præsumant, sub pœnis vltra Vrbis statuta, in huiusmodi facta pace cōtentis, ac præmissis, & alijs, nostro & Apostolicæ sedis arbitrio infligendis, quas rebelles & contrafacientes, ac pacem huiusmodi non seruantes, eo ipso quo contrafecerint, irremissibiliter incurrant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate vallatis, eiusdem Vrbis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare, mandamus præsentem nostrarum litterarum tenorem, in locis publicis prædictis, sono tubæ præmisso publicari, & in volumine statutorum prædictorum, de verbo ad verbum describi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

Confirmat dictā const. Pauli ij.

Quod dicitur hic de appel. habes sup. in Six. 4. const. 7. pernicio sam. fol. 99.

Clausula derogatoriq.

Hæc const est posita in volumine nouorum Vrbis fol. 13.

VI.

Præcipit per officiales Ciuitatis Brixien. executioni demandari sententias Inquisitorum.

Hoc idem generaliter præcepit Alex. 4. sup. fol. 22. const. 15. ad audientiam.

Venerabili fratri nostro Episcopo Brixiensi, & dilecto filio Inquisitori in partibus Lombardiæ.

VENERABILIS Frater, & dilecte fili, Salutem & apostolicam benedictionem. Dilectus filius frater Antonius de Brixia ordinis Prædicatorum, in partibus Lombardiæ inquisitor hæreticæ prauitatis, vna cum venerabili fratre Episcopo Brixiensi, seu eius vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi contra nonnullos vtriusque sexus hæreticos (vt accepimus) quos culpabiles vt hæreticos impænitentes repertos, pœna debita iuris puniendos condemnauit: ac officiales ciuitatis Brixiensis, vt iniunctam executionem adimplerent, requisiuit, qui officiales iustitiam ministrare, & dictas sententias exequi, (nisi prius processus per Episcopum & inquisitorem agitatos non viderent) in non paruum orthodoxæ fidei scandalum recusarunt. At cum huiusmodi crimen hæresis sit mere ecclesiasticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant: tenore præsentium vobis committimus atque mandamus: vt si est ita, eisdem officialib. secularibus ciuitatis Brixiensis, sub excommunicationis pœna, & alijs censuris ecclesiasticis, præcipiatis atque mandetis: vt infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra huiusmodi hæreticos prompte exequantur appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipso facto volumus, & tenore præsentium declaramus incurrisse: si quod mandatum fuerit, infra dictum sex dierum spatium, cessante legitimo impedimento, cum effectu non impleuerint. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis ciuitatis Brixiensis, cæterisque in contrarium faciētibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die trigesimo Septemb. Millesimo quadringentesimo octogesimo sexto. Pontificatus nostri anno tertio.

Clausula derogatoriæ.

Hieronymus Balbanus.

VII.

Contra asserentes in literis Apostolicis se esse tales quales non sunt, vt literarum expeditionem gratis consequantur.

Hoc idem voluit. Leo. 10.const.22.inhærendo.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM Sicut non sine displicentia accepimus nonnulli conscientiæ suæ prodigi & auaritiæ morbo laborantes, vt litteras apostolicas gratis expediant, & officiales debita eorum portione defraudent, in eisdẽ litteris se nonnunquam venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreuiatorum de maiori præsidentia, seu litterarum prædictarum scriptorum, necnon aliarũ personarum quarumcunque ex quarum qualitatibus & priuilegijs siue antiqua consuetudine litteras ipsas gratis expedire solent, nepotes & quandoque germanos interdum vero familiares continuos commensales fuisse & esse affirmare, & vt tales in dictis litteris se inscribi facere ac fecisse non vereantur, cum reuera tales nõ fuerint: in animarum suarum periculum, ac officiorum Ro. curiæ non modicum præiudiciũ & grauamen: Nos fraudibus & deceptionibus huiusmodi prout nostro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volẽtes motu proprio & ex certa scientia omnes & singulos cuiuscunque status gradus & conditionis fuerint & quocunque nomine nuncupentur qui se Cardinalium aut assistentium seu scriptorum eorundem aut aliarum personarum quarumcunque ex quarum qualitatibus & priuilegijs siue antiqua consuetudine litteras ipsas gratis expediri solent, nepotes seu germanos aut familiares continuos commensales in eisdem litteris nominauerint, cum reuera tales non fuerint: excommunicationis sententia a qua nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, mortis articulo excepto, ac satisfactione præuia absolui non possint, auctoritate apostolica per præsentes innodamus. Et nihilominus concessiones & gratias in eisdem litteris contentas quascunque, ipsasque litteras hactenus expeditas & expediendas viribus omnino carere eisque & eorum singulis in aliquo suffragari nõ potuisse nec in futurum posse, Motu auctoritate & sciẽtia similibus decernimus & declaramus, ac volumus quòd mandatum decretum & declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria apostolica publicetur, & in illius libro describatur, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac quibusuis priuilegijs & indultis eisdem personis concessis, quæ eis aut eorum alicui quo ad præmissa volumus nullatenus suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Cõtrauenientes huic const. excõmunicantur.

Litteræque pro eis expeditæ nullæ sunt.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet publicetur & describatur.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria apostolica die Sabbati. xviij. mensis Augusti Anno Millesimo quadringẽtesimo octuagesimo septimo Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Innocentij Papæ viij. Anno eius tertio.

VIII.

De numero officio, Priuilegijs & emolumentis Secretariorum Apostolicorum.

Vide ad hoc infra constit. sequentem. Alexan. 6. constit. 10. iniunctum. & Iul. 2. constit. 14. etsi.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

NON Debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana; præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas, & aliæ ratiocinabiles causæ id exposcunt: quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri testamento statuerat, aliqua mutauit in nouo. Dudum siquidem nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, non minus vt viros industrios sibi eligerent, quorum opera in rebus magnis, & arduis Apostolicæ Sedis honorem, statum, & commodum, ac orthodoxæ fidei incrementum concernentibus vti possent, quam pro negotiorum magnitudine, & celeriori ad præfatam Sedem confluentium expeditione, quam plurimos eorum obsequijs adhibuere Secretarios, quos postmodum fe. re. Calixtus III. & Pius II. Romani Pontifices prædecessores nostri siue ob tenuitatem emolumentorum dictis Secretarijs assignatorum, siue ex alijs causis eos ad id monentibus, ad sex successiue reduxerunt. Nos autem qui superiori annó, dum nostra Vrbs in qua cum Romana Curia etiam tunc residebamus, per nonnullas gentes armigeras hostiliter opprimeretur, pro illius ab oppressionibus huiusmodi liberatione, grandia subire compulsi fuimus onera expensarum, ad quæ cum Romanæ Ecclesiæ facultates non sufficerent, Mitram Pontificalem, Regnum nuncupatum, & alia quam plurima eiusdem ecclesiæ iocalia preciosa, aurea, & argentea, diuersis mercatoribus dictam curiam sequentibus, pro diuersis pecuniarum summis, ad quantitatem forte centum millium ducatorum auri de Camera ascendentibus, pignorauimus: quæ cum commode ex dictæ ecclesiæ prouentibus iam exhaustis, redimi non possent, nos sperantes quod si ad officium eorundem Secretariorum, præter & vltra dictos sex, decem & octo prælati & in dignitate ecclesiastica constitutæ personæ assumerentur, & omnes simul pro redemptione Mitræ & iocalium prædictorum de eorũ facultatibus vsque ad summam sexaginta duorum millium & quadringentorum florenorum auri de Camera persoluerent & contribuerent, assignarenturque eis etiam de nouo conuenientia emolumenta, ex quibus iuxta dignitatis eorum exigentiam, eorum statum tenere possent, exinde non solum huiusmodi vrgenti necessitati præfatæ ecclesiæ prouideretur, sed etiam decori, & venustati eiusdem Sedis, Curiæ, & officij, ac faciliori, celeriori, diligentiori, & magis accuratæ expeditioni Breuium & aliarum literarum apostolicarum quæ per eosdem Secretarios tam in

Calix. 3. & Pius 2. Secretariorum numerũ ad sex reduxerunt.

Pont. iste pignorauit Mitrã Pontificalem &c.

Ideo pro Mitra &c. redẽptione.

Cancellaria,quam per Cameram secretam Pontificis pro tempore expediuntur,& non paruæ commoditati cófluentium eorundem ad præfatam Curiam,& prosequentium negotia in eadem,opportune consuleretur,ac volentes (pro vt debemus) super præmissis opportunum adhibere remedium,habita desuper primum cum Venerabilibus fratribus nostris. S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura,& cum infrascriptis personis longo tractatu ; de eorundem fratrum vnanimi consilio & assensu,Motu proprio,& ex certa scientia, & nostræ potestatis plenitudine,auctoritate apostolica , hac in perpetuum valitura constitutione statuimus , quod nostri & pro tempore existentis Romani Pontificis Secretarij, de cætero perpetuis futuris temporibus , debeant esse viginti quatuor duntaxat,& in notariatus dictæ Sedis officio,aut in Episcopali vel maiori ecclesiastica dignitate constituti vel assumpti,habitum notariatus officij,aut alterius dignitatis huiusmodi,in qua constituti fuerint,vel constitui eos in posterum continget,conuenientem gestent , prout nos infrascriptos omnes & eorum singulos, qui in huiusmodi prælatura aut dicto notariatus officio adhuc constituti non erunt,in eiusdē sedis notarios assumimus : volentes vt a quocunque maluerint prælato,in Romana Curia,habitum & insignia eiusdem officij perpetuo gestanda,recipere possint,& valeant (Dilectis filijs Andrea Trapezuntio,& Sigismundo de Fulgineo,de numero sex secretariorum prædictorum ad præsens coniugatis , duntaxat exceptis) qui in eo in quo sunt statu & habitu,officium ipsum secretariatus quoad vixerint,si voluerint,valeant exercere , necnon Gaspare Blondo,Iacobo de Vulterris,Ioanne Petro Arriuabeno,& Ioanne Laurentio,reliquis quatuor ex prædicto numero sex secretariorum (quos licet simul cum prædictis alijs de nouo assumptis,ex nunc in notarios eiusdem sedis assumimus,ad gestandum tamen habitum nisi de alio nostro mandato postmodum eis faciendo,volumus non astringi, & alijs in dignitate aut notariatus officij huiusmodi constitutis,& suarum dignitatum aut officij notariatus huiusmodi habitum gestantibus,eorum collegijs,in sessionibus,& processionibus,ac in quibusuis congregationib. eorum duntaxat,quamdiu in solito statu & habitu permanserint deferentes (& quorū ad omnia tam supra quā infrascripta expressus accedat assensus) quoad honores,onera,& emolumenta tam per eosdem secretarios hactenus in Cancellaria apostolica percipi solita,& quæ quauis ratione siue causa percipi debuissent,quam ad ea quæ præsentibus,eis & alijs de nouo assumptis,simul cum illis assignata sunt,& alia indulta officium ipsum Secretariatus concernentia,eisdem sic de nouo assumptis (quos rationabilibus de causis pro nunc decernimus esse viginti quatuor) Secretarijs,prorsus æquales remaneant. Sic tamen quod numerus prædictus demum ad vigintiquatuor duntaxat omnino reducatur,& loco eorundem Gasparis,Andreæ,Iacobi,Sigismundi,Ioannis Petri,ac Ioannis Laurentij,& succedentium in locis eorum,dum aliquem ex eis sex,aut loca quæ ipsi obtinent,pro tempore obtinen.decedere contigerit, nullus per nos & pro tempore existentem Romanum Pontificem surrogari possit aut debeat quacunque ratione vel causa,sed illius sic decedentis pro tempore locus, & portio emolumentorum , censeantur & sint eo ipso penitus suppressi & extincti ; Nec teneatur superstites secretarij quēpiam loco talis sic decedentis, in secretarium recipere vel admittere prætextu quarumcūque litterarum apostolicarum,etiam in quibus huic statuto & numero derogaretur,specifice,nominatim,& expresse , nec processibus desuper habitis,etiam censuras & pœnas quascunque in se continentibus,quoquo modo parere. Quia inter nos, & eosdem Secretarios,de consilio & assensu prædictis,dum pro rerum nostrarum euidenti commoditate & vtilitate in augmentum numeri a decem & octo, ad viginti quatuor de nouo assumendorū consensum præstiterūt, sic expresso pacto conuentum & firmatum fuit. Constituant quoque pro tempore omnes Secretarij prædicti inuicem vnicum collegium,cum communi arca siue Bursa,Sigillo,Capella,Capellano , & alijs collegialibus insignijs,& concessis hactenus secretarijs prædictis Romani Pontificis,& quibus potiri soliti sunt, seu potiri debuerant,omnibus emolumentis,honoribus,priuilegijs,immunitatibus,gratijs,fauoribus,& indultis potiātur,& gaudeant,eisdem modo & forma,quibus illi gauisi & potiti sunt hactenus, seu gaudere & potiri poterāt vel debuerunt sine vlla prorsus varietate. Præterea in eorum Secretariatus officio (quod cum quibuscunque alijs Romanæ curiæ officijs compatibile esse volumus) & ipsum quomodolibet concernentibus,statuta quæcūque,sine alia superioris confirmatione condendi libera potestate fungantur:cum Secretarij ipsi semper hactenus fuerint etiā Cancellariæ nostræ apostolicæ membrum,volumus & ordinamus,vt venerabilem fratrem nostrum Rodericum Episcopum Portuen.S. R. E. Cardinalem & Vicecancellarium,in Cācellaria eadem in ipsorum caput recognoscere & reputare debeant , quos ipse è conuerso vt sui corporis membra reputans , congruenti honorificentia per reliquos eiusdem Cancellariæ officiales prosequi faciat & procuret, decentem ipsorum dignitati locū pro incumbentium dicto eorum officio negotiorum expeditione,ipsis assignans in eadem cancellaria,prout nos assignamus per præsentes. Sint quoque Secretarij veri palatij apostolici prælati (sine tamen aliorum eiusdem Palatij prælatorum præiudicio) & quo ad eorum personas duntaxat,nostri & pro tempore existentis Romani Pōtificis familiares,domestici,continui commensales,& pro talibus habeantur & reputentur , & in constitutionibus,prærogatiuis,exemptionibus,& priuilegijs,ac scripturis quibuslibet de eisdem prælatis & familiaribus mētionem pro tempore facientibus,quoad eorum personas duntaxat, includantur , & inclusi esse intelligantur & sint,pro vt nos per præsentes includimus , & quibusuis pro tempore eisdem prælatis de Palatio & familiaribus concessis seu concedendis prærogatiuis , fauoribus , priuilegijs , exemptionibus & indultis , tanquam eorum pars , similiter quo ad eorum personas , potiantur.& gaudeant ; Habeantque in Palatio nostro apostolico vnam mansionem & locum , in quo singulis diebus conuenire & morari , ac de dicto eorum officio incumbentibus negotijs tractare & consultare , ac alias iuxta antiquitus seruatum per prædictos Romanorum Pontificum Secretarios,qui pro tempore fuerunt,ritum, stilum , & modum disponere , vt vere & actu nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti , in dicto Palatio apostolico deseruientes prælati , & familiares commode possint & valeant ; voceturque locus huiusmodi , & sit actu secretaria apostolica, in qua , & nullo alio loco dicti nostri Palatij , saltem publice , exerceantur vel expediantur quæcunque ad Secretariatus officium quouis modo pertinent. Plūbatoresq; præsentes & qui pro tempore erunt,sub excommunicationis pœna teneantur omnes & singulas bullas taxatas per quemcunque ex omnibus Secretarijs prædictis , seu quoscunque alios per dictam Cameram nostram secretam expeditas, cum primum fuerint per ipsos plumbatæ , portare ad Secretariam eandem, & officiali per eosdem Secretarios ad id deputato, & nulli alteri præsentare, vt singulariter singulæ cum ipsarum taxis & tenoribus describi , notari , subscribi , & more solito expediri per aliquem ex ipsis Secretarijs possint & valeant. Habeant quoque Secretarij prædicti pro personis ipsorum & cuiuslibet ipsorum ex speciali priuilegio (quod per præsentes eis in perpetuum concedimus) in expeditionibus quarumuis literarum apostolicarum

Secretariorū numerum auget ad 24. vt hic.

De priuilegijs Secretariorum.

stolicarum Gratis vbique. Teneatur Rescribendarius ad taxandum litteras apostolicas pro tempore deputatus, absque vllo nostro, seu cuiusuis alterius mandato, in quibusuis literis personas ipsorum Secretariorum seu cuiuius eorum concernentibus, apponere Gratis pro persona secretarij, ac personam vnius familiaris pro quolibet ipsorum, Gratis pro Deo. Præterea volumus, vt ijdem secretarij quotiescunque erunt a Romana Curia absentes pro nostris, aut Sanctæ Romanæ Ecclesiæ negotijs quouis modo peragendis, quo ad emolumentorum omnium dicti officij integram perceptionem, habeantur tanquam præsentes: si vero priuatarum rerum ipsorum causa recedentes ab eadem curia, petierint tantum ab eorum collegio licentiam, & disposuerint quod in ordinarijs oneribus officij, aliquis alius de Collegio seruiat pro ipsis; pariter habeantur, quo ad eandem perceptionem emolumentorum, pro præsentibus ad annum integrum duntaxat; & si forte vltra vnum annum distulerint ad eandem Curiam redire, non percipiant emolumenta prædicta, nisi dempta quinta duntaxat eius parte, quæ cedat in vtilitatem reliquorum, & Collegio actu præsentium in dicta Curia. Pari modo volentes, vt omnes triginta, & quilibet ipsorum, Secretarij prædicti, tam præsentes in dicta Curia quam absentes, libere possint de dictis eorum officijs disponere, nec possit aut debeat eorundem officiorum resignationis receptio, etiam si resignantes ipsi infirmi, & verisimiliter infra viginti dierum spatium decessuri forent & decederent, per Romanũ Pontificem quauis ratione denegari vel differri; nec pro signatura supplicationis concessionis eiusdem per resignationem vacantis, quicquam vltra summam Centum florenorum auri de Camera, ab eo cui de illo sic vacante prouidebitur, exigi: qui si dictæ sedis Notarius aut in Episcopali vel maiori Ecclesiastica dignitate constitutus non fuerit, per dicti secretariatus officij concessionem, licet solam, nihilominus in dictæ Sedis Notarium cum omnibus & singulis prærogatiuis, honoribus, & oneribus consuetis eiusdem officij notariatus apostolicæ Sedis, eo ipso assumptus esse censeatur & sit, recipiaturque in Secretarium; ac habitus & insignia dicti Notariatus officij eidem (si fuerit præsens in dicta Curia) per supradictum vicecancellarium, adhibitis secum alijs secretarijs prædictis, eodem contextu (prius tamen debitæ fidelitatis ab ipso recepto iuramento) exhiberi debeant; & siue præsens siue absens fuerit ab eadem curia, literæ conficiendæ super supplicatione concessionis secretariatus, etiam si in ea de officio notariatus prædicto, & eius habitu ac insignijs nulla esset habita mentio, nihilominus expediatur tam per Cancellariam apostolicam, quam per Cameram secretam, cum expressione concessionis dicti Notariatus officij, cum habitu, insignijs, honoribus, & oneribus eius consuetis; neque possit aut debeat per nostrum aut pro tempore existentem Romani Pontificis Datarium, seu quemcunque alium pro signatura huiusmodi supplicationis, licet vim concessionis duorum huiusmodi officiorum propter præmissa habentem, aliquid vltra id quod superius expressum est, omnino exigi; sed sicut per concessionem officij Secretariatus, venit pariter concessio officij notariatus prædicti, sic per vnicam solutionem signaturæ suprascriptam, fit integre satisfactum quasi de vnica concessione. Si tamen Secretarius sic de nouo institutus, erit absens; habitus & insignia prædicta, venienti postmodum ad Curiam, cum primum præsentabit se dicto collegio, & recipietur in secretarium, supradicta forma seruata, similiter exhibeantur. Et quia nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici expedit habere præter prædictos secretarios, vnum alium secretarium domesticum, in palatio prædicto assidue residentem, cui liceat nostra, & Romanæ ecclesiæ nostræ secreta, nostrum & eiusdem Ecclesiæ, aut orthodoxæ fidei statum concernentia, quandocunque fuerit à nobis iussus, legitime expedite; cuique (ne de infrascriptis, aut quibusuis alijs prædicti Secretariatus officij emolumentis se impedire, aut cum eisdem secretarijs vllam controuersiam habere possit aut debeat) conueniens est, vt ex dicti officij secretariatus emolumentis, pro decenti eius status substentatione, honesta aliqua portio assignetur; eadem auctoritate ordinamus, quòd quoad titulum secretariorum eorundem, & prædictarum rerum secretarum duntaxat legitimam expeditionem, possit per nos & pro tempore existentem Romanum Pontificem vnus ex prædictis, vel alius secretarius vltra prædictum numerum deputari, etsi vt præfertur qualificatus non existeret; qui tamen de officio, & loco prædicto, ac portionibus emolumentorum extra numerum per eum percipiendis, minime disponere possit, sed ab illis pro solo nutu nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis amouibilis existat; quo ad reliqua vero, quamdiu officium exercuerit, pari qua alij Secretarij, fauoris & honoris prærogatiua potiatur. Vt autem Secretarij prædicti tam antiqui quam de nouo admissi, qui pro nunc triginta numero existentes, summam sexaginta duorum millium & quadringentorum florenorum auri de Camera, pro redimendis Mitra & alijs iocalibus prædictis, de eorum proprijs pecunijs liberaliter vt præfertur exoluerunt, & eorum successores Secretariatus officium prædictum pro tempore obtinentes, eo diligentius quæ eorum incumbunt officio studeant exercere, quo exinde cognouerint eis conuenientia emolumenta prouenire; in primis & ante omnia supradicto Roderico Episcopo Vicecancellario harum serie mandamus, vt dudum editam per fe. re. Martinum Papam V. prædecessorem nostrum, & in quinterno Cancellariæ registratam regulam seu declarationem super emolumentis minutarum per Secretarios, qui tunc erant in Cancellaria prædicta expediendarum recipiendis, tenoris subsequentis, videlicet, (Ad tollendum disceptationes, & dubia, quæ ex quadam concessione per nos facta dilectis filijs Secretarijs nostris super certis emolumentis per eosdem de nonnullis minutis percipiendis, in Quinterno Cancellariæ de mandato nostro descriptis, quandoque oriuntur, tenore præsentium declaramus, intentionis nostræ fuisse & esse, & sic præcipimus obseruari, quod dicti Secretarij libere & sine aliqua contradictione emolumenta consueta omnium Minutarum, quæ in dicta concessione descripta sunt, videlicet Tabellionatus officij, Altarium portatilium, Celebrandi in locis interdictis, & ante diem, Confessionalis perpetui, & Indulgentiarum in mortis articulo, & in vita, etiam si super huiusmodi gratijs facultates aliæ sint concessæ, & gratiæ ipsæ formam quinterni excederent, etiam si dictarum gratiarum supplicationes registratæ, ac per Vicecancellarium, aut eius locumtenentem pro tempore existentem, aliquibus Abbreuiatoribus distributæ, vel in rotulo aliarum supplicationum insertæ essent quouis modo. Præterea Recipiendi ecclesiastica sacramenta, & Indulgentiarum quarumcunque, Ecclesijs, Monasterijs, Capellis, & alijs locis pijs quomodolibet concessarum vel concedendarum, prout reliquæ superius descriptæ gratiæ, ad dictos Secretarios similiter declaramus & decernimus pertinere; illasque de cætero per eos, & non per alios, mandamus & volumus expediri. Fiat, & ita declaramus. O.) diligenter examinare, examinatamque per omnes & singulos ad quos quomodolibet pertinet; in eorundem Secretariorum fauorem & commodum inuiolabiliter faciat obseruari; faciens omnes & singulas minutas prædictas Tabellionatus officij, Altarium portatilium,

De alio Secretario per Pont. eligendo vt in palatio assidue resideat.

Mart. Quinti constitutionis tenor hic inseritur.

De emolumentis Secretariorum.

Celebrandi in locis interdictis,& ante diem,Confessionalis perpetui, Indulgentiarum in mortis articulo & in vita,Ecclesiasticorum sacramentorum,& quarumcunque indulgentiarum,quibusuis ecclesijs, monasterijs, capellis,& alijs pijs locis quomodolibet concessarum, & in posterum concedendarum, cum inde prouenientibus taxis & emolumentis,ad præfatos Secretarios integre peruenire,& in eadem Cancellaria per ipsos secretarios, & non per quemcunque alium,sub quouis forsan prætextu,examinari,& signari,ac præsentari, ipsi & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario pro tempore,siue eius locumtenenti,ad expediendum & mittendum ad Bullariam apostolicam, quauis forsan consuetudine contraria (quam eisdem Secretarijs quo minus totali & integro effectu ac pacifica possessione omnium contentorum in prædicta dicti nostri prædecessoris constitutione, gaudere & vti possint & valeant,præiudicium aliquod afferre posse seu debere non intendimus) nequaquam obstante. Nec non etiam vltra prædicta,quintam taxam pro expeditione literarum apostolicarum quæ per eandem Cameram secretam pro tempore expediuntur, retroactis temporibus per supradictos Secretarios, seu ipsorum vel alicuius eorum nomine,in bullaria earundem literarum,siue etiam alibi exigi solitam,& quam nonnunquam prædecessores nostri & nos, in totum vel pro parte & in eiusdem sedis opportunitatibus conuertere soliti fuerunt,& fuimus, taxam secretarij nuncupatam, tam de hactenus expeditis (quæ adhuc non sunt partibus restitutæ) quam de in posterum expediendis,eo modo quo hactenus per quemcunque expediri & exigi consueuerunt,siue debuerunt, pariter per eosdem Secretarios perpetuo exigendam assignamus. Volentes & auctoritate præfata statuen.nemini omnino licere,per se vel alium seu alios,procurare, vel ordinare, aut sollicitare,quod aliquæ ex huiusmodi literis taxatis,& per Cameram eandem expeditis,partibus tradantur, vel restituantur, aut mittantur,priusquam sit eidem Collegio Secretariorum de dicta quinta taxa debite satisfactum.

De taxis & emolumentis Secretariorum.

Si quis autem aliter procurare,ordinare,sollicitare,aut ipsas literas sub quouis prætextu aliter actu tradere vel tradi facere, seu mandare præsumpserit; excommunicationis latæ sententiæ (a qua, nisi prius & ante omnia satisfacto eidem Collegio Secretariorum de vera & integra summa taxæ bullæ sic procuratæ, sollicitatæ, vel traditæ,vel de satisfaciendo,efficaci ordinatione præcedente,per quemcunque Confessorem,etiam sub prætextu cuiusuis indulti,a nobis,vel successoribus nostris desuper emanati seu concessi,& in mortis articulo, absolui non possit) nec non priuationis omnium & singulorum officiorum,per ipsum in Curia nostra præfata obtentorum pro tempore,atque etiam emolumentorum quorumcunque et quouis modo,ratione,vel causa, debitorum tunc,& debendorum in futurum,ratione eorundem officiorum quæ obtinebit,& quæ quomodolibet exercebit, pœnas latæ sententiæ, respectiue (quas eo ipso & toties quoties contrafecerit) incurrat. Teneaturque ven. frater noster Petrus Episcopus Cesenaten.præsens & qui pro tempore fuerit,generalis Curiæ Causarum Cameræ apostolicæ nostræ Auditor, ad earundem pœnarum declarationem & executionem, quandocunque ei de præmissis constiterit,procedere, & procedi facere cum effectu. & præterea omnia & singula emolumenta literarum apostolicarum in forma Breuis,tam sub cera quam sub plumbo, pro quibusuis personis expeditarum iā, & pro tempore expediendarum,super quibusuis,etiam Gubernationum,seu Rectoriarum, ac Commissionum, aut Potestariarum,Capitaneatuum,Vicariatuum,Thesaurariatuum,Camerariatuum,& Cancellariarum prouinciarum,Ciuitatum,Terrarum,& Castrorum,ac custodiæ Arcium quarumcūque, nobis & Romanæ ecclesiæ subditarum,& subditorum,necnon quarumcunque aliarum administrationum,seu commissionum, etiam Gabellarum,siue prouentuum ad eandem Rom.Ecclesiam quomodolibet pertinentium, officijs seu concessionibus, vel locationibus (Quæ officia,seu eorum loca,& Titulos,in quodam quinterno plumbato, & nostra manu subscripto,singulariter singula describi,& considerata quantitate emolumentorum ad illos qui officia ipsa pro tempore exercebunt,verisimiliter prouenturorum,vt illi quoque,qui gratuito à nobis commodum percipiunt,in tanta Ro.Ecclesiæ necessitate portionem aliquam contribuant,in perpetuum ad certam moderatam taxam taxari curauimus; ad quem quinternum relationem in omnibus infradicendis haberi volumus; cuius copia in forma transumpti ad singulos Legatos & Gubernatores seu Rectores prædictos mitti,vt per ipsos diligenter omnibus officialibs prædictis & alijs quos taxæ & alia in eodem quinterno designata concernunt, intimari & publicari possint; sic quod eorum nemo possit allegare illorum ignorantiam,& infrascriptum tempus vnius mensis, siue triginta dierum, exinde legitimum initium habere mereatur, volumus atque mandamus) ad eosdem Secretarios perpetuo spectare & pertinere decernimus.

Applicat Secretarijs taxam per officiales Vrbis & statuum Ro. Eccl. soluendam.

Quā taxā habes in consti.seq.

Statuen.vt tam Concessionum quam Reformationum gratiarum super huiusmodi omnibus & singulis officijs, seu alijs commissionibus per nos & successores nostros qui pro tempore erunt faciendarum,ad quantumcunque etiam longissimi temporis spacium, litteræ semper expediantur & expediri debeant,singulis sex mensibus a primarum litterarum expeditione computandis, & pro singulis litteris huiusmodi,singulis vicibus solui debeat eisdem Secretarijs vna Taxa,prout esse reperiretur in prædicto quinterno notata. Similiter etiam omnia & singula emolumenta pro quorumuis aliarum similium literarum super quauis alia materia in forma breuis,sub cera vel plumbo expediendarum,quæcunque,& quotcunque & qualiacunque sint,nullo penitus sub quouis colore aut prætextu excepto seu reseruatu; sed prout per prædecessorem nostrum,& nostrum ac alios Secretarios prædictos qui pro tempore fuerint, hactenus exigi & percipi consueuerunt; eorundem Secretariorum commodis & emolumentis in perpetuum assignamus. Et præterea Officium visitandi omnes & singulas arces Sanctæ Ro. Eccl. & faciendi monstras siue descriptiones omnium & singularum gentium Armigerarum eiusdem,tam equestrium quam pedestrium,Officium reuisionis gentium armigerarum,& Arcium nuncupatum cum solitis auctoritate,potestate,facultate, administratione, & exercitio, ac integra perceptione emolumentorū ad ipsum officium de iure vel consuetudine quouis modo debitorum & debendorum in posterum,eorundem secretariorum Collegio,per vnum ex ipsis Secretarijs, aut alium idoneum (cui nos & successores nostri pro tempore illud duxerimus committendum,& cui per eosdem Secretarios conueniens salarium,summam centum ducatorum annuatim non excedens,solui debeat) laudabiliter exercendū, similiter in perpetuum concedimus & assignamus.Decernen.ad finem vt Secretarij ipsi eius vacuam possessionem nancisci valeant, officium ipsum ex nunc vacare, & ad eosdem Secretarios cum plena ipsius administratione, vt præfertur pertinere, quauis concessione de ipso per nos cuiuis personæ facta, etiam possessione subsecuta non obstan. Modum vero colligendi omnia emolumenta prædicta,eum esse permittimus, quem Secretarij ipsi cōmuni voto duxerint statuendū.Collecta autem emolumenta pro tempore inter ipsos Secretarios eo quo sequitur modo diuidi & sortiri perpetuo debere decernimus,videlicet, incipiendo ea nunc & donec erunt secretarij prædicti numero triginta, diuidantur in æquales partes triginta duas, quarum vnam ipsorum singuli duas

De diuisiōe emolumentorum.

duas vero reliquas Secretarius domesticus Rom. Pontificis suprascriptus, vt nihil omnino vltra desuper denotatis emolumentis attingere præsumant, singulis mensibus percipiant. Vbi autem contigerit alicuius vel aliquorum ex eis decedentis vel decedentium locum seu loca extingui, & donec totus numerus fuerit reductus ad viginti quatuor, in tot portiones quot numero in ipsorum Collegio Secretarij, & duas plures pariformiter respectiue sortiendas diuidantur, idemque perpetuo seruetur postquam deuenerit ad numerum viginti quatuor, vt scilicet emolumentorum ipsorum in partes viginti sex æquales diuisorum, cedat singulis Secretarijs ex Collegio pars vna, reliquis vero duabus supradicto domestico Rom. Pontificis Secretario, vt à prædictis omnibus abstineat, assignatis. Et vt hæc nostra ordinatio emolumentorum præfatis secretarijs ex causa & titulo supra denotato assignatorum, finem debitum & eum quem intendimus, ex nunc sortiatur effectum; harum serie prohibemus, post lapsum triginta dierum à facienda (vt prædictum est) publicatione prædicti Quinterni, quêpiam etiam prætextu quarumuis aliarum nostrarum literarum præcedentis Datæ, ad aliquod ex officijs superius denotatis recipi vel admitti, nisi nouis post eandem publicationem per eorundem Secretariorum ministerium desuper expeditis literis, excommunicationis sententiæ subijcientes eos omnes & singulos, qui lapso prædicto termino à publicatione præfata, aliquem omnino in officialem ad quæuis vt supra denotata officia exercêda admittendo, seu admitti procurando vel mandando, præsumpserint literis ipsis non parere. Eos vero qui aliquod ex officijs eisdem iam actu exercent, siue titulo primæ concessionis seu reformæ; si nondum exercuerunt ipsa officia totis tribus mensibus, mandamus infra idem tempus triginta dierum venire vel mittere ad impetrandas nouas de eisdem officijs literas, per prædictos Secretarios expediendas, & si forte ipsa officia vltra tres mêses exercuerint, & habent de ipsis exercendis vltra semestre concessionis literas; decernimus nihilominus non posse huiusmodi officia vltrà finem nunc currentis, & iam dimidiati semestris, nisi literis de nouo impetratis, & per eosdem Secretarios denuo expeditis, exercere. Et si tam qui adhuc infra tempus trium mensium ab initio exercitij eorum officiorum sunt, infra dictos triginta dies proxime ab huiusmodi publicatione numerâdos, quam qui de continuandis post tempus tunc currentis semestris, ipsis officijs, quæ iam exercuerût vltra tres mêses, habent expeditas literas, non expeditis ante finem semestris nouis per eosdem Secretarios literis, exercitia officiorum eorundem continuare præsumpserint, sint eo ipso ab officijs huiusmodi amoti; & quæcunque exinde eorundem officiorum prætextu gesserint, sint irrita & inualida, ac nullius efficaciæ; Et nihilominus tam ipsi, quam qui ipsos scienter tolerare, & pro officialibus habere exinde præsumpserint, eo ipso pari excommunicationis sententia innodati existant. Pari modo volentes vt quicunque officia etiam per prouinciarum, ciuitatum, & terrarum earundem Legatos seu Gubernatores pro tempore existentes conferri & committi, tam iure ordinario quam vigore quaruincunque facultatum solita, obtinent siue expectant, aut obtioebunt siue expectabunt in futurum; si officia ipsa sunt in prædicto quinterno descripta; teneantur, & debeant sub similibus pœnis infra eorundem triginta dierum spatium ex nunc & successiue in perpetuum, priusquam officia ipsa incipiant exercere, & postquam inceperint, venire vel mittere singulis sex mensibus ad nos pro confirmationê concessionum per eosdem Legatos vel Gubernatores de huiusmodi officijs factarum, taxas easdem singulis vicibus soluturi; Et nihilominus tam Legati seu Gubernatores & Rectores prædicti, eosdem omnes & singulos taxatos officiales, ad simplicem ipsorum Secretariorum, seu eorum Nuncij requisitionem, ad solutionem huiusmodi taxæ singulis sex mensibus prædictis faciendam, cum effectu, absque vlla tela iudiciaria compellere, quam Thesaurarij seu Camerarij vel Depositarij locorum (in quibus officia ipsa forsan fuerint, aut ex quorum manibus huiusmodi officiales salaria seu stipendia recipient) etiam si fuerint à Communitatibus locorum deputati, quotienscunque fuerint pro parte eorundem Secretariorum simpliciter requisiti, sub similis excommunicationis pœna, teneantur retinere ex huiusmodi officialium salarijs per ipsos soluendis, & Secretarijs eisdem seu eorû Nuncijs soluere tantum, quantum intelligent eisdem Secretarijs deberi pro taxa huiusmodi officiorum in prædicto quinterno descripta. Cæterum quoniam ijdem Secretarij super quantitate prouentuum taxæ supradictorum officiorum in prædicto quinterno descriptorum & taxatorum, & generaliter super prædictis omnibus eorum officijs per nos assignatis emolumentis, bona fide crediderunt simplici verbo nostro, & propterea dictâ pecuniæ summam ad releuandum supradictas necessitates nostras contribuere non recusarunt, Nos dignum reputantes, vt ipsorum indemnitati consulamus, de simili fratrum nostrorum consilio & assensu, ac plenitudine potestatis, earundem præsentium tenore decernimus & declaramus, in euentum quod pro aliquo ex officijs in prædicto quinterno descriptis, siue ex eo quod officia ipsa non extarent, vel non satisfacerent, aut non sufficerenc ad solutionem taxæ, in toto vel in parte, siue quia per nos vel nostros successores præfatos concederentur alicui ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, vel etiam nostris, aut eorum consanguineis, seu alijs ita charis, vt taxæ prædictæ ab illis commode, sine strepitu non decenti, exigi per eosdê Secretarios non possent, sic quod ex prædictis officijs omnibus iam, vt prædictum est, taxatis in quinterno præfato, non exigeretur singulis annis ad minus summa octo millium ducatorum auri, aut alias ex facto nostro, vel Rom. Pontificis pro tempore existentis, ex reliquis omnibus emolumentis ipsis Secretarijs ex præsentium literarum tenore assignatis, in toto vel in parte, aliquid dicto officio subtraheretur, vel minueretur, aut officium ipsum reuocaretur, seu mutato modo & ordine per nos in præsentibus literis dato & instituto alteraretur, ita quod non haberet in perpetuum cum omnibus supradictis emolumentis in integrum per modum & ordinem supra expressum exerceri, regi, & gubernari; Nos & eundem successorem & Cameram Apostolicam bona fide teneri & obligatam esse, si erit facta simplex emolumentorum diminutio, ad soluendum & satisfaciendum ipsis de omni summa, quam propterea ipsos ex huiusmodi causis vel alias quouis modo amisisse, seu in posterum amissuros esse, medio ipsorum iuramento (cui in eo casu stari & credi debeat) constabit. Si vero erit facta officij reuocatio aut alteratio, vt præmittitur; ad restituen. eis supradictam integram summam sexaginta duorum millium & quadringentorum ducatorum auri de Camera, per ipsos, vt præmissum est, solutorum & numeratorum; in quibus nullo modo & nulla ratione vel causa computari possint aut debeant in toto vel aliqua parte, emolumenta ipsius officij, quæ forte interim ipsos percepisse appareret, quæ ipsos & eorum quemlibet iusto & legitimo titulo sibi interim acquirere, & sua facere, eadem auctoritate & potestatis plenitudine decernimus & declaramus. Sic enim tum ipsis secretarijs nos in tractatu omnium præmissorû conuenisse, & sic pacto expresso eis pro se ipsis & eorum successoribus, cum simili fratrum nostrorum consilio & assensu fuisse solemniter pollicitos in fide Pontificis recognoscimus & attestamur. Volentes propterea, & earundem præsentium tenore mandantes

De expeditione literarum per dictos officiales facienda, & taxis per eos soluêdis.

Camera ad quid teneatur Secretarijs.

dantes dilecto filio nostro Raphaeli Sancti Georgij ad velum aureum Diacono Cardinali Camerario nostro, & eius successori pro tempore, nec non Præsidentibus & Clericis dictæ Cameræ Apostolicæ, & omnibus alijs ad quos quomodolibet spectabit pro tempore, vt huiusmodi per nos factam obligationem recognoscentes & sequentes, faciant eisdem secretarijs super præmissis & eorum plena & inuiolabili in perpetuum obseruatione, instrumentum obligationis bonorum eiusdem Romanæ Ecclesiæ & Cameræ Apostolicæ quodcunque, ad omnem ipsorum requisitionem, & in euentum prædictum absque aliqua alterius declarationis seu mandati expectatione, debitam & integram faciant satisfactionem. Decernentes ex nunc quicquid per Camerarium & alios prædictos sic actum & gestum fuerit, perpetuo ratum & firmum esse debere. Præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac regulis Cancellariæ apostolicæ super Resignationibus officiorum infra viginti dies ante obitum factis, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus, plena & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales aut alias eorum derogationẽ importantes clausulas, mẽtio habenda esset, cæterisq; quæ præsentium tenori in totum vel in partem obuiare, seu quo minus suum sortiri possint effectum contradicere aut motari possint, non obstantibus contrarijs quibuscunque. Nomina vero omnium supradictorum viginti quatuor Secretariorum, sic, vt præmittitur, de nouo assumptorum, ista sunt. Venerabiles fratres Ioannes Venerius Ragusin. Benedictus Superantius Nicosien. Laurentius Cibo Beneuentan. Archiepiscopi, Christophorus Torconen. Ioannes de Viterbio Crothonien. Thomas Iacobi Dolen. Franciscus Soderinus Vulteran. Iacobus Pasarella Imolen. Hieronymus de Comite Massanzo, Malitia de Cisualdo Ropellen. Episcopi. Nec non dilecti filij Ioannes Alimentus de Nigris, Ludouicus de Agnellis, Leonellus de Trotis, Falco de Sinibaldis, Iacobus Caietanus, Iulianus de Cæsarinis, Sinolfus Etherius de Comitibus Montorij, Paulus Petrus de Farnesio, Henricus Brunus, Baptista de Galionibus, Iacobus Picheier, Ioannes Cheruua, Hieronymus Balbanus, Petrus Altissen, nostri & Apostolicæ Sedis Notarij. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum statuti, assumptionis, inclusionis, ordinationis, mandati, declarationis, præcepti, declarationis, decreti, prohibitionis, recognitionis, attestationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, pridie Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Decreti irritãs. *Clausula derogatoria.* *Nomina Secretariorum.*

P. Tuba.

EGO INNOCENTIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus manu propria ss.
Locus Signi.

Ego R. Episcopus Portuen. S. R. E. Vicecancellarius manu propria ss.
Ego Oliuerius Episcopus Sabinen. S. R. E. Cardinalis Neapolitan. manu propria ss.
Ego Marcus Episcopus Prænestin. Cardinalis S. Marci &c. manu propria ss.
Ego Ioannes Episcopus Alban. manu propria ss.
Ego Io. Episcopus Mediolanen. tituli S. Praxedis manu propria ss.
Ego Io. Cardinalis S. Angeli Veronen. manu propria ss.
Ego G. Cardinalis Vlisbonen. tituli S. Mariæ in Transtiberim manu propria ss.
Ego Hier. tituli S. Chrysogoni presbyter Cardinalis Racanaten. manu propria ss.
Ego Do. tituli S. Clementis presbyter Cardinalis manu propria ss.
Ego Io. tituli S. Vitalis presbyter Cardinalis manu propria ss.
Ego Io. Iacobus Cardinalis Parmen. tituli S. Stephani in Celio Monte manu propria ss.
Ego F. S. Eustachij Cardinalis Senen. manu propria ss.
Ego R. S. Georgij Diaconus Cardinalis D. N. Papæ Camerarius manu propria ss.
Ego Io. B. S. Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis de Sabellis manu propria ss.
Ego Io. S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis de Columna manu propria ss.
Ego B. S. Mariæ in Dominica Diaconus Cardinalis manu propria ss.

Hie. Balbanus

IX.

Officiales Vrbis & Status Ecclesiastici, taxas hic descriptas soluere tenentur pro Collegio Secretariorum Apostolicorum.

De istorum Secretariorum officio priuilegijs & emolumentis habes in præced. const. & inf. Alex. 6. const. 10. iniunctum. & Iul. 2. const. 12. etc.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. APOSTOLATVS officium, licet immeritis, nobis ex alto commissum, mentem nostram assidua pulsat instantia, vt Romanam Ecclesiam sponsam nostram, ab his qui eam deprimere posse videntur, custodire & releuare studeamus. Ea igitur cura ducti, nuper cum videremus eandem Ecclesiam & Camerã Apostolicam propter maxima expensarum onera, quæ ipsam annis superioribus, pro defendenda conseruandaque Alma Vrbe nostra, necessario subire oportuit, maximis debitis esse inuolutam, ita vt non esset verisimile ea ex ordinarijs eiusdem Ecclesiæ & Cameræ facultatibus, sine habito aliunde saltem pro maxima parte suffragio, quauis ratione posse dissolui. Cumque diuersa nobis consilia super præmissis frequenter occurrerent, tandem de venerabilium fratrum nostrorum S. R. Eccles. Cardinalium consilio & assensu, ampliauimus & auximus numerum Secretariorum apostolicorum à sex (ad quem numerum per fel. rec. Calixtum III. & Pium II. Roman. Pontifices prædecessores nostros dudum fuerat reductus) vsque ad numerum triginta, ad viginti quatuor reducendum, vt ipsis omnibus certas pecuniarũ summas soluentibus, Camera ipsa id quod superesset ex huiusmodi debitis, commodius habiliusque soluere posset. Quoniam vero emolumenta per Secretarios prædictos, qui hactenus

Pont. iste auxit numerũ Secretariorũ à sex vsq; ad viginti quatuor vt habes in const. praced.

ctenus fuerunt, ex natura eorum officij percipi & exigi solita, multiplicato numero Secretariorum eorundem, exigua tenuiaque futura esse intelligebantur, ideo nisi conuenientibus additione & augmento ipsorum emolumentorum factis, non erat sperandum, homines præsertim quales cupiebamus virtutum meritis decoros, & in ecclesiastica dignitate constitutos, qui se ad ipsum officium promoueri paterentur, præsertim necessaria eisdem Cameræ soluta pecunia, posse reperiri, ne nouas aliquas aut insolitas exactiones præter mentem & cor nostrũ introducere aut tolerare propterea compelleremur, Considerãtes quod hi qui tam in Alma Vrbe præfata, quã in alijs prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis dominio præfatæ Ecclesiæ subiectis, ad ius dicendum, aut ad prouentuum Cameræ seu aliarum huiusmodi rerum curam gerendam, deputantur pro tempore officiales, diuersis vocabulis appellati, officia ipsa quasi beneficia quædam temporalia, a Rom. Pontifice pro tempore impetrãtes, vt plurimum habent stipendia seu salaria vberiora, quam onerum ipsis incumbentium necessitas exigere videatur, vt merito possint infrascriptam quasi salariorum eorundem moderationem in tanta rerum dictæ Cameræ necessitate, in perpetuum commode perferre, Ordinandum duximus & per præsentes de eorũdem fratrũ consilio & assensu auctoritate Apostolica decernimus & declaramus, vt in supplementum emolumentorum prædicto officio Secretariorum ampliato assignandorum, adaugeantur solutiones pro literis Apostolicis super concessionibus officiorum, arcium, & aliorum prædictorum expediendis fieri alias solitæ, seu fieri conuenienter debitæ, ad certas taxas infrascriptas, statuimusque vt deinceps ad officia, Arces & alia prædicta pro tempore deputandi, teneantur de concessionibus eis & eorum singulis super officijs, arcibus, & alijs prædictis per nos & successores nostros seu alios, nostra vel alia quacunque auctoritate factis, & pro tempore faciendis, singulis sex mensibus; Si vero concessiones ipsæ ex natura officiorum ad vitam fierent, singulis annis dumtaxat singulas literas Apostolicas expedire, & pro illis singulis vicibus & annis, huiusmodi taxam iterato soluere, sub pœnis & censuris quæ in literis Apostolicis super dicti officij Secretariorum ampliatione prædicta hodie confectis positæ, contentæ & specificatæ sunt, non obstantibus omnibus, quæ eisdem literis nõn obstare volumus.

Ad supplendum emolumenta Secretariorũ, Pont. imponit taxas hic insertas officialibus Vrbis ac status Eccles.

Tenor vero Taxæ huiusmodi, sequitur & est talis.

Taxa Officialiũ Almæ Vrbis.

Gubernator Almæ Vrbis nostræ pro tempore existens teneatur singulis sex mensibus, incipiendo à suo ingressu ad officium, expedire de nouo Breue super ipso officio, & soluat singulis vicibus pro sua Taxa florenos quadragiota auri de Camera, & grossos quinque. flo.40.gro.5.

Auditor eiusdem Gubernatoris, florenos octo, & grossos quinque. flo.8.gro.5.

Senator Vrbis, qui pro tempore erit, similiter singulis sex mensibus expediat Breue, & pro sua taxa, soluat florenos cẽtum quinquaginta, grossos quinque videlicet pro se ipso, Locumtenente, primo Collaterali, Iudice maleficiorum, quatuor Notarijs, & quatuor Marescallis suis. flo.150.gro.5.

Qui centũ quinquaginta ducati diuidantur inter ipsum & dictos omnes officiales, habito respectu ad totum salarium Senatoris pro sex mensibus, & ad salaria singulorum officialium eorundem, & ad Taxã supradictam.

Camerarius Cameræ Vrbis, soluat similiter florenos quatuor, grossos quatuor singulis mensibus, pro sui breuis taxa, & omnes infrascripti iuxta taxas infrascriptas, videlicet. flo.4.gro.4.

Notarius eiusdem Camerarij, florenos quatuor grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Procuratores Cameræ pro quolibet, florenos quatuor grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Scriptores eiusdẽ Cameræ, pro quolibet, florenos quatuor grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Scribæ Senatus dictę Vrbis, pro quolibet, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Notarius Conseruatorum dictæ Cameræ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Scriptor dictorum Conseruatorum, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Cancellarius dictorum Conseruatorum, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Notarius actorum pendentium dictæ Vrbis, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Sindicus dictæ Cameræ Vrbis, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Cancellarius Populi Romani, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Reformator Studij dictæ Vrbis, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Notarius dicti Reformatoris, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Magistri stratarũ, pro quolibet, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Notarius dictorum magistrorum, florenos qoatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Assessor dictorum magistrorum, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Et quilibet dictorum officialium Romanorum, etiam si contingeret siue ex forma Statutorum dictæ Vrbis siue alias quouis modo, dicta officia, aut aliquod eorum deputari siue extrahi per buxolam, huiusmodi deputatione siue extractione non obstantibus, nihilominus teneantur singulis sex mensibus expedire Breuia, & soluere taxas easdem respectiue.

Extraordinarius maior Vrbis, & omnes alij infrascripti, soluant vt supra eorum taxas infrascriptas, videlicet ipse Extraordinarius, florenos viginti quinque auri similes, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Protonotarius Capitolij, florenos viginti quinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Gabellarius maior Vrbis, florenos viginti, grossos quinque. flo.20.gro.5.

Notarius Gabellarum, florenos . . . .

Depositarius siue Thesaurarius Cameræ Vrbis, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.

Executor Cameræ Vrbis, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Dohanerius Salis ad grossum, florenos triginta quinq; grossos quinque. flo.35.gro.5.

Notarius Dohanæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Dohanerius Salis ad minutum, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.

Notarius Dohanæ Salis ad minutũ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Mensuratores Salis ad grossum, pro quolibet, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Mensurator Salis ad minutum, florenum vnum, grossum vnum. flo.1.gro.1.

Iudex appellationum Vrbis, florenos quatuordecim, grossos quinque. flo.14.gro.5.

Notarius dicti Iudicis licet sit ad vitam, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Camerarius Dohanæ grasciæ apud Sãctum Eustachiũ, florenos

florenos sexdecim,grossos quinq;. flo.16.gro.5.

Notarij eiusdem Dohanæ, pro quolibet,florenos ses, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Inquisitores eiusdem Dohanæ,pro quolibet,florenum vnum,grossum vnum. flo.1.gro.1.

Dohanerius & Camerarius Dohanæ merciū, pro quolibet,florenos octo,grossos quinque flo.8.gro.5.

Norarius eiusdem Dohanæ,florenos sex,grossos quinque. flo.6.gro.5.

Gabellarius stateræ dictæ Vrbis,florenos sex , grossos quinque. flo.6.gro.5.

Officialis Gabellæ carnium,florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Officialis Gabellæ Sancti Angeli , florenos quatuor , grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Gabellarius Plani siue equorum,florenos vigintiquinque,grossos quinque. flo.25.gro.5.
quotiescunque istæ quatuor Gabellæ vendentur.

Et si forte aliquibus aonis non venderentur,tūc Camerarius Dohanæ grasciæ,qui pro tēpore erit , seu quiuis alius,ad cuius manus earundem gabellarum prouentus peruenient,teneatur singulis sex mensibus de pecunijs prouentuum eorundem ad Cameram apostolicā pertinen. soluere secretarijs prædictis tasas easdē,absq; alterius mandati espectatione,eo modo quo si Gabellæ ipsæ forēt vēditæ & super eis Breuia expedita,officiales super illis deputati,essent obligati soluere, & similiter oēs infrascripti soluant singulis sex mensibus eorum taxas , videlicet .

Maresfcallus ad exigendum sal ad focaticum , florenū vnum. flo.1.gro.0.

Dohanerius Dohanæ pecudum Vrbis, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Notarius eiusdem dohanæ,florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Dohanerius & Camerarius Ripæ,pro quolibet, florenos octo,grossos quatuor. flo.8.gro.4.

Marescallus Ripæ,florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Guardiani Ripæ,pro quolibet,florenos quatuor,grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Aestimatores merciū in Ripa,pro quolibet , floreoos quatuor,grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Notarius Dohanæ Ripæ , florenos duodecim , grossos quinque. flo.12.gro.5.

Stagliator vasorū, siue scriba passus in Ripa, florenos quatuor,grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Grascerius & bullaror pannorum circa Vrbem, florenos tres,grossos tres. flo.3.gro.3.

Exactor Salis ad grossum, circa Vrbem & Patrimoniū floreoos quindecim,grossos quinq; flo.15.gro.5.

Depositarius generalis Cameræ apostolicæ , florenos quinqusgiota,grossos quinque. flo.50.gro.5.

Depositarius studij Almæ Vrbis,florenos vigintiquinque,grossos quinque. flo.25.gro.5.

Soldanus Curiæ Nonæ,florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Marescallus Curiæ Romanæ,florenos decem , grossos quinque. flo.10.gro.5.

Capitaneus Soldani , florenos quatunr , grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Custodes portarum Vrbis,pro qoolibet , florenū vnū, grossum vnum. flo.1.gro.1.

Estraordinarij minores,numero duodecim, pro quolibet florenos vnum,grossum vnum. flo.1.gro.1.

Conductor seu Appaltator Aluminis Sanctæ Cruciatæ singulis sex mēsibus,florenos quinquaginta,grossos quioque. flo.50.gro.5.

Taxæ Officialiū Beneuē. Beneuenti officiales similiter recipiāt singulis sex mēsibus oouum Breue, & soluant qualibet vice eorum taxas,videlicet.

Gubernator Beneuenti,florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Thesaurarius Beneuenti,florenos quinq;, grossos quinque. flo.5.gro.5.

Prætor Beneuenti,florenos. flo. gro.

Vicarius seu iudex Beneoenti , florenos sex , grossos quioque. flo.6.gro.5.

Marescallus Beneuenti,florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Notarius Curiæ Beneuenti,florenos quatuor , grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Magister actorum Beneuenti , florenos tres , grossos tres. flo.3.gro.3.

Campaniæ & Maritimæ Prouinciarum officiales pro tempore,& omnes alij infrascripti,recipiant singulis ses mensibus noua Breuia, & persoluant singulis vicibus eorum rasas,videlicet.

Gubernator earundem Prouinciarum, florenos triginta,grossos quinque. flo.30.gro.5.

Thesaurarius earundem , florenos sex , grossos quinque. flo.6.gro.5.

Iudex generalis earundē,florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.

Iudex Spiritualis , florenos quatuor , grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Notarius appellationū,florenos quatuor,grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Procuraror fiscalis , florenos tres , grossos tres. flo.3.gro.3.

Esactor Salis ad grossum, florenos sex , grossos quinque. flo.6.gro.5.

Bariscellus earundem , florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Et si forte dictum officium Bariscelli cessaret ad aliquod tempus , Thesaurarius aut exactor Salis ad grossum,in illis prouincijs pro tēpore existens, teneatur & debeat singulis sex mensibus de pecunijs Cameræ ad eius manus prouenieotibus , soluere prædictis Secretarijs eandem taxam absque alterius mandati expectatiooe , eo modo quo soluere deberet Bariscellus, si esset deputatus , & expedire Breuia.

Verularum Potestas , florenos octo , grossos quinque. flo.8.gro.5.

Ferentini Potestas , florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Alari Potestas , florenos octo, grossos quioque. flo.8.gro.5.

Ananiæ Potestas , florenos decem , grossos quinque. flo.10.gro.5.

Frusinonis Vicarius seu potestas , florenos quatuor, grossos quatunr. flo.4.gro.4.

Fumonis Vicarius , florenos duos , grossos duos. flo.2.gro.2.

Guarcini officium, florenos duos , grossos duos. flo.2.gro.2.

Inabuchi Vicarius, florenos duos , grossos duos. flo.2.gro.2.

Anticuli Vicarius, florenos duos , grossos duos. flo.2.gro.2.

Velletri Potestas, florenos sexdecim grossos quinque. flo.16.gro.5.

Choræ Potestas , florenos sex , grossos quinque. flo.6.gro.5.

Tiburis Comes,florenos quindecim , grossos quinque. flo.15.gro.5.

Pontiscurui Capitaneus,florenos decē , grossos quinque. flo.10.gro.5.

Ceperani

Ceperani Vicarius, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Terracinæ Potestas & Iudex, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.

Piperni Prætura, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Setiæ Prætura, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Patrimonij nostri beati Petri in Tuscia officiales & singuli alij infrascripti similiter expediant Breuia suorum officiorum singulis sex mensibus, & soluãt singulis vicibus eorum taxas, videlicet.

Gubernator, florenos quadraginta, grossos quinque. flo.40.gro.5.

Thesaurarius, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Iudex generalis, florenos quatuordecim, grossos quinque. flo.14.gro.5.

Notarius dicti Iudicis, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Procurator Fiscalis, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Depositarius Thesaurarij supradicti, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.

Notarius eiusdem, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Exactor Salis, florenos trigintaquinque, grossos quinque. flo.35.gro.5.

Dohanerius Dohanæ pecudũ, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.

Notarij eiusdem Dohanæ, pro quolibet, florenos duos cum dimidio, grossos quinque. flo.2.÷ gro.5.

Gabellarij eiusdem Dohanæ

Baricellus, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Viterbij Prætor, florenos triginta, grossos quinque. f.o.30.gro.5.

Conseruator Viterbij, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Officiales damnorum datorum Viterbij, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Lugnani Vicarius, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Porcinæ Vicarius, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Balneoregij Potestas, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Cancellarius Balneoregij & omnes alij Communitatũ Cancellarij infrascripti, præsentes & qui pro tempore erunt, quos licet suæ Communitates pro nutu cuiuscunque earum deputent, & eis ex proprijs pecunijs salaria soluant, nihilominus volumus & decernimus teneri sub pœnis & censuris supradictis ad veniendum vel mittendum singulis sex mẽsibus pro Breuibus confirmationum suarum deputationum, & soluendũ taxas infrascriptas respectiue, singulis vicibus, ne etiã huiusmodi officiales à tã necessaria & vtili contributione sint immunes. Videlicet.

Cancellarius Balneoregij, florenos duos, gro. duos. flo.2.gro.2.

Montis Flasconis Potestas, florenos decem, gro. quinque. flo.10.gro.5.

Cancellarius Montis Flasconis, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Tuscanellæ Potestas, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Cancellarius Tuscanellæ, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Corneti Potestas, florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.5.

Cancellarius Corneti, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Dohanerius stratarum, grani, & salis Patrimonij, florenos trigintaquinque, gro. quinque. flo.35.gro.5.

Guardiani eiusdem Dohanæ, pro quolibet, florenos. flo.0.gro.0.

Saxi ferrati Potestas, florenos septem, grossos quinque. flo.7.gro.5.

Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Ciuitæ vetulæ Vicarius, florenos septem, grossos quinque. flo.7.gro.5.

Conductor Anchoragiorum Ciuitæ vetulæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Magister Portus Ciuitæuetulæ.

Comissarius Allumeriatũs, licet sit ad vitam, florenos quatuordecim, grossos quinque. flo.14.gro.5.

Capalicæ vicarius, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Castri in Patrimonio Potestas, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Gripparum Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Sancti Laurentij Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Aquæ pendentis Potestas, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.

Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.

Proceni Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Bulsenæ Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Celleni Vicarius, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Bassani Vicarius, flo. tres, gro. tres. flo.3.gro.3.

Montis alti Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Roncillionis Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Gallesij Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Sutrij Potestas, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.

Cancellarius Sutrij, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Ortæ Potestas, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.

Cancellarius Ortæ, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.

Ameriæ Potestas, florenos viginti, grossos quinque. flo.20.gro.5.

Cancellarius Amerinus, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.

Vrbis veteris Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.

Potestas Vrbis veteris, florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.

Cancellarius Vrbis veteris, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.

Reate Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.

Potestas Reate florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Thesaurarius vel Camerarius. flo.0.gro.0.

Cancellarius Reate florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.

Interamnæ Potestas, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.

Nepæ Potestas, flo. sex, gro. quinque. flo.6.gro.5.

Ciuitatis Castellæ Potestas, florenos septem, grossos quinque. flo.7.gro.5.
Cancellarius Interamnen. florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Camerarius Interamnen. florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Narniæ Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Potestas Narniæ, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.
Cancellarius Narniæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Gabellarius Narniæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Depositarius Narniæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Cesareæ Vicarius, florenos tres, grossos tres, flo.3.gro.3.
Malleani Potestas, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Otricoli Vicarius, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Stronconis Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Carbij Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor, flo.4.gro.4.
Collis Scipionis Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Sancti Gemini Potestas, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Cancellarius Sancti Gemini, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Massæ Vicarius, seu Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Tuderti officiales, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Capitaneus Tuderti, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Defensor Tuderti, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Et si contingeret, prout superioribus tẽporibus aliquã do contigit, quod aliquo respectu dictũ Capitaneatus, aut etiam Defensoriatus officium, ad aliquod tẽpus cessaret; tunc Thesaurarius Perusin. qui pro tempore erit, interim teneatur de prouentibus Cameræ Tudertin. soluere singulis sex mensibus dictis Secretarijs eandem taxam, sicut fecisset, & faceret Capitaneus huiusmodi, aut etiam Defensor, si esset deputatus, & reciperet Breue.
Cancellarius Tuderti, soluat, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Camerarius, florenos sex, gro. quinque. flo.6.gro.5.
Conductor gabellarum Tuderti, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Aquæ Spartæ Vicarius, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Spoleti Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Potestas Spoleti, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.
Cancellarius Spoleti, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Camerarius Spoleti, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Triuij Potestas, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.
Cancellarius Triuij, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Visij Capitaneus, florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.5.
Cancellarius Visij, flo. tres, gro. tres. flo.3.gro.3.
Casciæ Potestas, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.
Cancellarius Casciæ, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
NVRSIAE Potestas, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.
Cancellarius Nursiæ, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Meuaniæ Potestas, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Cancellarius Meuaniæ, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Fulginei Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Potestas Fulginei, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.
Cancellarius Fulginei, licet ad vitam, florenos decem grossos quinque. flo.10.gro.5.
Executor Cameræ Fulginei, florenos octo, gro. quinque. flo.8.gro.5.
Officiales damnorum datorum Fulginei, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Officiales guardiæ Fulginei, flore. octo, grossos quinque, flo.8.gro.5.
Conductor Gabellarum Fulginei, florenos decẽ, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Quotiescunque Gabellæ nõ venduntur, & si forte aliquibus annis non venderentur, tunc Thesaurarius Perusin. de pecunijs ipsarum gabellarum, teneatur singulis sex mensibus soluere Secretarijs prædictis Taxam prædictam, absque alterius mandati expectatione, perinde ac si forent venditæ, & Breuia super eis suis temporibus expedirentur.
Abbatiæ Ferentilli Vicarius, & omnes alij infrascripti soluant singulis sex mensibus pro eorum officijs infrascriptas taxas, videlicet.
Vicarius Abbatiæ Ferentilli, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Vicarius Vallis Toppini, florenos quinque, gro. quinque. flo.5.gro.5.
vicarius Montis Leonis, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Vicarius Limissani, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Vicarius Castri Boni, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Vicarius Iani, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Potestas Montisfalconis, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.
Cancellarius Montisfalconis, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Nuceriæ Potestas, florenos duodecim, grossos quinque. flo.12.gro.5.
Cancellarius Nuceriæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Gualdi Potestas, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Cancellarius Gualdi, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Bettoni Potestas seu Vicarius, flo. sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Cancellarius Bettoni, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Asisij Potestas, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Cancellarius Asisij, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Potestas Montonis, flo. sex, gro. quinque. flo.6.gro.5.

Gubernator Perusij, florenos quadraginta, grossos quinque. flo.40.gro.5.
Potestas, Perusij, florenos octuaginta, grossos quinque. flo.80.gro.5.
Capitaneus Perusiæ, florenos quinquaginta, grossos quinque. flo.50.gro.5.
Barricellus Perusiæ, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Conductor Lacus Perusiæ, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo.25.gro.5.
Conductor Salariæ Perusin.florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.5.
Et si forte contingeret aliquid ipsorum officiorũ Capitaneatus & Baricelli, prout alias contigit, ad aliquod tempus suspendi, Thesaurarius Perusin. interim singulis sex mensibus soluat dictis Secretarijs de pecunijs dictæ Thesaurariæ, absque alterius mandati expectatione, dictam Taxam respectiue.
Thesaurarius Perusin.& omnes alij infrascripti, singulis sex mensibus prædictis soluant, videlicet.
Thesaurarius, florenos quadraginta, grossos quinque. flo.40.gro.5.
Exactor seu officialis Clusij Perusin. florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Baricellus Lacus Perusin.florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Reuisor computorum Cameræ Perusinæ, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Reuisor Arcium Perusin.florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Ciuitatis Castelli Gubernator, florenos, triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Potestas Ciuitatis Castelli, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Thesaurarius Ciuitatis Castelli, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Notarius dicti Thesaurarij, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Camerarius Communis, florenos
Camerarius gabellæ, florenos
Camerarius Salis, florenos
Officialis salis ad minutum, florenos
Cancellarius Communis, florenos
Officialis damnorum datorum, florenos
Notarij Cameræ e dicta Ciuitate Castelli, pro quolibet
Officialis plani in dicta Ciuitate, florenos
Prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitan. Gubernator, florenos sexaginta, grossos quinq;. flo.60.gro.5.
Thesaurarius Marchiæ, florenos sexaginta, grossos quinque. flo.60.gro.5.
Iudex Spiritualis Marchiæ, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Iudex ciuilium & maleficiorum Marchiæ, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Iudex appellationum Marchiæ, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Marescallus Marchiæ, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Notarius Cameræ apostolicæ in Marchia, licet sit ad vitã, flore.viginti, grossos quinq;. flo.20.gro.5.
Officialis Refignæ Marchiæ, florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.5.
Procurator Fiscalis Marchiæ, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Aduocatus Fiscalis Marchiæ, florenos quinque, grossos quinque. flo.5.gro.5.
Procurator Cameræ Marchiæ ad negotia, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Conductor Salariæ Marchiæ, licet eius conducta sit ad vnum, duos, & plures annos, nihilominus singulis sex mensibus soluat florenos vigintiquinque, & sub tali semper conditione, Salaria ipsa vendita, seu locata intelligatur. flo.25.gro.0.
Potestas Anconæ, florenos triginta, grossos quinque. flo.30.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Asculi Potestas, florenos triginta, grossos quinque.
Cancellarius eiusdem, florenos octo, grossos quinque. flo.8.gro.5.
Auximi Potestas, florenos viginti, grossos quinque. flo.20.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Officiales damnorum datorum Auximi, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Appignani Potestas, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Arquatæ Potestas, florenos septem, grossos quinque. flo.7.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos.
Belforti Potestas, florenos quatuor grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Cinguli potestas, florenos decem, grossos quinque. flo.10.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Officiales damnorum datorum Cinguli, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Ciuitatis nouæ Potestas, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Corinaldi Potestas, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Castri Ficardi Potestas, flo.tres, gro.tres. flo.3.gro.3.
Cancellarius eiusdem, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Caldarolæ Potestas, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Cossignani Potestas, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Castignani Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Exij Potestas, florenos viginti, grossos quinque. flo.20.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Fabriani Potestas, florenos viginti, grossos quinque. flo.20.gro.5.
Cancellarius eiusdem, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Officiales damnorum datorum eiusdẽ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Furcæ Potestas, flor.duos, gro.duos. flo.2.gro.2.
Monticuli Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Cancellarius Monticuli, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Montisfoliorum oprani Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Cancellarius eiusdem Terræ, florenos duos, grossos duos. flo.2.gro.2.
Montis robiani Potestas, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Montis milonis Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Cancellarius eiusdem Terræ, florenos duos, grossos, duos. flo.2.gro.2.
Amandulæ Potestas, flo.octo, gro.quinq. flo.8.gro.5.

Montis granarij Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdem Terræ, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis vlmi Poteſtas, florenos quinque, groſſos quinque. flo.5.gro.5.

Cancellarius eiuſdem Terræ, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Sanctæ Mariæ in Georgio Poteſtas, florenos quinque, groſſos quinque. flo.5.gro.5.

Cancellarius Montis Sanctæ Mariæ in georgio, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis ſancti Poteſtas, florenos quinque, groſſos quinque. flo.5.gro.5.

Cancellarius Montis ſancti, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Montis bodij Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Cancellarius eiuſdem Terræ, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis noui Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Luponis Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Cauſarij Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Murris valium Poteſtas, florenos tres, groſſos tres.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis florum Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis alti Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Elpari Poteſtas, florenos tres, groſſos tres.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Sancti Martini Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Sancti Petri de Aleis Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Cācellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montiſmonaci Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis Sanctæ Mariæ in Lapide Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Montis fani Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Offidæ Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Cancellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Pirri Poteſtas, flor. duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Pene Sancti Iohannis Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Porculæ Poteſtas, flor. duos, gro. duos. flo.2.gro.2.

Patrignani Poteſtas, flor. duos, gro. duos. flo.2.gro.2.

Racanati Poteſtas, florenos quindecim, groſſos quinque. flo.15.gro.5.

Cancellarius Rachaneti, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Rotelli Poteſtas, flor. duos, gro. duos. flo.2.gro.2.

Ripæ Tranſonij Poteſtas, florenos decem, groſſos quinque. flo.10.gro.5.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Rochæ contratæ Poteſtas, florenos ſex, groſſos quinque. flo.6.gro.5.

Cancellarius eiuſdem, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Sancti Seuerini Poteſtas, florenos octo, groſſos quinque. flo.8.gro.5.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Sancti geneſij Poteſtas, florenos ſex, groſſos quinque. flo.6.gro.5.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Sernani Poteſtas, flo. tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Sancti Elpidij Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Sancti Martini Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Serræ Sancti Quirini Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Cancellarius eiuſdē loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Serræ Comitum Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Sancti iuſti Poteſtas, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Sanctæ victoriæ Poteſtas, florenos tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Staffuli Poteſtas, flo. duos, groſſos duos. flo.2.gro.2.

Tolentini Poteſtas, florenos octo, groſſos quinque. flo.8.gro.5.

Cancellarius eiuſdem loci, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Officiales damnorum datorum eiuſdem, florenos ſex, groſſos quinque. flo.6.gro.5.

Firmi Poteſtas, florenos viginti quinque, groſſos quinque. flo.25.gro.5.

Capitaneus eiuſdem loci, florenos quindecim, groſſos quinque. flo.15.gro.5.

Cancellarius eiuſdem, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Officiales damnorum datorum eiuſdem, florenos ſex, groſſos quinque. flo.6.gro.5.

Fani Gubernator, florenos triginta, groſſos quinque. flo.30.gro.5.

Poteſtas eiuſdem loci, florenos viginti, groſſos quinque. flo.20.gro.5.

Officiales Cuſtodiæ Fani, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Cancellarius eiuſdem, florenos ſex, groſſos quinque. flo.6.gro.5.

Depoſitarius Cameræ Fani, florenos. flo. gro.

Montis Floris in Romandiola Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Sancti Archangeli Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Gathei Poteſtas, flo. tres, groſſos tres. flo.3.gro.3.

Verruculi Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Ciuitellæ Poteſtas, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Sextini plebatus Poteſtas ſeu Commiſſarius, florenos quatuor, groſſos quatuor. flo.4.gro.4.

Scorticatæ

Scorticatæ Vicarius, florenum vnum, grossum vnum. flo.1.gro.1.
Ronachi frigidi Vicarius, florenos quatuor, grossos quatuor. flo.4.gro.4.
Brethonorij Potestas, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
Vallis opij Potestas, florenum vnum, grossum vnum. flo.1.gro.1.
Loarani Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo. 4. gro.4.
Sauignani Potestas, florenos quatuor, grossos quatuor. flo. 4. gro.4.
Reuersani Vicarius, florenum vnum, grossum vnum. flo. 1.gro.1.
Cesenæ Gubernator, florenos triginta, grossos quinque. flo. 30.gro.4.
Thesaurarius eiusdem, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo. 25.gro.5.
Bariceellus seu Marescallus eiusdem, florenos quindecim, grossos quinque. flo.15.gro.5.
Notarius Thesaurarij Romandiolæ, florenos quatuor, grossos quatuor. flo. 4.gro.4.
Quotiescunque dabitur Notarius dicto Thesaurario, seu si Camera recusaret, teneatur singulis sex mensibus soluere.
Thesaurarius teneatur singulis sex mensibus soluere de pecunijs Thesaurariæ eisdem Secretarijs taxã supradictam absque alterius mandati expectatione.
Potestas Cesenæ, florenos quindecim, grossos quinque. flo. 15.gro.5.
Custos Clauium Salis in Cesena, florenos tres, grossos tres. flo.3.gro.3.
Massarius Palatij Cesenæ, florenos duos, grossos duos. flo. 2. gro.2.
Officium Bullectarum.
Officium Gabellarum.
Iudex Gabellarum Cesenæ, florenos sex, grossos quinque. flo.6.gro.5.
SexConestabiles Portarum Cesenæ, florenum vnum, grossum vnum. flo.1.gro.1.
Cancellarius Communitatis Cesenæ, flor. f. g.
Bariceellus Cesenæ flor. quindecim. flo.15.gro.
Bononiæ Legatus, florenos.
Bononiæ Gubernator seu locumtenens, florenos quinquaginta, grossos quinque. flo.50.gro.5.
Potestas Bononiæ, florenos centum, grossos quinque. flo.100.gro.5.
Thesaurarius Bononiæ, florenos vigintiquinque, grossos quinque. flo. 25.gro.5.
Conductor Datij Vini Bononiæ, florenos quindecim, grossos quinque. flo. 15.gro.5.
Officium Banchæ Soldatorum.
Officium Portæ Palatij.
Officium Bullectarum.
Officium Defensoris del hauere.
Officium Prouisoris Arcium.
Officium Notarij forensis.
Officium Præsidentis molendinorum.
Officium Præsidentis Gabellæ grossæ.
Officium Præsidentis Salis.
Officium Præsidentis Portarum.
Officium Præsidentis retaliorum.
Officium Præsidentis sgarmiliæ.
Officium Præsidentis Pasti.
Officium Præsidentis follicellorum.
Reuisor Gabellæ grossæ.
In Ciuitate Auinionen.
Locum tenens Domini Legati.
Viceregens Auditoris Cameræ.
Capitanei seu custodes Portarum.
Sub legatione Auinionen.
Rector Comitatus Venaissini.
Thesaurarius Præfati Comitatus in quo sunt infrascriptæ Ciuitates.
Carpentoracen.
Vasionen.
Cauallicen.
Ciuitas Carpentoracen. hos habet officiales.
Iudicem ordinarium.
Iudicem Appellationum.
Aduocatum fiscalem.
Notarios duos.
Vigerius Ciuitatis Auinion.
Iudices qui regunt iustitiam.
Subigerius in Ciuitate.

Pariter volentes, ac decernen. quod deputati, seu designati iam, & in posterum deputandi ad exercendum aliquod ex supradictis Gubernatoribus, siue ex ordinaria, & consueta suarum Gubernationum respectiue facultate, & potestate, seu ex indulto speciali ipsis, seu alicui ipsorum forte concesso, teneantur nihilominus sub pœnis, & censuris suprascriptis semper antequam huiusmodi officia vigore dictarum deputationum per Gubernatores factarum exercere incipiant, & successiue postmodum singulis sex mensibus venire, aut mittere ad impetrandum a nobis confirmationem huiusmodi deputationum, & etiam refirmationes, quę forte sequentur, & expedire singulis sex mensibus desuper Breuia, & soluant eisdem Secretarijs pro singulo Breui, vnam ex supradictis taxis respectiue. Et ne propterea contingat eos duplici onere solutionis grauari, inhibemus Gubernatoribus eisdem, præsentibus, & qui pro tempore erunt in perpetuum, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna (a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, etiam prætextu cuiusuis indulti ab apostolica sede impetrati seu impetrandi, præterquam in mortis articulo, & tunc nisi facta restitutione, aut data de satisfaciendo cautione, absolui non possint) ne pro deputatione per eos, vt præmittitur, ad dicta officia seu aliquod eorum exercendum facienda, aut pro litteris super ipsa deputatione faciendis & expediendis, aliquid omnino vltra vnum Carlinum pro labore litteras easdem scribentis, & vnum pro cera & sigillo exigere, aut per suos vel alios exigi facere, mandare, seu permittere præsumant. Ita vt personæ ipsæ quas vt præmittitur deputabunt, omnino nullius solutionis, contributionis, præstationis, seu donationis onus, (supradicta taxa Breuis & Cal. exceptis) habeant sustinere. Præterea volumus vt si & quandocunque forte continget, quod (sicut alias aliquando contigit) aliquod ex officijs supra taxatis, per nos & successores nostros, ad aliquod tempus, seu etiam in perpetuũ, suspenderetur, ita quod Breuia super eis singulis sex mensibus expediri non haberet, Thesaurarij Prouinciarum (in quibus officia ipsa ad præsens consistunt, & per quos respectiue dictis Officialibus soluitur pro dictis officijs stipendium) teneantur quamdiu suspensio huiusmodi durabit, etiam in perpetuum soluere eisdem Secretarijs singulis sex mensibus (absque alterius cujusuis mandati expectatione, sed duntaxat præsentium & aliarum prædictarum nostrarum vigore) taxas supradictas respectiue, sic quod per suspensionẽ huiusmodi, emolumentũ eorundem Secretariorum non minuatur. Et quoniam posset contingere, vt nos & successores præfati rationalibus causis animũ nostrũ mouẽtibus, seu quia alias ita nobis & eis placeret, aut destinaremus aliquem ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Legatum alicuius seu aliquorũ ex supradictis prouincijs, in qua

Officiales suprascripti soluãt taxam singulis sex mensibus.

Et alij superiores nihil ab eis exigant pro deputatione ad officia.

Si officia suspendantur, Thesaurarij locorũ soluant Secretarijs dictas taxas.

Si Legatus deputetur in prouincijs, Thesaurar. Prouinciarum soluere tenetur vt hic.

seu quibus continerentur duo aut plures ex supra taxatis Gubernatoribus, aut etiam constitueremus aliquem Prælatum Gubernatorem plurium ex eisdem Gubernatoribus, ne quando contingat in dubium verti, quæ nam fuerit & sit in quolibet dictorum duorum casuum nostra intentio, præsentium tenore declaramus, mentis & intentionis nostræ esse, vt si contigerit casus deputationis Legati, Thesaurarius prouinciæ in qua erunt Gubernatores assignati eidem Legato, teneatur ex prouentibus ad eius manus peruenientibus, soluere Secretarijs eisdem, singulis sex mensibus singulas taxas supradictas pro singulis Gubernatoribus respectiue, & cum dicto Legato facere secundum id quod habebit a nobis & eisdem successoribus in mandatis. Si vero fuerit vnicus prælatus, aut alia quæuis persona præfecta pluribus ex eisdem Gubernatoribus, nihilominus teneatur singulis sex mensibus recipere, aut tot Breuia, quot erit præfectus Gubernatoribus, & pro singulis soluere debitas taxas, aut vnicum Breue, in quo comprehendantur omnes ei sic commissæ Gubernationes, pro quo soluere teneatur easdem omnes taxas, sicut si essent plura Breuia expedita. Infrascriptas vero gratiarum concessiones (quæ semper pertinuerunt, prout in futurum pertinere decernimus, ad emolumentum eorundem Secretariorum,) quoniam concernunt magnorum Principum personas, & non sunt expediendæ aliquibus determinatis temporibus, sed duntaxat, a casu, & in euentum, licet duxerimus præsentibus inserendas, non duximus tamen ad vllam determinatam taxam, sed potius relinquendas ipsarum laudabili consuetudini, aut personarum, quas pro tempore concernent, discretæ liberalitati, videlicet.

Gubernator pluribus locis præfectus taxas omnium locorum soluere tenetur.

Litteræ super Corona quæ mittitur nouo Imperatori.
Super inuestitura Regni Siciliæ citra Farum.
Super Corona quæ mittitur eidem Regi, etiam si vtrunque fieret in eisdem litteris.
Super Vicariatu Ferrarien. & aliorum locorum familiæ Esten.
Super Vicariatu Ariminen.
Super Vicariatu Foroliuien.
Super Vicariatu Imolen.
Super Vicariatu Fauentin.
Super Vicariatu Vrbinaten.
Super Vicariatu Pisaurien.
Super Gubernatione perpetua Camerinen.
Super Confaloneriatu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
Super Capitaneatu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
Super Gubernatione seu Locumtenente gentium armigerarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.
Super Præfectura Vrbis.
Super omnibus alijs Vicariatibus & infeudationibus locorum, S.R.E. immediate subiectorum.

Officia seu gratiosæ concessiones non taxatæ.

Taxa Castellanorum Arcium status Ecclesiastici.

Præterea etiam duximus ordinandum & ordinauimus, vt perpetuis futuris temporibus singuli Castellani singularum Arcium Roman. Ecclesię pro tempore subiectarum, custodiæ præfecti, sicut hactenus ex dudum per fe. record. Sixtum Papam IIII. prædecessoris nostri ordinatione, tenebantur singulis quibuscumque annis soluere Thesaurarijs Prouinciarum, in quibus Arces ei commissæ existebant, tot florenos numero, quot essent numero eis assignatæ paghæ pro ipsarum arcium custodia, vt exinde possent arma in defensione ipsarum arcium deputata, frequenter sarciri, & seruari: sic huiusmodi vnum florenum, & item vnum alium pro qualibet dictarum eis assignatarum pagharum in supplementum prædictum, Secretarijs præfatis soluere singulis annis teneantur, & solutio ex prædicta Sixti prædecessoris nostri ordinatione Thesaurarijs, vt præmittitur, per ipsos Castellanos facienda, quo ad ipsos Thesaurarios cesset & remaneat modo præmisso debita Secretarijs eisdem. Vt autẽ summa florenorum ex prædictis Arcibus seu earum paghis præsentis temporis destinata, in augmentum emolumentorum prædictorum firma sit, & perpetuo mansura, singulas Arces easdem cum expressione pagarum ad custodiam nostro tempore deputatarum, infra iussimus describi & notari. Volen. & auctoritate præfata decernentes, vt si contigerit nos & successores nostros præfatos, quauis causa aliquam ex Arcibus eisdem demoliri, aut numerum pagharum huiusmodi descriptarum, ex aliqua earundem Arcium in toto vel in parte minuere, Camera apostolica pro prouincia in qua erit Ars sita, cuius paghæ erunt diminutæ, seu ex qua stipendia huiusmodi Arcis solui solita erant, teneatur de pecunijs iuxta formam supradictæ bullæ, soluere singulis annis præfatis Secretarijs seu eorum nuncio, duos ducatos auri pro vna quaque dictarum pagarum diminutarum, ne Secretarij ipsi dicto per nos eis assignato emolumento, ex aliqua parte fraudentur. Quarum Arcium nomina, cum prædicta expressione pagarum, sunt infrascripta, videlicet.

Arx Sancti Angeli de Vrbe.	P.	Arx Vrbis veteris, pag. triginta.	P. 30.
Arx Terracinæ, pag. vigintiquinque.	P. 25.	Arx Narniæ, pag. quindecim.	P. 15.
Arx Beneuenti, pag. viginti.	P. 20.	Arx Tuderti, pag. vigintiquinque.	P. 25.
Arx Ceprani, pag. duodecim.	P. 12.	Arx Spoleti, pag. centum.	P. 100.
Arx Tiburis, pag. viginti.	P. 20.	Arx Cassiæ, pag. vigintiquinque.	P. 85.
Arx Monticellorum, pag. quindecim.	P. 15.	Arx Assisij, pag. tres.	P. 3.
Arx Ciuitæ vetulæ, pag. triginta.	P. 30.	Arx Assisij, pag. vigintiduas.	P. 22.
Arx Sanctæ Marinellæ.	P.	Arx Gualdi, pag. duodecim.	P. 12.
Arx Portus Corneti, pag. quatuor.	P. 4.	Arx Montoni, pag. quindecim.	P. 15.
Arx Tulfæ veteris, pag. septem.	P. 7.	Arx Cisternæ, pag. viginti.	P. 20.
Arx Bledæ, pag. sex.	P. 6.	Arx Cesenæ, pag. septuaginta.	P. 70.
Arx Vetrallæ, pag. duodecim.	P. 12.	Arx Britonorij, pag. vigintiquinque.	P. 25.
Arx Roncilionis, pag. quindecim.	P. 15.	Arx Sancti Archangeli, pag. viginti.	P. 20.
Arx Viterbij, pag. quindecim.	P. 15.	Arx Verruchij, pag. quindecim.	P. 15.
Arx Cellenæ, pag. tres.	P. 3.	Arx Montis florum, pag. decem & septem.	P. 27.
Arx Bolsenæ, pag. tres.	P. 3.	Arx Mondini, pag. duodecim.	P. 12.
Arx Proceni, pag. sex.	P. 6.	Arx Fani, pag. vigintiquinque.	P. 25.
Arx Montis Alti, pag. octo.	P. 8.	Arx Rochæ contradæ, pag. tresdecim.	P. 13.

Arx

Arx Saxiferrati, pag. duodecim.	P. 12.	In Comitatu Aenaifioi.	
Arx Fabriani, pag. sex.	P. 6.	Arx Ponteforga, pag.	
Arx Aromitæ, pag. quatuor.	P. 4.	Arx Morenas, pag.	
Arx Auximij, pag. quindecim.	P. 15.	Arx Varsonæ, pag.	
Arx Exij, pag. decem.	P. 10.	Arx Lopeda.	
Arx Visij, pag. tres.	P. 3.	Arx Sigorem.	
Arx Montis Fani, pag. sex.	P. 6.	Arx Priglioni.	
Arx Offidæ, pag. quindecim.	P. 15.	Arx Montillæ.	
Arx portus Cesenæ, pag. octo.	P. 8.	Arx Portus Cesenæ.	
Arx Vallis Opij, pag. sex.	P. 6.	Arx Castri plebis, comitatus Perusio. pag. duodecim.	P. 12.
Arx Ciuitellæ in Romandiola, pag. sex.	P. 6.		

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, Pridie Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Ego Innocentius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus Manu propria. ss.

Hie. Balbanus. L. De Tarano. Visa Timotheus.

X.

De Iurisdictione & officio Auditorum Rotæ.

Vide ad hoc sup. fol. 44. Greg. xi. constit. 3. quamuis, & fol. 57. Mart. V. constit. 3. in apostolicæ. cum ibi notatis, & infra. Pij 4. constit. 83. in trono. vbi ponam concord. totius materiæ.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

FINEM Litibus, quæ in palatio Apostolico nunc & pro tempore vertuntur, quanto celerius fieri potest, imponi, & collitigantes ab intolerabilibus expensis, quas illa prosequendo perferunt, releuare, quantum nobis possibile est, cupientes; hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, Quòd si diuersis causarum Palatij Apostolici Auditoribus, diuersæ commissiones præsentatas, hactenus vel pro tempore reperiri contingat in eadem causa, eiusdem tenoris, vel effectus, licet ad diuersarum personarum instantiã; Auditor, cui prius commissio præsentata fuit, iurisdictionem in procedendo & iudicando retineat, absque alia desuper commissione; aliorum Coauditorum ad id accedente consensu, Et quod Auditores causarum prædictarum, constito eis quod citatio per eos decreta in causis (minus tamen legitime executa) ad partis citatæ notitiam peruenerit, ante terminorum obseruationem; ad expeditionem causarum earundem, absque alia commissione, perinde ac si citatio legitimæ executioni demandata foret, procedere; Et in viduarum & pupillorum, necnon vbi de summa vel re valorem quingentorum florenorum auri non excedente, ageretur; eo modo, quo in beneficialibus causis, de Coauditorum suorum consensu, etiam procedere, Remissorias præterea ad partes, in causis coram eis nunc & pro tempore pendentibus, in quauis instantia, nouamue dilationem, si petatur, de aliorum Coauditorum consilio concedere, Ad reiterationem quoque terminorum, nulliter vel male obseruatorum partes seu collitigantes, earumue procuratores admittere, Et fidem registris, coram alijs iudicibus, etiam in partibus factis, quoad iura in eis registrata duntaxat, de simili consilio, adhibere, Super articulo grauaminis, ac negotio principali simul, & (si petatur, ac Coauditoribus expedire videbitur) refectis expensis, in eodem principali negotio, omisso appellationis articulo, procedere, Et dum eis videbitur expedire, fatalia in causis prorogare, vel de nouo concedere, Et super appellatione interposita à sententia diffinitiua, decurso vltimo momento temporis, ad id de iure præfixi (eadem tamen die vltimi momenti) perinde ac si debito tempore interposita foret, iustitiam ministrare, Et si prima, vel secunda sententia reperiatur nulla ex inordinato processu, vel etiam ex omissione iuramenti super perhorrescentia, iuxta constitutionem fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Statutum, dummodo illud per partem in quacunque parte iudicij postea præstetur; ad confirmationem, vel infirmationem, refectis expensis, procedere; Necnon iuxta constitutionem Viennensis concilij, quæ incipit, Ad compescendas, sequestra decernere, libere & licite valeant, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, Idibus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

De Iurisdictione Aud. corã vigore Commissionis. De quo habes sup. in Mart. V. const. 3. fol. 59. ad fi.

De citationibus minus legitime executis.

De causis pupillorum &c.

De Remissorijs.

De reiteratione terminorum.

De articulis grauaminis.

De appellationibus.

De senten. nullitatibus ex inordinato processu.

De sequestris.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet, publicetur, & describatur. I.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, Ind. vj. Pontificatus Domini Innocentij Papæ VIII. anno quarto, literæ suprascriptæ affixæ & publicatæ fuerunt in Valuis Audientiæ & aciei Campi floræ die 14. Ianuarij per Fernandum del Porro S.D.N.P. Cursorem. Lecta Romæ in Cancellaria Apostolica Die Sabbati 19. Ianuarij, anno 1487.

Confirmat

XI.

Confirmat constitutiones Pij 2. Pauli 2. & Sixti 4. ac Statuti Vrbis contra Homicidas Brigosos, &c. Ac pœnas imponit minas inferentibus pro pace obtinenda.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LICET ea quæ laudabili & prouida prædecessorum nostrotum ordinatione, contra viros sanguineos & dolosos, Deo & hominibus (propheta testante) abhominabiles, vt pœnis debitis, iustitia mediante, puniantur, statuta & ordinata fuerunt, inuiolabili debeant obseruatione vigere: nonnunquam tamen Romanus Pontifex, ne successu temporis, impugnationi subiaceant, illa de nouo approbare consueuit, vt eo firmius illibata persistant, quo magis suo fuerint præsidio pro tempore stabilita, alia etiam de nouo statuendo, & ordinando, quæ prosperi status incrementum, & boni regiminis directionem afferre possunt, prout id in Domino cõspicit salubriter expedire. Dudum siquidem per felicis recordationis Pium Papam secundum, prædecessorem nostrum, accepto, quod a certis annis tunc elapsis citra &c. Et deinde cum in Vrbe Romana, instigante diabolo, pestiferum ac pernitiosum malum irrepsisset, quod si quando inter aliquos &c. Et piæ memoriæ Paulus Papa secundus, etiam prædecessor noster &c. per alias litteras suas, perpetuo valitura constitutione statuit & ordinauit, quod quicunque Baro &c. prout hæc & alia singulis litteris prædictis (quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus, insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis) plenius continetur. Cum autem (sicut non absque graui animi displicentia accepimus) licet nos post nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem, singulas litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta (quæ etiam per recolendæ memoriæ Sixtum Papam quartum, similiter prædecessorem nostrum, approbata fuerunt) approbauerimus; & robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obseruari debere decreuerimus, etiam de fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio; quia tamen nondum præmissa in vsu fuerunt, creuit, & crescit in dies, propter impunitatem, huiusmodi facinorosorum hominum temeritas & audacia, non sine maximo ipsius Vrbis, & aliarum Romanæ Ecclesiæ, terrarum, ac illas habitantium præiudicio, & detrimento, maloque exemplo & scandalo plurimorum. Nos igitur volentes super his, prout nostro incumbit officio, opportune prouidere, habita de nouo cum eisdem fratribus matura deliberatione, de illorum consilio, singulas litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, necnon Statutum dictæ Vrbis, quo cauetur, Quod Domini Castrorum, & Barones, in eorum Terris diffidatos, sub certa pœna inibi expressa, retinere non possint (cuius tenorem etiam præsentibus haberi volumus pro sufficienter expresso) auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de nouo approbamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac perpetuo obseruari debere, eadem auctoritate decernimus. Proque potiori cautela, ea omnia sic vt præfertur ab eisdem prædecessoribus prouide statuta & ordinata, de nouo statuimus, & ordinamus, ac mandamus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari; nec eo prætextu quod hactenus forsan obseruata non fuerint, volumus in aliquo posse reprobari. Et insuper, quia (sicut etiam facti euidentia demonstrat) insurrexit a paucis temporibus citra, inter homines facinorosos, homicidas, bannitos, seu diffidatos ab Vrbe, pro eorum delictis & sceleribus, quædam praua, improba, & damnata consuetudo, quod cupientes reaffidari, & ad Vrbem redire (quod, nisi ab hæredibus occisi aut offensi pacem habeant, facere non possunt) per nuntios, aut litteras, vel aliter, læsis & offensam passis, acriter minantur, pollicentes se peiora facturos, nisi pacem cum eis faciant, monentes etiam ipsos, ne ab eorum domibus discedant, brigam eis indicentes; ex quo hæredes ipsi, aliter iniuriam passi, & interdum eorum consanguinei & affines, etiam hi qui in longissimo gradu sunt constituti, compelluntur aut pacem violentam inire, aut brigam sustinere; propter quæ alij ex huiusmodi impunitate in dies ad peiora perpetrandum inducuntur; huiusmodi malis (prout tenemur) occurrere volentes, etiam de simili consilio statuimus, decernimus, & ordinamus, quod omnes & singuli qui modo præmisso minati fuerint, & ambasciatam aut litteras, scienter, his quibus minantur, afferre audebunt & præsument; crimen læsæ maiestatis similiter incurrant, & læsæ maiestatis ac rebellionis rei censeantur, ac veluti tales competentibus iudicibus seuerissime puniantur, & tam illi, quam ecclesiasticæ personæ talia perpetrantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ existant, omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas, quas idem Paulus prædecessor, contra patrem, filium, fratrem, & propinquum, vel domesticum offendentis, vulnerantis, vel mutilantis, occidentes, vel quocunque modo offendentes, promulgauit (vt prædictum est) eo ipso irremissibiliter incurrant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis & consuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ Pius, Paulus, & Sixtus prædecessores præfati in suis, & nos in alijs nostris litteris prædictis, volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et ne quispiam de præmissis valeat ignorantiam allegare; mandamus præsentium nostrarum litterarum tenorem, in curia Capitolij, & alijs locis publicis dictæ Vrbis, sono tubæ præmisso, publicari, ac in volumine Statutorum prædictorum, de verbo ad verbum describi, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ approbationis, decreti, statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo, Idibus Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Pij 2. constit. habes sup. fol 80.

Pauli ij. cõst habes sup. fol. 90.

Six. 4. const. habes sup. fol. 99.

Approbationem const. dictorum Pont. habes sup. fol 112.

Statutum istud Vrbis est in 3. lib. Veter. statu. cap. 163. & in 2. lib. Nou. statut. cap. 37.

Minas inferentes pro habenda pace pœnas hic descriptas incurrũt.

Clausulę derogatoriæ.

Hæc const. est posita in volumine Nou. Vrbis stat. fol. 16.

Contra

XII.

Debitores occasione rerum Ripalium non admittantur ad dilationem quinquennalem, siue cessionem bonorum &c. & admissiones non suffragentur.

Hæc const. confirmatur infra per Leon. 10. constit. 45. dudum. Pium 4. constit. 72. cupientes. & Pium V. constit. 60. Romanum. Et declaratur, & ampliatur infra per Paul. III. constitut. 55. cum postquam.

De materia autem ponam concord. in dicta constit. 72. Pij Quarti.

INNOCENTIVS Episcopus &c. Motu proprio, & ex nostra scientia &c.

QVONIAM Intelleximus quod non nulli obligati mercatoribus apud Ripam & Ripettam almæ Vrbis mercaturæ exercitio vacantibus, prætextu & occasione, moratoriarum cæssionis bonorum, petitionis, dilationis quinquennalis securitatum, salinariorum, aduocationis causarum, & nouarum commissionum ac appellationum ad alios quam ad Cameram apostolicam, seu Commissarum, vt moris est interponendarum eorum solutionis, quæ dicto exercitio mercaturæ huiusmodi debentur, sæpius euitate, seu retardare vtuntur, & quodammodo immortales facere: Quo fit vt mercatores ipsi tam qui victualia & mercimonia inibi faciant per mare, aut ex Ciuita Vetula per terram ad Vrbem pro commoditate & vtilitate Curialium Romanæ Curiæ, quam qui in eadem Vrbe resident, & magazenia cum varijs mercantijs apud Ripam & Ripettam prædictæ mercaturæ plurimum retrahentur ab exercitio prædicto, non sine incommodo & detrimento Vrbis & Curialium præfatæ Curiæ quorum interest victualium & aliarum mercimoniarum, quæ deferri solita sunt, cura & diligentia mercatorum præfatorum abundantiam habere; ea propter volentes super hoc opportune prouidere, Vrbis Dohanerijs, & Camerarijs præfatæ Ripæ & Ripettæ præsentibus, & futuris auctoritate apostolica mãdamus, quatenus de cætero debitores ipsos, qui nunc sunt, & in posterum erunt, præfatorum mercatorum tam venientium, quam residentium, & tam ciuium Romanorum, quam forensium apud præfatam Ripam, & Ripettam pro tempore, huiusmodi moratorijs, dilationibus, quinquennalibus, Cessionibus bonorum, aduocatione causarum, & appellationibus, præterquam ad Cameram (apostolicam vt supra interponendis, & nouis commissionibus ac securitatibus salinariorum) exceptis illis quibus ex priuilegio competit exercitium dictæ artis salinariorum duntaxat) vti volentes si debita ipsa contracta sint apud Ripam & Ripettam prædictas, & occasione mercimoniorũ & victualiũ, quæ per Mare, siue per Terrã, a Ciuita Vetula ad illas pro tẽpore deferũt seu deferri faciant super hoc nullatenus audiatis, nec admittatis, minimeque ab alio audiri & admitti permittatis. Sed illis penitus reiectis, præfatos debitores ad integram solutionem eorum, quæ ipsos debere cognoueritis, efficaciter remedijs opportunis compellatis. Decernentes per hoc nostrum apostolicum decretum, quod in moratorijs, dilationibus, quinquennalibus, cessionibus bonorum, aduocationibus causarum, appellationibus, præterquam ad Cameram apostolicam seu Commissarium, vt moris est, interpositis seu interponendis, & nouis commissionibus, & salinarijs, exceptis ijs qui supra, & alijs quibuscumque concessionibus per nos forsitan cõcessis, & quas concedi continget, huiusmodi debita semper intelligantur excepta. Etiam si in eisdem debitis occasione mercaturæ prædictæ mentio fieret specifica & expressa, nec vnquam per easdem seu quascunque alias concessiones seu rescripta, aut commissiones huic voluntati & decreto nostro derogatum quoquomodo intelligatur, nisi præsentis decreti tenor de verbo ad verbum cum nominatione mercatorum, quibus obnoxij erunt, & quantitatibus, in moratorijs ac alijs concessionibus quibuscumque insereretur. Et vt præsens nostrum decretum perpetuum robur & effectum obtineat, quod ad perpetuam rei memoriam in volumine statutorum dictæ Ripæ & Ripettæ describi & registrari mandamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idus Iulij Anno Quinto.

Causæ istius cõst.

Debitores Mercatorum Ripę & Ripettæ occasione mercium Ripalium ad dilationes quinquennales, cessiones bonorum, & moratoria non admittantur.

Appellatio conceditur in Causis Ripæ & Ripettæ tantummodo ad Cam. Apostolicam. De quo habes infra Paul. 3. const. 52. cũ postquam.

Huic const. non censetur derogatum nisi eius tenor inseratur. &c.

Vide hanc const. registratã 1 lib. statut. Ripę f. 52.

Placet & motu proprio mandamus.

Supradictum apostolicũ, decretum præsentatũ fuit per Reuerẽdiss. D. Io. Episcopũ Vomacen. Sacri Palatij Illustrissimi Domini Nostri Magistrum domus coram Magnificis viris Domino Euangelista de Rubeis, domino Prospero Roucio de Vrsis, & D. Simone de Luca Dohanerijs & Camerarijs Ripæ & Ripettæ Almæ Vrbis pro tribunali sedentibus, ad eorum solitum banchum iuris ad iura reddendum more solito & consueto. Qui Magnifici DD. vt sup. sedentes præfatum mandatum & decretum cum omni qua decet reuerentia receperunt, & mandarunt mihi Notario infrascripto vti publicæ personę vt illud legerem & publicarem omnibus pro eorum interesse. Ioannes Prætalata Notarius Ripæ de mandato SS.

R De fa-

XIII.

De facultat. siue licentijs resignandi Beneficia extra Curiam, illarumq; declaratione: Ac de modo resignandi, & resignationum Notificatione seu publicatione.

De Publicatione Resignationum habes infra Greg. XIII. constit. 87. Humano. quæ est sub Data Non. Ianuarij præsentis mensis. Et ibi ponam concord. totius materiæ.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SICVT Bonus pastor super familiam domus suæ solerter inuigilans, sic prouidere, sicque diligenter debet attendere, quod inordinata & indisposita, si qua inuenerit in eadem, submota difficultate, reducat pariter & reformet; sic & nonnunquam decet & expedit Romano Pontifici (in quo potestatis plenitudo cōsistit, & cuius, in factis per eum circa beneficia ecclesiastica gratijs, adeo est seruandus intentionis affectus, vt in contrarium acta, nullius existant firmitatis) ne beneficia huiusmodi, absque canonico titulo detinere contingat, circa gratias ipsas, pro suæ circunspectionis industria, votiuæ declarationis, modificationis, & reuocationis adhibere remedium, prout expedire cognoscit, desuper salubriter prouidere. Sane (sicut accepimus) nonnulli obtenta per eos a Sede Apostolica licentia resignandi beneficia ecclesiastica per eos pro tempore obtēta extra Romanam curiam, in ordinariorum locorum, aut in dignitate ecclesiastica cōstitutarum personarum, seu cathedralium ecclesiarum canonicorum, per eos eligendorum, manibus, simpliciter, vel ex causa permutationis; ac eisdem Ordinarijs, personis, & canonicis, resignationes ipsas ab eis, & personis compermutantibus, seu simpliciter resignare volentibus extra dictam Curiam recipiendi & admittendi, ac resignata beneficia per compermutantes, seu simpliciter resignantes, ipsis licentiam habentibus, & per eos ex dicta causa compermutantibus huiusmodi, simpliciter vero, idoneis personis conferendi, concessa facultate abutentes, nonnunquam licentiæ & facultatis huiusmodi prætextu, & extra & prope Vrbem vel alium locum, in quo Romanam Curiam residere contingit, resignationes beneficiorum Ecclesiasticorum quæ obtinent, simpliciter vel ex dicta causa, pro alijs beneficijs ecclesiasticis, in manibus personarum in prælaturis & ecclesiasticis dignitatibus constitutarum, aut canonicatus & præbendas in cathedralibus ecclesijs obtinentium, in dicta Curia residentium, ad id extra muros Vrbis & loci huiusmodi, propterea studiose ductarum, faciunt, & ab illis de sic resignatis beneficijs ex dicta causa, eis & compermutantibus, & simpliciter personis alijs respectiue prouisiones fieri procurant: Quandoque vero ex volentibus sua beneficia ecclesiastica resignare, ad finem vt de illis personæ eis gratæ prouideatur, vel duobus inuicem permutare volentibus complaceant, & faciant quod illi, mediātibus huiusmodi licentijs & facultatibus, quod quærunt, obtineant indirecte, tam prope locum dictæ Curiæ, quam extra in partibus, in quibus degunt, fingunt se aliqua, persæpe tenuissima & etiam ficta beneficia ecclesiastica, & quæ nonnunquam tales personæ eis conferre procurant, ad effectum huiusmodi ex causa permutationis cum eisdem personis, pro illis beneficijs, quæ personæ illæ volunt ad illos peruenire, resignare virtute licentiæ & facultatum earundem: & sic de his, quæ ipsi habentes licentiam huiusmodi resignant beneficijs, ex dictis causis personis illis, quorum opera nōnunquam, vt præfertur, ex habuerunt, & quibus complacere student, de alijs beneficijs, quæ sic fraudulenter cōpermutantes ipsi resignant, vt tandem ad alios perueniant, ipsis licentiam & facultatem huiusmodi habentibus prouidetur, factaque sic hinc inde prouisione prædicta collata eisdem licentiā habentibus, beneficia in permutatione hmôi interdum illico illorum possessione non habita, & nonnunquam putantes cautius agere infra paucos dies, habita vel non habita possessione hmôi, in his in quibus ea dicta causa permutationem fecerant, vel alterius personæ manibus simpliciter resignant, vt de illis prouideatur personis illis, quibus prouideri intendebāt illi, qui ex dicta causa illa prius resignauerant, vt præfertur, vel illa ex causa permutationis cū illo cum quo cōpermutans primo permutare intendebat, resignant pro beneficio, quod primo permutans affectabat habere, & copleta permutatione secunda, per quam primi permutantis beneficiū in illum cū quo permutare volebat, perueniat, denuo possessione etiam non habita, collatum ipsi facultatem habenti in secunda permutatione beneficiū ex causa permutationis cū primo permutante, pro illo, quod ipsemet facultatē habens, in prima permutatione resignauerat beneficio primo permutanti collato resignat, & sic in huiusmodi tertio loco, facta permutatione, quod primo dimiserant, propriū beneficiū recuperant, & illi primo compermutanti, cuius beneficium per eū dimissum, in prima permutatione peruenerat, ad secundo permutantem in secunda permutatione confertur, in huiusmodi tertia permutatione dimissum per dictū secundo permutantem beneficium in secunda permutatione, & sic de quorum nullus licentiā obtinet, permutandi propria beneficia per huiusmodi tres permutationes, & earum circuitum successiue factum modo prædicto inuicem permutant, prætextu licentiæ & facultatis prædictæ; & (quod deterius est) pro earundem facultatum vsu modo prædicto illas habentes, præmia exigunt nonnunquam ab eisdem, in quorum fauores illis vtuntur, aliæque diuersæ fraudes cōmittuntur, in animarum suarū periculum, & Apostolicæ auctoritatis contemptum, ac scandalum plurimorū. Quidam vero licentijs & facultatibus huiusmodi, quo ad beneficia quæ obtinent dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata non contenti, vt plenius alijs valeant inseruire, literas licentiæ & facultatis huiusmodi, cum clausula (etiam si compermutantiū seu simpliciter in eorum fauorem resignantium beneficia ecclesiastica, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata existant) à sede præfata obtinere hactenus procurarunt, & procurant in dies. Ac quāquam illi, in quorum manibus simpliciter resignarunt beneficia huiusmodi, dictarum facultatū prætextu, iuxta literarum desuper cōfectarum tenorem, teneantur & debeant de nominibus & cognominibus beneficiorum sic resignatorum, & personarum, quibus illa contulerint, ac diebus collationum eorundem, agentes Cameræ Apostolicæ, aut collectorem, vel subcollectorem fructuum, & prouentuum eiusdem Cameræ debitorum, in partibus illis certificare, tamen id facere persæpe omittunt, in eiusdem Cameræ non modicum præiudicium & grauamen. Nos igitur huiusmodi fraudibus, & abusionibus obuiare volentes, hac in perpetuū valitura constitutione statuimus & ordinamus, prætextu licentiarū & facultatū huiusmodi, per nos hactenus, & Sede prædictā concessarū, & quas concedi contingit in posterum, nil valide de cætero fieri posse in aliquo loco, ab eo, in quo nos & pro tēpore existētes Romani

Causæ illius cōst.

Vigore licentiæ resignandi beneficia extra Curiā resignationes debent fieri in loco distante per duas dietas à Curia Pont.

Pontifices

Pontifices curiam suam tenere contingerit, loco per duas dietas legales non distante; & eas resignationes, licentiarum huiusmodi vigore, extra dictá curiam per duas dietas huiusmodi fieri censeri, quæ duntaxat in locis ab eadem distantibus, ad minus per duas dietas huiusmodi, fieri continget, & non illas, quæ in locis minus distantibus starent in futurum: Quodque nullus huiusmodi licentijs & facultatibus concessis, & concedendis, à nobis & Sede prædicta quandocúque in posterum, nullatenus vti valeat, nisi dum & quando beneficia ecclesiastica quæ obtinet simpliciter vel ex causa permutationis vere & non ad aliorum commodum ficte resignare intendit: contrafacientes vero, tam infra duas dietas ab Vrbe, etiam vere, quam extra illas ficte & in fraudem resignantes, & personæ resignationes huiusmodi recipientes & admittentes, ac notarij inde rogati, & testes interuenientes, eiusdem fictionis & fraudis non ignari; si Episcopi, & superiores, interdicti ingressus ecclesiæ; si vero alij ab eisdem fuerint, excõmunicationis sententiá eo ipso incurrant. Decernentes, per resignationes ipsas, quas sic contra statutum & ordinationé huiusmodi fieri contingeret, in resignantium pœna beneficia resignata vacare; collationes vero quæ fient de eisdem prætextu facultatum prædictarum, nullius esse roboris, vel momenti, & haberi debere prorsus pro infectis. Et præsumentes resignationes huiusmodi ficte & non vere fieri, si illi, qui huiusmodi facultates habent, & personæ compermutantes cum eis, seu simpliciter in eorum fauorem resignantes, resignata per eos benefitia quatuor menses ante resignationes ipsas pacifice non possederint, vel ipsi resignantes intra mensem post resignationes ipsas morte præuenti fuerint,) si tamen tempore resignationum, seu permutationum eorundem infirmi erant ea infirmitate de qua decesserint) Reuocamus quoque omnes & singulas licentias, & facultates huiusmodi, obtentas a nobis & sede prædicta ad beneficia compermutantium, seu simpliciter in fauorem habentium facultates huiusmodi resignantium, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata, vel ex generali reseruatione affecta, & quoad illa nolumus eas de cætero cuiquam suffragari. Et si forsan in futurum sic concederentur, quo ad compermutantium, seu simpliciter in fauorem huiusmodi facultates impetrantium, resignantium beneficia reseruata vel affecta, nullius esse roboris vel momenti. Et si licentiarum huiusmodi vigore, tam ex dicta causa, quam simpliciter resignantes beneficia ecclesiastica quæcunque & qualiacunque, cum cura & sine cura, quorum fructus reditus & prouentus vigintiquatuor florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum excederent, etiam si ex dicta causa resignata forent, inæquales tamen illorum fructus reditus & prouentus huiusmodi existerent, vel recipientes & admittentes resignationes ipsas agentes Cameræ Apostolicæ præfatæ, aut collectorem, vel subcollectorem prædictos, de diebus collationum, quas fecerint, ac nominibus, & cognominibus beneficiorum, & personarum, quibus illa contulerint, simpliciter, vel inæqualitate fructuum, redituum, & prouentuum subsistente, etiam ex dicta causa, quamuis inæqualitas prædicta ad dictam summam vigintiquatuor librarum non ascenderet, non certificauerint, infra vnum, si citra; infra tres menses à die collationum eorundem, si vltra montes resignationes ipsas fieri contigerit, beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso, & vt vacantia possint libere conferri. Et ne vtentes licentijs, & facultatibus huiusmodi, valeant præmissorum ignorantiam allegare, volumus huiusmodi constitutionem nostram in audientia literarum Contradictarum publicari, & in Cancellaria Apostolica describi, & præsentes in curia extunc, absentes vero ab eadem, post duos menses, à die publicationis huiusmodi, ligari. Et in literis licentiarum huiusmodi, clausulam per quam iniungitur collatoribus onus certificationis prædictæ, iniunctionem ipsam, iuxta præsentis constitutionis seriem, de cætero per eos, qui earum expeditioni vacant, opportune cum præfixione termini prædicti, & decreto vacationis prædictæ, si non certificent, ampliari. Non obstantibus litteris licentiarum huiusmodi, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et ne de præmissis valeat ignorantia allegari, volumus quod venerabilis frater noster Rodericus Episcopus Portuensis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, præsentes literas in Quinterno Cancellariæ describi, & super præmissis pro quolibet petente, literas duplicatas De curia, per eandem Cancellariam expediri faciat, etiam sub Data tunc currenti. Volentes quod quoad hoc, sub singulis Datis, sub quibus literas ipsas duplicatas contigerit expediri, præsentes literæ censeantur innouaræ, & in illis contenta, totiens quotiens sub alia Data duplicabuntur, sub illa a nobis emanari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Quinto Calendas, Octobris, Pontificatus nostri anno octauo.

Et resignationes simpliciter, aut vere ex causa permutationis fieri debent.

Reuocat licentias resignandi beneficia sedi Apostolicæ reseruata vt hic.

Resignantes beneficia valoris vltra floren. 24. auri de Camera notificent vt hic.

Clausulę derogatoriæ.

Placet, publicetur, & describatur. L.

Lecta & publicata fuit suprascripta const. Romæ in Cancellaria apostolica die Iouis sexta mensis octobris, anno Incarnationis Domini, millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Pont. Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Innocentij diuina prouidentia Papa VIII. Anno octauo.

XIIII.

Contra Impedientes executionem literarum Mandatorum siue Rescriptorum Apostolicorum.

Confirmatur & ampliatur infra per Leon. X. constit. 26. in supremo. Clem. 7. constit. 42. Romanus. & Greg. 13. constit. 24. Ad Romani. & ibi not.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

OFFICII Nostri debitum, quo sumus vniuersis nostræ curæ creditis, in iustitia debitores, exigit, & ad hoc potissimum nos inducit, vt huius sanctæ sedis Apostolicæ auctoritatem, & honorem præseruemus, ac opportunæ prouisionis remedia etiam adhibeamus, per quæ ius suum quisque consequi valeat, & iniu-

stitiam exquisitia vijs, & à canonibus damnatis modis, conculcare satagentium malitijs obuietur, transgressoresque debitis afficiantur pœnis, vt à similibus abstinere discant, & alij, si non virtutis amore, & iustitiæ zelo inducti, saltem formidine pœnæ perterriti, talia committere non præsumant. Sane multorum clamoribus, & fide dignorum relatione (non sine maxima mentia nostræ perturbatione) accepimus, quod sæpissime contingit, & quodammodo in quandam consuetudinem, seu potius abusum deductum est, vt cum aliqui ad Romanam Curiam (ad quam, vtpote communem omnium patriam, ea omnibus mundi partibus cofluere soliti sunt, pro iustitiæ complemento, in causis potissime ad forum ecclesiasticum pertinentibus, consequendo) accedunt, &

Causæ istius cõst.

causas in eadem curia, palatij Apostolici causarum auditoribus, seu alijs iudicibus, contra eorum aduersarios committi, & citationes ad partes, vt moris est, & styli antiquitus in eadem Curia obseruati existit, decerni obtinuerunt; hi contra quos huiusmodi citationes executioni mandari debent, ad iudicia secularia, & alias vetita, Principesque & potentatus seculares recursum habentes, tam personis sic agẽtibus, quam notarijs publicis, & alijs, etiam quibuscunque Cursoribus nostris, huiusmodi citationes exequi volentibus, per principales, seu iudices, & officiales seculares huiusmodi, sub formidabilibus pœnis inhiberi & præcipi procurant & faciunt, ne illas exequantur, & vt iam factas executiones reuocent, seu saltem etiam iuramento astringi, quod de executionibus huiusmodi relationes non faciant, aliasque ne huiusmodi executiones fiant, diuersimode impediunt; & quandoque clerici, quibus in beneficijs ecclesiasticis ius competit, beneficia ipsa ad suorum aduersariorum instantiam resignare, & illa ius nullum habentibus dimittere compellantur; Notarij vero, seu tabelliones publici, & aliæ personæ ecclesiasticæ, plus temporalem, quam æternam pœnam metuentes, de huiusmodi citationũ executionibus, & inhibitionibus seu impedimentia circa illas præstitis, etiam in virtute per eos in ipsorum creatione ad notariatus siue tabellionatus officium præstiti iuramenti, ab his, quorum interest, requisiti, metu pœnarum temporalium huiusmodi, instrumẽta publica desuper conficere, & in publicam formam tradere, aut de his se rogatos facere non audent; ex quo iustitia perit, seu saltem retardatur, beneficiaque ecclesiastica multoties absque titulo canonico detinentur occupata; mandata vero Apostolica contemnuntur, & auctoritas Sedis prædictæ vilescit, libertasq; ecclesiastica conculcatur. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo possumus, huic morbo, ne vlterius inualescat, opportunam medelam adhibere, auctoritate Apostolica, hac nostra perpetua constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes, & singulæ personæ, tam seculares, quam regulares, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & præeminentiæ, seu ordinis existant, contra quas in eadem Curia causæ, quæ in illa tractari consueuerunt seu possunt, de iure vel consuetudine commissæ sunt, vel in futurum, tam per appellationem, seu deuolutionem ad illam, aut alias quomodolibet committerentur, & quæ citationes huiusmodi in vim

Impedientes executionẽ mãdatorũ Apostolicorũ eorumque fautores &c. pœnis hic descriptis innodat.

commissionum Apostolicarum decretas, vel decernendas, aut quæuis alia mandatã, seu rescripta Apostolica, iustitiam vel gratiam continentia, quominus iuxta illorum tenorem executioni demandentur, per se vel per aliũ seu alios, directe vel indirecte, quouis quæsito colore impedire, aut impediri facere, seu clericia vt beneficia ecclesiastica renuncient, aut iuri in illis sibi competenti cedãt, vel vt a prosecutione causarum, & iurium huiusmodi desistant, mandari facere præsumpserint, aut pro illis impediendis, & renunciandis, ad principes seu officiales seculares, publice vel occulte, per se vel alium, quouis quæsito colore recursum habuerint, causam perdant, & omne ius tam in petitorio, quam possessorio, in re vel ad rem de qua agitur, eis competens, eo ipso amittant, & ad beneficia sic renunciata obtinendum inhabiles existant. Aliæ vero personæ ecclesiasticæ, seu etiam seculares, quas causa huiusmodi non tangit, executionem citationum huiusmodi, aut aliorum quorumcunque mandatorum, seu rescriptorum, & prouisionum apostolicarũ, vt præmittitur, impedientes, aut impedientibus huiusmodi, auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præstantes, cuiuscunque conditionis vel præeminentiæ existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, a qua (præterquam in mortis articulo constituti, & satisfactione præuia) ab alio quam a Romano Pontifice pro tempore existente, & canonice intrante absolutionis beneficium nequeant obtinere; Notarij vero, siue tabelliones publici prædicti,

Notarijsque recusantibus dare instrumenta executionis multas pœnas imponit.

qui de executionibus citationum & mandatorum, ac prouisionum huiusmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requisiti fuerint, instrumenta publica desuper ad instantiam interesse habentium, seu interesse prætendentium (satisfacto tamen de congruo salario) conficere recusauerint, periurij reatum incurrant, ac executionem officij tabellionatus amittant, fiantque infames eo ipso, & eorum instrumentis siue scripturis publicis postmodum per eos super rogitibus postea factis, & conficiendis, donec ab huiusmodi reatu periurij absolutionem & infamiæ abstersionem obtinuerint, nulla fides in iudicio, vel extra adhibeatur. Et vt huiusmodi constitutio & statutum ad singulorum notitiam deducantur, vniuersis locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obediẽ-

Mandat ordinarijs vt hanc cõst. in ciuitatibus & eorum Eccles. publicari faciant.

tiæ præcipimus & mandamus, quatenus statutum & constitutionem nostram huiusmodi, per se vel alium seu alios, in eorum ecclesijs, vel ciuitatibus publicent, seu publicari faciant; ac constitutionibus huiusmodi copiã, cathedralium ecclesiarum valuis, ita quod verisimiliter ad singulorum notitiam peruenire valeat, affigi faciãt, Necnon pro tempore existenti curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, vt instante Procuratore Fisci nostri, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contra omnes & singulos etiam qualitercunq; prærogatiuatos, quos prædictas sententias & pœnas sibi incurrisse constiterit, eisdem sententijs, & pœnis illaqueatos tamdiu publice nunciet, & faciat ab alijs nunciari, ac vt excommunicatos ab omnibus arctius euitari, & nihilominus legitimis per eum desuper habendis seruatis processibus, sententias, & pœnas præfatas iteratis vicibus, aggrauare, auctoritate Apostolica procuret, donec ipsi sic excommunicati, absolutionis beneficium, satisfactione præuia, meruerint obtinere. Volumus autem constitutionem, & statutum huiusmodi, in Cancellaria Apostolica publicari, & in Quinterno Cancellariæ prædictæ, inter alias inibi descriptas constitutiones, annotari, & describi, ac post duos menses à die publicationis huiusmodi computandos, omnes absentes; præsentes vero in eadem Curia, post diem publicationis huiusmodi arctare, ac omnibus petentibus dari, & concedi eo

Clausulæ derogatoriæ.

modo, quo aliæ constitutiones de curia, concedi consueuerunt. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, & excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: quod quidem indultum, decernimus eis, quacunque auctoritate muniti sint, in hoc aliqualiter suffragari non posse, quo minus huiusmodi sententijs, & pœnis subiaceant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, præcepti, mandati, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

hoc

hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Octauo Cal. Februarij, Pontificatus nostri anno octauo.

Placet, publicetur, & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta bulla siue constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, Die vero vltima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Cristo Patris & D.N.D. Innocentij diuina prouidentia Papæ VIII. Anno octauo.

X V.

Ciues Romani non originarij tenentur ad soluendum Fidam Dohanæ Patrimonij sicut forenses.

Confirmatur hæc const. infra per Iul. 3. const. 58. cum inter. Et de hoc habes supra fol. 76. Pij 2. const. 4. circumspecta. & ibi notaui. & vide infra Gregor. 13. const. 46. decet.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM sæpe contingat nonnullos aduenas, & exteros siue forenses affectare, quærere, & impetrare non absque fauoribus, & intercessionibus, ciuilitatem & municipium Vrbis, & Ciues Romanos fieri, cupiditate quadam vt sub ciuilitatis prætextu, à iure Dohanæ ex eorum animalium Cameræ Apostolicæ debito, immunes fiant, & vt tanquam Ciues, & nō tanquā forenses soluere teneātur, in graue dictæ Cameræ præiudicium. Super his igitur prouidere intendentes, statuimus & decernimus per præsentes, vt omnes & singuli cuiuscunque status, gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, qui Ciues Romani fient, & ad iura ciuitatis & municipij ipsius Vrbis, licèt rite & recte ea nunc in antea suscipientur, quamuis dicto iure ciuilitatis gaudere censeantur, nihilominus teneantur, & debeant integre persoluere omnia iura debita ex Dohana Vrbis dictæ Cameræ Apostolicæ ex ipsorum animalibus quibuscunque, prout cæteri forenses ac cæteri soluunt ac soluere tenentur & obligantur: Decernentes ea nunc irritum & inane, quicquid per eos siue per alios quacunque auctoritate fungentes, in contrarium hactenus factum siue decretum sit, aut in posterum scienter vel ignoranter fieri siue decerni contigerit. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, decretis, priuilegijs, & consuetudinibus dictæ Vrbis, Apostolica vel alia quauis auctoritate vallatis, cæterisq; contrarijs, non obstātibus quibuscunque. Volentes & mandantes ordinationem, decretum, & mandatum nostrum huiusmodi, perpetuo obseruari, ac in libris publicis Statutorum Cameræ Vrbis, & ipsius Dohanæ ac Cameræ Apostolicæ, ad futuram rei memoriam registrari. Placet & ita mandamus. I.

Decretū irritās.

Clausulæ derogatoriæ.

Vidi hanc const. registratā in lib. Statut. Dohanæ fol. 19.

Hæc const. præsentata fuit in Camera Apostolica pro parte S.D.N. Papæ. Et registrata fuit lib. 2. Diuers. fol. 242.

A. de Viterbio.

X V I.

Contra non soluentes in festo SS. Petri & Pauli Apostolorum census R. Cām. Apostolicæ debitos.

Confirmatur & ampliatur infra per Gregor. XIII. const. 64. Ad Romani. vbi ponam concord.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem IESV CHRISTI in terris Vicarium, qui militanti Ecclesiæ præest, illius iura tueri, & conseruare illæsa: Sane, sicut accepimus, nonnulli in ciuitatibus, terris, castellis, fortilitijs, & locis alijs temporali dominio præfatæ Ecclesiæ subiectis, & in temporalibus Vicarij, Feudatarij, & Gubernatores, seu emphiteutæ perpetuo, & ad tempus deputati, constitutum censum in inuestituris & concessionibus quas de illo habuerunt, in festo beatorum Apostolorum Petri & Pauli de mense Iunij solui constitutū præfatæ Ecclesiæ soluere non curant, in animarum suarum periculum, & eiusdem Ecclesiæ detrimentum. Nos igitur qui alios in sua iustitia confouemus, nolentes præfatæ Ecclesiæ pro posse nostro iura negligere: Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, & certa scientia, Apostolica auctoritate monemus & requirimus eos & quemlibet eorum, vt censum & canonem quemcunque, quem pro factis eis seu eorum auctoribus concessionibus, Cameræ Apostolicæ soluere tenentur annuatim in illa celeberrima die qua huiusmodi census ipsi Cameræ generaliter solui consueuerunt, videlicet in festo Apostolorum præfatorum Cameræ Apostolicæ persoluant in loco dictæ Cameræ, vbicunque illa pro tēpore adesse contigerit. Monemus insuper & requirimus illos ex eis quibus concessum vel mandatum foret, aut pro tempore mandari contingeret, quod censum per eos debitum alicuius dictæ Cameræ creditoribus, aut alibi quam in dicta Camera soluant, seu ad soluendum vlterior dilatio data foret, vt per suos legitimos procuratores, & nuncios cum sufficienti mandato in eadem Camera in festo prædicto comparere, & se fore pro eisdē eis concessis ciuitatibus, terris, castris, fortilitijs, & locis feudatarios, vicarios, & gubernatores, siue emphiteutas pro dicta Ecclesia, & ad talis census solutionem ea die propterea dictæ Cameræ obligatos fateri, & recognoscere, ac causas quare in eiusdem census solutione cessant, ea die allegare & probare debeant coram prælatis, præsidentibus, & clericis dictæ Cameræ, sub pœnis in concessionibus eis factis huiusmodi appositis, & alijs à iure statutis. Alioquin eos cessantes in census, & canonis huiusmodi solutione, reputari & haberi debere perinde, ac si super illius solutione nil innouatum extitisset, eodem motu, scientia & auctoritate decernimus. Ac eisdem Prælatis & Clericis committimus & mandamus, vt illos qui monitioni huiusmodi paruisse coram eis non docuerint intra vnum mensem computandum post dictum festum, pœnas priuationis ciuitatum, terrarum,

Monet oēs vt soluāt debitos census R. C. Apost. in festo SS. Petri & Pauli.

Monetq; oēs quibus data est dilatio ad soluendū, vel commissum est vt alijs soluant, vt dicta die probent causas propter quas nō soluunt.

Et non docentes hanc monitioni paruisse pœnas priuationis incurrunt.

castrorum,

castrorum, fortilitiorum, & locorum huiusmodi iuxta suarum inuestiturarum, & concessionum tenorem incurrisse declarent, & eos a ciuitatibus, terris, castris, fortilitijs, & locis huiusmodi pro quibus censum non soluerunt, studeant effectualiter amoueri: Contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione postposita compescendo: Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque, seu si communitatibus, vniuersitatibus, vel personis præfatis, aut quibusuis alijs communiter vel diuisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes literas ad singulas prouincias, & alia loca deferre, & illas in eis publicare, volumus quod literæ ipsæ in valuis basilicæ principis Apostolorum de Vrbe affigantur, & per decem dies continuos, dum ibidem solemnis Missa celebratur, per canonicos eiusdem basilicæ teneantur, quodque illarum affixio & publicatio sic facta de illis perinde omnes quos concernunt, arctent, ac si eis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, requisitionis, decreti, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, vj. Non. Maij, Pontificatus nostri Anno Octauo.

Clausula derogatoriæ.

De Curia. B. de Ziliano.

Visa in Camera Apostolica An. de Viterbio Cameræ Clericus.

Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Indictione decima, die vero vigesimatertia mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Innocentij diuina prouidentia Papæ octaui, anno octauo, ac vigesimaquinta eiusdem mensis retroscripta bulla affixa, & publicata fuit in valuis basilicæ Apostolorum Principis de Vrbe, & in valuis audientiæ, dum ibidem missa solemnis celebraretur, & maxima gentis multitudo intrantium, & exeuntium ibi erat, per me Bartholomæum.

B. de Miranda Cursor.

Pont. supradictus obijt Romæ vij. Calen. Augusti 1492. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

ALEXANDER SEXTVS

Valentinus ex Familia Lenzolia siue Borgia Coronatus Romæ prid. Id. Septembris 1492.

I.

Concedit Ferdinando Regi & Elisabeth Reginæ &c. Insulas Noui orbis, vt ad fidem Catholicam inducant.

LEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Charissimo in Christo filio Ferdinando Regi: & charissimæ in Christo filiæ Elisabeth Reginæ Castellæ legionis, Aragonum, Siciliæ, & Granatæ, illustribus salutem & Apostolicam benedictionem.

INTER Cætera diuinæ maiestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum existit, vt fides Catholica & Christiana religio, nostris præsertim temporibus exaltetur, ac vbilibet amplietur & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac Barbaricæ nationes deprimantur, & ad fidem ipsam reducantur. Vnde cum ad hanc sacram Petri sedem Diuina fauente clementia (meritis licet imparibus) euecti fuerimus, cognoscentes vos tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales semper fuisse nouimus, & a vobis præclare gesta toti pene iam orbi notissima demonstrant, ne dum id exoptare, sed omni conatu, studio & diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisq; parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum, omnesq; conatus ad hoc iamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Diuini nominis gloria, facta testatur, digne ducimur non immerito & debemus illas vobis etiam sponte & fauorabiliter concedere per quæ huiusmodi sanctum & laudabile ab immortali Deo cœptum propositum in dies feruentiori animo ad ipsius Dei honorem, & imperij Christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus quod vos dudum animum proposueratis aliquas insulas & terras firmas remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & inuenire, vt illarum incolas & habitatores ad colendum Redemptorem nostrũ, & fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipsius regni Granatæ plurimum occupati huiusmodi Sanctum & laudabile propositum uestrum ad optatum finem perducere nequiuistis, sed tandem sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrũ, dilectum filium Christoforum Columbum, virum vtique dignum & plurimum commendandum ac tanto negocio aptum, cum nauigijs & hominibus ad similia instructis non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinatis, vt Terras firmas & insulas remotas, & incognitas huiusmodi per mare vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquiriret, qui tandem (Diuino auxilio facta extrema diligentia in mare Oceano nauigantes) certas insulas remotissimas & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant inuenerũt, in quibus quam plurimæ gentes pacifice viuentes, & vt asseritur nudi incedentes nec carnibus vescentes inhabitant, & vt præfati Nuncij vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insulis & terris prædictis habitantes credunt vnum Deum Creatorem in Cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum, & bonis moribus imbuendum

Ferdinãdus Rex & Elisabet Regina Regnũ Granatæ à Saracenis recuperarunt.

Et deinde Christophorum colũbũ cũ nauigijs elegerunt ad inquiren. per mare alias minime nauigatum Insulas incognitas.

Et inuentæ fuerunt quædã insulæ nouæ ut hic.

satis

satis apti videntur, spesque habetur quod si erudirentur, nomen Saluatoris Domini nostri IESV CHRISTI in terris & insulis prædictis fateretur, ac præfatus Christoforus in vna ea principalibus insulis prædictis, iam vnã turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iuerant, in custodiam, & vt alias insulas ac terras firmas, remotas & incognitas inquirirent posuit, construi & ædificari fecit, in quibus quidem insulis & terris iam repertis, aurum, auromata, & aliæ quamplurimæ res pratiosæ diuersi generis & diuersæ qualitatis reperiuntur, vnde omnibus diligenter & præsertim fidei Catholicæ eaaltatione & dilatatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum claræ memoriæ regum, terras firmas & insulas prædictas, illarumque incolas & habitatores vobis diuina fauente clementia subijcere, & ad fidem Catholicam reducere proposuistis. Nos igitur huiusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plurimum in Domino commendaotes, ac cupieotes, vt illud ad debitum finem perducatur, & ipsum nomen Saluatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quam plurimum in Domino & per sacri Lauacri susceptionem, qua mãdatis Apostolicis obligati estis, & viscera misericordiæ Domini nostri IESV CHRISTI attente requirimus, vt cum expeditionem huiusmodi omnino prosequi & absumere proba mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in huiusmodi insulis & terris degentes ad Christianam religionem suscipiendum inducere velitis & debeatis, nec pericula nec labores vllo vnquã tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis quod Deus omnipotens conatus vestros fæliciter prosequetur. Et vt tanti negotij prouinciam Apostolicæ gratiæ largitate donati liberius & audacius assumatis, Motu proprio non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ea certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes insulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas versus occidentem & meridiem fabricando, & construendo vnam lineam à Polo Artico scilicet Septentrione, ad Polum Antarticum, scilicet meridiem, siuæ terræ firmæ, & insulæ inuentæ & inueniendæ sint versus Indiam aut versus aliam quamcunque partem, quæ linea distet à qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupatur de los Azores y cabo verde, centum læucis versus occidentem & meridiẽ, ita quod omnes insulæ, & terræ firmæ repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ a præfata linea versus occidentem & meridiem per alium regem aut principẽ Christianum non fuerint actualiter possessæ vsque ad diem Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI proximi præteritum: à quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuntios & capitaneos vestros inuentæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei vobis in beato Petro concessa, ac Vicariatus IESV CHRISTI, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum Dominijs, Ciuitatibus, castris, locis, & villis, iuribusque & indictionibus ac pertinentijs vniuersis vobis, hæredibusq; & successoribus vestris (castellæ & legionibus regibus) in perpetuum tenore præsentium donamus, concedimus, & assignamus; vosque & hæredes ac successores præfatos illarum dominos cum plena, libera, & omnimoda potestate, auctoritate, & iurisdictione, facimus, constituimus, & deputamus, decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem, & assignationem nostram nulli Christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit vsq; ad dictum diem natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI ius quæsitum sublatum intelligi posse aut afferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (vt sicut pollicemini & non dubitamus pro vestra maaima deuotione & regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas & insulas prædictas viros probos & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos, ad instruendum incolas & habitatores præfatos in fide Catholica, & bonis moribus imbuendum destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes, Ac quibuscunque personis, cuiuscunque dignitatis, etiã imperialis & regalis status, gradus, ordinis vel conditionis sub eacommunicationis latæ sententiæ pœna quam eo ipso si contrafecerint incurrant districtius inhibemus, ne ad insulas & terras firmas inuentas & inueniẽdas detectas & detegandaa versus occidentem & meridiem, fabricando & construendo lineam à Polo Artico ad Polum Antarticum siue terræ firmæ, & insulæ inuentæ & inueniendæ sint versus Indiam aut versus aliam quãcunque partem, quæ linea distet à qualibet insularum quæ vulgariter nuncupantur de los Azores y Cabo verde, centum leucis, versus occidentem & meridiem vt præfertur pro mercibus habendis vel quauis alia de causa accedere præsumant absque vestra ac hæredum & successorum vestrorum prædictorum licentia speciali, Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicia, cæterisque contrarijs buibuscunque. In illo à quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes quod dirigente Domino actus vestros, si huiusmodi sanctum, & laudabile propositum prosequamini, breui tempore cum fœlicitate & gloria totius populi Christiani vestri labores & conatus exitum fœlicissimum consequentur. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca in quibus eapediens fuerit deferri, volumus, ac motu & scientia similibus decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarij rogati subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Ecclesiastica dignitate cõstitutæ seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis ea prorsus fides in iudicio & eatra ac alias vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceant hanc paginam nostræ commendationis, hortationis, requisitionis, donationis, cõcessionis, assignationis, constitutionis, deputationis, decreti, mandati, inhibitionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto nonas Maij, Pontificatus nostri anno primo.

In quibus repertæ fuerunt pretiosa diuersi generis.

Rex & Regina gentes illarum Insularũ ad fidẽ Catholicã inducere studebant.

Pont. ideo eis cõcedit Insulas & Terras firmas inuentas & inueniẽdas versus occidentẽ & meridiano vt hic vt inducens ad fidẽ catholicam.

Declarat non tollere ius quæsitum alijs Principibus.

Prohibet alijs accessum ad illas Insulas pro mercibus habendis absq; Reg. licentia.

Clausulæ derogatoriæ.

I I.

Innouatio & extensio constitutionis Six. 4. de Aedificijs & Iure congrui.

Declarationem istius materiæ ponam infra in Pij 4. const. 134. inter multiplices.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EA, quæ à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, suadentibus honestis causis, emanarūt, libenter nostræ approbationis munimine solidamus; vt eo firmius illibata perdurent, quo sæpius fuerint Apostolica auctoritate munita. Dudum siquidem à fe. rec. Sixto Papa IIII. prædecessore nostro, emanarunt literæ tenoris subsequentis videlicet Sixtus, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Et si de cunctarum &c.

Sixti 4. const. habes sup. fol. 103.

rum &c. Nos igitur, qui ad præfatam almam Vrbem nostram eiusque decorem & venustatem, tanto accuratius aciem nostræ considerationis extendere debemus, quanto illa caput est orbis, & Altissimus in ea sacerdotij principatũ, & Christianæ religionis caput instituit, ac sui Vicarij sedem (ad quam de vniuersis mundi partibus Christifideles in numero confluunt copioso) voluit collocari: cupientes, vt literæ prædictæ prædecessoris præfati, & in eis contenta, perpetuis futuris temporibus nostræ approbationis munimine solidata, firmius obseruentur; Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, etiam de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio pariter & assensu, literas prædictas, & in illis contenta, ac inde secuta quæcunque, auctoritate Apostolica, præsentium tenore approbamus, & plenum robur perpetuæ firmitatis obtinuisse, & obtinere debere, etiam quoad domos, palatia, ædificia, & alia bona immobilia, ac iura quæcunque in prædictis literis expressa, in dicta Vrbe, vel extra, aut prope eam ad miliaria decem consistentia, ea fructibus, prouentibus, & emolumentis officiorum quorumcunque curiæ prædictæ acquisita, & acquirenda in posterum, decernimus, & declaramus; & nihilominus potiori pro cautela, literas prædictas, motu, scientia, ac consilio, & assensu similibus, in omnibus & per omnia innouamus, & de nouo concedimus. Illas etiam ad quæcunque bona immobilia, etiam ea fructibus ecclesiasticorum beneficiorum, & officiorum prædictorum licite acquisita, ex testamento, ac etiam ab intestato ad dictos hæredes peruenientia, in dicta Vrbe, & eius suburbijs consistentia, ac etiam emphiteutica & feudalia extendẽtes: super quibus pariformiter, vt supra, obseruari perpetuo statuimus, & ordinamus; decernentes præsentibus, &

Innouatio & extẽsio dictæ cõst. Six. 4.

alijs literis prædictis per quascunque alias literas prædictas, quæ à nobis, & Sede prædicta forsan in posterum, etiam cum quibusuis verborum formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, & insolitis, ac etiam præsentibus, & alijs literis prædictis expresse derogantibus, etiam motu, scientia, ac consilio, & assensu similibus emanarent, derogari, & illis quorum interest, quouis modo præiudicari non posse. Et si vllo vnquam tempore quouis modo præiudicatum, & derogatum appareret, per literas, & derogationes prædictas, ius quæsitum, fuisse & esse ablatum censeri, & illas tãquam iuris quæsiti ablatiuas, nullas omnino esse decernentes; & sic per quoscunque iudices, & commissarios, etiam eiusdem S.R.E. Cardinales, & causarum pa-

Decretũ irritãs.

latij Apostolici Auditores, in quacunque instantia, sublata eis & cuilibet eorum quauis aliter interpretandi facultate, sententiari, diffiniri, & iudicari debere, Irritum quoq; & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et pro eorum omnium executione votiua, venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Ragusien. & Episcopo Ferrarien. ac dilecto filio Camerario nostro, necnon Præ-

Deputatio executorum.

sidentibus, & Clericis dictæ Cameræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, vbi, & quando, ac quotiens expediri putauerint, fuerintque desuper legitime requisiti, præsentes solemniter publicatas, faciant, auctoritate prædicta, inuiolabiliter obseruari: & illis, quos præmissa concernunt, & pro tempore concernent, desuper veracis defensionis præsidio assistentes, non permittant eos contra literarum prædictarum tenorem quomodolibet, quauis auctoritate, directe, vel indirecte molestari: cõtradictores per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescen-

Clausula derogatoriæ.

do, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos quotiens expedierit, iteratis vicibus aggrauare procurent: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ idem prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim à Sede prædicta indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non faciẽtes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo &c. nostræ approbationis, constitutionis, declarationis, innouationis, concessionis, extẽsionis, statuti, ordinationis, decreti, & mãdati infringere, &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, pridie Non. Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

III.

Ampliatio Iurisdictionis Magistrorum Viarum Vrbis.

Declarationem istius materiæ habes infra in Pij IIII. const. 134. inter multiplices. vbi notabo concord.

ALEXANDER Episcopus &c. Motu proprio &c.

VOBIS dilectis filijs Camillo de Benè in benè, Legum Doctori, & Petro Matutio, Romanis Ciuibus, Magistris ædificiorum & Stratarum Vrbis. De vestra integritate & diligentia non parum in Domino confidentes, vestram Iurisdictionem ac potestatem quam circa ædificia publica & priuata, ac super Stratis & Vijs, tàm publicis quàm priuatis, & Vicinalibus, in Vrbe & extra mænia Vrbis habetis, adhuc ampliare & magis extendere volentes: Statuimus quòd in omnibus causis contra omnes, tàm Laycos quã

Facultas Magistrorum in procedendo.

Clericos, etiam ad pia loca & Ecclesias, ac Monasteria pertinentes, ad quorumcunque petitionem, seu querelã, siue ad denunciationem, & ex vestro mero officio, non solum summariè, simpliciter, & de plano, sicut hactenus secundum veteres constitutiones, & prædecessorum nostrorum Decreta (quæ omnia quò ad prædictam formam procedendi ex certa scientia nostra, ac nostræ Sedis Apostolicæ auctoritate, approbamus & cõfirmamus) procedere possitis & valeatis, & per solam ipsorum locorum inspectionem, examinatis testibus in loco, & par-

In causis Clericorum interueniat Vicarius Vrbis cum Magistris in decidendo, si petitũ fuerit.

tibus præsentibus illas terminare & diffinire, sed etiam per viam Præceptorum & Mandatorum pœnaliũ, similiter procedere, & contra inobedientes & contumaces ad exequutionem dictorum mandatorum & pœnarum, in eis comminatarum, pro vestro arbitrio deueniri valeatis. Ita tamen quod in causis Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum, si petitum fuerit, in decidendo tãtùm, Venerabilis Frater noster in Spiritualibus Vicarius, vel eius Locumtenens interuenire possit, & debeat. Concedimus præterea, vt in omnibus causis prædictis, præsentibus, & futuris, tàm inceptis, & pendentibus, quàm etiam inchoandis, cuiuscunque æstimationis & qualitatis fuerint, absque alio Consultore siue Assessore, nisi specialiter & expressè ab aliquo ex litigatoribus petatur, ac terminationem ad diffinitionem, & sententiarum promulgationem, similiter procedere & deuenire va-

teatis: Veteri Statuto disponente quod in causis excedentibus summam vigintiquinque librarum consultor eliga, vel cum consilio Assessoris per Magistros deputandi, terminari debeant, non obstante: Quod etiam perpetuò obseruari volumus quotiens contingat iuris peritos in eo officio deputari. Amplius etiam vobis concedimus, vt poenas omnes pecuniarias, per vos imponendas, siue exigendas, in operibus publicis, & viarum lateribus sternendarum, siue in eorum instauratione, quarū domos sedi contingerit, distribuere, & conuertere, & non in alios vsus possitis & debeatis. Cæterum, cum sæpe numero contingat, in causis mercedum debitarum, magistris, qui, ad opus sternendarum lateribus stratarum, vel ad domorum pro ornamento Ciuitatis dirutarum instaurationē, seu refectionem adhibentur, & in alijs causis publicum interesse concernentibus, à vestris decretis vel sententijs appellari, hac præsenti nostra ædictali constitutione perpetuò valitura decernimus, quòd omnes appellatio num huiusmodi causæ, quæ summam vigintiquinque ducatorum non excedunt, tam præsentes, quam pendentes, & futuræ, siue coram ordinarijs iudicibus, siue commissarijs, tam laycis, quam Ecclesiasticis agitentur, infra vnū mensem, à die quo præsens constitutio intimata fuerit, quò ad causas pendentes, vel quo ad alias appellationes introducendas, à die præsentatæ appellationis incohandum, finiri & expediri debeant, alias desertæ ipso iure, & ipso facto remaneant, & ad vos reuoluantur: Ita quod absque alia declaratione, super desertione, vel remissione causæ fienda, quacunque inhibitione non obstante, ad effectualem exequutionem super iudicatis in dictis causis procedere valeatis, omnibus alijs appellationibus penitus & omnino reiectis. Decernentes irritas & inanes quascunque commissiones in contrarium fiendas, in quibus expressa mentio huiusmodi constitutionis non fieret, etiam si illi, per nos fuerit expresse derogatum. Quæ omnia in statutorum vestrorum volumine inseri, & inserta pro statutis perpetuò obseruari iubemus, constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, legibus imperialibus, statutis Vrbis, ampliora fatalia in dictis causis præbentibus, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Assessoris vocā detur, si petatur.

De pœnarū applicatione.

De tempore prosequendi causas appellatio.

Clausula derogatoria.

Placet D.N. Papæ, & ita mandat. Io. Card. Alexandrinus.

IIII.

De inuentione tituli Crucis D.N. IESV CHRISTI in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem de Vrbe, & de Indulgentijs concessis visitantibus dictam Ecclesiam.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

ADMIRABILE sacramentum viuificæ Crucis, cuius signum erit in cœlo, dum Dominus ad iudicandum venerit, intra nostræ mentis arcana reuoluentes, & pia consideratione pensantes, quod in ligno eiusdem sanctissimæ Crucis Dominus noster Iesus Christus pro humani generis salute mortem subire non abnuit, vt nos de morte ad vitam reuocaret, dignum immo potius debitum reputamus, Ecclesias & loca sub ipsius sanctissimæ Crucis nomine dedicata, & præsertim in Vrbe consistentia, gratiosis indulgentiarum & remissionum muneribus decorare, vt per hoc & tanti sacramenti iugis memoria in mentibus Christi fideliū permaneat, & ipsi Christi fideles, ipsius Domini gratia eos præueniente, fœlicitatis præmia consequi mereantur æterna. Cum itaque nuper, videlicet anno a Natiuitate eiusdem Domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, vltima Dominica mensis Ianuarij, dum bo.me. Petrus tt. S. Crucis in Hierusalē Cardinalis, qui tunc in humanis agebat, eandem Ecclesiam digno ornatu reparari faceret, in altiori pariete testudinis dictæ Ecclesiæ repertus fuerit titulus Hebraicis, Græcis, & Latinis literis conscriptus, & qui supra caput ipsius D.N. Iesu Christi, dum in ligno eiusdem S. Crucis pendebat, appositus extitit, & ipse Titulus nunc in eadem Ecclesia debita cum veneratione obseruetur, & custodiatur: Nos in Cruce huiusmodi sancta cum Apostolo gloriantes, & satagentes alios ad glorificationem ipsius inuitare, vt vitalis ligni pretio vitæ æternæ suffragia consequantur: ac cupientes, vt Ecclesia prædicta (quæ nunc titulus dilecti filij nostri Bernardini eiusdem Ecclesiæ Sanctæ Crucis in Hierusalem presbyteri Cardinalis existit) congruis frequentetur honoribus, & ipsi Christifideles eo libentius deuotionis causa ad eandem Ecclesiam confluant, quo ex hoc ibidem, dono cœlestis gratiæ vberius conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, vere pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesiam ipsam in vltima Dominica mensis Ianuarij cuiuslibet anni, à primis vesperis vsque ad occasum solis ipsius Dominicæ, deuote visitauerint, annuatim omnium peccatorum suorum remissionem, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & elargimur, præsentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam Ecclesiam, aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum duratura, eadem die per nos concessa fuerit, præsentes literæ nullius sint roboris vel momenti. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, quarto Cal. Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

Anno 1492. in Eccl. S. Crucis in Ierusalē de Vrbe inuentus fuit titulus Crucis.

Indulg. omnium peccatorū concessa visitantibus dictam Eccl. vltima Dominica Ianuarij.

V.

Declaratio quod quilibet teneatur ad soluendum fidam Dohanæ Patrimonij; Et quod Domini tenutarum consistentium infra limites Dohanæ, Dohanerijs & non alijs absque eorum licentia vendant pascua &c.

De hoc habes sup. fol. 76. Pij 2. const. 4. & fol. 80. const. 7. & fol. 133. Innoc. 8. const. 15. cum sæpe. & in dictis locis ego notaui.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta ad ea libenter intendit, per quæ indemnitati Cameræ Apostolicæ debite prouidentur, & inter cæteras curas quas assidua mente reuoluit, illa nō minus vrgens existimatur, vt eiusdem Cameræ introitus seruentur illæsi, ipsaque Camera Apostolica quotidianas impensas & onera grandia pro Romanæ Ecclesiæ statu conseruando quotidie incumbentia ha-

Pij 2. const. habes sup. fol. 76.

bear facilius tolerari. Dudum siquidem fel. rec. Pius Papa Secundus prædecessor noster volens pluribus damnis, quæ dictæ Cameræ circa fructus, & introitus Dohanæ Patrimonij subsequebantur obuiare, ipsiusq; Cameræ indemnitati prouidere, omnes & singulos tam de prædicto Patrimonio quam alijs quibuscunque prouincijs, Ciuitatibus & locis quæcunque, & qualiacunque, & quotiescunque animalia sua tunc in futurum in Dohana huiusmodi alijsque pascuis in dicta prouincia Patrimonij consistentibus pascuantes teneri & obligatos fore pro animalibus prædictis debitum dictæ Cameræ iuxta morem & ordinē ipsius Dohanæ, integre persoluere, per quasdam eius literas declarauit. Et deinde omnibus & singulis Communitatibus, Populis, Vniuersitatibus, Baronibus, Comitibus, Dominis, Nobilibus, & particularibus personis tunc præsentibus & futuris cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis, aut dignitatis forent tam clericis quam laicis, & Capitulis, Collegijs, & quibusuis alijs vniuersitatibus sub interdicti in communitates, & excommunicationis in particulares personas, necnō mille florenorum auri de Camera, & perditionis animalium dictæ Cameræ applicandorum per quamlibet communitatem, Populum, Vniuersitatem, Collegium, Capitulum, & quemlibet Baronem, Comitem, Dominū, & quamcunque particularem personam Ecclesiasticam vel secularem, quæ & qui contrafecerint, pœnis, quas contrafacientem totiens ipso facto incurrere, & ab eo exigi voluit quotiens contrafactum foret,

Pius 2. hoc præcepit sup. fol. 80. const. 7. inter.

Et de cætero non possent nec deberent vendere aut quouismodo alienare alicui personæ, Cōmunitati, Collegio, & vniuersitati aliquid de pascuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad se pertinentibus, & infra limites Dohanæ prædictæ consistentibus, nec in eisdem aut eorum aliquo introducere, aut fidare aliquod genus animalium ad pascuandum. Et similiter sub pœnis huiusmodi ne aliqua ex præfatis pascua, tenutas, bannitas, & herbatica prædicta in toto, vel in parte, per se, vel alium seu alios, quouis quæsito colore, emere, aut aliquod genus animalium in eisdem introducere, vel tenere audeant vel præsumant sine Dohanerij, seu Dohaneriorum existentium pro tempore expressa licentia, sed sub eisdem pœnis omnia & singula pascua, tenutas, bannitas, & herbatica huiusmodi Dohanerio seu Dohanerijs præfatis pro Camera Apostolica, & in vsum & vtilitatem Dohanæ pro iustis & rationabilibus precijs vendere & conducere deberent & tenerentur, Necnon omnibus Communitatibus, Vniuersitatibus, Populis, Baronibus, Dominis, Comitibus, particularibus personis, Gubernatoribus, Rectoribus, Potestatibus, Capitaneis, Armigeris, Conductoribus, Barisellis, Vicarijs, & alijs officialibus tunc & pro tempore existentibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis forent, sub interdicti in cōmunitates, & excōicationis hmōi in particulares personas, & centum florenorum in quemlibet Cōmunitatū, Baronū, Comitū, & Nobilium, 25. florenorum similium in quemlibet officialium prædictorum. Qui cōtrafecerint pœnis totiens quotiens cōtrafactū foret, similiter ipso facto incurrēdis & exigēdis, ita quod per Cōitates, Thesaurarios, Rectores, Camerarios, Dohanerios, & alios officiales ad quos pertineret, sub singulis pœnis non paren. officialium hmōi pœnas ex eorum persoluen. salarijs debeant omnino retinere, & ad omnem requisitionē Dohanerij seu Dohaneriorum seu suorū factorum & ministrorum, ac cuiuslibet ipsorum tenerentur & deberent in omnibus & singulis præmissis eis assisten. consilijs auxilijs & fauoribus opportunis, cum potestate in executionibus contra communitatem, & particulares personas cuiuscunque status vel conditionis forent, occasione dictæ Dohanæ facien. in omnibus & per omnia tāquam eidē Prædecessori parerent, & intenderent, per diuersas alias suas literas auctoritate Apostolica inter cætera præcepit & mandauit. Conceden. nihilominus Dohanerio seu Dohanerijs pro tempore existentibus hmōi ad executionem pœnarum prædictarum contra omnes & singulos prædictos qui quomodolibet contrafecerint proceden. & eos, si seculares forent, in personis & bonis, clericos vero & ecclesiasticas personas in bonis duntaxat aggrauandi, & vijs omnibus ac remedijs opportunis ad satisfactionem pœnarum incursarū compellen. & astringen. omniaque alia & singula in præmissis necessaria & opportuna agendi, gerendi, mandādi, ordinandi, disponendi & exequendi, auctoritate prædicta plenam & liberam facultatem.

Pauli 2. cōst. habes sup. fol. 87. Sixt. 4. const. hic non habe. Inn. 8. const. habes sup. fol. 113.

Et successiue piæ mem. Paulus II. & Sixtus IIII. ac Innocentius Octauus etiam prædecessores nostri volentes præmissa omnia & singula perpetuo firmiter obseruari, ea omnia & singula per eorum literas approbarunt & ratificarunt, prout postea nos per alias nostras literas in forma Breuis approbauimus & ratificauimus, prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Illius Pont. literas hic non habes.

Cum autem sicut nuper ad aures nostras non sine graui animi displicentia peruenit ab aliquo tempore citra non nulla ex pascuis, tenutis, bannitis, & herbaticis prædictis, alijs quam Dohanerijs qui pro tempore fuerunt absque eorum licentia vendita, & diuersimode alienata & concessa, in mandatorum Apostolicorum contemptum, dictæque Cameræ præiudicium non modicum & grauamen. Nos attendentes exinde prædictæ Cameræ fructus & introitus plurimum lædi, & quod dicta Camera animalia in Dohanæ hmōi

Causa illius cōst.

limites venientia fidat, & ab omni Gabellæ passus, & alicuius alterius oneris solutione liberat, eaque per nostra & Romanæ Ecclesiæ tenimenta & terminos, etiam mediantibus officialibus nostris & dictæ Cameræ libere venire & redire facit, plura in triplum animalia quam alias ventura fuissent ad Dohanæ huiusmodi limites veniūt, & propterea pascuorum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum prædictorum domini pro illis multo maiora precia quam alias consequerentur à præfatis Dohanerijs recipiant, iustitiæque & honestati conuenire, vt ipsi qui ab eadem Camera, & illius medio & opera in præmissis plurima commoda & vtilitates consequuntur, eidem Cameræ ad ea commodius continuan. & conseruan. aliquam commoditatem afferant, mandataq; & ordinationes hmōi ne dum in dictæ Cameræ, cuius introituum indemnitatem dictæ S.R.E. Cardinales procurare & conseruare tenentur, sed etiam in communem vtilitatem cedere, quodque eadem Camera sub mandatis & ordinationibus huiusmodi contrarijs consuetudinibus ac quibusuis personis priuilegijs concessis & indultis, quæ ex tūc reuocauit, nequaquā obstantibus, Dohaneriorū prædictorum cōcessia, & ad eorū obseruationē obligata

Has literas hic non habes.

extitit, prout in instrumento super hoc cōfecto, ac per alias nostras sub hmōi forma literas confirmato plenius cōtinetur, volentesq; super his opportune prouidere, ac fructus & initij ortus Cameræ hmōi, quātū iuste & debite possumus, illæsos præseruare vt tenemur, Motu proprio non ad aliquorū nobis super hæc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac certa scientia omnes & singulas literas prædictas ac prout præmissa omnia concernunt, & singula in eis contenta auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & innouamus, eaque volumus inuiolabiliter obseruari. Mandantes omnibus & singulis Communitatibus, Vniuersitatibus, Populis, Baronibus, Nobilibus, Dominis, Capitaneis, Collegijs, & alijs personis tam ecclesiasticis quam secularibus, ac pascuorum, tenutarum, bannitarum, & herbaticorum huiusmodi dominis quibuscunque præsentibus & futuris, cuiuscunque status, ordinis, gradus præeminentiæ vel conditionis existant, & quacunque dignitate præfulgeant, sub eisdem pœnis, vt aliqua earum & præsertim S. Salutoris &

Confirmat cōsti tutiones prædecessorum supradictorum.

Antrals

Antrair, omnia della Corqueta montis Romani Campi maioris, ac duas Bannitellas Ciuitellæ Armenæ Siluæ Communis viam, Monte Cani, & Montem Sanctæ Mariæ de Magnoratorum, Quartorum della Cariarella, Arcimonticelli Salteueno de Monte Dolito, tracim Tertiarum montis alti, ac omnia alia & singula pascua, Tenutas Bannitas, & herbatica in fidæ Dohanæ huiusmodi limites cõsistentia pro iustis rationabilibus & consuetis prætijs huiusmodi Dohanerio seu Dohanerijs præfatis iuxta Pij prædecessoris huiusmodi literarum formam, & nõ alijs absque eorum licentia vendere & concedere. Et nihilominus quia nonnulli ex pascuarum, tenutarũ, bannitarum, & herbaticorum dominis huiusmodi animalia forsan habent, vel in posterum habebunt, quæ in eorum pascuis, & tenutis tenere & pascuare forsan volent., ne eis animalium & pascuorum suorum huiusmodi industria interdicta videatur, volumus & eadem auctoritate ordinamus, quod soluendo Dohanerio seu Dohanerijs pro tempore existentibus tantum pro suorum animalium huiusmodi fida, quantum Dohanerius seu Dohanerij prædicti eis pro herbis suorum pascuorum & tenutarum soluere vellẽt, ita quod non minus pro fida, quam pro herbis huiusmodi iuxta consuetudinem dictæ Dohanæ persoluerent, prædicta eorum pascua, & tenutas, (illis quæ prædictæ Cameræ sub certa annua pensione seu solutione obligati existũt, quæ ab huiusmodi obligatione aliquomodo eximere non intendimus, duntaxat exceptis) ad pascuandum eorum animalia prædicta retinere possint. Inhibemus insuper modo & forma præmissis, & singulis supradictis sub eisdem pœnis respectiue, quas contrafacientem quemcunque quotiens id fecerit, similiter eo ipso incurrere volumus, ne aliqua animalia per limites Dohanæ huiusmodi absque solutione dictæ fidæ conducere aut transiri facere quoquomodo præsumãt. Mandantes postremo omnibus & singulis Rectoribus, Gubernatoribus, Potestatibus, Capitaneis, Vicarijs, Armigeris, Conductoribus, Barisellis, & alijs officialibus quibuscunque vbilibet constitutis & in posterum constituẽdis, cuiuscunque status, gradus, vel conditionis fuerint, sub prædictis ac suorum Officiorum priuationis pœnis quotiescunque contrafactum fuerit eo ipso incurren. & exigen. & ea eorũ salarijs huiusmodi retinen. vt præfertur quantum eisdem Dohanerijs, eorumque nuncijs, rectoribus, & ministris, ac eorum cuilibet io omnibus & singulis præmissis assistere, parere, & intẽdere procurent, iuxta literarũ Pij prædecessoris huiusmodi continentiã, & tenorem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus Cõmunitatum, Vniuersitatum, Collegiorum, Capitulorum & locorum aliorum quantumcunque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnõ quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus supradictis, & alijs omnibus & singulis aliorum pascuorum tenutarum bannitarum & herbaticorum huiusmodi dominis præsentibus & futuris, necnon Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, religiosis, & alijs pijs locis & personis tam ecclesiasticis quam secularibus quibuscunque, cuiuscũque status, gradus, conditionis, & præeminentiæ ipsæ personæ existant, etiam si Archiepiscopali, Episcopali, dignitatibus, ac Cardinalatus honore præfulgen. communiter vel diuisim quomodocunque omni intuitu & consideratione sub quibuscunque verborum formis & cum derogatoriorum derogatorijs & alijs fortioribus eo insolitis clausulis concessis & in posterum concedendis, etiam si in illis caueatur expresse quod eorum pascua tenutæ bannitæ & herbatica infra limites Dohanæ huiusmodi consisten. quibuslibet personis etiam absque dictorum Dohaneriorum licentia locari vendi, & quouismodo concedi, & per illorũ cõductores, emptores & alios quoscunque recipi & retineri, necnon quorumcunque animalia ad eorum libitum pascuare libere & licite possint, quibus omnibus, etiam si de illis eorũque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis specifica expressa indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idẽ importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, etiam si da illis nullatenus aut nisi sub certis modis, formis, expressionibus inibi expressis, & eorum quorum interest expresso consensu derogari posse, & etiam si consistorialiter emanata fuissent, illis alias in suo robore permansuris, quo ad præmissa duntaxat, motu & scientia similibus specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernẽtes præterea præsentibus, nisi de illis eorũque totis tenoribus ac prædecessorum nostrorum nominibus & singulis ab eis super hoc emanatis literis (quas nos pro complemento contractus concessionis Dohanæ huiusmodi ad quod dicta Camera obligata existit, præmissa omnia & singula approbamus & innouamus) plena specifica & expressa indiuiduaque mentio nõ autem per clausulas generales idẽ importantes mẽtio facta sit, per quascunque literas quibusuis personis etiam ex quibuscunque causis & considerationibus concessis nullatenus derogari posse. Irritum quoque & inane &c. Nulli ergo omnino hominum liceant &c. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, vj. Cal. Nouembris, Pontificatus nostri anno quinto. Ex lib. 27. Bullarum. fol. 125.

Præcipit dominis pascuorũ exi stentiũ inf. limites Dohanæ, vt Dohanerijs & nõ alijs sine eorũ licentia illa vẽdãt vt hic.

Limites autẽ Dohanę bene declarantur iussu per Greg. xiij. const. 69. Romanum.

Declaratio quo ad Dominos pascuorũ qui habent animalia, & ibi pascere volũt.

Oẽs faueãt Dohanerijs & eorum Ministris.

Clausulę derogatoriæ.

Huic cõst. nõ cẽseatur derogatũ nisi vt hic.

Hanc cõst. vidi registratã in lib. Stratt. Dohanæ fol. 20.

Decretũ irritãs.

Defectus istius cõst. supplet inf. Iul. 3. const. 37. cum sicut.

V I.

De solutione censuum feudorum canonum &c. Sedi & Cameræ Apostolicæ debitorum.

De hac materia vide sup. fol. 139. Innoc. 8. const. 16. decet. & infra Greg. xiij. const. 64. Ad Romani. vbi notabo.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs vniuersis, Vicarijs, Feudatarijs, Gubernatoribus, censuarijs, fictuarijs, emphiteotis, siue administratoribus ciuitatum, terrarum, castrorũ & bonorum S.R.E. quacunque dignitate fungentibus, Salutem & Apost. benedict.

CVM ex relatione dilecti filij Mariani de Cruinis Fisci nostri & Cameræ Apostolicæ Procuratoris intellexerimus quamplures ex vobis in solutione iurium, regalium, censuum, feudorum, canonum, emphiteoticorum, taliarum, perpetuarumque responsioonum per vos eisdem Ecclesiæ & Cameræ debitorum quamplu ribus annis contra iuramenta per vos in inuestituris vestris præstita, ac formas & tenores ipsarum inuestiturarum & concessionum, iurisque dispositionum, speciallesque monitiones per alias literas nostras per nos vobis factas in terminis statutis & consuetis cessasse & cessare, in graue dictæ Cameræ præiudicium & detrimentum, sub prætextu etiam aliquando quod nonnulli ex vobis prætendunt se creditores dictæ Cameræ, & compensationes

tiones licet contra iuris dispositionem facere nituntur: Nos qui aliena iura tuemur, nolentes iura dictæ Ecclesiæ & Cameræ negligere, omnemque disceptationis materiam summouere intendentes, ut in terminis solutionis debitorum huiusmodi nullus vestrum dilationem aut compensationem, vel excusationem allegare præsumat, vos & quemlibet vestrum cuiuscunque dignitatis, status, gradus & præeminentiæ existat, tenore præsentiũ sub excommunicationis, ac omnis iuris Vicariatus Gubernij & feudorum siue censuum, & emphiteoticorum bonorum quam huiusmodi a dicta Sede siue Cam.Apost.quomodolibet Concessorum priuationis pœnis quas ex nũc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc in vos & quemlibet vestrum, nisi monitionibus & mandatis huiusmodi cum effectu parueritis, ferimus in his scriptis, illasque vos inuicem volumus ipso facto (alijs pœnis tam a iure communi quam in literis inuestiturarum vestrarum contra vos promulgatis, nihilominus in suo robore permansuris) monemus & requirimus, quatenus de omnibus & singulis iuribus, regalibus, censibus, talleis, & feudorum, censuum canonum, emphiteoticorumque, & bonorum quorumlibet a dicta Ecclesia obtinet, per vos & quemlibet vestrum hactenus dictæ Cam.debitis, infra vnius mensis spatium a die publicationis præsentiũ computan. dictæ Cam.persoluisse, de debendis vero in futurum in vigilia aut die festiuitatis beatorum Petri & Pauli Apostolorum successiue singulis annis, ut moris est, alijs suis terminis iuxta Apostolica & dictæ Cameræ instituta eidem Cameræ depositario pro tempore existenti, vbicunque Cameram Apostolicam adesse contigerit, satisfecisse debeatis, & vnusquisque prout debitor existit, debeat. Alioquin aduenientibus festiuitate & termino solutionis huiusmodi contra omnes & singulos soluere cessantes ad declarationem incursus pœnarum & censurarum, ac priuationis prædictarum, illarumque debitam executionem per dilectum filium nostrum Raphaelem S.Georgij ad velum aureum diaconum Cardinalem Camerarium nostrum, siue etiam in dicta Camera Locumtenentẽ, ac dilectos filios præsidentes clericos dictæ Cameræ procedatur iustitia mediante, quibus ex nunc tenore præsentium committimus, & mandamus, ut aduenientibus festiuitatibus & terminis solutionum huiusmodi vobis & quolibet vestrum soluere cessantibus absque aliqua alia monitione, requisitione, citatione, seu dilatione contra vos & quemlibet vestrum qui in solutionem huiusmodi censuum feudorũ talliarum canonum & responsionum cessauerint, ad declarationem incursus dictarum pœnarum & cẽsurarum ecclesiasticarũ illarumque aggrauationem, reaggrauationem & interdictum ecclesiasticum & brachij secularis inuocationem ac represalias priuationesque iuris vicariatus, gubernij, feudorum & bonorum prædictorum vobis & cuicunque vestrum quomodolibet competentis ac alias iuris remedia opportuna, declarationemque deuolutionum ciuitatum, castrorum, terrarum & bonorum huiusmodi ad dictam Ecclesiam vsque ad debitam executionem instante dicto procuratore procedere debeant. Decernentes quoque circa præmissa nullam compensationem etiã non solutorum stipendiorum aut aliam præterquam solutionis exceptionem admitti, nec soluere cessantes quouis modo excusari vel releuari, nec censuum, feudorum, talleatum seu aliorum iurium Cameræ prædictæ per vos debitorum vel debendorum solutionem & exactionem retardari debere. Volumus autem has originales nostras literas in valuis Basilicæ beatorum Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ audientiæ causarũ Palatij Apostolici, & Campo Flore affigi, & in audientia publica literarum contradictarum trina vice diuersis diebus legi ita ut omnibus tanquam publicum edictum pateant, ac in ipsa Camera huiusmodi publicationis debitam relationem per duos nostros & Romanæ Curiæ Cursores fieri decernentes vos præmissorum Cameræ debitores præsentes & futuros qui citra montes post duos menses, qui vero vltra montes fuerint post quatuor mẽses à die publicationis computan. vigore earundem literarum modo præmisso publicatarum arctari atque ligari ac si huiusmodi originales literæ vobis & vestrũ cuilibet in vestris proprijs personis lectæ & præsentatæ fuissent, cum non sit verisimile apud vos sic citatos remanere incognitum quod tam patenter extitit publicatum, nisi forsan dictas originales literas vobis omnibus supradictis aut alteri vestrum præfati præsidentes & clerici forsan aliqua consideratione aut benignitate ducti præsentari mandauerint, quoniam tunc & eo casu copiæ ipsarum literarum manu vnius ex Clericis & notarijs dictæ Cameræ subscriptis per quemcunque Nuntium Tabellarium aut Notarium publicum vobis aut alteri vestrum præsentatæ & dimissæ originalibus literis huiusmodi eidem Nuntio restitutis, eiusque Nuntij relationi fidem plenariam adhiberi volumus & mandamus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac consuetudinibus de non soluendo vsque ad sex menses vel aliud tempus à die festiuitatis prædicta computan. capitulis quoque seu pactis per vos vel aliquem vestrum ad stipendia dictæ Ecclesiæ siue Cameræ conductum cum eadem Camera, seu pro tempore existẽte Romano Pontifice, aut nostris & Sedis Apostolicæ officialibus pro tempore factis vel faciendis de retinendo supradictis per vos ipsi Cameræ præmissa occasione debita pro nostris stipendijs aut alias ab eadẽ Camera quauis occasione nobis debitis, priuilegijs quoque & indultis vobis aut alicui vestrum hactenus etiam per nos aut prædecessores nostros Rom.Pont.forsan concessis vel in futurum concedendis, sub quibusuis verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus efficacioribus & insolitis, etiam si illis caueretur expresse quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut vicariatibus, feudis, gubernijs vel administrationibus prædictis priuari non possitis, quibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris quo ad hoc specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, xv.Cal.Ianuarij, Pontificatus nostri anno sexto.

P.Tuba.

Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo & 1498. Indictione xv. & prima Pont. D.Alexandri Papæ VI. Anno sexto, retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerũt videlicet in Audientia contradict. 23. & Basilicæ S.Petri valuis 24. & 25. Decemb. ac Cãcellariæ, & in acie Campi Floris 13. Ianuarij per Euerardum de Cuuinis S.D.N.Curs. ita est Petrus Mollayt Curs. Io.Regina &c. Item affixæ in port. audientiæ die xv. Ianuarij, per me P.Mallayt Curs. &c. Ita est Io.Regina magister Curs.

G.Fulginus.

Anno &c. millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo, die 28. Iunij præsentatæ per D. Marianum de Cuuinis procuratorem Fisci, Reuerendiss. D. Camerario in Camera Apost. præsentibus Dominis F. de Borgia Thesaurario, Gubernatore Vrbis, Auditore Cameræ, L. Agnello, A. de Spiritibus, Octauiano Sinolpho Clericis

Margin notes:

Monet debitores Cam. Apost. ut Canones census &c. soluat ut hic sub pœnis hic expressis.

Cõmittit Camerario & Præsidentibus Cam. Apost. ut nõ soluentes in termino declarent incidisse in pœnas hic contentas.

Cõpensationem præcipit non admitti.

Hæc obst. incipit legens ut hic.

Clausula derogatoria.

Clericis &c. quas petijt recipi legi publicari fieri & exequi prout in illis, & ita protestatus est &c. & ego P. de S. Seuerino notarius Cameræ legi &c. & lecta mandauit fieri & exequi &c. in Camera Apostolica præsentibus DD. A. de Campania, & S. Blondo testibus &c.

Gen. Fulginas.

In nomine Domini Amen, Anno &c. 1498. Indictione prima, Pontificatus D. Alexandri VI. Anno septimo, pro prima Mercurij nona & pro secunda Iouis decima ac pro tertia vicibus Veneris XI. diebus mense Maij constitutus &c. D. Lelius de Ceramo Scriptor Apostolicus & Audientiæ contradictarum lector Romæ in ecclesia Sancti Celsi quasdam literas monitorias præfati D. N. sub Dat. Romæ apud S. Petrum 1497. decimaquinta Id. Ian. anno sexto bullatas, pro parte D. Mariani de Cuminis procuratoris Fisci contra vicarios, feudatarius, Gubernatores, censuarios, fictuarios, emphyteotas siue administratores ciuitatum, terrarum, castrorum & bonorum S. R. E. requisitus legit & publicauit, de & super quibus idem D. Marianus petijt a me notario dictarum contradictarum fieri vnum & plura instrumenta, præsentibus magistro Io. Marcelli, & Paulo Salmition & alijs testibus &c. Cósequẽter dictis diebus quibus supra ego Notarum infrascriptus literas huiusmodi Romæ in Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe quoad Mercurij nonam Morando Lat. & Antonio Limiart Clericis Morinen. diœc. &c. Quo vero ad Iouis decimam, & veneris vndecimã dies prædictos Io. Ludouici clerici Attrebatten. & Leodien. diœc. &c. necnon Cancellariæ Apostolicæ, Nicolao Clementis & Bertian de Sandemont clericis Cameracen. diœc. ac Palatij causarum Apost. valuis seu portis quo ad Mercurij nonam & Iouis decimam Ludouico Ormane, & Io. de Bosco clericis Corisopiten. & Redonen. diœc. &c. Quo vero ad Veneris vndecimam die eodem Ludouico & Io. Intrelli clerico Nanneten. diœc. &c. nec non acie Campi Floræ Viano de Bellauilla & Petro Mellay præfati D. N. Papæ Cursoribus testibus &c. affixi & affixas stare permisi, deinde amoui aliaque feci &c. iuxta illarum formã &c. Et ego Ioannes de mesina Valentin. diœc. auctoritate Notarius, ac dictæ audientiæ pub. literarum contradictarum Scriba &c.

De quibus omnibus præmissis R. D. Archiepiscopus Cusontien. Sanctiss. D. N. Thesaurarius generalis mandauit mihi Gen. Fulginati Cameræ Apostolicę Notario vt notam tantum summarem, & in præsentibus marginibus annotarem, prout feci ex originalibus per me visis & lectis die prima Decembris, Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono. Ex lib. 1. de Curia fol. 25.

Gen. Fulginas.

VII.

Indictio Sancti Iubilei, pro visitantibus Basilicas SS. Petri & Pauli & S. Ioannis Lateran. & B. Mariæ Maioris de Vrbe anno M. D.

De hoc vide supra fol. 94. Pauli 2. const. 9. ineffabilis vbi notaui.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei. ad perpetuam rei memoriam.

INTER curas multiplices quæ nobis ex apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur, per quam vniuersi Christi fideles, hoc sacro Iubilei anno instante, indulgentias a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris & a nobis pro suorum expiatione peccatorũ concessas vberius valeant promereri: ac ad id pro suarum salute animarum promptius inducantur: & quæ propterea ab eisdem prædecessoribus & a nobis prouide emanarunt, ad omnium notitiam deducantur: vt ipsi Christi fideles indulgentiarum huiusmodi melius & facilius capaces effici, ac æternæ beatitudinis præmia largiente Altissimo consequi possint. Cum itaque annus Iubilei remissionis & gaudij, ac reconciliationis humani generis nostro pijssimo redemptori, qui quolibet anno centesimo ab illius primæua ordinatione per fe. re. Bonifacium viij. institutus: & deinde per Clementem VI. ad quinquagesimum, ac successiue per Gregorium XI. ad 33. & postremo ad 25. annos per piæ memoriæ Paulum 2. Romanos Pontifices prædecessores nostros propter humanæ vitæ breuitatem reductus fuit, instare noscatur: sitque vere ille centesimus annus, qui ab ipsa primæua ordinatione fuit institutus: & in quo vniuersi Christi fideles, quibuscunque etiam grauissimis delictis obnoxij vere pœnitentes & confessi, visitando basilicas & ecclesias almæ Vrbis & extra eam deputatas, illarumque maiora altaria ob passionem Domini Nostri Iesu Christi, ac apostolorum, necnon martyrum, aliorumque sanctorum merita plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequantur: & propterea ab omnibus Christi fidelibus cum maiori frequentia & deuotione non immerito celebrandus: cupiamusque toto cordis affectu animas lucrifacere Creatori: dictumque annum Iubilei ab ipsis fidelibus cum omni debita & singulari deuotione frequentari: ac fideles ipsos ad dictam Vrbem pro reuerentia beatorum Petri, & Pauli apostolorum principum, qui eam martyrio suo consecrarunt: & in quorum basilicis sub ipsarum maioribus altaribus illorum corpora gloriosa, & in altari ecclesiæ Lateranen. capita recondita conseruantur: ac indulgentijs dicti Iubilei consequendis vndecunque personaliter accedere. Nos qui eiusdem beati Petri, meritis licet imparibus, successores sumus, & per alias diuersas litteras, dicti anni indulgentiam, litterasque eorundem prædecessorum nostrorum desuper emanatas de fratrum nostrorum consilio approbauimus & innouauimus: Ne contingat aliquem ignorare seu dubitare quo tempore annus iuste Iubilei incipiat: & quæ ac quot ecclesiæ pro dicta consequenda indulgentia plenissima: & quot diebus illæ visitari debeant, per nostræ declarationis oraculum debite prouidere volentes, auctoritate apostolica & ex certa scientia, tenore præsentium, omnibus & singulis vtriusq; sexus Christi fidelibus per vniuersum orbem constitutis, nunciamus & declaramus, ipsum annum Iubilei, in vigilia & primis vesperis Natiuitatis eiusdem Domini Nostri Iesu Christi proxime venturi, inchoare: quo tempore portam dictæ Basilicæ beati Petri, centesimo quoque anno Iubilei, pro maiori fidelium deuotione aperiri solitam, astantibus venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium collegio, ac maxima Prælatorum, cleri & Populi multitudine, proprijs manibus aperiemus, faciemusque aperire alias Basilicæ Sancti Pauli,

De institutione & reductione anni Iubilei vide sup. fo. 94. Pauli 2. const. 9. ineffabilis.

Declarat quo die incipiat annus Iubilei.

Pauli, ac Lateranen. & beatæ Mariæ maioris de dicta Vrbe ecclesiarum portas, etiam de more, iubilei anno aperiri consuetas. Et pro consequenda ipsa plenissima indulgentia Basilicas eorundem apostolorum Petri, & Pauli, ac Lateranen. & beatæ Mariæ maioris ecclesias, illarumque altaria maiora huiusmodi, per Romanos, ac in dicta Vrbe commorantes & residentes. 30. per peregrinos vero & forenses. 15. diebus continuis seu interpollatis, semel in die visitari debere, Omnes & singulas plenissimas indulgentias, per dictos prædecessores dicto anno Iubilei basilicas & ecclesias prædictas visitantibus concessas, de nouo pro conscientiarum eorundē fidelium maiori serenitate ac potiori cautela, auctoritate & scientia similibus approbantes, concedentes, & innouantes; Adijcientes quoque, vt hi qui pro simili consequenda indulgentia huiusmodi, post iter arreptum, vel post præparationem ad veniendum ad dictam Vrbem, per eos factam, impediti legitime fuerint, quo minus ad ipsam Vrbem dicto anno Iubilei valant peruenire; aut præparati, in loco vbi tunc fuerint, & venientes, in via; vel tam præfati ad prædictam Vrbem peruenerint, quam Romani & alij residentes & commorantes, & forenses præfati, dierum prætaxato numero non completo, in dicta Vrbe decesserint, vere pœnitentes & confessi, eandem plenissimam indulgentiam omnino consequantur. Et vt omnes Christifideles eiusdem plenissimæ indulgentiæ facilius capaces Deo propitio efficiantur, habeantque ad quos in casibus nobis & Sedi apostolicæ reseruatis, si illis irretiti forent, recurrere possint, deputauimus in dicta basilica sancti Petri minores Pœnitentiarios, quibus eos, in dictis casibus reseruatis, absoluendi, plenam & liberam (pro maiori Christi fidelium, qui ad nos non ita de facili recurrere possent, commoditate, ac animarum suarum salute) per alias nostras litteras, prout in illis plenius cōtinetur, concessimus facultatem. Et vt animarum salus eo tempore potius procuretur, quo magis aliorū egēt suffragijs, & quo minus sibi ipsis proficere valet, auctoritate apostolica de thesauro sanctæ Matris Ecclesiæ animabus in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem ab hac luce Christo vnitæ decesserunt, & quæ dum viuerent sibi vt huiusmodi indulgentia suffragaretur meruerunt, paterno affectu, quantum cum Deo possumus, succurrere cupientes: de diuina misericordia ac potestatis apostolicæ plenitudine, volumus & concedimus, vt si qui parentes, amici, aut ceteri Christifideles pietate commoti, pro ipsis animabus purgatorio igni, pro expiatione pœnarum eiusdem, secundum diuinam iustitiam debitarum expositis, dicto Iubilei anno durante, pro reparatione dictæ basilicæ sancti Petri aliquam eleemosynam, iuxta dictorum Pœnitentiariorum vel alicuius eorum ordinationem, dictas basilicas & ecclesias modo præmisso deuote visitando, in capsa in eadem ecclesia seu basilica sancti Petri deputata, posuerint: ipsa plenissima indulgentia per modum suffragij ipsis animabus in Purgatorio existentibus, pro quibus dictam eleemosynam pie erogauerint, pro plenaria pœnarum relaxatione suffragetur. Præparent ergo omnes Christi fideles corda sua Domino: & mores in melius commutare conētur, a malefactis abstineant: satisfaciant Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis spiritum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis & peregrinationibus, vt basilicas & ecclesias prædictas, in quibus sanctorum millia & fere innumera, vna cum ipsis gloriosissimis apostolis Petro & Paulo requiescunt, & qui mortem pro Christi nomine perpessi, eius conspectui semper assistunt, deuote visitantes, vere pœnitentes & confessi, ipsos gloriosissimos Apostolos & sanctos intercessores habere ad Dominum & plenissimam indulgentiam huiusmodi, ac reconciliationem cum pijssimo Redemptore nostro, per diuinam misericordiam, ac eorundem Apostolorum & Sanctorum precibus & meritis, perque eorum bona opera consequi mereantur. Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ nunciationis, declarationis, approbationis, concessionis, innouationis, adiectionis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, tertio decimo Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno octauo.

Consequi volentes Indulgentias sācti Iubilei quatuor Ecclesias Vrbis visitare debeat vt hic.

Innouat Indulgentias ab alijs Pontif. cōcessas.

De legitime impeditis.

De pœnitētiarijs vide in cōst. seq.

De suffragijs pro animabus defunctorum.

VIII.

Facultas Pœnitentiariorum in Basilica S. Petri de Vrbe deputatorum absoluendi volentes consequi Indul. anni Iubilei. Et suspensio pro dicto anno similium facultatum alijs confessoribus concessarum.

Similem const. habes infra in Clem. 7. const. 10. pastoris. Et de materia Iubilei vide in præced. const. vbi indicaui.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. PASTORIS æterni qui pro salute gregis Dominici in pretium immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in terris: & gregem ipsum nobis diuina dispositione commissum paterne considerationis intuitu conspicientes: ac de animarum singulorum fidelium salute sollicite cogitantes: illarumque periculis occurrentes: ad ea libenter intendimus vt debemus, per quæ fidelium eorundem salus animarum valeat procurari: ipsique fideles hoc sacro anno Iubilei ad almam Vrbem consequenda indulgentia, dicto anno pro suorum expiatione peccatorum concessa confluentes, & alij in dicta Vrbe commorantes & residentes, illius capaces facilius & liberius Deo propitio effici possint. Sane prouide considerantes instantem annum Iubilei, remissionis & gaudij, ac reconciliationis humani generis nostro pijssimo Redemptori, esse vere illum centesimum annum, qui ab ipsa primæua ordinatione fuerat institutus, & in quo omnes quibuscunque etiam grauissimis delictis obnoxij, vere pœnitentes, & confessi, visitantes Beatorum Petri, & Pauli apostolorum basilicas, ac Lateranen. & beatæ Mariæ maioris de dicta Vrbe ecclesias; illarumque maiora altaria, in quibus videlicet beatorum Petri, & Pauli apostolorum basilicis corpora gloriosa, & in ecclesia Lateranen. capita illorum recondita conseruantur, ob passionem Domini nostri Iesu Christi, ac eorundem Apostolorum, aliorumque Martyrum & Sanctorum merita, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequuntur, & propterea a cunctis fidelibus non immerito maiori deuotione, ac frequentia celebrādum: volentesque vt Christi fideles ad Vrbem ipsam de diuersis mundi partibus pro consequēda huiusmodi plenissima indulgentia confluentes: & alij in illa commorantes & residentes, eandem indulgentiam facilius valeant

De institutione & reductione anni Iubilei ad an. 25. vide sup. f. 94 Pauli 2. const. 9. ineffabilis.

leant promereri:Et ne defectu potestatis absoluendi illos qui aliquibus casibus nobis & Sedi apostolicæ reseruatis irretiti forent,eorum animæ illaqueatæ remaneant,debite prouidere:ipsorumque (cum semper ad nos in dictis reseruatis casibus recursus haberi nequeat) commoditati, ac animarum suarum saluti paterna charitate consulere: Dilectis filijs infrascriptis Pœnitentiarijs in dicta Basilica principis Apostolorum deputatis,de quorum prouidentia,integritate,bonitate,& solertia in his & alijs,gerimus in Domino fiduciam specialem,omnes & singulos vtriusque sexus Christi fideles,ad dictam Vrbem pro consequenda plenissima indulgentia huiusmodi confluentes,& alios in illa commorantes & residentes, qui aliquibus casibus nobis & dictæ sedi reseruatis irretiti forent, in dictis casibus etiam quantumcunque grauibus & enormibus, & ex quauis causa specialiter vel generaliter nobis & dictæ sedi reseruatis,etiam in literis quæ in die cœnæ Domini singulis annis publicari consueuerunt contentis, & etiam talibus de quibus præsentibus specialem oporteret fieri mentionem: (Conspirationis scilicet in personam vel statum Romani Pontificis,seu sedem prædictam: Falsitatis litterarum, supplicationum,& commissionum apostolicarum: Delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium: Iniectionis manuum violentarum in Episcopos vel alios prælatos superiores: casibus duntaxat exceptis) ad effectum ipsam plenissimam indulgentiam consequendi: & dicto anno Iubilei durante in foro conscientiæ absoluendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi,plenam liberam & omnimodam auctoritate apostolica & ex certa scientia tenore præsentium concedimus facultatem. Quibusuis alijs personis & confessoribus secularibus & religiosis in dicta Vrbe,& extra muros illius,ac alias vbilibet existentibus quascunque facultates,in dictis casibus reseruatis absoluendi,a nobis & sede prædicta verbo vel scriptis forsan obtinentibus,etiam si in eis caueretur expresse quod illis nullatenus,vel non nisi sub certis inibi expressis modo & forma,aut conceptione vel expressione verborum derogari posset: ne aliquem dicto anno durante facultatum prædictarum prætextu in dictis casibus reseruatis absoluere quoquomodo præsumant, sub excommunicationis & anathematis latæ sententiæ pœna (quam contrafacientes eo ipso incurrant,& a qua non nisi a nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus præterquam in mortis articulo constituti absolui possint) quibusque si inobedientes fuerint vt præfertur,prædicationis,lectionis,administrationis sacramentorum,& audiendi confessiones officia interdicimus: districtius inhibentes,prædicentes & declarantes aperte transgressoribus & contemptoribus prædictis,nos grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire cognouerimus processuros: & nihilominus quicquid egerint absoluendo vel alias,nullius sit roboris vel momenti. Non obstantibus præmissis,ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis,cæterisque contrarijs. Studeant igitur omnes Christi fideles,vt tenentur,hoc sacro anno Iubilei corda sua Altissimo præparare: moresque ac vitam in melius commutare: ab illicitis abstinere: Domino per pœnitentiæ dolorem,per humilitatis spiritum,per contriti cordis sacrificium,cooperantibus eleemosynis,& peregrinationibus satisfacere: vt basilicas & ecclesias prædictas deuote visitantes,vere pœnitentes & confessi,ipsam plenissimam anni Iubilei indulgentiam & reconciliationem cum pijssimo redemptore nostro,per eorum merita ac bona opera consequi mereantur. Nomina vero dictorum pœnitentiariorum sunt hæc videlicet. Franciscus Episcopus Millopotauen. Ricardus Trapp. in artibus & theologia magister. Claudius Catelini ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini professor,etiam in theologia magister. Paulus de Curte ordinis fratrum prædicatorum professor,etiam in theologia magister. Andreas Frisner etiam in artibus & theologia magister. Ioannes de Maloleone ordinis fratrum minorum professor, etiam in theologia magister. Andreas Ondorp canonicus Leodien. decretorum doctor,ac in artibus & theologia magister. Gaspar Peu, Archidiaconus maior ecclesiæ Vrgellen. in artibus & theologia magister. Augustinus de Castello eiusdem ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini professor,etiam decretorum doctor, & in artibus magister. Stanislaus Selig canonicus Carcouien. similiter decretorum doctor. Omnes in dicta basilica Sancti Petri Penitentiarij. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis,inhibitionis, interdicti,declarationis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,& beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo nonagesimo nono,decimotertio Kalendas Ianuarij,Pontificatus nostri anno octauo.

Facultas pœnitentiariorum absoluendi etiam, in casib. reseruatis.

Suspēdit pro anno Iubilei similes facultates alijs Confessorib' concessas.

Clausula derogatoria.

Nomina pœnitentiariorum.

I X.

De ædificijs in via Alexandrina construendis, & Priuilegijs ibi ædificantium.

Hæc constit. confirmatur & ampliatur infra per Leon. 10. constit. 13. inter. & ibi notabo.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Vniuersis Romanæ Ecclesiæ Dominio Temporali subiectis Ciuitatibus pro earum statu prospero & incrementis fœlicibus, Apostolica nos deceat prouisione consulere, Almæ tamen Vrbi nostræ Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Martyrio consecratæ, quæ ipsius Petri Sedes, sacerdotij Principatus,& Christianæ Religionis caput existit,eo nos conuenit ampliori cura prospicere,quo ipsam Sacerdotalem Ciuitatem cunctis alijs prælatam,nobis quòd peculiarem filiam,quadam præcipua,& singulari dilectione, in visceribus gerimus charitatis. Sane cum superiori Anno, ex deliberatione & commissione nostra,pro Incolarum dictæ Vrbis,ac Curialium in ea commorantium,& Peregrinorum ad illam pro tempore, & præsertim hoc Sacro anno Iubilei Centesimo,confluentium commoditate,ipsiusque Vrbis decore,via Recta Alexandrina nuncupata,a Porta Castri Sancti Angeli vsque ad Plateam Sancti Petri, de dicta Vrbe fieri cœpta fuisset,ac circa illam domos,& ædificia ab vtraque parte pro maiori dictæ viæ ornamento extolli, & ædificari desideraremus. Nos venerabilibus Fratribus nostris Petro Archiepiscopo Reginen. dictæ Vrbis Gubernatori, & Vicecamerario, ac Hieremiæ Episcopo Asinaten. in dicta Vrbe commorantibus, dedimus in mandatis, vt omnes,& singulos proprietarios,Vsufructuarios,Locatarios,Colonos,Inquilinos,& possessores domorum,fundorum. & locorum dictæ viæ ab vtraque parte adhærentium, ad ædificandum ac ædificia secus dictam viam, iuxta altitudinem, & mensuram super hoc ordinatam extollendum, siue ad concordandum cum alijs in dicta

Iste Pont. viam directam à porta Castri S. Angeli, vsque ad plateā S.Petri hoc tempore Alexādrinam appellari mandauit.

Via

Ideo Gubern. Vrbis de mandato Pontif. mādauit in locis di-ctæ viæ adhærentibus ædificari.

via ædificare volentibus, illis, locando vel totaliter alienando monerent, atque compellerent. Et quia sicut accepimus licet præfatus Gubernator & Vicecamerarius, absente dicto Episcopo, solus, de speciali Mandato sibi super hoc viuæ vocis oraculo, per nos facto, illis, etiam sub priuationis iuris, quòd in fiendis domibus, & locis, dictæ Viæ adhærentibus, vt domos in ea ædificarent ædificia attollerent (vt præfertur) concordarent, vt infra certum per eum præfixum terminum, per publicum edictum monuerit, & requisiuerit; tamen hactenus nō curarunt parere, neque curant in contemptum mandatorum nostrorum, & dictæ viæ, quæ remanet imperfecta, deformitatem.

Mādatum tamē gubernatoris nō obseruabatur.

Nos volentes vt via ipsa omnino compleatur, ac præmissa ad debitum deducantur effectum, habita super ijs cum venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Card. deliberatione matura, venerabiles Fratres nostros Franciscum Vulteranum, Hieronymum Andren Andream Crotonien, & Sinulphum Clusinum, Episcopos, ac dilectos filios Capitulum, & Canonicos Basilicæ Principis eorundem Apostolorum, ac præceptorem, & Conuentum nostri S. Spiritus in Saxia, Ordinis Sancti Augustini, Confratres Confraternitatis Sancti Angeli in Burgo, de dicta Vrbe Hospitalium, Iohannem de Venetijs, Petrum de Solis, Philippum Aromatarium, Thomam Seruiētem armorum, Dominicum de la Porta, Priorem & Fratres domus Beatæ Mariæ Transpontinæ, Ordinis eiusdē Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, Franciscum, & Iacobum, & Lucidum de Sinibaldis, necnon hæredes quondam Thomæ Mataracij, & Sabbæ de Porcarijs, & quemlibet eorum, de Fratrum Prædictorum consilio, tenore præsentium requirimus, & monemus, vt infra terminum xv. dierum, à die intimationis earundem præsentium eis faciēdæ computandis, quorum quinque pro prima, & alios quinque pro secunda, ac reliquos quinque dies pro tertia, vltima, & peremptoria dilatione, eis assignamus, sub priuationis, & confiscationis Cameræ Apostolicæ omnis iuris directi vel vtilis dominij, siue vsus, aut vsusfructus, quod in domibus, fundis, vel locis prædictis eis competit pœna quam eo ipso si contrafecerint, sine vlla prorsus remissione incurrisse noscantur, vt in fundis, & locis prædictis ædificare, ac domos, & ædificia in dicta via construere, & extollere debeant cum effectu; vel saltem secus viam prædictam vsque ad debitam mensuram per nos ordinatam, videlicet ad altitudinem Cannarum septem, infra duos menses, dictos xv. dies immediate sequen. extulisse, & compleuisse, vel cum alijs ædificare volētibus illa locando, vendendo, & alienando, aut ad longum tempus, vel in perpetuum, prout melius poterunt, cōcordare: Alioquin si non concordauerint, vel non paruerint cum effectu, omnia, & singula Capitula, Conuentus, Ecclesias, Hospitalia, Confraternitates, vniuersitates, & singulares personas huiusmodi, ac quemlibet eorum qui huiusmodi monitioni, ac mandatis, & declarationi præfati Gubernatoris, ac venerabilis Fratris nostri Iohannis Episcopi Ragusini; quos coniunctim Iudices in præmissis constituimus, & deputamus super ijs faciendæ non paruerint, omni dominio recto, & vtili, ac Iure quòd Ecclesijs, Hospitalibus, Capitulis, Conuentibus, Collegijs, Vniuersitatibus, Confraternitatibus, & singularibus personis prædictis, & cuilibet eorum, in domibus, fundis, & locis ipsis, vel ad illa quomodolibet competebat, ex nunc prout & ex tunc prout ex nunc, absque alia monitione, vel citatione, quauis appellatione remota, de simili consilio omnino priuatos, & priuata, ac domos, fundos, & loca prædicta Cameræ prædictæ applicata, & confiscata esse denunciamus, & declaramus, eisdem non parentibus omni spe restitutionis penitus adempta, & sublata.

Propterea Pont. omnes hic descriptos monet vt in termino hic assignato i dicta via ædificent &c.

Et inobedientibus pœnas imponit.

Iudices deputat in præmissis.

Præfatis Archiepiscopis, & dilectis Filijs Magistris Stratarum dictæ Vrbis nunc, & pro tempore existentibus, mandantes, vt elapsis quindecim diebus prædictis, nisi illi ad quos spectat, fundos, domos, & loca huiusmodi ædificari saltem in eleuando frontispitio murorum dictā mensuram respicientium, facere ceperint, vel lapsis dictis duobus mensibus ædificata, & completa non fuerint (vt præfertur) tunc nomine dictæ Cameræ, alijs (quibus videbitur) qui inibi ædificent absque vlteriori mora, in perpetuum, vel ad tempus vendant, seu locent, & concedant: preciumque exinde prouenięns dilecto Filio Generali Depositario nostro in computis dictæ Cameræ ponendum consignent, & illos quibus sic vndiderint, locauerint, vel concesserint, super locis, & fundis huiusmodi, vel ædificijs per eos inibi construendis, a nemine in futurum molestari, turbari, vel impediri posse, quibus per dilectos Filios Præsidentes & Clericos Cameræ præfatæ illius nomine sufficienter etiam de euictione, in meliori, & validiori iuris forma caueri volumus, decernāt, nec quouismodo prætermittant; ac omnia alia, & singula faciant, & exequantur quæ in præmissis, & circa ea, etiā pro securitate illorum quorum intererit, necessaria fuerint qoumodolibet, & opportuna, prout nos harum serie, de simili consilio etiam de euictione huiusmodi cauemus, & decernimus.

Mandatque loca infra dictum terminum non ædificata vendi locari &c.

Super quibus omnibus & singulis eisdem Archiepiscopis, & Stratarum Magistris, necnon Capitulis, Collegijs, Conuentibus, Confraternitatibus, Hospitalium, & aliorum piorum locorum Rectoribus, Gubernatoribus, & personis quibuscunque Ecclesiasticis, Secularibus, & Regularibus, etiam ad hoc vt fundos, domos, & loca huiusmodi in emphiteosim perpetuam vel ad tempus, siue liuellum, quibusuis personis etiam laycis quibuscunque, ac sub eo annuo censu, vel Canone, de quo eis videbitur locare, & concedere, ac in perpetuum, vel ad tempus, etiam longum, & pro precio de quo cōcordare poterunt per eos in emptionem aliorum bonorum immobilium, vel alias necessitates eorum conuertēdo, aut pro alijs bonis immobilibus permutare, libere & licite possint; plenam, liberam, & omnimodam harū serie licentiam concedimus, pariter & facultatem.

Six. 4. const. habes Iup. fol. 97.

Et vt personæ libere in dicta Via ædificare valeant, de simili consilio, ac ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, decernimus, & ordinamus, vt de domibus in dicta via ædificandis, & emendis, alias in omnibus, & per omnia, iuxta tenorem Literarū Sixti Papæ IIII. prædecessoris nostri, ac etiam nostrarum, in fauorem domos in Vrbe ædificantium, & ementium editarum, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur haberi volumus pro sufficienter expressis, & insertis, cum omnibus, & singulis in eis contentis priuilegijs, indultis, dispensationibus, concessionibus, & clausulis, potiori pro cautela innouamus, & ad domos ædificandas huiusmodi, ac personas illas ædificantes, & ementes extendimus, libere disponere possint, dictæque domus, & personæ sub eisdem Literis, etiam quo ad Priuilegia, Indulta, dispensationes, & concessiones huiusmodi, ac omnia & singula alia in illis contenta, sint, & esse censeantur.

Istius Pont. const. hic non habes, ego tamen eam vid. impressam sub Dat. Romæ pri. d. Non. octobris anno eius. 3.

Decernentes irritum, & inane, si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decreti irritās.

Non obstan. præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, legibus quoque Imperialibus, Statutis, & consuetudinibus dictæ Vrbis municipalibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, siue Regularium locorum, quorum fundi, domus, & loca huiusmodi locari, concedi, permutari, siue vendi, vel alienari contigerit, Iuramento, Confirmation. Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon omnibus illis, quæ nos in nostris, & præfatus Sixtus prædecessor in suis Literis prædictis, volumus non obstare, Cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausula derogatoria.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ requisitionis, monitionis, assignation. constitution. deputation. denunciation, declaration. mandati, Cautionis, Decreti, Concessionis,

his, Statuti, ordination. voluntatis, innouationis, extensionis, infringere &c. Siquis &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo, Pontificatus nostri Anno octauo.

X.

De emolumentis Secretariorum Apostolicorum pro literis Apostolicis gratis expediendis.

Vide de emolumentis & alijs sup. fol. 113. Inn. 8. const. 8. & fol. 118. constit. 9. & infra Iulij 2. constit. 14. Et si.

ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM Nobis, licet immeritis, desuper Apostolicæ seruitutis officium, mentem nostram continua pulsat instantia, vt circa statum officialium quorumlibet Romanæ Curiæ, illorum præsertim, qui eidem Curiæ decori & ornamento existunt, prospere dirigendum, sublatis eorum dispendijs, fauorabiliter intendamus. Dudum siquidem fe. re. Innocentius Papa VIII. prædecessor noster, cum videret Romanam Ecclesiam & Cameram Apostolicam, propter maxima expensarum onera, quæ eam annis superioribus pro defendenda & conseruanda alma Vrbe, necessario subire oportuerat, maximis esse debitis inuolutam, pro quibus mitra Pontificalis, regnum nuncupata, & alia quam plurima eiusdem Ecclesiæ preciosa iocalia, aurea & argentea diuersis mercatoribus pignorata erant, ita vt non esset verisimile illa ex ordinarijs eiusdem Ecclesiæ, & Cameræ facultatibus, nisi habito aliunde, saltem pro maxima parte, suffragio, quauis ratione posse dissolui; Vniuersis sibi super hoc occurrentibus consilijs, tandem prouide considerans, quod si ad officium dilectorum filiorum Secretariorum Apostolicorum (quorum numerus alias per piæ memoriæ Calistum III. & Pium II. Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ad sex Secretarios redactus fuerat) vltra dictos sex, decem & octo, & in dignitate Ecclesiastica constitutæ personæ duntaxat, assumerentur, & omnes simul pro redemptione & liberatione mitræ, & iocalium prædictorum, de eorum facultatibus, vsque ad summam sexagiota milium & quadringentorum florenorum auri de Camera persoluerent & contribuerent, assignarenturque eis de nouo etiam emolumenta conuenientia, ex quibus, iuxta eorum dignitatis exigentiã, statum suum tenere possent; exinde non solũ vrgenti necessitati Ecclesiæ huiusmodi subueniretur, verumetiã ipsius officij & Romanæ Curiæ ac Sedis apostolicæ decori & venustati, ac faciliori, celeriori, diligentiori, & magis accuratæ expeditioni Breuium & aliarum literarum apostolicarum, quæ per eosdem Secretarios tam in Cãcellaria apostolica, quam per Cameram Pontificis pro tempore expediebantur, ac confluentium ad præfatam Curiam, & in ea negotia prosequentium commoditatibus opportune consuleretur; volensque super præmissis opportunum remedium adhibere, de venerabilium fratrum suorum eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, (de quorum numero tunc eramus) vnanimi consilio & assensu, numerum Secretariorum huiusmodi ad numerum triginta, ad vigintiquatuor postmodum reducendum (qui vltra certa eis per dictum Innocentium prædecessorem assignata emolumenta, omnibus & singulis emolumentis per eosdem Secretarios in dicta Cancellaria & alias percipi solitis, & quæ quauis ratione siue causa percipi debuissent, gauderent, & potirentur) Motu proprio, & ex certa scientia sua, ac de apostolicæ potestatis plenitudine auxit & ampliauit, prout in eiusdem Innocentij prædecessoris literis desuper confectis plenius continetur. Et licet tam Calisti, & Pij prædictorum, ac recolendæ me. Pauli secundi, & Sixti quarti, ac quamplurium aliorum Roman. Pontificum similiter prædecessorum nostrorum, & a tanto tempore citra, quod de eius contrario memoria hominum non existit, Secretarij apostolici, qui pro tempore fuerunt, pro singulis literis apostolicis, quæ per dictam Cameram gratis expediebantur, aliquando totam taxam, qua illæ, si gratis nõ expedirentur, taxari debuissent, & interdum quatuor, vel tres, seu duos ducatos auri similes, iuxta gratiarum & concessionum per eos factarum, personarumque, quibus concessæ erant, qualitates, percipere consueuissent; tamen post prædicti numeri augmentum & ampliationẽ Secretarij ipsi, nescitur qua causa, emolumẽtis literarum gratis expeditarum huiusmodi, penitus frustrati fuerunt, & propterea dicti Secretarij tam apud nos, quam fratres nostros prædictos grauissima querela sæpenumero institerunt, vt dictum eorum officium ad emolumentorum huiusmodi perceptionem restituere, reponere, & plenarie reintegrare, aliasque eis & eorum statui in præmissis opportune prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod sicut indecens foret in præfata Curia aliquas nouas aut insolitas exactiones fieri, sic æquitati & debito conuenit, vt eiusdem Curiæ officialibus (inter quos Secretarij ipsi dictæ Curiæ non paruo decori & ornamento existunt) emolumenta per eos antiquitus percipi solita, quibus sine vlla ratione, sed potius ex quadam negligentia frustrati fuerunt, saltem pro aliqua parte persoluantur: Volentesque super præmissis adeo temperato remedio prouidere, quod dictis Secretarijs ad antiqua eorum iura, pro aliqua saltem parte, vt præfertur, restitutis, personæ ipsæ literas huiusmodi pro tempore gratis expedientes, ab antiquo potius eximi, quam nouo onere grauari videantur; habita super hoc cum eisdem fratribus nostris deliberatione matura, de vnanimi consilio pariter & assensu, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus, decernimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, pro singulis litteris apostolicis, tam iustitiam, quam gratiam & eas mixtim concernentibus, quæ tam per Cancellariam quam Cameram prædictam, pro quibusuis personis (cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & conditionis, etiam si nostri & pro tempore existẽtis Romani Pontificis, etiam in rotulis ipsorum familiarium descripti, ac eiusdem S. R. E. Vicecancellarij familiares continui commensales fuerint) tam ex priuilegio, quam consuetudine, ac cum specialibus nostris ac Romani Pontificis pro tempore existentis mandatis, quam alijs modis, rationibus, & causis quibuscunque, gratis, seu absque taxæ solutione quomodolibet expedientur (S. R. E. Cardinalium, eorumque nepotum, ac dilectorum filiorum Abbreuiatorum de maiori præsidentia, & literarum apostolicarum Scriptorum, necnon aliorum dictæ Curiæ officialium quorumcunque, ex quorum priuilegijs literæ pro eis gratis expedire consueuerunt, personis duntaxat exceptis) pro toto eo quod antiquitus persoluebatur, vnus ducatus similis, officio Secretariorum huiusmodi, & non vltra, persolui, ipsæque literæ cum vnius ex eisdem Secretarijs ad id per eos pro tempore deputati, nominis inscriptione, per eum sub plica dictarum literarum (loco quo ipsi alias literas, per eorum

Inn. 8. const. habes sup. fol. 113.

Calix. 3. & Pius 2. numerum Secretariorum ad sex reduxerunt.

Inn. 8. ad numerum 24. auxit ob causam hic expressam.

Post numeri Secretariorum amplationem, non soluebantur illis emolumenta de quibus hic.

Ideo Pont. mandat ducatũ vnũ solui debere pro literis gratis expediẽdis vt hic.

Et literæ cum inscriptione nominis vnius Secretarij deputati expediri debent alias nullæ sunt.

officium pro tempore expeditas signare consueuerunt, facta, expediri debeant; dictique Abbreuiatores, & Senescallus Cancellariæ, ac Summator literarum prædictarum per Cameram expeditarum pro tempore, (quibus ne secus facere quoquo modo præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, harum serie districtius inhibemus) sine inscriptione huiusmodi, illas nullatenus expedire possint. Et nihilominus quæcunque literæ sine prædicta inscriptione, in quorumcunque fauorem gratis pro tempore expeditæ, tam in iudicio quam extra illud, nullam fidem faciant, sed illæ, & exinde secuta quæcunque, habeantur prorsus pro infectis; Quodque prædicti Secretarij, aut eorum singuli, prætextu prædictorum & quorumcunque aliorum mandatorum, a nobis vel Roman. Pontifice pro tempore existente, & Sede prædicta, in quarumcunque personarum cuiuscunque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, nobilitatis, conditionis & dignitatis similiter existentium, etiam Cardinalium prædictorum, (legationibus eisdem Cardinalibus pro tempore principaliter concessis, duntaxat exceptis) sub quibuscunque verborum formis, decretis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis, etiam motu & scientia ac potestate similibus, & quibuscunque etiam maximis, vrgentissimis, & inexcogitabilibus causis, considerationibus, & respectibus, etiam ad eosdem Secretarios nostros nunc & pro tempore emanatorum, etiam sæpius repetitorum, & etiam si per illa præsentibus specialiter, expresse, & nominatim derogari videretur, & de eis, eorumque totis tenoribus, specifica, & indiuidua mentio fieret, & quascumque sententias, censuras, & pœnas, etiam grauissimas, in se continerent, ad remittendum aliquam taxam, eis ratione quorumcunque officiorum, vel aliàs iuxta formam literarum Innocentij prædecessoris huiusmodi, debitam, nullatenus astringantur, nec sub illis comprehendantur, aut sententijs, censuris, & pœnis in eis contentis huiusmodi, quoquomodo ligentur; sed omnia & singula mandata prædicta (quæ nemini quoquomodo suffragari volumus, & quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, ac nomina, cognomina, & qualitates eorum quibus concessa fuerint, præsentibus pro indiuidue & sufficienter expressis & insertis habemus (immediate post eorum omnium & singulorum in eis contentarum clausularum expressa, & indiuidua derogatione, ipsorumque Secretariorum ab eis totali exemptione & liberatione factæ fuissent.

Secretarij nullatenus astringantur ad remittendum taxas eis debitas.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus omnibus & singulis præmissis (quibus, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus, pro eorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, harum serie specialiter & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus) necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutis quoque & consuetudinibus quorumcunque dictæ Curiæ officiorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, ordinationis, inhibitionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Domini ex millesimo quingentesimo, octauo idus Martij, Pontificatus nostri anno nono.

Hadrianus Protonotarius Coll. Bull.

Publicationem istius constitutionis vidi ego Laertius in lib. seu quinterno Cancellariæ fol. 295. & non posui quia non bene legere potui ob membranæ corrasæ antiquitatem.

XI.

De pœnis Offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Aduocatos, Procuratores, vel Iudices, Testes, vel Notarios.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Eminenti sedis Apostolicæ specula, diuina disponente clementia, licet immeriti, constituti, inter multiplices nostræ solicitudinis curas, quibus assidue premimur, illam pro nostro pastorali officio, in primis suscipere debemus, per quam nostræ prouisionis opere, ad Romanam Curiam (ad quam veluti fidelium matrem, & magistram, ac iustitiæ fontem, pro illa consequenda, continue de diuersis mundi partibus confluit multitudo) pro eorum causis tractandis confugientes, illasque in eadem prosequentes, sublatis quibusuis impedimentis, iura sua prosequi, & illa prosequendo, in eadem Curia libere, tute, & quiete personaliter valeant permanere; prout personarum, & temporum conditione inspecta, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè tam dilectorum filiorum nostrorum causarum Palatij Apostolici Auditorum, eorumque Locatenentium, & aliorum fidedignorum relatione, quam multorum causas suas in dicta Curia prosequentium, grauissimis querelis, non sine maxima mentis nostræ perturbatione, sæpenumero accepimus, quod licet nos, fe. re. Innocentio Papa VIII. prædecessore nostro, sicut Domino placuit, sublato de medio, ad summi Apostolatus apicem, diuina fauente clementia, assumpti, tam eiusdem Innocentij, quam aliorum Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, vestigijs inhærentes, singulis annis, in Cœna Domini per litteras nostras, inter cætera, omnes illos, qui per se, vel alium, seu alias, quascunque personas ecclesiasticas, vel seculares ad eandem Curiam, super causis, & negotijs suis recurrentes, illaque in eadem prosequentes, aut procurantes, negotiorum gestores, aduocatos, vel Procuratores ipsarum, aut etiam Auditores, seu Iudices, super dictis causis, seu negotijs deputatos, occasione causarum, & negotiorum huiusmodi, verberarent, mutilarent, vel occiderent, aut bonis spoliarent, & qui per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, prædicta exequi, vel procurare, aut eisdem consilium, vel fauorem præstare non verebantur, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status forent, etiam si Pontificali, Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgerent dignitate, publice excommunicare, vel anathematizare consueuerimus, prout alij prædecessores præfati, etiam per eorum literas, singulis annis, dicta die facere consueuerant (a quibus quidem sententijs, nullus, per alium quam Romanum Pontificem, nisi duntaxat in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi sub certis modo & forma expressis, absolui potest) tamen in dies, cum crescente malitia, quamplures iniquitatis filij perditionis alumni, excommunicationis, & anathematis huiusmodi sententias paruipendentes, horrenda inhumanitate, detestandaque sæuitia, mortemque sitientes aliorum,

rum, videntes forsan se in causis per eos, vel contra ipsos in dicta Curia pro tempore motis, iustitiam non foue re, suorum salutis, status, & honoris immemores, humani generis hoste procurante, Deique timore postposito, eorum in dictis causis aduersarios, aut illas pro eis in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, aduocatos,

Causę illius eff.

vel procuratores eorum, testesque, & causarum prædictarum notarios, multotiens diuersis excogitatis minis afficere, inuadere, verberare, mutilare, & occidere, seu per alios, etiam assassinos, talia procurare, & eaequi (proh dolor) ausu temerario non erubescunt; adeo vt plerunque ius suum in ipsa Curia prosequentes, metu, & quadā desperatione ducti, causas deserere, aut non sine magno ipsorum præiudicio & detrimento ad concordiam, seu alias transactiones inhonestas, pactionesque illicitas, contra consuetam dictæ Curiæ libertatem deuenire, & ab ipsa Curia discedere cogantur, in diuinæ maiestatis offensam, iurisdictionis & auctoritatis Apostolicæ læsionē, in animarum suarum periculum, pernitiosum quoque eaemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur, qui eā dem Romanam Curiam, veluti supremum iustitiæ tribunal, & saluberrimum oppressorum omnium refugium, liberam, immunem, & securam omnibus conseruare debemus, considerantes attentius, quod plures pœnarum grauitas, quam Dei timor arcere solet à voluntate peccandi; & propterea tanto periculo volentes occurrere animarum, ac tam nefarios præsumptores, & facinorosos homines, Ecclesiasticæ animaduersionis mucrone ferire, vt metus pœnæ, meta huiusmodi præsumptionis eaistat, huius perpetuæ irrefragabilis constitutionis edicto, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, prædictas eacommunicationis, & anathematis, omnesque & singulas sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, in talia præsumētes, per canonicas sanctiones, ac alias Apostolicas constitutiones, quomodolibet latas & promulgatas, auctoritate Apostolica approbantes, & innouantes, ad omnes & singulos prædictos, qui forsan sub illis comprehensi non essent, eatendentes, & ampliantes, statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, omnes & singulæ ecclesiasticæ, secularesue personæ, cuiuscunque qualitatis, dignitatis, & status, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, quæ earum in causis, tam beneficialibus, quam profanis, ac criminalibus, siue mixtis, in dicta Curia nunc & pro tempore pendentibus (etiam super his, quibus literæ eaecutoriales iam decretæ, suum debitum consecutæ non fuissent effectum) aduersarios, qui illas pro eis prosequentes & procurantes, siue aduocatos, aut procuratores ipsorum, aut Auditores, & alios iudices quoscunque, testes, & notarios præfatos, minis afficere, inuadere, verberare, mutilare, & occidere, seu per alios talia procurare, & eaequi quomodolibet præsumpserint (quanquam mutilatio vel mors ea hoc forsan non sequatur) aut tales scienter receptauerint, defenderint, seu occultauerint, eisque consilium, auailium, vel fauorem, publice vel occulte, directe vel indirecte præstiterint, siue qui præmissa etiam per alios quomodolibet commiserint vltra sententias, censuras, & pœnas prædictas (quas etiam ipsi pari modo incurrisse noscantur) si ex colliti-

Litigantes qui aduersarios eorumque procuratores Iudices testes & notarios &c. minis afficiunt verberant vel occidūt, eorumque fautores &c. pœnas hic descriptas incurrunt.

gantibus; causam ipsam, & omne ius, tam in petitorio, quam possessorio, ac in re, vel ad rem, causa vel occasione huiusmodi, quomodolibet competens, eo ipso perdant penitus & amittant. Si vero alij fuerint, ab ipsa Curia & omnibus eiusdem Romanæ Ecclesiæ terris, perpetui exilij, omni spe restitutionis adempta; Et si mutilatio membri, vel mors (quod Deus auertat) subsequatur, vltra causæ, & iuris amissionem, ac eailij pœnam huiusmodi, tam ipsi, quam pro eis præmissa exequentes, & omnes alij supradicti, depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, ac læsæ maiestatis criminis sententias incurrant ipso facto: Eorumque officia etiā eiusdem Romanæ Curiæ, ac beneficia quæcunque, ea tunc ipso iure vacare decernimus; & quæ, vt præmittitur, vacatura, nostræ & sedis Apostolicæ prædictæ collationi & dispositioni, de simili fratrum eorundem consilio reseruamus. Inhibentes ne quis, præter Romanum Pontificem, quacunque sit super hoc auctoritate munitus, de illis disponere, vel circa illa per viam permutationis, vel alias innouare quoquomodo præsumat: Decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Sintque etiam in suis bonis omnibus, a cunctis perpetuo diffidati nihilominus & banniti, ac infames, & inhabiles habeantur. Et postquam probabilibus constiterit argumentis, aliquem scelus tam eaecrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis & anathematis, amissionis, depositionis, seu diffidationis, & banniti huiusmodi, aduersus eum senentia requiratur. Et vt ipsi nefarij præsumptores, ac facinorosi homines, a tam eaecrabilii scelere facilius & frequentius reprimantur, omnibus & singulis ecclesiasticis, secularibusque personis, etiam cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinia, & conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub simili excommunicationis, & anathematis latæ sententiæ pœna, a qua non nisi, vt præfertur, absolui possint) districtius iniungimus, vt omnes, quos præmissa commisisse, & procurasse, ac etiam meditatos esse sciuerint, Romano Pontifici pro tempore existenti, vel alteri per quem ad eius notitiam facile possit peruenire, per se vel alios, quanto citius reuelare non omittant, pro reuelatione huiusmodi gratiam, & si complices fuerint, veniam consecuturi. Nou obstantibua constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon

Clausulę derogatorię.

omnibus illis, quæ præfati prædecessores in suis, & nos in nostris literis prædictis, voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes ad communem omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus, illas in Cancellaria Apostolica, & audientia literarum contradictarum (quas ex tunc quoscunque ligare decernimus,) & deinde singulis annis prima die, qua per præfatos Auditores, & Locatenentes audientia tenetur, in loco dictæ audientiæ publicari, & in dicta Cancellaria inter alias extrauagantes, ac etiam inter dictorum auditorum constitutiones describi, vt hi, quos contigerit, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, aut illas ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum. Nulli ergo &c. nostræ approbationis, inuocationis, extensionis, ampliationis, statuti, ordinatis, constitutionis, reseruationis, inhibitionis, iniunctionis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo secundo, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo.

Hadrianus Promaronus coll. Bull.

Lecta & publicata fuit Romæ in Cancell. Apost. anno Domini 1502. die 14. Aprilis Pont. Sanctiss. D. N. Papæ Alea. 6. anno X. A de Gottifredis custos.

Et ego Laertius vidi registratā in lib. Cancellariæ. fol. 185.

XII.

Inquisitoribus Hæreticæ prauitatis datur facultas procedendi contra Maleficos incantatores & vanarum superstitionum obseruatores.

Hoc idem voluit Leo.X.infra constit.38.honestis.& Adrianus. 6.constit.5.dudum. licet contrarium voluerit Alex. 4. sup. fol. 19. constit. 10. quod super.

ALEXANDER Episcopus &c.Dilecto filio Angelo de Verona ordinis prædicatorũ Sacræ Theologiæ professori in Prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis.

CVM Acceperimus in Prouincia Lombardiæ diuersas vtriusq; sexus personas, diuersis incantationibus & diabolicis superstitionibus operam dare, suisque veneficijs & varijs obseruationibus multa nefanda scelera procurare, homines & iumenta ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magnaque inde scandala exoriri: decreuimus pro pastoralis officij nobis ex alto commissi ministerio scelera huiusmodi compescere, ac scandalis & erroribus præmissis quantum cum Deo possumus occurrere. Ea propter tam vbi quam etiam successoribus tuis per Lombardiam constitutis de quibus in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, cõmittimus & mandamus, & etiam soli (honesto tamen comitatu per vos eligendo associari) contra easdem vtriusque sexus personas diligenter inquiratis, easque iustitia mediante puniatis & compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas, vobis plenam & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non indultis & concessionibus ordinarijs forsan pro tempore factis, cæterisq; contrarijs quibuscũq; non obstan. Dat. Romæ apud S.Petrum sub anulo Piscatoris Die & cæt.

Malefici & incãtatores multa scelera, & errores inducebant.

Ideo Pont. facultatem concedit Inquisitorib. cõtra eos procedẽdi.

Clausulę derogatorię.

Pont. supradictus obijt Romę xv. Calen. Septemb. 1503. & sepultus fuit in Sacrario Basilicæ S.Petri.

IVLIVS SECVNDVS

Ligur Sixti Quarti nepos coronatus Romę 6.Cal.Decembris 1503.

I.

Contra Barones & Communitates non custodientes eorum territoria a Bannitis Furibus &c.

Confirmatur & ampliatur hæc const.infra per Leon.X.const.23. Romani.& Pium V.const. 177.Exigit.& Greg. XIII. const.66.tanta.

Et de materia vide concord.quas posui sup. fol. 80.in 8.const. Pij 2.

IVLIVS Episcopus &c.Dilectis filijs Baronibus Domicellis Communitatibus & Vniuersitatibus Terrarum & Castrorum eorundem, nec non alijs Ciuitatibus & Vniuersitatibus Oppidorum, & Terrarum S.R.E.mediate, vel immediate subiectis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

QVIA Nihil est, quod magis expediat nostræ Almæ Vrbi & curiæ, ac cæterorum subditorum S.R.E.quieti, & regimini, quam quod euntes, & redeuntes ad eandem, ac cæteras terras eiusdem S.R.E.secure, & libere sine incursione, offensione, & inuasione latronum, furum, ac sycariorum, & aliorum maleuiuentium stare, ire, & redire possint, & valeant, ac propterea, tam de iure communi, quã ex specialibus ordinationibus fe. re. Pauli II.& Sixti IIII. nostri secundum carnem patrui, ac Innocentij VIII.& Alexandri VI. prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum statutum fuerit, vt omnes Barones, & Domicelli, & Vniuersitates castrorum eorundem, ac Ciuitates, etiam cæteræ terræ, & oppida Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate & immediate subiecti, & subiectæ, eorum Terras, & Oppida, Villas, & Territoria quæcunque, a dictis latronibus, sicarijs, furibus, & alijs delinquentibus custodirent, & secura, ac libera facerent, alias ad emendationem omnium damnorum, & rerum subtractarum tenerentur, & obligarentur. Idcirco prædecessorum nostrorum vestigia insequentes, pro pace, & quiete dictæ Vrbis, & omnium Terrarum prædictarum, omniumque incolarum, & venientium ad easdem securitate, vobis omnibus, & vestrum cuilibet tenore præsentium expresse mandamus, vt vestras Terras, Communitates, Vniuersitates, Villas, & castra, ac Territoria omnia a præfatis viris facinorosis, latronibus, furibus, sicarijs, & alijs delinquentibus a die intimationis præsentium earundem secura, & libera teneatis, reseruetis, & custodiatis, quod si secus feceritis, tam pœnas iuris, quam alias pœnas, & censuras a prædecessoribus nostris prædictis super his promulgatas ipso facto vos, & quemlibet vestrum incurrere decernimus & declaramus. Mandantes insuper venerabili fratri Raphaeli Episcopo Albanen. Camerario nostro, ac dilectis filijs Clericis, & Præsidentibus Cameræ Apostolicæ, necnon Almæ Vrbis Senatori, & alijs Officialibus, Legatis, & Gubernatoribus Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum eiusdem S. R. E. quatenus ad denunciationem, & querelam eorum, qui inuasi, spoliati, aut aliquod aliud damnum ab huiusmodi latronibus, furibus, & sycarijs passi fuerint, pro satisfactione eorum ad declarationem dictarum pœnarum, & emendationem dictorum damnorum, iuxta formam, & tenorem constitutionum prædictarum, & præsertim constitutionis, & ordi-

Cõst. istorũ Põt. loquentes cõtra Cõmunitates & Barones hic nõ habes, sed contra Bannitos habes sup.fol.128.Inn. 8 const. 11. cum ibi not.

Territoria libera custodiri mãdat à furibus sicarijs &c.

Intimationẽ istius cõst. hic non habes, sed vide alias const. cõfirmatorias.

Non custodientes ad damni illati satisfactionẽ tenentur.

tationis præfati Alexandri VI. prædecessoris nostri via executiua procedant, & procedere debeant, alioquin vbi requisiti fuerint, & illa exequi neglexerint, tam ipsos, quam vos, & vestrum quemlibet ad emendationem dictorum damnorum teneri volumus, decernimus, & declaramus, non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, die octaua Nouembris, M. D. IIII. Pontificatus nostri anno primo.

II.

De Simoniaca Pont. electione, & huiusmodi Simoniæ complicibus, eorumque pœnis.

De hoc habes infra Pauli Quarti const. 38. cum secundum. Pij Quarti const. 81. in eligendis. & Pij Quinti const. 5. cum primum. & const. 145. & si Romani.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM tam diuino quam humano iure, in spiritualibus præcipue, detestabiliter sit Simoniæ habes prohibita, & longe magis in electione Rom. Pont. Vicarij IESV CHRISTI D. N. abominabilis sit & vniuersali Ecclesiæ perniciosa, Nos qui regimini eiusdem vniuersalis Ecclesiæ (meritis licet imparibus) annuente domino præsidemus cupientes quantum cum Deo possumus in præmissis pro tantæ rei necessitate ac periculi magnitudine vt tenemur in posterum salubriter prouidere, de fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & vnanimi consensu hac nostra perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate, & de potestatis nostræ plenitudine, statuimus, ordinamus, decernimus, & diffinimus, quod si (quod Deus pro sua clementia, & ineffabili bonitate auertat) contigerit, postquam nos, vel successores nostros successiue, ipse Deus ab huiusmodi vniuersalis Ecclesiæ regimine absoluerit; humani generis inimico procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc inclinante, seu impellente, electionem Romani Pontificis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo, seu aliquibus de cætu Cardinalium quomodolibet votum dantibus, per simoniacam hæresim (in dando, promittendo, vel recipiendo pecunias, bona cuiusque generis, castra, officia, vel beneficia, seu promissiones, & obligationes) commissam, per se vel alium, seu alios quomodocunque, & qualitercunque (etiam in duarum partium, vel omnium Cardinalium vnanimi concordia, quomodolibet, etiam per viam assumptionis vnanimiter, nemine discrepante, etiam sine scrutinio factæ) celebrari, vel fieri; non solum huiusmodi electio, vel assumptio, eo ipso nulla existat, & nullam eidem sic electo, vel assumpto administrandi, in spiritualibus & temporalibus, facultatem tribuat, sed etiam contra dictum sic electum, vel assumptum, de simoniaca labe, a quocunque Cardinali, qui eidem electioni interfuerit, opponi, & excipi possit, sicut de vera, & indubitata hæresi; ita quod a nullo pro Romano Pontifice habeatur, quinimmo ipse sit à priori suo Cardinalatu, & alio quocunque honore, Ecclesijs Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, monasterijs, & dignitatibus, & alijs quibuscunque beneficijs, & pensionibus, quæ tunc obtinebat in titulum, vel in commendam, aut alias quomodocunque, eo ipso, absque alia declaratione, priuatus existat: & idem electus, non Apostolicus, sed apostaticus, & tanquam simoniacus, & hæresiarcha, & ad prædicta omnia & singula perpetuo inhabilis habeatur, & sit. Nec huiusmodi simoniaca electio per subsequentem ipsius intronizationem, seu temporis cursum, aut etiam omnium Cardinalium adorationem, seu obedientiam, vllo vnquam tempore conualescat. Liceatque omnibus & singulis Cardinalibus, etiam illis, qui huic simoniacæ electioni, seu assumptioni consenserint, etiam post intronizationem, & adorationem, seu obedientiam, ac etiam vniuerso Clero, populo Romano, necnon subditis, & sancti Angeli de Vrbe, ac quarumuis aliarum Romanæ Ecclesiæ arcium Præfectis, Castellanis, Capitaneis, & alijs officialibus (quocunque homagio, seu iuramento, vel cautione præstitis, non obstantibus) a talis electi, etiam intronizati, obedientia, & deuotione, impune, & quandocunque discedere (ipsis, fidei Romanæ Ecclesiæ, & obedientiæ futuri Romani Pontificis canonice intrantis, nihilominus astrictis permanentibus) & eum, vt magum, ethnicum, publicanum, & hæresiarcham euitare. Ad cuius quoque confusionem, possint Cardinales, qui præfatæ electioni se opponere voluerint, si præsumpserit se regimini vniuersalis Ecclesiæ, prætextu talis electionis ingerere, auxilium brachij secularis contra eum implorare. Nec tales ab eius obedientia discedentes, tanquam tunicæ Domini scissores, aliquarum propter dictum discessum pœnarum, seu censurarum vltioni subiaceant. Cardinales vero, qui eum sic simoniace elegerunt, a suis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis, & honore, ac quibuscunq; Patriarchalibus, Archiepiscopalib', Episcopalib', & alijs prælaturis, ac dignitatibus, & beneficijs, quæ in titulū, vel cōmēdā tunc obtinebat, vel in quibus, seu ad quæ ius tunc habebunt, absq; alia declaratione, priuati existant, nisi ab illo penitus, & cum effectu discesserint, & reliquis Cardinalibus, qui huiusmodi simoniæ non consciserint, infra terminum octo dierum, postquam fuerint ab eis requisiti, personaliter, si fieri poterit, alias per edictum publicum, se absque fictione, vel fraude vniuerint, & coniunxerint. Et tunc si præfatis alijs Cardinalibus se vniuerint, & coniunxerint; in pristinum statum, & ad pristinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac ecclesias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac restituti, & repositi, & ab huiusmodi simoniæ labe, & censuris, ac pœnis ecclesiasticis quibuscunque, absoluti eo ipso existant. Mediatores vero, proxenetæ, trapezitæ tam clerici quam laici, cuiuscunque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, siue Episcopali, vel alia seculari, mundana, siue ecclesiastica dignitate præditi, etiam quorumcunque Regum, & Principum Oratores, vel Nuncij, huius simoniacæ electionis participes, sint omnibus suis ecclesijs, beneficijs, prælaturis, & feudis, ac alijs quibuscunque honoribus, & bonis, eo ipso priuati, & ad similia inhabiles, ac etiam actiue & passiue intestabiles, & eorum bona ipso facto, ad instar reorum criminum læsæ maiestatis, Fisco Apostolicæ Sedis applicentur, & deuoluantur, si prædicti delinquentes ecclesiastici fuerint, vel alias Romanæ Ecclesiæ subditi. Bona vero & feuda taliter delinquentium, non subditorum secularium, in partibus existentia, Fisco secularis principis, in cuius territorio bona sita fuerint, ipso facto similiter applicentur. Ita tamen, quod si infra tres menses, a die quo notum fuerit illos simoniam commisisse, vel participasse, Principes dicta bona fisco suo actualiter hoc applicauerint, ea tunc illa Fisco Ecclesiæ Romanæ applicata censeantur & sint eo ipso, abque aliqua simili declaratione. Promissiones quoque, & obligationes, siue sponsiones propterea

Electio Papæ simoniaca nulla est.

Et con. electum opponi potest de simonia sicut de vera hæresi.

Sic electus quacunque dignitate & beneficio priuatur.

Electio ista per adorationē obedientiā &c. non conualescit.

Et omnibus licet ab eius obedientia discedere.

Cardinalesq; impedire possunt illum se ingerere Eccles. regimini.

Cardinales simoniace eligentes mediatoresque &c pœnas de quibus hic incurrunt.

Obligationes ac solutiones dictæ Simoniæ quomodocunque factæ nullæ & inualidæ sunt.

quando-

quandocunque, etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra personas Cardinalium, per quoscunque alios quomodocunque factæ, cum quauis inexcogitabili solemnitate & forma, etiam iuratæ, conditionales, siue euentuales, & in forma excommissarum, ex quacunque causa, etiam depositi, mutui, cambij, confessionis de recepto, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis, vel alterius cuiuscunque contractus, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, factæ, sint nullæ & inualidæ, & ad agendum inefficaces, nullusque illarum vigore cogi vel constringi possit, in iudicio vel extra. Liceatque omnibus, ab illis impune, absque aliquo metu, siue periurij nota, recedere. Et insuper liceat Cardinalibus, qui electioni prædictæ simoniacæ interfuerint, & à præfato sic electo discesserint, adhibitis secum alijs Cardinalibus, etiam illis, qui huiusmodi simoniacæ electioni consenserunt, & postea eisdem Cardinalibus in dicta simonia non complicibus se vniuerint, si se cum eisdem vnire voluerint; alioquin sine eis, ad alterius nihilominus Pontificis electionem, non expectata alia sententia declaratoria simoniacæ electionis huiusmodi (eadem tamen præsente nostra constitutione semper in suo robore permanente) libere, aliàs tamen canonice, deuenire, & Concilium etiam generale inducere & conuocare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & præcipue fel. record. Alexandri Papæ III. quæ incipit, Licet de vitanda discordia, & aliorum Romanorũ Pontificum prædecessorum nostrorum, etiam in concilijs generalis editis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Inhibentes postremo omnibus & singulis S.R.E. Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro Collegio, ne Apostolica Sede vacante, prædictis contrauenire, vel contra præmissa, vel aliquod præmissorum statuere, disponere, & ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare præsumant, quocunque exquisito colore vel causa, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrant, & à qua non, nisi per Romanum Pontificem canonice electum, absolui possint, nisi in mortis articulo. Decernentes ex nunc irritum, & inane, si secus super his, vel aliquo præmissorum, à quoquam, scienter vel ignoranter, etiam per nos, contigerit attentari. Vt autem præsentis constitutionis, decreti, statuti, ordinationis, ac inhibitionis nostræ tenor, ad omnium notitiam deducatur, volumus præsentes literas nostras in valuis basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ, ac acie campi Floræ affigi, nec aliam earundem literarum publicationis solemnitatem requiri, aut expectari debere, sed huiusmodi affisionem pro solemni publicatione, & perpetuo robore sufficere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum constitutionis, ordinationis, statuti, decreti, diffinitionis, applicationis, approbationis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto, xviiij. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Cardinales non complices simoniæ possint eligere alium Pont. vt hic.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretũ irritãs.

De Publicatione istius const. vide in quinterno Cãcel. fol. 298.

F. Argentinus. Sigismundus.

III.

Confirmatio constitutionis Pauli Secundi de Annatis quas singulis quindecim annis soluere tenentur Monasteria & beneficia pijs locis vnita de cætero non vacantia.

Ad hoc vide quæ notaui supra fol. 93. in dicta. Pauli 2. const. 8. decet. & Pij V. const. 174. Apostolicæ.

IVLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EX debito pastoralis officij, nobis, meritis insufficientibus, ex alto commissi, quo vnicuique sumus in iustitia debitores, ad ea libenter intendimus, per quæ, Cameræ Apostolicæ & venerabilium fratrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegij, ac Sedis Apostolicæ officialium indemnitati prouideatur, & iura illorum illæsa seruentur; ac ea, quæ propterea à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, processisse comperimus, ne desuetudine, incuria, aut aliàs depereant, sed firma perpetuo & illibata persistant, libenter Apostolico munimine roboramus, ac aliàs statuimus, & ordinamus, prout in Domino prospicimus salubriter expedire. Dudum si quidem à fel. recod. Paulo Papa II. prædecessore nostro, emanarunt literæ tenoris subsequentis. Paulus Episcopus &c. *Omittitur tenor quia habetur supra fol. 93.*

Cum autem sicut accepimus ex huiusmodi, & quæ postea tam per rec. mem. Sixt. 4. Innocen. 8. & Alean. 6. etiam Rom. Pontifices prædecessores nostros hactenus factæ fuerunt, perpetuis vnionibus & applicationibus ex multorum negligentia siue malitia, qui dictis literis parere in animarum suarum periculum hactenus contempserunt, dicta Camera in suis iuribus non mediocrem patiatur iacturam. Nos volentes eorundem Cameræ Collegij & Officialium indemnitati consulere, tam staturum ordinationem decretum & declarationem prædicta quam omnia & singula alia in ipsis prædictis literis contenta eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & innouamus, ac inuiolabiliter obseruari debere, ac omnes & singulos cuiuscunque qualitatis gradus vel conditionis fuerint, qui tempore Datæ publicationis præinsertarum literarum, soluere tenebantur, & hactenus non soluerunt, & illis, qui postea se obligarunt, seu alias ratione monasteriorum, & aliorũ beneficiorum sic vnitorum, ad valorem centum florenorum auri de Camera, communi æstimatione ascendentium, vel quorum fructus, reditus, & prouentus, in eisdem libris ad similem summam taxati repetiuntur, eidem Cameræ soluere tenentur, ad integram solutionem eidem Cameræ de præmissis faciendam, infra annum à die publicationis præsentium computandum, iuxta tenorem dictarum literarum, & sub pœnis in illis contentus, vt par est, omnino teneri, & alligari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinto, v. Calen. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmat dictã const. Pauli 2.

Clausulæ derogatoriæ.

Contra

IIII.

Contra Prælatos & alios se ingerentes Administrationibus Ecclesiarum & Beneficiorum non expeditis literis Apostolicis. Et contra non soluentes Annatas &c.

De hoc habes infra Iul.3. const.33.Sanctissimus.Et de materia Annatarum vide supra fol.106.Innoc.viij.const.1. vbi notaui.

IVLIVS Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circunspecta,ad ea libenter intendit,per quæ animarum periculis, Ecclesiarum & monasteriorum dispendijs obuietur, Cameræque Apostolicæ (cui diuersa impensarum onera,pro Ecclesiæ Romanæ statu conseruando,quotidie incumbunt) indemnitati debite prouideatur. Dudum siquidem ad audientiam fel.rec.Bonifatij VIII. & Alexandri V.Romanorum Pontificum,prædecessorum nostrorum,deducto,quod nonnulli ad Patriarchales,Metropolitanas,& Cathedrales Ecclesias,monasteria,& prioratus , tam regulares quam seculares promoti,seu quibus per eosdem prædecessores,seu Sedem Apostolicam, de dictis Ecclesijs,monasterijs,siue prioratibus,hactenus quomodolibet prouisum fuerat;in expeditione literarum Apostolicarum super prouisionibus huiusmodi negligentes existebant ; quidam vero ex prædictis (quod deterius erat) absque huiusmodi literis,in suæ salutis interitum, ad Ecclesias , monasteria , & prioratus huiusmodi, præter & contra stilum,& morem Romanæ Curiæ , laudabiliter obseruatos , ac etiam Apostolicas prohibitiones,accedere præsumpserant,ac Ecclesiarum,monasteriorum,vel prioratuum huiusmodi,regimini,gubernationi , & administrationi se etiam ingerebant , & immiscebant,ac ingerere & immiscere damnabiliter præsumebant;ijdem prædecessores cupientes huiusmodi damnis instantibus & futuris remedium adhibere oportunum; videlicet idem Bonifacius prædecessor noster vnam perpetuo valituram constitutionem,quæ incipit, Iniunctæ, per quam inter alia sanxit,vt Episcopi &c.Alexander vero prædecessor memoratus, ipsius Bonifacij prædecessoris inhærendo vestigijs,ac de consilio tunc venerabilium fratrum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium,auctoritate Apostolica,& ex eius certa scientia,aliam,quæ incipit,Ex iniuncto,ædidit cõstitutionem , per quam etiam inter alia statuit & decreuit,quod omnes,& singuli Patriarchæ,Archiepiscopi,Episcopi,electi,administratores,commendatarij,abbates,& priores huiusmodi (quibus per eum auctoritate Apostolica hactenus de aliqua Patriarchali,Metropolitana vel Episcopali Ecclesijs,vel monasterijs,seu de prioratibus conuentualibus,etiam in administrationem, vel commendam,prouisum extitisset,& eorum literas vsque ad totalem expeditionem , & receptionem earundem literarum inclusiue, expediri non fecissent) sub pœna priuationis ecclesiarum,monasteriorum, & prioratuum huiusmodi,& omnis iuris eis ex prouisionibus prædictis quomodolibet acquisiti (quam quemlibet negligentem incurrere voluit eo ipso,& quod Ecclesias, & monasteria , ac prioratus negligentium præmissa ad effectum perducere,ex ea die,prout ex tunc,præfata auctoritate vacare,& Apostolicæ Sedis dispositioni specialiter reseruata fore , decreuit & declarauit;) tenerentur & deberent literas huiusmodi,super prouisionibus ipsis,per se vel alios , vsque ad præfatam earum totalem expeditionem , ac receptionem,vt præmittitur,inclusiue,expediri fecisse,infra annum à Data prouisionis factæ , continue computandum ; Illi vero,quibus prouideri contingeret quomodolibet in futurum,de Ecclesijs,monasterijs,aut prioratibus huiusmodi,seu aliquo eorundem,sub pœna simili, quam , vt præfertur , incurrerent, etiam infra annum à prouisionis faciendæ continuo computandum,similiter tenerentur & deberent literas ipsas etiã vsque ad prædictam totalem expeditionem & receptionem inclusiue , expediri fecisse ; & interim sub eadem pœna , per se vel alios,absque literis prouisionis in forma,de regimine,gubernatione , seu administratione , vel quasi,ecclesiarum,monasteriorum,prioratuumque prædictorum,vel alicuius eorum,seu bonorum eorundem , in spiritualibus vel temporalibus,nullatenus se ingerere vel aliter se immiscere,aut super his,vel eorum aliquo,seu depẽdentibus vel connexis,iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere præsumerent,cæterisque pœnis contra prædictos,à iure,vel ab homine,etiam ratione negligentiæ muneris consecrationis , vel benedictionis non suscepti,statutis,inflictis,& alijs in suo robore permansuris,Irritum,& inane,censens ex ea die,si secus vel aliter, super his,a quoquam,quauis auctoritate,scienter vel ignoranter,in posterum contingeret attentari quomodolibet . Successiue vero recolendæ memoriæ Pius Papa Secundus,etiam prædecessor noster , cupiens tam saluti animarum,quam ipsius Cameræ Apostolicæ indemnitatibus salubriter prouidere,ac existimans eos,quos in dicta Camera deinceps pro annata beneficiorum , per eos auctoritate Apostolica assecutorum,obligari contingeret,infra terminos eis constitutos,omnino Cameræ prædictæ satisfacturos , si vltra sententiam excommunicationis,quam non satisfaciendo in termino sibi præfixo,ipso facto incurrerent , aliqua per eum illis pœna fortior infligeretur,præmissis,ac certis alijs rationabilibus causis animum suum mouentibus,per quandam constitutionem suam,quæ incipit , Romani Pontificis , perpetuo prouidit & eadem auctoritate Apostolica statuit & ordinauit ac decreuit & declarauit,quod omnes & singulæ obligationes,quæ ex illa die , super annatis quorũcunque beneficiorum in dicta Camera reciperentur;intelligerentur , quod obligati pro se , si infra eis præfixos terminos,Cameræ Collectoribus in partibus pro tempore existentibus, satisfacere defecissent , tam ipso facto, lapso eodem termino,sententiam excommunicationis incurrerent,quam beneficijs suis,pro quibus in dicta Camera se obligassent,omnino essent & censerentur priuati,illi vero,qui non pro se , sed pro alijs, vt principales, & priuatæ personæ,super huiusmodi annatis se obligarent,vltra incidentiam excommunicationis sentẽtiæ prædictæ,si in termino constituto dictæ Cameræ vel Collectoribus non soluissent,ipso facto suis omnibus quæ obtinerent beneficijs, similiter intelligerentur esse priuati, atque talium beneficia possent in euentum prædictum per quoscunque libere & licite impetrari . De hinc fel. rec. Innocentius Papa Octauus , similiter prædecessor noster per quandam suam constitutionem,quæ incipit, Apostolicæ Cameræ &c. Nos igitur cupientes ne prouisiones, concessiones, & gratiæ Apostolicæ Sedis , & præcipue quæ à nobis emanarunt & pro tempore emanabunt,diu maneant in suspenso,sed perfecte ad actum,iuxta Apostolicas constitutiones,deducantur;Et oẽ ecclesiarum,monasteriorum,& prædictarum dignitatum ecclesiasticarum prælati,seu commendatarij, & administra-

tores,

Bonif. 8. const. hic non habes.

Alex.5.const.hic non habes.

Ipse Alex.pœnas hic descriptas imposuit ingerẽtibus se administrationi Eccles. non expeditis literis.

Cum decreto irritanti.

Pij 2. const. hic non habes.

Ipse Pius pœnas de quibus hic , imposuit nõ soluẽtibus annatas debitas.

Inn.8.const. habes sup. fol.106.

tores, absque titulo & literis Apostolicis, in animarum suarum periculum, regimini & administrationi eorundem se ingerere, aut alias illis immiscere præsumant; Ac ne Cameræ Apostolicæ reditus minuatur; sed damni eiusdem obuietur, in præmissis omnibus prouidere; prædictorum prædecessorum nostrorum inhærendo vestigijs, Motu proprio, & ex certa scientia, constitutiones præfatas, & earum quamlibet innouantes, præsenti constitutione perpetuo valitura declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus, quod constitutiones Bonifacij, Alexandri, Pij, & Innocentij prædecessorum nostrorum huiusmodi, etiam quo ad pœnas, & censuras, etiam priuationis in eis expressas, quoad futura, in omnibus & per omnia, iuxta illarum tenores (qui omnes inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obseruentur.) quo vero ad præsentia & præterita, constitutiones & ordinationes easdem moderamur sub hac forma, videlicet, quod quo ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Electos, Administratores, Commendatarios, Abbates, Priores, & alios quoscunque quibus auctoritate Apostolica de Patriarchali, Metropolitan. vel Cathedrali Ecclesijs, aut monasterijs, seu prioratibus conuentualibus, etiam in administrationem, vel commendam, hactenus prouisum extitit, & super his literas vsque ad totalem expeditionem & receptionem earundem expediri, infra terminum in constitutione Alexandri prædecessoris huiusmodi præfixum, non fecerunt, vel etiam sine literis confirmationis, prouisionis, vel commendæ, consecrationis, & benedictionis, Ecclesiarum, Monasteriorum, vel prioratuum administrationem acceperunt, & illi incumbūt, vel etiam quoad illos, qui pro annatis quorumcunque beneficiorum, in dicta Camera Apostolica, se pro se ipsis vel alijs, infra certum tempus, pro solutione obligauerunt, & statutis terminis non soluerunt, ac propterea sententias & pœnas in præmissis constitutionibus & obligationibus contentas incurrerunt; Si citra montes, infra quatuor; Si vltra montes, infra octo menses, à die publicationis præsentium in Cancellaria Apostolica, computandos literas huiusmodi totaliter expedierint, & ad se receperint, & de his quæ debent, Cameræ prædictæ satisfecerint: ex tunc (dum tamen per prouisiones, collationes, seu alias quaslibet dispositiones de Ecclesijs, monasterijs, prioratibus, dignitatibus, & beneficijs prædictis, à prædicta Sede Apostolica, vel alias à quocunque, vel quomodocunque factas, non sit alteri, ante Datam huiusmodi constitutionis nostræ, ius quæsitum) eo ipso ab excommunicationis sententia, & alijs pœnis, quibus per prædictas constitutiones, vel obligationes respectiue obligati essent, absoluti, & ad beneficia quibus propterea priuati essent, plenarie restituti, auctoritate nostra censeantur, perinde ac si præmissa omnia & singula in ipsis constitutionibus contenta, obseruassent, & pœnas præfatas non incurrissent. Quod si prædictas literas non expediuerint, & illis constitutionibus non paruerint, vel in terminis ipsis non soluerint, pœnas prædictas, etiam priuationis, eo ipso incurrisse se nouerint, quos etiam tenore præsentis constitutionis, expresse pœnis, & censuris eisdem innodamus, & priuatos declaramus. Et insuper eadem auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod illi, quos annatis huiusmodi, dictæ Cameræ teneri constiterit, etiam si aliàs illas soluere nullatenus promisissent, seu ad illarum solutionem non aliter se specialiter obligassent; si literas hactenus desuper Apostolicas aliqua machinatione, vel fraude adhibitis, solutione annatæ, vel obligatione in eadem Cameræ minime facta, recepissent (dumtamen beneficia ipsa fuissent seu fuerint quomodolibet realiter assecuti) ad solutionem annatæ, & iurium prædictorum, efficaciter teneantur. Et nisi infra quatuor menses, si citramontani; & octo menses, si vltramontani fuerint, à die publicationis præsentium in Cācellaria Apostolica computandos, de annata debita satisfecerint dictæ Cameræ Apostolicæ, vel eius collectoribus (de qua solutione appareat per instrumentum publicum) lapso dicto termino, beneficijs, pro quibus de annata soluenda tenentur, omnino sint & intelligantur eo ipso priuati. Et sic in omnibus & singulis præmissis, etiam per quoscunque iudices, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & palatij Apostolici Auditores & alios, in Romana Curia, vel extra eam, in causis, in quauis instantia, etiam per appellationem, vel alio quouis modo, quomodocunque, & qualitercunque pendentibus, iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, perpetuo decernimus & declaramus. Non obstantibus omnibus, quæ ijdem prædecessores in præfatis suis constitutionibus voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem hæc innouatio, statutum, voluntas, decretum, & ordinatio, ac declaratio nostra, ad omnium & singulorum notitiam deducantur; nullusque possit deinceps aliquam excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, vtque perpetuo firma & illibata permaneant; auctoritate & tenore prædictis volumus & mandamus, vt in valuis nostræ Cancellariæ tribus vicibus, diuersisque diebus, dum ipsa Cancellaria tenebitur, & donec durabit, per aliquem ex Cursoribus nostris affigantur, & teneantur, exindeque in libris Cancellariæ Apostolicæ, vbi similia describi & registrari cōsueuerūt, per officiales Cameræ prædictæ ad quos pertinet, ad perpetuam rei memoriam describantur & registrentur. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinto, v. Calend. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmat cōst. dictorū Pōtificū quo ad futura.

Et moderatur quo ad præsentia & præterita vt his.

De pœnis nō soluentiū annatas tēporib. debitis.

Decretū irritās.

Clausulæ derogatoriæ.

V.

Innouatio & extensio constitutionum Pij Secundi. & Six. 4. contra Bannitos, Homicidas, eorumque Fautores &c.

Hæc const. confirmatur & Ampliatur infra per Leon. X. const. 31. omnes. Et de materia vide sup. fol. 80. in Pij 2. const. 8.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM homines se inuicem quantum possunt ratione, & auxilio fouere debeant, ideo Deo, & hominibus abhominabiles esse viros sanguinum auidos Propheta testatur: nec immerito, cum horrenda sæuitia non solum corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt, si non sint armis spiritualibus, diuina præueniente gratia præmuniti, procurare noscantur, pro quibus dominus noster IESVS CHRISTVS mortem subijt temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum conferre arbitrantes, eos qui huiusmodi detestabile scelus patrare non expauescunt iustitia cupientes punire, & latas pro tēpore contra eos condemnationes debitæ executioni demandari, ea quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & sicariorum

ficariorum huiusmodi persecutione, à prædecessoribus nostris prouide emanarint, vt eo firmius obseruentur, quo fuerint sæpius Apostolica auctoritate munita libenter approbantes, munimine roboramus, ac alia pro Vrbis nostræ, & aliarum ciuitatum, terrarum, & prouinciarum nobis subiectarom, necnon ciuium, & incolarũ eorundem commodo, pace, & tranquillitate desuper statuimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per fel. record. Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto quod a certis annis tunc elapsis citra in terris, locis, & tenimentis Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis quamplura etiam ex leuibus causis commissa esse reperiebantur homicidia &c. Et deinde piæ memoriæ Sixtus Papa IIII. etiam prædecessor noster, accepto per eum quod in ipsius Pij prædecessoris literis contenta à certis annis tunc elapsis citra non fuerant obseruata &c. Prout in singulis literis prædictis plenius continetur.

Pij 2. const. habes sup. fol. 80.

Sixt. 4. const. habes sup. fol. 103.

Cum autem tempore assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem propter guerras, quibus non solum ciuitates, terræ, & loca temporali dominio eidem Romanæ Ecclesiæ subiecta, sed etiam tota Italia decem fere annis, magno cum omniũ in eis habitãtium incommodo vexata fuerunt, in eisdem ciuitatibus, terris, & locis, præsertim in Vrbe nostra intestina ac diuturna odia, & discordias ciuilesque dissensiones vigere, ac furta, latrocinia, homicidia passim perpetrari cognouerimus, mente reuoluẽtes præfatum Sixtum prædecessorem, & auunculum nostrum, qui nos ad Cardinalatus honorem euexit, ad decorem & venustatem Vrbis prædictæ, & illius temporum restaurationem, ac personarum eiusdem Vrbis, ac aliarum ciuitatum & locorum eidem Romanæ Ecclesiæ subiectorum cõmoda aciem suæ considerationis extendisse, illius exemplo permoti, animum ad sedandum discordias, & odia, tam in dicta Vrbe quam alijs ciuitatibus, terris, & locis dictæ Ecclesiæ subiectis ad firmandam perpetuam pacẽ & quietem, non sine maximis animi & corporis molestija & curis, pro subditorum nostrorum commodis applicauimus, idque opportunis iuris remedijs omni studio efficere cupimus.

Põt. iste à Six. 4. eius auunculo Cardinalis creatus fuit.

Habitus igitur super ijs cum fratribus nostris S. Rom. Eccl. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio, literas Pij, & Sixti prædecessorũ prædictorum, & prout illas concernunt, omnia & singula in dictis literis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere debere decernimus.

Approbat const. Pij 2. & Sixt. 4.

ac illas ad bannitos, exititios, & rebelles, aut alios pro quocunque alio crimine capitali, à quibusuis officialibus, tam in dicta Vrbe, quam extra eam, & in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis ius dicentibus pro tempore condemnatos, ac brigosos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ Vrbis Apostolica auctoritate approbatas facere recusantes, necnon ius sibimet contra alios dicentes, aut caualcatas sine Romanis Pontificis, aut officialium suorum speciali licentia facientes, vel mouentes, præfata auctoritate, de eorundem fratrum consilio extendimus, ac vniuersis & singulis tã laicis, quã ecclesiasticis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, excellentiæ, dignitatis, Ducibus quoque, Comitibus, Baronibus, domicellis, necnon communitatibus, ciuitatibus, ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum, districte præcipiendo mandamus, & inhibemus, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exititios, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigosos pacem facere recusantes, seu ius sibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes, in eorum ciuitatibus, castris, seu locis alijs quibuscunque recipere & retinere, seu auxilium, consilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel alium præstare, aut in eorum domibus, seu castris, vel locis recipere, & receptare præsumat.

Et extẽdit ad bel gosos &c. De quibus habes supra fol. 90. Pauli 2. const. 5. & fol. 99. Six. 4 const. 7.

Receptatores & fautores bãnitorũ brigosorũ &c. pœnis hic descri ptis innodantur. De quo vide Pij V. const. 14. et superiq. & Grego. xiij. const. 66. citata.

Etsi aliquis contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi quouismodo directe vel indirecte de cætero venire præsumpserit, nos omnes & singulos sic contrauenientes, contra quos per Pium, & Sixtum præfatos, ac alios prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Apostolicæ Sedis Legatos etiam satis est debite prouisum, excommunicationis maioris, & anathematis sententiam, a qua non nisi à nobis, vel eisdem successoribus, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolui possint, incurrere, eosq; omnibus & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus realibus & personalibus, ac ciuitatibus, castris, terris, locis, & dominijs eorum, dignitatibus, & honoribus, iuribus, officijs, ac etiam feudis, & concessionibus quibuscunque, quæ à nobis & Romana ac quibuscunque alijs Ecclesijs obtinere noscuntur, sub quacunque verborum forma, & tenore, ac cum quibusuis fortissimis & insolitis clausulis, immunitatibus, exemptionibus, & priuilegijs, etiam præseruatiuis ab incursu pœnæ priuationis ipso iure (quorum tenores ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis haberi volumus) eo ipso priuatos, & inhabiles ac indignos ad illa & quælibet alia in posterum obtinenda, & quoscunque actus legitimos exercẽdos fore nunciamus, & illa per nos & successores nostros absque aliqua declaratione super incursu pœnæ priuationis huiusmodi, aut citatione eorum qui priuationis pœnam incurrerint facienda, alijs personis in feudum seu vicariatum, aut alias, ac si per lapsum temporis concessionis aut finitam lineam, ad dictam Cameram reuertissent, libere concedere, ac alias de illis disponere posse decernimus, & declaramus, necnon ciuitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ Apostolicæ confiscamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, & appropriata esse: sicque contrauenientes pro rebellibus eiusdem Romanæ Ecclesiæ haberi & censeri debere volumus, eorum subditos, & vassallos, & arcium, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum castellanos, à quocunque fidelitatis iuramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitus absoluentes. Ciuitates quoque, terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdem Romanæ Ecclesiæ obedientiam se non reduxerint, seu in præmissis quomodolibet deliquerint, & etiam quorumcunque eis consilium, auxilium, vel fauorem quouismodo directe vel indirecte, publice vel occulte præstantiũ, etiam quacunque ecclesiastica, vel mundana, etiam Regali præfulgeant dignitate, & excellentia, vt præfertur, & ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico subijcimus interdicto, tamdiu firmiter obseruando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum post inde discessum. Illos quoq; qui aliquem sciuerint culpabilem in prædictis, & nobis vel successoribus nostris infra trium dierum spatium non retulerint, vel alicui per quem ad nos verbũ fideliter perferatur, similes pœnas incurrere volumus.

Qui nõ reuelat, dictos culpabiles easdẽ pœnas incurrit.

Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari uon possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ, & quibuscunque alijs priuilegijs, indultis & literis Apostolicis generalibus vel specialibus, super recipiendis bannitis, & homicidis, ac brigosis, & alijs prædictis, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum haben-

Clausulæ derogatoriæ.

Affixionẽ istius const. hic nõ ha-

V da sit

da sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam volumus nullatenus suffragari. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus, & mandamus illas in valuis basilicarum Principis Apostolorũ, & Sancti Ioannis Lateranensis de Vrbe affigi, vt ij quos literæ ipsæ concernunt, quod ad ipsorum notitiam peruenerint aut illas ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, quod apud ipsos remaneat incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, extensionis, inhibitionis, decreti, declarationis, confiscationis, incorporationis, applicationis, approbationis, absolutionis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrũ, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinto, Quinto Calend. Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

bes, sed satis est publicatas fuisse alias cõst. confirmatorias, quas indicaui sup. in rubrica.

V I.

De Appellationibus in causis Criminalibus.

Hæc const. confirmatur infra per Paul. 3. const. 22. cum sicut. & Pium 4. const. 68. & sicut.
Et declaratur per eundem Pium Quartum const. 128. licet dudum.
& Pium Quintum const. 143. licet iuri & const.
180. cum sicut.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Nicolao Prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ Thesaurario. Dilecti fili, Salutem & Apost. benedict.

ACCEPIMVS Fisco Cameræ Apostolicæ, istius nostræ prouinciæ, damnum non leue inferri, delictaque impunita remanere, ex prætextu appellationum, quæ in maleficiorum causis, tum ante condemnationem, tũ post, interponuntur; propter quas, cum aut ad Vrbem, aut aliò causæ ipsæ transferuntur, indecisæ, & minus pro ipso Fisco defensæ remanent. Quamobrem volentes damno & impunitati prædictis occurrere, tibi committimus & mandamus, vt nullam in aliqua causa alicuius maleficij, aut fractæ pacis, induciarum, vel treguæ (etiã si de noua causa, aut de habendo recursum diceret) appellationem admittas, aut admitti sinas per aliquem iudicem vel officialem, nisi prius effectuale depositum penes te fecerint, de poena, in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in constitutionibus prouincialibus, & alijs prædecessorum nostrorum & nostris literis (ad quas relationem haberi volumus) plenius continetur. Inhibentes etiam præsentibus Gubernatoribus, Vicelegatis, Locumtenentibus, & alijs quibuscunq; officialibus ipsius prouinciæ, quocunq; nomine nuncupatis, vt appellationem aliquam in dictis causis admittere nullo modo audeãt vel præsumant, nisi per te eis prius constiterit de effectuali deposito vt præmittitur facto. Decernen. ex nunc irritum & inane, si secus à quocunq; aliquid præsumptum fuerit attentari; Contrarijs non obstan. quibuscunque. Dat. Romæ apud Sãctum Petrum, sub annulo piscatoris, die x v j. Iunij. millesimo quingentesimo sexto, Pontificatus nostri anno tertio.

App. non admittatur in causis maleficiorũ nisi facto deposito.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

Publicationẽ istius const. non inueni sed aduerte quod supradicta const. Pij 4. quæ istã confirmat fuit publicata.

V I I.

Confirmatio constitutionis Six. 4. de Priuilegijs Curialium disponen. de eorum bonis, illorumque successione ab intestato. Quam Six. const. habes sup. fol. 97. nu. 4.

Confirmatur hæc const. infra per Leon. X. const. 13. Inter. & ibi notabo.

De materia Priuilegiorum Curialium ponam infra in Pio 4. const. 31. Romanus.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LICET ea, quæ per sedem Apostolicam concessa fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem; nonnunquam tamen Romanus Pontifex, illa, cum ab eo petitur, libenter approbat, vt eo firmius illibata persistant, quo magis fuerint suo præsidio communita. Dudum si quidem à fel. rec. Sixt. IIII. prædecessore nostro, emanarunt literæ tenoris subsequentis. Sixtus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpet. rei memoriã. Et si vniuersis

Omittitur tenor quia habetur supra fol. 97.

Nos igitur, qui eosdem Curiales, tanquam præcipuos nostros & Romanæ Ecclesiæ filios, propter continuam, quam nobiscum, & Romano Pontifice pro tempore existente, conuersationem habent, quique laborum & onerum nobis, & Romanæ Curiæ incumbentium, participes sunt, quodam speciali & particulari præ cæteris alijs nostræ curæ commissis, prosequimur dilectionis affectu, Cupientes, quantum cum Deo possumus, eorum cõmoditatibus prouidere, & indemnitatibus occurrere, Motu proprio, non ad ipsorum Curialium, vel aliquorũ aliorum, nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, literas prædictas, cum inhibitionibus ac omnibus & singulis alijs in eis contentis capitulis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus & approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & iuxta illarum tenorem obseruari debere, decernimus, volumus, & mandamus. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo septimo, tertiodecimo Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmat dictã const. Sixt. 4.

Clausulæ derogatoriæ.

VIII.

Contra Clericos & quoscunque Ministros Reu. Cam. Apostolicæ quomodolibet participantes in contractibus rerum Cameralium.

Hæc constit. confirmatur & ampliatur per Paulum III. infra const.60. Alias fel.record.

IVLIVS Episcnpus &c. Motu proprin &c.
PERCEPIMVS à fide dignis, ac pluties informati fuimus, quod in appaltu aluminum Sanctæ Cruciatæ, vel concessionũ Dohanarum, Thesaurariæ, ac Salariæ, & aliarum rerum, quę per nos, seu ordine nnstro, per Præsiden. & Clericos Cameræ nostræ Apostolicæ conceduntur, ad nos & Fiscum nostrum spectan. nonnulli se intromittunt, immiscent, & forsitan pro eorundem interesse participant, in maaimum præiudicium nostrum, & rerum Fiscalium, viam veritatis non agnoscentes in enrundem euidens periculum animarum. Quare nns super præmissis prouidere volentes, & indemnitati nostræ cnnsulere. Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de plenitudine potestatis, per præsentes præcipimus & mandamus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, necnnn prinationis nmnium & quorumcunque officiorum, & dignitatum, ac emolumentorum, ex eadem participatione, vel alias qunmodolibet prouenientium, & Fisco nnstro applican. ne aliqua persona dictorum Clericorum, & Præsidentium, & seu Thesaurarij Fiscalis pro tempore existen. & aliarum personarum, quæ negotia nostra gerunt vel ministrant, cuiuscunque gradus, vel dignitatis, etiam si Cardinalatus existat, audeat vel præsumat, quouis colore, vel causa, se intromittete, aut ad partem facere, vt vulgariter dicitur, vel participare quoquomodo, aut auxilium, cnnsilium, vel faunrem præstare, quòd in eius seu eorũdem vtilitatem, vel cnmmodum qunuis modn ex eisdem euenire possit alicui, vel aliquibus personis, dum appaltus Dohanæ, Thesaurariæ, Salariæ, vel aliquæ aliæ res, quæ ad Cameram nostram spectarent vel pertinerent, locata fuissent, vel conducta ad vitam, vel ad tempus, vel alias quouis modn datæ vel concessæ. Mandantes propterea, sub eisdem pœnis, omnibus & quibuscunqne personis, tam ecclesiasticis quam seculatibus, cuiuscunque conditinnis eaistát, quæ de præmissis notitiam habuerint, vel ad nns, vel Gubernatorem nostrum pro tempore seruientem, per se, vel alium, significent & manifestent, contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Placet & ita motu proprio mandamus.

Habes decretũ in Camera factũ ad instãtiã Fisci cõtra Agentes pro Camera &c. pro exec. istius cõst. sub die 26. Nouemb. 1537.

Pœna contrauenientium.

Pœnę scientium & nõ reuelãtiũ.

IX.

Contra Pugnantes in Duello, & Duellum permittentes.

Confirmatur inf. per Leo. x. const. 29. Quam Deo. & Clem. 7. const. 11. consueuit vbi ponam concord. materiæ, & Greg. xiij. const. 82. ad tnllendum. vbi etiam notabo.

IVLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memotiam.
REGIS pacifici qui regnat in cœlis, licet insufficientibus meritis vices gerentes in terris, cunctnrum fidelium statui prout ea susceptæ seruitutis tenemur officio indefessa snlertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes, ad ea per quæ vbique, præsertim in terris Rom. Ecclesiæ sponsæ nostræ subiectis inter fideles eosdem, cædes, rixæ, & cnntentiones cessent, scandalorum tollantur fomenta, paa, & concordia vigeant, prospetisque eorum successibus consulatur, opportunæ prouisionis nperam impendimus, prout in dominn conspicimus salubtiter expedire. Sane non sine maxima animi nostri perturbatione accepimus, quod nnnnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & plerũque minimis & inhonestis ac leuibus verbis ad contumelias cnntentiones & diffidationes deuenientes, vt alter alterius sanguine satietur, ad temporales Principes & dominos, maaime ciuitatum, terrarum, & locorum Sedi Apostolicæ subiectorum confugiunt, vt eis locum tutum, siue campum ad duellum, seu pugnandum assignent. Et quamuis Principes, & domini præfati duellum, siue pugnã eis dissuadere, & prohibere deberent, tamen plerũq; lncum, aut campum tutum huiusmodi assignant, maliuolumque altercantium propositum ad executionem augent, magisque vni quam alteri fauent, ex quo hominum mortes tepentinæ, & nisi diuina gratia præueniantur, animarum perditinnes, mutilationes, & vulnera, inter astantesque pugnantium amicos odia, & altercationes, & ex vno inconuenienti plura otiuntur in ipsorum fidelium animarum, & cnrporum periculum, generisq; humani præfati iacturam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem sinceris desiderijs exnptamus, saluberrimis Christianæ teligionis documentis & exẽplis Deum tentandum non esse præmoniti, saluatorisque Domini nostri IESV CHRISTI, qui Petro Apostolnrũ Principi vt gladium mitteret in vaginam mandauit, præceptis edocti, attendentes hominem homini, inter quẽ cognationem quandam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & purgationes huiusmodi vulgares à religionis nnstræ pietate damnari, cruentaque spectacula à facris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbata, sicque pugnantes infamia nntari, & diuersis pœnis puniri, & cum omni tempore, potissimum tamen in ocin ciuili, & domestica quiete publica detestanda esse, Motu proprio, non ad alicuins super hoc nnbis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellorum, & gladiatnrum huiusmodi vsum damnamus & improbamus, & in terris Rnm. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, per qunscunque quauis auctoritate, & potestate, ac nnbilitate fulgentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna è quacunque causa, etiam à legibus permissa, fieri nmninn prohibemus. Dictosq; pugiles taliter pugnantes, vbiq; impune capi posse, & puniri pro homicidio, vel vulnere, iuxta iuris cõmunis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statuimus, corporaq; in duello in terris Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis facto morientium in sacro sepeliri prohibentes, sub simili excommunicationis pœna, & interdicti ecclesiastici, nmnibus & singulis vtriusq; sexus Ducibus, Comitibus, Marchionibus, Dnmicellis, Baronibus, & alijs temporalibus Dominis, Vicatijs, Communitatibus, & Vniuersitatibus ciuitatũ, terrarum, & lncorum præfatæ Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum mandãtes, ne de cætero

Causę istius cõst.

Prohibitio duellorum.

Duellãtiũ pœna.

V 2 perpetuis

perpetuis futuris temporibus, aliquibus cuiuſcunque dignitatis & nobilitatis fuerint, & ex quacunque cauſa, etiam à legibus non improbata, locum ſeu campum liberum ad duellum, ſeu alias ad pugnandũ tutum, aut quomodolibet aſsignent, concedant, ſeu tradant, aut aſsignari, concedi, ſeu tradi faciant vel permittant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & quatuor Milium ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorũ pœna pro qualibet vice incurrẽda. Et ſi huiuſmodi conſtitutionis violatores, vltra dictam primam vicem fuerint, vltra dictas pœnas feudo, ſeu vicariatu, quem à dicta Romana Eccleſia obtinuerint, priuatos fore Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium præcipimus, mandamus, atque decernimus: non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs, indultis, & conceſsionibus quauis auctoritate æditis, & quibuſuis conceſsis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentes literæ noſtræ, poſtquam in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum, & in campo Floræ in Vrbe affixæ fuerint, omnes & ſingulos ciues Romanos, & alios in Vrbe commorantes affixis quindecim diebus: alios vero Duces, Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, Vicarios, Communitates, & Vniuerſitates præfatas ciuitatum, terrarum, & locorum ſedi præfatæ mediate vel immediate ſubditorum, decurſo menſe arctent, contrafacientes pœnas præfatas incurrant, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi eis omnibus & ſingulis contrafacientibus perſonaliter & particulariter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, improbationis, prohibitionis, ſtatuti, præceptionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M. D. VIII. ſexto Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Permitteñtes duellos ſiue dãtes cãpũ francum pœnas de quib. hic incurrunt.

Affixionem hic non habes ſed ſu prædicta conſt. Leon. X. quæ illi confirmat eſt publicata.

X.

Confirmatur & ampliatur conſt. Pij 2. contra Appellantes ad futurum Concilium à ſententijs ſiue mandatis Romani Pontificis. Quam conſt. habes ſupra fol. 75. nu. 3.

IVLIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SVSCEPTI regiminis nos cura ſollicitat, vt eorum malitijs & audaciæ, quorum ſceleris cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, animas occupantes (diſcordiarũ fautore, ac ſchiſmatũ inuentore & alumno, humani generis inimico procurante) eos in illam temeritatem impellunt, vt quæ ſibi à iure interdictæ, & à ſanctis Patribus etiam in congregatione fidelium, pro huius Sãctæ Sedis dignitate, & eccleſiæ vnitate ſeruandis, ad ſchiſmatis occaſionem tollendam (quo in Dei Eccleſia pernicioſior morbus inueniri vix poteſt) Spiritu ſancto cooperante, non minus prouide & ſalubriter, quam neceſſarie, decreta & ſtatuta eſſe nouerint, damnata audacia, & exquiſitis artibus & fraudibus attentare temere conentur, & eis contrauenire contendant, nunc nouorum æditione iurium, nunc antiquorum innouatione & declaratione, nunc vero extenſione, & nouarum pœnarum adiectione (prout ſalubriter expedire conſpicimus) ſolicitis ſtudijs obuiare curemus. Sanè licet olim fel. rec. Pius Papa II. prædeceſſor noſter, de fratrum ſuorum S. Rom. Eccleſ. Cardinalium cunctorumque prælatorum, ac diuini & humani iuris interpretum, curiam Romanam ſequentium, in dieta ſeu congregatione Mantuana exiſtentium approbatione, matura prius & graui præmiſſa diſcuſsione, & de eorundem congregatorum vnanimi conſilio & aſſenſu, ac ex certa ſcientia, prouocationes ad futurum concilium efficaciſsimis, & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & deteſtabiles damnauerit, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & interdicti pœnis præceperit, ne qua perſona cuiuſuis dignitatis, ſiue etiam vniuerſitas, aut collegium, quouis quæſito colore, ab ordinationibus, ſententijs, ſeu mandatis quibuſcũque, ſuis, ac ſucceſſorum ſuorum appellationem huiuſmodi interponere auderet, & cõtrafacientes, vnà cum fautoribus ſuis, & conſilium auxiliumue præſtantibus (ſiue hi tabelliones eſſent, ſiue teſtes, ſiue aduocati, ſiue alij quicunque) non ſolum pœnis, & cenſuris prædictis, ſed etiam ijs quæ læſæ maieſtatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios eſſe ſtatuerit; Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati, ac generale Conſilium, & Commune Venetiarum, omneſque & ſinguli patritij & ciues communis eiuſdem, vnà cum Prouiſoribus, Poteſtatibus, Commiſſarijs, & reliquis officialibus ſuis (quorum auctoritate, induſtria, conſilio, opera, aut fauore, Ciuitates, oppida, caſtra, & arces, ad nos & Sanctam Romanam Eccleſiam legitime pertinentes, occupatæ fuerant aut detinebantur) de fratrum noſtrorum conſilio, à nobis requiſiti & moniti, vt intra certum terminum, ſub pœnis tunc expreſsis, nos, & ſanctam Apoſtolicam Sedem plene & omni ex parte, in conceſſa ſibi auctoritate & libertate, cum obedientia recognoſcerent & redintegrarent, ac Rauennam, Ceruiam, Ariminum, Fauentiam, Sarſinam ciuitates, cum oppidis, caſtris, terris, & diſtrictu ipſarum, cumque Ceſenaten. Forliuien, ac Immolen. territorijs, caſtris, oppidis, terris, & locis quæ occupabant, integre & expedite, nobis & dictæ Romanæ Eccleſiæ, cuius iuris eſſe noſcebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent quominus illorum ciues & habitatores, ad piæ matris ſuæ Romanæ Eccleſiæ obedientiam reuerterentur: omnes eorum fautores ab auxilij in talibus præſtatione deterrendo; ita quod requiſitioni, monitioni, & mandato noſtro huiuſmodi non parentes, maioris excommunicationis ſententia, de ſimili conſilio, eo ipſo innodati cenſerentur, à qua, præterquam in mortis articulo conſtituti, per alium quam per Romanum Pontificem, etiam prætextu cuiuſcunque facultatis, cuicunque pro tempore conceſſæ, abſolui non poſſent (quam quidem excommunicationis ſententiam in huiuſmodi non paritionis euentum, iteratis etiam vicibus aggrauauimus) paternis monitis & ſalutaribus iuſsis obſequi, prout debebant, indebite recuſantes, ſeu qui iuri proprio diffidunt, & ſuperioris mandata contumaciter obaudiunt, vt quæ minus iuſte vſurparunt, indebite, etiam cum animarum ſuarum detrimento, retineant; ad prohibitum atque damnatum remedium confugiẽtes, à requiſitione, monitione, & mandato, ac ſententijs, cenſuris, & pœnis prædictis, nulla cõſtitutionis Pij prædeceſſoris, hoc expreſſe vetantis, habita ratione, ad futurum concilium, temere (vt accepimus) prouocarunt, prout etiam perditionis filij, quondam Ioannes Bentiuolus, & eius nati, cum eo à tyrranica oppreſsione dilectæ ciuitatis noſtræ Bononiæ expellere decreuiſſemus, damnabiliter feciſſe dicuntur; videlicet ad futurum concilium prædictum appellaſſe & prouocaſſe. Nos igitur quam deteſtanda ſit eorum peruerſitas attendentes, qui proprijs innixi commodis, & nefarijs cupiditatibus mancipati, ſalubria decreta Patrum, & ſuperiorum

Pij 2. conſt. habes ſup. fol. 75 & ibi apparet quod Pont. Mantuæ erat, quãdo cõſt. illam fecit.

Veneti moniti fuerũt vt ad obedientiam Sedis Apoſt. venirent.

Et dimitterẽt occupatione locorum S. R. E.

Et illi ad futurũ Cõcilium appellarunt.

iussa spernentes, inconsutilem Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere contendunt, & ecclesiæ vnitatem diuidere, prædictæ sanctæ Sedis apostolicæ principatum tollere, & contra tot sanctorum Patrum, & sacrorum conciliorum decreta, temere & damnabiliter, magna audacia venire non erubescunt, & contrafacere non verentur; asserentes inter cætera, consulentes, persuadentes, determinantes, seu determinationi huiusmodi interessentes, sola consilij præstatione seu persuasione, deliberatione aut determinatione, quòd aliquibus casibus a Romano Pontifice, seu eius sententia, vel decreto, ad futurum Concilium generale appellari possit, dicta Pij prædecessoris constitutione non ligari, nisi in ipsa actuali appellatione, & illius interpositione, vel scripturæ compositione, se immiscuerint; ne de cætero tali assertione se excusare, ac tale quid impostetum præsumere impune valeant, opportunam tam immani & periculoso morbo medelam adhibere volentes; hac generali & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia, & potestatis plenitudine, de venerabilium fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio promulgata, sancimus constitutionem Pij prædecessoris præfatam, tam citra quàm vltra montes, & in vltramontanis partibus, quo ad omnes, tam ecclesiasticas quam seculares personas, etiam Regali dignitate ac Cardinalatus honore fulgentes, capitula, vniuersitates, communitates, & collegia, congregationes, & synodos, ac parlamenta, valuisse, valere, & perpetuo valituram declaramus, cum suppletione solennitatis cuiuslibet, etiam publicationis omissæ (cuius in illa edenda vel publicanda defectus prætendi posset, quæ iuxta illam fieri requirebatur) eamque ex præterito nunc & in posterum inuiolabiliter obseruari mandamus; ipsius violatores, cuiuscunque dignitatis existant, pœnis & censuris in eadem expressis, quocunque tempore subiacere statuentes, contraria consuetudine seu potius corruptela non obstante: Decernentes & declarantes vltra pœnas impositas (quas ipso facto dictos violatores & contrauenientes incurrere volumus) ipsos & eorum quemlibet, pro veris & indubitatis schismaticis, & inconsutilis tunicæ Domini nostri Iesu Christi violatoribus & dissipatoribus, ac de catholica fide male sentientibus, habendos & reputandos, pœnisque canonicis & legalibus contra tales impositis, subiacere, & cum Dathan & Abiron, partem & damnationem habere, ipsasque etiam pœnas & earum quamlibet omnes illos incurrere volumus, cuiuscunque conditionis existant, & gradus prærogatiua fulgeant, qui in Senatu, consilijs, parlamentis congregationibus, etiam synodalibus, & prouincialibus, vel alias quomodolibet, tacite vel expresse, voce vel scripto, per se vel alium (cuiuscunque timoris vel reuerentiæ velamine, vel prætensa excusatione, & superioris mandato non obstantibus) decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, vel aliorum dicta approbauerint, consilium aut vocem dederint, vt ad futurum vniuersale Concilium, a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, contra prædictam constitutionem appellare liceat, possit, vel debeat; dictas pœnas ad ipsos & eorum quemlibet contrauenientem in præmissis, tenore præsentium extendentes, & locum habere declarantes, omni ambiguitate cessante. Et nihilominus prouocationes & appellationes, tam per Leonardum Ducem, Rogatos, Consilium & commune Venetiarum, factas huiusmodi, quam per quoscunque alios prædictos pro tempore faciendas, & inde secuta quæcunque (vtpote contra Pij prædictam ac præsentem constitutioné attentatas) nullas, prout sunt, & inualidas, nulliusque roboris vel momenti fuisse, & pro tempore fore, authoritate, scientia, & potestate similibus, statuimus, decernimus, & declaramus; ac pro potiori cautela, cassamus & annullamus. Et vltra supradictas pœnas (quas contra constitutionis hujusmodi violatores in suo robore permanere decernimus) loca quæcunque, ad quæ violatores ipsos declinare, & in quibus scienter stare permitti cótigerit, ecclesiastico supponimus interdicto; decernentes illud, quandiu ipsi violatores inibi scienter steterint vt præfertur, & per triduũ post eorum inde discessum, firmiter obseruari. Ac præsentes literas in quinterno Cancellariæ etiam describi mandamus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque cótrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominũ, liceat hanc paginã nostræ sanctionis, declarationis, mandati, statuti, decreti, voluntatis, extensionis, cassationis, annullationis, & suppositionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, nono Cal. Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

Declarat dictam const. Pij i. omnes ligare vt hic.

Et illius publicationis cémissiones defectũ supplet.

Et pœnas in ea contentas innouat & auget.

Prouocatiões ad futurum Concilium interpositas annulat.

Loca in quibus prouocantes reperiuntur suppo nuntur interd. ecclesiast.

Clausulę derogatoriæ.

Ia. Quæstemberg.

Sigismundus.

X I.

Homicidis & alij quibus pœna sanguinis imponen. veniret, per alios non audiantur nisi se in carceribus constituant. Et attingentes xx. annum, pro maioribus habeantur. Et remissionem obtinentes, narrata in literis siue supplicationibus coram locorum Gubernat. verificare teneantur.

Huius const. declarationem habes infra in Pio V. const. 41. licet alias vbi ponam concord.

PIVS Episcopus &c. Venerabili Fratri Antonio Flores Archiepiscopo Auinion. Prouinciæ nostræ Marchiæ Gubernatori. Venerabilis frater salutem & apostolicam benedictionem.

FIDE digna relatione nuper percepimus, multa homicidia ab octo præcipue annis citra, in ista nostra Prouincia Marchiæ Anconitanæ perpetrata ex eo præsertim, quod ipsi tam atrocis criminis rei, per procuratores defendi solent, & plerunque subdolis cauillationibus absolui; & quod etiam tam a nobis, quam ab antecessoribus nostris Romanis Pontificibus, per commenticias & minus veras narrationes, ac etiam sub prætextu obtentæ pacis, literas in forma Breuis per Cancellariam, & absolutionem sententiarum, ac processuum desuper habitorum impetrauerunt. Quo exemplo plerique ad huiusmodi homicidia perpetranda procliuiores redduntur, adeo vt non tantum in priuatos, & inimicos homines, sed in fratres, & alios propinquos, prætores, & officiales populorum, & (quod non minus graue est) a sacerdotibus manus impias non abstinent. Nos

Causæ istius constit.

igitur,

igitur,qui eandem nostram & Sãctæ Romanæ Ecclesiæ peculiarem prouinciam paterna charitate prosequimur,
eiusque quietem,& incrementum desiderantes : attendentes quod ex facilitate veniæ, frequentius huiusmodi
homicidia committuntur,salutareque remedium his rebus adhibere volentes,Hac firma,stabili,incommutabi-
li,perpetuoque duratura constitutione sancimus,& decernimus,vt nullus in causa criminali, ex qua capitalis,
vel sanguinis, vel alia qnæuis grauior arbitrio Iudicis pœna infligenda esset, maxime in causa homicidij, per
procuratorem,excusatorem,defensorem,vel vt quemlibet de populo, quouis pacto admittatur ; nec pater pro

Homicidæ &c. nõ audiãtur per alios. pro eis cõparentes,sed ipsimet in carcerib. se constituere debent.

filio,nec Abbas pro Monacho,nec prælatus aut dominus pro subdito,vel cõtra,audiatur,nisi reus se ipsum prius
in carcere constituerit.Et si forte Iudex aliqua ratione inductus,ad excusandum rei huiusmodi absentiam vel in
nocentiam,vel aliam ob causam,aliquem ex prædictis duxerit admittendum,possit in quocunque iudicij statu,
& instantia causæ,etiam ad conclusionem deductæ,huiusmodi criminis reum,aut conuentum,coram se ad com-
parendum personaliter vocare, & tanquam veritatis conscium in carceribus audire, quod si forte venire distu
lerit,processus,& sententia pro ipso reo lata & inde sequuta quæcunque,etiam fisco,vel parte non agente, nul-
lius sint roboris aut momenti,prorsusque pro infectis habeantur:quinimmo reus pœnis iuris,& constitutionum
dictæ prouinciæ,quemadmodum ante processum & sententiam huiusmodi erat,sit obnoxius ; quacunque ipsius
prouinciæ consuetudine,quæ corruptela dici rectius potest, non obstan.quod ipsum volumus extendi ad causas
criminales prædictas,tam in curia Maceraten.quam in alijs locorum prouinciæ tribunalibus,in quacunq; instan
tia,etiam per appellationem pendentes. Dictæ prætetea constitutioni, & sanctioni adijcimus, quod si quis, a
nobis,vel Sede Apostolica,vel a Legato de latere pro tempore dictæ prouinciæ,vel Camerario nostro, homici-
dij veniam,& remissionem,sententiarum & processuum desuper habitorum abolitionẽ, cancellationem, cassa-

Obtinentes remissionẽ vel gratiam a Pontifice vel alijs,teneantur narrata in literis siue supplicationibus corã Gubernatoribus locorum verificare vt hic.

tionem,in integrum restitutionem,seu in primum statum repositionem impetrauerit, etiamsi in literis super hu
iusmodi absolutione confectis,certæ scientiæ,& proprij motus,aut quæuis aliæ insolitæ clausulæ fuerint; teneã
tur & debeant literas ipsas Legato, seu Gubernatori,seu Locumtenen. seu Rectori vel cuicunque ipsius prouin-
ciæ præsidi exhibere ; illisque exhibitis,de earum veritate, vel subreptione docere ; ipseque in carceribus, vel
in alio loco pro carceribus assignan.vel superioris arbitrio datis fideiussoribus,vocatis vocandis audiri, de veri
tate precum docere legitime,ac narrata in Breuibus,& literis ad gratiam obtinendam, & principem leniendũ,
& facilius inducen.verificare,& super subreptione,vel obreptione impetratæ gratiæ,in iudicio stare:quibus nõ
obseruatis,vel in probatione deficientibus, veniam,remissionem sententiarum, & processuum desuper habito-
rum abolitionem,& cancellationem,& cassationem,restitutionem in integrum, seu in pristinum repositionem,
pro nullis,nulliusque stabilimenti habendas esse,reosque ipsos,iuris, dictarumque constitutionum pœnis astri-
ctos remanere volumus, & mandamus:dictis obtentis gratijs, & breuibus non obstan. Et non solum remissio-
nes deinceps facien.sed etiam literas apostolicas,in forma breuis,aut alias iam obtentas,quæ nondum effectum

Aetas minor an. 25.homicidas nõ excusat.

cancellationis,& cassationis sortitæ fuerint,sub eadem forma & præsenti constitutione nostra pariter compre-
hendi. Statuimus insuper quod nec ætas minor annis xxv.homicidas ipsos excuset, & homicida sic delinquens,

Qui xx.annũ attigerit,pro maiori habeatur.

qui xx.annum suæ ætatis attigerit,habeatur,& reputetur pro maiori in omnibus præmissis delictis. Nec propte
rea pœnis iuris & constitutionum,vel statutorum eximantur vel liberẽtur,nec apud Iudicem minoris ætatis hu-
iusmodi consideratio alicuius sit momenti:decernentes irritum, & inane quicquid contra præmissa seu eorum

Decretũ irritãs.

aliquod attentabitur;vel quicquid,etiã à de latere Legato,seu quouis alio dictæ prouinciæ rectore,in derogatio
nem,modificationem,vel qualibet aliam dispensationem omniũ & singulorum præmissorum,in posterum conti
gerit attentari, sine nostra expressa licentia, quæ in scriptis ostendi possit ; Nec literas apostolicas a nobis vel
Sede Apostolica prædicta pro tempore conceden. contra præmissa aut eorum aliquod, cuiquam suffragari vo-

Forma derogandi huic const.

lumus,nisi per trinas literas interpellate emanatas,huic nostræ constitutioni in specie, de verbo ad verbum, &
specialiter fuerit derogatum,illasque contra mentem nostram,& dictæ Sedis fore concessas, ex nunc prout ex

Clausulę derogatoriæ.

tunc declaramus.Constitutionibus & ordinationibus apostolicis,priuilegijs quoque,& statutis,etiam cõprehen
sis in volumine Constitutionum bo. me. Egidij Cardinalis Sabinen. dictæ prouinciæ legati, De procuratoribus
etiam in criminali causa admitten.vel non a dicta Sede confirmatis,de quorum tenore,specifica, & indiuidua,
specialis,ac de verbo ad verbum mentio habenda esset,cæterisque in contrarium facien.non obstan. quibuscun-
que. Postremo,vt huiusmodi nostræ constitutionis, decreti, & voluntatis nulla deinceps allegari possit igno-
rantia, volumus has nostras literas per totam ipsam peouinciam publicari, easque inter alias ipsius prouinciæ
Constitutinnes,locorumque statuta conscribi,& in earum constitutionum volumine redigi, prout tibi vt ab ip-
sis publicari,conscribi,redigique facias,committimus, & mandamus;alijs legibus apostolicis, & dictæ prouin-
ciæ constitutionibus,& sanctionibus contra homicidas,eorumque receptatores,& defensores editis,quibus ni-
hil intendimus derogare, in suo robore permansuris. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die
vigesimanona Decembris, millesimo quingentesimo decimo,Pontificatus nostri anno septimo.

XII.

De applicatione emolumentorum Gabellæ super Vino impositæ, pro Studio Almæ Vrbis Romæ.

Vide ad hoc supra fol.65.Greg.4.° constit.2. vbi notaui.

IVLIVS Episcopus,seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
ETSI ex debito pastoralis officij,ex alto nobis licet insufficientibus meritis iniuncti,cura nobis præci-
pue incumbat,ne Ciuitates,& alia loca Romanæ Ecclesiæ, in eorum structuris, & propugnaculis dilaban-
tur,Vrbem tamen nostram,in cuius ambitu Beati Petri sedes,quam diuina fauente gratia tenemus, necnon
tot diuinæ,& mirabiles reliquiæ,totque amplissimæ Ecclesiæ, vbique Romanus Pontifex cum sua Curia circui-
tur,& protegitur,non solum vt ipsius Vrbis mœnia antiquitate collapsa reparemus,sed illa nouis structuris mu
nire & firmare,etiam ad honorem Beatorum Petri,& Pauli,quorum sanguine conspersa extitit,teneri fatemur.

Has primas Eugenij 4. const. hic non habes.

Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus,prædecessor noster,ad vniuersalem profectum,
non solum Romanorum Ciuium,& circumuicinæ regionis, sed aliorum, qui quasi continue de diuersis mundi
partibus,

partibus, ad eandem vrbem confluunt, generale studium, in qualibet facultate erexerat, ac pro salario, & alijs oneribus dicti studij, quod in Gabella vini forensis, quod in Taberna vendebatur, pro qua venditores huiusmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebātur, etiam pro libra tres Solidi cum dimidio adderentur, ad supplicationem Romani Populi statuerat, & ordinauerat. Et deinde per alias posteriores litteras, etiam ad supplicationem nobilium virorum quondam Iustini Pauli de Planca sui Consistorij aduocati, Ioannis de Capoccinis, & Ioannis Cecchi de Cangialasinis, tunc Romanorum Ciuium Conseruatorum, & totius dicti Populi, etiam statuit, & ordinauit quòd Conseruatores, ac tres ex capitibus regionum per ipsos capita regionum eligendos reformatores dicti Studij, simul cum vno alio per Camerarium suum deputando seruatis debitis subhastationibus, Gabellam huiusmodi vendere, & pecunias quæ peruenissent inde apud aliquem seu aliquos fidos & famosos mercatores dictæ vrbis, pro tempore existentes deponerent, & ipsi reformatores, per seipsos pecunias huiusmodi pro salarijs Legentium, aut alijs oneribus dicti studij: Quòdque de residuo dictarū pecuniarum, & domum seu habitationem, ac collegium pro pauperibus inibi collocandis, ac Studentibus, construi, & ædificari, possessionesque, & domos, vel alia immobilia bona ad ipsius collegij opus emere, necnon omnia & singula alia, quæ in præmissis necessaria, & opportuna forent, facere & exercere valerent, statuit, & ordinauit, prout in posterioribus litteris prædictis plenius continetur. Verum sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum, Ludouici de Matthæis, Mariani de Castellanis, Luti de Lutis, ac Ludouici de Cencijs Prioris Capitum regionum, & Pauli de Planca nostri consistorij, & ipsorum Cōseruatorum Aduocati, petitio continebat, quia residuum pecuniarum dictæ Gabellæ non pro Collegio dictorum pauperum studētium, & in possessionibus emendis prout statutum fuerat, sed in varios vsus sæpe erogatum fuit, in magnum dictæ vrbis, & publicæ vtilitatis præiudicium: Quare præfati Conseruatores, Prior, & Paulus nobis humiliter supplicarunt, quia vrbis mœnia non modica indigent reparatione, vt residuum dictarum pecuniarum in reparatione dictorum murorum, & aliarum necessitatum, pro tuitione, & decore vrbis erogari debere, statuere, & ordinare dignaremur. Nos igitur qui intensis desiderijs semper optauimus vrbem prædictam paterno studio prosequi, ac sequentes vestigia piæ memoriæ Sixti quarti, etiam prædecessoris, & patrui nostri, ipsam in suis structuris, & ædificijs augere, prout in immenso opere fabricæ Basilicæ Principis apostolorum, & alijs diuersis locis iam ostēdimus, considerantes etiam eorum petitionem iustam, & honestam fore, posteriores litteras Eugenij prædecessoris huiusmodi pro expressis habentes, Quòd de cætero depositarius pecunias prædictas eiusdem Gabellæ, prout moris est, exigat, teneat, & conseruet, præstita tamen cautione Banhi, prout moris est, illasque pro salario dictorum Lectorum moderate tamen constituendo Lectoribus dicti studij occurrentibus, iuxta litteras dicti Eugenij prædecessoris: Residuum vero integre absq; aliqua diminutione, pro reparatione, ac noua fundatione vbi opus erit, murorum, fonte Triuij, necnon quinquaginta ducati auri singulis annis, pro festo, & celebratione Natalis vrbis, quod Palilia vocant, & aliarum necessitatum, decorem seu tuitionem Vrbis concernentium, per ipsos Cōseruatores, pro tempore, ac vnum circunspectum virum, per nos deputandum, sine cuius consensu, & mandato, nihil fieri possit, necnon duos alios Ciues ad hoc deputatos, seu, vt moris est, deputandos, qui similiter in fine anni, iuxta litteras Eugenij prædictas, rationem de administratis, & expositis pecunijs reddere teneātur, erogētur, tenore præsentium statuimus, & ordinamus: prædictumque residuum dictarum pecuniarum, solutis Lectoribus, pro reparatione, & necessitatibus prædictis, & non ad alios vsus applicamus, Illasque sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, in alios vsus exponi non debere. Irritum quoque & inane quicquid secus, etiam quacunque auctoritate, seu quouis mandato, etiam nostro, attentari contigerit: præsentibusque etiam per quascunque concessiones, seu mandata, etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis, & insolitis, etiam si de statuto, & applicatione nostra huiusmodi specialis & indiuidua mentio fieret, nisi de proprijs nominibus ipsorum Conseruatorum, qui pro tempore erunt, specialis mentio fiat, derogari non posse decernimus, litteris præfati Eugenij, ac quauis consuetudine, seu potius corruptela, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quòd vbi necessitates huiusmodi non imminerent, quòd de dicto residuo collegium dictorum Pauperum studentium erigatur & construatur, ac possessiones pro eorum sustentatione emantur, iuxta litteras dicti prædecessoris Eugenij. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, applicationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo duodecimo, Quinto Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno nono.

Has posteriores Eug. 4. literas habes sup. fo. 63.

Petitio Cōseruatorum Vrbis ac Pauli de Planca.

Depositarius Gabellæ det cautionem bancharia.

Et soluat salaria Lectorū de quo vide inf. Leon. 10. const. 1. dum singularem. Residuumque exponatur in reparatione murorum Vrbis &c.

Decretū irritans

Residuum prædictum cessantibus illis necessitatibus exponatur in erectione collegij Studentium.

† Ego R. Episcopus Ostien. Cardinalis S. Georgi subs.
† Ego A. tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis subs.
† Ego P. tit. S. Eusebij presbyter Cardinalis subs.

XIII.

Declaratio Iurisdictionum Vicarij, & Gubernatoris Vrbis, Auditoris Cameræ Apost. Senatoris & aliorum Iudicum Curiæ Capitolij, ac Marescalli Vrbis Romæ

De Iurisd. Vicarij vide infra in Clem. 7. const. 23. licet Ecclesiarum.

De Iurisd. Gubernatoris pnamo infra in Leon. 10. const. 7. Et si pro.

De Iurisd. Auditoris Cameræ Apost. ponam concord. infra in Greg. 13. con. 55. Ad generis.

De Iuris. Senatoris, & Iudicum Curiæ Cap. notabo infra in Pij Quarti const. 73. dilectos.

De Iurisd. Marescalli Vrbis vide Greg. 13. const. 30. Dum recte vbi notabo.

IVLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. DECET Romanum Pontificem, ex debito sui pastoralis officij prospicere, vt vbique, præsertim in hac alma Vrbe (ad quam pro iustitia totus orbis confluit) ne propter varios diuersorum iudicum & tribunalium concursus, ad varias & diuersas procedendi formas, præsertim pauperes litigātes, in eorum bono iure, lædantur;

lædanturssed vt cuilibet ius suum explicite, quantum possibile sit, reddatur, & iurisdictiones ius reddentium ita distinctæ sint, vt nulla confusio & perplexitas oriri possit. Sane (prout ex multorum querela, ac nuper a dilectis filijs nobilibus viris Ludouico de Mattheis, & Mariano de Castellanis, ac Lutio de Lutijs Conseruatoribus Romanorum ciuium, & Cameræ præfatæ Vrbis, necnon Ludouico de Cencis, Priore Capitum Regionũ, & Paulo de Planca, nostri Consistorij & ipsorum Conseruatorum Aduocato) accepimus, adeo a certis temporibus citra, diuersa iudicum tribunalia in Vrbe insurrexisse, adeo etiam ipsos iudices, tam ordinarios quam delegatos, inter se concurrere, & in procedendo varium modum obseruare, vt sæpe litigantes ipsi confusione quadam perterriti, causas ipsas deserere cogantur, aut illas inchoare non audeant, sæpe etiam adeo celeri iudicio expediri, vt præcipitari quodammodo videantur, in magnum ipsorum litigantium præiudicium; ac iustitiæ & officij nostri detrimentum. Nos igitur in præmissis prouidere volentes, ac cupientes ne litigantes ipsi tam in confusione tribunalium huiusmodi, quam etiam in expensis & eorum bono iure grauentur; quodque etiam quilibet forum suum intelligat, & sequatur, inhærentes etiam vestigijs felicis recordationis Sixti Papæ Quarti, patrui, & prædecessoris nostri, qui (vt etiam accepimus) quasdam desuper constituit ordinationes, in volumine Statutorum dictæ Vrbis descriptas, Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorum vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, statuimus & ordinamus, quod omnes incolæ Romæ habitantes (dummodo non sint campsores, & notabiles mercatores, Romanam curiam sequẽtes; Oratores Principum & aliarum Communitatum; familiares Cardinalium, continui tamen commensales; vel officiales Romanæ curiæ, dummodo Romani non existant, aut curiales Romanam curiã sequentes, & in illius vsu existentes) qui omnes in eorum foro, necnon ciues omnes seculares conueniantur in curia Capitolij, aut corã alijs officialibus secularibus Vrbis, prout ad eorum officium spectat, & non aliter; Quodque omnes clerici Romani, conueniantur coram Vicario nostro in spiritualibus in Vrbe, aut alijs clericis, & officialibus ecclesiasticis Vrbis, ad quos spectat: Ac quod de omnibus excessibus factis in Vrbe, ratione territorij, laici puniantur per officiales laicos Vrbis; clerici vero Romani per Vicarium præfatum; Item quod laici qui sequuntur Curiam, tã mares quam feminæ, & non alij, conueniantur in Curia Marescalli, dummodo non sint personæ prædictæ, videlicet campsores, & notabiles mercatores Romanam curiam sequentes, Oratores Principum & Communitatum & familiares Cardinalium laici, vel officiales Romanæ curiæ, etiam curiales, qui indifferenter conueniantur duntaxat coram Auditore Cameræ, tanquam iudice exemptorum in ciuilibus in criminalibus vero, quo ad laicos eandem curia sequentes, inter ipsum Auditorem, & Marescallum, & Gubernatorem, sit locus præuentioni; dummodo non agatur de capitali, vel mutilatione membri, quo casu Auditor non se intromittat, iuxta alias nostras literas desuper expeditas. Volumus etiã quod ab eodẽ Marescallo appelletur ad præfatũ Auditorẽ Cameræ, & quod iudex deputandus per ipsum Marescallum, non possit stare in officio vltra duos annos, & in fine cuiuslibet anni debeat sindicari per Sindicum per nos deputandum, & repertus culpabilis, puniri, in reliquis seruentur literæ nostræ desuper editæ. Insuper volumus & mandamus, quod Vicecamerarius siue Gubernator in Vrbe, nullum tribunal cognitionum causarum priuatarum teneat, neque per se, neque per alium; sed ad eum venientem, ad suum iudicem remittat, & sit superintendens, vt quilibet in præmissis officijs, suos terminos obseruet, & contrafacientem puniat, aut nobis referat; & debeat carceres omnium præmissorum visitare, vna cum alijs, ad id per nos per alias nostras literas deputatis, & de officialium omnium (maxime Notariorum maleficiorum) transgressionibus cognoscere. In concernentibus autem statum aut pacem & quietem ciuitatis & Romanæ curiæ, quantum videat necesse esse, officialem ad quem spectat, iuuare, & omnia pro posse ad pacem reducere; Necnon causas querelarum contra Barones, ac capitales, videlicet, mortis naturalis, & brigarum, vna cum Pacerijs, iuxta formam Statutorum Vrbis, & treugarum, seu securitatum, aut pacis ruptarum, etiã per se ipsum; Item mercedum salariorum, quas causas mercedum sine tribunali, & scriptura, summarie, manu regia, cognoscere possit & terminare, iuxta formam dictorum Statutorum, vel iuris communis, vbi Statuta deficerẽt, & in quibus omnibus, locus sit præuentioni inter ipsum & Senatorem; & si concurrant, Senator præferatur. Notarij vero Gubernatoris soli per se ipsos, & non per substitutos, officium exerceãt, sine Tribunali, prout alias Ludouicus Sabinus, & Marius Ceretanus, tempore eiusdem Sixti prædecessoris, exercere solebant; qui etiam registra aliqua non faciant; ipseque Gubernator vnum tantum Contestabilem seu Capitaneum retineat cum 25. satellitibus, & sine dicto Contestabili, executiones ipsius Gubernatoris fieri non possint. Volumus etiam quòd idem Gubernator vigore obligationum in forma Cameræ Apostolicæ, non possit aliquem excommunicatum publicare, nec censuris ecclesiasticis in aliquo casu vti, prout antiqui Gubernatores non sunt vsi, & censuræ per eum super hoc latæ, sint ipso iure nullæ. Similiter volumus quod Baricellus sit merus executor, & nullum iudicare valeat; quodque executiones in capitalibus per eum fiendæ, fiant in Capitolio, prout ab antiquo consuetum fuit; nisi aliter pro temporis & maleficij qualitate & grauitate, visum fuerit expedire. Possit tamen repertos in fragranti crimine, punire iuxta formam Breuis facultatis suæ. Item volumus, quod omnes officiales, quicunque sint, etiam Gubernatoris & Auditoris Cameræ prædictorum, & reliqui alij, & etiam ipse Baricellus, in fine cuiuslibet anni, sindicari debeant per aliquos, per nos deputandos, iuxta formam earundem literarũ nostrarum; ipseque Gubernator teneatur pro se & eius officialibus, & in principio eius officij, debeat super hoc cauere. Similiter Auditor Cameræ præfatæ, in fine cuiuslibet anni, teneatur reddere rationem coram eisdem deputandis, de gestis per se, & eius Locumtenentem. Volumus etiam, vt litibus finis citius imponatur, quod tam à iudicibus Capitolinis, quam etiam quibuscunque alijs, in causis quæ alias essent de foro Capitolino, appelletur ad Capitaneum Vrbis, vel alium per nos deputandum, dummodo quoad causas dicti fori, in Capitolio tribunal teneat; quod etiam in causis in curia Gubernatoris eiusdem pendentibus, & quæ pendere contigerit, habere locum decernimus; a quo iudice appellationis appellari non possit, nisi prout & quantum Statuta huiusmodi in causis curiæ Capitolij permittunt. Postremo mandamus in omnibus curijs ordinarijs Vrbis, & in omnibus solutionibus Notariorum, Executorum, etiam pro executionibus fiendis per ipsum Baricellum, ac pro mercedibus quorumcunque aliorum officialium, seruari tabulam marmoream in Capitolio affixam, & vbi in aliquibus casibus illa deficeret, mandamus seruari Statuta Vrbis. Volumus etiam quod pro quibusuis sigillationibus, præsertim mandati de relaxando incarceratos, & alijs quibusuis apodissis, nil soluatur, nisi prout in dicta tabula continetur, seu in dicta curia Capitolij seruari consueuit; ita tamen, quod pro relaxatione innocentum, nil penitus soluatur per ipsum captiuum, sed per eum ad cuius instantiam forsan captus fuit, maxime in capturis

pro

Marginal notes:

Causę illius cōā.

Six. 4 const. habes sup. fol. 98. & habes etiam in volumine Nou. Vrbis statutorũ fol. 35.

De iurisd. istorũ iudicũ vide cōstit. indicatas in rubr.

De Marescallo vide per Greg. 13. cōst. 30. ad recte.

De Gobernatore vide Leon. 10. cōstit. 7. & si pro. cõdarũ cõ ibi not.

De officio Gubernatoris & Paceriorum habes sup. fol. 111. Inn. 8. con. 5.

De Notarijs Gubernatoris.

De quorum taxis vide infr. Pij 4. constit. 149. cum notat.

De Baricelli & aliorũ officialiũ syndicatu.

A Iudicibus Curię Capitaneũ ad Capit. Appel. Vrbis appellatur.

De Notariorum Capit. mercede habes in Nouis Statutis Vrbis libro 1. in multis cap.

De executorũ Capit. mercede habes in eisd. statutis lib. 3 cap. 100.

pro suspecto & fugitiuo, quo casu nouas reformationes dictæ Vrbis seruari volumus. Decernentes, in Vrbe præfata, nulla alia ordinariorum iudicum tribunalia teneri posse, nec iurisdictiones causarum exerceri, nisi in locis prædictis; Quodque sententiæ tam diffinitiuæ quam interlocutoriæ, necnon decreta, executiones, mandata, processus, censuræ, & quicquid secus contra præmissa fieret, nullius fore roboris, vel momenti; præsentibusque derogari non posse, nec derogatum censeri, etiam per nos, aut successores nostros, nisi de nominibus & cognominibus litigantium, iudicum, & interesse habentium, ac ipsarum præsentium de verbo ad verbum, totalis & specialis mentio fiat. Mandantes Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ, Marescallo, Baricello, eorumque iudicibus, & executoribus præfatis, necnon quibusuis alijs personis, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac centum ducatorum pœnis, totiens quotiens contra præmissa seu aliquod præmissorum fecerint, incurrendis, & in eorũ sindicatibus exigendis, ne contra ordinationes, statuta, & voluntatem nostram huiusmodi contrauenire, aut aliquid attentare audeant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, etiam fori, ac exemptionibus, indultis, & facultatibus, quibusuis personis, etiam Vicecamerario, seu Gubernatori præfatis, aut Collegijs, vel Confraternitatibus, etiam quauis causa, & motu proprio, & ex certa scientia, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, fortissimis etiam quibus derogari no posset, nisi sub certis modo, & forma, per nos, & sedem Apostolicam concessis, & concedendis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Pœnę contrauenientium.

Causæ istius cõsti.

XIIII.

Officiales Romanæ Curiæ seruent taxas, & nihil vltra recipiant etiam à sponte dantibus.

IVLIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Romanus Pontifex, in Apostolicæ sublimitatis specula constitutus, ex debito pastoralis officij, diuina dispositione sibi commissi, assidua meditatione cordis vigilare, & solicite intendere debet, vt cuncta, quæ Christianæ Reipublicæ commoditatem & vtilitatem respiciunt, salubriter dirigantur; per Apostolicæ tamen sedis officia, per quorum exercitium, in spiritualibus & temporalibus, fidelium negotia geruntur, si qua labentis temporis cursu, aut calamitate, seu peruersorũ malitia excrescente, per ipsos Officiales deformata fuerint, ad statum debitum redigenda, solertioris diligentiæ studium vertit, vt per suæ prouisionis ministerium, appetitus noxij limitentur, Christique fideles perinde non lædantur, sed iustitia, & æquitate vigente, inordinata & damnosa, ad debitæ reformationis reducantur effectum, prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicit in Domino rationabiliter expedire. Sane non sine graui molestia, accepimus, quod quamuis per fe. re. nonnullos Romanos Pontifices, seu ab eis deputatos, & per nos in institutione & erectione, seu alias regimine & gubernatione officiorum prædictorum, quantum illorum officiales pro taxis, salarijs, emolumentis laboribus, seu mercedibus eorum, recipere deberent, diuersæ constitutiones, ordinationes, & statuta edita fuerint, tamen plurimi officiales præfati, siue temporum aduersa conditione inducti, aut auaritia excæcati, seu prædecessorum nostrorum indulgentia & mansuetudine abutentes, eorum conscientiarum prodigi, excommunicationis sententiam contra eos latam & promulgatam, qui contrafecerint; in ordinationum, constitutionum, & statutorũ huiusmodi contemptum, incurrere non expauentes; constitutiones, ordinationes, & statuta præfata non obseruãt; sed in taxis, salarijs, seu mercedibus recipiendis, facultatibus ampliandis, & extendendis, modum, & formam in eis expressam excedunt; quinimmo (quod etiam nullatenus ferendum est) etiam si nihil eis a partibus negotia prosequentibus debeatur, noua grauamina, & angarias quotidie imponẽtes, pro eorum arbitrio pecunias exetunt & exigunt, in animarum ipsorum periculum, & partium detrimentum, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum, totiusque Romanæ curiæ infamiam, & iacturam. Nos igitur attendentes, quod fideles præfati, ex diuersis mundi partibus, tum ad dictam Sedem venerandam, tum ad animarum salutem promerendam & procurandam, & pro incumbentium negotiorum expeditione accedunt, indecens, iniquum, & non tolerandum fore duximus, pietatem in dispendium retorqueri. Cupientes igitur huiusmodi damnandis conatibus & indebitis exactionibus, more boni pastoris, cuius non est pati ouem deglutiri, sed conseruari; opportune prouidere, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris (Raphaele Ostien. Camerario; & Marco Prænestin. Episcopis: & Thoma tituli S.Martini in Montibus; & Leonardo, tituli S.Susannæ Maiori Pænitentiario, necnon Antonio, tituli S.Vitalis; & Petro, tituli S.Eusebij; presbyteris; & Alexãdro, S.Eustachij; & Loysio, S.Mariæ in Cosmedim, Diaconis, S.R.E. Cardinalibus, reformatoribus per nos nuperrime deputatis) discussione & deliberatione matura, pro vtilitate & conseruatione dictæ Curiæ & officialium, ac ad tollendos clamores, querelas, & querimonias, quæ in dies propterea audiuntur, Motu proprio, non ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, constitutiones, ordinationes, & statuta prædecessorum præfatorum, & nostra huiusmodi, circa taxas, salaria, & emolumenta, facultates, & mercedes dictorum officialium disponentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, & quo ad illa (vt in eis continetur) statuimus, & ordinamus, illisque stare, & ea inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et nihilominus omnibus, & singulis Vrbis nostræ Gubernatori, Senatori, Cameræ Apostolicæ Auditori, Clericis, & Præsidẽtibus, Notarijs dictæ Sedis de numero participantium, ac Secretarijs nostris, Subdiaconibus, Acolitis, cerimoniarum Clericis, Cubicularijs, literarum Apostolicarum, etiam de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, Scriptoribus, & sollicitatoribus earundem, ac Pœnitenciariæ Apostolicæ, Breuium Apostolicorum, & Archiuij Romanæ curiæ Scriptoribus, Plumbi, & ipsarum literarum ac supplicationum per nos, & de mandato nostro signatarum, registrorum Magistris; Clericis, & Registratoribus, Plumbatoribus, taxæ plumbi collectoribus, audienciæ contradictarum, & causarum Palatij Apostolici Auditoribus, Iudicibus, & Commissarijs curiæ præfatæ, Pœnitentiariæ, & Audientiæ huiusmodi Procuratoribus, Aduocatis Consistorialibus, Cursoribus, sacri Palatij Apo-

Causę istius editionis.

Præcipit officialib. Vrbis ne aliquid vltra taxat etiã a sponte dãtibus recipiant.

stolici, Cameræ, & Auditoris Cameræ Notarijs, Ripæ Præsidentibus, Parafrenarijs nostris, & venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seruientibus armorum, Officialibus ad portam ferreã, cæterisque Officialibus Sedis & Curiæ prædictarum nunc & pro tempore existentibus, ne pro taxis, mercedibus, emolumentis, laboribus, regalibus, aut cuiusuis alterius lucri & receptionis nomine, aliquid in pecunijs, rebus, bonis, aut promissionibus, quomodocunque & qualitercunque, directe vel indirecte, etiam à sponte dantibus & offerentibus, vltra quam in eorum officiorum primæua institutione seu erectione respectiue (si de ea constare aut apparere potest, & in ea de taxis, salarijs, mercedibus, vel emolumentis huiusmodi caueatur) alioquin quam temporibus piæ memoriæ Nicolai V. Calisti tertij, & Pauli II. etiam prædecessorum nostrorũ, Romanorũ Pontificum Officiales, qui tunc temporis officia huiusmodi obtinentes & exercentes, similiter respectiue capiebant, seu capere poterant, seu consueuerant, petere, recipere, vel exigere, per se vel alium præsumant (sub excommunicationis latæ sententiæ, à qua) excepto mortis articulo) non nisi per Romanum Pontificem, absolui possint, & pro prima, centum ducatorum auri de Camera, pro secunda, suspensionis exercitij, & perceptionis emolumentorum ad sex menses, Fabricæ Basilicæ principis Apostolorum dictæ Vrbis applicandorum; pro tertia vero vicibus, quibus contrafecerint, priuationis officiorum pœnis, ipso facto incurrendis, absque aliqua declaratione) mandamus. Necnon ipsos Officiales contrafacientes, ad restituendum quicquid vltra præmissa receperint, illis à quibus ea perceperint, obligatos fore decernimus & declaramus. Quarum pœnarum executores, venerabiles fratres nostros Camerarium, Vicecancellarium, & Pœnitentiarium Maiorem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, esse volumus. Et ipsis non exequentibus, aut non curantibus procedere, iuxta qualitatem officialium eis subditorum, & ab ipsis dependentium, executionem dictarũ pœnarum per prædictos venerabiles fratres nostros Reformatores, & quemlibet ex ipsis octo Cardinalibus in solidum, fieri volumus, & mandamus, omni prorsus exceptione, & cauillatione remotis, ipsosque ex nunc executores præmissorum facimus, constituimus, & ordinamus, & eorum quemlibet. Ne tamen propter præmissa grauamina, & indebitas exactiones, ac inhonestas taxas in perniciem publicæ vtilitatis tendentia, & tendentes, aliquibus officijs in Romana curia per inaduertentiam, vel aliter tempore institutionis, & fundationis per bo. me. prædecessores nostros, vel non impositas approbare, & confirmare videamur, declaramus tenore præsentium, nostræ intentionis non fuisse, nec esse, illa aliquo modo probare, seu confirmare per præmissa, sed habita cum Reformatoribus matura, & diligenti discussione, & examine, ad rectitudinis, & æquitatis normam reducere, & reformare, illasque & illa corrigere & emendare. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus officiorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quauis alia firmitate roboratis priuilegijs, indultis, literis, & mandatis Apostolicis, etiam in quinterno Cancellariæ Apostolicæ, aut libris Cameræ præfatæ, vel alibi descriptis, publicatis, & innouatis, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, insolitis, aut magis vrgẽtibus, ac damnorum, etiam pro fide catholica passorum, iurium cessorum, seu ablatorum, vel quauis alia grandi, & inexcogitabili consideratione, intuitu, vel respectu, officijs seu officialibus huiusmodi concessis, (quibus, etiam si de illis, eorumque tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, & in eis caueretur expresse quod in illis non nisi sub certis inibi expressis modis, & formis, aut nullatenus derogari possit, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, motu, & scientia prædictis derogamus,) cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, statuti, ordinationis, decreti, mandati, voluntatis, deputationis, constitutionis, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo duodecimo, tertio Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

Contrauenientes pœnas de quibus hic incurrunt.

Deputatio executorum.

Clausulæ derogatoriæ.

X V.

De Reintegratione Inclyti Po. Rom. ad superioritatem, & Iurisdictionem quam habet in Ciuitate Tyburtina.

De Priuilegijs autem & gratijs Pop. Romano concessis habes infra in Leon. 10. constit. 1. dum singularem. & ponam concord. infra in Pij 4. const. 73. Dilectos.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SI NOSTRARVM Ciuitatum, & aliorum locorum quorumlibet iurisdictiones ac iura libenter illæsa seruamus, eo magis Romani Populi iurisdictiones ac iura prædicta non solum seruare, sed augere debemus, quo peculiaris ac Populus noster electus existit, cuiusque officia nobis, ac Sedi Apostolicæ, sincera, ac deuota fide, continue exhibentur. Exposuerunt siquidem nobis nuper dilecti filij, nobiles viri, Ludouicus de Mattheis, Marianus de Castellanis, Lucius de Lucis, Romanorum Ciuium, & Cameræ Vrbis Conseruatores, ac Ludouicus de Centijs Capitum Regionum Prior, necnon Paulus de Planca nostri Consistorij, & præfatorum Conseruatorum Aduocatus, quòd licet a tanto tempore, cuius initij memoria in contrarium non existit, inter aliquas paucas ciuitates, & oppida, ciuitas Tyburtina magna cum fide, sub eorum iurisdictione, ac dominio remanserit, habeantque Ciues dictæ vrbis nonnulla Capitula cum Populo Tyburtino superioritatem, ac gubernium, seu iurisdictionem in eos concernentia, quæ licet hactenus obseruata fuerint, tamen quia bonæ memoriæ Petrus tituli Sancti Ciriaci in thermis presbyter Cardinalis Reginus qui ob partialitates ipsius Ciuitatis Tyburtinæ componendas, se intromiserat, & deinde paulatim progrediendo se illorum protectorem asserendo iurisdictionem dictorum ciuium Romanorum visus est occupare, in non modicam ipsorum Romanorum ciuium honoris, ac dignitatis detractionem, licet etiam præfati Conseruatores, in Vrbe prædicta habeant quasdam iurisdictiones, ac facultates eorum officium concernentes, maxime circa

Nomina Conseruatoris Capitum Regionũ & Aduocati Pop. Ro.

Hodie Illustrissimus D. Cardinalis Estensis Ciuitatem Tyburtinã regit & gubernat.

Annonam,

Annonam,& Consulatus artiũ necnon gabellas,& alia diuersa,prout in eorum consuetudinibus,ac Statutis per Romanos Pontifices,præsertim fœlicis Recordationis Paulum secundum, & in nouis Reformationibus per Piæ Memoriæ Aleaandrum Seatum Prædecessores nostros confirmatis continetur,nihilominus quia sæpe per diuersa mandata , præsertim dilectorum filiorum Clericorum Cameræ Apostolicæ , in administratione officij eorum impediuntur,etiam citra ipsorum Conseruatorum dignitatem & honorem,& non sine publicæ vtilitatis detrimento,Ea propter Conseruatores Prinr,& Paulus præfati , nobis humiliter supplicarunt , vt super præmissis ne de cætero impediri valeant, eis de remedio opportuno prouidere dignaremur . Nos igitur qui Romanos Ciues prædictos,etiam dum in minoribus eramus,semper toto corde dilesimus, considerantes etiam summi Pontificis proprium fore,ius atque honorem suum cuilibet illæsum seruare,dictorum Statutorum,Capitulorum, ac consuetudinum tenores,& formas,præsentibus pro expressis habentes , eisdem Conseruatoribus , nunc & pro tempore existentibus,ac ipsi Populo Romano iurisdictionem,superioritatem,& Præeminentiam,quas iusta eorum consuetudines,statuta,seu conuentiones,& pacta prædicta , habere noscuntur in dicta Ciuitate Tiburtina, Apostolica auctoritate,tenore præsentium,restituimus,& reintegramus , ipsosque Ciues Tiburtinos eisdem Ciuibus Romanis,vt prius,subijci,& subiectos fore,quodque in dicta Vrbe ipsi Conseruatores,euram, iurisdictionem & facultatem, quas iuata eorum Statuta , præsertim nouarum Reformationum , ac consuetudinum prædictorum,habere noscuntur,exercere & eaequi libere & licite valeant , auctoritate & tenore prædictis, volumus & declaramus,decernentes vt Conseruatores præfati in dicta Ciuitate Tiburtina, per aliquos protectnres , etiã si essent Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales,ac in dicta Vrbe,& eatra eam in eorum oppidis , & castris,in eorum iurisdictione & officio , per cuiusuis mandata , præsertim prædictorum Clericorum Cameræ Apostolicæ , impediri nno posse,nee debere, ae mandata huiusmodi etiam sub Escommunicationis, & alijs Ecclesiasticis sententijs , Censuris , ac quibusuis pœnis , irrita & inania oulliusque roboris vel momenti fore , nisi vbi dicta mandata manu nostra propria , aut Camerarij oostri pro tempore subscribi contingat . Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis , ac priuilegijs , facultatibus , & indultis , etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis & insolitis , quibusuis personis concessis & concedendis , cæterisque cootrarijs non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ restitutionis,reingrationis, voluntatis,declarationis,& decreti infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius,se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anoo Incarnationis Dominicæ Millesimo quingẽtesimo duodecimo,quinto Kal.Aprilis,Pontificatus Nostri Anno Nono.

De Annona habes in volumine Nouorum Vrbis stat.lib.3.cap.54.

De Artium consulibus habes in eod. lib. cap 42. & seq.

De reintegratione Pop.ad superioritatem quam habet in Ciuit. Tiburtina.

Clausula derogatoria.

Hanc const. habes in volumine Nouorum Vrbis stat.fol.94.

† Ego R.Episcopus Ostien.Cardinalis S.Georgij subs.
† Ego A.tit.S.Vitalis presbyter Cardinalis subs.
† Ego P.tit.S.Eusebij presbyter Cardinalis subs.

XVI.

Causæ spectantes ad Curiam Capitolinam , per signaturam alijs Iudicibus non comittantur , & commissæ reassumantur .

De Iurisdictione autem Iudicum Capitolij notaui sup. fol. 159.in const. 13. Decet.

IVLIVS Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

EX Querelis nostri peculiaris Romani Populi accepimus ob rescripta Apostolica,& signaturas commissionum , enormiter grauari , quæ passim & maxime in medio Litis contra iuris communis dispositiooem fiunt,aduocando a iudicibus ordinarijs,tam in prima , quam alijs instantijs, etiam per viam Appellationis, omissis medijs,a oobis ad id officium deputatis,vel etiam simpliciter ab initin in Curia committendo,perinde ac si iudices ordinarios non haberent,quos sine nostris rescriptis adire possent:quo fit vt ciues nostri, & incolæ Vrbis,non vnum,sed infinitos iudices,& diuersa Tribunalia habere videantur,& proinde grauibus, imnn intolerabilibus expensis grauentur, quæ omnia impetrantur oisi ab ijs qui cauillationibus studene , vel potentia fauorum pollent, ad pulsandos in litibus aduersarios,& quos iure superare non possunt, malis artibus , & longis litibus ac immensis dispendijs defarigatos,vel circumuentos viocant,& multi ius suum deserere propterea sunt coacti,multique in desperationem ducti ad facinora Brigharum prosiliunt,ex quo seditiones, & homicidia frequenter accidunt,hincque fames,& Annonæ caritas,quòd litibus occupati,negotiationes , & agriculturam deserunt , eueniunt : quibus rebus vt pastorali nostro incumbit officio , prouidere volentes , Hoc præsenti nostro perpetuo edicto,Motu proprio,ex eerta oostra scieotia,omnes & singulas causas vbicunque,coram quibuscunque Commissarijs, vel ordinarijs,etiam in Sacro nostro Auditorio pendentes,Ciuium Romanorum & aliorum, qui foro Capitolino subijciuntur,ad nos,in quacunque instantia vel statu pendentes,harum serie aduocamus,& ad Curiam Capitolij & Iudices suos ordinarios , tam primæ quàm aliarum instantiarum illius loci secundum naturam causarum,& modum iurisdictionis cuiuscunque ipsorum, seu in quem partes conuenerint , committimus & mandamus resumendas,in suis statibus audiendas,& fine debito terminandas , secundum formam statutorum Vrbis,vel alias prout de iure terminari deberent,cum omnibus earum incidentibus,emergentibus,annexis,& connexis ab eis,partibus iustitiam ministrando , declarantes auctoritate Apostolica , ac decernentes per præsentes dictas causas propterea factas non Commissarias,sed intelligi & esse ordinarias,perinde ac si ab initio coram suis ordinarijs fuissent incœptæ vel agitatæ.Volumus tamen quòd causæ in Rota pendentes,de partium communi consensu ibi remaneant, vel si causa in rertia pendeat instantia , quòd Auditor coram quo pendet,possit illam cognoscere,& terminare,hoc præsenti nostro edicto non obstante . Et insuper dilecto filio nostro Leonardo Cardinali Agennen.ac alijs iustitiæ signaturam habentibus pro tẽpore, necnon Regẽti Cancellariæ,qui pro tẽpore erit,omnibusque & singulis nostris Referendarijs inhibemus expresse , oe ad preces iostantiam,& requisitionẽ cuiusq; qui Capitolino foro subijciatur,supplicationes aliquas recipere,referẽdariare,seu proponere nobis,vel signaturam iustitiæ habenti,audeat vel præsumat, & similiter signaturam faciens , non signet,siue Aduocatorias,siue simplicis iustitiæ,siue Appellatorias,& similes, oeque initio , neque in medio litis ,

Clausulæ derogatoriæ.

Mandat per Iudices Curiæ Capit. reassumi causas ad forũ Capitolij spectantes vigore commissionum alibi introductas.

Declarat eas remanere ordinarias.

Cõmissiões aduocatoriæ siue appellat.Curiæ ciuium Capitolij non signẽtur vt hic. Quod confirmat Leo in.ss. cõst.2.

Et signatæ nullij tribuit iurisd.

& signatæ nullius sint roboris, vel momenti, nullamque tribuant iurisdictionem, neque ipse iudex cui fuerint commissæ, audeat illarum virtute, citare, inhibere, vel quoquomodo procedere, irritum & inane, quicquid scienter vel ignoranter secus factum fuerit, ipso iure fore decernimus, salua semper nostra manu propria signatura, sine qua omne rescriptum censeatur, & sit inualidum, & a nostra voluntate alienum,

Decretũ irritãs.

Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis cõmissionibus, rescriptis, Priuilegijs, & indultis, etiam foro, quiuiuis personis, seu collegijs, concessis & concedendis, etiam cum quibusuis clausulis derogatorijs fortissimis & insolitis, præmissorum omnium tenores, nomina, cognomina, qualitates, & alia quæ forsan de verbo ad verbum expressionem requirerent, pro sufficienter expressis habentes: Ceteris contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud S.Petrum sub Annulo Piscatoris, die Quintadecima Aprilis, Millesimo quingentesimo duodecimo, Pontificatus Nostri Anno Nono.

Causæ istius constit.

Hanc const. habes in Vol. Nouo Vrbis stat. fol. 40.

XVII.

De facultatibus Curiæ causarum Cameræ apostolicæ Auditoris.

De hac materia habes plurimas Pontificum const. quas indicabo infra in Gregorio xiij. const. 55. Ad generis. & ibi notabo.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Dilecto filio magistro Hieronimo de Ghinuccis Canonico Senen. V. I. D. Capellano nostro & curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori salutem & apostolicam benedictionem.

AD Eximiæ deuotionis affectum quem cum fidei constantia & sinceritate mentis ad nos & Romanam Ecclesiam gerere comprobaris nec non grata deuotionis & familiaritatis obsequia, quæ nobis & apostolicæ sedi hactenus impendisti & adhuc solicitis studijs impendere non desistis ac literarum excellentiam vitæ decorem & morum honestatem longam & solicitam rerum experientiam & in exequendis mandatis indefessam cõstantiam, & integritatem singularem aliaque singularitatis probitatisque virtutum tuarum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia quam etiam fide dignorum testimonijs iuuari percepimus, nostræ dirigentes considerationis intuitum indubiam spem, quod ea, quæ tibi committenda duxerimus summa prudentia & exacta diligentia laudabiliter exequeris. Ea propter dignum quin potius debitum arbitramur vt eandem personam tuam condignis honoribus & gratijs prosequamur. Cum itaque officium generalis auditoratus seu audientiæ causarum curiæ Cameræ nostræ apostolicæ quod dilectus filius noster Antonius tituli S.Vitalis presbyter Cardinalis tempore assumptionis per nos nuper de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ obtinebat, eo quod nos officium prædictum per assumptionem huiusmodi duntaxat harum serie vacare decernimus vacet ad præsens. Nos post longam & super hoc habitam discussionem, & maturam deliberationem, in te nostræ considerationis oculos direximus, & de tuis probitate familiaritate scientia & singulari prouidentia in magnis comprobatis, alijsque virtutibus huiusmodi, quas in te diuina propagauit clementia sumentes in domino fiduciam specialem, & sperantes, quod tu officium audientiæ causarum Curiæ Cameræ apostolicæ huiusmodi scies voles poteris probe fideliter & laudabiliter exercere, Te qui etiam abbreuiator literarum Apostolicarum & in illarum expeditione dilecto filio nostro Sisto tituli S.Petri ad vincula presbytero Cardinali S. Romanæ Ecclesiæ cancellario assistis a quibusuis excommunicationis suspen. & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs censuris & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes ex certa nostra scientia officium generalis Audientiæ seu Auditoratus causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ huiusmodi siue præmisso siue per liberam assignationem eiusdem Antonij Cardinalis de illo, quod tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam vacet, cũ omnibus & singulis illius honoribus, & oneribus priuilegijs iuribus & emolumentis consuetis, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus assignamus, & te nostrum & Venerabilis fratris nostri Raphaelis Episcopi ostien. moderni & pro tempore existen. Camerarij nostri causarum Curiæ Cameræ huiusmodi, generalem Auditorem eadem auctoritate facimus constituimus creamus ac etiam deputamus. Tibique per te vel alium seu alios idoneum seu idoneos locumtenen. seu locatenen. ac Vicegeren. tuos quos pro tempore totiens quotiens tibi placuerit, duxeris assumendos seu deputandos de omnibus & singulis criminibus excessibus delictis in Romana curia, & extra eam, per quoscunque tam officiales sedis prædictæ, quam alios Curiales, dictam Romanam Curiam sequen. cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ, vel mundanæ status gradus ordinis, vel conditionis fuerint perpetratis, vel perpetrãdis tam ad fisci nostri pro tempore existentis procuratoris denunciationem, quàm etiam ex mero officio inquirendo, & super illis tam per inquisitionem huiusmodi quàm denunciationem seu accusationem procedendi, & repertos culpabiles iuxta excessus per eos perpetratorum exigentiam & qualitatem puniendi, Nec non omnes, & singulas tam ciuiles quam criminales, & mixtas spirituales ecclesiasticas, vel prophanas, & quascunque alias causas in quibus membri mutilatio, aut sanguinis effusio, & condemnatio non intenditur coniunctim vel diuisim quomodocunque, & qualitercumque in eadem Curia motas & mouendas seu quomodolibet nunc, & in posterum inter quascunque partes etiam per viam inquisitionis ex officio pendentes, & quæ siue per appellationem interiectam a grauaminibus illatis, & inferri comminatis, ac sententijs etiam diffinitiuis latis, & promulgandis etiam per dilectum filium nostrum, & Rom. Ecclesiæ Marescallum & in sua curia & alios quoscunque Iudices, ordinarios, vel delegatos seu arbitros, vel arbitratores in Terris S.R.E. mediate vel immediate subiectos, etiã quibusuis in feudum, vel Vicariatum concessis aut alias ad sedem eandem etiam per viam reclamationis iudicialis & extraiudicialis, aut alias per viam nullitatis delatæ sint, seu in posterum deferendæ, easque in quibus non agere tur de maiori summa quinquaginta florenorum auri de Camera aut rei illius summæ verum valorem non excedentes summariæ simpliciter, de plano ac sine strepitu, & figura Iudicij sed sola rei & facti veritate inspecta nullisq; terminis seruatis ẽt qui de stilo vel ordinatione Palatij Apostolici alias seruari solita sunt, alijs vero more solito audiẽdi cognoscendi decidẽdi, & fine debito terminandi. Nec non per te tuosq; locatenen. & Vicegeren. tuarum & aliarum quarumcumque in eadem Curia per quoscunque Iudices delegatos, vel subdelegatos

Officium Auditoratus confert cum honoribus priuilegijs & emolumentis consuetis.

Facultatem concedit cognoscendi causas per locum tenentes.

Facultas cognoscendi causas criminales.

De quo vide Pij 4. constitu. 74. Inter. & Grego. 13. consti. 55. Ad generis.

Immo vsque ad capitale supplicium Paul. 4. cõstit. 34. siex præcepto.

Facultas cognoscẽd. causas app.

Vide declarationẽ infr. in Pij 4. const. 74. Inter & const. 110. ad generis. Pij 5. cõstit. 117. Inter & Greg. 13. constit. 55. ad generis.

Immo vsque ad summam ducatorum ducentorum vt in const. allegata.

& quorumcunque processuũ generalium per Rom. Pont. tam in die cœnæ domini quam alias cum censurarum & pœnarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitarum, ac etiam quarumcunque aliarum tam per nos quã per Rom. Pont. pro tempore existentes siue in genere siue in specie & alias quomodolibet latarum & ferendarum sententiarum executionem, quam etiam si delegatis ipsis seu subdelegatis seu alijs quibuscunque specialiter forsan per nos vel sedem prædictam commissæ forent aut committerentur pro tempore accumulatiue quo-ad te tuosque locatenen. non autem priuatiuæ commissas fore decernimus & declaramus fauendam illasq; debitæ executioni, etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis, si opus fuerit demandandi, & prædictas & alias etiam extra dictam Curiam Romanam degentes tua tamen iurisdictione ratione salarij in eadem Romana Curia per quoscunque debiti vel expensarum mutui vel contractus in eadem Curia initi aut alias quouis-modo sponte submissas aut submittendas vniuersitates collegia & personas cuiuscunque status, gradus etiam Pontificalis præeminentiæ & alias in dicta Curia degentes personas ad instãtiam quorum intererit etiam pro expensis damnis & interesse in causis quibuscunque contractibus quotiens expedierit citandi monendi & requirendi suspendendi ac specialiter interdicendi excommunicandi & iteratis vicibus aggrauandi, illasq; prout expedierit arrestandi incarcerandi & detinendi, pœnas mulctas pro delictorum & excessuum criminum qualitate eis infligendi & imponendi ac ipsa & earum qualibet quas a nemine etiam de partium consensu & ad id specialiter delegato ad amputandas collusiones & fraudes præterquam à te tuosq; locũtenen. absolui decernimus ab ipsis sententijs pœnis & multis spiritualiter & temporaliter absoluendi & relaxandi. Et generaliter omnia alia & singula gerendi statuendi disponendi præcipiendi mandandi & extendendi quæ ad huiusmodi Auditoratus officium & dictæ Cameræ de iure vel consuetudine quam præsentibus approbamus, quomodolibet pertinet & quæ Auditores causarum dictæ Curiæ qui pro tempore fuerunt & eis concessa à præfata sede facultate gerere statuere & disponere præcipere mandare exercere ordinare & exequi quomodolibet potuerũt seu etiam debuerunt aut soliti sunt faciendi, statuendi, disponendi, præcipiendi, mandandi, exercendi, ordinandi, & exequendi ac vnum vel plures ad præmissa omnia ipsumque auditorem causarum Curiæ prædictæ officium exercendi quotiens sibi placuerit loco tui substituendi & substituto reuocandi ac illos & alios iterum substituẽdi & deputandi plenam & liberam dicta auctoritate concedimus facultatem & etiam potestatem, habituri processus & sententias quos & quas feceris statueris & tuleris in contradictores quoslibet & rebelles ratas & gratas illasque facturi auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & dilectis filijs Communitatibus, Vniuersitatibus Terrarum sedi prædictæ mediate & immediate subiectarum per nos aut prædecessores nostros Rom. Pont. sub quibusuis verborum formis concessis priuilegijs indultis & literis Apostolicis etiam de quibus specialis & expressa mentio habenda foret cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autẽ quod antequam officium Auditoratus causarum Curiæ huiusmodi incipias exercere, de ipso fideliter exercendo in manibus præfati Camerarij nostri seu eius locumtenen. præstes in forma solita iuramentum. Id igitur Auditoratus causarum Curiæ huiusmodi officium prompta deuotione suscipias sic illud diligenti studio cura meditatione & integritate exequaris vt tua opera ad Dei laudem & gloriam & earundem Ecclesiæ & bonum publicum atque decus priuatorumque commoditatem & exemplum laudabile cedant, teque apud nos & sedem præfatam merito peramplius cõmendens vt speramus. Datum Bononiæ, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo duodecimo, quinto Non. Maij, Pontificatus nostri anno nono.

Sentẽtias suas & alias per quoscũque in curia latas & processus generales & speciales exequendi facultas.

Degentiũ extra Curiã pro negocijs contractis in Curia, & degentiũ in Curia pro quibuscunq; rebus cãs cognoscẽdi facultas.

De absolutione pœnarum vide Greg. 13. cõst. 55. ad generis.

Clausulę derogatoria.

Iuramentũ Auditor pręstare debet vt hic.

Pont. supradictus obijt Romæ Non. Calen. Martij 1513. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

L E O D E C I M V S

Florentinus ex Familia Medices, Coronatus Romæ xiiij. Cal. April. 1513.

I.

De Priuilegijs Inclito Populo Romano concessis.

De Materia Istorum Priuilegiorum ponam concord. infra in Pij Quarti const. 73. Dilectos.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DVM singularem fidei constantiam, & eximiæ deuotionis affectum, quos dilecti filij Populus Romanus, erga nos, & Roman. ab eius exordio gessisse semper & gerere comprobantur Ecclesiam, vigili meditatione pensamus dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Ecclesia ipsa sic suæ in eos gratiæ dona diffundat, vt à quibus præcipue in matrem & dominam, diuina fuit dispositione recepta, per mutuæ beniuolentiæ ministerium, vberioraque in dies largitionis munera in peculiares, ac dilectissimos filios, magis adoptasse noscatur. Sanæ fœlicis memoriæ Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Calixtus Tertius, Pius Secundus, Paulus etiã Secundus, Sixtus etiam Quartus, Innocentius octauus, Alexander Sextus, & Iulius similiter secundus, & nonnulli alij Rom. Pontifices prædecessores nostri, diuersa eisdem Populo Priuilegia, indulta, & gratias, concesserunt, quæ sicut Dilecti filij Nobiles viri Magister Ioannes Hieronymus de Benzonibus, decretorum Doctor, de maiori præsidentia Abbreuiator, & Stephanus de Carbonibus, ac Marius particappa, Conseruatores, & Franciscus Cincius Prior Capitũ regionum Vrbis, necnõ magistri Paulus de Planci, Baptista Paulinus, Iulius de Alberteschis, aulæ nostræ Consistorialis Aduocati, & Marius Salamonius, vtriusq; iuris Doctores, & Franciscus de Lenis, & Marcus Antonius de Alterijs, & Bernardinus de Militibus, ac Iacobus de Frangipanibus, & Hieronymus Pichus, ac Bartolomæus de Valle, Romani Ciues, eorundem

Eug. 4 const. habes supra fol. 65. Nicol. 5. cõst. hic non habes. Calix. 3 cõst. hic non habes. Pij 2. cõst. habes sup. fol. 82. Pauli 2. habes supra fol. 90. Six. 4. habes supra fol. 97. 98. 99. & 103. Inn. 8. habes supra f. 111. & 118. Alex. 6 habes supra f. 136 & 143. Iul. 2. habes supra const. 12. 13. 15. & 16.

Nomina Conser. & Prioris Capitum Regionum, qui has literas impetrarunt.

Conseruatorum

Conseruatorum Consiliarij, super id per ipsos Conseruatores electi, ac Petrus de Smerilijs Fisci nostri Romani procurator, nobis ipsius Populi nomine exposuerunt, ob passim vnicuique petenti concessas illorum derogationes, & eorundem Populi negligentiam, vel alias partim, nunquam in obseruantiam deducta, vsuiue recepta, partim per dissuetudinem abrogata propemodum sunt. Nos igitur Populum præfatos non minori charitatis affectu, quam prædecessores præfati prosecuti sunt, prosequi volentes, ac omnium & singulorum Priuilegiorum, indultorum, & gratiarum prædictarum, & singularum super illis confectarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Motu proprio, non ad ipsorum Conseruatorum, Prioris, & Consiliariorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, Priuilegia, Gratias, indulta, & literas prædicta, etiam quæ in causis ad forum Capitolinum spectantibus, commissiones quaslibet, præterquam quæ Romani Pontificis sint Manu propria subscriptæ prorsus excludunt, & Tribunalia, ac causarum tam Ciuilium, quam Criminalium, in eadem Vrbe, cognitiones distinguunt, necnon Statuta & consuetudines dictæ Vrbis, & reformationes illorum, etiam iuramenti validitatem in certis ibi expressis casibus restringentia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & innouamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & etiam si hactenus ex præmissis, vel quibusuis alijs causis obseruata non fuerint, exnunc de cætero perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere, decernimus: potiorique pro cautela ea omnia & singula, prout per dictos prædecessores concessa fuerunt, eisdem populo gratiose cōcedimus, Et vt eisdem Populo in eorum priuata commoda de alicuius subuentionis auxilio consulatur, Protonotariatus Curiæ Capitolij, quod Hospitali nostro Sancti Spiritus in saxia de Vrbe, & Notariatus quod Secretariorum nostrorum, & Marescallatus, extimarotiatus Stateræ, Mandatariatus, & Transtiberorum Ripæ, & Ripettæ officia, quæ Præsidentium Annonæ earundem Ripæ & Ripettæ, dilectorum filiorū Collegijs, dicta olim fuere auctoritate perpetuo vnita, annexa, & incorporata, ab Hospitali, & quibus pro ijs certam tunc expressam recompensam, per alias nostras literas concessimus, quibus nō intendimus præiudicare, nec solita emolumenta auferre, nisi pro ea summa pro qua recompensa data fuerit Collegijs prædictis, respectiue segregantes, & separantes ea, ac pecuniarum Cameræ, sine tamen ipsius exercitio, & emolumentis, ex ipso exercitio prouenientibus, quæ capita Solidorum appellant, & Gabellæ Vini Forensis de eadem Vrbe Depositariatuum, cum consuetis, ac præfatæ Ripæ, Ripettæ, Pecudumque, & mercium, ac Annonæ grasciæ nuncupatæ, necnon Salis ad grossum & ad minutum Dohaneriatuum cum Centum viginti pro quolibet Dohaneriatu, & omnium eorundem Dohaneriatuum Notariatum, cum Quadragintaocto Florenorum auri pro quolibet Notariatu Salarijs, per conductores ipsarum Dohanarum, ex earum prouentibus, singulis annis in quatuor terminis, Dohanerijs, & Notarijs pro tempore existentibus integre persoluendis, ita tamen quòd emptoribus & conductoribus dictarum Dohanarum & Gabellarum propterea nullum præiudicium, circa administrationem officij inferatur, sed solum deferre possint extorsiones indebitas & insolitas, quæ fierent Cameræ Apostolicæ, & sine præiudicio in illis emptionis aut pignoris, vel simplicis ab aliquo ex Prædecessoribus nostris Cōcessionis titulis ius habentium, quādiu tituli ipsi durauerint duntaxat. Ita quòd liceat ipsis Conseruatoribus, & Populo restitutis precija pro quibus empta, aut pecunijs pro quibus pignori obligata sint, illa simul vel successiue redimere, extraordinariatus maioris, Notariatus etiam maioris, & Scriptoriæ, & Marescallatus Cameræ, & Gabellariatus maioris Vrbis prædictarum, & Salinarum, portarum, & pontium, siue palatij dictorum Conseruatorum Marescallatus, & eiusdem palatij Notariatus, ac Camerariatus Ripæ, & Ripettæ, ac alia quæcunq; Vrbis officia, olim per Ciues Romanos exerceri solita, portasque, & pontes dictæ Vrbis, cum omnibus eorum solitis honoribus, oneribus, salarijs, & emolumentis dictis Populo donamus, & elargimur, statuētes & ordinātes quòd ea nunc de cætero in perpetuum, tam portæ & pontes huiusmodi, quam Conseruatoriatus, capitum regionum, Marescallatum de tracta nuncupatorum, paceriatus, Magistratuum Stratarum, & Iustitiariorum, Syndicorum, Senatoris, & officialium Vrbis, reformatorum studij, & paceriorum, ac Sindicorum, assessoriatuum, & Notariatuum eorundem, ac quæcunque alia præfatæ Vrbis officia per Ciues huiusmodi, vt præfertur, exerceri solita, diuisis etiam in plures, ad Populum, portiones illorum, vel aliquorum ex eis, fructibus, redditibus, & prouentibus, luata prouidam dictorum Conseruatorum, & prioris, ac eorum consiliariorum ordinationem desuper faciendam, in pixidem congeri, & deinde statutis per Conseruatores, & priorem, & consiliarios præfatos ad id temporibus sortem, nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis præsentia trahenda, nostroq; arbitrio restringenda, & amplianda, inter Ciues tantummodo dispensentur, & quòd prothonotariatus Curiæ Capitolij, Notariatus, & Marescallatus Ripæ & Stateræ, ac Cameræ, & Gabellæ studij huiusmodi depositariatuum, & Gabellariatus, & extraordinariatus prædictorum, & iudicatus appellationum, de eadem Vrbe officia, & comitatus Tyburis, & Malleani, ac Velletri, & Coræ Ciuitatum videlicet, & oppidorum dictorum Populi Romani, temporali Dominio immediate subiectorum potestariæ à taxis, quas pro expeditione Breuium præfati Secretarij, ab eis hactenus exigebant, necnon exdem Ciuitates & oppida, ac terræ ad præsens præfatis Populo immediate subiecta, si & quamdin in subiectione huiusmodi fideliter manserint, ab omni onere quo pro Stationibus militum Romanæ Ecclesiæ grauabantur libera sint atque immunia, id vero quod ex depositariatu huiusmodi Collegio, dilectorum filiorum, scriptorum archiuij Romanæ Curiæ annuatim debetur, is soluat qui dicta solidorum capita perceperit, & quod Sancti Georgij intra & Sancti Sebastiani extra dictæ Vrbis muros, Sancti Benedicti, & Cistertiensis ordinum & alia Monasteria, ac Prioratus, Canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura & sine cura, in dicta Vrbe & illius districtu existentia (venerabilium fratrum nostrorum præfatæ Ecclesiæ Cardinalium, titulis & denominationibus, ac Basilicæ beatorum Petri & Pauli, & Lateranensis, & Beatæ Mariæ Maioris, de eadem Vrbe Ecclesiarum, Archipresbyteratibus Sancti Laurentij, & Sancti Anastasij, extra, & Sancti Sabæ intra eosdem muros, eorundem ordinum dictis Cardinalibus commendari solitis, monasterijs duntaxat exceptis) nonnisi Romanis Ciuibus conferri seu commendari, aut alias de eis, in alios quoquomodo, præterquam si beneficia prædicta, ex resignatione alienigenæ vacarent, quæ etiam alienigenis conferri valeant, etiam per nos, & Sedem Apostolicam disponi nullo modo possit: collationesque prouisiones commendæ et aliæ quæuis dispositiones de illis, etiam per nos, et sedem eandem etiam cum expressa præsentium derogatione, etiam Motu proprio et ex certa scientia, pro tempore factæ, nullius sint roboris, vel momenti, nullumque alicui, etiam coloratum tribuant titulum possidendi; Præterea quòd ex redditibus Gabellæ Vini Forensis huiusmodi, postquam lectorum studij salaria soluta sint, liceat præ-

fatis

De istis cōmissionibus habes sup. Iul. 2. const. 16. ex querelis.

Cōfirmatio Statutorum Vrbis.

Mox cōdita fuerūt noua statuta quæ Greg. 13. confirmauit.

Confirmatio omniū Priuilegiorum.

Restitutio officiorum de quibus hic.

De iurisd. Camerarij Ripæ ac Iudicis Ripettæ vide sup. 10 Pij 4. const. 72. cupientes. vbi notabo.

De Superioritate quā habet Pop. Rom. in Ciuitate Tyburtina habes supra Iul. 2. const. 15. Si nostrarum.

Beneficia in Vrbe & eius districtu existentia Romanis Ciuibus conferri debent exceptis quibusdam hic notatis.

Gabellæ vini emolumentorum applicatio.

ctis Conseruatoribus in eorum, & Capitum Regionum Magistratuum ornatum, & decus dũtaxat, quo indigere noscuntur, & non eorundem Conseruatorum, & Capitum Regionum proprios vsus, iuxta ordinationem per Conseruatores, & Capita Regionum, ac Consiliarios præfatos desuper faciendam, tantum annuatim exponere, ad quantum medietas eorum Prouisionum seu Salariorum ordinariorum respectiue ascendit, & non vltra: & quod Notarij in Matricula Notariorum Romanorum pro tempore descripti, ab obseruatione eorum quæ in literis Apostolicis erectionis Collegij dictorum Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ continentium, quo ad Ciues Romanos quoscunque inter se contrahentes sint exempti. Donamus quoque eisdem Conseruatoribus, & Populo in perpetuum Gabellam omnem Vini Forensis huiusmodi, cum onere soluendi temporibus consuetis, ex prouentibus dictæ Gabellæ, salaria dictis Lectoribus pro tempore debita, ac facultate residuum prouentuũ eorũdem, in dictum ornatum, & Murorum, Portarum, Aquæ ductuum, & Pontium, aliasque dictæ Vrbis necessitates, pro tempore ingruentes, de consensu Consilij Romani, & non in alios vsus, conuertendum. Et insuper eosdem populum, omnesque & singulos dictæ Vrbis incolas, & habitatores, ac alios in eadem Vrbe, ad quam Christifidelium, de vniuersis mundi partibus, frequens est in dies concursus, pro tempore residentes, à Vini Romani, & Farinæ, præterquam quæ a pistoribus, seu in eorum vsum conficitur, omni tamen fraude cessante, & præfatos, ac pro tempore existentes dictæ Vrbis Conseruatores, a vini, etiam corsi, siue Græci, quo pro eorum & familiæ suæ victu vtuntur, vsque ad Vigintiquinque vegetes Anno quolibet Gabellæ solutione, eximimus & liberamus, & pretium Salis, qui ad minutum venditur, etiam pro pecudibus in eadem Vrbe ad rationem octo Bolonenorum monetæ nouæ cum dimidio vnius Bolonem similis pro mensura quam Scorzum appellant, reducimus & moderamur. Porro Ciuitatem Velleteri, & oppidum Coræ prædictæ cum eorum territoris, hominibus, mero & mixto imperio, alijsque omnibus iuribus & iurisdictionibus, prout olim sub dictorum Romani Populi Dominio fuere, eorundem populi dictioni, & potestati de consensu quorum interfit, libere restituimus, & plenarie reintegramus: Mandantes dilectis filijs ciuitatis & oppidi prædictorum vniuersitatibus, vt de cætero Conseruatoribus, & populo præfatis vti veris, & legitimis eorum immediatis Dominis in tẽporalibus obediant & pareant, ac intendant. Volumus demum quod præsentes literæ & in eis contenta à Kalendis Martij proximi præteriti citra plenum sortitæ sint & esse censeantur effectum: Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super præmissis, vel eorum aliquo, per quoscunque, etiam nos & sedem præfatam, ex quauis causa scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilem fratrem Raphaelem Episcopum Ostiensem, & Dilectos filios nostros, Franciscum Sanctorum Ioannis & Pauli, & Antonium Sancti Vitalis, & Petrum Sancti Eusebij tit. Presbyteros, ac Aloysium Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconum, Cardinales, & eorum quemlibet, pro præmissorum omnium obseruantia, eisdem Conseruatoribus, Priori, & Populo, in Conseruatores, & defensores speciales, constituimus, & deputamus, iniungentes eisdem Cardinalibus, quatenus ipsi vel eorum aliquis per se vel alium seu alios, Conseruatoribus, Priori & Populo præfatis quotiens ab eis vel eorum aliquo fuerint requisiti in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant ipsos Conseruatores, Priorem, & Populum, auctoritate nostra, omnibus & singulis supradictis pacifice frui, & gaudere, eaque omnia & singula inuiolabiliter obseruari, non permittentes eos, seu eorum aliquẽ per quoscunque desuper etiam dicta auctoritate fungentes, quomodolibet molestari, cõtradictores quoslibet per censuram Ecclesiasticam & alia iuris opportuna remedia appellatione remota compescendo, inuocato etiam ad id, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis: Non obstantibus quibusuis in Collegiorum prædictorum erectione, & dotatione editis: et alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon quibuslibet de aliquo, seu aliquibus ex prædictis officijs, quibusuis personis, etiam motu simili, & ex certa nostra scientia, ex quibusuis vrgentissimis & necessarijs causis, per nos, & sedem præfatam factis hactenus, & in posterum fiendis, quas quotiens factæ fuerint, totiens ex nunc prout ex tunc & econtra reuocamus, cassamus, annullamus, & omnibus illis quæ prædecessores præfati in singulis per eos eisdem Populo concessis literis, voluerunt non obstare: cæterisque contrarijs quibuscunque. Nostræ tamen intentionis existit, quòd Dohaneriatuum, & illorum Notariatuum salaria, currere incipiant a die quo contractus super ipsarum Dohanarum conductione, inter illorum conductores, & Cameram Apostolicam tempore dicti Iulij prædecessoris initi, respectiue finierint, & non ante: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, concessionis, intentionis, segregationis, separationis, donationis, constitutionis, restitutionis, reintegrationis, deputationis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, mandati, voluntatis, & statuti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo duodecimo, quartodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

Gabellæ vini donatio.

De ista Gabella & emolumentorum applicatione habes sup. fol. 158. Iul. 2. const. 11. & ibi ea debita

Exemptio à solutione Gabellæ Vini &c.

Ciuitas Velitern. de qua hic. re gie semper Illustriss. Cardinalis pro tempore Decanus.

Et de anno 1558 pro Illust. Card. Bella u tunc Decano, tenet pater meus Ioãnes Baptista Cherubinus de Nortia I.V.D. & ibi decessit die 29 Iulij. & in Cathed. Eccl. S. Clemẽtis Sepultus fuit. Cuius sepul. ego Lacrtius ornaui de anno 1582. vt eius memoria quę apud eã Ciuitatẽ adhuc viget, perpetuo extet.

Decretũ irritãs.

Deputatio executorum.

Clausulę derogatoriæ.

Const. istã habes in Volumine Nouorũ Vrbis Stat. fol. 47.

.I I.

De officio Priuilegijs & Immunitatibus Lectorum & Studentium in Studio Almæ Vrbis Romæ.

De Materia vide concord. quas posui supra fol. 33. in 2. const. Bonifatij Octaui.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DVM suauissimos atque vberes fructus, quos viri literarum scientia præditi in agro Domini in dies producunt, animo contemplamur, dumque quàm vtilis & necessarius pro spiritualium temporaliumque rerum in hac plena tenebris & caligine vita regimine & directione salubribus, sit ipsarum literarũ vsus sedula meditatione perpendimus, inter sollicitudines varias, quibus pro iniunctæ nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio prospere & fæliciter exequendo, vndique angimur, illam libenter amplectimur, per quam in singulis orbis partibus literarum Studio vacare cupientibus illarum capessendarum occasio & commoditas ministretur: sed vt hoc in Vrbe nostra votiuos sortiatur effectus, eo propensior cura nos vrget, quo vrbs ipsa Vicarij CHRISTI in terris Regia anteque eius oculos semper posita, tanquam Apostolicæ Sedis validissimum firmamentum

mamentum supra cæteras orbis Vrbes principatum obtinere dignoscitur: dignumque est, vt sicuti eius excellentissima est conditio, sic etiam ipsius incolæ & habitatores in omni virtutum genere, & præcipue liberalium artium disciplina, quæ ipsarum est nutrix & alumna virtutum, alios antecellat. Dudum siquidem fœlicis recordationis Eugenius Papa Quartus, prædecessor noster, tunc Conseruatorum, & Capitum Regionum dictæ Vrbis supplicationibus inclinatus, de fratrum suorum cōsilio Apostolica auctoritate statuit, decreuit, & ordinauit, quòd in Vrbe prædicta perpetuis futuris temporibus Generale Studium vigeret in qualibet facultate, ac Docentes & Studentes ibidem omnibus priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus concessis Doctoribus, & Scholaribus Studijs generalibus commorantibus, gauderent, & vterentur, ac Doctores & Scholares in ipso Romano studio commorantes non possent inuiti in Curia Capitolij occasione qualibet ciuiliter vel criminaliter conueniri, nisi forsan pro homicidio per eorum aliquem vel aliquos perpetrato, in quo casu Vicarius Romani Pontificis in spiritualibus contra Clericos, & Senator seu Senatores qui pro tempore forent in eadem Vrbe, contra Laicos procederent, & facerent quod iustitia suaderet: nec ijdem Doctores & Scholares Vrbis ad aliquas contributiones in talijs aut collectis, quæ imponerentur pro tempore habitatoribus dictæ Vrbis, seu aliqua obsequia Communi Vrbis ipsius præstanda, prætextu moræ, quam in eadem Vrbe traherent: vel aliqua pedagia ratione rerum suarum, quas ad dictum Romanum studium deferri, vel exiode reportari facerent, tenerentur. Quódque pensiones Domorum, quas in eadem Vrbe, Studij causa commorando, inhabitarent, taxari deberent per duos Taxatores, quorum vnum ipsi Doctores & Scolares, alterum Commune Vrbis eligerent: & si duo concordare nequirent, staretur taxationi tertij Taxatoris, ab eisdem Doctoribus & Scholaribus eligendi, ac vltra Taxationem huiusmodi, nihil ab eis posset exigi nomine pensionis pro Domibus antedictis. Et licet Roma communis omnium esset patria, si tamen quispiam litem contra Scholares in illa causa Studij huiusmodi peregrinos super aliquo negotio mouere vellet, huiusmodi rei optione data Scholaribus ipsis, eos coram domino aut Magistro suo vel Vicario prædicto conueniret, iuxta legitimam super hoc editam Sanctionem, & qui cōtrafacerent, pœnam dictæ Sanctionis incurrerent: Rectores quoque Studij Vrbis huiusmodi pro tempore existentes, in ipsosque Doctores & Scholares, ac Familiares ipsorum, tam circa cognitionem & decisionem causarum ciuilium & criminalium, ciuiliter & criminaliter in criminibus leuioribus motarum, quàm ipsorum corrigendos excessus leues, ordinariam potestatem obtinerent, eisdem Doctoribus & Scholaribus, quò literarum Studio commodius possent incumbere. Quódque quandiu in præfato Vrbis studio, docendo vel audiendo versarentur, fructus, redditus, & prouentus omnium beneficiorum suorum cum cura vel sine cura, etiam si eorum aliqua, dignitates vel personatus existerent (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) cum ea integritate percipere valerent, cum qua illos perciperent, si in Ecclesijs in quibus illa consisterent, personaliter residerent, & ad residēdum interim in eisdem minime tenerentur, nec ad id à quoquam possent compelli. Et vt pro dicti studij manutentione facultates necessariæ non deessent, de simili consilio, & dilectorum filiorum Populi Romani, qui pluries super ijs in eorum publicis congregationibus tractatum habuerant, & sic fieri desiderabant, expresso consensu, etiam statuit & ordinauit, quòd ex tunc de cætero in perpetuum Gabella vini forensis, in Tabernis pro tempore vendendi, pro qua venditores huiusmodi vini Sex denarios pro qualibet libra Cameræ dictæ vrbis soluere tenebātur, ad tres solidos cum dimidio, pro libra augeretur, & pecuniæ inde prouenientes, iuxta ordinationem tunc, & pro tempore existentium Rectoris & Reformatorum dicti studij in salario Doctorum, per eos ad legendum in eodem studio pro tempore conductorum, & alias expensas in dicto studio occurrentes, & non in alios vsus exponeretur, nec Gabellæ huiusmodi augmentum duraret, nisi ipso vrbis studio durante, Decernens ex tunc irritum & inane si secus super præmissis, a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attētari, prout in ipsius prædecessoris desuper confectis literis plenius continetur. Cum autem (sicut exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris Dominici Iacobarij de Faceschis, Episcopi Lucerini Referendarij, & in eadem vrbe, eiusque districtu in spiritualibus Vicarij nostri, qui etiam dicti studij Romani Rector existit, & dilectorum filiorum Petri de Meiilijs, & Ioannis de Arciombus, & Ioannis Baptistæ de Ecclesia, ac Iacobi de Palenis Ciuium Romanorum, eiusdem studij reformatorum petitio continebat) licet Gabella prædicta pro ipsius studij in statu florido & fructifero manutentione, & communi Ciuium & aliorum vndecunque ad vrbem studij huiusmodi causa pro tempore venientium, vtilitate, & commodo aucta fuerit, & ob auctam quoque, benedicente Domino, eiusdem populi multitudinem, augmentum ipsum adeo creuerit, vt ex illo viris in qualibet literarum disciplina quantumuis egregijs honesta salaria constitui possint, ipsiusque studij Romani vniuersitas Doctoribus & Scholaribus inter cæteras studiorum generalium in Italia vniuersitates, frequens & celebris esse deberet, tamen à pluribus citra annis adeo in illo scholarium copia defecit, vt quandoque plures sint qui legant, quàm qui audiant: quod ex eo potissimum creditur prouenire, quòd præmissa per Eugenium prædecessorem præfatum Scholaribus immunitas, & alia priuilegia prædicta minime obseruantur, & Lectores ipsi Romanæ curiæ negotijs se inuoluentes, legendi munus, ad quod sunt iusta mercede conducti, passim omittunt: Pro parte eorundem Dominici Episcopi Rectoris, & Reformatorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt literas Eugenij prædecessoris huiusmodi approbare & innouare, ac alias in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur irreparabilem lapsi ne quicquam temporis huiusmodi iacturam ægreferētes: cupientesque sicut prouidum decet patremfamilias futuris temporibus consulere, huiusmodi supplicationibus inclinati, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, dictas Eugenij prædecessoris literas approbamus & innouamus, ac præsentis scripti Patrocinio communimus. Decernentes omnia & singula in eisdem literis contenta, præsertim quod de Scholarium exemptione, immunitate, & alijs illis concessis prærogatiuis, & gratijs in eis traditur, debere inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus hac irrefragabili, & perpetuis futuris temporibus valitura constitutione, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt ex nunc de cætero, præter alios, qui necessarij fuerint in qualibet facultate lectores, vnus saltem in iure canonico, & vnus in iure ciuili Doctores, & vnus in Philosophia seu Medicina magistri, eminentis literaturæ viri vndecunque ad legendum in scholis publicis dictæ vrbis solitis temporibus & diebus, iustis & honestis salarijs, arbitrio pro tempore existentium Rectoris & Reformatorum dicti studij, iuxta ipsorum Doctorum, & Magistrorum qualitates, de Romani Pontificis licentia, moderandis, & assignandis, per eosdem Rectorem & reformatores, communi opportuna in hoc per eos adhibenda diligentia, Annuatim conducantur: & nullus dictorum duorum Doctorum sic conducendorum, interim aduocationis, aut præterquam Domi si voluerit, consulendo, quod ius aliud curiæ, vel

Eug. 4. cōst. istius tenoris hic non nō habes sed habes aliā sup. fol. 65.

Huius tenoris habes sup. f. 33. Bonif. 8. cōst. 2. Vide igitur quæ ibi notani.

De personarum Eccles. studentiū priuilegijs, vide sup. fol 46. Vrb. 6. const. 1. & Inf. Pij 4 const. 113. Sanctissimus.

Nomina Rectoris & Reformatorū Studij qui has liter. at impetrarunt.

Eug. 4. const. confirmat.

De istis exēptionibus habes sup. fol. 33. Bonif. 8. const. 2.

Lectores duo conducantur cū condecenti salario vt hic.

Lectores aliud officiū quam vidē consulendi exercere nō præsume-

Vrbis

Vrbis prædictarum officium valeat exercere, sed tam ipsi, quam cæteri omnes ad legendum in huiusmodi scholis, pro tempore conducti, solitis temporibus, & diebus, horisque ad id eis per rectorem & reformatores præfatos statutis, legitimo impedimento cessante, commissum sibi legendi munus obire, & post finitas lectiones per aliquod conueniens spatium, circulos in eisdem scholis tenere debeant.

Et circulos in scholis teneant.

Et si quis ex eis non legitime impeditus à legendo cessauerit, quotiens id fecerit, totiens dupli eius quod pro qualibet lectione constituto ei salario, ipsum attingere discernetur: & quòd pro vna, Bidellis siue nuntijs dicti studij id legitime denuntiantibus, & tribus reliquis quartis partibus fabricæ scholarum earundem ex nunc applicamus, pœna mulctetur, & ei tradenda Bulletta, seu mandato defalcandi, & denunciandi, ac curam dictæ Fabricæ habenti, iuxta applicationem prædictam persoluendi. Et quoniam inutilis hæc prouisio de facili reddi posset, nisi sint qui eius transgressores annotent, & scholas ipsas sollicite visitent, & frequentent; quòd Rector cum duobus saltem dictorum reformatorum, semel in mense, & pluries vbi cognouerint expedire, diebus, atque horis varijs & incertis, ad ipsas scholas se personaliter conferant, & eas, earumque lectores, dum legunt, dum tenent circulos, visitent: & si qua correctione aut reformatione digna viderint, illa corrigant & reforment; & vnus ex eisdem reformatoribus seorsum, bis saltem in hebdomada, visitationis huiusmodi officium subeat per seipsum; & transgressiones, aut alia corrigenda, vel reformanda, cum Rectore conferat & collegis, vt eorum opera sic adhibita (super quo eorum & ipsorum cuiuslibet conscientias oneramus) studium prædictum votiuis proficiat incrementis.

Rector & Reformatores visitent Studium, & prouideant, & ac reforment.

Officiũ Bidelli.

Bidelli vero seu Nuntij præfati, aut eorum alter rotuli collationatam copiam habeant penes se, in quo scripta sint nomina omnium Lectorum, & qua quisque hora sit lecturus, & iuxta illius ordinem & tenorem scholas circumeant: Festa palatij consueta in scholis ante Cathedram, Doctoribus & Scholaribus nuntient, & si quem ex dictis lectoribus, suo loco abesse repererint, adhibito teste, illum annotent, & in fine cuiusque hebdomadæ, Notario dicti Rectoris, qui rem ad ipsorum Rectoris, & reformatorum notitiam fideliter deducat, in scriptis tradant.

Festa Palatij Apost. ac aliarũ Curiarum nunc imprimi feci.

Et si dicti Bidelli in præmissis negligentes fuerint, pro tempore existentem ipsius Studij Rectorũ pro prima eiusdem Rectoris arbitrio, pro secunda vero vicibus salarij & emolumentorum omnium vnius semestris in dictam Fabricam conuertendorum amissionis pœna mulctentur. Quòd si tertio in similem inciderint negligentiam, officio Bidellatus huiusmodi perpetuo priuati, & ad illud vlterius obtinendum inhabiles sint, illudque vacare censeatur eo ipso, & ne (quod passim euenit) Lectores præfatos, & legendi, & salaria non sine tædio percipiendi, duplex cura fatiget, quòd dilectus filius modernus depositarius pecuniarum dictæ Gabellæ, antequam de officio depositariatus huiusmodi se vlterius intromittat, & sui in dicto officio successores, antequã ad illud quomodolibet admittantur, cautionem præstent, de salarijs dictis Lectoribus, pro tempore constitutis, iuxta mãdata desuper confici solita, & eis exhibita, absque moræ dispendio integre persoluendis.

Depositarius Gabellæ Studij caueat de soluẽdo salaria Lectorib.

Quòd si depositarius ipse solutionem huiusmodi per tres dies post præsentationem mandati sibi factam, distulerit, liceat dictæ Gabellæ conductoribus, salaria ipsa iuxta dicta mandata, quamuis illa ad depositarium sint directa, cum retentione pro se emolumentorum inde prouenientium, quæ capita solidorum vocantur, auctoritate præsentium libere persoluere ex pecunijs eiusdem Gabellæ: ad quod faciendum, & singulas tertias partes salariorum huiusmodi per decennium antequam ipsius solutionis dictis Lectoribus pro tempore faciendæ terminus aduenerit, pro tempore existenti depositario præfato cum effectu assignandas, Conductores ipsi in contractu conductionis dictæ Gabellæ se specialiter, etiam sub aliqua pecuniaria pœna, debeant obligare.

Scholariũ exemptiones & immunitatem seruẽtur.

Insuper inhibemus sub excommunicationis latæ sententiæ, & dupli eius in quo læsio committetur si extimationem recipiat, parti damnum vel iniuriam patienti, ex nunc applicati, pœna, quotiens contrauentum fuerit, ipso facto incurrenda, Dilectis filijs modernis, & qui pro tempore fuerint, dictæ Vrbis Gubernatori, Senatori, Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditori, cæterisque Curiæ & Vrbis prædictarum ordinarijs & extraordinarijs iudicibus, ne super causis contra dictos Scholares seu eorum aliquem pro tempore motis, & Dohanarum ac aliarum Gabellarum quarumcunque, etiam ratione portarum, & pontium dictæ Vrbis exactoribus, ne in rebus & bonis ad dictos Scholares, pro eorum studio huiusmodi insistentium vso pertinentibus, contra exemptionem, & immunitatem prædictas, in ipsorum Scholarium, seu alicuius eorum præiudicium, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, quicquam facere, vel attentare præsumant. Quocirca per Apostolica scripta mandamus præfato Dominico Episcopo moderno, & qui pro tempore fuerit, dicti studij Vrbis Rectori, & prædictis modernis, ac pro tempore existentibus reformatoribus, vt præmissa omnia & singula quantum ad eos attinet obseruent, & quoad alios cuiuscunque status, gradus, & conditionis fuerint, faciat ipse Rector de dictorum reformatorum consilio auctoritate nostra firmiter obseruari: transgressores, contumaces, & inobedientes quoscunque per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris de quibus sibi videbitur, opportuna remedia, appellatione quauis omnino remota, compescendo.

Facultas Rectoris & Reformatorũ, pro obseruatione istius cõstitutionis.

Venerabili vero Fratri nostro, Raphaeli Episcopo Ostiensi moderno & qui pro tempore fuerit Collegij Venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decano, ac pro tempore existentibus, primo ex Presbyterorum, ac primo ex Diaconorum Cardinalium huiusmodi ordinibus, quatenus Rectori & Reformatoribus Doctoribus & Scholaribus præfatis, quando & quotiens pro parte ipsorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantque eos, & eorum quemque respectiue, auctoritate, facultate, exemptione, immunitate, & cæteris supradictis pacifice vti, frui, & gaudere, non permittentes ipsos per quoscunque desuper indebite molestari, perturbari, aut inquietari.

Deputatio Cardinaliũ Defensorũ Studij.

Baruncello quoque, Connestabilibus, Marescallis, & cæteris Curiæ & Vrbis prædictarum executoribus quibuscunque, præsentibus & futuris, vt præfati Rectoris mandata contra quoscunque tam personaliter quàm realiter exequenda, præmissorum occasione, & auctoritate præsentium, de dictorum Reformatorum vel saltem duorum ex eis coosilio pro tempore decreta, sollicite, & fideliter exequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dictæ Vrbis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon omnibus illis quæ dictus Eugenius prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Clausula derogatoria.

Cæterum quia ob Curiæ nostræ in Vrbe continuam residentiam frequens in eadem Vrbe est Ecclesiasticarum personarum concursus, & modernis temporibus, pro clariori Canonum intelligentia legum cognitio non ab re esse dignoscitur: quibusuis Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & alijs Clericis sæcularibus, etiam personatus ha-

bentibus, ac Presbyteris, quibus leges audire sub excommunicationis sententia, & alijs poenis, est à iure prohibitum, in studio Vrbis huiusmodi duotaxat, pro clariori dictorum Canonum intellectu, Leges, sine alicuius censuræ siue poenæ incursu audiendi (sanctæ commemorationis Honorij Papæ III. similiter prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus) auctoritate & tenore præmissis, plenam & liberam liceotiam elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo tertiodecimo, Non. Nouembris, Pontificatus nostri anno primo.

Const. istam habes in Volumine Nouorũ Vrbis Stat. fol. 6.

III.

De Facultatibus & Iurisdictione Curiæ causarum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Auditoris.

De hoc habes supra fol. 164. Iul. 2. const. 17. Ad eximiæ. & ponam concord. inf. in Greg. 13. const. 55. Ad generis.

Deputationem & Facultates Reuer. D. Hieronymi Matthæi Romani ad præsens Auditoris Cameræ & Domini mei colendiss. habes in dicta const. 55. Greg. xiij.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM nobis, licet immeritis, desuper Apostolicæ seruitutis officium mentem nostrã continua pulsat instantia, vt circa statum officialium quorumlibet Ro. Curiæ, illorum præsertim, qui iurisdictione, & iuris prærogatiua alios præcellunt, ac dictæ Curiæ decori, & ornamento existunt, prospere dirigendum sublatis eorum dispendijs, iuribus suis libere vtantur fauorabiliter intendamus. Dudum siquidem officio generalis Auditoriatus, seu Audientiæ Cameræ Apost. quod dilectus filius noster Antonius. tt. S. Vitalis Presbyter Card. tunc in minoribus constitutus Archiepiscopus Sipontin. exercebat certo modo vacante fe. re. Iulius Papa II. Prædecessor noster illud sic vacans dilecto filio Hieronymo de Chinutijs Electo Asculan. tunc Canonico Senen. dictarum causarum Auditori cõcessit, & assignauit, ejq; vt de omnibus delictis per quoscunq; Curiales Rom. Curiam sequentes commissis, & quibusuis causis tam ciuilibus, quam criminalibus, spiritualibus, Ecclesiasticis, & prophanis, eosdem Curiales quomodolibet concernentibus cognoscere, pluraque alia facere, gerere, ac exercere posset, & valeret, facultatem concessit, prout in literis ipsius Iulij prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) nonnulli iudices, & aliæ personæ in præmissis, & alijs facultatibus eidem Hieronymo Auditori, tam ex priuilegio aut literis prædictis, quã etiam de iure concessis se intromittere non vereantur, & ex eo quod in obligationibus in forma Cameræ procedunt, non modicum officio prædicto cuius fructus, redditus, & prouentus ab ipsis obligationibus pro maiori parte dependent, inferũt detrimentum. Nos quorum mentis semper fuit, prout est, iura sua vnicuique tribuere, & conseruare, attendentes æquum, aut decens non esse, vt officio huiusmodi quo nullum aliud saltem in præfata Curia, & antiquius, & nobilius existit in iurisdictione, auctoritate, aut emolumentis detrahatur, seu iactura aliqua inferatur, dictarum literarum tenores nobis notos pro expressis habentes, Motu proprio non ad ipsius Hieronymi Auditoris, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac ex certa nostra scientia, statuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus iudex, aut alia persona quacũque dignitate, aut priuilegio suffultus in facultatibus eidem Hieronymo, & pro tempore existenti dictarum causarum Auditori, tam ex priuilegio, & literis Apostolicis, quàm etiam de iure concessis, & cõcedendis, & præsertim in superius narratis, ac obligationibus in forma Cameræ quouis modo, aut quæsito colore, directè, vel indirectè se intromittere, aut in eis procedere possit, aut valeat, districtius inhibentes sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda dilectis filijs nunc & pro tempore existentibus Gubernatori seu Vicecamerario, Senatori, Vicario, ac Marescallo Vrbis, eorumque Locatenen. & Auditoribus, necnon quibuscunque alijs Iudicibus, & personis quocunque nomine nuncupentur, ac quocunque priuilegio sint muniti, in facultatibus eidẽ Hieronymo, & pro tempore existenti earundem causarum Auditori, tam ex priuilegio, aut literis Apostolicis: quam etiam de iure concessis: & conceden. & præsertim in superius narratis: ac in obligationibus in forma Cameræ se intromittere: aut in eis quomodolibet procedere audeant, vel præsumant. Quo circa venerabili Fratri nostro Episcopo Ostien. & dilectis filijs S. Vitalis, S. Eusebij, ac Sanctorum Quatuor Coronatorum. Tit. presbyteris Card. per Apostolica scripta motu simili mandamus: quatenus ipsi, seu tres, aut duo, vel vnus eorum per se vel alium seu alios in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra statutũ, ordinationem, & inhibitionem prædicta per Gubernatorem seu Vicecamerarium, Senatorem, Vicarium, Marescallum Locatenen. & Auditores præfatos, ac quoscunque alios Iudices, & personas inuiolabiliter obseruari. Non permittentes Hieronymum modernum & pro tempore existentem dictarum causarum Auditorem super præmissis vel eorum aliquo per eos, aut eorum aliquem quomodolibet molestari, seu impediri, contradictores, & præmissis quomodolibet contrauenientes, censuris Ecclesiasticis, necnon poenis pecuniarijs eorum, & cuiuslibet ipsorum arbitrio imponen. ac Cameræ præfatæ applican. ipso facto incurrendis, ac alijs opportunis remedijs appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus officiorum Gubernatoris seu Vicecamerarij, Senatoris, Vicarij, Marescalli, & aliorum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; & indultis Apostolicis Gubernatori, Senatori, Vicecamerario & alijs superius expressis, seu eorum officijs, ac quibuscunque alijs iudicibus, & personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus etiã si de eis specialis, specifica & expressa mẽtio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habẽtes, Motu, & sciẽtia similibus derogamus, cæterisq; cõtrarijs quibuscunq; Et quia in genere de obligationibus in forma Cameræ supradictũ est in obligationibus in forma Cameræ, quæ in Cam. Apost. per dictæ Cam. Notarios, ac corã alijs iudicib. prædictis in dependentibus à litibus, & causis cõram eis pro tempore introductis per eorundẽ iudicũ notarios

Iul. 2. const. habes sup. fol. 164.

Caus. istius cōst.

Officiũ A.C. est cæteris antiquius & nobilius.

Præcipit omnibus Iudicibus, ne de cætero se intromittāt in causis ad A.C. spectan. & max. oblig. in forma Cameræ.

Deputat quatuor Card. executores istius const.

Clausulę derogatoriæ.

Declaratio quo ad obligationes in forma Cameræ.

recipientur,

recipientur,& in actis causarum huiusmodi annotabuntur,præmissa locum sibi vendicare nō intelligimus, sed in illis per Cameram,& iudices coram quibus obligationes ipsæ receptæ fuerint,respectiue procedi,easq; executioni demandari posse,& quo ad præmissa per quācunque signaturam,præterquam nostra, aut successorū nostrorum propria manufactam derogari non posse.Causas autem in Rota,aut per aduocationem,vel appellationem à dicto Auditore Cameræ,seu ipsius remissionem, etiam alibi committendas præsentibus minime comprehendi volumus.Et insuper ex nunc irritum decernimus,& inane quicquid secus super præmissis,vel eorum aliquo per Gubernatorem,seu Vicecamerarium,Senatorem,Vicarium,Marescallum,Locaten.vel Auditores præfatos,ac quoscunq; alios Iudices,& personas,seu eorum aliquem quauis auctoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari. Sicque per quoscunque Iudices Ecclesiasticos,& seculares,ordinarios, & delegatos,& Palatij Apost.Causarum Auditores,& S.R.E.Card.sententiari,& interpretari debere,sublata eis, & eorum cuilibet aliter sententiandi,& interpretandi facultate.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis,inhibitionis,mandati,derogationis,voluntatis,& decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo tertiodecimo, Non. Nouemb.Pontificatus nostri anno primo.

Ad quod vide infra Greg 13.c68. 55. Ad generis. vbi notabo de materia.

Decretū irritū.

Io.de Gais.

Anno à Natiuitate Domini 1515. Indict.III.Pont.S.D.N.D.Leonis, diuina prouidentia Papæ X. Pontificatus sui Anno III. Die vero XIX. Mensis Iunij.Retroscriptæ literæ Apost.fuerunt intimatæ,ac notificatæ, & præsentatæ. R. P. D. Dominico de Iacobatijs Vicario Vrbis,ac Magnifico Domino Senatori Vrbis, &c. monendo, requirendo,ac alia necessaria faciendo,facta fuerunt Romæ personaliter compertis,per me F.Vaca. S.D.N. Papæ Cursorem,& dedi copiam collationatam cum originali.

Pro Magistro Eurardus Dubibier Cursor.

Anno Domini 1515. Indict.III.Pont.S.D.N.D.Leonis Papæ X.Anno eius III.Die vero II.Mensis Iulij.Retroscriptæ literæ Apost.fuerunt præsentatæ,intimatæ,insinuatæ,& notificatæ R.P.D.Gubernatori Vrbis, & Domino Vicario Vrbis offerendo eis copias,vt moris est,per me Iacobum Nezieti Cursor.

Pro Magistro M.Guillieti Cursorem.

Anno à Natiuitate Domini 1559.Indict.II.Die vero 14.Mensis Maij,Pont.Sāctiss.in Christo Patris,& D.N.D. Clementis diuina Prouidentia Papæ vij.Anno vj. intimatæ & notificatæ fuerunt D. Augustino Iudici Curiæ de Sabellis Romæ personaliter inuento & reperto,ipsum sub sententijs & pœnis in eisdem literis contentis,vt eisdem literis obedire deberet, ac alias iuxta earundem literarum cum formam continentiam & tenorem monendo & requirendo, omniaq; alia in similibus fieri solita fuerunt per me Petrū Grasletti prælibati D.N.PP. Curs.

Desiderius Magister Cursorem.

IIII.

Asserentes animam rationalem esse mortalem & vnicam in cunctis hominibus vti Hæreticos vitandos & puniendos esse declarat.

LEO Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam,sacro approbante Concilio.

APOSTOLICI regiminis solicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, ijs potissimum qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur,salutifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Euangelio solicitam operā impendamus,ne nobis illud Hieremiæ obijciatur. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator antiquus humani generis hostis,nōnullos pernitiosissimos errores à fidelibus semper explosos in agro Domini superseminare,& augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis,quod videlicet mortalis sit,aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temere philosophantes,secundum saltem philosophiam,verum id esse asseuerent, contra huiusmodi pestē opportuna remedia adhibere cupientes,hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes asserētes, animam intellectiuam mortalem esse,aut vnicam in cunctis hominibus,& hæc in dubium vertentes,cū illa non solum vere per se,& essentialiter humani corporis forma existat,sicut in canone fel.rec.Clementis Papæ V.prædecessoris nostri in generali Viennen.Concilio edito continetur,verum & immortalis,& pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis,& multiplicata,& multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex Euangelio,cum Dominus ait,Animam autem occidere nō possunt.& alibi: Qui odit animam suā in hoc mundo,in vitam æternam custodit eam.Et cum æterna præmia,& æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit,alias incarnatio,& alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret,ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse diffinimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, districtius inhibemus: omnesque huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia vt detestabiles & abominabiles hæreticos, & infideles, Catholicam fidem labefactantes, vitandos, & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis Philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, vt cum Philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere,& persuadendo pro posse docere, ac omni studio hmōi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant,pro viribus excludere atque resoluere. Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere,nisi & ne iterum pullulent,funditus euellere,ac eorū semina,originalesq; causas,vnde facile oriuntur, remo-

Asserētes animā rationalem esse mortalē & vnicā in cunctis hominib. Hæretici declarantur.

Lectores philosophiæ dissoluẽ philosophorum dogmata quæ fidei aduersantur, & discipulis explicent catholicam veritatem, & cæt.

uere: cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelatæ veritatis lumine in errorem quãdoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem: ad tollẽdam omnem in præmissis errandi occasionẽ, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquã de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos à iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo, philosophiæ aut poesis studijs vltra quinquennium post grammaticam & dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionibus sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas philosophiæ & poesis radices purgare & sanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorũdem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, diffinitionis, inhibitionis, decreti, ordinationis, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo tertiodecimo, quartodecimo Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

Ordinarij locorũ singulis annis in studijs faciãt publicari istam const.

Vide in Concil. Lateran. sess. 8.

V.

Confirmatio & Ampliatio Priuilegiorum, Indultorum, & Indulgentiarum S. Spiritus in Saxia de Vrbe.

De materia habes concord. sup. fol. 106. in 12. const. Six. 4. quam hic habes insertam. & ibi omissa fuit per errorem Imprimentium.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SALVATOR Dominus noster IESVS CHRISTVS dum ad suam passionem, per quam ab æterna damnatione nos liberauit, appropinquaret, prædixit nos semper pauperes nobiscum fore habitaturos, & alibi nos instruit vt cum proximi nostri sint, dilectionem haberemus, & pietatis opera in eos exerceremus. Vnde nos meritis licet imparibus ipsius Saluatoris vices gerentes in terris, illius salutari exemplo vniuersos Christifideles ad exercẽda in pauperes charitatis opera frequenter inuitamus, ac hospitalia, aliaq; pia loca singula, in quibus charitatis opera exercentur, spiritualibus gratiarum muneribus libenter confouemus, & illa quæ per prædecessores nostros Romanos Pontifices propterea concessa sunt, libenter approbamus, & alia de nouo concedimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem à fel. rec. Sixt. IIII. & Innocen. VIII. Romanis Pont. prædecessoribus nostris successiue emanarunt literæ tenoris subsequentis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Tenor constitut. Six. 4.

Illius qui pro dominici salutatione gregis in ara Crucis in pretium immolari non erubuit, quique post eius mortem, & à mortuis resurrectionem præordinatis testibus sæpe apparens, tandem ascensurus ad patrem suos nolens discipulos relinquere orphanos, Spiritus sancti paracleti consolatione visitauit, & eos hospitales adinuicẽ fore debere, charitatisque dona, quæ omnes alias virtutes superat, exercere præcepit, vices quãquã immeriti in terris gerentes, quamuis ex debito pastoralis officij mens nostra rerum pro tempore ingruentium occasione ad multiplices cogitatus se diuertat, tamen incessanter curis flectimur assiduis circa quæcunque pia loca, maxime in honorem eiusdem Sancti Spiritus constructa, nobis præsertim, ac Romanæ Eccl. peculiaria, vtpote ex eiusdẽ Ecclesiæ ære olim constructa, prouentibusq; dotata, & in quibus continuo hospitalitatis cura, & miserationum opera exercentur, vt illa ad salubriorem statum, & maiorem hospitalitatis huiusmodi obseruantiam, eiusdemq; charitatis, & aliarum vniuersarum virtutum, ac misericordiæ donorum inibi perfectius exercitium inducamus, vtque ad præmissa cunctorum Christifidelium vota concurrant ad pia implenda opera, fideles ipsos per confraternitatis spiritualis tanquam membra suo capiti adhærẽtia nexum quibusdam spiritualibus & allectiuis muneribus prosequimur, vt exinde gratiæ diuinæ reddantur aptiores. Et vt charitatis & hospitalitatis deuotio eiusdẽ paracleti inspiratione cordibus ipsorum fidelium imprimẽda peramplius in dies in eis augeatur, & his quæ hactenus per prædecessores nostros Rom. Pont. eisdem pijs locis præmissorum respectu Apostolica munificẽtia cõcessa fore noscuntur, vt exinde maioris firmitatis robur suscipiant, ex nostri Apostolatus officio, quotiẽs opportunitas se offert, fauorabiliter adijcimus nostri ministerij partes. Attente igitur considerantes, quod Hospitale nostrum Sancti Spiritus in Saxia almæ Vrbis, quod fel. rec. Innoc. Papa III. prædecessor noster diuinitus, vt pie creditur, inspiratus, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, pro animarum & corporum euitandis periculis, & expositorum Infantium, ac pauperum miserabiliumque, & infirmorum subsidio & subuẽtione fundauit, cuique, & illius membris locis & Ecclesijs, tam ipse Innocentius, quã Honorius etiam III. Alex. IIII. Cælestinus V. Bonifacius VIII. Clemens V. Ioannes XXII. Benedictus XII. Vrbanus V. Greg. XI. Alexander V. Martinus V. Eugenius IIII. Nicolaus V. Calixtus III. Pius II. & Paulus etiam II. Romani Pont. prædecessores nostri, diuersa priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, aliasque spirituales & temporales gratias successiue concesserunt, illis dictum Hospitale multipliciter decorantes: dudum eorundem Pontificum, & aliorum Christifidelium largitione adeo abundasse, quod hospitalitatis onera, & alia charitatis & pietatis opera, in eo poterant continuo exerceri. Et postmodum (prout notorietas facti & rerum experientia indicabat omni intuenti) causantibus guerrarum turbinibus, & alijs sinistris euentibus ad magnam diminutionem tam in spiritualibus, quam illius prouentibus temporalibus deuenisse, & oculo perspicaci intueores illius structuras & ædificia modernis temporibus ad pauperum infirmorum, expositorum, & aliarum miserabilium personarum ad illud confluentium receptionem, angusta, depressa, & minus accõmoda fore, ita vt eis exitij potius quam recuperandæ sanitatis, & salutis causa existerent, & propter eorum vetustatem ad casum tenderent miserabilemq; ruinam, ac pia eiusdem Redemptoris verba, in quibus se in pauperes recipi nos instruit, intra pectoris nostri arcana reuol-

Innoc. 3. fundauit in Vrbe Hospitale S. Spiritus in Saxia.

Istorum Pont. constit. hic non habes.

nentes, eiusdem hospitalis structurarum vetustate sublata, illud a fundamentis de nouo opere condecenti construi & ædificari fecimus, vt tam pro infirmorum & aliarum miserabilium indigentium, quam eis obsequentium personarum, & seruitorum commodo, longe lateque ampliauimus: claustraque & habitationes ac alia cum suis officinis ædificia eminentiora ac vtiliora, etiam pro mulieribus & infantibus expositis huiusmodi sub clausura collocandis, & pro nobilibus ac honestis personis infirmis protendere, & annuente Domino continuo ampliare & conseruare non cessamus, ac pro ipsius hospitalis supportandis oneribus, eiusdem hospitalis prouentus auximus, & in dies augere curabimus. Et quoniam inter eosdem prædecessores nostros Eugenius præfatus, inter cætera quandam confraternitatem proborum virorum a prædecessoribus suis hactenus institutam, tunc tamen intermissam, sperans eam multis modis eidem hospitali fructum afferre, cum omnibus ei concessis priuilegijs, fauoribus, & indulgentijs per suas certi tenoris literas innouauit: Nos prædictorum & aliorum Ro. Pont. singularum literarum ipsi hospitali sub quibusuis verborum formis concessorum tenores series & effectus, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis haberi volentes: Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra certa scientia & spontanea voluntate, illas, ac omnia & singula in eis contenta priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, remissiones, facultates, concessiones & indulta, ab eisdem prædecessoribus hospitali huiusmodi, illiusque ecclesijs & membris per eosdem prædecessores concessa, præsentibus tamen non contraria, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus, præsentisque scripti patrocinio communimus: illasque & illa perpetuo viribus subsistere decernimus. Necnon ad honorem & decus totius Curiæ cælestis, vnam nouam sanctamque Confraternitatem in dicto hospitali, pro illius ac bonorum & iurium eiusdem conseruatione, defensione, & protectione perpetua, ac sub modis & formis ac conclusionibus infrascriptis, motu, scientia, & auctoritate similibus, etiam de fratrum nostrorum consensu vnanimi, erigimus, facimus, creamus, & perpetuo ordinamus. Et vt dicta sancta Confraternitas per nos in præsentiarum sic instituta, plenum & optatum sortiatur effectum, nos illam, & singuli ex prædictis fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ex nunc ingredimur, atque manu propria nos & ipsorum singuli in quodam libro eiusdem sanctæ Confraternitatis, huiusmodi ad effectum, singula nomina iam descripsimus, ac motu auctoritate & scientia prædictis, hac irrefragabili constitutione perpetuo valitura statuimus & ordinamus, quod singulorum vtriusque sexus fidelium, honestæ tamen conseruationis & famæ, hanc Confraternitatem nunc & pro tempore intrare volentium in Vrbe præsentium pro tempore duntaxat, nomina, & cognomina, ac qualitates in dicto libro, & præfato hospitali duntaxat, & non alibi describantur, & pro illorum ingressu ac descriptione, ad solutionem alicuius quantitatis pecuniæ aut rerum aliarum, nisi quantum sua sponte elargiri voluerint, aut cuiusque deuotio dictauerit, minime teneantur. Carissimus autem in CHRISTO Filius noster Federicus modernus, & pro tempore existens Ro. Imperator semper Augustus, Reges, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones, Dominique terrarum, ac illorum viuentium & defunctorum vxores, necnon Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, monasteriorum Abbates, militarum ecclesiasticarum magistri, & maiores post pontificales in metropolitan. vel in alijs cathedralibus, ac principales in collegiatis ecclesijs dignitates, necnon conuentuales prioratus, præposituras, præpositatus, & generales præceptorias obtinentes, etiam ab eadem Vrbe absentes, si id per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum (quod in publicam formam exhibere, & præceptori dicti hospitalis dimittere teneatur) id petierint, in confratres dictæ confratriæ recipi, & illorum ac illarum nomina & cognomina ac qualitates, ac si præsentes forent, in dicto libro describi & annotari possint in Vrbe præfata duntaxat, ac si præsentes forent in illa. Item quod singuli ex confratribus sic in eodem sanctæ Confraternitatis libro pro tempore descripti, sæcularem vel regularem presbyterum, in suum possint eligere confessorem, qui eligentium confessione diligenter audita, eis semel vita comite, ab omnibus, & singulis criminibus & peccatis, necnon excommunicationis, & quibusuis alijs sententijs, & censuris ecclesiasticis, etiam occasione simoniæ super ordinibus vel beneficijs assequendis vbicunque contractæ, & alijs casibus specialiter vel generaliter Romano Pontifici, & Sedi Apostolicæ quomodo reseruatis, & propter quæ ipsa Sedes merito esset consulenda, (præterquam hæresis, rebellionis, aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis seu Sedis apostolicæ, & offensæ personalis in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, Patriarcha, Archiepiscopum & Episcopum, ac Presbytericidij) & etiam in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum, etiam exceptorum huiusmodi, remissionem impendere possit; Ita quod si tunc non obierint, quotiens in tali articulo constituti fuerint, illam reiterare possit idem vel alius confessor sic electus. In alijs vero casibus, totiens quotiens opportunum fuerit, confessione audita, eos absoluere valeat, & pœnitentiam eis iniungere salutarem. Quodque idem confessor sic electus in Vrbe duntaxat, cum eisdem confratribus cum in confessorem eligentibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, & præeminentiæ fuerint, clericali militiæ ascriptis, etiam religiosis, quæcunque beneficia ecclesiastica etiam obtinentibus, qui præmissis sententijs ligati, missas & alia diuina officia celebrando, aut alias illis se immiscendo, seu alias in casibus in iure expressis vel non expressis irregularitatem contraxerint (Bigamia, & homicidio voluntario duntaxat exceptis) vt ad omnes superiores, etiam Sacros ordines promoueri, & in alijs ac per eos susceptis ordinibus huiusmodi, etiam in altaris ministerio ministrare, ac dignitates & beneficia ecclesiastica quæcunque recipere & retinere, Necnon monasterijs, & ecclesijs Cathedralibus etiam Metropolitan. & Patriarchalibus præfici & præesse libere & licite possint dispensare, ac eis de his quæ tunc detinerent dignitatibus, & beneficijs huiusmodi prouidere, & quibus minus canonice præessent ecclesijs & monasterijs huiusmodi, eos præficere in foro conscientiæ duntaxat, apostolica valeat auctoritate prædicta. Adijcientes insuper statuto & ordinationi prædictis, quod corpora singulorum confratrum prædictorum tam ecclesiasticorum, quam laicorum vtriusque sexus in dicto libro descriptorum, quos tempore ecclesiastici interdicti quouis modo, etiam a Sede apostolica impositi decedere contigerit, dummodo causam non dederint interdicto, ecclesiasticæ sepulturæ tradi debeant, absque tamen funeris pompa, sicut solitum est fieri de corporibus clericorum interdictum seruandi. Decedentes autem pro tempore in hospitali prædicto, & eiusdem hospitalis, ac pauperum expositorum eorundem obsequijs pro tempore insistentes vtriusque sexus, quamdiu perseuerauerint in obsequijs huiusmodi duntaxat, eisdem quibus Confratres in dicto libro descripti, quoad omnia in præsentibus contenta, priuilegijs, facultatibus, & gratijs potiantur, & gaudeant. Porro ad communicandam latius operis tam pij salutem, omnibus & singulis vtriusque sexus alijs Christifidelibus, qui ad dictum hospitale pro illius prædictis oneribus supportandis, de eorum bonis, prout

eorum

Pont. iste hoc Hospitale a fundamentis reædificari fecit.

Eugen. 4. Confraternitatem Hospitalis innouauit. De hoc vide Iulij 3. const. 27. & 6 Salutaris.

Pont. iste omnia indulta Hospitalis confirmat.

Confraternitatemq; de nouo erigit.

Et ipse vna cum Cardinalibus eã ingreditur.

Confratribusque Priuilegia concedit vt hic.

De quorum moderatione & reuocatione vide Pij 4. constit. 78. de commissio vbi notat.

eorum dictaueri deuotio, fideliter transmiserint, vel in suis testamentis, & vltimis voluntatibus ad hoc legauerint: Motu, scientia & auctoritate prædictis concedimus, vt in mortis articulo constituti, confessorem idoneum eligere possint, qui eorum confessionibus diligenter auditis, omnium peccatorum suorum plenariam eis remissionem elargiri possit. Prouideat autem Præceptor dicti hospitalis, nunc & pro tempore existes, quod eleemosynæ, & mittentium nomina, & legata, in libro ad hoc deputato describantur, sub excommunicationis pœna, eo ipso si id malitiose facere neglexerint incurrenda. Districte præcipientes notarijs qui rogati fuerint de testamentis, vel alijs vltimis voluntatibus, in quibus aliquid disponi contigerit in posterum in fauorem & commodū dicti hospitalis, vt sub excommunicationis pœna, huiusmodi dispositionem quantocius commode poterūt, Præceptori dicti hospitalis, seu alteri per quem id possit ad dicti præceptoris notitiam peruenire, intimare procurent. Ipsi quoque notarij & confessores eorundem decedentium, in suorum remissionem peccatorum, eisdem testantibus & confitentibus commemorare non omittant, vt ad tam pia opera quæ in dicto hospitali exercentur, manus porrigant adiutrices, quemadmodum nos, quoscunque Christifideles & præsertim confratres eiusdē confratriæ, qui pro tempore fuerint, per viscera misericordiæ Domini nostri IESV CHRISTI ad id hortamur. Et vt fideles ipsi vberioris gratiæ dono sentiant se refectos, harum serie decernimus, vt omnes vtriusque sexus in vrbe commorantes, qui legitima causa ætatis, valetudinis, vel similibus impediti, ipsius Vrbis stationes, vel quascunque indulgentias commode visitare, vel pontificalibus benedictionibus interesse pro tempore nō poterunt, illam eleemosynam hospitali præfato conferendo, quam in præfatis stationibus ex propria pietate si eas visitassent personaliter contulissent, omnes Indulgentias præfatas stationum vrbis, & pontificalium benedictionum, tam plenarias quam ad certum annorum numerum constitutas, de omnipotentis Dei gratia & dono consequantur, in forma ecclesiæ consueta. Rursus vt in principio huiusmodi confraternitatis, & successiue etiā futuris temporibus ad illam maior deuotio accrescat fidelium, & de ea memoriale sit in æuum, Omnibus dictæ confratriæ confratribus præsentibus in Ro. Cu. iniungimus, vt in crastinum solemnitatis Pentecostes proxime futuræ, & successiue anno quolibet eadem die, impedimento cessante legitimo, in basilica principis Apostolorū de vrbe conueniant, in qua huiusmodi rei memoria, ostendatur Sudarium Saluatoris Domini Nostri IESV CHRISTI, eoq. ostenso, inde portandu brachium sancti Andreæ Apostoli (quod nouissime in honorem dicti apostoli, & laudem confraternitatis prædictæ, Techa argentea & aurea, lapidibus preciosis ornata, & per nos eisdem oblata recludi fecimus) & vnum de articulis sancti Pauli, Apostoli, & vnum de digitis sanctæ Catherinæ virginis & martyris per nos nouiter apud hospitale ipsum honorifice collocatis, processionaliter se transferant ad ecclesiam dicti hospitalis, in qua in proximæ futuræ Pentecostes die prædicta, per nos dante domino, aut vnum ex dictis fratribus nostris missa solemniter celebrabitur, ipsaque die, & deinceps singulis annis eadem die in perpetuum, vniuersis Christifidelibus vere pœnitentibus & confessis, ecclesiam ipsius hospitalis visitantibus, suffragabitur plenaria remissio omnium peccatorum, quam harum serie illis elargimur. Confratresque ipsi, & eorum singuli in vrbe existentes, etiam eadem die singulis annis confessorem poterunt eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, eos & eorum quemlibet, etiam in casibus Sedi prædictæ reseruatis, præterquam superius exceptis, apostolica auctoritate absoluat, & eis pœnitentiam iniungat salutarem. Et insuper ordinamus, quod duo funebria pallia, alterum nigri coloris & auro contextum pro prælatis & nobilibus, & alterum ex veluto etiam nigro pro clericis & laicis, quæ eidem hospitali obtulimus, supra capsam in qua decedentium confratrum corpora ad sepulturam deferentur, ponantur, & in eodem hospitali conseruentur. Item in vniuscuiusque cadaueris alicuius confratris defuncti expensis quidem dicti hospitalis aderunt faces xij. & quatuor candelabra argentea condecentia, quæ etiam dicto hospitali obtulimus, & in cuiuslibet dictorum confratrum obitu seu sepultura, xvj. erunt induti camisijs nigris, & fratres dicti, cum pallio, facibus, & candelabris prædictis, dictum cadauer vsque ad sepulturam associabunt. Item statuimus, quod perpetuo qualibet quinta feria per circulum anni, nisi solemne festum sit impedimento, quo adueniento, die præcedenti vna cum missa de sancto Spiritu cum collecta pro peccatis, & pro omnibus confratribus tunc viuentibus, vt omnipotens Deus illuminet eorum mentes, atque sua misericordia eis cuncta peccata indulgendo aboleat: Et similiter secunda feria, & si festum impediat, tertia vel alia feria, pro animabus omnium confratrum defunctorum celebretur alia missa solennis, cum pallio nigro supra archam in medio ecclesiæ locandam, & quatuor luminaribus in eisdem quatuor candelabris argenteis. Volentes quod quando aliquem confratrum eorundem ab humanis decedere contigerit, quam primum opportunitas se offeret, pro remedio eius animæ specialiter celebretur vna missa, adhibita solennitate prædicta. Et quoniam ad manutentionem charitatiuæ hospitalitatis pauperum & infirmorū aliarumque miserabilium personarum pro tempore confluentium ad hospitale prædictum, & qui ad illud exponuntur infantium vtriusque sexus in numero copioso, conseruationem quoque bonorum & iurium eiusdem hospitalis, præsentia prouidi & timoratæ conscientiæ Præceptoris noscitur esse plurimum opportuna, Motu scientia & auctoritate prædictis, statuimus & ordinamus, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, hospitale ipsum semper per proprium regatur Præceptorem, qui in illo resideat, & illius curæ ac regimini pro posse diligēter intendens, per ipsum solita inibi exerceri faciat cum integritate opera charitatis; & nemini possit aut valeat hospitale ipsum commendari, seu in administrationem concedi. Hortan. successores nostros Ro. Pont. qui pro tempore erunt, vt occurrente vacatione hospitalis eiusdem, de Præceptore idoneo studeant prouidere, per quem hospitalitas huiusmodi inibi decenter obseruetur, & iura ac bona eiusdem conseruentur & augeantur in dies: & a concessione illius in commendam aut administrationem alicui, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, prorsus abstineant, Non ignari, quod si secus egerint, cum hospitale ipsum eorum curæ specialiter sit commissum, & illius bona sint pauperum languentium & expositorum infantium; propter hoc adhuc viuentes, tam ipsi successores nostri, quam qui illud in commendam vel administrationem huiusmodi recipient, & consentiēt eidem, omnipotentis Dei indignationem incurrent, & præter illa quæ permissione diuina in hoc seculo incommoda propterea indubitanter perferent, de huius nostri statuti transgressione, in extremo tremendo iudicio & districto examine animæ, rationem reddere tenebuntur coram Deo. Quod enim nobis licere non patimur, eisdem nostris successoribus indicamus: hæc enim omnia infrascripta, per viscera misericordiæ eiusdem Redemptoris obseruari iniungimus, & obseruantibus sit pax & dilectio in Deum. Infringentibus vero ex malitia, adsit eis indignatio vsque ad condignam pœnitentiam, Decernen. & declarantes nostræ intentionis esse, per quascunque similium gratiarum & indultorum ecclesijs & quibusuis collegijs seu confraternitatibus concessorum, generales

Notarij notificēt dispositiones factas ad fauorem Hospitalis &c.

De Indulgentijs præstantibus eleemosinas Hospitali.

In memoriā dictę Confraternitatis vide quod Pont. ordinat.

De officijs & Miss. in celebrandis i Ecclesię Hospitalis.

Hospitale regetur per Pręceptorem.

De hoc vide Iul. 3. Const. 27. Et S. Saluatoris.

nerales

nerales vel speciales suspensiones, per nos vel Sedem eandem hactenus factas, sub quibus forsan præsentes literæ & io illis contenta includi viderentor de cætero faciendas, præsentes litteras & illarum effectum non suspendi, & in illis comprehendi non posse aut debere, sed omnia in eisdem litteris contenta, semper & inconcusse, in suo robore permanere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus ac litteris apostolicis, necnon priuilegijs & indultis quibusuis hospitalibus ac alijs ecclesijs & locis siue collegijs & confraternitatibus, per nos & Sedem eandem concessis hactenus, & in posterũ concedendis, quæ (Illis alias in suo robore permansuris) quatenus alicui præmissorum contrariarentur, quoad hoc viribus vacuamus, etiam si de illis ac eorum totis tenoribus specialis & expressa, ac de verbo ad verbum mentio foret habenda, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Decretum irritū.

Clausula derogatoria.

Et vt præsentium litterarum & gratiarum tenor plenius omnibus innotescat, volumus quod dictus Præceptor præsentes litteras, & illarum transumptum auctenticum in valuis dicti hospitalis singulis anois, dicta secunda die solẽnitatis Pentecostes affigi facere, & affixas tenere debeat tota die. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã nostræ confirmationis, approbationis, communitionis, constitutionis, electionis, creationis, ordinationis, ingressionis, statuti, adiectionis, concessionis, præceptionis, hortationis, decreti, ioionctionis, elargitionis, sanctionis, indicationis, declarationis, vacuationis, & voluntatis, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, duodecimo Kalen. Aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.

Inn. 8. const. habes supr fol. 109.

Iulij 2. const. hic non habes.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Et si ex commisso oobis desuper apostolicæ seruitutis iugo &c. Et deinde piæ memoriæ Iulius, Papa secundus etiam prædecessor noster, singulas litteras prædictas auctoritate apostolica innouauit, & approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decreuit, prout io litteris ipsius Iulij prædecessoris desuper confectis plenius cootinetur. Quare pro parte dilecti filij Hilarij Senis Præceptoris dicti hospitalis & totius ordinis magistri generalis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt singolis litteris prædictis, pro illarum subsistentia firmiori, robur nostræ approbationis adijcere, ac alias in præmissis opportune prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui dictum hospitale singulari deuotione prosequimur, & in visceribus gerimus charitatis, cupientes vt literæ prædictæ & in eis contenta quæcunque, eo magis obseruentur, quo clarius constiterit ea deliberatione approbata, qua fuerunt concessa, dictorum prædecessorum vestigijs inhærentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; singulas prædictorum Sixti, & Innocentij, ac aliorum nostrorum prædecessorum literas, & in eis contenta priuilegia, immunitates, facultates, exemptiones, libertates, gratias, indulgentias, concessiones, remissiones, institutiones, ordinationes, & indulta quæcunque auctoritate prædicta tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & in membris ecclesijs & locis ab eodem hospitali dependentibus, tam in dicta vrbe, quam extra eam consistentibus, obseruari debere decernimos: Ac pro potiori cautela, præmissa omnia & singula (prout per dictos prædecessores concessa fuerunt eidem hospitali) specialiter & expresse de nouo, auctoritate & tenore prædictis, concedimus & indulgemus. Necnoo confraternitatem, cum omnibus & singulis concessionibus, indultis, facultatibus, indulgentijs, & peccatorum remissionibus, illius confratribus pro tempore existentibus, concessis prædictis, ad omnia & singula membra ecclesias & loca, tam ab ipso hospitali pro tempore dependentia, quam alia ad quæ Præceptorem & magistrum generalem eiusdem hospitalis pro tempore existentem, seu eius nuncios pro tempore declinare contigerit, in quibus similes confraternitates cum eisdem concessionibus, indultis, facultatibus, priuilegijs, indulgentijs, & peccatorum remissionibus, per eundem Hilarium, & pro tempore existentem Præceptorem, institui possint: Et quæcunque institutiones & ordinationes dictarum confraternitatum absque ipsius generalis magistri pro tempore existentis expresso consensu, in membris ecclesijs & locis huiusmodi forsan & imposternm faciendæ, nullius roboris vel momenti existant. Et insuper omnia & singula hospitalia, oratoria, ecclesias, capellas, altaria & loca dicti ordinis, in quibuscunque partibus, a secularibus & ecclesiasticis personis possessa & occupata seu detenta, vbicunque existentia, etiam si non fuerint possessa vel recepta per dicti hospitalis Præceptorem aut fratres & religiosos præfati ordinis, sub inuocatione & nomine Sancti spiritus ioritulata, tanquam membra dicti hospitalis & ab eodem dependeotia, ac eidem Hilario & pro tempore existenti Præceptori & magistro generali subiecta, & instar aliorum annuatim respectiue contribuentium cootributorias & contributoria fore & esse, ac per ipsum Præceptorem, & generalem Magistrum corrigi & visitari, illorumque Rectores & Gubernatores, si de iure amouendi forent amoueri, & alias personas idoneas loco illorum deputari posse: Necnon præsentes literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, seu modificationibus, per nos & sedem apostolicam, ex quacunque causa quantumcunque grandi & excogitabili pro tempore factis & coocessis, nullatenus comprehensas, sed ab illis semper exceptas, & quotiens illæ emanabunt, totiens in pristinum statum repositas esse: Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij apostolici Auditores, in quacunque instantia iudicari & diffiniri debere; Sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & ioterpretandi facultate & auctoritate; Irritum quoque & inane, quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & extendimus, & ampliamus, ac statuimus & ordinamus: Necnon omnibus & singulis generalibus ministris, prouincialibus, guardianis, fratribus, & alijs quibuscunque religiosis personis mendicantium & aliorum quorumcunque ordinum, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mãdamus, quatenus postquam pro parte Præceptoris Magistri generalis, ac aliarum personarum hospitalis huiusmodi, vel alicuius eorum requisiti fuerint, præmissa ac præsentes literas huiusmodi, in eorum ecclesijs, capellis, domibus & alijs pijs locis, dominicis & alijs festiuis diebus, infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia, clero & populo publicare & intimare, seu publicari & intimari facere, teneantur. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula loca ad quæ expediens fuerit, deferre, Volumus & dicta auctoritate apostolica decernimus, quod transumptis præsentium, & aliarum quarumcunque nostrarum & dictorum prædecessorum hospitali & illius ordini prædictis coocessarum literarum, manu Notarij dicti hospitalis subscriptis, & sigillo Præceptoris eiusdem hospitalis, pro tempore existentis munitis, plena fides in iudicio & extra adhibeatur, prout eisdem originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Quodque transumptis præfatis, subscriptionem notarij & sigillum Præceptoris huiusmodi non habẽtibus, nulla fides

Hilarius de Senis Preceptor Hospitalis supplicauit pro confirmatione Priuilegiorum.

Pont. iste Confirmat Priuilegia Idulta & Indulg.

Et extēdit vt hic.

Huic const. non possit derogari.

Decretū irritū.

Clausulę derogatoriæ.

Clausulæ derogatoriæ.

fides adhibeatur. Non obstan.constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,ac hospitalis, monasterij & ordinis,prædictorum,iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus,Necnon omnibus illis quæ in singulis literis prædictis concessa sunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc huiusmodi paginam nostræ approbationis , innouationis,decreti,concessionis,indulti,extensionis,ampliationis,statuti,ordinis,præcepti,mandati, voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit , indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius , se nouerit incursurum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertiodecimo , septimo Idus Martij,Pontificatus nostri anno Primo.

VI.

Innouatio & declaratio constit. Iulij Secundi de Erectione Collegij Scriptorum Archiuij Rom. Curiæ , eorumque officio Emolumentis facultatibus & Priuilegijs . Quam Iul. 2. habes hic insertam.

Confirmationem istius Erectionis habes infra in Pij V. const.89. pridem.vbi notabo concord.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei,ad futuram rei memoriam.

EX Ministerij pastoralis nobis,licet immeritis,desuper iniuncti debito personarum quarumlibet,præsertim nobis,& apostolicæ sedi grata deuotionis & familiaritatis obsequia impendentium, vt contractus inter sedem Apostolicam,& eos initi obseruentur,& si in aliqua eorum parte turbationem acceperint,etiam aliorum nouorum,propterea inter nos & illos cum sedis prædictæ commodo , & vtilitate cōtractuū celebratione indemnitatibus libenter consulimus,& eas,sicut expedire viderimus,à singulis dispendijs releuamus.

Iul.2. const.habes hic insertā.

Dudum siquidem per fe.re.Iulium Papam II. prædecessorem nostrum, non sine maxima animi sui displicentia,ex diuersorum fidelium querelis,ac Iudicum , & aliorum officialium relatione pluries accepto , quòd in Romana Vrbe,ad quam,velut ad communem periclitātium portum , & virturum omnium altricem christianus orbis confluebat,propter Notariorum & aliorum instrumenta,& scripturas alias conficientium incuriam , siue dolum,plures falsitates committebantur,res aliter scriptæ quām actæ reperiebantur, protocolla originalia deperdebantur,vltimæ voluntates non exequebantur,damna & incommoda fidelibus irrogabantur , aliaque scelera,inimico humanæ naturæ instigante,perpetrabantur,ac super fraudibus,falsitatibus instrumentorum,& aliarum scripturarum hujusmodi , aut eorum suspicione lites & controuersiæ in iudicijs , & tribunalibus Curiarum dictæ Vrbis assidue vertebantur,in diuinæ Maiestatis,& dictæ sedis offensam,ecclesiarum,pupillorum,& viduarum spoliationem,fidelium prædictorum,ac totius Reipublicæ detrimentum & iacturam,idem Iulius prædecessor cupiens huiusmodi fraudibus,damnis,& erroribus obuiare,ac ecclesiarum opportunitatibus consulere,& in fidelium immaniti resistere,necnon considerans quòd si aliquis Officialium certus numerus sub certis & honestis conditionibus, habita personarum consideratione , institueretur , per quos instrumenta & scripturæ præfatā conficerentur,seu alias expedirentur,vt illa sic expedita publice in Archiuio & monumentis auctenticis redigerentur,ordo debitus in illorum confectione rectius obseruaretur,scandalis,fraudibus , & sceleribus huiusmodi obuiaretur,& securitati testantium,& alias contrahentium & litigantium salubriter consuleretur,ipsique Officiales honore & præmio allecti,adhibita exercitatione,periti efficerentur, & quæ ad eorum officium spectarēt diligenter exercerent,super ijs cum fratribus suis S.R.E.Cardinalibus,de quorum numero tunc eramus,communicato consilio,matura deliberatione,ac eorum assensu,ex certa scientia , ac de apostolicæ potestatis plenitudine Collegium Centum & vnius virorum,qui Scriptores Archiuij præfatæ Rom.Curiæ nuncuparentur,perpetuo creauit,erexit,& instituit,qui exercitium & officium eis commissum per se ipsos exercere deberent, non autem per substitutos,& certa tunc expressa facere,& exercere tenerentur , ex quibus quidem Scriptoribus prædictis decem Magistros,Correctores nuncupatos,instituit. Et vt ipsi Scriptores diligentius circa eorum Officium intendere possent,& laborum suorum præmia reportarēt,eisdem & eorum Collegio vltra emolumenta,quæ præter processuum fulminationes, & aliorum instrumentorum registrationes & annotationes in quodam libro per eundem Iulium prædecessorem subscripto,annotata.& subscripta,& per eos recipienda,etiam Septem Ducatos pro quolibet Centenario omnium & singularum Annatarum,& Communium,tam ex ecclesijs, & Monasterijs, quàm alijs beneficijs ecclesiasticis sedi prædictæ,& Romanis Pontificibus debitarum,& quas eadem sedes prædictæ,& Romanis Pontificibus debitarum , & quas eadem sedes apostolica capere & consequi solebat , quos ipsi Scriptores per se ipsos in Cancellaria apostolica ad instar literarum apostolicarum Sollicitatorum cum expressione & annotatione nominis scriptoris in bullis tam per Cancellariam , quàm per Cameram expediendis in omnibus & per omnia,alias Bullæ expediri non possent,recipere valerent,& possent,perpetuo concessit,assignauit, & applicauit , ac etiam eisdem certas Taxas pro emolumentis dicti officij assignatas , vltra portionem Annatarum eis assignatam prædictam,videlicet super Thesaurariatu Patrimonij Centum, super Thesaurariatu Marchiæ Trecentos,super Thesaurariatu Perusiæ Ducentos , super Thesaurariatu Romandiolæ Centum , super Depositariatu generali Trecentos,super Depositariatu Cameræ Vrbis Quinquaginta , super Depositariatu Gabellæ vini Centum,super Appaltu Aluminum Quadringentos,super Dohaneriatu Ripæ Vrbis Mille , super Dohaneriatu Grassiæ,Ducentos,super Dohaneriatu mercium Quadringentos,super Dohaneriatu vini,siue Gabella viui forensis Ducentos,super Dohaneriatu salariæ Marchiæ Ducentos,& super Dohaneriatu pecudum Patrimonij Trecentos Ducatos auri in auro de Camera decugno Cameræ perpetuo concessit,applicauit,& assignauit. Applicauit insuper eisdem Scriptoribus,& Collegio omnia & singula Gabellas & emolumenta Gabellarū plani Vrbis & Ancoragij Ciuitatis verulæ,Officium Dohanæ,tractarum grani prouinciæ nostræ tunc suæ Patrimonij,& portus Corneti cum salario,honoribus,oneribus, & emolumentis consuetis ac officiū Commissariatus Aluminum cum solitis honoribus,oneribus, & emolumentis consuetis annis singulis, pro tunc , & pro tempore existentem Appaltatorem Aluminum eisdem persoluendis , quæ per Appaltatorem hujusmodi dicto Collegio integre

Iulius 2. ob causas hic expressas Collegium scriptorū Archiuij instituit.

Scriptorum Archiuij Numerus

Correctorum Archiuij numerus

Emolumēta scriptoribus assignata.

integre, & annuatim persolui mãdauit. Applicauit præterea eidem Collegio Marescalli Notariatus Cameræ, ac religosæ tractarũ grani, ac Iudicatuũ maleficiorũ spiritualiũ causarũ, & appellationũ dictæ prouinciæ Marchię Officia, cũ onere tamen releuandi dicta officia, si qua iuste & legitime pignorata pro dictæ sedis necessitatibus reperirentur, expensis Collegij huiusmodi, & summam pro qua pignorata existebant, eis qui dicta officia eatenus tenuerat, restituẽdi, hac conditione, vt iudicibus doctoribus idoneis de ipsius officij corpore, vel extra deputãdis per ipsum Iuliũ prædecessorẽ de medietate ordinarij salarij ipsis deputatis & extraordinarijs, prouideretur, vt absq; fraude & corruptela libere officium eis cõmissum valeant exercere, & iustitiã integre ministrare. Necnon inquisitoris Annatarum, ac etiam Collectorum & Subcollectorum fructuũ & prouentuũ eidẽ Cameræ extra eãdẽ Curiã quibuslibet debitoribus per eandẽ Camerã & sedẽ præfatã deputari solitorũ Officia cũ oĩbus, & singulis eorũ honoribus, oneribus, & emolumentis, ac exercitijs consuetis, ita quod liceret præfatis Scriptoribus per se, vel alios idoneos huiusmodi officia perpetuis futuris temporibus exercere. Et vlterius idẽ prædecessor dignũ reputauit pro stabilimento, perpetuatione, & firmitate dicti officij non minus vtilis, quàm necessarij, ac etiam vt ipsorum Scriptorum Archiuij, qui eidem Iulio prædecessori, pro imminentibus Ro. Eccl. necessitatibus supportandis summam Septuaginta quatuor Millium Ducatorum, vel circa auri de Camera contribuerant, indemnitatibus consuleretur opportune prouidere, de similibus cõsilio, & assensu, ac scientia & ptãtis plenitudine, auctoritate apostolica decreuit, & declarauit, quòd in euentũ in quẽ contingeret Officiũ Scriptorũ Archiuij prædictorũ ea aliqua ratione vel causa, in totũ vel partẽ per Iuliũ prædecessorẽ, vel successores præfatos extingui seu reuocari, aut ipsos Scriptores quominus emolumenta eis assignata percipere libere possent, quomodolibet impediri, ipsos Iulium prædecessorẽ, & successores, ac Camerã apostolicã, & illius bona in vim validi & efficacis cõtractus ipsis Scriptoribus Archiuij pro tempore existentibus esse efficaciter obligata, & si facta foret aliqua notabilis diminutio dictorum, emolumentorum, ad soluendum & satisfaciẽdum ipsis de summa, quam ipsi Scriptores ex huiusmodi diminutione amisisse cõstaret. Si vero officiũ ipsum reuocaretur, ad restituẽdũ eis supradictã integrã summã dictorũ Ducatorũ Septuaginta quatuor Millium, vel circa, per ipsos, vt præfertur, solutorũ, in quibus nullo modo, nullaq; rõne, vel causa cõputari deberẽt seu possent in toto vel in parte emolumenta per eos interim percepta, sed eos, & eorum quemlibet iusto & legitimo titulo emolumenta prædicta sibi acquirerent, & vt sua retinere possent, & deberent, prout in litteris eiusdem Iulij prædecessoris in forma Quinternis desuper confectis plenius continetur. Quarum tenor talis est.

Scriptores septuaginta quatuor millia ducatos Iul. 2. persoluerũt.

Camera apostolica obligata Scriptoribus pro emolumentis eis assignatis.

Et eis pro restitutione dictarũ pecuniarũ si officium extinguetur.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Apostolatus officium, licet immeriti, gerentes in terris, ad ea libenter prospicimus, per quæ Christifideles inter se secure versari, ac fideliter cõtrahere possint, & ad ea peragendũ operosis studijs intẽdimus, vt sublatis vitijs, & erroribus eliminatis, iusti mores in Ecclesia sposa nostra instituãtur, qui veræ & sempiternæ laudis fructũ afferãt. Ea igitur cura ducti cũ tam iudicũ & officialiũ quã aliorũ Christifideliũ querelis acceperimus, quòd in Ro. curia, cuius præcipuã curã gerimus, & ad quã tanquã ad virtutũ oĩum altricem ipsorũ fideliũ frequens cõcursus est, propter Notariorũ & aliorũ instrumenta, & scripturas alias conficientiũ incuria siue dolũ plures falsitates cõmittebantur, dũ res aliter scriptæ quam gestæ erant reperiebantur, aut oĩno negligebantur, seu Protocolla si qua fiebant, perdebantur, & rerũ gestarũ memoria penitus deperibat: vnde lites, cõtrouersiæ, & alia enormia scelera oriebãtur, nõ sine graui offensa illius qui est via, veritas, & vita, ac nostra, & huius sanctæ Sedis maiestatis læsione, nec nõ ecclesiarũ, pupillorũ, viduarũ & aliorũ recte viuentiũ iactura, assidua mente versimus de oportuno remedio adhibẽdo; Et cũ multa nobis cõsilia super præmissis occurrerẽt, tandẽ de venerabiliũ fratrũ nostrorũ S. R. E. Cardinaliũ cõsilio & assensu, Collegiũ Centũ & vnius virorũ, qui Scriptores Archiuij Ro. Cu. nuncupati oĩa Confessionalia à nobis vel successorib. nostris Romanis Pontificibus, seu de nostro aut illorũ mãdato per solã Signaturã quibusuis personis deinceps concedẽda, propria eorũ manu scriberẽt, essentq; Notarij creati, & de oĩbus cõtractibus & vltimis volũtatibus rogarẽtur: Essentq; oĩum Cõmissariorũ, & delegatorũ Iudicũ dictæ Curiæ, exceptis perpetuis Officialibus, & Vrbis, ac Ro. cu. Tribunalibus & foris, adhiberẽturq; interpretes in oĩbus causis & articulis ac actis tã corã Cõmissarijs ipsius quam alijs Iudicibus ordinarijs siue delegatis, etiã Rotæ, & Palatij nostri causarũ Auditoribus & eorũ locatenẽtibus in quibus Interpretes adhiberi cõsueuerunt: Possentq; in ipsa Curia, & toto dominio Ecclesiæ, & vbicũq; Ro. Pontifice pro tẽpore residere contingeret, creare Notarios, & Tabelliones, ac legitimare Nothos, Mãseres, & Bastardos. Possentq; quoscunq; processus vigore litterarũ Apostolicarũ tã gratiã, quã iustitiã concernentiũ, etiã sacræ pœnitentiariæ nostræ, & litterarũ iustitiæ decernere & fulminare, nullusq; de illis se intromittere deberet, exceptis certis personis & prælatis, quibus id licere permisimus. Essentq; nostri & pro tẽpore existẽtis Ro. Põtificis veri familiares, Haberẽtq; Archiuiũ publicũ, & locũ decentẽ in Palatio Apostolico, & in eorũ libris autẽticis oẽs notas cõtractuũ & instrumẽtorũ, quæ tã per se ipsos quàm per quoscunq; alios Tabelliones & Notarios inter Curiales, vel Curiales & Romanos tantũ fierẽt, ad verbũ registrarẽt, creauimus, ereximus, & instituimus. Ac ipsis septẽ ducatos pro quolibet cẽtenario singularũ Annatarũ tã ex ecclesijs, & monasterijs, quàm alijs beneficijs ecclesiasticis Sedi Apostolicæ debitarũ cõcessimus, prout in alijs nostris litteris, quas in Cãcellaria nostra apostolica publicari mãdauimus, ac omissis signis & caracteribus de verbo ad verbũ præsentibus inseri fecimus, plenius continetur, Eisdẽq; emolumẽta taxarũ infrascriptarũ ea infra notatis officijs prouenientia, eorũq; Collegio nos assignaturos polliciti fuimus. Et propterea ipsi Scriptores simplici verbo nostro cedẽtes, summã Septuaginta quatuor Millium ducatorũ vel circa auri de Camera pro imminentibus Ro. Eccl. necessitatibus supportandis cõtribuere nõ recusarũt. Nos dignũ reputãtes eorũ indẽnitatẽ cõsulere, ne cogeremus in dicta curia nouas & insolitas Taxas, à quibus, natura duce, semper abhorruimus, introducere, sed de nostris & Cameræ Apostolicæ prouẽtibus, quo minore possemus dispẽdio prouidere, Taxas infrascriptas modo & forma, ac iuxta summã per nos in infrascriptis officijs impositã ab ijs, qui ipsa officia pro tẽpore obtinebũt vel exercebũt percipiendas & exigẽdas, eidẽ Collegio de eorũdẽ fratrũ consilio & assẽsu, ac certa nostra sciẽtia, & de Apost. ptãtis plenitudine tenore præsentiũ perpetuo applicam', cõcedimus, & assignamus. Ac Volumus quòd Iudices Cõmissarij prædicti ad scribẽdũ i causis & litib. eis auctoritate Apost. cõmissis & cõmittẽdis quibuscũque, & corã eis vertẽtibus Scriptorib. ipsis Notarijs actuarijs deinceps vtãtur, nec alios ad scribendum in illis coram se admittere possint, scripturæque, acta, processus, & instrumenta in causis huiusmodi coram eis facienda, si per alios quam Scriptores prædictos subscripta erunt, nullius sint roboris vel momenti nullaque penitus fides eis adhibeatur. Quodque tam ipsi Commissarij, quàm dilecti filij sacri Palatij cau-

Causa institutionis Collegij scriptorũ Archiuij.

De hoc vide Paulo infra.

De Taxis assignatis Scriptoribus.

Scriptores sint Notarij & interpretes in quibuscunque causis cõmissarijs de quo vide Paulo inf.

Legitimatio nothorum & creatio Notariorum cæteris inhibetur.

tij causarum Auditores Capellani nostri, cæterique ipsius Curiæ Iudices, alios interpretes præter ipsos Scriptores ad interpretandum testes vel scripturas coram se adhibere nequeant. Ac quòd nulli omnino hominum liceat vigore quorumcunque priuilegiorum eis auctoritate apostolica vel alias quomodolibet concessorũ & concedendorum, in dicta Curia & infra vnam dietam legalẽ ab Vrbe seu loco vbi ipsum Ro. Pontificẽ cum sua curia pro tempore residere contigerit, Tabelliones & Notarios creare, ac Nothos & illegitime conceptos natalibus restituere, aut creatos vel restitutos committere, ac processus prædictos fulminare, decernen. irritum & inane quicquid in contrarium contigerit attentari per quoscunque.

Officiales satisfaciant Collegio scriptorum taxas a se impositas.

Statuentes quòd Thesaurarij, Depositarij, Dohanerij, & alij Officiales inscripti, qui officia ipsa a nobis vel successoribus prædictis, aut sede apostolica pro tempore obtinuerint, etiam si aliquis ex dictis Fratribus, aut Legatus à dicta Sede deputatus foret, & in deductionem alicuius pecuniarum summæ eis per ipsam sedem debitarum, seu vt statum suum decentius iuxta Cardinalatus dignitatis exigentiam tenere valeret, concessio ipsa fieret, ac pro illis obtinendis quamcunque grandem pecuniarum summam nobis vel successoribus præfatis, etiam in subuentionem onerum eidem ecclesiæ incumbentium, persoluisse publicis documentis appareret, etiam si eorum concessione de præsenti nostra ordinatione nulla mentio fieret, ad præstandum nihilominus ipsis Scriptoribus dictas taxas per nos inferius ordinatas, perpetuo teneantur, nec aduersus ea possint se quomodolibet tueri aut excusare. Et ne præsentis nostræ ordinationis ignorantiam prætendere possint, volumus quòd copia præsentium literarum (quas in forma quinterni confici, ac in eo emolumenta ex eorum exercitio prouentura, vt partes subleuentur potius quam grauentur, inseri iussimus) in forma Transumpti ad omnes Legatos, & Gubernatores prouinciarum nostrarum destinentur, vt per eos diligẽter omnibus Thesaurarijs, & Officialibus prædictis, quos taxæ, & alia in eisdem literis designata concernunt, intimari & publicari possint, Mandantes nihilominus Thesaurarijs, Dohanerijs, & cæteris officialibus prędictis, quatenus de taxis, per nos, vt præfertur, ordinatis in principio cuiuslibet mensis seu alterius temporis inter se & ipsos Scriptores statuendi, sine mora eisdem Scriptoribus, vel eorum procuratori legitimo integre satisfacere debeant. Si quis autem aliter facere, ordinare, procurare, aut solicitare, vel hoc directe vel indirecte quomodolibet impedire præsumpserit, excommunicationis latæ sententiæ, a qua (nisi prius & ante omnia satisfacto

Inobedientium pœna.

eidem Collegio Scriptorum de vera & integra summa eis debita, & de plene satisfaciendo in futurum efficaci obligatione præcedente) per quemcunque confessorem, etiam sub prætextu cuiusuis indulti a nobis vel prædecessoribus nostris desuper emanati vel concessi, præterquam in mortis articulo, absolui non possit, necnõ priuationis omnium & singulorum officiorum per ipsum in curia nostra præfata pro tempore obtentorum, ac emolumentorum quorumcunque ei quouis modo vel causa, aut ratione debitorum tunc & debendorum in futurum ratione eorundem officiorũ quæ obtinebit, & quæ quomodolibet carere debit pœnas respectiue eo ipso & totiẽs

Auditor Cameræ procedat summarie contra nõ soluentes taxas.

quotiens cõtrafecerit incurrat. Teneaturq; & debeat venerabilis frater noster Antonius Archiepiscopus Sipõtin. præsens, & qui pro tempore fuerit generalis curiæ causarum Cameræ nostræ apostolicæ Auditor, non obstan. quod vnus ex dicti Collegij magistris correctoribus existat, ad earũdem pœnarũ declarationẽ & executionẽ summarie, simpliciter, & de plano, omni iudiciaria tela postposita, sola facti veritate comperta, & quandocunque ei de præmissis constiterit, procedere, & procedi facere cum effectu, quandocunque requisitus fuerit nomine dicti officij, perinde ac si summa de qua agitur Quinquaginta Florenos auri non excederet.

Emolumẽta Collegio scriptorum Archiuij assignata.

Immutationẽ vide de Paulo inf. in const. Leonis.

Tenor autẽ taxarũ huiusmodi pro emolumẽtis dicti officij assignatarum vltra portionẽ Annatarum per alias nostras literas assignatam sequitur, & est talis. Super Thesaurariatu Patrimonij Centum, super Thesaurariatu Marchiæ Trecentos, super Thesaurariatu Perusiæ Ducentos, super Thesaurariatu Romandiolæ Centum, super Depositariatu generali Trecentos, super Depositariatu Cameræ Vrbis Quinquaginta, super Depositariatu gabellæ vini Centum, super Appaltu aluminum Quadringentos, super Dohaneriatu Ripæ Vrbis Mille, super Dohaneriatu grasciæ Ducentos, super Dohaneriatu mercium Quadringentos, super Dohaneriatu vini seu gabella vini forensis Ducentos, super Dohaneriatu salis Vrbis Mille, super Dohaneriatu salariæ Marchiæ Ducentos, & super Dohaneriatu pecudum Patrimonij Trecentos Ducatos auri in auro de Camera de cugno Cameræ.

Applicatio emolumentorum gabellarũ plani Ancoragij Ciuitatis vetulæ, &c.

Insuper eidem Collegio pro perpetuis futuris temporibus applicamus & concedimus omnia & singula Gabellas, & emolumenta gabellarum plani Vrbis, & Ancoragij Ciuitatis vetulæ, cũ omnibus & singulis iurisdictionibus, honoribus, oneribus, & emolumentis eorundem. Et quoniam nonnulli ex dictis Thesaurarijs, Appaltatoribus, Dohanerijs, & gabellarijs huiusmodi fructus, redditus, & prouentus Thesaurariarum, Dohanarum, siue Gabellarum, & Appaltus prædictorum ad Cameram nostram spectantes à dicta Camera pro certo conuento pretio, etiam anticipata solutione, & ad certum præfixum tempus conduxerunt, volumus nihilominus ac decernimus & mandamus, quòd moderni Appaltatores, Dohanerij, Thesaurarij, & Gabellarij prædicti durantibus eorum conductis ipsi, & eorum quilibet respectiue easdem taxas modo prædicto eidem Collegio soluere teneantur, & ne propterea durante locatione eorum grauentur de eo quod ex causa præmissa soluerint, præfatam Cameram debitricem constituant. Mandan. venerabili fratri Raphaeli Episcopo Sabinen. Cardinali S. Georgij Camerario nostro, & dilectis filijs eiusdem Cameræ Thesaurario, Præsidentibus, & Clericis modernis & pro tempore existentibus, vt quicquid cõductores præfati occasione præmissa eidem Collegio respectiue soluerint, in eorum computis absque alia desuper iussione vel expectatione mandati admittant, & admitti faciant, prout etiam nos harum serie admittimus & admitti mandamus. Et quatenus a data præsentium pro tempore dictarum Conductarum præfatæ Cameræ rite satisfecerint, eo casu Camera ipsa pro eisdem Conductoribus suppleat, Mandan. Camerario & ipsius Cameræ Thesaurario, Præsidentibus, & Clericis præfatis, vt per consueta mandata generali Depositario directa præfato Collegio de his respondeant. Ac decernimus, quod perpetuis futuris temporibus in locationibus, venditionibus, siue alijs etiam gratiosis concessionibus quibusuis personis, etiam Cardinalatus honore fungentib. de dictis officijs deinceps per nos aut successores prædictos, ac ipsam Cameram faciendis, semper intelligantur, & sint exceptæ & reseruatæ præfatæ taxæ ipsis Scriptoribus concessæ. Teneaturque Camerarius, Thesaurarius, Præsidentes, & Clerici pro tempore existentes Cameræ huiusmodi, in omnibus contractibus & concessionibus de officijs, dohanis, & gabellis prædictis de cætero faciendis taxas prædictas specifice, nominatim, & expresse excipere & reseruare eidem Collegio integre soluendas, & sine diminutione præstandas.

Officia applicata Collegio Scriptorũ Archiuij.

Applicamus quoque eisdem Scriptoribus officium Dohanæ, tractarum grani Prouinciæ nostræ Patrimonij, & portus Corneti, cum salario, honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis. Ac officium commissariatus Aluminum cũ salario, honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis, annis singulis per modernum & pro tẽpore existentem Appaltatorẽ

Aluminum

Aluminum eisdem persoluendis, quæ per Appaltatorem huiusmodi dicto Collegio integre & anouatim persolui mandamus. Item eidem Collegio applicamus Mareschalli Notariatus Cameræ, ac resigne Tractarum Grani Prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitan. ac officia Iudicatuum maleficiorum spiritualium causarum, & appellationum dictæ Prouinciæ Marchiæ, cum hac tamen conditione, vt Iudicibus doctoribus idoneis de dicti officij corpore, vel extra deputandis per nos, de medietate ordinarij salarij eis deputati, & extraordinarijs prouideatur, vt absque fraude, & corruptela libere officium eis commissum valeant exercere, & iustitiam integre ministrare. Necnon Inquisitoris Annatarum, ac Collectarum, & subcollectarum fructuum, redituum, & prouentuum eidem Cameræ extra eandem Curiam a quibuslibet debitoribus per eandem Cameram, & sedem præfatã deputari solitorum officia cum omnibus, & singulis eorum honoribus, oneribus, & emolumentis, ac exercitijs consuetis, cassantes, reuocantes, & annullantes quascunque alias concessiones de dictis Collectorijs, & officijs huiusmodi quibusuis personis quomodocunque, & ex quacunque causa per nos vel sedem præfatam factas, cum onere tamen releuandi dicta officia, si qua iuste, & legitime pignorata pro apostolicæ sedis necessitatibus reperientur, expensis dicti officij computatis fructibus perceptis, interim prout iustum fuerit per eos qui dicta officia hactenus tenuerunt, in summa, & quantitate per eos expositis siue exbursatis eis restituenda. Ita quòd liceat præfatis Scriptoribus per se, vel alios idoneos huiusmodi officia perpetuis futuris temporibus exercere.

Immutationem officiorũ habes paulo inf. in con. illi. Leonis.

De Inquisitore Annatarum.

De collectorib. & subcollectorib.

Sed quoniam multum interest Cameræ quòd huiusmodi officia per fideles, & idoneas personas exerceantur, volumus, & ordinamus, quod nullus de eodem Collegio, vel extra electus ab eo, nisi prius per nos, vel successores nostros qui pro tempore, erunt, fuerit designatus, approbatus, & confirmatus, ad huiusmodi officia exercenda deputetur, vel admittatur. Et insuper irritum decernimus, & inane, quicquid super præmissis, vel eorum aliquo a quoquam etiam per nos quauis auctoritate contigerit attentari. Et vt ex nostra noui Collegij Institutione huiusmodi partes subleuentur potius quàm grauentur, & Scriptores ipsi quotidianum subituri laborem aliqualem mercedem consequantur, Taxas infrascriptas præmissis inferi iussimus, quas sub pœnis prædictis ab eis inuiolabiliter obseruari præcipimus, & declaramus tam dantes quam accipientes vltra Taxas præsentibus annotatas, quotiens contrafecerint excomunicationis & priuationis pœnas prædictas incurrere.

Eligendi ad officia scriptoribus applicata confirmẽtur per Põtificem.

Mercede soluẽda Scriptoribus Archiuij pro eorũ exercitio.

Taxarum vero forma (iuxta quam Scriptoribus præfatis pro infrascriptis recipere, & ab alijs exigere liceat, & eis solui mãdamus) talis est. Pro scriptura Confessionalis, & charta grossos papales quatuor, quorum decem Ducatũ vnũ auri de Camera constituunt. Pro registratura illius grossum vnum. Pro nota acceptationum gratiæ expectatiuæ, bolendinum vnum cum dimidio. Pro paupere, gratis scribatur. Pro notis per notarios extra Collegium ad Archiuium huiusmodi portandis quibuscunque, & præsertim Compositionis, Calculi, Transactionis, Testamenti, Codicilli, Arrendamenti, Locationis, Permutationis, Venditionis, Compromissi, Arbitramenti, Donationis, Procurationis, & aliorum quorumcunque Contractuum, & instrumentorum, grossum medium, nisi scriptura illius excedat vnum latus, quo casu soluant vnum grossum papalem. Pro rogitu vero per ipsos Officiales faciendo, seruetur stylus aliorum Notariorum, & semper cum benignitate & moderatione. Pro nota vero reportanda ad Archiuium, idem quod supra dictum est in alijs. Pro processu sigillato, & absoluto, grossos quinque. Pro processu pro paupere, ac literarum sacræ pœnitentiariæ, aut iustitiæ in forma Significauit, grossos tres. Pro sumpto notarum in forma subscripto, & cum sigillo officij, grossos quinque. Pro copia simplici, grossos duos. Pro instrumentis dadis ex officio, seruetur consuetudo aliorum Notariorum, & præsertim Auditoris Cameræ, semper adhibito moderamine condecenti, & moderatione Correctorum. Pro examine, & approbatione Notariorum creatorum, & scriptura in matricula, in totum grossos tres. Pro instrumento approbationis si petierint, grossos quatuor. Pro creatione Notariorum, & instrumẽto siue priuilegio sigillato, grossos decem. Pro processu & instrumẽto legitimationis, grossos viginti. Et si pro nobili vel magno diuite, grossos triginta. Pro sigillo, grossum vnum. Pro registris causarum coram Commissarijs, habeant pro singulis vigintiquinque folijs bonis & recipientibus, grossos decem. Pro copijs vero, pro quatuor folijs in bona litera, grossum vnum. Pro notis sententiarum Cõmissariorũ in prima instantia, ducatos tres. Pro secũda instantia, ducatos duos. Pro tertia instantia, ducatũ vnum. Pro examine testium, pro quolibet, grossos tres, & si fuerit egregia persona, grossos sex. Pro interprete, Iudicis causæ arbitrio stetur. Pro remissoria, compulsorialibus, specialibus, ac rubricatura processuum, & publicatione testium, ac copijs, capiatur medietas mercedis & salarij, quæ caperetur per Notarios Palatij Apostolici in Rota. Et idem seruetur per omnia concernentia iudicialia, & lites, ac in literis executorialibus, & brachij sæcularis, interdicti, & alijs occurrentibus.

Taxa mercedis Scriptorum.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus prædictarum vel præsentium literarum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquã volumus nullatenus suffragari.

Clausulę derogatorię.

Vt autem præsentes, & aliæ nostræ litteræ præfatæ ad omniũ notitiam deducantur, ac per omnes inuiolabiliter obseruari debeant, volumus & mandamus illas in Cãcellaria apostolica, ac Audientia literarum Contradictarum nostratum legi & publicari, ac in Basilicæ principis Apostolorum, & Cancellariæ præfatæ, necnon Audientiæ causarum nostri sacri Palatij valuis, siue portis, & in acie Cãpi Floræ de Vrbe affigi, vt hi quos literæ ipsæ concernunt seu concernere poterunt quomodolibet in futurum: quòd ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter fuit publicatum. Nos enim irritum decernimus, & inane quicquid contra præmissa, vel aliquod eorum a quoquam quauis auctoritate directe, vel indirecte contigerit attentari. Tenor autem aliarum nostrarum literarum prædictarum sequitur, & est talis.

Forma publicãdi istam const.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SICVT PRVDENS paterfamilias ad laudabilem dispensationem gloriosumque regimen familiæ suæ domus, rectitudinemque viuendi, operosis virtutum studijs intendit, ac cuncta quæ profutura sunt attentæ considerationis indagine perscrutatur, & sani maturitate consilij circunspicit diligenter, normam præbens illi semper, & ordinem cum honestate, iustitia, & sincera ratione viuendi, vt exclusis vi-

Const. Iul. 2. super institutione Collegij Archiuij.

tijs erroribusque vndique euulsis in ea splendidæ virtutes plantentur , & inferantur quæ asiduum fructum af-
ferant honoris,laudis,& famæ:ita Ro.Pontifex qui dominici gregis superna sibi præordinatione cõmisi curam
agere studet, ad quæ certa ratione iubente actus dirigens in primis ecclesiam Dei vniuersam , cuius caput Ro.
Ecclesia esse dignoscitur,legibus,cõstitution.moribus,& decretis summa diligentia,vigilantia indefessa,& ordi
natione irreprehensibili,ac stabili dirigere,instituere,& stabilire conatur,vt prolapsa reducantur,excesiua cor
rigantur,defectus suppleantur,errata emendentur,& deinde quæque aliæ Ecclesiæ præsertim in beati apostolo-
rũ principis,cuius successor est,honorem dicatæ instaurentur,& decorentur, ac expulsa infidelium nefandorum
Thurcarũ rabie,eorumq; temeritate repressa,fides ortodoxa vigeat,propagetur,omniaque,eo concedẽte a quo
omne datum optimum,& omne donum perfectum affluit,ad probatissimum ordinem, & semitam rectam per-
ducantur.Sane non sine maxima animi displicentia ex diuersorum fidelium querelis,ac iudicum, & aliorũ offi
cialium relatione pluries accepimus , quòd in Ro.Vrbe ad quam velut ad communem periclitantium portum

Causæ istius cõst.

Christianus orbis confluit,propter notariorum,& aliorum scripturas conficientium diuersitatem,siue dolũ,aut
ignorantiam,& incuriam, vel eorum a Ro. curia recessus quam plurimæ falsitates & fraudes committuntur , res
aliter scriptæ quam actæ reperiuntur,Protocolla,& originalia deperduntur,vltimæ voluntates non exequũtur,
damna,& incommoda fidelibus irrogantur,aliaque scelera, inimico humanæ naturæ instigante , perpetrantur,
ac super fraudibus, falsitatibus Instrumentorum,& aliarum scripturarum huiusmodi, aut eorum suspicione , li-
tes,& controuersiæ in Iudicijs,& Tribunalibus Curiarum dictæ vrbis asidue vertuntur,in diuinæ maiestatis,&
Apostolicæ Sedis offensam,ecclesiarum,pupillorum,& viduarum spoliationem,fideliumq; prædictorũ,ac totius
reipublicæ detrimentum,& iacturam.Nos igitur eiusdem pastoris,licet immeriti,diuina dispositione effecti,cu-
pientes huiusmodi fraudibus,damnis,& erroribus obuiare,ecclesiarum opportunitatibus consulere,& infidelũ
Prædictorũ immanitati resistere,considerantes quòd si aliquis Officalium certus numerus sub certis & honestis
conditionibus,habita personarum consideratione,institueretur,per quos instrumenta,& scripturæ præfata con-
ficerentur,seu alias expedirentur, & illa sic expedita publice in Archiuio & monimẽtis autenticis redigerẽtur,
ordo debitus in illorum confectione rectius obseruaretur,scandalis,fraudibus, & sceleribus huiusmodi obuia-
retur,& securitati contrahentium,testantium,& alias disponentium,ac litigantium salubriter consuleretur,ip-
sique Officiales honore & præmio allecti,adhibita exercitatione periti efficerentur, & quæ ad eorum officium
spectarent,diligenter exercerent,super his cum fratribus nostris S.R.E.Cardinalibus communicato consilio,ma

Numerus Scriptorũ Archiuij.

tura deliberatione,ac eorum assensu, ex certa scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine Collegium Cen-
tũ & vnius virorum,qui Scriptores Archiuij præfatæ Ro.Curiæ nuncupentur,perpetuo creamus , erigimus , &
instituimus,qui exercitium & officium eis commissum per se ipsos exercere debeant; nõ autem per substitutos,

Scriptores Confessionalia manu propria scribant.

cum illorum sit electa persona,vt desiderio nostro,& eorum officio satisfiat.Et in primis omnia Confessionalia
quæ a nobis vel a successoribus nostris Ro.Pontificibus pro tempore existentibus,aut de nostro,vel illorum mã-
dato de cætero quibuscunque personis,cuiuscunque gradus,status,ordinis,aut præeminentiæ fuerint,per solam
signaturam concedentur,propria eorum manu scribant . Ac eo ipso quod ad huiusmodi officium assumpti fue-

Scriptores assumpti, Notarij legitimi censeãtur.

rint,absque alia creatione Notarij legitimi existant,& pro talibus habeantur, qui de omnibus contractibus , &
vltimis voluntatibus per quoscunque,& inter quoscunque,& super quibusuis spiritualibus, beneficialibus , aut
profanis rebus deinceps faciendis rogari,& super eis instrumenta conficere posiant, eorumque rogitis plena &
indubia fides adhibeatur, perinde ac si legitime,& vt moris est,Notarij creati forent,præstito prius iuramento
consueto in manu Defensoris,vel vnius ex Correctoribus de eo fideliter exercendo,habeantque Archiuium pu-

Notæ quorumlibet instrumentorum registrentur in Archiuio.

blicum, & locum decentem in Palatio Apostolico . Et in eorum libris autenticis omnes notas acceptationum,
compositionum,transactionum,testamentorum,codicillorum,arrendamentorum,locationum,permutationum,
vẽditionum,compromissorum,arbitramentorum,donationũ,processuum,& aliorum contractuum,& instrumẽ-
torum,aliarumque scripturarum,tam inter viuos,quam in vltima voluntate,quæ tam per quoscunque alios No
tarios & Tabelliones in præfata Ro. Curia inter Curiales , vel Curiales & Romanos tantum , etiam per Nota-

Excipiuntur cõtractus de quib. hic.

rios Romanos de cõtractibus Curialium rogatos. His expresse duntaxat exceptis,quæ inter ciues Romanos ori
ginarios,& Romanis parentibus ortos,non autem ex priuilegio ascitos,& quæ in curijs vrbis , & eorum Tribu-
nalibus,vel Auditorio nostro,& Cameræ nostræ per ipsorum Notarios perpetuos,qui etiã Officiales sedis apo-
stolicæ existunt,in pertinentibus & spectantibus ad eorum officium,vel apud acta, & vigore causarum corã eis
vertentium per se,vel eorum substitutos,per eorum tamen principales Notarios,& Auditores approbatos, quo
ad causas & iudicialia acta,& ab ipsis dependentibus tantum,vel alias per originarios Notarios proprios in re
bus & negotijs & materijs,in quibus hactenus ratione sui officij,vel alias rogari soliti sunt & consueuerunt, nõ
autem in diuersis & insolitis,ac testamentis,donationibus,& vltimis voluntatibus quibuscunque,de quibus si in

Instrumentorũ notæ ad Archiuiũ portentur p Notarios vt h. c.

posterum rogati fuerint,teneantur portare Notas vt cæteri Notarij non Officiales perpetui , quibus Officiales
supradictos in præmissis omnibus,ad tollendum causas querelarum,æquales fore censemus,scribere debeãt, &
ad verbum registrare,& notas ipsas originales sic registratas a tergo per Correctores infrascriptos parti resti-
tuere. Teneanturque omnes alij Notarij legitime creati,& pro legitimis habiti,qui in Vrbe , & Curia existunt,
cuiuscunque conditionis fuerint,qui officium Tabellionatus exercere intendunt,quibus licere volumus de qui

Notarij non matriculati in Archiuio si officiũ notariatus exercuerint puniantur vt falsarij.

buisuis instrumentis posse rogari,dummodo antea per dictos Correctores examinati,& in Archiuio velut in Ma
tricula descripti,& pro legalibus,& autenticis approbati fuerint. Alias nisi examinati,descripti , & approbati
extiterint (vt præfertur) de aliquibus Contractibus in Vrbe, vel eius Suburbijs ad decem Miliaria circa Vrbẽ,
aut curiam præfatis rogari nequeant,& si rogati fuerint, vt falsarios puniri volumus, & eorum Notis nullam fi-
dem in Iudicijs,aut extra adhiberi . Infra octo dies notas testamentorum , & aliorum instrumentorum omniũ

Notæ infra octo dies portentur ad Archiuium.

de quibus rogati fuerint , a die rogitus numerandos manu eorum subscriptas cum vero Protocollo concordan-
tes,cum testibus,& loco,ad huiusmodi Registrum,seu Archiuium deferre,aut deferri curare, vt quocunque tem
pore veritas constare posiit,& cum oportuerit de illa doceri,nisi partes contrahentes,vel alias disponentes cõ

De conseruandis Instrumentis.

tractus,testamenta,aut instrumenta alia publicari noluerint,sed secreta teneri , quo casu fieri debeat per dictos
Correctores liber secretus,in quo tales notæ registrẽtur per aliquos ex dictis Scriptorib. per eosdẽ Correctores
eligendos magis idoneos,fideles,& approbatos , dictusque liber remaneat penes vnum ex dictis Correctoribus
totius Collegij iudicio approbatum, vel si magis parti videbitur,deferatur ad Archiuium nota , vel instrumen-
tum clausum , & signatum per dictos Scriptores inuiolabiliter conseruandum , vsque ad tempus quo illorum
publicatio

publicatio fieri debebit. In quo etiam Archiuio Protocolla Notariorum sine filijs paternum exercitium exercentibus, vel exercere volentibus defunctorum in futurum tam Contractuum, & vltimarum voluntatum quam actorum Iudicialium testium, & sententiarum in Vrbe, tam Romanorum quam Curialium officialium deponi, & assignari debeant pro conseruatione iurium, & indemnitate partium, & ne pereat memoria gestorum, possitque veritas quandocunque reperiri, de quorum Protocollorum, & Imbreuiaturarum lucris, & emolumentis inde prouenientibus medietas hæredibus fideliter assignari debeat infra mensem per Receptorem dicti officij, qui pro tempore erit, si certum habent hæredem tales defuncti. Exceptis tamen Protocollis, & imbreuiaturis causarum, vel Processuum, aut Contractuum officialium Notariorum, quæ vna cum officijs vendi consueuerunt & vendita fuerunt quæ in emptores libere transeunt vt prius, & quo ad ipsos nil nouatum intelligatur, ne officiorum conditio deterior fiat per præmissa. Similiter cum in dicta Vrbe totius orbis causæ agitentur, expediatque decisarum causarum vna cum processibus de illis habitis, & iuribus originalibus productis memoriam fideliter conseruari, cum de illarum perditione continuæ querelæ oriantur, & partibus irreparabilia damna quandoque inferantur, teneantur & debeant omnes Notarij Palatij Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, Gubernatoris, Vicarij, Commissariorum, ac Cameræ Apostolicæ omnia & singula Registra in quacunque forma causarum, quæ coram eorum Dominis & Auditoribus versæ & agitatæ fuerunt, decisarum & finitarum per sententiam diffinitiuam & transitum in rem iudicatam quomodolibet, super quibus causæ restitutionis non pendeant, vel declarationis, & in quibus per biennium post rem iudicatam, vel datas executoriales literas nil factum reperiatur in iudicio, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, a qua non possint nisi a nobis, præuia satisfactione, vel successoribus nostris absolui, & priuationis Officij, in dicto Archiuio Rom. Curiæ fideliter conseruanda & custodienda deponere & assignare præfatis Correctoribus, & alijs deputatis Officialibus. De quibus quidem Iuribus & Registris per dictos Scriptores fidele inuentarium fieri, & teneri debeat, & ad mandatum dominorum Auditorum, vel aliorum Iudicum, ad quos spectat, ex officio, vel ad partium habentium interesse instantiam, absque aliqua solutione à partibus exigenda, libere, & absque mora in iudicio vel extra restituere. Ex quibus quidem Scriptoribus prædictis, decem magistros Correctores nuncupatos, instituimus, de quorum numero, ratione iurisdictionis ordinariæ Romanæ Curiæ sint & esse intelligantur Auditor causarum Cameræ Apostolicæ generalis, (qui etiam dicti officij Defensor existat post Camerarium & Vicecancellarium nostros, quos principales Defensores, & Protectores dicti officij esse volumus) pro tempore existentes, si dictum officium exercere voluerint, & vnus ex dilectis filijs dictæ Cameræ Clericis. Reliqui vero octo Prælati, aut in dignitate ecclesiastica constituti & graduati in aliquo iurium ecclesiastici existant, ad quorum officium spectet Scriptores ipsos ad huiusmodi onus assumendos examinare, & negligentes corrigere, ac processus omnes gratiarum expectatiuarum, quæ non sunt in forma pauperum, vel in forma Dignum quantum executio de necessitate in partibus committitur, atque processus quoscunque aliarum prouisionum, vigore literarum Apostolicarum, etiam Pœnitentiariæ nostræ faciendo, fulminent & decernant. Expresse mandantes dilectis filijs Abbreuiatoribus, & Scriptoribus Apostolicis, vt in confectione literarum Apostolicarum ipsis processibus vnus ex eis ad minus Iudex adhibeatur, & quatenus in bulla non fuerit nomen alicuius ex eis expressum, ex tunc in antea intelligatur appositum, possitque & debeat dictos processus, perinde ac si expresse adhibitus esset, fulminare & decernere, qui non nisi in loco officij, vel coram aliquo ex dictis Scriptoribus processum decernere possit. Nec liceat cuipiam alteri in dicta Curia processus decernere, quin per aliquem ex dictis Scriptoribus subscribatur, & publicetur cum signo & subscriptione propria, ac appensione sigilli officij: Illis processibus dumtaxat exceptis, quorum literæ gratiam, seu iustitiam concernentes, diriguntur alicui ex dilectis filijs causarum Palatij nostri, & Cameræ præfatæ Auditoribus seu eorum Locatenen. aut alijs ordinarijs vel delegatis Iudicibus non inferioribus Episcopis in Rom. Curia residentibus, quibus etiam licere volumus processus decernere, dummodo quo ad ipsos Episcopos, & Prælatos processus huiusmodi per vnum ex dictis Scriptoribus subscribatur. Necnon copias, siue notas instrumentorum, ac sumpta ex ipso Archiuio extrahenda, auscultare & approbare, cum subscriptione manus propriæ, iuxta morem habens verbis videlicet, Sumptum ex registro Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ, & auscultatum per me N. illius magistrum Correctorem, & concordat. Quæ notæ & sumpta extendi nihilominus debeant per proprios notarios si superfuerint, vel dictæ Cameræ Auditorem Romanæ Curiæ Iudicem ordinarium, vel etiam per vnum ex dictis Notarijs, siue Scriptoribus Archiuij, cum approbatione Correctoris, prout partibus videbitur. Ipsisque instrumentis, vel sumptis stetur, & eis fides indubia adhibeatur in iudicio & extra, quo ad contenta in eis, perinde in omnibus & per omnia, ac si per notarios originarios inde rogatos, data fuissent. Possitque Collegium ipsum per eorum Correctores & Clericos deputandos per eum creare notarios vndecunque venientes, & cuiuscunque nationis, & creatos per alios (exceptis Officialibus perpetuis) volentes Tabellionatus officium in Vrbe & districtu eius exercere, examinare, & repertos insufficientes ab exercitio dicti officij perpetuo, vel ad tempus suspendere vel priuare, & idoneos approbare, & in Matricula & Archiuio describere. Ita quòd per eos non approbati neque descripti officium Tabellionatus huiusmodi exercere in Vrbe, vel eius districtu minime possint, & si temere se immiscuerint, eorum rogitis & instrumentis nulla fides adhibeatur, vt supra dictum est, & pœnis subscriptis subiaceant. Valeat etiam dictum Collegium legitimare Manseres & Bastardos in Vrbe, & toto dominio Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiecto, ac vbicunque nos ac successores prædictos residere contigerit, cum clausula consueta, Sine præiudicio, &c. Adhibeanturque interpretes Testium, Processuum, Instrumentorum, & Scripturarum in omnibus causis & negotijs quæ in Romana Curia geruntur, in quibus interpretes assumuntur ad electionem partium, & ex prædictis conuenientem mercedem arbitrio Auditoris, siue Iudicis causæ moderandam accipiant. Ita tamen quòd inter dictos Scriptores sint aliqui, qui idioma, de quo fieri debet interpretatio, intelligant, & explanare, & interpretari valeant intelligibiliter. Sintque dicti Scriptores Notarij omnium iudicum Commissariorum in Vrbe, exceptis iudicibus Romanæ Curiæ ordinarijs, vel delegatis, qui habent notarios proprios officiales perpetuos, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quo ad causas coram eis vertentes & commissas, in quibus notarios eorum deputare valeant, dummodo sint autentici, & legitime creati, qui etiam Cardinales quo ad omnia eorum personas concernentia, intelligantur excepti ab obseruatione præmissorum, necnon Auditores sacri Palatij nostri, & Cameræ Apostolicæ, & eorum Locatenen. in eorum personas tantum concernentibus. Faciantque & constituant ipsi Scriptores inter se Collegium cum communi Archa, seu Bursa, ac omnia emolumenta, ratione dicti

officij

Protocolla Notariorum defunctorum in Roma eorum non habentium filios notarios assignentur in Archiuio.

Declaratio.

Registra & processus omnium tribunalium portentur ad Archiuium in casibus hic expressis.

In obedien. excommunicantur.

Inuentarium dictarum scripturarum fiat per Scriptores.

Ex Scriptoribus, fiat decem magistri Correctores.

De officio Correctorum.

Nullus possit subscribere processus, nisi aliquis ex Scriptoribus Archiuij, &c.

De creatione Notariorum.

Collegium potest legitimare bastardos in Vrbe & statu Eccl.

De quo vide infra Paul. 3. const. 18. Romani. cum ibi not.

Scriptores Archiuij adhibeantur interpretes in omnibus causis.

Scriptores scribant in omnibus causis commissarijs.

Ampliatur etiam quo ad Card. per Pium V. sub const. 89. Pridem.

De modo diuidendi emolumenta inter.

officij quomodolibet prouenientia, ponant in communi, & in fine mensis cuiuslibet, seu alterius temporis per eos ordinandi, huiusmodi emolumēta inter se communiter diuidant, exceptis decem Magistris Correctoribus, quorum vnusquisque portionem vnam cum dimidia accipiant, tam de emolumentis massæ, quam de his prouenientibus, quæ ex admissione & receptione nouorum Scriptorum inter scriptores receptioni interessentes diuiduntur. Constitutionesque & statuta inter se iusta & honesta condedere valeant, etiam cum pœnarum adiectione, dum tamen in grauamen Curiæ non tendant, vel Curialium iacturam, & detrimentum. Sintque ipsi & successores eorum nostri, & successorum nostrorum prædictorum veri familiares continui commensales Palatini, & in quibuscunque scripturis, literis Apostolicis, ac actibus tales se scribere, & nominare, ac ab alijs scribi & nominari possint & debeant, nec propterea possint de surreptione notari, vel argui tales literæ, nec quo ad eas regula de mentientibus, Si familiares, locum habeat. Et pro eorum personis dūtaxat, quascunque literas Apostolicas gratiam seu iustitiam concernentes in omnibus Officijs, etiam Sollicitatorum earundem literarum gratis expediant, gaudeantque omnibus & singulis antelationum prærogatiuis, priuilegijs, fauoribus, exēptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, concessionibus, facultatibus, & indultis, quibus literarum Apostolicarum Abbreuiatores, & Scriptores, necnon nostri & successorum nostrorum eorundem familiares continui commensales pro tempore descripti, etiam in quorumcunque beneficiorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum eis concessarum pro tempore spectant assecutione, vtuntur, potiuntur & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter & absque vlla differentia, sine tamen Abbreuiatorum, & Scriptorum, ac familiarium descriptorum, ac Auditorum causarum palatij, & Clericorum, ac Resendariorum præiudicio. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam nisi paruerint eo ipso incurrant, Rescribendario, & alijs literarum Apostolicarum Scriptoribus, Abbreuiatoribus, Sollicitatoribus prædictis, Plumbi, & Registri magistris, ac Secretarijs nostris, nunc, & pro tempore existentibus, ac quibuscunque alijs ad quos pertinet, & in posterum pertinebit, quatenus literas Apostolicas personas dictorum Scriptorum Archiuij dūtaxat concernentes huiusmodi, in omnibus eorum officijs gratis expediant, ponendo videlicet, Gratis pro Scriptore Archiuij Romanæ Curiæ. Volentes, & eadem auctoritate statuentes, quòd liceat dictis Scriptoribus de eorum Officijs & emolumentis, ad instar aliorum Scriptorum disponere, illaque resignare, & illi quibus eadem officia concessa fuerint, pro concessione huiusmodi officij quàm à nobis, & successoribus præfatis obtinebunt, dum huiusmodi officia per resignationem vacabunt, nobis & successoribus eisdem Quinquaginta Ducatos auri de Camera persoluere teneantur, quodque ad huiusmodi officia per solam Supplicationem desuper per nos, & successores prædictos, ac de nostro & successorum prædictorum mandato signatam, absque aliarum literarum Apostolicarum desuper expeditione, si illas expedire noluerint, admittantur: decernentes ex nunc tam Confessionalia, quàm omnes Cōtractus, & Instrumenta huiusmodi, quæ super quibuscunque negotijs & rebus, per quascunque personas, cuiuscunque dignitatis, & conditionis fuerint, aliter quàm, vt præfertur, acta, gestaue fuerint, nullius roboris vel momenti existere, nullamque eis fidem adhiberi, & falsitatis vitio subiacere, nec contrahentes ipsos ad eorum obseruantiam ligare, aut alicui ius tribuere, sicque per quoscunque Iudices tam ecclesiasticos quàm sæculares, etiā Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales præfatos, ac quoscunque alios iudicari, interpretari, & decidi debere, sublata eis, & cuilibet eorum quauis alia iudicandi, interpretandi, & decidendi facultate, ac irritum & inane si secus super his à quoquam, etiam per nos, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et vt ipsi Scriptores diligentius circa eorum officium intendere possint, & laborum suorum præmia reportent, eisdem, & eorum Collegio, vltra emolumenta, quæ præter processuum fulminationes, ac aliorū instrumentorum registrationes & annotationes in quodā libro per nos subscripto, annotata & subscripta, & per eos recipienda, etiam Septem Ducatos pro quolibet Centenario omnium & singularum Annatarum & communium, tam ex Ecclesijs & monasterijs, quàm alijs beneficijs ecclesiasticis sedi Apostolicæ & Romanis Pontificibus debitarum, & quas sedes Apostolica capere & consequi solet, quam ipsi Scriptores per seipsos in Cancellaria Apostolica ad instar literarum Apostolicarum Sollicitatorum, cum expressione, & annotatione nominis Receptoris in bullis tam per Cancellariam, quam per Cameram expediendis, in omnibus & per omnia (aliàs bullæ expediri non possint, recipere possint, & valeant) perpetuò concedimus, assignamus, & applicamus. Et cum, domino concedente, prout semper à primæua die assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicē in mēte gessimus, vt pastoralis officij nobis cōmissa cura requirit, pro conseruatione Christiani nominis, & eius prorogatione de proximo firmiter intendamus expeditionem contra perfidos & truculentos orthodoxæ fidei hostes & Christiani nominis inimicos facere cum cæteris Christianis Principibus, nostræque & Romanæ Ecclesiæ præfatæ facultates pro tanta rei magnitudine, & vrgentissima necessitate nō sufficiant, præsertim cum iam anno elapso pro recuperatione Ciuitatum, & Terrarum S.R.E. occupatarum, & præcipue ciuitatis Bononiæ, iamdudum immanissimi Tyranni iugo oppressæ, pro cuius liberatione non solum validissimos exercitus comparauimus, sed varijs periculis nosmet exponentes, cum nostra Curia per casus varios, & multa rerum discrimina personaliter illuc accessimus, & tandem Dei auxilio cum maximo dispendio ipsius Romanæ Ecclesiæ ditioni restituimus, in qua munitissimam arcem pro conseruatione status Apostolici iam construi facimus, & absoluere in breui intendimus, non absque grauissima impensa, & onere. Oportueritque nos, & oporteat tam propter eam, quàm pro constructione & noua reedificatione Basilicæ dicti principis Apostolorum de Vrbe ad ampliorem & augustiorem & decentiorem formam pro diuini cultus augmento, quas inchoauimus, & alia nobis & eidem Romanæ Ecclesiæ incumbentia onera magnas etiam impensas pati, Infrascriptique Scriptores ad dictū officium per nos assumpti & deputati pro subuentione dictorum incumbentium onerum, vt illis pro parte prouidere Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vtilitati, & euidentissimæ necessitati satisfacere possumus, summam Septuaginta Millium Ducatorum auri de Camera, vel circa libere persoluerint. Nos dignum reputantes pro stabilimento, perpetuatione, ac firmitate dicti officij, non minus vtilis quàm necessarij, ac etiam vt ipsorum Scriptorū indemnitatibus consulatur, opportune prouidere, de cōsilio & assensu fratrum prædictorum scientia & potestatis plenitudine prædictis, eisdem auctoritate & tenore decernimus & declaramus, quòd in euentum in quem cōtingeret officium Scriptorum Archiuij prædictorum ex aliqua ratione vel causa in totum vel in partem per nos vel successores præfatos extingui seu reuocari, aut ipsos Scriptores quominus emolumenta eis assignata percipere libere possent, quomodolibet impediri, Nos & successores prædictos, ac Cam. Apostolicā, & illius

bona

Collegiū Scriptorū possit facere constit. quo ad se.

Correctores, & Scriptores Archiuij sint familiares Papæ. De familiaribus Papæ & eorum Priuilegijs habes in fra in Clem. 7. §. 14. Romani.

Literæ quęcunque personas scriptorum Archiuij cōcernentes gratis vbique expediantur.

Scriptores possint eorū officia resignare.

Confessionalibus & alijs instrumentis præter q. vt præmittitur, factis nulla fides adhibeatur.

Assignatio septē ducatorum pro quolibet Centenario omnium Annatarum.

Immutationē istius assignationis vide paulo infra.

Summa pecuniarum soluta rū per Scriptores Archiuij.

bona in vim validi & efficacis cõtractus ipsis Scriptoribus Archiuij pro tempore existentibus obligamus, si facta fuerit aliqua notabilis diminutio dictorum emolumentorum ad soluendum & satisfaciendum ipsis de summa, quam ipsos Scriptores ex huiusmodi diminutione amisisse constabit. Si vero officium ipsum reuocaretur, ad restituendum eis supradictam integram summam dictorum ducatorum Septuagiota millium vel circa, per ipsos, vt præfertur, solutorum, in quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint, in toto, vel in parte emolumenta per eos interim percepta, sed eos, & eorum quemlibet iusto, & legitimo titulo emolumenta prædicta sibi acquirere, & vt sua retinere posse, & debere. Mandantes venerabili fratri Episcopo Sabinen. Camerario nostro, & eius in Camerariatus huiusmodi officio successoribus, necnon dictæ Cameræ Præsidentibus, & Clericis, nunc, & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis, ad quos id quomodolibet spectabit pro tempore, vt summam Septuaginta millium, vel circa ducatorum huiusmodi ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, & describant, scripturasq; necessarias, & opportunas obligationes desuper cõficiant, obligationem per nos sic factam recognoscentes, & sequeotes, faciantq; eisdem Scriptoribus super præmissis, & eorum plena, & inuiolabili obseruatione quodcunque publicum instrumentum obligationis bonorũ Romanæ Ecclesiæ, & eiusdem Cameræ ad ... orum Scriptorum requisitionem, & in euentum prædictum absque alterius declarationis, seu mandati expectatinne de præmissis debitam & integram satisfactionem faciant. Decernentes etiam ex nunc quicquid per Cameram super hoc sic actum, gestumue fuerit, perpetuo ratum, firmum, & inuiolabile efseddere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nomina vero dictorum Scriptorum hæc sunt. Rostanus Ebreduneo. Henricus Tarentio. Antonius Sipontin. Archiepiscopi, Ludouicus Conouten. Michael Poligmanen. Petrus Anchonitanen. Frãciscus Concordie ... Episcopi. Philippus de Sergadis, Andreas Viues, & Ioannes Camillotus Magistri Correctores. Iulianus Cibo Episcopus Agrigentin. Thomas Regis, Manlius Rallus, Baptista Palmus, Marianus Cuccinus, Bernardus de Accoltis, Christophorus Barotius, Garsias Gibraleon, Iacobus Corbinus, Ioannes Laurentius, Maximus Graus, Bartholomæus de Miranda, Ioannes de Perrerijs, Ioannes Franciscus de Fulgineo, Petrus Griffus, Corradus Carozzolus, Benedictus de la Fara, Bernardus Sculteti, Hieronymus de la Mirandula, Petrus de Fumagiolis, Camillus de Maximis, Ioannes Iacobus Brunus, Ioannes Franciscus Poggius, Nicolaus Bonellus, Antonius Mag... rellus, Clemens de Cæsis, Ludouicus Zeph... rus, Euangelista Magdaleoa, Hieronymus Carbonianus, Christophorus Volaterranus, Baptista Maurus, Bartholomæus Farratinus, Ioannes Iacobus Zepellus, Petrus de Cinita, Euangelista Tarrasconus, Carolus Antonius Fantuccius, Persius Buccanus, Nicolaus Gaddi, Marius de Perusch... Philippus de sancto Miniato, Ioannes Baptista de Ecclesia, Dominicus de Iuuenibus, Aluarottus, Donatus Vlterianus, Fortunatus de Tuderto, Nicolaus Circellus, Gaspar Iuanus, Iacobus Bernardious de Ferrarijs, Aloysius Iacobi Ianuen. Cæsar de Attauantis, Dominicus Francisci, Bartholomæus Anulphious, Ioannes Baptista Maffeus, Cyprianus Numaius, Ascanius Tolentinas, Adrianus de Solario, Marcus Antonius Mangeria, Iulianus Cæcius, Ioannes Antonius Draco, Barnabas de Palenzola, Petrus Paulus Veccia. Andreas de Nardinis, Iulianus Capoferrus, Maurinus Feruer, Michael de Lantes, Hippolytus Vitellescus, Bernardinus Corrigiarius, Tancredus de Cuppis, Felix de Freddis, Hippolytus de Cæsis, Ioannes de Valregio, Antonius Mandosius, Ricardus Turonus, Sabas Vannucius, Innocentius Bocacius, Marcus Mentilius, Paulus de Alexijs, Antoõius Castalius, Bernardinus de Bonis Augurijs, Franciscus Cinquinus, Petrus Eossanus, Hieronymus Sclafenatus, Berengarius Serra, Franciscus Placentinus, Bartholomæus Iuliati, Hieronymus Francisci, Angelus de Aretis, Ioanoes Franciscus Beccalinus, Camillus Iulius, Nicolaus Clementis, & Raimundus Capoferreus Scriptores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ creationis, erectionis, institutionis, voluntatis, constitutionis, coocessionis, assignationis, applicationis, declarationis, obligationis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo, vij. Kal. Decembris, Pont. nostri anno quinto.

Summa pecunie rũm solutarum per Scriptores ponatur ad introitũ Cam. Apost.

Nomina Scriptorum Archiuij.

EGO IVLIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus manu propria subscripsi.

Ego Oliuerius Episcopus Ostien. manu propria subscripsi.
Ego Georgius Episc. Portuen. Card. Portugalli manu propria subscripsi.
Ego Raphael Episc. Sabinen. Card. S. Georgij Camerarius.
Ego Io. Antonius Episc. Præneslin. manu propria me ss.
Ego G. Episc. Albanen. manu propria.

Ego Dominicus tt. S. Marci presbyter Card. manu propria ss.
Ego Iacobus tt. S. Clementis presbyter Card. manu propria ss.
Ego Petrus tt. S. Cyriaci in Thermis Card. Reginus manu propria ss.
Ego F. tt. SS. Nerei & Archilei presbyter Card. Cusentin. manu propria ss.
Ego Antonius tt. S. Stephani in Cælio monte presbyter Card. manu propria ss.
Ego Franciscus tt. S. Susannæ presbyter Card. manu propria ss.
Ego Nicolaus tt. S. Priscæ presbyter Card de Flisco manu propria ss.
Ego Melchior tt. S. Nicolai inter imagines presbyter Card. Brixien. manu propria.
Ego F. tt. S. Adriani presbyter Card. de Claromonte manu propria.
Ego G. tt. S. Petri ad Vincula presbyter Card. Vicecancellarius manu propria.
Ego M. tt. S. Mariæ in Transtiberim presbyter Card. manu propria ss.
Ego R. tt. S. Anastasiæ presbyter Card. Nauneten. manu propria.
Ego F. tt. S. Cæciliæ presbyter Card Papien. manu propria.
Ego Gabriel tt. S. Praxedis presbyter Card. manu propria ss.
Ego F. tt. S. Sabinæ presbyter Card. manu propria.

Ego Io. S. Mariæ

Ego Io.S.Mariæ in Aquiro Diaconus Card.de Columna manu propria ss.
Ego Io. S.Mariæ in Domnica Diaconus Card.de Medicis manu propria ss.
Ego F.S.Theodori Diaconus Card.de Sancto Seuerino ss.
Ego Iulius S.Angeli Diaconus Card.de Cæsarinis manu propria ss.
Ego A.S.Eustachij Diaconus Card.de Farnesio manu propria ss.
Ego M.S.Mariæ in Porticu Diaconus Card.Cornelius manu propria ss.
Ego S.S.Mariæ Nouæ Diaconus Card.de Gonzaga manu propria ss.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ applicationis, concessionis, assignationis, constitutionis, statuti, cassationis, reuocationis, anullationis, præcepti, declarationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo septimo, Id. Decembris, Pontificatus nostri anno quinto. Sigismundus. B.de Comitibus.

Defuncto Iul. 2. Card. existentes in Conclaui diuiserunt inter se quædam Officia, quorum emolumenta erant Scriptoribus assignata.

Inter Card. & Officiales Archiuij orta fuit super illis controuersia.

Ideo pro concordia Pont. iste permutationẽ fecit de qua hic.

Scriptores soluerunt Leoni Põt. Ducatos bis mille pro adæquatione prouentuũ dictæ permutationis.

Cum autem præfato Iulio prædecessore nostro rebus humanis exempto, Nos, tunc Cardinalis, & alij Cardinales, qui in Conclaui, in quo, diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, pro electione futuri Pontificis eramus, antequam ad huiusmodi electionem procederemus, Officia Dohanæ Tractarũ grani Prouinciæ Patrimonij, & portus Corneti, Marescalli resignæ, Tractarum grani, & Iudicatuum maleficiorũ spiritualium causarum, & appellationum dictæ Prouinciæ Marchiæ Anconitan. huiusmodi cum alijs officijs Terrarum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ subiectarum sorte inter Cardinales, qui Conclaui huiusmodi interfuerant, diuiserimus, præfatique Scriptores prætendant id nobis tunc in minoribus constitutis, & alijs præfatis Cardinalibus contra tenorem literarum institutionis Officij Archiuij, & officiorum illi applicationem facere non licuisse, & super possessione Officiorum huiusmodi molestari non posse, Cardinales vero, quibus officia ipsa in sortem obuenerant, illa habere, & retinere conarentur, propterea lis inter Officiales Archiuij, & Cardinales præfatos exoriri formidaretur, Nos attendentes quòd officia, quæ perpetuò dicto Officio Archiuij applicata fuerant, in huiusmodi Conclaui inter Cardinales distribui seu diuidi non debebant, ac considerantes quòd sa Gabella Ancoragij Ciuitatis vetulæ, ac Dohana Tractarum grani prouinciæ nostræ Patrimonij, & portus Corneti, ac Commissariatus Aluminum, necnon Marescalli Notariatus Cameræ, ac resignæ Tractarum grani prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ, & Iudicatuum maleficiorum spiritualium causarum, & appellationum dictæ Marchiæ Officia prædicta eisdem Officio & Collegio perpetuo assignata & applicata ex parte ipsorum Scriptorum, & Collegij, ac ex parte nostra & dictæ sedis ius percipiendi perpetuò quinque Ducatos pro quolibet Centenario Annatarum singularum, & Communium, tam ex Ecclesijs & Monasterijs, quam alijs beneficijs Ecclesiasticis eidem sedi Apostolicæ pro tempore etiam in diem debitorum, & quæ ipsa Sedes Apostolica capere & consequi solet & debet, ita quòd officiorum permutandorum huiusmodi dispositio ad nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, cum dicto onere releuandi per nos, aut Officiales per nos deputandos, ea quæ pignorata tempore applicationis huiusmodi quibusuis personis reperiebantur, & de præsenti eisdem personis seu alijs pro eadem summa existant, libere pertineat, & ius percipiendi per Officium Archiuij huiusmodi, & eius officiales vltra Septem Ducatos, quos ex quolibet Centenario hactenus ex illius institutione assignatos habuerunt & perceperunt, alios etiam quinque Ducatos in Cancellaria, & Archiuio prædictis pro quolibet Centenario Annatarum singularum & Communium, tam ex Ecclesijs, & Monasterijs, quàm alijs beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apostolicæ præfatæ pro tempore debitorum similiter percipere habeant, cum hoc tamen quòd Collegium & Scriptores Archiuij huiusmodi, vltra officia prædicta per eos permutanda, respectu prouentuum vberiorum ex ipsis Annatis aliorum Quinque Ducatorum pro quolibet Centenario per Scriptores & Collegium Archiuij huiusmodi, vt speratur, percipiendorum, nobis pro imminentibus oneribus & necessitatibus dictæ Romanæ Ecclesiæ supportandis, summam Duorum Millium ducatorum auri de Camera persoluere teneãtur adinuicem perpetuò permutarentur, officia permutanda prædicta ad nostram & Romani Pontificis pro tẽpore existentis, quemadmodum ante institutionem & applicationem prædictas cum onere releuandi per nos, aut Officiales per nos deputandos, vt præfertur, liberam dispositionem reducerentur, ac Scriptores Archiuij & Collegij huiusmodi ex ipsorum permutandorum Officiorum distributione, quæ in posterum in Pontificum electione fieret, nullam reciperent iacturam, contractusque inter Iulium prædecessorem, ac Scriptores, & Collegium huiusmodi initi non moderentur, ipsique Scriptores Archiuij indemnes conseruarentur. Motu igitur proprio, & ex certa scientia, ac de simili Apostolicæ potestatis plenitudine, dictorum Scriptorum & Collegij Archiuij expresso ad hoc accedente consensu, permutationem prædictam, prout superius narratum est, cum eisdẽ Scriptoribus & Collegio, qui nobis dictam summam Duorum Millium Ducatorum auri de Camera pro adæquatione prouentuum officiorum, & iuris percipiendi alios Quinque Ducatos Annatarum earundem effectualiter persoluerunt, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, acceptamus, & approbamus, ita quòd de cætero liceat nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus de dictis Gabella, Ancoragia Ciuitatis vetulæ, ac Dohana Tractarum grani prouinciæ nostræ Patrimonij, & portus Corneti, ac Commissariatus Aluminum, necnon Marescalli Notariatus Cameræ, ac resignæ Tractarum grani prouinciæ nostræ Marchiæ Anchonitanæ, & Iudicatuum maleficiorum spiritualium causarum & appellationũ dictæ prouinciæ Marchiæ Officijs libere disponere, prout ante illorum applicationem huiusmodi Romanus Pontifex facere poterat, Officio vero Archiuij huiusmodi, & eius Scriptoribus vltra dictos Septem Ducatos super Annatis & Communibus huiusmodi etiam in diem debitis, alios Quinque Ducatos similes pro Centenario recipere per seipsos in Cancellaria Apostolica, cum annotatione nominis receptoris in bullis, tam per Cancellariam quàm per Cameram expediendis, aliàs bullæ expediri non possent, liceat. Decernentes ea permutatione huiusmodi dictorum permutatorum officiorum cum dicto onere releuandi per nos, seu officiales per nos deputandos, vt præfertur, dispositionem ad nos & pro tempore existentem Romanum Pontificem & ipsorum aliorum quinq; Ducatorum pro quolibet Centenario Annatarum, vltra Septem Ducatos Officio Archiuij huiusmodi in illius erectione & institutione antea assignatos & applicatos, & sic duodecim Ducatorum similium summam pro quolibet Centenario

senario perceptionem, ac Scriptores & Collegium Archiuij perpetuo pleno iure pertineat, ac in reliquis omnibus & singulis eiusdem Iulij prædecessoris literas erectioois & institutionis dicti officij Archiuij cum priuilegijs, antelationum prærogatiuis, obligationibus, declaratiooibus, decretis, statutis, mandatis, concessionibus, indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, & officiorum, ac aliorum rerum applicationibus, & omnibus & singulis in eis contentis clausulis, quarum teoores præseotibus, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro insertis, & expressis habentes approbamus, & perpetuò per quascunque personas cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, ac per eosdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Rotæ & Cameræ Auditores, & quoscunque alios Iudices pro tempore existentes inuiolabiliter obseruari debere, ac cootra præsentem, & earundem literarum institutionis teootem aliter iudicari non posse declaramus, ac irritum decernimus, & inane si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel igooraoter contigerit attentari. Volumus autem quòd in euentum io quem eosdem Scriptores & Collegium super perceptione dictorum quinque Ducatorum auctorum huiusmodi molestari, seu impediri de iure vel de facto, quacunque causa contingeret, liceat Collegio Archiuij huiusmodi, & eius Scriptoribus ad possessiooem dictorum officiorum oobis ex huiusmodi permutatione dimissorum noo obstantibus quibuscunque concessionibus perpetuis, vel ad tempus, de eisdem vel aliquo ipsorum per nos, aut sedem eaodem quibusuis personis, cuiuscunq; status, gradus, vel conditionis existant, tunc forsan factis, propria auctoritate, & absque alia nostra, aut successorum nostrorum liceotia libere redire, ac si permutationem huiusmodi minime fecissent. Et iosuper nos & successores prædictos, ac Cameram Apostolicam, & illius bona in vim validi & efficacis contractus ipsis Scriptoribus Archiuij pro tempore existentibus, tam pro permutationis, quàm regressus huiusmodi in illius euentum obseruatione, ac defensione obligamus, & si officium ipsum reuocaretur ad restituendum eis vltra Septuaginta quatuor Millia, quæ in erectione & institutiooe dicti Officij Archiuij Iulio prædecessori persolueraot supradictam integram summam duorum Milliũ Ducatorum auri de Camera, quam pro imminentibus eiusdem Romanæ Ecclesiæ oecessitatibus, pro adæquatione, seu quasi hinc inde prouentuum Annatarum, & officiorum permutatorum huiusmodi nobis persoluerunt, in quibus nullo modo, nullaue ratiooe vel causa computari debeant, seu possint io toto, vel in parte emolumẽta per eos interim percepta, sed eos, ac eorum quemlibet iusto & legitimo titulo emolumenta prædicta sibi acquirere, ac vt sua retinere posse & debere. Mandantes Venerabili Fratri Raphaeli Episcopo Ostien. Cardinali Sancti Georgij Camerario nostro, & eius in Camerariatus officio huiusmodi successoribus, necnoo dictæ Cameræ Præsidentibus, & Clericis nuoc & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis ad quos id quomodolibet spectabit pro tempore, in virtute saoctæ obediẽtiæ, vt quicquid Scriptoribus & Collegio præfatis ex dictis Annatis ad rationem Duodecim Ducatorum pro quolibet Centenario eorundem à quibusuis eiusdem Cameræ nunc & in futurum etiam in diem debitoribus solutum fuerit, eisdem soluentibus io solutiooe Annatarum huiusmodi per eos dictæ Cameræ soluendarum facienda absque alia desuper iussione vel alicuius alterius expeditione mandata admittant, & admitti faciant, prout etiam nos per præsentes, quas perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus, admittimus & mandamus admitti, ac vt summam dictorum Duorum Millium Ducatorum nobis solutam ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant & describãt, scripturasque necessarias & opportunas obligationes desuper conficiant, obligationem per nos sic factam recognoscentes & sequentes, faciantque eisdem Scriptoribus super præmissis, & eorum plena & inuiolabili obseruatione quodcunque publicum instrumentum obligationis booorum Romaoæ Ecclesiæ, & eiusdem Cameræ ad ipsorum Scriptorum requisitionem, & in euentus prædictos absque alterius declaratione, seu maodati expeditione respectiue permutationem, & regressum prædictos obseruent, & de prædicta summa Duorum Millium Ducatorum, oobis, vt præfertur, soluta, debitam & integram satisfactionem faciant, Decernentes etiam ex nunc quicquid per Cameram super ijs sic actum gestumue fuerit, perpetuò ratum, firmum, & inuiolabile esse debere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ idem prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, acceptationis, approbationis, decreti, voluntatis, mandati, & admissionis iofriogere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Aoostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo tertiodecimo. Prid. Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

Confirmat quæcunq; Priuilegia & immunitates Scriptorum.

Decretũ irritãs.

Declaratio quod Scriptoribus liceat redire ad possessionẽ beneficiorũ dimissorum si impediti fuerint in perceptione emolumẽtorum assignatorum.

Sũma Duc. duorum milliũ quã Scriptores soluere ponatur ad introitus Cam.

Clausulę derogatoriæ.

Ia. Sadoletus.

Visa de Curia Io. Colardi.

VII.

De Facultatibus & Iurisdictione Gubernatoris Almæ Vrbis & Vicecamerarij Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

De Materia habes supra fol. 98. Six. 4. const. 5. & fol. 159. Iul. 2. const. 13. & infra Pauli 4. const. 51. Cupientes. Pij Quarti const. 85. cum ab ipso. & const. 160. licet nos. Pij V. const. 109. cum Apostolica. & Greg. 13. const. 78. Almam. & const. 85. sperantes. vbi ponam omnes concord.

Deputationem & Facultates Reuerendiss. D Io. Francisci S. Georgij Casalensis ad præsens Gubernatoris & Vicecamerarij (Domini mei Colendissimi) habes infra in Greg. 13. const. 85. Sperantes.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Magistro Amadæo Berruto Notario nostro, pro nobis, & Romana Curia, siue Ecclesia in Alma Vrbe nostra Gubernatori, Salutem & Apostolicam benedictionem.

ET si pro cunctarum ciuitatum temporali dominio Sanct. Rom. Eccl. subiectarum prospero ac felici

regimine,quantum nobis ex alto conceditur,curam ſolertē,& vigilem gerere debeamus, de noſtræ tamē Almæ
Vrbis Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum cruore Domino noſtro IESV CHRISTO conſecratæ,ac incolarū
eius,& Cameræ Apoſt.officiorum diligenti adminiſtratione,tanto accuratius cogitare nos ebuenit,quāto Vrbs
ipſa caput eſt orbis,& in ea altiſsimus ſacerdos principalem,ac præcipuam ſedem, ad quam de diuerſis mundi
partibus Chriſtifideles confluunt in numero copioſo,voluit collocari,& quæ in eadem Camera peraguntur,in-
ter grauiora dictæ Eccl.negotia ſolita ſunt reputari,eaque expedit ſolerti cura,& diligentia pertractari. Cupiē
tes igitur,vt Vrbs ipſa,ac illius Ciues,& Incolæ peculiares noſtri , & præfatæ Eccleſiæ filij prouidi Guberna-
ris potiantur regimine,& quæ ad Camerariatus officium in Camera præfata pertinent,el per Camerarij noſtri
Locumtenentem,ſeu Vicecamerarium ibidem exerceri ſolita ſunt,eā qua expedit ſolerti cura expediantur: ac
de te,qui prælatus noſter domeſticus exiſtis,& in quo tandiu tam doctrinam ſingularem,quam fidei cōſtantiam,
magnanimitatem,circumſpectionem,ac vitæ integritatem,atq; alias virtutes, auctore domino , cumulatas eſſe
cognoſcimus,ſumentes in domino fiduciā ſpecialē quod oīa,etiam ardua,& difficilia,quæ ad honorē, & felicē,
ac proſperum ſtatū noſtrum,ac Eccleſiæ,& ſedis prædictæ pertinere cognoueris,dinina fauenre clemētia , lauda
biliter exequeris:Motu proprio,non ad tuam,vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiā,ſed

Deputatio Gubernatoris & Vicecamerarij.

de nòſtra mera deliberatione,& ex certa ſcientia,te in Vrbe ipſa,eiuſque diſtrictu,& pertinentijs, generalē Gu
bernatorem,ac in Camera Apoſt.Vicecamerarium,ac Camerarij præfatæ Cameræ Locumtenentem,cum cura,
arbitrio,poteſtate,honoribus,oneribus,pertinentijs,& emolumentis conſuetis ad noſtrum,& dictæ ſedis bene-
placitum,auctoritate APoſt.tenore præſentium conſtituimus,& deputamus,quaſcunque alias commiſsiones de
dictis Vicecamerariatus,& Gubernatoriatus officij alias factas harum ſerie penitus reuocantes: ac tibi omnes,

Facultas eius & ipſius Locatenentium.

De Iuriſd. Gub. contra Ciues & Incolas Vrbis habes limitationē inf.in Pij 4.cōſt. 73.Dilectos.

& ſingulas cauſas commiſſas,ac negotia per nos,noſtraſque in forma breuis literas,ſiue alias cōmiſsiones quo-
modolibet in genere vel in ſpecie Gubernatori prædeceſſori tuo commiſſas , iuxta illarum literarum commiſ-
ſionem,& tenorem proſequi:Et in omnibus alijs,& ſingulis cauſis, etiam per nos , & venerabilem fratrē noſtrū
Raphaelem Epiſcopum Oſtien.Camerarium noſtrum tanquam Vicecamerario commiſsis pro tempore,& com
mittendis Auditoribus,& Locatenentibus tuis,ac alijs de quibus tibi videbitur,vices tuas,etiam vſque ad ſen-
tentiam diffinitiuam incluſiue,& cum poteſtate exequendi,quotiens tibi placuerit,committendi, ac tam per te
ipſum quam per tuos Auditores,ſeu Locatenentes,exercentes vices tuas in eiſdem , & tam in ciuilibus , quam
in criminalibus,& tam ſpiritualibus,quam temporalibus cauſis,& alijs quibuſcunque negotijs,tam cōtra Ciues

De eius Iuriſd. quo ad Religioſos vide declarationem infra in Clem.7.cōſt. 23. licet Eccleſ. cum ibi not.

Rom.quam forenſes eccleſiaſticos,& laicos,& incolas,necnon religioſos cuiuſcunque ordinis , ſtatus , gradus,
conditionis,ſeu dignitatis exiſtant,actiue,& paſsiue concernentibus,& tam in Palatio Apoſtolico,& in Burgo
Sancti Petri,ac in Caſtro noſtro S.Angeli,necnon in Capitolio,quam alibi.Et ad reprimēdum litium anfractus,
necnon partium litigantium eſpenſas indemnitatibus,& diſpendijs parcendum,in cauſis, & negotijs huiuſmo-
di procedendi,etiam nullo penitus iuris ordine,ſeu dictæ Cameræ,& Curiæ Rom.ſtylo,vel conſuetudine ſerua

Et quo ad forenſes & Curiales vide limitationem in Greg.13 cōſt. 55.Ad generis.

tis,ſed ſola facti veritate inſpecta,de bono,& æquo,& pro contingentia rerum,& qualitate facti,quandocunq;
tibi viſum fuerit,etiam de facto,manu regia,ac velo leuato,etiam ſecundum voluntatem , & beneplacitum, &
diſpoſitionem tuam procedendi,& iudicandi,& iuſdicendi,necnon occaſione coram te litigantium excommu-
nicationes ſeu alias cenſuras,& pœnas contra eos promulgandi,& relaxandi,& brachium etiam ſeculare exe-
cendi etiam contra Rom.& alios ſupradictos quacunque auctoritate,& dignitate fungentes,& generaliter om

Et quo ad cauſas habitantium in burgo vide declarationē in Pij 4.conſt.35. cum ab ipſo . & ibi not.

nia alia,& ſingula faciendi,dicendi,gerendi,exercendi,procurandi,quæ in præmiſsis, & quæ ad officium ipſum
de iure,vel conſuetudine,aut alias quōmodolibet pertinere dinoſcuntur,& quæ nos ipſimet in omnibus & ſin-
gulis præmiſsis facere poſſumus,& omnia alia,& ſingula quæ Vicecamerarij , & Gubernatores qui pro tempo-
re fuerunt,facere,mandare,ordinare,corrigere,exequi ſoliti ſunt,faciendi,mandandi,ordinandi,diſponendi,&
contra quaſcunque prædictas perſonas etiam nulla præcedenre infamia,nulloque proceſſu inquirendi , eaſque
corrigendi,caſtigandi,& etiam vſque ad vltimum ſupplicium incluſiue puniendi, ita quod quamprimum Cita-

Facultas procedendi manu Regia &c.

tionem contra aliquem Ciuem Romanum, vel alium quemcunque ex prædictis quomodolibet delinquentē ad
eius domum factam quoſcunque alios Iudices præueniſſe cenſearis , ita quod alij nullatenus contra eundem vt
ſupra citatum quomodolibet procedere poſsint,nec etiam per eos ſuper pœnis contra deſerētes arma, & alios

Facultas in cognoſcendis cauſis criminalibus & in earum punitione,

delinquentes per te indictis , vel comminatis,poſt illarum incurſum poſsit intromitti, ſed abſolutio , vel con-
demnatio aut remiſsio duntaxat ad te pertineant,necnon delinquentes quoſcunque citandi , & citari faciendi
etiam pro prima vice,ad domum ſolitæ habitationis eorum,quæ perinde valeat , ac ſi fuiſſent perſonaliter ap-
prehenſi,ipſoſque delinquentes,vel rebelles aut inobedientes pecuniarum,ac priuationis officiorum,& alijs de
quibus tibi videbitur,& placuerit pœnis condemnandi,mulctandi, & pœnas ipſas tam à iure communi , quam
ex ſtatuto,vel conſuetudine,aut alias quomodolibet impoſitas , & tam corporis afflictiuas vſque ad vltimum
ſupplicium incluſiue,quam pecuniarias pro modo culpæ qualitateque delicti,cauſæ,loci,& perſonæ augendi,&

Facultas interpretandi mutandi &c.edicta bānimenta &c.

minuendi,ſtatutis Vrbis totiens quotiens tibi videbitur,& placebit detogandi:Edictaque,ac decreta,proclama
ta,ſeu bannimenta,& ſtatuta quoties tibi placuerit,& ſub quibuſcunque pœnis , ac contra quoſcūque faciendi,
& quæcunque alia per quoſcunque etiam per nos edita,& edenda,interpretandi,mutandi,& alterandi pro bo-
no pacis,& vtilitate ſubditorum,& correctione delictorum,ac inductione bonorum morum plenam , liberam,
& omnimodam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem. Statuentes proceſſus tuos,
vel Auditorum,ſeu Locatenentium tuorum in cauſis præmiſsis,vel ſententijs ferendis ob iuris ordinem,telam-
que iudiciariam,dictæque Cameræ,& Romanæ Curiæ ſtylum,vel conſuetudinem,& illis non ſeruatis per viam
nullitatis,vel alias quomodolibet impugnari,ſeu reuocari non poſſe,nec à proceſsibus,& ſententijs huiuſmodi

Appellatio prohibetur in cauſis à x.duc.inf.& in cauſis criminal. & in cauſis mercedum.

in cauſis ciuilibus vſq; ad ſummam decem ducatorum auri,& in cauſis criminalibus , & mercedum nullatenus
per aliquem appellari,vel reclamari poſſe,nec cauſæ à te,vel Locatenētibus,ſeu Auditoribus tuis auocari poſ-
ſint,niſi Motu proprio noſtro,& te prius accerſito & audito . Mandantes præfato Camerario noſtro , necnon
dilectis filijs Prælatis,Præſidentibus,& Clericis Cameræ prædictæ,Vrbis Senatori,& Conſeruatoribus, & alijs
ad quos ſpectat,& pertinet,ac ſpectare,& pertinere poterit quomodolibet in futurum , vt te ad dictum officiū
eiuſque liberum,vt præmittitur,exercitium,necnō honores,onera,& emolumēta huiuſmodi recipiāt,& admit-
tant,ac in omnibus quæ ad officium ipſum pertinent,tibi veluti perſonæ noſtræ propriæ efficaciter pareāt, obe
diāt,& intēdant.Volentes pariter,& ſtatuentes,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernētes,quod in ijs
quæ per te,vel alium,ſeu alios per te deputādos , & ſubdelegandos tuo nomine in officio huiuſmodi gerentur ,

ab aliquo

ab aliquo cuiuscunq; conditionis,seu auctoritatis existat,vllo vnquam tépore,vllaue occasione, vel causa molestari,aut quomodolibet inquietari valeas: nec tu, aut ipsi de præmissis vllo vnquã tempore rationem reddere,aut sindicatui stare tenearis,& quod officium huiusmodi per te,vel alios exercendo,& per quascunq; captionem,detentionem,seu torturam quorumcunq; Clericorum, vel priuilegiatorum,contra quos etiam nulla præcesserit infamia,sed sola indicia,nullas censuras vel pœnas vel per communationem,commissionem, vel impositionem pœnæ corporalis,mutilationis membrorum,aut capitalis, vbi etiam sanguinis effusio fuerit facienda, vel fieri contigerit,aut si fortuitu,vel alia quauis causa occurreret, vel in tortura seu punitione per te , vel de mãdato tuo facienda aliqua membra mutilari,aut aliquem ab hac luce migrare, seu sanguinis effusionem fieri, vllam propterea irregularitatis,vel infamiæ maculam,siue notam tu,& tui prædicti incurrant,nec incurrere valeant,sed perinde sit,ac si talia comminatus non fuisses,vel imposuisses,aut talibus non interfuisses, ac tui Auditores,& mandatarij non interfuissent.Ac sic per quoscunq; reputari,tractari,& iudicari debere,decernentes ex nunc irritum,& inane quicquid secus super præmissis omnibus, & singulis à quoquã quauis auctoritate sciẽter vel ignoranter contigerit attentari.Volumus etiam certis bonis respectibus moti,& ita sub excommunicationis pœna latæ sententiæ mãdamus,quod Barisellus,& cæteri executores in causis criminalibus in quibus veniet mors inferenda,vel corporis pœna seu sanguinis imponenda,teneantur mandata tuorum Locatenentium, seu Auditorum qui in dictis causis sententiam tulerint,de tuo tamen mandato,ac commissione facta , indilate exequi iuxta illorum tenorem,quamuis per te ipsum manu propria nõ fuerint subscripta . Mandantes vlterius omnia,& singula præmissa in omnibus,& singulis causis & negotijs,tã pendentibus præteritis,præsentibus, quã futuris locũ sibi vendicare,& effectum suum sortiri.Non obstan.cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis prædictis iuramento,confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque,& indultis,ac literis Apostolicis,etiam in forma breuis per fel.rec. Iulium Papam II. prædecessorẽ nostrũ, Populo Romano concessis,& per nos confirmatis,innouatis,& etiam de nouo concessis, quibus etiam si ad illorum derogationem,de eis eorumq; totis tenoribus specialis specifica iudiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes mentio,seu quæuis alia expressio habenda foret,illorum omnium tenores præsentibus pro expressis,& insereis habentes,illis alias in suo robore permansuris, quo ad præmissa motu,& scientia similibus specialiter,& expresse derogamus, eaq; quo ad præmissa nemini volumus suffragari,cæterisque contrarijs quibuscunque. Tu igitur officium ipsum sic sollicite,fideliter,& prudenter studeas exercere,vt tua possit apud nos fidelitas,& prudentia non immerito commendari,& ad maiora tibi committẽda promptius inuitemur. Dat.Romæ apud S.Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimoquarto, i i i j. Kal. Iulij, Pont.nostri anno secundo.

Gubernator & eius Iudices non tenẽtur stare syndicatui,& irregularitatẽ nõ incurrunt.

Decretũ irritũ.

Barisellus & cæteri executores obediant Iudicibus Guber.

Clausula derogatoria.

Iul.2. const. habes sup. fol.159. 163. & 165.

Istius Pont. cõfirmationem habes sup.fol.165.

VIII.

De causis spectantibus ad forum Ecclesiasticum,coram Ordinarijs in prima instantia cognoscendis. Et de exemptis coercendis. Ac de pœnis Impedientium libertatem Ecclesiasticam.

De materia istarum causarum habes sup.fol.47. Vrban.6.const.5.& fol.61.Mar.v.const.5. & vide infra Greg.13. const. 24. Ad Romani.

LEO Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam,sacro approbante Concilio.

REGIMINI vniuersalis Ecclesiæ (disponente Domino) præsidentes , iuxta pastoralis officij debitum,libenter intendimus vtilitatibus subditorum , & ad conseruandam libertatem Ecclesiasticam , & remouenda scandala, ponendam concordiam , & nutriendam quietem inter Ecclesiarum prælatos , & eorum subditos ,eo propensius Apostolicæ sollicitudinis studium adhibemus , quo dissensionem talium fore dispendiosam experimento comprobatur , necnon indulta pariter, & priuilegia eisdem subditis in ipsorum prælatorum dispendium, tam per prædecessores nostros, quam sedem Apostolicam concessa, ita libenter moderamur, ne exinde scandala procedant, ne ve ex eis vlli detur materia malignandi, & personæ Ecclesiasticæ à bono obedientiæ, necnon diuini perseuerantia seruitij nullatenus retrahantur . Sane nuper ad nostrum relatio fide digna peruenit auditum, quod Canonici Patriarchalium, Metropolitanarum,& Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum , & alij Clerici seculares plura præsumunt , quæ ipsis infamiam non paruam pariunt , & alijs inferunt læsionem,prætextu exemptionis, & libertatis à dicta sede obtentæ , Ordinariorum correctiones & ordinationes subterfugiunt, ac eorum forum,siue iudicium declinant; nonnulli etiam impunitatem suorum excessuum per priuilegium exemptionis obtinere sperantes,excessus ipsos committere non verentur,quos nisi per exemptionem qua gaudent crederent se defendi , nullatenus fuissent commissuri . Hinc itaque accidit,vt propter eorum audaciam , qui prætextu priuilegij exemptionis , impunitatem excessuum obtinere cõfidentes,nonnulla multotiens committant enormia, per quæ plurimum diffamatur Ecclesia , & scandala grauia gerantur,potissime autem cum talia per eos,ad quos horum spectat correctio , incorrecta remaneant , seu illi ad quos spectat illa punire,negligunt . Nos volentes ne eo prætextu delicta remaneant impunita , morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam,sacro approbante Concilio, statuimus, vt de cætero illi,quibus exemptorum correctio & punitio a dicta sede demandata est , circa illam vigilanter intendant , & diligenter officij sibi commissi debitum exequantur, & quamprimum eis exemptos ipsos deliquisse legitime constiterit,ita eosdem exemptos delinquentes puniant , quod ijdem exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentijs , & alij eorum exemplo perterriti,prosilire ad similia merito perhorrescant . Et si circa hoc negligentes fuerint,Diœcesani,& alij locorum Ordinarij,eosdem,quibus exemptorum correctio huiusmodi competit , personaliter , si illorum copia, & notitia haberi poterit ; alioquin , vel si nullus in partibus exemptorum ipsorum certus iudex fuerit,eos quorum sua in præmissis interesse putauerint,per edictum publicum,Cathedralium, seu aliarum Ecclesiarum locorum , in quibus exemptorum iudices huiusmodi residere , seu nullis eorundem exemptorum iudicibus existentibus , ipsos exemptos deliquisse contigerit, valuis affigendum, moneant, vt ipsi,tales exem-

Causæ istius cõst.

De officio eorũ quibus correctio exemptorum demandata fuerit.

Aa a ptos

ptos delinquentes, & criminosos puniant, & castigent infra competentem terminum, monentium ipsorum arbitrio moderandum. Et si ipsi moniti in hoc negligẽtes fuerint, & id adimplere neglexerint, seu recusauerint, tunc vt in eo in quo deliquerint puniantur, cognitione huiusmodi ea vice sint priuati, & se non intromittãt vllatenus de eisdem: sed Dioecesani, & alij locorum Ordinarij huiusmodi, contra tales exemptos delinquentes, & criminosos, auctoritate nostra, ad inquisitionem, vel per accusationem, sine aliquibus tormentis, procedere, & testes per seipsos examinare possint, ac processum ipsum (quem ratione solemnitatis iuris, praeterquam ratione citationis omissae, dummodo delictum alias rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici posse prohibemus, sed per eos habitum, clausum, & eorum sigillo munitum, ad sedis Apostolicae examen, ipsorum exemptorum delinquẽtium expensis, etiam in ipso processu factis, ad quarum solutionem Ordinarij ipsi possint eosdem inquisitos & accusatos compellere, per proprium, vel alium nuntium quantocitius destinare procurent) apud eandem sedem, per Romanum Pontificem vel alium, cui duaerit committendum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos quod ad condemnationem, vel propter sufficientia indicia, propter quae ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipsos Dioecesanos, seu Ordinarios per eos auctoritate nostra in causa inquisitionis, seu accusationis, vlterius legitime procedendum, & causam ipsam, proue iustum fuerit, terminandam remittendum. Notarij autem dictae sedis, quorum officium in ipsis primitiuae Ecclesiae initijs, à fel. rec. Clem. Papa I. ad sanctorum gesta perquirenda atque conscribenda noscitur institutum, ad Protonotariatus officiũ assumpti, habitum & rochettum deferentes, & alij nostri, & dictae sedis officiales actu sua officia exercentes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ab omni Ordinariorum iurisdictione sint exempti. Alij vero Notarij habitum Protonotariatus non deferentes, nisi illum infra trimestre, post praesentium publicationem assumpserint, & ipsi ac alij in posterum assumendi, habitum, & rochettum huiusmodi continue non gestantes, atque alij nostri, & dictae sedis Officiales officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, ratione causae summam xxv. ducatorum auri de Camera non excedentis dumtaxat, eorundem Dioecesanorum, & Ordinariorum iurisdictioni subiaceant. In ciuilibus vero causis summam hmõi excedentibus, plena gaudeant exemptione, & à dictorum Dioecesanorum, & Ordinariorum iurisdictione penitus sint exempti. Dignum quoque & etiam congruũ arbitrantes, quod ex Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium familiaribus illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domestici, & continui sunt commensales, vel ab eisdem Cardinalibus ad ipsorum exequenda negotia missi, vel qui recreationis causa ad tempus à Romana Curia absentes fuerint, caeteris vero etiam familiaritatis literas habẽtibus, quominus cohertioni Dioecesanorum & Ordinariorum eorundem subiaceant, familiaritatis hmõi priuilegium nullatenus suffragetur. Et cum eisdem Dioecesanis, vt monasteria monialium sedi Apostolicae immediate subiecta, in eorum Dioecesibus consistentia, semel in anno visitare possint, per Constitutionem in Concilio Vienneu. editam, quae incipit, Attendentes, plena fuerit data facultas, illam innouamus, ac exemptionibus, & priuilegijs quibuscunque non obstantibus, districte seruari praecipimus & mandamus. Per praemissa quoque eisdem Dioecesanis, & Ordinarijs, casibus quibus in exemptos a iure iurisdictio concessa est, nullatenus praeiudicium generetur. Exemptiones autem de caetero absque rationabili causa, & quorum interest minime citatis, pro tempore concessas, nullius roboris & momenti esse decernimus. Et cum ecclesiasticus ordo confundatur, si sua vnicuique iurisdictio non seruetur, Ordinariorum iurisdictioni (quantum cũ Deo possumus) fauere, ac litibus finem celerius imponi, & litigantium immoderatis sumptibus, & expensis parci satagentes, Statuimus, & ordinamus, quod singulae causae, tam spirituales, quam ciuiles & mixtae, forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentes, & beneficiales (dummodo beneficia ipsa generaliter reseruata non fuerint, & ipsorum singulorum beneficiorum fructus, reditus, & prouen. xxiiij. ducatorum auri de Camera, secundum communem aestimationem valorem annuum non excedant) in prima instantia extra Romanam Curiam, & in partibus coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognosci, & terminari, ita quod nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare, nec appellatio (si fuerit emissa) vllatenus admitti, nisi ab interlocutoria, quae vim habeat diffinitiuae, vel à grauamine minime concernente negotium principale, quod per appellationem à diffinitiua sententia reparari non possit, nisi alter collitiganti aduersarij sui potentiã merito perhorrescens, seu alia probabili, & honesta causa aliter quam per proprium iuramẽtum saltem semiplene probata, coram Ordinario non auderet litigare. Eo enim casu, causae ipsae, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima instantia, cõmitti & cognosci & terminari possint. Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in posterum, & quidquid inde secutum fuerit, nullius sint roboris vel momenti. Iudices autem, & Conseruatores à sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, Assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, assumere, & secundum eius relationem iudicare teneãtur. Et quia saepius & multiplici relatione percepimus, quamplurimas Ecclesias, & illis praesidentes Episcopos, tam citra quam vltra montes, vexari in eorum iurisdictionibus, iuribus, & dominijs, ac turbari à domicellis, Principibus, & nobilibus eorundem, qui sub colore iurispatronatus, quod in beneficijs ecclesiasticis habere confingũt, nullo prioilegio Apostolico suffulti, sine Ordinariorum collationibus, & literis, & absque aliquo saltem colorato titulo, beneficia non solum Clericis sed etiam laicis conferre, Sacerdotes & Clericos delinquentes ad eorũ libitum punire, Decimas omnium rerum, & ad quarum solutionem de iure tenentur, ac Cathedralicũ, & alia quae legis Dioecesanae, & iurisdictionis sunt, & ad ipsos Episcopos dũtaxat pertinent, temere auferre, fraudare, vsurpare, seu vt praemissa fiant mandare, ac ipsa & fructus quoscunque ne à ciuitatibus, terris, & locis eorum extrahantur prohibere, feuda, possessiones, & praedia occupare, & indebite detinere, seu ad feuda & bona ipsarum ecclesiarum eis concedendum, ac beneficia ecclesiastica personis per eos nominatis conferendum, minis, & terroribus, ac alijs vijs indirectis inducere, & compellere, & alia quamplurima damna, iacturas, & iniurias, ecclesijs, & earum praelatis, ac clericis praefatis inferri, non modo permittere, sed etiam expresse mandare praesumant. Attendentes igitur quod laicis in clericos & personas ecclesiasticas, ac bona ecclesiastica, nõ est attributa facultas, atq; aequum & iustum esse, vt in eos iura insurgant, qui illa offendere praesumunt; Necnon considerãtes quãtum ea his tam nostro & Apostolicae sedis honori, quã personarum ecclesiasticarum quieto & prospero statui, nõ sine damnanda pernicie derogetur; Ac cupientes, eos quos ad obseruantiã iurium, virtutum praemia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione poenarũ, quam adijciendarum de nouo, formidine, à temerarijs ausibus refrenare, Omnes & singulas constitutiones, quae super Decimarum solutione, & contra violatores, & raptores Ecclesiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S. R. E. Card. quam venerabiles fratres nostros

De Ordinariorũ Iurisdict. contra exemptos.

De Protonotariorũ habitu & exemptione.

De eorũ praecedentia vide sup. fol. 75. Pij 2. constit.

Familiariũ Cardinal. exemptiones.

Exemp. absq; rationabili cã non concedantur.

Causae spectantes ad forũ Eccl. cognoscãtur in prima instantia corã ordinarijs nisi in casibus hic expressis.

Iudices non Doctores Assessores assumant partibus petentibus.

De principibus secularib. & alijs libertatem Eccl. impedientibus. De hoc vide sup. fol. 62. Mar. V. const. 5. & habes etiã inf. const. 16. Superne.

ftros Episcopos,& alias personas ecclesiasticas,seculares, & regulares capientes,detinentes, & eorum iurisdictionem & iura quomodolibet indebite occupantes,aut eos in eorum iurisdictionis exercitio perturbantes,seu molestantes, eos quoque ad conferendum beneficia ecclesiastica personis per eos nominatim, aut alias de illis pro eorum libito voluntatis disponendum, & feuda ac bona ecclesiastica in emphitheosim concedendum, aut alias vendendum,temere compellentes,Necnon statuta contra libertatem Ecclesiasticam facientes,& ad præmissa auxilium,consilium,vel fauorem præstantes,hactenus emanarunt,innouamus.Et cum ea nedū iuri contraria,sed etiam ecclesiasticæ libertati opprobriosa sint quam plurimum & aduersa,vt de officio nobis credito dignā Deo possimus reddere rōnem,affectibus & monitis paternis,Imperatorē,Reges,Principes,Duces,Marchiones,Comites,Barones,& quoscunq; alios alterius cuiuscūque nobilitatis,præeminētiæ,potentiæ,seu potestatis, excellentiæ,vel dignitatis existentes,attente hortamur in Domino,eisdem in virtute sanctæ obedientiæ mandātes,vt ipsi constitutiones prædictas obseruent,& faciant a suis etiam subiectis inuiolabiliter obseruari,quacunque consuetudine contraria non obstante,si diuinam offensam,& sedis apostolicæ debitam vitare voluerint vltionem; Ac collationes de dictis beneficijs sic factas,nullas & irritas nihilominus esse decernimus,ac illis vtētes, reddantur inhabiles ad alia beneficia ecclesiastica obtinenda, donec cum eis super hoc per sedem prædictā fuerit dispensatum. Mature quoque considerantes, quod post CHRISTI ad cælos ascensionem, Apostoli per singulas vrbes & & diœceses,Episcopos distribuerunt, sicut Sancta Ro. Ecclesia per orbem constituit eosdē Episcopos,in partem sollicitudinis vocando,onera gradatim distribuēdo per Patriarchas,Primates, Archiepiscopos,& Episcopos,ac sacris etiam canonibus fuerit diffinitum,per eos pro motum correctione, & controuersiarū decisione, & determinatione,ac mandatorum Domini obseruatione, fieri debere Concilium prouinciale, ac Synodum Episcopalem,vt deprauata corrigerentur,& illa facere negligentes,canonicis pœnis subiacerent, Cum conueniat nos circa ea quæ rempublicam Christianam concernunt,esse intentos,desiderantes canones ipsos firmiter obseruari,eisdem Patriarchis,Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis districte iniungimus, vt de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem,canones,Concilia, & Synodos huiusmodi fieri mādantes,quocunque priuilegio non obstan.inuiolabiliter obseruent,præterquam quo ad Concilium prouinciale, quod de cætero singulis triennijs fieri mandamus, ad illaque etiam exemptos accedere debere decernimus,priuilegio,ac consuetudine quacunque contraria non obstan.Circa hoc autem negligentes,pœnas in eisdem Canonibus contentas se nouerint incursuros. Et cum constitutione in Concilio Viennen.edita,quæ incipit,In pleris que,vt Pont.dignitatis honor seruaretur,statutum fuerit,ne Ecclesijs Cathedralibus (sine quibus spiritualia diu esse non possunt) priuatis,ac clero,& populo Christiano carentibus,de aliquibus personis præsertim religiosis prouiderentur,Constitutionem ipsam innouamus,illamque inuiolabiliter obseruari debere volumus,atque mandamus,nisi aliqua iusta causa in Consistorio nostro secreto approbanda,alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmissa,vel aliquod præmissorum contigerit attentari,irritum decernimus,& inane, contraria quacunque constitutione,vel priuilegio nō obstan. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrorū statuti,prohibitionis,præcepti, constitutionis,ordinationis,hortationis,iniunctionis,innouationis, voluntatis, mandati,& decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire.Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat.Romæ in publica Sessione in Lateran.sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ,millesimo quingentesimo decimoquinto,quarto nonas Maij,Pontificatus nostri anno tertio.

De offendentib. Cardinales habes infra Pij V. cōst. 93. in Felicis vbi notabo.

Innouatio quarumcunque constitutionum æditarum contra immunitatem libertatem Ecclesiasticā.

Concilium prouinciale quolibet triennio celebretur.

Innouatio const. Cōcilij Viennē.

Decretū irritās.

IX.

Montes Pietatis licitos esse, & contrarium prædicantes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurrere declarat.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam,Sacro approbante Concilio.

INTER multiplices nostræ sollicitudinis curas, illam in primis suscipere pro nostro pastorali officio debemus,vt quæ salubria,& laudabilia, ac Catholicæ fidei consona, & bonis moribus conformia, nostro tempore non solum enucleentur,verum etiam ad posteros propagentur,& quæ materiam scandali præbere possent,penitus succidantur,& radicitus extirpentur,nec pullulare vsquam sinantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabbaoth duntaxat conseri permittendo, quibus fidelium mentes pasci spiritualiter possint,eradicatis zizanijs, & oleastri sterilitate succisa. Sane cum olim inter nonnullos dilectos filios Sacræ Theologiæ Magistros,ac Iuris vtriusque Doctores, controuersiam quandam non sine populorum scandalo & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam esse comperierimus, circa pauperum releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis,qui Montes pietatis vulgo appellantur,quique in multis Italiæ Ciuitatibus,ad subueniendum per huiusmodi mutuum pauperum inopiæ,ne vsurarum voragine deglutiantur,a Ciuitatum magistratibus,& alijs Christifidelibus sunt instituti,atque a sanctis viris diuini verbi præconibus, & laudati,& persuasi,ac a nonnullis, etiam Summis Pontificibus prædecessoribus nostris probati & confirmati sunt, ne præfati Montes a Christiano dogmate dissonantes,vel non,vtraque parte diuersimode sentiente, atque prædicante; Nonnullis enim magistris,& Doctoribus dicentibus,eos Montes non esse licitos,in quibus aliquid vltra sortem pro libra, decurso certo tempore, per ministros huius Montis, ab ipsis pauperibus quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab vsurarum crimine iniustitiaue, seu ab aliqua certi specie mali, mundos non euadere; cum Dominus noster, Luca Euangelista attestante, aperto nos præcepto obstrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam vltra sortem sperare debeamus.Ea enim propria est vsurarum interpretatio, quando videlicet ex vsu rei quæ non germinat,nullo labore,nullo sumptu, nullo ue periculo, lucrum fœtusque conquiri studetur. Addebant etiam ijdem Magistri & Doctores in ijs Montibus, neque commutatiuæ, neque distributiuæ iustitiæ fieri satis,cum tamen iustitiæ terminos contractus huiusmodi excedere non debeant,si debeant approbari. Idque præterea probare nitebantur,quia impensæ pro huiusmodi Montium conseruatione, a pluribus (vt aiunt) debitæ,a solis pauperibus quibus mutuum datur,extorqueantur, pluraq; interdum vltra necessarias & moderatas impensas,non absque specie mali,ac incentiuo delinquendi, quibusdam alijs personis (vt inferre videntur) exhibeantur. Alijs vero pluribus magistris, & Doctoribus contra asserentibus, & in multis Italiæ

Causæ istius motæ.

Montes istos illicitos nōnulli dicebant ex duab. rationibus.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Montes istos illicitos esse asserebant ob rationes hic allegatas.

Gymnasijs,verbo & scripto conclamantibus,pro tanto bono, tanquam Reipublicæ pernecessario, modo ratione mutui nihil petatur neque speretur,pro indemnitate tamen eorundem montium,impensarum videlicet ministrorum eorundem ac rerum omnium ad illorum necessariam conseruationem pertinentium, absque montium huiusmodi lucro, idque moderatum & necessarium ab ijs ex huiusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite vltra sortem exigi,& capi possit, non nihil licere; cum regula iuris habeat,Quod qui commodum sentit, onus quoque sentire debeat,præsertim si apostolica accedat auctoritas:Quam quidem sententiam a fel.rec.Paulo II. Sixto IIII. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Iulio II.Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris probaram, a sanctis quoque ac Deo deuotis & in magna,ob sanctitatis opinionem,existimatione habitis,Euangelicæ veritatis prædicatoribus prædicatam esse ostendunt. Nos super hoc (prout nobis est ex alto concessum) oportune prouidere volentes,Alterius quidem partis iustitiæ zelum,ne vorago aperiretur vsurarum, Alterius pietatis & veritatis amorem,vt pauperibus subueniretur,vtriusque vero partis studium commendantes; cum hæc ad pacẽ, & tranquillitatem totius Reipublicæ Christianæ spectare videantur, sacro approbante Concilio, declaramus,

Pontifex ideo declarat Mõtes esse licitos, si nihil vltra necessarias impensas recipiatur.

& diffinimus,Mõtes pietatis antedictos per Respublicas institutos,& auctoritate sedis apostolicæ hactenus probatos & confirmatos,in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas,& aliarum rerum ad illorum conseruationem (vt præfertur) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat,vltra sortem,absque lucro eorundem montium,recipitur,neque speciem mali præferre, nec peccandi incentiuum præstare,neque vllo pacto improbari,quinimo meritorium esse, ac laudari & probari debere, tale mutuum minime vsurarium putari,licereque illorum pietatem,& misericordiam populis prædicare,etiam cum indulgentijs a sancta sede Apostolica eam ob causam concessis: Ac deinceps alios etiam similes Montes, cum Apostolicæ sedis approbatione erigi posse.Multo tamen perfectius,multoque sanctius fore,si omnino tales mõtes gratuiti constituerentur,hoc est,si illos erigentes,aliquos census assignarent,quibus si non omni, saltem vel media ex parte,huiusmodi montium ministrorum soluentur impensæ, vt ad leuiorem æris soluendi portionem, medio hoc,pauperes grauari contingat,ad quos cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos,Christifideles maioribus indulgentijs inuitandas esse decernimus.

Contrarium prædicantes vel disputantes excommunicationis pœnã incurrunt.

Omnes autem religiosos & ecclesiasticas ac sæculares personas,qui contra præsentis declarationis & sanctionis formam,de cætero prædicare,seu disputare,verbo vel scriptis ausi fuerint,excommunicationis latæ sententiæ pœnam, priuilegio quocunque non obstante, incurrere volumus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis,cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausulę derogatorię.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis,diffinitionis,decreti,& excommunicationis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica Sessione,in Lateranen.sacrosancta Basilica solemniter celebrata,anno incarnationis Dominicæ,millesimo quingentesimo quinto decimo,quarto Non. Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

X.

Prohibitio imprimendi libros absque approbatione Vicarij & Magistri Sacri Palatij Apostolici in Vrbe; Ac Episcoporum & Inquisitorum hæreticæ prauitatis in alijs ciuitatibus.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam,Sacro approbante Concilio.

INTER sollicitudines nostris humeris incumbentes,perpeti cura reuoluimus,vt errantes, in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est quod profecto desideranter exquirimus,ad id nostræ mẽtis sedulo destinamus affectum,ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane licet litterarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros,temporibus potissimũ nostris,diuino fauente numine,inuẽta seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda,cum parua impensa,copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad litterarum studia percommode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præsertim autem catholici,quibus sanctam Ro.Ecclesiam abundare affectamus,facile euadere possunt,qui etiam infideles sciant,& valeant sacris institutis instruere,fideliumque collegio,per doctrinam Christianæ fidei salubriter aggregare: Quia tamen multorum querela nostrum,& sedis apostolicæ pulsauit auditum, quod nonnulli huius artis imprimendi magistri,in diuersis mundi partibus,libros,tam Græcæ,Hebraicæ,Arabicæ, & Caldææ linguarum in latinum translatos,quam alios,latino,ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide, ac perniciosa dogmata etiam religioni Christianæ contraria,ac contra famam personarum,etiam dignitate fulgentium continentes,imprimere,ac publice vendere præsumunt, ex quorum lectura non solum legentes non ædificantur, sed in maximos potius tam in fide,quàm in vita,& moribus prolabuntur errores, vnde varia sæpe scandala (prout experientia rerũ magistra docuit) exorta fuerunt, & maiora in dies exoriri formidantur.

Causę istius cõst.

Nos itaque ne id quod ad Dei gloriam,& fidei augmentum,ac bonorum artium propagationem,salubriter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christifidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus.ne de cætero cum bonis seminibus spinæ coalescant,vel medicinis venena intermisceantur:Volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere,hoc sacro approbante Concilio, vt negotium impressionis librorũ huiusmodi,eo prosperetur felicius,quo deinceps indago solertior diligentius & cautius adhibetur:Statuimus & ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris temporibus,nullus librum aliquem,seu aliam quamcunque scripturam,tam in Vrbe nostra, quàm alijs quibusuis ciuitatibus & diœcesibus, imprimere seu imprimi facere præsumat,nisi prius in Vrbe per Vicarium nostrum,& sacri Palatij Magistrum,in alijs vero ciuitatibus,& diœcesibus, per Episcopum vel alium habentem peritiam scientiæ,libri,seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem Episcopo ad id deputandum,ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis siue diœcesis, in quibus librorũ impressio huiusmodi fieret,diligenter examinentur,& per eorum manus propriæ subscriptionem, sub excommunicationis sententia,gratis & sine dilatione imponendam,approbentur.

Libri non imprimãtur nisi prius per superiores illos examinatis & cõcessa licẽtia.

Qui autem secus præsumpserit,vltra librorum impressorum amissionem,& illorum publicam combustionem,ac centum ducatorum fabricæ basilicæ principis

Pœnæ contrauenientium.

cipis apostolorum de Vrbe,sine spe remissionis,solutionem,ac anni continui exercitij impressionis suspensione, excommunicationis sententia innodatus existat,ac demum ingrauescente contumacia, taliter per Episcopum suum,vel Vicarium nostrum respectiue,per omnia iuris remedia castigetur, quod alij eius exemplo similia minime attentare praesumant. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrorum statutis & ordinatio nis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romae in publica Sessione,in Lateranen.sacrosancta basilica sollenniter celebrata, Anno incarnationis Dominicae, Millesimo quingentesimo quintodecimo,quarto Nonas Maij, Pontificatus Nostri Anno tertio.

X I.

De generali Clericorum & Laicorum ac Romanae Curiae reformatione.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,Sacro approbante Concilio. SVPERNAE dispositionis arbitrio, quo caelestia pariter, & terrena ineffabili prouidentia disponuntur,in sublimi beati Petri solio CHRISTI vnigeniti Dei filij gerentem vices in terris Rom. Pontificis decet in primis pro cura, & salute Dominici gregis sibi diuinitus commissi prouidi exercere pastoris officium. Quare pro dicti pastoralis officij sollicitudine cum Ecclesiasticam disciplinam, ac per omnes Christifidelium gradus bene, recteque viuendi regulam temporum difficultate, ac hominum malitia,licentiaque,& impunitate in deterius ita labi,diffluere,aberrareque longius a recta via animaduertimus,vt nisi prouida corrigatur emendatione, in varios errores securitate peccandi quotidie magis incidere, moxque obortis publice scandalis prorumpere sit verendum. Cupientes igitur quatenus nobis ex alto permittitur, ea iam nimium inualescentia mala corrigere, ac pleraque in pristinam sacrorum canonum obseruantiam reducere,ac in melius iuxta sanctorum patrum instituta,dante Domino,reformare,eaque omnia sacro approbante Lateran.Concilio,a fel.rec.Iulio Papa Secundo praedecessore nostro, inter alia propterea incepto, & per nos continuato salubriter moderari, vt ab his sumamus exordium quae pro nunc magis expedire videntur,& quae saepe per singulas aetates neglecta magnam Christianae religioni attulere perniciem, & in Ecclesia Dei maxima scandala pepererunt,a promotionibus scilicet ad ecclesiasticas dignitates constituimus exordiri. Cum piae me. Alexander Papa III.praedecessor noster etiam in Lateranen.Concilio decreuerit, vt aetas,morum grauitas,ac litterarum scientiam in personis promouendis in Episcopos,& Abbates diligenter inquirantur,nihilque magis Dei Ecclesiae officiat, quam cum immeriti assumuntur praelati ad regimen ecclesiarum, propterea in promotionibus praelatorum,quarum a Ro. Pont. magna ratio haberi debet, eo praesertim quod de promotis per eos ad Ecclesias,seu Monasteria in extremo iudicio rationem Deo reddituri sunt:Statuimus,& ordinamus,vt deinceps perpetuis futuris temporibus,Patriarchalibus,Metropolitan.ac Cathedralibus Ecclesijs,&Monasterijs pro tempore vacan.de personis iuxta praefati Alexandri constitutionem aetate matura, grauitate morum, litterarumque scientia praeditis,non ad alicuius instantiam per commendam, & administrationem, seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur,nisi ratione vtilitatis ecclesiarum prudentiae,nobilitatis,probitatis,experientiae, atque curialitatis antiquae cum competenti litteratura,& in sede apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum.Idemque in electis,& postulatis,quorum electiones, & postulationes per sedem apostolicam admitti consueuerunt, volumus obseruari. Et si de minoribus aetate xxx.annorum Ecclesijs,aut Monasterijs huiusmodi contigerit prouideri,non dispensetur cum eisdem,vt Ecclesijs citra xxvij.aetatis annum, Monasterijs vero citra xxij. praeesse valeant. Quinimmo vt accuratius,diligentiusque idoneae personae promoueantur, Statuimus vt Cardinalis,cui electionis,postulationis,aut prouisionis Ecclesiae,seu Monasterij relatio committetur,antequam in sacro Consistorio (vt moris est) referat commissionem examinis,ac relationis huiusmodi sibi datam, vni cuiusli bet ordinis antiquiori Cardinali in ipso Consistorio per seipsum,vel si ea die quà sibi commissionis onus iniunctum fuerit,Consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam facere debeat,qui tres priores alijs quam primum sui ordinis Card.eam significare teneantur,negotiumq; electionis,administrationis,postulationisue,aut promotionis,summarie, & de plano per seipsum dictus relator examinet:& si qui contra dixerint,his vocatis,idoneos,graues,& fidedignos testes,& si expediens,opus que fuerit,alios ex officio assumere,processumque,& iura eiusmodi,vna cum dictis testium, die faciendae relationis secum ad consistorium deferre debeat,neque vllo modo referat, si praesens in curia promouendus maiorem Card.partem antea non adiuerit,vt quae a referente collega sint Cardinales audituri,occulta fide, quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Promotus vero eosdem Cardinales qui praesentes in curia fuerint,ex antiquo more,consuetudineque laudabili quamprimum visitare teneatur,quem quidem morem, laudabilemque consuetudinem innouamus, ac inuiolabiliter obseruari mandamus. Et quoniam Episcopalem dignitatem tueri illaesam,& ne improborum impugnationibus,aut accusantium calumnijs passim pateat, muniri par est,Statuimus vt nullus Episcopus,aut Abbas quouis instante,ac requirente (nisi sibi copia,& facultas legitimae defensionis permittatur) etiam si crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis causa plenarie probata fuerit,priuari valeat. Neque aliquis praelatus inuitus,nisi alijs iustis efficacibusque rationibus, & causis,transferatur,iuxta formam,ac decretum Concilij Constatien. Et quoniam ex commendis Monasteriorum (vt magistra rerum experientia saepius docuit) Monasteria ipsa,tam in spiritualibus, quam in temporalibus grauiter laeduntur,quippe quorum aedificia,partim commendatariorum negligentia,partim auaritia, vel incuria collabuntur, & in dies diuinus cultus in eis magis diminuitur, passimque obloquendi materia personis praesertim saecularibus praebetur,non absque dignitatis apostolicae sedis diminutione,a qua commendae huiusmodi proficiscuntur,vt eorum indemnitati salubrius consulatur:Volumus,ac sancimus,vt cum illa per obitum Abbatum,qui illis praeerant,vacauerint,nullo pacto cuiquam possint commendari, nisi pro cõseruatione auctoritatis Apostolicae sedis,& ad occurendum malitijs illam impugnantium, pro temporum qualitate aliter nobis de fratrum nostrorum consilio visum fuerit expedire. Sed de persona idonea iuxta praescriptam constitutionem eis ita prouideatur,vt illis idonei Abbates (prout decet) praefuturi sint. Ea vero Monasteria quae commendata fuerint,cũ per eorum cessum vel decessum, quibus erant commendata, Commendae huiusmodi cessauerint, Cardinalibus dunta-

Causa illius edit.

De praelatorũ promotione ad Ecclesias & beneficia.

De aetate promouendorum.

De Examine superstatum.

Promotus visitet Cardinales.

De' perpetuo vero Episcopo vel Abbate.

De Commendis Monasteriorum.

duntaxat,ac personis qualificatis,& benemeritis commendari posint, ita tamen quod eorum Monasteriorum commendatarij,quibus ea de cætero commendata fuerint,cuiusuis dignitatis,honoris,& præeminentiæ existā̃s, etiam si Cardinalatus honore,& dignitate fungantur,si mensam habuerint separatam,ac seorsum a mensa conuentuali,quartam suæ mensæ partem pro instauratione fabricæ,seu pro ornamentis,vestibus,ac paramẽtis emẽdis,farciendisque, aut pauperum alimonia, aut sustentatione,vt maior exiget, ac suadebit necessitas. Si vero mensa fuerit communis, tertiam omnium fructuum dicti Monasterij sibi cõmendati partem pro supradictis oneribus supportandis,& substentation.monachorum,omnibus alijs deductis oneribus,impartiri teneantur. Ac literæ quæ super Monasteriorum huiusmodi commendis expedientur, cum clausula hoc ipsum specifice exprimẽte debeant expediri,alioquin si aliter expedientur,nullius sint roboris, vel momenti. Et quoniam Ecclesijs huiusmodi absque aliqua fructuum diminutione prouideri decet,vt tam dignitati præsidentium, quam Ecclesiarū

De reseruationibus pensionum.

& ædificiorum necessitati consulatur,Decernimus pariter, ac statuimus, vt super earundem Ecclesiarum fructibus pensiones minime reseruentur,nisi ex resignationis causa,aut etiam alia quæ in secreto nostro Consistorio iusta,probabilis,& honesta habita fuerit. Statuimus quoque vt de cætero parochiales Ecclesiæ, ac dignitates maiores & principales,aliaque beneficia ecclesiastica,quorum fructus, redditus, & prouentus ducentorum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non constituunt vel attingunt,necnon hospitalia,leprosariæ,Xenodochia cuiuscunque valoris,quæ ad pauperum vsum,& alimoniam instituta sunt,S.R.E.Card.non cõmendentur,aut alio quouis titulo cõferantur, nisi per obitum familiariū nostrorum vacauerint,quæ illis commendari posint,vt illa ad illarum personarum sibi gratarum,& idonearum commodum infra sex menses dimittere teneantur,quibus etiam,quo ad beneficia ad quæ haberent regressum,præiudicare non intendimus.

De vnionib. perpetuis.

Ordinamus etiam ne ecclesiarum,ac quorumcunque monasteriorum, & militiarum mẽbra a suo capite,quod est absurdum,absque legittima,& rationabili causa disiungantur,aut separentur, Vniones perpetuæ præterquam in casibus a iure permissia vel sine rationabili causa nequaquam fiant. Dispensationes autem ad plura incompasibilia vltra duo nisi qualificatis iuxta formam iuris communis non concedantur, nisi ex magna & vrgenti causa.

De plurali beneficiorum.

Et personis cuiuscunque dignitatis parochiales Ecclesias, & earum perpetuas vicarias,ac dignitates maiores,& principales,etiam per viam vnionis, vel commendæ ad vitam vltra quatuor obtinen.ex nunc terminum duorum annorum præfigimus, vt interim, quatuor tantum ex eis retentis, reliquas dimittere teneantur, & beneficia dimittenda huiusmodi resignari valeant in manibus Ordinariorum, ad effectū vt de illis prouideatur personis per eos nominandis,quatunque reseruatione etiam generali,etiam ex qualitatibus resignantium personarum resultante non obstante:quo elapso termino nisi dimiserint, omnia vacare censeantur,ac posint libere vt vacantia impetrari, talesque præterea retinentes pœnas extrauagantis Execrabilis recolendæ memoriæ Ioannis Papæ xxij.etiam prædecessoris nostri incurrant.

De reseruationibus beneficiorū.

Item statuimus vt speciales reseruationes quorumcunque beneficiorum ad cuiuslis instantiam minime concedantur. Et cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card.cæteros omnes in ipsa Ecclesia post Summum Pontificem honore ac dignitate præcedant,conueniens ac debitum est,vt vitæ munditia,ac virtutum splendore cunctis præfulgeant.Quapropter non modo hortamur eos ac monemus,verum etiam statuimus, & ordinamus vt de cætero quilibet Cardinalium pro tempore existens,iuxta doctrinam Apostoli,ita sobrie,caste,ac pie viuat, vt non solum a malo, sed ab omni etiam specie mali abstinens,coram hominibus luceat,Deumque in primis,operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac diuinis officijs,missarumque celebrationibus intenti,habeantque capellas suas in loco honesto prout facere consueuerunt,Sitque eorum domus,familia, mensa, supellexque non fastu,aut pompa, neque superfluis rebus, neque aliquo modo reprehensibilis,ne peccandi,excedendique modum licentia inde nascatur,sed vt æquum est,modestiæ & frugalitatis speculum dici mereantur.

De Vita & officio Cardinaliū.

Illis itaque sint cõtenti,quæ sacerdotalem præ se ferant modestiā, ac prælatos & quoscunque alios insignes viros ad Rom. Curiam venien.benigne, honorificeque, tam publice, quam priuatim tractent,& apud nos & successores nostros gratiose, liberaliterque eorum negocia commendata suscipiant.

De Materia Cardinalium post Iul. in pij V. constit. 93. infelicis.

Præterea ministerium indecorum Episcoporum,Prælatorumque in domibus non habeant,ne cæteris præesse instituti,& sacro caractere insigniti,in vilia descendant ministeria, pasimque pastoralis officij contemptum inducant. Eos itaque quos vel nunc habent,vel in posterum sunt habituri,honorifice,vt fratres,ac iuxta eorum status condecentiam,tractent. Cumque Rom. Pontifici cõmuni omniū Christifideliū patri asistant, personarum acceptatores,vel aduocatos eos fieri,valde inconueniens est. Propterea statuimus ne partialitatẽ suscipiant aliquam,neque principum, aut communitatum, vel quorumcunque aliorum contra quemquam nisi quantum iustitia,& equitas postulat,eorumque dignitas,& conditio requirit, promotores aut defensores fiant, sed a priuata omni pasione seiuncti, sedandis & componendis inter quoscunque litibus, omni diligentia vacent,incumbantque; principum,& quorumcunque aliorum ac præsertim pauperum, & religiosorum iusta negocia pio promoueant affectu,oppressos & iniuste grauatos iuxta vires suas,& officij debitum adiuuent. Tituli sui loca,si præsentes in curia fuerint,personaliter;Si vero absentes,per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent,clericos & populos Ecclesiarum titulo suo subiectarum cum diligentia inquirant, vigilentque circa cultum diuinum & bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis & vitam clericorum & parochianorum solerter explorent,eosque omnes & singulos ad recte,honesteque viuendum paterno moneant affectu. Pro augumento autem diuini cultus,& salute animæ suæ, quilibet Cardinalis,vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat suo titulo,quantum sit satis ad presbyterum vnum commode ibi substentandum, vel si Ecclesia indigeat reparatione,vel alia subuentione,tantum illi relinquat,vel donet,quantum conscientiæ suæ videbitur. Et cum minime deceat, affines, & consanguineos præsertim benemeritos, & ope indigentes negligere, sed illis prouidere iustum & laudabile sit,non propterea tamen vel beneficiorum multitudine, vel Ecclesiasticis redditibus ita eos impleri conuenire arbitramur, vt cæteri damnum ex huiusmodi largitionis intemperantia patiantur,& inde scandalū nascatur. Statuimus itaque vt Ecclesiarū bona temere non effundant,Sed ea in pijs & sanctis operibus exponant,quorum causa magni, & opimi reditus per sanctos patres statuti, & ordinati fuerunt. Volumus etiam vt Ecclesijs eisdem Cardinalibus commendatis, etiam si cathedrales, Abbatialesue, aut Prioratus,vel quæcunque alia beneficia Ecclesiastica fuerint, absque omni prorsus excusatione procurent, ac omni conatu suo prouideant debite inseruiri Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios, seu suffraganeos, prout consuetudo fuerit, cum digna & competenti mercede apponentes, reliquis autem sibi commendatis Ecclesijs aut Monasterijs de iusto Clericorum, vel Capellanorum, seu religiosorum, aut monachorum Deo sufficienter,

& lau-

& laudabilitèr seruientium numero prouidentes; ædificia quoque, possessiones, & iura quæcunque in statu cõuenienti conseruent, & diruta instaurent, sicut ad bonorum prælatorum, & commendatariorũ officium spectat. Statuimus etiam, vt dicti Cardinales circa numerum familiarium, equorumque suis impensis alendorum magna vtantur circumspectione, ac diligenti prouidentia ne maiorem numerum quam sua facultas conditione, ac dignitas patiatur habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari possint, neue rursus auari, sordidique habeantur, si in magnis, & amplis reditibus, paucissimis victum præbeant, Cum domus Card. patens hospitium, portusue ac refugium proborum, & doctorum maxime virorum & pauperum nobilium, honestarumque personarum esse debeat. Sint igitur circa modum, & numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate in primis curiosi, ne ea alienis vitijs turpem sibi contrahant infamiæ notam, vulgoque obloquendi, calumniandique iustas præbeant occasiones. Et cum maxime prouidendum sit vt non solum coram Deo cui primum placere debemus, sed etiam coram hominibus opera nostra probeotur, vt cæteris exemplo ad imitandum possimus esse, ordinamus vt quilibet Car. se domus ac familiæ suæ optimum rectorem, præfectumque ostendat esse, tam circa ea quæ extrinseca omnibus apparent, quam quæ intus latent abscondita. Habeat itaque eorum quisque Sacerdotes, & Leuitas honestis vestimentis indutos, attenteque prouideat ne quis in familia sua quoquomodo beneficiatus & in sacris ordinibus constitutus, vestes portet versicolores, nec eo habitu vtatur qui ordini Ecclesiastico parum cõueniat. Quare in presbyteratus ordine constituti, vestes colorum quæ clericis a iure non prohibeantur deferre debeãt, vsque ad talos saltem demissas, & habentes dignitates in cathedralibus, & canonici etiam dictarum Cathedralium, ac primam dignitatem in collegiatis habentes, & Cardinalium Capellani missas celebrantes, caputium deferre in publico teneantur. Scutiferis vero Paulo supra talos concedantur. Parafrenarij quia in assiduo sunt motu, ministerioque fungũtur laboriosiore, breuioribus, ac magis expeditis vestibus vti possint, etiam si fuerint clerici, dummodo in presbyteratus ordine non sint constituti. Ita tamen vt ab honestate non discedant, sed ita viuant vt mores Ecclesiasticis suis ordinibus non discrepent. Reliqui vero clerici temperate, ac modeste omnia faciant, & tam ipsi clerici beneficiati quam in sacris ordinibus constituti, comam neque barbam nõ nutriãt, neque mulas aut equos cum faleris, ornamentisque ex velluto, aut serico factis habeant, Sed eiusmodi rebus ex panno tantum, aut corio simpliciter vtantur. Si quis autem familiarium prædictorum contrafecerit, aut post tres menses legitima monitione præcedente, a præsentium publicatione, huiusmodi vestes prohibitas gestauerit, in excommunicationem incurrat. Si vero infra tres alios menses noo se correxerit, a perceptione fructuum ex beneficijs quæ obtinet, suspensus intelligatur. Quod si per alios sex menses in huiusmodi pertinacia obstinatus permanserit, legitima similiter monitiune præcedente, beneficijs omnibus, quæcunque habet, priuatus sit, & esse censeatur, eaque sic vacantia, a sede Apostolica libere impetrari valeant. Quæ omnia & singula in nostris, & cuiuscunque Rom. Pont. pro tempore existentis familiaribus, & similiter in omnibus alijs clericis beneficiatis, vel in sacris ordinibus constitutis, ac etiam curialibus locum habere volumus. Hoc vno tãtum excepto, quod dicti nostri, & Rom. Pont. familiares, rubri coloris vestimenta gestare possint, pro decentia, & consuetudine dignitatis Pontificalis. Et quoniam ad Cardinales maxime spectat, operum optimorum cura, pro viribus laborabunt scire quæ regiones hæresibus, erroribusque, ac superstitionibus contra veram & orthodoxam fidem infectæ sint, & vbi diuinorum mandatorum Ecclesiastica deficiat disciplina, quique Reges, ac Principes, seu populi bellis infestentur, vel infestari timeant. Hæc & huiusmodi scire, ac nobis, & Rom. Pont. pro tempore existenti referre operam dabunt, vt opportuna & salutaria talibus malis ac pestibus remedia, vigilanti studio excogitari valeant. Et cum frequenti ac prope quotidiana experientia notum sit, prouincijs, ac ciuitatibus, propter suorum legatorum de latere absentiam multa sæpius contingere mala, variaque, nnn sine Apostolicæ sedis præiudicio, scandala oriri: Statuimus & ordinamus, vt nullis Cardinalibus Prouincias ac Ciuitates legationis titulo obtinen. eas per Locumteuentes, aut officiales quoscunque administrare liceat, sed personaliter ipsi pro maiori parte temporis adesse, atque eas omni vigilantia regero & Gubernare teneantur. Et qui nunc titulum legationis obtinent, aut pro tempore obtinebunt, si in Italia, intra tres menses; si extra Italiam, quinque, a die præsentis publicationis ad suas Prouincias ire, ac maiorem temporis partem ibi residere teneantur, nisi de nostro & successorum nostrorũ mandato pro aliquibus grauioribus negotijs in Ro. Cu. retineantur, vel ad alia loca, prout necessitas postulat, mittantur, & tunc in dictis Prouincijs ac Ciuitatibus Vicelegatos, Auditores, & Locumtenen. cæterosque consuetos officiales cum debitis prouisionibus, ac salarijs habeant. Qui præmissa omnia & singula non seruauerit, emolumentis quibuscunque legatioois careat. Quæ quidem propter hoc antiquitus ordinata, & instituta fuerunt, vt opportuna legatorum præsentia populis esset salutaris, non vt ipsi laborum, & curarũ penitus expertes, lucro tantum, suæq; legationis titulo, inhiarent. Et cum Card. officium in primis versetur in frequenti Rom. Pont. assistentia, & sedis Apostolicæ negotijs, propterea statuimus, vt omnes Card. in Rom. Curia resideãt, & qui sunt absentes, si in Italia, intra sex menses; si extra Italiam, infra annum, a die publicationis præsentis constitutionis reuertantur, Alioquin fructus beneficiorum; & omnium officiorum suorum emolumenta amittant, omnibusque priuilegijs generaliter & specialiter Card. concessis, quamdiu abfuerint, omnino careãt; exceptis tamen illis quos ratione officij ab Apostolica sede iniuncti, vel de Rom. Pont. mandato, aut licentia, vel iusto metu, aut quauis alia legitima causa impediente, vel ægrotationis, abesse contingat; priuilegijs, indultis, & immunitatibus eisdem Cardinalibus concessis, & in bulla nostra sub data coronationis nostræ contentis, & expressis in suo robore nihilominus permanentibus. Statuimus insuper, vt expensæ funebres Card. computatis omnibus 150. Floren. summam excedere non debeant, nisi executorum prouidentia iustis allegatis causis, ac rationibus plus exponendum esse duxerit. Exequiæ, & castrum doloris, prima, & nona die fiant; infra octauam vero, missæ de more celebrentur. Pro reuerentia autem sedis Apostolicæ, vtilitateque & honore communi possunt, Et ipsorum Cardinalium, & vt scandalorum quæ nasci possent, occasio tollatur, maiorque in sacro Senatu libertas votorum fiat, liceatque (vt par est) Cardinali cuique, secundum Deum, & conscientiam suam, libere & impune quodcunque sentiat dicere: Statuimus, ne quis Cardinalis vota in Consistorio data, & quæcunque ibi gesta, aut dicta, quæ in odium, aut præiudicium, aut scandalum alicuius redundare possin, scripto, aut verbo, vel quouis alio modo reuelet, sub pœna periurij, & inobedientiæ, & quotiescunque a nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, specialiter, & expresse vltra præmissa inductum fuerit super aliqua re silentium, si quis contrafecerit, vltra dictas pœnas, excommunicationem latæ sententiæ incurrat, a qua non possit absolui nisi a nobis vel præfato Pontifice Romano, & cum expressione causæ, præterquam in mortis articulo.

De Familia Cardinalium.

De Familiarib. Ro. Pontificis.

De Card. officio

De Cardinalibus legatis deputatis.

De Cardinal. residentia in Rom. Curia.

De impensis in Phuneraub. Cardinal.

De exequijs Cardinalium.

De votis datis in Consistorio non reuelandis.

Bb Et cum

Et cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum,& a teneris assuefieri ad bonum,magni sit operis, & affectus:

De Magistrorum scholarium officio.

Statuimus & ordinamus,vt magistri scholarium, & præceptores, pueros suos, siue adolescentes, ne dum in grammatica,& rhetorica,ac cæteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea quæ ad religionem pertinent,vt sunt præcepta diuina,articuli fidei,sacri hymni,& psalmi,ac sanctorum vitæ,diebusque festiuis nihil aliud eos docere posint,quam in rebus ad religionem, & bonos mores pertinen.eosque in illis instruere,& hortari,& cogere inquantum possunt teneantur, vt nedum ad missas, sed etiam ad vesperas,diuinaque officia audienda,ad ecclesias accedant,& similiter ad prædicationes & sermones audiẽdos impellant,nihilque contra bonos mores,aut quod ad impietatem inducat,eis legere posint. Ad abolendã vero execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis, & sanctorum cõtemptum supra modum inualuit,

De Blasphemantium pœnis.

De quo vide inf. Iul. 3. const. 41. in multis,

Statuimus & ordinamus,vt quicunque Deo palam,seu publice maledixerit, contumeliosisque atque obscenis verbis Dominum Nostrum IESVM CHRISTVM, vel gloriosam virginem MARIAM eius genitricem expresse blasphemauerit,si munus publicum, iurisdictionemve gesserit, perdat emolumenta trium mẽsium pro prima & secunda vice dicti officij;si tertio deliquerit,illo eo ipso priuatus existat; si clericus vel sacerdos fuerit,eo ipso quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus,etiam beneficiorum quæcunque habuerit, fructibus applicandis vt infra,vnius anni mulctetur,& hoc sit pro prima vice,qua blasphemus ita deliquerit. Pro secunda vero si ita deliquerit,& conuictus,vt præfertur,fuerit, si vnicum habuerit beneficium eo priuetur; si autem plura,quod ordinarius maluerit,id amittere cogatur.Quod si tertio eius sceleris arguatur & conuincatur, dignitatibus ac beneficijs omnibus quæcunque habuerit,eo ipso priuatus existat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur,eaque libere impetrari,& conferri posint. Laicus vero blasphemans,si nobilis fuerit, pœna xxv.ducat.mulctetur, & pro secunda vice, l.fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe applican. & alijs vt infra deducitur. Pro tertia vero,nobilitatem perdat. Si vero ignobilis ac plebeius fuerit,in carcerem detrudatur; quod si vltra duas vices publice blasphemans deprehensus fuerit, mitra infami per integram diem ante fores Ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur; si vero pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres,vel ad triremes damnetur,ad iudicis deputati arbitrium,In foro autem cõscientiæ,nemo blasphemiæ reus,absque grauissima pænitentia,seueri confessoris arbitrio iniũcta,posit absolui.Qui vero reliquos sanctos blasphemauerit,arbitrio iudicis,rationem personarum habituri,mitius aliquanto puniri volumus.

De Iudicibus nõ punientibus blasphemantes.

Statuimus etiam,vt sæculares iudices,qui contra tales blasphemiæ conuictos, non animaduerterint,eosque iustis pœnis minime affecerint,quantum in eis fuerit,quasi eidem sceleri obnoxij,eisdem quoq; pœnis subijciantur. Qui vero in illis inquirendis,puniendisque diligentes & seueri fuerint,pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur,& tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant.Quicunque vero blasphemantem audierint,

Blasphemantes notificentur.

eum verbis acriter obiurgare teneantur,si citra periculum suum id fieri posse contingat, eundemq; deferre vel notificare apud iudicem Ecclesiasticum,seu secularem intra triduum debeant.Quod si plures dictum blasphemantem simul audiuerint,singuli eum accusare teneantur,nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio.Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur,& monemus in Domino, vt pro diuini nominis reuerentia & honore,in suis dominijs ac terris præmissa omnia seruari,& exactissime exequi mãdent,ac faciant,vberrimam ab ipso Deo tam boni ac pij operis mercedem habituri,similemque annorum decem indulgẽtiam,ab Apostolica sede consecuturi,cum tertia parte mulctæ qua dictus blasphemus plectetur, quotiẽs tale scelus puniendum curauerint;quam quidem indulgentiam,& reliquam tertiam mulctæ partem, accusatori blasphemi nomen deferenti,similiter cõcedi,& assignari volumus, alijs pœnis cõtra huiusmodi blasphemos per sacros canones expresis,nihilominus in suo robore manentibus.

De Clericis incõtinentibus de quibus vide inf. Pij V. const. 70. hortandum.

De Concubinarijs.

Vt Clerici præsertim caste,continenterque, iuxta canonum præcepta viuant,statuimus,vt contra facientes acriter secundum canones puniantur.Si qui vero tam laicus,quam clericus,de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidẽtiæ,conuictus fuerit, pœnis per sacros canones,aut ius ciuile respectiue impositis puniatur. Concubinarij autem,siue Laici siue Clerici fuerint,eorundem Canonum pœnis mulctentur,neque superiorum tolerantia,seu praua cõsuetudo,quæ potius corruptela dicenda est,a multitudine peccantium,aliaue quælibet excusatio,eis aliquo modo suffragetur,sed iuxta iuris censuram seuere puniantur.Ad bonum vero,& quietum regimen Ciuitatum,ac locorum omnium Romanæ Ecclesiæ subiectorum,constitutiones bonæ memoriæ Egidij Episcopi Sabinen.olim editas,innouamus,easque inuiolabiliter seruari præcipimus,& mandamus.

De Simoniacis de quibus habes inf. Pij V. const. 3. cum primum,

Et vt nefariæ Simoniæ labes ac pestis non solum a Ro. Curia,sed ex omni etiam Christiana ditione in perpetuum eijciatur,constitutiones per antecessores nostros,etiam in sacris Concilijs contra huiusmodi Simoniacos editas innouamus,easque inuiolabiliter seruari præcipimus,ac pœnas in eis contentas pro expresis & insertis haberi,& delinquentes etiam auctoritate nostra affici volumus.

De Clericis non dicentibus diuinum officium.

Statuimus quoque,& ordinamus,vt quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura,si post sex menses ab obtento beneficio,diuinum officium non dixerit legitimo impedimento cessante,beneficiorum suorum fructus suos nõ faciat pro rata omisionis recitationis officij,& temporis, sed eos tanquã iniuste perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si vero vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit,legitima monitione præcedente,beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur autem officium omittere,quo ad hoc vt beneficio priuari posit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen vltra præmissa de dicta omisione redditurí rationem. Quæ pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis totiens sit, quotiens contrafacere conuincatur. Et cum fructuũ Ecclesiarum cathedralium,& Metropolitan. Monasteriorumque, & aliorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio,& administratio,ad nos,& Rom.Pont.pro tempore existen.& illos etiam qui eiusmodi Ecclesias,Monasteria,& beneficia iure, & canonice obtinent, solum pertineant, sæcularesque Principes, omni etiam diuino iure id prohibente, dictis Ecclesijs, Monasterijs,ac beneficijs intromittere se nullatenus debeant,

De sæcularibus principibus & alijs occupantib. beneficiorũ fructus &c.

Statuimus & ordinamus, vt fructus, reditus, & prouentus Ecclesiarum, Monasteriorum, ac beneficiorum per sæculares vllos Principes,etiam si Imperator,Reges, Reginæve, seu Respublicæ, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, seu iudices etiam Ecclesiasticos vel quascunque alias personas publicas, vel priuatas,de eorundem Imperatoris,Regum,Reginarum,ac Principum, Rerumque publicarum, vel potentatuum mandato sequestrari,occupatiue,aut modo aliquo detineri, ipsique huiusmodi Ecclesias, Monasteria, ac beneficia obtinen.sub prætextu fabricæ,instaurationisque,sine Roman. Pont. pro tempore existentis expressa licentia,aut eleemosynarum,seu quouis alio colore,aut fuco,impediri non debeant, quominus de illis vt an-

tea libere, ac sine impedimento disponere valeant. Et si sequestrati fuerint, occupatiue, aut detenti, integre, li-
bereque, ac sine exceptione vel mora, prælatis ad quos de iure, legitimeque spectant, restituantur; de quibus, si
dissipati nusquam reperiri possint, eorum iusta æstimatione facta, dictus prælatis satisfieri volumus per eos qui
dictas sequestrationes, applicationes, dissipationesque fecerint, aut fieri mandauerint, sub pœna excommunica
tionis, aut interdicti Ecclesiastici talium Principum terris, & dominio, eo ipso incurrendis. Et vt eorum, ac eis-
dem subiectorum bona vbicunque reperta, si moniti parere noluerint, capi, & retineri possint; Ipsi vero con-
trafacientes, tam supradictis pœnis, quam priuationis feudorum, & priuilegiorum, quæ a nobis, & a Romana vel
alijs Ecclesijs nunc & pro tempore obtinuerint, & alijs contra violatores, & oppressores libertatis Ecclesiasti-
cæ, etiam per extrauagantes, & alias constitutiones, etiam incognitas, & forsan in vsu non existentes, impositis
quas, earum omnium tenores pro expressis & insertis habentes innouamus, ac perpetuum firmitatis robur ha-
bere decernimus, & declaramus, ac secundum eas per quoscunque iudices, etiam Sanctæ Rom. Ecclesiæ Card.
sublata, & adempta eis aliter iudicandi declarandique potestate, sententiari, iudicari, & interpretari debere
volumus, atq; mandamus. Et cum a iure tã diuino, quã humano laicis potestas nulla in Ecclesiasticas personas ac
tributa sit, innouamus omnes, & singulas constitutiones fe. re. Bonifacij Papæ. VIII. etiam prædecessoris nostri
quæ incipit Felicis, & Clemen. V. quæ incipit, siquis suadente, necnon quascunque alias Apostolicas sanctiones in
fauorem libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, & pœnis etiam cõtra talia præ
sumen. in bulla quæ legitur in cœna Domini, contentis, in suo robore permansuris. Et cum in Lateranen. pari-
ter ac Concilijs generalibus, sub excommunicationis pœna, prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Co-
mites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus quicunque, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ac terris quoquomodo
præsiden. collectas, decimas, & alia huiusmodi onera, Clericis, Prælatis, & alijs quibuscunque personis Ecclesia-
sticis imponant, exigantque, neue a sponte etiam dantibus & consentien. etiam recipiant, atque in præmissis au-
xilium fauorem, consiliumue palam vel occulte præstantes, in excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo
ipso incidant, & ipsæ quoque Respublicæ ac communitates, & vniuersitates circa hoc quomodolibet delinquen
tes, Ecclesiastico eo ipso subijciantur interdicto, Prælati etiam præmissis absque Ro. Pont. expressa licentia vltro
consentien. excommunicationis, & depositionis pœnam ipso facto incurrant. Statuimus, & ordinamus vt de
cætero talia præsumentes, etiam si (vt præfertur) qualificati fuerint, vltra supradictas pœnas quas contraue-
nien. eo ipso incurrere volumus, innouamus, ad omnes actus legitimos, inhabiles, & intestabiles habeantur. Et
cum secundum leges ciuiles, & sacrorum canonum censuras, sortilegia per inuocationem dæmonum, incantatio
nes, ac diuinationes, superstitiones prohibitæ sint, Statuimus, decernimus, & ordinamus, vt clerici, qui in præmis
sis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio superiorum infamia notentur; si vero non destiterint, deponantur, atque
in Monasterium ad tempus arbitrio superioris præfiniendum detrudantur, beneficijsque & officijs Ecclesiasticis
priuentur. Laici vero vtriusque sexus, excommunicationis, & alijs pœnis iuris, tam Ciuilis, quam canonici sub-
iaceant. Et vt omnes ficti Christiani, ac de fide male sentientes, cuiuscunque generis, aut nationis fuerint, nec-
non heretici, seu aliqua heresis labe polluti, vel Iudaizantes, a Christifidelium cœtu penitus eliminentur, & a
quocunque loco & præsertim a Ro. Curia expellantur, ac debita animaduersione puniantur, Statuimus vt con-
tra eos diligenti inquisitione vbique & in dicta Curia maxime, procedatur per iudices per nos deputandos, &
eius criminis reos, & legitime conuictos, debitis pœnis puniri; relapsos vero, absque vlla spe veniæ, aut remis-
sionis affici volumus. Et cũ cõstitutiones, & ordinationes nostræ huiusmodi quas pro nunc ordinamus, vitam, mo
res, Ecclesiasticamque disciplinam concernant, tam officiales nostros, quam alios, tam in Ro. Cu. quam extra vbi
que locorum commorantes, imitari conuenit, illis ligari, eosque ad eorum obseruationem inuiolabiliter teneri
volumus, atque decernimus, Et ne constitutiones ipsæ alijs censuris, ac pœnis in contrafacien. per antiqua iura,
& constitutiones impositis derogare in aliquo videatur, cum ad augmentum editæ, atque excogitatæ fuerint,
etiam declaramus, per earum dispositiones, ordinationesque, nihil prorsus iuri communi, vel decretis aliorum
Ro. Pont. vllatenus derogatum esse. Quinimmo si qua in eis propter peruersam temporum, aut locorum vel ho-
minum corruptelam, vel abusum, aut quamcunque aliam causam minime probandam, vigorem suum amiserint,
ea ex nunc innouamus, confirmamus, & inuiolabiliter obseruari mandamus. Quas nostras consultissimas con-
stitutiones post duos menses ab earum publicatione, ligare debere, etiam decernimus, & declaramus; districtius
inhibentes ne quis eas glosare, vel super eis commentaria, interpretationesue facere, absque speciali nostra vel
sedis Apostolicæ licentia, præsumat. Si quis autem ausu temerario contrauenerit, excommunicationis latæ sentẽ
tiæ pœnam eo ipso incurrat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, sanctionis, re
formationis, intentionis, ordinationis, exhortationis, monitionis, præcepti, voluntatis, innouationis, confirmatio
nis, mandati, decreti, declarationis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc
attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se no
uerit incursurum. Datum Romæ in publica Sessione, in Lateranen. Sacrosancta Basilica solenniter celebrata,
Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quintodecimo, tertio nonas Maij, Pontificatus nostri
anno secundo.

De istis habes sup. f. 187. cõst. 8. regiminis.

De Impedientibus libertatẽ Ecclesiasticam.

De Maleficis & Incantatoribus.

De quibus vide inf. const. 8. honestus.

De Hæreticis.

De quorũ pœnis vide supra fol. 9. Inn. 4. const. 8.

Hæc const. omnes ligat.

Const. ista ligat post duos menses a die publicationis. & Interpretari nõ potest sine licentia Sedis Apostolicæ.

XII.

Contra inuadentes vel occupantes Ciuitates & loca S. Rom. Ecclesiæ, eorumque fautores &c.

De materia habes sup. fol. 99. Clem. 6. const. 1. & f. 42. Inn. 6. const. 1. & f. 49. Inn. 7. const. 1. & vide infra Greg. xiij. const. 64. ad Romani cum ibi notatis.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.
INTER graues sollicitudines, & curas quibus pro pastoralis officij, & Apostolicæ seruitutis debito
continue premimur, vna est peculiaris, qua semper angimur, vt defensioni, & custodiæ Ciuitatum,
& Terrarum, & locorum nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum assidue inuigilemus, ac ne
peruersorum temerarijs ausibus, a quibusuis gentium armorum ductoribus, qui sine iustitiæ ministerio, sed
hostili manu, & propria temeritate procedunt, occupentur, & dissipentur, omnibus remedijs, & iuris auxi-
lio opportune prohibere, quod tanto periculosius negligitur, quanto exinde turbatio, & confusio Ciuita-
tum, & Terrarum Ecclesiastici status de facili causaretur, & Pontificalis authoritas minueretur. Cum ita-
que opem, & operam efficaces adhibere debeamus, vt omnes Christifideles, præsertim in terris, & locis

nobis,& dictæ sedi mediate,vel immediate subiectis existentes,sublatis quibuscunque armorum strepitibus, & impedimentis quiete & pacifice viuere valeant, omnibus iuris remedijs (vbi etiam peruersorum audacia exigit, vibrato Apostolicæ potestatis mucrone) per censuras ecclesiasticas prouidere volentes. Sane cum mente reuoluimus quot & quantos labores fel. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster pro recuperatione Ciuitatum, Terrarum,& locorum ad Romanam Ecclesiam canonico titulo pertinentium,quæ a diuersis Ducibus, Principibus,& potentatibus longo tempore occupata,& detenta fuerant,passus sit ; præsertim cum adductus fuerit cõsilium capere de adeundis per se ipsum,visitandis,& reformandis aliquibus Romanæ Ecclesiæ Ciuitatibus,& illarum statu,assumptis etiam aliquibus copijs,vt contumaces compescere posset,iter matura deliberatione cum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ipsis eum comitantibus, arripere, illaque felici, & prospero successu, deatera Domini sibi etiam assistente, recuperauerit, & dictæ Romanæ Ecclesiæ reintegrauerit. Nos etiam post nostram ad summi Apostolatus apicem,diuina fauente clementia,assumptionem,Parmam,& Placentiam Ciuitates,quibus Apostolica sedes,ea tũc vacante,spoliata fuerat,summa diligentia restitui curauimus, Vt omnia quæque per eundem Iulium prædecessorem recuperata,pro nostro & dictæ sedis honore,non minori diligẽtia,ac opportunis iuris remedijs conseruare intẽdimus,quam idem Iulius prædecessor,cum in humanis ageret,recuperare studuerit:animo etiam semper gessimus,Reges,& Principes,ac Potentatus,quos tempore assumptionis nostræ huiusmodi inter se bello dissidentes audiuimus,non armis,sed concordia,eorum differentias, & lites,Domino concedente,terminari,& inter fideles quoslibet,controuersiaa super quacunque; etiam maximas importante re,via iuris,& non armis,decidi,& terminari,ipsaque arma Regum,& Principum, ac potentatuum prædictorum vnanimi consensu contra immanissimos CHRISTI nominis hostes,ad fidei exaltationem cõuerti,summo studio concupiuimus.Et cum a quampluribus prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, constitutiones,diuersas censuras,& pœnas in se continentes,contra occupantes Ciuitates,& Terras,& loca huiusmodi,aut illa hostiliter inuadentes emanauerint,& singulis annis censuræ huiusmodi contra talia præsumentes in die cœnæ Domini innouentur ; ea propter ne terrarum,aut locorum,ac iurium,seu bonorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ curam negligere videamur ; necnon ad tollendam super præmissis ignorantiæ, aut cuiuslibet alterius generis excusationem;omnes,& singulas constitutiones,& literas Apostolicas,ac processus,qui singulis annis publice promulgantur in die cœnæ Domini,ea more Romanorum Pontificum,ac alias quascunque constitutiones,seu canonicas sanctiones quomodolibet editas,excommunicationis,ad alias sententias,censuras & pœnas contra Ciuitates,& Terras,loca,& iura ad dictam Romanam Ecclesiam pertinentia occupantes, aut illa hostiliter inuadentes,vel ad id per se,vel alium,seu alios,auxilium,consilium,vel fauorem, directe, vel indirecte, aut alias quouis quæsito colore præstare præsumentes,cuiuscunque ordinis,præeminentiæ,& conditionis,& status,etiam si Cardinalatus,aut Patriarchali,Regali,Reginali,aut alia quauis ecclesiastica,vel mundana, præfulgeant dignitate,continentes,approbamus,& innouamus,illasque inuiolabiliter obseruari debere decernimus; ac omnes & singulos Reges Duces,Principes,Marchiones,Comites,Barones,ac Communitatum, Vniuersitatũ tam in Italia,quam extra Italiam existentium singulas personas,Ciuitates,Terras,& loca, præsertim Parmam, & Placentiam,ad dictam Romanam Ecclesiam mediate,vel immediate pertinentia,seu in quarum, vel quorum aut cuiuslibet earum, vel eorum possessione quomodolibet eadem Sancta Romana Ecclesia per se, vel alium extiterit,hostiliter inuadentes,aut alias cum gentibus armorum, aut stipendiarijs equestribus, vel pedestribus, aut sine, etiam aduocationem populorum, seu factionum, aut priuatarum personarum, aut alias qualitercunque, & quomodocunque, & quouis quæsito colore, aut ingenio, absque nostra speciali licentia occupantes, necnon stipendiarios equestres,aut pedestres,quomodolibet contra præsentes literas nostras, & in eis contenta militantes,aut auxilium,consilium, vel fauorem præstantes, ex parte omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus sancti,auctoritate beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac nostra, & de potestatis plenitudine, excommunicamus,anathematiaamus,ac maledictionis,& damnationis æternæ mucrone percutimus, ac omnium ecclesiasticarum censurarum laqueis ligatos,& irretitos esse,vigore præsentium decernimus, ac reos criminis læsæ maiestatis,& a sede Apostolica,& a sancta Romana Ecclesia, ac omnibus dictæ Romanæ Ecclesiæ deuotis, cum eorum bonis perpetuo diffidatos, infames,& inhabiles ad omnes ecclesiasticas, vel mundanas dignitates, omnesque actus legitimos,& ecclesiastica sepultura indignos esse,auctoritate, & potestate prædictis etiam decernimus. Et generaliter Ciuitates, Terras, Oppida, & loca quæcunque, ad quæ aliquem eorundem excommunicatorum declinare contigerit, quamdiu ibidem permanserit, etiam triduo post recessum eiusdem, ecclesiastico interdicto subijcimus,necnon excommunicatos,anathematiaatos,& maledictos, titulis, dignitatibus, & honoribus,in quibus constituti existunt,& tam ipsos,quam Communitates,Castra, Oppida,& loca prædicta, omnibus priuilegijs, & indultis, etiam Studij generalis, concessionibus, & gratijs, dignitatibus,honoribus, quibus vtuntur, & gaudent, seu muniti sunt, necnon bonis omnibus,quæ in feudum, vel in emphiteosim, seu alias à præfata Romana,vel alijs ecclesijs, monasterijs, & locis ecclesiasticis, aut alias quomodolibet, etiam ab Imperatore,Regibus,seu alijs Principibus,ac sæcularibus potestatibus obtinent,penitus priuamus, dictaque bona feudalia, vel emphiteotica, vt præfertur, obtenta, ad dominos suos reuerti debere, ita vt de illis libere disponere possint,decernimus. Et si aliqui excommunicatis,anathematizatis, & maledictis prædictis, clerici, sæculares,vel prælati,etiam in Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, etiam Cardinalatus honore, & beneficiati fuerint ; illos dignitate,ac titulo Cardinalatus,necnon prælaturis,administrationibus,regiminеque, ac omnibus & singulis beneficijs,dignitatibus,personatibus,officijs, canonicatibus, & præbendis, alijsque beneficijs ecclesiasticis,ac ordinibus,etiam sacerdotalibus,ad quos promoti forent, sine vlla spe restitutionis, & absque alia citatione,seu declaratione, priuamus,& ea nunc priuatos esse per præsentes decernimus. Absolui autem à prædictis censuris,sentẽtijs,ac pœnis nullus ex supradictis per alium quàm per Romanum Pontificem, nisi duntaxat in mortis articulo constitutus possit,nec etiam tunc,nisi quãtum fieri potest,satisfactione præuia, & de stando sanctæ matris Ecclesiæ mandatis,& similia vlterius non committendo,legitima cautione præstita, aliter autem absoluere,aut indignos sepultura ecclesiastica,vt præfertur,sepelire præsumentes,supradictis omnibus,& singulis pœnis eo ipso subijcimus. Quodque de beneficijs prædictis possit, & debeat per sedem prædictam duntaxat,seu ab illa specialem facultatem habentes,absque alia declaratione incursus pœnæ huiusmodi, libere illico prouideri,auctoritate prædicta,ex certa scientia,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; ac omnibus,& singulis Ciuitatum,& Terrarum nobis,& Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum personis,

De his gestis Iul. 2. vide al. quæ supra fol. 156. coll. 2. inscripta.

Pont. ille Parmã & Placentiam se recuperasse.

Innouat omnes cõstit. editas cõtra inuadẽtes loca ad Ro. Ecclesiã spectan. & eorũ fautores.

Pœnasque de quibus hic imponit.

Ciuitates & loca in quibus illi permanserint interdicto subijciunt.

Pœnas alias imponit cõtra supradictos.

Absolutio Romano Pont. reseruatur.

nis,sub eisdem pœnis,quas eo ipso si contrafecerint,absque alia declaratione incurrant,& à quibus,vt præfertur,nonnisi à nobis,& successoribus nostris, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa,absolui possint,in virtute sanctæ obedientiæ,districte præcipiendo mandamus, ne aliquas gentes armigeras,præterquam ad nostra,& dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ stipendia militantes, quouis quæsito colore in Ciuitatibus,Terris,Castris,Oppidis,& locis nobis subiectis,sine nostra speciali licentia admittere, retinere, illisque victualia,aut aliquod subsidium quoquomodo præstare præsumant;eosque, etiam si Cardinalatus honore,vel Archiepiscopali,Episcopali,aut quauis alia ecclesiastica,vel mundana præfulgeant dignitate,si cótrafecerint,ipso facto eisdem pœnis subiacere,Ciuitates quoque,Terras,Castra,Oppida,& loca prædicta, ad quæ inobedientes huiusmodi declinare, & in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico supposita interdicto tamdiu firmiter obseruando,donec compuncti corde,huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa,meruerint obtinere,ac ibidem permanserint,& per triduum post eorum discessum, auctoritate Apostolica,scientia,& potestate prædictis decernimus. Non obstan.præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,necnon quibuscunque priuilegijs,& indultis,siue indulgentijs,& literis Apostolicis, generalibus,vel specialibus,a prædicta sede,sub quauis forma,vel tenore, quibusuis ex supradictis, etiam Cardinalibus concessis,quòd excommunicari,vel anathematizari non possint,consuetudinibus quoque,obseruãtijs, scriptis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret,præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit,illas deferri,volumus,& dicta auctoritate decernimus, quòd illarum transumptis, manu alicuius Notarij inde rogari subscriptis, & sigillo alicuius prælati,seu alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ sigillatis,ea prorsus fides indubia in iudicio,& extra,ac aliàs vbilibet adhibeatur,quæ præsentibus adhiberetur,si essent exhibitæ,vel ostensæ. Insuper vt præmissa omnia & singula ad omnium ad quos spectat,notitiã,& cognitionem deueniat, omniumque in præsentibus literis contentorum certa & indubitata notitia habeatur,nullusque præmissorum ignorantiam iuste prætendere possit,nec se legitime excusare valeat,volumus, & decernimus, præsentes literas nostras per aliquos Curiæ nostræ Cursores, vel Notarios publicos,in Basilica Principis Apostolorum, & Ecclesia Lateranensi, hora diuinorum, publice, alta & intelligibili voce legi, & publicari, & dictarum Ecclesiarum portis, siue valuis, ac in acie Campi Floræ, & Cancellariæ Apostolicæ affigi, & ibidem per aliquod temporis spatium dimitti debere. Quæ sic publicatæ, & affixæ, tunc à die publicationis prædictæ immediate ligent, & effectum sortiantur,& eos quos concernunt ita arctent, perinde ac si personaliter eisdem intimatæ essent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis,innouationis, excommunicationis,anathematizationis,percussionis,subiectionis,priuationis,mandati,decreti,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ,millesimo quingentesimo decimoquinto, octauo Kalen.Junij, Pontificatus nostri anno tertio.

Milites non recipiantur in terris S.R.E.absq; licentia Pontificis.

Clausulę derogatoriæ.

De publicatione ipsius constitu.

Const. ista ligat à die publicationis.

Ideo posui eius public.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo decimoquinto, Indict. iij. Die vero xxvj.mẽsis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D.Leonis diuina prouidentia Papæ X.Anno tertio, retroscriptæ literæ Apostolicæ vt ad omnium notitiam citius deuenirent alta & intelligibili voce de verbo ad verbum lectæ fuerunt in valuis Basilicæ Principis Apostolorum,ac Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. dum ibidem diuina celebrarentur & multitudo populi adesset. Necnon earundem Ecclesiarum & Cancellariæ Apostolicæ valuis seu portis, ac acie campi Floræ affixæ & publicatæ, ac congruo temporis spatio dimissæ fuerunt per nos Hubertum Iacobi & Ioannem Valtrini præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Ita est Ioannes Valtrini qui supra Cursor.
Ita est Hubertus Iacobi qui supra Cursor.

XIII.

Confirmatio const.Sixti Quarti.Iulij Secundi.& Alexan. VI. de Aedificijs & iure congrui, ac facultatibus Magistrorum Viarum Vrbis. Et de Priuilegijs Curialium disponendi de eorum bonis in Vrbe & infra decem milliaria existen.

De materia Iuris Congrui & Magistrorum Viarum ponam concord. infra in Pij 4. constit.134. Inter multiplices.

De Priuilegijs autem Curialium notabo infra in Pij Quarti const. 31. Romanus. Et de illorum moderatione habes inf. Pij V.const.71.Sacrosanctum. & const. 110. Quæ ordinis.

LEO Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

INTER curas multiplices,quæ pro pastorali officio laudabiliter exequendo nobis incumbunt, illã libenter amplectimur,per quam Romanæ Vrbis,in qua Apostolorum princeps sibi,& suis in Christi Vicariatu successoribus sedem statuit,& ad quam de vniuersis orbis prouincijs frequens, assiduusque hominum est accessus,conditio,non minus in vrbanorum,rusticorumque prædiorum amplitudine, & excellentia, quam virorum insignium numero,& ornatu,nostræ prouisionis opere præclarior in dies,atque illustrior fiat,& qui in ea pro tempore degerint,aut Romani Pontificis curiam sequentur,certiore in suorum dispositione bonorum libertate fruantur,& quæ propterea à nonnullis ex prædecessoribus nostris prouida consideratione emanarunt,vt eo firmius illibata permaneant,quo fuerint crebrius Apostolico circumfulta præsidio,nostræ approbationis munimine roboramus,extendimusque,& ampliamus,prout temporum ratione habita,nostro, & eiusdem Vrbis,ac Curiæ decori cognoscimus expedire.Dudum siquidem fel.rec. Sixtus Papa Quartus prædecessor noster

Six.4. const.habes sup. fol. 97. const. 4 & f.103.

Iul.2 cõst. habes sup.f.154.cõst.7.

noster cupiés dictæ vrbis decori,& venustati in structuris & ædificijs &c. prout in singulis literis prædictis ple-
nius côtinetur. Et successiue piæ me. Iulius Papa II. etiā prædecessor noster, Motu,& sciétia similibus dictas prio
res literas cum inhibitionis,ac singulis alijs in eis contentis clausulis approbauit, & confirmauit, ac perpetuo
firmitatis robur obtinere,& obseruari debere decreuit, voluit,& mandauit. Nos igitur considerantes quantum
decoris,& dignitatis Vrbi,& Curiæ supradictis,& in ædificiorum,& prædiorū ampliatione,& salubrioris aeris
amœnitate,& hominum in omni virtutum,& dignitatum genere illustrium copia, & cultu, a tempore quo di-
ctæ literæ emanarunt, accessit,& quod pro conseruatione,& in melius progressu Curiæ, & Vrbis prædictarum
status, necessaria est perpetua,& inuiolabilis dictarum vsus & obseruantia literarum, earumq; in aliquibus, quæ
ipsarum, etiam in suburbijs, & alijs locis dictæ Vrbis, vt præmittitur circumuicinis effectum passim impedire
noscuntur, extensio,& ampliatio; cupientesque in præmissis pro virili nostra opportunum adhibere remediū,
Motu simili, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera & matura delibe
ratione, ac certa scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, omnes & singulas literas prædictas cum

Innouat & cōfirmat const. Six. & Iul.

omnibus in eis contentis clausulis approbamus,& innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus:
Decernentes eas in singulis ipsarum partibus, etiam in quibus forte hactenus in vsum receptæ non sint, debere
ab omnibus perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus dictorum prædecessorum
inhærendo vestigijs, cupientes ipsorum ciuium,& Curialium,& aliorum ædificare volentium commoditatibus
prouidere, vt quantocitius Vrbs ipsa, ac prædia, nostris præsertim temporibus, ædificijs, ac prædijs instauretur;
considerantes quòd in eadem Vrbe,& eius districtu sunt multæ domus,& loca sub proprietate tam diuersarum
basilicarum,& Ecclesiarum, quàm hospitalium & aliorum quorumcunque piorum locorum, in casum in quem
domini, quibus in censum aut emphiteusim, seu aliàs quomodolibet locata, aut domus côcessa sunt, in illis ædifi
care vellent, vel cum alijs ad hunc effectum tantum, prout melius potuerint, concordare, iuxta seriem & teno-

Alex. 6. const. habes sup. fol. 143.

rem literarum fel. rec. Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri, super via Alexandrina emanatarum, quas
cum omnibus illarum inhibitionibus, decretis, clausulis,& mandatis approbamus,& innouamus, ac ad quæcun

Extendit dictam const. Alex. 6.

que Vrbis,& prædiorum loca ad hunc effectum extendimus,& ampliamus. Earundem tamen basilicarum, eccle
siarum,& aliorum quorumcunque etiam piorum locorum, non solum indemnitati, sed vtilitati prouidere volé-
tes, prout per præsentes prouidemus: Et vt dicti domini, vel alij ad ædificandum facilius, & libentius inducan-
tur, volumus & decernimus, quòd si census, vel responsio, & pensio annua erit in emphiteusim perpetuam alicu
ius familiæ, quod tali casu liceat illis de familia tantundem censum, siue similem responsionem in aliam domū,
siue domos, vel possessionem, aut quæcunque alia bona stabilia ad dictum censum, vel responsionem conuenié-
tia, transferre, etiam permutare, aucta tamen decima parte. Quod etiam volumus,& decernimus, de domibus,
& locis, tam intra, quàm extra ipsam Vrbem infra miliaria prædicta huiusmodi consistentibus, & cæteris bonis
dictarum basilicarum, Ecclesiarum,& aliorum etiam piorum locorum, diuersis inquilinis pro annua responsio-
ne, vel aliter, etiam ad plures annos quibusuis locatarijs locari, seu ad plures vitas, aut cum facultate denominā
di vnam, vel plures personas concedere solitis, seu concessis, aut in futurum concedendis, quo possint in illis
ædificare; seu illa quoquo modo ampliare volentes, dare, & consignare dictis Dominis, & proprietarijs alias
domos, seu possessiones, vel quæcunque alia bona stabilia tantundem, diuersis inquilinis pro annua pensione, cū
augmento tamen decimæ, seu maioris partis, arbitrio Camerarij,& Magistrorum stratarum huiusmodi, quod ho
nestum visum fuerit, ac alias, seu illarum,& illorum pretia cum dicto augmento, iuxta formam, & tenorem di-
ctarum literarum Alexandri,& pecunias inde prouenientes in alias possessiones & bona, vel necessitates ipsa-
rum ecclesiarum, prout in dictis literis latius continetur, conuertere. Quod si quis id efficere recusabit, possint
Camerarius & Magistri præfati iuxta facultates in dictis literis Sixti & Alexandri concessas cogere quæcunq;
capitula, conuentus, hospitalia & alia quæuis etiam pia loca ad faciendum dictam permutationem cum augme
to dictæ decimæ partis. Et si inter duos, aut plures ædificare volentes, lis, aut controuersia oriri contingat, vo-
lumus,& decernimus, quòd præuentio habeat locum, quòd qui primus negotium incæperit, & dictos dominos
proprietarios primus interpellauerit, ille sit potior, nec ab aliquo postea molestari, vel quoquo modo impediri

De his vide inf. Greg. 13. côst. 15. Quæ publice. cō sim nos.

possit,& valeat: quinimmo ex tunc sit illi ius quæsitum. Et tamen ad tollendum scandala, seu controuersias,
quæ exinde oriri contingeret, ne quis postea dolose,& fraudulenter ob proteruiam aliquorum,& inuidiam, seu
ipsorum commodum plerunque fieri posset, etiam si plus offerret,& alias, vt præmittitur, esset impedimentum,
volumus,& decernimus, quòd permutatio huiusmodi cum augmento decimæ partis,& vltra, prout arbitratum
fuerit, vt præfertur, censeatur,& sit in euidentem vtilitatem. Et ne ob huiusmodi interpellationem domini &
proprietarij prædicti aliqua damna, seu incommoda patiantur, quòd liceat ipsis easdem suas domos, loca & bo-
na retinere, donec sit illis cum effectu assignata dicta recompensa cum augmento huiusmodi. Et quoniam, si-
cut accepimus, nonnulli ad habitādum domos, quibus illarum vicinos pro ornatu & ampliatione prædictis in-
digere conspiciunt, de nouo se conferunt, vel illas instaurari, aut refici faciunt, vt quod eis directo non licet,
hac saltem via obliqua dictæ Vrbis decori & vtilitati obuient, illa augere desiderantes, ad domos ipsas longe
plus iusto pretio emendum necessitate compellant, auctoritate & tenore præmissis declaramus omnes,& singu
los, qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super domibus eorum per eos tunc non habitatis pro com
moditate in illis & apud illas ædificare volentium, vt præfertur, vendendis requisiti fuerint, domos vendendas
huiusmodi de nouo habitare, aut instaurari, vel refici, non tamen à fundamentis facere incæperint, ad illas ven
dendum iuxta dictarum Sixti prædecessoris posteriorum literarum tenorem, perinde ac si ad eas de nouo habi-
tandum se non contulissent, illasue instaurari, aut refici facere nō incæpissent, per Camerarium, & Magistros
præfatos cogi & compelli posse, atque debere, tam in præteritis quam in futuris. Ac volumus ea omnia quæ
per Sixtum prædecessorem præfatum super venditionibus & diuisionibus domorum, arearum, siue platearum
intra Vrbem consistentium in fauorem personarum de nouo ædificare, aut constructa ædificia & prædia amplia
re volentium, ab inuitis dominis, seu etiam eorum nomine faciendis, prouide sunt disposita, etiam extra Vrbem
in locis vltra prædicta miliaria non distantibus, in quibus ab aliquot citra annis multa & speciosa viridaria, vi-
neæ,& alia non minus pulchra, quam vsui humano vtilia & necessaria, secessus & ædificia surgere incæperunt,
vicem sibi vendicare,& effectum sortiri debere, vbi & quotiens eisdē Camerario & Magistris videbitur vtilita

Clausula derogatoria.

ti, vel ornatui publico expedire. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis
facultatum & licentiarum testandi & alias disponendi inter viuos, vel in vltima voluntate de bonis & rebus

per

per Ecclesias & alia ecclesiastica & pia loca, illorumue fructus, redditus & prouentus, pro tempore acquisitos, personis Ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, per sedem Apostolicam quomodolibet concessarum, reuocationibus, reductionibus, modificationibus, suspensionibus & alijs contrarijs constitutionibus, etiam per viam perpetuæ constitutionis, ea quibusuis etiam in fidei, ac Terræ sanctæ contra infideles, & fabricæ dictæ Basilicæ subsidium, aut alijs quantumlibet maximis & vrgentissimis, ac necessarijs causis, etiam Motu & scientia, ac potestatis plenitudine similibus, & de dictorum Cardinalium consilio, etiam consistorialiter habito, & cum alijs quibuscunque, etiam derogatoriarum derogatorijs & talibus clausulis irritantibus, declarationibus, restitutionibus, reintegrationibus & decretis, quod illis non possit modo aliquo derogari, per præfatos & quoscunque alios Romanos Pontifices similiter prædecessores nostros, ac nos & sedem prædictam factis & faciendis, quibus omnibus (illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes) harum serie, motu, scientia & potestatis plenitudine supradictis specialiter & expresse derogamus, & ad præsentium & dictarum Sixti, Alexandri, Iulij & aliorum prædecessorum literarum, & contentorum omnium in eis obseruationem nos, successoresque nostros æque & absque vlla differentia teneri, ac si ea solemni dilecto rum filiorum Pauli Coleioannis, & Francisci de Veteranis, ac Iuliani de Lotis Conseruatorum Cameræ, & Antonij de Zochulis Prioris Capitum Regionum dictæ Vrbis, ac Marci Antonij de Alterijs, & Iacobi de Friapanibus Magistrorum ædificiorum & viarum dictæ Vrbis pro dilectis filijs Populo Romano, & ipsius nomine stipulatione desuper præcedente, nos, & successores nostri præfati eisdem Populo concessissemus, & cum eis super his omnibus & singulis contraxissemus, decernimus & declaramus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile forsan foret præsentium literarum notitiam ad quascunque personas deuenire, eadem Apostolica auctoritate volumus & decernimus, quod transumptis præsentium literarum, etiam per impressionem factis, subscriptione & sigillo dilectorum filiorum Conseruatorum Cameræ Vrbis nostræ munitis, eadem fides vbicunque adhibeatur, quæ ipsis Originalibus literis quibuscunque in locis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, extensionis, ampliationis, prouisionis, voluntatis, declarationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sextodecimo, iiij. Nonas Nouemb. Pontificatus nostri anno quarto.

Nomina Conseru. & Cap. tis Regio num Vrbis.

Nomina Magistrorum viarum.

XIIII.

Erectio & Institutio Collegiorum Cubiculariorum & Scutiferorum Apostolicorum.

Confirmationem istorum Priuilegiorum habes infra in Pauli 3. const. 3. prouidentia.

Ampliationem habes infra in Iul. 3. const. xj. Licet.

Moderationemque eorundem Priuilegiorum habes infra in Pij V. const. 71. Sacrosanctum. & const. 120. Quæ ordinis.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. ROMANUS Pontifex, cui ad onerum sibi, & sedi Apostolicæ pro vniuersalis Ecclesiæ regimine prospere & fæliciter dirigendo assidue incumbentium supportationem, etiam rerum temporalium administratio, diuino consilio est commissa, cogitur de his cogitare frequenter, quæ ad sui, & S.R.E. status conseruationem prospicit pertinere, & vbi sibi, & dictæ sedi grauia damna, & pericula imminere intuetur, illis antequam vicinius appropinquent, more prouidi patrisfamilias libenter obuiat, interque huiusmodi continuas, & necessarias curas illam non inuitus amplectitur, per quam etiam suæ, & sedis eiusdem dignitati in domesticorum ministrorum, eorum præsertim quorum opera in Principum, & aliarum personarum de vniuersis mundi partibus ad se venientium introductione, & accessu, alijsque tam publicis, quàm priuatis actibus continuo est vsui qualitate & sufficientia honor, & decus accrescant. Attendentes igitur opportuisse nos superioribus diebus cum videremus vniuersam. Italiam, præcipue Lombardiæ prouinciam armis vsque adeo constrepere, exterarumque gentium potentissima castra in eam aduentare, vt nisi tempestiue eis occurreretur, securum quicquam saltem in ea prouincia, in qua ob præsidij defectum Rom. Ecclesia florentissimis Ciuitatibus Placentia, & Parma pluries spoliata fuit, remanere non posse existimaretur, exercitum, in quo Mille, & Sexcenti, vel circiter Cataphrati equites nostris stipendijs militant, ad dictarum, & aliarum nostrarum, & dictæ Romanæ Ecclesiæ Ciuitatum & terrarum, etiam in dicta prouincia tutelam, & insolentium conatuum repressionem instruere, & demum dilectum filium & secundum carnem fratrem patruelem nostrum Iulium sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Cardinalem cum dicto exercitu Legatum de Latere destinare, qui, si se occasio offerat, non minus componendis Principum, & Potentatuum huiusmodi, & per turbinum auctorũ differentijs, quàm rerum dictæ Ecclesiæ prædio incumbat, vt pace quam Deus pro sua pietate mittere dignetur inter Christianos stabilita, nostra & eorum signa contra infideles in exaltatione corruscent. Quod non esse diutius differendum illæ nos literæ admonent, quibus nunciatum nobis nuper est immanissimos Turcas charissimi in CHRISTO filij nostri Vvladislaj Hungariæ & Boemiæ Regis Illustris legionibus profligatis, munitissimam apud Belgradum arcẽ occupasse, penetrasseque in Croaciam vsque ad ipsas penè Italiæ fauces. Considerantes quoque honoris & dignitatis pro tempore existen. Rom. Pontificis non mediocriter interesse, vt eius familiares, ac ministri domestici, præcipue Cubicularij, quorum vsum ob imperialis vitæ decore, ad Apostolicæ maiestatis ornatum fel. re. Leonem Papam prædecessorem nostrum assumpsisse constat, & Scutiferi, quorum præsentia, & obsequio tam in honorifice suscipiendis, & opportune ad se introducendis Imperatorum, Regum, & aliorum Principum Oratoribus, & alijs etiam Prælatis, & maximæ auctoritatis viris ad ipsum Rom. Pontificem, communem omnium fidelium parentem, & certum in cunctis causis refugium vndique confluunt, quam alias domi forisque assidue vtitur, viri sint, non modo vitæ honestate, ac morum ornatu conspicui, verum etiam qualitatum personarum ad eundem Romanum Pontificem accedentium, necnon rituum & cerimoniarum, quas ipsos pro Pontificiæ dignitatis

Constitutio etc.

tatis

ratis cultu seruaro oportet non ignari & inexpertes, idque hoc ob frequẽtes dictæ sedis vacationes, & crebras ex eis Cubiculariorum, & Scutiferorum palatinorum murationes esse non posse, nisi certus aliquis firmusq; instituatur Cubicularιorum, & Scutiferorum Apostolicorum numerus, qui perpetui sint, & non passim, prout ex Cardinalium ad Pontificatum assumptorum sorte accidit, eligantur.

Cubiculariorum 6o. institutio & Scutiferorũ 140.

Quorũ Cubicul. loca 3. & Scutif. 7. assignat Vicecancello vt intra const. 41. in supereminentis.

Volentesque in præmissis opportuna diligentia prouidere, habitis pluties super his cum venerabilibus fratribus nostris diuersis tractatibus, deliberatione matura, de eorum consilio pariter & assensu, ex certa nostra scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine ad sedis præfatæ decus, & ad eam pro tempore accedẽtium, honorem & commodum, Cubiculariorum ad Sexaginta, & Scutiferorum honoris nuncupatorum nostrorum, & futurorum perpetuis futuris temporibus Ro. Pontificum ad numerum centum, quadraginta, qui viri sint vita, & moribus probi, & ingenio præditi ad eorum officium laudabiliter exercendum, & collegia inter se constituant respectiue, & non amouibiles, sed donec ipsorum loca per eorum cessum, vel decessum vacent perpetui existant, & in quorum cedentium, vel decedentium locis alij qui eadem perpetuitate fruantur surrogari debeant, qui omnia quæ per Cubicularios, & Scutiferos nostros, aliorumque Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum geri, administrari, aut aliàs exerceri sunt solita, etiam sede vacan. ac in coronatione Rom. Pontificis soli gerere, administrare, & exercere debeant. In primisque Pontificij ante cubiculi, atque aulæ respectiue custodiã gerant.

Cubicul. & Scutifer. officio.

Oratores, & alios ad nos, & pro tempore existen. Rom. Pontificem introducẽdos pro personarum qualitatibus, quas bene & diligenter obseruare teneantur, decenter excipiant.

Et proptias mansiones saltem vnam pro quoque Collegio habeant in palatio Apostolico.

Et custodiam prædictam diebus singulis, videlicet Cubicularij per duos & Scutiferi per quatuor, aut plures ex eis pro vt temporum necessitas exiget more solito, ita quod Cubicularij intra, & Scutiferi extra cubiculum, vbi personam nostram, & dictorum successorum esse continget, immediate post Camerarios secretos, scite & prudenter exerceant.

Inter Cubicularios sex laici vel coniugati qualificati tantũmodo admittantur.

Et deputati ad custodiam, in tinello comedere valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium taxamus, præfigimus, & instituimus.

Ex quorum Cubiculariorum numero, hac vice excepta, aliquem laicum seu coniugatum esse nolumus, nisi doctor sit in aliquo iurium, qui etiam in graduatorum habitu, iuxta morem Romanæ Curiæ incedere consueuerit, dũmodo in eodẽ numero plures quàm sex laici, vel coniugati, etiã sic qualificati simul non existant.

Cubicul. & Scut. familiares Papæ declarantur.

Decernentes, & declarantes Cubicularios, & Scutiferos cum singulis familiaribus huiusmodi, qui pro tempore fuerint, etiam si eorum singuli singulas mansiones non habeant in palatio, & quotidie in eiusdem palatij tinello omnes non comedant, in vera, & actuali, ac domestica nostra & dictorum successorum nostrorum familiaritate & continua commensalitate persistere.

De quorũ familiariũ priuilegijs habes inf. Clem. 7. const. 14. Romani.

De Præcedẽtia & prærogatiua eorundem.

Ipsosque pro tempore existentes Cubicularios, & Scutiferos eadem loca, præeminentias, antelationes, actiones, & prærogatiuas in Capella Pontificia, ac processionibus & alijs quibusuis actibus publicis habere & retinere, illisque vbilibet vti, frui, & gaudere posse & debere, quæ Cubicularij & Scutiferi respectiue nostri & Romani Pontificis, qui pro tẽpore fuerunt hactenus tenuerunt, & quibus vsi, freti, & gauisi sunt, ac vti, frui, & gaudere potuerunt, & debuerunt.

De eorum gradu & loco in processione Corporis Christi. vide infra Gregor. 13. cõst. 90. olim.

De vestibus eis dãdis tpe obitus & coron. Põt. de his vestib. habes inf. in Iul. 3. constit. 13. licet.

Eisque, & eorum cuique, qui obitus, & coronationis Rom. Pontificum temporibus præsentes aderunt, vestes lugubres ratione obitus, & rubeas, ratione coronationis huiusmodi, eius quantitatis, & qualitatis, cuius Cubicularijs, & Scutiferis defuncti, & noui Pontificis respectiue, qui hactenus fuerunt, exhiberi consueuerũt, exhibẽdas, & assignandas esse.

Necnon eosdem, & pro tempore existentes Cubicularios, & Scutiferos, eo ipso quo ad Cubiculariatus, & Scutiferatus huiusmodi officia admissi fuerint, & in aulæ Lateranen. Comites, cum potestate extra Vrbem, in qua Roman. Pontifex cum sua curia pro tempore resederit, creandi iudices ordinarios, & tabelliones publicos, & creatos de tabellionatus officio per pennam, & calamare, recepto ab eis solito iuramento, Et cum spurijs, bastardis, manseribus, & alijs ex quouis illicito, & damnato coitu procreatis, vt in parentum, & aliorum bonis tam ex testamento, quàm ab intestato succedere, & quoscunque actus legitimos exercere, & ad quosuis honores, dignitates, & officia publica, & priuata assumi, illaque gerere in omnibus & per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere, & licite valeant dispensandi, & quibusuis statutis, & ordinationibus in contratium pro tempore æditis, etiam iuramento, & confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, quotiens eis placuerit, derogandi.

Facultas, eorũdẽ creãdi Notarios legitimandiq; bastardos.

Cubicol. & Scut. si clerici fuerint Notarij sedis Apost. si vero laici Milites auratæ militiæ efficiuntur.

Illosque ex eisdem Cubicularijs, & Scutiferis, qui clerici fuerint, in præfatæ sedis Notarios, ac tam Cubicularios, quam etiam Scutiferos, qui laici sint, in auratæ militiæ Milites, ita quòd etiam si Cubicularij, & Scutiferi esse desierint, Comites, & Notarij, ac Milites respectiue esse non desinant, ex nunc, prout ex tunc, & econtra recipimus, & creamus, ac aliorum aulæ Lateranen. Comitum, & sedis Notariorum, & Militiæ prædictarum Militũ numero, & consortio fauorabiliter aggregamus.

Exemptio à iurisd. ordinariorum.

Eximimusque eosdem Cubicularios, & Scutiferos, & quotcunque & qualiacũque beneficia Ecclesiastica per eos pro tempore obtenta à quorumcunque ordinariorum locorum iurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, etiam in his omnibus, in quibus eiusdem sedis notarijs, & de numero participantium nuncupati, de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti sunt, & esse consueuerunt, ita vt ordinarij præfati, eorumque officiales, & vicarij, nullam in eos ratione delicti contractus, aut rei, de qua agi contigerit, superioritatem, potestatem, vel dominium valeant exercere. Ipsosque iurisdictioni, & potestati nostræ, & sedis Apostolicæ tantum immediate subijcimus.

Literæ Apost. gratis pro ipsis expediantur.

Ac volumus quòd singuli Cubicularij, & Scutiferi præfati quascunque literas Apost. seu pœnitẽtiariæ nostræ gratiam, seu iustitiam, aut vtrunque continentes, eis, & eorum cuilibet pro tempore concessas in dilectorum filiorum Abbreuiatorum, Scriptorum Bullariæ, ac Registri, ac qui etiam de literis Apostolicis gratis expeditis taxam percipiunt, Sollicitatorum literarum earundem, & alijs quibusuis dictæ Curiæ officijs gratis expediant, cũ subscriptione videlicet, Gratis pro Cubiculario, vel Scutifero Apostolico, prout occurrerit, per rescribendariũ pro tempore existentem faciendi: obtineantque quo ad hoc præsentes literæ robur, vicesque gerant rotuli manu nostra, & pro tempore existentis Rom. Pontificis, in quo Cubicularij, & Scutiferi palatini, qui literas gratis expedire debent, describi, & annotari soliti sunt.

Censeantur

Censeantur quoque ijdem Cubicularij, & Scutiferi, eorumque successores, & omni fictione cessante habeantur, & sint, seruato inter eos, quo ad modernos, infra annotatæ descriptionis, & quo ad successores eorum ad Cubiculariatus, & Scutiferatus huiusmodi officia respectiue receptionis ordine actu descripti, prout eos ex nunc pro vt ex tunc & econtra quotiens descriptio ipsa fiet, describimus, & annotamus in literis in quibus familiares continui commensales nostri, & Cardinalium ad Apostolatus apicem pro tempore assumptorum, qui assumptionis tempore nostris, & illorum respectiue obsequijs actu insistebant ad effectum procedendi alios in assecutionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum & earum mutationum, collationum, extensionum, & reualidationum duxerint acceptanda, describuntur, ac describi, & annotari consueuerunt immediate, ante vltimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum huiusmodi, & ante Cantores, Cappellanos, & alios quoscunque sedis, & Curiæ prædictarum Officiales, & Ministros, etiam vigore priuilegiorum, & indultorum eis per nos, & diuersos Rom. Pontifices prædecessores nostros super hoc cōcessorum, & concedendorum in eisdem literis ante penultimum, vel alium superioris ordinis pro tempore descriptum annotatos, atque descriptos, ita vt ipsi omnibus a dicto vltimo antiquo vere, & non per priuilegium descripto citra (absq; tamen dictorum descriptorum, & aliorum in huiusmodi antelationibus eos præcedentium præiudicio) dicti Cubicularij, & Scutiferi in beneficiorum acceptandorum in huiusmodi assecutione omni alia interpretatione remota libere præferantur. De expectatiuis, &c. De hoc habemus derationem Pij V. inf. const. 71. Sacrosanctum.

Et possint idem Cubicularij, & Scutiferi literas gratiarum expectatiuarum, quotiens eas generaliter concedi contigerit, absque aliqua signatura desuper obtinenda in prima earum expeditione ad tres collationes, & tria beneficia per eorum quemlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficijs, aliàs sub eorundem Cubiculariorum, & Scutiferorum gratijs expectatiuis, earumue collationum mutationibus, & extensionibus pro tempore comprehensis dispositioni Apostolicæ ex quauis causa, præterquam ratione illius vacationis apud sedem prædictam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Romanis Pontificis, aut cuius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret alicuius dictæ Ecclesiæ Cardinalis generaliter reseruatum, vel ex generali Apostolica reseruatione, ac aliàs quomodolibet affectum, & cuius beneficij reseruari fructus, redditus, & prouentus Trecentorum florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorem annuum non excedant, expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum vel affectum, etiam si in ipsis gratiarum expectatiuarum literis, vel constitutionibus, siue regulis Cancellariæ Apostolicæ desuper pro tempore æditis specialiter & expresso excluderetur, aut aliàs limitaretur, etiam in mensibus ordinarijs Collatoribus quomodolibet concessis acceptare, consequi, & habere, & ad satisfaciendum constitutioni de publicandis acceptationibus pro tempore ædēdæ minime teneantur. Publicare acceptationes non tenentur. Ad hoc vide inf. Greg. 13. cōst. 87. humano.

Licestque singulis ex eisdem Cubicularijs, & Scutiferis laicis, vel coniugatis quo ad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia, vel eorum partem, Clericis vero, quo ad prærogatiuas duntaxat & reseruatum, vel affectum beneficium huiusmodi, etiam in toto, vel in parte vnum, vel plures loco sui in qualibet expeditione quotiens gratiæ expectatiuæ huiusmodi per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices concedentur, ad effectum gratias ipsas sub forma prædicta, ac prærogatiuis, antelationibus, & facultate acceptandi huiusmodi coram notario publico, & restibus libere nominare, qui sic nominati antelationibus, prærogatiuis, & facultate prædictis gaudeant eo ipso in omnibus & per omnia, ac si sibi principaliter concessæ fuissent, & tunc sctu concederentur. Et quòd dicti Cubicularij, & Scutiferi qui pro tempore fuerint, de eorum officijs suis locis & emolumentis ad instar aliorum dictæ Curiæ Officialium disponere, & illa in nostris, & dictorum successorum nostrorum manibus, quando ipsis Cubicularijs, seu Scutiferis placuerit, & in fauorem personarum, per ipsos resignantes nominandarum, resignare libere & licite valeant, quæ personæ nominandæ pro signatura concessionis singulorum officiorum seu locorum huiusmodi per resignationem pro tempore vacantium quinque florenos similes pro centenario pretij, quod inde percipitur soluere sint astrictæ. De facultate alias nominandi.

Necnon Cubiculariorum & Scutiferorum Collegijs prædictis collegialia iura, insignia, & auctoritatem, licentiamque, statuta, & ordinationes eorum statum tranquillum & prosperum concernentia condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videbitur in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eamque sub pecuniarijs, capellis ipsorum collegiorum respectiue applicandis, & alijs etiam suspensionis à perceptione emolumentorum pœnis obseruari faciendi, tribuimus, & largimur. De resignationibus & cōpatitionibus soluen.

Et ne Apostolicorum Cubiculariorum, & Scutiferorum huiusmodi nomen & dignitas sui numerositate vilescat, neue ex ordine quem ponimus, oriatur confusio, districtius prohibemus, ne quis de cætero extra collegiū & numerum supradictum, & præter decem ea Capellanis, & Decem & octo ex Scutiferis antiquis nostris, & pro tempore existentis Romanis Pontificis, qui nobis, & illi tempore nostræ & illius ad Apostolatus assumptionem actu domi seruiebant, erantque veri & continui nostri, & ipsius pro tempore assumendi Pontificis familiares, & continui commensales, qui cum dictis Cubicularijs, & Scutiferis numerarijs, & participantibus; inferiori tamen loco incedere possint, sed de his quæ ad custodiam huiusmodi pertinent se nullatenus intromittant Cubicularij & Scutiferi Apostolici nunc aut pro tempore existentis Rom. Pontificis, etiam si id ei speciali Apostolico priuilegio concedatur, vel iam forsitan sit concessum, nomen, titulum, seu aliud quicquam eorum officia, & actus vsurpet. Contrafacientes vero falsi infamiæ, inhabilitatisque ad honores, officia, & beneficia quæcunque notam & pœnam incurrere volumus ipso facto. Et vt quod sui est quisque percipiat, ac dolis & fraudibus hominum obuietur, Dilecto filio nostro Sixto tt. S. Petri ad Vincula presbytero Cardinali moderno & pro tempore existenti dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario in virtute sanctæ obedientiæ, & dilectis filijs etiam modernis, & qui pro tempore fuerint, dictam Cancellariam Regenti, & Secretarijs nostris, & Summistæ literarum Apostolicarum quæ in Camera nostra expediuntur, & Bullatoribus literarum earundem sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua illam incurrentes non nisi à nobis, præterquam in mortis articulo constituti, & integra satisfactione præuia absolui possint, districte præcipiendo mandamus, vt nullas ex literis Apostolicis etiam in forma breuis, quarum ratione annata vel communia, aut minuta seruitia tunc, vel in aliquē euentū aliquādo soluēdo soluēda fuerint, vel quod solui debeāt ex earū continentia tacite vel expresse apparebit, De facultate cōdēdi statuta &c. De ordine inter eos seruando. Contrauenientium pœnæ. Literæ Apost. de quibus hic non expediantur nisi constet de solutione pertinentiū Colleg. Cubic. & Scutifer.

apparebit, ad bullandum mittant, aut ad sigillandum nobis, vel successoribus nostris præsentent, seu aliàs quoquomodo expediri permittant, nisi prius eis respectiue per subscriptionem deputatorum pro tempore dictorũ collegiorum ad illorum infrascriptos prouentus exigendum, constet quod deputatis prædictis annata commune, & minuta huiusmodi, vel soluta, vel de illis soluendis idonea cautio data fuerit.

Notarij Cã. Ap. non cassent obligationes de quibus hic nisi constet ad Cubic. & Scut. fuerint satisfacti de eorum emolumentis.

Et Notarijs dictæ Cameræ Apostolicæ, vt à cassatione cuiuscunque obligationis, cuius vigore annatam, vel communia, aut minuta etiam antiqua, etiam quorum dies iam pridem cesserint, etiam ratione regressuum, & cessationis pensionum annuarum, & perceptionis omnium fructuum, & reseruationis earundem, ac vnionum perpetuarum, & aliarum quarumuis dispositionum Quindennijs soluenda fuerint, etiam si id per specialem signaturam a nobis, & dictis nostris successoribus desuper obtentam expresse mandetur, quod nobis de re aliena disponere non liceat, nisi eis similiter constet quod dictis Cubicularijs, & Scutiferis de portione annatæ, seu communiũ, & minutorum huiusmodi eos iuxta infrascriptam assignationem contingente sit integre satisfactum, penitus se contineant; qui vero ex Regente, Secretarijs, Summista, Bullatoribusue, ac Notarijs præceptum nostrũ huiusmodi, etiam de dicto speciali mandato violare præsumpserit, vltra dictam excommunicationis sententiam, ad reficiendum, soluendumque singulis Cubiculariorum, & Scutiferorum Collegijs huiusmodi duplum eius, ad quod annatæ seu communia & minuta ipsa ascẽderint, quauis omni exceptione, & excusatione cessantibus, obligati sint, & ad id cogi & compelli possint, & ijdem Notarij falsum committant. Eædem quoque literæ etiam in forma breuis sine Deputatorum per dicta Collegia subscriptione bullatæ seu sigillatæ, & gratiæ in illis contentæ, & cassationes aliter factæ sint nullæ, habeanturque penitus pro infectis & non concessis, beneficiaque per nullitatem gratiarum huiusmodi, & illarum concessionum, etiam si de dictorum fratrum nostrorũ consilio, consistorialiter habito emanauerint, tunc vacantia esse censeantur ad sedem prædictam legitime deuoluta, ita vt tanquam sic deuoluta, & certo modo vacantia possint à nobis & eadem sede libere impetrari, & cũ effectu ab impetrantibus obtineri.

Contrauenietiũ pœna.

Literæ aliter expeditæ sint nullæ.

Loca in Cancel. & Cam. Apost. eis assignentur.

Et ad portionem annatarum, & communium, ac minutorum dicta Collegia contingentẽ huiusmodi pro eorundem Collegiorum & literas expedientium commoditate percipiendam, eisdem Cubicularijs & Scutiferis loca in dictis Cancellaria & Camera eorum conditioni idonea decernimus assignanda.

De exemptione à solutione iocalium.

Et etiam volumus quòd Cubicularij, & Scutiferi prædicti, eorumque successores ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunque iurium in dicta Camera ratione officiorum Cubiculariatus, & Scutiferatus huiusmodi ipsis pro tempore concessarum solutione, & præstatione sint omnino liberi, & exempti.

Et ad Cubiculariatus, & Scutiferatus officia pro tpe assumpti ad gestandũ Notariatus habitũ nõ teneantur.

Et qui illum habere velint, à pro tempore existentibus Collegij dictorum Cubiculariorum, & Scutiferorum Defensoribus, in quorum vel alterius eorum manibus solitum præstent iuramentum, recipiant.

De offi. Defensoris Colleg. Cubic. & Scutif.

Liceatque ipsis defensoribus totius Collegij nomine, & sub communi illius sigillo processus super officio Notariatus duntaxat in ea forma, quam executores in literis Apostolicis ad exhibendum insignia Protonotariatus huiusmodi pro tempore deputati, dare consueuerunt, dari possint. Processus autem exemptionis pro Notarijs huiusmodi per Cameram expediri solitos à dicta Camera, iuxta morem solitum recipere, & pro eorum singulis cum illos habere voluerint, Leones viginti duos duntaxat, & non vltra prædictæ Cameræ persoluere teneantur.

De summa pecuniarum solutarũ Sedi Apost.

Cæterum cum pro dicti nostri exercitus sustentatione præfatæ Romanæ Ecclesiæ vtili, & necessaria incredibili mense quolibet sit opus impensa, ad quam supportandam eiusdem Ecclesiæ facultates per multos ante annos bello à piæ mem. Iulio Papa Secundo, etiam prædecessore nostro, contra varios præfatæ Ecclesiæ hostes inchoato, attritæ, & pene exhaustæ nequaquam sufficiant, & infrascripti Cubicularij Nonaginta, & Scutiferi Centum duodecim florenorum similium millia in tantæ necessitatis subsidium, & infrascriptorum eis assignatorum prouentuum pretium, seu recompensam de proprijs eorum bonis in pecunia persoluerint numerata, iustumque sit, & Apostolicæ æquitati conueniat, vt eorundem infrascriptorum Cubiculariorum, & Scutiferorum vitæ adiumento, & indemnitatibus totaliter consulatur, quòd ex bono & caritatiuo officio, quo in hoc erga nos, & dictam Ecclesiam sunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipsi, eorumue successores iacturam aut detrimentum sustineant, de consilio & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis, eisdem infrascriptis Cubicularijs, & Scutiferis, eorumque in Cubiculariatus, & Scutiferatus officijs huiusmodi successoribus in perpetuum Viginti floren. similes pro quolibet Centenario singularum etiam veterum, & nondum solutarum annatarum, & communium, tam ex Ecclesijs, & monasterijs, quàm quibusuis beneficijs Ecclesiasticis sedi & Cameræ Apostolicæ, etiam ratione regressuum, accessuum, cassationum, pensionum annuarum, & cessationum perceptionum omnium fructuum, illorumque assignationum ac vnionum, & suppressionum, & aliarum quarumcunque dispositionum, etiam de quindennio in quindennium nunc, etiam si iampridem illorum dies cesserint, & pro tempore debitorum, & quæ per ipsam Cameram, aut agentes pro ea quandocunque post Kalend. mensis Augusti proxime futuri, quomodolibet & qualitercunque exigi poterunt, necnon minuta, ac vnum pro Centenario Ecclesiarum, & monasteriorum, ita videlicet quòd ex tribus minutis, & ex vno pro centenario taxatarum Ecclesiarum, & monasteriorum in partibus reductis florenos duos similes, & nouem partes ex decem partibus alterius floreni, & dein partibus non reductis florenos quatuor similes, & septem partes ex decem partibus alterius floreni pro singulo centenario iuxta taxas in libris dictæ Cameræ annotatas, non tamen ad computum Cameræ exigere, & super euentualibus solutionibus faciendis obligationes & cautiones idoneas petere, & habere sine aliqua diminutione, etiam prætextu remissionum & gratiarum per nos & successores nostros præfatos quibuslibet personis & locis, & ex quibuscunque quantumuis iustis, honestis, & rationabilibus, ac necessarijs causis pro tempore factarum libere & licite possint. Necnon super Thesauraria, & Salaria Romandiolæ, & Exarchatus Rauennæ, ac Bononiæ Sex mille quingentos, & quinquaginta quinque.

De emolumẽtis eisdẽ assignatis à Pont.

Super Thesauraria Perusiæ Mille centum & septem.

Super Thesauraria etiam Asculi, ac Salaria & tractis prouinciæ Marchiæ florenos Mille octuaginta.

Super Thesauraria Patrimonij Quingentos & septuaginta sex.

Super Salaria Vrbis Quingentos quadraginta duos.

Super

Super Depositaria generali Cameræ Apostolicæ Ducentos octuaginta octo.

Super Thesauraria, & introitibus ciuitatis nostræ Beneuentanæ Ducentos quinquaginta duos.

Super Dohana pascuorum Patrimonij, ac almæ Vrbis, & tractis, quinque mille, & sexcentos floren. similes auri in auro annis singulis modo & forma infrascriptis dictis Cubiculariorum, & Scutiferorum Collegijs, siue eorum Receptoribus integre, ita vt nulla ratione nulloque casu fortuitu, etiam inexcogitabili minui, vel alias alterari possint, persoluendos in recompensam dictorum Ducentorum duorum Millium ducatorum, quos, vt præfertur, ab eis recepimus, & in euidentem dictæ Ro. Ecclesiæ vtilitatem, temporum qualitate pensata, de quo nos, & dicti fratres nostri plenam fidem facimus per præsentes, exposuimus, harum serie vendimus, assignamus, concedimus, tradimus, & applicamus.

Hoc perpetuo sancientes edicto, quòd quicunque literas aliquas ex quibus ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumlibet in eis comprehensorum, annata communia, vel minuta huiusmodi soluenda fuerint, sine deputatorum prædictorum subscriptione per se, vel alium expedire procurauerit, aut illis scienter quomodolibet vsus fuerit, omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas in literarū Apostolicarum falsarios promulgatas incurrere censeatur eo ipso, quiq; Cubicularios, & Scutiferos prædictos prouentibus, & emolumentis, eis per nos assignatis, & applicatis huiusmodi, modo aliquo fraudauerit, ad interesse eis in vtroque foro & vt manifestus fur actione furti semper teneatur, ac infamiæ, & alijs in fures ac culpatus criminis reos Notarios quomodolibet æditis pœnis subiaceat.

De pœnis fraudātiū Cubic. & Scutifer. circa expeditiões literarū.

Statuimus insuper & ordinamus quòd Thesaurarij, Dohanerij, & alij quicunque Dohanas, Thesaurarias, & Salarias, & alias, super quibus emolumenta prædicta assignauimus, nunc & pro tempore detinentes, etiam si S. R. E. Cardinales, aut sedis prædictarum Legati, etiam de latere existant, & in deductionem alicuius, quantuncunque grandis pecuniarum summæ nobis, & successoribus præfatis etiam pro subuentione onerum eidem Ecclesiæ incumbentium, aut ex quacunque quantuncunque efficacissima causa traditæ, & propterea sibi debitæ officia huiusmodi obtineant, & hæc publicis appareant documentis, ac in eis præsentes de verbo ad verbum insertæ sint ad præstandum ipsis Cubicularijs, & Scutiferis emolumenta eis per nos assignata & applicata huiusmodi omnino teneantur, nec aduersus præmissa possint modo aliquo se tueri aut defendere vel excusare, ipsique assignati prouentus perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis locationibus, venditionibus, & alijs etiam gratiosis concessionibus quibusuis personis etiam Cardinalibus, & Legatis prædictis, & officijs eisdem Decanis, Thesaurarijs, & Salarijs, per nos & successores nostros, ac sedem præfatam faciendis, necnon distributionibus, & diuisionibus, etiam in conclaui primo anno noui Pontificatus inter Cardinales fieri solitis nullatenus comprehendantur, sed intelligantur, & sint ab illis semper excepti.

Teneanturque Camerarius, Thesaurarius generalis nostri & successorum nostrorum Præsidentes, & Clerici dictæ Cameræ Apostolicæ in omnibus contractibus cum quibusuis personis desuper pro tempore ineundis emolumenta, & prouentus assignata, & applicata huiusmodi specifice nominatim & expresse excipere & reseruare eisdem collegijs integre soluenda, & efficaciter præstanda.

Et nihilominus moderni & qui pro tempore fuerint Dohanarum, & Salariarum, Conductores, ac prouinciarum & locorum huiusmodi Thesaurarij, & Depositarij de dictis prouentibus, seu florenorum summis, prout eorum quemlibet respectiue contingit, moderni videlicet ex nunc, & futuri antequam Dohanas exigere, & Thesaurariatuum, ac Depositariatus officia exercere incipiant in cuiuslibet mensis principio in dicta Curia, & in ducatis auri in auro de Camera pro rata contingente sine mora, aut excusatione aliqua eisdem Collegijs integre & cum effectu assignandis per idoneos fide & facultate mercatores dictam Curiam sequentes, cautionem præstare teneantur, eis autem cautionem præstare infra octo dies post initos per eos contractus, aut concessiones alias obtentas, vel assignationem in principio cuiusque mensis huiusmodi facere, per mensem differentibus vel quomodolibet causantibus, seu cessantibus, liceat Cubicularijs, & Scutiferis præfatis Dohanarum, Salariarum, Thesaurariatum, & Depositariatus huiusmodi corporalem, & actualem possessionem, per se, vel alium, seu alios auctoritate præsentium (quas vim validæ & efficacis concessionis obtinere decernimus) apprehendere, & donec cautio præstetur, & assignatio prædictæ, vt præfertur, fiant, & de damnis & interesse, quæ dicta Collegia inde sustulerint, super quibus eorum defensorum assertioni iuratæ stetur, retinere, redditusque inde prouenientes in eius quod eis inde debebitur, solutionem, & damnorum, ac interesse prædictorum refectionem conuertere, & de residuo dictæ Cameræ respondere, quauis alia locatione, concessione aut deputatione quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis existant, per nos, seu Cameram Apostolicam aut alias ex quauis causa facta, seu in posterum facienda, quas in huiusmodi euentum ex nunc, prout ex tunc, & econtra reuocamus, cassamus, & annullamus. Ipsosque Thesaurarios, Dohanerios, Conductores, & officiales ab eisdem Dohanis, Thesaurarijs, & Salarijs, amouemus, & amotos esse declaramus, ac in ipsorum loca, administrationem, & exercitium Collegia Cubiculariorum, & Scutiferorum huiusmodi, eorumque Collegiorum singulares personas ponimus, substituimus, & surrogamus.

Emolumenta vero, & pecuniarum summæ annuiue redditus prædicta dictis Collegijs assignata quæ à Kalend. Augusti proximis currere incipiant, & ex quorum toto aceruo, dilectus filius Ioannes de Albicis, qui Decanus Cubiculariorum erat, & duplicem portionem percipiebat Septuaginta duos ducatos auri de Camera annuatim, quādiu Cubiculariatus officium obtinuerint duntaxat, & Summista cum onere quòd literas, quarum ratione annata communia, aut minuta huiusmodi sint soluenda ad Collegia, seu ab eis deputatos huiusmodi antequam in expeditionem proponantur, mittere debeat mense quolibet sex ducatos similes.

De diuisione Emolumentorū

Et dictorum Collegiorum officiales salaria eis de eorundem Collegiorum consensu constituenda percipiant.

His omnibus primum deductis in Ducentas & vnam æquales portiones in fine cuiusque mensis diuidantur.

Ex quibus Clerici Cameræ vnam habeant, cum onere defendendi & protegendi Collegia ipsa, eorūq; iura, & emolumenta Reliquæ vero portiones Ducentæ inter singulos Cubicularios, & Scutiferos numerarios prædictos hoc modo videlicet pro singulis quindecim ducatis, qui cuilibet Cubiculario dabuntur, quisque Scutifer similes octo ducatos habeat, fideliter distribuantur.

Præterea volumus, ac de similibus coosilio, asseosu, & potestatis plenitudine dicta Apostolica auctoritate decernimus in euenrum io quem contigeret Collegia Cubiculariorum, & Scutiferorum huiusmodi vel eorum alterum, ex aliqua ratione, vel causa in totum vel in partem per oos vel successores præfatos extingui seu reuocari, aut ipsos Cubicularios, & Scutiferos quominus iura & emolumenta eis assignata prædicta iotegre, libe-

Obligatio pro assecuratione ipsorum.

reque percipiant quomodolibet etiam casu fortuiro, vel alias etiam totalem defectionem ipsorum introiruum induceote impediri, nos, & successores nostros, ac Cameram Apostolicam prædictos, & ipsius Cameræ Apostolicæ spiritualia & temporalia bona, & in specie Dohanas Ripæ, & Ripertæ, ac pecudum Vrbis, & Patrimonij prædictorum, eorumque redditus, & prouentus, ita, vt in quemuis ex dictis euentibus liceat præfatis Collegijs, & eorum cuique dictas Dohanas, præsentium auctoritate, exigere, illarumque reddirus, & prouentus inter se vsque ad detrimenti pro tempore illati damnorumque & interesse inde secutorum plenam atque integram satisfactionem diuidere, eiectis inde illarum pro tempore Collectoribus, & Conductoribus, qui Dohanas ipsas cū hoc onere, & hac conditione cooduxissent, de cætero expresse intelligantur in vim validi, & efficacis contractus, quem cum eisdem infrascriptis Cubicularijs & Scutiferis pro eis, eorumque in dictis eorum officijs, siue locis successoribus inimus solemniter per præsentes eisdem Cubicularijs & Scutiferis pro tempore existentibus esse valide, & efficaciter obligaros, videlicet si facta fuerit aliqua diminutio iurium, priuilegiorum, & emolumentorum prædictorum ad soluendum, & satisfacieodum eis de summa, aut præiudicio, quam amisisse, vel quod sustinuisse ipsos Cubicularios, & Scutiferos ex huiusmodi diminutione, aut præiudicio iusta desuper æstimatione facta constabit. Si vero ipsa extinguantur, Collegia, seu loca, officiaue Cubiculariorum, & Scutiferorum huiusmodi aliter quam per nos præseotibus ordinantur, & instiruantur contra earundem præsentium tenorem confundantur vel enormiter alterenrur ad restituendum ipsis Cubicularijs, & Scutiferis supradictam integram Ducentorum, & duorum millium ducatorum summam per eos, vt præmittitur, persolu-

De restitutione pecuniarum in casibus hic expressis.

tam, in quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint in toto vel in parte iura & emolumenta per eos interim percepta, sed liceat eis, & eorum cuilibet tanquam iusto & legitimo titulo, ac bona fide iura, & emolumenta prædicta sibi acquirere, & vt sua retinere, ac præsentibus veri contractus & obligationis inter nos, & sedem Apostolicam, ac eius Cameram ex vna, & Cubicularios, & Scutiferos ex altera partibus legitime initi, vim, & robur obtinentibus per quascunque literas, & gratias per nos & successores nostros desuper concedendas derogari, claosulamque cum earundem derogatione præsentium latissima extendēdam, ac quod eædem præsentes literæ & earum tenor pro expressis habeanrur in quibusuis supplicationibus pro tēpore signatis appositam nihil penitus operari, & illius vigore in literis Apostolicis super ipsis sopplicationibus conficiendis quicqoam vltra, quàm in supplicationibus huiusmodi specifice sit expressum, narrari non posse; & sic per quoscunque iudices, & commissarios, etiam causarum dicti palatij Auditores, & præfatæ Romanæ

Decretū irritās.

Ecclesiæ Cardinales, in quibuscunque causis super præmissis vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, diffiniri, & sententiari debere, sublata eis aliter faciendi omnimoda facultate, & auctoritate, necnon irritum, & inane, quicquid secus super ijs, vel eorum aliquo à quoquam quauis auctoritate etiam per nos, & successores nostros præfatos scienter, vel igooranter contigerit attentari. Iniungimus demum venerabili fratri Raphaeli Episcopo Ostiensi Camerario nostro, & eius in Camerariatus huiusmodi officio successoribus, necnon Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ Apostolicæ, ounc & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis alijs ad quos id quomodolibet spectat, & spectabit pro tempore, vt summam prædictam Ducento-

Pecuniæ suprascriptæ ponatur ad introitū Cam. Apost.

rum, & duorum millium florenorum huiusmodi ad ordinarium introirum dictæ Cameræ ponant, & describant, scripturasque necessarias & opporrunas, etiam de illis ad necessitates huiusmodi expositis, ac obligationes desuper conficiant contractum per nos sic celebrarum, & bonam fidem nostram recognoscentes, & sequentes faciant eisdem Cubicularijs, & Scutiferis super præmissis, & eorum plena, & inuiolabili obseruatione, quodcunque publicum instrumenrum obligatorium bonorum spiritualium, & temporalium Romanæ Ecclesiæ, & Cameræ Apostolicæ prædictorum ad ipsorum Cubiculariorum, & Scutiferorum requisitionem, prout tenore præsentium facimus, & nos, ac sedem, & Cameram, & bona prædicta obligamus, & in aliquē ex dictis euentibus absq; alterius declaratioois, seu mandati expectatione de præmissis debitam, & integram eis satisfactionem impendant, dictique Rom. Pootificis obitus, & coronationis temporibus lugubres, & iocundas vestes huiusmodi exhibeant, & assignent.

Mandat Vicecancell. & Camerario vt in præmissis faueāt Cubic. & Scutif.

Ipseque Vicecancellarius & Camerarius, qui nunc sunt & pro tempore fuerint, & dilectus filius noster Laurētius tt. Sanctorum quatuor Coronarorum presbyter Cardinalis, & eorum quilibet per se vel alium, seu alios dictis Cubicularijs, & Scutiferis in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantque auctoritate nostra eos, & eorum singulos quotiens pro ipsorum parte super hoc fuerint requisiti, omnibus & singulis prædictis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per quoscūque desoper quomodolibet molestari inquietari, aut impediri, contradictores cuiuscunque status, dignitatis, & præeminentiæ fuerint per censuras Ecclesiasti-

Clausula derogatoria.

cas, & pecuniarias pœnas, aliaq; iuris & facti quæuis opportuna remedia appellatione qualibet omnino postposita compescendo. Non obstantibus re. mem. Sixti Quarti de certo Cubiculariorum huiusmodi numero, & nostra in præsenti Lateranen. Concilio super habitu per nostros, & dictæ sedis Notarios, sub pœnis ibi expressis gestando, & Innocentij Quarti Roman. Pontificis prædecessorum nostrorum, quæ incipit, Volen. contra exemptos, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam de non acceptandis vigore gratiarum expectatiuarum beneficijs dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatis pro tempore editis. Necnon priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis Cantorum, Cappellanorum, & Abbreuiatorum de mioori parco prædictorum, & aliorum sedis & Curiæ huiusmodi officialium Collegijs eorumque personis, per nos, & quoscunque prædecessores etiam in vim contractus, etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de similis potestatis plenitudine, cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs declarationibus, & decretis, etiam talibus quod illis nullatenus, vel nisi de eorum, quorum interest, expresso consensu, & dictorum fratrum nostrorum consilio, etiam consistorialiter habito, alijsque modis, & formis ibi traditis, vsquequaque seruatis derogari possit, etiam si in illis inter alia caueatur expresse, quòd si eis derogari contingat, derogatio hmōi ooo valeat, nisi talis intentio derogandi aliquibus personis tunc expressis per diuersas in forma breuis literas cū interuallo vnius mensis, seu alterius tēporis eis præsentata prius intimata, & insinuata fuerit.

Quibus

Quibus omnibus, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter & expresse derogamus, Cæterisq; contrarijs quibuſcunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ taxationis, præfixionis, inſtitutionis, decreti, declarationis, receptionis creationis, aggregationis, exemptionis, ſubiectionis, volũtatis, deſcriptionis, annotationis, tributionis, largitionis, prohibitionis, mandati, venditionis, aſsignationis, conceſsionis, traditionis, applicationis, ſanctionis, ſtatuti, ordinationis, reuocationis, caſſationis, annullationis, amotionis, compoſitionis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, initus, iniunctionis, obligationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. M. D. X V. Nono Kal. Auguſti, Pont. noſtri Anno tertio. Hæc conſt. cadit ante præcedenti conſ.

† Ego L E O Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

† Ego R. Epiſcopus Oſtien. manu propria ſubſcripſi.
† Ego B. Epiſcopus Sabinen. S.R.E. Card. ſubſcripſi,
† Ego F. Epiſcopus Tiburt. ſubſcripſi.
† Ego La. Epiſcopus Alban. Card. Arboren. ſubſcripſi.
† Ego M. Epiſcopus Præneſtin. Card. Senegalien. ſſ.
† Ego F. tituli S. Marcel. Presb. Card. Surrentin. ſſ.
† Ego N. S. Priſcæ. Card. de Fliſco ſſ.
† Ego Adrianus tituli S. Chryſogoni Card. ſſ.
† Ego F. S. Steph. in Celio monte Card. ſſ.
† Ego. L. Card. tituli S. Suſannæ. ſſ.
† Ego S. Vicecancellarius ſſ.
† Ego A. tt. S. Praxedis Card. ſſ.
† Ego. P. tt, S. Euſebij Card. ſſ.
† Ego B. tt. S. Sabinæ Card. de Saulis. ſſ.
† Ego La. tt. SS. Quattuor Card. ſſ.
† Ego F. S. Angeli, diacon. Car. ſſ.
† Ego A. S. Euſtachij Diacon. Card. de Farneſio ſſ.
† Ego L. S. Mariæ in Coſmedin. Card. de Aragonia ſſ.
† Ego M. S. Mariæ in via lata Card. Cor. ſſ.
† Ego Al. S. Theodori Card. ſſ.
† Ego I. S. Mariæ in Domnica Card. ſſ.
† Ego. Iu. SS. Coſ. & Da. Card. ſſ.

Viſa, B. de Rizonibus.

Ia. Queſtemberg.

Lecta & publicata fuit retroſcripta bulla in Cancellaria Apoſt. Anno incarnationis Dominicæ. M. D. X V. Die xiij. menſis Septemb. Pontific. Sanctiſſ. in C H R I S T O Patris, & D.D.N. Leonis Papæ Decimi, anno tertio.

T. De Guirrerio pro. M. de Campania Cuſtode.

X V.

De Prædicatorum Officio, eorumque examine, & approbatione Superiorum.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante concilio.

SVPERNAE maieſtatis præſidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cœleſtia ſimul & terrena diriguntur, ſuper gregem Dominicum nobis commiſſum, ſpeculatoris officium (quantum imbecillitati noſtræ conceditur) exercentes, totaque mente nobiſcum ipſi reuoluentes inter alia complura & magna ad nos pertinere, vt munus prædicationis, quod in eccleſia Dei præcipuum, ac pernecеſſarium, magnique fructus atque vtilitatis, dummodo recte & ex ſincera charitate erga Deum & proximum preceptiſque & exemplis ſanctorum patrum, qui hæc profitentes eum fidei fundatione & propagatione plurimum eccleſiæ contulerunt, exerceatur: quippe quod redemptor noſter primus fecit, & docuit, & eius præcepto & imitatione duodenus ille Apoſtolorum numerus, quaſi totidem cæli, Dei veri gloriam enarrãtes per orbem terrarum, vniuerſum genus humanum, quod ſub peccati iugo vetuſta ſeruitute continebatur, ſenſim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuæ ſalutis lucem excitantes, verbum ipſum in omnem terram, & in fines orbis terræ, tum ipſi prius, tum deinde ſui ſucceſſores longe lateque propagauerunt, altiſsimeque fundarunt, vt qui nunc tantum ſubeunt onus, meminiſſe debeant, creberrimeq; ſecum reuoluere, præter auctoris ipſius, ac fundatoris I E S V CHRISTI pientiſsimi redemptoris, Petri etiam & Pauli cæterorumq; Apoſtolorum & Domini diſcipulorum ſe vices, quo ad hoc officium, ſubire, ac ſuſtinere. Sane fide dignorum relatione percepimus, quòd nonnulli prædicatores noſtris temporibus (quod dolenter referimus) non attendentes, ſe eorum, quos diximus, & inſuper ſanctorum Eccleſiæ Doctorum, aliorumque ſacram Theologiam profitentium, qui aſsiſtendo iugiter Chriſtianis, ac ſe falſis prophetis rectam fidem ſubuertere annitentibus opponentes, Eccleſiam militantem illæſam prius, per ſe talem eam eſſe manifeſtarunt, officium exercere, & non niſi vtilia concurrenti eorum ſermonibus populo ad vitiorũ extirpationem, virtutum laudem, animarum denique ſalutem fidelium, meditanda & perficienda debere aſſumere: multa tamen & varia contra inſtitutiones & exempla, quæ diximus, quandoque etiam ſcandaloſa populis prædicare, quod mentem certe noſtram mirum in modum commouit, dum nobiſcum ipſi mente voluimus, Hoc inquit Pon. qu a iam cœperat Lutherus male agere.

quòd

quod illi officij immemores sui, in suis sermonibus non ad vtilitatem audientium, sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorundam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deuenisse apparent, vt verificetur dictum apostoli, ad Timothæum ita scribentis: Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: quorum falsas & inanes mentes, prædicatores ipsi præfati, non modo in rectam veramque viam reducere minime student, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum sine vlla canonum attestatione, vel reuerentia, immo contra ipsas canonicas sanctiones, sacræ scripturæ sensum multifariam peruertentes, temereq; ac perperam plerunque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroresque ac minas, multaque mala propediem affutura, iamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo duntaxat sensui obsequêtes comminantur, repræsentant, ac desseque asseuerant, plerunque etiam vana quædam & inania, & alia huiusmodi populis ingerere, & (quod enormius est) ab æternitatis lumine, & sancti spiritus admonitione, aut infusione, illa se habere asserere audent. Cumque ij sub confictorum miraculorum mêdacijs, varios errores fraudesque disseminant, denique populos, quos in Euangelica doctrina sedulo instruere, & in vera fide retinere & conseruare deberent, sermones suos à sensu & præceptis vniuersalis Ecclesiæ retrahentes, à sacrisque constitutionibus, quas maxime sequi deberent, deuiantes, auditores suos amouent, ac longe faciunt à salute. Per hæc namque & alia

S. Gregorij ad Prædicatores monitu digna monitio.

huiusmodi simpliciores homines, vt ad deceptionem procliuiores, à via salutis & obedientia Romanæ Ecclesiæ deuiantes, in errores varios perfacile inducuntur. Propterea Gregorius huius muneris peritissimus, & feruores charitatis incensus, prædicatores vehementer hortatur & monet, vt dicturi ad populum, prudentes cautique accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus quasi iaculis audientium corda configant, & cum sapientes fortasse videri desiderant, decepti, speratæ virtutis compagem insipienter discindant. Sæpe namque verborum effectus amittitur, cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda leuigantur. Et sane in nullo alio rudem ij plebem maiori damno scandaloque afficiunt, quàm cum vel tacenda prædicant, vel falsa & inutilia docêdo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic sacræ religioni Diuinitus institutæ, vt noua & aliena,

Causæ istius constit.

omnino contraria esse noscuntur, graui certe accuratoque sunt examine digna, ne scandalum populo Christiano, & suorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur sanctæ Dei Ecclesiæ (cui disponête Domino præsidemus, quæ quidem vna est, & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter & sincere côfitetur, iuxta illud Prophetę vaticinium, Qui habitare facit vnius moris in domo) vniformitatem, quantum cû Deo possumus, posthabitam reducere, & retentam conseruare, quique populo verbum Dei prædicant, tales esse cupiêtes, vt eorum prædicatione, Dei ecclesia nullum scandalum patiatur, & si qui corrigibiles sunt, ab his, quæ proximis nostrisque temporibus præsumpserunt, cum nonnullos eorum, præter illa quæ diximus, prædicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Euangelium (vt deberent) explanantes, sed conficta miracula, & noua ac falsa vaticinia, aliaque leuia & ab anilibus fabulis parum distantia, magnumque scandalû parientia, nulla deuotionis & auctoritatis, eiusque improbâtis, ac repellêtis hæc, habita ratione, vastis clamoribus imprimere, ac suadere vbique conantes, & ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & alijs Ecclesiæ prælatis parcentes, quibus potius honorem, ac reuerentiam exhibere deberent, sed in eorum personas, ac statum audaciter, ac temere inuehi consueuisse, & alia huiusmodi commisisse constat, in futurum abstineant, vt tam periculosum contagiosumque malum, ac mortifera pestis radicitus euellatur, & arefactum ita penitus deleatur, vt nec memoria eius remaneat: sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus secularis, quam cuiuscunque etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicandi, tâ de iure quàm de consuetudine, vel priuilegio aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercêdum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus, (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac motum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic, quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas authenticas, seu alias sui examinatoris approbatorisque, episcopis & alijs locorum ordinarijs fidem legitime faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem doctorum, quos ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent: nec quidquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & sane intellectis, non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat, Non esse vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: ipsosque qui hactenus similia asserere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa reliquorum etiâ recte prædicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet: inhibentes omnibus & singulis clericis secularibus vel regularibus præfatis, cæterisque cuiuscunque status, gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cætero in sermonibus suis publicis, alia quæque futura ex literis sacris constanter prædicere, nec illa a spiritusancto vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanesque diuinationes asseuerando, aut alio quocunque modo tractanda assumant, sed ex diuinæ vocis præcepto euangelium omni creaturæ cû vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleent & declarent, & pacem ac dilectionem mutuam à redemptore nostro tantopere commendatam, vbique fauentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab episcoporum & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo & laicis non modo incaute, sed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque nominibus aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ V. quæ incipit, Religiosi, quam tenore præsentium innouamus & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab illo acceperant, superlucrari, & eiusdem gratiam & gloriam consequi mereantur. Cæterum si quibusdam eorum, Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quædam reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus prædicatorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, hos aliorum fabulosorum & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur namque ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopitur: & tunc Spiritui sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momêti

est, eo

Margin notes:

Iubet Pont. iste non admitti aliquem ad officiû prædicandi nisi prius examinatus & approbatus fuerit.

De quo vide inf. const. 17.

Publicatores euangelium iuxta sensum Doctorû approbatorum prędicant.

Antichristi, aduentus & iudicij certum diê non proponant.

Futuraque prędicent aut a Spiritu sancto vel diuina reuelatiõe habuisse, affirmare nõ præsumât.

Superiores & prælatos incaute nõ reprehendant.

Clem. V. constit. hic non habet.

est, eo quòd non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant: volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur. Quòd si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet; tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quidquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales a iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, aqua non nisi a Rom. Pont. præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similis minime audeant, eis prædicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac priuilegijs & indultis, & literis Apostolicis, ordinibua & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac etiam à nobis forsan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quo ad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, mãdati, inhibitionis, innouationis, approbationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Data Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Domini 1515. 14. Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno quarto.

Inspirationes diuinæ antequā prædicentur Apostolicæ sedi aut siue loci ordinario examini reseruātur.

Inobedientium pœnę.

Clausula derogatoria.

XVI.

De Concordatis inter Sedem Apostolicam, & Regem Franciæ, & Abrogatione constitutionis in eo Regno Pragmaticæ nuncupatæ.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Sacro approbante Concilio Diuina disponente clementia, per quam Reges regnant, & principes imperant.

IN eminenti Apostolatus specula, & super gentes & regna, meritis licet imparibus, constituti, animo reuoluentes, quod & si ea quæ pro salubri, & quieto regimine regnorum, & ad pacem & iustitiam populorum, perpetua eorundem Regnorum stabilitate, Regibus præsertim de fide catholica, & de republica Christiana, & Apostolica sede benemeritis, laudabili, & prouida nostra ordinatione cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus concessa, ac ad effectum huiusmodi gesta, statuta, ordinata, decreta, factaue sunt, plenam roboris obtineat firmitatem, illis nihilominus interdum sacro approbãte Concilio nostræ innouationis, & approbationis robur adijcimus, vt eo firmius illibata perdurẽt, quo sæpius e runt nostra auctoritate, ac etiam generalis Concilij præsidio communita, efficacemque operam circa eorundem conseruationem libenter adhibemus, vt Reges & ipsorum Regnorum personæ, concessionibus, priuilegija, statutis, & ordinationibus huiusmodi in domino plene gaudentes, in pacis & tranquillitatis, ac amœnitatis dulcedine cõquiescant, & in eorum solita erga eandem sedem deuotione feruentius perseuerent. Nuper siquidem. vt ecclesia sponsa nostra in sancta vnione conseruaretur, & per Christifideles sacris Canonibus a Romanis Pontificibus, & sacris generalibus Cõcilijs duntaxat æditis vterentur, quasdam Cõstitutiones, quas de cetero loco Pragmaticæ sanctionis, & contentorum in ea in Regno Franciæ pro bono pacis, & concordiæ, ac illius communi, & publica vtilitate cum charissimo in CHRISTO filio nostro Francisco Francorum Rege Christianissimo, dũ Bononiæ cum nostra Curia essemus, tractatas, & cum eisdem fratribus nostris diligenter examinatas, & de eorũ consilio cum præfato Rege concordatas, & per ipsius Regis legitimum procuratorem acceptatas, de corundem fratrum consilio, & vnanimi consensu statuimus, & ordinamus, prout in nostris literis desuper confectis plenius continetur: quarũ tenor sequitur, & est talis. LEO Episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Primitiua illa Ecclesia in angulari petra à Saluatore nostro IESV CHRISTO fundata, Apostolorum præconijs elata, Martyrumque sanguine consecrata, & aucta, vbi primum, iuuante domino, per orbem terrarum lacertos mouere cæpit, prouide attendens quantum oneris humeris impositum haberet, quot oues pascere, quot custodire, ad quot etiam remotissima loca oculos intendere oporteret, diuino quodam consilio parochias instituit, diœceses distinxit, Episcopos creauit, & Metropolitanas perfecit, vt tanquam membra capiti obsequentia, cuncta secundum eius voluntatem salubriter in domino gubernarent, & tanquam riuuli a perenni fonte, Romana videlicet Ecclesia, deriuantes, ne angulum quidem dominici agri irrigatum dimitterent. Vnde sicut alij Romani Pontifices prædecessores nostri suo tempore omni studio curarunt, vt dicta Ecclesia vniretur, & in sancta vnione sine ruga, & macula conseruaretur, & omnes vepres ab eadem Ecclesia abolerentur, cui proprium est diuina opitulante gratia virtutes colere, & vitia radicitus extirpare: ita & nos tempore nostro, & præsenti durante Concilio ea facere, & curare debemus, quæ vnioni, & conseruationi eiusdem Ecclesiæ conducere videntur. Ea propter omnes spinas quæ vnioni huiusmodi obsistunt, & segetem domini pullulare non sinunt, tollere prorsus & extirpare, ac virtutes in vinea domini inserere satagimus. Sane inter arcana mentis nostræ reuoluentes quot tractatus inter piæ memoriæ Pium II. Sixtum IIII. Innocentium VIII. Alexandrum VI. & Iulium II. Romanos Pontifices prædecessores nostros, & claræ memoriæ Reges Franciæ Christianissimos super abrogatione certę constitutionis in dicto Regno Franciæ vigentis, quæ Pragmatica vocatur, habiti fuerunt: & licet Pius II. præfatus Nuncijs ad claræ memoriæ Ludouicum XI. Franciæ Regem Christianissimum destinatis, tãtis eisdem persuaserit rationibus, vt Rex ipse Pragmaticam sanctionem huiusmodi, tanquam in seditione & schismatis tempore natam, suis patentibus literis abrogauerit, tamen huiusmodi abrogatio, nec etiam literæ Apostolicæ præfati Sixti super concordata cum Oratoribus præfati Regis Ludouici ad præfatum Sixtum prædecessorem destinatis habita expeditæ per Prælatos & personas ecclesiasticas dicti Regni receptæ non fuerunt, nec ipsi Prælati, & personæ ecclesiasticæ illis parere, nec monitis Ionocentij, & Iulij prædictorum aures præbere, sed eidem Pragmaticæ constitutioni inhærere voluerunt. Vnde præfatus Iulius prædecessor in præsenti Cõcilio Lateranensi vniuersalem Ecclesiam repræsentante per eum legitime indicto abrogationis Pragmaticæ sanctionis huiusmodi negotium, & illius discussionem venerabilium fratrum suorum Cardinalium, de quorum numero

Ecclesiastici ordines prouide instituti fuerunt a S. Rom. Ecclesia.

Ecclesia Rom. in vnione & concordia cõseruari debet.

Rom. Pontifices pro tali vnione & abrogatione pragmaticæ diuersos tractatus habuerunt cum Regibus Frãcię.

Ludouicus Rex tempore Pij 2. cã abrogauit, sed abrogatio non fuit seruata.

Iul. 2. propterea Concilium lateranense indixit.

mero tunc eramus,& aliorum Prælatorum congregationibus,relationemque discussorum sibi,& eidem Concilio faciendam commisit,Gallicosque Prælatos,Capitula ecclesiarum,& Monasteriorum Conuentus, ac Parlamenta,& laicos illis fauentes,cuiuscunque dignitatis,etiam si Regalis existerent,sanctione prædicta vtentes,seu illam approbantes,omnesque & singulos alios sua communiter vel diuisim interesse putantes, per edictum publicum,cum ad partes illas tutus nō pateret accessus,in certis ecclesijs tunc eapressis affigendum moneri,& citari infra certum competentem terminum præfigendum ad comparendum coram eo in Concilio præfato, causasque dicendum quare sanctio præfata in concernentibus auctoritatem,dignitatem, & vnitatem Ecclesiæ Romanæ, & Apostolicæ sedis, sacrorumque canonum, & Ecclesiasticæ libertatis violationem, nulla & inualida declarari,decerni,& abrogari non deberet.

Iul. 2. interim obijt.

Et cum super ijs in forma iuris in præfato Concilio Lateranēsi procederetur,dictusque Iulius prædecessor,sicut domino placuit,rebus fuisset humanis exemptus, nosque diuina fauente clementia,ad summi Apostolatus apicem assumpti fuissemus,& contra Prælatos,Capitula, Conuentus,& personas huiusmodi ad nonnullos actus processissemus,tandem considerantes pacem esse vinculum caritatis,& specialem virtutem qua saluamur, dicente domino, Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere, non sitiet in æternum: & quod in pace consistat salus vniuersorum, Cassiodoro testante, omni quippe Regno desiderabilis debet esse tranquillitas,in qua & populi proficiunt,& vtilitas gentium custoditur,matura deliberatione cognouimus,

Pont. iste creatus fuit, & ipse contra eosdem procedere cœpit.

Sed omnibus maturè discussis oritur inter Pōt. & Franciscū Regem concordia, de qua infra initū fuit.

non per Nuncios,aut Legatos nostros,sed in præstatione obedientiæ filialis,quam charissimus in Christo filius noster Franciscus Francorum Rex Christianissimus personaliter nobis præstitit,hæc cum Maiestate sua coram discutere,eumque paternis hortari monitis, vt ad laudem Dei,& sui honorem prompto animo libens, ac volens dictæ Pragmaticæ sanctioni abrenunciare,& secundum Canones,& Constitutiones S. R. E. quemadmodum cæteri Christiani viuere,mandatis Apostolicis,& prouisionibus, quæ à sede Apostolica pro tempore emanarent,parere & obedire vellet. Et cum ex electionibus,quæ in ecclesijs cathedralibus, & Metropolitanis, ac monasterijs dicti Regni a multis annis citra fiebant, grādia animarum pericula prouenirent, cum pleræque per abusum secularis potestatis, nonnullæ vero præcedentibus illicitis & simoniacis pactionibus, aliæ particulari amore,& sanguinis affectione,& non sine periurij reatu fierent,cum Electores ipsi,etiam si ante electionem per eos faciendam magis idoneum, & non eum quem promissione, aut datione alicuius rei temporalis; seu prece vel precibus per se,vel alium interpositis electionem procurare didicissent,eligere sponte iurarent, iuramentū huiusmodi non seruarent,sed contra proprium huiusmodi iuramentum,in animæ suæ præiudicium,venirent, vt nobis notorie constat ex crebris absolutionibus & rehabilitationibus a nobis,& prædecessoribus nostris petitis & obtentis, idem Franciscus Rex nostris paternis monitis tanquam verus obedientiæ filius parere volens, tam pro bono obedientiæ in qua magnum meritum vere consistit,quam pro communi, & publica Regni sui vtilitate,in locum dictæ Pragmaticæ sanctionis,ac singulorum capitulorum in ea contentorum Constitutiones infrascriptas inuicem tractatas,& cum fratribus nostris S.R.E.Cardinalibus diligenter eaaminatas, & de eorum consilio cum præfato Rege concordatas per dilectum filium Rogerium Barne Regni Aduocatum,Oratorem suum, ad hoc ab eodem Francisco Rege ad nos destinatum,habentem ad hoc speciale & sufficiens mandatum acceptauit:De eorundem fratrum consilio,& vnanimi consensu, ex certa nostra scientia & potestatis plenitudine statuimus,& ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris temporibus loco dictæ Pragmaticæ Constitutionis,ac omnium,& singulorum capitulorum in ea contentorum,in dicto Regno,Delphinatu, & comitatu Dien ac Valentinen.infrascriptæ obseruentur constitutiones, videlicet, Quod Cathedralibus, & Metropolitanis ecclesijs in Regno,Delphinatu,& Comitatu prædictis nunc & pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium sponte factam vacantibus,illarum Capitula, & Canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri Prælati procedere non possint,

Tenor concord.

De electionibus ad Cathedrales, & Metropolitanas Ecclesias.

sed illarum occurrente huiusmodi vacatione,Rea Franciæ pro tempore existens vnum grauem Magistrum, seu Licentiatum in Theologia,aut in vtroque,seu altero iurium Doctorem,aut Licentiatum in vniuersitate famosa,& cum rigore examinis,& in vigesimo septimo suæ ætatis anno ad minus constitutum,& alias idoneum, infra sea menses a die vacationis ecclesiarum earundem computandos,nobis,& successoribus nostris Romanis Pontificibus, seu sedi prædictæ nominare,& de persona per Regem huiusmodi nominata,per nos & successores nostros, seu sedem prædictam prouideri: & si contingeret præfatum Regem personam taliter non qualificatam ad dictaa ecclesias sic vacantes nominare,per nos,& successores,seu sedem huiusmodi de persona sic nominata eisdem ecclesijs minime prouideri debeat, sed teneatur idem Rex infra tres alios menses a die recusationis personæ nominatæ non qualificatæ,solicitatori nominationem non qualificatam prosequenti consistorialiter factæ intimandæ, computandos,alium supradicto modo qualificatum nominare,alioquin vt dispendiosæ ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur, ecclesiæ tunc sic vacanti per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi de persona, vt præfertur,qualificata,necnon ecclesijs per obitum apud sedem prædictam vacantibus,semper,nulla dicti Regis præcedente nominatione,libere prouideri possit:decernentes electiones contra præmissa attentatas, ac prouisiones per nos,& successores nostros,seu sedem huiusmodi factas, nullas & inualidas eaistere.

De electionibus ad Ecclesias vacan. per obitum apud Sedem.

Consanguineis tamen præfati Regis,ac personis sublimibus ex causa rationabili & legitima,in nominatione & Apostolicis literis eaprimenda,necnon religiosis Mendicantibus reformatis,eminentis scientiæ, & eacellentis doctrinæ,qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad gradus huiusmodi assumi non possunt,sub prohibitione præmissa minime comprehensis,sed de eorum personis dictis ecclesijs pro tempore vacantibus,ad dicti Regis nominationem,per nos & successores nostros,seu sedem huiusmodi libere prouideri possit. Monasterijs vero, & prioratibus conuentualibus,& vere electiuis,videlicet in quorum electionibus forma capituli,Quia propter,seruari,& cōfirmationes electionum huiusmodi solemniter peti consueuerunt,in Regno,Delphinatu,& Comitatu huiusmodi nūc & pro tempore etiam per similem cessionem vacantibus,illorum conuentus ad electionem, seu postulationem Abbatis,seu Prioris procedere non possint, sed idem Rex illorum occurrente huiusmodi vacatione religiosum eiusdem ordinis in ætate viginti trium annorum ad minus constitutum infra simile tempus sex mensium a die vacationis monasteriorum,& prioratuum huiusmodi computandorum, nobis & successoribus nostris, aut sedi huiusmodi nominare, & de persona per Regem huiusmodi monasterio vacanti nominata, per nos & successores nostros, seu sedem huiusmodi prouideri: Prioratus vero personæ ad illum per eundem Regem nominatæ conferri debeat:Si vero idem Rex presbyterum sæcularem,aut religiosum alterius ordinis,aut minorem viginti trium annorum,vel alias inhabilem nobis,aut successoribus nostris infra dictum semestre,seu sedi huiusmodi nominarte,

De Electionibus ad Monasteriā, & beneficia electiua.

nominaret, talis nominatus recusari, & nullatenus sibi prouideri debeat, sed Rex ipse infra trimestre a die recusationis supradicto modo intimandæ computandos, alium modo supradicto qualificatum monasterio, seu prioratui tunc vacanti nominare, & de persona ad monasterium nominata illi prouideri: ad prioratum vero nominato prioratus ipse per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam conferri debeat, alioquin dictis nouem mensibus effluxis, nulla seu de persona minus idonea, & modo præmisso non qualificata facta nominatione, ac etiam vacantibus apud sedem prædictam, semper, etiam nulla dicti Regis expectata nominatione, per nos, & successores nostros, seu sedem prædictam monasterijs prouideri: prioratus vero personis, vt præfertur, qualificatis, duntaxat conferri libere possint: Electiones autem, & illarum confirmationes, necnon prouisiones per nos, & successores nostros, & sedem prædictam contra præmissa pro tempore factas, nullas, irritas, & inanes esse decernimus.

Declaratio.

Per præmissa tamen non intendimus in aliquo præiudicare capitulis ecclesiarum, & conuentibus monasteriorum, & prioratuum, huiusmodi priuilegia a sede Apostolica proprium eligendi prælatum obtinentibus, quominus ad electionem Episcoporum, ac Abbatum, & Priorum iuxta priuilegia eis concessa libere procedere possint, iuxta formam in eorum priuilegijs contentam: & si in eorum priuilegijs forma aliqua expressa non fuerit, tunc formam Concilij generalis, Quia propter, seruare teneantur: dummodo de priuilegijs sibi concessis huiusmodi per literas Apostolicas, seu alias auctenticas scripturas docuerint, omni alia specie probationis eis in hoc adempta.

De expectatiuis & reseruationib. non concedēdis.

Volumus quoque, & ordinamus, quod in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis de cetero nō dentur aliquæ gratiæ expectatiuæ, ac speciales vel generales reseruationes ad vacatura beneficia, per nos, & sedem prædictam non fiant: & si de facto per importunitatem, aut alias a nobis, & successoribus nostris, & sede prædicta emanauerint, illas irritas, & inanes esse decernimus. In cathedralibus tamen, Metropolitanis, & collegiatis ecclesijs, in quarum statutis caueretur expresse, quod nullus ibidem dignitatem, personatum, administrationem, vel officium obtinere possit, nisi in illis actu canonicus existat, canonicos (ad effectum duntaxat inibi obtinendi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi, & non consequendum primam præbendam vacaturam) creare posse intendimus.

De creatione Canonicorum ad effectum concedēdi dignitates.

Statuimus insuper, quod ordinarius collator in vnaquaque cathedrali, ac etiam Metropolitana ecclesia canonicatum, & præbendam theologalem inibi consistentes conferre teneatur vni Magistro, seu Licentiato, aut Baccalario formato in Theologia, qui per decennium in vniuersitate studij generalis priuilegiata studuerit, ac onus residentiæ, lecturæ, & prædicationis actu subire voluerit: quique bis, aut semel ad minus per singulas hebdomadas, impedimento cessante legitimo, legere debeat, & quotiens ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli per subtractionem distributionum totius hebdomadæ puniri possit: & si residentiam deseruerit, de illis alteri prouideri debeat: & vt liberius studio vacare possit, etiam si absens fuerit a diuinis, habeatur pro præsente, ita vt nihil perdat. Præfatique ordinarij collatores, seu patroni ecclesiastici quicunque fuerint, vltra dictam præbendam Theologicam, quam (vt præfertur) qualificato conferre teneantur, tertiam partem omnium dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem quomodolibet spectantium viris litteratis, graduatis, & per vniuersitates nominatis hoc modo, videlicet primo mense post præsentium acceptationem, & earundem publicationem præfati ordinarij collatores dignitates, personatus, administrationes, & officia ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem (vt præfertur) spectantia, graduatis huiusmodi, qui litteras suorum graduum cum tempore studij debite insinuauerint, conferre teneantur.

Forma conferendi beneficia per Ordinarios obseruanda.

Beneficia vero quæ in duobus sequentibus mensibus vacare contigerint, illa iuxta iuris communis dispositionem personis idoneis libere conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare; Beneficia autem quæ in quarto mense vacare contigerint, viris graduatis per vniuersitatem nominatis qui gradus, & nominationis literas cum tempore studij debite insinuauerint, conferre, seu præsentare teneantur; Beneficia vero quæ quinto mense, & sexto vacare contigerint, simili modo personis idoneis libere conferre, seu personas ad illa præsentare possint. Beneficia autem quæ septimo mense vacare contigerint, graduatis qui simili modo literas gradus cum tempore studij debite insinuauerint, conferre teneantur. Beneficia vero quæ octauo, & nono mensibus vacare contigerint, pari modo personis idoneis conferre, seu personas idoneas ad illa præsentare teneantur. Beneficia autem quæ mense decimo vacare contigerint, graduatis nominatis, qui gradus, & nominationis literas cum tempore studij debite insinuauerint, per eosdem ordinarios conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Beneficia autem quæ vndecimo & duodecimo mensibus vacare contigerint, per eosdem ordinarios personis idoneis iuxta iuris communis dispositionem conferri, seu ipsi ad illa præsentari debeant. Siquis vero cuiuscunque status etiam si Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, aut Pontificalis, vel alterius cuiuslibet dignitatis contra prædictum ordinem, & qualificationes superius ordinatas de dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs, seu quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo præmisso disposuerit, dispositiones ipsæ sint ipso iure nullæ, Collationesque, & prouisiones, ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem deuoluantur, qui eisdem personis modo præmisso qualificatis prouidere teneatur, & si contrauenerit, ad alium superiorem deuoluatur prouisio, & præsentatio huiusmodi gradatim, donec ad sedem apostolicam fiat deuolutio.

Collationes aliter factæ nullæ sunt, & ad superiorem deuoluũtur vt hic.

De collationibus faciēdis ad fauorē graduatorum de quibus hic.

Præterea volumus quod collatores ordinarij & patroni ecclesiastici præfati, qui dignitates, personatus, administrationes, & officia, ac beneficia in mensibus graduatis, & nominatis, assignatis vacātia, illis graduatis simplicibus, aut nominatis illa conferre, aut ad illas eos duntaxat præsentare teneantur, qui per tempus competens in vniuersitate famosa studuerint, tempus autem competens decennium in magistris seu licentiatis, aut bacchalarijs in Theologia, Septennium vero in doctoribus, seu licentiatis in iure canonico, ciuili, aut medicinis, Quinquennium autem in magistris, seu licentiatis in artibus cum rigore examinis a logicalibus inclusiue, aut in altiori facultate, Sexennium autem in bacchalarijs simplicibus in Theologia, Quinquennium vero in bacchalarijs iuris canonici, aut ciuilis, in quibus bacchalarijs iuris canonici aut ciuilis, si ex vtroque parente nobiles fuerint, triennium esse decernimus, præfatique graduati, & nominati Collatoribus ordinarijs, siue patronis ecclesiasticis, semel ante vacationem beneficij de literis gradus, seu nominationis, & de præfato tempore studij per literas patentes vniuersitatis in qua studuerint, manu scribæ, & sigillo vniuersitatis signatas fidem facere teneantur.

Nobilitatis probatio.

Cum vero probatio nobilitatis fieri deberet ad effectum vt nobiles ipsi gaudere possint beneficio minoris temporis studij, tunc nobilitas ipsa per quatuor testes deponentes in iudicio coram Iudice ordinario loci in quo est natus ille de cuius nobilitate ex vtroque parente constare debet, etiam in partis absentia

probari possit, teneanturque præfati graduati, tam simplices, quam nominati, patronis ecclesiasticis, aut Collatoribus ordinarijs, quibus gradus aut nominationis literas huiusmodi insinuare deberent, literas suorum gradus & nominationis, certificationis temporis studij, & attestationis nobilitatis duplicatas dare, ac singulis annis tempore Quadragesimæ per se vel procuratorem suum Collatoribus, nominatoribus, seu patronis ecclesiasticis, aut eorum vicarijs, eorum nomina, & cognomina insinuare, & eo anno quo præfatã insinuationem facere omiserint, beneficium in vim gradus aut nominationis huiusmodi petere non possint, & si Collatoribus ordinarijs, aut patronis ecclesiasticis in mensibus deputatis, graduatis simplicibus, aut graduatis nominatis non esset graduatus, aut nominatus, qui diligentias præfatas fecerint, collatio, seu præsentatio per Collatorem, seu patronum ecclesiasticum etiam eisdem mensibus facta alteri quam graduato vel nominato non propter hoc irrita censeatur, si tamen graduatus simplex aut beneficium post insinuationem gradus aut nominationis in mensibus eis assignatis vacans petierit, & inter suam insinuationem, & præfatam requisitionem non superuenerit Quadragesima in qua nomen & cognomen insinuare debuerit, ad beneficium sic vacans eum capacem, ipsumque illud consequi posse & debere decernimus. Statuimus quoque & ordinamus, quod Collatores ordinarij & patroni ecclesiastici præfati inter graduatos qui literas gradus cum tempore studij & attestatione nobilitatis debite insinuauerint, quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacantia gratificare possint illum ex eis quem voluerint, quo vero ad beneficia in mensibus graduatis, nominatis, deputatis antiquiori nominato conferre, seu antiquiorem nominatum qui literas nominationis, temporis studij, & attestationis nobilitatis debite insinuauerit,

In concursu plurium graduatorum quis præferendus.

præsentare, seu nominare teneantur, concurrentibus autem nominatis eiusdem anni, Doctores licentiatis, Licentiatos Bacchalarijs (demptis Bacchalarijs formatis in Theologia, quos fauore studij Theologici Licentiatis in iure Canonico, Ciuili, aut Medicina præferendos esse decernimus) Bacchalarios Iuris Canonici aut Ciuilis magistris in artibus præferri volumus. Concurrentibus autem pluribus doctoribus in diuersis facultatibus, doctorẽ Theologum doctori in iure, doctorem in iure canonico doctori in iure ciuili, doctorem in iure ciuili, doctori in medicina præferendos esse decernimus, & idem in licentiatis & Bacchalarijs seruari debere volumus: & si in eisdem facultate & gradu concurrerent, ad datam nominationis seu gradus recurrẽdum esse volumus, & si in omnibus his concurrerent, tunc collator ordinarius inter eosdem concurrentes gratificare possit. Volumus autem quod nominati literas nominationis ab vniuersitatibus in quibus studuerint obtinentes in nominationum literis beneficia per eos possessa, & eorum verum valorem exprimere teneantur, alioquin literæ nominationis huiusmodi eo ipso nullæ sint & esse censeantur. Si quis vero ex dictis qualificatis, graduatis simplicibus aut nominatis tempore vacationis beneficij in mensibus eis deputatis vacantis duas obtinear prębendas, in Cathedralibus etiã Metropolitan. aut Collegiatis, seu dignitatem vel præbendam, vel aliud beneficium seu alia beneficia, quorum insimul vel cuius fructus redditus & prouen. tempore residentiæ, & horis diuinis interessendo ad summam ducentorum florenorum auri de camera ascenderent, beneficium in vim gradus seu nominationis huiusmodi tunc petere seu consequi non possit. Et insuper quod tam graduati simplices quam nominati, beneficia in mensibus eis assignatis vacantia petere & consequi possint secundum propriæ personæ condecentiam & conformitatẽ, videlicet sæculares sæcularia, & religiosi regularia beneficia ecclesiastica, ita quod sæcularis nominatus beneficia regularia in mensibus deputatis vacantia prætextu cuiusuis dispensationis apostolicæ, & econtra religiosus beneficia sæcularia petere, aut consequi minime possint. Quodque beneficia simpliciter vel ex causa permutationis in mensibus graduatis simplicibus, & nominatis assignatis vacantia eis non sint affecta, nec debita, sed ex causa permutationis cum permutantibus duntaxat, simpliciter vero vacantia beneficia huiusmodi personis idoneis per ipsos ordinarios libere conferri possint. Statuimus quoque quod Parochiales ecclesiæ in ciui-

De collatione Eccles. Parochialium.

tatibus, aut villis muratis existen. non nisi personis modo præmisso qualificatis, aut saltem qui per tres annos in Theologia vel altero iurium studuerint, seu magistris in artibus qui in aliqua vniuersitate priuilegiata studentes magisterij gradum adepti fuerint, conferantur. Monemus autem præfati regni vniuersitates sub pœna priuationis omnium & singulorum priuilegiorum a nobis & sede apostolica obtentorum, ne Collatoribus seu patronis ecclesiasticis habeant aliquos nominare, nisi eos qui secundum præfata tempora studuerint, & secundum di-

Contrauenientiũ pœnę.

ctarum vniuersitatum statuta ad gradus & non per saltum prouecti fuerint. Quod si secus fecerint, vltra nullitatis pœnam quam in præfatarum nominationum literis declaramus, vniuersitates ipsas nominandi priuilegiũ ad tempus secundum culpæ qualitatem suspendemus. Siquis autem graduatorum aut nominatorum in mensibus deputatis Collatoribus ordinarijs aut personis ecclesiasticis beneficium vacans in vim gradus aut nominationis petierit, & Collatorem ordinarium in vim præfati gradus aut nominationis in processu posuerit, & aliter molestauerit, illum vltra expensarum damnorum & interesse condemnationem a fructibus sui gradus & nominationis priuandum esse decernimus, eodemq; vinculo collatores ordinarios & patronos ecclesiasticos quibus graduati & nominati debite vt supra qualificati suos gradus & nominationis literas insinuauerint, astringimus vt beneficia ad eorum collationem vel præsentationem spectantia in mensibus graduatorum simpliciũ & nominatorum vacantia stantibus præfatis graduatis aut nominatis debite qualificatis illa prosequentibus, alijs quam graduatis aut nominatis conferant, sub pœna suspensionis potestatis conferendi beneficia in octo mensibus illo anno ad Collationem eorum ac præsentationem liberam spectantibus. Statuimus quoque & ordina-

De Potestate Pontificis dandi literas in forma mandati.

mus, quod quilibet Rom. Pont. semel duntaxat tempore sui Pontificatus literas in forma mandati iuxta formam inferius annotatam & non vltra dare possit hoc modo videlicet, vnum Collatorem habentem Collationem decem beneficiorum in vno, habentem autem Collationem quinquaginta beneficiorum & vltra, in duobus beneficijs duntaxat grauare possit, ita tamen quod in eadem ecclesia Cathedrali vel Collegiata Collatorem vnum pro tempore in duabus præben. non grauet. Et vt obuietur litibus quæ occasione literarum mandatorum huiusmodi oriri possent, mandata huiusmodi sub forma quæ est inferius annotata dari volumus, quam ad perpetuam

Vidi rotum quinternum Cancellariæ & non inueni hanc cõst. registratam.

rei memoriam in Cancellaria apostolica publicari, & in illius quinterno registrari mandamus, Declarantes, prosequentes huiusmodi mandata quo ad beneficia sub illis comprehensa ordinarijs Collatoribus & graduatis, simplicibus & nominatis præferendos, Nosque & successores nostros iure præuentionis, dignitates, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia ecclesiastica, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, quæcunque, & quomodocunq; qualificata, tã in mensibus graduatis, simplicibus & nominatis, quam ordinarijs Collatoribus præfatis assignatis vacantia, ac etiam sub dictis mandatis cõprehẽsa libere conferre. Statuimus insuper quod in prouisionibus quas personis quibusuis de beneficijs vacãtibus, seu certo modo vacaturis per nos

& successo-

& successores nostros, ac sedem prædictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad ecclesias Cathedrales, & Metropolitan. ac Monasteria, vt obtenta per eos beneficia retinere possint fieri contigerit, illorũ verus annuus per florenos aut ducat. auri de camera, aut libras Turonen. seu alterius monetæ valor secundum communem æstimationem exprimi debeat, alioquin gratiæ ipsæ sint ipso iure nullæ. Statuimus quoque & ordinamus, quod in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis omnes & singulæ causæ exceptis maioribus in iure expressæ denominatis, apud illos Iudices in partibus, qui de iure aut consuetudine præscripta, vel priuilegio illarum cognitionem habent, terminari & finiri debeant. Et ne sub vmbra appellationum quæ nimium & nonnunquam friuolæ interponi consueuerunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multipliciter iniustis vexationibus materia præbeatur, Volumus quod si quis offensus coram suo Iudice iustitiæ complementum habere nõ possit, ad immediatum superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel sedem prædictam omisso medio, nec a grauamine in quacunque instantia ante diffinitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in diffinitiua reparari nequiret, & eo casu non nisi ad immediatum superiorem liceat appellari. Si quis vero immediate subiectus sedi apostolicæ ad eandem sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus per rescriptum vsque ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam cõformem inclusiue, si ab illis appellari contigerit, nisi propter defectum denegatæ iustitiæ, aut iustum metum, & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & causarum expressione, quæ etiam de illis etiam legitime alias quam per iuramentum coram iudicibus a sede apostolica deputandis constare debeat, Processus autem contra præmissa attentatos nullos, & irritos esse volumus, ac rescripta contra præmissa impetrantes, in expensis, damnis & interesse condemnari debere decernimus, atque declaramus, Sanctæ vero Romanæ Ecclesiæ Cardinales qui pro vniuersali ecclesia continue laborant, necnon dictæ sedis officiales officia sua actu exercentes, sub præsenti decreto non intendimus comprehendi. Statuimus etiam & ordinamus, quod Iudices causas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes sub pœna excommunicationis, & priuationis beneficiorum per eos obtentorum eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant, pars vero diffugiens, & expeditionem ipsius causæ malitiose impediens grauissime per eosdem Iudices mulctetur, etiam vsque ad priuationem iuris in huiusmodi processu prætensi, si eis visum fuerit, super quo eorum conscientias oneramus, ab interlocutorijs autem secundo, à diffinitiuis vero tertio duntaxat prouocare licere decernimus. Volumusque secundam sententiam interlocutoriam conformem, & tertiam diffinitiuam etiam conformem omni mora cessante executioni debitæ demandari debere, quacunque appellatione interposita non obstante. Statuimus quoque quod quicunque, dummodo non sit violentus, sed habens coloratum titulum pacifice & sine lite prælaturam, dignitatem, personatum, administrationem, vel officium seu quodcunque beneficium ecclesiasticum triennio proximo hactenus possidet, vel pro tempore possidebit in petitorio vel possessorio a quoquam etiam ratione iuris nouiter reperti molestari nequeat, præterquam prætextu hostilitatis, aut alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & illud iuxta Concilium Viennen. intimari debeat: his autem hoc casu quo ad futuras controuersias intelligatur, si ad executionem citationis, iurisque sui in iudicio exhibitionem, aut terminorum omnium obseruationem processum fuerit. Monemus etiam ordinarios, vt diligenter inquirant, ne quis sine titulo beneficium possideat, & si quem beneficium sine titulo possidere repererint, declarent illi ius non competere cuiusuis temporis detentione non obstante: de ipsoque beneficio possit illi (dummodo non sit intrusus, vel violentus, aut alias indignus) vel alteri idoneo prouideri. Et insuper statuimus, quòd quicunque clericus cuiuscunque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si Pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post habitam præsentium notitiam, quam habere præsumatur post duos mẽses post earundem præsentium publicationem in ecclesijs cathedralibus factam, quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur, postquam præsentes ad eorum notitiam peruenerint, publicus concubinarius à perceptione fructuum omnium beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam, vel aliam euidentem ecclesiarum vtilitatem, ex quibus ij fructus percipiuntur, conuertat: necnon huiusmodi publicum concubinarium, vt primum talem esse nouerit, mox suus superior monere teneatur, vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel dimissam seu aliam publice resumpserit, iubemus vt ipsum omnibus suis beneficijs omnino priuet. Et nihilominus ij publici concubinarij vsque quo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcunque honorum, dignitatum beneficiorum, officiorumue sint inhabiles: qui si post dispensationem reciduo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant; quodque si hij ad quos talium correctio pertinet, eos, vt prædictum est, punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam in illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant. In Concilijs etiam prouincialibus, & synodalibus aduersus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiã per suspensionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna seueriter procedatur: & si ij quorum destitutio ad nos, & sedem prædictam spectat, per concilia prouincialia, aut suos superiores propter concubinatum publicum reperiantur priuatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur: eadem diligẽtia, & inquisitio in quibuscunque generalibus capitulis, etiam prouincialibus quoad eos seruetur, pœnis alijs cõtra prædictos, & alios publicos concubinarios a iure statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt non solum ij, quorum concubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam, & diffamatam tenent, & per suum superiorem admoniti ipsam cum effectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes pecuniarios quæstus a cõcubinarijs percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstus, talia quouismodo tolerent, aut dissimulent, alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam duplum eius quod propterea acceperint, restituere, & ad pios vsus omnino conuertere teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas, aut suspectas Prælati omnibus modis curent a suis subditis per auxilium, & brachij sæcularis inuocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper quod in prædictis synodis, & capitulis præmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant, diligenter iniungimus. Præterea omnibus sæcularibus viris, etiam si Regali præ-

Exprimatur verus valor alias gratiæ nullæ sunt.

De causis in partibus cognoscendis.

De eorum appellationibus.

Causæ infra biennium terminentur.

De triennali pacifico possessore.

De possidentibus beneficia sine titulo.

De publicorũ Cõcubinariorũ pœnis.

Concubinarij publici qui sint.

Pecunias recipere ad permittendum concubinas damnatur.

Prælati eiciant a subditis Concubinas & earum filios cohabitare apud patres non sinant.

fulgeant dignitate, ne vllum qualecunque inferant impedimentum, quocunque quæsito colore Prælatis, qui ratione officij sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu, & alijs casibus sibi a iure permissis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessarium euitandum, monemus omnes laicos, tam vxoratos, quam solutos, vt similiter a concubinatu abstineant: nimis enim reprehensibilis est qui vxorem habet, & ad aliam vxorem, seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium vxorem ducat: pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti, hi ad quos pertinet tam salutaribus monitis, quam alijs canonicis remedijs omni studio laborent. Statuimus insuper, quod ad euitãdum scandala & multa pericula, subueniendumque conscientijs timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, & receptione, aut alijs quibuscunque diuinis, vel etiam prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab

De conuersatione cum excommunicatis.

homine, vel a iure generaliter promulgatæ, teneantur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit vel contra personam, collegiam, vniuersitatem ecclesiasticam, aut locum certum, aut certam a iudice publicata, & denunciata specialiter, & expresse, aut si notorie io excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla posit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communione illius abstinere volumus, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari. Et quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione

Ciuitates interdicto non supponantur nisi in casibus hic exp̃ssis.

multa consueuerunt scandala euenire, statuimus quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa aut locus ecclesiastico supponi posit interdicto, nisi ea causa, siue culpa ipsorum locorum, aut domini, seu rectoris, vel officialium: propter culpam autem, seu causam alterius cuiuscunque priuatæ personæ huiusmodi loca interdici nequaquam posint, auctoritate quacunque ordinaria, vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata, ac denunciata, seu io Ecclesia publicata, aut domini, seu rectores, vel officiales ipsorum locorum auctoritate iudicis requisiti, huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad satisfaciendum compulerint, qua etiam post biduum eiecta recedente, vel satisfaciente, mox ad diuina resumi posint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus. Necnon Constitutionem de eorundem fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio æditam, quam cum irritanti decreto statuimus, & decreuimus, & ordinauimus, quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus de cessione regiminis, & administrationis ecclesiarum, & monasteriorum, facta per eos, qui ecclesijs, & monasterijs ipsis præerant, seu illa in ad-

De resignationibus.

ministrationem, seu commendam, aut vt alijs vnita, aut alias obtinebant, resignatione aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, seu cessioni iuris io eis, vel ad ea quomodolibet competentis, aut priuationis, vel depositionis, aut censurarum fulminatione, etiam literis Apostolicis a nobis, & sede Apostolica, etiam Motu

De hac materia vide infra Greg. 11. const. 87 humano cũ ibi not.

proprio pro tempore emanatis, quæ io manibus Romani Pontificis factæ dicerentur contentis, etiam si super illis narratiuis fundaretur intentio, constare, & apparere deberet per publica instrumenta, vel documenta authentica. Alioquin tam io iudicio, quam extra illud, narratiuæ, & assertiones huiusmodi in præiudicium tertij minime stari, nec ea illis alicui præiudicium afferri debere, nisi de huiusmodi narratiua, & assertione etiam in literis Apostolicis facta altero ex præmissis modis doceretur, innouamus, illamque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari mandamus. Et quia ad supradictam concordiam cum præfato Francisco Rege ob

Rex Franciscus huic Pont. obedientiam præstitit personaliter i Ciuitate Bononiæ.

illius sinceram deuotionem erga nos, & sedem prædictam ostensam, cum ad præstandam nobis reuerentiam, & filialem obedientiam ad ciuitatem nostram Bononiæ personaliter accessit, consentimus, illamque inuiolabiliter obseruari desideramus, illam veri contractus, & obligationis inter nos, & sedem Apostolicam prædictam ex vna, & præfatum Frãciscum Regem, & Regnum suum ex altera partibus, legitime initi, vim, & robur obtinere, ac illi, & præsentibus in aliqua sui parte per quascunque literas, & gratias per nos, & successores nostros desuper concedendas derogari, clausulamque cum earundem derogatione præsentiũ latissime extendenda, ac quod eædem præsentes literæ, & earum tenor pro expressis habeantur io quibusuis supplicationibus pro tempore signatis appositam, nihil penitus operari, & illius vigore in literis Apostolicis super ipsis supplicationibus conficiendis quicquam per quod præsentibus, aut alicui particulæ de contentis in eis derogaretur, seu derogari videretur, narrari non posit, & sic per quoscunque iudices, etiam Commissarios, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, & præfatæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibusuis causis super præmissis, vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, diffiniri, & sententiari debere, sublata eis aliter sententiandi, & diffiniendi omni-

Decretũ irritãs.

moda facultate & auctoritate, necnon irritum & inane quicquid secus super ijs vel eorum aliquo a quoquam quauis auctoritate etiam per nos & successores nostros præfatos scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Volumus autem quod si præfatus Rex præsentes literas, ac omnia & singula io eis contenta, quæ in prima futura Sessione præsentis Concilij Lateranensis approbare, & confirmare facere promisimus, infra sex menses a die approbationis, & confirmationis computandos non approbauerit, & ratificauerit, & ea perpetuis futuris tẽporibus in Regno suo, & omnibus alijs locis, & dominijs dicti Regni per omnes Prælatos, & alias etiam ecclesiasticas personas, ac Curias Parlamentorum legi, publicari, iurari, & registrari, ad instar aliarum

Concordiam istã seruari mandat quatenus per Regem seruẽtur hic contenta.

Constitutionum Regiarum, & de acceptatione, lectione, publicatione, iuramento, & registratione prædictis infra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas, aut auctenticas scripturas nobis non transmiserit, aut Nuncio nostro apud ipsum Regem existenti, per eum ad nos destinandas non consignauerit, & deinde singulis annis etiam legi, prout aliæ ipsius Francisci Regis constitutiones, & ordinationes, quæ in viridi sunt obseruantia, obseruari debent, inuiolabiliter obseruari cum effectu non fecerit, præsentes literæ, & inde secuta quæcunque sint cassa, & nulla, nulliusque roboris vel momenti. Et cum omnium quæ in Regno Delphinatu, & Comitatu prædictis agantur notitiam non habeamus, consuetudines, statuta, seu vsus libertati ecclesiasticæ, & auctoritati sedis Apostolicæ quomodolibet præiudicantia si qua in Regno, Delphinatu, & Comitatu prædictis alias quam in præmissis existant, non intendimus nobis, & eidem sedi in aliquo præiudicare, seu illa tacite vel expresse quomodolibet approbare. Et nihilominus præfato Francisco, & pro tempore existenti Francorum Regi in virtute sanctæ obedientiæ mandamus quatenus per se, vel alium, seu alios in dignitate ecclesiastica constitutos præsentes literas, ac omnia, & singula in eis contenta, quando & quotiens opus fuerit, publicari, & ea inuiolabiliter obseruari faciant. Cõtradictores cuiuscunq; dignitatis & præeminẽtiæ fuerint per censuras ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, aliaque iuris & facti quauis opportuna remedia appellatione

qualibet

qualibet omnino postposita compescendo. Non obstantibus omnibus supradictis: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. *Clausulę derogatoriæ.*

Forma vero supradicti mandati Apostolici sequitur, & est talis.

Forma mandati Apost. de quo supra. LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Veoerabili fratri Episcopo. N. & dilectis filijs Capitulo singulisque canonicis Ecclesiæ. N. salutem & Apostolicam benedictionem. Vitæ ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus dilectus filius. N. apud nos fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, vt sibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod cupientes vt eidem. N. iuxta illius quæ olim per fel. record. Gregorium Papam VIII. prædecessorem nostrum ad tunc Episcopum Nouionen. directa extitit quæ incipit, Mandatum, & aliarum duarum illam immediate sequentium decretalium formas de Canonicatu & præben. aut dignitate, personatu, administratione, vel officio vestræ vel alterius Ecclesiæ, aut alio beneficio, cum cura, vel sine cura, etiam si Parochialis Ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, siue perpetua capellania ad vestram collationem, nominationem, seu præsentationem, & aliam quamcunque dispositionem prouideri possit, Ac voleotes præfato. N. meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem, ipsumque. N. à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inoodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura quæ præfatus. N. etiam ex quibusuis Apostolicis dispensationibus obtinet, & expectat, ac in quibus, & ad quæ ius sibi quomodolibet competit, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, eorumque fructuum, red. & prouen. veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad ipsius. N, vel alicuius alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis pro alio non scipserimus qui simile mandatum, aut similem gratiam prosequatur, Canonicatum: & præben. aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium vestræ vel alterius ecclesiæ, aut aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura, etiam si parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, aut capella, vel perpetua capellania fuerit, ad vestram collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quamuis aliam dispositiooem pertinens, etiam si dignitati, personatui, administrationi, vel officio huiusmodi cura immineat animarum, dummodo talis dignitas electiua non existat, cum creatione in Canonicum vestræ vel alterius ecclesiæ, etiam si in ea statuto, & priuilegio expresse caueatur, quod nulli de dignitate, personatu, administratione, vel officio prouideri non possit, nisi cum effectu illius Ecclesiæ Canonicus existat, Canonicatum huiusmodi Ecclesiæ cum plenitudine iuris Canonici, & non obstan. de certo Canonicorum numero ad effectum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem, vel officium duntaxat obtinen. & non alias auctoritate Apostolica, tenore præsentium conferimus, & de illo etiam prouidemus, si quem, quam, vel quod post mensem, postquam præseotes literæ vobis præsentatæ fuerint, extra Rom. Curiam vacare contigerit, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinen. suis eidem. N. conferatis, & de illo, aut illa prouideatis, seu ipsum ad illum, illam, vel illud præsentetis, aut nominetis, ipsumque. N. in Canonicum, & in fratrem vestræ vel alterius ecclesiæ ad effectum tantum obtinendi dignitatem, personatum, administrationem vel officium huiusmodi recipiatis, stallum sibi in choro, & locum in capitulo cũ plenitudine iuris canonici assignetis, inducentes eundem. N. vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Canonicatus & præben. aut dignitatis, personatus, administrationis, vel officij, seu beneficij huiusmodi, iuriũque, & pertinen. vniuersorum prædictorum, defendentesque inductum, ac facien. N. vel pro eo procuratorem prædictum ad præben. aut dignitatem, persooatum, administrationem vel officium, seu beneficium huiusmodi, quodcũque fuerit, vt moris est admitti, sibique de illius, vel illorum fructibus, redditibus, prouen. iuribus, & obuentionibus vniuersis iotegre responderi. Non obstan. de certo canonicum numero. vt præfertur, & alijs Cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ vestræ vel alterius ecclesiæ iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque, aut si vobis ab apostolica sit sede indultum, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneamini, quodque de Canonicatibus, & præben. seu dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs vestræ vel alterius ecclesiæ, aut alijs beneficijs ecclesiasticis quibuscunque ad vestram collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quamuis aliam dispositiooem, communiter vel diuisim pertinen. oulli valeat prouideri per litteras apostolicas nõ facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgen. generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Seu si dictus. N. præsens non fuerit ad præstandum de obseruan. statutis, & consuetudinibus vestræ, vel alterius ecclesiæ solitum iuramentum, dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud præstes Data &c.

Forma alterius mandati Apost. Dilectis filijs. N. & N. ac N. officialibus salutem & apostolicam benedictionem. Hodie cupientes vt dilecto filio. N. Clerico N. dioec. iuxta illius quæ olim per fe. rec. Gregorium Papam VIII. prædecessorem nostrum ad tunc Episcopum Nouionen. directa extitit, quæ incipit, Mandatum, & aliarum duarum illam immediate sequentium decretalium formas de Canonicatu, & præben. aut dignitate, personatu, administratiooe, vel officio ecclesiæ. N. aut alio beneficio ecclesiastico cum cura, vel sine cura prouideri posset, motu proprio venerabili fratri nostro Episcopo. N. & dilectus filis Capitulo, singulisq; canonicis ecclesiæ. N. per alias nostras literas mãdauimus, quatenus si eis communiter vel diuisim pro alio non scripsissemus, qui simile mandatum, aut similem gratiam prosequeretur, eidem. N. canonicatum, & præben. aut dignitatem, personatum, administrationem, vel officium, aut beneficium ecclesiæ. N. aut aliud beneficium ecclesiasticum ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, nominationem, seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim pertioen. si quem, quam, vel quod, post mensem post præsentationem earundem litterarum vacare contingeret, cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus, & pertinen. suis, prout ad eos communiter, vel diuisim pertineret, conferrent, & assignarent, aut eum ad illa præsentarent, eligerent, nominarent, seu de illis prouiderent, prout in eisdẽ literis plenius continetur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus

vos,

vos,vel duo,aut vnus vestrum per vos,vel alium,seu alios,si Episcopus,capitulum,& canonici prædicti canonicatum,& præben.aut dignitatum,personatum,administrationem,vel officium, aut beneficium huiusmodi eidē N.conferre,& assignare,ac de illis etiam prouidere recusauerint,seu distulerint,aut negligentes fuerint, Canonicatum,& præben.aut dignitatem,personatum,administrationem vel officium huiusmodi cum plenitudine iuris Canonici,ac omnibus iuribus,& pertinen.supradictis eidem.N.conferre,& assignare,necnon eundem.N.ad illa vt moris est admittere,& in canonicum recipere,& in fratrem,stallo sibi in choro,& loco in capitulo assignatis,omniaque & singula alia in dictis literis contenta, alias iuxta earundem continen. ac formam in omnibus,& per omnia facere,& eaequi curetis,contradictores prout iustitia suadebit ad hoc compescendo.Non obstan.omnibus quæ in dictis literis voluimus non obstare. Datum &c. Pro regularibus autem similis forma illis conueniens detur &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti,ordinationis,suspēsionis,astrictionis,declarationis,præcepti,iniectionis,nominationis,innouationis,consensus,decreti, voluntatis,promissionis,& mandati infringere,vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri & Pauli Apostolotum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ , millesimo quingentesimo sextodecimo; x v. Kalen.Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

NOS igitur vt literæ ipsæ quæ ob id præcipue æditæ fuerunt vt in corpore mystico,sancta videlicet Ecclesia,perpetua charitas,& pax inuiolata perdurent, & si qua membra dissentiant , ea commode suo reinserantur corpori,eoque magis obseruentur, quo clarius constiterit ipsas literas ea matura & salubri deliberatione à nobis dicto sacro Lateranen.approbante Concilio approbatas,& innouatas,qua statutæ,& ordinatæ fuerunt , licet ad earundem literarum subsistentiam,& validitatem, alia approbatione non indigerent , ad abundatiorem tamen cautelam, vt eo tenacius obseruentur , & difficilius tollantur,quo tantorum patrum fuerint maiore approbatione munitæ,literas prædictas cum omnibus,& singulis statutis,ordinationibus,decretis,diffinitionibus, pactis,conuentionibus,promissione,voluntate,ac poenis,inhibitione, alijsque omnibus , & singulis clausulis in eis contentis,illa præsertim qua voluimus quod si præfatus.F.Rex supradictas literas,ac omnia,& singula in eis contenta intra sex menses à data præsentium computandos non approbaret,& ratificaret,& ea perpetuis futuris tēporibus in regno suo,& alijs locis,& Dominijs dicti regni per omnes prælatos,& alias Ecclesiasticas personas,ac Curias parlamentorum acceptari,legi,publicari,iurari,& registrari ad instar aliarum constitutionum regiarum,& de acceptatione,lectione,publicatione,iuramento,& registratione prædictis intra prædictum tempus per omnium & singulorum supradictorum patentes literas , aut auctenticas scripturas nobis non transmitteret,aut nuncio nostro apud ipsum Regem existente per eum ad nos destinandum non consignaret, & deinde singulis annis etiam legi prout aliæ ipsius.F.Regis Constitutiones,& ordinationes,quæ in viridi, sunt obseruantia,obseruari debent,inuiolabiliter obseruari cum effectu non fecerit,literæ ipsæ,& inde secuta quæcunque essent cassa,& nulla,nulliusque roboris,vel momenti sacro Lateranen.Concilio approbante,Apostolica auctoritate,& potestatis plenitudine approbamus & innouamus,easque inuiolabiliter,& irrefragabiliter obseruari,& costodiri mandamus,roburque perpetuæ firmitatis in euētum dictarū approbationis, & ratificationis,& nō aliter,nec alio modo obtinere,omnesque in dictis literis comprehensos ad ipsarum literarum,ac omnium & singulorum in eis expressorum obseruationem,sub censuris & poenis,ac alijs in eis contentis iuxta earundem litterarum tenorem & formam teneri,& obligatos esse decernimus,& declaramus.Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis,ac omnibus illis quæ in dictis literis uoluimus non obstare , cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis,innouationis,mandati, decreti,declarationis infringere,uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursutum . Datum Romæ in publica Sessione,in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo,quartodecimo Kal.Ianuarij,Pontificatus nostri anno quarto.

Confirmat. Pōt. hanc const. quatenus per Regē Franciæ obseruetur hic cōtenta.

Clausula derogatoria.

Visa Ie.Saluius. Bembus. A de Castillo.

Sequitur Abrogatio constitutionis in Regno Franciæ Pragmaticæ nuncupatæ.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei , ad perpetuam rei memoriam , sacro approbante Concilio . Pastor æternus gregem suum vsque ad consumationem sæculi nunquam desertus, ita Apostolo teste , obedientiam dilexit,vt pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato seipsum humiliauerit,factus obediens vsq; ad mortem,migraturus vero ex mundo ad patrem in soliditate petræ , Petrum eiusque successores vicarios suos instituit,quibus ex libro Regum testimonio ita obedire necesse est,vt qui non obedierit morte moriatur,& vt alibi legitur in Ecclesia esse non potest qui Romani Pont.Cathedram deserit,quoniam Augustino, Gregorioque auctoribus,sola obedientia est mater,custosque omnium virtutum,sola fidei meritum possidens, sine qua quisque infidelis conuincitur,etiam si fidelis esse videatur . Itaque nos eodem Petro docente solliciti esse debemus, vt quæ à Rom.Pont.prædecessoribus nostris , præsertim in sacris Concilijs pro obedientiæ huiusmodi auctoritatis,libertatisque Ecclesiasticæ,& sedis Apostolicæ defensione mature,& ex legitimis causis inchoata sunt , nostris studio,cura,& diligentia debite absoluantur,& ad optatum finem perducantur,simplicium quoque animæ quarum etiam rationem Deo reddituri sumus, a dolis & laqueis tenebrarum principis liberentur.Sane fel.re: Iulius Papa Secundus prædecessor noster post indictum ex legitimis tunc expressis causis de venerabilium fratrum suorum Sanctæ Rom.Eccl.Card.de quorum numero tunc eramus,consilio & assensu sacrum Lateran.Cōcilium prouide considerans cum eodem sacro Lateranen.Concilio Bituricen.Regni Franciæ corruptelam, quā illi pragmaticam sanctionem vocant,cum maximo animarum periculo,& scandalo,ac dignitatis sedis Apostolicæ detrimento,& vilipendio retroactis temporibus viguisse,& adhuc vigere, eiusdem pragmaticæ sanctionis negotium eodem approbante Concilio discutiendum certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus & Prælatis certæ congregationis commisit . Et quanquam sanctio præfata ex multis nullitati notoriæ subiaceret, schismaq; manifestum foueret,& contineret,& propterea citatione aliqua minime præcedente per se irrita,nulla,& inualida declarari potuisset,ex abundanti tamen cautela idem Iulius prædecessor Gallicos prælatos , capitula Ecclesiarum & Monasteriorum,parlamenta,& laicos illis fauentes,& dicta sanctione vtentes,omnesque,& singulos alios in præmissis sua communiter vel diuisim interesse putantes,per edictum publicum,cum ad partes illas tutus tunc non pateret accessus, in Mediolan.Asten.& Papien.Ecclesiarum valuis affigendum monuit,quare sanctio

Iul.2. negotium abrogationis istius Pragmaticæ discuti voluit in Concilio Laterano.

ce sanctio præfata, illiusque corruptela, & abusio in concernentibus auctoritatem Romanæ Ecclesiæ, & sacrorum canonum, ac Ecclesiasticæ libertatis violationem nulla & inualida declarari non deberet. Cumque dicto Iulio prædecessore in humanis agente diuersis impedimentis causantibus citatio exequi, & reproduci, ac negotium abrogationis huiusmodi plene discuti, vt intentio ipsius Iulij prædecessoris fuerat, non potuisset, sed eodem Iulio prædecessore rebus humanis exempto, citatio ipsa legitime executa, & per procuratorem fiscalem sacri Concilij promotorem reproducta, ipsorumque citatorum non comparentium contumacia accusata, & ad vlteriora procedi petitum fuisset, nos diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti, omnibus rite pensatis, petitioni prædictæ ex certis causis nullum tunc responsum dedimus, ac deinde cum per dictos monitos, & citatos diuersa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (vt præfertur) præfixo comparere non potuissent, vt omnis iustæ excusationis, & querelæ occasio eis auferretur, terminum citationis, & monitionis huiusmodi præfixum eodem sacro approbante Concilio ad alium tunc expressum terminum iam diu effluxum in diuersis Sessionibus pluries prorogauimus. Cum autem moniti & citati prædicti sublatis iam omnibus impedimentis, effluxisque omnibus terminis coram nobis & dicto Concilio non comparuerint, nec comparere curauerint, ad allegandum causam quare sanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita vt excusationi vltra locus non sit, possintque merito contumaces reputari, prout eos exigente iustitia reputamus: Nos mutare attendentes pragmaticam sanctionem, vel potius vt dictum est corruptelam schismatis tempore a non habentibus potestatem editam reliquæ Christianæ reipub. Ecclesiæque sanctæ Dei nullatenus conformem, & a cla. me. Ludouico XI. Francorum Rege Christianissimo reuocatam, cassatam, atque abolitam, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ sedis violare, ac diminuere facultatem Rom. Pont. pro tempore existen. de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. pro vniuersali ecclesia assidue laborantium, virorumque doctorum personis quibus abundat Curia, & quorum Consilijs sedis Apostolicæ, & Rom. Pont. atque vniuersalis ecclesiæ auctoritas & potestas conseruatur, negotiaque diriguntur, & in prospero statu confouentur, Ecclesijs, & Monasterijs, eisdemque personis de reliquis beneficijs ecclesiasticis iuxta eorum status exigentiam prouidendi penitus auferre: Prælatis vero ecclesiasticis illarum partium causam præbere, vt ipsi neruum ecclesiasticæ disciplinæ obedientiæ sanctum frangant, & violent, ac contra nos, & sedem prædictam eorum matrem cornua erigant, & eis ad præmissa audendum viam aperire, ipsamque notoriæ nullitati subiacere, nulloque nisi alicuius temporis, seu potius tolerantiæ cuiusdam adminiculo fulciri, etsi Rom. Pont. prædecessores nostri præfati, prout ipsi suo tempore summopere optare demonstrarunt, corruptelam, & abusionem huiusmodi, vel malignitate temporum, vel alias illi prouidere, & in totum occurrere non valentes, suis temporibus tolerasse visi fuerunt, cõsiderantes tamen ab ipsius Bituricen. sanctionis editione vix annos septuaginta fluxisse, nullumque infra hoc temporis spatium præter hoc Lateranen. Concilium, legitime fuisse celebratum, quo cum (disponente Domino) constituti simus, ab eiusdem improbe Sanctionis extirpatione & totali annullatione, sine nostra & tantorum patrum in præsenti Concilio congregatorum nota, ac nostræ & dictorum illa vtentium animarum periculo abstinere, seu desistere non posse, Augustino teste, iudicamus, atque censemus. Et sicut piæ mem. Leo Papa I. prædecessor noster, cuius in hoc libenter quoad possumus vestigia imitamur, ea quæ in secunda Ephesina Synodo temere contra iustitiam & catholicam fidem gesta fuerunt, postmodum in Calcedonen. Concilio mandauit, ac fecit pro dictæ fidei firmitate reuocari, ita & nos a tam nefariæ Sanctionis & contentorum in ea reuocatione, retrahi aut desistere salua cõscientia, ac nostro & ipsius Ecclesiæ honore non posse, aut debere censemus. Nec illud nos mouere debet, quod Sanctio ipsa & in ea contenta in Basilien. Concilio edita & ipso Concilio instante a Bituricen. congregatione recepta & acceptata fuerunt, cum ea omnia post translationem eiusdem Basilien. Concilij per rec. mem. Eugenium Papa IIII. etiam prædecessorem nostrum factam, a Basilien. Conciliabulo, seu potius conuenticula, quæ præsertim post huiusmodi traslationem Concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, cum etiam solum Rom. Pont. pro tempore existen. tanquam auctoritatem super omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissoluendorum, plenum ius & potestatem habere, ne dum ex sacræ scripturæ testimonio, dictis sanctorum patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorundẽ Conciliorum confessione manifeste constat: quorum aliqua referre placuit, reliqua vero vtpote notoria silentio præterire. In Alexandrina enim Synodo Athanasio ibidem existente Felici Roman. Pontif. ab eadem Synodo scriptum fuisse legimus, Nicenam Synodum statuisse non debere absque Roman. Pontif. auctoritate Concilia celebrari. Neque nos latet etiam eundem Leonem Pontif. Ephesinam secundam Synodum ad Calcedonen. transtulisse. Martinum etiam Papam Quintum præsidentibus suis in Concilio Senen. potestatem transferendi Concilium nulla consensus ipsius Concilij mentione habita dedisse, Ephesinam quoque primam Synodum Celestino ac Calcedonen. eidem Leoni VI. Agathoni VII. Hadriano Octauo. Nicolao Octauo: etiam Constantinopolitan. Synodum Hadriano Roman. Pontifi. prædecessoribus nostris maximam reuerentiam exhibuisse, eorundemque Pontif. institutionibus & mandatis in sacris Concilijs per eos editis & factis reuerenter & humiliter obtemperasse. Vnde Damasus Papa & cæteri Episcopi Romæ congregati scribentes de Concilio Ariminen. Episcopis in Illyrico constitutis præiudicium aliquod per numerum Episcoporum Arimini cõgregatorum fieri potuisse testantur, quandoquidem constet Roman. Pontif. cuius ante omnia decebat spectari decretum, talibus non præbuisse consensum, eundemque Leonem Pontificem vniuersis Siciliæ Episcopis scribentem idem noluisse apparet, consueuerantque antiquorum Conciliorum patres pro eorum quæ in suis Concilijs gesta fuerunt corroboratione, à Roman. Pont. subscriptionem, approbationemque humiliter petere & obtinere, prout ex Nicena & Ephesina ac Calcedonen. huiusmodi, & VI. Constantinopolitan. & VII. eadem Nicena, ac Romana sub Symacho Synodis habitis earumque gestis, necnon in annali libro de Synodis manifeste colligitur quod etiam nouissime Constantien. patres fecisse constat. Quam laudabilem consuetudinem si Bituricen. Basilien. secuti fuissent, huiusmodi molestia proculdubio careremus. Cupientes quoque huiusmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum hactenus à nobis & præfato Iulio prædecessore ea abundanti emanatarum quam aliorum præmissorum, quæ ita notoria sunt, vt nulla valeant excusatione aut tergiuersatione celari, etiam ea nostri pastorali officio procedentes, omnesque & singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsan in præmissis interuenerint, supplentes, ea certa nostra scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine eodem sacro approbante Concilio tenore præsentium præfatam pragmaticam sanctionem

Iul. 2. obijt interim.

Ludouicus Rex Franciæ reuocauerat illam Pragmaticam.

Leo. 1. in Concilio Calcedonen. renocari fecit quæ contra fidem gesta erant in synodo Ephesina.

Pragmatica ista edita fuerat in Conc. Basileen.

Quod probatur vt hic.

Pont. auctoritas est supra Conc.

Pragmaticam reuocat & annullat.

ctionem seu corruptelam, eiusque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & singula decreta, capitula, statuta, constitutiones siue ordinationes in eodem quomodolibet cõtentas, seu etiam insertas, ac ab alijs prius editas, necnon cõsuetudines, stylum, vsus siue potius abusum ex ea in hanc vsque diem quomodolibet emanatos, seu obseruatos, nullius roboris vel momenti fuisse & esse decernimus & declaramus. Necnon ad abundantiorem cautelam eandem Bituricen. sanctionem siue corruptelam, eiusque approbationem tacitam vel expressam, vt præfertur, & in ea contenta omnia & singula etiam inserta quæcunque reuocamus, cassamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, reuocatis, cassatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & damnatis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Et cum de necessitate salutis existat omnes Christi fideles Romano Pontifici subesse prout diuinæ scripturæ & sanctorum patrum testimonio edocemur, ac Cõstitutione fel. mem. Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Vnam sanctam, declaratur,

Const. Bonif. 8. cũ declaratione Clem. 5. innouat & confirmat.

pro eorundem fidelium animarum salute, ac Rom. Pont. & huius sanctæ sedis suprema auctoritate & Ecclesiæ sponsæ suæ vnitate & potestate Constitutionem ipsam sacro præsenti Concilio approbante innouamus & approbamus, sine tamen præiudicio declarationis sanctæ mem. Clementis Papæ V. quæ incipit, Meruit. Inhibentes in virtute sanctæ obediẽtiæ, ac sub pœnis & censuris infra dicen. omnibus & singulis Christi fidelibus tam laicis quam clericis sæcularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicantium regularibus & alijs quibuscunque personis, cuiuscunque status, gradus & conditionis existant etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & quibusuis alijs ecclesiastica vel mundana, vel quauis alia dignitate fulgentibus, omnibusque alijs & singulis Prælatis, Clericis, Capitulis & Conuentibus sæcularibus, & ordinum prædictorum regularibus etiam Monasteriorum Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, Baronibus, parlamentis, officialibus etiam Regijs, Iudicibus, Aduocatis, Notarijs, & tabellionibus ecclesiasticis vel sæcularibus, & quibusuis alijs personis Ecclesiasticis regularibus & sæcularibus, vt præfertur, quacunque dignitate fulgentibus in præfato Regno Franciæ, Delphinatu, & vbicunque prædicta pragmatica directe

Inhibet oĩbus quo minus dicta pragmatica vtantur &c.

vel indirecte, tacite vel expresse vigeret quomodolibet existen. vel pro tempore futuris, ne de cætero præfata pragmatica sanctione, seu potius corruptela, quomodolibet ea quauis causa, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aut quouis alio quæsito colore vel ingenio in quibuscunque actibus iudicialibus vel extraiudicialibus vti, seu etiam eam allegare, vel secundum eam iudicare, aut quosuis actus iudiciales, vel extraiudiciales secundum dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta per se vel alium seu alios nullatenus facere præsumant, aut per alios fieri permittant, seu mandent, nec præfatam pragmaticam sanctionem aut in ea contenta capitula, seu decreta vlterius in domibus suis, aut alijs locis publicis vel priuatis teneant, quinimmo illam ex quibusuis Archiuijs etiam Regijs, seu Capitularibus & locis prædictis infra sex menses a data præsentium computandos deleant, seu deleri faciant, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, necnon quo ad ecclesiasticas & regulares personas prædictas omnium etiam Patriarchalium, Metropolitan. & aliarum Cathedralium Ecclesiarum, Monasteriorum quoque & Prioratuum etiam conuentualium, & quarumcunque dignitatum aut beneficiorum Ecclesiasticorum sæcularium & quorumuis ordinum regularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quo vero ad sæculares præfatæ excommunicationis, necnon amissionis quorumcũque feudorum tam à Romana quam alia Ecclesia ex quauis causa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infamesque ac criminis læsæ maiestatis in iure expressis pœnis eo ipso & absque vlteriori declaratione per omnes & singulos supradictos si (quod absit) contrafecerint, incurrendis, à quibus vigore cuiuscunque facultatis, ac clausularum etiã in confessionalibus quibusuis personis sub quibusuis verborum formis concessis contentarũ, nisi à Rom. Pont. Canonice intrante vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis

Clausulę derogatoriæ.

articulo constituti absolui nequeant. Non obstan. præmissis, necnon constitutionibus & ordinationibus, decretis, ac statutis apostolica, seu quacunque alia etiam Conciliari auctoritate quomodolibet, etiam ea certa scientia, & apostolicæ potestatis plenitudine editis & emanatis, & sæpius innouatis, repetitis, confirmatis, & approbatis, quibus, illorum omnium & singulorum tenores ac si de verbo ad verbum insereretur ad effectum præmissorum pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, scientia, potestate, & tenore præmissis, specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si communitatibus, vniuersitatibus & personis singulis supranominatis, etiam Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Marchionibus, & Ducibus præfatis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut propterea priuari, & inhabiles reddi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & quibuscunque alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectum earundem impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri supplementi, decreti, declarationis, reuocationis, cassationis, abrogationis, irritationis, annullationis, damnationis, voluntatis, constitutionis, innouationis, approbationis, inhibitionis, & derogationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica Sessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sextodecimo, Quartodecimo Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno quarto.

Visa Ie. Sadius.

F. De sancto Iohanne.

XVII.

De Priuilegijs & exemptionibus Ordin. Mendicantium, & aliorum Religioſorum.

De materia iſtorum priuilegiorum & exemptionum, habes infra in Pij V. conſtit. 14. Dum ad vbores. vbi ponam concordan.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio. DVM intra mentis arcana reuoluimus, & diligenri conſideratione penſamus operoſa ſolicitudinis ſtudia, continnoſq; labores, pro diuini nominis gloria, exaltatione catholicæ fidei, Eccleſiæ vnitate ſeruanda, & inſtitutione ac ſalute fideliũ animarum per Coepiſcopos, eorumq; ſuperiores, in diuerſis partibus ad regimen ſuarum eccleſiarum à ſede Apoſtolica conſtitutos, necnon Fratres diuerſorum ordinũ Mendicantium indefeſſe & indeſinenter impenſos, ranta ex eorum in vinea Domini fructuoſis operibus, & opportune ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro prouenit ſatisfactio, vt his quæ ad pacem & quietẽ inter eos conſeruandam cõducere cognoſcimus, omni ſtudio intẽdamus. Nouimus enim Epiſcopos ipſos in partẽ ſolicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe, quorũ honor, & ſublimitas, teſtante Ambroſio, nullis poteſt comparationibus adæquari.

Epiſcopalis dignitas eſt cæteris maior.

Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianæ religionis defenſione & ampliatione cõplura feciſſe, ac vberes fructus protuliſſe, & in dies ſingulos proferre, ita vt eorundem Epiſcoporũ, ac religioſorum bonis operibus, orthodoxam fidem iucrementa ſumpſiſſe, & per orbem terrarum vndiq; dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret. Et ſicut ipſi ſæpenumero vigilãtiſsima & ſolerti cura, ſchiſmata in Dei eccleſia extinguere, & Eccleſiæ vnitatem reddere, & vt eidẽ Eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitarunt, ita quoq; par eſt, eos inter ſe noſtris prouiſionibus pacis vinculo, ac frarerna charitate, & vnitate couiungi, vt eorum cõcordi doctrina & mutuis operibus vberiores in eccleſia Dei fructus proueniant.

Cauſa iſtius conſt.

Sanè cupientes, vt iura ſpiritualia, quæ ad Dei laudem, & Chriſtifidelium animarum ſalutem pertinẽt, & quorum in exercitium præfatis Epiſcopis & eorum ſuperioribus in ſuis dioeceſibus (cum ipſi in partẽ ſolicitudinis, vt præfertur, aſſumpti, ac dioeceſes diſtinctæ, & cuilibet eorundẽ Epiſcoporum aſsignatæ ſuerunt) cõmiſſum extitit, per ipſos Epiſcopos exerceantur, & ius illa libere exercendi, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſeruetur. Et ſi aliqua dictis Fratribus Mendicantibus in eorundem Epiſcoporum læſionẽ per Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam conceſſa fuerint, conceſsiones huiuſmodi eiſdem Religioſis factas, in ſubſequẽtibus duximus moderãdas, vt ipſi Fratres potius ab eiſdẽ Epiſcopis omni cũ charitate foueantur, quã aliquo modo moleſtentur & inquietentur. Vna enim eſt Regularium, Sæcularium, Prælatorum, & ſubditorũ exemptorum & non exemptorum vniuerſalis Eccleſia, extra quã nullus omnino ſaluatur, eorumq; omnium vnus dominus, vna fides. Et propterea decet eos, qui eiuſdem ſunt corporis, vnius etiam eſſe voluntatis, & ſicut fratres nexu inuicem charitatis aſtricti ſunt, ſic non conuenit alterum in alterius iniuriam ſeu iacturam proſilire, dicente Saluatore, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ad conſeruandam igitur inter Epiſcopos, & eorum ſuperiores, ac Prælatos & Fratres huiuſmodi mutuã charitatem, & beneuolentiam, diuini quoq; cultus augmentum, pacemque & tranquillitatem vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod ita demum fieri poſſe cognoſcimus, ſi vnicuique, quantum fieri poteſt, ſua iuriſdictio conſeruetur: Sacro approbante Concilio ſtatuimus & ordinamus, quod Epiſcopi & eorũ ſuperiores & alij Prælati præſati, parochiales eccleſias ad eoſdem Fratres ratione locorũ ſuorum legitime ſpectãtes, quo ad ea, quæ ad parochianorum curam, & ſacramẽtorum conſeruationem, adminiſtrationemq; pertinent (ſine tamen viſitatorum inſolito grauamine, vel impenſa) viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illã delinquentes, ſi religioſi fuerint, iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta, intra ſepta regularis loci, Sæculares vero preſbyteros, & Fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, libere ranquam ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire, ac tã prælati, quã presbyteri ſæculares qui vinculo excõmunicationis ligati nõ fuerint, miſſas in eccleſijs domorũ eorundem, deuotionis cauſa, celebrare volentes, libenter recipere debeant,

De iuriſd. Epiſcoporũ & aliorũ prælatorũque ad viſitationem parochialiũ Eccleſ. Mendicantium &c.

ac ab eiſdẽ Prælatis ad proceſsiones ſolẽnes pro tempore faciendas requiſiti, (dummodo eorũ loca ſuburbana vltra vnũ miliare à ciuitatibus reſpectiue non ſint remota) accedere,

Mendicantes accedant ad proceſſionẽ ad oẽ mãdatũ prælatorũ.

Necnon ſuperiores eorundẽ Fratrum, Fratres, quos ad audiendas confeſsiones ſubditorum eorundẽ Prælatorum tẽpore elegerint, eiſdẽ Prælatis perſonaliter exhibere, ac præſentare (ſi eos ſibi exhiberi, & præſentari petierint) alioquin eorum Vicarijs (dummodo ad Prælatos vltra duas dietas accedere non cogãntur) omnino teneantur. Poſsintq; illi per eoſdẽ Epiſcopos, & Prælatos ſuper ſufficienti literatura, & aliqua ſaltẽ huiuſmodi ſacramenti peritia duntaxat examinari. Talibusq; præſentatis admiſsis vel etiã indebite recuſatis cõfitentes, conſtitutioni, quæ incipit, Omnis vtriuſq; ſexus, quo ad confeſsionẽ duntaxat, ſatisfeciſſe cenſeantur.

Confeſſioneſque audire & ſacramenta miniſtrare poſſint in caſibus hic expreſſis.

Ipſiq; Fratres etiã forenſium confeſsiones audire valeant, laicos tamen & clericos ſæculares à ſententijs ab homine latis nullatenus abſoluere poſsint. Euchariſtiæ vero, & extremæ vnctionis, aliaque eccleſiaſtica ſacramenta, illis quorũ etiam infirmorum, ac decedentium confeſsiones audierint, dicentibus proprium ſacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, dare nequeanr, niſi denegatio ſine legitima cauſa facta, vicinorũ reſtimonio probata, aut requiſitio corã notario publico facta doceretur.

Quod ampliat infra in Paul. 4. conſt. 1. ex clementi.

Eorundem vero Frarrũ obſequio inſiſtentibus ſacramenta huiuſmodi nullatenus miniſtrare valeanr, niſi illorum durante obſequio. Pacta aut, & conuentiones inter eoſdem Fratres, & Prælatos, atq; Curatos pro tempore inita valeant, niſi per ſubſequutum Capitulum proximũ generale, vel prouinciale refutata, per eos refutatio huiuſmodi intimata debito tempore fuerit. Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud eccleſias domorum, & locorum eorundem ſuam elegerint ſepulturã, intrare non poſsint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante parochiano presbytero, & tunc ſine eius, ac Ordinarij præiudicio, niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſsione, ſuffragetur.

Et mortuorũ funera leuare valẽt vt hic.

Volentes quoque ſepeliri habitu eorundem Fratrum, in clauſtro non degentes, ſed in proprijs domibus habentes, in eorũ vltima voluntate ſepulturam ſibi eligere poſſint.

Volentes ſepeliri in habitu iſtorũ Mendicantiũ poſſint eligere ſepulturam.

Quodque Fratres ipſi ad ordines promouendi, per Ordinarios de grammatica, & ſufficientia examinari, & dummodo competẽtes reſpõdeant, per eoſdẽ Ordinarios libere admitti, ac nullatenus in eorũ eccleſijs, ſeu do-

De ordinatione illorum ſiat &.

mibus,aut alijs eorum locis,ab alio,quã à diœcesano Episcopo,vel eius vicario,super hoc cum debita reueren-
tia requisito,& absq; rationabili causa cõtradicente,vel eo à diœcesi absente, ad dictos ordines promoueri de-
beant. Nec ab alieno Episcopo consecrationẽ ecclesiæ,vel altaris,aut cœmeterij benedictionẽ petere,seu in ec-
[De cõsecratione Eccl.]
clesijs per eos pro tempore edificãdis,primum lapidem per alienũ Episcopum poni facere possint,nisi vbi Ordi-
narius bis,aut ter cũ debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit,& absque cu-
ratorũ consensu sponsum,& sponsam benedicere nequeant. Et vt debitus honor matrici ecclesiæ reddatur,tam
[De pulsatione Campanę in die Sabbati Sancti.]
ipsi Fratres,quam alij clerici sæculares,etiam super hoc Apostolicæ sedis priuilegio muniti,die Sabbati maioris
hebdomadæ,antequã campana cathedralis, vel matricis ecclesiæ pulsauerit , campanas in ecclesijs suis pulsare
minime possint : contrafacientes pœnã centum ducatorum incurrant . Censuras autẽ per eosdem Ordinarios
latas,& promulgatas,ac in matrici ecclesia ciuitatum,necnõ in collegiatis, & parochialibus ecclesijs castrorũ,
& oppidorum respectiue solemniter publicatas,quãdo super hoc ab eisdem Ordinarijs requisiti fuerint , in ec-
[De publicatione censurarum.]
clesijs domorum suarũ publicare,ac seruare:& vt animarum vtriusq; sexus Christifidelium saluti vberius con-
sulatur,illos quorum confessiones pro tempore audierint,cuiuscunq; status,& conditionis fuerint , ad soluen-
[De Decimis.]
dum decimas,siue aliam bonorum,seu fructuũ quotam,in locis in quibus decimæ ipsæ, aut similia solui consue-
uerunt,etiã sub onere conscientiarum suarum mouere,& hortari , ipsisq; etiam illos soluere recusantibus ab-
solutionẽ denegare,& super hoc requisiti,id populo etiam publice prædicare,& persuadere teneantur . Cõser-
[De conseruatoribus Mendicantium.]
uatores aũt eisdem Fratribus pro tempore a sede Apostolica deputãdi doctrina,& probitate præstantes , & ec-
clesiastica dignitate cõstituti esse debeant,& corã eis per eosdem Fratres,quibus dati fuerint , vltra duas dietas
à loco suæ solitæ habitationis nullus trahi possit,priuilegijs super hoc alias eis cõcessis,nullatenus suffraganti-
[De excõicatis volentibus ingredi eorũ religionem.]
bus. Excõmunicati quoq; ordinem Mendicantiũ profiteri volentes,vbi de interesse tertij ageretur , absolui non
possint,nisi præuia satisfactione. Procuratores quoque,& negotiorũ gestores,se operarij, eorundẽ Fratrum ser-
uitijs insistentes,sententijs excõmunicationis promulgatis illaqueati sint,& esse censeantur,si illis causam dede-
[Sorores tertij ordinis, &c. possũt eligere sepulturã.]
rint:aut dãtibus,consiliũ,auxilium,vel fauorem præstiterint. Fratres aũt,& Sorores Tertij ordinis, necnõ Man-
tellati,Corrigiati,Pizocaræ,Cordelliati,& alij quocunq; nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes,se-
pulturã vbi voluerint eligere valeant. Sed die Paschatis tantũ Eucharistiam,necnon extremam vnctionẽ,cæte-
raq; ecclesiastica sacramenta(pænitẽtiæ sacramento dũtaxat excepto)s proprio sacerdote recipere, & ad one-
ra,quæ laicis incũbunt,perferenda teneantur,ac in foro sæculari corã iudicibus sæcularibus conueniri possint:
Et ne cẽsura vilescat ecclesiastica,& minoris auctoritatis interdicti sentẽtia reputetur,ijdẽ dicti Tertij ordinis,
ad diuina audiẽda,in ecclesijs suorũ ordinũ,tempore interdicti nullatenus admittãtur,si causam dederint inter-
[De eorundẽ Priuilegijs.]
dicto,vel causam ipsum nutriãt,seu foueant,aut dantibus,auxiliũ,consilium vel fauorẽ quoquo modo præstite-
rint:Collegialiter aũt viuentes,seu cũ Claustralibus habitantes,ac mulieres virginalẽ, seu cælibem, aut castam
[Extensio istius const. ad religiosos cuiuscũq; ordinis.]
vidualẽ,expresso voto,& sub dicto habitu vitã ducentes priuilegijs,quibus Fratres ordinis cuius Tertiæ regulæ
habitũ gestant,gaudere debeãt.Omnia etiã & singula supradicta ad reliquos Religiosos ordinũ quorũcunq; ex-
tendi,& per eos etiã seruari debere volumus,atq; decernimus. Saluis tamẽ in reliquis desuper nõ expressis, tã
[Vide aliam extensionẽ inf. in Pij V. const. 31. ex superaę cum ibi not.]
Episcoporũ,quam Fratrum,& aliorũ Religiosorum prædictorũ iuribus,quibus per præmissa in aliquo præindica-
re,seu quicquã innouare nõ intendimus. Non obstan. cõstitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac statutis,
& cõsuetudinibus dictorũ ordinũ,iuramento,cõfirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,priui-
legijs quoq; & indultis ac literis Apostolicis cõtra præmissa,seu aliquod præmissorũ, eisdẽ ordinibus cõcessis,
etiã in Mari magno cõtentis,quibus(etiã si ad illorum derogationẽ,de eis eorumq; totis tenoribus,specialis,spe-
cifica,expressa,indiuidua,ac de verbo ad verbum,non aũt per clausulas generales idẽ importantes, mentio, seu
quæuis alia expressio habenda,aut aliqua alia exquisita forma seruãda esset,illorumq; tenores præsentibus pro
[Decretũ irritãs.]
sufficienter expressis,& insertis habẽtes)specialiter,& expresse derogamus,cæterisq; contrarijs quibuscunque:
Decernentes exnunc irritũ & inane,si secus super his à quoquã,quauis auctoritate,scienter,vel ignoranter cõti-
gerit attentari. Eosdẽ insuper Fratres in virtute sanctæ obedientiæ monemus,vt eosdẽ Episcopos loco sanctorũ
Apostolorũ subrogatos,pro debita & nostra,ac Apostolicæ sedis reuerentia,congruo honore,& cõuenienti ob-
[Hortatio & monitio ad Episcopos,& Fratres mẽdicantes & alios.]
seruantia venerentur. Ipsos quoque Episcopos hortamur,ac per viscera misericordiæ Dei nostri requirimus , vt
Fratres ipsos affectu beneuolo prosequẽtes,charitatiue tractent,ac benigne foueãt,seque illis minime difficiles,
aut duros,vel morosos,sed potius faciles,mites,propitios,piaq; munificentia liberales exhibeãt, ac in omnibus
prædictis tanquã in agro dominico cooperatores,eorumq; laborum participes prompta benignitate recipiant,
eorumq; iura omni cum charitate custodiant,atq; defendant,vt tam Episcopi,quam Fratres præfati(quorũ ope-
re veluti lucernæ ardentes supra montẽ positæ, omnibus Christifidelibus lumen præbere debent) ad Dei laudẽ,
fidei catholicæ exaltationẽ,populorumq; salutem,de virtute in virtutẽ proficiant,ac exinde à largissimo bono-
rum omniũ retribuitore Domino,perennis vitæ præmium consequi mereantur . Nulli ergo omnino hominũ li-
ceat hanc paginã nostrorum statuti,ordinationes,voluntatis,derogationis,decreti, monitionis, exhortationis,
& requisitionis infringere,uel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præsumpserit,indigna-
tionem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum . Datum Romæ
in publica Sessione,in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata,Anno incarnationis Dominicæ Mil-
lesimo quingentesimo sextodecimo,Quartodecimo Kal.Ianuarij,Pontificatus nostri anno quarto.

XVIII.

De Inuadentibus Cardinalium domos , & in eis commorantes offendentibus , vel bona diripientibus , illorumque fautoribus & complicibus .

De materia Cardinalium notabo concord. infra in Pij V. const. 93. infelicis.

LEO Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Sacro approbante Concilio.
TEMERARIORVM quorundam qui S.R.E. Card.Præcipuas Catholicæ Ecclesiæ columnas ea
qua conuenit reuerentia obseruare contemnũt,& in eorũ res,& bona, manus violentas ausu sacrilego
injicere nõ verentur,effrenata libido nos admonet,& inducit,vt ad eorum audaciam, antequã longius
prorepat,

prorepat, comprimendam, ea quæ à prædecessoribus nostris in dictorum Card. dignitatis conseruationem prouida sunt consideratione statuta, pro illorum obseruantia firmiori nostræ innouationis munimine roboremus, extendamus, & ampliamus, prout temporum qualitas exigit, & tam eminenti in ecclesia Dei dignitati conspici mus in Domino salubriter expedire. Sane ab aliquibus citra temporibus damnabilis quidam in Vrbe inoleuit abusus, & licentia delinquendi, quo dum Apostolica sede vacante per Card. in conclaui existentes de futuri Romani Pont. electione tractatur, si qua de vno ex eisdem Card. quòd in Pontificem sit electus vox prodeat etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, & super ea diripienda cum ipsius Card. conclaue nondum egressi familiaribus eam custodientibus vi contendit, & sic etiam effractis foribus, aut pariete effosso aditus pateat in prædam omnium bonorum quæ ibi extant, hostiliter corruit, nisi armatorum præsidio defendatur, nonnullique quandoque reperiuntur ita temerarij & audaces, vt alijs etiam temporibus prætextu rixatum domos Cardinalium hostiliter & cum armis aggredi, non verentur, in eaque morantes offendere & vulnerare, ex quibus Cardinalatus honori, quibus sacrosancta militans Ecclesia tanquam purpureo tota decoratur amictu, non parum detrahitur, & eorum generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum scandalorum occasio exhibetur. Nos igitur huiusmodi temerarios conatus debita volentes animaduersione reprimere, sacro approbante Concilio, fe. re. Honorij. III. & Bonifacij. VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra aliquem dictæ Ecclesiæ Card. hostiliter insequentes, & illis præsentia, consilio, aut fauore assistentes, eosue scienter receptantes, aut defendentes, & eorum domos & ædes, vt supra, inuadentes, & eorum posteros, bona, ædificias Constitutiones auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus. Decernentes eas vbique debere perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus constitutiones easdem cum omnibus & singulis in eis contentis censuris & pœnis ad omnes & singulas personas cuiuscunque status conditionis & excellentiæ existentes, qui alicuius dictorum Card. domum tam tempore dicti conclauis, etiam si in Roman. tunc Pontificem fit electus, quàm alias quandocunque, & ea quacunque causa armata manu inuadentes, & in ea violenter, hostiliter aliquid diripientes, aut quemquam ex inibi existentibus vulneràtes, & eorum socios, & eos qui id fieri mandauerint, vel factum eius nomine ratum habuerint, ac ipsis inuasoribus consilium in præmissis vel fauorem præstiterint, & defenderint, extendimus & ampliamus. Nõ obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, decreti, extensionis, & ampliationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Data Romæ in publica Sessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sextodecimo, decimoseptimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Causa istius constit.

Honorij. 3. & Bonif. 8 const. hic non habet.

Extendit const. Hono. & Bon. f. ad inuadentes domos Card. & eorum fautores.

Clausula derogatoria.

XIX.

De Concilij Lateranen. confirmatione, Principum Christianorum vnione, & Decimæ impositione pro bello contra Infideles.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Sacro approbante Concilio. CONSTITVTI iuxta verbum Prophetæ meritis licet imparibus super gentes & regna officij nostri debitum decenter exequimur, cum vniuersi status Ecclesiastici, ac vniuersalis Ecclesiæ, eorumque negotiorum reformationem per nos vtiliter factam innouamus, & pro illius inuiolabili obseruatione opportuna remedia adhibere, & Ecclesijs Cathedralibus, ac etiam Metropolitan. ne diutius suis pastoribus careant, prouidere cogitamus, ac ad illa curis assiduis vigilamus, & operibus intédimus indefessis per quæ Dominicum gregem curæ nostræ commissum in conspectu Diuinæ Maiestatis acceptum & obsequentem reddere valeamus: Turcas vero & infideles alios, tam in Orientalibus quam in Meridionalibus partibus consisten. qui veri luminis, veræque salutis iter pertinacissima mentium caligine contemnentes viuificæ Cruci in qua Saluator noster mortem vltro suscipere voluit, vt mortem nostram moriendo destrueret, ac vitam sacratissimæ vitæ suæ ineffabili misterio repararet, infidiãtes & hostes Deo odibiles, ac Christianæ religionis persecutores acerrimos sese reddunt reprimere, ac infestissimis, crebrisque eorum insultibus, quibus in Christianorum sanguinem crudeliter debacchantur non solum spiritualibus, verum etiam temporalibus muniti præsidijs possumus auctore & fautore Domino contraire. Sane cum fel. re. Iulius Papa II. prædecessor noster Sacrum generale Lateran. Concilium de Venerabilium fratrum suorum S. R. E. Card. de quorum numero tunc eramus, consilio & assensu laudabiliter, legitime, & ex rationabilibus causis Spiritu sancto cooperãte conuocasset, & in eo quinque Sessiones tenuisset, ac Sextam Sessionem indixisset: Nos quibus etiam in minoribus cõstituti infitum cordi desiderium semper fuerat generale Concilium vtpote agri Dominici culturam præcipuam celebrari videndi, dicto Iulio prædecessore humanis rebus exempto Diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti, honesto, vtilique desiderio nostro debitum ex iniuncto nobis curæ Pastoralis officio accessisse conspicientes, rem hãc ardentiori voto, & tota animi alacritate suscepimus, ac in dicta Sessione illius prorogationem extunc expressis, & alijs causis nostrum & dictorum fratrum animum mouentibus de eorundem fratrum Consilio, & assensu ad certum tunc expressum tempus per nos factæ approbante eodem sacro Lateranen. Concilio approbauimus, & Cõcilium ipsum vsque ad perfectionem causarum propter quas indictum extiterat, & præsertim inter Principes & Potentatus Christianos bellis atrocibus pacatis, hostilibusque armis depositis vniuersalis & firma pax componi valeret, pro qua tanquam pro saluberrimo bono, intactum nihil relinquendo, conatus omnes nostros adhibere intendebamus prosequi & fine debito terminare velle, nostrique incommutabilis animi & intentionis fore & esse declarauimus, vt his quæ ad Dei laudem, Ecclesiæque præfatæ exaltationem, & Christifidelium concordiã pertinent absolutis, sancta & perneccessaria expeditio contra Catholicæ fidei hostes fieri, feliciterque de illis altissimo fauente triũphari posset. Et vt ad tam perutile Concilium accedere debentes ab accessu huiusmodi nullatenus retraherentur, nullamq; omnino causam prætendere possent, omnibus & singulis ad ea celebratione Concilij per Iulium prædecessorem conuocatis, & ad dictum Concilium Lateran. venientibus, ipsorumque venientiũ seruitoribus ad Concilium Lateran. ad Vrbem huiusmodi veniendi, & in ea libere commorandi saluum condu-

Iul. 2. conuocauit Concilium Lateranẽ & durãte Cõcilio decessit.

Põt iste esse creatus fuit & Concilium prosequi mandauit.

Et venientibus ad Concil saluum cõductum concessit.

ctum dicto sacro Lateranen. approbante Concilio dedimus, & concessimus, ac reges & Principes hortati fuimus, vt, pro sedis Apostolicæ reuerentia venientes huiusmodi non molestarent, sed eos libere venire permitterent: ac septimam Sessionem indiximus, in qua cum nihil magis affectaremus quam vt causæ vtiles & necessariæ propter quas dictum Concilium Lateran. indictum fuerat, vt desiderij nostri erat, ad finem debitum perducerentur, tres Card. aliorumque prælatorum qui causas huiusmodi & alias Conciliares materias audirent, & discuterent, auditaque & discussa in eodem Concilio referrent, particulares deputationes fecimus, atque mandauimus, quarum quidem deputationum vna pacis vniuersalis componendæ inter Reges ac Principes Christianos, quæ vna ex principalioribus cógregation. Concilij præfati causa fuerat, & schismatis extirpationis. Altera generalis reformationis etiam Curiæ, reliqua vero discussionis & abrogationis pragmaticæ Sanctionis & rerum Orthodoxam fidem concernentium, peculiarem curam haberent, & cum vnaquæque deputatio, quam plura veilia & necessaria diligenter examinauerint, & accurate nobis retulerint, ac per eos discussa & examinata in alijs quinque Sessionibus successiue per nos tentis Sacro approbante Concilio per nos fauente Domino absoluta & terminata fuerint, proculdubio cognoscimus Deum ipsum bonorum datorem pijs nostris & non nisi ad cómune bonum tendentibus desiderijs pro sua imméssa pietate & misericordia plurimum fauisse, ac nobis vt quæ mente nostra gessimus, & circa quæ plurimum laborauimus, videlicet vt Concilium ipsum causis propter quas indictum fuerat inata votum terminatis feliciter claudi & absolui posset concessisse. Charissimus nāq; in Christo filius noster Maximilianus in Imperatorem electus Iulij prædecessoris præfati, nostro vero tempore cla. me. Ludouicus Francorum & cæteri Reges & Principes Christiani summo cum omnium gaudio Lateran. Concilio in Spiritu sancto legitime congregato adhæserunt, ac Pisanum Conciliabulum per quosdam nullam potestaté habentes indictum, & per eundem Iulium prædecessorem damnatum, iuxta ipsius Iulij prædecessoris sententiam pro damnato habuerunt, & schisma ex his pullulare cœptum (quod semper dum viguit quam plurimas calamitates prælatis & alijs Christifidelibus ex diuersis schismatum temporibus & alijs generalibus Concilijs hactenus celebratis attulisse constat) extinctum, ac vniuersalis Ecclesiæ pax & vnio secuta extitit, necnon tam ecclesiasticarum quam sæcularium & aliarum personarum mores quantum expedire visum fuit, reformati, & nonnullæ causæ Orthodoxam fidem concernentes terminatæ, ac nónullæ aliæ materiæ in dictis tribus deputationibus Cardinalium & prælatorum diligenter examinatæ & discussæ in dicto Concilio solerti cura expeditæ & terminatæ fuerút, nobisque per Cardinales, & Prælatos deputationum huiusmodi pluries relatum fuit nulla negotia eis discutienda, examinandaque remansisse, & à pluribus mésib' citra nulla prorsus de nouo à quoquam ad eos prolata fuisse, Episcopósque in partem sollicitudinis ad curam gregis Dominici nobiscum perferendam vocatos, ac alios Prælatos in dicta Vrbe præter Sacrorum Conciliorum consuetudinem cum eorum & ecclesiarum suarú incommodo ac damno diutius permansisse. Itaque ex præmissis omnibus quæ per nos & dictas deputationes in ipso Concilio expediri desiderabantur, sola Regum & Principum pax & animorum concordia restare videbatur, pro qua qualis mens nostra semper fuerit, quantumue omni studio nostro circa illam componendam laborauerimus, cunctis literas à nobis emanatas legentibus apertissime constare potest, nouitque Deus ipse qui summa est omnium rerum lux & veritas, quot precibus quamue assiduis orationibus ab eo petere & implorare numquam destiterimus, vt Christianum gregem cuius custodiam nobis, licet immeritis, cómisit, mutuo charitatis feruore accensum ad firmam ac perpetuam pacem ineundā pro sua clementia inducere dignaretur, & nihilominus tam núcijs nostris quos apud Maximilianum Imperatorem electum, ac eosdem Reges & Principes habemus, quam literis eos multis & efficacissimis rationibus, præsertim si religioni Christianæ & Catholicæ fidei in graue periculum ac discrimen propter Tyranni Turcarum potentiam nuper dilatatam & auctam deductæ, vt par est, consulere & prouidere vellent, in Domino cuius causa præcipue agitur, hortati fuimus, ac ex eorundem Nunciorum, Regumque, & Principum ipsorum literis percepimus, exhortationes nostras tātæ apud eosdem Reges & Principes auctoritatis & efficaciæ fuisse, illorumque corda & animos adeo flexisse & commouisse, vt fere inter omnes pax tamdiu a nobis pro reipub. Christianæ vniuersali bono desiderata, omnino cóclusa fuerit, & si quid superest prope diem componendum (ipso Deo fauente) speretur: quod mente animoque nostro subinde nobis reuoluentibus exultat cor nostrum in domino nostro Iesu Christo, ipsique super hoc gratias agimus, omniū gratiarú largitori, quod ipsos ad optatam nobis concordiam induxerit, ac per omnes Christifideles ea signa lætitiæ quæ in similibus fieri consueuerunt, & gratias Deo agendas, ipsumque Deum, vt pax conclusa perduret, rogandum esse censemus. Solum itaque superest, vt sancta ac pernecessaria contra infidelium rabiem Christianum sanguinem sitientium, expeditio capiatur, necnon omnia & singula quæ in XI. Sessionibus partim per nos, partim per Iulium prædecessorem huiusmodi hactenus tentis gesta & facta, potiori pro cautela approbentur, & innouentur, ac inuiolabiliter obseruari mandentur. Habita igitur super his cum fratribus nostris & alijs prælatis matura deliberatione sacro approbante Concilio omnia & singula in dictis XI. Sessionibus gesta, & facta, ac literas desuper editas, cum omnibus in eis contentis clausulis (exceptis quibusdam quæ certis personis pro vniuersalis Ecclesiæ pace & vnione duximus concedenda, necnon executorum in illis deputatione) apostolica auctoritate approbamus, & innouamus, illaque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus, atque mandamus, & illorum executores ad illa & in eis contenta obseruari faciendum, in Ro. Cu. Gubernatorem almæ Vrbis nostræ, & Vicarium nostrum pro tempore existentes, ac Cameræ Apostolicæ Generalé Auditorem, qui personas sibi respectiue subiectas ad id cogere & compellere valeant, extra vero eam omnes & singulos locorum Ordinarios deputamus. Inhibentes sub excommunicationis latæ sententiæ pœna omnibus & singulis Christifidelibus, ne in præsenti Concilio gesta & facta sine nostra & dictæ Sedis licentia speciali, glosare, aut interpretari præsumant, ac fidei vrgente nos zelo dictam cótra infideles expeditionem per nos, & dictum Iulium prædecessorem dictis causis Conciliaribus expeditis toties in dictis Sessionibus propositam, & promissam, & cum Oratoribus Regum & Principum apud nos existen. pluries communicatam, & discussam, piæ me. Nicolaum Papam V. etiam prædecessorem nostrum, qui post Constantinopolitan. vrbis calamitosum excidium ad vindicandas Christi iniurias & infidelium furorem reprimendum generalem contra eos expeditionem indixit, & quem solerti studio rec. me. Calixtus III. ac Pius II. Rom. Pont. etiam prædecessores nostri imitati fuerunt, imitantes, ad triennium proxime futurum cum facultate per nos, vna cum eisdem fratribus nostris decimas fructuum ex Ecclesijs & Monasterijs ac alijs beneficijs in vniuerso orbe consistentibus imponen. & exigen. ac omnia & singula alia quæ ad huiusmodi expeditionem necessaria sunt, & quæ in similibus expeditionibus

Conc. fuit pri[n]cipaliter congregatū ex tribus causis videlicet.

Pro concordia Princip. Christianorū de qua hic inf. habes.

Pro reformatione Curię, de qua habes sup. f. 191.

De abrogatione Pragmaticæ de qua habes in cōstit. pręcedenti.

Imperator & Reges Concilio cōsenserunt.

Conc. istud Lateranen. damnauit Conc. Pisanum.

Pax & concordia inter Principes Christianos conclusa fuit.

Conc. Lateranē. Pont. confirmat. Et illius executores deputat.

Pij 2. cōst. habes sup. fol. 87. vbi not. concord.

Decimasq; super fructibus beneficiorū imponit p bello contra infideles.

tionibus fieri consueuerunt faciendi, sacro approbante Concilio, sumendam, faciendam, & prosequendam decernimus, & vt felicem sortiatur effectum pias, humiles, ac deuotas ad omnipotentem Deum preces iugiter fundimus, idemque omnibus vtriusque sexus Christifidelibus faciendum mandamus, eosdem Maximilianum in Imperatorem electum, ac Reges, Principes, & Potentatus Christianos quorum virtutum Deus excitare nos iubet hortantes, ac per viscera misericordiæ Dei nostri IESV CHRISTI obsecrantes, perque tremendum eius iudicium obtestātes, vt ipsi memores se de ipsa Ecclesia CHRISTI sanguine redempta, & per eos etiam propriæ vitæ non parcendo, tuenda & conseruanda rationē reddituros esse, omnibus inuicem posthabitis odijs, mutuisq; dissensionibus, ac simultatibus obliuiori perpetuæ demandatis, ad defensionem Christianæ fidei sicut proprio & necessario eorum incumbit officio, fortiter & potenter exurgant: & in tantæ necessitatis articulo, prout eorum fuerint facultates, prompta auxilia præbere studeant: eosdem nihilominus paterno affectu monentes, ac requirētes, vt pro Summi Dei & Apostolicæ sedis reuerentia, pacem per eos initam, saltem dicta expeditione durante, inuiolabiliter obseruare procurent, ne tantum bonum quod dextera Domini assistente secuturum speramus, & optamus, aliqua interueniente discordia, & dissensione, valeat impediri.

Hortatur Principes ad fidei defensionem.

Et ne Prælati ac alij ad præsens Concilium, quod fere quinquennium durauit, laboribus, & expensis vlterius fatigentur, & vt eorum Ecclesias visitare & consolari possint, ac alijs certis rationabilibus, & iustis causis præsens Concilium absoluimus, & cum benedictione Domini dimittimus, omnibusque & singulis in eo existen. ad propria remeandi Sacro eodem approbante Concilio licentiam concedimus, & vt ad propria aliquibus spiritualibus muneribus refecti cumulatiori gaudio remeare possint, illis eorumque familiaribus plenariam omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam semel in vita, & in mortis articulo elargimur.

Cōcilij cōclusio.

Prelatos qui interfuerūt dimittit.

Illisq; & eorū familiarib. Indulgentias cōcedit.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, constitutionis, mandati, deputationis, inhibitionis, decreti, monitionis, requisitionis, absolutionis, dimissionis, cōcessionis, & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ in publica Sessione, in Lateranen. sacrosancta Basilica solemniter celebrata Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexto decimo, Decimoseptimo Calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

XX.

De Vnione Fratrum Ordinis Minorum de Obseruantia, & Ordinis Minorum Conuentualium, Ministrorumque, & aliorum Officialium Electione & Officio.

De ista Vnione habes in const. subsequen.

De Materia istorum Fratrum Minorum habes diuersaa cōst. quas indicauero infra in Pij V. const. 14. Dum ad vberes.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ITE Et vos in vineam meā, ait homo ille paterfamilias qui plantauerat vineam mundi Saluator atque Redemptor Dominus noster IESVS CHRISTVS, qui & si curam gerat de omnibus, cunctaque dirigat, quæ ipse fecit: attamen inter cæteras plātationes quas per ipsum pater celestis io solo plātauit militantis ecclesiæ, vineam quandam tam ardenti prosequutus est amore, vt suam velut propriam vvnius illam appellet: hanc siquidem vineam sic assiduis solertibus, ac fidelibus ex colunt agricolis vt alios primo mane, alios hora tertia, sexta, nona, & decima vero & vndecima, quasi incessanter cultores transmiserit. Hæc est sacra illa Minorum Fratrum religio, quæ virentibus cerimoniarum folijs, per viros apostolicos, tanquam per palmites extensos a mare vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum vino sapientiæ & scientiæ irrigauit montes & impleuit terram. Hæc est Religio sancta & immaculata, in qua per speculum sine macula Redemptoris contemplatur præsentia, vitæ Christi & Apostolorum iospicitur forma, per quam primorum Ecclesiæ fundatorum ante oculos Christianæ plebis reducitur norma, quæ demum nihil nisi diuinum angelicum omni perfectione refertum, Christoque nil nisi conforme, vt non immerito sua dicatur repræsentat.

Cōmendatio ordinis S. Frācisci.

Ad hanc vineam excolendam primo mane oriente iam sole, misit ipse Paterfamilias Angelum illum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui, beatum Fraociscum, qui comitantibus miræ sanctitatis viris, prima vitis huius dicere fundamenta ijs successerunt viri religiosi, qui duce beato Bonauentura muros huius vineæ iam vtrinque ruinam minantes, hora tertia Trinitatis sanctæ virtute & adiutorio reparauerunt. Post hos veluti hora Sexta prodierunt spiritu feruentes fratres nonnulli, qui a sacro Viennēsi Concilio tanquam a Deo missi & confortati, eneruatam pene disciplinę censuram, ad sua principia reuocauerunt. Hora vero nona moriente Domino, surgentibus in dies malis & scandalosis huius vineæ Agricolis, suscitauit Dominus spiritum adolescentis, paucorum videlicet Fratrum, qui signifero nominis IESV beato Bernardino ductore & præside, sacri Concilij Constantien. freti præsidijs languentem immo pene mortuum per orbem vniuersum, ordinem viuificarunt. Nouissime vero diebus istis quasi hora vltima apparuerunt viri alij, qui zelantes pro domo Israhel succiderunt lucos, & demoliti suot delubra, ac vbi abundabat peccatum, adiuuante Domino curauerunt per introductam reformationis normam, vt superabundaret & gratia, Sed veluti inter parabolicos & euangelicos illos viticolas quia nouissimi æquabantur prioribus, murmur surrexit non paruum, sic acclamantibus Regibus Principibus Communitatibus & Populis, graues lites & iurgia, ac dissensiones, occasione superioritatum & perfectionis graduum inter aliquos huius religionis Professores per totum mundum magis ac magis augeri dietim accepimus.

De isto B. Bernardini vita & miraculis vide supra fol. 76. Pij 2. constit. 5.

Causę istius cōst.

Quare nos cuius animus ab ætate tenera ardenti deuotione efferbuit ad huius ordinis Professores, & Ordinem ipsum totum, nunc vero ex communi cura procurationis & pastoralis regiminis, quam immeriti sustinemus, ad componendas huiusmodi agricolarum lites, & sedandas murmurationes, illius Euangelici procuratoris more, tanto prouocamur ardentius quanto frequentius intenta mente recolimus fructus vberes, quos ex eorum exemplari vita & salubri doctrina vniuersali ecclesiæ continue cernimus prouenire, Nec minus cōtinuis Principum Christianorum

Discordia orta fuit inter Fratres de obseruantia & Conuentuales.

stianorum præsertim Charissimorum in CHRISTO filiorum nostrorum Maximiliani in Imperatorem electi, & Francisci Christianissimi Francorum: ac Caroli Catholici Hyspaniarum, Henrici octaui Angliæ, & Emanuelis Portugalliæ & Algarbiorum, & Ludouici Vngariæ & Bohemiæ, ac Sigismundi Poloniæ, necno Cristierni Daciæ Regum illustrium, necnon nonnullorum Principum aliorum Ducum Comitum Populorum & Communitatum, pijs prouocamur supplicationibus & precibus, quibus pro pacandis huiusmodi diuisionibus in ordine diui Francisci exortis non cessant vsque hodie apud nos postulare. Deputatis igitur a nobis in secreto nostro Consistorio, aliquibus ex Venerabilibus Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, causas & seminaria huiusmodi iurgiorum & diuisionum diligẽter perquirere, ac de remedijs opportunis pro sedandis præfatis litibus pertractare commisimus & iniunximus, qui longo maturæ discussionis examine, diligentissime ac fidelissime iussa complentes relatione per ipsoa nobis facta, necnon pensatis per nos acutius, quæ per ipsos pro huiusmodi concordia tractata, & examinata fuerunt, habita etiam super ijs in dicto Consistorio nostro cum eisdem ac reliquis eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum vnanimi consilio, præfato ordini modo infrascripto iudicamus prouidendum.

Imper. Reg. Principes & Populi institerunt apud Pont. vt discordiam istam componeret.

Quia in primis compertum habemus Prælatorum diuersitatem, quorundam perpetuitatem, cæterorum vero Fratrum vitam nõ reformatam huiusmodi litibus & diuisionibus plurimum causæ præbuisse, ea propter volumus & ordinamus prout in dicta Regula beati Francisci continetur, vnum Ministrum generalem totius Ordinis de cætero omnibus & singulis Fratribus eiusdem ordinis cum plenaria potestate, quæ ex Regula sibi competit præfici, cui omnes & singuli prædicti Fratres in omnibus quæ non sunt contra Deum, animam suam, & Regulam firmiter teneantur obedire: qui quidem Minister generalis, per sex annos ad plus Generalatus fungetur officio, infra quem terminum, si aliquo tempore appareret vniuersitati Ministrorum Prouincialium & Custodum prædictum Ministrum generalem non esse sufficientem ad seruitium & communem vtilitatem Fratrum, teneantur prædicti Fratres, quibus electio dicti Ministri generalis data est, in nomine Domini alium sibi eligere, quibuscunque sex annis (vt præfertur) expletis, ipso facto sit absolutus a Generalatus officio, & pro tali ab omnibus habeatur. Electio vero successoris fieri debeat a solis Ministris Prouincialibus & Custodibus reformatis, tam Cismontanis, quam Vltramontanis, in Capitulo generali dicti ordinis, in festo Pentecostes, in loco quem Minister generalis cum Capitulo generali proxime præcedenti duaerint assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri & Custodes siue vocales, tam Cismontani, quam Vltramontani accedere teneantur.

Pont. ideo mandat eligi vnũ Ministrum Generalem totius ordinis S. Francisci.

Cuius officium durat ad Annos 6.

Immo durat ad annos. 8. vt mox dicemus.

Et ne caput suis mẽbris difforme appareat, Volumus & etiam ordinamus, quòd nullus Frater possit eligi in Ministrũ generalẽ, nisi vitã ducat reformatam pro reformato a Cõitate reformatorum habeatur, In præfata vero electione Ministri generalis nullus penitus vocem habeat nisi reformatua, & pro reformato a congregatione reformatorum habeatur, quòd si in futuro quicquam in contrarium attentatum fuerit, irritum penitus & inane habeatur, Quo vero ad electionem futuri Ministri generalis, in proximo festo Pentecostes in Conuentu de Ara cœli de Vrbe, iuxta aliam nostram ordinationem, in litteris in forma Breuis contentam celebrandam, Statuimus omnes Ministros & custodes reformatos ac Vicarios & discretos fratrum de obseruantia seu familia, dictam electionem debere celebrare. Et vt præfata electio Ministri generalis, quæ secundum prædictam regulam a Ministris Prouincialibus & Custodibus fieri debere libere secundũ intentionem eiusdem Regulæ, & absque quouis scrupulo celebretur, declaramus omnes Prouinciales Vicarios Fratrum de familia, seu obseruãtia veros Ministros esse, ipsosque ad effectum Electionis huiusmodi in Ministros ordinamus & instituimus. Discretos etiam ipsorum similiter declaramua esse Custodes. Quo vero ad alios fratres reformatos, volumus quòd in Prouincijs in quibus Ministri pro nunc non sunt reformati, nec pro reformatis habiti, sub quibus sunt aliqui Conuentus reformati, duo Fratrea electi a præfatis Conuentibus reformatis, secundum aliarum litterarum nostrarum tenorem sub forma Breuis voces Ministrorum non reformatorum, quãtum ad præfatas Prouincias pro hac vice duntaxat suppleant, Fratribus vero de Congregatione fratris Amadei de Clarenis, de sancto Euangelio seu capucio, pro singulis Prouincijs, in quibus habent Conuentus vltra suorum Vicariorum voces duas pro hac solum vice concedimus, quam quidem electionem a præfatis fratribus de huiusmodi generali Ministro faciendam canonicam secundum Minorum fratrum Regulam, ac formam a beato Francisco in Regula traditam esse diffinimus & etiam declaramus.

Minister Generalis eligatur a fratribus & de fratribus de obseruantia.

De quo vide inf. Pij V. const. 134. pastoralis.

Et vt in ordine ipso, quantum cum Deo fieri potest, pax conseruetur, & charitas peramplius inter Cismontanos & Vltramontanos fratres eiusdem ordinis nutriatur, Ordinamus quòd si Minister generalis, vt præfertur, per sex annos de Cismontanis fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de Vltramontanis fratribus eligi debeat, quem modum alternatis vicibus in perpetuum volumus ab ipsis fratribus obseruari. Verum quia conspicimus ipsum ordinem per vniuersam Christianitatem mirum in modum dilatatum esse, ne ob huiusmodi amplitudinem debito pastoralis regiminis careat beneficio, Decernimus quòd si Minister generalis de Cismontanis electus fuerit, instituat in partibus Vltramontanis vnum generalem Commissarium ab eisdem Vltramontanis fratribus eligendum, cui Minister generalis super præfatos Fratres Vltramontanos vices suas committat, prout Capitulo generali expedire videbitur. Ita tamen quòd Commissarius præfato Ministro generali omnimode subijciatur, vt cæteri dicti ordinis Prælati subijciuntur, ac illi per omnia secundum Regulam obedire teneatur.

Minister Generalis quolibet sexto anno alternatiue de Vltramõtanis & Citramõtanis eligatur.

Imo eius officiũ durat per an. 8. Pius V. inf. cõst. 131. pastoralis.

Dum vero Minister generalis fuerit ex vltramontanis fratribus electus, tunc pariter Commissarium generalem Cismontanum instituere debeat pari modo quo de Vltramontano Commissario superius dictum & statutum est, Qui quidem generalis Commissarius per Triennium solum generalis Commissionis fungetur officio, quo Triennio elapso, nouus Commissarius per Ministrum generalem in Capitulo generali, vt supra eligendus, secundum quod Vltramontanis de Commissario fuerit proudendum institui debeat. Minister vero generalis in partibus in quibus suis sex annis fuerit, & ad alias partes se conferre voluerit, pro eo tempore quo absens fuerit, Commissarium loco sui de cõsilio & assensu Diffinitorum Capituli generalis huiusmodi duntaxat relinquere possit, Et in partibus quibus dictis sex annis non erit Commissarius generalis, tenebitur Minister generalis primo Triennio dictorum sex annorũ celebrare vnũ Capitulum generale, ad quod conuenient vocales illarum partium a quibus assumptus fuerit, & similiter aliud Capitulum in partibus a quibus assumptus non fuerit per se vel suum Commissarium, ad quod omnes vocales dictarum partium accedere teneantur, celebrare habebit, aut super hoc fiat quod generalis Minister cum Capitulo generali iudicauerit faciendum.

De Commissario Generali eligen. per Ministrũ Generalem.

De hoc vide in dicta const. Pij 5.

De Commissarij Generalis officio

Porro quantum ad Ministros prouinciales in Prouincijs in quibus Ministri pro nunc non sunt reformati, seu pro vere reformatis non habentur, Declaramus, ordinamus, & decernimus Vicarios fratrum de obseruantia seu familia illarum prouinciarum respectiue ex nunc & in perpetuum veros

De Ministris Prouincialibus.

& indu-

& indubitatos earundem prouinciarum esse Ministros, illosque de cætero nomine Ministrorum debere appellari, quibus omnes & singulos fratres, necnon domos & loca eorundem in dictis prouincijs, vt præfertur, consistentes plenarie submittimus, ac Generali & alijs Prouincialibus Ministris auctoritatem & potestatem antea Generali & alijs prouincialibus Vicarijs de familia nuncupatis attributam & concessam perpetuo concedimus, ac cõcessam & attributam esse decernimus. Mandan. præfatis fratribus etiam Regulam beati Francisci pure & simpliciter obseruantibus, vt dictis Ministris sic per nos declaratis & ordinatis, vt veris illarum prouinciarum Ministris secundum Regulam per omnia obediant. Denique ne ex Ministrorum prouincialium perpetuitate ordinem ipsum in ruinam iterum collabi contingat, Volumus & ordinamus præfatos prouinciales Ministros vltra triennium in suis non posse continuari officijs, quo triennio elapso, pro absolutis ab officio a cunctis fratribus habeantur. Poterunt tamen infra dictum triennium a suis Capitulis prouincialibus, vt secundum Regulam & consuetudinem celebrabuntur, si minus vtiles inuenti fuerint, ab officijs prouincialibus absolui, & idem iudiciũ de Custodibus per omnia habeatur. Nullus vero in Ministrum prouincialem aut Custodem eligi, aut in ipsorũ electione vocem habere poterit, nisi vitam ducat formatam, & in Communitate Reformatorum illius prouinciæ cui præficiendus est, pro tali habeatur, quicquid autem in contrarium attentatum fuerit, ipso facto irritum sit & inane, Præterea quia de reformatis, ac pure & simpliciter regulam beati Francisci huiusmodi obseruantibus sæpe sæpius in præcedentibus & sequentibus mentio habetur, Volumus & declaramus sub nomine Reformatorum, ac pure & simpliciter regulam beati Francisci huiusmodi obseruantium comprehendi omnes & singulos infrascriptos, videlicet obseruantes tam de Familia quàm Reformatos sub Ministris, ac fratris Amadei, de Coletanis, Clarenis, de sancto Euangelio, seu de caputio, ac Discalciatos nũcupatos, aut alios similesque quocũque alio nomine nuncupantur, & regulam ipsam beati Francisci pure & simpliciter obseruant, & ex quibus omnibus supradictis, vnum corpus insimul facientes eosdem ad inuicem perpetuo vnimus, ita quòd de cætero omissa diuersitate nominum prædictorum, fratres Minores sancti Francisci regularis obseruantiæ, vel simul vel disiunctiue nuncupentur, & nuncupari possint & debeant, Omnesque & singulos, vt præfertur, vnitos generali Ministro prædicto, ac prouincialibus Ministris & Custodibus, in quorum prouincijs & custodijs respectiue morantur, in omnibus & per omnia secundum regulam subijci debere. Conuentuales vero secundum priuilegia viuẽtes quomodo eisdem Ministris generalibus & prouincialibus subijci & obedire debeant, per alias nostras desuper edendas literas declarabimus. Cæterum vt dissensionum, scandalorum, & partialitatum fomes penitus ab ipso ordine tollatur, præcipimus firmiter & mandamus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, a qua nullus, præterquam in mortis articulo, nisi a nobis aut a sede apostolica possit absolui, ne aliquis frater ordinis sancti Francisci appellet alium fratrem eiusdem ordinis malitiose, irrisorie, seu in properiose, Priuilegiatum Coletanum, Bullistam, Amadeitam, Clarenum, de euangelio seu de capucio, Pigotum, aut alio quouis nomine etiam de nouo reperto, seu forte in futurum occasione priorum diuisionum ipsius ordinis, vel huius nostræ sanctæ institutionis & vnionis Spiritus sancti gratia compositæ, a quocunque imponendo, seu alio quouis irrisorio iniurioso seu improperioso nomine, aut quod pro improperioso a patientibus habetur. Necnon omnibus tam Clericis, quam laicis, ne fratres huiusmodi, aut eorum fautores præfatis nominibus irrisorie, seu malitiose appellent, sed omnes fratres ipsius ordinis fratres Minores, vt præfertur, seu sancti Francisci, a se ipsis & omnibus alijs nominentur. Item statuimus quòd de cætero nullus frater reformatus possit per quemcunque Prælatum ordinis etiam Ministrum generalem mitti ad morandum ad aliquem Conuentum non reformatũ, aut pro reformato non habitum, excepto quòd si Capitulis prouincialibus videretur minus malum aliquem fratrẽ licentiare ad nondum Reformatos quam ipsum cum Reformatis retinere, tali casu possint Prælati mittere fratrem seu fratres Reformatos ad nondum Reformatos. Inhiben. sub excommunicationis latæ sententiæ pœna omnibus & singulis Conuentualium secundum priuilegia viuentium Prælatis ac fratribus ne aliquem ex præfatis Reformatis nisi modo prædicto recipere audeant. Similiter & dictis Reformatis fratribus sub eadem pœna ne ab obedientia suorum Ministrorum vllatenus quam modo prædicto recedant. Et ne ex nouarum sectarum in dicto ordine forsan introductione secunda ordinem iterũ in rixas deuenire oporteat, Volumus & in virtute sanctæ obedientiæ firmiter præcipimus & mandamus, quòd de cætero nullæ nouæ sectæ vel reformationes in dicto ordine introducãtur aut fiant absque Ministri generalis aut prouincialium Ministrorum Reformatorum in suis prouincijs respectiue expresso assensu. Ita tamen quòd dictæ reformationes ipsi Ministro generali & prouincialibus reformatis per omnia iuxta regulam subijciantur, vt supra expressum est de alijs Reformatis. Quapropter omnes Domos, Loca, & Eremitoria, quæ fratres de obseruantia, seu familia, seu alij reformati sub Ministris quocunque nomine appellati fuerint, hactenus tenuerunt & possederunt, ipsi Ministro generali ac prouincialibus Ministris reformatis, & per nos sic institutis & declaratis in suis prouincijs respectiue perpetuo subijcimus & incorporamus. Volen. loca ipsa per ipsos Ministros, ac eorum successores Reformatos perpetuo teneri, & possideri, regi, & gubernari, Quascunque lites desuper exortas coram quibuscunque Iudicibus Ordinarijs vel delegatis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & dicti ordinis Protectore, aut sacri Palatij nostri Auditoribus siue Commissarijs apostolicis, tam in Ro. Cu. quam extra eandem, & tam inter subditos in quibuscunque statu vel instantia, tam super possessorio quam petitorio, seu etiam spolio, si quomodolibet prætẽdi possit desuper penden. etiam si huiusmodi loca de obedientia & de Capitulis fratrum Conuentualium dicti ordinis prius fuissent, ad nos aduocamus, penitus & extinguimus, silentium perpetuum partibus imponen. Sententias quoque & processus per quoscunque iudices in eis habitos & latas, ac inde secuta quæcunque, etiam si lites ipsa ratione locorum fratrum & bonorum hinc inde receptorum, aut cuiuscunque alterius rei occasione vel causa motæ fuissent, cassamus & annullamus. Et nihilominus dictis fratribus Conuentualibus, necnon quibusuis Iudicibus, ac alijs quibuscunque, ne quicquam contra huiusmodi nostram declarationem, institutionem, innouationem, vnionem, & incorporationem, in iudicio vel extra attentare, procurare, iudicare, vel pronunciare, etiã si causa per nos commissam existat, seu in futurum committatur, præsumant sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis beneficiorum quæ obtinent, ac etiam inhabilitationis ad alia in posterum obtinendã eo ipso incurrenda, inhibemus, præcipimus, & mandamus. Demum vt secundum exigentiam locorum personarum, & morum cuncta quæ conducere videbuntur pro manutenentia reformationis per totam Christianitatem in dicto ordine iam diuina gratia introductæ, iuste, prouide, & discrete valeant statui & ordinari, volumus Capitulum generalissimum proxime celebrandum teneri deputare ex probationibus, doctoribus, ac magis ea peritis

Ministrorũ Prouincialiũ officiũ duta per triẽniũ.

Obseruantes siue Reformati qui intelligi debeant.

Prohibitio nominandi aliquẽ ex supradictis Fratribus irrisorie.

Obseruantes nõ se transferant neque recipiantur inter Cõuẽtuales. De hoc vide Gregor. 13. const. 74 sedes Apostolica, cu ibi no.

Nouæ sectæ sine reformat. ões nõ inducantur.

Tempore tamen Clem. 7. inducta fuit alia regula reformatorũ vt inf. in Clem. 7. cõst. 39. in suprema, cum ibi not.

Loca assignata & ut subiecta Ministro Gener.

Litiũ extinctio.

Sententiarũ & processuum annullatio.

Contrauenientiũ pœna.

tis Fratribus, nonnullos ex diuersis Regionibus assumptos, qui omnia & singula quæ pro manutenentia reformationis & vera Regulæ obseruantia, ac huius nostræ constitutionis debita executione accommoda iudicauerint, in vnum recolligant, approbanda per totum Capitulum vel maiorem partem eiusdem, ac tandem per nos apostolicæ confirmationis patrocinio muoienda. Et nihilominus moderno & pro tempore existenti Cameræ apostolicæ generali Auditori, necnon vniuersis Archiepiscopis, & Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscúq. in dignitate ecclesiastica constitutia personis, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi & eorum singuli præsentes nostras literas, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dicti Generalis ac Prouincialium Ministrorum Reformatorum, seu alicuius eorum super hoc requisiti fuerint solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten. faciant eoa omnibus & singulis prædictis pacifice frui & gaudere, non permitten. eos desuper per quoscunque, quauia auctoritate fungentes quomodolibet indebite molestari. Contradictores per censuras ecclesiasticas & alia iuris remedia, inuocato ad hoc etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis, appellatione postposita compescen. Non obstan. quibuscunque literia apostolicis, & indultis, etiam sacri Coocilij Costantien. dictæ religionis fratribus, familijs, congregationibua, denominatinnibus, aut alicui eorum siue illarum auctoribus & institutoribus Conuentualibus siue Reformatis, aut de Familia fratribus sub quibusuis verborum formis, solennitatibus, & clausulis fortioribus & insolitis concessia, seu forsan in futurum concedendis, etiam si tales forent, quòd de illis eorumq; totis tenoribus specialis expressa indiuidua, ac de verbo ad verbum mentio esset habenda, quibus, quo ad præmissa, expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum quia difficile foret has nostras præsentes literas ad quælibet loca vbi opus fuerit deferre. Volumus & auctoritate apostolica decernimus, quòd transumptis earundem maou Notarij publici signatis, & alicuius Prælati ecclesiastici sigillo munitis ea prorsus fides i iudicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes originales literæ exhibitæ vel ostensæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ institutionis, diffinitionis, submissioos, concessionis, ordinationis, declarationis, vnionis, statuti, subiectionis, iocorporationis, aduocatinn. imposition. cassation. catinctio. inhibition. præcepti, mandati, derogation. voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omuipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo Decimoseptimo, quarto Caleodas Iunij, Pontificatus nostri anno quinto.

Executores istius const.

Clausula derogatoriæ.

XXI.

De Vnione Fratrum Ordinis Minorum de Obseruantia, & Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, Ministrorumque, & aliorum Officialium Electione & officio.

Vide ad hoc const. præced.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

OMNIPOTENS Deus cuius perfecta sunt opera, qui cuncta sapientissime condidit in numero pondere, & mensura, & cuiua nutu omnia reguntur; Romanum Pontificem sic catholicæ præfecit ecclesiæ, vt quæ diuino honori salutique fidelium cognouerit accommoda, non solum faciat, sed quantum in ipso fuerit aspiraote cælesti gratia ad debite perfectionis perducat effectum. Sane diebus nouissimis cum generalissimum capitulum totius ordinis beati Francisci conuocari fecissemus, illudque in domo de Ara cœli de vrbe dicti ordinis celebrari debere ordinauissemus pro vnione vniuersali fratrum prædictorum sub vno capite reformato, inter alia facienda pro votiua huiusmodi vnione de venerabilium fratrum oostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, consilio & assensu, necnoo ad Regum et principum Christianorum humiles & instantissimas preces auctoritate apostolica Statuimus, & ordinamus Quod de cætero perpetuis futuris temporibus Minister Generalis totius ordinis sancti Francisci, a solis & de solis reformatis fratribus dicti ordinis viuentibus absque priuilegijs bona temporalia concernentibus eligi debere. Cui omnes & singuli Fratres secundum regulam eiusdem beati Francisci subijci & obedire tenerentur. Et deinde fratres Conuentales cum priuilegijs eis a sede apostolica concessis viuentes, ac redditus & possessiones aliaue bona temporalia secundum huiusmodi priuilegia retinere volentes per alias nostras litteras etiam statuimus & ordinauimus, quòd vnum ex eisdem fratribus Conuentualibus vita vt moribus idoneum sibi eligere possent, qui eorum Magister generalis appellaretur, & eorundem fratrum Conuentualium sub dictis priuilegijs viuentium, curam gerere & electionis de se factæ confirmationem a dicto Ministro generali totius ordinis petere deberet, prout in literis prædictis plenius continetur. Cumque in Capitulo generalissimo in dicta domo de Ara cœli, huiusmodi nuper per fratres reformatos celebrato ibidem præsentibus auctoritate nostra Protectore ipsius ordinis, & alijs duobus ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ad id a nobis specialiter deputatis, die ad hoc per nos assignata fratres ipsi vocem in electione Ministri Generalis huiusmodi habentes, dilectum filium Christophorum de Forliuio, qui Vicarius Generalis fratrum Minorum de Familia tunc fuerat, in Ministrum Generalem totius ordinis sancti Francisci rite, & recte, Fratres vero Conuentuales cum priuilegijs vt præfertur viuentes in domo sanctorum Apostolorum etiam de vrbe dicti ordinis ad id etiam legitime congregati dilectum filium Antonium Marcellum vita & moribus idoneum in Magistrum Generalem fratrum Conuentualium huiusmodi etiam elegissent. Nos cum audiuissemus electiones de Ministro, & Magistro præfatis per eosdem Fratres iuxta ordinationes nostras prædictas spiritusancto id operante summa cũ caritate, ac pace & vnione, factas fuisse dictũ Antoniũ in Magistrũ fratrũ Conuentualium electum coram nobis præsentem in domino benediximus, ac benedictionem nostram huiusmodi pro confirmatione quam a præfato Ministro Generali petere tenebatur, pro hác vice dumtaxat sufficere voluimus, Ac desiderantes per eosdem Christophorum Ministrum, & Antonium Magistrum sic electos, & eorum successores fratres sibi commissos sub prospero & felici regimine gubernari ac in pacifico, & tranquillo statu conseruari posse cogitauimus tali modo prouidere, quòd de cætero odor bone famæ eorundem fratrum, apud omnes Christifideles etiam Reges, & Principea religionis Christiane Perpetuis futuris temporibus redoleat, & pax et vnio plurimum ab omnibus desiderata conseruetur omnisque dissidij occasio, quæ humani generis pro-

curante

Pont. generalissimum capit. ordinis S. Francisci celebrari fecit in ecclesia Aræ cœli de Vrbe.

De elect. Magistri Generalis totius ordinis, per Fratres & de Fratribus de obseruantia eligen.

Quod habes etiam in const. præced.

De elect. Magistri Generalis Conuentualium.

De hoc vide inf. Pij V. const. 134. pastoralis.

Fratres de Obseruantia elegerũt Christophorum de Forliuio.

Conuentuales eorum Magistrum Generalem elegerunt Antoniũ Marcellum.

curatne inimico exoriri posset, extinguatur & penitus tollatur aliqua per eosdem Ministrum & Magistrum aliosque ipsius ordinis professores firmiter & inuiolabiliter seruanda, Motu proprio & ex certa nostra scientia ac matura cum eisdem Cardinalibus Præsidentibus deliberatione præhabita duximus statuenda, videlicet quòd præfati Antonij Magistri Generalis fratrum Conuentualium successores ab eisdem Fratribus Conuentualibus pro tempore electi confirmationem ab eodem Ministro Generali & successoribus suis Ministris Generalibus totius ordinis, quemadmodum Vicarij generales tunc de familia nuncupati petere tenebantur. Ac quòd Magister nunc & pro tempore electus ad regimen fratrum Conuentualium sancti Francisci iuxta dictam nostram ordinationem Magister generalis Fratrum Conuentualium imperpetuum appellari debeat. Quodque in singulis prouincijs deputati ad regimen fratrum Conuentualium de cætero Magistri Prouinciales Fratrum Conuentualium cum suis Sigillis vocari, & a Ministris Prouincialibus regularis obseruantiæ in prouincijs iuxta morem dicti ordinis respectiue pro tempore existentibus confirmationem electionum de eis pro tempore factarum, eo modo quo Vicarij Prouinciales olim de familia nuncupati a tunc Ministris Prouinciarum fratrum Conuentualium petere tenebantur, etiam petere teneantur. Quodque tam Generalis & Prouinciales Ministri præfati tam antequam post Generalis & aliorum Magistrorum confirmationem huiusmodi tam de Generali & Prouincialibus quam alijs fratribus Conuentualibus huiusmodi, & eorum ac aliorum tertij ordinis Fratrum & Sororum, nuncupatorum, qui catenus sub Ministro generali Conuentualium fuerant regimine nullatenus se intromittere aut eos per se vel suos commissarios visitare seu corrigere possint, nec aliquam iurisdictionem seu superioritatem in ipsos exercere valeant præterquam cum ipsum Ministrum generalem pro tempore existentem ad ipsorum fratrum Conuentualiũ domos & loca declinare contigerit, quo casu ipse Minister eosdem fratres Conuẽtuales paterne visitare, ipsique fratres Conuentuales eundẽ Ministrũ Generalẽ tanquã totius dicti ordinis superiorẽ omni cum caritate & dilectione recipere debeant, dummodo idem Minister generalis nunc & pro tempore existens nihil iudicialiter circa ipsos fratres conuentuales ac domos eorum & loca ac etiam Monasteria Monialium sub eorum cura degentium exerceat nisi eo modo, quo Minister generalis tunc fratrum conuentualiũ super fratres de familia & eorum domos & loca & Monasteria Monialium tempore conuocationis dicti Capituli Generalissimi exercebat, exercere possit. Et insuper generali & Prouincialibus Ministris pro tempore existẽtibus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipimus & mandamus, ne directe vel indirecte etiam fauore dominorum temporalium, Ciuitatum, & Vniuersitatum, Opidorum, Terrarum, & Villarum, ac personarum ecclesiasticarum etiam Prælatorum quorumcunque, seu eorundem Cardinalium siue alio quæsito colore vel ingenio malitiose, quòd domus & loca fratrum Conuentualium seu Monasteria Monialium curæ Magistri generalis Conuentualium huiusmodi subiecta; & quæ hactenus sub dicto ministro generali fratrum Conuentualiũ fuerant eis quoquomodo auferantur, procurare præsumant. Et nihilominus quicquid in contrarium attentatum fuerit sit eo ipso irritum & inane. Domus autem & loca ac Monasteria Monialium Magistro Generali fratrũ cõuentualium ea subiecta esse intelligi volumus, quæ apostolica vel alia auctoritate Ministro generali ante celebrationem dicti Capituli generalissimi proxime in dicta domo Ara cœli celebrati subiecta erant, & in quorũ possessione ipse tunc Minister generalis conuentualium existebat, præsertim domus seu conuentus Asisij & sancti Saluatoris de vrbe, aliæque quamplures domus ac multa Monasteria Monialium quæ eidem Ministro Generali tunc immediate subiecta erant, quæ omnia ex nunc Magistro generali Conuentualium immediate subiecta perpetuo sint & esse censeantur, Exceptis domibus & locis ac monasterijs monialiũ dictorum in fratrum reformatorum per priores litteras nostras huiusmodi nuper vnitis, quæ Generali & prouincialibus Ministris in suis prouincijs respectiue in omnibus subiecta remanere volumus. Statuimus etiã quòd si fratres conuentuales quãdoq; se reformare voluerint, reformatio ipsa iuxta priuilegia apostolica eis concessa per suos generalẽ & Prouinciales Magistros duntaxat fieri debeat, nisi vbi fratres alicuius domus seu Conuentus ad verã & regularem obseruantiã & omnimodã generalis & prouincialium Ministrorũ obedientiam venire, & generali ac alijs Ministris præfatis se subijcere volent. Quo casu si fratres illarum domorum in quibus a decem vsq; ad viginti tres in alijs vero domibus in quibus numerus a viginti vsque ad quẽcunq; numerũ fratrum eorundẽ Conuentualiũ fuerit, duæ tantũ partes subiectioni & submissioni huiusmodi consenserint, tunc Generalis & alij prouinciales Ministri pro tẽpore existentes domos fratrũ subiectioni & submissioni huiusmodi modo præmisso consentientiũ quacunq; contradictione non obstante domos fratrũ conuentualiũ & illarum fratres huiusmodi libere & licite recipere possint. Domos vero fratrum Conuentualiũ in quibus minor numerus quã denarius fuerit, etiã de omnium fratrũ Conuentualium earumdem domorum consensu nullatenus recipere valeant, sed illæ Generalis & aliorum Prouincialium Magistrorum reformationi libere dimittantur. Singulis vero fratribus Conuentualibus ad generalem & Prouinciales Ministros transire volentibus ab eorum superiore prius petita licet non obtenta licentia liberam transeundi licentiam & facultatem concedimus. Præterea volumus quòd illi ex fratribus Conuentualibus qui de cætero vitam reformatam sub Generalis sub Prouincialium Magistrorum cura ducere voluerint, sub eorum regimine permanere possint, dummodo aliquo signo notabili distinctione distinguantur & discernantur ab illis qui vitam regularẽ sub Generali seu Prouincialibus Ministris ducunt, prout Generalis Minister & Magister inter se conuenerint bonis præfatarũ domorum reformandarũ immobilibus, & oibus quorũ fratres reformati non sunt nec capaces esse volunt generali & alijs prouincialibus Magistris ad eorum liberam dispositionem libere remanentibus. Et ne inter reformatos & conuentuales fratres præfatos super præcedentia dissensio & contẽtio oriri possit, volumus & etiam statuimus quòd inter eos talis ordo seruetur. Videlicet quòd in processionibus & funeralibus ac exequijs, necnon omnibus alijs actibus publicis fratres Conuentuales fratribus regularis obseruantiæ locum digniorem relinquere teneantur. Si tamen aliqui graduati seu antiqui Patres aut Guardiani domorum conuentualiũ remanere vellent cũ quibusdam fratribus antiquioribus sub Generali & Prouincialibus Ministris viuentibus, tunc & in hoc casu vt euitetur dissensio huiusmodi & perfecta vnio conseruetur, simul incedere, ipsique Conuentuales semper eorum crucem & vexillum per eos deferri solitum deferre libere & licite valeant. Postremo omnia & singula priuilegia & indulta dicto ordini tam per nos quam alios quoscunque Romanos Pontifices hactenus concessa eisdem fratribus regularis obseruantiæ ac Conuentualibus (inquãtum præmissis non sint contraria) auctoritate & tenore præsentium inuicem perpetuo communicamus & suffragari volumus, eaque omnia etiam illis de nouo concedimus. Quocirca Cameræ apostolicæ generali Auditori, necnõ vniuersis Patriarchis Archiepiscopis & Episcopis & ecclesiarũ Prælatis ac quibuscũq;

Minister Gen. Cõuentualium, tenẽtur petere confirmationem à Magistro Generali totius ordinis.

Prouinciales Cõuentualium debẽt habere confirmationem à Prouincialibus Fratrum de obseruãtia.

Fratres de obseruantia nullã habeant superioritatem in Conuẽtualibus, vt hic.

De Cura Monialium.

Cõuentuales transire possint ad fratres de obseruantia, vt hic.

De quo vide infra Pij v. cõst. 95. quæcumque.

Fratres de obseruantia præcedãt Conuentuales in processionibus & alijs actibus publicis.

Tu vide declarationem Greg. 13. infra in eius cõst. 84. exposcit.

Confirmatio priuilegiorum.

Executores istius const. in dignitate ecclesiastica cōstitutis personis per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi,& eorū singuli præsentes nostras literas & in eis contenta quæcunque vbi & quādo opus fuerit, ac quotiens pro parte Ministrorum aut alicuius ipsorum super hoc requisiti fuerint, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos præsentibus literis ac omnibus & singulis in eis contentis pacifice frui & gaudere. Non permittentes eos desuper inter se ac etiam per quoscunque alios quauis auctoritate & potestate fungentes quomodolibet indebite molestari aut perturbari, Contradictores per censuras ecclesiasticas & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus quibuscunque literis apostolicis & indultis etiam sacri Concilij Constantiensis dictæ religionis fratribus familijs congregationibus denominationibus aut alicui eorum siue illarum auctoribus & institutoribus sub quibusuis verborum formis solemnitatibus & clausulis fortioribus & insolitis concessis, seu forsan in futurum concedendis, quibus (etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa indiuidua ac de uerbo ad uerbum no autem per generales clausulas id importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruāda esset) illorum

Clausulæ derogatoriæ. omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habētes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si Ministris & Magistris ac fratribus præfatis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad quælibet loca vbi opus fuerit deferre, volumus & auctoritate apostolica decernimus, quod Transumptis præsentiū manu notarij publici signatis, & alicuius prælati ecclesiastici sigillo munitis ea prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur si præsentes originales literæ essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, statuti, communicationis, concessionis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimoseptimo, pridie Idus Iunij. Pontificatus nostri anno Quinto.

XXII.

Contra asserentes se esse tales quales non sunt, vt literarum Apostolicarum expeditionem gratis consequantur, & contra Officiales id fieri permittentes.

Hoc idem voluit Innoc.8.sup.fol.113.const.7.cum sicut.

LEO Episcopus &c. Motu proprio &c.

INHAERENDO Vestigijs prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificū, sicut non absque graui displicentia accepimus, nonulli animæ suæ prodigi, & auaritiæ morbo laborātes, aut literas Apostolicas gratis expediant, & Rom. Cu. officiales debita eorum portione defraudent, in eisdem literis nō nunquam venerabilium fratrum nostrorum. S.R.E. Vicecancellarij, & aliorū Cardinaliū, aut dilectorū filiorū Abbreuiatorū de maiori præsidētia, seu literarū prædictarū, Scriptorū nec non aliarū personarū quarūcunque, ex qua-

Causa istius cōst. rū qualitatibus, & priuilegijs, siue antiqua cōsuetudine, literas ipsas gratis expedire solet, nepotes, & quandoque germanos, interdū verò familiares continuos commensales fuisse, & esse affirmare, & vt tales in dictis literis se inscribi facere, & fecisse non verentur, cum re vera tales non fuerint, in animarum suarum periculum, & officiorum eiusdem Rom. Curiæ non modicum præiudicium, & grauamen. Nos igitur fraudibus, & deceptionib. huiusmodi, prout nostro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos cuiuscūque ex status, gradus, vel con-

Contrauenientes huic const. excommunicantur. ditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur, qui se Vicecancellarij, aut aliorum Cardinalium, vel abbreuiatorum, seu scriptorum eorundem, aut aliarum personarum quarumcūque ex qualitatibus, & priuilegijs, siue ea antiqua consuetudine huiusmodi literas ipsas in toto, vel in parte gratis expedire solent, nepotes, fratres, aut familiares continuos commensales in eisdem literis etiam motu proprio concessis nominauerint, se re vera tales nepotes, aut fratres, vel familiares continui commensales non fuerint, Nec non officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes excommunicationis sententiam, a qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione præuia) absolui possint, auctoritate apostolica per præsentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum euentum ex nunc, prout ex tunc, & econtra incurrisse declaramus, & pro talibus publice iudicari mandamus: Ac ipsos offi-

Literæ procēs expeditæ, & concessiones annullat. ciales procurantes, seu permittentes huiusmodi a suorum officialium perceptione emolumentorum per annū continuum, vltra aliaa pœnas quas propterea incurrent, omnino suspendimus. Et nihilominus concessiones, & gratias in eisdem literis contentas quascunque, ipsasque literas hactenus tam per Cameram, quam Cancellariam expeditas, & expediendas viribus omnino carere, eisque quos concernunt, & eorum singulis in aliquo suffragari non potuisse, neque in futurum posse, sed omnino surreptitias, inualidas, & nullas fuisse, esse, & fore, sicque per quoscunque Iudices etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinales, ac sacri Palatij Apostolici Auditores, in quacunque instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, interpretari, & iudicari debere, ac irritum, & inane quicquid secus super ijs quauis auctoritate etiam per

Decretū irritās. nos, & successores nostros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Motu & scientia similibus decernimus, & declaramus: Ac volumus quod mandatum, decretum, & declaratio nostra huiusmodi in Cancellaria Apostolica publicentur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus obseruentur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & or-

Clausulæ derogatoriæ. dinationibus apostolicis, ac quibuscunque priuilegijs, & indultis eisdem Vicecancellario, & alijs Cardinalibus, ac quibusuis personis, sub quibusuis verborum formis, & clausulis etiam derogatorijs concessis,

& in

& in posterum concedendis, quæ eis, aut eorum alicui, quo ad præmissa nullatenus volumus suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet publicetur, & describatur. I.

Lectum, & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo decimo septimo, die vero xx. mensis Februarij, Pontificatus S.D.N. Leonis Papæ Decimi, Anno Quinto.

XXIII.

Contra Barones & Communitates non custodientes eorum territoria a Bannitis, Furibus &c.

Confirmatur & ampliatur hæc constit. infra per Pium 4. const. 30. In eminenti. Pium V. const. 13. ex superne & const. 117. Exigit. & ibi not.

Et de Materia Bannitorum vide concord. quas posui supra fol. 80. in 8. const. Pij II.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pont. prouidétia circunspecta prædecessorũ sacrorũ gesta, quæ præcipuæ pro venientiũ ad Almam Vrbem totius orbis caput, & recedentium ab ea, securitate & commodo facta sunt, persæpe opportunis occasionibus innouat atque extendit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Dudũ siquidé à fel. recor. Iu. Papa II. prædecessore nostro emanarũt literæ in forma breuis tenoris subsequentis.

Omittetur tenor illius const. quia habes sup fo. 148.

NOS Itaque cupientes literas prædictas pro venientium ad Almam Vrbem, & ab ea recedentium tutela, & commodo inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, literas prædictas auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illasque perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et insuper cum huiusmodi furta, delicta, & derobationes fiant in syluis, nemoribus, lateribus, & in locis occultis, & secretis, non adhibitis, nec præsentibus testibus, adeo quod sine maxima difficultate per ipsos spoliatos, & derobatos, furta, & valor rerum subtractarum & ablatarum probari non possint, statuimus, & ordinamus, quod quoad probationem bonorum subtractorum, & eorum valorem, stetur declarationi præfatorum Præsidentium, & Clericorum ipsius Cameræ Apostolicæ, qui diligenter considerata qualitate personarum spoliatarum, & derobatarum, exposita quantitate furtorum, & alijs circunstantijs, & coniecturis, recepto iuramento ipsarum personarum derobatarum, seu mercatorum, quorum bona ablata existebant, super quibus præfatorũ Præsidentiũ, & Clericorum conscientiá oneramus, furtũ, & eius valoré declarare debeant, & quod si derobatio, seu furtum in confinibus diuersorũ territoriorum, diuersarũ Cómunitatum, seu dominorũ, vel iuxta huiusmodi confines derobatus cótra dominũ territoriorum prædictorum, in Cómunitatem, quam, & qué elegerit ad recuperationem rerũ sibi ablatarum agere possit, & valeat ab actione, quã ipse derobatus intentauerit, discedere si ei placuerit, & contra aliũ agere licite possit (cũ domini confinium prædictorum illos non custodiendo in præmissis culpa non careant) reseruato tamen soluenti iure agendi contra conterminos. Et vt quantum fieri potest, omnis occasio crassandi, & derobandi sublata esse videatur, eisdem Motu, & scientia, ac tenore præcipimus & mandamus sub duorum millium Ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnis similibus, omnibus & singulis antedictis, ne fures, latrones, & crassores in syluis, & sepibus latibula faciant, ne ibi se abscondere possent, vt prope vias publicas vtrinque ad medium miliare arbores, & sepes, & quæcũque latibula incidere, seu incidi, ac amouere, seu amoueri, & extirpari facere infra duos menses a die publicationis præsentium computandos, & sic incisas conseruare, & manutenere oĩno teneantur, & debeant. Sicq; per Clericos dictæ Cameræ, ac quoscunque alios Iudices, & Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, & sacri Palatij Apostolici causarum Auditores iudicari, ac definiri, & exequi debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, decernimus, summarie, & absque iudicij tela. Mãdantes propterea eisdem Raphaeli Episcopo, & Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis pro tempore existentibus, vt præmissa omnia & singula ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciant, & contrafacientes ad illorum obseruationem per supradictas pœnas iuxta stylum ipsius Cameræ compellant. Volumus autem quod præsentium transumptis manu vnius Clerici, & vnius Notarij eiusdem Cameræ subscriptis, eadem prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ innouationis, communitionis, decreti, statuti, ordinationis, onerationis, præcepti, mandati, & volũtatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, M. D. XVIII. Calend. Septembris, Pontific. nostri anno sexto.

Confirmat cõst. Iul. 2. quam habes sup. fol. 148.

In proban. huiusmodi furtis & valore bonorũ statur declaratiõi Clericorũ Cam. Apostol. præcedéte iuramento dãnum passi.

Damnum passi cõtra Dominos & Communitates locorũ agere possint.

Viæ vt sint securæ latibula hinc inde amoueãtur.

Decretum irritãs

Executores istius const.

Hæc cõst. licet publicata nõ appareat tamen dicta const. 13. Pij V. quæ istam confirmat publicata fuit.

XXIIII.

Procuratores Romanæ Curiæ non matriculati, in causia ad actus Iudiciales comparere non possint.

Hæc const. innouatur & declaratur infra per Pium V. const. 79. nuper volentes.

De materia Procuratorum habes fol. 44. Greg. XI. const. 3. vbi posui concord.

LEO Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM PERCEPERIMVS Nonnullos in Palatio nostro apostolico doctrina, & practica insufficien. non sine decoris eiusdem diminutione ac legittimo damno, cum inter alia sepius processus causarũ per illos institutos nullitatibus subijci comperiantur, absque aliquo ipsorũ examine vel appro

Causæ istius cõst.

Has literas hic non habes.

bationę;contra tenorem litterarum quæ a nobis super hoc emanarunt, procure officium arroganter exercere. Ideo volen. omninn quæ decreuimus in eisdem litteris inuiolabiliter obseruari, motu proprio, ex certa nostra scientia &c.vobis Dilectis filijs Decano & auditoribus eiusdem Palatij,curiæque causarum Cameræ apostolicæ Generali Auditori nunc & tempore existentibus,& cuilibet vestrum committimus, & mandamus,ne de cætero perpetuis futuris temporibus tales,sed tantum illos qui in matricula procuratorum Ro.Cu.nunc & pro tempore anniotati fuerint, ac ipsorum & cuiuslibet ipsorum substitutos vel substituendos ab eis ita designandos vt substituens pro culpa substitutorum efficaciter obligetur, quorum nomina per officiales dicti collegij volumus significari,ad actus iudiciales in quibuscunque causis coram vobis,seu quibusuis alijs delegatis Apostolicis pro tempore pendentibus admittatis,& admitti faciatis,vel permittatis: Decernentes ea nunc irritum & inane quicquid in eisdem per alios factum, gestum, vel attentatum fuerit. Et nihilominus prædicti non matriculati postquam semel ad instantiam dicti Collegij sub pœnis per executores infrascriptos, vel eorum alterum apponen.& cuiuis el quique executori videbitur applican.moniti ab his non abstinuerint, pœnas prædictas incurrat, & si bis eis contrauenire contingat,in duplo mulctati,in carceribus per mensem detineantur,& ab ipso officio procuræ,& eius exercitio omnino repellantur. Ipsumque Collegium etiam Apostolica auctoritate dudum erectum,illiusque statuta,& ordinationes(ad quæ etiam super præmissis condenda,& etiam iam facta,& fiẽda, quæcunque corrigenda,& reformanda omnimodam facultatem concedimus)expresse approbamus,& confirmamus, & Apostolicæ potestatis robur adijcimus, &c. Executores autem præsentis nostri mandati vos dilectos filios eiusdem Palatij Apostolici Decanum,& Auditorem Cameræ pro tempore existentes, & vestrum quemlibet. (Ita tamen quod idem Decanus in & de litibus & causis coram eo, seu alio eiusdem Rotæ Auditore, pro tempore pendentibus solum & duntaxat, ac solus & insolidum executor existat) totiens quotiens occurrerit, quoad Procuratores,& Sollicitatores coram eis respectiue comparentes totiens quotiens occurrerit. Quibus eorum ordinationibus,& mandatis per quoscunque Baricellum,& Marescallos, & Executores Almæ Vrbis parentibus fore decernimus,& perpetuo deputamus. Et ne de præmissis aliquis ignorantiam prætendere possit, quod præsens perpetuo valiturum mandatum,in acie Campi Floræ, & in valuis Cancellariæ Apostolicæ huius Almæ Vrbis affigatur,& ibidem per affixionem huiusmodi publicetur. Et quod affixioni prædictæ, ac si omnibus,quos tanget,personaliter intimatum foret,stetur omnino, & in libris Cameræ Apostolicæ registretur, expresse volumus, ac mandamus. Decernentes irritum & inane &c. quibuscunque contrarijs non obstantibus. Datum Montisflasconi, Quarto Nonas Octobris,Pontificatus nostri anno sexto.

Procuratores Matriculati & non al.j admittantur & permittantur.

Procuratorũ & Conuenientium pœna.

Collegium Procuratorum Ro. Cu.eiusque ordinationes & statu approbat.

Executores istius const.

Placet,& ita motu proprio mandamus. I.

Anno a Natiuitate Domini,Millesimo quingẽtesimo decimo octauo,Indictione sexta die vero decimosexto, Octobris,Pontificatus sanctissimi Domini nostri Leonis diuina prouidentia.Papæ X.Anno sexto,suprascriptum mandatum seu motus proprius publicatum,& affixum fuit in valuis & acie, vt supra dimissis copijs affixis per me P. Mangiuar S. D. N. Papæ cursorem.

XXV.

A sententijs Magistrorum Viarum & Camerarij Vrbis appellatio prohibetur,& recursus ad Præsidentem Reu. Cameræ Apostolicæ conceditur

De Materia Iuris congrui, & Magistrorum Viarum & Camerarij habes supra fol. 197. & ponam etiam infra in Pij 4. constit. 134. inter multiplices.

LEO Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM sicut accepimus non obstan. quod iuxta formam litterarum super liberation. domorum & aliorum quorumcunque locorum,rerum,bonorum,etiam sub proprietate alicuius ecclesiæ aut piorum locorum existentium soluta seu aucta decima parte a nobis emanatarum,tam per Camerarium nostrũ & Magistros stratarum,quam etiam per alios per nos deputatos, super liberatione censuum canonum siue responsionum super eisdem domibus locis & bonis consistentium pronunciari seu declarari contingat,tamen patroni domorum,aut proprietarij dictarum ecclesiarum & piorum locorum a dictis pronuncijs & sententijs appellare,& appellationes huiusmodi causas in infinitum protrahere non verentur,contra mentem nostram. Nos igitur attendentes quod propter præmissa ciues & curiales & alij constructionibus & ampliationibus ædificiorum,quæ non solum ad commodum priuatum sed etiam publicum & maximum ornamẽtum almæ vrbis nostræ cedunt,penitus retrahuntur,ac super his opportune prouidere volentes, Motu simili & ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica,tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus, quod prætendentes se ea huiusmodi sentẽtijs indebite grauari,nõ debeant sub pœna Mille Ducatorũ auri,Cameræ nostræ Apostolicæ ipso facto sine aliqua declaratione applicandorum,& damnorũ ac interesse per partem ob inobseruantiã literarũ prædictarum quouis modo supportandorũ,ab ipsis sententijs,& ordinationibus appellare,querelare, seu aliquo modo cõqueri.Sed possint ad Cam.Apo.habere recursũ,& querelã super præmisso augmẽto,& Præsid.dictæ Cam. de eo cognoscere.Et partes fecisse debeat,quod cognoscatur,& terminetur infra quindecim dies a die latæ sententiæ hmoi,quæ in ipsa Camera infra tres dies porrigi debeat,quibus elapsis, si nõ fuerit aliquid determinatum, sententia, de qua porrecta fuerat querela,etiã pro dicto augmento decimæ partis,prout declaratũ fuerit,executioni debitæ,omni exceptione remota, demandẽt.Si vero fuerit in aliquo reformata, reformationi huiusmodi, omni appellatione remota,stari,& exequi debeat,omni sublata appellatione,vel exceptione. Et quia etiã intelleximus in dubium reuocari, an literæ nostræ prædictæ ad vineas & viridaria se extendãt:ea propter ad omnẽ dubiũ tollendum literas prædictas etiam ad vineas,viridaria,& alia prædicta tam in vrbe, quã extra, & in locis

Has literas habes supra fo.197.

Causa istius cõstit.

Appellare non licet a sententijs Magistr. viarum sed datur recursus ad Præsid. Reu.Ca.Apo'lo.

Imo seruatur dari appellationes ad Clericum dictæ Cam.pro tempore Viarũ præsidentem.

Const quam habes supra fo.197 extendit ad vineas & viridaria

Decretũ irritãs.

in dictis

in dictis literis comprehensis existentia extendi debere decernimus, & declaramus. Decernentes irritum, & inane quicquid contra præmissa scienter, vel ignoranter attentatum fuerir, aur in futurum attentari contigerit. Mandantes eidem Camerario, & Cameræ Apostolicæ, ac Legatis, respectiue, vt omnia in dictis literis, ac præsentibus contenta omnino & effectualiter obseruari faciant, Cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo palatij, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod literarum Apostolicarum prædictarum, ac præsentium transumptis manu vnius Clerici, & Notarij Cameræ subscriptis, quemadmodum prædictis vbique fides adhibeatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die decimo Ianuarij, millesimo quingentesimo decimo nono, Pontificatus nostri anno sexto.

Executores istius constit.

Placet, & ita motu proprio mandamus. I.

XXVI.

Contra impedientes executionem Literarum Apostolicarum, eorumque fautores.

Hæc constit. confirmatur & ampliatur infra per Clem. 7. const. 42. Romanus. & Greg. XIII. constit. 24. Ad Romani, & ibi notabo. Et habes supra fol. 131. Innoc. VIII. const. 14. non ibi not.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,

IN supremo Apostolicæ sedis solio, meritis licet imparibus, constituti, ad ea libenter intẽdimus, per quæ debitus honor & reuerentia dictæ sedi à subditis & inferioribus, præsertim Pontificali dignitate præditis impendantur: & si quid peruerse aut minus recte per eosdem inferiores factum aut gestum reperiatur, quod in dictæ sedis depressionem, ac malum exemplum, & scandalum plurimorum cedat, id per nostræ prouideatiæ ministerium reuocetur, & ad debitam normam reducatur, ne membra à capite, cui obedientiam debitam & deuotam præstare tenentur, discnrdare videantur. Sane licet fe. re. Bonifacius Papa IX. prædecessor noster, ad quem fide dignorum relatione peruenerat, quod certi Prælati, quibus piæ memoriæ Vrbanus Papa VI. etiam prædecessor noster concesserat, vt in eorum ciuitatibus, & diœcesibus executio literarum Apostolicarum fieri non posset, nisi literæ ipsæ Prælatis ipsis, aut eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem Prælatorum officiales in consuetudinem deduxerant: aliqui vero prætextu statutorum prouincialiũ, seu synodalium etiam seruabant, quod nullus literas Apostolicas huiusmodi exequi auderet, nisi postquam prælati, seu officiales ipsi per suas literas quas vidimus nuncupabant, mandarent, & concederent, vt iudices in ipsis literis Apostolicis deputati, & sine licentia vel consensu quorumcunque Prælatorum, vel superiorũ, aut officialium eorundem, litteras Apostolicas exequi possent & deberent: Tamen nuper in publica signatura coram nobis non nullæ supplicationes propositæ fuerunt, continentes quod in Toletan. & Carthaginen. ecclesijs sub colnte falsitatibus obuiandi æditæ fuerant constitutiones synodales, quibus caueri dicebatur, vt Tabelliones, & Notarij, etiam à partibus requisiti, literas Apostolicas nullatenns recipere possent, nisi illæ prius per Archiepiscopum Toletan. & Episcopum Carthaginen. pro tempore existentes aut eorum officiales examinatæ forent, à nobisque earundem Constitutionum confirmatio peteretur. Nos petitionem huiusmodi vti ratione carentem, cum Romani Pontificis gesta per inferiores sibi & subditos, sine eius speciali licentia examinari non debeant, indecens, & absurdum, quinimmo temerarium esse censentes, quod aliquis quauis occasione literas Apostolicas sine Romani pontificis speciali commissione examinare velle præsumat: propterea supplicationes ipsas prout merito reiiciendæ erant, reiecimus, & coram nobis lacerari fecimus. Ac constitutiones ædentium temeritatem tali castigatione reprimere, ac super his tale remedium adhibere volentes, vt alijs in posterum committendi similia aditus præcludatur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, literas Bonifacij prædecessoris huiusmodi tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasque inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Necnon quascunque constitutiones synodales tam in dictis Toletan. & Carthaginen. quam quibusuis alijs ecclesijs per vniuersum orbem constituris super his factas, Motu, scientia, auctoritate, & potestate prædictis cassamus, & annullamus, ac statuimus, & ordinamus, quod iudices & executores in literis Apostolicis pro tempore deputati, ac Notarij & Tabelliones super his requisiti, literas ipsas Apostolicas sine alicuius personæ cuiuscunque ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia vel consensu exequi possint & debeant. Et insuper vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis ecclesiasticis, necnon dilectis filijs Communitatibus ciuitatum, & vniuersitatibus castrorum, oppidorum, terrarum, & locorum, sub interdicti, singularibus vero personis eorum, etiam sæcularibus, sub excommunicationis & anathematis pœnis, quas eo ipso si contra fecerint, absq; alia declaratione incurrant, & à quibus non nisi a nobis vel successoribus nostris Romanis Pont. canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolui, & interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possint, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ne iudices & executores literarum Apostolicarum, ac Notarios & Tabelliones super his requisitos, quominus literas Apostolicas huiusmodi exequi possint, quoquo modo impedire præsumant, ac eos qui executionẽ literarum huiusmodi impedientibus auxilium, consilium, vel fauorem quouis modo directe vel indirecte, publice vel occulte præstare præsumpserint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quauis alia ecclesiastica vel mundana, etiam Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeant dignitate, eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ, a qua non nisi, vt præfertur absolui possint, subiacere: ac ciuitates, terras, castra, oppida, & loca prædicta, & ad quæ inobedientes & contrafacientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, ecclesiastico supposita interdicto, tamdiu firmiter obseruando, donec compuncti corde huiusmodi interdicti relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint obtinere, ac ibidem permanserint, & per triduum post eorum inde discessum, Motu, scientia, auctoritate & potestatis plenitudine similibus decernimus: Ac sub dictis pœnis etiam mandamus illis, in quorum libris constitutiones synodales, & prouinciales huiusmndi descriptæ reperiuntur, ita deleri & cassari faciant, vt amplius legi non possint. Non obstantibus

Bonif. 9. & Vrb. 6 const. hic non habes.

Causę istius cõst.

Confirmat constit. Bonif. 9.

Ordinationes impedientes liberã executionem literarum Apostolicarum annullantur.

De istis Notarijs vide dictum 14. const. Innoc. 8.

Illasque exequi mandat absque alicuius licentia.

Impedientes illarum executionẽ eorumque fautores pœnis de quibus sic innodat.

Clausula derogatoria.

ſtantibus præmiſsis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon omnibus illis quæ idem Bonifacius prædeceſſor in ſuis literis voluit non obſtare,contrarijs quibuſcunque. Aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Primatibus,Epiſcopis,& alijs perſonis præfatis,vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſsint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem , & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis,& literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non inſertis effectus eorum impediri valeant quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſit in noſtris literis ſpecialis mentio habenda : quæ quo ad hoc cuiquam nolumus aliquatenus ſuffragari. Vt autem præſentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus , & mandamus illas in Cancellaria Apoſtolica, & valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe noſtra affigi , vt ij quos huiuſmodi literæ concernunt , quod ad ipſos non peruenerint , aut illas ignorauerint , nullam poſsint excuſationem prætendere vel ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile quoad ad ipſos remanere incognitum,quod tam patenter fuerit publicatum. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca in quibus expediens fuerit , illa deferre , volumus & dicta auctoritate decernimus , quod illarum tranſumpto , manu publici Notarij inde rogati ſubſcripto,& ſigillo alicuius prælati,ſeu alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munito, ea prorſus fides indubia in iudicio & extra,aut alias vbilibet adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur , ſi illæ eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis , caſſationis , annullationis , ſtatuti , ordinationis, mandati , voluntatis, & decreti infringere , uel ei auſu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo decimooctauo, Kal.Martij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Clauſula derogatoria.

Albertus.

Lecta,& publicata fuit hæc Conſtitutio Romæ in Cancellaria Apoſtolica , Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimonono, Die vero decimaoctaua menſis Iunij, Pōtificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris & D. N. D. Leonis, diuina prouidentia Papæ X. Anno Septimo.

Melchior de Campania Cuſtos.

Anno domini M. D. XIX. Indictione ſeptima, Pont. Sanctiſſ. in Chriſto patris & D. N. D. Leonis,diuina prouidentia Papæ X. Anno ſeptimo, diebus xviii. xix. & xx. menſis Iunij in Baſilica principis Apoſtolorum de Vrbe: & xxii. xxv. & xxviii. eiuſdem menſis Iunij ſucceſsiue,etiam in Cancellariæ Apoſt. valuis , ſeu portis, diebus Cancellariæ , iſtæ literæ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt , per nos Henricum Bouſmardi ſanctiſs. D. N. Papæ Curſorem, & per me Girardum Dubier præfati S. D. N. Papæ & Romanæ Curiæ Curſorem.

XXVII.

De Priuilegijs & Emolumentis Sollicitatorum literarum Apoſtolicarum.

Moderationem Priuilegiorum Officialium Rom. Curiæ habes infra in Pij V. conſt. 71. ſacroſanctum.& conſt. 120. Quæ ordini. cum ibi notatis.

De Sollicitatorum loco & gradu in proceſsione Sanctiſsimi Corporis Chriſti habes infra in Greg. XIII. conſtit. 90. Omnibus.

LEO Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

SOLICITVDO miniſterij paſtoralis quo fidelium curam gerimus ſingulorum,merito nos inducit: vt perſonarum nobis & ſedi apoſtolicæ deuotarum occurramus diſpendijs,& pro earum meritis illas dignioribus titulis decoremus,ac ſpecialium fauorum gratijs proſequamur . Dudũ ſiquidem poſtquam felicis recordationis Sixtus Papa IIII. prædeceſſor noſter in inſtitutione Collegij dilectorum filiorum Solicitatorum literarum apoſtolicarum inter alia ſtatuerat,& ordinauerat,quod Solicitatores prædicti pro qualibet Conſiſtoriali prouiſione Monaſterij,cuius fructus in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati forent ad quingentos florenos auri de Camera,& vltra duodecim , & pro reliquis infra dictam ſummam taxatis ſex florenos ſimiles, & pro alijs literis non conſiſtorialibus,quæ cum ſupplicatione, vel ſine ea pro tempore expedirentur tam per Cancellariam,quam per Cameram,ſi literæ ipſæ taxatæ non forent , ſed gratis , & ſine taxa procederent , illi quos literæ ipſæ concernerent quicunque forent abſentes,vel præſentes, & dicti prædeceſſoris & ſucceſſorum ſuorum , ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarij tunc & pro tempore exiſtentes familiares,continui commenſales,ſiquidem per ſpeciale mandatum gratis haberent qualescunque eſſent literæ, & gratiæ in eis contentæ,vnam integram taxam ad quam taxari deberent , ſi vero ratione familiaritatis , vel eorum deſcriptionis in Rotulo familiarium dicti Sixti , vel alterius Roman. Pontificis pro tempore exiſtentis , aut quam per ſpeciale mandatum non tamen pro deo gratis haberent perindæ ac ſi taxatæ forent ſecundum diſtinctionem ibi expreſſam , dicto Collegio perſoluerent . Nos in inſtitutione Collegij dilectorum filiorum Cubiculariorum , & Scutiferorum noſtrorum de numero participantium ſiue honoris , quod ſinguli Cubicularij, & Scutiferi noſtri de numero participantium huiuſmodi quaſcunque literas Apoſtolicas gratiam, ſeu iuſtitiam, aut vtrumque eis & eorum cuilibet pro tempore conceſſas in dictorum Solicitatorum officio gratis expedirent . Et deinde ex eo quod Cubicularij , & Scutiferi Roman. Pont. pro tempore exiſtentes deſcripti quaſcunque literas apoſtolicas gratis expedientes pro ſingulis eiſdem literis certam taxam præfatis Solicitatoribus ſoluere conſueuerant, & Solicitatores præfati taxam huiuſmodi ab ipſis Cubicularijs, & Scutiferis honoris iuxta dictã coſuetudinem exigebant, ſeu petebant dictos Cubicularios , & Scutiferos honoris in officio eorundem Solicitatorum ſoluere

Sixt. 4. cuius conſt. hic non habetur inſtituit Collegiũ Sollicitatorũ literarum Apoſtolicarum cũ emolumentis de quibus hic.

Pont. iſte inſtituit Collegium Cubiculariorũ & Scutiferorum vt habes ſup. fol. 197. cum quibuſdam priuilegijs ea quibus diminuebantur dicta emolumenta Sollicitatorum.

Has literas hic non habes.

soluere non debere, per alias nostras literas declarauimus; prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Vnde nos considerantes non mediocria damna, & enorme præiudicium quæ solicitatores præfati tam ex præmissis, quam expeditionibus multorum Monasteriorum, quorum fructus in libris dictæ Cameræ sunt taxati, & quæ per supplicationem extra Consistorium expediuntur, passim incurrunt, & volentes eorum indemnitatẽ rationem habere, eisque pro suis erga nos, & sedem prædictã gratis fidei, & deuotionis obsequijs dignioribus titulis insignire, gratijsque, & fauoribus prosequi specialibus, Motu proprio nõ ad eorum Solicitatorum, vel aliorum pro his super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia auctoritate apostolica tenore præsentium vniuersos, & singulos modernos, & pro tempore existentes Solicitatores præfatos eo ipso quoad officium Solicitatoriatus literarum earundem admissi fuerint, in Aulæ Lateranen. Comites, cum potestate extra Vrbem in qua Roman. Pontifex cum sua Curia pro tempore resederit, creandi Iudices ordinarios, & Tabelliones publicos, & creatos de Tabellionatus officio per pennam, & calamare recepto ab eis iuramento solito inuestiendi, & cum spurijs, bastardis, manseribus, & alijs ex quouis illicito, & damnato coitu procreatis, vt in parentum, & aliorum bonis tam ex testamento quam ab intestato succedere, & quoscunque actus legitimos exercere, & ad quæuis honores, dignitates, & officia publica, & priuata assumi, illaque gerere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere, & licite valeant, dispensandi, & quibusuis statutis, & ordinationibus in contrarium pro tempore editis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quotiens eis placuerit derogandi, illosque ex eisdem Solicitatoribus, qui clerici in præfatæ sedis Notarios, & tam clerici quam qui laici sint, inauratæ Militiæ Milites, ita quod etiam si Solicitatores literarum earundem esse desierint, Comites, & Notarij, ac Milites respectiue esse non desinant, ex nunc prout ex tunc, & econtra recipimus, & creamus, & aliorum Aulæ Lateranen. Comitum, & Sedis Notariorum, & Militiæ prædictarum Militum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, eximimusq; eosdem Solicitatores, ac quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica per eos pro tempore obtenta a quorumcunque ordinariorum locorum iurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, etiam in ijs omnibus in quibus eiusdem sedis Notarij etiam de numero participantium nuncupati de iure, priuilegio, consuetudine, vel alias exempti sunt, & esse consueuerunt, ita vt Ordinarij præfati eorumque Officiales, & Vicarij nullam in eos, etiam si officij Notariatus huiusmodi habitum non deferant, etiam ratione delicti contractus, aut rei de qua agi contigerit superioritatem, potestatem, vel dominium valeant exercere, ipsosque iurisdictioni, & potestati nostræ, & sedis præfatæ duntaxat immediate subijcimus, ac volumus, & dicta apostolica eisdem Solicitationibus præsentibus, & futuris auctoritate concedimus, quod dictis Solicitatoribus clericis eorum officij Defensores Clerici, qui pro tempore fuerint, recepto prius in eorum manibus, solito iuramento, habitum officij Notariatus possint libere exhibere, & ijdem Solicitatores clerici illum gestare, Processus vero exemptionis ratione dicti Notariatus officij eis, vt præmittitur, competentis, qui per Cameram apostolicam expediri consueuerunt, iuxta tenorem solitum ab eadem Camera recipere valeant, & pro singulis processibus huiusmodi, si illos habere voluerint, vigintiduos Carlenos papales Leones nuncupatos dumtaxat, & nihil vltra dictæ Cameræ, & illius Officialibus, & ministris etiam ratione Sigilli, vel alias soluere teneantur: Et quod ipsi literas gratiarum expectatiuarum quas nuper concessimus, & quotiens eis generaliter concedi contigerit, absque aliqua signatura desuper obtinenda in prima earum expeditione ad Tres collationes per eorum quemlibet eligendas, & Tria cum cura, & sine cura cuiusuis qualitatis existentia etiam litigiosa beneficia ecclesiastica, etiam si vnum ex eis dispositioni apostolicæ ex quauis causa præter quam ratione vacationis illius apud sedem prædictam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Roman. Pontificis, aut tunc, & pro tempore vacationis cuius ad id consensus requirẽdus foret, alicuius dictæ Ecclesiæ Cathedralis generaliter reseruatum, vel etiã generali apostolica reseruatione, vel alias effectum fuerit, & cuiusuis beneficij reseruati fructus redditus, & prouentus Trecentorum florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt, expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum, vel effectum, etiam si in ipsis gratiarum expectatiuarum literis, vel constitutionibus siue regulis Cancellariæ apostolicæ desuper pro tempore editis specialiter, & expresse excludatur, aut alias limitetur etiam in mensibus ordinarijs Collatoribus quomodolibet pro tempore concessis, quo ad ipsum beneficium generaliter reseruatum dumtaxat, acceptare, consequi, & habere, & ad satisfaciendum Constitutioni de publicandis, & intimandis acceptationibus, prouisionibus, & publicationibus per nos æditæ, & per pro tempore existentem Roman. Pontificem ædendæ minime teneantur, liceatque singulis ex eisdem Solicitatoribus laicis, vel coniugatis quo ad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia, vel eorum partem, Clericis vero quo ad prærogatiuas dumtaxat, & reseruatum, vel affectum beneficium huiusmodi etiam in toto, vel in parte vnum, vel plures etiam extraneos loco sui in qualibet expeditione, quotiens gratiæ expectatiuæ huiusmodi per nos, aut successores nostros Roman. Pontifices concedentur ad effectum gratias ipsas expectatiuas sub forma prædicta obtinendi, & prærogatiuis, antelationibus, & facultate acceptandi, & huiusmodi vtendi coram notario publico, & testibus, libere nominare, qui sic nominati antelationibus, prærogatiuis, & facultate prædictis gaudeãt eo ipso in omnibus, & per omnia, ac si nominatis per eos personaliter concessæ fuissent, & tunc actu concederentur, & de ipsorum Solicitatorum præmio in loco, & ordine in quibus eos esse contigerit, a quibus fuerint pro tempore nominati, existerent. Præterea ne quod aliquando sedes præfata pro vnius, vel plurium commoditate concedit, in dictorum Solicitatorum grauem nimis iacturam redundet, Solicitatoribus præfatis, qui pro tempore fuerint, ex quibusuis prouisionibus, commendis, vnionibus, & quibusuis alijs perpetuis, & temporalibus dispẽsationibus quorumuis ordinũ Monasteriorum quorum fructus in libris dictæ Cameræ vltra sexagintasex florenos auri, & duas tertias partes vnius floreni similis taxati reperiuntur, & reperientur in posterum, & eorum quæ de dictorum Cardinalium consilio expediri consueuerunt, & si extra Consistorium per simplicem supplicationem, aut alias etiam per breue literæ desuper expediantur, pro quolibet ipsorum Monasteriorum cuius fructus in libris prædictis taxati reperientur ad quingentos florenos auri similes, & vltra duodecim, & pro reliquis infra dictam summam taxatis, sex florenos similes percipiendi, plenam, & liberam facultatem, & licentiam elargimur. Non obstantibus præmissis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon regulis Cancellariæ, & alijs extrauagantibus etiam constitutionibus per nos, & successores nostros Rom. Pontifices æditis, & ædendis, ac in eadem Cancellaria, & alibi de nostro, ac eorum mandato publicatis, & publicandis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum

Ideo Pont. concedit dictis Sollicitatoribus priuilegia hic cõtenta.

Facultas creandi Notarios & legitimandi illegitimos De quo vide infra moderatio in Pij 4. cõst. 38. Quamuis.

Sollicitatores efficiuntur sedis Apostolicæ Notarij & Comites & Abilitas vt hic.

Exemptio à Iurisdictione Ordinariorum.

De hoc habes moderationẽ infra Pij V. const. 7 sacrosanctam.

De publicand. prouisionibus Ad hoc vide infra Greg. 13 cõst. 87. Humano rerum ibi no.

De emolumentis Sollicitatorũ

Clausulæ derogatoriæ.

minum liceat hanc paginam nostræ receptionis, creationis, aggregationis, exemptionis, subiectionis, volútatis, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserint, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo octauo, tertiodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno septimo.

Balt. de Piscia. M. Casanoua.

XXVIII.

Prohibitio impedien. molestan. aut aliquid exigen. ab Affidatis conducentibus animalia in Dohanam Patrimonij sedis Apostolicæ.

Hæc const. confirmatur & ampliatur infra per Iulium. III. constit. 57. cum sicut & Greg. XIII. const. 46. decer. & const. 69. Romanum. cum ibi not.

De materia vide concordantias quas posui supra fol. 87. in Pauli. II. constitu. 1.

LEO Episcopus &c. Dilecto filio N. Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem.

QVONIAM ex querelis affidatorum & Dohaneriorum non sine animi nostri displicentia percepimus animalia in doganam nostram patrimonij accedentia, & affidata in pluribus & varijs in locis intercipi, pastoresq; impediri gabellis passagijs oneribus, & quod peius est, sæpissime abactis pecoribus & aliquando violenter ablatis vexari in nõ paruum doaneriorũ damnum, & sedis Cameræque apostolicæ contemptum, & detrimentum. Propterea super hoc opportune prouidere volentes sperantesque quod quotidie commisserimus non minus fideliter quã accurate exequeris, Te harũ serie in officialẽ & Commissarium nostrum & Cameræ Apostolicæ facimus eligimus, & deputamus. Committentes tibi expresse quod ad omnia, & singula loca arces ciuitates oppida terras in quibus opus esse duxeris accedas, præsentesq; nostras literas (ne vllo vnquã tempore ipsarũ ignorantiam quis allegare audeat) intimes, & mandes prout nos harum serie sub excommunicationis interdicti et quingentorũ ducatorũ auri de Camera ipsofacto incurren. respue, & Cameræ apostolicæ applican. pœnis mandamus, & inhibemus ne dicta animalia pastores seu famulos vel ministros impediant vexent seu pro ipsis gabellis passagium portorum pedagium seu aliquid aliud exigant seu edulos petant aut accipiant sed liberas, & exemptas iuxta formam, & tenorem priuilegij dohanarum fide nuncupat ire, & redire stare, & pernoctari permittant. Decernentes exnunc prout extunc contra omnes, & singulos impedientes præfata animalia seu ea in doganam ducentes absque alia declaratione prædictas pœnas incurrisse etiam per viam represaliarum quas exnunc contra vt supra delinquentes personas earumq; communitates res, & bona relaxamus, exigi per te, & alios S. R. Ecclesiæ Officiales debere. Mandantes omnibus & singulis legatis habitatoribus Potestatibus Prioribus Barisellis, & alijs publicis, & priuatis personis sanctæ Romã. Ecclesiæ mediate, & immediate subiectis Baronibus, & ductoribus gentium armorum, quatenus tibi in præmissis omnibus opportunum fauorem prestent, & exhibeant, necnon executionem realiter, & personaliter contra omnes, & singulos contrauenientes ad omnem requisitionem tuam faciant, & fieri mandẽt prout nos harum serie mandamus. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis prouincialibus priuilegijs indultis consuetudinibus quomodocunque & qualitercumque introductio Cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xvi. Iunij M. D. XIX. Pontificatus nostri anno septimo.

Deputat cõmissariũ contra molestantes Affidatos.

Præcipitque conducentes animalia in Dohanam nullo modo molestari.

Pœnas contrauenientibus imponit.

Clausulæ derogatoriæ.

Defectum istius constit. suppl. infra fol. [illegible] 57. cum sicut.

Ioan. Euangelista.

Breue suprascriptum fuit per me Marcum Regulum publicum Imperiali auctoritate Notarium, & ad præsens Cancellarium Dohanæ Patrimonij visum lectum registratum exequatum de verbo ad verbum prout in eo inueni. sub die xxv. Iunij. M. D. XJX.

Vidi hanc const. registratam in lib. stat. Dohanæ fol. 27.

XXIX.

Contra pugnantes in Duello, aut Duellum permictentes, spectan. auxiliantes &c.

Confirmatur & ampliatur hæc const. infra per Clem. 7. const. 11. consueuit & ibi notabo & etiam per Pium IIII. const. 25. ea quæ à prædecessoribus & Greg. XIII. const. Ad tollendum vbi ponam concord. & habes etiam supra fol. 155. Iulij. II. const. 9. Regis.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVAM Deo, & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, & omnium in ore varíatur, & diuina humanaque iura derestantur: nec immerito, cum non solum corporum, sed etiam eorum animarum, pro quibus saluator noster Iesus Christus Dei filius mortem subijt temporalem, graue detrimentum afferre noscantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios ausus plurimum conferre censentes eos qui huiusmodi scelus detestabile quidem, & Canonica, Ciuilique lege prohibitum patrare non expauescũt, grauiter fore puniendos: ac ea quæ ac compescendum similes vetitos conatus à Rom. Pont. prædecessoribus nostris statuta fuerunt, vt eo firmius obseruentur, quo sæpius fuerint auctoritate Apostolica communita approbamus, & nouo munimine roboremus, & si qua ad perterrendum animos audaces meliora sint, ijs adiiciamus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum si quidem à fe. re. Iulio Papa II. prædecessore nostra emanarunt literæ tenoris subsequentis videlicet.

Omitti-

Omittitur tenor istius const. quia habes supra fol. 155. nu. 9.

CVM autem, sicut, accepimus, in eisdem literis contenta, ab aliquo tempore citra non fuerint obseruata, & ex eo quam plurimi Barones, domini temporales, & alij, præsertim eidem Rom. Ecclesiæ subditi, adeo procliuiores ad pugnandum in duello redditi sint, vt passim quotidie singularia eiusmodi certamina vbique committi videantur, ac domini temporales præfati armorumque duces eos ad id inuitare, quin potius irritare non formident, cum & in eorum territorijs & iurisdictionibus tutum pancratium, siue aream præparent, & talia cruenta spectacula exhibeant, & illis comitiuam præstent. Nos igitur non minus detestabilem in duello pugnantiũ, quam Ducum, Comitum, Marchionum, Baronorum, Domicellorum, & armorum capitaneorum, aliorumq; dominorum temporalium eis ad id auxilium, consilium, & fauorem præstantium nequitiam, ac improbam eorum conscientiam reprobantes, qui ad ea visenda conueniunt, corporum & animarum saluti Christifideliũ opportunia remedijs indefesso studio prospicere volentes, literas Iulij prædecessoris præfati, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac animi deliberatione, harum serie, auctoritate Apostolica approbamus cõfirmamus & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Adijcientes, & eadem auctoritate Apostolica statuẽtes, quod pugnantes ipsi non solum pœnis prædictis subiaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac bona proscripta sint, & Cameræ nostræ Apostolicæ confiscata eo ipso. Duces, Barones, Comites, Marchiones, & domini temporales, Vicarij, feudatarij, armorum Capitanei, Communitates quoq; ciuitatum, terrarum, & locorum eidem Rom. Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, campum ad pugnandum præstantes, nõ solum pœnas prædictas incurrant, sed ab omni iure quod in locis, & territorijs suis obtinent, ipso facto cadant, illudque ad Cameram præfatam deuoluatur, & deuolutum esse censeatur, absq; alia declaratione desuper facienda. Qui vero ad talia cruenta spectacula videnda conuenerint, si nobiles, Quingentorum, si mediocris fortunæ, Centum, si vero ignobilis, Vigintiquinque Ducatorum, necnon excommunicationis & perpetuæ maledictionis pœnã incurrant, ac locus ipse ecclesiastico subiaceat interdicto. Et insuper omnia, & singula tam per Iulium prædecessorẽ statuta; & vt præfertur, per nos confirmata, & illis adiecta, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Quo circa venerabili fratri Raphaelis Episcopo Ostiensi Camerario nostro, ac dilectis filijs Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ pro tempore existentibus, Motu simili mandamus, quatenus præsentes literas solẽniter, prout sibi videbitur, publicari, ipsasq; ac omnia, & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant, cõtrafacientes vero prædictas censuras & pœnas dãnabiliter incurrisse declarent, ac summarie, & eorũ camerali more exequãtur, & irremissibiliter exigant, conuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, super quibus amplã eisdem concedimus facultatẽ & potestatem. Nõ obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus cõmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, communitionis, adiectionis, statuti, decreti, mandati, & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ. M. D. XIX. Decimo Kalen. Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

Causa istius constit.

Confirmat const. Iul. 2.

Duellumque permitten. alias pœnas hic contentas imponit.

Spectan. Duellũ pœnis de quibus hic innodat.

Executores istius const. deputat.

Clausula derogatoria.

A. Gratia dei.
Ia. Questemberg.

Anno Domini millesimo quingentesimo decimonono, Indictione septima, die vero decimanona mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Leonis, diuina prouidentia Papæ X. Anno septimo, istæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilica principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis seu portis per me Franciscum Cursorem, necnon acie campi Floræ, vt moris est, per me Henricum Bousmardi Sanctiss. D. N. Papæ Cursorem.

Pro M. Quarto de Vrbino Cursore.

XXX.

De Facultatibus & Iurisdictione Consulis & Consiliariorum Vniuersitatis Mercatorum Florentinorum & subditorum in Rom. Curia commemoran. & Priuilegijs dictæ Vniuersitatis.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PASTORALIS officij debitũ, nobis desuper commissum, nos admonet & inducit, vt singularum personarũ, præsertim Rom. Curiam sequentium, votis, per quæ statui prosperiori & vtiliori personarũ earũdem consuli valeat, libenter annuamus, & ad id eiusdem officij partes fauorabiliter impẽdamus, Dudum siquidem pro parte Capitaneorũ partis Guelfæ, & Consulum communitatis Ciuitatis Floren. qui dilectorum filiorum mercatorũ suorum Florentinorum, & aliorum dictæ Ciuitatis subditorum, in Vrbe & Romana Curia cõmorantium, vtilitati consulere volentes, quædam Capitula & constitutiones, inter eos seruanda, & inter alia, cũ potestate eligendi inter eos vnum Consulem, cũ duobus Consiliarijs, & vno Cancellario seu Notario publico, prout in diuersis mũdi partibus Mercatores dictæ Ciuitatis habebant, qui de eorum rebus, causis, litibus, & quæstionibus ciuilibus, inter eos tantum cognoscerent, vulgari sermone statuerant, & ordinauerãt. Nos per alias nostras literas, in quibus dicta Capitula quæ per in lingua latina peritum, in latinum interpretari, & per deputatum ad hoc examinari diligenter & prædictis literis inseri feceramus, statuta & ordinationes huiusmodi auctoritate Apostolica approbauimus & confirmauimus, supplentes omnes & singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, Et nihilominus potiori pro cautela, quod tunc & pro tempore existens Consul, cum dictis Consiliarijs, etiam tunc & pro tempore existẽtibus, de omnibus causis, litibus, quæstionibus & controuersijs ciuilibus, inter eos tantum, ius dicere, procedere, sententiare, decidere, & exequi (exceptis illis, in quibus essent instrumenta in forma Cameræ Apostolicæ, & certis personis tunc expressis,

Pont. iste per alias suas literas quas hic non habes confirmauit statuta Nationis Florentinæ in Vrbe commoran.

Facultas Consulis, & Consiliariorum cognoscendi causas inter Mercatores Ciuitatis Florentinę & subditos.

qui mercatores non essent, quo ad quos nihil penitus innouatum censetur) & iuxta dictorum Capitulorum tenores, emolumenta ac pœnas & alia exigere, ac omnia in eisdem literis contenta, sine quibus eorum iurisdictio esset nulla, exercere, quodque si pro executione sententiarum pro tempore latarum, & alijs, contingeret executionem contra aliquem seu aliquos fieri, carceribus, Marescallis, Barisello, & alijs cuiuscunque curiæ ministris, tam Vrbis quam locorum circumuicinorum, assignata eis condecenti mercede, libere & licite vti valerent, nullique alij iudices spirituales vel temporales dictæ Vrbis, de illis sic ad eorum instantiam incarceratis, se intromittere, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, possent. Et cum dictorum mercatorum plurimum interesset, vt eorum negotia secrete tractarentur, & eorum conditio, propter dictæ mercaturæ casus contingentes, non omnibus publicaretur, vt pro tempore consules & cancellarius seu notarius dicti officij acta, obligationes, protocolla, & alia in dicto officio & extra facienda & exercenda, & per ipsum roganda, & omnia alia quę ad dicti notariatus officium spectant, penes se & dictum pro tempore existen. officij huiusmodi notarium, retinere posset, nec dicta acta, contractus, & alia inter dictos mercatores facta, & facięda, obligationes in fidem, alibi, vel ad archiuium ferre seu portare tenerentur, decreuimus, prout in eisdem literis plenius continetur.

Nota: Ius eorum non tenetur portare obligationes, & acta ad Archiuium, prout omnes Notarij tenentur, vt legitur supra fol. [illegible] in const. 6.

Cum autem (sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Bernardi de Binis moderni Consulis, petitio continebat) nonnulli Florentini mercatores, Bancharij aut Fundacarij nonnullas pecuniarum summas ad dictum cōsulatum spectantes, quas de eodem consulatu habuerunt, latitent, illasque detineant indebite occupatas, quare pro parte eiusdem Bernardi, nobis fuit humiliter supplicatum, vt sibi ac consulatui huiusmodi in hoc prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes pecuniarum summas huiusmodi præfato consulatui restitui, ipsumque Bernardum qui (vt asserit) dilecti filij magistri Baptistæ etiam de Binis, notarij nostri, & pro dilecto filio nostro Iulio tt. S. Laurentij in Damaso, presb. Card. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, in cancellaria Apostolicę Locumtenen. genitor existit, a quibusuis excommunicationis, suspension. & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs censuris & pen. a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluen. & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes & singulos Florentinos mercatores, Bancarios aut Fundacarios, qui hactenus quicquam de pecunijs ad dictum Consulatū pertinentibus, in manibus habuerint, & de illis minime satisfecerint, aut rationem competentem non reddiderint, & ea detinēt, seu de eisdem satisfacere, & competentem rationem reddere negligunt seu recusant, excommunicationis, sententia (a qua, donec satisfecerint seu competentem rationem reddiderint, nonnisi a Rom. Pont. pro tempore existent. præterquam in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium nequeant obtinere) auctoritate Apostolica, harum serie innodamus, ac innodatos & excommunicationis sententiam huiusmodi incurrisse decernimus & declaramus.

Detinentes pecunias ad Cōsulatū spectātes excommunicantur.

Et nihilominus Bernardum & pro tēpore existentem consulem, necnon consiliarios præfatos, dictamque nationem Floren. peramplius honore, & specialis gratiæ fauore prosequi volen. statuimus & ordinamus, quod nullus dictæ nationis, in dicta curia pro quocunque crimine aut delicto captus & carceribus mancipatus, nonnisi præsente prædicto consule, ac vno ex consiliarijs præfatis, aut aliquo ab eis pro tempore transmisso, examinari valeat. Quodque etiam nullus cuiusuis nationis, in domo seu societate dicti consulis, occasione vel causa debiti, siue ratione cuiusuis criminis vel delicti (non tamen læsæ maiestatis) capi possit, Et insuper eisdem Bernardo ac pro tempore existenti consuli & consiliarijs, vt pro defensione personarum suarum, ipsi & eorum quilibet, cum duobus eorum seruitoribus & famulis, ac seruitores, famuli, & personæ consulatus huiusmodi, ac eorum quilibet, diu noctuque, absque alterius Gubernatorum almæ Vrbis nostræ, aut Barisselli, seu Rom. Pont. pro tempore existentis licentia, arma defensiua & offensiua deferre; ac ipsi consules & consiliarij, pro fugiendis expensis, quas pauperes incarceratos subire est necesse, prope locū dicti consulatus, carceres publicos, in quibus eorum subditi, pro debito & criminibus quibusuis eis notis, mancipari valeant, construere & habere, libere & licite valeant, dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus.

Quilibet dictæ nationis carceratus nō potest examinari absq; præsentia Consulis, vel Consiliarij.

Et capi non potest in domo Cōsul.

Arma quę deferre valet.

Carceres cōstruere possunt.

Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Casertan. & Salutiarum Episcopis, ac dilecto filio præposito Ecclesiæ Florentin. per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios, præsentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi, quando, & quoties opus fuerit, ac pro parte modernorum ac pro tempore exeuntium consulis ac consiliariorum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra præsentēs literas, & in eis contenta quæcunque per quoscumque inuiolabiliter obseruari, contradictores quoslibet & rebelles, per censuras ecclesiasticas & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis.

Executores istius constit.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus, etiam municipalibus dictæ Vrbis, priuilegijs quoque & indultis apostolicis, Gubernatori & Barisello præfatis, & dilectis filijs Populo Roman. necnon quibusuis alijs personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, præeminentiæ existentibus, sub quibusuis formis & tenoribus concessis, confirmatis, & innouatis quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alię quæuis exquisita forma seruanda esset, illorum tenores, pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facien. plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Clausula derogatoria.

Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ absolutionis, innodationis, decreti, declarationis, voluntatis, statuti, ordinationis, concessionis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo Quingentesimo Decimonono, Quarto Idus Septembris, Pontificatus nostri anno septimo.

Contra

XXXI.

Contra Homicidas, Bannitos &c. & Communitates & Dominos eos non capientes, aut auxiliantes fauentes & receptantes.

Confirmatur & ampliatur hæc const. per Pium 4. infra const. 30. In eminenti. & Pium V. const 13. ex superuæ, & Greg. XIII. constit. 66. tanta & ibi notabo.

De materia vide concord. quas posui supra fol. 80. in Pij. II. constit. 8.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

OMNES quidem Christifideles, præsertim vero nostros, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ deuotos & peculiares filios, quiete ac pacifice, & sine aliqua affensione viuere summis desiderijs affectantes, ad id operarias manus libenter apponimus, & illa quæ pro eotum felici, prospero, ac pacifico statu per Rom. Pontifices prædecessores nostros facta fuisse comperimus, non solum Apostolico munimine roboramus, verum etiam pro illorum obseruantia nouas & seueriores pœnas adiicimus, vt si nō virtutis amore, saltem formidine pœnæ mandata Apostolica arctius seruentur. Dudum siquidem à fe. re. Iulio Papa II. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis videlicet.

Omittitur tenor istius const. quia habes supra fol. 152.

CVM autem sicut fide digna relatione accepimus, & re ipsa cognouimus, nequissimi sicarij eo ad perpetrāda homicidia, & mala omnia committenda procliuiores reddantur, quo in opprobrium iustitiæ, & animi nostri indignationem, non solum in ciuitatibus, terris, castris, & locis S.R.E. subiectis & non subiectis almæ Vrbis nostræ conuicinis, sed etiam in Vrbe ipsa intra ædes & palatia retinentur, & recipiuntur, aut fauore Ducum, Marchionū, Comitum, Baronum, Domicellorum, dominorum temporalium, armorum capitaneorū, ductorumque, & aliorum magnatum auxilio confouētur, iudicum quoq; & officialiū animaduersio in eos sæpe & sæpius omissa fuerit, Nos candidissimi solis iustitiæ, qui arcū suū tetendit, & nisi conuertātur gladium vibrauit, cuius vices in terris gerimus, exemplo ducti, nō æque minorem criminosorum prædictorum audaciam, quam præfatorum eos recipientium temeritatem esse intuentes, qui in supremæ ac pontificiæ maiestatis læsionem inniti videntur, dum venerandæ legum potestati tales recipiendo eripiunt: Volentes igitur bene viuentium paci, & trāquillitati prospicere, audaces quoq; & sceleratas manus delinquentium, promptosq; animos à criminibus reprimere, recipiētium, receptorumq; nequitiam exterminare,

Causa istius const.

Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac animi matura deliberatione, literas Iulij prædecessoris huiusmodi, ac omnia & singula in eis contenta, harum serie, auctoritate Apostolica approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus.

Confirmat cōst. Iul. 2. contra homicidas, & bannitos & eorum fautores.

Adiicientes, & auctoritate Apostolica præfata, de nostræ potestatis plenitudine statuentes, quod si Duces, Barones, Marchiones, Comites, domini temporales, vicarij, feudatarij, armorum capitanei, ductores, magnates, principes, communitatesque, & officiales ciuitatum, terrarum, & locorum S.R.E. mediate vel immediate subiectorum, homicidas, bannitos, eaititios, rebelles, aut pro quocunque crimine capitali pœna dānatos, necnon brigosos, pacem facere recusantes, treguarum siue induciarum violatores, seu fractores, ius sibimet contra alium dicentes, caualcatas aut armatas, vel vltra numerum decem hominum adunatas propria auctoritate facientes, vel mouentes, ad eorum ciuitates, terras, castra, territoria, & dominia declinantes, non solum receperint, retinuerint, vel auxilium, consilium, opem, & fauorem eis tacite, vel occulte, directe, vel indirecte præstiterint, aut contra mandata & inhibitiones in eiusdem Iulij prædecessoris literis contenta deuenerint: sed etiam si eosdem manu forti non acceperint apprehenderintque, & captos ad mandatū nostrum, seu Rom. Pont. canonice intrantis, pro tempore existentis, aut nostrorum, seu suorū officialium exhibuerint, tradiderintque, non solū omnes & singulas sententias, censuras, ac etiam priuationis pœnas in eisdem literis expressas, verum etiam læsæ maiestatis, & verum ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipso incurrant: & in eos sic contrafaciētes, modo & forma quibus in veros criminis læsæ maiestatis reos, à iure procedi debere statutum est, procedatur, & tam ad prædictas, quā huiusmodi læsæ maiestatis criminis a iure inflictas pœnas executiue deueniatur.

Imo pœnas dictę const. contra eos non capientes extēdit & alias imponit.

Et insuper omnia & singula per Iuliū prædecessorem, & vt præfertur per nos innouata, ac de nouo statuta, & illis adiecta, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obseruari debere decernimus, sublata cuilibet aliter interpretandi, & iudicandi facultate & potestate. Quocirca venerabili fratri Raphaeli Episcopo Ostiensi Camerario nostro, & dilectis filijs Præsidenti, & Clericis Cameræ Apostolicæ pro tempore existētibus, Motu simili mandamus, quatenus præsentes literas solemniter, prout sibi videbitur, etiam in prouincijs nostris, per Legatos earum, & alios rectores, & gubernatores ciuitatum, terrarum, & locorum S.R.E. mediate & immediate subiectorū publicari, ac omnia & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant, & mandent: contrafacientes quoscunque, cuiusuis status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ sint, sententias, censuras, & pœnas antedictas damnabiliter incurisse declarent: & in libris Cameræ respectiue ad perpetuam damnatorum memoriam, per ipsius Cameræ notarios respectiue declarationem huiusmodi per eos faciendam, conscribi, & annotari mandent & faciant, ac summarie eorum more Camerali exequantur: capitalesq; prædictas senrētias à ministris iustitiæ absq; alicuius incursu irregularitatis exequi procurent: reales autem irremissibiliter exigant, inuocato adhoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, super quibus omnibus amplam eisdem concedimus facultatem & potestatem.

Executores istius const. deputat.

Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Clausulę derogatoriæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communionis, adiectionis, statuti, decreti, voluntatis, & mandati infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimonono, decimo Kalen. Februarij, Pontificatus nostri anno septimo.

Hæc const. licet non esset publicata, fatis tamē est publicatas fuisse alias const. eius confirmatorias supra indicatas.

XXXII.

De Institutione & Erectione Indulgentijs & Indultis Archiconfraternitatis Charitatis de Vrbe, omniumque Confraternitatum ab ea dependentium.

De quibusdam pœnia & taxis Anchiconfraternitati assignatis per Pium quartum habes infra in eiusdem Pij. 4. const. 12. cum Venerabilis.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ILLIVS qui charitas est, & cuius Apostolus Paulus se, etiam si linguis hominum loqueretur, & Angelorum, nouissetque mysteria omnia, ac prophetiã, & omnem scientiam, omnemque fidem, ita vt montes transfere posset, non tamen Charitatem haberet, nil esse, & Charitatem reliquis virtutibus maiorem, ac legis plenitudinem esse firmauit: vices (licet immeriti) gerentes in terris, vt vbilibet, & præsertim in Alma Vrbe, quæ vniuerso orbi exemplar, & virtutũ speculum esse debet, Charitatis opera exerceantur: frugifere opem, & operam impendimus efficacees. Sane (sicut nobis nuper innotuit) dilectus filius noster Iulius. II. S. Laurentij in Damaso presbyter Cardinalis, S.R.E. Vicecancellarius, pie considerans, quod pauperea mendicare erubescentes, longe maiores, quam pauperes mendieantes, sustinent necessitates: Quodque cum Curia Romana, maximo forensium, & ignotorum numero, frequentetur, magna pars incarceratorum in Vrbe, nedum amicis, qui pro eis solicitent, verum etiam notis sæpe carent: Et quod cadauera pauperum defunctorum quotidie per baiulos in plateis ac locis publicis eiusdem Vrbis, passim ad colligendum, pro eorum vectura, & sepultura, eleemosynas, ponebantur; & sine cruce ac sine lumine, & cum magno dedecore, & Cristifidelium horrore, ad sepulturam vehebantur: Cupiensque præmissis & alijs reipublicæ Christianæ, præsertim in dicta curia necessitatibus, & charitatis operibus prouidere: & quod prouisio huiusmodi perpetuo duraret atque vigeret: nõnullos Curiales, ac dictæ Curiæ Officiales, quorum aliqui circa mendicare erubescentes, alij vero circa incarceratos huiusmodi, operam aliquandiu præstiterant, & præstare desiderabant, ad se fecit vocari: & offerens eis extunc, pro operibus huiusmodi summam duorum Millium ducatorum auri, & omne auxilium, operam, & fauorem: eos hortatus est, vt inter se & alios, dictis operibus assistere volentes: Societatem sub titulo sanctissimæ Charitatis inirent, ac dictis, & alijs, per alias eiusdem Vrbis societates, assumptis charitatis operibus, intenderent. Quo quidem authore, dicti Curiales & officiales, intenso gaudio persusi, iam per annum vel circa, panes singulis dominicis diebus, & alia alimenta dictis Pauperibus erubescentibus erogare: necnon dictos carceres per personas per eos ad id deputatas visitare: & vt iustitia (præsertim pauperibus, & qui pro eis solicitent non habentibus) celeriter ministretur procurare: & pro pauperibus incarceratis, capturas ac alias expensas soluere: & cadauera pauperum defunctorum decẽter cooperta, & cruce, ac luminaribus præcedentibus, saltem vno presbytero, ac aliquibus alijs associantibus, ad sepulturam deferri facere, proprijs dicti Iulij Cardinalis & Vicecancellarij, ac eorum expensis curarunt: & curat: & Confraternitatem sanctissimæ Charitatis, in qua iam octuaginta, & vltra Confratres, quorum aliqui Episcopi, & alij Prælati, aliqui Officiales dictæ Curiæ, & aliqui Curiales existunt, instituerunt: ac in Ecclesia S. Andreæ regionis Arenulæ se sæpe pro Charitatis operibus exercendis congregant. Nos igitur gratias Deo agentes, quod nostro tempore, ac dicto Iulio Cardinali, qui noster, secundum carnem, frater patruelis existit, authore, tam saluberrima, tamque pernecessaria Charitatis opera, in dicta Curia cœperint exerceri, Cupientesque quod perpetuo frequententur, ac illis dicti cõfratres animo hilariori insistant: Motu proprio, non ad Iulij Cardinalis, & aliorum Confratrum prædictorum, vel alicuius alterius pro eis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, Institutionẽ huiusmodi, & quæcunque statuta, ac ordinationes per Confratres Confraternitatis huiusmodi edita, approbamus, & cõfirmamus: supplemusque omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Ipsamq; Confraternitatem in Archicõfraternitatem, caputque omnium Confraternitatum Charitatis vbilibet institutarum, & instituendarum, perpetuo erigimus & instituimus: ac ei omnes & singulas vbique institutas, & instituendas Confraternitates Charitatis immediate subijcimus, & facimus membra ab ea dependentia, sine tamen earum præiudicio. Quodque Confratres Archiconfraternitatis huiusmodi quæcunque statuta & ordinationes, pro eiusdem Archiconfraternitatis felici regimine, ad piorum operum huiusmodi exercitium, & alijs quotiens & prout eis videbitur, etiam cum quarumcunque pœnarum, in contrauenientes appositione, condere, reformare, & mutare, ipsasque pœnas executioni demandare: Necnõ Archiconfraternitas, & Confratres, communiter, ac diuisim, illorumque ecclesiæ Capellani, Ministri, Officiales, Familiares, res, & bona quæcunque, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantes, seu de bonis suis pro dictis operibus, in testamento, vel alias contribuentes, legantes, seu relinquentes, aut Archiconfraternitatem ipsam hæredem particularem, vel vniuersalem instituentes omnibus & singulis, ac illis eisdem priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs, etiam plenarijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conseruatorijs, indultis, fauoribus, literis, & gratijs spiritualibus & temporalibus, à sede apostolica, in fauorem, sub imagine Saluatoris ad sanctasanctorum, & Sancti Spiritus in Saxia, ac beatæ Mariæ de Populo, & Sancti Iacobi in Augusta, necnon Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Cosmæ, ac Damiani de Vrbe, & Sancti Iacobi in Compostella, Hospitalium, & Confraternitatum, & Confratrum, ac illorum Ecclesiarum, Capellanorum, Ministrorum, Officialium, Familiarium, rerum, bonorum quorumcunque, ac illorum ecclesias visitantium, vel illis de bonis suis largientium, aut illa in totum, vel in partem hæredes instituentium, communiter, vel diuisim, in genere, vel in specie, quomodolibet emanatis, & emanandis. Quæ omnia & singula, necnon quarumcunque literarum apostolicarum desuper quomodolibet confectarum, & conficiendarum, & quorumcunque in eis contentorum, tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habemus, etiam si illa non sint in vsu, aut reuocari contingat, vti, potiri & gaudere, ac literas apostolicas super eisdem priuilegijs, & exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conseruatorijs, indultis, fauoribus, & gratijs, etiam illorum indiuiduam expressionem, & mentionem faciendo, mutatis dumtaxat nominibus, cogno-

Iulius Card. frater patruelis illius Pont. ex causis hic expressis.

Societatem Charitatis in Vrbe institutam ad exercen. opera pietatis circa mendicare erubescẽtes, & carceratos.

Ecclesia in qua congregabantur Confratres. Nunc vero congregantur in Ecclesia S. Hieronymi.

Soc etatem cum eius statutis confirmat & eam in Archiconfraternitatem erigit & facultatem facit di alia statuta cõdendi.

Confratribus & alijs benefactoribus indulgẽtias & indulta de quibus hic concedit.

Indulgentiarum moderationes & reuocationes vide infra in Pij. 4. const. 37. cũ nos nuper & const. 117 In Principis & Pij 5. cõst. 30. etsi dominici. & ibi not.

bus, cognominibus, inuocationibus, ac diebus, ad libitum Confratrum Archiconfraternitatis huiusmodi, simul, vel separatim expediri facere in omnibus, & per omnia, ac si illa non solum per clausulas generales huiusmodi, sed per illarum omnium tenorum de verbo ad verbum expressionem, & insertionem, eisdem Archiconfraternitati, illiusque confratribus, & ecclesijs, rebus, bonis, Ministris, Officialibus, Capellanis, Familiaribus, ac eorum ecclesias huiusmodi visitantibus, ac de bonis suis pro dictis operibus, aut alias contribuentibus, legantibus, aut relinquentibus, seu ipsam Archiconfraternitatem hæredem particularem, vel vniuersalem instituentibus, sigillatim concessimus, prout præsentium tenore concedimus, libere & licite valeant. Et quod quicunque dictæ Archiconfraternitatis, & quibus etiam illius Officiales pro tempore existentes id concesserint, aliarum ab ea dependentium Confraternitatum Confratres vtriusque sexus, nunc & pro tempore existentes, vbicunque existant, eisdem indulgentijs, etiam plenarijs, & gratijs, quibus eiusdem Archisocietatis Confratres in Vrbe commorantes, gaudere possunt, etiam si tunc confessi non fuerint (dummodo propositum confitendi habeant) gaudere possint: fiantque participes ieiuniorum, ac diuinorum officiorum, ac aliorum quorumcunque spiritualium bonorum, vbicunque in toto orbe pro tempore factorum. Et quicunque ex eis pœnitens & contritus, nomen I E S V in mortis articulo nominauerit: plenariam omnium peccatorum suorum, etiam de quibus, nisi morte præueniretur, confiteretur, consequatur. Et quæcunque bona, etiam feudalia, et emphyteotica, etiam ecclesiastica eidem Archiconfraternitati, tam inter viuos, quam mortis causa, seu testamento, vel codicillo, dari, concedi, & relinqui, libere possint: ita tamen, quod ipsa Archiconfraternitas ad eadem onera, ad quæ donator seu testator huiusmodi, occasione bonorum eorundem tenebatur, & quæcunque alia, quæ ipse donator, seu testator, etiam imposuerit, omnino teneatur. Et si ad certum numerum generationum, aut nominationum, eadem bona concessa fuerant, ipsa Archiconfraternitas, non perpetuo, sed per viginti annos pro qualibet generatione, seu nominatione huiusmodi, bona eadem tenere posset: & finitis ipsis annis, bona prædicta, ad eorum directos dominos deuoluantur, & absque eorum consensu, teneri non valeant, perpetuo statuimus & ordinamus. Et nihilominus, vniuersis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & alijs in dignitate ecclesiastica constitutis personis, necnon Canonicis Metropolitan. vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum, ac dictorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarijs in spiritualibus generalibus, & Officialibus vbilibet constitutis, per Apostolica scripta motu simili mandamus: quatenus ipsi, vel plures, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios, auctoritate nostra faciant præsentes literas, & in eis contenta quæcunque optatum effectum sortiri, ac ab omnibus, quos concernunt, inuiolabiliter obseruari. Non permittentes quempiam contra tenorem præsentium modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunque arbitrio suo imponendas, applicandas, & exequendas censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo: inuocato etiam adhoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus. fe. re. Bonifacij Papæ V I I I. prædecessoris nostri de vna, qua cauetur, ne quis extra suam diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis, vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis, ad iudicium euocetur: seu ne iudices a sede prædicta deputati, extra Ciuitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant: & de duabus dietis in Concilio generali edita, ac alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon statutis & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, ac literis apostolicis, a dicta sede, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & de dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & consensu, etiam Consistorialiter habitis, ac per viam contractus, & obligationis iuramento vallatis, necnon perpetui statuti, & ordinationis, & cum quibusuis etiam exceptiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, irritatiuis, annullatiuis restitutorijs, innouatorijs, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis, & quantumcunque vrgentissimis causis, ac necessario exprimendis; quomodolibet emanatis, & emanandis: quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret: illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas, ad id seruandos, pro indiuiduo seruatis habentes: harum serie, in eo quod præsentibus quomodolibet obstent, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nos enim præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, sub bullis etiam in fauorem Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac illius Fabricæ, & Cruciatæ sanctæ quomodolibet emanatis & emanandis reuocationibus, suspensionibus, annullationibus, limitationibus, modificationibus, vel derogationibus comprehendi; illisque etiam illorum toto tenore inserto, etiam in aliquo derogari nullatenus posse: & quoties opus fuerit, totiens in pristinum, & sub quacunque data, de qua officialibus Archiconfraternitatis huiusmodi pro tempore placuerit, restituta esse, & censeri, ac literas Apostolicas desuper expediri posse decernimus: & quia difficile foret præsentes literas ad quæcunque loca, vbi opus esset, deferre. Volumus, & apostolica etiã auctoritate decernimus, quod earundem præsentium transumptis, alicuius Notarij publici manu subscriptis, & Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis: eadem prorsus fides adhibeatur vbique, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceant hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, suppletionis, erectionis, institutionis, subiectionis, concessionis, statuti, ordinationis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimonono, quinto Calendas Februarij, Pontificatus nostri anno Septimo.

Societates quęcũque a dicta Archiconfraternitate depẽden. illius Indulgẽtiarũ & indultorum sunt participes.

Indulgentiæ nominantis nomẽ I E S V in articulo mortis.

Bona etiam feudalia Archiconfraternitati relinqui possint.

Executores istius const.

Clausula derogatoria.

G. Gabrebo.

De Iurisdi-

XXXIII.

De Iurisdictione & Facultatibus Curiæ causarum R. Cam. Apostolicæ Auditoris.

De Materia habes supra fol.159.Iul.2.constit.13.decet & fol.164.constit.17.ad eximiæ.& fol.170.ipsius Leon.const.3. iniunctum. Et infra Greg.13. const.55.ad generis.vbi notabo omnes alias const.

Deputationem & Facultates Reuerendiss. D. Hieronymi Matthæi Romani ad præsens Auditoris & D. mei Colendiss. habes infra in dicta const. 55. Greg. 13.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

MINISTERIO sacri apostolatus, licet immeriti, præsidentes, ex incumbente nobis solicitudinis officio circa regimen, & statum Ro.Cu.& illius officialium feliciter, & prospere dirigendum cōtinuo solliciti, ad ea per quæ officiales ipsi, sublatis quibusuis eispendijs, cum decentia & tranquillitate eorum officia possint exercere, libenter intendimus, ac his quæ propterea ab Apostolica Sede concessa sunt, vt firmiora persistant, Apostolici muniminis præsidium propensius impartimur, & alias desuper prouidemus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Accepimus siquidem, (non fine animi nostri molestia) quod nōnulli nimia curiositate, vel liuore ducti, venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Asculan. modernum Curiæ Apostolicæ Generalem Auditorem, & dilectos filios Notarios eiusdem Curiæ super iurisdictionibus, & facultatibus officio Auditoriatus Curiæ causarum Cameræ huiusmodi, tam ex diuersis priuilegijs per nos, & Rom. Pontifices prædecessores nostros eis concessis, quam ex consuetudine, etiam tempore prædecessorum in ipso Auditoriatus officio præfati Hieronymi Episcopi moderni Auditoris inconcusse obseruatis spectantibus, & pertinentibus, sub diuersis prætextibus diuersimode molestare, & perturbare indies non cessant, quo fit, vt Auditor, & Notarij prædicti tempus quod in eorum officijs exercendis consumpturi essent, in eorum iurisdictione defendenda conterere cogantur, in ipsorum officiorum, ac totius Rom.Cur.& Cameræ prædictæ detrimentū, & iacturam. Nos igitur ad quos pertinet officia, & officiales Curiæ nostræ, dante domino, gubernare, & quæ in eorum iuris læsione procedunt ad debitum rationis reducere, volentes super his, vt debemus, prouidere debite; Motu proprio, non ad ipsorum Hieronymi Episcopi, & Auditoris, ac Notariorum, vel aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia omnia, & singula facultates, priuilegia, & indulta, ac quascunque literas Apostolicas etiam in forma Breuis, tam præfato Hieronymo Episcopo moderno, quam immediate, & alijs etiam mediatis eius prædecessoribus Curiæ causarum Cameræ huiusmodi Auditoribus circa obligationes in forma Cameræ, & alias quomodolibet concessa, ac etiā circa limitationem, & moderationem aliorum Almæ Vrbis nostræ tribunalium, etiam in moderno Lateranen. Concilio, tam per nos, quam per eosdem prædecessores statuta, & ordinata, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil omisso insererentur, præsentibus pro expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac per quoscunque quauis auctoritate, dignitate, aut priuilegio suffultos, etiam Palatij Apostolici Causarum Auditores, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. inuiolabiliter obseruari, ac executiones obligationum in forma dictæ Cameræ Apost. & alias iurisdictionem ipsius Auditoris illæsam ei remanere debere decernimus, & declaramus. Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia, & singula de nouo, ac quod præfatus Hieronymus Episcopus, modernus, & pro tempore Curiæ causarum Cameræ huiusmodi Auditor omnia, & singula quæ bo.mem. Petrus Episcopus Cesenaten. dum viueret, & dilectus filius noster Antonius tt. S. Praxedis Presbyter Car. dum in minoribus constitutus esset, eiusdem Curiæ Auditores eorum respectiuis temporibus faciebant, exercebant, & decernebant, etiam circa pensiones, seu solutiones, & solutionum recusationes pensionum super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatarum, & absolutiones, etiam in foro fori, a censuris, ordinaria, & delegata auctoritate, a quibusuis iudicibus, etiam in dicta Ro. Cu. inflictis concernen. prout alij Auditores præfati facere consueuerant, facere, exercere, & decernere, ac monitoria contra huiusmodi pensiones fructibus beneficiorum ecclesiasticorum assignatas, quarum solutio in eadem Rom.Cur. vel in partibus, tacite vel expresse destinata esset, soluere debentes, etiam non obtinentes beneficia ecclesiastica supra quibus pensiones huiusmodi assignatæ sunt, vel alias quomodolibet illas debentes in dicta Ro.Cur. præsentes non fuerint, sed etiam extra terras Rom. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectas exstiterint, etiam ordinaria auctoritate decernere, & vigore monitoriorum huiusmodi, etiam extra eandem Rom.Cur. vt præfertur, executioni mandatorum, etiam vsque ad sententiā, seu declarationem, & alias censuras, & pœnas, etiam vsque ad brachij secularis inuocationem inclusiue, eadem auctoritate alias iuxta stylum contra non soluentes pensiones in præfa. Rom. Cur. soluendas, & in dicta Curia existentes in eius tribunali seruari solitum procedere; Necnon vigore literarum fe.re. Eugenij Papæ IIII. prædecessoris nostri quæ incipiunt, Diuina imminentis Sedis Apostolicæ, &c. nedum contra Iudices, sed etiam cōtra quascunque particulares personas, vel collegia, aut communitates, seu vniuersitates per se, vel alium præsentes in Curia molestantes, aut molestantibus auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, etiam similia monitoria, etiam extra loca ipsius Romanæ Ecclesiæ, vt præfertur, decernere, & ob non paritionem monitoriorum huiusmodi, etiam extra dicta loca executioni demandatorum, ac idem Auditor ad cuius officium id spectat, solus, & nullus alius, (exceptis Causarum Palatij Apost. Auditoribus) qui id eo modo quo hactenus fecerunt, facere possint, ad declarationem incursus censurarum in monitorijs huiusmodi, & literis executorialibus in Ro. Cur. & præsertim in Rotæ auditorio decretarum respectiue contentarum illarum vigore procedere, ipseque Auditor, & eius Locumtenen. pro tempore existens, in processibus, seu iustitijs, & causis coram eo vigore obligationum in forma Cameræ introductis, etiam vbi in initio, vel in prosecutione litis rescripta, seu commissiones Apostolicæ interuenerint, absolutionibus a iuramento, necnon dilationibus, seu moratorijs, etiam ad modicum tempus,

Istius Hieronymi deputationē habes sup.fo.170

Causæ istius cōst.

Facultates & iurisdictiones alijs Auditoribus cōcessas innouat & confert.

Facultates Episcopi Cesenaten. & Cardinalis S. Praxedis hic non habes.

De his habes inf. in Pauli 4. const. 34 si ex præcepto & Pij 4 const 18. ad eximiæ. cū ibi not.

Eug 4. const. habes sup. fol. 66.

De istis vide inf. Greg. 13. cōst. 55. Ad generis.

tempus, etiam illis, quas salinatias vocant, & quibusuis alijs concessionibus, etiam super cessione bonorum, seu quinquennali dilatione, aut beneficio capituli Odoardus, vel capituli Peruenit, a quibuscunque quacunque dignitate, etiam Cardinalatus honore, & officio fungentibus, etiam per specialia rescripta, seu priuilegia, & indulta, etiam in forma saluiconductus, etiam motu, & scientia similibus in quorumcunque etiam quantumcunque inopum fauorem, etiam cum praesentium expressa, & speciali derogatione concessis, necnon quibusuis inhibitionibus, seu mandatis, etiam cum quarumuis censurarum, & aliarum poenarum, etiam ipso facto incurrendarum comminatione emanatis, etiam si rescripta, priuilegia, aut indulta huiusmodi a nobis, vel successoribus nostris emanauerint, quae eo ipso quod tam ea, quam inhibitiones, seu mandata huiusmodi emanauerint, reuocata, cassata, & annullata, & si in illis debita Ripae, & Ripettae dictae Vrbis, ac inde factae obligationes quomodolibet omissa, vel excepta fuerint, simili modo obligationes in forma Camerae quomodocunque in eis expressae, & comprehensae, omissae, & exceptae respectiue sint, & esse censeantur, ac pro infectis habeantur, ex nunc, prout extunc reuocamus, & cassamus, & annullamus, ac pro infectis habemus, nequaquam obstan. tam contra personas, quam bona in huiusmodi forma obligatorum vsque ad effectualem solutionem ipsorum creditorum in omnibus & per omnia perinde ac si praemissa non emanassent, necnon contra quoscunque obligatos in huiusmodi forma Camerae, & dummodo de maiori summa viginti Ducatorum, non agatur, etiam contra aliter obligatos per citationes ad valuas domorum habitationis ipsorum debitorum personaliter non citatorum per Cursores ab ortu vsque ad occasum Solis affigendas, quas in huiusmodi casibus perinde ac si contra personas proprias ipsorum debitorum executioni demandatae essent, validas, & efficaces, esse, & ipsos citatos arctare volumus, & decernimus, etiam vsque ad condemnationem, & executionem inclusiue, & alias iuxta Curiae ipsius Auditoris Camerae stylum, iustitia tamen mediante. Quodque Auditor Camerae, & eius Locumtenen. pro tempore existentes praefati in ciuilibus causis, in quibus idem Auditor Camerae iuxta facultatem sibi concessam alias procedere possit, praesertim super debitis in curia contractis si de minori summa, seu rei valore Quinquaginta iuxta eius facultatem nullis, si vero de maiori summa, aut rei valore ipsorum Quinquaginta Duc. Auri de Camera agatur, illis qui in dicto Rotae Auditorio in summarijs beneficialibus seruari soliti sunt, seruatis terminis etiam contra absentes a dicta Curia, necnon contra quoscunque in tertiis dictae Rom. Eccl. degentes, ad quorumuis instantiam, super quibusuis rebus, & summis eisdem terminis iuxta quantitatem de qua agetur respectiue seruatis, eadem ordinaria auctoritate: Ac similiter contra quoscunque Curiales ecclesiasticos seculares, vel regulares, etiam ab eadem Cu. absentes ad quorumuis etiam absentium instan. & ad ipsorum Curialium etiam absentium instan. contra quosuis alios clericos seculares, & regulares, etiam absentes, monitorijs, & citationibus respectiue praeuijs procedere, necnon quoscunque de quibuslibet delictis suspectos, contra quos si in dicta Curia essent quomodolibet procedere posset, etiam extra eandem Curiam existentes, ratione delicti in dicta Curia commissi sub censuris, & pecuniarijs, ac priuationis beneficiorum, & officiorum suorum, & alijs eius arbitrio infligendis poenis monere, & contra sic monitos forsan contumaces & nō parentes, etiā ob nō paritionē seruatis quatuor terminis ad docendū de paritione primo secundo, tertio & quarto alias iuxta stylum praedictum etiam vsque ad brachij secularis inuocationem inclusiue procedere. Quodque idem Auditor & locumtenens monitoria seu citationes tam praesentium literarum vigore quam alias iuxta facultatem sibi per alias literas Apostolicas vel ex consuetudine attributam etiam sine ipsorum insertione decernere, & ea sic etiam in omnibus & singulis supradictis casibus tam ciuilibus quam criminalibus seu mixtis decreta & decretae etiam per edictū publicum constito sibi summarie & extraiudicialiter de non tuto accessu similiter decernere & exequi mandare, necnō ad ulteriora perinde ac si executio huiusmodi in proprijs monitorū, seu citatorum personis facta esset, etiam vsque ad declarationem, & aliarum censurarum fulminationem, etiam vsque ad dicti brachij inuocationem procedere possit, & debeat. Ac omnes & singulae appellationes a quibusuis ordinarijs tribunalibus in dicta Vrbe interpositae Gubernatoris, Senatoris, & Vicarij Vrbis tribunalibus, & alijs Iudicibus (Capitolij duntaxat exceptis) ad tribunal dicti Auditoris ipso iure absque alia speciali commissione deuoluantur, & dictus Auditor illarum iudex ordinarius existat, & esse censeatur. Nec in aliquibus concessionibus, aut literis per eum etiam vigore praesentium, etiam extra dictam Curiam facien. literas Apostolicas super huiusmodi facultatibus confectas in toto vel in parte inseri facere teneatur Apostolica authoritate praedicta earundem tenore praesentium concedimus, ac statuimus, & ordinamus. Decernen. quamlibet praesentium literarum partem, seu clausulam, cui plenam fidem in iudicio, & extra adhiberi volumus, & decernimus, vbi opus fuerit, etiam omissis alijs extrahi, & dare posse, ac eisdem praesentibus per quamcunque commissionē, vel impetrationem nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri, nisi cōmissiones, & impetrationes ipsae manu propria nostra, seu successorum nostrorum Roman. Pontificum per Fiat motu proprio signatae fuerint, & sic per quoscunque iudices, & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretan. facultate, & authoritate sententiari, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his per quoscunque quauis authoritate fungentes, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs nostris moderno, & pro tempore existenti Camerario, & Antonio sanctae Praxedis, ac Petro sancti Eusebij, necnon Laurentio sanctorum Quatuor Coronatorum, tt. Presbyteris Cardinal. per Apostolica scripta eodem motu mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel aliū, seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quaecunque vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Auditoris, & Locumtenen. ac Notariorum pro tempore existentium praedictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant authoritate nostra facultates, literas, priuilegia, indulta, statutum, ordinationem, & concessionem huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos, quos praesentes concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quauis authoritate fungentes quomodolibet molestari, perturbari, seu impediri, contradictores quoslibet, ac molestatores, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas appellatione postposita cōpescen. inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Non obstan. praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quae in singulis literis praedictis volumus non obstare, caeterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, seu excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huius-

Facultates in proceden. in causis ciuilibus.

Quod dicitur de appellationibus ampliatur p Grego. 13. in dicta eius const. 55. ad generis.

A. C. in expeditionibus non tenetur inserere facultates.

Huic cōst. nō pōt derogari nisi motu proprio Pont.

Decretū irritās.

Executores istius constit.

Clausulę derogatoriae.

huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, declarationis, reuocationis, cassationis, annullationis, statuti, ordinationis, decreti, voluntatis, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo decimonono, Sexto Idus Martij, Pontificatus nostri, Anno Septimo.

XXXIIII.

De Erectione Monasterij Monialium Conuersitarum de Vrbe, earumque Ordine & Regula, Priuilegijs, & Indulgentijs.

Confirmatur & ampliatur hæc const. infra per Clem. 7. const. 13. cum ex corpore.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SALVATOR NOSTER IESVS CHRISTVS Dei filius qui assumpta humanitate non venerat eo testante nisi ad oues quæ perierant, non ab re in Euangelio Lucæ parabolam de oue quæ perierat, & postea inuenta est, pharisæis, & publicanis murmurantibus quod peccatores recipiebat, & cum illis manducabat; recitare voluit, vt ostenderet eodem Euangelista teste maius gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super Nonagintanouem iustis pænitentia non indigentibus. Et in tantum pænitentiæ sacramentum commendauerat, vt beato Petro Apostolorum principi, cuius licet immeriti vices gerimus in terris, interroganti quotiens peccati remissionem exhibiturus esset peccatoribus, responderit non septies sed septuagies septies, vt eo numero finito infinite quotiens quis ad cor reuersus, & dominū recognoscēs pænitentiam facturus esset, ei pænitentiam iniungendam, & peccatorum remissionem concedendam fore designaret. Nos itaque attendentes quod, sicut fide digna relatione plurium notabilium personarum accepimus, quamplures incontinentes, & turpi quæstui deditæ mulieres in Alma Vrbe nostra degentes si aliquem religiosum locum seu Monasterium, vbi a turpi & inhonesta vita recedentes inibi reciperentur haberent, a lapsu peccati, & carnis sese quamplures retraherent, & tanquam oues quæ perierant coram domino in odorem holocausti per pænitentiam offerri possent, & castæ deinceps viuendo Deo gratum exhiberent famulatum: more pij patris, & pastoris prouidi curam de ouibus pereuntibus habentes, & animarum periculis succurrere, ac pereunti ne pereat manum porrigere, & præsertim fœminei sexus, & incontinentibus mulieribus vitam sordidam, libidinibusque & fœtoribus plenam ducentibus in Alma Vrbe nostra existentibus, quarum (pro dolor) in dies temporum malignitate copia, vt accepimus, augetur, si domino inspirante a lapsu carnis, & mundi illecebris, prurientibusque voluptatibus resipiscere voluerint, vbi domino famulari, & recipi, ac instar Mariæ Magdalenæ peccatricis & Aegyptiacæ pœnitentiam agere possint, vt tandem domino concedente æternæ vitæ præmium consequi, & CHRISTO sponso cum lampadibus accensis obuiam ire valeant, pro nostro pastoralis officij debito, quo nec sanctior, nec Deo acceptior exhiberi posset, opportune prouidere volentes, & prouide considerantes quod si aliquod Monasterium earundem mulierum lubrice in hoc seculo viuentium, & a peccato recedere volētium, pro eisdem mulieribus in præfata Alma Vrbe nostra, & in aliquo congruo, & condecenti loco pro receptione ipsarum vt Deo famulari, & pœnitentiam agere possint, sub inuocatione eiusdem beatæ Mariæ Magdalenæ erigeretur, & ipsæ recipiendæ mulieres, Moniales forent, ac sub regula beati Augustini, & perpetua clausura, ac sub cura, regimine, & directione fratrum Minorum beati Francisci de Paula in domo seu Conuentu sanctissimæ Trinitatis de Vrbe in Monte Pincio degentium perpetuo permanerent, & bona quæcunque nunc, & pro tempore dicto erigendo Monasterio per vtriusque sexus Christifideles seu alias elargita, seu elargienda, ac spectantia, & pertinentia per Rectores Societatis, seu Confraternitatis sanctissimæ Charitatis nuper in præfata Alma Vrbe nostra a dilecto filio nostro Iulio tt. Sancti Laurentij in Damaso presbytero Cardinali S.R.E. Vicecancellario nostro secundū carnem fratruele auctore saluberrime institutæ cōseruarentur, regerentur, & gubernarentur, ipsæque moniales tria vota solemnia emittere, ac habitum nigri coloris subtus ad ostendendam prioris vitæ sordem, & desuper chlamydem, seu scapulare album ad designandum vitæ candorem quo sese ex huiusmodi vitæ mutatione honestarunt deferre, & singulis horis diurnis pariter, & nocturnis horas diuinas inibi decantare tenerentur: & in eodem Monasterio vna Abbatissa seu Priorissa quæ non perpetuo sed ad tempus inibi præsideret, præficeretur, ex hoc profecto decori præfatæ Almæ Vrbis nostræ, ac animarum saluti earundem mulierum Curialium nuncupatarum, & alias inhoneste, & extra matrimonij claustra degentium non parum consuleretur, & quam plures ad dimittendam tam sordidam, & libidinibus plenam vitam, seque a peccato retrahendum dominoque perpetuo famulandum excitarentur, magnusque in dies dante domino animarum profectus, & salus excrescerent, idque Deo, & hominibus gratissimum foret. Quare præmissis bene consideratis habita desuper matura deliberatione, ac relatione super ijs a pluribus magnæ auctoritatis, & vitæ laudabilis viris, relatione quoque dilecti filij nobilis viri Alberti Pij de Sabaudia Comitis Carpen. in partibus Gallicanis in certis ciuitatibus & locis a paneo tempore citra nonnulla Monasteria similium mulierum olim incontinentium constructa fuisse, & ibi vberes fructus dante domino in dies excrescere: Motu proprio, & ex nostra certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine Ecclesiam siue Capellam S. Luciæ de Vrbe Regionis Calumnæ prope Monasteriū Monialium S. Siluestri etiam de Vrbe, quam dilectus filius Ioannes Baptista Beccarus natus dilecti filij Aloysij de Suessa dictæ Ecclesiæ Rector obtinet, ipso Iohanne Baptista in hoc expresse consentiente, & omne ius sibi in dicta ecclesia siue capella quomodolibet competens in manibus nostris sponte, & libere remittente, in Monasterium Monialium mulierum huiusmodi a lapsu carnis, & vitæ sordidæ recedentium, & pœnitentiam agere volētium cuiuscunque status, gradus, nobilitatis, conditionis, præeminentiæ, & nationis fuerint, pro illarum perpetuis vsu, & habitatione, vna cum humili campanili, cāpana, refectorio, dormitorio, hortis, hortalitijs, & alijs officinis necessarijs sub dicta inuocatione beatæ Mariæ Magdalenæ auctoritate apostolica tenore præsentium erigendum duximus, & erigimus. Decernentes inibi vnam Abbatissam seu Priorissam quæ non perpetuo, sed ad certum tempus inibi præsit, præficiendam esse, ac mulieres huiusmodi a peccato recedere, & pænitentiam ducere, vo-

Mulieres incontinentes, & meretrices multæ erāt in Vrbe.

Pont. ideo. vt cō vertātur ad instar Mariæ Magdalenę Monasterium Conuersitarū erigit sub inuocatione S. Mariæ Magdalenæ.

De electionibus Abbatissarum vide infra. Greg. 13 const. 84. ex pæsitis.

re volentes cuiuscunque gradus, status, conditionis, & nationis fuerint, vt præfertur, vocatis tamen Rectoribus dictæ Societatis, qui de earum qualitatibus plene informari valeant, recipi debere, quæ tria vota solemnia in manibus dictæ Abbatissæ seu Priorissæ pro tempore existẽtis emittere, ac regulam beati Augustini earum statui congruam & condecentem profiteri, ac habitum nigrum subtus, & desuper chlamydem seu scapulare album ad designandum vitæ mutationem, vt præmittitur, gestare, ac sub perpetua, & strictissima clausura, quam nullus cuiuscunque status, auctoritatis, & præeminentiæ etiam Cardinalatus præfulgeat honore sub maledictionis, & damnationis æternæ interminatione, ac excommunicationis latæ sententiæ pœna, cuius absolutionem nobis, & successoribus nostris canonice intrãtibus tantummodo reseruamus, violare præsumat, ac sub cura, regimine, & directione eorundem fratrum Minimorum dicti Conuentus, seu domus sanctissimæ Trinitatis pro tẽpore existentium subesse. Redditus vero prouentus & bona quæcũq; dicto Monasterio quomodocunque pro tempore erogata seu eroganda, & alias legitime spectantia, & pertinẽtia per eosdem Rectores dictæ Societatis seu Confraternitatis charitatis regi, distribui, & gubernari debere. Ac singulas Moniales prædictas pro tempore in dicto Monasterio existentes introductas, & introducendas a colloquio quarumcunque personarum secularium vel religiosarum, etiam affinium, & parentum quomodocũq; verbo vel in scriptis penitus abstinere debere. Statuentes quod si quispiam eisdem Monialibus aliqua dicere vel deferre voluerit, ipsæ Moniales nullo pacto aures præbere vel aliquid recipere audeant vel præsumãt, sed Abbatissa, seu Priorissa huiusmodi duabus antiquioribus, & grauioribus eiusdem Monasterij Monialibus associata, verba ipsa per craticulam ferream præsentibus tamen, si videbitur, ad minus duobus Rectoribus dictæ Societatis seu Confraternitatis charitatis audire, & sic allata recipere possit, & valeat. Et nihilominus dicta auctoritate decernimus, Quatuor claues, & seras totidem portis introitus ipsius Monasterij esse, ipsasque claues penes Quatuor Rectores Societatis, seu Confraternitatis huiusmodi permanere debere. Ita quod porta ipsius Monasterij aperiri non possit, nec debeat, nisi saltem & ad minus duo ex Rectoribus Societatis, seu Confraternitatis huiusmodi præsentes existant. Et insuper easdẽ Moniales, & earum singulas beatæ Mariæ Magdalenæ de pœnitentia Moniales perpetuo nuncupari debere pari auctoritate volumus, & decernimus. Verum cum sperandum sit vt dante domino plures a sordida vita ad bonam, & exemplarem vitam transeant, & propterea non parua onera, & expensæ inibi in dies necessario supportari, & sufferri opotere conspiciamus: Nos pro supportatione onerum huiusmodi omnia & singula bona, ac spolia Curialium meretricum ex illicito quæstu, & extra matrimonij claustra, & pudorem viuentium in Vrbe nostra pro tempore ab intestato, & absque condendi, seu faciendi testamenti facultate decedentium quæcunque, & qualiacunque fuerint, eidem Monasterio illorumque Conuentui & Monialibus pro tempore existentibus motu scientia & potestatis plenitudine similibus dicta auctoritate perpetuo applicamus, ac incorporamus, ac applicata, & incorporata extunc prout exnunc, & econtra dicto casu adueniente fore, & esse eadem auctoritate decernimus. Ac ipsis Curialibus & inhonestis mulieribus, quæ ad minus Quartã vel quintã partẽ bonorũ suorum quorumcunq; mobilium vel immobilium eidẽ Monasterio, & illius Conuẽtui, & Monialibus pro supportatione eorundem onerum, seu alias pie relinquere, legare, vel donare voluerint, faciendi, & condendi testamenti, & de reliquis bonis earum tam mobilibus quam immobilibus, cuiuscunque qualitatis, quantitatis, & valoris, libere, & licite extunc prout exnunc, & econtra disponendi licentiam, & facultatem dicta auctoritate motu scientia & potestatis plenitudine prædictis, damus, & concedimus. Volumus tamen, quod Rectores dictæ Societatis, seu Confraternitatis charitatis pro dicto Monasterio, & illius Conuentu agentes, eorundem bonorum sic pro tẽpore legatorũ, donatorum, seu relictorum, & aliorum bonorũ earũdẽ Curialium meretricũ ab intestato, seu sine facultate testandi decedentium, & propterea ad dictum Monasterium vtpote incorporatorũ pertinentiũ, quãdocunq; casus cõtigerit, possessionẽ realẽ, & actualẽ auctoritate propria, capere, retinere, & alias de illis, noĩe, & ad opus dicti Monasterij, & illius Cõuentus disponere possint, & valeant. Ita tamen quod quod da illis duo inuẽtaria corã auctẽticis, & probis viris per Notariũ publicũ incontinenti, & quãto citius poterũt, facere teneantur, quorũ vnum Abbatissæ, seu Priorissæ pro tẽpore existẽti, alterum vero dictæ Societati, seu Confraternitati consignare debeant. Et insuper Correctori pro tẽpore existẽti dictæ domus fratrum minorũ, sub quorũ cura regimine & directione ipsæ Moniales pro tẽpore existentes in spiritualibus subesse habẽt, eisdẽ Monialibus nunc & pro tẽpore existẽtibus regulã, & normã religiose viuendi; ac statuta tam circa horarũ, & diuinorũ officiorũ recitationẽ, quã alia ipsarum directionẽ concernentia condendi, & in vnum volumen redigendi, eisq; assignandi, per nos tamen prius, seu quos duxerimus ad id deputandos ante quã assignentur reuidenda, & mature consideranda, ac per nos apostolica auctoritate confirmanda, & dum casus exigerit de nouo cõdendi, addendi, minuendi, cassandi, & immutandi. Ac de Cõfessoribus idoneis, dictis Rectoribus eiusdẽ Societatis seu Cõfraternitatis charitatis gratis & acceptis eisdẽ Monialibus pro tẽpore existentibus prouidendi, easdemq; Moniales, & earum singulas pro tẽpore existentes a quibuscunq; earum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunq; grauibus & enormibus, etiã apostolicæ sedi reseruatis, de quibus corde contritæ, & ore cõfessæ fuerint, apostolica auctoritate totiens quotiens opus fuerit, absoluendi, & in earum confessionibus eas audiendi, & pœnitentiam salutarem iniungendi licentiam, & facultatem dicta auctoritate concedimus. Ac ipsum Monasterium sic erectum, illiusque Abbatissam, & Moniales, ac illarum res, & bona quæcunque pro tempore existẽtia, sub nostra, & sedis apostolicæ, ac beati Petri protectione, & inuiolabili conseruatione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio esse volumus. Necnon eidem Abbatissæ seu Priorissæ, ac Monialibus nunc & pro tempore existentibus eiusdem Monasterij singulisque Christifidelibus vtriusque sexus vndecunque existant opera charitatis, & manus adiutrices pro sustentatione Monasterij, Conuentus, & Monialium huiusmodi porrigentibus, omnes & singulas & easdem Indulgentias, facultates, & peccatorum remissiones concedimus, ac easdem Abbatissam, & Moniales pro tempore existentes orationẽ dominicam, & salutationem angelicam, tantummodo recitantes, eosdem vero Christifideles manus adiutrices porrigentes, vt præfertur lucrari posse volumus, quas eidem Societati, seu Confraternitati charitatis, & alijs personis inibi expressis, videlicet quod ipsi vtriusq; sexus Christifideles ecclesias huiusmodi Societatis, seu Confraternitatis visitantes, seu de bonis suis pro operibus charitatis exercendis in testamento, vel alias contribuentes, legantes, seu relinquentes, aut Confraternitatem Societatis huiusmodi hæredem partialem seu vniuersalem instituentes, omnibus & singulis ac illis eisdẽmet priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs etiam plenarijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, conseruatorijs, indultis, fauoribus, literis, & gratijs spiritualibus, & tẽporalibus a sede aposto. in fauorẽ sub Imagine

De Conuertitarum regula.

De habitu earundem.

De Clausura.

De Administratoribus bonorũ Monasterij.

De colloquijs haben. cum Conuertitis.

Conuertitæ istæ, Moniales S. Mariæ Magdalenæ & pœnitentia vocari debent.

Spolia Curialiũ Meretricum sine testamento decedentiũ huic Monasterio Põt. applicat.

Facultatem testandi concedit Meretricibus relicta quarta vel quinta parte bonorum huic Monasterio quod declarat per Clem. 7. inf. const. 13. cum ex corpore.

De possessione auctoritate ppria capienda bonorũ Meretricũ sine testamento decedentium.

De Confessorib. Conuertitarum.

De indulgentijs.

Quarũ moderatione vide inf. Pi. 4 cõst. 37 cõnos nuper & cõst. 119 In Principis & Pij V cõst. 30. Et hodomini.

Saluatoris ad ſancta ſanctorum,& ſancti Spiritus in Saxia,ac beatæ Mariæ de Populo,& ſanct i Iacobi in Augusta,nec non Sanctorum Ioannis Baptiſtæ,& Coſmæ & Damiani de Vrbe , & ſancti Iacobi in Compoſtella , Hoſpitalium,& Confraternitatum,ac Confratrum,ac illorum eccleſiarum,Capellanorum, Miniſtrorum , Officialium,Familiarium, rerum , & bonorum quorumcunque , ac illorum eccleſias viſitantium , vel illis de bonis ſuis largientium,aut in totum vel in partem hæredem inſtituentium,communiter vel diuiſim , in genere vel in ſpecie quomodolibet emanatis, [illegible]emanandis,quæ omnia,& ſingula,necnon quarumcunque literarum apoſtolicarum deſuper quomodolibet confectarum,& conficiendarum,ac quorumcunque in eis contentorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis,ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus , etiam ſi illa non ſint in vſu aut reuocari contingat,vti,potiri , & gaudere , ac literas apoſtolicas ſuper eiſdem priuilegijs , exemptionibus, immunitatibus,indulgentijs,facultatibus,libertatibus, auctoritatibus , Conſeruatorijs , indultis , fauoribus , & gratijs etiam illorum indiuiduam expreſsionem,& mentionem faciendo,mutatis duntaxat nominibus , cognominibus,inuocationibus,ac diebus ad libitum confratrum Confraternitatis huiuſmodi, ſimul vel ſeparatim expediri facere in omnibus,& per omnia, ac ſi illa non ſolum per clauſulas generales huiuſmodi , ſed per illorum omnium tenorem de verbo ad verbum expreſsionem,& inſertionem eiſdem Confraternitati,illiuſque confratribus,eccleſijs,rebus,bonis,miniſtris,officialibus,capellanis,& familiaribus , ac eorum eccleſias huiuſmodi viſitantibus , ac de bonis ſuis pro dictis operibus exercendis , aut alias contribuentibus , legantibus , aut relinquentibus , ſeu ipſas Confraternitates , hæredes partiales vel vniuerſales inſtituentibus ſigillatim conceſsiſſemus,prout per quaſdam alias noſtras literas,quarum tenorem præſentibus pro ſufficienter expreſſo , & inſerto haberi volumus,plenius continetur,conceſsimus:quas quidem indulgentias,priuilegia , & alia omnia præmiſſa in eaſdem Abbatiſſam,ſeu Prioriſſam,ac Moniales pro tempore exiſtentes huiuſmodi, ac dictos vtriuſque ſexus Chriſtifideles eccleſiam dicti Monaſterij viſitantes , & manus , vt præmittitur adiutrices porrigentes , plenarie

Executores iſtius conſtit.

dicta auctoritate transferimus.Quo circa dilectis filijs Gubernatori,ac Auditori Cameræ,& Vicario Almæ Vrbis noſtræ , nunc & pro tempore exiſtentibus per apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus , quatenus ipſi vel duo,aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios Abbatiſſæ,& Prioriſſæ , ac Monialibus dicti Monaſterij , necnon Rectoribus dictæ Confraternitatis,ſeu Societatis charitatis in præmiſsis omnibus,& eorum ſingulis aſsiſtentes faciant eaſdem Abbatiſſam,ſeu Prioriſſam,ac Moniales dicti Monaſterij,necnon Rectores,ſeu deputatos Societatis,ſeu Confraternitatis charitatis huiuſmodi,nunc,& pro tempore exiſtentes præmiſsis omnibus,& ſingulis plenarie,pacifice,& quiete frui,& gaudere,non permittentes eas,& eos,ac earum,& ipſorum ſingulos deſuper per quoſuis quacunque auctoritate,facultate,& poteſtate fungentes,quoquomodo moleſtari,ſeu alias inquietari. Contradictores quoſlibet,& rebelles,ac inobedientes , & præmiſsis quouiſmodo in toto , vel in parte contrauenientes per cenſuras eccleſiaſticas,& pecuniarias eorum arbitrio infligendas , & quas iteratis vicibus aggrauari poſsint,& alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ſeu etiam per eos vel eorum aliquem exhibito ſuper hoc auxilio brachij ſecularis. Nihilominus vt omni fraude, & dolo ceſſantibus bona Curialium meretricum ſic decedentium vt præmittitur incorporata , ſeu alias dicto Monaſterio

Notitiã haben. de bonis Meretri cum vt ſupra decedentium reuelare tenentur.

relicta reuelentur , & propalentur, Rectoribus parochialium,& aliarum eccleſiarum in Vrbe conſiſtentibus, vt quamprimum de præmiſsis notitiam habuerint,Rectoribus,ſeu deputatis dictæ Confraternitatis,ſeu Societatis infra certum breue , & peremptorium terminum eis deſuper etiam ſub pœnis & cenſuris prædictis præfigendum notificare,& reuelare habeant,præcipiant,& iniungant,& alia mandent , & faciant , ac exequantur , quæ in præmiſsis commodo,decori,honeſtati,ac animarum quieti,& ſaluti expedire viderint. Non obſtantibus qui

Quod declarat Clem.7. in conſt. 13. Cũ ex corpore

buſuis conceſsionibus , & donationibus , & alijs contrarijs diſpoſitionibus ſuper huiuſmodi ſpolijs , & bonis in fauorem quarumuis perſonarum etiam familiarium,& Parafrenariorum noſtrorum cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis irritantibuſque & alijs decretis pro tempore factis,& faciendis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,priuilegijs quoque indultis , & literis apoſtolicis Ciuibus Roman. quouiſmodo ſub quibuſuis verborum formis,& clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs conceſsis , confirmatis, & innouatis , quibus omnibus etiam ſi ad illorum ſufficientem derogationem de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & indiuidua , non autem per clauſulas generales id importantes mentio , ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut alia exquiſita forma ſeruanda foret,tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſsis & inſertis habentes,illis alias io ſuo robore permanſuris,hac vice ſpecialiter,& expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus per præſentes,cæteriſque contrarijs quibuſcunque . Cæterum quia difficile foret præ-

Clauſulę derogatoriæ.

ſentes vbicunque opus fuerit oſtendere vel exhibere , volumus & eadem auctoritate decernimus , quod earum tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis , & ſigillo alicuius eorundem Gubernatoris , Auditoris, ſeu Vicarij munitis plena vbique in iudicio , & extra fides adhibeatur , prout adhiberetur , & adhiberi deberet præſentibus ſi eſſent in medium exhibitæ vel oſtenſæ . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis,decreti,ſtatuti,voluntatis,applicationis,incorporationis,cõceſsionis,ſuſceptionis,tranſlationis, mandati & derogationis infringere , uel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum , Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo, Quartodecimo,Kalen.Iunij Pontificatus noſtri anno octauo.

Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo,Vigeſimo,Pontificatus S.D.N. Papæ Leonis Decimo Anno octauo, & die penultima menſis Septembris præſentis commiſ. Bullæ præſentatæ fuerunt Reuerendiſsimo D. Io. Iac. Comiti Gamberanæ electo Albingan. Almæ Vrbis Guber. ex Commiſ. in ipſa Bulla nominato , & illis ac alijs quibuſcunque mandatis Apoſtolicis obtulit cum ea qua decuit reuerentia paratum obedire &c. præſentibus D. Io.Baptiſta de Ceſarleo,& Antonio Maria de Berlingerijs,teſtibus &c.

Ita eſt Io. Petus Penachius Notarius.

XXXV.

De erroribus Martini Lutheri & sequacium, illorumque de Hæresi condemnatione, excommunicatione, & alijs pœnis.

De hoc habes inf. const. 37. Decet Romanum.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EXVRGE Domine & iudica causam tuam, memor esto improperiorum tuorũ, eorum quæ ab insipientibus fiunt tota die: inclina aurem tuam ad preces nostras, quoniam surrexerunt vulpes quærentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcasti solus, & ascensurus ad Patrem, eius curam, regimen, & administrationem Petro tanquam capiti, & tuo Vicario, eiusque successoribus instar triumphantis Ecclesiæ commisisti. Exterminare nititur eam aper de sylua, & singularis ferus depascitur eam. Exurge Petre, & pro pastorali cura præfata tibi (vt præfertur) diuinitus demandata, intende in causam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omniũ ecclesiarum, ac fidei magistræ: quam tu, iubente Deo, tuo sanguine consecrasti: contra quam, sicut tu præmonere dignatus es, insurgunt magistri mendaces, introducentes sectas perditionis, sibi celerem interitum superducentes: quorum lingua ignis est, inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus suis, gloriantur, & mendaces sunt aduersus veritatem. Exurge tu quoque, quæsumus Paule, qui eam tua doctrina ac pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Iam enim surgit nouus Porphyrius, quia sicut ille olim sanctos Apostolos iniuste momordit, ita hic sanctos Pontifices prædecessores nostros contra tuã doctrinam eos non obsecrando, sed increpando, mordere, lacerare, ac vbi causæ suæ diffidit, ad conuicia accedere non veretur, more hæreticorum, quorum (vt inquit Hieronymus) vltimum præsidium est, vt cum conspiciãt causas suas damnatum iri, incipiant virus serpentis lingua diffundere: & cum se victos conspiciant, ad contumelias prosilire. Nam licet hæreses esse, ad exercitationem fidelium, tu dixeris oportere, eas tamen, ne incrementum accipiant, neve vulpeculæ coalescant, in ipso ortu, te intercedente & adiuuante, extingui necesse est. Exurgat denique omnis sanctorum ac reliqua vniuersalis Ecclesia, cuius vera sacrarũ literarum interpretatione posthabita, quidam, quorum mentem pater mendacij excæcauit, ex veteri hæreticorũ instituto, apud semetipsos sapientes, scripturas easdem aliter quam Spiritus sanctus flagitet, proprio duntaxat sensu, ambitionis, auræque popularis causa, teste Apostolo, interpretantur, immo vero torquent & adulterant: ita vt iuxta Hieronymum, iam non sit euangeliũ Christi, sed hominis, aut quod peius est, diaboli. Exurgat, inquam, præfata Ecclesia sancta Dei, & vna cum beatissimis apostolis præfatis, apud Deum omnipotentem intercedat, vt purgatis ouium suarum erroribus, eliminatisque à fidelium finibus hæresibus vniuersis Ecclesiæ suæ sanctæ pacem & vnitatem conseruare dignetur.

Exclamatio Põt.

Dudum siquidem, quod præ animi angustia & mœrore exprimere via possumus, fide dignorum relatu ac fama publica referente, ad nostrum peruenit auditum: immo vero, proh dolor, oculis nostris vidimus ac legimus multos & varios errores, quosdam videlicet iam per concilia ac prædecessorum nostrorum constitutiones damnatos, hæresim etiam Græcorum & Bohemicam expresse continentes: alios vero respectiue vel hæreticos, vel falsos, vel scandalosos, vel piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, à falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatem mundi gloriam cupientes, contra Apostoli doctrinam plus sapere volunt, quam oporteat: quorum garrulitas (vt inquit Hieronymus.) sine scripturarum auctoritate non haberet fidem, nisi viderentur peruersam doctrinam etiam diuinis testimonijs, male tamen interpretatis, roborare. A quorum oculis Dei timor recessit, humani generis hoste suggerente, nouiter suscitatos, & nuper apud quosdã leuiores in inclyta natione Germanica seminatos. Quod eo magis dolemus ibi euenisse, quod eandem nationẽ & nos, & prædecessores nostri, in visceribus semper gesserimus charitatis. Nam post translatum ex Græcis a Romana Ecclesia in eosdem Germanos imperium, ijdem prædecessores nostri & nos, eiusdem Ecclesiæ aduocatos, defensoresque ex eis semper accepimus. quos quidem Germanos, catholicæ veritatis vere germanos, cõstat hæresum acerrimos oppugnatores semper fuisse, cuius rei testes sunt laudabiles illæ constitutiones Germanorum Imperatorum pro libertate Ecclesiæ, proque expellendis exterminandisque ex omni Germania hæreticis, sub grauissimis pœnis etiam amissionis terrarum & dominiorum, contra receptatores vel non expellentes olim editæ, & à nostris prædecessoribus confirmatæ: quæ si hodie seruarentur, & nos & ipsi vtique hac molestia careremus. Testis est in concilio Constantien. Hussitarum ac Vvicleffistarum, necnon Hieronymi Pragen. damnata ac punita perfidia. Testis est toties contra Bohemos Germanorum sanguis effusus. Testis denique est prædictorum errorum seu multorum ex eis per Colonien. & Louanien. vniuersitates, vtpote agri Dominici pijssimas religiosissimasque cultrices, non minus docta quam vera ac sancta confutatio, reprobatio, & damnatio. Multa quoque alia allegare possemus, quæ, ne historiam texere videamur, prætermittenda censuimus. Pro pastoralis igitur officij diuina gratia nobis iniuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum virus pestiferum vlterius tolerare seu dissimulare, sine Christianæ religionis nota atque orthodoxæ fidei iniuria, nullo modo possumus. Eorum autẽ errorum aliquos præsentibus duximus inserendos, quorum tenor sequitur & est talis.

Martinus Lutherus & sequaces multas Hæreses induxerunt.

De Hæresi & erroribus istorum Hæreticorũ damnatorũ in Concilio Constan. habes supra fol. 49. Mar. V. const. 1.

1 Hæretica sententia est, sed vsitata, Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam illis dare, qui non ponunt obicem.

Tenor articulorum Hæresi Lutheri.

2 In puero post baptismum negare remanens peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare.

3 Fomes peccati, etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem a corpore animam ab ingressu cœli.

4 Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere pœnam Purgatorij, & impedit introitum regni.

5 Tres esse partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem & satisfactionem, non est fundatum in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus.

6 Contritio quæ paratur per discussionẽ, collectionẽ, & detestationẽ peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ ponderando peccatorũ grauitatem, multitudinẽ, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem,

7 Verissimum est prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius, de cætero non facere, summa pænitentia: optima pænitentia, noua vita.

8 Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est, vt oïa mortalia cognoscas. Vnde in primitiua Ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur.

9 Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

10 Peccata non sunt vlli remissa, nisi remittente sacerdote, credat sibi remitti: immo peccatum maneret, nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati, & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

11 Nullo modo confidas absolui propter tuam contritionem, sed propter verbum CHRISTI, Quodcunque solueris, &c. Hic, inquam, confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te absolutum, & absolutus vere eris, quidquid sit de contritione.

12 Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolueret, si tamen credat se absolutum, verissime est absolutus.

13 In sacramento pænitentiæ ac remissione culpæ, non plus facit Papa aut Episcopus, quam infimus sacerdos: immo vbi non est sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiam si mulier aut puer esset.

14 Nullus debet sacerdoti respondere, se esse contritum, nec sacerdos requirere.

15 Magnus est error eorum qui ad sacramenta Eucharistiæ accedunt, huic innixi, quòd sint confessi, quòd non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas & præparatoria, omnes illi ad iudicium sibi manducant & bibunt: sed si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos.

16 Consultum videtur, quòd ecclesia in communi concilio statueret laicos sub vtraque specie communicãdos, nec Bohemi communicantes sub vtraque specie, sunt hæretici, sed schismatici.

17 Thesauri ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi & sanctorum.

18 Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium, & remissiones bonorum onerum: & sunt de numero eorũ quę licent, & non de numero eorum quæ expediunt.

19 Indulgentiæ his qui veraciter eas consequuntur, non valent ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iustitiam.

20 Seducuntur credentes indulgentias esse salutares, & ad fructum spiritus vtiles.

21 Indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus, & proprie conceduntur duris solummodo & impatientibus.

22 Sex generibus hominum indulgentiæ nec sunt necessariæ, nec vtiles: videlicet mortuis seu morituris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt sed non publica, his qui meliora operantur.

23 Excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec priuant hominem communibus spiritualibus Ecclesiæ orationibus.

24 Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem, quam timere.

25 Romanus Pontifex Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mũdi Ecclesias ab ipso Christo in B. Petro institutus.

26 Verbum Christi ad Petrum, Quodcunque solueris super terram, &c. extenditur duntaxat ad ligata ab ipso Petro.

27 Certum est in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum seu bonorum operum.

28 Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret: adhuc non est peccatum aut hæresis, contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium vniuersale alterum reprobatum, alterum approbatum.

29 Via nobis facta est enarrandi auctoritatem conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quidquid verum videtur, siue probatum fuerit, siue reprobatum à quocunque concilio.

30 Aliqui articuli Ioannis Hussa condemnati in concilio Constantien. sunt Christianissimi, verissimi, & Euangelici, quos nec vniuersalis Ecclesia posset damnare.

31 In omni opere bono iustus peccat.

32 Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

33 Hæreticos comburi, est contra voluntatem spiritus.

34 Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.

35 Nemo est certus, se non semper peccare mortaliter propter occultissimum superbiæ vitium.

36 Liberum arbitrium post peccatum, est res de solo titulo: & dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

37 Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura, quæ sit in canone.

38 Animæ in Purgatorio non sunt securæ de eorum salute, saltem omnes: nec probatum est vllis aut rationibus aut scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut agendæ charitatis.

39 Animæ in Purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

40 Animæ ex Purgatorio liberatæ suffragijs viuentium, minus beantur quam si per se satisfecissent.

41 Prælati ecclesiastici & principes seculares non malefacerent, si omnes saccos mendicitatis delerent.

Qui quidem errores, respectiue, quàm sint pestiferi, quam perniciosi, quam scandalosi, quam piarum & simplicium mentium seductiui, quàm denique sint contra omnem charitatem, ac S.R.E. matris omnium fideliũ, & magistræ fidei reuerentiam, atque neruum ecclesiasticæ disciplinæ, obedientiã scilicet quæ fons est & origo omniũ virtutũ, sine qua facile vnusquisque infidelis esse conuincitur, nemo sanæ mentis ignorat. Nos igitur in præmissis, vtpote grauissimis, propensius (vt decet) procedere, necnon huiusmodi pesti, morboque canceroso, ne in agro Dominico tanquam vepris nociua vlterius serpat, viam præcludere cupientes, habita super prædictis erroribus & eorũ singulis diligenti trutinatione, discussione, ac districto examine, maturaq; deliberatione, omnibusque rite

rite pensatis ac sæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,
ac regularium ordinum Prioribus seu ministris generalibus, pluribusque alijs sacræ Theologiæ, necnon vtriusq;
iuris professoribus siue magistris, & quidem peritissimis: reperimus eosdem errores, respectiue (vt præfertur)
aut articulos non esse catholicos, nec tamquam tales esse dogmatizandos, sed contra Ecclesiæ catholicæ doctri
nam siue traditionem, atque ab ea veram diuinarum scripturarum receptam interpretationem, cuius auctorita-
ti ita acquiescendum censuit Augustinus, vt dixerit se Euangelio non fuisse crediturum, nisi Ecclesiæ Catholicæ
interuenisset auctoritas. Nam ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo vel aliquibus palam sequitur, eandem Ec
clesiam, quæ Spiritu sancto regitur, errare & semper errasse. Quod est vtique contra illud, quod Christus disci-
pulis suis in ascensione sua (vt in sancto euangelio Matthæi legitur) promisit, dicens: Ego vobiscum sum vsque
ad consummationem sæculi. Necnon contra sanctorum patrum determinationes, conciliorum quoque & sum-
morum Pontificum expressas ordinationes seu canones: quibus non obtemperasse, omnium hæresum & schisma
tum, teste Cypriano, fomes & causa semper fuit. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consi
lio & assensu, ac omnium & singulorum prædictorum matura deliberatione prædicta, auctoritate omnipotentis
Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, præfatos omnes & singulos articulos seu errores, tam-
quam (vt præmittitur) respectiue hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarum aurium offensiuos, vel simpli
cium mentium seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, ac
pro damnatis, reprobatis & reiectis ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi debere, harum serie de-
cernimus & declaramus; inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub maioris excommunicationis latæ sen-
tentiæ necnon quo ad ecclesiasticas & regulares personas, episcopalium omnium etiam patriarchalium, metro

Pont. damnat di ctos articulos Lutheri tamquã hæreticos & falsos

politanarum, & aliarum cathedralium ecclesiarum, monasteriorum quoque & prioratuum etiam conuentua-
lium, & quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum ecclesiasticorum, sæcularium aut quorumuis ordinum re
gularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda: quo vero ad conuentus, capitula,
seu domos aut pia loca sæcularium vel regularium, etiam Mendicantium, necnon vniuersitatis etiam studiorũ
generalium, quorumcunque priuilegiorum indultorum à sede Apostolici vel eius Legatis, aut aliàs quomodo-
libet habitorum vel obtentorum, cuiuscumque tenoris existant: necnon nominis & potestatis studium genera-
le tenendi, legendi, ac interpretandi quasuis scientias & facultates, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum
obtinenda: Prædicationis quoque officij, ac amissionis studij generalis, & omnium priuilegiorum eiusdem: quo
vero ad sæculares eiusdem excommunicationis, necnon amissionis cuiuscunque emphyteosis seu quorumcunq;
studiorum tam à Romana Ecclesia, quam aliàs quomodolibet obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa & alia
in posterum obtinenda: necnon quo ad omnes & singulos superius nominatos, inhibitionis Ecclesiasticæ sepul
turæ, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos, infamiæ ac diffidationis, & criminis læsæ maiesta-
tis, & hæreticorum & fautorum eorundem in iure expressis pœnis, eo ipso & absque vlteriori declaratione per

Et pœnas hic expressas imponit credentibus dictos articulos Lutheri.

omnes & singulos supradictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis: à quibus vigore cuiuscunque fa-
cultatis & clausularum etiam in confessionalibus quibusuis personis, sub quibusuis verborum formis contenta
rum, nisi à Rom Pont. vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente præterquam in mortis articulo consti-
tuti, absolui nequeant. Omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, tam laicis quam clericis, sæculari-
bus & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunque personis, cuiuscunque status, gradus vel conditio-
nis existant, & quacunque Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, patriarcharum, metropolitanarum, & alia-
rum cathedralialium collegiatarum ac inferiorum Ecclesiarum prælatis, clericis, alijsque personis ecclesiasti-
cis, sæcularibus, & quorum iis ordinum etiam Mendicantium regularibus, abbatibus, prioribus, vel ministris ge-
neralibus vel particularibus, fratribus seu religiosis, exemptis & non exemptis: Studiorum quoque vniuersitati
bus sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium regularibus: necnon Regibus, Imperatoris Electo
ribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibus-
que officialibus, iudicibus, notarijs Ecclesiasticis & sæcularibus, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus,
ciuitatibus, castris, terris & locis, seu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus & incolis, ac quibusuis alijs perso-
nis ecclesiasticis vel regularibus (vt præfertur) per vniuersum orbem, vbicũque, præsertim in Alemania existen-
tibus, vel pro tempore futuris, ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamque doctrinam huiusmodi as-
serere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio vel
colore, tacite vel expresse fauere præsumant. Insuper, quia errores præfati & plures alij continentur in libellis
seu scriptis cuiusdam Martini Luther, dictos libellos & omnia dicti Martini scripta seu prædicationes, i Latino
vel quocunque alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores seu eorum aliquis continentur, similiter dam-
namus, reprobamus, atque omnino reijcimus, & pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (vt præfertur) ha-
beri volumus: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis prædictis eo ipso incurrendis, omnibus &
singulis vtriusque sexus Christifidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes seu
schedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continentia legere, asserere, prædicare,
laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expres-
se, publice vel occulte, aut in domibus suis, siue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præsumãt:
quinimmo illa statim post harum publicationem vbicunque fuerint, per ordinarios & alios supradictos diligẽ-
ter quæsita, publice & solemniter in præsentia cleri & populi, sub omnibus & singulis supradictis pœnis, com-
burant.

Scripta Lutheri in quibus dicti eius Articuli continentur damnat, illaq; penes aliquẽ teneri prohibet, quinimmo comburi mãdat.

Quòd vero ad ipsum Martinum attinet (bone Deus) quid prætermisimus, quid non fecimus, quid pa-
ternæ charitatis omisimus, vt eum ab huiusmodi erroribus reuocaremus? Postquam enim ipsum citauimus, mi-
tius cum eo procedere volentes, illum inuitauimus; atque tam per diuersos tractatus cum legato nostro habi-
tos, quam per literas nostras, hortati fuimus, vt à prædictis erroribus discederet, aut oblato etiam saluo condu-
ctu & pecunia ad iter necessaria, sine metu seu timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, ve-
niret, ac Saluatoris nostri Apostolique Pauli exemplo, non in occulto, sed palam & in facie loqueretur. Quod
si fecisset, pro certo (vt arbitramur) ad cor reuersus, errores suos cognouisset: nec in Rom. curia, quam tantope-
re, vanis maleuolorum rumoribus plusquam oportuit tribuendo, vituperat, tot reperisset errata: docuissemusq;
eum luce clarius, sanctos Rom. Pontifices prædecessores nostros, quos præter omnẽ modestiam iniuriose lace-
rat, in suis canonibus seu cõstitutionibus, quas mordere nititur, nũquam errasse: quia iuxta Prophetam, nec in

Pont. citari fecit Lutherum & deinde eundẽ hortatus fuit vt ab erroribus desisteret.

Galaad

Ille vero ad futurum concilium prouocauit.

Pij.2.cõst. habes sup.fol.75. Iul.2.const. habes sup.fol.156.

Galaad resina, nec medicus deest. Sed obaudiuit semper, & prædicta citatione, omnibusque & singulis supradictis spretis venire contempsit, ac vsque in præsentem diem contumax atque animo indurato censuras vltra annum sustinuit; & quod deterius est, addens mala malis, de citatione huiusmodi notitiam habens, in vocem temerariæ appellationis prorupit, ad futurum concilium, contra Constitutionem Pij II. ac Iulij II. prædecessorum nostrorum, qua cauetur, taliter appellantes hæreticorum pœna plectendos, (Frustra etiam concilij auxilium implorauit, qui illi se non credere palam profitetur) ita vt contra ipsum, tamquam de fide notorie suspectum, immo vere hæreticum, absque vlteriori citatione vel mora, ad condemnationem & damnationem eius, tamquam hæretici, ac ad omnium & singularum suprascriptarum pœnarum & censurarum seueritatem procedere possemus. Nihilominus de eorundem fratrum nostrorum consilio, omnipotentis Dei imitantes clementiã, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat: omnium iniuriarum hactenus nobis & Apostolicæ sedi illatarum obliti, omni qua possumus pietate vti decreuimus, & quantum in nobis est, agere, vt proposita mansuetudinis via, ad cor reuertatur, & à prædictis recedat erroribus, vt ipsum tamquam filium illum

Et nihilominus Pont. iterũ Martinum eique adhærentes, ad conuersionẽ hortat.

prodigum ad gremium Ecclesiæ reuertentem, benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinum, & quoscunque ei adhærentes, eiusque receptatores & fautores, per viscera misericordiæ Dei nostri, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quo & per quem humani generis redemptio, & sanctæ matris Ecclesiæ ædificatio facta est, ex toto corde hortamur & obsecramus, vt ipsius Ecclesiæ pacem, vnitatem & veritatem, pro qua ipse Saluator tam instanter orauit ad patrem, turbare desistant, & a prædictis tam perniciosis erroribus prorsus abstineant: inuenturi apud nos, si effectualiter paruerint, & paruisse per legitima documenta nos certificauerint, paternæ charitatis affectum, & apertum mansuetudinis & clementiæ fontem. Inhibentes nihilominus eidem

Luthero inhibet prædicationis officium.

Martino exnunc, vt interim ab omni prædicatione seu prædicationis officio omnino desistat. Alioquin in ipsum Martinum, si forte iustitiæ & virtutis amor à peccato non retrahat, indulgentiæque spes ad pœnitentiam non reducat, pœnarum terror coerceat disciplinæ, eundem Martinum, eiusque adhærentes, complices, fautores, & receptatores tenore præsentium requirimus & monemus, in virtute sanctæ obedientiæ & sub prædictis omnibus & singulis pœnis, eo ipso incurrendis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino assignamus, ab affixione præsentium in locis infrascriptis, immediate sequentes numerandos, ipse Martinus, complices, fautores, adhærentes, & receptatores prædicti, à præfatis erroribus, eorumque prædicatione ac publicatione & assertione, defensione quoque, & librorum seu scripturarum editione super eisdem siue eorum aliquo omnino desistant, librosque ac scripturas omnes & singulas, præfatos errores seu eorum aliquos quomodolibet cõtinentes, comburant, vel comburi faciant. Ipse etiam Martinus errores & assertiones huiusmodi omnino reuocet, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta in forma iuris valida, in manibus duorum prælatorum cõsignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsummet (si ad nos venire voluerit, quod magis placeret) cum præfato plenissimo saluo conductu, quem exnunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, vt de eius vera obedientia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere. Aliàs si (quod absit)

Luthero & ei adhærẽtibus terminum præfigit ad desisten. ab eorũ erroribus.

In quo termino Lutherus & multi sequaces impœnitentes fuerunt, nõnulli autẽ conuersi sicut habes infra const. 37. Decet

Martinus præfatus, complices, fautores, adhærentes, & receptatores prædicti secus egerint, seu præmissa omnia & singula infra terminum prædictum cum effectu non adimpleuerint, Apostoli imitantes doctrinam, qui hæreticum hominem, post primam & secundam correptionem, vitandum docuit, exnunc prout extunc, & econuerso, eundem Martinum, complices, adhærentes, fautores, & receptatores præfatos, & eorum quemlibet, tamquã aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam contrariam catholicæ fidei inimicam, siue scandalosam, seu damnatam, in non modicam offensam diuinæ maiestatis, ac vniuersalis Ecclesiæ & fidei Catholicæ detrimentum & scandalum dogmatizantes, claues quoque Ecclesiæ vilipendentes, notorios & pertinaces hæreticos eadem auctoritate fuisse & esse declarantes, eosdem vt tales, harum serie condemnamus, & eos pro talibus haberi ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus supradictis volumus & mandamus. Eosque omnes & singulos omnibus supradictis & alijs contra tales à iure inflictis pœnis, præsentium tenore subijcimus, & eisdem irretitos fuisse & esse decernimus & declaramus. Inhibemus præterea sub omnibus & singulis

Et inobedientes pœnis hic contẽtis innodat.

De pœnis hæreticorũ vide supra fol.9. Inn.4. cõst. 8. cum ibi not.

Opera Lutheri omnia damnat, & prohibet illa imprimi, teneri &c.

præmissis pœnis, eo ipso incurrendis, omnibus & singulis Christifidelibus superius nominatis, ne scripta, etiam præfatos errores non continentia, ab eodem Martino quomodolibet condita vel edita, aut condenda vel edenda, seu eorum aliqua, tamquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, atque ideo vehementer suspecta, & vt eius memoria omnino deleatur de Christifidelium consortio, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare siue defendere per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, seu in domibus suis siue alijs locis, publicis vel priuatis, tenere quoquo modo præsumant: quinimmo illa comburant, vt præfertur. Monemus insuper omnes & singulos Christifideles supradictos, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt hæreticos prædictos declaratos & condemnatos, mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum termini supradicti euitent, & quãtum in eis est, euitari faciant, nec cũ eisdem vel eorum aliquo commercium aut aliquam conuersationem seu communionem habeant, nec eis necessaria ministrent. Ad maiorem præterea dicti Martini, suorumque complicum, fautorum & adhærentium, ac receptatorum prædictorum, sic post lapsum termini prædicti declaratorum hæreticorum & condemnatorum confusionem, vniuersis & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum cathedralium, collegiatarum, ac inferiorum Ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium (præsertim eius congregationis, cuius dictus Martinus est professus, & in qua degere vel morari dicitur) regularibus, exemptis & non exemptis, necnon vniuersis & singulis principibus, quacunque ecclesiastica vel mundana fulgentibus dignitate, Regibus, Imperatoris Electoribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, terris, castris, & locis, seu eorum habitatoribus, ciuibus & incolis, omnibusque alijs & singulis supradictis, per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis mandamus, quatenus sub prædictis omnibus & singulis pœnis, ipsi vel eorum quilibet, præfatum Martinum, complices, adhærentes, receptantes, & fautores personaliter capiant, & captos ad nostram instantiam retineant, & ad nos mittant: reportaturi pro tam bono opere, à nobis & sede Apostolica remunerationem præmiumque condignum: vel saltem eos & eorum quemlibet, de metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, & alijs Ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs, vniuersitatibus, communitati-

Monet omnes fideles vt euitẽt supradictos hæreticos.

Lutherum eiusque sequaces capi mandat sub pœnis, de quibus ibi &c.

bus,castris,terris ac locis respectiue tam clerici & regulares,quàm laici omnes & singuli supradicti omnino ex pellant. Ciuitates vero,dominia,terras,castra,villas,comitatus,fortalicia, oppida, & loca quæcunque vbilibet consistentia eorum & earum respectiue: metropolitanas,cathedrales,collegiatas & alias Ecclesias,monasteria, prioratus,domus, conuentus,& loca religiosa vel pia cuiuscunque ordinis,vt præfertur,ad quæ præfatũ Martinum,vel aliquem ex prædictis,declinare contigerit,quamdiu ibi permanserint,& triduo post recessum,Ecclesiastico subiicimus interdicto. Et vt præmissa omnibus innotescant,mandamus insuper vniuersis patriarchis, archiepiscopis,episcopis,patriarchalium,metropolitanarum, & aliarum cathedralium ac collegiatarum Ecclesiarum prælatis,capitulis,alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus,& quorumuis ordinum supradictorum regularibus,fratribus religiosis,monachis,exemptis & non exemptis supradictis,vbilibet præsertim in Alemania cõstitutis,quatenus ipsi vel eorum quilibet sub similibus censuris & pœnis,eo ipso incurrendis, Martinum,omnesque & singulos supradictos,qui elapso termino huiusmodi mandatis seu monitis nostris non paruerint, in eorũ Ecclesijs,Dominicis & alijs festiuis diebus,dum inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit, declaratos hæreticos, & condemnatos publice nuncient, faciantque & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari. Necnon omnibus Christifidelibus,vt eos euitent,pari modo sub prædictis censuris & pœnis. Et præsentes literas vel earum transumptum sub forma infra scripta factum,in eorum Ecclesijs,monasterijs,domibus, conuentibus,& alijs locis,legi, publicari,atque affigi faciant. Excommunicamus quoque & anathematizamus omnes & singulos,cuiuscunque status,gradus,conditionis,præeminentiæ,dignitatis aut excellẽtiæ fuerint, qui, quo minus præsentes literæ,vel earum transumpta,copiæ seu exemplaria in suis terris & dominijs legi,affigi & publicari possint,fecerint,vel quoquo modo procurauerint per se vel alium seu alios,publice vel occulte,directe vel indirecte,tacite vel expresse. Postremo,quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri,in quibus necessarium foret:volumus & Apostolica auctoritate decernimus,quòd earum transumptis manu publici notarij confectis & subscriptis,vel in alma vrbe impressis,& sigillo alicuius Ecclesiastici prælati munitis,vbique stetur,& plena fides adhibeatur,prout originalibus literis staretur & adhiberetur,si forẽt exhibitæ vel ostensæ. Et ne præfatus Martinus, omnesque alij supradicti,quos præsentes literæ quomodolibet concernunt,ignorantiam earundem literarum,& in eis contentorum omnium & singulorum prætendere valeant,literas ipsas in basilicæ principis Apostolorum,& cancellariæ Apostolicæ, necnon Cathedralium Ecclesiarum Brãdeburgen. Misnen. & Merspergen. valuis affigi & publicari debere volumus:Decernentes, quòd earundem literarum publicatio sic facta, supradictum Martinum, omnesque alios & singulos prænominatos, quos literæ huiusmodi quomodolibet concernunt, perinde arctent,ac si literæ ipsæ die affixionis & publicationis huiusmodi,eis personaliter lectæ & intimatæ forent:cũ non sit verisimile,quòd ea quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, seu si supradictis omnibus & singulis,vel eorum alicui, aut quibusuis alijs à sede Apostolica prædicta, vel ab ea potestatem habentibus,sub quauis forma,etiam confessionali,& cum quibusuis etiam fortissimis clausulis,aut ex quauis causa seu grandi consideratione,indultum vel concessum existat, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas,non facientes plenam & expressam,ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes,de indulto huiusmodi mentionem, eiusdem indulti tenores, causas & formas, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, ita vt omnino tollantur, præsentibus pro expressis habentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis,reprobationis,reiectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis,requisitionis,monitionis, assignationis,concessionis, condemnationis, subiectionis, excommunicationis, & anathematizationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo Quingentesimo vicesimo, Decimoseptimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno Octauo.

Loca ad quę declinauerit Lutherus & eius sequaces. Interdicto subiiciuntur.

Præcipit Prælatis vt Lutherum & ei adhærentes, hæreticos publicari faciant.

Et const. istam publicari mãdat, & excõmunicari publicationem impedientes.

Forma publicandi hanc const. Publicationẽ nõ inueni Pont. tamẽ infra in cõst. 37. testatur de publicatione.

Clausula derogatoria.

Visa. R. Milanesius Albertus.

XXXVI.

De Erectione Collegij Militum Sancti Petri, eorumque officio,emolumentis,Indultis & Priuilegijs.

Confirmatur & ampliatur hæc constit. infra per Clem. 7. constit. 16. Ministerio, Pauli III. const. 3.Prouidentia, & Pij IIII. constit. 46. circumspecta.

Moderationem & Reuocationem Priuilegiorum vide infra in Pij IIII. const. 86.Quamuis à sede & Pij V. const. 59. Quamuis.& const.71.sacrosanctum & const.120. Quæ ordini. cum ibi not.

LEO Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

SICVT prudens paterfamilias cuncta quæ in eius domo sunt, ad eius honorem profectum & gloriam, prouida moderatione disponit, ita nos, qui meritis licet imparibus, ab ipso supremo patrefamilias in illius domo dispensatores effecti sumus, circa ea, quæ Rom. Ecclesiæ status securitatem, & prosperum successum respiciunt, debitus ordo seruetur & Cameræ Apostolicæ, cui pro eodem statu conseruando diuersa onera in dies incumbunt, necessitatibus imminentibus prouideatur, ac iura, quantum fieri potest, conseruentur illæsa, studiosa solicitudine conuenit attendere, ac desuper officij nostri partes fauorabiliter impartiri. Sane intra mentis nostræ arcana reuoluentes,quod fe. re. Paulus Papa II. prædecessor noster tempore suo vltramarini belli expeditionem per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ contra infideles indictam:& ad quam piæ memoriæ Clemens IIII. & Nicolaus IIII. ac Bonifacius VIII. & Benedictus XI. ac Clemens V. & Pius II. Romani Pontifices etiam prædecessores nostri,toto cordis affectu prius intenderant & aspirauerant, suscipere, ac Deo dante prosequi cupientes, pro illius faciliori prosecutione, vltra ea quæ recolendæ memoriæ Innocentius Papa III.

Pij 2 const. habetur. fol 87 aliorum vero Pont. const. hic non habes.

pa III. similiter prædecessor noster in generali Lateranen. Concilio ad terras, & loca infidelium sub pœnis tūc expressis alumina deferri prohibuerat, ipse plura alia ad ipsorum infidelium terras, & loca, durante bello, quod contra Turcas prosequi ardentissime cupiebat, deferri prohibuerit: ea potissimum ratione motus, quod ab ipsis Turcis, Christianæ Reipublicæ calamitas tunc instare, atque imminere videbatur: ad quam repellendam maxime opportunum censebat, si præfatos Turcas compluribus commodis quæ ex Christianorum rebus percipiebant, priuaret: Insuper animo suo considerans, quod omnipotens, & misericors Deus, qui gregem suum non deserit, nec sperantes in se derelinquit, Thesaurū Aluminis per tot sæcula in Italia incognitum, tempore eiusdem Pij prædecessoris nostri in locis Vrbi proximis reuelauerat, ac pie credens diuino munere datum fuisse, vt Alumen ipsum pro tutela Christianæ religionis aduersus impijssimum Christianorum hostem paulo ante inuentum fuisset, vt hostis ipse duplicem ex eo iacturam pateretur, cum ipse ex suo Alumine cuius precio ditior, ac potentior fiebat, nullam in Christianorum prouincijs terris & locis capere vtilitatem, ipsosque Christianos ex noui Aluminis inuentione ditiores, ac potentiores factos intelligeret: ac omni studio, & ope, prouide desiderans, vt fructus exinde sequerentur optati: initio suæ assumptionis omnes redditus, & prouentus ipsius Aluminis in patrimonio beati Petri in Tuscia tunc inuenti ad defensionem catholicæ fidei, & sanctæ Cruciatæ integre dedicauerit: illudque Christo domino consecrauerit: existimansque rem minime nouam aggredi, nec via insolita incedere, si post alumen diuino munere pro Christianorum tutela inuentum, & per eum ad defensionem Christianæ religionis dedicatum omne commercium Aluminis, quod in partibus dictorum infidelium nascitur, & effoditur, inter Christianos, & infideles, inuicemque inter Christianos ipsos sub eisdem pœnis tolleret, ac penitus interdiceret, & id solum, quod in terris eiusdem Romanæ Ecclesiæ inuentum fuerat, mercari, & emi liceret: Ac propterea, vt Alumen ipsum pro tempore fabricatum commodius, ac facilius vendi posset, ad claræ mem. Eduardum Angliæ Regem, & ad quondam Philippum Ducem Burgundiæ nuncios suos, vt suo, & Cameræ Apostolicæ, ac sanctæ Cruciatæ huiusmodi nominibus, cum Rege, & illius regni Baronibus, ac Duce, & personis Dominij eorum conuentiones, & pacta inirent, & firmarent, ac diuersarum personarum opera pro dicti Aluminis vtilitate, tam ipse Paulus tempore suo, quam alij eius successores vsi fuerint: Nos, qui in literis clausuræ moderni Concilij Lateranen. dictam contra Turcas sanctam expeditionem indiximus, eamque prosequi posse speramus, non minori desiderio, quam prædecessores ipsi temporibus suis fecerunt: & dicti Aluminis prouentus dictæ sanctæ Cruciatæ applicatos, circa quos plures prædecessores nostri magna diligentia vsi fuerunt, non solum conseruare, sed etiam augere desideramus, ne in illo fraus aliqua committatur, sed omni fraude sublata diligenter fabricetur, & conseruetur, ac ad regna, & loca Christianorum fideliter deferatur: plurium personarum operam necessariam, & opportunam esse intelligimus: & hoc negotium multo melius, ac diligentius procedere posse vidimus, si per eos potius tractetur, qui inde commodum, & vtilitatem sint reportaturi, quam per mercenarios, & alios nullam inde vtilitatem consequi sperantes. Quare plurimum ad hoc conferre posse iudicauimus, si Collegium vnum virorum institueretur, qui Milites Sancti Petri nuncuparentur, qui non solum Cantariorum dicti Aluminis, quæ singulis annis fabricantur, & ponderantur, ac aliorum, quæ ad ipsius Aluminis fabricam sunt necessaria, necnon tractarum earum, & frumentorum, & aliorum bladorum à confinibus ciuitatis nostræ Terracinæ vsque ad confinia Senarum, diligentem computum, & rationem tenendi curam haberent, sed etiam ad Reges, & Dominos temporales pro negotijs ipsius Aluminis quandocunque necessarium foret, mittendi, seu destinandi essent, ac Ciuitatis Vetulæ ancoragiorum, & arcis, ac terris portus Corneti, ac ipsius ciuitatis præturæ, & arcis, cum prætura Montis alti, & Barigellatus, Dohaneriatus, & Commissariatus tractarum etiam patrimonij, & Commissariatus Aluminis, & littoris maris curam habere possent. Et tempore prosecutionis dictæ expeditionis contra Turcas illorum fideli opera in rebus tunc occurrentibus confidenter vti possimus, cum multo magis de ipsis nostra & dictæ Sedis officia obtinentibus, quam de quibusuis alijs personis merito confisuri simus. Vnde habita super his cum venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum vnanimi consilio, & assensu, collegium quadringentorum & vnius virorum Militum Sancti Petri participantium nuncupatorum, quorum nomina, & cognomina infra scribentur, de quibus vigintisex apostolica auctoritate volumus, decernimus, & ordinamus, quod ipsis sic receptis, & alijs qui pro tempore erunt Militibus cedentibus, vel decedentibus, omnium & singulorum viginti sex Militum descriptorum in alijs nostris literis vna cum quibusdam alijs officijs dum per cessum, vel decessum priuationem seu quamuis aliam dimissam prædictorum & quorumcunque aliorum qui officia, & loca ipsa pro tempore obtinebunt, quandocunque vacabunt, ad liberam dilecti filij Iulij tituli Sancti Laurentij in Damaso presbyteri Cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij nostri secundum carnem patruelis, & pro tempore existentis Vicecancellarij dispositionem pertineant, possitque, & debeat ipse Iulius, & pro tempore existens Vicecancellarius, & per eum ad hoc specialiter deputatus, illorum resignationes, ac illarum prætextu compositiones ad rationem ducatorum quinque pro centenario pretij officij, quod vendetur, prout pro nobis, & Sede Apostolica statuimus recipere & admittere, ac per suas literas, suo sigillo munitas, dum pro tempore qualitercunque vacauerint, per seipsum, seu eius Locumtenentem, seu alium ad hoc speciale mandatum habentem, personis idoneis prouidere, & cum ipsis personis de huiusmodi officijs, & locis prouisis, cum sibi, seu deputando huiusmodi placuerit dispensare, & ipsas personas ad ipsa officia, & loca obtinenda sufficientes habilitare, & illi, quibus de eisdem officijs, & locis Iulius ipse, & pro tempore existens Vicecancellarius, seu deputandus ab eo duxerit suis literis prouidendum, ad officia, & loca ipsa, absque aliqua alia prouisione recipiantur, & admittantur. Ita quod literæ præfati Iulij Cardinalis, seu ad hoc ab eo specialiter deputandi, & pro tempore existentis Vicecancellarij, quos absque aliarum literarum apostolicarū desuper conficiendarum expeditione perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus, plenissime, & per omnia valeant, & his suffragentur, ac si super his officijs, & locis literæ apost. cōfectæ, & expeditæ fuissent. Quodque recepti ad officia, & loca ipsa ad quæ recepti fuerint, suo ordine collocentur. Sicque continuo per ipsum Iulium Card. & pro tempore existentem Vicecancellarium absque contradictione qualibet obseruetur, de similibus consilio, & assensu fratrum prædictorum. Decernentes quicquid secus super his ad præfati Iulij Card. & pro tempore existentis Vicecancellarij dispositionem, vt præmittitur, spectantibus officijs, etiam à nobis, & successoribus nostris Rom. Pont. pro tempore existentibus absque expresso præfati Iulij Card. & pro tempore existentis Vicecancellarij consensu contigerit attentari, irritum & inane, nulliusque roboris vel momenti existere.

De prohibitione transmittendi ad infideles arma, victualia &c. habes sup. fol. 71. Nicol. V. cōst. 2.

Tempore Pij 2. inuentū fuit Alumen in Patrimonio Beati Petri

Ideo Pont. omnes redditus Aluminis dedicauit ad fidei defensionem.

Et Alumina de partibus infidelium conduci, & inter Christianos mercari prohibuit. De quo habes infra in Pau. 4. const. 42 & si ea cum ibi not.

Leo Pont. Expeditionem contra Turcas Indixit vt habes sup. fol. 219. const. 19.

Et pro augmento redditTuum dicti Aluminis & prosecutione dictæ expeditionis instituit Collegium quadringentorū & vnius Militum S. Petri.

Officia 26. Militum Vicecancellario assignat. De qua assignatione habes infra const. 41. In supereminentis.

De Militum Officio & Habitu.

stere. Ita quod nos, & Rom. Pont. pro tempore existentes tempore prosecutionis expeditionis prædictæ, & celebrationis Conciliorum generalium cum decenti habitu (quem illis etiam si clerici fuerint exnunc assignamus, & qui per alios, quam per ipsos Milites gestari non possit, sub excommunicationis maioris & amissionis dicti habitus, qui de facto tam per ipsos Milites, quam cuiuscunque Curiæ executorem illum gestantibus auferri possit, & applicetur Militi auferenti, vel instanti illum auferri debere, & ducatorum quingentorum applicandorum pro dimidia Collegio ipsorum Militum, & pro vna Cameræ Apostolicæ, & alia quartis partibus Iudici exequenti illam. Ita quod sub eadem poena excommunicationis, & pecuniaria, vt præmittitur exigenda, & applicanda, quilibet Iudex super hoc requisitus exequi teneatur. Constito sibi, quod aliquis huiusmodi habitum, qui est imago diui Principis Apostolorum in auro sculpita, cum insignijs nostris, vel pro tempore existentis Pontificis ab alio latere cum clauibus desuper, & thiara pontificia impendenti, & torques aurea quæ in collo portetur, ita quod imago prædicta patens sit in pectore gestantis, portauerit, ad executionem huiusmodi poenarum tam realiter, quam personaliter procedere teneatur. Quod si requisitus non fecerit, defensores pro tempore dicti officij tam contra dictum gestantem, quam officialem negligentem, tam per censuras ecclesiasticas quascunque, etiam vsque ad inuocationem auxilij brachij sæcularis inclusiue, quam per alia iuris remedia procedere possint, & valeant, omnimoda iurisdictione ad hoc necessaria, nostra, & sedis Apostolicæ auctoritate vti, ac si specialiter Iudices ad hoc quacunque appellatione, & exceptione sublata, deputati fuissent, quemadmodum tenore præsentium perpetuo deputamus,) sequi, & locum Concilij, quod pro tempore fiet, custodire, & propriam mansionem saltem vnam in palatio apostolico habeant, quam concedentem per dilectum filium magistrum domus nostræ infra mensem vnum proximum venturum à die requisitionis sibi factæ in loco conuenienti eis assignari expeditam, & assignatam, per eum, & magistrum domus pro tempore existentem perpetuo manu teneri sub excommunicationis poena mandamus: Et duo ex eis quolibet die in Tinello nostro comedant, qui in exigendis annatis in Camera Apostolica deputentur.

Collegiū Militū habeat mãsionē in Palatio Apostolico.

Milites duo comedant in tinello Pont.

Et quando computa Aluminum, & aliorum prouentuum in Camera Apostolica reuideri contigerit, vna cum Clericis, & Commissarijs ipsa computa reuideant, & de fraudibus, & poenis eorum industria repertis, & quæ ad notitiam Cameræ eorum opera affectualiter peruenerint, & dictæ Cameræ persolutæ, aut per nos vel pro tempore Rom. Pontificem, seu dictam Cameram remissæ fuerint, ita quod remissio seu gratia de illis facta æquiparetur solutioni, vt sic præfatis Militibus, etiam cum huiusmodi gratijs præiudicari non possit, habeant ipsi Milites quinque pro centenario.

Reuideant in Camera cū Clericis computa Aluminum.

Et habeant de fraudibus, & poenis quinque pro centenario.

Et cum de Aluminibus in dicta Camera tractabitur, prout Clerici sacri Collegij faciunt, vnus, vel duo eorum assistere possint. Et contractus locationum, & aliorum, qui fient super Aluminibus, & alijs, ex quibus fiunt dictis Milibus assignamenta, sint ipso iure nulli, nisi in eorum celebratione mensarij dicti officij dictorum Militum ad eos fuerint vocati, & admissi cum effectu, & copia eorum eis non fuerit data in forma fidem vbique facien. absque aliqua solutione pro ea fienda Notario, qui inde fuerit rogatus: Et nisi conductores se obligauerint ad soluendum, & cum effectu soluerint in principio cuiuslibet mensis dictis mensarijs, seu eorum receptoribus ratam dictorum assignamentorum debita in ducatis auri 10 anno. Et in euentum in quem id facere recusauerint, vel neglexerint, liceat præfatis Militibus, seu deputandis ab eis, propria auctoritate capere possessionem rerum super quibus essent dicta assignamenta, & retentis sibi quantitatibus assignatis, residuum Cameræ Apostolicæ dare, & ad id efficaciter faciendum se obligare, prout dicti conductores, qui soluere retardauerint, teneantur.

De collectis dicta Alumina celebran. cum interuentu Militum.

Possint etiam dicti Milites, & ab eis deputandi contra omnes qui fraudabunt fabricam Sancti Petri, & qui aperient nouas Alumerias, & ement Alumina ab infidelibus, & qui facient aliquid in fraudem Aluminum, & officij dictorum Militum, modo, & forma, ac sub censuris, poenis, & auctoritate supra contra prædictum habitum deferentes expressis, & concessis, quæ hic habemus pro repetitis, procedere, & de omnibus fraudibus & poenis per eos repertis habeant medietatem, sine præiudicio ad præsens deputatorum, ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo erigimus, & instituimus.

De fraudantibus fabricā S. Petri, siue Aluminā.

Decernẽtes & declarantes ipsos Milites, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum familiares, qui pro tempore fuerint, etiam si eorum singuli singulas mansiones non habeant in palatio, & quotidie in eiusdem palatij Tinello non comedant, veros, & indubitatos familiares, & continuos commensales nostros, & Rom. Pontificis pro tempore existentis existere, ac in quibuscunque literis, scripturis, & actibus se tales scribere, & nominare, & ab alijs nominari posse & debere.

Milites & eorum familiares, sunt veri familiares Pont.

De quorū Priuilegijs, habes inf. Clem. 7. cōst. 14. Romani.

Ac eisdem Militibus, & cuilibet eorum, qui obitus, & coronationis Rom. Pont. temporibus præsentes aderunt, vestes lugubres ratione obitus, & rubeas ratione coronationis huiusmodi, eius quantitatis, & qualitatis cum Cubicularijs defuncti, & noui Pont. respectiue, qui hactenus fuerunt, exhiberi consueuerunt, exhibendas, & assignãdas esse decernimus & declaramus.

Vestes rubeas tēpore coronationis, & lugubres tempore obitus Pont. habere debent.

De hmōi vestib. habes inf. in Iul. 3. const. 12. licet ex debito.

Ac eosdem Milites pro tempore existentes eo ipso quo ad militiæ huiusmodi officium ad admissi fuerint, & cuiuslibet eorum filium primogenitum, natum seu nasciturum, nobiles de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranensis Comites, cum potestate per se, vel alium seu alios in genere, & specie, totiens quotiens cuilibet eorum placuerit, extra Rom. Curiam subdelegandos, & deputandos quoscunque, quos in iure canonico, & ciuili, seu altero eorũ studuisse, & ad id assistentibus eis duobus, vel tribus in iure, vel iuribus huiusmodi doctoribus per eos eligẽdis, in eisdem canonico, & ciuili iuribus, seu altero illorũ per diligentem examinationem scientia, & moribus idoneos, & sufficientes esse inuenerint, in vtroque, vel altero iuriũ huiusmodi: quos vero in Theologia, etiam si fratres fuerint, cuiusuis ordinis, etiã mendicantium, etiã si alias consensus sui superioris requireretur, & habitus, vel requisitus nõ fuerit, seu artibus, vel medicina, aut alia facultate studuisse. Et similiter per diligentem examinationẽ duorum aut trium per eos eligẽdorum doctorum, seu magistrorum facultatis in qua studuerint, coram eis, vel aliquo eorum habendam, ad fidelem magistrorũ, seu doctorum eorundem attestationem eis faciendam peritos, ac sciẽtia, & moribus ad hoc idoneos, & sufficientes esse repererint, de eorundem doctorum, seu magistrorum, quo ad præmissa omnia, consilio, & assensu in Theologia, seu in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate huiusmodi ad Baccalariatus, licentiaturã doctoratus, & magisterij gradus promouendi, & in eis eligendi, interpretandi, disputandi, & alios actus ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi, auctoritatem concedendi, & ipsorum graduum solita insignia eis conferendi. Necnõ Iudices ordinarios, ac Notarios, & tabelliones publicos creandi, & creatos de iudicatus, tabellionatus, & notariatus officijs huiusmodi per pennã & calamare, vt moris est recepto prius ab eis solito iuramẽto inuestiendi: Et cũ spurijs, bastardis, manseribus, incestuosis, & alijs ex quouis illicito & damnato coitu procreatis, vt in parentum, & aliorum bonis, tam ex testamento,

Milites & eorū Primogeniti Comites & Nobiles declarantur.

Doctorandiq; & ad alios gradus promouẽdi facultatem habeant.

Hoc tamen reuocauit Pius V insr. cōst. 59. Quòniam

Legitimare bastardos possunt milites.

Moderationem istius facultatis v. de inf. in Pij 4. cō.l. 86. Quòniam

quam ab intestato succedere,& quæcunque actus legitimos exercere, & ad quosuis honores,dignitates,& officia publica & priuata assumi, aliaq; gerere in omnibus & per omnia,ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere & licite valeant, dispensandi,& quibusuis constitutionibus,& ordinationibus Apost. legibusque imperialibus,etiam ex illis,quæ in vsibus feudorum, vel aucten. habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret,quæ haberi posset ad libitum voluntatis,statutis quoque, & alijs ordinationibus in contrarium pro tempore editis,etiam iuramento,confirmatione Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, quotiens eis placuerit,in quauis mundi parte, derogandi: Illosque ex eisdem Militibus, qui clerici in dictæ sedis Notarios,qui vero laici fuerint, in auratæ militiæ Milites; ita quod, etiam si Milites participantes esse desierint, Comites aulæ Lateranen. & Notarij,ac Milites aurati respectiue, sine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito esse non desinant,exnunc,prout extunc, & econtra facimus,creamus, & recipimus, ac aliorũ de maiori nobilium genere,& nobilium Aulæ Lateranen. Comitum, & sedis Notariorum, & militiæ prædictorum militum numero,& consortio, fauorabiliter aggregamus. Et insuper recolentes nonnulla bona per laicos Romanæ & alijs ecclesijs pie erogata,& concessa,& considerantes quod ad alia in posterum eroganda,& concedenda erant procliuiores, si in aliquo ecclesiam erga se gratam & liberalem esse cognouerint: Attendentes quoque fe. re. Sixtum IIII. & Iulium II. Rom. Pontifices etiam prædecessores nostros, & nos pro structuris, & fabricis ad decorem vrbis libere testandi, & alia priuilegia concessisse: & merito pensantes quod si personis cunctis fabricis digniotibus armatæ fidei militiæ destinatis in dicta Vrbe, seu Rom. curia residentibus, vt iuxta præmissa per nos eis attributæ nobilitatis gradum vltra ordinarios dicti officij prouentus,propria pecunia emptos,qui soli non sufficerent,aliquid causa lucratiua ex prouentibus ecclesiasticis percipere valerent, vnde & pacis,& belli fidei temporibus se sustentare, & dicti belli expensas subire commode possent, dispensatiue concederetur: id non minus, imo plus quam dictæ fabricæ in vrbis,& Curiæ huiusmodi,sed etiam nostrum,& Sedis Apostolicæ,ac fidei catholicæ,totiusq; Reipublicæ Christianæ decorem & vtilitatem euidéter cederet Quapropter habita etiam super hoc cum dictis fratribus nostris deliberatione matura, cum ipsis ea Militibus pro tempore existentibus,& in Ro. Curia residentibus, etiam qui mere laici,& coniugati, etiam bigami, & etiam alias incapaces fuerint,Militibus vero clericis etiam pensiones,& fructus beneficiorum ecclesiasticorum, loco pensionum habentibus quos pro tempore coniugatos, & bigamos fieri contigerit, vt quandiu in dicta curia personalem residentiam fecerint, & officium Militis obtinuerint dumtaxat, quamcũque & quascunque pensiones annuas centum quinquaginta Duc. auri de Camera non excedentes, & fructus loco pensionum,qui trãseant ad successores in beneficijs,à decimis,& subsidijs, ac alijs oneribus liberas etiã ordinaria auctoritate, etiã sine causa,videlicet,si super monasteriorum, etiam consistorialium, prioratuum, præpositurarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum,regularium, & secularium, etiam cum cura & sine cura cuiuscunque annui valoris, illorum fructus, redditus, & prouentus fuerint, pensio annua, non tamen vltra tertiam partem,super quolibet beneficio supra nominato, & vltra summam centum quinquaginta duc. similium in totum, pro vno quoque Milite, & quolibet officio constitui non possit. Et quod præsentes Milites inferius descripti, pensiones, etiam vltra dictam tertiam, & dimidiam partem habentes, super quibusuis beneficijs, monasterijs,& ecclesijs, si matrimonium etiam cum bigama contraxerint,pensiones annuas suas huiusmodi vsque ad summam prædictam cẽtum quinquaginta duc. & non vltra retinere possint, & valeant: nulla propterea nobis, & successoribus nostris compositione soluta,quoad vixerint percipere,exigere,& leuare, ac in suos vsus,& vtilitates conuertere,libere,& licite possint,& valeant,cum accessu ad beneficia prædicta, super quibus pẽsiones, & fructus huiusmodi reseruabuntur,in euentum non solutionis eorum, Ac facultate pensiones, & fructus huiusmodi, etiam si hactenus pluries translatæ fuerint in alios Milites sancti Petri participantes, etiam similiter, vel alias incapaces,etiam filij ex legitimo matrimonio priores orti, vel alias eorum consanguinei, vel affines fuerint, etiam in mortis articulo,etiam coram solis Notario,etiam sola Imperiali auctoritate,& testibus transferendi, ac etiam regressum,seu accessum ad ipsos in actus trãslationis per decessum eorum in quos transferentur,sibi reseruan. & in euentum dicti decessus eos vt prius percipiendi, & leuandi. Necnon beneficia huiusmodi in euentum dicti ob non solutionem accessus per duos menses in commendam obtinendi, & deinde ea dimittendi,etiam pro maiori, vel minori dictam summam centum quinquaginta duc. non exceden. pension. vel fructibus eis super illis,vel alijs assignandis. Ita tamen, quod huiusmodi pensiones, & fructus percipientes in habitu armatæ militiæ viro equiti conuenienti, nos, & Rom. Pont. pro tempre existentes, in expeditionibus cruciatæ, & concilijs huiusmodi, absque alio stipendio cum equo ratione dictæ pensionis sequi debeant, scientia,potestate,auctoritate, & tenore prædictis dispensamus. Ipsisque Militibus qui clerici fuerint,vt quascunque pensiones super quibusuis secularibus,& regularibus prouentibus ecclesiasticis, & fructus ecclesiasticos,etiam loco pensionum eis hactenus,& pro tempore quomodolibet assignatos, & concessos in Romana Curia,vel extra eam,etiam in mortis articulo in clericum,seu clericos non coniugatos per eos eligendos, etiam quæcũque, quotcunque,& qualiacunque beneficia ecclesiastica,& pensiones obtinentes, & expectantes, in totum, vel in partem, seu partes,etiam coram solis Notario etiam laico, & testibus, etiam sine consensu easdem pensiones soluere debentium, & quorumuis aliorum etiam regressus, accessus, & ingressus ad beneficia grauata in quoscunque euentus haben. etiam S.R.E. Cardinalium,etiam si alias illas transferendi facultatem vel sic transferẽdi non habuerint,vel transferendi facultas eis, etiam proprio consensu interdicta fuerit, etiam proprio iuramento vallato,regula Cancellariæ de consensu in pensionibus requisito,hactenus,& pro tempore edita,ac stylo in dictis translationibus hactenus obseruato,& pro tempore obseruando, vel aliàs habita potestate transferendi limitata,vel præcedente intimatione, seu sub alio modo,vel qualitate,& illis non obseruatis non obstan. etiam si hactenus pluries translatæ fuerint,quandocunque transferre,ac etiam regressum,seu accessum ad ipsos in actu translationis per decessum eorum in quos transferentur,sibi reseruare: Et in euentum dicti decessus eos, vt prius,percipere,& leuare,libere,& licite possint, ac translationes,& reseruationes sic factæ valeant. Et debitores, ac eorum successores ad soluendum illis in quos dictæ pensiones transferentur, & ad quos redierint, sub excommunicationis sententia,priuationis pœna, accessibus, ingressibus, decretis, ac alijs clausulis in literis pensionum pro tempore contentis omnino teneantur, etiam perinde, ac si huiusmodi translationes, & reseruationes per nos de consensu debitorũ, & aliorum interesse habentium, cum prædictis, & quibusuis alijs in literis dictarum pensionum contentis, quæ in ipsis translationibus, & reseruationibus habeantur pro repetitis,

Milites isti etiã si desinãt esse militum participantes, retinẽt tamẽ gradus hic expressos.

Six. 4. const. habes sup. fol. 97. & fol. 103. Iul. 2 cõst. habes sup. fol. 154. Istius Pont. cõst. habes sup. f. 197.

Milites pẽsiones de quibus hic habere possunt. Reuocationẽ siue Moderationẽ istius indulti vide inf. in Pij V. const. 71. Sacrosanctum.

De facultate testandi.

Moderationem istius facultatis habes inf. in Pij V. const. 71. Sacrosanctum & cōst. 130. Quę ordinat. Six. 4. cōst habes su. fol. 97. & 103 Iul. 2. consti. habes supr. fol. 354. Istius Pont. cōst. hēs sup. fol. 197.

detitis, factæ fuissent. Ipsisque Militibus, etiam Clericis, seu Presbyteris, vel Prælatis, seu Episcopis, aut Archiepiscopis, & Patriarchis pro tempore existentibus, vt de quibuscunque eorum bonis mobilibus, & immobilibus per eos tam per ecclesiam, seu ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam hospitalia, vel alia pia loca, cuiusuis ordinis fuerint etiam priuilegiati, per eos obtenta, & obtinenda, aut alias quomodolibet ex ingenio, & industria suis, seu alias quomodolibet acquisitis, & acquirēdis, etiam si iuxta fe. recordationis Sixti IIII. & Iulij II. Rom. Pont. prædecessorum nostrorum, & nostras desuper expeditas litteras immobilia bona non possederint, etiam in Romana Curia testari, & de illis inter quascunque, etiam incapaces personas quauis incapacitate disponere, & ea etiam inter viuos erogare, concedere & donare, & testamenta, dispositiones, & concessiones huiusmodi etiam dimisso officio, libere, & licite fiant, & valeant, plenam, & liberam, vltra facultates per præfatos Sixtum IIII. & Iulium II. prædecessores nostros, & per nos Curialibus, & Curiam Rom. sequentibus in vrbe edifican. concessas, vsque ad summam, seu valorem duorum millium duc. auri de camera quoad bona per ecclesiam acquisita, quo vero ad alia simpliciter, licentiam, & facultatem concedimus. Necnon illis ex ipsis pro tempore existentibus Militibus, qui illegitimi fuerint, vt de cætero in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis, & literis gratiam, & iustitiam concernentibus per eos, seu eorum nomine in posterum à dicta sede, vel illius legatis, etiam ratione dignitatum, etiam Episcopalium, & Metropolitan. aut Monasteriorum, seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, aut alias qualitercunque impetrandis, vel eis etiam motu proprio concedendis de defectu natalium, quem quoquo modo patientur, ac dispensationibus eis desuper pro tempore concessis nullam mentionem facere teneantur, nec propterea impetrationes, cōcessiones, dispensationes, gratiæ, indulta, & literæ huiusmodi de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu notari possint, sed validæ, & efficaces existant, de speciali gratia indulgemus.

Exemptio a Iurisdict. Ordinariorum.

Eosdemq; Milites, & eorum familiares pro tempore existentes, ac quotcunque & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & bona per eos pro tempore obtenta, a quorumcunque ordinariorum locorū, & aliorum iurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, etiam si alias sint Milites Hierosolymitan. qui exēpti sint à magno magistro suo pro tempore, nisi beneficia religionis, aut super eis pensiones à sede apost. habuerint, etiam in his omnibus cum alijs Militibus antedictis in quibus eiusdem sedis Notarij, etiam de numero participantium nuncupati de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti sint, & esse consueuerint:

Exemptio a solutione Gabell. & Impositionum. De quo vide infra Pauli 3. cōst. 38 ex debito Pauli 4 const 41. cupientes. & Pij V. cōst 104 Christiana. & const. 166 & si ea quæ.

Necnon à solutione, & exactione cuiuscunque pedagij, gabellæ, impositionis, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris indicti, vel indicendi vbique locorum, necnon decimarum & subsidiorum non apostolica auctoritate prædicta impositorum, etiam ex quibusuis causis, etiam pro Cruciata, etiam super fructibus, & emolumentis beneficiorum ecclesiasticorum, & eiusdem Rom. Curiæ officiorum non auctoritate apostolica impositis quomodolibet, & imponēdis, ac in illis faciendis contributionibus. Volumusque, vt ipsi Milites vxores accipiendo, filias, sorores & nepotes carnales tantum, nubendo ad sobolem conseruandam ratione publicæ vtilitatis dotes dare, & recipere, & indumentis, & ornamentis eorum arbitrio pro dictis personis vti possint, statutis, & ordinationibus etiam laicorum, & cuiusuis principis, & vniuersitatis etiam iuramento firmatis, quibus ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine, plenarie derogamus, quo ad personas huiusmodi, & cum eis contrahentes non obst.

De festiuis & ordinationibus circa dotes vide infra Pij V. const. 19. Quoniam ... ibi ...

Necnon ipsos Milites, eorumque filios, & familiares ab omni contributione pro festiuitatibus, & spectaculis Romæ celebrandis, vel vbi Roman. Pontifex pro tempore fuerit, seu Romana Curia facienda, quibus interesse, vel contribuere non teneantur, nec propterea per magistratus Romanos, vel quosuis alios contra eos, vel eorum aliquem sub excommunicationis latæ sententiæ, & centum duc. auri dicto Collegio applicandorum pœnis, eo ipso incurrendis, procedi nullatenus possit. Ita vt ordinarij, & alij præfati, eorumque officiales, & vicarij nullam in eos etiam ratione delicti contra, aut rei de qua agi contigerit, superioritatem, potestatem, iurisdictionem, vel dominium, valeant exercere, aut excommunicationis, vel alias sententias, censuras, & pœnas proferre. Nec quicunque exactores gabellarum, pedagiorum, onerum, decimarum, & subsidiorum huiusmodi ad aliquam solutionem eos cohercere possint. Nec ipsi Milites, aut eorum filij, vel familiares in præmissis festiuitatibus, & spectaculis interesse, aut contribuere teneantur, nec ad id compelli possint, penitus eximimus, & totaliter liberamus, Ac iurisdictioni, & potestati nostræ & sedis Apostolicæ dumtaxat immediate subijcimus.

Milites isti clericali beneficio gaudeant.

Eosque, & eorum quemlibet, etiam si mere laici, etiam bigami fuerint, aut de clericatu ad bigamiā seu aliam irregularitatem transiuerint; omni clericali priuilegio, quo simplices clerici, etiam in sacris constituti vtuntur, & vti possunt, perinde omnino, ac si clerici in sacris constitutis existerent, in Roma. Curia, & extra eam vbique locorum per vniuersum orbem plene, libere, & licite, ciuiliter, criminaliter, & mixtim vti posse, & debere, & per Iudices sæculares nullatenus constringi posse, cum Sedis Apostolicæ membra, & ad fidei tuitionem deputati existant, volumus, concedimus, & decernimus.

Ipsique & eorū familiares arma deferre possint.

Ipsisque Militibus pro tempore existentibus quandiu officium obtinuerint, & cuiuslibet ipsorum familiaribus, vt ensem, & alia arma, etiam per vrbem, absque alicuius licentia, seu pœnæ incursu deferre, etiam si id de speciali mandato nostro per publica banna quātumcunque pœnalia, seu alias quomodolibet, etiam cum præsentium speciali, vel generali derogatione prohiberi contigerit, libere, & licite valeant, pariter indulgemus. Districtius inhibentes Gubernatori, Barigello, & alijs etiam dictæ Vrbis, & extra quibusuis officialibus pro tempore existentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, & mille duc. auri dictorum Militum Collegio applicandorum, pœnis eo ipso, si contrafecerint incurrendis, ne arma huiusmodi ab eisdem Militibus, nec eorum familiaribus pro tempore existentibus, quandiu ipsi Milites dicta officia habuerint, auferre, seu eos desuper impedire, aut propterea aliquam molestiā, vel offensam inferre, quoquo modo præsumant.

Literæ Apostolicæ gratis pro eis expediuntur.

Ac volumus, quod singuli pro tempore existentes Milites præfati quascunque literas apostolicas, etiam per Breue, etiam Pœnitentiariæ nostræ gratiam, seu iustitiam, aut ... continentes, eis & eorum cuilibet, & eiusdem officij Capellano pro tempore concessas, ac dilectorū filiorum Abbreuiatorum Scriptorum Bullariæ, ac registri, ac qui etiam de literis Apost. gratis expeditis, taxam recipiunt, illa non soluta, sollicitatorum literarum earundem, sacræ pœnitentiariæ, & alijs quibusuis dictæ Curiæ officijs gratis expediant, cum subscriptione, videlicet (Gratis pro Milite Sancti Petri) per Rescribendarium pro tempore existentem, & alios ad quos pertinebit facienda. Obtineantque quo ad hoc præsentes literæ robur, vicesque gerant, etiam rotuli, etiam manu nostra, & pro tempore existentis Rom. Pont. in quo alij familiares nostri, continui commensales palatini, qui literas gratis expedire debent describi, & annotari soliti ... censeantur quoque idem Milites eorumque successores, & omni fictione cessante habeantur, & sint ...

nato inter eos ad Militiæ huiusmodi officia receptionis ordine, actu descripti, prout eos exnunc, prout extunc,

De Militum descriptione.

& econtra, quotiens descriptio ipsa fiet, describimus, & annotamus, in literis in quibus familiares, continui commensales nostri, & Cardinalium ad apostolatus apicem pro tempore assumptorum, qui assumptionis tempore, nostris, & illorum respectiue obsequijs actu insistebant, ad effectum præcedendi alios in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, & earum mutationum collationum, extensionum, & reualidationum duxerint acceptanda, describuntur, ac describi, & annotari consueuerant, immediate ante penultimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum prædictorum, ante Cantores, Capellanos, & alios quoscunque Sedis, & Curiæ prædictarum officiales, & ministros, etiam vigore priuilegiorum, & indultorum eis per nos, & diuersos Rom. Pont. prædecessores nostros super hoc concessorum, & concedendorum, in eisdem literis ante penultimum, vel alium superiorum ordinis pro tempore descriptum annotatos, & descriptos: Ita, vt ipsi omnibus, à dicto penultimo, antiquo, & vere nostro, & nō per priuilegium descripto citra (absque tamen dictorum scriptorum, & aliorum in huiusmodi antelationibus eos præcedentium præiudicio) dicti Milites literas gratiarũ expectatiuarum quotiens eas generaliter concedi contigerit, & per nos concessas sub data præsenti absque aliqua signatura desuper obtinenda, in prima earũ expeditione ad tres collationes, & tria beneficia etiam litigiosa per eorum quemlibet eligēdas, etiam si vnum ex dictis beneficijs alias sub eorundem Militum gratijs expectatiuis, eorumue collationum mutationibus, & executionibus pro tempore comprehensis, dispositioni apostolicæ ex quauis causa præterquam ratione illius vacationis apud sedem prædictam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Rom. Pont. aut eius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret, alicuius dictæ Ro. Ecclesiæ Cardinalis, generaliter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione, aut alias quomodolibet affectum, & cuius beneficij reseruati fructus, redditus, & prouentus trecentorũ florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationem, valorē annuum non excedant, expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum, vel affectum, etiam si in ipsis gratiarum expectatiuarũ literis vel constitutionibus, siue Regulis Cancellariæ Apost. desuper pro tempore editis specialiter, & expresse excluderetur, aut alias limitaretur, etiam in mēsibus ordinarijs collatoribus quomodolibet concessis, & tam illud, quam alia quæcunque cum cura, & sine cura, sæcularia, & regularia, sub huiusmodi expectatiuis, ac illarum mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationum, ac reseruationibus, vnionibus, mandatis, & alijs gratijs eis pro tempore concessis comprehensa, beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia, tam in dicta curia præsentes, quam ab ea absentes, etiam in ipsa curia per procuratores speciales, & generales, in genere acceptare, & de illis sibi, etiam in genere, prouideri facere, ac illa consequi, & habere, ac acceptationes & prouisiones huiusmodi ad beneficia particularia, etiam per procuratorem generalem specificare. Notarij quoque inde rogati super acceptationibus generalibus specialia instrumenta de beneficijs tūc vacantibus, cum pro parte ipsorum Militum pro tempore existentium requisiti fuerint, conficere possunt, & debeant: ac acceptationes, & prouisiones huiusmodi validæ, & efficaces existant.

De expectatiuis.

Ad hoc vide dictã Pij V. cõst. 71. sacrosanctum.

De publicandis acceptationibus & prouisionibus.

Ad hoc vide inf. Greg. 13. cõst. 87. humano. ꝗ̃ ibi not.

Ipsiq; Milites ad satisfaciēdum constitutioni de publicandis acceptationibus, & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, seu eis ad iudicium euocandis, editæ, & pro tempore edendæ, minime teneantur, ac omnibus, & singulis priuilegijs antelationum prærogatiuis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, concessionibus, & indultis, alijs familiaribus nostris, continuis commensalibus, etiam antiquis, & descriptis, & literarum Apostolicarum scriptoribus, & Cubicularijs nostris, & pro tempore existentis Romani Pont. quomodolibet concessis, & concedendis, non ad instar, sed pariformiter, & æque principaliter, sine vlla differentia, prout ipsi antiqui, & descripti familiares, & scriptores, ac cubicularij, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, sine tamen eorum præiudicio, vtantur, potiantur, & gaudeant.

Gaudent priuil. scriptorum Apostolicorũ & Cubiculariorum.

De scriptoribus notabo infra in Pij V. constit. 86. in earum.

De Cubicularijs autē habes sup. fo. 199. const. 14.

Liceatque singulis ex eisdem Militibus laicis, vel coniugatis, quo ad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia, vel eorum partem, Clericis vero quoad prærogatiuas duntaxat, & reseruatum, vel affectum beneficium huiusmodi, etiam in toto, vel in parte, vnum, vel plures loco sui, in qualibet expeditione, quotiens gratiæ expectatiuæ huiusmodi per nos, aut successores nostros Rom. Pont. concedentur, etiam ad effectum gratias ipsas sub forma prædicta, ac prærogatiuis, antelationibus, & facultate acceptandi huiusmodi coram Notario publico, & testibus, vel per cedulam sua manu scriptam, libere nominare, qui sic nominatus, vel nominati antelationibus, prærogatiuis, & facultate prædictis gaudeant eo ipso, in omnibus, & per omnia, ac si sibi principaliter concessæ fuissent, & tunc actu concederentur.

Milites plura officia habere, & de eis disponere possunt resignando vt hic.

Et quod dicti milites, qui pro tempore fuerint, de eorum officijs siue locis, et emolumentis, quæ cum quibusuis alijs Rom. Curiæ officijs compatibilia existant, & per quoscunque nedum vnum sed plura quotcunque, etiam vltra decem, obtineri valeant, ac per solam signaturam concedi debeāt, disponere, & illa in nostris, & dictorum successorum nostrorum manibus, quando ipsis Militibus placuerit, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum resignare, libere, & licite valeant, ac resignationes huiusmodi validæ, & efficaces existant, & suos effectus sortiri debeant.

Taxa soluēda in cōcessionib. off.

Ac pro signatura concessionis singulorum officiorum, siue locorum huiusmodi, per resignationem pro tempore vacantium, exceptis vigintisex, quæ ad Vicecancellarium spectant, quinque florenos auri de Camera pro centenario pretij, quod inde percipitur, soluere sint astricti.

Collegiũ Militũ statuta inter eos facere potest.

Necnon Collegium Militum huiusmodi collegialia iura, insignia, & auctoritatem, licentiamque statuta, & ordines eorum statum tranquillum, & prosperum concernentia condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videbitur, in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaque sub pecuniarijs eidem Collegio applicandis, & alijs, etiam suspensionis à perceptione emolumentorum distribuendorum arbitrio dicti collegij poenis per deputãdos per ipsum Collegium exigendis, etiam interueniente Barisello, seu alijs executoribus ab eisdem requisitis, si eis videbitur fore requirendos, obseruari faciendi licentiam, & facultatem tribuimus, & elargimur.

Et super singulis in præsentibus contentis pōt facere literas expediri gratis.

Eisdemq; Militibus pro tēpore existentibus, vt singulæ pro eorum quolibet literæ Apostolicæ, etiam sub plumbo, super omnibus, & singulis prærogatiuis, & alijs eis per præsentes concessis, etiam per Cameram Apostolicam, etiam gratis expediri possint, indulgemus.

Mandat Vicecancellario S. R. E. & alijs vt Literæ, et per breue, nō expediantur, nisi soluto vel cauto collegio pro Emolumentis,

Et vt quod suum est, quisque percipiat, ac dolis, & fraudibus hominum obuietur, dilecto filio nostro Iulio tt. S. Laurentij in Damaso presbytero Cardinali præfato, moderno, & pro tempore existēti dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, in virtute sanctæ obedientiæ, & dilectis filijs, etiam modernis, & qui pro tempore fuerint, dictam Cancellariam Regenti, & secretarijs nostris, ac Summistæ literarum apostolicarum, quæ in Camera nostra expediuntur, ac magistris plumbi, & illius collectoribus, & bullatoribus literarum earundem, sub ex-

communi-

excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua illam incurrentes, non nisi a nobis præterquam in mortis articulo constituti, & integra satisfactione prævia, absolui possint, districte præcipiendo mandamus, ut nullas ex literis apostolicis etiam in forma Breuis, quarum ratione annata, vel commune, tunc, vel in aliquem euentum aliquando soluenda fuerint, vel quod solui debeant, ex earum continentia, tacite vel expresse apparebit ad bullandum mittant: aut ad sigillandum, nobis vel successoribus nostris præsentent, seu alias quoquomodo experiri permittant, nisi prius eis respectiue per subscriptionem deputatorum pro tempore dicti Collegij ad illorum infrascriptos prouentus exigendum constet, quod deputatis prædictis, annata, & commune huiusmodi, vel soluta, vel de illis soluendis idonea cautio data fuerit. Et Notarij dictæ Cameræ Apostolicæ, ut a cassatione cuiuscunque obligationis cuius vigore annata, vel commune, etiam antiqua, etiam quorum dies iampridem cesserint, & ratione ingressuum, & cessationis pensionum annuarum, & perceptionis omnium fructuum, & reseruationis eorundem, ac vnionum perpetuarum, & aliarum quarumuis dispensationum quindennij soluenda fuerint, etiam si id per specialem signaturam, a nobis, & dictis nostris successoribus desuper obtentam, expresse mandetur, cum nobis de re aliena disponere non liceat, nisi eis similiter constet, quod dictis Militibus de portion. annatæ, seu communis huiusmodi, eos iuxta infrascriptam assignationem contingentem sit integre satisfactum, penitus se contineant.

Notarij Cameræ non cassent obligationes, nisi satisfacto Collegio de portione annatæ.

Qui vero ex Regente, Secretarijs, Summista, Bullatoribusue, ac Notarijs, præceptum nostrum huiusmodi, etiam de dicto speciali mandato, violare præsumpserit, vltra dictam excommunicationis sententiam, ad restituendum, soluendumque Collegio Militum huiusmodi duplum eius, ad quod annatæ, seu communia huiusmodi ascenderint, quauis omni exceptione & excusatione cessantibus obligati sint, & ad id cogi, & compelli possint, & hi ijdem Notarij falsum committant, eædem quoque literæ, etiam in forma breuis, sine deputatorum per dictum Collegium subscriptione bullatæ, seu sigillatæ, & gratiæ in illis contentæ, & cassationes aliter factæ sint nullæ, & habeantur penitus pro infectis, & non concessis, beneficiaque ipsa per nullitatem gratiarum huiusmodi, & illarum concessionum, etiam si de dictorum fratrum nostrorum consilio consistorialiter habito emanauerint, tunc vacantia possint a nobis, & eadem Sede libere impetrari, & cum effectu ab impetrantibus obtineri.

Contrauenientiũ pœnæ.

Literæ aliter expeditæ & gratiæ in eis cõtẽtę nullæ sunt.

Et ad portionem annatarum, seu communium huiusmodi dictum Collegium concernentem huiusmodi pro eiusdem Collegij, & literas expedientium commoditate percipiendam, eisdem Militibus loca in dictis Cancellaria, & Camera, Ac etiam pro eorum honore in capella nostra, & Consistorijs, Sessionibus, processionibus, caualcatis, & alijs actibus publicis, eorum conditione idonea mixtim cum nostris, & pro tempore Ro. Pontificis Scutiferis, prout faciunt Aduocati, & Secretarij, assignanda esse, prout eadem loca, necnon partem Armorum nostrorum, videlicet, tres pallas rubeas, vel duas rubeas & illam cœlestem, in qua sunt Lilia auri, vel sine cuiuslibet eorum proprijs armis si eas habuerint, libere, & licite ponendas in veræ nobilitatis signum assignamus, etiam insignia huiusmodi non deferentes nobilitate prædicta non careant. Eorumque receptorem, & computatorem pro portione annatarum Collegij huiusmodi manum in literis Apostol. pro tempore expediendis, prout alij officiales de ipsis annatis participantes apponunt, apponere posse, & debere.

Collegiũ habent loca in Cancellaria & Cam. Apo.

Et in Capella Cõsistorijs, & alijs actibus publicis mixtim cum Scutiferis.

Ad hoc vide inf. Greg. 13. constit. 90. Omnibus.

Insignia Militũ.

Receptor Militũ apponit manum in literis Apost.

Et præfatos Milites alios quoscunque, etiam Sancti Petri non participantes, etiam Regum, & Principum, ac ordinem eorundem Regum, etiam Imperatoris, & quarumuis militiarum quorumcunque ordinum, & hospitalium, etiam sancti Ioannis Hierosolymitan. Milites & fratres in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore Ro. Pont. in quibusuis alijs præcedere. Et quando nos, & Ro. Pont. sub Baldachino procedent, Baldachinum huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen præcedentibus deferre, Ac per se vel alios per dictum Collegium deputandos, omnes, & singulas decimas & alias quotas, Apostol. auctoritate, super fructibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore impositas, & imponendas, colligere, & de omnibus, quæ eidem Cameræ, & alijs restituet respectiue quinq. duc. pro quolibet centenario duc. recipere volumus. Et etiam volumus quod Milites prædicti, & eorum successores ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunque iurium in dicta Camera ratione officiorum militiæ huiusmodi ipsis nunc, & pro tempore concessorum solutione, & præstation. sint omnino liberi, & exempti, & Clerici ad notariatus officium pro tempore assumpti, ad gestandum notariatus habitum non teneantur. Et qui illum habere voluerint, a pro tempore existentibus Collegij dictorum Militum defensoribus, in quorum, vel alicuius eorum manibus solitum præstent iuramentum, recipiant. Liceatque ipsis defensoribus ipsius Collegij nomine, & sub communi illius sigillo, processus super officio Notariatus duntaxat, in ea forma, qua executores in literis apostolicis ad exhiben. insignia Protonotariatus huiusmodi pro tempore deputati, dari consueuerint, dare: processus aut exemptiones pro Notarijs huiusmodi, per Cameram expediri solitos, a dicta Camera, iuxta morem solitum, recipere, & pro eorum singulis cum illos habere voluerint Leones xxij. dumtaxat: etiam computatis iocalibus, & Camerarij sigillo, & non vltra, prædictæ Cameræ persoluere teneantur.

De Militum precedentia.

Ad hoc vide dictam constit. 90. Greg. 13.

Portant Baldachinum Papæ.

Decimas beneficiorũ colligunt.

Exemptique sunt a solutione Iocalium.

Cæterum, cum infrascripti Milites Quadringentos vnum mille Florenos auri de Camera, pro nostris, & præfatæ Romanæ Ecclesiæ necessitatibus subleuandis, ac infrascriptorum, & eis assignatorum prouentuum, pretio seu recompensa de proprijs eorum bonis in pecunia persoluerint numerata, illumque sit, & æquitati conueniat, ut eorundem Militum vitæ adiumento, & indemnitatibus, taliter consulatur, quod ex bono & charitatiuo officio, quo in hoc erga nos, & dictam Ro. Ecclesiam sunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipsi, eorumue successores, iacturam, aut detrimentum sustineant, de consilio, & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis, eisdem infrascriptis Militibus, eorumque in militiæ officijs huiusmodi successoribus in perpetuum x. florenos similes, pro quolibet centenario, etiam debitarum veterum, & nondum solutarum singularum annatarum, & communium, tam ex ecclesijs, & monasterijs, quam quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis, Sedi, & Cameræ apost. etiam ratione ingressuum, accessuum, cessationum, pensionum annuarum, & perceptionum omnium fructuum, illorumque assignationum, ac vnionum, & suppressionum, & aliarum quarumcunque dispositionum, etiam de quindennio in quindennium, aut de viginti annis, in viginti annos, nunc, etiam si iampridem illorum dies cesserint, & pro tempore debitorum, & quæ per ipsam Cameram, aut agentes pro ea, quandocunque post calen. mensis Augusti proxime futuri, quomodolibet, & qualitercunque exigi potuerunt, exigere, & super euentualibus solutionibus faciendis, obligationes, & cautiones idoneas petere, & habere sine aliqua diminutione, etiam prætextu remissionum, & gratiarum per nos, & successores nostros præfatis quibuslibet personis, & locis, cuiusuis gradus, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam grandis, etiam talibus, quod de ea oporteret specialem facere mentionem, & ex quibuscunque quantumuis iustis, honestis, & rationabilibus, ac necessarijs causis pro tempore factarum, ac speciales inquisitores, & collectores

Summa pecuniarum soluc. p Militis Pont.

Emolumenta Militibus assignata

ctores in Ro. Curia, & extra eam desuper facere, & deputare, libere & licite possint. Necnon ex emolumentis Aluminum, & Thesaurariæ Patrimonij, & Gabellarum Narniæ Cameræ Apost. spectantibus, anno quolibet duc. tredecim millia quingentos & sexaginta auri de Camera, & quolibet mense ratam, Ex emolumentis Thesauraria, & Marescalcatus, Notariatus Cameræ Prouinciæ Marchiæ Anchonitanæ, ac salariorum, & frumentorum, & aliorum bladorum tractarum, & maleficiorum dictæ Prouinciæ, & Ducatus Spoletani salarijs, & Thesaurariæ Asculi, similiter Cameræ apost. spectantibus, anno quolibet ducat. septem milia quinquagiota auri de Camera, & singulo mense ratam Ex emolumentis salariarum Romandiolæ, Exarchatus Rauennæ, Bononiæ, & datij vini Bononiæ, ac Thesaurariarum dictorum locorum, ac salis vendendi Dohanerijs salariarum Marchiæ, & Ducatus Vrbini, dominiorum Pisauri, & Senogalliæ, & Ceruiæ, dictæ Cameræ spectantibus, anno quolibet quinque millia & sexcentos ducatos auri de Camera, & singulo mense ratam Ex emolumentis salariarum Almæ Vrbis, & suorum membrorum dictæ Cameræ spectantibus, anno quolibet mille quingentos duc. auri de Camera, & singulo mense ratam. Ex emolumentis Dohanarum herbarum patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ, dictæ Cameræ spectantibus, anno quolibet duc. septem millia auri de Camera. Ex emolumentis Dohanarum vrbis Ripæ, & Ripetæ, mercium S. Eustachij, & grasciæ, dictæ Cameræ spectãtibus, anno quolibet decem millia quingentos duc. auri de Camera, & singulo mense ratam. Ex emolumentis salariarum Ducatus Vrbini, dominiorum Pisauri, & Senogalliæ, dictæ Cameræ spectantibus, anno quolibet quadringentos duc. auri de Camera, & singulo mense ratam. Ita tamen, quod rerum prædictarum conductores respectiue ab eisdem rebus amoueri non possint, nisi eis fuerit integraliter de eorum credito, etiam cum dicta Camera non solidato, si per ipsos conductores non staret, quominus dictum creditum non solidaretur, satisfactum fuerit, sed illa continuare possint, sub eisdem pretijs, modis, & pactis, prout de præsenti habent, dummodo præfatis Militibus dicta emolumenta supra assignata mensualiter soluerint. Et ex emolumentis Arcium Ciuitatis Vetulæ ducat. septuaginta duos auri de Camera quolibet anno. Ex Arce Montisalti duc. nonaginta. Ex arce portus Corneti duc. septuaginta duos similes. Ex Commissariatu Aluminum duc. centum sexaginta octo similes. Ex Vicariatu Ciuitatis Vetulæ duc. sexaginta tres similes. Ex Dohaneriatu tractarum duc. quingentos sexdecim similes. Ex Commissariatu dictarum tractarum patrimonij, & aliorum locorum a confinibus Terracinæ, & Ciuitatis Senarum ducat. quingentos similes. Ex terratica frumentorum per illos de Caparello, & alios dohanerios tractarum patrimonij solui solita, & anchoragiorum & directi Ciuitatis Vetulæ gabellam, ac montium Ducatus Vrbini, emolumenta, ab illis de Guidalottis recuperanda, applicamus, exceptis tamen ducat. centum quinquaginta similibus, qui solui debent pro taxis Secretariorum. Ex Dohaneriatu, & Commissariatu, & Prætura Corneti duc. trecentum similes cum onere soluendi ducat. xxxj. similes, pro taxis dictorum Secretariorum. Ex Barigellatu patrimonij ducat. octingentos & xl. similes, cum onere soluendi taxas dictis Secretarijs. Pro quibus rebus, videlicet ab emolumentis arcium Ciuitatis Vetulæ citra recuperandis dictos Milites ad summam ducat. vndecim millium noningentorum nonaginta octo, & Leonum quatuor auri de Camera, computato Anchoragio prædicto, quos ducat. videlicet vndecim millium noningentorum nonaginta octo, & Leones quatuor Ioanni Paulo de Argentis, cũ mille quadringentis, Liuio de Guidalottis de Vrbino, vel eius fratri, cui, vel quibus alias dictos montes concesseramus, solui volumus. Quibus sic solutis, concessiones factas de rebus prædictis dilecto filio Ioannipaulo de Argentis, & quibusuis alijs irritamus, & inualidas esse decernimus, dummodo infra terminum per totum mensem Iunij proxime futurum dicti Milites dictas pecunias restituant, quod si non fecerint, cum dictas res possidentibus desuper concordare possint. Pro quibus emolumentis soluendis Thesauratium Patrimonij, ac tractas frumentorum respectiue obligamus, & ex eis, prout soliti sunt, sine aliquo alio mandato, sed vigore præsentiũ solui volumus & mandamus. Et insuper volumus quod durante nostro, & Sedis apostolicæ beneplacito cura arcis Ciuitatis Vetulæ, ac Vicariatus, & Commissariatus, & extractus Aluminum penes Ioannem Paulum de Argento, prout nunc sunt, remaneant cum salario ducatorum sexcentorum auri de Camera quolibet anno. Et similiter Prætori Ciuitatis Corneti per nos confirmando annis singulis ducatorum ducentorum similium. Et Barigello annuatim ducatorum quingentorum quadraginta similium, etiam ab ipsis Militibus mensuatim de supradictis salarijs soluendo. Et ex tractis frumentorum farinæ, & tritellorum, ac aliorum bladorum, & leguminum, a confinibus Terracinæ, versus Regnum Neapolitanum, & a confinibus Ciuitatis Senarum, versus almam Vrbem, per mare, etiam ex alma Vrbe extrahendorum vnum Leonem, quorum decem, ducatum vnum auri faciant pro quolibet rubro, Collegio prædictorum Militum ante extractionem soluendum, saluis tamen pro nobis, & Camera Aposto. tractarum huiusmodi. Et pro Clericis Cameræ pro tritellorum tracta consueta remaneat, a quibuscunque personis, etiã dominis, etiam exemptis, exceptis Cornetanis, qui ad solutionem dicti Leonis non teneantur, quia tertia pars frumentorum, nobis, & Cameræ apostolicæ per eos annis singulis pro certo conuento pretio assignatur. Ideo dictum Leonem soluere non debent. Ex tractis Aluminum, ex alumerijs Tulphæ, & magazenis Ciuitatis Vetulæ, & aliorum locorum S.R.E. extrahendorum, pro quolibet cantario, Leonem vnum similem assignamus. Eapresse declarantes, quod pro aluminibus modernorum appaltatorum, ipsis contradicentibus, vsque ad calen. Iunij Millesimi quingentesimi vigesimi quinti anni, nil exigere possint dictorum Militum collegio, siue eorum receptoribus integre persoluendum perpetuo applicamus, ita vt nulla ratione, nulloque casu fortuitu, etiam inexcogitabili, minui, vel alias alterari possint, in recompensam dictorum quadringentorum vnius millium ducatorum, quos ab eis, vt præfertur, recipimus, in euidentem dictæ R.E. vtilitatem, ipsorum qualitate pensata, de quo nos, & dicti fratres nostri plenam fidem facimus, ac eidem Collegio deputationes commissariorum, & aliorum officialium aluminum, & aliarum rerum prædictarum, ex quibus prædicti prouentus eis assignantur huiusmodi vbilibet deputandorum per eos libere faciendas. Ita etiam, quod computa ipsorum aluminum, tractarum bladorum, & aliorum prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum videre possint, concedimus, tradimus, & assignamus. Statuentes edicto, quod quicunque literas aliquas, ex quibus ratione ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet in eis comprehensorum, annata, vel commune huiusmodi soluenda fuerit, sine deputatorum prædictorum subscriptione, per se, vel alium expedire procurauerit, aut illis quomodolibet vsus fuerit, omnes & singulas sententias, censuras, & pœnas, in literarum apostolicarum falsarios promulgatas incurrere censeatur eo ipso. Ac qui Milites prædictos prouentibus, & emolumentis eis per nos assignatis, & applicatis hmõi, modo aliquo fraudauerit, ad interesse eis in vtroque foro, & vt manifestus fur, actione furti semper teneatur, ac infamiæ, & alijs in fures ac peculatus criminis reos notorios

Pœnæ fraudantiũ Milites in eorum assignamẽtis siue emolumentis.

quomodo-

quomodolibet editis pœnis subiaceant. Statuimus insuper, & ordinamus, quod alij quicunque, & alia, super quibus emolumenta prædicta assignauimus, nunc, & pro tempore detinentes, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut sedis prædictarum Legati etiam de latere existant, & in deductionem alicuius quantumcunque grandis pecuniarum summæ nobis, & successoribus præfatis, etiam pro subuentione onerum eidem Romanæ Ecclesiæ incumbentium, aut ea quacunque, quantumcunque efficacissima causa traditi, & propterea sibi debiti, officia huiusmodi obtineant, & hoc publicis appareat documentis, ac in eis præsentes de verbo ad verbum insertæ sint, ad præstandum ipsis Militibus emolumenta eis per nos assignata, & applicata huiusmodi omnino teneantur, nec aduersus præmissa possint modo aliquo se tueri, ac defendere, vel excusare, ipsique assignati prouentus perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & singulis locationibus, venditionibus, & alijs, etiam gratiosis concessionibus, quibusuis personis, etiam Cardinalibus, et Legatis prædictis, & officijs eisdem per nos, et successores nostros, ac sedem præfatam faciendis, necnon distributionibus, et diuisionibus, etiam in Conclaui primo anno noui Pontificatus inter Cardinales fieri solitis nullatenus comprehendantur, sed intelligantur, et sint ab illis semper excepti. Teneanturque Camerarius, Thesaurarius generalis nostri, et successorum nostrorum, Præsidentes, et Clerici dictæ Cameræ Apostolicæ in omnibus contractibus cum quibusuis personis desuper propterea iniendis, emolumenta, et prouentus assignata, et applicata huiusmodi specifice, nominatim, et expresse excipere, et reseruare eidem Collegio integre soluenda, et efficaciter præstanda. Et nihilominus moderni, et qui pro tempore fuerint conductores, de dictis prouentibus seu florenorum summis, prout eorum quemlibet respectiue contingit, moderni, videlicet, exnunc, et futuri, antequam exigere, et officia exercere incipiant, in cuiuslibet mensis principio in dicta curia, et in ducatis auri in auro de Camera pro rata contingente, sine mora, aut excusatione aliqua eidem Collegio integre, et cum effectu assignandis per idoneos fide, et facultate mercatores, dictam Curiam sequentes, cautionem præstare teneatur, eis autem cautionem præstare infra octo dies post initos per eos contractus, aut concessiones alias obtentas, vel assignationem in principio cuiuslibet mensis huiusmodi facere differentibus, vel quomodolibet causantibus, seu cessantibus, liceat Militibus præfatis huiusmodi corporalem, & actualem possessionem per se, vel alium, seu alios auctoritate præsentium, quas vim validæ, & efficacis concessionis obtinere decernimus, apprehendere, & donec cautio præstetur, & assignationes prædictæ, vt præfertur, fiant, & de damnis, & interesse, quæ dictum Collegium inde substulerit, super quibus eorundem defensorum assertioni omnimode stetur, retinere, redditusque inde prouenientes in eius, quod eis inde debebatur solutionem, & damnorum, ac interesse prædictorum refectionem conuertere, & de residuo dictæ Cameræ respondere, quauis alia locatione, concessione, ac deputatione, quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis existant, per nos, seu Cameram Apostolicam, aut alias, ex quauis causa facta, seu in posterum facienda, quas in huiusmodi euentum exnunc, prout extunc, & econtra, reuocamus, cassamus, & annullamus, ipsosque conductores, & officiales ab eisdem amouemus, & amotos etiam declaramus, ac in ipsorum locorum administrationem, & exercitium collegium militum huiusmodi, ipsiusque collegij singulares personas ponimus, substituimus, & subrogamus. Emolumenta vero, & pecuniarum summæ annuæ vel redditus prædicti, dicto Collegio assignata, quæ cal. Augusti proximis currere incipiant, & ex quorum toto aceruo dilecti filij nostri Laurentius Sanctorum Quattuor coronatorum, & Franciscus S.Caliati titulorum presbyteri Cardinales, & eorum quilibet quolibet mense cum onere dictum Collegium protegendi sex, & Summista cum onere, quod literas quarum ratione annata & communia huiusmodi sint soluenda, ad Collegium, seu ab eis deputatos huiusmodi antequam in expeditionem proponantur, mittere debeat mense quolibet tres ducatos similes. Et dicti Collegij officiales salaria eis de eorundem collegij consensu constituenda percipiant his omnibus primum deductis in æquales portiones in fine cuiuslibet mensis diuidantur. Ex quibus Clerici Cameræ vnam habeant, cum onere defendendi, & protegendi Collegium ipsum, eiusque iura, & emolumenta. Reliquæ vero portiones inter singulos Milites prædictos, tam præsentes, quam absentes fideliter distribuantur. Præterea volumus, ac de similibus consilio, assensu, & potestatis plenitudine dicta apost. auctoritate decernimus, in euentum in quem contigerit Collegium Militum huiusmodi ex aliqua ratione, vel causa, in totum, vel in partem per nos, & successores nostros præfatos extingui, seu reuocari, aut ipsos Milites quo minus iura, & emolumenta eis assignata prædicta integre, libereque percipiant quomodolibet, etiam casu fortuito, vel alias, etiam totalem defectionem ipsorum introituum inducente impediri, nos, & successores nostros, ac Cameram Apo. prædictos, ac ipsius Cameræ spiritualia & temporalia bona, & in specie Dohanas Ripæ, & Ripettæ, ac pecudum Vrbis, & Patrimonij prædictorum, eorumq; redditus, & prouentus, ita vt in quemuis ex dictis euentibus liceat præfato Collegio dictas Dohanas præsentium auctoritate exigere, illarumque redditus, & prouentus inter se vsque ad detrimenti pro tempore illati, damnorumque & interesse inde secutorum, plenam, atque integram satisfactionem diuidere, eiectis inde illarum pro tempore collectoribus, & conductoribus, qui ipsas cum hoc onere, & hac conditione conduxisse de cætero expresse intelligantur in vim validi, & efficacis contractus, quem cum eisdem infrascriptis Militibus pro eis, eorumque in dictis eorum officijs, siue locis successoribus inimus solemniter per præsentes eisdem Militibus pro tempore existentibus esse valide, & efficaciter obligatos, videlicet, si facta fuerit aliqua diminutio iurium, priuilegiorum. & emolumentorum prædictorum ad soluendum, & satisfaciendum eis de summa, aut præiudicio, quam amisisse, vel quod sustinuisse ipsos Milites ex huiusmodi diminutione, aut præiudicio iusta desuper æstimatione facta constabit: Si vero ipsum extinguatur collegium, seu loca, officiaue Militum huiusmodi, aliter quam per nos præsentibus ordinantur, & instituuntur contra earundem præsentium tenorem confundantur, vel alterentur, ad restituendum ipsis Militibus supradictam integram millium ducatorum summam per eos, vt præmittitur, persolutam, in quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint, in toto, vel in parte, iura, & emolumenta per eos interim percepta, sed liceat eis, & eorum cuilibet, tanquam iusto, & legitimo titulo, ac bona fide, iura, & emolumenta prædicta sibi acquirere, & vt sua retinere, ac præsentibus veri contractus, & obligationis, inter nos, & sedem Apostolicam, ac eius Cameram ex vna, & Milites ipsos ex altera partibus legitime initi, vim, & robur obtinentibus, per quascunque literas, & gratias, per nos, & successores nostros desuper concedendas derogari, clausulamque cum earundem derogatione præsentium latissime extendendam, ac quod eædem præsentes literæ, & earum tenor, pro expressis habeantur, in quibusuis supplicationibus pro temoore signatis appositam, nihil penitus operari ex illius vigore in literis apostolicis super ipsis supplicationibus conficiendis quicquam, vltra quam in supplicationibus huiusmodi specifice sit expressum, narrata

Emolumenta Militum in quibuscunque contractibus reseruata censentur.

De emolumentorum solutione.

De Emolumentorum diuisione.

Obligatio Reu. Cam. Apost. restituen. pecunias, collegio in euentum extinctionis vel reuocationis illius.

In euentu extinctionis Collegij, restituantur pecuniæ solutæ.

narrari non posśit,& sic per quoscunque iudices, & commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores,& præfatæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibuscunque causis super præmisśis,vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari,diffiniri,& sententiari debere,sublata eis aliter faciendi omnimoda facultate,& auctoritate.

Decretū irritans.

Necnon irritum,& inane quicquid secus super his,vel eorum aliquo a quoquam quauis auctoritate, etiam per nos,& successores nostros præfatos,scienter,vel ignoranter contigerit attentari. Iniungimus demum venerabili fratri Raphaeli Episcopo Ostien.Camerario nostro, & eius in Camerariatus huiusmodi officio successoribus,necnon Præsidentibus,& Clericis dictæ Cameræ Apostolicæ nunc,& pro tempore existentibus, ac omnibus,& singulis alijs ad quos id quomodolibet specta, & spectabit pro tempore, vt summam quadringentorum vnius millium Florenorum auri huiusmodi gratis ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, & describant,scripturasque necessarias, & opportunas etiam de illis ad necesśitates huiusmodi expositis, & obligationes desuper conficiant,contractum per nos sic celebratum,& bonam fidem nostram recognoscentes, & sequentes, faciant eisdem Militibus super præmisśis, & eorum plena inuiolabili obseruatione quodcunque publicum instrumentum obligatorium bonorum spiritualium,& temporalium Romanæ Ecclesiæ, & Cameræ Apostolicæ prædictarum ad ipsorum Militum requisitionem,prout tenore præsentium facimus,ac nos,& Sedem, ac Cameram,& bona prædicta obligamus, & ad aliquem ex dictis euentibus absque alterius declarationis seu mandati expectatione de præmisśis debitam, & integram eis satisfactionem impendant. Dictique Romani Pontificis obitus,& coronationis temporibus,lugubres,& iucundas vestes huiusmodi exhibeant,& asśignent. Ipsique Vicecancellarius,& Camerarius,qui nunc sunt,& pro tempore fuerint, & dilecti filij nostri Laurentius Sanctorū Quatuor Coronatorum,& Franciscus Sancti Calixti titulorum presbyteri Cardinales prædicti, & eorum quilibet,per se,vel alium,seu alios dictis Militibus in præmisśis efficacis asśistant præsidio defensionis,faciantque auctoritate nostra eos,& eorum filios,& seruitores,& quosuis alios quotiens pro ipsorum parte super hoc fuerint requisiti,omnibus,& singulis prædictis pacifice frui,& gaudere, non permittentes eos per quoscunque desuper quomodolibet molestari,& inquietari,aut impediri.

Camerarius, & Clerici ponant dictas pecunias ad introitum Cameræ & faciāt cōtractus & instrumenta, cum clausulis necessarijs.

Executores istius const.

Contradictores cuiuscunque status,gradus,ordinis,dignitatis,vel præeminentiæ fuerint,per censuras ecclesiasticas,& pecuniarias pœnas, aliaque iuris, & facti quæuis opportuna remedia appellatione qualibet omnino postposita compescendo. Non obst.nostri Lateranen.Concilij super habitu per nostros,& dictæ sedis Notarios sub pœnis ibi expresśis gestando,& Innoc.IIII. Ro. Pont. etiam prædecessoris nostri,quæ incipit,Volentes,contra exemptos,& alijs constitutionibus apostolicis,etiam de non acceptandis vigore gratiarum expectatiuarum beneficijs dispositioni apostolicæ generaliter reseruatis, ac prædictis,& alijs regulis Cancellariæ pro tempore editis,necnon priuilegijs,indultis,& literis apostolicis,cantorum,capellanorum,& abbreuiatorum,etiam de maiori parco,& scriptorum prædictorum, & aliorum Sedis, & Cameræ huiusmodi officialium collegijs, eorumque personis per nos, & quoscunque prædecessores nostros etiam in vim contractus,etiam motu proprio,& ex certa scientia,ac de similis potestatis plenitudine,cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque fortioribus,& insolitis clausulis,irritantibusque,& alijs declarationibus,& decretis,etiam talibus,quod illis nullatenus,vel nisi de eorum,quorum interest,expresso consensu,& dictorum fratrum nostrorum consilio etiam consistorialiter habito,alijsque modis,& formis ibi traditis vsquequaque seruatis derogari posśit,etiam si in illis inter alia caueatur expresse, quod si eis derogari contingat,derogatio huiusmodi non valeat, nisi talis intentio derogandi aliquibus personis tunc expresśis per diuersas in forma Breuis literas cum interuallo vnius mensis,seu alterius temporis eis præsentata,prius intimata, & insinuata fuerit. Quibus omnibus,illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausulę derogatoriæ.

Nomina militum sunt hæc. Videlicet, Laurentius Puccius. tt.Sanctorum Quatuor Coronatorum presbyter Cardinalis.Franciscus Armellinus Medices.tt.S.Calixti presbyter Card.Antonius Puccius Episcopus Pistorien.Aloisius Gibralion, pro tribus officijs. Antonius Nerlus. Antonius de Burgos. Alexander Chisius.Angelus Castalius. Antonius de Castilione. Angelus de Vantagio. Antonius de Popaitis.Augustinus Chisius.Andreas Petrini,pro tribus.Angelus Gaddi,Andreas Cariglio. Albertus de Carpi.Antonius Roberti de Puccijs.Antonius Fucheri.Ambrosius de Popaitis.Aloisius de binis. Alexāder de Roma. Andreas Ginoti. Albertaccius del Bene.Andreas Bondelmontis.Antonius Nino.Antonius Galera.Alexāder magistri Archangeli,Antonius Petri de Puccis.Aurelius de Fuscis.Aloisius Gaddus.Arnoldus Goltuert.Andreas Vi ues senior.Antonius Guidettis, pro II. Albertus Cortesius pro II. Ascanius de Sachis. Aloisius de Rodul. pro III.Antonius Aurelius. Achilles della Volta. Augustus Chisius. Aluarus. Texieta. Balthasar Turinus, pro IIs. Bap.de Binis.Bartholomæus de Mantouis.Bapt.de Galera.Bernardus Bioi,pro xxvij.Bernardus Boerius.Bartholomæus magistri Mariani. Beltrandus Clerici. Bernardus de Alberghis. Basilius de Feerarijs. Bartholomæus del Bene.Benedictus de Bondelmontibus.Bonacursius de Oricellarijs Bernardinus Bonioannis Benedictus de Ricasolis.Balthasar Florentia Bartholomæus de la volta.Benedictus Laparellus, pro II. Camillus Balionus pro II. Clerici Cameræ Apostolicæ.Camillus de Leazarijs.Cæsar Centius. Clemens de bibiena. Conradus Reclingler. Camillus Mansuetus.Cæsar de Fano.Cæsar Mancinus.Coronatus Coronati,pro II.Dominicus de Lelijs.Dominicus de Malo.Didacus Marini.Dauid Reglingler.Donatus Martutius. Emericus de Medicis. Eduardus Cicada. Euangelista de Laude.Fran.Tornabonus pro IIs.Fran.Clementis.Fran.de Arce.Fran.de Beneijs.Fran.de la fonte. Fran.magistri.Fernandi.Fran.dela casa.Fed.Barratucius.Fran.de Galera.Fran.Canigiamus.Fran.Caymo. Fran. de Nursia.Fran.del Bene.Fabius mansuetus,Fran.Egidius de Peruschis.Fran.de Barros.Fran.ximenes.Florianus Mōtio.Fauonius Vergerius.Fran. Anto. de Notis. Fabius Cardolus. Federicus Guidalottus. Ferrandus de S. Ioanne. Franciscus Smiralde de Armelinis. Galeottus de Girone. Ginus de Caponibus. Gionfredus Morelli. Gabriel de Lalata.Gaspar de Villa longa. Geuardus de Doerren. Gabriel de Cæsis. Hannibal de Carsantonibus. Honofrius Vannutius. Henricus Fucari. Henricus Tanzi. Hieronymus Alexandrini.Hieronymus Cupinus. Hieronymus Fucheri. Hieronymus Reelingler. Hieronymus de Boninsegnis. Hieronymus de Cropellis. Hieronymus Corphinus.Hieronymus Mutius.Hugueutus de Nise.Hieronymus Beltrandus, pro xij. Honorius Tholomæi de Mantua. Hieronymus Origlia.Hieronymus de sancto Miniato·Ioannes Camillottus, pro II. Ioannes Burgarinus. Ioannes Franciscus Emanuelis.Ioannes Martinus de Agnano.Ioseph Pagliaminuta.Iacobus Abello.Io. Baptista Castelli.Io. Augustinus Celsus.Iacobus de Strozis.Io.de Pogio.Io.Guccius.Io.Bap. de Baldasśinis. Ioannotus de Binis. Ioan. Paulus de Puccis. Iulius de Narnia.Ioannes Baptista de Strozis.Io. Baptista Cepparellus.Ioannes Maria de Cataneis. Ioan.Baptista de Montebona.Ioan. Maria de Curte. Ioan. de la casa. Ioan. Petrus Lupus. Ioan.

Nomina Militū S. Petri.

Petrus

Petrus Criuellus. Io. Bap. Bragadinus. Io. Franciscus de Castro. Io. Baptista del bene. Iacobus Philippus Fortunatus. Io. Ardinghellus. Io. Philippus de Roma, pro. II. Paulus de Roma, pro II. Io. Maria de Roma, pro VII. Iannotus de Pucijs. Io. de Tocco. Ioan. de Lerma. Iulianus Armellinus. Iacobus Bernardinus de Ferrarijs. Iannottus de Nerlis. Iulianus Tornabonus Episcopus Salutiarum. Io. Baptista de Milanensibus. Io. Antonius Pilagallus. Io. Laurentius de Gallis. Iulius Cardellus. Ioannes Gualberus. Io. August. Marcellinus. Iulius Epiphanius. Iacobus Cambi. Iacobus de Rodi, Ioan. Bernardinus de Crauellis. Io. Folya. Io. de Binis. Io. Baptista de Martellis. Iacobus Picenardus. Io. Fauorinus. Iacobus Benzonus. Io. Baptista Comes Gamberane. Laurentius de binis. Laurentius Gamurrini. Leo de Fano. Laurentius Chisius. Ludouicus Lamberti. Leo del Bene. Lelius de Maximis. Lodouicus de caponibus, pro XII. Laurentius Bondelmontis. Ludouicus Sergardi. Laurentius Petri de Puccijs. Leo de Passarinis. Leo Philippi de Strozis, pro II. Liuius de Guidalottis. Ludouicus Martelli. Laurentius de Trottis. Leonardus Ghini. Lactantius de Viterbio. Laurentius Philippi de Stroais, pro X. Ludouicus de Formerijs. Michael Lantes. Matthæus Saxo. Mathias Iogou. Malatesta de Medicis, pro II. Marius Chisius Marcus Reclinger. Marcus Antonius de Rusticis. Matthæus de Gilijs, Matthæus de Bonioannis. Mathias Sepulueda. Manfredus Squarcialupus. Nicolaus de Miniatis. Nicolaus Gaddi. Nicolaus de Ambrosinis. Nerius Ardinghellus. Nicolaus Colesabe. Nicolaus Buchel. Nicolaus Antonius Gottifreddus. Orlandus Bini. Octauius de Accurris. Paulus de bonbagijs, pro II. Petrus Mathes. Paulus Aurelius. Petrus del Bene. Petrus Epiphanius. Petrus Ant. de Allegrettis. Petrus Remiro. Puccius de Puccijs. Petrus Bernardi de Binis. Paulus Planca. Pandulphus Chisius. Paulus de Bosijs. Petrus de Parijs, pro III. Petrus de Saluiatis, pro V. Petrus Ardinghellus. Petrus Segardi. Petrus Mellinus. Paulus Ant. de Roccellarijs. Pandulphus de Puccijs. Petrus Bouius. Petrus Simon de Ricasolis. Paulus Iouius. Petrus de Rodulphis, pro V. Petrus Philippi de Stroais, pro III. Philippus de Stroais, pro X. Panthaleo Siluagus. Philippus de Rodulphis, pro III. Philippus Benedicti de Bondelmontibus. de Adimaris. Philibertus Capitaneus zuccarus, pro II. Petrus Antonius Guardi. Pet. Locatellus. Raphael Armellinus. Raphael Crescentij. Robertus Tibertelli. Rodulphus Regis. Raymundus Fucheri. Riccard. Malaspina. Robertus Sergardi. Raphael de Pucijs. Robertus Boni. Rosatus de Passarinis. Robertus Philippi de Strozis, pro III. Raphael de Ceua Episcopus Melphien. Siatus Signatius. Siluester de Orliuerijs. Simon Cumyn. Sebastianus de monte acuto. Sauus Matthæi. Sancius de Agreda. Simon Cini. Sebastianus Laurus. Simon de Franciscis. Simon Andreocinus. Sigismundus Rodulphus. Sebastianus de Gracino. Siluester de vbaldis. Thomas donati. Thanai de Nerlis. Tiberius Vincentius de peruschis. Thomas de Soderinis. Vrsinus Lanfredinus. Vincentius Philip. de Strozis, pro III. Volfangus Conte. Vincentius Alphanus. Vincentius Signatius. Vincentius de Valle. & Vincentius Duranti. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obseruari, volumus, quod illæ in Cancellaria Apostolica, & audientia literarum contradictarum nostrarum legi, affigi, & publicari debeant, vt hi quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quo minus eos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allgare. Et quia difficile forsan foret præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, eadem auctoritate apostolica volumus, & decernimus, quod transumptis præsentium literarum, etiam per impressionem factis, manu alicuius defensoris, & Capellani pro tempore dicti Collegij dictorum Militum, & sigillo eiusdem Collegij sigillatis, etiam omissis nominibus officialium in totum, vel in partem, & numero officiorum quæ tenentur ab eis, quemadmodum literis originalibus, si præsentarentur, vbique fides adhibeatur: tam in iudicio, quam extra. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ deputationis, creationis, erectionis, institutionis, constitutionis, receptionis, aggregationis, dispensationis, exemptionis, liberationis, subiectionis, indulti, largitionis, assignationis, irritationis, mandati, declarationis, applicationis, concessionis, statuti, reuocationis, cassationis, annullationis, amotionis, traditionis, positionis, substitutionis, subrogationis, iniunctionis, obligationis, derogationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo vigesimo xiij. Calen. Augusti. Pontificatus nostri anno octauo.

D. de Comitibus.

Ego Leo X. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscr.

Ego B. Episcopus Sabinen.
Ego N. Episcopus Albanen.
Ego A. Episcopus Tusculan.
Ego A. Card. S. Praxedis manu propria subscr.
Ego P. Cardinalis S. Eusebij subscr.
Ego A. tt. S. Mariæ in Transtyberim Presb. Card. Bono. subscripsi.
Ego L. tt. Sanctorum Quatuor presb. Card. subscr.
Ego Iu. tt. S. Laurentij in Damaso presb. Card. S. R. E. Vicecancellarius subscr.
Ego S. tt. S. Ciriaci in Thermis presbyter Card. Comen.
Ego I. Picolomineus tt. S. Balbinæ presb. Card. Senen. manu mea subscr.
Ego Io. D. tt. S. Io. ante portam Latinam presb. Card. Racan. subscripsi.
Ego A. tt. S. Priscæ presb. Card. manu propria subscr.
Ego B. tt. SS. Nerei, & Archillei presb. Card. Ipor. manu propria subscr.
Ego Io. Palauicinus tt. S. Apollinaris presb. Card. Caual. subscr.
Ego P. Columna tt. xij. Apostolorum presb. Card. manu propria.
Ego D. tt. S. Clementis Card. de Iacobatijs subsc.
Ego L. tt. S. Anastasiæ presb. Card. Campegius subsc.

Fgo S.tt.Marcelli presbyter Card.subscripsi.
Ego F.Ponzettus tt.S.Pancratij Presbyter Card.subs.
Ego Sil.tt.S.Laurentij in Lucina Presbyter Card.subs.
Ego F.Armellinus Medices tt.S.Calixti presbyter Card.subs.
Ego E.S Matthæi presbyter Card.subs.
Ego C.S.Mariæ Aræ Cœli presbyter Card.subs.
Ego M.S.M.in via lata diaconus Card.Car.subscr.
Ego In.S.Mariæ in domnica diac.Card.Cibo subscr.
Ego F.Card.S.Mariæ in Cosmedin Vrsinus subscr.
Ego P.Card.S.Eustachij diac.Medices de Cesis subscr.
Ego Alex.S.Sergij,& Bachij diac.Card.Cæsarinus subscr.
Ego Io.SS.Cosmæ,& Damiani diac.Card.de Saluiatis subscr.
Ego N.S.Viti in Marcello diac.Card.de Rodulphis subscr.
Ego Her.S.Agathæ diac.Card.de Rangon.subscr.
Ego Aug.S.Hadriani diac.Card.manu propria subscr.
Ego F.S.Theodori diac.Card.Pisanus subscr.

Anno a Natiuitate Domini,Millesimo quingentesimo vigesimo primo,indictione ix. Die vero vltima mensis Aprilis,Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,& D.N.D.Leonis diuina prouidentia Papæ X.anno IX.Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Cancellariæ Apostolicæ,& Audientiæ literarum contradictarum præfati Sanctissimi Domini N.Papæ valuis,seu portis,& ibidem spatio cōgruenti temporis dimissæ,per me Hubertum Iacobi,eiusdem Sanctiss.D.N.Papæ Cursorem.

Ita est Io.Vualtrini Curs.

XXXVII.

Martinum Lutherum eiusque fautores complices & sequaces excommunicatos & Hæreticos declarat.

De hoc habes sup.fol.243. const.35. Exurge.Et vide infra Adr.6.const.6.Satis & Pauli 3. const.20. Cum redemptor.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem,ex tradita sibi diuinitus potestate,pœnarum spiritualium,& temporalium,pro meritorum diuersitate, dispensatorem constitutum, ad reprimendum nefarios conatus peruersorum,quos noxiæ voluntatis adeo deprauata captiuat intentio, vt Dei timore postposito,canonicis sanctionibus,mandatisque apostolicis neglectis,atque contemptis, noua & falsa dogmata excogitare, ac in Ecclesia Dei nefarium schisma inducere,aut schimaticis ipsis inconsutilem Redemptoris nostri tunicam, orthodoxæque fidei vnitatem scindere satagentibus,fauorem præbere,assistere,adhærereque non verentur,ne Petri nauicula,sine Gubernatore & remige nauigare videatur,contra tales, eorumque sequaces,acrius insurgere, & exaggeratione pœnarum, & alias opportuno remedio ita prouidere, ne ijdem contemptores in reprobum sensum dati,illisque adhærentes,falsis commentis,ac subdolis eorum malitiis simplicem turbam decipiant,ac in eundem errorem & ruinam secum trahant,ac veluti morbo contagioso contaminent, & ad maiorem ipsorum damnatorum confusionem,omnibus Christifidelibus publice ostēdere,ac palam declarare, quam formidabiliū censurarum & pœnarum illi rei existant,ad hoc,vt ipsi sic declarati & publicati,confusi tandem & compuncti, ad cor suum redire,& propriæ saluti consulere valeant:cæterique, eorum exemplo discant à similibus abstinere,& ab eorundem excommunicatorum,& anathematizatorum prohibita conuersatione & participatione, ac etiam obedientia,se penitus subtrahant,vt diuinam vltionem euadant, illorumque damnationis participes minime fiant.Sane alias,cum quidam falsi fidei cultores,mundi gloriam quærentes,ac (humani generis hoste instigante) quamplures & varios errores,iamdiu per Concilia & prædecessorum nostrorum constitutiones damnatos,vtpote hæresim etiam Græcorum,& Bohemorum,vt vidimus & legimus,continentes: alios vero vel hæreticos,aut falsos,seu scandalosos,vel piarum aurium offensiuos,vel simplicium mentium seductiuos nouiter suscitassent,& in inclyta natione Germanica seminassent:Nos nostro prout pastorali incūbebat officio,errorū huiusmodi virus pestiferū,vlterius tolerare seu dissimulare,(sine Christianæ religionis nota, atque orthodoxæ fidei iniuria) nō valentes:ac huiusmodi pesti,morboque canceroso,ne in agro Dominico,tanquā vepris nociua,vlterius serperet,viā præcludere cupientes:habita super eisdē erroribus & eorū singulis cū venerabilibus fratribus nostris S.R.E.Cardinalibus,necnon sacræ Theologiæ,& vtriusq; iuris professoribus, diligenti discussione & matura deliberatione: cū illi à Catholicæ fidei traditione, & à vera diuinarū scripturarū recepta interpretatione deuiare,& contra sanctorū Patrū determinationes,Conciliorūque & summorum Pontificū expressas ordinationes,seu Canones esse,reperti fuissent:Articulos siue errores ipsos,vt hæreticos, aut scandalosos, seu falsos,aut piarum aurium offensiuos,& veritati catholicæ obuiantes:de eorundem fratrū consilio & assensu,& aliorū prælatorum matura deliberatione,prout in similibus consueuerunt prædecessores nostri,ac sedes Apostolica procedere,damnauimus,reprobauimus,& omnino reiecimus:& pro dānatis,reprobatis,& reiectis ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi debere decreuimus,& declarauimus:ac omnibus & singulis Christifidelibus tā laicis,quam clericis secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunque personis quauis dignitate,etiam Cardinalatus honore fulgentibus,& alijs prælatis, ac conuentibus,& vniuersitatibus, etiam studiorum generalium:necnon regibus,& Imperatori,electoribus,principibus,ducibus,marchionibus, comitibus, baronibus,capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibusque officialibus, iudicibus, notarijs ecclesiasticis, & secularibus,communitatibus,vniuersitatibus,potentatibus,ciuitatibus,castris,terris,& locis,seu eorū vel earum

Compendium const.15.quā habes sup. fol. 243.

De damnatio articulorum Lutheri & sequaciū

rum ciuibus, habitatoribus, & incolis, & quibusuis alijs personis ecclesiasticis vel regularibus per vniuersum orbem vbicunque, præsertim in Alemania constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ, ac diffidationis & criminis læsæ maiestatis, & hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expressis, ac alijs etiam tunc expressis pœnis, eo ipso, & absque vlteriori declaratione, per omnes & singulos supradictos (si contra fecerint) incurrendis, præcepimus, atque mandauimus: ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamque doctrinā huiusmodi, asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illa quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio vel colore, tacite vel expresse fouere præsumerent. Et quia supradicti errores & plures alij in libellis seu scriptis cuiusdam Martini Lutheri continebantur: libellos ipsos, & omnia dicti Martini scripta, seu prædicationes, quæ in latino vel quocunque alio idiomate reperiebantur, in quibus dicti errores seu aliquis eorum continerentur, similiter damnauimus, reprobauimus, atque reiecimus: & pro omnino damnatis, reprobatis, & reiectis haberi voluimus: ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis prædictis, omnibus & singulis Christifidelibus tunc expressis mandauimus: ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes, seu cedulas, vel in eis contenta capitula, errores, aut articulos supradicto continentia legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, seu defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut domibus suis siue alijs, publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præsumerent: Quinimmo illa statim, post literarum nostrarum super his editarum publicationem vbicunq; forent, per ordinarios & alios in dictis literis expressos, diligenter quæsita, & publice & solemniter in præsentia cleri & populi sub omnibus pœnis in dictis literis expressis comburerent: ipsique Martino, vt ab omni prædicatione, seu prædicationis officio, omnino desisteret: alioquin eum, eiusque adhærentes, complices, fautores & receptatores requisiuimus & monuimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, & supradictis pœnis districte præcipiendo mandauimus, vt infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino assignauimus, ab affixione in locis tunc expressis, immediate sequentibus numerandos, vt à præfatis erroribus, eorumque prædicatione, & publicatione, & assertione, defensione quoque, & librorum seu scripturarum super eisdem seu eorum aliquo editione omnino desisterent, librosque & scripturas errores huiusmodi cōtinentes comburerent vel comburi facerent: ac illos ipse Martinus omnino reuocaret, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta nos certiores faceret, & cum pleno saluo conductu sibi concesso, ad nos veniret, vt de eius vera obedientia omnibus plene constaret: alias eum, eiusque complices, adhærentes, fautores, & receptatores & eorum quemlibet, tanquam notorios & pertinaces hæreticos fuisse & esse declarauimus: eosque vt tales condemnauimus, & eos pro talibus ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi voluimus atque mandauimus: eosque & alijs contra tales a iure inflictis pœnis subiecimus, & illos hæreticos fuisse & esse decreuimus & declarauimus. Inhibuimus quoque sub eisdem pœnis, eisdem Christifidelibus, ne eius scripta, etiā præfatos errores non continentia, tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, vt eius memoria omnino de Christifidelium consortio deleretur, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, seu in domibus aut alijs locis publicis vel priuatis tenere quoquomodo præsumerent, sed illa comburerent. Ipsosque Christifideles sub dictis pœnis monuimus, vt ipsos hæreticos declaratos, & condemnatos mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum dicti termini euitarent & euitari facerent, quantum in eis esset, nec cum eis cōmercium aut aliquam conuersationem seu communionem haberent, nec eis necessaria ministrarent. Et pro maiori Martini, suorumque complicum, fautorum, adhærentium, & receptatorum post lapsum termini declaratorum hæreticorum huiusmodi confusione: eisdem Christifidelibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis Ecclesiarum, capitulis & personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, & vniuersis principibus quacunque ecclesiastica & mundana fulgentibus dignitate Regibus, & Imperatoris Electoribus, & alijs tunc expressis per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis, mandauimus, vt ipsi & eorū quilibet Martinum, complices, adhærētes, receptatores, & fautores huiusmodi personaliter caperent, & captos ad nostram instantiam retinerent, vel saltem eos & eorum quemlibet à suis ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs, vniuersitatibus, comitatibus, castris, & terris omnino expellerent, ciuitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortalicia, oppida, & loca quæcunque vbilibet consistentia eorumque, & eorum metropolitan. cathedrales, collegiatas, vel alias ecclesias, monasteria, prioratus, domus, conuentus, & loca religiosa vel pia, cuiuscunque ordinis forent, ad quæ ipsum præfatum Martinum, vel aliquē ex prædictis declinare contingeret, quamdiu ibidem permanerent, & triduo post eorum inde discessum Ecclesiastico subiecimus interdicto: necnon patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis, capitulis, & alijs personis supradictis, præsertim in Alemania constitutis, sub similibus pœnis & censuris mandauimus, vt Martinum & alios supradictos, si elapso dicto termino, mandato & monitione nostris huiusmodi non paruissent, in eorum ecclesijs, Dominicis, & alijs festiuis diebus (dum inibi maior populi multitudo ad diuina conueniret) declaratos hæreticos & condemnatos publice nunciarent, facerentque & mandarent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari: ac omnibus Christifidelibus, vt eos euitarent, pari modo, sub prædictis censuris & pœnis, & literas nostras prædictas, vel earum transumptum, cui vbique stari, & plenam fidem adhiberi voluimus, in eorum ecclesijs, monasterijs, domibus, conuentibus & alijs locis, legi, publicari, atque affigi facerent: Excommunicauimus quoque & anathematizauimus omnes & singulos, cuiuscunque status, gradus, conditionis, præeminētiæ, dignitatis, aut excellentiæ forent, quominus literæ vel earum transumpta, copiæ siue exemplaria, in suis terris & dominijs, legi, affigi, & publicari possent, facerent publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse, prout in dictis nostris literis desuper cōfectis, quarum veriorem tenorem haberi voluimus pro expresso: quasque vt ad Martini, & aliorum monitorum non damnatorum & declaratorum, ac sub eisdem literis cōprehensorum notitiā deducerentur, in certis in Rom. Cur. & alijs extra eam expressis locis affigi & publicari iussimus, & per Cursores in dicta curia, extra tamen eā per certos Nuncios nostros, id exequi fecimus: ac voluimus, vt illos literæ ipsæ post affixionem prædictam perinde arctarēt, ac si eis eædem literæ personaliter intimatæ forent, plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) licet post literarum affixionem & publicationem post elapsum termini seu terminorum huiusmodi in literis per nos præfixi huiusmodi seu præfixorum (quos quidem terminos elapsos fuisse & esse omnibus Christifidelibus & per præsentes significamus, & fidē facimus:) nonnulli ex eis, qui eiusdem Martini errores, secuti fuerunt, ipsarum literarum ac monitionum et mandatorum nostrorum notitiam habentes, spiritu sanioris consilij ad cor reuersi, errores suos cōfitentes, et hæresim in mani

Marginal notes:

De tenentibus illorum errores.

De Prohibito operum lutheri.

De comburendis illius operibus.

De Monitione Pont. & termino illis assignato.

De capien. luthero & eius fautoribus.

De locis ad quæ lutherus & fautores declinarēt.

De impedi. executionem dictæ const.

De publicatione eiusdē const.

Post publicationem dictæ const. nonnulli sequaces lutheri conuersi sunt.

 bus

bus nostris abiurantes, & ad veram fidem Catholicam se conuertentes, absolutionis beneficium, iuxta facultatem eisdem Nuncijs desuper concessam obtinuerint, & in nonnullis ciuitatibus & locis dictæ Alemaniæ, libri

Lutherus tamen & multi ei adhærentes impœnitētes fuerunt.

& scripturæ dicti Martini iusta mandata nostra publice cremati fuerint, tamen ipse Martinus (quod non sine graui animi molestia & mentis nostræ perturbatione referimus) in reprobum sensum datus, non solum errores suos infra præmissum terminū reuocare, & de reuocatione huiusmodi nos certiores facere, seu ad nos venire contempsit: verum tanquam petra scandali peiora prioribus contra nos & hanc sanctam sedem & fidem Catholicam scribere & prædicare, & alios ad hoc inducere nō est veritus: propter quod, sicut ipse iā hæreticus est declaratus, ita & alij etiam non paruæ auctoritatis & dignitatis, propriæ suæ salutis immemores, ipsius Martini pestiferam hæreticorum sectam publice & notorie sequentes, eique palam & publice, auxilium, consilium, & fauorem subministrantes, ipsumque Martinum in suis inobedientia & contumacia confouentes, & alij publicationem dictarum literarum impedientes, pœnas in dictis nostris literis contentas damnabiliter incurrerunt: & hæretici merito sunt habendi, atque ab omnibus Christifidelibus euitandi, dicēte Apostolo, Hæreticum hominem, post vnam & secundam correctionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cū sit proprio iudicio condemnatus. Vt igitur cum Martino & alijs hæreticis excommunicatis & anathematizatis & maledictis merito copulentur, & sicut in delinquendo dicti Martini pertinaciam sequuntur, ita pœnarum & nominis participes fiant, secumque Lutherani vocem, & debitas portent pœnas, cum præmissa adeo manifesta & notoria sunt effecta, & permanentes, ita vt nulla probatione aut monitione vel citatione indigeant, prout sic fore decernimus & declaramus: Martinum & alios, qui eundem Martinum in suo prauo & damnato proposito obstinatum sequuntur, ac etiam eos, qui eum etiam præsidio militari defendunt, custodiunt, & proprijs facultatibus vel alias quomodolibet sustentare non verentur, ac auxilium, consilium vel fauorem, quouis modo præstare &

Lutherū eiusque sequaces & fautores, excōmunicat, & alijs pœnis hic expressis innodat.

subministrare præsumpserunt & præsumunt, quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates, etsi quauis celsa vel grandi præfulgeant dignitate, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac si nominatim exprimerētur, ac in illorum publicatione vigore præsentium facienda nominatim exprimi possent, decernimus: excommunicationis & etiam anathematis, necnon maledictionis æternæ & interdicti, ac in eos & eorum descendentes dignitatum, honorum, & bonorum priuationis & inhabilitationis ad illa: Necnon bonorum confiscationis, & criminis læsæ Maiestatis, & alias sententias, censuras & pœnas, etiam in hæreticos à canonibus inflictas in dictis literis contentas damnabiliter incidisse: Ciuitates quoque, terras, castra, oppida, & loca, in quibus tunc pro tem

Loca ad quæ illi declinabūt interdicto supponit.

pore fuerint, & ad quæ eos declinare contigerit, ac quæ in illis sunt, ac alias etiam cathedrales & metropolitan. monasteria, & alia religiosa & pia loca, etiam exempta & non exempta, quocunque ecclesiastico interdicto supposita esse ita, vt illo durante illis, prætextu cuiusuis indulti Apostolici, præterquam in casibus à iure permissis, & in illis, non alias quam ianuis clausis, ac excommunicatis & interdictis exclusis, nequeant missæ & alia diuina officia celebrari, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus: illosque pro excommunicatis & anathematizatis, maledictis, interdictis, priuatis, & inhabilibus, vbicunque locorum denuntiari & publicari, ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari præcipimus & mandamus. Et vt in omnibus tantum in Dei Ecclesiæ suæ vilipendium, Martini & sequacium & aliorum inobedientium obstinatæ temeritatis audacia innotescat, ne morbida pecus gregem inficiat, parsque syncera ad infectionem trahatur: vniuersis & singulis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitan. cathedralium, & collegiatarum Ecclesiarum prælatis, capitulis, & personis ecclesiasticis, & quorumuis ordinum etiam Mendicantium religiosis exemptis & non exemptis vbilibet constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, mandamus: quatenus ipsi & quilibet eorum, si & postquam vigore præsentium requisiti fuerint, infra tres dies, quorum vnum pro primo, & alium pro secundo, & reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac canonica monitione præmissa assignamus: eosdem Martinum & alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos, & hæreticos declaratos, aggrauatos, interdictos, priuatos, & inhabiles, & in præsentium execu

Præcipitq; Prælatis vt illos hæreticos & excōmunicatos publicari faciant.

tione nominatos in eorum Ecclesijs Dominicis, & alijs festiuis diebus (dum maior inibi populi multitudo cōuenerit ad diuina) cum Crucis vexillo pulsatis campanis & accensis candelis, ac demum extinctis & in terram proiectis, & conculcatis, cum trina lapidum proiectione, alijsque cæremonijs in similibus obseruari solitis, publice nuntient, & faciant & mandent ab alijs nuntiari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari. Ad maiorem insuper præfati Martini, aliorumque hæreticorum supradictorum adhærentium & sequacium & fautorum confusionem, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus omnibus & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis, vt sicut ipsi, ad sedandum schismata, auctore Hieronymo, constituti fuerunt; ita nunc, vrgente necessitate, prout eorum incumbit officio, constituant se murum

Et prædicent euidentius contra hæreses Lutheri & sequacium.

pro populo Christiano, non tacendo tanquam canes muti non valentes latrare, sed incessanter clamando & exaltando vocem & prædicando & prædicari faciendo verbum Dei, ac veritatem fidei Catholicæ contra damnatos articulos, & hæreticos supradictos. Necnon omnibus & singulis parochialium ecclesiarum rectoribus, ac religiosis quorumcunque ordinum, etiam Mendicantium, exemptis & non exemptis, vt præmittitur, similiter in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt sicut ipsi nubes à Domino constituti sunt, ita spiritualem imbrem in populo Dei seminare, & contra supradictos articulos, vt præfertur, damnatos, sicut etiam eorum incumbit officio, publice publicare non vereantur: Scriptum est enim, quòd perfecta charitas foras mittit timorem. Vos igitur & vestrum singuli onus tam meritorij negotij deuota mente suscipientes: vos in illius executione sic solicitos, ac verbo & opere studiosos, atque diligenter exhibeatis, quòd ex vestris laboribus, diuina nobis fauente gratia, sperati fructus adueniant; ac per solicitudinem nostram, quæ causas pias gerentibus pro retributione debetur, palmam gloriæ non solum consequi mereamini, verum etiam apud nos & sedem prædictam non immerito valeatis de exacta diligentia vestra vberius commendari. Verum, quia difficile foret præsentes declarationis & publicationis literas ad præsentiam & personam propriam Martini, & aliorum declaratorum & excommunicatorum huiusmodi personaliter deducere, propter eis fauentium potentiam: volumus, vt affixio & publicatio præsentium literarum in valuis duarum cathedralium seu metropolitan. aut vnius cathedralis & alterius metropolitan. in dicta Alemania consistentium ecclesia

Forma publicandi hanc constit.

rum, per vnum ex Nuntijs nostris ibidem existentibus facta, ita eos liget & arctet, Martinumque & alios declaratos, damnatos huiusmodi, demonstret in omnibus & per omnia, ac si eis & eorum cuilibet personaliter intimatæ & præsentatæ fuissent. Et quia etiam difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca deferre, in qui

bus

bus earum publicatio necessaria foret, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quòd earum transumptis, sigillo alicuius prælati ecclesiastici, seu ex Nuntijs nostris prædictis munitis, & manu alicuius publici Notarij subscriptis vbique stetur, prout præsentibus originalibus literis staretur, si essent exhibitæ vel ostensæ: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in prioribus literis nostris prædictis voluimus non obstare: ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominumm liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, præcepti, mãdati, assignationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontificatus nostri anno Octauo.

Clausu'ę derogatoria.

De. de Comitibus.

XXXVIII.

De Facultatibus Inquisitorum Hæreticæ prauitatis, proceden. contra Maleficos sortilegos a fide apostatantes. &c.

Ad hoc vide sup. fol. 548. Alex. 6. const. 15. cum acceperimus vbi posui concord. & infra Adriani 6. const. 5. dudũ.

LEO Episcopus, &c. Vniuersis & singulis locorum ordinarijs ac hæreticæ prauitatis inquisitoribus in dominio Venetorum consistentibus, Salutem & apostolicam benedictionem.

HONESTIS petentium votis libẽter annuimus, eaque fauoribus persequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & dominij Venetorum, cum in Brixiensi & Bergomensi ciuitatibus & diœcesibus, quoddam hominum genus perniciosissimum ac damnatissimum labe hæretica, per quam suscepto renuntiabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, & satanæ, cuius consilio seducebantur, corpora & animas conferebant, & vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, & alia maleficia & sortilegia exercere non verebantur, quod ita factum esse videbatur, vt ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili pœna obstinate vitã potius perfide amittere, quam errorem suum cognoscere maluisse, & propterea de rigoroso nimium (vt dicebatur) vestri ordinariorum contra tales processu dubitantes, Venerabilem fratrem episcopum Polensem nostrum & Apostolicæ sedis apud eosdem Ducem & dominium Nuntium vobis adiungendum duximus, cum facultate per se vel alium, seu alios processus per vos habitos, seu factos examinãdi, & reuidendi: & si vos inquisitores processus prædictos rite & recte, ac iuxta formam iuris habitos fecissetis, contra tale hominum damnatorũ genus vnà vobiscum procedendi & inquirendi; necnon procuratores & aduocatos, scribas ceterosque ad inquisitionis præfatæ exercitium necessarios & opportunos, officiales & ministros cum competentibus salarijs deputandi, & homines prædictos (quòd redire ad ecclesiæ vnitatem vellent) clementer suscipiendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi, & eos absoluendi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio sæculari tradendi, ceteraque quæ vos de iure, vel consuetudine facere possetis, & deberetis faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, prout in literis desuper confectis continetur. Cum igitur commissionis huiusmodi vigore præfatus Nuntius, venerabilem fratrem episcopum Iustinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmissa vnà vobiscum pertractanda & exequenda subdelegauerit, vosque & ipse subdelegatus in valle Comunica Brixiensis diœcesis, vbi maxime huiusmodi damnati generis homines vigent & pullulant, processeritis; ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ sæculari tradendos, necnon iam condemnatos habueritis, videtur, quòd per Venetorum collegium Prætori Brixiensi mandatum fuerit, ne sententias huiusmodi exequeretur, & vobis & eidem subdelegato, ne ad executionem illarum procederetis inhiberet, prout inhibitum fuit: ac expẽsas & salaria pro huiusmodi inquisitionis negotio necessaria submoueret, & retraheret: necnon processus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis transmitteret, seu transmitti faceret: &, quod deterius est, subdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiarum comparendum cogeret, & cõpelleret, prout coactus & compulsus fuit. Et quia propter dictas literas, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæsitatur, an propter hoc facultas vestra diminuta existat, ita quòd prout ante datas huiusmodi literas potuissetis, procedere non possitis, indecensque & contra iuris & sacrorum canonum dispositionem, ac ecclesiasticam libertatem existat, laicos de personis & causis ecclesiasticis se intromittere, nulleque iniunctam à nobis executionem adimplere, nisi processibus, ac sententijs per eos visis & examinatis, ac si ipsi in clericos causasque ecclesiasticas superioritatem & iurisdictionem haberent: cum tamen in clericos causasque huiusmodi laicis nulla facultas attributa sit, quos obsequendi & exequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Christi fideles non modicum surgit scandalum. Nos igitur, ne quod ad salutem animarum, & dictarum causarũ faciliorem expeditionem introductum est, in damnum & percellationem conuertatur, & propterea ob diuturnitatem temporis infelices animæ huiusmodi peccatis magis grauentur; & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos prout ante datas dictas literas de iure & consuetudine seu priuilegio procedere poteratis, necnõn etiam contra maleficos & sortilegos, ac à fide apostatantes, prout criminis postulauerit qualitas, procedere posse & debere, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus & declaramus, vobis committentes & mandantes, vt eosdem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales suos, ne ipsi vlterius in huiusmodi causis se intromittant, sed quod iniunctas sibi executiones, & forte iniungendas, postquam requisiti fuerint, sine aliqua processuum, per dictos ecclesiasticos iudices factorum visione, vel examinatione prompte exequantur, moneatis & hortemini. Et si hoc facere neglexerint, vel recusauerint, vos eos per censuras ecclesiasticas & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compellatis. Præmissis ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutisq; & consuetudinibus ciuitatum & diœcesum prædictarum, iuramento, cõfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisq; contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decimoquinto Februarij. Millesimo quingentesimo vigesimoprimo. Pontificatus nostri anno octauo.

In Dominio Venetorũ mala hic descripta cõmittebantur.

Causæ istius constit.

Laici non debẽt se intromittere in causis Ecclesiasticis.

De quo vide sup. fol. 187. const. 8. cum ibi no.

Facultas Inquisitorum contra Maleficos &c.

Veneti exequãtur sentẽtias inquisit.

De exequendis sententijs inquisitorum vide su. fol. 22. Alex. 4. const. 15.

Clausula derogatoria.

Con-

XXXIX.

Confirmatio Statuti Notariorum Curiæ causarum R. Cam. Apostolicæ Auditoris, circa scripturas ipsorum Notariorum decedentium.

Declarationem & innouationem istius constit. vide infra in Pij IIII. constitu. 105. Decet.

Et de materia Notariorum pooam concordantias infra in Pij V. constitu. 117. Inter illa quæ.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER Curas multiplices, quibus, negotiorumque varietate distrahimur, illam libenter amplectimur, per quam cunctorum Romanæ curiæ Officialium directioni & profectui, ac personarum ad illam confluentium, & Cameræ apostolicæ indemnitati debite prouidetur, ac alijs, quæpropterea prouide statuta conspicimus, vt illibata persistant, apostolici muniminis præsidium propensius impertimur. Sanè accepimus, quòd dilecti filij Notarij Curiæ Causarum Cameræ prædictæ, considerantes, quòd caosæ, & scripturæ Notariorum dictæ Curiæ pro rempore decedentium, iuxta antiquam consuetudinem hactenus obseruatam, ad hæredes Notariorum decedentium huiusmodi, & illorum manus peruenire consueuerant, à quibus in locum eorundem Notariorum decedentium subrogati, scripturas ipsas aliquando diminutas, & deuastatas, etiã cum solutione precij earundem, non cum modica difficultate recuperabant, in non modicum dictæ Curiæ, & Cameræ præfatæ, de cuius interesse propter causas criminales, & Fiscum nostrum concernentes agitur, quàm partium collitigantium præiudicium. Ac volentes præmissis obuiare, ac circa ea de salubri remedio prouidere, inter alia, statuerunt, & ordinarunt, quòd occurrente vacatione alicuius ex officijs Notariorum Curiæ huiusmodi per obitum alicuius ex eisdem Notarijs, clericis, siue laicis, hæredes Notarij sic defuncti causas, & scripturas in officio sic vacante remanentes, dictorum Notariorum Collegio, pro pretio Sexcentorum Ducatorum auri de Camera, vendere, & præfati Collegium ab eisdem hæredibus in locum Notarij defuncti subrogatus, ab eisdem Collegio, causas, & scripturas prædictas, pro eodem precio Sexcentorum Ducatorum emere, & dictum precium soluere respectiue, teneantur, & debeant, & ad id compelli, & cogi possint: Notariusque sic subrogatus, ad officium sic vacans, illiusque exercitium, & emolumentum nullatenus admittatur, nec collegium prædicti, ad id cogi possint, aut debeant, nisi prius dictis Sexcentis Ducatis (vt præfertur) solutis, & alias prout in dictis statutis, & reformationibus cõtinetur. Nos igitur qui dictæ curiæ prosperum statum, & collitigantium commoda, libenter procuramus, & ipsorũ, ac cameræ prædictæ, indennitatibus prouidemus: Statutorum, & Ordinationum huiusmodi tenores pro expressis habentes: Motu proprio, non ad ipsorum Notariorum, vel alicuius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, Statuta, & ordinationes prædicta auctoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus & confirmamus illisque perpetuæ firmitatis robur adiicimus, supplentes omnes & singulos defectus, tam iuris, quàm facti, si qui forsan interuenerint in eisdem. Ac decernentes tam ipsos Notarios, quàm pro tempore defunctorum notariorum hæredes, & successores, ac in eorundem Notariorum defunctorum locum subrogandos, & alios ad quos spectat, & spectabit in futurum, ad obseruationem dictorum Statutorum, & Ordinationum, & cuiuslibet eorum, perpetuo teneri, & ad id per quoscunque Iudices ad quos pertinet, & coram quibus forsan de præmissis agitari contingerit, cogi & compelli posse & debere, necnon irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri Raphaeli Episcopo Hostien. & pro tempore existenti Camerario nostro, & dilectis filijs nostris Antonio, Sanctæ Praxedis, ac Laurentio Sanctorum Quatuor Coronatorum, tituli Presbyteris Cardin. per apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum; per se vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dictorum Notariorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, Statuta, & Ordinationes huiusmodi firmiter obseruari, ipsosque Notarios illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper, per quoscunque, quomodolibet indebite molestari, Contradictores, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo Non obstan. constitutionibus & ordinationibus apostol. ac dicti Collegij iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, necnon quibusuis priuilegijs, in contrarium forsan, sub quibuscũque tenoribus & formis concessis & confirmatis, quibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris; hac vice dumtaxat, Motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim, ab apostolica sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ. Millesimo Quingentesimo decimono. Nono Calendas Aprilis. Pontificatus nostri, Anno octauo.

F. Vigorosi.

[Margin notes:]

Causę istius const.

Statutū Not. A. C quod hæredes defuncti vēdant collegio scripturas pro duc. 600. & successor redimat illas à collegio pro eodem precio.

Hoc preciū auctū fuit ad duc. ter mille per Piū 4. inf const. 105. Decet.

Confirmatio dicti statuti.

Executores istius constit.

Clausulę derogatoriæ.

De In-

XXXX.

De Indultis & Priuilegijs Ordinis Cistercien. ac Militiæ de Alcantara dicti Ordinis.

De Materia Priuilegiorum Ordinis Cistercien. vide infra Greg. XIII. const. 35. superna dispositione vbi notabo concordan.

Moderationem vero Priuilegiorum Militum vide infra in Pij V. constit. sacrosanctum.cum ibi notatis.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ dignitatis specula licet immeriti disponente domino constituti sub regularibus institutis studio piæ vitæ vacantibus, simulque pro fidei Catholicæ defensione militantibus personis, apostolici fauoris præsidium libenter impendimus, ac in his quæ solidationem status, & profectũ, ac tranquillitatem earundem respiciunt, nos eis gratiosos, & fauorabiles exhibimus pro vt etiam Catholicorũ Regum vota exposcunt, & id conspicimus in domino salubriter expedire, Dudum siquidem postquam fe. re. Honorius iii. vt nullus ab Abbate monasterij Cistercien. Cabilonen. dioec. eiusque coabbatibus, & Prioribus, ac Abbatissis, & alijs personis Cistercien. ordinis de terris suis ante generale concilium acquisitis etiã de illis quas alijs concesserant excolendas, & ad eos redierant, si eas manibus proprijs aut sumptibus colerent decimas exigere aut extorquere præsumerent, inter alia per quasdam eius literas Inhibuerat. Et Martinus V. Rom. Pont. prædecessor noster Archiepiscopis episcopis, abbatibus, prioribus, decanis archidiaconis præpositis, & alijs ecclesiarum Prælatis ad quos suæ super hoc confectæ literæ peruenirent expresse mandauerat, vt Cistercien. ac alios Abbates, Priores, & Abbatissas, ac omnia, & singula monasteria, necnon singulas personas dicti ordinis tunc præsentia, & futura vbicunque pro tempore existentia a præstatione decimarum tam de possessionibus habitis ante, & post concilium antedictum, quam ex tunc de cætero habendis, & tam de noualibus siue ante, siue post huiusmodi concilium acquisitis, & acquirendis quæ proprijs sumptibus colebant, & colerent, quam alias quomodocunque, & qualitercunque excolerentur, necnon de hortis, virgultis, & piscationibus suis, ac de suorũ animalium nutrimentis singuli ipsorum omnino seruarentur immunes. Piæque mem. Sixtus Papa IIII. etiam prædecessor noster literas tam Honorij, quam Martini prædecessorum huiusmodi ratas, & gratas habens illas cum omnibus in eis contentis clausulis, per alias suas literas confirmauit, & approbauit, ac iuxta omnimodas earum continentias, & formas in sui roboris firmitate perpetuo subsistere decreuit, & nihilominus Cistercien. ac omnes, & singulos alios Abbates, Priores, Abbatissas, necnon omnia, & singula monasteria tunc præsentia, & futura vbilibet existentia, singularesque personas ordinis huiusmodi à præstatione decimarum tam de possessionibus habitis ante, & post concilium prædictum, quam ex tunc de cætero habendis, & tam de noualibus siue ante, siue post concilium huiusmodi acquisitis & acquirendis quæ proprijs sumptibus excolebant & excolerẽt, quam alias quomodocunque, & qualitercunque excolerentur, & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis catenus decimas perceperat, necnon de hortis, virgultis, piscationibus suis, & de nutrimentis ipsorum animaliũ auctoritate prædicta penitus exemit, & exempta fore perpetuo decreuit. Et deinde recolen. mem. Innocentio Papæ VIII. similiter prædecessori nostro pro parte tunc Cistercien. & aliorum monasteriorum ordinis huiusmodi Abbatum ac dilectorum filiorum conuentuum eorundem exposito quod licet ipsi eorumque ac dicti ordinis Monasteria tam virorum, quam mulierum, & alia religiosa loca, & membra, ac monachi, Moniales, vassalli, subditi, & eis seruientes, bonaque omnia iamdudum per plures Roman. Pont. nostros tunc ipsius Innocentij prædecessores sub ipsorum Pontificum, & Apostolicæ sedis protectione recepti, & recepta, ac eidem sedi immediate subiecti, & subiecta, necnon ab omni iurisdictione ordinaria exempti, & exempta forent, eisque concessum esset vt ad præstationem aliquarum collectarum, seu subsidiorum, aut procurationum, & aliarum exactionũ per sedem prædictam, seu eius legatos, aut ipsorum auctoritate, & mandato, seu per locorum ordinarios, vel alios pro tempore impositorum non tenerentur, tamen ipsi desiderabant, pro maiori eorum quiete, receptioni, subiectioni, & alijs præmissis robur suæ approbationis adijci, illaque omnia per eundem Innocentium prædecessorẽ de nouo concedi. Idem Innocentius prædecessor Abbatum, & Conuentuum prædictorum in ea parte supplicationibus inclinatus receptionem, subiectionem, & exemptionem prædictas, ac singulas desuper confectas literas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis auctoritate Apostolica ex certa scientia per suas literas approbauit, ac perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur obtinere decreuit. Et nihilominus pro potiori cautela monasteria, loca, membra, & bona omnia huiusmodi tunc præsentia, & futura Abbates, Abbatissas, monachos, moniales, vasallos subditos & seruientes præfatos tunc, & pro tempore existentes auctoritate & scientia similibus sub Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum iudicum ordinariorum, eorumque Vicariorum, & officialium quoruncunque, Necnon à solutione, subsidiorum etiam charitatiuorum, procurationum, collectarum, & aliarum exactionum huiusmodi pro tempore imponendorum perpetuo prorsus exemit, & totaliter liberauit, ac eisdem Innocentio prædecessori, & sedi immediate subiecit, ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Iudices, Ordinarij, Vicarij, & officiales præfati etiam ratione delicti, aut contractus vel rei de qua ageretur, vbicunque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in eos, aut eorum aliquẽ seu monasteria, loca, membra, & bona prædicta, tanquam prorsus exemptos, & exempta iurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium, vel potestatem exercere, aut excommunicationis suspen. vel interdicti, seu quauis alias sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas promulgare præsumerent, aut possent, vel deberent quoquomodo, nec ipsi sic exempti coram illis, aut eiusdem sedis delegatis, vel subdelegatis nisi in literis eas pro tempore directis de Innocentij prædecessoris, literis huiusmodi specialis specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, ad iudicium euocari, aut quouismodo directe, vel indirecte molestari possent, vel deberent. Decernens omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & pœnas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episcopos, Iudices, Ordinarios, Vicarios, & officiales prædictos, seu eorum aliquem cõtra Abbates, & alios

Honorius 3. cuius const. hic nõ haben. exemptionẽ à Decimis cõcessit ordini Cistercien.

Martinus 5. cuius const. hic nõ habes, exemptionẽ huiusmodi amplianit.

Sixtus 4. cuius cõst. hic non habes, similiter applicauit vt hic.

Innocen. 8. cuius const. hic nõ habes Monasteria, & alia loca illius ordinis, sub apostolicæ sedis protectione reseruauit, & à iurisd. ctione Ordinariorum, ac solutione collectarum & subsidiorum exemit. De hoc collectió vide infra Pauli 3 const. 38 ex deinde Pij V. const. 166. & si ea quæ, cum ibi not.

Mandatq; Ordinarijs vt prædicta obseruent.

exemptos monasteria, & loca huiusmodi etiam exempta, vt præfertur haberi, & promulgari, nec non quicquid secus super his ab eis vel alio quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attẽtati contingeret, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autẽ sicut charissimus in Christo filius noster Carolus Roman. Rex in Imperatorem electus Illustris, qui etiam Castellæ, & legionis Rex ac militiæ de Alcatara dicti Ordinis, perpetuus administrator per sedem prædictam deputatus existit, tam sui, quam dilectorum filiorum vniuersorum priorum præceptorum, commendatoriorum nuncupatorum, Militum fratrum, & aliarum personarum dictæ militiæ nominibus nobis nuper exponi fecit licet Magister pro tempore existens, ac omnes vt singuli Priores, Preceptores, Milites, & fratres Militiæ huiusmodi eiusdem ordinis professores existant, & sub eadem regula militent, & viuant: nihilominus quia in literis Honorij, Martini, Sixti, & Innocentij prædecessorum huiusmodi de dicta Militia, & illius personis monastrijs domibus præceptoris alias commendarijs nuncupatis, & locis specialis mentio facta non existit, à nonnullis asseratur Magistrum, seu Administratorem pro tempore existentem Priores, Præceptores, Milites, fratres & personas, necnon monasteria, domus, & loca militiæ huiusmodi, Inhibitione, Mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis prædictis, ac alijs priuilegijs, necnon indulgentijs, etiam spiritualibus, ac peccatorum remissionibus eidem ordini, & illius Abbatibus, Monachis, & personis, necnon virorum, & mulierum monasterijs, prioratibus, & locis per sedem prædictam concessis vti potiri & gaudere non posse, Præfatus Carolus Rex, & administrator dictis nominibus nobis humiliter supplicari fecit, vt Magistro, seu administratori Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & alijs personis pro tempore existẽ. Militiæ huiusmodi, cuius etiam claræ memoriæ Ferdinandus Aragonum, & Siciliæ Rex ad cuius supplicationem nonnulla desuper concedi concesseramus dum viueret perpetuus administrator per sedem eandem deputatus existebat, eorumque vasallis, & seruitoribus, ac monasterijs domibus, & alijs locis quod huiusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis, ac alijs priuilegijs, immunitatibus. concessionibus, gratijs, & indultis ac indulgentijs, & peccatorum remissionibus ordini, ac illius Abbatibus, Prioribus, monachis. & personis, necnon monasterijs, prioratibus, & locis prædictis, ac eorum Ecclesijs concessis gaudere possint perpetuo concedere, ac alias in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui Religiosarum personarum quarumlibet præsertim sub regularibus militijs pro defensione Christianæ fidei insudantium felici successui indemnitati, & quieti quantum cum Deo possumus libenter consulimus, Priores, Præceptores, Milites, fratres, & personas præfatos, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluen. & absolutos fore censen. huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem Magistro, seu Administratori pro tempore existenti Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus & alijs personis dictæ Militiæ, illorumque vasallis, & seruitoribus etiam pro tempore existentibus, ac eiusdem Militiæ virorum, & mulierum monasterijs domibus, & locis alijs, eorumque ac in districtu, & dominio ipsius Militiæ consistentibus ecclesijs præsentibus, & futuris, vt decetero perpetuis, futuris temporibus inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, subiectione, & decretis ac literis prædictis & alijs in eisdem literis contentis, necnon omnibus & singulis priuilegijs, concessionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis, ac indulgentijs etiam spiritualibus, & temporalibus, ac peccatorum remissionibus dicto ordini, illiusque Abbatibus, Prioribus, monachis, & personis, necnon virorum & mulierum monasterijs, prioratibus, & locis, ac illorum ecclesijs per sedem prædictam & alias quomodolibet in genere concessis hactenus, & in posterum similiter in genere concedendis perinde, ac si eidem militiæ, ac illius Magistro, seu Administratori, Præceptoribus, Militibus, Prioribus, fratribus, & alijs personis, ac eorum vasallis, & seruitoribus, necnon monasterijs, domibus & locis, eorumque ac in ipsius Militiæ districtu, seu dominio consistentibus ecclesijs huiusmodi specialiter indulta, & concessa fuissent vti potiri gaudere libere & licite valeant. Necnon omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus qui monasteriorum eiusdem militiæ præsentium, & futurorum, ac in ipsius districtu, & dominio pro tempore consistentibus ecclesias deuote visitauerint, ac pro manutentione monasteriorum, & ecclesiarum huiusmodi manus adiutrices porrexerint, & alia in literis indulgentiarum Cistercien. ordini concessis, & concedendis huiusmodi contenta iuxta tenorem illarum adimpleuerint, vt illas indulgentias, & peccatorum remissiones quas consequuntur visitantes ecclesias monasteriorum, & aliorum locorum Cistercien. ordinis huiusmodi pro quibus indulgentiæ, & peccatorum remissiones prædictæ concessæ reperiuntur, & concedentur vt præfertur consequantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & pariter indulgemus, Decernentes irritum, & inane quicquid super præmissis, aut eorum aliquo contra Magistrum, seu Administratorem, Priores, Præceptores, Milites, fratres, personas, vasallos. seruitores, ac monasteria, domos, & loca, necnon priuilegia, concessiones, & indulta prædicta & in eis, vel eorum aliquo contenta a quoquam quauis auctoritate fungen. seu functuro scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ordinis, & militiæ prædictorum iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus stabilimentis vsibus, & naturis ac quibusuis alijs priuilegijs, ac indultis apostolicis ordinum Cistercien. huiusmodi sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis efficacissimis, insolitis etiam derogatoriarum derogatorijs, clausulis irritantibus, quam etiam decretis alijs etiam iteratis vicibus concessis, & confirmatis, quibus quatenus obstẽt etiam si de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ dicti Honorius, Martinus, Sixtus, & Innocentius prædecessores in præfatis eorum literis voluerunt non obstare, ac quacunque consuetudine introducta, cæterisque contrarijs quibuscunque Cæterum quia difficile foret præsentes ad singula loca vbi necesse fuerit deferre, Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides vbique in iudicio, & extra adhibeatur quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis,

Cum decreto irritanti.

Carolus Imperat. Administrator Militiæ de Alcatara Ordinis Cistercien. suo & Militiæ nomine exposuit Pont. quod licet Milites ipsi viuant sub regula Cistercien. tamen reuocarent in dubium an ipsi priuilegijs Ordinis Cister. gaudere debeat, cum illis specialiter nominati non fuerint.

Pont. ideo sollit hoc dubium, & dictos Milites eorumque Vasallos &c. omnibus illis exemptionibus & priuilegijs gaudere declarat.

Indulg. a quibus porrigẽ. sunt manus adiutrices renouatur Pius V. infra const. 90. & fi de dominici.

Decretũ irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

sis,concessionis,indulti,derogationis, voluntatis.& decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ. Millesimo Quingentesimo primo, decimo octauo Calendas Iulij. Pontificatus nostri Anno nono.

XXXXI.

Assignat Pontifex eius Vicecancellario officia trium Cubiculariorum, septem Scutiferum, & Vigintisex Militum Sancti Petri.

De Materia Cubiculariorum, & Scutiferorum vide sup. fol. 119. const. 14. cum ibi not.

De Materia Militum Sancti Petri vide sup. fol. 247. const. fol. 36. vbi notaui.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. IN super eminétis apostolicæ dignitatis specula, meritis licet imparibus diuina dispositione Clemétia constituti, ad ea nostræ considerationis aciem sollicite dirigimus, per quæ personarum singularum præsertim S.R.E. Cardinalium, qui partem apostolicæ sollicitudinis vna nobiscũ sustinere noscuntur, indemnitatibus consuli salubriter valeat. Dudum siquidem nos diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, de fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium consilio, & assensu, & auctoritate apostolica vnum sexaginta Cubiculariorum, & aliud centum quadraginta Scutiferorum, & aliud quadringentorum, & vnum Militum Sancti Petri Collegia perpetuo ereximus, & instituimus. Nosque Cubicularijs, Scutiferis, & Militibus collegiorum prædictorũ, qui pro tempore essent, & quasuis literas Apost. tam gratiam, quam iustitiam, aut vtrumq; continentes, eorũq; personas, & cómoda concernentes in Cancellaria, Camera, & Secretaria Apostolicis gratis, & sine aliqua taxa pro tempore expedirent, concessimus, prout in nostris desuper confectis diuersis literis plenius continetur. Cũ autẽ sicut ipsa experientiam rerum magistram edocere comperimus, ex expeditione literarum pro Cubicularijs, Secretarijs, & Militibus hmôi gratis facienda, dilecto filio nostro Iulio tit. S. Laurentij in Damaso Presbytero Cardinali moderno, & pro tempore existenti S. Rom. Eccl. Vicecancellario taxam ratione sui Vicecancellariatus officij literarum Apostolicarum taxatarum per Cancellariam eandem pro tempore expedirarum pertinenti præiudicium non modicum inferatur: Nos igitur Iulij Cardinalis, nec non pro tempore existentis Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij huiusmodi indemnitatibus consulere volentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus habita super ijs cum eisdem fratribus nostris deliberatioe matura, quod omnium, & singulorum trium Cubiculariorum, & septem Scutiferorum, & viginti sex Militum infra descriptorum officia, & loca, dum per cessum, vel decessum, aut promotionem, priuationem, seu quamuis aliam dimissionem infrascribendorum hmôi, & aliorum quorumcunque, qui officia & loca ipsa per eosdem infra describendos obtenta pro tépore obtinebunt, quandocunque vacabunt ad liberam ipsius Iulij Cardinalis & pro tempore existentis R.E. Vicecancellarij huiusmodi dispositionem pertineant, possitque & debeat ipse Iulius Cardinalis & pro tempore existens Vicecancellarius, & per eum ad hoc specialiter deputandus, super quo Iulio Cardinali & pro tempore existenti Vicecancellario huiusmodi specialem concedimus facultatem, officiorum, & locorum huiusmodi resignationes recipere & admittere, ac per suas literas suo sigillo pendente munitas, dum pro tempore qualitercũque vacauerint, per se ipsum, seu ad hoc ab eo specialiter pro tempore deputatum huiusmodi personis idoneis officia & loca ipsa concedere, & exigentibus personarum meritis & sufficientia super earundem personarum, quibus ipsa officia & loca huiusmodi concesserit requisitarum qualitatum defectu, cum sibi, seu deputato huiusmodi placuerit, dispensare, & easdem personas ad ipsa officia, & loca obtinenda sufficienter habilitare, & illi quibus officia, & loca ipsa ipse Iulius Cardinalis, & pro tempore existens Vicecancellarius, seu deputandus ab eo duxerit sub literis concedenda, ad officia & loca ipsa absque aliqua alia prouisione recipiantur & admittantur, ita quod dictæ literæ præfati Iulij Cardinalis, & pro tempore existentis Vicecancellarij, seu deputandi huiusmodi, absque aliarum literarum Apostolicarum desuper conficiendarum expeditione, perpetuæ firmitatis robur obtineant, & plenissime per omnia valeant, & eis suffragentur, ac si super eisdem concessionibus per Iulium Cardinalem, & pro tempore existentem Vicecancellarium, seu deputandum faciendis literæ Apostolicæ confectæ & expeditæ forent, auctoritate Apostolica præfata tenore præsentium statuimus, & ordinamus: Necnon quidquid secus super ad præfati Iulij Cardinalis, & pro tempore Vicecancellarij existentis dispositionem, præsentium vigore spectan. officijs etiam à nobis aut successoribus nostris Romanis Pont. pro tempore existentibus absque expresso Iulij Cardinalis, & pro tempore existentis Vicecancellarij huiusmodi consensu contigerit attentari, irritum & inane, nulliusque roboris vel momenti existere, sicque per quoscunque iudices, & palatij Apostolici Auditores, & eiusdem S.R.E. Cardinales in Romana Curia, & extra eam sententiari, iudicari, & diffiniri in quauis instantia debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dictorum Collegiorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, & indultis Apostolicis illis forsan concessis, quibus, etiam si ad illorũ derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autem per generales clausulas idem importantes métio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; cótrarijs quibuscunque. Nomina vero Cubiculariorum, Scutiferorum, & Militũ, quorum officiorum dispositioné ad eundem Iulium Cardinalem, & pro tempore existentem Vicecancellarium huiusmodi, vt præfertur, ordinauimus pertinere, sunt hæc, videlicet. Nomina Cubiculariorum pro tribus officijs, Antonius Michettus. Alphósus Cochigna, Andreas de Bondelmontibus Nomina Scutiferorum pro septem officijs, Antonius de Basthenis, Antonius Burgos, Bernardinus de Radicibus, Camillus Lazarinus, Dominicus de Benia, Iannes Antonius de Male-

Erectionem Colleg. Cubicul. & Scutifer habetis pro fol. 199.

Militumque S. Petri habes sup. fol.

Causę istius const.

Vicecancellario concedit quod loca officialium hic nominatorũ

Et facultatẽ dat illa conferẽdi absque literarum Apost. exped.

Decretum irritãs

Clausulę derogatoriæ.

Nomina Cubiculariorum.

Nomina Scutiferorum.

Nomina Militũ Sancti Petri.

fijs, Ioannes Zink. Nomina Militum Sancti Petri pro vigiotisex officijs. Laurentius Pusnlanus tituli Sanctorum quatuor coronatorum presbyter Cardinalis, Franciscus Armelinus Medices tituli Sancti Calisti presbyter Cardinalis. Paulus, Ioannes, Achilles della volta, Iacobus Piccinardus, Ioannes Folla, Sixtus Signatius, Albertus de Carpi, Ioannes Franciscus de Castro, Vrsinus Lamfredinus, Ascanius de Bacchis, Angelus del Vantaggio, Baptista Binus, Benedictus de Bondelbonibus, Camillus Ballionus, Odoardus Cicada, Franciscus Caymus, Franciscus Eugianus, Franciscus de Nuccia, Henricus Tantij, Aotonius Aurelius, Hieronymus Onglia, Lactantius de Viterbio, Benedictus Laparellus, Ioaones Baptista Martelli, Philippus Benedicti de Bondelmontibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo primo, Octauo Idus Iulij, Pontificatus nostri anno Octauo.

Lecta & publicata fuit suprascripta const Romæ in Cancellaria apostolica, anoo incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo primo, die vero prima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Leonis Papæ Decimi anno nono.

XXXXII.

Confirmatio constitutionis Innocentij VIII. De non concedendis dilationibus Mercatorum Riparum Vrbis Debitoribus, occasione rerum Ripalium.

Hæc constit. confirmatur & ampliatur infra per Paulum III. constit. 52. cum postquam & Pium 4. constitu. 72. cupientes. vbi ponam concordantias Materiæ.

Inno. 8. const. habes sup. fol. 328. nu. 12. Quoniam.

LEO Episcopus &c. Motu proprio &c.

DVDVM si quidem accepto per fel. recor. Innocentium Papam Octauum prædecessorem nostrũ, quod quam plures tunc obligati Mercatoribus diuersis mercantiam apud Ripam almæ Vrbis exercentibus prætextu & occasiooe moratoriarum, cessioois bonorum, petitionis & dilationis quinquennalis, securitatum salinariorum, aduocationis causarum, & nouarum commissionum & appellationum ad aliosquã ad Cameram apostolicam, seu commissarium (vt moris est) interponen. eorum solutiones, quæ dicto exercitio mercaturæ huiusmodi debebantur sæpius euitare nitebantur, & illas facere quodammodo immortales, quo fiebat, vt tam mercatores ipsi, qui victualia & mercimonia vehi faciebant, per mare aut Ciuitate Vetula per terrã ad Verbem pro commoditate & necessitate curialium Romanæ Curiæ quam eorum qui in eodem Curia residebant, & magazena cum varijs mercantijs apud Ripam & Ripettam prædictas mercaturæ vacabant, plurimum retrahebantur ab exercitio prædicto, oon sine incomodo & detrimento Vrbis & curialium præfatæ curiæ, quorum intererat victualium & aliarum mercimoniorum quæ deferri solita erant, cura & diligentia mercatorum prædictorum abundantiam habere, idem prædecessor volens desuper opportune prouidere, Dohanerijs, & Camerarijs dictarum Ripæ & Ripettæ tunc & pro tempore existentibus apostolica auctoritate mãdauit, quatenus de cætero debitores ipsos, quicunque erant & in posterum forent, mercatorum tam venientium quam residentium, & tam ciuium Romanorum, quam forensium apud prædictas Ripam & Ripettam pro tempore huiusmodi moratorijs, & dilationibus quinquennalibus, cessionibus bonorum, aduocationibus causarum, & appellationibus præterquam ad Cameram prædictam interponen. & nouis commissionibus & securitatibus salinariorum, quibus exercitium dictæ artis ex priuilegio competit, vti volentes, si debita ipsa contraxissent apud Ripã & Ripettã prædictas auctoritate mercimoniarum & victualium prædictorũ super hoc annullarenus audirent nec admitterent, sed illis penitus reiectis ad finalem solutionem ipsos compellerent. Decernens debita prædicta in quibuscumque comissiooibus prædictis semper intelligi excepta, neque huiusmodi suo decreto per quamcumque signaturam derogatum esse intelligeretur, nisi eiusdem decreti tenor de verbo ad verbum, cum nominatione mercatorum, quibus obnoxij erunt, & quantitatibus in moratorijs & dilationibus prædictis mentio, & insertio fieret expressio, dictumque decretum ad perpetuam rei memoriam in volumine dictarum Ripæ & Ripettæ describi & registrari mandauit. Cum autem postmodum sicut accepimus decreto, & motu proprio non obstan. quam plures debitores dictorum mercatorũ apud Ripam & Ripettam prædictas mercaturæ exercitium per diuersas moratorias, & commissiones tam nobis etiam motu proprio, & cum prædicti decreti sufficienti derogatione etiam expresso quod illis sit derogatum ac si de verbo ad verbũ esset insertum, quam à quibuscumque Iudicibus, & officialibus nostris, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam Cardinalibus, desuper iurisdictionem, seu facultatem habentibus obtentas debitorum huiusmodi solutionem diuersimode effugerint, & distulerint in ipsorum mercatorum graue damnum, & iacturam, ex quo pluries contingit, quod multi mercatores fidem fallere, & mercaturæ exercitium derelinquere coacti fuerunt, & pluries Vrbs nostra in victualibus maximũ detrimentum passa fuit, prout patitur præsenti, & in dies pateretur nisi desuper de celeri, & opportuno remedio prouideremus, Volentes igitur tam indemnitati dictorum mercatorum, quam etiam prædictæ Vrbis abundanti, opportune prouidere motus proprij, decreti, & concessionis prædicti Innocentij prædecessoris præfati veriores tenores, & formas præsentibus pro expressis habentes Concessionem, & decretum huiusmodi cum omnibus in eis contentis clausulis ad perpetuam rei memoriam, tenore præsentium, quas vim perpetuæ restitutionis habere decernimus confirmamus, & approbamus ac innouamus, & de nouo concedimus, dictumque Motum proprium decretum & concessionem dicti prædecessoris per quoscumque almæ Vrbis Iudices, & Cardinales præfatos inuiolabiliter obseruari decernimus, & declaramus, & pro potiori cautela omnes, & singulas moratorias cõcessiones dilatinnes bonorum cessiones, ac appellationes præterquam ad Cameram prædictã, vt præfertur interpositas, vel interponendas, ac commissiones, causarum inhibitiones, & suspensiones, ac decreta quæcunque tam contra dicti prædecessoris decretũ, quam præsentium tenorem quomodolibet etiam per nos cum quibusuis prædictis, & alijs derogatoriarum derogatorijs, ac insolitis clausulis concessas, & pro

Compendium const. Inno. 8.

Et ego vidi dictã Inn. 8. const. registratã libro Statut. Ripæ fol. 12.

Causæ istius const.

Confirmat dict. const. Inno. 8.

tempore

tempore concedendas reuocamus cassamus annullamus & abolemus, nulliusque roboris vel momenti, nec illas Dilationes concessas reuocat & annullat.
pro tempore prosequen. vel illis se iuuare volentes suffragari posse etiam de plenitudine potestatis nostræ abso
lute decernimus & declaramus. Sicque per quoscunq; Iudices etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ac Sa
cri Palatij causarum Auditores ac dictæ Vrbis Gubernatorem Auditorem Cameræ & Senatorem ac quoscunq;
alios Iudices ordinarios & extraordinarios etiã Cõmissarios sententiari iudicari & definiri debere. Decernen-
tes & simili constitutione volentes quod quæuis concessio vel motus proprius in posterum etiam per nos &
successores nostros super derogatione præsentium etiam cum insertione nullo modo valeat aut effectum sorti-
posit nisi citato dilecto filio nostro Raimundo de Capite ferreo moderno Camerario Ripæ & pro tempore Derogari ad posse huic const. nisi citato Camerario ripæ.
existenti concessio facta sit, de cuius citatione tali concessione se iuuare volens coram filio Christophoro Rura
tio moderno Præsidenti & Commissario dictæ Ripæ & pro tempore existente fidem facere legitime teneatur,
præsentemque nostram concessionem in omnibus & quibuscumque causis se per quoscunque in forma ripæ &
Ripentæ pro rebus ripalibus in riparũ dohanã fuerunt obligatos se aduersus quascumque cõmissiones causarũ
siue nouas siue dependen. locum habere & vendicare decernimus & declaramus. Non obstantibus constitutio Clausulæ derogatoriæ.
nibus & ordinationibus apostolicis stilo palatij statutisque & nouis reformationibus Vrbis, priuilegijs quoque
indultis quibuscumque sub quibusuis verborum formis tenoribus & clausulis tam dictæ Vrbis Gubernatoris quã
Cameræ Apostolicæ Auditori, necnon Senatori alijsque Iudicibus Romanæ Curiæ & eorum Curijs concessis
& pro tempore concedendis, quibus ac si de verbo ad verbum essent præsentibus expressa derogamus speciali
ter & expresse, cæterisque contrarijs quibuscumque. Cumque ad perpetuam rei memoriam dictum præsentem Hanc const. vidi registratam in volumine statutorũ Ripæ fol. 22.
motum proprium in volumine statutorum dictæ ripæ & ripettæ rescribi & registrari volumus & mandamus.

XXXXIII.

De erectione Collegij Præsidentium & Portionariorum Ripæ Vrbis eorumque officio, prouentibus, & indultis.

Confirmatur & ampliatur hæc const. inf. per Paul. 3. const. 3. prouidentia. & const. 4. cupientes.
Et de eorum gradu & loco in processione Sanctissimi Coporis Christi
habes inf. in Greg. 13. const. 90. omnibus.

LEO Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
ROMANVM Pontificem, in quo fidei orthodoxæ fundamenta à Deo sunt constituta, & qui chri-
stianæ veritatis assertor existit, in primis summa ope niti decet ne contrahẽtes cum eodẽ Rom. Pont. re-
gimini vniuersalis Ecclesiæ præsidẽte, decipi aliquo euentu contingat, sed quæ ex labijs ipsius processe-
runt inuiolata permaneant, ne vnde ius oritur, inde nascatur iniuria, & qui documẽta salutis æternæ præstare
cõsueuit, exempla tribuat delinquẽdi. Ea igitur cura moti, cum fe. re. Iul. Papa II. prædecessor noster superiorib. Iul. 2. eius cõst. hic nõ habes erexit Collegium 140 quadraginta vnius Præsidentiũ.
annis Collegium centumquadraginta vnius virorum, qui Præsidentes Annonæ Vrbis nuncupati, omnium victua
lium ad dictam Vrbem mari vndecunque aduehendorum vbertatem curarent, & Mercatoribus tam in mercib.
vendendis seu commutandis quam in pretijs inter contrahentes eorum medio vel deputandorum ab eis cõuen
tis diligenter ab emptoribus exigendis assisterent, ac pactiones & cõuentiones de partium consensu tractarent Et ab eis recepit summam Nonaginta vnius milliũ aureorum.
& concluderent, creasset & instituisset, ab illisque summam Nonaginta vnius Millium aureorum pro supporta-
tione onerum Ro. Eccl tunc incumbentium consecutus fuisset: ac eis etiam summam decem millium aureorũ fi-
milium super prouentibus Salariæ ipsius Vrbis assignasset. Et quia emolumenta hmõi tanto numero præter spẽ Emolumentaque decẽ milliorũ aureorum eisdem assignauit.
aucto tenuiora videbantur, prout erant, quædam similiter officia Ro. tunc expressa, ea quorũ prouentibus, vt ac
cepimus, quondam dicti prædecessoris Thesaurarius qui negotium administrabat, & in Collegiorum hmõi insti
tutionibus integerrime, ac liberaliter se gesserat, duos aureos singulo mense vnicuique Officialium dicti Colle
gij obuenturos pollicebatur, eidem Collegio applicasset, quod morte præuentus obseruare non potuerit, & di-
ctus prædecessor peregrinationib. ac bellorum turbinibus pro libertate ecclesiastica defendenda, & Generali De concilio Lateranen. vnde sup. fol. 119. cõst. 19.
Lateranen. Concilio sustinendo inuolutus adimplere, vt erat desiderij sui, & Pastorali officio cõueniebat, cessa
uerit, dictiq; Præsidentes pro obseruatione contractus hmõi, ac ipsorum indemnitate cõseruanda apud nos assi
due questi sint, præcipue post impedimentum super possessione dictorũ officiorum, ac illorum fructuum perce-
ptione per dilectos filios dictæ Vrbis Conseruatores, officia ipsa iuris populi Romani esse asserentes eis illatũ,
Nos attendentes tam ex diminutione emolumentorum dictis Præsidentibus singulo mense obuenientiũ, quam
ex pretio quod nos ea venditione officiorum pro tempore ad sedem Apost. deuolutorum cõsequi soliti sumus, Causa istius cõst.
querelas hmõi iustas esse, cum officiorum omnium quadragesimo ab hinc anno tam per ipsum Iulium quã alios
prædecessores nostros institutorum, hoc duntaxat excepto, valor fuerit plusquam duplicatus, ac volentes bonã
fidem recognoscere, ipsiusque prædecessoris conscientiam, cuius fidem par est ea contractibus arctius quam cæ
terorum ligari omnino exonerare, & quod ille si superuixisset facturus erat, exequi, ac huius Sanctæ sedis fi-
dem & honorem non solum conseruare, sed quantum nobis ea alto conceditur, toto animi affectu, vt tenemur,
augere, vt deinceps Curiales, & alij Christifideles cum Romano Pont. tuto contrahere, & eorum verbo cre-
dere securissime confidant, Officialesque ipsi nouæ sobolis propagatione & emolumentorum additione læten
tur, & quod in prima institutione defuit, per additionem nostram suppleatur. Quare habita super hoc cum ve Collegio dictorũ Presiden. Pont. iste addit sexcentum duodecim Portionario cũ emolumentis hic expressis.
nerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio &
assensu, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Collegio ipsorum Præsidentium Seacentas duodecim portio-
nes addentes, Vigintinouem Florenos aureos pro quolibet Centenario singularum etiam veterum annata-
rum & communium tam ea ecclesijs & monasterijs quã cæteris beneficijs sedi Apostolicæ debitarum, & quas
etiam ratione obligationum in Camera Apostolica hactenus factarum, & de cætero ex literis Apostolicis quo De istis Scriptoribus habes sup. fol. 176. const. 6. & de Sollicitatoribus habes sup. fol. 230. cõst. 27.
modocumque expeditis faciendarum, & per ipsam Cameram post Kal. Mensis Februarij proximi quomodo-
cunque pro tempore contigerit exigi, per seipsos in Cãcellaria, & in Camera nostra Apostolica vbi etiam locũ
habere, & obligationes accipere, ac cœtera omnia facere possint ad instar dilectorum filiorum literatum Apo-
stolicarum Sollicitatorum, & Scriptorum Archiuij Collegiorum sine aliqua diminutione etiam vigore remissio

num & gratiarum etiam per nos, & successores nostros quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut præminẽtiæ faciendarum, quas quidem gratias & remissiones ratam Collegio prædicto per nos concessam non comprehendere, illosque quibus gratias & remissiones huiusmodi ex Pontificum liberalitate fieri contigerit, sola portione ipsi Cameræ debita, sine præiudicio, diminutione, aut detrimento paris Officialibus Romanæ Curiæ assignatæ, contentos esse volumus atque decernimus, integre accipiendarum perpetuo concedimus & assignamus, Mandantes venerabili fratri Reueren. Episcopo Ostiensi moderno & pro tempore existenti Camerario, & dilectis filijs Thesaurario, & Clericis Cameræ Apostolicæ Præsidentibus, ac

Mādat Officialibus Cancellariæ & Cameræ Apo. vt non expediāt literas Apost. sine subscriptione Officialiū dicti Collegij, alias nullæ exunt & inualidæ.

S.R.E. Vicecancellario pro tempore existenti, Cancellariæ Apostolicæ Regenti, Custodi, Abbreuiatoribus, Summistæ, Secretarijs etiam domesticis, Plumbatoribus ac Plumbi magistris, & singulis alijs officialibus ad quos spectat, quatenus literas ipsas sine subscriptione dictorum officialium per quam manifeste appareat eis de parte annatarum ad se pertinente, satisfactum fuisse, ad nostram Bullariam, siue Secretariam, vel alibi destinare nulla ratione præsumant. Decernentes ipsas & illarum vigore collationes, & prouisiones, ac pensionum & fructuum reseruationes per Sedem Apostolicam quibusuis personis faciendas, constituendas, & concedendas quas sine dictorum officialium manu in loco conuenienti ponenda expediri contigerit, nullius fore roboris vel momenti, sed vitio falsitatis subiectas, nullum omnino ius tribuere impetranti, & ita ab omnibus iudicibus tam ordinarijs quam delegatis iudicari & sententiari, ac terminari & decidi sub infrascriptis pœnis præcipimus, Sollicitatoribus vero ipsarum literarum sub excommunicationis, & ducentorum ducatorū auri Cam. Apost. pro medietate, & pro alia Collegio dictorum Præsidentium applicandorum pœnis mādamus, vt literas ipsas, annatas, & communia concernentes antequam ad Bullariam, seu Secretariam mittant, coram dictis Præsidentibus, eorūq; Mensarijs, Receptatoribus, & Capellano in Cancell. & Cam. Apost. existentibus præsentare, & ibi ratā eorū soluere debeant. Necnon sub eisdem pœnis Cam. Apo. Notarij præcipimus, vt quādocunq; dicti Sollicitatores literas prædictas ex quouis transacto tempore penes eos repertas, & quas de cætero exigere voluerint, & Annatæ ac cōmunia dictis Præsidentibus debita & forsan soluta non sint, illas dictis Sollicitatoribus tradere nō debeāt, quam prius in illis subscriptio ipsorum Præsidentium apposita & rata eis, contingens soluta non sit. Inhibentes omnibus & singulis prænominatis officialibus, & eorū cuilibet, ne super ecclesiarū, monasteriorum, vnionū, pensionū, reseruationū, & quorūcunq; beneficiorū ratione quorū Annatæ aut cōia essent soluenda possessione capiēda, breuia, literas siue mādata in quacūq; forma expediāt aliquo modo sine speciali mādato Ro. Pont. pro tēpore existentis, & in Cam. Apost. viso & registrato, sub dictis & infrascriptis pœnis ac dānorū & interesse propterea

Collegiū supradictum persoluit Pont. aliam summam pecuniarum vt hic.

eisdē Præsidētibus prouenīedis. Et quia Officiales prædicti simplici verbo nostro credentes aliā summā Ducentorū Octuagintasex milliū & duorū ducatorū auri in auro de Camera similiū pro imminētibus dictæ Ecclesiæ necessitatibus supportandis contribuere, & nobis liberalissime numerare non recusarunt, Nos ne in Rom. Curia nouas & indebitas exactiones quas omni tempore abhorruimus, & ab illis alieni fuimus, introducere cogeremur, de nostris, & dictæ Sedis prouentibus, quo minore possemus dispendio prouidere volentes, eo præsertim cum assignationes huiusmodi prouentuum non sint propriæ alienationes, sed potius naturam contractus locationis ad breuissimum tempus sapiant, quando propter humanæ conditionis fragilitatem quicquid officialibus per sedem prædictā taliter conceditur, breui manu ad eādem redire, ac certiores & veriores fructus afferre

Et Pont. eis assignat emolumenta expressa hic.

consueuit, vltra summam Decem Millium ducatorum super Salaria prædicta per dictum prædecessorem Collegio Præsidentium assignatam illi ac Portionarijs præfatis, infrascripta emolumenta iuxta formam inferius annotatam perpetuo applicamus, approbamus, concedimus, & assignamus, statuentes quòd Thesaurarij, & alij Officiales qui officia super quibus emolumenta prædicta assignata fuerint, a nobis vel successoribus prædictis, seu dicta sede, aut alias pro tempore obtinent, etiam si dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, aut dictæ sedis Legatus, etiam si illi in deductionem alicuius pecuniarum summæ, & per ipsam sedem debitæ, seu vt statum suum decentius iuxta Cardinalatus dignitatis exigentiam tenere valeret, concessio ipsa facta foret, ac pro illis obtinendis quamcunque grandem pecuniarum summam, aut quantitatem nobis vel successoribus præfatis etiam in subuentionem onerum eidem Ecclesiæ incumbentium persoluisse publicis appareret documentis, etiā si in eis, vel eorum concessione, de præsenti nostra ordinatione nulla mentio fieret, aut illa de verbo ad verbū insereretur in ea, ad præstandum nihilominus ipsis Præsidentibus, & Portionarijs dicta emolumēta eis assignata, & per nos inferius, vt præfertur, annotata perpetuo teneātur, nec aduersus præmissa possint se tueri, aut aliquo modo defendere, vel excusare, sed perpetuis futuris temporibus in locationibus, venditionibus, seu alijs etiam gratiosis cōcessionibus quibusuis personis etiā eisdem Cardinalibus, & Legatis de Officijs infrascriptis per nos & successores nostros, ac Cameram Apostolicam, aut alias eis deinceps faciendis, seu distributionibus & diuisionibus ipsorum officiorum etiam in Conclaui primo anno noui Pontificatus inter Cardinales ipsos

Et illa in quibuscunq; cōtractib. excepta & libera remanere debere mandat.

fieri solitis non comprehendantur, sed semper intelligantur, & sint excepta emolumenta Præsidentium & Portionariorum Collegio concessa, teneanturq; Camerarius, Thesaurarius, ac Præsidentes Clerici Cameræ Apostolicæ huiusmodi in omnibus contractibus, & concessionibus de Officijs huiusmodi de cætero faciendis emolumenta per ipsum prædecessorem, & eisdem Salariæ, & alijs officijs perpetuo applicata huiusmodi specifice nominatim & expresse excipere, & reseruare, eidem Collegio integre soluenda, & efficaciter præstanda. Mandantes nihilominus Dohanerijs, Conductoribus, Thesaurarijs, & officialibus emolumenta Collegio huiusmodi

De solutione dictorum emolumentorum.

soluere debentibus, quatenus de emolumentis, & summis, ac taxis per nos & prædecessorem Præsidentibus huiusmodi assignatis in principio cuiuslibet mensis seu alterius temporis inter se, & Præsidentes præfatos statuendi indicta, & in ducatis auri in auro de Camera sine mora eisdem satisfacere integre debeant. Illis autem satisfacere vnico termino recusantibus seu deficientibus, liceat Præsidentibus præfatis possessionem Dohanarum, Thesaurariarum, & infrascriptorum officiorum vigore præsentium literarū nostrarū, quas vim validæ, & efficacis, specialis, propriæ, & expressæ cōcessionis habere volumus, quauis alia locatione, cōcessione, aut deputatione quibusuis personis cuiuscūq; status, gradus, ordinis, cōditionis, aut dignitatis fuerint per nos, seu Cam. Apost. aut alias ex quacunq; causa facta, seu in posterū facienda, quā eo casu reuocamus, cassamus, ac irritā, & inanē decernimus, non obstante, propria auctoritate libere apprehendere, & per seipsos fideliter exercere, salua Cameræ & sedis huiusmodi indemnitate. Mandātes propterea Camerario & Clericis prædictis, quos ipsius

Iudices et Defensores istius Collegij deputat.

Collegij Cōseruatores, ac proprios speciales & ordinarios Iudices deputamus, ac volumus quod ipsi & eorum quilibet tā in Annatis & taxis hmōdi sine īpedimētis exigēdis quām quibuscūq; alij protectionē iuriū & cōmo-

dorum

dorũ Præsidentiũ & Portionariorũ Collegij huiusmodi concernẽtibus eisdem efficacis defensionis præsidio assistant, ac facultatem per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia iuxta stilum Cameræ debitores & inobedientes compellendi, & compescendi habeant, decernentesque quòd in præmissis Camerarij, vel Clericorum prædictorum determinationi omnino stetur, nec cuiquam ab eorum decreto appellare, aut ipsos Præsidentes & Portionarios ad aliud tribunal etiam vigore rescriptorum apostolicorum pro tempore obtentorum trahere liceat, neque Clerici ipsi suspecti allegari etiam prætextu portionum per aliquem ex eis obtentarum possint, cum verisimile non sit, iudicia tot præstantissimorum virorum, quorum fidei ac prudentiæ præfatæ ecclesiæ patrimonium creditur, aliqua ratione a rectitudine declinatura quatenus ipsi ad supradictarum & infrascriptarum sententiarum & pœnarum declarationem & exequutionem summarie, simpliciter, & de plano, omni iudiciaria tela postposita, sola facti veritate inspecta procedentes cum effectu quotiens requisiti fuerint, & id nouerint expedire faciant Præsidentes ipsos taxarum & emolumentorum eis assignatorum huiusmodi integra perceptione, & Thesaurarijs ac Dohanerijs prædictis, & alijs Officialibus, emolumenta per eos eisdem Præsidentibus, & Portionarijs persoluenda debitis temporibus libere persoluere recusantibus seu aliquo ex colore tergiuersantibus & renitentibus Thesaurariarũ, Dohanarum, & aliorum offic. præd. possessione libera, & expedita pacifice frui, & gaudere, amotis Thesaurarijs Dohanerijs, & conductoribus, ac quibusuis alijs contradictoribus tũc existentibus per omnia iuris & facti remedia ab eisdem officijs, prout nos eos ex nunc prout ex tunc in euentum huiusmodi harum serie ab illis amouemus, & in ipsorum locum seu administrationem & exercitium collegium Præsidẽtium & Portionariorum huiusmodi, & illius singulares personas ponimus, constituimus, deputamus, ac surrogamus, non permittentes Præsidentes, & Portionarios prædictos per eosdem Thesaurarios, & dohanerios ac quosuis alios desuper molestari seu quomodolibet impediri, dummodo mercatores idoneos ad declarationem dictæ Cameræ de persoluendo eidem Cameræ quod per officia ipsa obtinentes amotos huiusmodi tunc & durante eorum locatione persolui debebat, eidem Cameræ dederint. Et quia accepimus quod inter Collegium Præsidẽtium huiusmodi, & Proxenetas Ripæ & Ripettæ Vrbis assiduæ controuersiæ vertantur super proxenetici ministerij mercede eidem Collegio Præsidentium applicata, volumus quod Præsidentes præfati iuxta institutionem eorum officij per se ipsos vel ab eis deputandos viros probos, ac fide & facultatibus idoneos numerum quinquaginta non excedentes, ministerium mediatorum ac Proxenetarum huiusmodi in vino, ac mercibus, & rebus alijs quæ in dicta Ripa & Ripeta, ac in cellis, apothecis, & magazenis reconduntur, custodiuntur, & conseruantur, quæ vendi, commutari, aut alias distrahi solent, exercere possint, reseruatis duntaxat ducatis aureis Centum quinquaginta per ipsos Proxenetas singulo anno perpetuis futuris tẽporibus in cuiuslibet Semestris principio proportionabiliter diuidendis. Ad quos non solum societatem, sed illius quoque singulares personas in solidum obligari & teneri censemus pro superioritatis recognitione cum effectu eisdem Præsidentibus persoluendis, qui bus etiam vt nostra & eiusdem sedis liberalitate vberius glorientur, florenos alios similes Noningentos super prouentibus dictæ Salariæ vltra summam prædictorum Decem millium florenorum per eundem prædecessorẽ eis assignatam, & per ipsos recipi solitam præcipuos & sine aliqua participatione Portionariorum inter ipsos 245. officiales diuidendos tenore earundẽm præsentium ac scientia & potestate similibus perpetuo concedimus, & assignamus, prouiso quòd nauli seu nolituræ stateræ transtrorum extimationis casettæ Marescallatus officia vna cum 40. ducatis eisdem super Salaria Vrbis assignatis prædictæ Cam. dispositioni relaxare teneãtur, prout ex nunc sponte relaxant, reseruato ipsis nihilominus Commissariatus Annonæ officio, ad quod exercendum non nisi ex ipsorum numero per ipsam Cam. deputari queant, alium seu alios non de numero ipsorum officialium plenissime reuocantes, & dilectum filium Io. Franciscum Pogium vnum ex dictis Præsidentibus Annonæ pro vno anno futuro simili motu ad dictum Commissariatus officium deputamus: cassantes omnes concessiones cuicunque personæ sub quacunque verborum forma & tenore a nobis hactenus emanatas, etiam si de eis eorumque tenoribus specialis & expressa ac de verbo ad verbum esset mentio facienda. Cætera vero emolumenta infrascripta per manus dictorum Præsidentium, quorum numerum per huiusmodi Portionum additiones nolumus augeri recipienda inter obtinentes Portiones ipsas proportionabiliter diuidatur, concedentes eisdem Præsidentibus nihilominus facultatem Portiones huiusmodi etiam dimisso Præsidentis officio retinendi, illasq; in fauorem alterius etiam officium non habentis quotiens eis placuerit in nostris manibus, vt moris est, libere resignandi, prius tamen pro concessione singularum Portionum ab officio separatarum florenis aureis 20. pro concessione vero nudi ac simplicis officij Præsidentis, 30. pro signatura autem officij cum annexa portione 50. florenis aureis Datario nostro persolutis. Ac volumus quòd nullus ex Præsidentibus vltra duas ex additis Portionibus vna cum officio Præsidentis, alij vero officium Præsidentis non obtinentes vltra vnam ex dictis Portionibus sine speciali nostro indulto hac prima vice excepta obtinere possit, vt de illis pluribus personis pignora emere nequeuntibus valeat satisfieri. Quodque (vt clamores, rixæ, & contentiones inter officiales ipsos in admissionibus nouorum collegarum oriri solitæ propter multitudinis congregationem & votorum diuersitatem tollantur) volumus quòd nouus officialis seu Portionarius ad huiusmodi officium de cætero recipiendus iam officiali, seu Portionario patre, fratre, filio, nepote ex fratre vel sorore carnalibus alicuius officialis, seu Portionarij duntaxat exceptis, ad soluendum vltra ducatos quinque inter Defensores, Sindicos, Depositarium, Mensarios, & Capellanum per ipsum Collegium pro tempore deputatos diuidendos soluere minime teneatur, statuẽtes quòd officiales Portionem seu Portiones, & Portionarij officium Præsidentis non habentes Syndici, Mensarij, aut defensores esse non possint. Si quis autem aliter facere, procurare, ordinare, solicitare, sententiare, iudicare, determinare, vel hoc directe, vel indirecte quomodolibet impedire, seu contra ordinationem nostram huiusmodi venire præsumpserit, excommunicationis latæ sententiæ, a qua non nisi satisfactione prius officialibus & Portionarijs prædictis de vera & integra summa eis debita, ac de plene satisfaciendo in futurum efficaci obligatione præcedente, per quemcunque confessorem, etiam sub prætextu cuiusuis indulti a nobis, vel prædecessoribus, aut successoribus nostris emanati, seu concessi, vel concedendi, præterquam in mortis articulo constitutus absolui nequeat, necnon priuationis omnium & singulorum officiorum per ipsum in Rom. Cu. pro tempore obtentorum, ac etiam quorumcunque emolumentorum, & quouis modo, ratione, vel causa debitorum tunc & debendorum in futurum etiam ratione eorundem officiorum quæ obtinebit & quæ quomodolibet exercebit, pœnas respectiue eo ipso & totiens quotiens contrafecerit, damnabiliter incurrat. Taxæ autem & emolumenta, quæ Portiones ipsas obtinentibus concedimus, & eorum collegio applicauimus & assignauimus sunt hæc videlicet,

Iurisdictio dictorum iudicum.

Collegium Præsidentiũ habet ius deputandi viros probos quinquaginta qui exerceant ministeriũ proxenetarũ Ripæ & Ripettæ Vrbis.

De his autem vide inf. Pij V. constit. 18. cum sicut accepimus.

Præsidentibus alios prouentus de quibus hic assignat. dũmodo ipsi relaxent Cam. Aposto. quædam officia hic expressa.

Præsidentes retinere possunt eorũ Portiones & illa resignare vt hic.

De admissione College, & taxa soluen.

Pœnę contrauenientium huic const.

Emolumenta assignata Portionarijs.

delicet, Super Annatis vt supra ducatos 29. pro singulo centenario, super Salaria vrbis floren. 1100. super Thesaurariatu, Tractus bladorum per mare, & Salaria Marchiæ, & Ducatu Spoletan. ac Thesauraria Asculi in totum ducatos 21666. super Thesaurariatu vero Perusiæ & Vmbriæ, ac Gabellis, & Depositariatu Narniæ ducatos 2505. auri in auro de Camera, & quia ex dicto Thesaurariatu Perusiæ & Vmbriæ, Camera apost. modicam vtilitatem percipere consueuit eidem Thesaurariatui applicamus floren. 1000. ex censu annuo per Communitatē Ciuitatis castelli ad rationem 72. baiochorum pro quolibet ducato computatorum, ac ex emolumentis salis a Communitatē Tudertin. ducatos Noningentos similes, de quibus Mille noningentis ducatis præmissis, eidem Thesaurariatui applicatis Thesaurarius Perusiæ prædictus teneatur reddere rationem dictæ Cam. vltra pretiū 5300. ducatorum auri annuatim per ipsum præfatæ Cam. debitorum, ac omnes prouētus salis affocatici, & census ciuitatis nostræ Rheanis cum onere quòd dicti Portionarij teneantur restituere Ioanni Baptistæ de Senis sacræ aulæ aduocato ducatos 4087. auri de Cam. quos super censibus prædictis soluit, Illis vero de Martellis ducat. 3000. similes quos super huiusmodi salis affocatici prouentu soluerunt, de quibus aliqua gratia fieri non possit, & si facta reperiretur a decem annis citra, ex nunc reuocata censeatur: Declarantes quòd perpetuis futuris temporibus sint dictorum Portionariorum, vel ab eisdem ius habentium, pro quibus exigendis officiales cū priuilegijs solitis etiam arma portandi de eorum numero per Cam. apost. deputari debeant. Et cum, adiutore domino, prout semper a primæua die fœlicis nostræ ad summi apostolatus apicem assumptionis animo gessimus, vt pastoralis officij nobis diuina prouidentia commissi cura exigit pro Christi nominis propagatione in sacro Lateranensi per nos prosequendo & continuando Concilio pestiferum schisma vnitatem Ecclesiæ lacerare solitum penitus extinguere, ac expeditionem contra perfidos & truculentos orthodoxæ fidei hostes cum cæteris christianis Principibus, quos ad hoc sanctum opus non sine magno labore & impendio, Deo fauente, cuius res agitur, conciliare studemus, facere firmiter intendamus, & terra robustissimum exercitum, marique validā classem parare proposuerimus, vt tandem vexilla salutiferæ Crucis contra veros Christianæ Reipublicæ hostes nostro sanguine madentes, ac Christianorum Principum discordijs auctos felicissime prodire, & de illis veros triumphos Saluatori nostro referre, cum animarum salute certissime possimus, & ad hæc peragenda nostræ & eiusdem Ecclesiæ facultates non sufficiant, infrascriptique Præsidentium & Portionariorum Collegij huiusmodi officiales pro subuentione onerum huiusmodi, vt illis pro parte prouidere, & eiusdem ecclesiæ euidentissimæ necessitati satisfacere valeamus, summam præmissam 28600. ducatorum auri in auro de Camera nobis liberalissime persoluerint, nos dignum reputantes pro stabilimento, perpetuatione ac firmitate dicti officij non minus vtilis quam necessarij, ac etiam vt ipsorum Præsidentium & Portionariorum indemnitatibus opportune prouidere, de consilio, assensu, & potestate præmissis eisdem auctoritate, & tenore decernimus & declaramus quòd Portiones per obitum illas obtinentium duntaxat pro tempore vacantes eo ipso extinctæ sint & esse censeantur, & illarum sic per obitum vacantium emolumenta ad Cam. ipsam libere reuertantur. Si vero Portiones ipsas contingeret aliter quam per obitum huiusmodi in totum vel in partem extingui seu reuocari, aut ipsos Præsidentes & Portionarios quo minus emolumenta eis assignata huiusmodi percipere libere possent quomodolibet impediri aut molestari, Nos & successores nostros ac Cameram præfatam, & illius bona in vim validi & efficacis contractus ipsis Præsidentibus, & Portionarijs pro tempore existentibus obligamus, si alias quam vt præfertur facta fuerit aliqua diminutio emolumentorum prædictorum ad soluendum, & satisfaciendum ipsis de summa quam eos ex huiusmodi diminutione amisisse cōstabit. Si vero officium, & Portiones huiusmodi alias quam vt præfertur, reuocentur, ad restituendum eis supradictam summam 28600. Ducatorum, per ipsos, vt præfertur, nobis solutorum, in quibus nullo modo, nullaue ratione vel causa computari debeant, sed possint in toto vel in parte emolumenta per eos interim percepta, sed eos, & eorum quemlibet iusto & legitimo titulo emolumenta prædicta sibi acquirere, & vt sua retinere possu & debere, Mandantes Camerario, Thesaurario, Præsidentibus Clericis præfatis nunc & pro tempore existentibus, ac omnibus & singulis ad quos id quomodolibet spectabit pro tempore, quatenus summam 28600. Ducatorum huiusmodi ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, & describant, scripturasque necessarias & opportunas obligationes desuper faciant, obligationem per nos sic factam recognoscentes, & sequentes, eisdem Præsidentibus & Portionarijs super præmissis & eorum plena & inuiolabili obseruatione, quodcunque publicum instrumentum obligationis bonorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Cameræ earundem ad ipsorum Præsidentium, & Portionariorum requisitionem, & in euentum prædictum absque alterius declarationis seu mandati expectatione de præmissis debitam & integram satisfactionem faciant, decernentes quicquid per ipsam Cameram super hoc sic gestum determinatumq; fuerit, perpetuo ratum firmum & inuiolabile esse debere, ac irritum & inane si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari seu ad præfatæ Cameræ iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc eis nullatenus volumus suffragari. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obseruari, volumus quod illæ in Cancellaria Apostolica, & audientia literarum contradictarum nostrarum legi, affigi, & publicari debeant, vt ij quos literæ ipsæ concernunt seu cōcernere poterunt quomodolibet in futurum, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Nomina Præsidentium Portiones ipsas obtinentium sunt hæc, videlicet, Laurentius Puccius tt. ss. Quattuor presbyter Cardinalis Officialis & Protector cum Quadringentis duabus, Ferdinandus Ponzetus cum vna. Franciscus Armellinus in locum Donati Vlteriani, olim officialis cum tredecim. Paulus de Cæsis in locum Stephani Sauli olim officialis cum octo. Petrus del bene cum quindecim. Ludouicus Caponus cum vndecim. Dominicus de Iuuenibus cum decem. Bernardinus Plāca cum nouem. Paulus Lantes cum quinque. Andreas Bondelmontis cum quatuor. Ioannes Camillottus cum quatuor. Alexander Ponzettus in locum Augustini Raphaelis cum tribus. Io. Franciscus Pogius cum 3. Laurentius de Taxis cum 3. Iacobus Bernardinus in locū vnius

officij

Onera portionariorum.

Pont. continuauit, & absoluit conc. Lateranen. vt habes sup. fo. 219. const. 19. Et ante illam const. ista pont. debebat fuit tamē postposita in curia imprimentium.

Portiones per obitum vacantes, eo ipso extinctæ censentur, & ad Cam. libere reuertantur.

Si emolumēta diminuātur vel impediantur, Cam. Apostol. teneatur ad eorum solutionem.

Et si officia reuocabūtur pecuniæ eis restituantur.

Mandat Camerario, & alijs offic. Cameræ Apostol. vt pecuniam à dicto Collegio receptam ponant ad introitum Cameræ, & faciāt desuper instrumentū, & obligationes necessarias.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

Nomina præsidentium siue portionariorum.

officij Laurentij Pucij,& alterius Cyriaci Armellini cũ 3.Bartholomæus Farratinus cum 4.Hiero.Gottifredus in locum Melchioris de Campania cum 3. Leonardus Gratinus cum 3. Petrus Paulus de Soderinis in locum vnius officij Iulij Martelli officialis cum 3. Thomas domini Ioannis de Soderinis in locum Orlandi Bini officialis cum 3.Baptista de Palinis cum 2.Baptista Maurus cum 2.Bartholomæus Cupinus cum duabus.Clemens de Cæsis cum quinque.Clerici Cameræ cum vna, Franciscus de la Fonte cum 2. Fernandus Flores cum 2. Gregorius Epiphanius cum duab.Ioan. Andreocinus cum duabus.Ioa. Iacobus de Cæsis cum tribus. Nicolaus de Balneoregio cum duabus.Petrus Andreas Xandri cum duabus. Emanuel Balbus cum duabus, Pirrus Angeli de Cæsis cum tribus.Raphael Lippus cum duabus. Ramundus de Raimundis cum duabus.Secretarij Apost.in locum Io. Nicolai Benuegnatis officialis cum vna.Fredericus Equitanus de Cæsis cum tribus.Guarinus vero in locum Marci Fauogini olim officialis,Andreas Buchel.Antonius Vegi,Andreas Centolinus.Ascanius de Saccis.Aloysius Tagliacarne.Alexander Gentilis.Adoardus Cicada.Alsonsus Verdesotto.Aloysius Martelli,Robertus de Nidis.Babilanus Pallauicinus.Benedictus Castonus,Camillus Mansuetus.Christophorus Gabrielis de Taxis.Curtius Fregepanis, Dominicus de Taxis.Fabius Mansuetus.Fabricius Maius.Franciscus de Attauantis.Franciscus Pallauicinus.Franciscus de Oria,Franciscus Tullis de Carosis.Guido de Castello . Hiero.Crescentius. Hiero. Futius. Ioan. Buren, Ioannes Brocardi,alias Cinchi.Ioan.Franciscus de Marinis, Iulius Martelli , Io.Petrus Criuellus. Ioan. Iacobus de Cornelio de Taxis.Ioan.Iacobus de Montilio. Iannottinus Gentilis. Iulius de Narnia. Leonardus Regnadorus.Ludouicus del Burgo.Felix Corius.Nicolaus Saturnus. Petrus Paulus Veccia. Nicolaus Antonius. Gottifredus in locum Hieronymi olim officialis.Pergentilis Futius.Paulus Sofianus. Petrus Mattutius. Paulus Guidarellus.Paulus Riarius.Reotius de Sutrio , Stephanus Siluagus. Simon Portius. Sanctus Siranus. Thamiras Tamerotius. Vincentius Pallauicinus. Vulfangus Goler cum singulis portionibus . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ additionis,appropriationis,amotionis positionis, constitutionis , surrogationis , concessionis,assignationis,reuocationis,deputationis,cassationis,indulti,liberationis,præcepti,statuti , applicationis, declaratiouis,obligationis,mandati,decreti,& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum . Datum Romæ apud sanctum Petrum , Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo tertio,Decimo septimo Idus Ianuarij.Pont.nostri anno primo. Hæc const.vrbi ... cadit sub anno primo.

Ego Leo X.Cath.Ecclesiæ Episcopus subscr.

Ego R.Episcopus Ostien.manu propria subscr.
Ego B.Episcopus Sabinen.Card.S.Crucis subscr.
Ego Ia.Albanen.subscrisi.
Ego F.Episcopus Tiburtinus subscr.m.p.
Ego M.Episcopus Prænestin.Card.Senog.subscr.
Ego F.Card.Surrentinus subscr.
Ego N.tt.S.Priscæ Card.Fliscus.
Ego Hadrianus Card.tt.S.Chrysogoni.
Ego L.Card.tt.S.Susannæ.
Ego A.Card.S.Praxedis subscripsi.
Ego P.Card.S.Eusebij subscripsi.
Ego A.tt.S.Sixti presb.Card.Bonon.subs.
Ego B.tt.S.Sabinæ presb.Card.subscr.
Ego L.tt.SS.Quatuor ma.p.subscripsi.
Ego F.S.Angeli Diaconus Cardinalis.
Ego A.S.Eustachij Diaconus Card.de Farnesio.
Ego M.Card.Cornelius subscr.
Ego Iu.S.Mariæ io Domo.Diaconus Card.subscr.
Ego B.Card.S.Mariæ in Porticu subscripsi.

F. Armellinus.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo decimoquarto , Indictione secunda , die vero Iouis vigesimoseptimo mensis Aprilis Pontificatus Sanctissimi in CHRISTO Patris,& domini nostri domini Leoni diuina prouidentia Papæ X.Anno II.istæ literæ in forma quioterni simul alligatæ,affixæ , & publicatæ fuerũt in Cancellaria Apostolica , & audien.literarum contradictarum Domini Nostri Papæ valuis seu portis , & ibidem spatio congruenti temporis dimissæ fuerunt per me Ioannem Droueti , Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Pro Magistro Erardus du Viuier Cursor.

Ia.Questemberg.

Visa P.Marciaci de curia.

XXXXIIII.

De his quæ seruare debent impetrantes beneficia Consistorialia.

Hæc const.confirmatur inf.per Adrian.6.const.4.cum dudum felicis. & Clem.7. const. 5.cum dudum.

LEO Episcopus &c.Motu proprio &c.

CVM Sixtus Quartus , & Iulius secundus, & nonnulli alij prædecessores nostri prouidendo ne illis de quorum personis ecclesijs cathedralibus,& Metropolitanis,ac Monasterijs consistorialibus prouidetur,seu ipsa Monasteria commendantur,prorogatio consistorij præiudicium siue occasio litigandi inferetur, Sixt. 4. & Iul. 2. quorũ const. hic non habes ordinarunt vt expeditio supplicatio nũ beneficiorum Consistorialium retrotraheret ad datas illarum.

reretur, constituerint & ordinauerint, vt supplicationes desuper signarentur & datarentur, ad quarum datas cedulæ consistoriales retrotraherentur, alias nullius essent roboris vel momenti: Nec non vt Camera apostolica, & sacrum dilectorum filiorum Cardinalium Collegium cum periculo promouentium animarum, eorum viribus & annatis non defraudarentur, similiter constituerint & ordinauerunt, vt literæ prouisionis, siue commendæ ecclesiarum cathedralium, metropolitanarum, & monasteriorum consistorialium siue literis dispensationũ retentionum, monasteriorum & aliorum beneficiorum secularium, & regularium, ac pensionum, quarumcunque non expedirentur, vestigijs prædecessorum inhærendo, ac maioribus fraudibus occurrere cupientes, cum intellexerimus supplicationes dispensationum huiusmodi retentionum monasteriorum, & beneficiorum ac pensionũ prædictarum ad partem signari, & de illis in cedulis consistorialibus nullam mentionem fieri ad effectum vt literæ ecclesiarum monasteriorum prædictorum contraordinationes prædictas libere ad eorum libitum expediri facere valeant, Idcirco Motu proprio, & ex certa scientia, ac de nostræ Potestatis plenitudine prædicta mandata, & ordinationes extendimus, ac de nouo decernimus declaramus, statuimus, & ordinamus, Vt per quascunque supplicationes, etiam Motu proprio sub quibusuis datis in posterum signandas dispensationum retentionũ quorumcunque monasteriorum, & beneficiorum regularium & secularium, ac quarumcunque pensionum & similium beneficiorum vacantium, & pensionum translatarum per huiusmodi promotiones, & commendas consistoriales nullius sint roboris, nec in aliquo eisdem personis prouisis suffragentur, sed monasteria, & beneficia prædicta per huiusmodi promotiones impetrari possint, ac pensiones cassatæ & extinctæ intelligantur, nisi in cedulis prædictis super illis dispensetur, & beneficijs sic vacantibus prouisum sit, ac supplicationes prædictæ retrotrahantur, eis nequaquam suffragentur. Mandantes propterea dilecto filio nostro Iulio tituli Sancti Laurentij in Damaso presbytero Cardinali, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, eiusdem Cameræ apostolicæ regenti, & dilectis filijs de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, & alijs officialibus ad quos expeditio dictarum literarum spectat, præsentibus & pro tempore existentibus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt præsens nostrum decretum, & mandatum prædictorum nostrorum prædecessorum inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant & mandent. Ac simili modo volumus, mandamus, & decernimus, ordinationi & decreto nostris huiusmodi per quascunque clausulas etiam derogatorias in supplicationibus & cedulis prædictis appositas nisi per speciale mandatum nostrum, vt decet, signatum derogari non posse. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Et desuper expedirentur etiã literæ dispensationũ vt hic.

Causa istius cõs.

Pont. extẽdit & confirmat const. dictorum Six. & Iul.

Et dat formam seruãdam in huiusmodi impetrationibus.

Executores istius const.

Huic const. non derogatur nisi p speciale mandatum.

Clausulæ derogatorię.

Placet, & ita Motu proprio mandamus. L.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cãcellaria apostolica anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo, Die 3. mensis Ianuarij.

Et ego vidi descriptam in Quinterno Cancellariæ Apost. fol, 308.

X X X X V.

Henrico Regi Angliæ titulum Defensoris Fidei donat, quia contra Martinum Lutherum & alios Hæreticos scripserat, & eos persequebatur.

De erroribus autem quos iste Rex postea Commisit, eiusque de Hæresi condemnatione vide infra Pauli 3. constit. 20. cum Redemptor. Et similiter de Elisabeth Angliæ Regina vide infra Pij V. const. 102. Regnans.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, Carissimo in Christo filio Henrico Angliæ Regi Illustri fidei defensori Salutem, & Apostolicam benedictionem.

EX Supernæ dispositionis arbitrio, licet imparibus meritis, vniuersalis Ecclesiæ regimini præsidẽtes, ad hoc cordis nostri longe lateque diffundimus cogitatus, vt fides catholica, sine qua nemo proficit ad salutem, continuum suscipiat incrementum: & vt ea quæ pro cohibendis conatibus illam deprimere, aut prauis mendacibusque commentis peruertere, & denigrare molientium, sana Christifidelium præsertim dignitate regali fulgentium doctrina sunt disposita, continuis proficiant incrementis, partes nostri ministerij, & operam impendimus efficaces. Et sicut alij Romani Pontifices prædecessores nostri catholicos Principes, prout rerum & temporum qualitas exigebat, specialibus fauoribus prosequi consueuerunt, illos præsertim, qui procellosis temporibus, & rabida schismaticorum, & hæreticorum feruente perfidia, non solum in fidei serenitate & deuotione illibata sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ immobiles perstiterunt, verum etiam tanquam ipsius ecclesiæ legitimi filij, ac fortissimi athletæ schismaticorum, & hæreticorum insanis furoribus spiritualiter, & temporaliter se opposuerunt: ita etiam nos Maiestatem tuam propter excelsa, & immortalia eius erga nos, & hanc Sanctam Sedẽ, in qua permissione diuina sedemus, opera, & gesta condignis, ac immortalibus præconijs, & laudibus efferre desideramus, & ea sibi concedere, propter quæ inuigilare debeat a grege dominico lupos arcere, & putrida membra, quæ mysticum Christi corpus inficiunt, ferro, & materiali gladio abscindere, & nutantium corda fidelium in fidei soliditate confirmare. Sane cum nuper dilectus filius Ioannes ClerK. Maiestatis tuæ apud nos Orator in Consistorio nostro coram Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & compluribus alijs Romanæ Curiæ Prælatis, librum, quem Maiestas tua charitate, quæ omnia sedulo, & nihil perperam agit, fideique catholicæ zelo accensa, ac deuotionis erga nos, & hanc Sanctam Sedem feruore inflammata, contra errores diuersorum hæreticorum sæpius ab hac sancta Sede damnatos, nuperque per Martinum Lutherum suscitatos, & innouatos, tanquam nobile, ac salutare quoddam antidotum composuit, nobis examinandum, & deinde authoritate nostra approbandum obtulisset, ac luculenta oratione sua exposuisset Maiestatem tuam paratam, ac dispositam esse, vt quemadmodum veris rationibus, & irrefragabilibus sacræ scripturæ, ac sanctorum patrum authoritatibus notorios errores eiusdem Martini confutauerat: ita etiam omnes eos sequi, ac defensare præsumentes, totius regni sui viribus, & armis persequatur: nosque eius libri admirabilem quandam, & coelestis

Henricus Rex Angliæ scripsit contra Lutherũ & alios Hæreticos.

ftis gratiæ rore conſperſam doctrinam diligenter accurateque introſpexiſſemus: omnipotenti Deo, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum eſt: immenſas gratias egimus, qui optimam, & ad omne bonum inclinatam mentem tuam inſpirare, eique tantam gratiam ſuperne infundere dignatus fuit: vt ea ſcriberes, quibus ſanctam eius fidem contra nouum errorum damnatorum huiuſmodi ſuſcitatorem defenderes, ac reliquos Reges, & Principes Chriſtianos tuo exemplo inuitares: vt ipſi etiam orthodoxæ fidei, & euangelicæ veritati in periculum, & diſcrimē adductæ omni ope ſua adeſſe, opportuneque fauere vellent. Æquum autem eſſe cenſentes eos, qui pro fidei Chriſti huiuſmodi defenſione pios labores ſuſceperunt, omni laude, & honore afficere: volentes nō ſolum ea, quæ Maieſtas tua contra eundem Lutherum abſolutiſſima doctrina, nec minori eloquentia ſcripſit: condignis laudibus extollere, ac magnificare, authoritateque noſtra approbare, & confirmare: ſed etiam Maieſtatem ipſam tuam tali honore, ac titulo decorare, vt noſtris, ac perpetuis futuris temporibus chriſtifideles omnes intelligat, quam gratum acceptumque nobis fuerit Maieſtatis tuæ munus, hoc præſertim tempore nobis oblatum: Nos qui Petri, quem Chriſtus in cœlum aſcenſurus Vicarium ſuum in terris reliquit, & cui curam gregis ſui commiſit, veri ſucceſſores ſumus, & in hac Sancta Sede, a qua omnes dignitates, ac tituli emanant, ſedemus: habita ſuper his cum eiſdem fratribus noſtris matura deliberatione, de eorum vnanimi conſilio & aſſenſu Maieſtati tuæ titulum hūc, videlicet Fidei defenſorem donare decreuimus: prout te tali titulo per præſentes inſignimus: mandantes omnibus chriſtifidelibus, vt Maieſtatem tuam hoc titulo nominent: & cum ad eam ſcribent, poſt dictionem Regi, adiungant Fidei defenſori. Et profecto huius tituli excellentia, & dignitate, ac ſingularibus meritis tuis diligenter perpenſis, & conſideratis, nullum neque dignius, neque Maieſtati tuæ conuenentius nomen excogitare potuiſſemus. Quod quotiens audies, aut leges, totiens propriæ virtutis optimique meriti tui recordaberis, nec huiuſmodi titulo intumeſces, vel in ſuperbiam eleuaberis, ſed ſolita tua prudentia humilior, & in fide Chriſti, ac deuotione huius Sanctæ Sedis, a qua exaltatus fueris, fortior & conſtantior euades, ac in Domino bonorum omnium largitore lætaberis perpetuum hoc & immortale gloriæ tuæ monumentum poſteris tuis relinquere: illiſque viam oſtendere: vt, ſi tali titulo ipſi quoque inſigniri optabunt: talia etiam opera efficere, præclaraque Maieſtatis tuæ veſtigia ſequi ſtudeant. Quam, prout de nobis, & dicta Sede optime merita eſt, vna cum vxore, & filijs, ac omnibus, qui a te, & ab illis naſcentur: noſtra benedictione, in nomine illius, a quo illam concedendi poteſtas nobis data eſt, larga, & liberali manu benedicentes, altiſſimum illum, qui dixit per me Reges regnant, & Principes imperant, & in cuius manu corda ſunt Regum: rogamus, & obſecramus, vt eam in ſuo ſancto propoſito confirmet, eiuſque deuotionem multiplicet, ac præclaris pro Sancta fide geſtis ita illuſtret, ac toti orbi terrarum conſpicuam reddat: vt iudicium, quod de ipſa fecimus, eam tam inſigni titulo decorantes, a nemine falſum, aut vanum iudicari poſsit: demum mortalis huius vitæ finito curriculo ſempiternæ illius gloriæ conſortem, atque participem reddat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inſignitionis & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo. Quinto Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno Nono.

Pont. eius ſcripta confirmauit.

Et eidem titulum defenſoris fidei donauit.

Iſte tamen Rex poſtea Hæreticus declaratus fuit vt habes infra Pauli 3. conſt. 20. cū Redemptor.

Et ibidem habes de Eliſabeth Angliæ Regina in Pij V. cōſt. 101. Regnans.

Pont. ſupraſcriptus obijt apud Villam Mantianam Diœceſis Portuen. Cal. Decembris 1521. & eius cadauer Romæ delatum in Baſilica S. Petri primo, & deinde in Eccleſia S. Mariæ ſupra Mineruam conditum fuit.

ADRIANVS SEXTVS

Hollandus Traiecten. Ciuitate Vlterioris Germaniæ, infimo genere ortus, Coronatus Romæ 3. Calen. Septembris 1522.

I.

Contra detinentes bona Palatij Apoſtolici, ac ſcientes & non reuelantes.

Ampliatur hæc conſt. infra per Clem. 7. conſt. 1. cogitur. & conſt. 2. cum intellexerimus, & Iulium 3. conſtit. 24. cum acceperimus & Pium IIII. conſtit. 9. Paſtoralis.

De Materia autem occupantium bona Reu. Cam. Apoſtolicæ vide infra Pauli 4. conſt. 25. incumbentia, vbi ponam concord.

DRIANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

NVPER fe. re. Leone Papa X. prædeceſſore noſtro, ſicut domino placuit ſublato de medio, cum nos, licet abſentes, & in remotis agentes, diuina diſponente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti fuiſſemus, & tot interiecta Maria perluſtrati, tandem ad almam Vrbem, beati Petri cathedram perueniſſemus, Palatium Apoſtolicum, in quo pro illius decore, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis vſu, & neceſsitate plura ornamenta, & iocalia, ac alia, non ſolum ab ipſo Leone, ſed etiam a pluribus alijs prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus deputata fuerant, prædictis, & alijs quampluribus iocalibus & bonis mobilibus ad Pontificem Romanum pro tempore exiſtentem pertinentibus ſpoliatum inuenimus. Nos igitur non ſolum noſtrum damnum conſiderantes, ſed periculum perditionis animarum eorum, qui auſu temerario huiuſmo-

Leon. x mortuo, Adrianus iſte Pōti electus fuit, abſens ab Vrbe, & cum Romæ veniſſet, Palatium Apoſt. quibuſdā bonis ſpoliatum inuenit.

 di bona

di bona ex dicto Palatio, aut aliunde auferre præsumpserunt aduertentes, ac cupientes quantum cum Deo possumus tam huiusmodi bonorum ex prædicto Palatio, & alias vndecunque per quoscunque post ipsius Leonis infirmitatem prædecessoris, ex qua postea decessit, ablatorum, & subtractorum recuperationi intendere, quam saluti animarum eorum qui illa detinent, ne cum illis damnentur prouidere, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia, omnes, & singulos, tam seculares, quam ecclesiasticos, etiam religiosos ordinum quorumcunque, & quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, seu superiori ecclesiastica etiam Cardinalatus, vel mũdana etiam Comitali, Marchionali, aut Ducali dignitate, seu honore fungentes, nullos penitus excipientes, cum dignitas qualiscunque nemini excusationem in peccatis præbere debeat, qui iocalia ornamenta, aurum, argentum monetatũ, & non monetatum, pecuniam, vestes, pannos, libros, equos, mulos, mulas, imagines aureas, argenteas, æreas, & marmoreas, aut alia bona mobilia, & immobilia cuiuscunque generis, qualitatis, quantitatisque seu pretij existẽtia, quæ ad dictum Leonem prædecessorem dum viueret pertinebant, seu pro vsu, commoditate, & ornamento dicti Palatij Apostolici, & Romani Pontificis pro tempore existentis deputata fuerant, post ipsius Leonis prædecessoris infirmitatem, ex qua postmodum decessit, ea dicto Palatio, aut alias vndecunque furto subtraxerunt, seu alias quomodolibet absque nostra vel procuratorum nostrorum expressa licentia abstulerunt, ac etiam tam eos, apud quos huiusmodi bona subtracta & ablata deposita, seu eis donata, quam eos, quibus per dictum Leonem prædecessorem, seu alios etiam sacrum Collegium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinaliũ, ante vel post obitum ipsius Leonis prædecessoris aliqua bona dicti prædecessoris, seu sedis Apostolicæ commodata, impignorata, aut alias quouis modo concessa fuerint, requirimus, & monemus, eisque districte præcipiendo mãdamus, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino, eis & eorum cuilibet, ac canonica monitione præmissa assignamus, omnia iocalia, ornamenta, aurum, argentum, vasa, pecuniam, vestes, pannos, equos, mulos, mulas, imagines, supellectilia, & alia quæcunque mobilia, & immobilia bona sic subtracta, asportata, deposita, vel donata aut commodata, nobis vel dilecto filio Vilhelmo de EnXenourt Datario nostro cum effectu restituant, & illorum detentores scientes reuelent, alioquin lapsis diebus huiusmodi, omnes & singuli prædicti Episcopali vel Archiepiscopali, aut etiam alia maiori dignitate ecclesiastica præditi, interdicti ingressus ecclesiæ pœnam, alij vero excommunicationis & maledictionis æternæ sententiam, quas in eos in ijs scriptis proferimus, & a quibus nisi a nobis, & satisfactione præuia, præterquam in vero mortis articulo constituti, relaxationis & absolutionis beneficium obtinere non possint, eo ipso incurrant. Et si Pontificali dignitate præditi, sub interdicto huiusmodi per octo dies, præfatos sex dies immediate sequentes permanere, alij vero inferiores ab eis, eandem excommunicationis sententiam animo indurato (quod absit) sustinere non formidauerint, extunc lapsis dictis octo diebus, Pontificali aut alia dignitate superiori præditi, regimine ecclesiarum eis concessarum eo ipso suspensi, ac tam ipsi si alia beneficia ecclesiastica obtineant, quam inferiores ab eis, omnibus & singulis monasterijs, prioratibus, dignitatibus, administrationibus, canonicatibus, & præbendis, cæterisque beneficijs ecclesiasticis secularibus, & ordinum quorumcunque regularibus, cum cura, & sine cura, quæ in titulum vel commendam seu administrationem, aut alias quomodolibet etiam ex quibusuis Apostolicis dispensationibus, seu concessionibus, ac officij Romanæ Curiæ obtineant: Seculares vero feudis, vicariatibus, dominijs, & alijs iuribus, & priuilegijs quibuscunque, eis per Romanam Ecclesiã, aut sedem Apostolicam, seu alios quoscunque, etiam quacunque alia auctoritate etiam Imperiali, vel Regali, eis concessis, etiam eo ipso priuati existant, & ad similia beneficia, feuda, priuilegia, vicariatus, dominia, & iura obtinenda, necnon ad quoscunque actus legitimos, exercendos inhabiles, ac etiã intestabiles similiter eo ipso fiãt, possintque beneficia, officia, ac vicariatus, & feuda, aliaque iura huiusmodi tanquam vacantia absque alia declaratione desuper facienda, a nobis & sede præfata, & ab alijs ad quos pertinet illa concedere & dare, libere impetrari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs sub quibuscunque tenoribus, & formis, raptoribus, detentoribus, & occultatoribus bonorum huiusmodi, seu eorum dignitatibus quomodolibet concessis, quæ quo ad hoc eis nolumus aliquatenus suffragari posse vel debere, cæterisque contrarijs quibuscunque. Illis autem quibus per Leonem prædecessorem, aut sacrum Collegium, seu alios dicta bona restituenda impignorata, vel alias concessa fuerunt, quo minus retraheбant quod suum est, nolumus per restitutionem huiusmodi in aliquo præiudicare. Ac volumus quod præsentes literæ in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & ecclesiæ Lateranen. valuis, ac acie campi Floræ etiam de Vrbe per aliquos ex cursoribus nostris tribus diebus continuis affigantur, & qualibet die ad minus inibi per tres horas affixæ custodiantur, & lapsis tribus diebus huiusmodi, omnes & singulos bonorum prædictorum raptores & detentores ac scientes, & non reuelantes, etiam quo ad omnes pœnas supradictas arctent & constringant, perinde ac si præsentes literæ singulis prædictis huiusmodi bonorum raptoribus, & detentoribus, ac non reuelantibus singulariter & personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ requisitionis, monitionis, mandati, assignationis, prolationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo secundo, Sexto Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Ideo monet detentores bonorũ dicti Palatij vt illa restituant, & scientes, illos reuelent.

Et inobedientibus pœnas hic expressas imponit.

Quas ampliauit Pius 4. inf. const. 9. Pastoralis.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publicandi in tam const. Quam pub. non mani.

A. de Castillo.

II.

Declaratio & reuocatio concessionum Iuris patronatus.

Ad hoc vide sup. fol. 107. Inn. 8. const. 2. Cum ab Apostolica, vbi posui concord.

Pontifices prædecessores ius Patronatus diuersimode multis concesserunt.

SANCTISSIMVS. D. N. Accepto per Sanctitatem suam quod non nulli Romani Pont. eius prædecessores diuersis personis collegijs laicorum sub patronatus, ac & facultates & indulta præsentandi, seu nominandi personas idoneas ad ecclesias etiam metropolitanas monasteria & beneficia ecclesiastica secularia, ac regularia, ac hospitalia, & alia pia loca ex tunc deinceps vacatura etiã interdum pro eorum hæredibus & successoribus alias sub varijs modis & formis per diuersas eorum literas in perpetuam

vel

vel ad certum tempus reseruarunt & concesserunt, cõsiderans quod per huiusmodi facultates & indulta Romanus Pontifex sæpius impeditur quo minus personas qualificatas vtiles & necessarias ad ecclesias & monasteria promouere. Ac de beneficijs ecclesiasticis similibus personis prouidere, hospitalia quoque & pia loca huiusmodi personis etiam vtilibus, & Monasterijs, committere & alias de illis disponere libere possit. Ideo vt per sanctitatem suam & Sedem Apostolicam liberius de personis benemeritis dictis cathedralibus ecclesijs, & Monasterijs prouideatur, et de illis ac alijs dignitatibus beneficijs, hospitalibus, & Pijs locis huiusmodi disponatur, opportune prouidere volens, felicis recordationis Innocētij Papæ octaui suæ sanctitatis prædecessoris inhærendo vestigijs omnes & singulas reseruationes & concessiones iuris patronatus, ac facultates & indulta præsentandi seu nominandi personas huiusmodi, ad ecclesias, monasteria prioratus, præpofituras dignitates personatus, administrationes, officia canonicatus & præbendas aliaque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura secularia, & ordinum quorumcunque regularia, qualitercunque qualificata, ac hospitalia & alia pia loca, personas prædecessores & Sedem apostolicam, aut eius legatos nuncios executores & subexecutores ab anno primo Pōtificatus eiusdem Innocentij prædecessoris citra quibusuis Regibus, Reginis, Ducibus & Marchionibus, ac alijs Principibus & personis, nec non Communitatibus, vniuersitatibus, confraternitatibus, & collegijs secularium personarū, cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis, & conditionis existētibus, etiam ex motu proprio & ex certa scientia, ac de potestatis apostolicæ plenitudine, aut etiam consistorialiter & alias tam simpliciter, quàm sub quibusuis conditionibus & promissionibus, & alias quomodocunque & qualitercunq; & ex quibusuis causis præterquam ratione ereptionis locorum in quibus Ecclesiæ, monasteria, & beneficia prædicta consistunt ex infidelium manibus & potestate factas & concessa, quorum omniū formas & tenores eadem sua sanctitas haberi voluit per expressis quoad metropolitan. ac alias cathedrales ecclesias & Monasteria nec non prioratus & præpofituras ac alias dignitates conuentuales & alia electiua etiam si ij quibus reseruationes & concessiones facultates & indulta huiusmodi facta & concessa fuerunt quascunque condictiones eis propterea quomolibet impositas & promissiones per eos propterea factas adimpleuerint. Quo vero ad alia beneficia ac Hospitalia & pia loca huiusmodi si illi quibus reformationes & concessiones ac facultates & indulta huiusmodi facta & concessa fuerunt vt præfertur illorum occasione fructus proxime dictorum beneficiorum Hospitaliū piorū & locorum ad medietatē vnius annui valoris fructuum eorundem secundum communem extimationem de proprijs eorum bonis non auxerunt vel eorum ecclesias aut Hospitalia & pia loca huiusmodi de nouo fundamentaliter non ædificarunt, seu funditus dirutas non reædificarunt, seu fundos in quibus ædificarētur ædificia in præsentiarum subsecuto non concesserunt ad quorum augumentis ædificationis reædificationis & concessionis respectiuæ probationem ens, qui tali iure patronatus seu præsentandi & nominandi directe vel indirecte vti voluerint, eadem sua sanctitas teneri decreuit etiam si condictionem ad quas alias quā modis præmissas tenebantur executioni demandatæ fuissent & in literis reformationum & primo dictarum concessionum seu facultatum & indultorum huiusmodi cautum sit quod dictum ius simpliciter vel sub certis conditionibus modis, & formis ex fundatione vel dotatione pertineat aut pertinere censeatur vel perinde habeatur ac si ex fundatione vel dotatione prædicta pertineret & quod reseruationes & primo dicta concessiones facultates, & indulta huiusmodi reuocari non possint, & clausulæ etiam derogatoriarum derogatoriæ fortiores efficaciores & insolitæ in dictis literis pro illarum præseruatione desuper adiectæ sint illarum formas & tenores per expressis habēdo reuocauit cassauit & annullauit, ac ecclesias monasteria prioratus præpofituras dignitates & beneficia huiusmodi ad eorum primæuam naturam præmissis non obstantibus reduxit. Decernens irritum &c.

Causa istius cōst.

Inn. 8. const. habes sup. fol. 107. nu. 2.

Pont. reuocat cōcessiōes iuris patronatus ab anno primo Pont. Inno. 8. factas ex quauis cā quo ad beneficia electiua. &c.

Inn. 8. Coronat' fuit prid. id Septembris. 1484.

Limitatio dictæ reuocationis.

Ampliatio dictæ reuocationis.

Reuocat etiā cōcessiones iuris patronatus quo ad alia beneficia nō electiua cum declarationib. hic expressis.

Decretū irritant.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit supradicta regula Romæ in Cancellaria apost. anno incarnationis Dominicæ 1522. die vero nona mensis Decembris Pont. prælibati sanctissimi Domini nostri Papæ anno primo.

Auscultata per me Io. Ang. Cuccinum literarum aposto. Abbreuiatorem fuit suprascripta regula & concor.

III.

Sumptis supplicationum & Commissionum signaturæ gratiæ Ecclesiasticæ vsque ad Adriani Pontificis aduentum ad Vrbem expeditarum, ex registro Petri VerbanK. ad id deputati extractis & per eum subscriptis, plenam fidem adhiberi mandat.

ADRIANVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM Nos alias dum in Hispanijs constituebamur suscepto a nobis Apostolatus officio, dilectū nobis Petrum VerbanK de Gheldorp. clericum leodicen. diœcesis Cubicularium Secretum & familiarem nostrum ad registrandum supplicationes tam gratiæ, quam iustitiæ per nos vsque ad nostrū in Vrbem aduentum signandas deputauerimus, & vt accepimus a nonnullis, an sumptis supplicationum & commissionum per ipsum Petrum ex illarum registro apud eum existen. extractis eiusque manu subscriptis, ex eo quod nec ex registro supplicationum Palatij nostri Apostolici, vt est moris extracta, nec ipsius registri supplicationum sigillo sigillatæ sint, fidem faciant, ac hoc vt illis per Petrum præfatum de suo registro extractis fides veniat adhiben. & illarum vigore super contentis in eisdem, literæ apostolicæ possint & debeant expediri, a nonnullis dicatur hæsitari. Nos desuper opportune prouidere volētes motu proprio & ex certa nostra scientia decernimus, omnibus & singulis sumptis supplicationū & cōmissionum ante aduentum nostrum ad Vrbem prædictam per nos signatis, ex registro ipsius Petri VrbanK pro tempore extractis ac per eum aut volentis & manu sua subscriptis, ac annulo piscatoris signatis plenam & indubitatam fidem fore adhiben. & iuxta illarum

Causę istius cōst.

tenores & concessiones literas Apostolicas desuper fore expedien.ac etiam dilectis filijs nostris Iulio tituli sancti Laurentij in Damaso presbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, & Laurentio tituli sanctorum quatuor Coronatorum presbytero Cardinali officiom summistæ literarum earundem quæ per Cameram secretam expediuntur,ad præsens exercenti,nec non pro Vicecancellario præfato dictam Cancellariam regenti,ac maioris præsidentiæ Abbreuiatoribus,& alijs ad quos pertineat,mandamus,vt super sumptis supplicationum,& commissionum prædictarum per ipsum Petrum Verbaok,vt præfertur,pro tempore extractis, auscultatis,& subscriptis,ac ipso annulo piscatoris sigillatis,fidem plenariam adhibeant, & super illis, ac earum vigore literas apostolicas, prout ad eos respectiue pertineat, faciant, & permittant expediri in omnibus & per omnia, prout vigore sumptarum ex registro supplicationum dicti Palatij per vnum ex illius magistris auscultatarum,& sigillo registri Palatij huiusmodi sigillatarum hactenus fieri consueuit. Non obstantibus priuilegijs,concessionibus,& indultis Magistris,Clericis, & Scriptoribus registri supplicationum palatij huiusmodi, & alijs quibusuis Romanæ Curiæ officialibus per nos & sedem apostolicam pro tempore concessis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Sumptis suppl. & commissionum extra (?) ex registro (?) ... & literas Apost. desup expediri posse mandat.

Clausula derogatoria.

Placet & ita motu proprio decernimus & mandamus. A.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo tertio,die vero vigesima quarta mensis Aprilis, pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Adriani diuina prouidentia Papæ Sexti anno primo.

Et ego vidi registratum in quinterno Cancellariæ Apostolicæ fol. 310.

IIII.

De his quæ seruare debent impetrantes beneficia Consistorialia.

Hoc idem habes supra fol. 271.in Leon. 10. constit.44.cum Sixtus & infra in Clem.7.constit. 5. cum dudum.

ADRIANVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM dudum fe.recor. Sixtus Papa quartus, & Iulius secundus, ac nonnulli alij prædecessores nostri prouidendo,ne illis,de quorum personis ecclesijs cathedralibus & metropolitanis,ac monasterijs consistorialibus prouidetur,seu ipsa monasteria commendantur,prorogatio consistorij præiudicium,siue occasionem litigandi inferret,constituerint & ordinauerint, quod supplicationes desuper signarentur,& datarentur, ad quarum datas cedulæ consistoriales retrotraherentur, alias nullius essent roboris vel momenti:Nec non vt Camera apostolica, & sacrum dilectorum filiorum Cardinalium collegium cum periculo promotorum animarum eorum iuribus, & annatis non defrauderentur,similiter constituerint,& ordinauerint, quod literæ prouisionis,seu commendæ ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum, & monasteriorum consistorialium sine literis dispensationum retentionum monasteriorum,& aliorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium,& regularium,ac pensionum quarumcunque non expedirentur: Ac deinde piæ mem. Leo Papa X.etiam prædecessor noster intellecto per eum, quod supplicationes dispensationum huiusmodi retentionum monasteriorum,& beneficiorum,ac pensionum prædictarum ad partem signabantur, & de illis in cedulis consistorialibus nulla mentio fiebat,ad effectum vt literæ ecclesiarum, & monasteriorum prædictorum contra ordinationes prædictas libere ad personarum prouisarum libitum expediri valeant,Motu proprio & ex certa scientia mandata & ordinationes prædicta extendendo,de nouo statuerit,decreuerit,& ordinauerit quascunque supplicationes etiam motu simili sub quibusuis datis in posterum signandas dispensationum retentionum quorumcuoque monasteriorum,& beneficiorum regularium,& secularium, ac quarumcunque pensionum,& similium beneficiorum vacantium,& pensionum per huiusmodi prouisiones, & commendas consistoriales nullius esse roboris vel momenti, nec in aliquo eisdem personis prouisis suffragari, sed monasteria & beneficia prædicta per huiusmodi prouisiones impetrari posse,ac pensiones cassatas & extinctas intelligi debere, nisi in cedulis prædictis super illis dispensarentur,& de beneficijs sic vacantibus prouisum esset,ac supplicationes prædictas sub quibusuis datis desuper signatas, nisi ad hoc quod ad illarum datas cedulæ prædictæ retrotraherentur, eis nequicquam suffragari:Nos prædecessorum prædictorum vestigijs inhærentes,ac fraudibus similibus occurrere cupientes, constitutionem,mandata,ordinationem,statutum,& decretum prædecessorum huiusmodi innouamus, illaque iuxta eorum continentiam & tenorem obseruari debere decernimus. Mandantes dilecto filio nostro Iulio tituli sancti Laurentij in Damaso presbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, & eiusdem Cancellariæ nostræ Regenti,nec non dilectis filijs de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, & alijs officialibus, ad quos expeditio dictarum literarum etiam per Cameram nostram secretam pertinet,præsentibus, & pro tempore existentibus,vt mandatum,ordinationes,statutum, & decretum prædecessorum huiusmodi,ac nostram inuiolabiliter obseruent,& obseruari faciant & mandent.Constitutionibus,& ordinationibus apostolicis, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Six.& Iul. const. hic non habes.

Leon.10.constit. habes sup.f.271. nu.44.

Confirmat const. dictorum & aliorum Pont.

Executores istius const.

Clausula derogatoria.

Placet, & ita motu proprio mandamus. A.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria apostolica, Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Die vero sextadecima mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris,& Domini Nostri Domini Adriani diuina prouidentia Papæ sexti,anno primo.

Et ego vidi registratam in quinterno cancell.Apost.fol.310.

V.

Inquisitori Comensi.

Inquisitoribus Hæreticæ prauitatis datur facultas procedendi contra Incantatores, Sortilegos, Diabolo obedientiam præstantes, fidem abnegantes, &c.

Ad hoc vide supra fol. 148. Alex. an. 6. const. 12. Cum acceperimus, vbi posui concord.

ADRIANVS Episcopus &c. Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem.

DVDVM, vti nobis exponi fecisti, per fel. rec. Iulium Papam II. prædecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quòd per quendam Georgium de Casali, ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & a fide Catholica deuiantes certam sectam facientes; fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum & patronum assumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegijs, alijsque nefandis superstitionibus iumēta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quamplurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante cōmittentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt asserebat) in dictis locis suæ inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgij incumbebat officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus sapere quam oportet, præmissa delicta ad eiusdem Georgij Inquisitionis officium non pertinere temere asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminauerūt: sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quòd propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officij executio quomodolibet retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis literas commisit & mandauit quatenus in locis eiusdē Georgij inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunq; personas, cuiuscunq; conditionis & præeminentiæ forent, inquisitionis officium exercere & exequi; ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vnà cum locorum ordinariorum vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos à iure ex sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero qui in premissis, consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus crucesignati contra alios hæreticos, ex indulto apostolico eis concesso, tunc gaudebant & vtebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed omnibus alijs locis locis & diœcesibus sub iurisdictione aliorum inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem profectò prouisione & castigatione eis est earundem literarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi vbi dictæ prauitatis inquisitor existis, tam tuo, quam omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis inquisitorum vbilibet consistentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt literas prædictas ad vos extendere & ampliare, aliásque desuper opportune dignaremur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicationi inclinati, literas prædictas, cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem literis continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiusmodi inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet inquisitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuissent, apostolica auctoritate, tenore præsentium extendimus. Ipsasque literas tibi & illis, vt præmittitur, eisdē auctoritate & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas, ad singula loca, in quibus de eis fides forsan fuerit facienda deferre: volumus & apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis, manu cuiuscunque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datū Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XX. Iulij, M. D. XXIII. Pontificatus nostri anno primo.

Euangelista.

Iul. 2. const. hic non habes.

Causa cōst. Iul. 2

Iul. 2. facultatē dedit Inquisitori Ciuitatis Cremonensis procedendi contra Incantatores, Sortilegos, fidem abnegantes &c.

Et fautoribus Inquisitoris Indulgentias Cruce signatorū cōcessit.

De his Indulg. vi de supra fol. 13. Innoc. 4 cōst. 12. Malitia cum ibi not.

Pont. iste eandē facultatem concedit omnibus Inquisit.

Clausulæ derogatoriæ.

VI.

Hortatur Fredericum Saxoniæ Ducem, vt dimittat Martinum Lutherum, & relictis eius erroribus, Catholicam Religionem amplectatur.

De Martino Luthero habes sup. fol. 258. const. Leon. X. const. 37. Decet. cum ibi not.

ADRIANVS Episcopus &c. Dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

SATIS & plus quam satis sustinuimus, dilecte in Christo, si forte Dei pietas tuam animam dignetur inuisere, ac dare pœnitentiam ad cognoscēdum veritatem, vt resipisceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris. Nouimus te paterne monitum à fe. re. prædecessore nostro, vt à te sepa-

rares

Leo x. monuit Saxoniæ Ducem vt Martinū Lutherū quē apud se retinebat, dimitteret, & Catholicā Religionē amplecteretur.

Ille vero magis reprobus factus est Ideo Pôt. iste multis rationib. hortatur vt resipiscat.

rares perniciem illam Christianæ religionis Martinum Lutherum: & cum iam toti orbi manifestæ essent scelestissimæ machinationes illius, sperauimus & te ad cor pœnitens reuersurum. Sed quoniam expectauimus vuas, & ecce quia frustra conflauit conflator, malitiæ enim tuæ non sunt consumptæ: coegit nos miseratio tui, coegit paternus amor, quo te & tibi subditos Saxones in Domino semper fuimus prosequuti, salutaribus & paternis monitis adhuc conuenire, vt vel tandem resipiscatis, antequam plane in vos conueniat, quod mox subdit Propheta: Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Et quid dicemus vobis, quàm quod Galatis suis Paulus: O insensati, quis vos fascinauit veritati nô obedire? Currebatis bene. Interrogate patres vestros, ac dicent vobis: maiores vestros, & annunciabunt vobis. Quod ab ea ætate, quo vno eodemque tẽpore vixere Adrianus Rom. Pont. & Carolus ille Magnus Imperator, Saxoniæ fidei plantatores, ad nostra vsque & charissimi in Christo filij nostri Caroli tempora, aui & proaui vestri, atque adeo Saxones omnes, semper habiti estis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: talesq; vt non immerito Gregorius V. natione Saxo, olim Rom. Pont. Saxoniæ Ducem in Rom. Imperatoris constituerit electorem. Quomodo ergo tam cito mutatus est color optimus? Cur tam facile transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt quidam, qui vos conturbant, & volunt cõuertere Euãgelium Christi? Quis vineam Domini Sabaoth tam pulchre plantatam est demolitus? Certe exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Sed væ illud à vobis, a domesticis & amicis, à cruciatu præcordiorum. Obsecramus te fili dilecte in Christo, leua oculos tuos in directum, & vide vbi sis prostratus. Cõsidera quantam Ecclesiæ Christi, tot malis vndique circumuallatæ ac pene oppressæ, pro opera qua illi subuenire debueras, cladem insuper intulisti. Oppugnatur foris ab infestissimo illo ac potentissimo Christiani nominis hoste. Dissident intus principes Reipub. Christianæ, & in mutuam armati perniciem, cruentissimis inter se odijs conflictantur: & in fraterna viscera ferrum stringunt, vt vix ethnici inter se crudelius. An hæc ita tibi visa sunt non satis grauia, nisi contritionem induceres super contritionem, nutriens ac fouens serpentem illum in sinu tuo, qui veneno linguæ suæ Ecclesiam & terras infecit adeo, vt nunc peruenerit gladius etiam vsque ad animam? Quanto autem pluris est anima, quàm corpus: tanto grauius est prædictis omnibus horrendum illud & plus quàm tartareum venenum, quo hæresum ac schismatum contagione tot myriades animarum interierunt, intereuntque. Ita tibi debemus omnes, quòd nunc passim ab vnitate matris Ecclesiæ recedatur; Quòd auertatur vulgus indoctum, ac bis mille præstigijs ac fascinationibus retrahatur à fide, quam suxit ab vbere materno: Quòd basilicæ sint sine plebibus, plebs sine sacerdotibus: sacerdotes sine debita reuerentia, & sine Christo denique Christiani: Quòd sacramenta fidei, non sacra censeantur: Quòd sanctuarium Christi, sanctum esse negetur: quòd dies festi festiuis frustrentur solemnijs: Quòd moriantur homines in peccatis suis, rapiantur animæ ad tribunal terrificum, nec pœnitentia reconciliati, nec sacra communione muniti: Quòd pulcherrimus ille tabernaculi ordo confusus sit, & pro Christiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifesto Christianæ reipub. discrimine, veluti classico passim excitati. Pro quibus egregijs tuis in Ecclesiam Christi meritis, quo te præmio, immo quo non supplicio dignum censebimus? At dices forte, Serpens me decepit. Dignam certe recepisti mercedem, qui illum nutriuisti in sinu tuo. Sed itane stultus es ac sine corde, vt in eis maxime rebus in quibus errare, damnari est: vni homuncioni cooperto peccatis, quàm tot sanctiss. ab initio patribus, qui in lege Dei meditati sunt die ac nocte: & quàm tot vniuersalibus concilijs, aduersus quæ impudens os illud velut sepulcrum patens, se aperire non erubescit: sanctæ deniq; & catholicæ Ecclesiæ, cuius ritum, consuetudinem & decreta, à temporibus Apostolorum ad nos vsque inuiolabiliter obseruata, vnus iste sacrilega temeritate damnare præsumit, plus credere potueris? O cæcam dementiam, ac plusquam Iudaicam cæcitatem. At fortassis hoc tibi imposuit, quòd veterator ille Martinus & eius sequaces, de capitulis scripturarum visi sunt sua conformare. Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? An non hæ sunt veteris serpentis astutiæ, qui hac veluti esca obducto hamo, miseris animabus mille technis & versutijs semper est insidiatus: quique, quo angularem infringeret veræ fidei lapidem, ac Christianam scinderet vnitatem, in scripturarum agrum, suum seminare semen & peruersam scripturarum intelligentiam, iampridem est aggressus? Cum itaque maxime semper pars Ecclesiarum, imperita turba sit, & vix vnus reperiatur aut alter, qui spiritualibus oculis de scripturarum intelligẽtia digne valeat iudicare: siquidem librum signatum legimus, quem solus Leo de tribu Iuda dignatus est aperire, ac soluere signacula eius: quæ tandem est ista diabolica excæcatio, vni carnali homuncioni, semper eructanti crapulam & potum, quàm reliquo orbi vniuerso, quàm tot spiritualibus patribus, quorum voluntas semper fuit in lege Domini, qui vitæ sanctimonia, ostensione spiritus, ac virtute, glorioso denique martyrio suam doctrinam comprobauerunt, in scripturarum intelligentia plus te fidei habere potuisse? O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus apostata tibi potius persuadere, fefellisse priores vniuersos, errare posteros, & in solum se & quos decepit peruenisse Regnum Dei, peruenisse totas miserationũ Dei diuitias, ac gratiam vniuersitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu Domine: ergo ne decepisti populum tuum? Quin potius, cur non deuitatis (secundum Apostolicum præceptum) quæstionibus ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & subuertunt corda audientium, ex operibus suis, iuxta Dominicam designationem, studuistis cognoscere filium profanum istum, qui ad vos venit primum in vestimentis ouium, lupus intrinsecus rapacissimus? Siquidem non ex folijs, non ex floribus, sed ex fructibus arbor cognoscenda erat. An non manifesti sunt nequissimi fructus eius? Siquidem sacrilegus hic aduersus Deum, imagines sacras, atque adeo ipsam crucem Christi, sceleratis manibus confringere, & pollutis conculcare pedibus non formidat: contra sacerdotes Dei furore impio temerarie debacchans, non desinit laicos, ad lauandas sibi in eorum sanguine manus, sedulo concitare: Ecclesiam Christi paricidalibus armis oppugnans, hoc agit assiduo, vt suffocentur homines in peccatis suis: hoc vnum elaborat, ne diuina misericordia suis sacramentis, quæ peccatorum remedia efficacia esse voluit, vulneratos in Ecclesia sua curet. Ita enim ea aut sustulit vniuersa, aut hæreseos suæ pestifero infecit veneno, vt toxicum magis requirat, quàm animarum medicinas. Præcepit suis, ne indignanti Deo quis satisfaciat: ne ieiunijs, orationibus, lamentationibus peccata redimat: ne hostia illa placens Deo, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi à sacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis nostris. Vota docet non reddere Domino Deo suo. Et cum ipse sit apostata, ac professionis suæ desertor, vt plurimos sui faciat similes, sancta illa Dei vasa polluere non veretur, consecratasque Christo virgines, & vitam monasticam professas, extrahere à monasterijs

Margin notes: Galat. 3. — Deut. 32. — Saxones commẽdat. — Gregorius V. natione. Saxo creauit Ducem Saxoniæ, electorem Rom. Imp. — Gal. 5. — Esa 5. — Psal. 79. — Lutherus quę mala inducat. — Apoc. 5. — Hier. 4. — 1. Tim. 6. — Matth. 7. — Lutheri furor & Imanis audacia. — Lutheri improba mandata.

ſterijs ſuis, & mundo, immo diabolo, quem ſemel abiurauerunt, reddere. Quod in veteri lege in vmbraticis ſacerdotibus Dominus non tulit, quod ethnici idolorum ſuorum flaminibus omnes ſunt abominati, Chriſti ſacerdotes etiam viliſsimis copulat meretricibus. Sanctos patres illos, quorum vita & doctrina illuſtrauit vniuerſum mundum, non ſolum debito honore non proſequitur, ſed multo quàm Cain ſceleſtius deſpicit, deridet, contemnit, inſectatur. Sacroſanctis omnibus vniuerſalibus Concilijs impudenti ore palam contradicit, ac ſacrilega lingua detrahit: libertatis ſpecie, licentioſam quandam, nullis conſtrictam legibus ac fere ferinam, inducere conatur. Vnde & exlex homo, contemptor ac violator legum omnium, in tantam erupit mentis veſaniam, vt ſanctiſsimorum patrum decreta & Eccleſiaſticos canones igne publico concremare non formidarit. Et breuiter Chriſtianam veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam denique Eccleſiæ faciem, à Chriſto, ab Apoſtolis, Apoſtolicisque viris ac ſanctiſsimis patribus ab initio conſtitutam, vnus hic poſt tot centenos annos, diſcindere, inuertere, ac deformare molitur. Quod ſi nondum ſatis etiam internoſcis, de Chriſtiano magiſterio, an de Antichriſti ſpiritu iſta proficiſcantur: ſi ita faſcinauit te præſtigiator ille vt credere poſsis vnum hunc perfidiſsimum apoſtatam, veluti alterum Heliſæum habere duplicem ſpiritum Heliæ, aut alterum eſſe, quem ſe iactitat, Danielem, in quo ſit ſpiritus amplior & intelligentia ſcripturarum maior, quàm in omnibus olim ſanctiſsimis illis doctiſsimisque viris, quam in ſacroſancta Eccleſia Catholica, quid eſt te vno cæcius? Aut ſi iam ex fructibus arborem cognoſcens, in errore perſiſtis tamen, quid te miſerius? Sed eſto: transfiguratus ſit coram te ſatanas ille in angelum lucis, & quæ manifeſta ſunt opera carnis ac diabolica, ſpiritus eſſe & Chriſti opera, venenata ſua facundia perſuadere potuerit: nunquid non vbique vel hoc ipſo prodidit, cuiuſnam ſpiritus ſit, quòd omnis eius ſermo amarus eſt, virulentus, arrogans, ac maledicentiſsimus, nuſquàm non ſcatens conuicijs, blaſphemijs, ac ſcommatibus plusquam venenatis, aduerſus omne Chriſtianæ pietatis, modeſtiæ, manſuetudinis ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit Paulus, cuius ſe iactitat ſpiritum habere, cum nulla eius extet epiſtola, quæ non pacem & vnitatem, ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos ſuos hortatur in Domino, vt in charitate fraternitatis ſe diligant, inuicem ſectentur quæ ſunt pacis, & quæ ædificationis cuſtodiant? Corinthijs an non teſtatur, ſe docere in Eccleſijs, Deum, non diſſenſionis, ſed pacis Deum eſſe? Et breuiter, nunquid non vbique clamat, vbique docet Euangeliſta illa tuba, vt digne ambulemus in omni humilitate ac manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, vtque deponamus omnem iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem? Quo igitur pacto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blaſphemiam, inflationem, iactationem, quæ ita huic peculiaria ſunt, vt illa Paulo, ac illius diſcipulis vniuerſis, qui mitis eſt ac humilis corde: non Paulini, non Chriſtiani, ſed diabolici ſpiritus eſſe certiſsima iudicia, vel cæco non clariſsime appareat? Ex verbis illius quomodo nõ intellexiſti, Chriſtum in corde ſuo, an vero Antichriſtum haberet, ſecundum quod ipſa veritas in Euangelio ait: Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali? De abundantia enim cordis, os loquitur. Et cum ſcriptum ſit, quòd maledici regnum Dei non poſsidebunt: Item cum in Euangelio dicat Dominus, Quicunque dixerit fratri ſuo racha, reus erit Concilio: Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ incendio: illumne eſſe Antichriſti apoſtolum, cuiquam obſcurum eſſe poterit? Qui non modo ſacerdotes Dei, ſed & principem ſacerdotum Petri ſucceſſorem, Ieſu Chriſti in terris vicarium, tam nefandis infamibusque nominibus, tam inauditis contumelijs, conuicijs, ac blaſphemijs, nuſquam non lacerat, diſcerpit, & inſectatur, vt ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horreant aures caſtæ: Qui Apoſtolicam cathedram, in qua præſedit caput Apoſtolorum Petrus, cui præfuerunt tot ſancti Pontifices, quam Eccleſiam principalem, vnde ſit exorta vnitas ſacerdotalis, ſanctus ille & glorioſus martyr Cyprianus nõ dubitat aſſerere, impio ac peſtilenti ore cathedram peſtilentiæ, Antichriſtianam, diabolicam, & ſi quæ potuit excogitare nefandiora, toties appellare nõ ceſſat: Qui ſcholas Chriſtianas, quæ tam multos doctiſsimos ſanctiſsimosque viros, tam egregias in Eccleſia Dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua ſua, lupanaria, Sodomas & Gomorrhas vbique vocare non verecundatur: Qui non ſatis habet, omnipotentis Dei ſacerdotes probris omnibus, conuicijs, contumelijs, ac blaſphemijs horrendis & inauditis, nunquam non publice ac priuatim inſectari; quibuſuis canibus viliores facere, niſi etiam laicos concitet ad lauandas ſibi manus in ſanguine ipſorum: Cum tamen quanto honore haberi velit ſacerdotes ſuos, maxime autem principem ſacerdotum, idem ipſe Dominus in Deuteronomio teſtatus eſt, dicens: Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem; & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequerisque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et Samuel cum ſperneretur à filijs Iſrael, an non dicit Dominus: Non enim te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos; manifeſte oſtendens, inuiſibilem ſe contemni, cum viſibilem quis ſpernit ſacerdotem: Quare & Moſes murmuranti aduerſus ſe populo reſpondit: Non aduerſus me murmuraſtis, ſed aduerſus Dominum Deum veſtrum. Quòd ſi leuiticos illos ſacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus, qui exemplari tantum ac vmbræ deſeruiebant cæleſtium, in vmbratico illo tabernaculo ſacrificiorum officia conſummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claues regni cælorum? tantamque tribuit poteſtatem, vt quæ ligarent ſuper terram, ligarentur & in cælis; & quæ ſoluerent ſuper terram, ſoluta eſſent & in cælis: vtque quorum ipſi dimitterẽt peccata, dimiſſa forẽt; quorum retinerent, forent & retenta? Qui non ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed hoſtiam viuam, ſanctã, immaculatam, corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti offerunt quotidie pro peccatis noſtris, conficiũt verbo ſuo, ac manibus tractant, & breuiter ſacramenta omnia, quibus hominibus vita ſalusque tribuitur animarum, ſuis perficiunt orationibus. Quanto, inquam, honore hos præcellere voluerit Dominus, quis tandem dubitabit, quod nec ipſe tacuit in Euangelio, cum dicit ad eos; Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit & eum qui miſit me? Et quid conſequitur? Quod in eundem Chriſtum blaſphemus eſſet & maledicus, qui ſacerdoti Chriſti blaſphemat aut maledicit. An non hoc primum mandatum in retributione, Honora patrem & matrẽ, vt ſis longæuus ſuper terram? Qui autem maledicit patri aut matri, morte mo-

Lutherus concilijs detrahit, & licentioſam vitam inducere tentat.

Lutherus aſſerebat ſe eſſe alterũ Danielem.

2. Cor. 11.

Lutheri ſermo iniquiſsimus.

Rom. 12.

1. Cor. 14.

Galat. 6.

Ephe. 4.

Col. 3.

Lutherus ex ſermone cognoſci potuit valde perfidus.

Matth. 3.

12. cap. 23.

1. Cor. 5.

Matth. 5.

Lutherus ſacerdotes ac Ro. Põt. in ſermonib. ſuis lacerabat & inſectabatur.

Deut. 17.

1. Reg. 8.

Exod. 16.

Matth. 16.

Luc. 10.

Exod. 20.

Deut. 5.

re mo-

te moriatur. Nunquid ad carnales tantum parentes illud est referendum? Et num minus ad eos qui nos in Chri-
sto regenerauerunt, per quos Christiani sumus, qui nobis peccata dimittunt, qui cælestibus nos pascunt sacramē-
Luc. 10. tis? Quid si peccatores sunt & mali sacerdotes? Quid si parētes? Nunquid propterea eos, quos Dominus misit an-
te faciem suam, & ad quos dicebat: Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes
Matth. 10. foras de domo aut ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ So-
Hebr. 13. domorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati. An non præcipit ita Apostolus, Obedite præpo-
1. Ioan. sitis vestris, & subiacete eis? Quòd si malis & peccatoribus non sit obediendum, quibus tandem? Quoniam si
Matth. 23. dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quis es, noli discutere pa-
storem: noli te iudicem Dei constituere & Christi. An non ita præcipit Dominus in Euangelio, dicens: Super
cathedram Mosis sederunt scribæ & pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: si quæ autem
fecerint male, facere nolite: manifeste significans, habere eos dignitatem, tametsi vitæ essent perditæ. Nunquid
Ioan. 18. idem Dominus, cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis, dicenti sibi: Sic respondes
pontifici? aduersus pontificem quidquam dixit contumeliose? quin magis innocentiam suam asserens & osten-
Act. 23. dens, Si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo: si bene, quid me cædis? An non & Paulus, cum cæderetur
tur in concilio iussu Ananiæ, diceretque ad eum, Percutiet te Deus paries dealbate: Et tu sedens iudicas me se-
cundum legem, & contra legem iubes me percuti: Audiens ab adstantibus, Sic insimulas sacerdotem Dei, male-
dicendo ipsum? tamen inane nomen & vmbram quandam sacerdotis cogitans, expauit? Nesciebam, inquit, fra-
Exod. 22. tres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Quo magis mi-
ramur, quòd ex istis diabolici spiritus operibus, veluti fructibus nequissimis, arborem pessimam nondū cogno-
uistis. Et quis tandem est ita hebes animo, vt non videat quò nunc prorumpant furiosissimi conatus istius, cum
vt quisque est facinorosissimus, desperatissimus aut perditissimus latro aut homicida, sub istius vexillis ac signis
conueniant? Ecclesiam iam Christi parricidalibus armis ac sacrilegis manibus, non clam, sed palam oppugnan-
tes, consecrata Deo loca, templa & monasteria exurunt & profanant, Christo dicatas virgines, sacerdotes Chri-
sti & monachos crudelissime persequuntur, Ecclesiarum bona diripiunt; & breuiter, rapinis, latrociniis, cæ-
dibus ac incendijs confundunt vniuersa: excæcante nimirum eos iusto Dei iudicio, & in insaniam tam manife-
stam erumpere permittente, vt neminem iam latere possint scelestissimæ machinationes istius. Atque, hi qui
pestifera contagione ipsius infectos sese tandem cognouerunt, schismatico errore deposito, ac hæretico furore
deiecto, vnitatis ac veritatis domicilium fidei sanitate repetunt. inter quos, dilecte nobis in Christo Iesu, cum
& te non ex postremis reuersurum ad salutarem matris sinum sperauissemus, quem reuertentē libenter & ob-
uijs excepissemus manibus: bona spe tandem nostra frustrati, videmus supra petram indurauisse te faciem tuā:
videmus perniciem illam animarum Lutherum sub tuo patrocinio latitantem, suum adhuc virus longe lateque
Matth. 3. spargere. Sed quoniam adhuc potens est Dominus Deus etiam de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, ante-
quam egrediatur vt ignis indignatio eius, & succedatur, nec sit qui extinguat: iden te fili dilecte in Christo ob-
secramus per viscera nostri redemptoris Domini nostri Iesu Christi, per Christianam vnitatem, per patriæ cha-
ritatem, per tuam denique ipsius tuorumque salutem, miserere Ecclesiæ Christi, & tot iam malorum procellis
vndique exagitatæ ac pene oppressæ tua maxime culpa, aliquando fer opem: miserere patriæ nostræ, quæ since-
ræ olim fidei, eximiæ religionis, sanctæ sub iugo Domini ac religiosæ obedientiæ insigni præcellens gloria, per-
niciem istam religionis Christianæ, ac fidei ac pietatis publicum hostem Martinum, in suis se peperisse ac fouis-
se visceribus, nunc erubescit. Miserere denique tui ipsius, tuorumque misere seductorum Saxonum: quos, nisi
resipiscatis, & quidem cito, manet præsens & certa vltio Diuina, quam neque in hoc seculo effugietis, neque in
Hier. 5. futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi popule stulte, audi princeps qui non habes cor: qui habetis oculos, &
Ioan. 5. non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid non audistis, quæ fecerim in diebus
antiquis? Legite scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, & inuenietis, quàm grauis semper
Num. 16. fuerit, & quam terribilis Diuina vindicta in illos qui in populo Dei schismata concitauerunt. Nunquid non le-
Dei vindicta in schismaticos. gistis horribilem Diuinam vltionem aduersus Dathan & Abiron, quòd multitudinem aduersus Mosen concita-
uissent, quos dehiscens sub pedibus terra, & aperiens os suum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita
vt descenderent viuentes in infernum? Et aduersus Core, quem eandem ob causam cum ducentis & quinqua-
ginta viris cælestis flamma deuorauit. Quòd si ob durius imperium fortassis, aut quorundam pastorū seu igna-
4. Reg. 17. uiam, seu malitiam, schismata excitanda putatis: nunquid non ex libro Regum audistis adeo indignatum fuisse
Dominum aduersus decem tribus filiorum Israel, & in omne semen eorum, vt dimouerit eos, & tradiderit in di-
3. Reg. 12. reptionem, donec projiceret eos à facie sua? Ob quam tandem culpam, nisi quòd ob durius imperium Salomo-
1. Reg. 15. nis, & imprudentius arrogantiusque responsum Roboam regis Hierusalem, scissæ fuerunt à tribu Iuda & Benia-
2. Para. 26. min? Quàm præsens semper fuerit Dominus vindex sacerdotibus suis, an non Saul ab regio abiectus honore,
Dei vindicta in offendētes sacerdotes. & Ozias Rex Iuda percussus lepra, propterea quòd quæ sacerdotum erant, contra sacerdotes Domini sunt ausi
vsurpare, sufficienti vobis poterunt esse argumento? Et breuiter: An non omnes testantur historiæ, vniuer-
sos vltrice Domini manu infelici perijsse exitu, qui in Christos Domini sacrilegas manus inijcere non formida-
uerunt? Contra autem, felicia omnia & longam illis contigisse vitam, qui Christum in sacerdotibus suis vene-
Num. 16. rati sunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis sit expectandum, qui venerabilem Dei
chorum, in manus tentatis tradere profanas. Proinde quod Dominus per Mosen præcepit vniuerso populo
Israel, vt separarentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertine-
ret, ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipue autem tibi dilecte fili, eiusdem Domini nostrī
auctoritate præcipimus & obsecramus in Christo Iesu, vt separemini à Martino Luthero, auferatis à vobis pe-
1. Cor. 5. tram illam scandali, neque tangatis quod illius est, ne & vos diuina vltio inuoluat subito in peccatis illius. Ex-
Hortatur Ducē Saxoniæ, vt desistat ab Ecclesiæ persecutione, & D. uum Paulum imitetur. purgate quamprimum fermentum illud, quod reliquam fidei vestræ massam corrupit, et sitis noua conspersio,
nouaque creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem sicut vicisti in Ecclesiæ Dei persecutione,
tam grauem animarum perniciem sub tuo nutriens patrocinio: ita reuersus ad cor, effice vt omnes intelligant
tuam conuersionem: vtque qui per te sunt scandalizati, in te rursus glorificent Deum. Maxime autem hoc præ-
sta quamprimum, vt impurum os illud obstruatur, vt capuletur blasphema lingua, quæ contra Deum ac sanctos
Hier. 6. eius loqui non cessat, & virus suum vndique spargit. Et vt propheticis vos verbis admoneamus, state super vias,
Hebr. 13. & videte ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium ani-
mabus

mabus vestris.State, inquam, & doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Interrogate de semitis antiquis: quæ sit via bona, per quam ambulauerunt patres vestri, quam demonstrauerunt tot myriades martyrum, docueruntque tot millia confessorum,& ambulate in ea. Quod si à vobis impetrauerimus, sicut & sincere speramus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore pœnitentiam agente, & perditam ac rursus inuentam ouem humeris nostris ad ouile Domini gaudentes reportabimus, paternaque pietate quantum in nobis fuerit, stolā vobis pristinam restituemus. Quòd si dixeritis, Non ambulabimus: paterne salubriterq; vos monenti respondebitis, Non audiemus. Ideo audite gētes, dicit Dominus,& cognoscite cōgregationes, quāta ego faciā eis.

Præmia conuersionis proponit. Luc. 15. Hier. 6.

Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt,& legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denuntiamus in virtute omnipotētis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius in terris Vicarius sumus, nec te in præsenti seculo hoc laturum impune,& in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Adrianus & religiosissimus Imperator Carolus, meus charissimus in Christo filius & alumnus: Cuius tu edictum vere Christianum aduersus Lutheranam perfidiam, & quod talem debebat Imperatorem, non sine graui offensa ac vilipensione Cæsareæ maiestatis violare non timuisti. Non cōmittemus, vt quos olim cum Magno Carolo Adrianus Pontifex in Christo genuerunt, nunc Adrianus Pontifex & Imperator Carolus sub schismatico ac hæretico tyrāno, hæresum ac schismatum sinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor,& resipiscite tu tuique miserere seducti Saxones, nisi vtrunque gladium, Apostolicum simul & Cæsareum, olim velitis experiri.

Pœnas impenitētiū denunciat.

Pont. suprascriptus obijt Romæ 18. Cal. Octobris 1523. & sepultus fuit in Basilica S. Petri & deinde ad Ecclesiam S. Mariæ de Anima Theutonicorum de Vrbe translatus fuit.

CLEMENS SEPTIMVS

Florentinus Leonis Decimi frater patruelis, Coronatus Romæ 6. Cal. Decembris 1523.

I.

Contra detinentes bona Palatij Apostolici, eorumq; complices,& fautores: ac scientes & non reuelantes.

Ad hoc vide supra fol. 273. Adriani 6. const. 1. vbi posui concord. Et habes etiam hic infra in constit. sequen.

LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. COGITVR Romanus Pontifex pro Apostolicæ auctoritatis tutela, censuræ necessario contra eos qui Dei timore postposito manus improbas & rapaces ad aliena bona, præsertim Fisco Cameræ Apostolicæ debita, extendere non verentur, eo acrius arma spiritualia exercere, quo eorum proteruia peramplius dignoscitur inualescere. Dudum siquidem à fe. re. Adriano Papa VI. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis. Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Nuper fe. re. Leone Papa X. prædecessore nostro. & cæt.

Omittitur tenor istius const. Adr. *quia habes supra fol. 273. nu. 5.*

Cum autem, sicut nobis plene innotuit, licet aliqua ex bonis furto sublatis & asportatis prædictis eidem Adriano prædecessori restituta comperiantur, nihilominus quamplura alia etiam preciosa bona iocalia,& ornamenta, quæ pro vsu cōmoditate & ornamento Palatij,& Rom. Pont. pro tempore existentis prædictorum deputata fuerant, adhuc occupata & detenta existant. Nos dicto Adr. prædecessore, sicut domino placuit, postmodum sublato de medio, ad summi Apostolatus apicem assumpti, considerantes tempore Pontificatus Adr. prædecessoris hmōi, peste, & alijs impedimentis succedentibus plures S.R.E. Cardinales,& alios Curiales ab Vrbe, & Romana Curia se absentasse,& dictarum literarum notitiam forsan habere non potuisse, ac volentes, prout nobis ex commisso pastoralis officij debito incumbit, Cameræ & Sedis Apostolicæ indemnitati, & ne in eorum detrimentum aliqui de dictis literis ignorantiam prætendere valeant, opportune prouidere, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione,& ex certa scientia, præinsertas literas prædictas, etiam quo ad omnes censuras,& pœnas, ac alia in eis contenta quæcunque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, ac plena roboris firmitate subsistere, ac quoscunque iocalium, ornamentorum,& bonorum, non solum ad Adrianum & Leonem præfatos, sed etiam alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem & Cameram prædictas quomodolibet pertinentium raptores, subtractores, asportatores, detentores, occupatores, ac scientes & non reuelantes,& vt detineantur, occupentur, & non restituantur, seu non reuelentur, vim, auxilium, consilium, vel fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore inferentes seu præstantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis, & conditionis existant, nisi illa infra terminum in ipsis præinsertis literis statutum venerabilibus fratribus & prælatis nostris domesticis Balthasari Scalen.& Iacobo Nepesin. Episcopis, quibus illa sub vtriusque eorū quietantia manibus suis proprijs subscribenda consignari volumus, & mandamus, & quorum quietantias manibus eorum proprijs subscribendas, ac si manu nostra subscriptæ essent ratas & gratas habebimus, restituant, ac sciētes nisi reuelauerint, omnes & singulas censuras & pœnas in eisdem præinsertis literis contentas eo ipso incurrisse decernimus. Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ præfatus Adrianus prædecessor in dictis præinsertis literis voluit non obstare; cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod quamprimum præsentes literæ (quarum transumptis manu notarij publici subscriptis, sicut ipsis originalibus literis fidem plenam adhiberi volumus) in valuis Basilicæ Principis Apostol. de Vr-

Causæ istius cōst. Confirmat cōst. Adr. 6. Clausulæ derogatoriæ.

Forma publ. hius const.

de,& ecclesiæ Lateranen. ac acie campi Floræ etiam de Vrbe, per vnum ex cursoribus nostris affixæ fuerint, perinde singulos quos concernunt quo ad præmissa omnia arctent, ac si ipsæ præsentes literæ eis singulariter & personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. D. XXIII. Decimo Kal. Ianuarij. Pontificatus nostri Anno primo.

Euangelista.

B. de Comitibus.

Anno à natiuitate Domini M. D. XXIII. Pontificatu suprascripto, diebus vero. XXV. XXVI. mensis Decembris, suprascriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis, vt moris est, per me A. de. Sancto Martino. Curs.

Henricus Bonsmasdi pro mensario Cur.

II.

Ampliatio constitutionum editarum contra detinentes bona Palatij Apost. ac scientes & non reuelantes.

CLEMENS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM intellexerimus quod nonulli præter tu regalium, seu iocalium, aut bibalium, seu iurium sibi debitorum, nonnulla bona etiam pretiosa, pura gemmas, margaritas, lapillos pretiosos, vasa aurea, & argentea, ac ærea, equos, mulos, ac mulas, supellectilia, & domus Apostolicæ vtensilia, ac alia diuersi generis & speciei ad fe. re. Leonem X. Adrianum VI. & alios prædecessores nostros, ac nos & Cameram nostram Apostolicam spectan. partim propria auctoritate, partim à nonnullis ad id nullam a nobis seu ab eisdem prædecessoribus, seu ab eis ad id specialiter deputatis personis specialem auctoritatem habentibus, aut donata, aut accepta, aut ratione sibi debitorum iurium, aut bibalium, seu iocalium, prætextu obsequiorum nobis, & eisdem prædecessoribus impensorum, data, & concessa possident, & detinent, ac nobis, seu a nobis ad id deputatis personis non restituunt, seu qui sciunt ea, quæ per alios sic indebite posidentur & detinentur non reuelant, in graue animarum suarum periculum, & Cameræ nostræ Apostolicæ detrimentum & iacturã: Nos eorum conscientias exonerare, ac eiusdem Cameræ Apostolicæ indemnitati consulere volentes, omnes & singulas censuras, & pœnas, tam per nos, quam per prædecessores præfatos contra bonorum Apostolicorum raptores, receptatores, & possessores sic detinentes, & non restituentes, scientes, & non reuelantes promulgatas, etiam ad præscriptas vndecunque & qualitercunque ea habentes, detinentes, & non restituentes, scientes & non reuelantes extendimus & ampliamus. Ita quod ea, nisi a nobis, seu ab eisdem prædecessoribus, seu ad id a nobis, seu ab eisdem prædessoribus specialiter deputatis personis ea habuerint, per schedulas manu nostra, seu prædecessorũ, seu à nobis, vel ab eis deputatarum personarum subscriptas, nobis & sedi prædictæ, seu à nobis deputatis personis infra tẽpus in eisdẽ nostris literis cõtentũ restituere, & reuelare debeant, & teneantur, sub censuris & pœnis in eisdem nostris literis contentis, quibuscunque contrarijs non obstantibus. Volumus autem quod præsentibus manu nostra propria signatis, seu earum transumptis, etiam impressis manu venerabilium fratrum, & prælatorum nostrorum Scalen. & Nepesin. Episcoporum, ad id a nobis specialiter deputatorum subscriptis, tanta fides adhibeatur in iudicio, & extra, quanta si sub plumbo nostro expedirentur adhibenda esset, & adhiberi deberet. Datum Romæ apud sanctum Petrum die xxix. mensis Decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Ampliatio constitutionum Pontif. contra detinentes bona Palatij Apostolici, & scientes & nõ reuelantes.

III.

De Iurisdictione & Facultatibus Iudicis Ripettæ Vrbis, ac illius Mercatorum priuilegijs.

Ampliatur hæc const. infra per Paulum III. constitu. 55. cum postquam. vbi ponam concordan.

CLEMENS Episcopus &c. Motu proprio &c.

NVPER fe. re. Adrianus Papa VI. prædecessor noster ad supplicationem dilectorum filiorum & Vniuersitatis Nautarum siue Barcharolorum Tyberonis & Anienis, seu Tyberonis Ripettæ Almæ Vrbis nonnulla statuta, & in Camera apostolica discussa & concessa, apostolica auctoritate approbauerat, quibus inter alia cauebatur expresse, quod præfati Consules deputati pro tempore in aliquibus controuersijs, & causis super quibusdam rebus, & bonis per fluuium Tyberis & Anienis deuectis in certis pecuniarium summis haberet iurisdictionem cognoscendi, & terminandi sola facti veritate inspecta etiam manu Regia. Cũ autem, sicut accepimus, multas quæstiones & controuersias quotidie in facto oriri non solũ inter ipsos Barcharolos, sed etiam inter Ciues Romanos, aliosque Mercatores exercentes in dicto flumine ventilandas quæ in apicibus iuris inuolutæ deberent decidi, & cognosci consilio iurisperitorum, & propterea præfatos Consules penitus ignaros indigere summopere viro iuris peritia insignito. Nos qui ipsius Vrbis præcipuam curam gerere tenemur, prospero statui, ac felici regimini, ac tam Romanorum Ciuium & Curialium, ac forensium Mercatorum in fluminibus se exercitãtium, & id ipsam Vrbem victualia multa, & alias merces deferentium, ac deferri facientium, quam præfatorum Consulum & Vniuersitatis Barcharolorum commodo, & vtilitati prouidere volentes, ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, Omnia, & quælibet statuta, priuilegia, & facultates per Adrianum prædecessorem præfatum Consulibus, & Vniuersitati Barcharolorum quomodolibet concessa approbamus, confirmamus, & ampliamus. Eisdem etiam omnibus, & fingulis priuilegijs, facultatibus, Nautis, & Mercatoribus Ripæ Vrbis concesis, & concedendis in rebus, & bonis per dicta flumina conducendis pari-

Adriani 6. cuius const. hic nõ habes, approbauit statuta Ripettæ Vrbis.

Causa istius cõst.

Approbat Pont. iste statuta & facultates ab Adri. 6. Vniuersitati Barcharolorum Ripettæ conces. sas, & eisdem cõcedit omnia priuilegia concessa & concedẽn. Mercatoribus Ripæ. De quib. vide in fra Pij 4 cõst 72. incipien. vbi no.

dis pariter in omnibus,& per omnia vti,potiri,& gaudere libere,& licite posśint, & valeant, auctoritate prædicta indulgemus. Volumus autem quod per Præsiden. Cameræ nostræ Apostolicæ,seu eius Decanum pro tempore existentem deputetur aliquis Iurisperitus,qui in eorum tribunali iustitiam cuique administrare posśit,& valeat,& eidem sic vt præmittitur deputato qualcũque causas,controuersias,quæstiones,seu contentiones,& differentias super,& pro quibusuis rebus,& bonis,& mercibus per dicta flumina ad Vrbem deuectis,& quomodocunque ad eam deuehen. concernen. tangen. ac quibusuis pecuniarum summis propterea debitarum,& exigen. Necnon criminales,& præsertim à rixis,& blasphemijs in Deum, & eius matrem Virginem, ac sanctos, etiam per dictos Barcharolos, & huiusmodi mercatores inibi exercen. prolatis prouenien. in quibus tamen pœna pecuniaria,& non sanguinis,venit imponenda,cum omnibus,& singulis suis emergentibus inciden. dependen. annexis,& connexis summarie, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta,etiam manu regia audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. ac dictos criminosos, & blasphematores, & cultus diuini contemptores qui pœna pecuniaria,pro tertia parte Cameræ Apostolicæ,pro alia tertia dictæ vniuersitati, & reliqua tertia parti exequenti applican. mulctandi venient,& debite puniendi, ac omnia & singula in præmissis,& circa ea necessaria,seu quomodolibet opportuna facien. plenam & liberam authoritatem & licentiam,auctoritate apostolica concedimus,& impartimur,Eidemque deputato, & pro tempore deputando, eiusque iurisdictioni,omnesque, & singulas causas cum præfatis inciden.& annexis illarumque actores,& reos subijcimus & submittimus,ita & taliter,vt ne quis eorum quolibet alio tribunali simili occasione præmissarum rerum & allegata iurisdictione huiusmodi fori non nisi nulliter procedi posse. Item quæcunque quæ per ipsum, vt præmittitur deputatum alias rite ordinari statui pronunciari & decerni contigerit,valida, & efficacia fore, & firmiter obseruari: Sicque per quoscunque iudices &c. Sublata &c. Iudicari debere,irritum quoque &c.decernimus.Mãdãtes dilectis filijs Præsiden. & Clericis Cameræ Apostolicæ,ac eisdem Consulibus & vniuersitati Barcharolorum ac eorum Iudici,vt dicitur deputan. ad nutum eorundem Clericorum amouibili in præmissis pacifice gaudere faciant,nec eos desuper quomodolibet impediri,perturbari,vel molestari permittant, ac quascunque litteras necessarias desuper quatenus opus fuerit tradant, & concedant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac Vrbis Ripæ & Ripettæ prædictæ Iuramento &c. roboratis statutis consuetudinibus reformationibus & decretis,necnon quibusuis priuilegijs indultis & concesśionibus illis, aut alijs quomodolibet in contrarium forsan concesśis,& confirmatis,quibus derogamus, ac eis aduersus præmissa, nullatenus suffragari posse volumus,etiam si talia forent quæ de verbo ad verbum inseri deberent, quorum tenores, & compendia pro expresśis habemus. Cæterisque contrarijs quibuscunque.

Iudex Cu. Ripetæ a Rom. Cam. Apo. deputatur.

Nunc autem solus Ripari Præsidens illũ deputat

Facultas & Iurisdictio ipsius Iudicis.

Decretũ irritans

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat vt petitur. I.

Et motu proprio,& ad beneplacitum Cameræ. Fiat. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Ianuarij, Anno primo.

IIII.

De Agriculturam exercentibus in territorio Almæ Vrbis, ac Latij, & Campaniæ, eorumque priuilegijs.

Confirmationem & Ampliationem Priuilegiorum vide infra in Pij. V. const. 21. cupientes, cum ibi not.

CLEMENS Episcopus,seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

AD sacram beati Petri sedem,meritis licet imparibus,diuina dispositione vocati,continua meditatione vrgemur,vt iuxta commisśi nobis pastoralis officij debitum,circa ea,per quæ almæ Vrbis nostræ,in qua sedes ipsa dinoscitur collocata,prosperitati,illiusque incolarum, & ad eam confluentiũ personarum commodo,& necesśitati opportune consuli posśit, sollicitis studijs intendamus, ac incolarum, & personarum earundem dispendijs,congruentibus remedijs occurramus, prout temporum qualitate mature pensata conspicimus in Dominio salubriter expedire. Sane licet dudum fe. re. Sixtus Papa IV. prædecessor noster, attendens quod à pluribus tunc retroactis annis omnis regio dictæ almæ Vrbi finitima frequenter habuerat steriles frumenti,& bladorum prouentus,cum graui populorum in ea degentium iactura, & afflictione, & considerans id præter & vltra cæli naturalem cursum & dispositionem,potisśime etiam prouenire ex raritate culturæ agrorum, qui propter aliquem forte maiorem vtilitatem inde prouenientem eorum domini potius seruabantur inculti, vt essent in pascua animalibus brutis, quam colerentur, aut coli sinerentur in alimentum, & sustentationem hominum, per suas literas statuerat, & ordinauerat, quod ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus liceret omnibus, & singulis agros arare, & colere volentibus in prædictæ Vrbis nostræ territorio, & Patrimonij beati Petri in Tuscia, ac Campaniæ maritimæ, rumpere, & arare, ac colere, alias debitis & consuetis temporibus, tertiam partem vniuscuiusque tenimenti seu tenutæ quam eligendam duceret, tam ad quæuis monasteria, capitula,seu alias ecclesias,& pia loca,quam ad quasuis priuatas & particulares personas cuiusuis status,vel conditionis spectantes & pertinentes, petita tamen, licet non obtenta, eorum ad quos spectaret licentia, dummodo iudicum tunc desuper deputatorum, seu alicuius eorum auctoritas interueniret. Et mandauerit propterea omnibus & singulis tenimentorum seu tenutarum huiusmodi dominis tam ecclesiasticis,quam sæcularibus cuiusuis status, vel conditionis existerent, & quauis dignitate præfulgerent, vt absque vlla prorsus resistentia sinerent omnes & singulos colere volentes, tenutas ipsas pro eorum arbitrio & voluntate iuxta statuti huiusmodi tenorem & formam rumpere,& arare,nullum omnino eis aut alicui eorum,vel ipsorum famulis & ministris,per se,aut alios impedimentum, aut molestiam inferentes: Voluerit que tam super tempore rumpendi, quam super electione tertiæ partis huiusmodi tenutarum, quæ arari deberet, ac responsione pro arata,& culta parte dominis facienda,& super alijs quibuscunque differentijs, & controuersijs, si forte aliquas differentias,seu controuersias super ijs quouismodo oriri contingeret inter eos,qui arare,& colere vellent,& quorum tenutæ ararentur,præcipue super damnis,& interesse,si quæ forsan illo primo anno prætendere

Six. 4. cuius cõst. hic non habe.,licentiam omnib. concessit, arandi & colendi tertiã tem tenutarũ & agrorum,territorij Vrbis & Patrimonij &c ad quoscunque etiã loca Pia spectantium, habita licentia ab aliquo ex Iudicibus deputatis &c.

Hoc autem declaratur hic infrà.

Differentias præmissorum occasione oriundas, præcepit per Iudices deputatos cognosci.

possent prædicti domini tenutarum, seu eorum conductores se ex insperato eorum cultu pati, vtraque pars præfatorum iudicum, aut duorum ex eis iudicio & determinationi stare & acquiescere tenerentur, neque possent aut deberent se mutuo super huiusmodi aut quibusuis alijs differentijs ex huiusmodi statuti tenore quouismodo prouenientibus coram quibusuis alijs iudicibus conuenire, aut iudices ipsi quacunque etiam potestate & auctoritate fungerentur, eos audire, vel se de ipsis controuersijs impedire, & si secus forsan actum foret, id totum irritum & inane, ac nullius roboris vel momenti esse decreuerit. Et deinde piæ memoriæ Iulius Papa II. etiam prædecessor noster literas prædictas per quasdam innouauerit, & quamuis ex prouisione sua huiusmodi plurimi agriculturæ se dedissent, & in territorio dictæ Vrbis, & alijs locis circunuicinis magna frumenti, & aliorum bladorum quantitas colligeretur, & ex illa dictæ Vrbis necessitatibus abundanter subueniri posset, quia tamen Barones, & Domicelli dictæ Vrbis, domini temporales oppidorum circunuicinorum eorum subditis, ne frumentum, & alia blada ad dictam Vrbem deferre præsumerent, interdicebant, & ab eisdem subditis, qui non sine magnis sudoribus illud recolligerent, vili pretio habere, illudque eis cum frumentum alijs carius vendidissent, persoluere nolebant, ab agriculturæ huiusmodi laudabili, & pernecessario exercitio, in animarum suarum periculum, & incolarum Vrbis, & Curialium huiusmodi non modicum præiudicium, & grauamen desistere compellebantur, idem Iulius prædecessor Motu proprio, & ex certa scientia, per alias suas literas omnes & singulos Barones, & Domicellos Romanos, ac quascunque alias personas tam ecclesiasticas quam sæculares, oppida, terras, & villas infra quinquaginta milliaria a dicta Vrbe possidentes, ab eorum subditis frumenta, & blada, præterquam pro vsu, & necessitate victus domus eorum, emere, & ad dictam Vrbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca, quam ad eandem Vrbem absque speciali sua, seu Cameræ Apostolicæ sibi nota licentia deferre præsumentes, ac in præmissis auxilium, consilium, vel fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore præstantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam si Cardinalatus honore fulgentes forent, requisierit, & monuerit, eisque districte præcipiendo mandauerit, quatenus infra quindecim dierum spatium, postquam posteriorum literarum prædictarum notitiam haberent, videlicet Communitates, & Vniuersitates, ac Barones, & alij in præmissis auxilium & fauorem præstantes, ab emptionibus & prohibitionibus, ac interdictionibus huiusmodi, extunc deinceps penitus, & omnino desisterẽt, alioquin lapsis dictis quindecim diebus, Barones, ac Communitatum, & Vniuersitatum singulares personas, & alios auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, extunc prout ex ea die, & econtra excommunicationis sententiam, a qua ab alio quam Romano Pontifice, & facta de eo speciali, & expressa mentione, præterquam in mortis articulo constituti, & præuia satisfactione, absolui nequirent, innodauerit, Archiepiscopos vero, Episcopos, & alios Prælatos suspenderit à diuinis, & nihilominus, si aliqui ex prædictis Baronibus, & alij ciuitates, oppida, & terras in feudum, seu in vicariatum, aut alias, quouis titulo obtinentes, lapsis alijs extunc sequentibus quindecim diebus à præmissis non desisterent, dominio dictorum feudorum omnino & penitus priuauerit, Fiscoque Apostolicæ Cameræ applicauerit, & eorum ciuitates, terras, oppida, & villas ecclesiastico subiecerit interdicto ipso facto, quod nisi præuia satisfactione relaxari per alium quam per ipsum Iulium prædecessorem interdixit, & prohibuit. Si vero vltra semestre dictos vltimos quindecim dies immediate sequentes in eorum prauo proposito, & duritia obstinatæ perseuerando mandatis suis huiusmodi non parerent, sed parere contemnerent, extũc ipso iure omnibus, & singulis ciuitatibus, oppidis, terris, villis, feudis, & iuribus, quæ à Romana & alijs ecclesijs, aut alias obtinebant, vel recognoscebant, eadem auctoritate priuauerit, & ad illa & alia obtinenda perpetuo inhabilitauerit, priuatosque & inhabiles esse, ac ciuitates, oppida, terras, villas, & iura huiusmodi Cameræ Apostolicæ pleno iure incorporata decreuerit, & declarauerit, prout in eisdem literis plenius continetur. Et in ipsa Vrbe in præsentiarum propter multiplicationem, & augmentum illius incolarum, habitatorum, maior copia frumenti quam antea notorie sit necessaria, nihilominus exercitium artis agriculturæ, & colendorum agrorum huiusmodi in regione dictæ Vrbis finitima, & illius territorio prædictis vltra medietatem ab eo quod ante viginti annos existebat, diminutum fuerit, & cultus exercendæ agriculturæ huiusmodi, etiam docente experientia rerum magistra, propter multitudinem vaccarum rubearum in eodem territorio existentium, in dies prætermittatur, & ars ipsa quodammodo pereat, quo fit vt in dicta Vrbe frumenti penuria inualescat. Nos considerantes terram præfatæ Vrbi finitimam, quæ illius domini ad pascua multorum animalium vtuntur, sub isto cælo fœcundam existere, & conuenientius fore, vt terra ipsa vomere, & aratro scindatur, & aretur, ac potius semen ex ea ad vsum hominum, quam fenum, quod sua sponte ad vsum animalium produxit, recolligatur, & quod ex cultu agriculturæ huiusmodi homines ad laborẽ nati in exercitio honesto se poterunt exercere, & aer salubrior reddetur, & non solum dictæ Vrbi, & illius incolis, & in curialibus, ac cæteris hominibus in terris S. R. E. subiectis de frumento necessario prouideri, verumetiam illud per mare ad alias nationes grano indigentes deferri poterit. Ac propterea volentes artem agriculturæ, & colendorum agrorum huiusmodi in pristinum statum restituere, ac rei frumentariæ in dicta Vrbe opulentiæ prouidere, & futuræ illius penuriæ obuiare, Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, literas Sixti, & Iulij prædecessorum huiusmodi, ac in eis contenta quæcũque, ita vt tertia pars omnium tenutarum, & possessionum, & casalium, tam in territorio, & Patrimonio, ac Campania maritima prædictas, quam citra Vrbem infra viginti milliaria consistentium, tam ad ecclesias, monasteria, & hospitalia quæcunque, ac Cameram Apostolicam, quam Barones, Domicellos, & Ciues Romanos, ac forenses cuiuscunque dignitatis, & conditionis, etiam si Prælati, Commendatarij, vel etiam S. R. E. Cardinales fuerint, aut eorum domini quacunque alia dignitate tam ecclesiastica quam mundana & temporali fulgeãt, quomodolibet pertinentium, absque vlla exceptione vel prohibitione singulis annis pro frumentis ferendis, & recolligendis, scindi, arari, & coli possit, & debeat, à die publicationis præsentium liceat vnicuique tenutas, possessiones, & casalia prædicta ad tenutas, & possessiones ipsas pro futuro anno rumpẽdum, & colendum ingredi: sic tamen, quod si domini earundem tenutarum, & possessionum illas pro dicta tertia parte colere, vel per alios coli facere voluerint, dummodo frumenta in illis recolligenda ad dictam Vrbem deferantur, non liceat alijs in eorum casalibus aliquid innouare, aut illorum possessiones colere, sed eisdem dominis tenutas, & possessiones ipsas colere nolentibus, liceat alijs ciuibus, vel mercatoribus Vrbis habitatoribus, vel quibusuis alijs personis tertiam partem tenutarum, & possessionum huiusmodi in quolibet casali, pro eorum arbitrio, & vbi eis melius videbitur, absque aliqua prohibitione, & impedimento, sub pœna quingentorum ducatorum

auri

Marginal notes:

Iul. 2. cuius cõst. hic non habes innouauit dictam const. Sixt. 4.

Baronibusque & alijs mãdauit ne interdicerẽt eorũ subditis delationem frumentorũ ad Vrbem, neq; illos inducerent ad venden. eis, vt carius ipsi venderent.

Quod confirmat Pi⁹ V. infra cõst. 31. capientes.

Illisque & eorum fautoribus pœnas hic expressas imposuit.

Contrarium suo nostris temporib. vt habetur infra In Pij V. const. 59. Pia denouo.

Causa illius cõst.

Pontifex iste Confirmat & extēdit vt hic cõst. Six. 4. & Iul. 2.

Declarat dictam extensionem.

auri Cameræ Apostolicæ applicandorum pro qualibet vice per prohibentes, vel impedientes eo ipso incurrenda, rumpi, arari, & coli facere, ita vt cultores ipsi cum dictis possessionibus pascuare pro pascendis bobus laborantibus necessarium habeant, & laboratores illo indigentes, easdem possessiones pro pascularibus reseruatas quolibet anno a principio mensis Augusti custodiri, & culturas eligendas in principio mensis Ianuarij, vel post, prout eisdem commodius & opportunius videbitur, rump., & arari facere possint, nec pro intratura pro rubro terræ aliquid, vel tantum pro quolibet rubro terræ laborate in pecunia, sed solum & duotaxat de tenutis, possessionibus, & casalibus infra octo miliaria ab ipsa Vrbe cõsistentibus, quintam partem frumẽti, vel bladorum recollectorum in dicto territorio fideliter & more boni coloni in frumento bono, & recipienti ac mercantili arbitrio Consulum artis soluere teneantur. Et pro tenutis, possessionibus, & casalibus in eodẽ territorio ab octo miliaribus vltra distantibus ab Vrbe vsque ad quindecim, vel seadecim miliaria, similiter de septima parte frumenti recollecti pro quolibet rubro, modo & forma præmissis, respondere debeant, sic tamen quod sub tenutis, & possessionibus prædictis non comprehendantur, nec comprehensa censeantur, quo ad responsionem septimæ partis fructuum tenutæ & possessiones in Latio, & Campania maritima consistentes, pro quibus propter faciliorem earum culturam, & multitudinem laboratorum de quinta parte fructuum respondetur, & in quibus consuetudo hactenus seruari solita seruetur, & si contingat illas per aliquos præsentium vigore laborari, responderi debeat modo præmisso, ac pro tenutis, & possessionibus vltra dicta avj. miliaria citra, & vbicunque consistentibus (dummodo non sint loca vicinia fluminum Tyberis, in quibus consuetudo loci, quoad responsiones seruetur) cultores illorum dominis eorum decimam partem frumenti, & bladorum, quæ in illis sic cultiuatis & laboratis excreuerint, respondere teneantur, exceptis dominis illarum eas colere volentibus, qui alijs præferantur, dummodo blada ipsa etiam illa, de quibus daretur tracta, ad Vrbem prædictam deferantur, ac per flumen & fauces Ostiæ extrahantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, ac vim, & vigorem perpetuo habere, viribusque subsistere, & obseruari debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela præmissa omnia de nouo modo supradicto, ac quod cultores præfati cum animalibus, bobus, & equabus necessarijs ab omni represalie receptione, & retentione, tam in Vrbe quam extra, liberi & exempti existant, nec occasione alicuius debiti vel obligationis etiam in forma dictæ Cameræ, & Ripæ & Ripettæ molestari, capi, pignorari, nec eorum animalia vel frumenta tolli, pignorari, seu auferri possint. Et quotiescunque precium frumenti in præfata Vrbe non excedet decem & octo Iulios, pro quolibet Rubro ad mensuram maiorem Pala batuta nuncupatam, debeat dari cuilibet mercatori tracta quinquaginta Rubrorum pro quolibet aratro, cum solutione tractæ duorum Iuliorum pro Rubro, & non vltra, de quibus vnus Iulius cum dimidio dictæ Cameræ, medius vero Iulius pro quolibet rubro Militibus sancti Petri cedat, quæ quidem tracta dari debeat pro vna tempore recollectionis frumentorum, & pro alia medietatibus in festo Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & interim tractæ dari non debeant alijs, donec ipsi eorum frumenta vendiderint, vel nauigio ad alia loca deferri fecerint. Possint tamen dari tractæ per ad id deputatos pro maiori summa, quando esset maior abundantia, eorum arbitrio, ita quod in Vrbe ipsa propterea penuria non proueniat, iuxta voluntatem nostram, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium, & discretionem executorum infrascriptorum. Ac quod liceat habentibus locationes casalium etiam ad longum tempus ab ecclesijs & monasterijs Vrbis vel hospitalibus huiusmodi renuntiare in perpetuum dictis locationibus, quas in huiusmodi euentum cassamus, irritamus, & annullamus, ad effectum præmissum, nec teneantur ad solutionem alicuius summæ vltra tempus, quo tenutas, possessiones, & casalia huiusmodi tenuerunt, & illorum fructus perceperunt, nec liceat alicui habere armentum vaccarum rubearum in dicto Vrbis territorio infra decem miliaria, excedens cẽtum & vigintiquinque vaccas ad plus. Quodque in tenutis, possessionibus, & casalibus Ciuium Romanorum laicorum illas colere, & agriculturam exercere volentium, non possint alij forenses laborare, sed solum & duntaxat alij ciues Romani, de quibus domini illorum contentantur, & alij habitantes in dicta Vrbe artem prædictã exercere volentes, dummodo tenutæ, & possessiones ipsæ pro dicta tertia parte cultiuentur, & laborentur, auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus, Districtius inhibentes omnibus & singulis tenutarum seu possessionum, & casalium prædictorum dominis, tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, quauis dignitate præfulgentibus, ne tenutas, & possessiones ipsas colere volentibus, seu eorum ministris & famulis præfatis, per se vel alium directe vel indirecte impedimentum vel molestiam aliquam inferre quoquomodo præsumerent, sed eos absque vlla prorsus resistentia tenutas, & possessiones prædictas pro eorum arbitrio, & voluntate, iuxta prædictarum, & præsentium literarum tenorem, rumpere, & arare permitterent. Et nihilominus præfatos barones, & domicellos Romanos, ac quascunque alias personas tam ecclesiasticas quam seculares, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentes, etiam Cardinalatus honore fulgentes, oppida, terras, & villas in dicto territorio possidentes, requirimus, & monemus, eisque districte præcipiendo mandamus, quatenus ab eorum subditis frumenta, & blada, præterquam pro vsu, & necessitate victus domus eorum, vt præfertur, emere, & ad dictam Vrbem deferri interdicere, & prohibere, aut illa ad alia loca quam ad eandem Vrbem absque speciali nostra, seu Cameræ prædictæ nobis nota licentia deferre, aut in præmissis auxilium, vel consilium, aut fauorem publice vel occulte, directe vel indirecte, quouis quæsito colore præstare vlterius præsumant. Alioquin si contrafecerint, ex nunc, prout ex tunc & econtra ipsos omnes, & singulos excommunicationis, suspensionis, interdicti, priuationis, inhabilitatis, applicationis, & incorporationis, ac alias censuras & pœnas in posterioribus literis Iulij prædecessoris huiusmodi contentis post terminos in eisdem posterioribus literis contentos incurrisse declaramus, ac quidquid secus attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quo circa venerabili fratri Antonio Episcopo Prænestinen. & dilecto filio nostro Andreæ tituli sanctæ Priscæ presbytero Cardinali, per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi, ac venerabilis frater noster Bernardus Episcopus Ceruisin. modernus & pro tempore existens in dicta Vrbe Gubernator, necnon dilecti filij Magister Philippus de Senis notarius noster dictæ Cameræ Clericus, & Iacobus de Freiapanibus, ac Iulius Petri de Matthæis Romanis, & Iacobus de Rucellarijs Florentinus ciuis, & illis deficientibus per eundem Gubernatorem eorum loco surrogandi, seu tres aut plures ex eis per se vel alium prædictas, & præsentes literas, ac in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte dictorum colere volentium desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, singulas literas, & in eis contenta

Responsiones quas coloni dare debent dominis Tenutarum & agrorum.

Exẽptio a represalijs & mo estationibus, pro debitis.

Quod confirmauit Pius V. infra const. 22. cupientes.

De Tractis frumentorum.

Vaccarum rubearum armenta sicut præcedis.

Si plures alicuius agros colere volent, præferuntur Romani & incolæ Vrbis.

Prohibitiones Iul. a contra dominos & Barones emẽntes frumenta subditis vltra vsum familiæ, aut blada ad Vrbem deferri interdicentes, illorumque fautores, innouat.

Executores lit. consti.

Executoris facultates.

tenta huiusmodi iuxta illarum tenorem, quacunque recusatione, vel præterquam ad nos interposita reclamatione non obstante, firmiter obseruari: non permittentes eosdem colere volentes, desuper per dominos præfatos seu quoscunque alios quomodolibet molestari, impediri, vel perturbari. Necnon communitates, vniuersitates, barones, & alias personas præfatas auxilium, consilium, fauorem præstantes, quotiens opus fuerit excommunicatos, & a diuinis suspensos public[illegible], & ab alijs etiam nominatim nunciari & publicari, & ab omnibus christifidelibus, donec meruerint absolutionis beneficium obtinere, arctius euitari. Et demum etiam ciuitatibus, oppidis, terris, feudis, & iuribus prædictis priuatos, & illa eidem Cameræ incorporata fore, etiam omissis solemnitatibus positiui iuris, instante etiam fisci nostri Procuratore, declarent, & ad declarationem huiusmodi etiam brachio militari, & gentium armorum ad nostra & eiusdem Romanæ Ecclesiæ stipendia militantium exequatur. Contradictores, molestatores, impedientes, perturbatores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, eorum arbitrio imponendas, & realiter exigendas, ac alia opportuna iuris remedia compescendo.

Clausula derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac literis institutionis Militum prædictorum, necnon Vrbis, terrarum, oppidorum, & villarum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, reformationibus, & decretis, priuilegijs quoque & indultis Apostolicis, Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, ac alijs præfatis a dicta sede forsan concessis, quæ cis quo ad præmissa nolumus suffragari: nec non pactis, & conditionibus in dictis locationibus forsan appositis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in præfatis literis voluerunt non obstare contrarijs quibuscunque: Aut si Communitatibus, Vniuersitatibus, Baronibus, & alijs præfatis vel quibusuis alijs, cõmuniter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ.

Forma publicandi istam const.

Quam publ. non inueni.

Cæterum ne quenquam de præmissis hæsitare, aut ignorantiam allegare forsan in posterum contingat, volumus pariter & decernimus quòd præsentium literarum tenor per omnia loca publica dictæ Vrbis solemniter publicari ac præconizari debeat, & sic publicatus & præconizatus a die qua publicatus fuerit perinde arctet omnes quos concernit, ac si singulus eorum personaliter intimatus fuisset. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo tertio, Decimo Calendas Martij, Pontificatus nostri anno Primo.

V.

De his quæ seruare debent impetraotes beneficia Consistorialia.

De hoc habes supra fol. 271. Leon Decimum constit. 44. & Adrianum 6. fol. 276. constit. 4.

CLEMENS Episcopus. &c. Motu Proprio &c.

Six. 4. & Iul. 2 cõsti. hic nõ habes.

Compendiũ cõstitutionum.

CVM Dudum fe. recor. Sixtus Papa Sextus & Iulius Secundus, ac non nulli prædecessores nostri, prouidendo ne illis de quorum personis ecclesijs Cathedralibus & Metropolitanis, ac Monasterijs Consistorialibus prouidetur, seu ipsa Monasteria commendantur, prorogatio Consistorij præiudicium siue occasionem litigandi inferret, constituerint & ordinauerint quod supplicationes desuper signarentur, & datarentur, ad quarum datas cedulæ consistoriales retrotraherentur, alias nullius essent roboris vel momenti: Nec non vt Camera apostolica, & sacrum dilectorum filiorum Cardinalium collegium cum periculo ptomotorum animarum in eorum iuribus, & annatis non defraudarentur, similiter constituerint, & ordinauerint, quod literæ prouisionis, seu commendæ ecclesiarum cathedralium & metropolitanarum, ac monasteriorũ consistorialium sine literis dispensationum retentionum monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum secularium, & regularium, ac pensionum quarumcunque non expedirentur: Ac deinde pie me. Leo Papa X. & Adrianus VI. etiam prædecessores nostri intellecto per eos, quod supplicationes dispensationum huiusmodi retentionum Monasteriorum & beneficiorum, ac pensionum prædictarum ad partem signabantur, & de illis in cedulis consistorialibus nulla mentio fiebat, ad effectum vt literæ ecclesiarum, & monasteriorum prædictorum contra ordinationes prædictas libere ad personarum prouisarum libitum expediri possent, Motu proprio, & ex certa scientia, mandata & ordinationes prædictas extendentes, de nouo statuerint, decreuerint, & ordinauerint, quascunque supplicationes & mota simili, sub quibusuis datis imposterum signandas dispensationum retentionum quorumcunque Monasteriorum, & beneficiorum regularium, & secularium, ac quarumcunque pensionum, & similium beneficiorum vacantium, & pensionum, per huiusmodi prouisiones & commendas consistoriales nullius esse roboris vel momenti, nec in aliquo eisdem personis prouisis suffragari, sed Monasteria & beneficia prædicta per huiusmodi prouisiones impetrari posse, ac pensiones cassatas & extinctas intelligi debere, nisi in cedulis prædictis super illis dispensarentur, & de beneficijs sic vacantibus prouisum esset, ac supplicationes prædictas sub quibusuis datis desuper signatas, nisi ad hoc quod ad illarum datas cedulæ prædictæ retrotraherentur, eis nequaquam suffragari possint:

Leon. X. constit. habes sup f. 271. nu. 44. & Adr. 6. constit. habes sup. f. 276 cõst. 4.

Pont. iste confirmat prædecessorum const. circa ea quæ seruare debent impetrãtes beneficia Cõsistorialia.

Nos prædecessorum prædictorum vestigijs inhærentes, ac fraudibus occurrere cupientes, constitutiones, mandata, ordinationes, statuta, & decreta prædecessorum huiusmodi innouamus, illaque iuxta eorum continentiam & tenorem obseruari debere decreuimus, ac ad commendas beneficiorum quorumcunque per supplicationes etiam sub data cedula &c. Consistorialium ad partem signatas & signandas extendimus & innouamus. Mandantes dilecto filio nostro Pompeio basilicæ xij. apostolorum de Vrbe presbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, & eiusdem Cancellariæ Regenti, necnon dilectis filijs de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, & alijs officialibus ad quos expeditio dictarum literarum etiã per cameram pertinet, præsentibus, & pro tempore existentibus, vt mandata, ordinationes, statuta, & decreta prædecessorum prædictorum, ac nostrum huiusmodi inuiolabiliter obseruent & obseruari faciant & mandent. Necnon ordinãtes Datario nostro, & agentibus pro eo, quod supplicationes dispensationum, retentionum, &

capacitatis

capacitatis beneficiorum quorumcunque promotis, & translatis, ac commendatarijs ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Monasteriorum Consistorialium extra cedulas consistoriales, & extra supplicationes commendæ huiusmodi Monasteriorum ad partem signatas non darent, nec transire permittant: Volumus autem, quod huiusmodi mandato, & constitutioni per nullas clausulas in supplicationibus siue cedulis appositas, etiam cum illius derogatione, & sub quibusuis attestationibus præseruatiuis, nisi per mandatum speciale manu nostra signatum, tantum derogari posse. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & alijs contrarijs non obstan. quibuscunque.

Forma derogandi huic const.

Placet & ita motu proprio mandamus. I.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria apostolica, anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo quarto, die vero Decimannna mensis Aprilis, pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Clementis diuina prouidentia Papæ septimi anno primo.

Et ego vidi registratum in Quinterno Cancell. Apost. fol. 314.

V I.

Extensio constitutionum Pij 2. Pauli 2. Six. 4. Iul. 2. & Leonis 10. contra Homicidas, Bannitos, Sumentes vindictam contra propinquos offendentis, & Brigosos illorumque fautores, ac contra Communitates & alios non custodientes eorum territoria a banditis, furibus. &c.

Confirmatur & ampliatur hic const. infra per Pium 4. const. 30. in eminenti & Pium V. constit. 13. ex supernæ & Greg. 13. constit. 66. tanta. vbi not.

De Materia notaui concord. sup. fol. 80. in Pij 2. constit. 8. & notabo infra in Grego. 13. constit. 66. tanta.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sancta B. Petri sedi diuina disponente clementia, meritis licet imparibus, cōstituti, considerantes quod licet Deus, qui ex præcipui amoris sui dulcedine hominem ad imaginem suam creauit, in lege veteri populo illi rudi & infirmo mandauerit proximum diligi, inimicum vero in odium haberi permiserit: tamen secundum Euangelicam doctrinam, quæ lege veteri excellentior atque perfectior est, præcepit etiam inimicum diligi, & transgressorem huius legis vltionem expectare debere innuit, cum dixit, Qui gladio ferit, gladio peribit. Vt igitur lex ab omnibus seruetur, nec gladiorum impunitas a quoquam sperari possit, & qui virtutis amore nolūt, saltem formidine pœnæ à vetitis abstineant: ad officium nostrum spectare duximus, illa quæ pro pace & quiete ciuitatum & terrarum, temporali dominio nobis & sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, ac ciuium & incolarum in eis degentium, à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus statuta & ordinata fuisse comperimus, vt eo maiorem obtineant firmitatem, quo sæpius fuerint Apostolico præsidio communita, nostri præsidij munimine corroborare, ac etiam de nouo statuere, & ampliare, prout rationabiles causæ persuadent, & in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem postquam per felicis recordationis Pium Papam II. prædecessorem nostrum, accepto, quod à certis annis tūc elapsis citra, in terris, locis, & tenimentis dictæ Romanæ Ecclesiæ, mediate vel immediate subiectis, quamplura etiam ex leuibus causis commissa esse reperiebantur homicidia: idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia perniciosum esse, & detestabile, & iuxta canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tanto seuerius puniendum & extirpandū fore, quanto manifestius cognoscebatur, quod ex eo scandala & plurima mala subsequebantur: ac cupiens quod eiusdem ecclesiæ mediate vel immediate subiecti pacifici forent & modesti, & terras ac loca prædicta Sicarijs expurgare: inter alia per suas litteras statuerat, & decreuerat, quod omnes illi qui pro delicto huiusmodi forent condemnati, seu alias de ciuitate aliqua seu districtu ipsius banniti, nō possent ad ciuitatem seu districtum huiusmodi quocunque tempore, seu in eis vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus & consanguineis seu filijs ipsius occisi: nec Legatus etiam de latere, aut gubernator qui pro tempore foret, vel quiuis alius posset auctoritate apostolica, seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam seu bannitum rebannire, & reducere, seu reuocare ad ciuitatem vel districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam vel saluumconductum concedere, seu morandi in eis vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicum siue magnum, nec etiam ad diem vnum, siue noctem. Quod si secus per quemcunque ex prædictis factum foret, ipso facto pœna excommunicationis, sine vlterioris sentētia declarationis, a qua per alium quam summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non posset absolui: ac licentia, reductio, reuocatio, saluusconductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi, essent ipso iure nulla, nulliusque roboris vel momenti. Incideretque etiam in pœnam ducatorum mille auri Cameræ apostolicæ applicandorum: quam Thesaurarius, cui hoc secrete vel publice foret relatum & denunciatum, retineri faceret, & mandaret, nullo super hoc expectato seu requisito superioris mandato. Quod si non faceret, ipse Thesaurarius, eadem sententiam excommunicationis ipso facto, cum eisdem qualitatibus incurreret: ipseque rebannitus, reductus, siue quocunque alio modo reuersus, posset & deberet capi, detineri, & incarcerari: ac de ipso, secundum sententiam contra eum latam, iustitia fieri per Gubernatorem, Potestatem vel alios Officiales ad quos spectaret & pertineret incontinenti sine vlteriori sententiæ notificatione, & requisitione superioris vel alterius, sub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ prædictæ applicandorum: quam Thesaurarius præfatus, simili modo ac forma ac sub similibus censuris faceret retineri. Et quod quæcunque appellationes interpositæ vel interponendæ, ab huiusmodi vel alijs sententijs, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto, & si lis

Pij 2. const. compendium, quam habes sup. fol. 80 ne 8.

Pius 2. præcepit quod homicidæ remissionem aut saluum cōductū, ab alijs quā à Pōti. obtinere non possint etiā habita pace.

Quod declarat Pius 4. infra cōst. 104. nuper siquidem.

Et contrauenientibus pœnas de quibus hic imposuit.

Homicidias appellare prohibuit, nisi i casibus hic expressis.

vel

vel instantia super eis penderet, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per Auditorem Cameræ, vel alios quemcunque ordinarium vel delegatum, essent nullæ, & inualidæ: nec ad vlteriora super his, & ipsarum vigore procedi posset, aut deberet. Quinimmo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censerentur auocatæ, extinctæ, & inualidæ: nec potestates siue alij officiales, quibus inhibitum foret, mandatis & inhibitionibus litispendentis, censuris & pœnis in eis contentis astringerentur, immo tenerentur & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere. Posset tamen in casibus à iure vel statuto permissis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, seu prouinciæ: qui infra mensem causam diffinire teneretur. Quo elapso, inhibitio & instantia super eis essent nullæ; & libere sine impedimento posset fieri executio sententiæ vel banni, ac si non fuisset inhibitum & appellatum. Quodque banniti, & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij censerentur banniti ab omnibus locis circumuicinis vsque ad miliaria quinquaginta, infra quæ si reperti forent, possent, & deberent capitalis sententiæ, siue condemnationis pecuniariæ executiones fieri contra eos, per potestates & alios officiales ciuitati, districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs, simili forma incurrendis, Ita quod omnes & singuli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi, & forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel vel pœnæ pro eo impositæ, auctoritate apostolica vel alterius ab ea vel a Ro. Pontifice potestatem habente esset facta remissio, cassatio, processus, & sententia annullata, vel alias quomodolibet dispensatum, per viam gratiæ vel iustitiæ remissionis: in toto vel in parte non possent habere officia vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forent, & in quibus domicilium eorum originemque haberent, seu alias moram traherent, vel residerent, etiam si forent absoluti, rebanniti, vel alias eorum sententia seu condemnatio, siue processus irritati, vel alias pro infectis habiti: sed perpetuo essent infames, & omni officio & dignitate priuati, nec possent ferre testimoniũ, nec tabellionatus officium exercere, neque admitterentur ad iudicandum, seu aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis essent perpetuo suspensi. Quinimmo si huiusmodi officia acceptarent, exercerent, seu alias ad ea exercenda admissi forent: tam ipsi quam Gubernator, Legatus, aut superior, qui eum eligere, vocare, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse pateretur, pœnam quingentorum ducatorum auri ipso facto incurrerent, & sua Gubernatione priuarentur; nec gesta in iudicio vel extra iudiciũ, tam per eum qui admissus foret ad officium, quam per eum illud exercere passus foret de cætero valida essent, & robur obtinerent, quinimmo essent nullius roboris vel momenti. Et si ecclesiasticæ personæ forent, sententiam excommunicationis ipso facto incurrerent, sine vlteriori declaratione, a qua pœna non possent, præterquam a Ro. Pontifice, cum speciali delicti, seu homicidij huiusmodi expressione absolui: & thesaurarius Cameræ, sine vlteriori requisitione seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione, salarium eisdem vel alteri debitum retinere deberet, si ab eo deberetur: si vero non deberetur, Potestati, Gubernatori, vel alteri, ad quem spectaret, ab eis vel eorum altero exigi & satisfieri, sub eisdem censuris in eisdem litteris quas idem prædecessor per omnes ciuitates ecclesiæ, publico præconio publicari mandauerat. Et deinde cum in alma Vrbe nostra, instigante diabolo, pestiferum, ac perniciosum malum creuisset, vt si quando inter aliquos, etiam pro leuissima causa, quam brigam vocabant, rixa foret exorta, in qua alter alterum percussisset, aut vulnerasset: percussus aut vulneratus huiusmodi, offendentis patrem, fratrem, aut filium, seu alterum ex propinquis, iniuria expeteret, & plerunque offensionis ignarum, aut ob huiusmodi excessus plurimũ condolentem, horribili immanitate, & furiosa dementia, in vindicta suæ iniuriæ vulneraret & interdum occideret: aut aliquis propinquorum offensi ad vltionem iniuriæ propinqui sui, vt præmittitur, propinquum offendentis vulneraret, vel occideret, seu vulnerari vel occidi faceret. Inde quoque iuxta damnabilem abusum ciuitatis, vtraque pars se domibus priuatis includeret, quas in contemptum summi Pontificis videlicet Principis, ac etiam Magistratuum ciuitatis armatis complebant, & interdum fores domorum ac porticus Steccatis communibant, vbi tanquam ad officinas, ac Asylum scelerũ, perditi homines & scelesti, ab vtraque parte conueniebant: illic inuida factio coniungeretur atrocissima sceleris immanitate concordans: illic dementia, & furia esset venalis iniuria, dum ij qui nulla erant iniuria lacessiti, ad vindictam offensorum insana mente, & ferali crudelitate, coniurarent. Ij essent quorum pedes veloces erant ad effundendum sanguinem, qui viam pacis non cognouerant, inter quos fœda & obscena commercia, alearum lusus, pecuniarum effusio, patrimoniorum dissipatio, & obsceni agebantur incestus: ex ijs oriretur Regẽtium rempublicam, & magistratuum contemptus, ac seditiones nonnunquam suscitarentur. Et si quando huiusmodi rixæ & dissensiones intercederent, non solum propinqui, atque coniuncti, sed etiam extranei, vtrique parti se offerrent, quod vulgo apud eos & materno vocabulo, fare di bene, nuncupabatur: ex quo plerunque totius Ciuitatis studia diuidebantur, non sine graui nota, & Regentium atque reipublicæ discrimine: armarentur aduersus proximos miseri spiritu diaboli repleti; omne ius humanæ societatis, omnem charitatem, omnem ciuilem concordiã, damnabili abusu, conuerterent. Piæ me. Paulus Papa II. etiam prædecessor noster, per suas litteras perpetuo statuerat & ordinauerat, vt quicunque extunc deinceps Baro, aut Domicellus, ac Ciuis Romanus, vel quæuis alia ecclesiastica secularisque persona, cuiuscunq; conditionis & qualitatis existeret, quacunq; etiam atroci iniuria lacessita, pro sua vel amici aut propinqui iniuria vindicanda, patrem aut filiũ, fratrum aut propinquũ, vel alias amicum, vel domesticum offendentis, vulnerare, mutilare, occidere, vel quocunque modo realiter, vel personaliter offendere præsumeret, aut talia fieri faceret, vel mandaret: similiter qui in vrbe Roma, vel eius districtu, occasione rixæ, vel Brigæ, domum communire, armatos receptare, aut tenere, vel adhærentes & complices ac fautores brigæ accerscere, seu quancunque congregationem, & collectam hominum, ad vltionem iniuriæ inuocare, excitare, inuitare vel receptare præsumeret, per se vel alium: crimen læsæ maiestatis, rebellionis, ac seditionis in Vrbe concitatæ reus censeretur, & haberetur, ac veluti talis, a competentibus iudicibus seuerissime puniretur. Ecclesiastici vero talia perpetrãtes omni dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio essent ipso iure priuati, & perpetuo manciparentur: ac beneficia eorum libere per illos ad quos collatio pertinebat eorum conferrentur. Omnesque præterea talia committentes, tanquam Christianæ religioni alieni, publicæ pacis emuli, ab omni populo, ciuitate, loco, & terra, dictæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiecta, essent perpetuo diffidati: eorum bona tam mobilia, quam immobilia essent ipso iure Cameræ apostolicæ confiscata. Nulli præterea talium, alicuius aperiretur ianua dignitatis, aut honoris ecclesiastici, vel mundani, seu ad alicuius loci regimen esset ascensus: & vt magis esset famosa eorum infamia, factio testamenti actiue & passiue, esset eis interdicta ad actus legitimos nullus eis pateret aditus, nulla porta panderetur, omni spe gratiæ aut seditionis adempta.

Condemnatos pro crimine homicidij a loco delicti & per loca circumuicina p 50 miliatia exules esse debere statuit.

Quod ampliatur hic per Clem.

Homicidis pœnas hic expressas indixit.

Quas ampliarit Pont. quos indicaui in rubr.

Pauli 2 const. cõpendium quam habes sup. fo. 90. nu. 5.

Paulus 2. Vindictam sumẽtibus contra propinquos offendẽtis, & Brigosis, pœnas hic descriptas imposuit.

adempta. Et præter prædictas pœnas sniam excõicationis & perpetuæ maledictionis incurrerent, a qua absolui non possent, nisi per Ro.Pont. præterquam in mortis articulo constituti. Illi vero qui ipsis offensis, vel offendẽtibus, seu brigosis adhærere, fauorẽ, opem, auxiliumq; promittere, aut in domibus, vel castris, locis, seu fortalicijs, suis receptare, aut qui iuxta vulgare, fare di bene, extunc deinceps præsumerent: tanquã fautores sceleru͂, & conspiratores aduersus publicã pacẽ, omnino similis rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitationis, aut excõicationis, & anathematis pęnas incurrent. Et præterea vt domus & habitationes principaliu͂ offendentiu͂, qui vindictam in alios vt præmittitur, sumere, & exercere, aut etiã qui ex vtraque parte, domos ipsas munire, aut congregationes occasione brigæ aut collectas hominu͂ adunare, vel armis, aut armatis, seu steccatis, aut propugnaculis coire ausi forent: in detestationem tanti facinoris, demolirentur, & vsq; ad solu͂ ad perpetuã infamiã prosternerentur. Per hoc quoq; secularibus aut alijs iudicibus suis competentibus non ademerat facultatẽ vtẽndi statutis, & legibus, aduersus tales editis vel edẽdis. Ac successiue recolẽdæ memoriæ Sixtus Papa 4. similiter prædecessor noster, accepto per eum, quod contenta in literis Pij prædecessoris huiusmodi a certis annis tunc elapsis citra non fuerant obseruata: & ex illoru͂ non obseruantia subditi præfatæ ecclesiæ procliuiores fuerant ad homicidia cõmittenda, ac fere passim quotidie homicidia perpetrabantur, & homicidæ præfati ideo ad illa cõmittenda promptiores existebant, quia sperabant latere, & suorum excessuum remissionẽ consequi facile posse: ac detestabilẽ & horrẽdã talium Sicarioru͂ nequitiam, ad aliorum cautelã iuris remedijs prosequi studio cupiens indefesso, habita super ijs cum fratribus suis præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de illorum consilio, per suas literas decretaque Pij prædecessoris huiusmodi, ac prout illa concernebant, oĩa & singula in dictis literis Pij prædecessoris præfati contenta approbauerat, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuerat, ac voluerat, & de eorundẽ fratrum consilio statuerat, & ordinauerat, quòd condẽnari eatenus & quos in posteru͂ condẽnari cõtingeret vbilibet, in ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio, siue vt principales, siue vt auxiliu͂ consiliu͂ vel fauorem præstantes, suarum condemnationu͂ irremissionẽ, aut cõtra illas saluumconductum & licentiam securæ in loco patrati criminis, vel infra quinquaginta Miliaria, vt præfertur propinquo, nullatenus obtinere possent ab alio, quam a Rom. Pontifice, qui pro tempore esset, & alicuius alterius, etiã Legati de latere remissio nemini suffragaretur. Et si forsan contingeret eundẽ Rom. Pont. ad remissiones, siue saluumconductum hmõi procedere, talis remissio per præoccupationẽ processisse censeretur, & nemini prodesse posset, nisi in illa verus literarum Sixti prædecessoris hmõi tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idẽ importantes insertus foret: ac specificata & determinata causa exprimeretur, quæ eundẽ Ro. Pontificem induceret ad derogandum eisdem literis Sixti prædecessoris, quæ cum tã matura deliberatione ab eodẽ prædecessore emanauerant. Et demum sanctæ me. Iulius Papa II. etiam prædecessor noster, habita super ijs cu͂ fratribus suis, tunc dictæ Ecclesiæ Cardinalibus, deliberatione matura, & de illorum cõsilio literis Pij & Sixti prædecessorum huiusmodi, & prout illas concernebant, oĩa & singula in eisdem literis contenta per quasdã approbauerat, & innouauerat, ac robur firmitatis perpetuæ obtinere debere decreuerat, Ac illas ad bannitos, exititios, & rebelles, aut alios pro quocunq; alio crimine capitali, a quibusuis officialibus, tam in dicta Vrbe, quam extra eam, & in terris eidem Ro. Ecclesiæ mediate vel immediate subiecti ius dicentibus, pro tempore condemnatos, ac brigosos nuncupatos, pacẽm, iuxta ordinationes dictæ Vrbis apostolica auctoritate approbatas, facere recusantes: necnon ius sibimet contra alios dicentes, aut caualcatas sine Rom. Pontificis, aut officialiu͂ suorum speciali licentia facientes, vel mouentes, præfata auctoritate de eorundem fratrum consilio extenderat. Ac vniuersis & singulis tam laicis, quã ecclesiasticis cuiuscunque status, gradus, ordinis, excellentiæ, & dignitatis, Ducibus quoq;, Comitibus, Baronibus, Domicellis, necnon Cõitatibus, Vniuersitatibus Ciuitatum, Terratu͂, Castrorum, & aloru͂ quoru͂cunq; locoru͂ dictæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectoru͂, districte præcipiendo mandauerat & inhibuerat, ne aliquis eoru͂ homicidas, bãnitos, exititios, & rebelles, aut pro alio capitali crimine cõdẽnatos, aut brigosos, pacẽ facere recusantes, seu ius sibi contra aliu͂ dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouẽtes, in eoru͂ ciuitatibus, castris, seu locis alijs quibuscunq; recipere, & retinere, seu auxiliu͂, consiliu͂ vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, per se vel alium præstare, aut in eoru͂ domibus seu Castris vel locis recipere, & receptare præsumerent. Et si aliquis cõtra inhibitionẽ & mandatu͂ hmõi quouis modo, directe vel indirecte, de cætero venire præsumeret, Idẽ Iulius prædecessor oẽs & singulos sic contrauenientes, excõicationis maioris, & Anathematis sniam, a qua non nisi ab ipso Iulio prædecessore & eisdem successoribus, præterquã in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa, absolui possent, incurrere, eosque oĩbus & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exẽptionibus, immunitatibus realibus, & personalibus, ac Ciuitatibus, Castris, Terris, locis, & Dominijs eoru͂, dignitatibus, & honoribus, iuribus, & officijs, ac etiã feudis & cõcessionibus quibuscunq;, quæ a Roman. prædicta, & quibuscunq; alijs ecclesijs, obtinere noscebãtur, sub quacunq; verboru͂ forma & tenore ac cu͂ quibusuis efficacissimis, & insolitis clausulis, ẽt præseruatiuis ab incursu pœnæ priuationis, eo ipso priuatos & inhabiles ac indignos ad illa, & quælibet alia in posteru͂ obtinẽda, & quoscu͂q; actus legitimos exercendos, fore nu͂ciauerat, Et illa per ipsum Iuliu͂ prædecessorẽ & successores suos absq; aliqua declaratione, super ĩcursu pœnæ priuationis hmõi, aut citatione eoru͂ qui priuationis pęnã incurrerẽt faciẽda, alijs personis ĩ feudu͂ seu Vicariatu͂ aut alias, ac si per lapsum tẽporis cõcessionis, aut finitã lineã, ac dictã Camerã reuertissent, liberæ cõcedere, ac alias de illis disponere posse decreuerat: & declarauerat: Necnõ ciuitates, terras, castra, & loca prædicta Cam. præfatæ cõfiscauerat, incorporauerat, applicauerat, & appropriauerat, ac cõfiscata, incorporata, & appropriata esse, sicq; cõtrauenientes, pro rebellib. eiusdẽ ecclesiæ haberi, & cẽseri debere voluerat, eoru͂ subditos & vassallos, & Arciu͂, ciuitatu͂, terraru͂, castroru͂, & locoru͂ prædictoru͂ castellanos, a quocu͂que fidelitatis iuramẽto, quo ipsi essent qu͂olibet astricti, penitus absoluẽs; ciuitates quoq;, terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdẽ ecclesiæ obediẽtiã se nõ reducerẽt, seu ĩ præmissis qu͂olibet delinquerẽt, etiã quoru͂cu͂que eis auxiliu͂, cõsiliu͂ vel fauorẽ, quouis modo, directe vel indirecte, publice vel occulte præstantiu͂, etiã quacu͂q; ecclesiastica vel mu͂dana, etiã regali præfulgeãt dignitate & excellẽtia, vt præfertur, & ad quæ eos declinare cõtingeret, ecclesiastico subijciens interdicto, tamdiu firmiter obseruãdo, donec ibidem forent, etiam per tridau͂ post inde discessum, illos quoque qui aliquem scirent culpabilem in prædictis, & eidem Iulio prædecessori vel successoribus suis intra triu͂ dieru͂ spatium non referrẽt, vel alicui per quẽ ad eu͂ fideliter referretur, similes pœnas incurrere voluerat. Et insuper per eundẽ Iuliu͂ prædecessorẽ accepto, quod cu͂ nonnulli ciuitatu͂, terraru͂ castrorum & locorum tam Regni nostri Siciliæ citra Pharum, quam aliarum partium dictæ Ecclesiæ subiectarum,

Six. 4. constitu. compendium quam habes sup. fol. 103. nu. 10.

Six. 4. cõst. Pij 2. approbauit.

Et dedit formam sub qua non derogaretur eius const.

Iul. 2. const. Compendiu͂ quam habes sup. fol. 152. nu. 5.

Idem Iul. Confirmauit constitut. Pij 2. & Sixt. 4. contra Homicidas, & illas extẽdit ad bannitos pro quocunque alio crimine, ac brigosos ac eoru͂ fautores.

Contrauenien. pœnę.

De quibus habes etiã infra in Pij V. const. 25. ex suo pernas.

Scientes etiam & non reuelantes pęnis de quibus hic implicat.

etiam Vrbi prædictæ adiacentium:qui propter homicidia,aliaque nephãda,per eos perpetrata,excessus,crimina & delicta,& alias eorum demeritis id exigentibus,a Ciuitatibus , Terris , Castris , & locis eorum seu in quibus tũc morabantur,exules,& rebelles,& banniti,quod in illis propterea secure morari nequirent:alij de Ciuitatibus,Terris Ecclesiæ subiectis,ad regnum & alias partes adiacentes huiusmodi:alij autem ex regno,& adiacentibus partibus prædictis ad Ciuitates,Terras,Castra,& loca eidem Ecclesiæ subiecta prædicta,etiam dictæ Vrbi adiacentia,se transferrent:Nonnulli Barones,Proceres,& domini,seu Vicarij in temporalibus Ciuitatum, Terrarum,Castrorum,& locorum,ac regni & partium adiacentium prædictorum , eorumque officiales , & subditi, dictos homicidas Bannitos , criminosos , atque rebelles homines scienter receptare , & (quod grauius erat) protegere & defendere , non formidabant , se reos tantorum scelerum per homicidas , & alios Bannitos prædictos perpetratorum apud Deum constituentes , & tam ipsis homicidis , & malefactoribus quam alijs similia,& grauia delicta perpetrandi,& committendi audaciam,& scelerum huiusmodi impunitatem tribuentes,in animarum suarum periculum,iustitiæ conculcationem , ac dictæ Sedis auctoritatis contemptum , & scandalum plurimorum,idem Iulius prædecessor Motu proprio,omnes & singulos Barones,Proceres,Milites , ac dominos, & Vicarios,in temporalibus Ciuitatum,Terrarum,Castrorum,& locorum eorundem,necnon nostros,& eorundem Baronum,procerum,militum,& dominorum Vicarios,officiales,& subditos,per suas literas requisierat, & monuerat,eisque & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ,ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna quam contra facientes eo ipso incurrerent,districtius inhibuerat,ne homicidas,bannitos,criminosos, rebelles,aliosque infames homines præfatos,qui propter eorum delicta banniti,in locis originis suæ , alijs regnorũ, ciuitatum,terrarum , Castrorum , & aliorum locorum prædictorum propter eorum malam vitam , commorari non poterant,extunc de cætero,nullatenus receptare,aut eis consilium,auxilium , vel fauorem , quouis quæsito colore,præstare præsumerent.Quinimmo tales ad eorum dominia declinantes seu in eis commorantes , capi,& ad forum,seu iustitias,vel officiales,ad quos punitio & castigatio criminum , & excessuum per eos perpetratorum vt præfertur de iure vel consuetudine pertinebant,& spectabant,destinare : aut si partibus læsis & offensis

Leon.10.consti. Cõpendium quã habes sup.sa.235 nu.18.

vtilius foret,illos iuxta criminum , & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, ad pęnas a iure statutas in locis vbi deprehensi forent procedere procurarent . Cum similis memoriæ Leo Papa X. etiam prædecessor noster accepisset,& re ipsa cognouisset,quod nequissimi Sicarij eo ad perpetranda homicidia,& mala omnia committenda procliuiores reddebantur,quo in opprobrium iustitiæ,& animi sui indignationem, non solum in Ciuitatibus,Terris,Castris,& locis ipsius Ecclesiæ subiectis,& non subiectis,dictæ Vrbis conuicinis,sed etiam in Vrbe ipsa intra ædes,& palatia retinebantur & recipiebantur,aut fauore Ducum,Marchionum,Baronum , Domicellorum,Dominorum temporalium,armorum Capitaneorum,dictorumque,& aliorum Magnatum auxilio confouebantur:Iudicum quoque & officialium animaduersio in eos sæpe & sæpius omissa fuerat:Idem Leo præde-

Leo 10.confirmauit cõst.Iul.2

cessor Motu simili, & ex certa sciẽtia, priores literas Iulij prædecessoris huiusmodi , ac omnia & singula in eis contenta,per suas literas approbauit,& innouauit;Adijciens, & de Apostolicæ potestatis plenitudine statuens, quòd si Duces,Barones,Marchiones,Comites,Domini temporales,Vicarij,Feudatarij,armorum Capitanei, ductores,magnates,Principes,Communitates,& officiales Ciuitatum,Terrarum , & Locorum dictæ Ecclesiæ mediatæ vel immediatæ subiectorum,Homicidas,Bannitos,Exititios, rebelles,aut pro quocunque crimine capitali pœna damnatos,necnon Brigosos pacem facere recusantes, treguarum siue induciarum violatores seu fractores,ius sibimet contra alium dicentes,caualcatas,aut armatas,vel vltra numerum decem hominum coadunatas

Et receptantibus aut auxiliũ eis præstantibus imponit pęnas hic expressas impositis. De quibus vide etiam inf. Pij 4. const.30.in armenti.& Pij V.cõstit. 13. ex superreg.ac Greg. 13. const.66 tanta.

facientes propria auctoritate,vel mouentes ad eorum Terras,Ciuitates,Castra,loca,Territoria,& Dominia declinantes,non solum reciperent,retinerent,vel eis auxilium consilium opem & fauorem,tacitæ vel occultæ, directæ vel indirectæ præstarent,aut contra mandata & inhibitiones in eiusdẽ Iulij prædecessoris literis contẽtas, deuenirent:sed etiam si eosdem manu forti non acciperent , apprehenderentque,& captos ad mandatum Romani Pontificis pro tempore existentis aut suorum officialium exhiberent,traderentque: nõ solum omnes & singulas sententias,ac etiam priuationis pœnas in eisdem literis expressas, verumetiam læsæ maiestatis,& verum, ac nulla iuris aut hominis fictione confectum crimen eo ipso incurrerent:& in eos sic cõtrafacientes modo & forma,quibus in veros criminis læsæ maiestatis reos a iure procedi debere statutum erat,procederetur , & tam ad prædictas,quam huiusmodi læsæ maiestatis criminis a iure inflictas pœnas exequutiue deueniretur. Et insuper

Causę istius cõst.

omnia & singula per Iulium prædecessorẽ,vt præfertur,& per Leonem prædecessorem huiusmodi innouata, ac de nouo statuta,& illis adiecta,perpetuæ firmitatis robur obtinere,ac inuiolabiliter obseruari debere decreuit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem sicut facti notorietas attestatur, plures Vrbis, Ciuitatum,Terrarum,Castrorum,locorum,& tenimentorum,ac Regni , & partium prædictorum contra literas prædecessorum huiusmodi,elata ceruice deuenire,& se aduersus iustitiæ clypeum,& tutelam rebelles constituere præsumant,ac censuras & pœnas prædictas in eisdem literis contentas,sensu reprobo paruipendere non vereantur,in animarum suarum perniciem,diuinæ maiestatis offensam , & reipublicæ læsionem : Nos quorum est, sceleratorum insolentijs,quibus aduersus Deum & proximum,ac prædictæ Sedis auctoritatem veluti catholicæ professionis inimici sæuiunt,salubriter reprimendis,ne ipsorum inualescat præsumptio, & peruersitas extollatur intendere,sed criminosorum temeritatem (vltricæ iustitia) cohibere:ne literæ prædictæ quæ prouida deliberatione ab ipsis prædecessoribus emanarunt , contemptibiles reddantur , sed excessuum perpetratores , debita animaduersione puniantur,opportunis remedijs prouidere volentes,Motu proprio,nõ ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de nostra mera deliberatione,& ex certa scientia,singulas Pij, Pauli,Sixti,Iulij,& Leonis prædecessorum literas huiusmodi,cum statuti,ordinationis,extensionis,additionis,inhi-

Pont.iste confirmat Pij,Pauli,Sixti,Iulij, & Leonis const.

bitionis,decreti,declarationis,confiscationis,incorporationis,applicationis,voluntatis,& mandati,ac omnibus & singulis alijs in eis respectiue cõtentis clausulis,auctoritate Aposto.tenore præsentiũ,approbamus,& innouamus;ac perpetua roboris firmitate subsistere,& per singulos,quos literæ ipsæ cõcernunt , sub excõicationis,anathematis,maledictionis,infamiæ, suspensionis,diffidationis,criminis læsæ maiestatis,seditionis,rebellionis,cõfiscationis,depositionis,priuationis,inhabilitatis,& interdicti,ac alijs cẽsuris & pœnis ecclesiasticis & tẽporalibus i eisdẽ literis cõtẽtis,quas cõtrauenięntes eo ipso incurrãt,perpetuo inuiolabiliter obseruari debere decernimus.Illasqȝ ẽt ad hoc vt homicidæ,Sicarij,exititij,criminosi,rebelles,alijqȝ infames propter homicidia,aut alia nephãda per eos perpetrata,excessus,crimina,& delicta,in ciuitatibus Terris,Castris,vel locis eorum,seu in quibus tunc morabantur Banniti & cõdemnati,etiã habita pace ab hæredibus filijs seu consanguineis occisorũ,aut

partium

partium læsarum, non solum a locis circumuicinis vsque ad quinquaginta miliaria, sed etiam ab omnibus & singulis Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis etiam Regni, & partium prædictorum, nobis & dictæ Romanæ Ecclesiæ quomodolibet mediate vel immediate subiectis, Banniti, & exules sint & esse censeantur: nec in illis seu eorum aliquo, etiam prætextu cuiusuis licentiæ, saluiconductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ, moram trahere possint: & si in eis resederint, vel reperti fuerint, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij prædecessoris huiusmodi tenorem sub pœnis in eisdem literis contentis per officiales Ciuitatis, Terræ, Castri, vel loci in qua, vel in quo deprehensi fuerint, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum seu officiales, ad quos criminum & excessuum eorundem punitio de iure vel consuetudine pertinet remitti debeant: extendimus & ampliamus. Et nihilominus præmissa omnia & singula, prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium & Leonem prædecessores præfatos statuta & ordinata, inhibita, decreta, & declarata fuerunt: ita vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarij, Feudatarij, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Ciues, Officiales, & personæ, ac alij ad quos prædictæ, & præsentes literæ concernunt, ac ipsorum singuli, literas & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis quomodolibet, directe, vel indirecte contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores & complices, singulas cēsuras, & pœnas prædictas, eo ipso absque alia declaratione incurrant, & incurrisse censeantur de nouo. Quodque Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini in temporalibus, Vicarij, & Feudatarij Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum etiam Regni & partium prædictorum nobis & eidem Ecclesiæ immediate subiectorum, aliquos nostros & dictæ Ecclesiæ hostes, & inimicos, aut subditos exules, bannitos, & facinorosos cuiuscunque status, vel conditionis, fuerint, publice vel occulte, vllo vnquam tempore recipere & acceptare nullatenus præsumant: Et si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contigerit, illos ex eorum dominijs vel territorijs huiusmodi expellere, seu ad simplicem iussionem vel requisitionem nostram vel successorum nostrorum quo voluerimus, seu successores ipsi voluerint tute conduci facere, Ac quòd præmissa a suis subditis inuiolabiliter obseruentur, omni excusatione cessante cum effectu curare, sub similibus priuationis & rebellionis ac criminis læsæ maiestatis pœnis, si contrafecerint eo ipso incurrendis. Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri possint: quod communitates ciuitatum, & vniuersitates terrarum, Castrorum, & locorum, in quibus seu quorum territorio, districtu, & ditione, dicta homicidia perpetrabuntur, sub interdicti ecclesiastici, & duorum milium per communitates, ac mille ducatorum per vniuersitates, necnon ciuitatum terrarum & locorum eorundem domicilij, Barones, Vicarij, aut alij in temporalibus domini, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque milium ducatorum auri cameræ apostolicæ irremissibiliter applicandorum eo ipso, absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere teneantur capi facere: Et si eos capere nequiuerint, statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus oppidorum, circumuicinorum, ad quæ declinabunt, aut declinare poterunt notificari, communitates vero & domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditionem tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere seu apprehendi: Quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus seu incolis, & habitatoribus vicinorum, oppidorum, & locorum, ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere & tradere sub similibus pœnis teneantur, & debeant, statuimus, ordinamus, inhibemus, & declaramus. Et ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi, quibusuis dictæ sedis Legatis etiam de Latere, ac Nuncijs, & Prouinciarum Rectoribus, necnon nostris & dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicarijs in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per nos & prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac sedem eandem sub quauis forma, & verborum expressione concessam, approbatam & innouatam, auctoritatem, & facultatem, reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus. Et si quando similes absolutiones per nos & successores nostros Romanos Pontifices ac sedem præfatam concedi contigerit, illas per iudices & officiales, ad quos pertinet, nisi trinæ literæ apostolicæ, sub interuallo vnius mensis pro singulis literis huiusmodi cum expressa derogatione præsentium, desuper emanauerint, nullatenus admitti vel obseruari volumus. Quocirca dilectis filijs Francisco tituli Sanctæ Mariæ in Transtyberim presbytero Cardinali, nostro, & pro tempore existenti Camerario, Cameræ Apostolici Clericis, & Præsidentibus, ac vniuersis & singulis Legatis Prouinciarū nostrarum, & alijs Rectoribus, & Gubernatoribus, ac Officialibus ciuitatum, terrarum, & partium prædictarum, nobis & dictæ ecclesiæ mediate vel immediate subiectarum, Motu simili mandamus: quatenus præsentes literas solemniter, in singulis prouincijs, ciuitatibus, terris & locis prædictis, publicari, necnon omnia & singula in eis contenta inuiolabiliter obseruari faciant & mandent: Contrafacientes quosuis cuiusuis status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ sint sententias, censuras & pœnas antedictas damnabiliter incurrisse declarent, & declarationem huiusmodi per eos faciendam, in libris maleficiorum conscribi & annotari mandent & faciant. Necnon capitales prædictas sententias a Ministris Iustitiæ absque alicuius incursu irregularitatis exequi procurent: Reales autem irremissibiliter exigant, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Necnon pro exactione pœnarum pecuniarum huiusmodi contra communitates & vniuersitates, ac eorundem inobedientium in temporalibus dominorum vasallos, propter eorum huiusmodi inobedientiam, repræsalias concedant, nec realiter & cum effectu exequi faciant, Attentius hortantes & requirentes in domino barones & domicellos, ac in tēporalibus dominos dicti regni, necnon illius Prouinciarū, ciuitatū, terrarū, & locorū gubernatores & officiales pro tēpore existentes, vt præfatos homicidas fautores & cōplices capiant, & capi procurēt, captosq; ad præsides nostrarum Prouinciarū, vnde ipsi homicidæ fautores & cōplices originem traxerint conduci, & eis realiter consignari similiter cū effectu faciant. Non obstan. constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in præfatis eorum literis voluerunt nō obstare contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspend, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum approbationis, innouationis, decreti, extensionis, ampliationis, statuti, ordinationis, inhibitionis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis,

Et declarat Homicidas nō solū a loco delicti per 50. milliaria, vt cōstituerat Pius 2. sed a quibuscūque terris & locis S. Rom. Ecclesiæ exules esse debere.

Receptātibus Bānitos imponit pœnas hic expressas.

Cōmunitates & alij sub pœnis de quibus hic tenētur capere homicidas complices & fautores.

Quod confirmauit Pius 4. inf. cō stit. 30. In eminē ti. & Pius V. cōstit. 23. ex superna. & ibi not.

Facultates quibuscūq; cōcessas absoluendi ab homicidijs reuocat.

Executores istius const. deputat.

Executorum facultates.

Domicelli & Barones teneantur homicidas & eorum cōplices ad officiales sedis apostolicæ.

Clausulæ derogatoriæ.

Hæc const. licet publicata nõ esset, fuerunt tamẽ publicatæ const. Pont. quas indicauit supra I tab.

annullationis, voluntatis, mandati, hortationis, & requisitionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Pridie Idus Iunij, Pontificatus nostri Anno primo.

Io. Matthæus Gibertus.

Heu. de Busseyo.

Visa F. Branconius.

VII.

Dispensationes amplius non concedi contrahentibus matrimonia scienter in gradibus prohibitis, ac illa omnino separari debere declarat.

De hoc habes etiam infra Pauli IIII. constit. 16. Ab ea ipsa die. vbi notabo. concord. Materiæ.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs, salutem, & apostolicam benedictionem.

QVIA Plerunque in futurorum euentibus imbecillitas humani iudicij adeo fallitur, vt quod vtile non solum coniectura, sed etiam attenta, & prouida consideratio pollicebatur, id prorsus inutile, ac animarum saluti maxime damnosum reperiatur, propterea nonnunquam expedit, vt gratiæ, quæ olim consulto, & rationabili de causa concedi videbantur, multo consultius in posterum denegentur, id quod necessitas præsentis prouisionis euidenter ostendet. Sane postquam fel. recor. Clemens Papa Quintus, prædecessor noster in consilio Viennensi eos, qui diuino timore postposito, in gradibus consanguinitatis, & affinitatis contra canonicas sanctiones matrimonia scienter in suarum periculum animarum contrahere præsumpsissent, excommunicationis sententiæ ipso facto decreuerat subiacere, præcipiendo ecclesiarum prælatis, vt tales tamdiu excommunicatos publice nuntiarent, seu nuntiari facerent, donec separarentur ab inuicem, & beneficium absolutionis obtinerent. Sedes apostolica & Romani Pontifices prædecessores nostri considerantes grauia oriri posse scandala, si matrimonia huiusmodi scienter contracta & carnali copula consummata per diuortium dirimerentur, ad obuiandum huiusmodi scandalis, & ne mulieres perpetuo diffamatæ remanerent, inducebantur ad dispensandum cum illis qui in gradibus huiusmodi prohibitis matrimonia ipsa scienter contraxissent. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac sperantes veniam & absolutionem ac dispensationem a sede prædicta facilius obtinere posse, illa passim contrahere & carnali copula sub tali spe consummare præsumpserunt. Quæ abusio & corruptela cum iamdiu propter inueteratam hominum malitiam & nimiam dictæ sedis in absoluendo ac dispensando facilitatem adeo creuerit, vt cupientes in gradibus prohibitis huiusmodi contrahere, nullo pacto id facere vereantur, & vnde scandalis remedia petebantur, inde scandalorum materia & occasio nata videatur: Nos quorum interest agrum domini ita colere, vt virtutes in eo crescant, abusiones vero quæcunque tollantur, ac malis moribus via & aditus omnis præcludatur, huiusmodi fraudibus & dolis per quos multi dispensationes in præiudicium animarum a nobis extorquere, ac clementia & misericordia apostolica sub spe veniæ, quæ vt experientia rerum magistra docet, peccandi viam pandit, abuti non cessant, obuiare volentes, habita super his cum fratribus nostris matura deliberatione, de ipsorum fratrum consilio, omnibus denuntiandum seu intimandum duximus, quod in posterum cum illis qui in gradibus prohibitis matrimonia scienter contraxerint, etiam si illa consummauerint, non intendimus dispensare, sed illa (scandalis quæ oriri posse formidaretur, minime attentis) omnino separari mandabimus, absolutionem duntaxat petentibus misericorditer concessuri: cum gratia dignus non sit, qui canonum conditorem contemnit, illique cum animæ suæ detrimento iniuriam facit. Et vt intentio nostra facilius ad effectum perducatur, ac omnibus innotescat, vobis & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus præsentes litteras seu earum transsumpta, quibus manu publici notarij subscriptis, & alicuius prælati, seu in ecclesiastica dignitate constituti sigillo munitis, eandem prorsus fidem, ac ipsis originalibus litteris præstari volumus, in singulis ecclesijs ciuitatum & diœces. vestrarum, etiam vulgari sermone publicari, & ipsarum ecclesiarum valuis affigi faciatis: ne aliquis vllo vnquam tempore, huius nostræ incommutabilis intentionis & voluntatis ignorantiam prætendere seu allegare possit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ intentionis mandati & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quarto, sextodecimo Calen. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Clemens V. excõmunicauit contrahentes matrimonia sciẽter cõtra formã sacrarũ cõstitutionũ.

Alij vero Pont. cum eis dispensabant duabus rationibus hic assignatis.

Et ideo multi volentes in gradib. prohibitis matrimonia contrahere, sub spe dispensationis, ad carnalẽ copulã deueniebãt, vnde maxima scandala oriebantur.

Hic Pont. igitur declarat tales dispensationes amplius non cõcedi & matrimonia separari.

Mandatque cõstitutam per diœceses publicari.

VIII.

De erectione Collegij Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, eiusque officialibus, facultatibus, iurisdictione, indultis, & exemptionibus.

De Materia vide concord. quas ponam infra in Pij V. constit. 97. Et si omnium.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ADMONET nos suscepti cura regiminis, & auctoritas pontificalis inducit, vt ad ea potissimũ intendamus, per quæ gloriosi principes terræ Petrus & Paulus, qui primi Euangelium Christi in alma Vrbe prædicarunt, in eaque postquam Christianam religionem fundarunt, & erexerunt, ac vniuersum orbem

Petrus & Paulus Apost. Romæ euãgelium prædicarunt.

orbem sacræ doctrinæ splendore, & miraculorum fama repleuerunt, sancti martyrij coronam sub eodem persecutore, ac eadem die, eodemque loco susceperunt, eo maiori veneratione à Christifidelibus colantur, quo maioribus meritis inter alios Apostolos excelluerunt. Quorum licet Saluator noster peculiarem curam semper habuerit, quippe qui, vt alia innumera omittantur, Petrum in fluctibus ambulantem, ne mergeretur, dextera sua erexit, Paulum vero tertio naufragantem, de profundo pelagi liberauit, ipsum tamen Petrum, cui claues regni cœlorum dedit plenitudinem potestatis habere, aliorumque Apostolorum principem esse voluit. Et propterea non conuenit Ecclesiam, seu basilicam sub eius nomine dedicatam, apud quam palatium Apostolicum existit, & in qua super ipsius beati Petri altari Romani Pontifices quolibet anno missas Pontificales solemniter celebrare consueuerunt, necessaria instauratione, ac reparatione carere, & ab illis qui deuotionis causa ad eorundẽ Apostolorum limina visitanda confluunt, quasi desertam atque relictam conspici. Sane considerantes quod in ipsa Vrbe Roma, in qua omnipotens primatum Ecclesiæ suæ sanctæ statuit atque firmauit, claræ me. Constantinus, qui monarchiam tenebat imperij, postquam à beato Siluestro per sancti baptismi sacramentum, veritatem fidei, & spem salutis eternæ suscipere meruit, in proprio Lateranensi palatio Ecclesiam in honorem Saluatoris mundi erexit, eorundemque Apostolorum basilica pari prope forma & magnitudine à fundamentis ædificauit, ac proprijs humeris duodecim cophinos terræ ea earum fundamentis exportauit, ac eas ipsas eodem die ab ipso beato Siluestro consecrari obtinuit, aliaque multa mente reuoluentes, ad officium nostrum pertinere arbitramur, vt postquam fe. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster existimans quemadmodum ipse Petrus Apostolorum princeps habetur, ita eius basilicam ædificij pulchritudine, & magnificentia inter alias principatum obtinere debere, ipsam propterea demoliendã mandauit, vt longe ampliore, ac magis admirabili ædificio reficeretur, ac instauraretur, Nos qui eiusdem beati Petri successores sumus, ipsumque peculiari deuotione prosequi tenemur, quod ipse Iulius prædecessor morte præuentus, successiueque Leo X. Adrianus VI. Romani Pontifices etiam prædecessores nostri, varijs causantibus impedimentis perficere non potuerunt, id omni conatu, ac totis viribus nostris aggrediemur.

Iidem Apost. eidem persecutore loco & die Martyriũ passi sunt.

Cõstãtinus Imperator Eccl. S. Saluatoris, ac BB. Petri & Pauli in Vrbe ædificauerit &c. S. Siluester consecrauit.

Iul. 2. Basilicã S. Petri demoliri, & magnificẽtius reædificari mandauit.

Attendentes autem hoc sacrum, & sublime beati Petri templum non nostri, neque cuiusq; esse proprium, sed omnium Christianarum nationum commune, quando à Domino Deo, Deique filio, ipsi Petro super omnes gentes potestas est data, ipsique & successores eius Romani Pontifices pro salute omnium mediatores apud dominum nostrum Iesum Christum esse debent, cogitauimus propterea Collegium vnum LX. virorum curialium quarumcunque nationum instituere, & ordinare, qui dictæ basilicæ, fauente Deo, reficiendæ diligentem curam habere debeant. Et cum singularum nationum in nostra Romana Curia degentium Curiales digniores ex eis numerum LX. non excedentes ad hoc de mandato nostro elegerint, Nos vt exinde optatus subsequatur effectus, & fabrica ipsius basilicæ, cuius absolutionem sincero cordis affectu desideramus, prosperiores complectatur successus, ac suffragia pro eadem fabrica, pia Christifideliũ deuotione eroganda fideliter exigantur, & conseruentur, necnon prouentus illi in fabricam ipsam, & non aliam causam debite conuertantur, opportune prouidere volentes, ac quoscunque præfectos officiales ad opus dictæ fabricæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus & conditionis fuerint, etiam si Pontificali dignitate, aut Cardinalatus honore præfulgeant, per dictos prædecessores, & nos, ac Sedem Apostolicam hactenus deputatos, ac omnes commissiones, & facultates eis desuper sub quacunque verborum forma factas & concessas reuocantes, ipsosque præfectos, & officiales ab huiusmodi præfectione, & alijs officijs, & commissionibus alias eisdem specialiter, vel generaliter factis absoluentes, Motu proprio, non ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, vnum Collegium fabricæ basilicæ beati Petri nuncupandum, omnium oratorum Christianorum, Regum, & Principum, Rerumque publicarum, ac ex singulis nationibus huiusmodi, vt præfertur, electorum, loco quorum pro tempore decedentium, vel se diutius absentantium, alij earundem nationum similiter eligi possint, sic tamen quod dictum numerum LX. non excedant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium erigimus, & instituimus, ac Collegium huiusmodi, & pro tempore existentes singulares personas eiusdem, ab omni superioritate, dominio, potestate, iurisdictione, & auctoritate quarumuis personarum, quacunque dignitate, & excellentia, etiam Cardinalatus honore, & Legationis de latere officio, ac quauis facultate pro tẽpore fungentium, etiam ratione Archipresbyteratus dictæ basilicæ, quo ad omnia & singula quæ fabricam huiusmodi concernunt, auctoritate & tenore prædictis eximimus, & totaliter liberamus, ac sub nostra & sedis prædictæ suscipimus protectione, nobisque & eidem sedi, ita vt nullum alium quam nos, & successores nostros Romanos Pontifices in superiores recognoscere debeant, nullique alij in eos aliquam superioritatem, dominium, potestatem, iurisdictionem, aut auctoritatem quoquomodo exercere valeant, immediate subijcimus, ipsisq; collegio omnimodam administrationem, curam, & directionem, ac omne regimen dictæ fabricæ plenarie committimus, ac eidem Collegio, vt de eorum gremio officiales ad tempus per eos statuendum, tam ad specialem curam ipsius fabricæ, ac quæcunque alia inferiora illam concernentia, quam etiam (dummodo ex dignioribus, doctioribus, & clericis eligantur) ad iustitiam ministrandum, qui iuxta facultatem eis per eosdem Collegium tribuendam, contra debitores dictæ fabricæ, pro vt iustitia exegerit, procedere possint, eligere, & ipsis officialib. electis salaria decentia constituere; ac omnia & singula quæ cætera Collegia quæcunque tam in dicta Vrbe & Curia Romana quam alibi, de iure vel consuetudine statuere, ordinare, & disponere possunt, & debent, tàm pro sperum regimen, & debitum ordinem ipsius Collegij, quam multas committentium fraudes in dispensatione prouentuum fabricæ huiusmodi, & alias fabricam ipsam concernentia (quæ postquam per eos statuta, ordinata, & disposita fuerint, eo ipso dicta auctoritate apostolica approbata & confirmata sint, & esse censeantur, prout illa ex nunc, prout extunc & econtra approbamus, & confirmamus, statuere, ordinare, & disponere liberẽ & licite valeant, plenam & liberam facultatem, auctoritatem, & potestatem, auctoritate apostolica & tenore supradictis cócedimus.

Ideo iste Pont. Collegiũ 60. Curialium instituit vt ipsius fabricæ & eius prouẽtuũ curam habeant.

Hi alt. tẽporib. loco illorũ fuere illi videlicet Illustriss. Card. Farnesius Protector.
Reuerẽd. Archiepiscopus Senen.
Reuerend. Aud. Reu. Cam. Ap.
Reuerẽd. D. B. Ferratinus.
Reuerendiss. D. L. Blanchettus.
R. p. d. A. Lanfrancus.
R. d. B. Bargelinus deputati.

Collegio dat facultatẽ eligen. officiales pro cura fabricæ & administratione iustitiæ cõtra debitores, & faciendi statuta &c.

Hodie iudex deputatus est r. d. Bargelinus.

Et insuper, vt omnia per ipsos Collegium gerenda omni odio, amore, & sinistra machinatione postpositis, secundum Deum, & rectam conscientiam dirigantur, eisdem auctoritate & tenore statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli de dicto Collegio, ac per eos pro tempore eligendi officiales, sub attestatione damnationis æternæ, quod ipsi in huiusmodi fabricæ administratione, cura, & directione, ac regimine; & officialium electione secundum Deum absque dolo, fraude, odio, vel rancore, prout cuilibet eorum conscientia dictauerit, procedent, & votum dabunt, ac officium exercebunt, iuramentum quod per præfatos Collegium, aut ab eis deputandos quotiens qualitas negotij id exegerit, & officialibus deputandis pro tempore expediens visum fuerit, repeti possit, præstare teneantur, ac quod omnia & singula, pecunias, res, & bona debita, & debẽda,

De iuramẽto præstando per homines Collegij.

etiam

etiam piæ oblationes tam in dicta Vrbe quam extra eàm, operi dictæ fabricæ erogandæ, penes Collegiũ seu officiales eligendos prædictos, aut depositarium per Collegium deputandum permanere, & per eos claues arcarum & truncorum, vbi pecuniæ & eleemosynæ in ipsa Vrbe reponantur, custodiri; ipsæque pecuniæ omnes per eosdem collegium & officiales ad hoc ab eis deputandos seu eligendos, ad opus dictæ fabricæ & non ad alium vsum omnino distribui, exponi, & conuerti debeant, etiam si nos & successores nostri Romani Pontifices aliter disponeremus & ordinaremus, etiam per quæcunque mandata tam in scriptis quam etiam viuæ vocis oraculo sub quibusuis pœnis & censuris facienda, quibus oratores Regum, & Principum, necnon Rerumpublicarum in dicta Curia residentes, pro eisdem Collegio firmiter resistere, & in huiusmodi euentum præfati Collegium pecunias, res, & bona omnia prædicta, nomine omnium oratorum deponere, nec dicti oratores aut Collegium ratione resistentiæ huiusmodi aliquas censuras siue pœnas incurrere, neque Collegium præfati ad aliud quam ad deponendum vt præfertur, astringi possint, ipsique oratores eo casu pecunias, res, & bona huiusmodi ad aliud opus quam dictæ fabricæ exponere nequeant, & qui contrarium fecerint, ad restitutionem de proprio, damni eidem fabricæ eorum culpa vel facto illati teneantur. Quodque omnia & singula per inferiores officiales prædictos pro tempore acta & gesta cũ subscriptione officialiũ deputandorum, & sigillo Collegij prædictorũ munita valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac in iudicio & extra fidem faciant, acsi per Camerariũ nostrum & præsidentes Apostolicæ Cameræ gesta & facta. Et similiter dilationes, pacta, transactiones, relaxationes, seu remissiones per Collegium præfatos pro quiete mentis debitorum ipsius fabricæ faciẽdæ, illas vim & auctoritatem habeant; quas haberent, si nobiscum, & cũ successoribus nostris præfatis, ac Camerario & præsidentibus Cameræ huiusmodi confecta & celebrata forent, nec in aliquo alio per Camerarium & præsidentes præfatos, seu quoscunque alios officiales molestari, aut inquietari possint, ac quod Collectores pro exigendis hæreditatibus, legatis, & alijs bonis ex donationibus causa mortis, seu irreuocabiliter inter viuos dictæ fabricæ factis seu faciendis, ac pijs eleemosynis tam in curia & basilica prædictis, quam extra eãdem curiam, & in quibuscunque ciuitatibus, diœcesibus & locis erogandis deputari, eligi, & transmitti non possint per alios quam per Collegium præfatos, ac per ipsos Collegium pro tempore deputati, & electi, vt sine impedimento aliquo & cum mentis quiete officium eis commissum exercere valeant, eorumque familiares clerici duntaxat ad opus fabricæ huiusmodi deseruientes, durante eorum officio, & illius exercitio duntaxat, ab omni superioritate & iurisdictione quorumcunque ordinariorum ecclesiasticorum liberi & exempti, ac sub nostra & dictæ sedis protectione constituti sint, & esse censeantur, Quodq; communitas, ciuitas, vel vniuersitas loci in qua seu quo Collector deputatus fuerit, adiungere debeant vnum ciuem laicum bonæ famæ, & facultatibus idoneum, qui simul cum Collectore exactionibus interueniat, & computum teneat, ac de actis fidem Collegio præfatis faciat, ac gratijs spiritualibus, & temporalibus quibus gaudebit Collector, gaudeat, Quodque omnia, & singula bona, seu hæreditates, & legata dictæ fabricæ, donationes ex causa mortis seu inter viuos seu alias quomodolibet relicta, & facta, vltimo emptori & plus offerenti siue dicta bona in mobilibus siue immobilibus rebus, seu nominibus debitorum consistant, publice subhastari & vendi debeant, ac ex redditibus & bonis prædictis pecuniæ prouenturæ penes Collegium, seu Depositarium per Collegium deputandum, ad effectum vt opus dictæ basilicæ cõtinuari & finiri possit, deponi debeant, Et ne ipsi Collegium & ab eis pro tempore eligendi Officiales pro exigendis oblationibus, bonis, & rebus dictæ fabricæ, tam ratione contractuũ quã quarũcunque dispositionum inter viuos, & vltimarum voluntatum pro tempore debitis, in diuersis tribunalibus litigare cogantur, & per varias cauillationes, & subterfugia solutiones differantur, sicque prosecutio fabricæ huiusmodi impediatur vel retardetur, quod Collegium præfati ordinariam iurisdictionem exercere, & de quibusuis causis quorumcunque dictæ fabricæ debitorum, etiam quarumcunque maximarum summarum, & ex quauis causa contractorum cum peritorum consilio cognoscere, & iudicare, ac ad instantiam œconomi, seu procuratoris ipsius fabricæ per Collegium præfatos deputandi contra quoscunque dictæ fabricæ ex quibusuis causis debitores cuiuscunque dignitatis, gradus, vel conditionis fuerint, præsentes videlicet in dicta curia manu regia, constito de debitis per instrumenta quæcunque, seu per testes idoneos parte citata examinandos, clare & concludenter debitum probantes, aut alias legitimas probationes, etiam si debitum mediate ex quouis titulo, etiam cessionis, libere & sine fraude, nec ad commodum aliquod cedentis factæ, seu applicationis ad ipsam fabricam pertineat, sola solemnitate à iure naturali introducta, vel si expedierit, vnica citatione duntaxat personaliter, vel ad domum eorum solitæ habitationis, si videbitur, facienda præcedente, absque alia tela iudiciaria, etiam singulis diebus, & tempore quarumcunque feriarum, non tamen ad Dei honorem pro tempore indictarum, etiam nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus à Romana curia absentibus, ac etiam sede vacante, vsque ad effectualem executionem, necnon contra Capitula, Collegia, Communitates, & Vniuersitates, ac personas, res, & bona ad dictã fabricam spectantia habentes, & detinentes etiam vigore monitorij pœnalis per ipsos Collegium sub censuris & pœnis eidem fabricæ, si res & bona huiusmodi non restituerint, applicandis, decernendi, ac contra contumaces vnica vel pluribus citationibus, si videbitur, præcedentibus; etiam per affixionem in valuis seu ianuis ipsius basilicæ Principis Apostolorum, etiam per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia procedere, & mandatum executiuum, loco sententiæ ferendæ, seu literarum decernere, necnon singulos prædictos etiam per edicta publica in locis publicis circumuicinis affigenda, quæ ipsos perinde arctent, ac si eis personaliter intimata forent, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, more Auditorum causarum Palatij Apostolici, absque aliqua speciali nostra vel successorum nostrorũ cõmissione, citare & monere, & tam præsentes quam absentes debitores, etiam si absentes personaliter vel alias comparuerint, nisi soluerint, seu de solutione legitime docuerint, necnon singulares personas Capitulorum, Collegiorum, Communitatum, & Vniuersitatum detinentium res, & bona fabricæ huiusmodi, absque alia iuris solemnitate, excommunicationis sententia innodare, à diuinis suspendere, ac excommunicatos & suspensos declarare, ac excommunicationis & alias censuras, & pœnas prædictas quotiens opus fuerit, etiam iteratis vicibus aggrauare, ac contra eos auxilium brachij sæcularis inuocare, & interdictum generale vel speciale tam in Ecclesijs quam ciuitatibus & locis, in quibus debitores & detinentes præfati moram traxerint, & ad quæ eos declinare contigerit, apponere, illudque suspendere, tollere, seu reuocare, ac quæcunque alia remedia per præsidentes Cameræ Apostolicæ exerceri solita, donec de debito ipsi fabricæ fuerit integre satisfactum, exercere libere & licite valeant. Etsi contingat dictos debitores animo differendi solutiones, prout verisimiliter præsumi potest,

De eleemosynarũ fabricæ custodia & erogatione.

De Collegij facultatibus circa pacta, transactiones &c.

Collectores à Collegio tantum deputentur.

Pecuniæ fabricæ deponantur penes depositariũ, & p fabrica exponantur.

Collegij facultas & iurisdictio in causis fabricæ.

ante,

gate, vel postquam ad soluendum totum illud in quo reperti erunt veri debitores, condemnati fuerint, per vaga subterfugia & remedia confingere grauamina eis illata seu inferenda, etiam nullitatis, & telæ iudiciariæ nõ seruatæ, & propterea causas appellatinnis, seu appellationum, ac nullitatis & nullitatum, aliquibus iudicibus in dicta curia vel eatra eam committi procurauerint, quod omnes & singulæ causæ dictam fabricam concernentes, tam negotij principalis in præiudicium iurisdictionis concessæ Collegio huiusmodi, quam appellationis & nullitatis seu appellationum & nullitatum per ipsos Collegium, seu officiales deputandos decidi debeant, nec cuiquam iudici committi, neque commissiones per quemcunque a nobis, & sede Apostolica ad commissinnes iustitiæ signandas deputatum, etiam si dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis fuerit, nec per eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, aut illius Locumtenentem pro tempore existentes, nisi per nos & successores præfatos manu nostra, vocatis dictis Officialibus prius, signari possint, ac de nullitate processus non possit in dubium deduci, neque cognosci, sed perinde reiectis nullitatibus etiam censurarum, ac si de nullitate declaratũ fuisset propter periculum animarum, etiam si ex actis de illis constaret, de nouo in negotio principali procedi possit, nisi de iustitia negotij principalis ex actis constiterit, seu alias infra breue tempus apparere possit, & quod decreta & mandata de soluendo per officiales Collegij huiusmodi, exigente iustitia, contra debitores præfatos facta per quoscunque Officiales ipsius Vrbis, etiam Barisellum & Marescallos exequi debeant. Nec talia mandata, & executiones per quoscunque Officiales, etiam præfatos Cardinales etiam sede vacante, etiam collegialiter, quouis quæsito colore, aut etiam per Camerarium nostrum, & Præsidentes Cameræ huiusmodi, seu etiam per literas Salui conductus, ac dilationes datas ad persoluendum, etiam cum idonea cautinne impediri, seu retardari valeant, omnesque literæ Saluicnnductus & dilationes per Camerarium & dictæ Cameræ præsidẽtes præfatos, seu per Collegium S.R.E. Cardinalium, etiam dicta sede vacante, vel Romano Pontifice à Romana Curia absente concedendæ, nullius roboris vel momenti existant, ac illis non obstantibus, mandata & decreta huiusmndi per Officiales, quibus illa fuerint præsentata exequi debeant, Ac quod omnes qui eaecutiones seu perceptiones pecuniarum & bonorum quorumcunque tam mobilium quam immobilium ex quauis causa & dispositione vltimæ voluntatis, seu inter viuos ad dictam fabricam spectantium impediuerint, & eadem bona vel instrumenta, seu testamenta, codicillos, vltimas voluntates, donationes tam ea causa mortis quam inter viuns, occultauerint, seu quominus ad notitiam Collegij & Collectorum tam in dictis Vrbe & Curia, quam extra eã deputandorum peruenire valeant, impediuerint, eo ipso eacommunicatinnis sententiam incurrant, & tam per Collegium & illius Officiales pro tempore deputatos, quam etiam per eosdem Collectores in partibus, & locis, vbi deputati fuerint, pro excommunicatis declarari, & publicari possint, nec per alios quam dictos Officiales, seu Collectores, etiam in vim quarumcunque literarum, & facultatum, etiam Cruciatæ quibusuis Principibus concedendæ, nisi prius satisfecerint, vel si in mnrtis articulo constituti fuerint, præstita cautione de satisfaciendo per se, si conualuerint, alias hæredibus, & executoribus satisfactionem iniungendo absolui, huiusmodique absolutionem Officiales & Collectores ipsi parentibus talium impedientium & occultantium, qui de iure pro impedimentis & occultationibus per eos præstitis, & factis nbligati fuerint, impendere possint, Quodque Notarij, Rectores parochialium Ecclesiarum, seu Vicarij, vel quicunque alij de donationibus prædictis rogati, seu de illis notitiam habentes, illas infra mensem Collegio, seu Collectoribus, & si Collectnres præsentes non fuerint, in Curia Episcopali loci intimare teneantur, & debeant. Decernentes, & declarantes pro potiori præmissorum robore, quod si aduersus illa vel eorum aliqua, quæuis literæ Apostolicæ tam quascunque declarationes, concessiones, & clausulas generales, vel speciales etiam derogatoriarum derogatorias, fortinres, efficaciores, & insolitas, ac irritantia decreta, necnon mandata etiam pœnalia sub quacunque forma, & verborũ expressione in se continentes, etiam præsentibus expresse derogantes, etiam motu proprio, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, à nobis, seu successoribus nostris præfatis, aut nostra, vel eorundem successorum nostrorum auctoritate, seu alijs quibusuis modis emanauerint, aut aliqun vnquam tempore apparuerint, per quæ effectus earundem præsentium retardari vel impediri, aut illis quomodolibet derogari, vel præiudiciũ aliquod in aliqua sui parte quouismodo afferri posset, quod illa cum omnibus & singulis inde secutis eaecutionibus, & processibus, pro infectis habeantur, nulliusque roboris vel momenti existant, ipsæque præsentes literæ vim validi & efficacis pacti, & contractus inter nos & Collegium præfatos initi etiam iuramento vallati, ad effectum vt non liceat nobis, nec successoribus nostris prædictis præmissa reuocare, habere censeantur. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices & Cõmissarios quauis auctoritate fungẽtes, etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super præmissis vel eorum aliquo per quoscunque, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon Patriarchalium, & Metropolitanarũ, ac aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicis, ac eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum Officialibus & Vicarijs in spiritualibus, & temporalibus vbilibet cõstitutis, Motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel aliũ seu alios, præsentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Collegij, & ab eis pro tempore deputandorum Officialium, & Collectorum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciãt auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi sub censuris & poenis Ecclesiasticis firmiter obseruari, non permittentes Collegium, & ab eis pro tempore deputatos Officiales & Collectores præfatos desuper per quoscunque quauis auctoritate fungentes quomodolibet molestari, impediri, seu perturbari, Contradictores, molestatores quoscunque & rebelles per easdem censuras & pœnas, appellatinne postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas, quotiens opus fuerit, aggrauando, necnon loca in quibus eos morari, & ad quæ declinari contigerit, ecclesiastico interdicto subijciẽdo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilin brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, quibusuis Ecclesijs, monasterijs, ciuitatibus, & lncis, ac Capitulis, Collegijs, Communitatibus, Vniuersitatibus, Iudicibus, & personis cuiuscunque dignitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogato-

riarum

De causis appellationum & nullitatum.

De executione mandatorum.

Dispositiones ad fauorem fabricæ impedientes, occultantes, aut procurantes ne ad notitiam fabricæ deueniant excõmunicationis sententiam incurrunt.

Notarij rogati de dispositionib. ad fauorẽ fabricæ, & alij de illis notitiam habentes, reuelare & notificare Collegio tenentur.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritans.

Executores istius const.

Executorum facultates.

Clausula derogatoria.

riarum derogatorijs, alijsque fortioribus,& insolitis clausulis concessis, approbatis,& innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua meotio fieri deberet, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis & insertis habentes, quo ad præmissa specialiter,& expresse derogamus,& sufficienter derogatum esse,& aduersus præsentes nemini suffragari posse decernimus, ac quorumuis tribunalium consuetudinibus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de veibo ad verbũ de indulto huiusmodi mẽtionem. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis fides forsao facienda foret, loca deferre, etiam volumus & eadem Apost. auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis manu publici notarij subscriptis,& sigillo alicuius Prælati, vel personæ io dignitate Ecclesiastica coostitutæ, vel Curiæ Ecclesiasticæ muoitis, in iudicio & alibi vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum erectionis, institutionis, exemptionis, liberationis, susceptionis, subiectionis, commissionis, coocessionis, statuti, ordinationis, decreti, declarationis, maodati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se oouerit iocursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Pridie Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

I X.

Indictio Sancti Iubilei, pro visitantibus Basilicas Beatorum Petri & Pauli, necnon Ecclesias S. Ioannis Lateranensis,& Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, anno M. D. XXV.

De Materia posui concord. supra fol. 94. in Pauli Secundi constit. 9. Ineffabilis.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER sollicitudines,& curas nobis incumbentes, ad ea potissimum nostræ mentis destinamus affectum, per quæ vniuersi Christifideles, hoc sacro Iubilei anno instante, Indulgeotias à Romanis Põtificibus prædecessoribus nostris,& à nobis pro suorum expiatione peccatorum concessas, vberius valeant promereri, ac ad id pro suarum salute animarum promptius inducantur, & quæ propterea ab eisdem prædecessoribus,& à nobis prouide emanarunt, ad omnium notitiam deducantur, vt ipsi Christifideles indulgẽtiarum huiusmodi melius,& facilius capaces effici, ac æternæ beatitudinis præmia largiente altissimo cõsequi possint. Cum itaque annus Iubilei, remissionia & gaudij, ac recooiliationis humani generis nostro pijssimo Redemptori, qui olim quolibet anno centesimo, ab illius primæua ordioatione per fel. rec. Bonifacium VIII. institutus,& deinde per Clemen. VI. ad quinquagesimum, ac successiue per Gregorium XI. ad XXXIII.& postremo ad XXV. per piæ. me. Paulum II. Romanos Pont. prædecessores nostros propter humanæ vitæ breuitatem reductus fuit, instare ooscatur, sitque vere instar illius Centesimi anni, qui ab ipsa primæua erectione fuit institutus,& io quo vniuersi Christifideles, quibuscunque etiam grauissimis delictis obnoxij vere pœnitentes, & cõfessi, visitando basilicas,& Ecclesias almæ Vrbis, & caeta eam ad id deputatas, illarumque maiora altaria, ob passionem Domini oostri Iesu Christi, ac Apostolorum, oecnon Martyrum, aliorumque Sanctorum merita, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequantur, & ptopterea ab omnibus Christifidelibus cum maiori frequentia,& deuotione non immerito celebrãdus, cupiamusque toto cordis affectu animas lucrifacere creatori, dictumque annum Iubilei ab ipsis fidelibus cum omni debita & singulari deuotione frequentari, ac fideles ipsos ad dictam Vrbem pro reuerentia beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum, qui eam martyrio suo consecrarunt, & in quorum basilicis sub illarum maioribus altaribus illorum corpora gloriosa, & in altari Ecclesiæ Lateranen. capita recondita conseruaotur, ac indulgentijs dicti Iubilei cõsequendis vndecunque personaliter accedere, Nos qui eiusdem beati Petri meritis licet imparibus successores sumus, & per alias diuersas literas nostras plenissimam dicti anni Iubilei indulgentiam, literasque eorundem prædecessorum nostrorum desuper emanatas, de fratrum nostrorum consilio approbauimus,& innouauimus, ipsumque annum Iubilei à primis vesperis vigiliæ natiuitatis Domini nostri Iesu Christi incipere, & vt sequitur finire voluimus, ac omnes & singulas indulgentias plenarias, etiam ad instar Iubilei, ac etiam commutandi vota, oecnon super eis,& male ablatis, & iocertis, & per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis, dispensandi, & componendi, aut illa sub certis modo, & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam io casibus Apostolicæ sedi reseruatis, facultates, concessiones,& indulta à nobis vel Apostolica sede, quibuscunque Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis, vniuersitatibus, fraternitatibus, in perpetuum, vel ad certum tempus, io vita, seu mortis articulo, quouis modo, aut ex quauis causa quomodolibet concessas,& coocessa,& in futurum forsan concedendas,& concedenda, de simili consilio, ad nostrum,& dictæ sedis beneplacitum suspendimus, omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus tenore præsentium ountiandum duximus, prout nuntiamus, quod proximo die sabbati, qui erit vigilia natiuitatis eiusdem Domini nostri Iesu Christi in primis vesperis dictæ vigiliæ accedemus ad Basilicam eiusdem beati Petri, & portam eiusdẽ basilicæ anno Iubilei aperiri solitam, pro maiori fidelium deuotione, astantibus venerabilium fratrum nostrorum S. Rom. Eccl. Cardinalium Collegio, ac maxima Prælatorum, Cleri,& populi multitudine, proprijs manib. aperiemos, faciemusque aperiri alias Basilicæ Sancti Pauli, ac Lateranen.& beatæ Mariæ Maioris de dicta Vrbe Ecclesiarum portas, etiam de more Iubilei anno aperiri consuetas,& pro consequenda ipsa plenissima Indulgẽtia Basilicas eorundem Apostolorum Petri & Pauli Lateranen. & beatæ Mariæ Maioris Ecclesias illarumque maiora altaria huiusmodi, per Romanos, ac in dicta Vrbe commoran.& residẽtes XXX. per peregrinos vero & forenses. XV. diebus continuis, seu interpollaria, semel io die visitari debere, omnes & singulas plenissimas indulgentias per dictos prædecessores dicto anno Iubilei Basilicas & Ecclesias prædictas visitantibus concessas,

De Anni Sancti Institutione quã fuit Bonif. 2.& reductionib. Clẽ. 6. Greg. xi.& Pauli 2. vide sup. fol. 94. in dicti Pauli 2. const. 9.

SS. Petri & Pauli corpora sunt sub altari maiori Basilicæ S. Petri.& capita in altari Basilicæ Lateranen. de Vrbe.

Annus Iubilei incipit in die vigiliæ Natiuitatis Domini.

In die vigiliæ Natiuitatis D. N. portam Basilicæ S. Petri Pontifex aperit.& aliarũ trium Basilicarũ aperiunt Illust. Card. à Pont. deputati.

Consequi volentes Indulg. Anni Sancti tenentur ad ea quæ hic exprimuntur.

de nouo

de nouo pro conscientiarum eorundem fidelium maiori securitate, & potiori cautela, auctoritate apostolica, & ex certa nostra sciētia aprobamus, cōcedimus, & innouamus, adijcientes, vt ij qui pro consequēda indulgētia huiusmodi post iter arreptum, vel post præparationem ad veniendum ad dictam Vrbem per eos factā impediti legitime fuerint, quominus ad ipsam Vrbem dicto anno Iubilei valeant peruenire, aut præparati in loco vbi tunc fuerint, & venientes in via, vel tam ipsi, ad prædictam Vrbem peruenerint, quam Romani, & alij residētes, & commorantes, ac forenses, præfato dierum prætaxato numero non completo, in dicta Vrbe decesserint vere pœnitentes & confessi, eandem plenissimam indulgentiam omnino consequantur. Et vt omnes Christifideles eiusdem plenissimæ indulgentiæ facilius capaces Deo propitio efficiantur, habeantque ad quos in casibus nobis & sedi Apostolicæ reseruatis, si illis irretiti forent, recurrere possint, deputauimus in dicta basilica Sancti Petri minores Pœnitentiarios, quibus eos in dictis casibus reseruatis absoluendi plenam & liberam pro maiori Christifidelium, qui ad nos non ita de facili recurrere possent, commoditate, & animarum suarum salute, per alias nostras literas, prout in illis plenius continetur, concessimus facultatem. Et vt animarum salus eo tempore potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragijs, & quominus sub ipsis proficere valeant, auctoritate Apostolica, de thesauro sanctæ matris Ecclesiæ animabus in purgatorio existentibus, quæ per charitatem ab hac luce Christo vnitæ decesserint, & quæ dum viuerent, sibi vt huiusmodi indulgentijs suffragaretur, meruerint, paterne quantum cum Deo possumus succurrere cupientes, de diuina misericordia, ac potestatis Apostolicæ plenitudine, volumus, & concedimus, vt si qui parentes, amici, aut cæteri Christifideles pietate commoti, pro ipsis animabus, purgatorio igni pro expiatione pœnarū eiusdē secundū diuinā iustitiā debitarū expositis, dicto Iubilei anno durāte, aliquā eleemosynam iuxta dictorū nostrorū Pœnitentiariorū vel alicuius eorum ordinationem, dictas basilicas, & Ecclesias modo præmisso deuote Visitando in aliqua ex capsis in eadem basilica Sancti Petri deputatis posuerint, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragij ipsis animabus in purgatorio existentibus, pro quibus dictam eleemosynam pie erogauerint, pro plenaria pœnarum relaxatione suffragetur. Præparent ergo omnes Christifideles corda sua Domino, & mores in melius commutare conentur, a malefactis abstineant, satisfaciant Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis spiritum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis & peregrinationibus, vt basilicas, & Eccle. prædictas, in quibus sanctorum millia, & fere innumera, vna cum ipsis gloriosissimis Apostolis Petro & Paulo requiescunt, qui mortem pro Christi nomine perpessi, eius conspectui semper assistunt, deuote visitando vere pœnitentes, & confessi ipsos gloriosissimos Apostolos, & sanctos intercessores ad Dominum habere, & plenissimam indulgentiam huiusmodi, ac reconciliationem cum ipso pijssimo Redemptore nostro per diuinam misericordiam, ac eorūdem Apostolorum & Sanctorum precibus & meritis, perque eorum bona opera consequi mereantur. Amen. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, concessionis, innouationis, denunciationis, adiectionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimoquarto. Decimo Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Declaratio p legitime ipeditis.

Deputatio Pœnitentiariorū pro absolutione à casibus reseruatis. De quibus vide in const. seq.

Indulg. pro quibus porrigen. vide manus adiutrices reuocauit Pius V. sub cōst. ... dominici

Hortatio Pont.

X.

Deputatio & facultas Pœnitentiariorum in Basilica sancti Petri de Vrbe deputatorum, absoluendi volentes consequi Indulgentias anni Iubilei. Et suspensio similium facultatum alijs Confessoribus concessarum.

Similem const. Alex. 6. habes supra fol. 142. nu. 8. Pastoris.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. PASTORIS æterni, qui pro salute gregis Dominici in pretium immolari non abnuit, vices licet immeriti gerentes in terris, & gregem ipsum nobis diuina dispositione commissum paternæ considerationis intuitu conspicientes, ac de animarum singulorū fidelium salute sollicite cogitātes, illarumque periculis occurrentes, ad ea libenter intendimus, vt debemus, per quæ fidelium eorundem salus animarum valeat procurari, ipsique fideles hoc sacro anno Iubilei ad almam Vrbem pro consequenda indulgētia, dicto anno pro suorum expiatione peccatorum concessa confluentes, & alij in dicta Vrbe commorantes & residentes, illius capaces facilius, & liberius Deo propitio effici possint. Sane prouide considerantes instantem annum Iubilei, remissionis, & gaudij, ac reconciliationis humani generis nostro pijssimo Redemptori, esse vere instar illius centesimi anni qui ab ipsa primæua ordinatione fuerat institutus, & in quo omnes quibuscunque etiam grauissimis delictis obnoxij, vere pœnitentes & confessi, visitantes beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicas, ac Lateranen. & beatæ Mariæ Maioris de dicta Vrbe Ecclesias, illarumque maiora altaria, in quibus videlicet beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicis corpora gloriosa, & in Ecclesia Lateranensi capita illorum recondita conseruantur, ob passionem Domini nostri Iesu Christi, ac eorundem Apostolorum, aliorumque martyrum, & sanctorum merita, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequuntur, & propterea à cunctis fidelibus non immerito maiori deuotione, ac frequentia celebrandum, volentesque vt Christifideles ad Vrbem ipsam de diuersis mundi partibus pro consequenda huiusmodi plenissimā indulgentia confluentes, & alij in illa commorantes, & residentes, eandem indulgentiam facilius valeant promereri, & ne defectu potestatis absoluendi illos, qui aliquibus casibus nobis, & sedi Apostolicæ reseruatis irretiti forent, illorum animæ illaqueatæ remaneant, debite prouidere, ipsorumque cum semper ad nos in dictis reseruatis casibus recursus haberi nequeat, commoditati, ac animarum suarum saluti paterna charitate consulere, Dilectis filijs infrascriptis Pœnitentiarijs, in dicta basilica Principis Apostolorū deputatis, de quorum prouidentia, integritate, bonitate, & solertia in ijs & alijs gerimus in Domino fiduciam specialē, oēs & singulos vtriusque sexus Christifideles ad dictam Vrbem pro cōsequenda plenissima indulgentia huiusmodi confluentes, & alios in illa cōmorantes, & residentes, qui aliquibus casibus nobis, & dictæ sedi reseruatis irretiti forent, in dictis casib. etiā

De institutione Anni Iubilei & eius reductione ad annum 25. vide sup. fol. 94. in Pauli 2. const. 9. Ineffabilis.

De visitatione istarū Basilicarū vide ibidem.

Deputatio Pœnitentiariorum.

Facultas eorū de absoluendi à casib. reseruatis

Literas Apost. in cœna Domini vide infr. in Greg. 13. const. 92. consueuerunt.

quantuncunque grauibus, & enormibus, & ex quauis causa specialiter vel generaliter, nobis & dictæ sedi reseruatis, etiam in literis, quæ in die cœnæ Domini singulis annis publicari consueuerunt contentis, & etiam talib9 de quibus præsentibus specialem oporteret fieri mentionem (conspirationis in personam, vel statum Rom. Pontificis, seu sedem prædictam, falsitatis literarum, supplicationum, & commissionum Apostolicarum, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, iniectionis manuum violentarum in Episcopos, vel alios Prælatos superiores, casibus dūtaxat exceptis) ad effectum ipsam plenissimam indulgentiam consequi, & dicto anno Iubilei durante, in foro conscientiæ absoluendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi, plenam, liberam, & omnimodam, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, tenore præsentium concedimus facultatem,

Suspendit similes facultates alijs confessoribus cō cessas.

Quibusuis alijs personis, & confessoribus sæcularibus & religiosis in dicta Vrbe, & extra muros illius, ac alias vbilibet existentibus, quascunque facultates in dictis casibus reseruatis absoluēdi, à nobis & sede prædicta, verbo vel scriptis forsan obtinentibus, etiam si in eis caueretur expresse, illis nullatenus, vel nonnisi sub certis inibi expressis modo, & forma, aut conceptione, vel expressione verborum derogari posse, ne aliquem dicto anno durante, facultatum prædictarum prætextu in dictis casibus reseruatis absoluere quoquomodo præsumant, sub excommunicationis, & anathematis latæ sententiæ pœna, quā contrafacientes eo ipso incurrant, & à qua nonnisi à nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constituti absolui possint, quibusque si inobedientes fuerint, vt præfertur, prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones, officia interdicimus, districtius inhibentes, prædicentes, & declarantes aperte transgressoribus, & contemptoribus prædictis, nos grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire cognouerimus, processuros, & nihilominus quicquid egerint, absoluendo vel alias nullius sit roboris vel momenti. Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, ac ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Studeant igitur omnes Christifideles, vt tenentur, hoc sacro anno Iubilei corda sua altissimo præparare, moresque, ac vitam in melius commutare, ab illicitis abstinere, Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis spiritum, per contriti cordis sacrificium, corporalibus eleemosynis, & peregrinationibus satisfacere, vt basilicas & Ecclesias prædictas deuote visitantes, vere pœnitentes & confessi, ipsam plenissimam anni Iubilei Indulgentiam, ac reconciliationem cum pijssimo Redemptore nostro, per eorum merita, ac bona opera consequi mereantur. Nomina vero dictorum Pœnitentiariorum sunt hæc, videlicet. Magister Petrus Calaguritanus. Ioannes Polonus. Henricus Brito. Thomas Anglicus. Magister Siluester. Marcus Abbas Beneuentanus. Bernardinus Villanoua. Paulus Vngarus. Cocles Theutonicus. Magister Ioannes Vulpes.

Cōs. florē cōtrauenien. pœna.

Clausula derogatoriæ.

Pont. hortatio.

Pœnitentiariorū nomina.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum mandati, decreti, hortationis, & monitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Decimo Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno secundo.

X I.

Confirmatio const. Leon. X. Contra pugnam in Duello, aut Duellum permittentes, spectantes, auxiliantes, &cæt.

Ampliatur hæc const. infra per Iul. 3. const. 56. cum sicut accepimus, & Pium 4. constit. 25. ea quæ. & Greg. 13. const. 82. ad tollendum. vbi etiam not.

Et de materia habes etiam supra fol. 155. Iul. 2. const. 9. Regis, & fol. 232. Leon. x. const. 29. Quam Deo.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CONSVEVIT Rom. Pon. ex Apostolicæ sedis prouidentia ad reprimendum nefarios conatus peruersorum contra canonicas sanctiones, & mandata Apostolica in suarum, & aliarum animarū periculum, ac dictæ sedis contemptum temere tendentium, gesta prædecessorum quandoque innouare, ac innouata confirmare, & Apostolico munimine roborare, prout in domino conspicit salubriter expedire. Sane dudum fe. re. Iulius Papa II. prædecessor noster, Motu proprio duellorum, & gladiatorum vsum per suas literas damnauit, & improbauit, ac in terris S.R.E. mediate vel immediate subiectis, per quoscunque quauis auctoritate, & potestate, ac nobilitate fulgentes, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ex quacunque causa, etiam à legibus permissa, fieri omnino prohibuit. Quas quidem literas postmodum piæ mem. Leo Papa X. prædecessor noster, & secundum carnem frater patruelis, pro illarum maiori robore per suas literas, cum literarum Iulij prædecessoris huiusmodi de verbo ad verbum insertione innouauit, prout in eisdem literis, quas præsentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur.

Iul. 2. cōst. habes sup. f. 155. nu. 9.

Leon. x. cōst habes sup. fol. 232. nu. 29.

Omittitur tenor quia habes supra fol. 232.

Confirmatio cōstit. Leon. x.

Nos igitur cupientes literas prædictas pro Christifidelium animarum, & corporum salute, ac tranquillitate inuiolabiliter obseruari, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine literas prædecessoris huiusmodi auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes illas cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis plenum firmitatis robur obtinere, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, & per executores in illis deputatos aduersus contrafacientes ad executionem pœnarum procedi debere. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in dictis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo quarto. Idus Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Clausula derogatoriæ.

De Pœni-

XII.

De Priuilegijs indultis & exemptionibus Rotæ & Apost. Palatij Auditorum.

Confirmationem Priuilegiorum habes infra in Pauli 3. const. 13. Romani. & constit. 75. Attendentes. Moderationem vero habes infra in Pij 4. cõst. 87. Inter multiplices. & const. 115. in suprema. & Pij V. const. 71. Sacrosanctum.

De materia vide supra fol. 57. Martini V. const. 3. In Apostolicæ. & fol. 108. const. 3. circũspecta. & fol. 127. eiusdem Innoc. const. 10. finem. cum ibi not. & ponam inf. in Pij 4. const. 83. in Throno.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CONVENIT æquitati Romani Pontificis digna pro meritis præmia compensantis illis potiores gratias & fauores impartiri efficaciter, qui non solum pro ipso Romano Pontifice, sed etiam pro vniuersali Ecclesia, ac sedis Apostolicæ honore, & personis ad illam confluentibus iustitia ministrãda grauiora sollicitudinis studia, prompta voluntate iugiter perferre, & facti euidentia designante maiora eidem sedi deuotionis obsequia studiosius impendere dinoscuntur, vt exinde eorum deuotio augeatur, & fides illorũ cunctis plenius innotescat, ac alij eorum exemplo ad similia propensius excitentur. Hinc est quod nos debita consideratione pensantes continuos labores quos dilecti filij causarum Palatij Apost. Auditores, & eorum Locatenen. nunc, & pro tempore existentes circa causas ipsas audiendas, & fine debito decidendas ad publicã vtilitatem, & eiusdem Romani Pontificis honorem permaximum in dies noscuntur substinere, ac propterea volentes eos, qui etiam nostri & Rom. Pont. pro tempore existentis Capellani existunt, condignis fauoribus & prerogatiuis prout debitum reputamus prosequi, Motu proprio non ad ipsorum Auditorum, & Locatenen. vel aliorũ pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, cum eisdem Auditoribus, & Locaten. nunc & pro tempore existentib⁹, ac eorum singulis, Vt quæcunque quatuor curata seu alias inuicem incompatibilia sæcularia, aut vno, vel duobus, seu tribus ex eis, seu absque illis vnum cum cura vel sine cura, cuiusuis etiam Cluniacen. vel Cistercien. ordinis regulare, necnon quæcunque alia tria similia vel dissimilia sub singulis tribus tectis quarumcunque triũ Cathedralium etiam Metropolitanarum vel Collegiatarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, alias se inuicem & cum dictis incompatibilibus beneficijs compatientia beneficia Ecclesiastica, etiam si alterum beneficiorum sub eisdem tectis consistentium cum cura, aut quomodolibet eorum Canonicatus & præbẽda, & tam illa quam incompatibilia sæcularia dignitates, personatus administrationes, vel officia in Cathedralibus etiam Metropoli. vel Collegiatis & dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores seu Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principalis, aut tria ex eis parochiales Ecclesiæ vel earum perpetuæ Vicariæ seu talia mixtim, Regulare vero beneficia huiusmodi Prioratus, Præpositura, Præpositatus dignitatus, dignitas etiã Conuentualis personatus administratio vel officium fuerint, & ad prioratum, præposituram, præpositatum, dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi eisq; cura immineat animarum, si eisdem Auditoribus, & Locatenentibus alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa & instituantur in eis, recipere, & insimul sæcularia in titulum ac regulare in commendam sub eisdem tectis consistentia, videlicet si duo Canonicatus, & duæ præbendæ aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia ad annum à die habitæ pacifice per eos vtriusq; illorum possessionis computandum duntaxat. Si vero alia fuerint, ac incompatibilia sæcularia, necnon regulare beneficia huiusmodi quoad vixerint retinere, illaque simul vel successiue, simpliciter vel ex causa permutationis quoties eis placuerit dimittere, & eidem commendæ cedere, ac loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile, aut similia vel dissimilia beneficium seu beneficia Ecclesiasticum vel Ecclesiastica, quatuor duntaxat curata seu alias inuicem incompatibilia sæcularia, aut cum vno vel duobus seu tribus ex eis, vel absque illis vnum cum cura vel sine cura cuiusuis etiam Cluniacen. vel Cistercien. ordinis regulare, Necnon quæcunque tria alia similia vel dissimilia sub singulis tribus tectis quarumcunque trium Ecclesiarum consistentia alias, vt præfertur compatientia similiter recipere, & insimul secularia in titulum, regulare in commendam sub eisdem tectis consistentia, videlicet si duo canonicatus, & duæ præbendæ, aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia ad annum, vt præfertur, computandum. Si vero alia fuerint, ac incompatibilia, necnon regulare beneficia huiusmodi dummodo inter ipsa quatuor incompatibilia secularia plures quam tres parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, & sub singulis tribus tectis consistentia post dictum annum duo canonicatus, & duæ præbendæ, aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia, ac regulare beneficia huiusmodi officium claustrale non existant, quoad vixerint, vt præfertur, retinere, necnon debitis & consuetis ipsius regularis beneficij supportatis oneribus de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentibus, sicuti illud in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere, & ordinare potuerunt seu etiam debuerunt (alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretiosorũ mobilium dicti regularis beneficij eis penitus interdicta) disponere & ordinare libere & licite valeant. Ac quod ipsi Auditores & Locatenentes, ac eorum singuli naturales in omnibus regnis, dominijs, & prouincijs existant, ac in ipsis, & eorum singulis quæcunq;, quotcunque, & qualiacunque cum cura & sine cura beneficia Ecclesiastica secularia & regularia etiam vt præfertur qualificata alias eis canonice conferenda perinde ac si ibidem oriundi & nati fuissent, etiam recipere & retinere libere & licite possint, ac de illis aut qualitate locorum in eorum literis mentionem facere minime teneantur. Quodq; ratione quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum curatorum seu ex statuto, fundatione, aut alias sacros etiam presbyteratus ordines requirentium per eosdem Auditores, & Locaten. ac eorũ singulos pro tempore obtentorum vsq; ad septennium à fine anni à iure concessi computãdum ad aliquem ex sacris ordinibus huiusmodi promoueri minime teneãtur, nec ad id à quoquã inuiti coarctari possint, auctoritate Apost. tenore præsen. de specialis dono gratiæ dispẽsamus, eisq; pariter indulgemus. Et insuper præfatis Auditorib. &

Causa istius cõst.

Indultum circa pluralitatẽ beneficiorum.

Cuius moderationem vide infra in Pij 4. cõst. 115. In suprema. cum ibi not.

Locatenentibus, & eorum cuilibet, vt omnes & singulas vtriusque sexus personas quarumcunque parochialiū Ecclesiarum, ac dignitatum vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum curam animarum habentium per eos pro tempore obtentorum per se ipsos vel alios ab eis deputandos earundem personarum confessionibus diligenter auditis, in omnibus & singulis casibus in quibus ordinarij locorum de iure vel consuetudine absoluere possint quoties ad eos confessionis causa confugerint absoluere, eisque pœnitentiam salutarem iniungere.

Facultas testandi & dispo nendi de bonis acquisitis, ex beneficijs.

Cuius moderationē vide inf. in Pij 5. const 71. Sacrosanctum.

Necnon de omnibus & singulis bonis mobilibus & immobilibus vbilibet consistentibus cuiuscunque quantitatis & qualitatis, etiam si in pecunia fuerint quæ ad eos & eorum quemlibet etiam Archiepiscopos vel Episcopos etiam ratione suarum quibus nunc præesse dinoscuntur, aut aliarum Cathedralium etiam Metropolitanarum ad quas eos transferri contigerit Ecclesiarum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum secularium & regularium obtentorum, & obtinendorum quomodolibet pertinent & pertinebunt acquisitis & acquirendis, tam in vita quam etiam vltima voluntate eorum inter consanguineos, & alias quascunque personas, ac loca, necnō pro expensis funerum, ac remuneratione eorum qui sibi viuentibus seruierint disponere, erogare, testari, codicillari, ac illas alias in pios & quoscunque alios tamen licitos vsus prout eis videbitur expedire, conuertere, libere & licite valeant. Ac prædicta necnon omnia & singula alia beneficia Ecclesiastica cum cura secularia & quorumuis ordinum regularia per ipsos Auditores & Locatenentes, ac eorum singulos in titulum, & commendam, ac inuicem seu alijs ad eorum vitam vnita pro tempore obtenta, necnon in quibus & ad quæ ius eisdem Auditoribus & Locatenētibus competit & competere poterit in futurum, ac de quibus eis prouisum etiā illorum possessione non habita, seu prouideri mandatum vel concessum fuerit simpliciter aut pro alio vel alijs simili vel dissimili, aut similibus vel dissimilibus beneficio seu beneficijs Ecclesiastico vel Ecclesiasticis, cum

Facultas transferendi beneficia,

Quam reuocauit Pius V. ibidem.

quibusuis personis cum eis permutare volentibus ex causa permutationis huiusmodi, in qua tamen nulla illicita pactio, seu simoniaca prauitas interueniat, in quorumcunque ordinatorum locorum, aut Canonicorum Metropolitan. vel aliarum Cathedralium Ecclesiarum, seu aliarum personarum in dignitate Ecclesiastica constitutarum ad id per eos eligendorum, vel eligendarum manibus extra Romanam Curiam præfatæ sedis vel cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita resignandi, & commendis necnon iuri & concessionibus etiam literis Apostolicis non confectis cedendi, ac dissolutioni vnionum huiusmodi consentiendi, ipsisque ordinarijs, Canonicis, & personis in dignitate constitutis, resignationes & cessiones huiusmodi ab eisdem Auditoribus & Locatenen. simpliciter, vel ex eadem causa etiam permutantibus personis ex dicta causa duntaxat extra eadem Curiam auctoritate prædicta recipiendi & admittendi, ac vniones, annexiones, & incorporationes prædictas dissoluendi.

De materia resignau. beneficia videsuf Greg. 13. const. 87. humano. cum ibi not.

Necnon ea quæ simpliciter resignauerint, & quorum commendis, aut iuri & concessionibus cesserint, seu vnionum dissolutioni consenserint personæ seu personis idoneæ vel idoneis ad id per ipsos Auditores & Locatenentes nominandæ seu nominandis, & quæcunque quotcunque & qualiacunque beneficia Ecclesiastica obtinentibus & expectantibus, quibus, & non alijs etiam si ante resignationes seu cessiones huiusmodi per eos nominatæ fuerint conferri possint, & quæ ex eadem causa cum eis permutantibus: Quæ vero ipsæ cōpermutantes personæ resignauerint beneficia huiusmodi, etiam si vt præfertur qualificata & cum permutantiū huiusmodi similem facultatem non habentium beneficia huiusmodi dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata seu affecta fuerint, eisdem Auditoribus & Locatenentibus conferendi & de illis etiam prouidendi: Ac omnia & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi ac exequendi plenam & liberam auctoritate, & tenore prædictis Motu simili facultatem concedimus.

Indultum circa residen.

Quod reuocauit Pius 4. inf cōst. 123. cum tam p sacrosanctum. & Pius 5. const. 178. cū alias per.

Ac eisdem Auditoribus & Locatenentibus, & eorum singulis etiam in dicta curia aut aliquo beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura per eos pro tempore obtentorum residendo, in alijs beneficijs Ecclesiasticis similiter per eos in quibusuis Ecclesijs siue locis pro tempore obtentis residere minime teneantur, nec ad id inuiti compelli possint. Et nihilominus omnes & singulos fructus, redditus, & prouentus beneficiorum prædictorum etiam vt præfertur qualificatorum cum ea integritate (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) libere percipere valeant, cum qua illos perciperent si in eisdem beneficijs personaliter residerent, dictisque beneficijs per Capellanos seu Vicarios idoneos ad eorum nutum amouibiles in diuinis deseruire & animarum curam illis imminentem exercere: Ac quæcunque Ecclesiastica sacramenta ministrari facere quoties opus fuerit diœcesani loci & cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita libere & licite valeant, nec ad residendū in illis per quempiam cogi possint.

Facultas recitandi horas canonicas horis postpositis, ad hoc vide Pij v. const 72. quod à nobis.

Eisque & eorum cuilibet vt quoaduixerint quoties eis placuerit per se ipsos aut cum vno vel duobus socijs etiam familiaribus suis per eos pro tempore eligendis horas canonicas diurnas pariter & nocturnas, ac alia diuina officia secundum vsum & morem Romanæ Ecclesiæ, etiam anticipatis vel postpositis horis dicere & recitare libere & licite valeant. Nec ipsi aut eligendi socij huiusmodi ad alium vsum super hoc obseruandum teneantur, nec ad id à quoquam etiam ratione beneficiorum Ecclesiasticorum per eos pro tempore obtentorum inuiti possint coactari.

Facultas eligen. confessores, qui in casib. reseruatis (exceptis hic expressis) absoluere possint. Quod declaratur hic in fi.

Quodque ipsi & eorum singuli aliquem presbyterum secularem vel cuiusuis ordinis regularem in eorum possint, & quilibet eorum possit eligere confessorem, qui vita eis comite in casibus dictæ sedi reseruatis (præterquam offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis, aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis, seu sedem Apostolicam, falsitatis literarum Apostolicarum, supplicationum, & commissionum, inuasionis, deprædationis, occupationis, deuastationis terrarum, & maris dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectorum, offensæ personalis in Episcopum, vel aliū Prælatum, prohibitionis deuolutionis causarum ad Romanam curiam, delationis armorum & aliorum prohibitorum ad partes infidelium semel singulis annis, & quoties de eorum morte timendum extiterit, in alijs vero quoties fuerit opportunum confessione eorum diligenter audita pro commissis eis debitam absolutionem impendat, & iniungat pœnitentiam salutarem, necnon vota quæcunque (vltramarino, liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac Sancti Iacobi in Compostella, ac Castitatis, & religionis votis duntaxat) in alia pietatis opera cōmutare valeat,

Vota quoq; commutare valeant, exceptis hic narratis.

quodque confessor quem duxerit eligendum omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, etiam semel singulis annis, & quoties de eorum morte timendum fuerit vt præfertur, plenariam remissionem à pœna & culpa eis in sinceritate fidei, vnitate Rom. Eccl ac obedientia & deuotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantiū persistentibus dicta auctoritate Apost. concedere possit, sic tamē quod idē confessor de eis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendēda, eis per eos si superuixerint vel alios si forsan tunc trāsierint faciendā iniungat, quā ipsi vel illi facere teneātur. Liceatq; eis habere altare portatile cū debitis reuerentia, & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus

& honestis

& honestis sine iuris alieni præiudicio, & cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, & antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, Et si forsan ad loca interdicto ecclesiastico tam ordinaria, quam apostolica auctoritatibus supposita ipsos declinare contingerit, in illis clausis ianuis, non pulsatis campanis, & submissa voce, excommunicatis & interdictis exclusis, in eorum & familiarium suorum domesticorum, ac sex aliarum personarum vtriusque sexus per eos & eorum quemlibet eligendarum præsentia, dummodo ipsi vel illi causam non dederint interdicto, nec id eis contigerit quod specialiter interdici possint, per se ipsos qui presbyteri fuerint, aut proprium vel alium sacerdotem idoneum secularem vel regularem, missas, & alia diuina officia celebrare seu celebrari facere, & ecclesiastica sacramenta recipere, ac eorum tempore interdicti huiusmodi decedentium corpora ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ etiam cum aliqua funerali pompa. Et insuper vt duas ecclesias, seu duo vel tria altaria in locis vbi ipsos Auditores & Locatenentes, ac eorum quemlibet pro tempore morari contigerit, per eos & eorum quemlibet pro tempore eligendas seu eligenda singulis diebus quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, & dum in curia resederint, eorum propriam capellam, diebus tamē audientiæ, visitando, singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si ipsi eisdem temporibus, & diebus basilicas, & ecclesias stationum Vrbis & extra eam ad id deputatas personaliter visitarent: Eisque & eorum cuilibet, ac eorum familiaribus prædictis, vel diebus, & temporibus quibus eius carnium, ouorum, casei, butiri, & aliorum lacticiniorum est prohibitus, eisdem ouis, caseo, butiro, & alijs lacticinijs, ac de vtriusque medici consilio carnibus absque conscientiæ scrupulo vti, & vesci, ipsique Auditores & Locatenentes nunc & pro tempore existentes, ac eorum singuli litteras gratiarum expectatiuarum quoties eas generaliter concedi contingeret, absque aliqua signatura desuper expediēda in prima earum expeditione ad tres collationes per eorum quemlibet eligendas, & tria beneficia cuiuscunque taxæ seu annui valoris illorum fructus, redditus, & prouentus fuerint, etiam si vnum ex dictis beneficijs alias sub eorundem Auditorum eorumue Locatenentium gratijs expectatiuis, eorumue collationum, mutationibus, reualidationibus, & extensionibus pro tempore comprehensis eidem dispositioni apostolicæ ex quauis causa, præterquā ratione vacationis illius apud sedem prædictam aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Romani Pontificis, aut cuius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret alicuius dictæ ecclesiæ Cardinalis generaliter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione, ac alias quomodolibet affectum fuerit expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum seu affectum acceptare, consequi, & obtinere, necnon beneficia sub huiusmodi gratijs expectatiuis, & illarum collationum mutationibus, reualidationibus, & extensionibus, comprehensa etiam in eorum a dicta curia absentia per procuratorem tam in dicta curia, quam extra eam, etiam in genere acceptare, & de illis etiam prouideri facere, ac alias diligentias requisitas per se vel alios facere, ac instrumenta in specie ex suis notis generalibus acceptationum, & aliarum diligentiarum prædictarum extrahi facere, & obtinere, ac notarij sic in genere rogati instrumenta in specie ex suis notis generalibus desuper facta ad instantiā Auditorum & Locatenen. prædictorum, ad quos id concernet extrahere duntaxat, & publicare possint respectiue, & debeant, & ad satisfaciendum regulæ siue constitutioni de publicandis acceptationibus, & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, seu eis ad iudicium euocandis pro tempore editæ, etiam ratione prædictarum expectatiuarum aut aliarum gratiarum, & reseruationum quarumcunque minime teneantur: Ac eorum fratres, & nepotes tam descendentes quam Collaterales, ac amicos seu beneuolos, & familiares ipsorum in toto vel in parte aut simpliciter, & quo ad vnam vel plures seu singulas gratiarum expectatiuarum eis pro tempore cōcessarum, & illarum mutationum, reualidationum, & extensionum collationes prosequendis antelationibus, prærogatiuis, priuilegijs, & indultis eisdem Auditoribus & Locatenen. in assecutione beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi acceptandorum pro tempore concessis loco sui nominare, & quod sic nominati prærogatiuis Auditoribus & Locatenen. concessis & concedendis huiusmodi in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorum sub collationibus ad quas nominati fuerint comprehensorum, quæ vigore litterarum desuper conficiendarum duxerint acceptanda, vti, potiri, & gaudere, ac in omnibus & singulis quibus ipsi Auditores & Locatenentes immediate præferuntur (dilectis filijs litterarum apostolicarum de maiori præsidentia Abbreuiatoribus, & earundem litterarum Scriptoribus dumtaxat exceptis, immediate præferri, & anteferri valeant, ac si eiusdem palatij Auditores vere & non ficte, aut aggregati per priuilegium existerent, ita tamen quod Auditores ipsi suas gratias expectatiuas, ac illarum extensiones, & collationum mutationes, seu reualidationes prosequentes præfatis nominatis etiam qualitercunque qualificatis omnino præferantur, & præferri debeant. Quodque singuli Auditores & Locatenentes præfati quascunque prouisionum, commendarum, dispensationum, vnionum ad vitā præfectionum, reseruationum fructuum, pensionum, & aliorum quorumcunque, ac facultatum, mandatorum, gratiarum, & indultorum, ac alias litteras gratiam vel iustitiam seu mixtim concernentes a sede prædicta etiam ratione quarumcunque dignitatum etiam Episcopalium, Archiepiscopalium, & monasteriorum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque pro tempore per eos a nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, ac sede prædicta qualitercunque impetrandas, ac sibi etiam Motu simili, & ex certa scientia concedendas, & de personis eorum consistorialiter faciendas in dilectorum filiorum Abbreuiatorum, Scriptorum bullarum, ac registri, necnon qui etiam de nostris apostolicis gratijs expectatiuis taxam recipiunt, Sollicitatorum litterarum apostolicarum, necnon Secretariorum, & Procuratorum Audientiæ nostræ litterarum contradictarum, ab alijs quibusuis dictæ curiæ officijs gratis cum subscriptione videlicet (gratis pro Auditore, seu Locumtenente Rotæ) per Rescribendarium litterarum eorūdem faciendis expedire possint, sint, debeant, dicta auctoritate apostolica earundem tenore præsentium, Motu simili pariter indulgemus, Mandantes nunc & pro tempore existentibus litterarum prædictarum Rescribendario, & alijs Scriptoribus, & Abbreuiatoribus, Sollicitatoribus, Secretarijs, dictæ audientiæ procuratoribus, & quibusuis alijs dictæ Romanæ curiæ officialibus expeditioni litterarum huiusmodi pro tempore præsidentibus & ministris, sub excommunicationis latæ sententiæ, priuationis, & suspensionis suorum officiorum, & perceptionis emolumentorum eorundem pœnis, per eos ad quos pertinuerit, & qui eas gratis subscribere vel concedere noluerint eo ipso incurrendis absq; alio nostro aut successorum nostrorum & sedis prædictæ vlteriori mandato, eas gratis subscribant, & per omnia vsque ad plumbum, & alia necessaria inclusiue omni contradictione, & dilatione cessante expediant. Præterea Auditores & Locatenentes prædictos nunc & pro tempore existentes, ac eorum quemlibet, ipsorumque

beneficia,

Facultas celebrādi in locis interdicto suppositis.

Indulgentias stationū Vrbis consequuntur visitan. eorum propriam capellam.

De expectatiuis Quorū moderationem habes infra in Pij V. cōst. 71. Sacrosanctū.

Exemptio a regula de publicādis prouisionibus.

De quo vide inf. Greg. 13. cōst. 87. humano.

Litteræ Apost. gratis pro Auditoribus Rotæ expediri debent sub pœnis hic expressis.

Pœnæ recusantium subscribere gratis dictas litteras Apost.

Beneficia & bona eorundẽ a iurisdictione ordinariorũ & aliorũ sunt exempta.

beneficia,& officia ecclesiastica,ac bona quæcunque quæ obtinent,& possident, & in futurum obtinebunt, & possidebunt,sub beati Petri,& sedis prædictæ,ac nostra protectione auctoritate apostolica, & tenore supradictis pari Motu suscipimus,& ab omni iurisdictione,correctione,visitatione,dominio,superioritate,& potestate quorumcunque legatorum etiam de latere,ac Archiepiscoporum,Episcoporum,Prælatorum,& Ordinariorum, illorumque Vicariorum,Officialium,Locatenentium, & iudicum etiam a dicta sede deputatorum nunc & pro tempore existentium,Ipsosque,ac eorum res,& bona propria, tam in Vrbe quam extra eam a solutione,& exactione quarumcunque decimarum etiam apostolica auctoritate prædicta pro tempore impositarum,pedagiorũ,

Exemptio Auditorũ Rotæ a solutione decimarũ & gabellarum & impositionum.

gabellarum,bullettarum, & quorumcunque aliorum onerum tam ordinariorum quam extraordinariorum vbicunque locorum existentium liberamus,liberosque immunes,& exemptos omnino facimus,constituimus, & deputamus,& declaramus,Ita quod Legati,Archiepiscopi,Episcopi,Prælati,Ordinarij,Vicarij,Officiales,Locatenentes,& Iudices prædicti etiam ratione delicti seu contractus, aut rei de qua ageretur vbicũque committatur

Moderationẽ vide inf. in Pauli 3. const. 38. ex debito, Pauli 4 cõstit. 44. cupiẽtes, & Pij V. constit. 104. Christiana. & const. 166. & si ea quæ.

delictum, iniatur contractus aut res ipsa consistat,nullam in eos aut eorum aliquem seu illorum beneficia,officia,& bona huiusmodi,iurisdictionem,correctionem,visitationem,dominium,superioritatem,& potestatẽ exercere,aut excommunicationis aliasue sententias censuras & pœnas proferre: Nec exactores decimarum,gabellarum,pedagiorum,& onerum huiusmodi eos ad aliquam solutionem cogere,compellere,& coarctare,aut quicunque alij cuiuscunque dignitatis,status,conditionis,& præeminentiæ ecclesiasticæ vel mundanæ existant,eos super præmissis aut illorum vsu,etiam prætextu cuiuscunque criminis vel delicti facti,vel perpetrati ex eorum officio vel ad instantiam quorumcunque directe vel indirecte quouis quæsito colore vel ingenio molestare,aut alias quomodolibet impedire quoquomodo præsumant. Decernentes,& declarantes præsentibus litteris, necnon præmissis,& alijs priuilegijs, & indultis quibuscunque eisdem Auditoribus & Locatenentibus pro tempore cõcessis ex quauis etiam necessario exprimenda causa vel occasione per nos & sedem eandem in genere vel in specie,etiam per constitutiones apostolicas,seu Cancellariæ apostolicæ regulas etiam consistorialiter pro tẽpore editas,aut quascunque alias literas apostolicas, etiam quod tenores, & formæ illorum habeantur pro ex-

Clausulæ præseruatiuæ.

pressis,seu alias clausulas,& decreta quæcunque in se continentes,etiam quibusuis dictæ curiæ officialibus, etiã præfatis scriptoribus pro tempore concessas,seu etiam vigore implicitæ derogationis latissime extẽdere in supplicationibus desuper pro tempore signatis appositæ derogari,seu illa reuocari,cassari, suspendi, aut in aliquo alterari,seu reuocata, suspensa, vel alterata censeri: Aut ipsos Auditores & Locatenentes sub eisdem clausulis comprehensos,vel eos illarum prætextu, nisi in eisdem desuper pro tempore signatis supplicationibus illorum omnium nomina propria,& cognomina specifice expressa fuerint,exprimi non posse,sed semper eosdem Auditores & Locatenentes,ac in eis concessa priuilegia,indulta,& literas huiusmodi ab illis exceptos,& excepta,ac priuilegia,indulta,& literas eis concessa prædicta valida,& efficacia existere, & ipsis Auditoribus & Locatenẽtibus suffragari,& quidquid in contrarium pro tempore factum fuerit,pro non facto haberi debere, necnon ex tunc de nouo eo ipso concessa,& innouata,ac in pristinum statum restituta,reposita, & plenarie reintegrata es-

Decretũ irritans

se,& censeri. Sicque in præmissis omnibus,& singulis per quoscunque Iudices, & commissarios etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales,& palatij huiusmodi causarum Auditores in qualibet causa, & instantia, sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere,irritum quoque,& inane si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate etiam per nos, & sedem prædictam scienter vel ignoranter attentari contigerit. Quo circa curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Audito-

Executorum istius deput.

ri,& dictæ vrbis Gubernatori,ac in eadem vrbe,& eius districtu nostro in spiritualibus Vicario generali pro tẽpore existentibus per apostolica scripta Motu simili mãdamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas,& in eis contenta quæcunque vbi,& quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Auditorum & Locatenentium, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentes, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari: ipsosque Auditores & Locatenentes nunc & pro tempore existentes illas pacifice gaudere, necnon fructus prædictos eis iuxta dicti indulti de illis percipiẽdis in absentia huiusmodi tenorem integre ministrari, non permittentes eos per locorum ordinarios, & dilectos filios ecclesiarum prædictarum Capitula,seu quoscunque alios ad residendum in eisdem ecclesijs siue locis compelli,aut alias super præmissis contra præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari,cõtradictores,molestatores quoslibet,& rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas,ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita cõpescendo,inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus si dicti Auditores & Locatenentes in eisdem ecclesijs,siue locis primam non fecerint residentiam personalem: Ac super Idiomate quo ad parochialem ecclesiam, & de non concedendo alicui gratiam expectatiuam extra nationem suam, ac non acceptando vigore cuiusuis gratiæ expectatiuæ aliquod beneficium generaliter reseruatum seu affectum, necnon

Clausulæ derogatoriæ.

de insinuandis,& publicandis acceptationibus beneficiorum vigore gratiarum expectatiuarum acceptatorum, & alijs diligentijs faciendis pro tempore editis,dictæ Cancellariæ regulis,ac fe.re.Bonifacij VIII.contra exemptos edita,quæ incipit Volentes,ac etiam per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis fine præfinitione temporis fieri prohibentur,necnon quæ incipiunt,Sicut bonus pastor,& quibus disponitur Quod nullus vigore facultatum per sedem prædictam pro tempore concessarum aliqua beneficia ecclesiastica resignare possit,nisi illorum possessionem pacificam per quatuor menses habuerit,& nihilominus beneficia ipsa in odium resignantium vacare censeantur eo ipso, Sixti IV. & Innocentij VIII. ac per quas tertia pars omnium bonorum,de quibus per quoscunque Prælatos vigore quarumcunque facultatum eis per sedem prædictam concessarum testari,seu alias disponi cõtigerit, Cameræ prædictæ apostolicæ pro illius necessitatibus applicata dicitur, Alexandri,Sixti,& aliorum quorumcunque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac Lateranen. etiam nouissime celebrati,& generalis conciliorum,& quibusuis alijs apostolicis,necnon prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus,& ordinationibus, ac quibusuis per nos de nostrorum & dictæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium familiarium continuorum commensalium,& alijs beneficijs ecclesiasticis per nos,& sedem eandem factis,& pro tempore faciendis specialibus vel generalibus reseruationibus,affectionibus,necnon legibus imperialibus, & municipalibus,ac Regnorum,Prouinciarum, ecclesiarum,monasteriorum,& locorum in quibus incompatibilia, & alia secularia, ac regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint,seu a quibus ipsa regularia beneficia dependere contigerit,& ordinum quorum illa extiterint iu-

ramento

ramento,confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque,indultis,& literis apostolicis eisdem regnis,prouincijs,ecclesijs,monasterijs, & locis, ac etiam Cluniacen.& Cistercien.ordinibus,necnon quibusuis personis cuiuscunque dignitatis,status,gradus,& conditionis existentibus,etiam dictæ curiæ officialibus,& eorum collegijs, etiam literarum earsidem scriptoribus præfatis sub quibuscunque tenoribus,& formis,etiam per modum statuti perpetui,etiam Motu,scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam ex quibusuis & quantumcunque maximis & vrgentissimis etiam necessario exprimendis causis,ac cum quibusuis antelationibus,suspensionibus,restitutionibus,declarationibus,attestationibus,modificationibus,& alijs efficacissimis,& insolitis,etiam derogatoriarum derogatorijs,etiam generalibus expresse derogantibus,alijsque efficacioribus,& insolitis clausulis,irritantibusque,& quod huiusmodi priuilegia, indulta, & literæ cum concessionibus,declarationibus,& decretis,ac alijs in eis contents clausulis,sub quibuscunque derogationibus,reuocationibus,suspensionibus,vel alterationibus per quascunque alias similes vel dissimiles literas,gratias,priuilegia,facultates,concessiones,antelationes,& indulta etiam Motu,scientia, & potestatis plenitudine prædictis pro tempore factis,etiam in quibus de illis specialis mentio fieret,nullatenus includantur, nec eis quomodolibet derogatum,seu illa reuocata,suspensa, vel alterata censeantur, sed semper ab illis omnibus excepta existant,& si illis demum quouismodo derogaretur aut derogatum esse videretur, quoties eis derogatum foret toties illa cum omnibus in eis contentis clausulis de nouo concessa, & in pristinum statum restituta fore,& esse,ac vim stipulati contractus inter Romanum Pontificem pro tempore existentem, & sedem huiusmodi,necnon scriptores,& alios officiales pro tempore existentem,ac personas præfatas habuisse, & etiam in futurum habere debeant. Sicque per quoscunque iudices,& commissarios,executores, & delegatos, tam in dicta curia quam extra eam pro tempore deputatos iudicari debeat,sublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate,alijsque etiam efficacioribus decretis,etiam Imperatoris,Regum, Ducum,& aliorum dominorum temporalium contemplatione,& alias quomodolibet etiam iteratis vicibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,ac etiam per nos,& sedem præfatam concessis,& approbatis,ac innouatis, etiam quod regnorum,& prouinciarum nisi per oriundos,& naturales acceptari vel obtineri,ac Cluniacen.Cistercien.& aliorum ordinum beneficia huiusmodi,nisi eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,aut ipsos ordines respectiue expresse professis,ac de consensu Abbatum pro tempore existentium,& dilectorum filiorum Conuentuum monasteriorum Cluniacen.& Cistercien.Matisconen.& Gabillonen. diœcesum, aut aliorum superiorum aliorum ordinum prædictorum commendari non possint,& alias de illis etiam per sedem prædictam pro tempore factæ commendæ,seu de illis in huiusmodi commendam obtinendis dispensationes concessæ nullæ sint,disponentibus. Quibus omnibus,& eorum singulis,etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua & expressa mentio habenda,aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,tenores huiusmodi,ac formas,& datas illorum,necnon decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, tanquam de eis plene informati quoad præmissa Motu simili specialiter,& expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, contrarijs quibuscunque, aut si eisdem locorum ordinarijs a dicta sit sede concessum,vel in posterum concedi cõtingat,quod Canonicos,Rectores, & personas ecclesiasticas suarum ciuitatum, & diœcesum etiam in dignitatibus, personatibus, administratione, vel officijs constitutas per subtractionem prouentuum beneficiorum suorum ecclesiasticorum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem,seu si ordinarijs, & capitulis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum vel in posterum indulgeri contingat,quod Canonicis,Rectoribus, & personis suarum ciuitatum, & diœcesum etiam in dignitatibus,personatibus,administratione,& officijs constitutis,& in illis non residentibus, aut qui in eis primam non fecerint residentiam personalem consuetam,fructus.redditus, & prouentus suorum beneficiorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur,& ad id compelli nõ possint per literas apostolicas non facientes plenam,& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs,indulgentijs,& literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod incompatibilia,ac sub singulis tectis consistentia,& alia secularia necnon regularia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequijs & animarum cura in eis quibus illa immineat nullatenus negligatur,sed in eis quorum fructus in absentia huiusmodi eosdem Auditores & Locatenentes percipere contigerit,per bonos,& sufficientes Vicarios,quibus de eorundem beneficiorum prouentibus necessaria congrue ministrentur,diligenter exerceatur,& deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis, ac regularis antedicta,& sub singulis tectis consistentium beneficiorum huiusmodi consueta onera congrue supportentur,Ac quod ipsi Auditores & Locatenentes infra dictum annum alterum ex duobus canonicatibus,& duabus præbendis,aut totidem dignitatibus,personatibus, administrationibus, vel officijs sub eisdem tectis consistentibus huiusmodi quos maluerint pro alio cum retentis canonicatu,& præbenda,seu dignitate,personatu,administratione,vel officio compatibili beneficio permutare, alioquin illos ex duabus præbendis, ac totidem dignitatibus,personatibus,administrationibus vel officijs sub eisdem tectis consistentibus huiusmodi quos primo assecuti fuerint,& quos ex tũc dicto anno elapso vacare decernimus,dimittere omnino teneantur.

Clausula derogatoriæ.

Decretũ irritãs.

De istis beneficijs vide sup. proxime not. in apostillis.

Et ne (quod absit) dicti Auditores & Locatenentes propter huiusmodi gratiam vel concessionem eligendi confessorem reddantur procliuiores ad illicita in posterum committenda,etiam volumus quod si a sinceritate fidei, vnitate dictæ Romanæ ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium destiterint,aut ex confidentia eiusdem remissionis vel concessionis aliqua forsan commiserint,concessio,& remissio,& quo ad illas præsentes literæ eis nullatenus suffragentur, ac quod indulto celebrandi seu celebrari faciendi ante diem parce vtantur, quia cum in altaris ministerio immoletur dominus noster Iesus Christus Dei filius,qui candor est lucis æternæ,congruit hoc non noctis tenebris fieri,sed in luce,necnon vt in eorundem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta qualitatem residui erga ecclesias a quibus eadem perceperint se liberales exhibeant prout conscientia eorum dictauerit,& animæ eorum saluti viderint expedire: Ac quod dum diuinis officijs in aliquibus ecclesijs contigerit eos interesse, illum morem qui in eisdem ecclesijs obseruabitur circa huiusmodi horas canonicas dicendas studeant obseruare, quodque si singulorum

Declaratio, quo ad peccata commissa ob confidẽtia remissionis obtinendæ per confessores eligẽdos.

beneficio-

beneficiorum prædictorum per eos simpliciter resignandorum, seu g .o... commendis, aut iuij vel concessioni cesserint, aut vnionũ dissolutioni consenserint, fructus, redditus, & prouentus viginti quatuor ducatorum auri de camera, secundum communem extimationem valorem annuum nou excedant conferentes, & illi quibus conferentur, & si ea dicta causa resignationes huiusmodi fiant, ac fuorum, & eis ex eadem causa collatorum beneficiorum huiusmodi fructus, redditus, & prouentus inæquales & maioris valoris, etiam si ipsa inæqualitas viginti quatuor florenos similes secundum extimationem prædictam non transcendat similiter conferentes prædicti, & illi, quibus beneficia maioris valoris huiusmodi collata fuerint, de nominibus, & cognominibus personarum, & beneficiorum eorundem, ac diebus factarum collationum huiusmodi Præsidentes dictæ Cameræ apostolicæ aut Collectores, vel Subcollectores fructuum, & prouentuum eidem Cameræ debitorum in partibus illis pro tempore deputatos infra vnum si citra, & tres menses si vltra montes collationes ipsæ factæ fuerint, iuxta Sixti, & Innocentij prædecessorum prædictorum super hoc editas literas, certificare procurent, alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dispensationis, indulti, concessionis, mandati, susceptionis, liberationis, constitutionis, deputationis, declarationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Nonis Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

De publican. religios. istorum beneficiorũ habes supra fol. 310. in 8. cõst. 63. vbi not.

XIII.

De Erectione Indultis & Priuilegijs Monasterij Monialium Conuertitarum de Vrbe, Officialiumque & Deputatorum, Facultatibus & Iurisdictione.

Confirmatur hæc const. inf. per Paulum 3. const. 9. Prouisionis vbi notabo.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam,

CVM Ea corpore, & anima constet homo, & nobilitate subiecti actionis nobilitas mensuretur, Christus quod Saluator noster testatus fuerit, gaudium esse in cœlo maius super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia, manifeste apparet monasterium monialium Beatæ Mariæ Magdalenæ, in quo mulieres carnis libidini & licentiosæ vitæ antea assuetæ charitatiue recipiuntur, ac in viam Domini diriguntur, earumque & illas sequentium animabus æterna salus paratur, tanto pauperum hospitalia, in quibus Christi pauperes hospitantur, infirmi curantur, esurientes cibantur, nudi cooperiuntur, & alia vitæ subsidia ministrantur, necnon etiam aliarum sanctimonialium loca excellere, quanto anima corpus, & perpetua transitoria, ac cælestia terrena, & spiritualia corporalia, quantoq; millenarius numerus denariũ numerum antecellunt. Vnde nos, qui in minoribus constituti, & Cardinalatus honore fulgentes, Deo a quo cuncta bona procedunt auctore, monasterium ipsum fundauimus, circa illius conseruationem, augmentum, & propagationem eo diligẽtius vigilamus, quo opera nostra sumpsit exordium, & maiori nunc, diuina fauente clementia, fungimur potestate, vberrimamque inde acceptabilem messem Deo in dies conspicimus prouenire. Dudum siquidem fe. re. Leo Papa X. prædecessor noster per eum accepto, quod complures incontinentes mulieres in alma Vrbe nostra degentes, si aliquem religiosum locum vbi reciperentur haberent, a turpi & inhonesta vita huiusmodi recederent, & caste deinceps viuendo gratum exhiberent altissimo famulatũ: Motu proprio, & ea certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine parochialem ecclesiam sanctæ Luciæ de vrbe Regionis Columnæ in monasteriũ monialium sub inuocatione beatæ Mariæ Magdalenæ cũ campanili humili, cãpana, dormitorio, refectorio, hortis, hortalitijs, & alijs officinis necessarijs, pro perpetuis vsu & habitatione mulierum a lapsu carnis & sordida vita recedentium, & pœnitentiam agere volentiũ, monialiũ B. Mariæ Magdalenæ de pœnitentia nuncupandarũ, cuiuscunq; status, gradus, nobilitatis, conditionis, præeminentiæ, & nationis forent, erexit: & inibi vnam Abbatissam, seu Priorissam, quæ non perpetuo, sed ad certũ tẽpus inibi præesset, præficiendam esse, ac mulieres huiusmodi vocatis Rectoribus Societatis Charitatis de Vrbe, qui de qualitatibus earum plene informari deberent, & recipi, & tria vota solennia in manibus huiusmodi Abbatissæ aut Priorissæ pro tempore existentis emittere, ac regulam B. Augustini earũ statui congruã profiteri, & habitũ nigrum subtus, ac desuper chlamydem seu scapulare album, ad designãdã vitæ mutationẽ gestare, ac sub perpetua & strictissima clausura, quã nullus cuiuscunque dignitatis, status, auctoritatis, & præeminentiæ existẽs, ac etiam Cardinalatus honore præfulgens, sub maledictionis, ac damnationis æternæ, & excõicationis latæ sententiæ pœna, cuius absolutionem sibi & successoribus suis canonice intrantibus tantummodo reseruauit, violare præsumeret, viuere, & a colloquio, voce, vel in scriptis quarumcunque personarum secularium vel regularium, etiam affinium, & parentum quomodocunque, nisi per craticulam ferream præsentibus Abbatissa, seu Priorissa huiusmodi, ac duabus antiquioribus & grauioribus ipsius monasterij monialibus, ac etiam si videretur, duobus rectoribus societatis huiusmodi penitus abstinere, ac sub cura fratrum minorum conuentus sanctæ Trinitatis de Vrbe subesse, redditus vero, prouentus & bona quæcunque dicto monasterio quomodolibet pro tempore spectantia & pertinentia, per Rectores societatis huiusmodi regi & gubernari ac distribui, necnon quatuor claues & seras totidẽ in portis introitus ipsius monasterij esse, ipsasq; claues penes quatuor Rectores societatis huiusmodi permanere debere, nec portam ipsius monasterij, nisi saltem duobus ex rectoribus societatis huiusmodi tunc præsentibus, aperiri posse. Et pro supportatione onerum, ac expensarum inibi in dies pro tempore necessariarum omnia & singula bona, ac spolia curialium meretricum ex illicito quæstu, & extra matrimonij claustra & pudorem viuentium, in dicta Vrbe pro tempore ab intestato & absque condendi seu faciendi testamentum facultate decedentium, quæcunque & qualiacunque forent, eidem monasterio perpetuo applicata & incorporata esse decreuit, ac ea tunc prout cum casus adueniret, & econtra applicauit, & incorporauit, necnon ipsis curialibus & inhonestis mulieribus, quæ ad minus quartam vel quintam partem bonorum suorum quorumcunque mobilium & immobilium eidem monasterio pie relinquere, legare, vel donare vellent, faciendi & condendi testamentum, ac de reliquis earũ bonis mobilibus & immobilibus cuiuscunque qualitatis, &

Pont. iste, dum Cardinalis erat fundauit Monasterium Conuertitarum vt habes sup. fol. 240. in Leon. 2. cõst. 34. in princip.

Leon. X. const habes sup. dicto fo. 240. nu. 34.

Cõpẽdiũ dictæ const. Leon. X.

Vide igitur quæ ibi notaui.

quan-

quantitatis,& valoris forent,libere & licite disponendi facultatem concessit,ac voluit quod rectores dictæ societatis pro dicto monasterio agentes bonorum legatorum, donatorum ,seu relictorum huiusmodi , & aliorum bonorum earundem curialium meretricum ab intestato,aut sine facultate testandi decedentium , & propterea ad monasterium ipsum pertinentium.quádocunque casus contingerit, possessionem realem & actualem capere & retinere,ac de ipsis bonis nomine,& ad opus dicti monasterij disponere possent , ita tamen quod de ipsis bonis duo inuentaria coram probis viris per Notarium publicum incontinenti & quanto citius possent facere tenerentur,quorum vnum Abbatissæ seu Priorissæ pro tempore, reliquum vero societati huiusmodi consignari deberet. Et insuper correctori pro tempore dicti conuentus fratrum minorum statuta,tam circa horarum,ac diuinorum officiorum celebrationem quam alia directionem ipsarum monialium concernentia condendi, ac de cõfessoribus idoneis rectoribus Societatis huiusmodi gratis & acceptis eisdem monialibus pro tempore existentibus prouidendi , ipsasque moniales & earum singulas pro tempore existentes , a quibuscunque earum peccatis, criminibus,excessibus,ac delictis quantumcunque grauibus & enormibus,etiam Sedi Apostolicæ reseruatis ,de quibus corde contritæ & ore confessæ forent, totiens quotiens opus fuerit , auctoritate Apostolica absoluendi, eisque pœnitentiam salutarem iniungendi facultatem concessit,ac monasterium ipsum,illiusque Abbatissam & moniales,ac res & bona quæcunque sub sua & sedis eiusdem,ac beati Petri protectione, & inuiolabili conseruatione suscepit,nec non Abbatissæ seu Priorissæ,ac monialibus pro tempore existentibus eiusdem monasterij, singulisque Christi fidelibus vtriusque sexus vndecunque existentibus , & manus adiutrices pro sustentatione monasterij & monialium huiusmodi porrigentibus,omnes & singulas,ac easdem indulgentias,facultates,ac peccatorum remissiones quas societati charitatis huiusmodi ac illi manus adiutrices porrigentibus concesserat,concessit. Ac rectoribus parochialium & aliarum Ecclesiarum in Vrbe consistentibus, vt quam primum de obitu curialium meretricum huiusmodi notitiam haberent , id rectoribus societatis huiusmodi infra certum breue & peremptorium terminum eis desuper etiam sub censuris & pœnis tunc expressis præfigendum,notificare & reuelare haberent , præcepit inter alia per suas literas,prout in illis plenius continetur . Et deinde dicto prædecessore,sicut Domino placuit de medio sublato: Nos diuina fauente clementia ad summum Apostolatus apicem assumpti,omnia beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura apud sedem prædictam tunc vacãtia,& inantea vacatura, collationi & dispositioni reseruauimus , decernentes ex tunc irritum & inane si secus super ijs a quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentati . Cum itaque postmodum ecclesia sanctæ Luciæ prædicta per liberam resignationẽ dilecti filij Ioannis Baptistæ Beccari nuper ipsius ecclesiæ rectoris de illa quã tunc obtinebat in manibus nostri sponte factam,& per nos admissam , apud sedem eandem vacauerit , & vacet ad præsens,nullusque de illa præter nos hac vice disponere potuerit,siue possit,reseruatione & decreto obsistẽtibus supradictis, & sicut accepimus pro eo quod in dictis literis inter alia , quod ipso Ioanne Baptista qui tunc etiam dictæ Ecclesiæ rector existebat,in hoc expresse consentiente, & omne ius sibi in dicta ecclesia quomodolibet competens,in manibus dicti prædecessoris sponte & libere remittente,ipse prædecessor eandem ecclesiam in monasterium huiusmodi erigebat,expressum fuit,& forsan etiam ex alijs causis de viribus literarum huiusmodi a nonnullis hæsitetur:Nos vt literarum prædictarum votiuus succedat effectus,prouidere volentes:Motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam , sed de nostra mera liberalitate , auctoritate Apostolica,tenore præsentium literas prædictas,ac omnia & singula in eis cõtenta ab earundem literarũ data, & in illorum fauorem inde secuta quæcunque approbamus,& innouamus,& valere, plenamque roboris firmitatem obtinere,ac omnibus & singulis quorum interest suffragari debere,& in omnibus & per omnia,etiã perinde ac si tempore datæ literarum huiusmodi cõsensus Ioannis Baptistæ,& remissio iuris,ac resignatio, & illius admissio huiusmodi interuenissent,volumus:& pro tutiori cautela in ecclesia sãctæ Luciæ prædicta,& apud illũ vnum sub inuocatione beatæ Mariæ Magdalenæ huiusmodi monasterium monialium cum ecclesia , campanis, campanili,claustro,dormitorio,refectorio,hortis,hortalitijs , & alijs officinis necessarijs , pro perpetuis vsu & habitatione mulierum curialium nuncupatarum,& extra matrimonij pudorem viuentium, & huiusmodi impudicam vitam relinquere,ac in eodem monasterio altissimo famulari volentium,perpetuo erigimus , & instituimus ipsam Ecclesiam sanctæ Luciæ siue præmisso,siue alio quouismodo,aut ex alterius cuiuscunque persona,seu per similem dicti Ioannis Baptistæ,vel cuiusuis alterius resignationem , de illa in Romana curia,vel extra eam, etiam coram Notario publico & sponte factam,aut constitutionem piæ memoriæ Ioannis Papæ XXII.etiam prædecessoris nostri quæ incipit Execrabilis,vel assecutionem alterius beneficij ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet,etiam si tanto tẽpore vacauerit,quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilij ad sedem prædictam legitime deuoluta, ipsaque ecclesia dispositioni Apostolicæ specialiter vel alias generaliter reseruata , & sub titulo S.Laurentij in Lucina existat,& ad collationem, prouisionem , & quamuis dispositionem Siluij tituli Sancti Laurentij huiusmodi presbyteri,aut cui collatio,prouisio , & omnimoda dispositio beneficiorum ecclesiasticorum sub dicto titulo existentium reseruatæ existunt,Sigismundi S.Mariæ nouæ Diaconi Cardinalium dilectorum filiorum nostrorum, ac pro tempore existentis dicti tituli presbyteri Cardinalis,pertineat, & super ea inter Ioannem Baptistam prædictum,ac alium siue alios in dicta curia vel extra eam lis,cuius statum , ac nomina & cognomina iudicum & collitigantium,necnon fructus,redditus , & prouentus ecclesiæ Sanctæ Luciæ , & monasterij prædictorum,& quorumcunque illis annexorum præsentibus haberi volumus pro expressis, pẽdeat indecisa,cum annexis huiusmodi,ac omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem monasterio perpetuo vnimus,annectimus,& incorporamus,ac pro illius ecclesia concedimus & assignamus , ita quod liceat Abbatissæ seu Priorissæ,& monialibus monasterij huiusmodi per se vel alium seu alios corporalem ecclesiæ sanctæ Luciæ,& annexorum iuriumque & pertinentiarum prædictorum possessionem propria auctoritate libere apprehẽdere & perpetuo retinere,ipsorumque ecclesiæ & annexorum fructus,redditus & prouentus in suos,ac dictorum ecclesiæ, & annexorum vsus & vtilitatem conuertere , cuiusuis licentia desuper minime requisita, ac in eadem ecclesia titulum,qualitatem,& essentiam beneficij ecclesiastici perpetuo supprimimus & extinguimus,ac ecclesiæ & annexorum huiusmodi fructus,redditus,prouentus , ac bona quæcunque eidem monasterio perpetuo applicamus, & appropriamus , & quod per Capellanum a deputatis dictæ Societatis Charitatis , ad eorum liberum nutum quotiens voluerint ponendum & amouendum,eidem ecclesiæ in diuinis deseruiri,ac illius parochianorum animarum curam exerceri,ipsique deputati pro tempore voluerint,auctoritate Apostolica, curam huiusmodi a dicta ecclesia perpetuo amouere & separare , & vni vel pluribus ecclesijs vicinis de illarum rectorum consensu

Const. istam hic non habes.

Pont. iste confirmat dictã const. Leonis x.

Et de nouo in Ecclesia S. Luciæ Monasteriũ Conuertitarũ erigit.

De concilio Lateranen. habes sup. fol. 219. Leo. x. const. 19.

Ecclesię S. Luciæ prouentus & bona applicat Monasterio Conuertitarum.

De cura animarum dictæ Eccl.

perpetuo applicare & concedere, & quod ipsa ecclesia sanctæ Luciæ de cætero in perpetuum non S. Luciæ sed S. Mariæ Magdalenæ inuocari, & nuncupari debeat, Quodque confessor monialium earũdem infra septa monasterij vel illius ecclesiæ huiusmodi habitare nullatenus possit, Et quod Gubernatores dicti monasterij saltem quolibet mense ad monasterium ipsum accedere, & ea illius Abbatissa seu Priorissa & Capellano, alijsque personis ad hæc opportunis inuestigare occurrentia, & facere sicuti bonos decet pastores, ac sollicite vigilare, ne monialis aliqua dicti monasterij de his quæ exterius, nec aliqua persona non monialis dicti monasterij quicquã,

De officio & authoritate Gubernatorũ Monasterij.

nisi de expresso consensu, & licentia dictorum Gubernatorum scire possit, ordinare, necnon quæcunque statuta & ordinationes licita & honesta, monasterium & ecclesiam huiusmodi, illorumque Abbatissam, seu Priorissam, moniales, capellanos, confessores, & personas, ac bona quæcunque quomodolibet concernentia, quotiens voluerint condere, alterare, & mutare, quascunque pœnas de quibus eis placuerit in contrauenientes apponere, & quæcunque stabilia bona cuiuscunque valoris existant, ad monasterium & ecclesiam prædicta quomodolibet tunc & pro tempore pertinentia, pro euidenti vtilitate, aut necessitate monasterij huiusmodi vendere, & permutare, ac in emphyteusim perpetuam, vel ad tempus locare, & quocunque alio titulo alienare, dictæ sedis vel cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita, & loco decedentis ex Venerabilibus fratribus nostris Theatino, & Casertano Episcopis, quibus curam dicti monasterij in spiritualibus commisimus, alium, ac decidẽte etiam reliquo, etiam alium, & sic duos Prælatos, si fieri possit, ita prouectæ ætatis sicuti ipsi Theatin. & Caser-

De prælatorũ p Monasterij cura & tutela electione.

tan. Episcopi, & illis in exemplari vita, modestia, sana doctrina, diligenti prudẽtia, & efficacia sermonis, ac alijs virtutibus quibus ipsi Episcopi a Deo decorati existunt, similes diligenti discussione matutaque deliberatione eligere, & tunc Romano Pontifici præsentare, & si ipse Romanus Pontifex ipsos præsentatos, vel eorum aliquẽ recusauerit, alium vel alios similiter eligere, & præsentare, & sic successiue quotiens aliquis ex prælatis huiusmodi defecerit, & tam prælati quã deputati, & Gubernatores prædicti, omnia & singula in præmissis, & circa ea

His temporibus Monasterij protector est. Illustriss. Card. de S. Seuerina. R. P. D. V. Casilius Rector siue Gubernator. R. P. D. A. Lausfedinus Index.

necessaria, seu quomodolibet opportuna facere & exequi: Quodque monasterium, & illius ecclesia, Abbatissa seu Priorissa, moniales, Capellani, confessores, personæ, res, & bona quæcunque ac ipsam ecclesiam visitantes, & eidem monasterio bene facientes omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, etiam plenarijs peccatorum remissionibus, indultis, exemptionibus, prærogatiuis, facultatibus, & gratijs, quibus alia quæcũque monasteria quorumcunque monialium ordinum & quorumcunque etiam mendicantium, & huiusmodi Societatis Charitatis, illiusque confratres, ecclesia, personæ, res, bona quæcunque, ac ecclesiam societatis huiusmodi visitantes, & eidem societati benefacientes quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri & gaudere

De societatis Charitatis Vrbis eiusque priuilegijs indultis & indulgen. vide sup. fol. 336. Leon. x. const. 36. illius.

poterunt in futurum, non solum ad instar, sed æque principaliter vti potiri & gaudere, Quodque tam Cortesanæ nuncupatæ, quàm quæ palam in prostibulis quæstum faciunt, & alias ex quocunque turpi quæstu viuentes, & quomodolibet etiam in domibus proprijs vel alibi ad instãtiam certarum personarum secularium, vel ecclesiasticarum rentæ vitam impudicam agentes mulieres, quæ quartam vel quintam partem bonorum suorum eidem monasterio reliquerint vel donauerint, aut perpetuo concesserint, testamentum condere, & de reliquis earũ bonis prout eis placuerit disponere libere & licite valeant, earumque testamẽta, ac dispositionem huiusmodi plenum consequantur, & consequi debeãt, quo ad omnia effectum, Quæ vero eis quartam vel quintam partem hu-

De Mulierũ impudicarũ facultate disponendi de earũ bonis, ac de successiõe Monasterij in bonis earundem.

iusmodi eidem monasterio vere, & cum effectu nõ reliquerint, testamenti factiones, præterquam quo ad earum prolem de legitimo matrimonio habitam careant, & siue testamentum, siue donationem causa mortis, vel inter viuos, aut aliam dispositionem fecerint siue nõ, nisi dispositio huiusmodi in fauorem suæ prolis de legitimo matrimonio procreatæ facta fuerit, earum bona mobilia, ac alia ædificia per eas aut ex earum bonis pro tempore constructa immobilia, se mouentia, necnon actiones, & iura quæcunque, etiam extra Vrbem vbilibet existentia, etiam si ipsæ mulieres recreationis seu visitandi consanguineos, vel affines aut vitandi malum aerem siue

De quo habes & in dicta constit. Leon. 10. & vide limitationẽ inf. in const. 87. in fi.

alias quacunque causa extra dictam vrbem nisi animo amplius non redeundi ad eam, recesserint, & ibi decesserint, etiam si bona emphyteotica, & feudatalia, etiam Ecclesiastica, perpetuo vel ad tempus existant, eidem monasterio perpetuo applicata, & appropriata, ac eiusdem monasterij existere, ipsumque monasterium ad eadem opera ad quæ ipsæ mulieres occasione bonorum feudalium vel emphiteoticorum huiusmodi tenebantur, omnino teneri, & si ad certum numerum generationum aut nominationum eadem bona emphiteotica concessa fuerant, monasterium ipsum non perpetuo, sed per viginti annos pro qualibet generatione seu nominatione huiusmodi bona eadem absque consensu illorum domini directi tenere posse, si vero emphiteosis perpetuæ fuerint, illa monasterium ipsum in perpetratum tenere valere, Et contingente obitu alicuius prædictarum mulierum om-

Detinentes bona earum inf. x. dies a die obitus consignare & scientes reuelare tenẽtur sub pœnis hic expressis.

nes & singulos cuiuscunque status, conditionis, ac dignitatis ecclesiasticæ vel mundanæ existentes infra decem dies a die obitus huiusmodi computandos bona mobilia, & immobilia, ac debita & nomina debitorum, necnon iura, instrumenta, ac scripturas publica vel priuata hæreditatis huiusmodi habentes illa tradere, & scientes reuelare Camerario & vni ex Gubernatoribus dicti monasterij teneri, & statim post obitũ hõmi de tunc repertis, facta vero traditione huiusmodi, etiam de traditis bonis huiusmodi duo inuentaria per Gubernatores monasterij huiusmodi fideliter confici, & vnum illorum penes ipsum Camerarium, reliquum vero penes deputatos socie-

De inuentario conficiendo de bonis earundem

tatis huiusmodi conseruare, Et si infra mensem aliquis prætendens in hereditate huiusmodi ius habere comparuerit, ipsa bona hæreditaria donec controuersia huiusmodi terminetur, apud aliquam ædem sacram, aut virum idoneum consignanda, postmodum prout iustum, & determinatum fuerit deponi debere, Et deficientes in traditione aut reuelatione huiusmodi, necnon quicunque qui impedimentum aliquod indirecte quouis quæsito colore præstiterit, seu per quem steterit quominus depositum huiusmodi integre, & libere amotis omni dolo, & fraude fiat, omnis iuris sibi ad ipsa bona quomodolibet competentis priuatum ipso facto absque aliqua decla-

Filij earum alantur & erudiũtur ex bonis Monasterio applicatis vt hic.

ratione existere, Necnon Gubernatores monasterij huiusmodi pro tempore existentes ex bonis applicatis huiusmodi filios & filias, si qui fuerint curialium & mulierum huiusmodi, ali, & moribus imbui, & masculos aliqua arte qua honeste viuere possint erudiri facere, fœminas vero nuptui tradere, vel in aliquo monasterio monialium collocare curamque filiorum, & filiarum huiusmodi pie, ac diligenter suscipere & gerere in quantum vires hæreditatis, & annorum matrum suarum suppetant, & non vltra debere, Et quicunque curatus cuiuscunque parochialis ecclesiæ dictæ vrbis quotiens desuper fuerit requisitus, præmissa in eius ecclesia, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit publicare, Et quemcũque Notarium, ac tabellionem præmissa postquam de illis notitiam habuerit, curialibus, & mulieribus huiusmodi, ad quarum testamenta seu donationes, aut dispositiones rogatus fuerit, antequam notam desuper scribere incipiat, notificare, & siue ipsæ mulieres quartã

vel

vel quintam partem huiusmodi reliquerint, aut concesserint siue non, de illarum testamentis, seu donationibus, vel dispositionibus quibuscumque saltem Camerario, & vni ex Gubernatoribus dicti monasterij plenam, ac distinctam notitiam dare, & facere infra decem dies a die rogitus huiusmodi computandos omnino teneri, & efficaciter obligatum esse, & Notarium quemcunque in danda notitia huiusmodi deficientem, pœnam mille ducatorum eisdem monasterio eo ipso applicatorum, & si illam soluere recusauerit, seu desuper cum Gubernatoribus monasterij huiusmodi non concordauerit, & in recusatione, aut non concordia huiusmodi, per octo dies perseuerauerit, pœnam falsi, & perpetuæ inhabilitatis ad notariatus, & quæcunque alia officia in posterum exercenda incurrere ipso facto, nec sibi pœna huiusmodi, nisi duntaxat per confratres dictæ Societatis Charitatis, aut maiorem partem illorum ex eis, qui in congregatione ordinaria per eos fieri solita tunc affuerint aliquatenus remitti, aut relaxari posse. Denique quodcunque dubium quod circa præmissa, vel eorum aliquod quandocunque quomodolibet emerserit, per deputatos, & Gubernatores societatis Charitatis, & monasterij huiusmodi, vel eorum maiorem partem declarari, decidi, ac determinari libere, & licite posse, ac declarationi huiusmodi tanquã generali legi a Romano Pontifice editæ vbique in omnibus stari debere, nec illi quenquam vllatenus contrauenire posse, Ac venditiones, permutationes, locationes, & alienationes faciendas prædictæ, & inde secutura quæcunque, quæ ex nunc prout postquam factæ fuerint, & econtra approbamus, & confirmamus, Supplemusque omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus in eisdem, ac prædictis literis forsan interuenientes, perpetuæque firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere. Necnon præsentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem vbique adhiberi posse, ac debere, quæ adhiberi posset atque deberet eisdem præsentibus literis si forent exhibitæ, vel ostensæ, ac præsentes literas postquam in acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ apostolicæ, ac scalis palatij Capitolij more solito affixæ, & publicatæ fuerint, etiam Notarios prædictos, & alios quoscunque, quos quomodolibet concernunt, ad obseruationem omnium & singulorum præmissorum arctare in omnibus & per omnia, perinde ac si eis personaliter intimatæ fuissent, & sic per quoscunque tam ordinaria, quam delegata, & mista auctoritate fungentes iudices & personas vbique iudicari, cognosci, ac decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attẽtari, decernimus. Et nihilominus dilectis filijs Gubernatori, & Vicario dictæ Vrbis, ac generali Auditori causarũ Cameræ apostolicæ nunc & pro tempore existentibus, necnon vniuersis & singulis in dignitate ecclesiastica cõstitutis personis per apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus eorum quilibet per se, vel aliũ, seu alios auctoritate nostra faciat præsentes literas, & in eis contenta quæcũque plenum effectũ sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, nec permittat quemquã contra tenorem præsentium modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunque, de quibus eis placuerit, censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendo. Nos enim Gubernatori, Vicario, & Auditori prædictis, & eorum cuilibet in præmissis, summarie, simpliciter & de plano, sine confectione registri, & sine quauis tela iudiciaria, sed de manu regia ad requisitionẽ cuiuslibet ex Deputatis, & Gubernatoribus prædictis iustitiam vnica sententia, etiam per viam mandati executiui administrandi, & quod decreuerint executioni debitæ demandandi, perinde ac si essent tres conformes sententiæ, plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus, sublata cuilibet appellandi, ac de nullitate dicendi desuper qualibet facultate. Non obstantibus nostris de vnionibus, & vnionum confirmationibus, ac de valore beneficiorum in illorum dispositionibus exprimẽdo, necnon bo. me. Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, & nouissimi Lateranensis concilij, ac alijs cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, ac fundationibus etiam iuramẽto, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, ac literis apostolicis prædictis, & alijs S.R.E. Cardinalibus, necnon collegio Cardinalium huiusmodi, ac populo Romano, & illius ciuibus, ac in Vrbe, & in eius districtu ædificantibus, & alijs quibuscunque personis, collegijs, ecclesijs, etiam cõsistorialiter, ac per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, ac motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importãtes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expresse quod illis nullatenus derogari possit, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. nostræ approbationis, innouationis, voluntatis, erectionis, institutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, assignationis, suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, confirmationis, suppletionis, decreti, mandati, concessionis & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Idibus Augusti, Pontificatus nostri Anno secundo.

Notarij dispositiones impudicarum mulierũ notificare tenentur sub pœnis hic expressis.

Dubia super præmissis emergẽda p Deputatos Monasterij decidi possunt, & eorũ decisiones tanquã leges obseruari debent.

Contractus quoscunque facien. p Deputatos approbat.

Decretũ irritãs.

Executores illius conit.

Clausula derogatoria.

XIIII.

De indultis & Priuilegijs Familiarium Romani Pontificis.

Moderationem vide infra in Pij V. const. 75. sacrosanctum.

Qui autẽ sint Familiares Ro. Pont. habes inf. in Pauli 3. cõst. 78. & 79. sanctissimus, & Iulij 3. cõst. 44. sanctissimus.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.
ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta singulorum merita, & probitatem attendens, illos potioribus fauoribus prosequitur, qui iugiter suis insistẽtes obsequijs, labores continuos, & grauiores perferre noscũtur. Hinc est, quod nos fe. re. Nicolai V. Calixti. III. Pij II. Pauli et II. ac Sixti IV. & aliorum

Cõst. illorũ Põt. in materia Familiariũ Papæ hic non habes.

& aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs in hoc inhærentes, motu proprio, non ad dilectorum filiorum infrascriptorum familiarium nostrorum continuorum commensalium vel eorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate volumus, & apostolica auctoritate decernimus & ordinamus, ipsisque familiaribus concedimus, quod ipsi in assecutione canonicatuum, & præbendarum, necnon dignitatum, personatuum, administrationum vel officiorum, præstimoniorum, portionum, & simplicium, ac quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum quarumcunque qualitatum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, eis sub data Kalendis Maij, Pontificatus nostri anno secundo, per nos concessarum, aut sub eadem, vel alia data concedendarum, & extentionum, ac reualidationum, seu mutationum, collationum earundem per nos forsan factarum, & quas fieri contigerit, acceptauerint, & de quibus sibi prouideri fecerint, omnibus alijs, & singulis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis; vel præeminentiæ fuerint, canonicatus, & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia, præstimonia, portiones, & beneficia huiusmodi quarumcunque literarum apostolicarum, vel legatorum apostolicæ sedis vigore expectantibus, etiam illustribus, Protonotarijs participantibus, literarum apostolicarum Correctori, dictæ sedis subdiaconis numerarijs, causarum sacri Palatij Auditoribus, Cameræ apostolicæ clericis similiter numerarijs, & participantibus curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, Abbreuiatoribus de parco maiori sua officia etiam actu exercentibus, & quacunque ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentibus personis (venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium duntaxat, & nullis alijs exceptis) etiam si ipsi expectantes in ecclesijs in quibus canonicatus, & præbendæ huiusmodi fuerint, quauis etiam apostolica auctoritate in canonicos sint recepti, & literæ ipsorum motu simili concessæ fuerint, quacunque diligentia super præsentatione seu executione literarum facta non obstante, omnino præferri debeant, nec prærogatiua antelationis, nominationis, nominandique, & eligendi, ac quæuis aliæ facultates, declarationes, & indulta quæcunque si quæ in fauorem imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum principum, aut prælatorum cuiuscunque excellentiæ, præeminentiæ aut aliorum quorumcunque quauis ecclesiastica vel mundana dignitate fulgentium seu prædictarum & aliarum personarum, etiam motu simili, aut consideratione eorundem Principum, vel Prælatorum, seu ob remunerationem laborum, & seruitiorum impensorum seu in recompensam iuris cessi, aut pietatis, aut quouis alio intuitu vel respectu seu ex quacunque alia causa, & sub quacunque verborum forma, & cum quibusuis etiam præsentibus expresse derogantibus derogatorijs a nobis, vel a sede prædicta hactenus, & quæ in posterum emanarint aduersus voluntatem, & decretum, ordinationem, & concessionem huiusmodi præsentes nostras literas quomodolibet suffragentur: Quodque per quascunque expectatiuas nominationes, aut nominandi seu conferendi de primis vacaturis seu eligendi facultates vel alias speciales reseruationes, & de sic reseruatis conferendi mandata, suppressiones, vniones, annexiones, incorporationes, & reductiones ad ius commune, seu alias gratias, concessiones, & indulta, cum quibusuis prærogatiuarum fauoribus, antelationibus, exceptionibus, suspensionibus declarationibus, & motu simili, aut ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis ex quibuscunque causis sub quibusuis verborum formis, & alijs derogatoriarum derogatorijs, seu insolitis clausulis, etiam talibus quod illæ reuocari nequeant nisi certis verbis appositis, seu trina vel ampliori litterarum apostolicarum serie, aut de consensu illorum quibus concessa fuerint quibusuis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ecclesijs, canonicatibus, & præbendis, dignitatibus, administrationibus, vel officijs eorumque mensis etiam capitularibus alijsque beneficijs ecclesiasticis sæcularibus vel regularibus in perpetuum aut ad aliquorum vitam seu alias ad tempus etiam per nos & eandem sedem concessa, & in antea concedenda, aut facta vel fienda nullum familiaribus nostris infrascriptis præiudicium afferat, quin ipsi familiares sint potiores in assecutione beneficiorum vigore gratiarum eis concessarum & concedendarum, ac illarum reualidationum, ampliationum, & mutationum collationum omnibus præmissis, ac alijs quibuscunque, etiam si in eis derogaretur expresse. Et insuper cupientes vt inter infrascriptos familiares nostros ordo prærogatiuæ seruetur, & lites euitentur, motu & auctoritate prædictis volumus, & decernimus, ac mentis nostræ fuisse, & esse declaramus, quod prius descripti in huiusmodi beneficiorum assecutione secundum eorundem ordinem posterioribus descriptis omnino præferantur, quacunque nobilitate, dignitate, gradu, seu alia prærogatiua non obstante. Quodque præsentes literæ absque eo quod in Cancellaria apostolica, aut quocunque alio loco publicentur, ab eorum data valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ipsisque familiaribus nostris etiam ad effectum probationis huiusmodi in iudicio, vel extra iudicium vbilibet a data præsentium duntaxat suffragentur in omnibus & per omnia absque contradictione, exceptione, seu impedimento quibuscunque, ac si literæ ipsæ locis, personis, & temporibus debitis publicatæ forent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibuscunque literis prærogatiuis, antelationibus, facultatibus, priuilegijs & indultis illustribus, Protonotarijs, & correctori, subdiaconis, auditoribus, clericis, & abbreuiatoribus, alijsque personis præfatis per nos seu prædecessores nostros aut sedem prædictam concessis, seu in posterum concedendis, Necnon specialibus reseruationibus, vnionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, suspensionibus, vel reductionibus ad ius commune per nos, & sedem ipsam factis, vel faciendis vt præfertur, alijsque præmissis, quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, ac indiuidua mentio habenda foret, motu & scientia similibus quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus, quasque in ea parte qua ipsis familiaribus nostris infrascriptis in canonicatuum, & præbẽdarum, dignitatum, ac personatuum, administrationũ, officiorum præstimoniorũ, portionum, & simplicium aliorumq; beneficiorum prædictorum assecutione præiudicant, aut aliquo modo in futurũ præiudicare possent, motu & sciẽtia similibus cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus omnino euacuamus, necnon pro cassis, & irritis, infectis, & nullis haberi volumus atque mandamus, cæterisque contrarijs quibuscunq;, & ita per quoscunque, iudices, commissarios, executores, & delegatos tam in Romana curia quam extra eã pro tempore deputatos, ac nostros causarum palatij apostolici Auditores iudicandum fore, & iudicari debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis alia circa præmissa aliter iudicandi, sed interpellandi facultate. Decernentes ex nunc irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nomina vero dictorum familiarium quorum omnium & singulorum gradus, dignitates, qualitates, & dioeceses præsentibus haberi volumus pro expressis, sunt hæc, videlicet. Hieronymus Episcopus Vasionen. &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, ordinationis, concessionis

Hanc Pont. cõst. hic non habes.

Indulta Familiarium Pontificis i assecutione beneficiorum.

Qui præferantur ex familiaribus Pontificis in assecutione beneficiorum.

Hæc const. vim habet ab eius data, absque publicatione.

Publ. tamẽ habes in fine.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretũ irritans.

fionis,derogationis,caſſationis,annullationis,euacuationis,& mãdati ĩfringere,vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto,Calen.Februarij, Pontificatus noſtri anno tertio,

Hie.Vaſion.
F.Vigoroſi.

Lecta & publicata fuit ſuprascripta bulla Romæ in Cancellaria Apoſtolica anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, die vero penultima menſis Octobris,Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto patris & D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ vij.anno tertio.

Et ego vidi deſcriptam in Quinterno Cancellariæ Apoſt.fol.319.

Iacobus de Cæſis Cuſtos.

X V.

Contra Duces, Barones & alios Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectos, abſque Romani Pontificis licentia militantes, eorumque fautores.

Similem conſt.habes inf.in Iul.3.conſt.32.Videntes.

CLEMENS Papa VII. Dilectis filijs Ducibus,Marchionibus,Comitibus,Baronibus,& alijs Domicellis,Feudatarijs,Vicarijs,& Vaſallis,armorumque Capitaneis, & conductoribus, & alijs quibuſuis S.R.E.mediate vel immediate ſubiectis,Salutem & Apoſt.benedict.

ETSI ſperamus,id quod ad fidem, & officium bonorum ſubditorum pertinet, neminem ex vobis,præſertim gratias,& conceſsiones ab hac Sancta Sede habentibus,niſi de dictæ Sedis licentia,vel pro ea militaturos,& arma ſumpturos eſſe,nos tamen pro Apoſtolicæ dignitatis,& iuriſdictionis conſeruatione, noſtroque paſtorali officio,ne alicui veſtrum militiæ,& merendorum ſtipendiorum cauſa,arma capiendi,quod vt plurimum ſcandala,cædes,rapinæ,aliaque illicita ſubſequuntur,detur occaſio,prouidere volentes, vos & veſtrum quemlibet,etiam ſi aliquis ex vobis, epiſcopali,Archiepiſcopali,aut quauis alia Eccleſiaſtica maiori,etiam Cardinalatus dignitate fulgeat,in virtute ſanctæ obedientiæ monemus,vobis nihilominus ſub maiori excommunicationis,rebellionis,læſæ maieſtatis,priuationis Eccleſiarum,dignitatum,officiorum, beneficiorum tam ſpiritualium quam temporalium,ciuitatum,terrarum,oppidorum, & locorum, quæ à Romanis & alijs Eccleſijs in feudum,vicariatum,emphytheoſim,vel alias obtinetis,ac interdicti Eccleſiaſtici,& decem millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum in ſingulas ciuitates,terras,oppida,& loca huiuſmodi, necnon perditionis priuilegiorum,& indultorum quorumcunque,& confiſcationis omnium & ſingulorum bonorum veſtrorum ipſo facto,ſi contrafeceritis,incurrendis pœnis,Mandantes ne ad ſtipendia alicuius etiam Imperiali,Regali,Reginali,Ducali,Marchionali,aut quauis alia dignitate fulgentis, per vos, vel alium, ſeu alios militare,aut eorum ſtipendia capere,ſeu ad ſtipendia huiuſmodi,vel alias cum eis vos,aut veſtros armigeros,ſequaces,ſubditos,vaſallos,aut alias perſonas quaslibet locare,aut eis etiam ſub prætextu ſtipendij,conductæ,aut obligationis cuiuſcunque etiam iuramento roboratæ & ſæpius geminatæ,arma offenſiua vel defenſiua,aut machinas bellicas,ſeu tormenta artigliarias vulgo nuncupatas,cuiuſcunque generis,vel alias ſuper his auxilium, conſilium, aut fauorem publice vel occulte,directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, abſque noſtra expreſſa licentia ſubminiſtrare audeatis vel præſumatis,quinimmo ſi cum illis aut eorum aliquo ad præſens militatis, ſeu eis quomodolibet aſſiſtitis,aut ad præmiſſa vel eorum aliqua facienda cum eis quomodolibet vos adſtrinxeritis,ab eorum ſtipendijs,conductis,obſequijs,& obligationibus etiam iuramento aut alijs vinculis vallatis, à quibus quidem iuramentis & vinculis,tanquam his ex quibus ſi ſeruarentur,ſcandala,cædes,& rapinæ veriſimiliter prouenire poſſent, vos & veſtrum quemlibet cum quibuſuis veſtris ſtipendiarijs tam equeſtribus quam pedeſtribus, necnon vaſallis & ſubditis,& alijs quibuſcunque de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluimus,omnino recedatis,& ſi quis veſtrum propterea ad aliqua loca ſe contulerit,aut huiuſmodi ſtipendiarios, vaſallos, ſubditos vel alios miſerit,ipſe ad loca vnde diſceſſerit, redeat,& ipſos ſtipendiarios,vaſallos,ſubditos ac alios reuocet & redire faciat,Necnon ſub eiſdem pœnis in veſtris ciuitatibus,terris,oppidis, & locis per aliquos, etiam prædictis aut quibuſuis alijs dignitatibus fulgentes,aut ad alicuius ex eis inſtantiam, militum tam equeſtrium quam pedeſtrium congregationes,aut delectum fieri,vel more militari tubas aut tympana ad ipſos milites conducendos ſeu congregandos pulſari, ſeu alia id genus fieri permittatis. Et nihilominus omnibus & ſingulis eiuſdem S.Rom.Eccl.Legatis,Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus,Vicarijs, & quibuſuis alijs tam almæ Vrbis quam quarumcunque aliarum ciuitatum,terrarum,oppidorum & locorum ad dictam Romanam Eccleſiã ſpectantium officialibus,ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus & mandamus,vt contra omnes & ſingulos quos præſentes noſtræ literæ quomodolibet comprehendunt,præmiſsis quomodolibet contrauenientdo, ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum prout ad eorum quemlibet ſpectat, necnon ipſarum pœnarũ executiones procedant,militeſque quoſcunque tam equeſtres quam pedeſtres ad alia quam noſtra & præfatæ Romanæ Eccleſiæ ſtipendia aut ſeruitia exiſtentes,in locis eorum iuriſdictioni ſubiectis,cum armis aut alijs inſtrumentis bellicis abſque noſtra aut commiſſariorum noſtrorum ad id ſpecialiter deputatorum licentia quomodolibet repertos, armis & alijs inſtrumentis huiuſmodi priuent, perſonaſque eorum carceribus mancipent. Vtque hæc ad eorum notitiam facilius deducantur,illis qui ea detexerint,præmium ipſorum Legatorum,Vicelegatorum,Gubernatorum,Poteſtatum,Vicariorum,& aliorum officialium arbitrio, de bonis contrauenientiũ etiam per publica proclamata polliceantur,& dent,ſuper quo nos eis plenam vigore præſentium concedimus poteſtatem. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri in quibus neceſſarium foret,volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis manu publici notarij confectis, vel in Vrbe impreſsis,& ſigillo alicuius prælati Eccleſiaſtici munitis vbique ſtetur, & plena fides adhibeatur, prout originalibus literis ſtaretur & adhiberetur,ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Et ne aliquis ipſarum literarũ

Cauſa iſtius conſt.

Mõdet Ducibus & alijs S.R.E.mediate vel immediate ſubiectis, ne abſq. eius expreſſa licentia capiãt arma ad inſtantiam Imperatoris, Regũ vel aliorum. Aut deſup auxiliũ præſtent.

Nec ſubditos eorũ militare, aut in eorum Ciuitatibus Militum delectũ fieri permittant.

Officialibus ſcribitur cõtrauenientes coerceant pœnis hic expreſſis.

Reuelantes contrauenientẽ præmiũ cõſequuntur. Imò nõ reuelantes puniuntur vt in dicta Iul.3.conſt.32.

& conten-

Forma publicandi hác cóst. Quá non inueni.

& contentorum in eis ignorantiam quoquo modo prætendere valeant, literas ipsas in basilicæ principis Apostolorum, & Ecclesiæ Lateranensis, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, necnon acie Campi Floræ affigi & publicari debere volumus & mandamus, Decernentes quod earundem literarum publicatio sic facta, omnes & singulos quos ipsæ literæ quomodolibet concernunt, post decem dies à die affixionis & publicationis præsentiũ cõputandos perinde arctent, ac si literæ ipsæ eadem die eis personaliter lectæ & intimatæ forent, cum non sit verisimile, quod ea quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alias roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, vobis & ciuitatibus, terris, oppidis, & locis prædictis, eorumque communitatibus & vniuersitatibus per nos, aut prædecessores nostros, seu quosuis alios quomodolibet concessis, confirmatis, aut innouatis, quibus eorũ tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vndecima Iunij, millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Pontificatus nostri anno tertio.

Clausula derogatoria.

B. El. Rauenn.

XVI.

De Priuilegijs & indultis & emolumentis Militum S. Petri.

Confirmatur hæc const. infra per Paul. III. constit. 3. prouidentia. & Iul. III. const. 11. licet ex debito. & Pium 4. const. 46. circunspecta.

De erectione autem Collegij istorum Militum, & eorum Priuilegiorum moderatione habes supra fol. 247. in Leon. X. constit. 36. Sicut. vbi notaui.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

MINISTERIO sacri Apostolatus officij, licet immeriti, præsidentes, ad ea, per quæ cunctorum fidelium, præsertim nobis subditorum; & cum Camera Apostolica quouis modo contrahentium commodis consulatur, & indemnitatibus prouideatur, solertiæ nostræ curas libenter dirigimus, & ea quæ propterea per Rom. Pontifices illis concessa comperimus, etiam nostræ protectionis munimine confouemus, ac alias in his eiusdem officij partes fauorabiliter impartimur, prout æquitas suadet, & pro fidelium eorundem securitate conspicimus in domino salubriter expedire. Dudum siquidem fel. rec. Leo Papa X. prædecessor noster, ex certis necessarijs, & vrgentibus tunc expressis causis, de fratrum suorum Sanct. Rom. Eccl. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio & assensu, Collegium Quadringentorum & vnius virorum Militum sancti Petri participantium nuncupatorum, sub certis modo, & forma, ex certa eius scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine per suas literas perpetuo erexit, & instituit, ac pro eo, quód Milites tunc in dictis literis descripti, Quadringentos & vnum mille florenos auri de Camera eidem prædecessori, pro suis, & Romanæ Ecclesiæ necessitatibus subueniendis, de proprijs eorum bonis in pecunia numerata persoluerunt, Inter alia Militibus Sancti Petri pro tempore existentibus (quos, & cuiuslibet eorum familiares, ac Capellanum ipsius Collegij similiter pro tempore existentes, veros, & indubitatos familiares, continuos commensales suos, & Rom. Pontificis pro tempore existentis existere decreuit, & declarauit) diuersa priuilegia, gratias, dispensationes, facultates, antelationum prærogatiuas, exemptiones, decreta, declarationes, & indulta, etiam super pensionibus annuis, seu illarum loco fructibus Ecclesiasticis certæ tunc expressæ quantitatis, per ipsos ex eisdem Militibus, qui etiam mere laici, ac coniugati, ac bigami, & alias incapaces forent, percipiendis, Ac accessu ad beneficia Ecclesiastica super quibus pensiones & fructus huiusmodi reseruarentur, in euentum non solutionis pensionum, seu fructuum huiusmodi, & beneficijs ipsis in euentum accessus huiusmodi, ad certum tempus in commendam obtinendis, Ac facultate, tam laicis huiusmodi, quam, qui clerici forent, Militibus præfatis quascunq; pensiones annuas, & illarum loco similes fructus eis quomodolibet pro tempore reseruatos certis modo, & forma transferendi. Necnon regressum ad pensiones, & fructus huiusmodi in actu translationis per decessum illorum in quos transferentur, sibi reseruandi, ac gratijs expectatiuis ad tres collationes, & totidem beneficia, etiam si vnum ex ipsis beneficijs alias sub eisdem gratijs comprehensis, generaliter reseruatum, seu affectum foret. Et per laicos, & coniugatos, quo ad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia, vel eorum partem; & per clericos, quo ad prærogatiuas eis concessas duntaxat, & ad reseruatum, seu affectum beneficium huiusmodi, in toto, vel in parte, vna, vel pluribus personis, loco sui nominandis, Necnon quibuscunque literis Apostolicis, pro eorum singulis in Rom. Curiæ officijs gratis expediendis, Ac obitus, & coronationis Rom. Pontificum temporibus, vestibus lugubribus ratione obitus, & rubeis ratione coronationis hu huiusmodi singulis eorum exhibendis, Et ex emolumentis annatarum, & communium decem pro quolibet centenario. Ex emolumentis aluminum, & Thesaurariæ patrimonij, & gabellarum Narniæ tresdecim mille quingentos & sexaginta. Ex emolumentis Thesaurariæ, & Marescalchatus, Notariatus Cameræ Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, ac salinarum, & frumentorum, & aliorum bladorum tractarum, & maleficiorum dictæ Prouinciæ, & Ducatus Spoletani, salariarũ & Thesaurariæ Asculi septem mille & quinquaginta. Ex emolumentis salariarum Romandiolæ, Exarchatus Rauẽnæ, Bononiæ, & datij vini Bononiæ, & Thesaurariarum dictorum locorum, ac salis vendendi Dohanerijs salariarũ Marchiæ, & Ducatus Vrbini, dominiorum Pisauri, & Senogalliæ, & Ceruiæ quinque millia & sexcentos. Ex emolumentis Salariarum Vrbis, & suorum membrorum mille & quingentos. Ex emolumentis Dohanarum herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ, septem millia. Ex emolumentis Dohanarum Vrbis Ripæ, & Ripettæ, tertium S. Eustachij, & grasciæ, decem millia & quingentos. Ex emolumentis salariarum Ducatus Vrbini, dominiorum Pisauri, & Senogalliæ, dictæ Cameræ spectantibus, quadringentos ducatos auri in auro de Camera singulis annis, & in principio cuiuslibet mensis ratam. Ex tractis frumentorum farinæ, & tritellorum, atque aliorum bladorum, & leguminum à cõfinibus Terracinæ versus Regnum Neapolitanum, &

Leo x. vnius cóst. habes sup. f. 247. nu. 36 erexit collegiú Militum S. Petri vt ibi.

Et eisdé non nulla priuilegia & indulta concessit.

De quibus vide quæ ibi not.

Emolumenta, quæ hic & ibi describuntur assignauit eisdé Militibus.

à confinibus Ciuitatis Senarum versus almam Vrbem extrahendorum, vnum Leonem, quorum decem, ducatũ vnum auri faciant, pro quolibet rubro. Et ex tractis Aluminum ex Alumerijs Tulphæ, & magazenis Ciuitatis Vetulæ, & aliorum locorum eiusdem Sanct. Rom. Eccle. extrahendorum pro quolibet Cantario Leonem vnum similem, Ac nonnulla alia tunc expressa emolumenta concessit, & assignauit. Et deinde nos ex certis causis Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, voluimus, & mandauimus, quod firmo remanente assignamento de eisdem quinque millibus & sexcentis ducatis, alias per literas institutionis officij Militum huiusmodi (vt præfertur) facto, & sine illius præiudicio, ac etiã accumulatiue ad illos, quod ipsi Milites dictos quinque millia & sexcentos ducatos, vna cum alijs septem millib⁹ ex emolumentis Dohanarum herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ huiusmodi assignatis prædictis, & sic in totum duodecim millia & sexcentos ducatos similes anno quolibet, etiam ea eisdem emolumentis herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ, dictæ Cameræ spectantibus perpetuo perciperent, & exigerent, ac percipere, exigere, & consequi possent, & deberent, dictosque quinque mille & sexcentos ducatos dictis septem millibus, ac Dohanis herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ prædictarum, & ex illarum fructibus, & emolumentis anno quolibet eidem Collegio Militum persoluendos perpetuo adiecimus, prout in dictis literis institutionis dicti Collegij, ac mandato super adiectione nostra prædicta, manu nostra signato, quorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem nos pro instantis temporis necessitate, & subsidio tuitionis fidei, ac libertatis Ecclesiasticæ, de venerabilium fratrum nostrorum dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium vnanimi consensu, & consilio, in dicta Vrbe vnum Montem Fidei erigere, & instituere, ac illi, certis suadentibus causis, emolumenta ipsius Dohanæ Vrbis mercium S. Eustachij nuncupatæ, ex quibus pro rata dictorum decem millium, & quingentorum ducatorum, ea emolumentis illius & aliarum Dohanarum Ripæ, & Ripettæ, ac grasciæ Militibus assignatorum huiusmodi, duo millia, & quingenti ducati, dictis militibus (vt præfertur) assignati existunt, assignare intendamus: Et sicut accepimus, pro eo quod post obitum dicti Leonis prædecessoris piæ memoriæ Adrianus Papa VI. etiam prædecessor noster, per quandam constitutionem xx. die mensis Octob. Pontificatus sui anno primo in Cancellaria Apostolica publicatam omnes dispensationes ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, & percipiendas pensiones annuas super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, ac mensarum Episcopalium, Abbatialium, Conuentualium, & Capitularium per præfatum Leonem, & alios quoscunque prædecessores suos quibusuis personis laicis, vel coniugatis clericis cõcessas reuocauit, cassauit, & annullauit, ac beneficia dictarum dispensationum prætextu obtēta nisi illa infra sex menses dimitterent, eo ipso vacare decreuit, & pensiones dictis personis super eisdem fructibus quomodolibet assignatas extinxit: Et à nonnullis prætendatur Militibus, & eis concessis literis prædictis, quoad dispensationem percipiendi pensiones, & fructus huiusmodi præiudicatum fuisse: Nos attendentes dispensationem percipiendi pensiones, & fructus huiusmodi eisdem Militibus pro tempore existẽtibus ex titulo oneroso, & in vim contractus, ac intuitu officij, & non personarum perpetuo concessam esse, & vt literæ desuper confectæ prædictæ, quo ad hoc illæsæ permaneant, ac erectio Montis Fidei huiusmodi liberius votiuum effectum sortiatur, Et ne Milites præfati ex assignatione emolumentorum Dohanæ Vrbis mercium Sancti Eustachij huiusmodi, quo ad duo millia, & quingentos ducatos prædictos grauentur, sed ab omni incommodo, & damno releuentur, efficaciter (prout debemus) prouidere volentes, habita super his cum eisdem fratribus deliberatione matura, & de illorum consilio, & assensu, cum infrascripta modificatione, omnia, & singula priuilegia, literas, dispensationes, decreta, declarationes, indulta, & alia quæcunque per dictum Leonem prædecessorem præfatis Militibus tunc, & pro tempore existentibus, & eorum Collegio concessa, ac etiam literas huiusmodi, omniaque, & singula in eis contenta, & assignationem omnium, & singulorum emolumentorum in eisdem literis expressorũ (assignatione, & perceptione emolumentorum ex fructibus Dohanæ mercium Sancti Eustachij huiusmodi dũtaxat excepta) Necnon adiectionem per nos de dictis quinque millibus, & sexcentis ducatis ex emolumentis herbarum Patrimonij, & Vrbis, ac Thesaurariæ Perusiæ, & Vmbriæ alijs septem millibus prius ex eisdem emolumentis assignatis, modo & forma, quibus illa per dictum Motum proprium nostrum facta fuit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & cõfirmamus, ac plenæ, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, Necnon dispensationem obtinendi, & percipiendi pensiones, & fructus huiusmodi, & habendi accessum ad beneficia, super quibus pensiones, & fructus ipsi reseruati fuerint, in euentum non solutionis illorum, ac beneficia ipsa in euentum accessus huiusmodi in commendam ad tempus retinendi, necnon regressum ad pensiones, & fructus prædictos in actu translationis illorum per decessum eorum in quos totiens quotiens transferentur, sibi reseruandi eisdem Militibus pro tempore existentibus per dictum Leonem prædecessorẽ (vt præfertur) concessam, & quo ad illam, literas prædictas sub reuocatione, cassatione, annullatione, decreto, & extinctione Adriani prædecessoris huiusmodi minime comprehensas, aut alteratas, nec per illas Militibus ipsis & eis concessis dispensationi, & literis prædictis præiudicium aliquod generatum fuisse, aut esse, seu in posterum fore, nec potuisse, aut posse in futurum, sed illis non obstantibus dictos Milites pensiones, & fructus prædictos, iuxta tenorem literarum Leonis prædecessoris huiusmodi libere, & licite obtinere, exigere, & percipere potuisse, & posse, ac illos soluere debentes, ad illorum solutionem efficaciter teneri, & ad id cogi posse decernimus, & declaramus. Necnon tempore obitus, & coronationis Roman. Pontificis huiusmodi tres defensores, & quatuor mensarij dicti Collegij, qui tunc temporis erunt, vestes lugubres, & rubeas habeant, ipsique Milites pro tempore existentes sub constitutione de resignationibus in loco beneficij publicandis, & petenda possessione beneficiorum resignatorũ ab eis ad quos pertinet, per nos edita, & pro tempore existent. Rom. Pontificem edenda, & præmissis, vel alijs in ea contentis nullatenus actiue, vel passiue comprehendantur, nec comprehensi censeantur, nec ad illi satisfaciẽdum actiue vel passiue vllo modo teneantur. Quodque tam Milites prædicti quam dicti Collegij Capellanus, nunc, & pro tempore existentes, ac eorum singuli quascunque literas Apostolicas gratiam, vel iustitiã, aut vtrunque concernentes, etiam super omnibus, & singulis eis per præsentes concessis priuilegijs, exemptionib⁹, immunitatibus, & facultatibus simul, vel etiam seorsum, ad partem de quolibet pro tempore expediẽdas in singulis Abbreuiatorum, Scriptorum, & Sollicitatorum literarum Apostolicarum, ac Secretariorum, Plumbi, Registri, ac alijs quibuscumque dictæ Rom. Curiæ officijs, gratis, cum subscriptione, videlicet GRATIS PRO MILITE SANCTI PETRI. absque aliqua prorsus pecuniarum exactione, & solutione expediant & expediri debeant, &

ita

Hanc const. hic non habes.

Pont. iste p[er] erectione Montis Fidei innouauit q[uo]d [...] assignamenta Militũ S. Petri.

De erect. Montis Fidei vide in const. seq.

Adr. 6. constit. hic non habes, reuocans indulta obtinendi beneficia & pensiones, laicis, & clericis coniugatis concessa. Similẽ reuocationẽ fecit Pius V. infra in const. 17 sacrosanctum.

Pont. iste Priuilegia Militibus illis à Leon. x. concessa confirmat.

Et eorum indultum ad obtinend. pensiones &c. innouat, non obstãte dicta reuocatione Adr. 6.

Cuius indulti Moderationẽ vide infra in dicta const. 17 Pij V.

De vestibus rubeis Defensor. & Mensarijs Militum dandis. Quod generaliter [...] ordinauit Leo x. in dicta eius const. 36.

De regula publican. resignationes vide inf. Greg. 13 const. 87. humano.

Literæ Ap. gratis pro Militibus expediantur.

ita expediri mandamus, cum ita nobis per aliquos de Rota, quibus cognitionem validitatis priuilegij de expediendo gratis huiusmodi viuæ vocis oraculo commisimus, fieri debere, relatum fuerit, de similibus consilio, & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine innouamus, concedimus, ac in alijs etiam modificamus, Causasque inter ipsos Milites, & Secretarios Apostolicos, atque alios officiales præfatos, forsan propter occupationẽ, aut alias super huiusmodi expeditione literarum gratis facienda, & illius occasione quomodolibet commissa repe-

Lites vertẽ. inter Milites, & secretarios Apost. sup. gratis expeditione Pôt. extinguit.

riuntur, quarum status, atque nomina, & cognomina iudicum, & collitigantium, præsentibus haberi volumus pro expressis, ad nos harum serie aduocamus, & lites forsan pendentes, ac obligationes, & fideiussiones, etiam in forma Cameræ, cum iuramento pro ipsorum Militum, & Collegij parte præmissorum occasione, in iudicio, vel extra quomodolibet factas, & præstitas, illarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro sufficienter expressis habentes, penitus extinguimus, cassamus, & reuocamus, necnon Secretarijs, & alijs officialibus præfatis desuper perpetuum silentium imponimus. Et insuper de simili consilio, & assensu emolumẽ-

Emolumẽta collegio Militũ sup Dohana Mercium Vrbis assignata, à Collegio separat de eius cõsensu.

ta duorum millium, & quingentorum ducatorum ex emolumentis Dohanæ Vrbis mercium Sãcti Eustachij Collegio Militum assignata huiusmodi (assignatione tamen eorundem decem millium, & quingentorum ducatorũ eisdem Militibus ex emolumẽtis aliarum Dohanarum Vrbis Ripæ, & Ripettæ, & grasciæ, facta, prædicta salua, & illæsa, ac in suo pleno robore perpetuo permanente, & absque ipsius assignationis præiudicio) ab eisdẽ Militibus, & eorum Collegio, illorum ad hoc expresso accedente consensu, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine abdicamus, & separamus, ac ab omni obligatione, & hypotheca de illis Collegio Militum huiusmodi quomodolibet facta absoluimus. Necnon in recompensam emolumentorum à Collegio Militum ab-

Et in recõpẽsam duc. alia assignamenta hic expsa.

dicatorum huiusmodi, præfatis Collegio Militum, ex emolumentis Salariæ Vrbis, & suorum membrorum huiusmodi, ex quibus mille, & quingenti ducat. eisdem Militibus iam annuatim (vt præfertur) assignati existũt, alios duos mille, & quingentos ducatos auri similes accumulatiue. Et similiter firmo remanente assignamento de dictis quadringentis ducatis ex emolumentis Salariarum Ducatus Vrbini, Dominiorum Pisauri, & Senogalliæ, Militibus ipsis (vt præfertur) facto, & sine illius præiudicio, ac etiam accumulatiue ad alios quadringentos ducatos similes, ex emolumentis Salariæ Vrbis, & membrorum eius huiusmodi, Ità vt ipsi Milites vna cum dictis mille, & quingentis, ac pro eorum arbitrio alios quadringentos ducatos, & sic in totum quatuor mille, & quadringentos ducatos ex Salariæ Vrbis, & membrorum eius huiusmodi, vel ipsos quadringentos ducatos ex salariarum Ducatus Vrbini, & Dominiorum Pisauri, & Senogaliæ emolumentis huiusmodi ad dictam Camerã spectantibus, perpetuo percipiant, ac percipere, & consequi possint, ac sibi persolui debeant, in omnibus, & per omnia alias iuxta dictarum literarum prioris assignationis continentiam, & tenorem, de simili consilio, & assensu, ac potestatis plenitudine, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo concedimus & assignamus, ac cõcessos, & assignatos existere, & censeri, dictosque Milites illos exigere, consequi, & percipere, perpetuo posse, Necnõ conductores, seu emptores, & alios quoscunque etiam pro Camera Apostolica, vel eius nomine, aut ab eis causam habentes, exactores pro tempore existentes, ad dictos quatuor mille, & quadringentos ducatos ex dictæ salariæ Vrbis, & membrorum eius emolumentis Collegio Militum huiusmodi, seu ab eis deputandis, singulis annis per mensiuas solutiones, videlicet ratam in principio cuiuslibet mensis realiter, & cum effectu persoluẽdos. Et si emolumenta huiusmodi ad id supperere, seu illa in totum, vel in partem ipsi Milites pro tempore consequi non possent, aut ex aliqua causa nollent, Conductores, & Appaltatores pro tempore existentes aliarum Doha-

Et obligat omnia bona Re. Cã. Apost. pro assecuratione istorum assignamentorũ.

narum Vrbis prædictarum ad summam ex dictis quatuor millibus quadringentis ducatis deficientem, seu etiam ad totam summam dictorum quatuor mille, & quadringentorum ducatorum Militibus, seu deputatis præfatis, simili modo persoluendam, omni exceptione cessante, teneri, & efficaciter obligatos fore, & ad id cogi, & compelli posse decernimus, ipsaque emolumenta Vrbis, & aliarum Dohanarum prædictarum, necnon omnia, & singula alia res, & bona spiritualia & temporalia, ad nos, & Cameram prædictam, nunc, & pro tempore spectantia, in vim validi, efficacis, ac perpetui contractus, etiam iurati, specialiter, & expresse obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse, & censeri, & ad hoc bona fide efficaciter teneri volumus & decernimus, ac in summa quatuor millium, & quadringentorum ducatorum huiusmodi, ex illorum emolumentis prædictis ipsis Militibus, seu ab eis deputandis annuatim persoluenda simili consilio, & assensu, etiam in vim similis contractus obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse, etiam in fide veri Rom. Pont. etiam pro successoribus nostris Rom. Pont. recognoscimus, & attestamur. Et nihilominus cum Milites præfati nobis

Milites subuenerant huic Pont. de sũma 40. millium ducat.

in principio nostri Pont. pro oneribus dictæ Sedis supportandis in summa quadraginta millium ducat. auri, & vltra, ex eorum prouentibus subuenerint, & in solutionibus Decimarum, & impositionum, etiam ratione stratarum, & viarum publicarum Almæ Vrbis exactarum, & salarij mille & sexcentorum duc. auri, eorum Depositarij, & alias plurimum, etiam præter, & contra tenorem literarum erectionis eorum Collegij huiusmodi forsan

Pont. exemptionis priuil. à solutione decimarũ, & impositionũ concessit.

de facto grauati, & diuersa incommoda sustinuisse noscantur, illos eiusdem sedis liberalitate complecti volentes, eosdem Milites nunc, & pro tempore existentes, eorumque Collegium, non solum ab eisdem solutionibus decimarum etiam impositionibus, seu solutionibus, etiam ratione stratarum, & viarum publicarum prædictarũ, ac salarij mille, & sexcentorum duc. auri eorum depositario (vt præfertur) factis, & quibuscunque alijs imposi-

Moderationẽ vide inf. in Paul. 3. const. 38 ex debito, Pauli 4. cõst. 44. cupientes, & Pij V. const. 104. Christiana. & 166. & si ea.

tionibus, solutionibus, & præstationibus collectarum, exactionum, datiorum, gabellarum, & charitatiuorum, & aliorum subsidiorum, & onerum quorumcũque, etiam auctoritate Apostolica præfata, etiam pro Cruciata, vel alia quauis etiam vrgentissima causa, etiam super fructibus, & emolumentis officiorum eiusdem Rom. Curiæ quomodolibet impositorum, & in posterum imponendorum, in illisq; faciendis contributionibus ita, vt illorum exactores, aut alij quicunq;, cuiuscunque Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, vel præeminentiæ status, vel cõditionis existant, etiam si Cardinalatus honore suffulti forent, ipsos Milites, aut eorum Collegium hmôi, ad aliquam solutionem coarctare, aut eos, vel eorum aliquem super præmissis, aut eorũ vsu, vel possessione, seu quasi, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel impedire, vexare, aut alias quomodo-

Pro exemptione hmôi tenentur singulis annis donare Papæ vasa argentea valoris duc. 200.

libet inquietare nullatenus possint. Ita tamen quod dicti Milites pro tempore existentes, annis singulis, in die Epiphaniæ Domini vasa argentea valoris ducentorum duc. auri, cum Armis collegij, quæ minime alienari possint, nobis, & pro tempore existentib. Rõ. Pont. donare teneantur, exnunc perpetuo eximimus, & liberamus, ac exemptos, & liberatos esse volumus & decernimus, sed etiam facultatem deputandi Collectores pro decima-

Confirmatio facultatis deputandi Collectores decimarum.

rum exactione, & emolumentorum perceptione, in literis erectionis Collegij hmôi eis concessam, eis confirmamus. Decernentes pro præmissorum omnium perpetua validitate, & obseruatione, per quoscunq; Iudices, etiã

Sacri

Sacri Palatij Apostolici causarum Auditores,& S.R.E.Card.sublata eis,& eorum cuilibet,quauis aliter iudican
di,& interpretandi facultate,& auctoritate,sic iudicari,& diffiniri debere,ac irritũ, & inane quicquid secus Decretũ irritãs.
super his à quoquam,quauis auctoritate,scienter,vel ignoranter contigerit atteotari.
Quo circa vniuersis,& singulis venerabilibus fratribus nostris dictæ R.E.Cardinalibus,Patriarchis, Archiepi
scopis,& Episcopis,ac dilectis filijs ordinarijs Ro.Curiæ,ac Abbatibus,& Prioribus,& alijs personis in dignita
te Ecclesiastica constitutis,per Apost.scripta mandamus,quatenus ipsi,vel duo,aut vnus eorum,per se,vel aliũ,
seu alios,præsentes literas,& in eis contenta quæcunq;,vbi & quando opus fuerit,& quotiens pro parte Collo
gij,seu Militum prædictorum,seu desensorum dicti Collegij pro tempore existentium,aut alicuius eorum desu
per fuerint requisiti,solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes faciãt
auctoritate nostra,præsentes,& alias erectionis eiusdem Collegij literas , ac in eis conteota hmôi firmiter ob-
seruari,ipsosque Milites pro tempore existentes illis pacifice gaudere , nõ permittentes eos desuper per quos- Executores istius const.
cunq; quomodolibet indebite molestari,Contradictores,molestatores quoslibet,& rebelles,per cẽsuras,& pœ
nas Ecclesiast.appellatione postposita compescendo,ac cẽsuras,& pœnas ipsas,iteratis vicibus,aggrauãdo. In-
nocato etiam ad hoc,si opus fuerit,auxilio brachij secularis,ac eisdem Card.Patriarchis,Archiepiscopis,& Epi-
scopis,ac Ordinarijs,& alijs personis in dignitate cõstitutis,& eorum cuilibet, quoscunq; Appaltatores debito
res eorundem Collegij,& Militum,vel alios quorum interetit,etiã in decreto vel executione citationis nomi- Executorũ facultatem.
nandos,etiam per edicta publica,locis publicis affigenda (constito summarie , & extraiudicialiter de non tuto
accessu) quæ perinde ipsos,& eorum quemlibet arctent, ac si eis personaliter intimata fuissent,in præfata Cu-
ria,vel extra eam,& in partibus monendi,& citandi,ac Camerario,& Vicecancell.nostris,nunc,& pro tẽpore
existentibus,Vicecamerario,& Præsidentib.& Clericis dictæ Cam. necnon quibuscunque alijs officialibus , &
persoois quacunque etiam Cardinalatus honore,dignitate,seu officio fungeotibus, etiã in literis erectionis di-
cti Collegij nominatis,ne de Collegio Militum,& emolumentis eisdem assignatis hmôi,vel eorum causis, liti-
bus,quæstionibus,& oegotijs se (eisdem Militibus, seu eorum defensoribus inuitis) quoquomodo intromittãt,
quotiens opus fuerit,etiam sub similibus censuris,& pœnis Ecclesiasticis,ac etiã pecuniarijs eorũ arbitrio mo-
derandis,& applicandis inhibendi.Necnon eosdem Conductores,Emptores,& Appaltatores præfatos ad con-
trahendum,& se dictis Militibus de soluendo singulo mense ratam emolumentorum per eos respectiue dicto
Collegio debitam,iuxta literarum earundem tenorem,obligandum,& cum effectu,debito tempore,soluendum
etiam per similes censuras & pœnas cogendi & compellẽdi,ac in omnibus,& singulis causis , & negotijs ipso-
rum Collegij,& Militum cõtra eosdem,& alias quascunq; priuilegiatas,publicas,& priuatas personas , & alios
officiales Curiæ hmôi,etiam summarie, simpliciter,& de plano,sola facti veritate inspecta,sine aliqua iudicia-
ria tela,ac manu regia proceden.decidendi,& exequendi,ac cũ facultate ad alium iudicem conuolandi, & litẽ
coram vno inchoatam,& non finitam coram alio continuandi,& procedendi totiens quotiens opus fuerit , &
eisdem defensoribus placuerit,& visum fuerit,necnõ omnia,& singula alia in præmissis,& circa ea necessaria,
seu quomodolibet opportuna faciendi,& exequendi,de eorundem fratrum matura deliberatione,consensu, &
assensu,plenam,& liberam facultatem,& auctoritatem concedimus, eisq; & eorum cuilibet expresse cõmitti-
mus,& mandamus.Non obstan.præmissis,ac constitutionibus & ordinationibus Apost.necnon Vrbis , & Cam. Clausulæ derogatoriæ.
prædictarum iuramento,confirmatione Apost.vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& cõsuetudinibus pri
uilegijs quoq;,& indultis Apost.tam Cameræ, quam conductoribus emolumentorum dicto Collegio assignato
rum,conuentionibus,capitulis,& contractibus per Appaltatores,& cõductores hmôi,etiam cum Camera, etiã
cum iuramento,vel alias hactenus factis,vel in posterum faciendis,etiam si in eis caueretur expresse , quod in
dicta Cam.conueniri debeant, & coram alijs iudicibus conueniri nequeant,ac Secretarijs , & alijs officialibus
præfatis,eorumq; Collegijs,etiam per modum contractus,& pacti,seu statuti perpetui,etiam ex quibusuis,etiã
onerosis causis,& cum quibusuis,etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusq;,& alijs decretis,
etiam quod illis nullatenus,aut nõ nisi modo,& forma in eis expressis derogari possit disponentibus; etiam de
simili cõsilio,etiam cõsistorialiter,aut Motu proprio,& ex certa scientia , aut de Apost. potestatis plenitudine,
etiam iteratis vicibus,etiam forsan per nos cõcessis,approbatis,& innouatis quib.oĩbus,etiã si de illis,eorumq;
totis tenorib.specialem,expressam,& indiuiduã mentionem fieri oporteret,teoores hmôi , ac illorum formas,
& datas,necnon decreta in eis apposita,& causas propter quas cõcessa fuerint,ac si de verbo ad verbũ,nihil pe
nitus omisso,& forma in illis tradita obseruata,inserti forẽt præsentib⁹ pro expressis habẽtes, illis alias in suo
robore permansuris,hac vice duntaxat specialiter,& expresse derogamus, & sufficienter derogatũ esse decer-
nimus,necnõ etiam oĩbus illis,quæ Leo prædecessor præfatus in dictis suis literis voluit nõ obstare,& quæ præ
sentib.pro expressis & repetitis haberi volumus,cæterisq; cõtrarijs quibuscũque.Aut si prædictis , & quibusuis
alijs Collegijs,conductoribus,iudicibus,& personis cõmuniter,vel diuisim,ab eadem sit sede indultũ, quod in-
terdici,suspendi,vel excõmunicari,seu coram alijs iudicibus,quam in dicta Cam.vel alio certo tribunali,euoca
ri non possint,per literas Apost.non facientes plenam,& expressam,ac de verbo ad verbũ de indulto hmôi mẽ
tionem.Cæterum ne quis præmissorum ignorantiã aliquã prætẽdere possit,vel etiã allegare,volumus,& Apost.
auctoritate,ac de eorũdem fratrum consilio,& assensu,decernimus,& mandamus,quod postquã præsentes lite-
ræ,vel earũ transumpta,etiam impressa,manu Notarij publici,seu alicuius defeosoris,& Capellani dicti Colle-
gij subscripta,& sigillo alicuius Curiæ Ecclesiast.seu personæ in dignitate Ecclesiast. cõstitutæ,aut eiusdẽ Col- Forma publicandi constit.
legij munita,quibus sicuti ipsis originalib.literis,si exhiberentur,vel ostẽderentur,fidem vbique,etiã in iudicio, Quas publicationem habet in fine.
& extra adhiberi debere decernimus,per vnũ ex Cursorib.nostris in valuis Cãcell.& Cam. Apost.& Auditorij
nostri Rotæ affixæ fuerint;prout sic affigi volumus,& mandamus,post diẽ affixionis hmôi, omnes , & singulos,
quos ipsæ literæ cõcernunt,perinde arctent,ligent,& obligẽt in omnib.& per omnia , ac si præsentes literæ eis,
& eorum cuilibet personaliter insinuatæ,& intimatæ forent. Nulli ergo &c.nostræ approbationis, cõfirmatio-
nis,decreti,declarationis,mãdati,innouationis,cõcessionis,modificationis,volũtatis, aduocationis, extinctio-
nis,cassationis,reuocationis,impositionis,abdicationis,separationis,absolutionis,cõcessionis,assignationis,de-
creti,obligationis,hypothecationis,voluntatis,decreti,obligationis,hypothecationis,recognitionis, attestatio
nis.volũtatis,exẽptionis,liberationis,decreti,cõfirmationis,volũtatis,mãdati,cõcessionis,cõmissionis,mãdati,
derogationis,decreti,volũtatis,decreti,mãdati,& volũtatis infringere &c. Si quis &c. Dat.Rom. apud S.Petrũ
anno incarnationis Dominicæ 1526. 17.Kal.Non.Pont.nostri anno tertio. F.de Miranda.

Rr Ego

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego A.Episcopus ostien.manu propria subscripsi.
Ego A.Episcopus Portuen.manu propria ss.
Ego P.Episcopus Sabin.manu propria ss.
Ego Laurentius Episcopus Prænestinen.manu propria ss.
Ego Io.Episcopus Albanen.manu propria ss.

Ego Io.Dominicus tt.sancti Apollinaris presbyter Card.Tranen.manu propria ss.
Ego A.Cardinalis de Valle manu propria ss.
Ego S.Triuultius Cardinalis Comen.manu propria ss.
Ego D.tt.sancti Clementis presbyter Cardinalis manu propria ss.
Ego L.Cardinalis Campegius tt.sanctæ Anastasiæ manu propria ss.
Ego F.Armellinus medices Card.Camerarius manu propria ss.
Ego Tho.Cardinalis S.Sisti manu propria ss.
Ego E. Cardinalis S.Matthæi manu propria ss.
Ego C. Cardinalis Aræ Cœli manu propria ss.
Ego V.Cardinalis Dertusen.manu propria ss.

Ego F.Cardinalis Vrsinus manu propria ss.
Ego P.S.Eustachij diaconus Cardinalia manu propria ss.
Ego Alexander Cardinalis Cæsarinus manu propria ss.
Ego N.Cardinalis Rodulphus manu propria ss.
Ego Her.Cardinalis de Ragon.manu propria ss.
Ego F.Cardinalis Pisanus manu propria ss.

Anno à Natiuitate Domini 1527. indic.15.die 3.mensis Ianuarij istæ literæ appensæ,affixæ & publicatæ fuerunt in Cancell.& Cam.Apost.& Auditorij Rotæ valuis per me Petrū Crassetti Curs. Pontificatus S. D. N. PP. Clem.7.anno 4.Ita est Ioannes Valtrini pro Magistro Curs.

Regist.in Cam.Apost. Hip.de Catis.

XVII.

De erectione Priuilegijs & emolumentis Montis Fidei, & eius Collegij.

Montem istum auxit Paul. III. vt habes infra in eius const. 33. Decens.

Pont. iste pro necessitatib. hic expressis erexit Mōtem fidei paliās eius literas quas hic non habes.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. ILLIVS qui veritas est, vices licet immeriti gerentes in terris, Christifideles omnes cum sede Apost.contrahentes,vt plena securitate lætentur, rebusque per eos ab ea emptis libere gaudere possint,nec aliquando desuper molestari valeant,viribus omnibus procuramus,ad hoc opem, & operā, vt tenemur impendimus efficaces.Hodie siquidem ad conquirendas pecunias quibus pro defensione etiā almæ Vrbis nostræ,& necessitatibus imminentibus maxime indigemus, habita desuper cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E.Cardinalibus discussione, ac deliberatione matura de illorum consilio & assensu vnum Montem perpetuum fidei nuncupandum ereximus,& instituimus, ac eidem Monti Dohanam mercium Sancti Eustachij de Vrbe cum omnibus illius iuribus,& emolumentis perpetuo applicauimus:Et quod quilibet eorum,qui pecunias in dicto Monte ponerent,eorumque hæredes, & successores cuicunque pecunijs super dicto Monte positis ad rationem decem pro quolibet centenario annis singulis, & singulo mense ratam decem pro centenario huiusmodi habere deberent,inter alia decreuimus prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur.Et quia pro validitate institutionis dicti Montis, & securitate illorum, qui pecunias super dicto Monte haberent per dictas literas non videtur esse plene consultum,ac in illis derogationes,& cautelæ pro perpetuis securitate & quiete assignationis Dohanæ merciū Monti fidei factæ hmōi necessariæ omissæ fuisse dicuntur, Nos in præmissis opportune prouidere volentes,habitis super his cum eisdem fratribus nostris pluribus tractatibus,discussioneque,ac deliberatione matura,de eorundem fratrum consilio, & vnanimi consensu consistorialiter præstitis,ex certa nostra scientia,& de Apost.potestatis plenitudine auctoritate Apost.tenore præsentiū Montis erectionem,& institutionem,ac Dohanæ mercium assignationem huiusmodi approbamus,innouamus,& cōfirmamus,Ac potiori pro cautela in dicta Vrbe Montem ipsum fidei denuo, & in eo vnum Collegium tot personarū quot in eo pecunias posuerint vel habuerint perpetuo erigimus,& instituimus,Ac summam duorum milliū, & quingentorum ducatorum auri de Camera alias super Dohanæ & Gabellæ emolumentis huiusmodi per fe. rec. Leonem Papam X.prædecessorem nostrū Collegio militum Sancti Petri assignatā,ab emolumentis Dohanæ,& Gabellæ mercium hmōi(quia Collegij militū hmōi ad hoc expressus accessit assensus)auferimus, & super emolumentis Salariæ dictæ Vrbis ponimus, & assignationem annuam summæ duorum millium, & quingentorum ducatorum super emolumentis Dohanæ, & Gabellæ mercium per Leonem prædecessorem factam huiusmodi penitus cassamus & extinguimus, Necnon monti fidei & illius Collegio huiusmodi Dehanam, & Gabellam

Et qa in illa erectione desiderabantur nōnullæ cautelę, ideo Pōt. innouat dictam Montis erect.

De Militibus S. Petri habes supra in cōst.pced. De Collegio Archiuij vide sup. fol.176. Leon.X. const 6. Ex mini strij.

mercium huiusmodi à quibusuis oneribus(præterquam dūtaxat quadringentorum Archiuij Romanæ Curiæ, & nonaginta ducatorum auri similium Secretariorum nostrorum Collegijs annuatim persolui solitorum) liberam immunem & exemptam, cum omnibus & singulis emolumentis, & libera ac omnimoda administratione, ac omnibus iuribus, & pertinentijs suis perpetuo applicamus & appropriamus, & Collegio montis fidei huiusmodi ad rationem mille ducatorum pro quolibet centenario emolumentorum Dohanæ huiusmodi, quæ quidem emolumenta sine duobus ducatis pro cētenario triremibus assignatis, singulo anno facto computo introitūum decē annorum præteritorum ad summam viginti milliū ducatorūq; auri de Camera annuatim ascendunt vendimus, & assignamus, & quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, gradus, & cōditionis existētes, etiam S.R.E. Cardinales existant, ac Ecclesijs Metropolitanis, & Cathedralibus, ac monasterijs præsint, & quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica obtineant, ac in sacris, & presbyteratus ordinibus constitutæ, & hospitalium, ac militiarum, necnon quorumcunque (non tamen mendicantium de obseruātia) ordinum religiosi, & religiosæ, ac mulieres cuiuscunque nominis, qualitatis & conditionis, necnon qualitercunque (præterquam duntaxat ratione regularis professionis) in aliquo ordine mendicantium de obseruātia inhabiles, & incapaces existant, super dicto Monte à quinquaginta ducatis supra quancunque pecuniarum summam ponere, & pro pecunijs sic positis ad rationem decem pro quolibet centenario annis singulis, & singulo bimestri ratam decem pro centenario huiusmodi habere, ac etiam si læsæ maiestatis, & alia quæcunque, quotcunque, & quantumcunque grauissima crimina (præterquam duntaxat in personam Romani Potificis, aut alicuius S.R.E. Cardinalis) commiserint, & propterea vltimo supplicio condemnatæ ac traditæ, seu damnādæ, & tradendæ fuerint, ac omnia eorum bona sint cōfiscata, & confiscanda, nihilominus de locis, portionib. & emolumentis sibi ex dicto monte spectantibus, & pecunijs per eos, vel à quibus causam habuerint supec dicto Mōte positis, quæ nullatenus confiscari possint, sed ab intestato ad consanguineos & affines vsque ad quartum gradū inclusiue totaliter decedenti coniunctos transeant ad eorum libitum testamento, seu codicillis, aut venditione, donatione, permutatione, seu successione, vel alio quocunque titulo, per propriam cedulam, manu propria scriptam seu subscriptam, aut instrumentum vel alias in quoruncunque etiam filiorum suorū illegitimorū ex quācuncunque damnato coitu procreatorum, ex quibuscunque mulieribus etiam monialibus, ac etiam vt præfertur, & longe magis incapacium personarum fauorem, totiens quotiens de incapaci ad incapacem trāsiuerint, libere (Romani Pontificis, seu Cameræ Apostolicæ, vel cuiusuis alterius scriptura, licentia, seu cōfirmatione aut auctoritate desuper nullatenus requisita) quandocunque sibi placuerit in totum vel in partem, simul vel separatim, ac in fauorem diuersorum, & quamplurimorum disponere, eisque in pecunijs per eos, vel à quibus causam habuerint positis, necnon locis, portionibus, & emolumentis prædictis eorum filij vtriusque sexus, ac hæredes & successores, sicuti in alijs eorum bonis patrimonialibus, & deficientibus filijs, vel saltem in secundo gradu cōsanguineis, etiam eorum filij illegitimi, & quantuncūque damnato coitu procreati ab intestato succedere, & in locum suorum prædecessorum huiusmodi in Monte fidei, & illius Collegio huiusmodi admitti, & personæ pecunias super dicto Monte habentes Collegium Montis fidei inter se constituere, & Collegialia iura atq; insignia habere, necnon auctoritate Apostolica quotiens eis placuerit, quæcunque statuta, & ordinationes tranquillum & prosperum statum Collegij, & Montis huiusmodi, ipsumque Montem quomodolibet concernentia, condere, alterare, & mutare, & quascunque pecuniarias eidē Collegio Montis fidei, vel alijs, si eis placuerit, applicandas pœnas in quoscunque etiam de dicto Collegio non existentes contrauenientes apponere, necnon quot, & ad quod tempus voluerint officiales, & speciales inquisitores deputare, & ipsi officiales sic deputati omnes & singulos cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existētes Gabellam seu Dohanam mercium huiusmodi defraudantes, & ministros dictæ Dohanæ circa exercitium eis commissum delinquentes, more solito, ac etiam grauius, si eis videbitur, punire: Et quascunque differentias, & causas, ratione Dohanæ seu Gabellæ huiusmodi & ad ipsam Dohanam quomodolibet spectantium pro tempore occurrentes summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta manu regia terminare: Necnon Officiales, Collegium, & Montis fidei huiusmodi ipsiusque Collegij personæ, omnibus & singulis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, & indultis, quibus Dohāna mercium huiusmodi, & in illa per Cameram Apostolicam pro tempore deputati, ipsaque Camera quomodolibet vti, potiri, & gaudere consueuerūt, seu potuerunt, necnon ei & quibusuis alijs eiusdem Vrbis Dohanis iam concessis & in posterum concedendis, vti, potiri, & gaudere licite & libere valeant, & à terminatione, seu præceptis, siue sententijs officialium pro tempore Collegij Montis fidei huiusmodi nullatenus, præterquam ad Romanum Pontificem appellari queat, & fraudantes Gabellam, seu Dohanam mercium huiusmodi ad interesse in vtroque foro eidem Collegio Montis fidei omnino teneri, Necnon barisellum, & alios executores dictæ Vrbis quotiens pro parte officialium Montis fidei huiusmodi desuper fuerint requisiti, terminationes, præcepta, & sententias officialium Montis fidei, seu Dohanæ mercium huiusmodi executioni debitæ demandare debere, Ac Collegium, & Montem fidei, & Dohanam mercium huiusmodi, ipsiusque Collegij Montis fidei personas, ab omni stratarum & decimarum per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, etiam pro expeditione contra infideles, & in fauorem fidei quomodolibet pro tempore impositarum perpetuo immunes esse, & censeri debere, & etiā si cōtingat, quod pecuniæ quæ super dicto Monte ponētur pretium dictæ Dohanæ ad rationem vt præfertur mille pro quolibet centenario viginti millium ducatorum huiusmodi non constituant, & longe minus quam ad eiusdem pretij medietatem ascendant, & si pro residuo pretij huiusmodi Camera Apostolica de emolumentis Montis huiusmodi participet, ac de gremio Collegij Montis fidei huiusmodi, illiusque maior pars existat, nihilominus Cameram Apostolicam, aut eius, seu Romani Pontificis pro tempore existentis officiales, vel alium quemcunque, nisi locum duntaxat Collegium Montis fidei huiusmodi, de Dohana, & Gabella mercium huiusmodi, illiusque emolumentis, exercitio, & administratione, ac officialium, & ministrorum deputatione, & alijs desuper opportunis, ipsamque Dohanam mercium quomodolibet concernentibus se intromittere nullatenus posse: Necnon si Mons prædictus à successoribus nostris Romanis Pontificibus, quod minime eos facturos credimus. Cum nos eidem Collegio Montis fidei ipsam Dohanā mercium pretio iuxta præsentis temporis qualitatē conuenienti vendiderimus, & personæ Collegij Montis fidei huiusmodi pecunijs suis bona fide ipsam Dohanā à nobis emerint, extingueretur, aut personæ ipsius Collegij Montis fidei quominus emolumenta Dohanæ, & Gabellæ mercium huiusmodi integre & libere percipere possent, quomodolibet impediretur, eosdem & alios

De Collegio Secretariorum Apost. habes sup. f. 314. Leonis 8. const. 8. oon debet.

Mōtis fidei Collegio assignat emolumenta Dohanæ Vrbis.

Quoscūq; etiam religiosas personas in eo ponere posse declarat.

Emolumentaque eis ad decē p centenario decernit. De quorū reductione vide infra Pauli 3. const. 33. Decem.

Portiones Montis & emolumenta confiscari nō posse mandat.

Et de eis disponere posse, absq; superiorū licentia, & etiā ad fauorē illegitimorū, omnibus indulget.

De materia illegitimorū habes sf. Pij V. cōst. 130 Quæ ordior. vbi not.

Collegio auctoritatē de quib. hic tribuit.

Officialib. Collegij facultatem cognoscendi causas Dohanæ Vrbis, & priuilegia de quib. hic concedit.

Et ab eorū sniis ad Papā dūtaxat do appellari posse statuit.

Fraudātes Dohanā tenēri Collegio ad interesse in vtroq; foro.

Indultum exemptionis à decimis & impositionibus concedit. Quorum moderatio nē vide infra in Pauli 3. cōst. 18. ex debito Pauli 4. cōst. 44 cupientes. & P. 15 cōst. 104 Christiana. & const. 166. cūm ea quæ.

successores nostros, & Cameram Apost. ipsiusque Cameræ spiritualia, & temporalia bona quæcunque personis Collegij Montis fidei huiusmodi pro tempore existentibus, ad eis integram pecuniarum summam per eos, vel à quibus causam habuerint super dicto Monte fidei positam, in quibus iura & emolumenta per eos, & à quibus causam habuerunt inde percepta nullatenus computari possint, statim soluendum & satisfaciendum omnino teneri, ac valide & efficaciter obligatos, & hypothecata esse. Nec ad probandum quod pecuniæ in dicto Mõte positæ vel aliqua earum pars in vtilitatem, aut necessitatem Rom. Eccl. fuerint conuersæ aliquem teneri, aut præmissis per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, & quemquam alium, etiã ex prætextu quod pecuniæ in dicto Monte positæ vel aliqua earum pars contra Turchas & eorum Tyrannum, aut in vtilitatem, seu necessitatem Sedis Apost. non fuerint expositæ, vel alias quomodolibet derogari, seu contrauenire nullatenus posse, & literas nostras prædictas, in ijs duntaxat in quibus à præsentibus non discordant, valere in omnibus & per omnia, perinde ac si in eis eædem præsentes insertæ, & quæ à præsentibus discordant tacita omnino fuissent, necnon eis quicquam à præsentibus discordans aut Collegio Montis fidei huiusmodi valens in aliquo præiudicare aliquatenus contineretur, quinimmo quo ad discordantia, & præiudicare valentia huiusmodi ipsas priores literas pro penitus infectis haberi debere, ac nullius roboris vel momenti existere. Et sic per quoscunque, etiam S.R.E. Cardinales, & quacunque tam ordinaria quam delegata & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, atque decidi debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, decidendi, ac interpretandi facultate: Necnon irritum & inane quicquid secus super his vel eorum aliquo à quoquam quauis auctoritate, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et Collegium, ac Montis fidei huiusmodi in locum Cameræ Apostolicæ quo ad ipsam Dohanam mercium, & illam quomodolibet concernentia, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, omnino ponimus, & surrogamus. Non obstantibus Piæ memoriæ Simachi quæ incipit, Non liceat Papæ, & aliorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, ac nostris, & alijs Apostolicis etiam conciliaribus constitutionibus & ordinationibus, necnon capitulis, & ordinationibus quæ in conclaui, in quo diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem fuimus assumpti, Nos & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales tunc ibi præsentes obseruare promisimus, voluimus, & iurauimus, & post assumptionem nostram huiusmodi cum similibus promissione, voto, & iuramẽto per literas nostras ratificauimus, confirmauimus, & approbauimus, ac statutis, & consuetudinibus iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & cõsuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam in fauorem monialium monasterij Conuertitarum de Vrbe editis per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam, etiam per viam generalis legis & statuti perpetui, ac motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine & consistorialiter, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, cassatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, etiam si in eis caueatur expresse, quod bona quæcunque mulierum impudice viuentium, & monasterio Conuertitarum nuncupatæ de Vrbe saltem quintam partem eorundem bonorum integre non relinquẽtium, sint eo ipso eidem monasterio applicata, & earundem mulierum testamenta, ac dispositiones nullius sint roboris vel momenti. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium ac dictarum priorum literarum, necnon quorumcunque instrumentorum, literarum, supplicationum, conuentionum, & scripturarum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas, ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis manu alicuius defensoris pro tempore Collegij Montis fidei huiusmodi subscriptis, & sigillo eiusdem munitis, eadẽ prorsus vbique fides adhibeatur, quæ adhiberi posset eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum approbationis, innouationis, confirmationis, erectionis, institutionis, ablationis, cassationis, extinctionis, applicationis, appropriationis, venditionis, assignationis, decreti, positionis, surrogationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo sexto, quartodecimo Calen. Nouembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Pecunias in isto Monte [illegible] in vtilitatem Ecclesiæ.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Mulieres impudice [illegible] relinquere quintã Monasterio conuertitarũ pro vt ipse Pont. constituerat. Quod vide sup. fol. 304. col. 15. cum ibi not.

EGO CLEMENS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.
Locus Signi.

Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem.

Ego A. Episcopus ostien. manu propria subscripsi.
Ego A. Episcopus Portuen. manu propria ss.
Ego Laurentius Episcopus Prænestinen. manu propria ss.
Ego Io. Episcopus Albanen. manu propria ss.
Ego Io. Dominicus tt. sancti Apollinaris presbyter Card. Tranen. manu propria ss.
Ego A. Cardinalis de Valle manu propria ss.
Ego S. Triuultius Cardinalis Comen. manu propria ss.
Ego D. tt. sancti Clementis presbyter Cardinalis manu propria ss.
Ego L. Cardinalis Campegius tt. sanctæ Anastasiæ manu propria ss.
Ego F. Armellinus medices Card. Camerarius manu propria ss.
Ego Tho. Cardinalis S. Sixti manu propria ss.

Ego

Ego Cardinalis S. Marchei manu propria ss.
Ego C. Cardinalis Araceli manu propria ss.
Ego V. Cardinalis Dertusen. manu propria ss.
Ego F. Cardinalis Vrsinus manu propria ss.
Ego P. S. Eustachij diaconus Cardinalis manu propria ss.
Ego Alexander Cardinalis Cæsarinus manu propria ss.
Ego N. Cardinalis Rodulphus manu propria ss.
Ego Hor. Cardinalis de Ragon. manu propria ss.
Ego F. Cardinalis Pisanus manu propria ss.

Registrata lib. tertio secretariorum D. Clementis. Papæ VII. fol. 77.

Hip. de Cesis.
Hen. Busseyo.

XVIII.

Deputat quatuor Cardinales, quibus pro bello contra Turcas facultatem concedit, vendendi & alienandi bona Reu. Cam. Apostolicæ, & Romanæ Ecclesiæ, & aliarum ecclesiarum in locis eiusdem Rom. Ecclesiæ, ac Dominij Florentin. consistentium.

Similem const. habes infra in Paulo 3. const. 2. in facta. & const. 28. Periculis, Iulio 3. constit. 47. Quantis. & Pio V. constit. 144. Et si benedictus.

De Materia alienationum bonorum Eccles. vide supra fol. 91. Pauli II. constit. 6. Ambitiosæ. vbi notaui.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SI Pro pauperum alimonia, pro redimendis captiuis, pro templi ædificatione, vel augmento cœmeterij docent sancti doctores Gregorius, Hieronymus, & Ambrosius res ecclesiæ, & etiam sacra vasa debere vendi, condemnentque acriter sacerdotem aliter facientem, vt in sacris est ita Canonibus definitum, si pro euidenti vtilitate cuiuslibet, etiam paruæ reputationis ecclesiæ, ecclesiastica bona licite alienantur, quod quando non vna, non duæ, non denique plures, sed sacrosancta Romana Ecclesia, ac omnes & singulæ Vrbis Ecclesiæ, totaque respublica Christiana in tanta sint necessitate constitutæ, vt de illarum bonis omnibus temporalibus & spiritualibus de illarummet destructione totali, de summa rerum, de gentis nunc Christū colentis deletione, denique de ipsa fide Christi, ac de eius defensione agatur? Quandoquidem Rhodum, Belgradum, ac denique (pro dolor) Regnum Vngariæ, quæ propugnacula, & antemurale ditionis christianæ erāt, per immanissimum Turcarum tyrannum nuper occupata, ecclesiæ inibi constitutæ penitus destitutæ & destructæ, illorum etiam Christifidelium inibi habitantium bona direpta, Christifideles vtriusque sexus occisi, pueri captiui, & fidem Christi abnegare coacti fuerunt. Ipsiusque Tyranni rabies, desiderium, & voces in almam Vrbem Romanam, eo quod ibi sedes Petri est collocata, & ad Vicarium Christi, quem ipse præ cæteris odit, plano iure spectare, ipsamque basem, radicem, ac fundamentum fidei Christianæ esse, & in qua sola rempublicam Christianam, & fidem Christi conseruari cognoscit, insinenter anhelent. Pro cuius resistentia furoris, petente claræ memoriæ Ludouico Rege Vngariæ a nobis pecuniarum auxilium, licet Camera apostolica propter bella, etiam antea in partibus Italiæ vigentia, & binas non longo intermedio tempore sedis apostolicæ vacationes, temporeque nostræ ad summum apostolatus apicem assumptionis, nedum redditibus orbata, verum etiam ære alieno nimis grauata existeret: nihilominus ex proprio nostro patrimonio aliqua dena millia ducatorum ad ipsum Ludouicū Regem misimus. Nunc autem considerantes paupertatem ipsius Cameræ, quodque ad præseruandum quod remanet, & si Deo placuerit, recuperandum iam occupata, magna pecuniarum summa est inter alia necessaria, habitis super his cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pluribus tractatibus, ac deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio & vnanimi consensu consistorialiter habito, ea nostra certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, piæ me. Vrbani V & aliorum Romanorum Pontificū prædecessorum nostrorum, qui quadam imminente tunc necessitate, bona monasteriorum, & piorum locorum vendiderunt, vestigijs inhærendo, venditiones & alienationes quascunque per venerabilem fratrem Alexādrū Episcopum Ostiensem, ac dilectos filios nostros Andream S. Priscæ, & Franciscum S. Mariæ Transtiberinæ tituli presbyteros, & Paulum S. Eustachij diaconum Cardinales, aut aliorum, seu alios de eorum mandato de castris, oppidis, villis, casalibus, prædijs, dominijs, terris, feudis, censibus, bonis immobilibus & pretiosis mobilibus quibuscunque & cuiuscunque qualitatis, quantitatis, valoris, & æstimationis, etiam si speciali nota digna existant, Cameræ, ac Romanæ Ecclesiæ prædictarum, & quorumcunque monasteriorum, congregationum, ecclesiarum, etiam Cathedralium, Metropolitan. & patriarchalium, basilicarum, ordinum militiarum, hospitalium etiam S. Ioannis Hierosolymitani & S. Antonij, ac religiosorum & piorum locorum etiam quantumcunque priuilegiatorum & exemptorum, ac habētium quod in generali ac etiam speciali & indiuidua expressione nisi certis modo & forma seruatis, non veniant in Vrbe præfata, ac Ciuitate Florentina, necnō quibuscunque ciuitatibus, & locis eisdem Romanæ Ecclesiæ, ac Illustriss. dominio Florentin. in temporalibus subiectis consistentium, quibuscunque personis, etiam laicis in perpetuum pro quibusuis pretijs sibi oblatis, etiam si ipsa pretia longe minora quā tempore alienationis huiusmodi reperiri poterant, existant, de cætero absque consensu Patriarcharum, Archiepi-

scoporum,

Pont. significat...

Rhodum. Belgradū & Regnū Vngariæ Turcę occuparunt.

Et Almam Vrbē diripere cupiebant.

Et propterea Ludouico Regi Vngarię pecunias dedit ve resisteret illi.

Et modo concedit facultate quatuor Cardinalibus alienādi bona Ecclesiastica vt hic.

ſcoporum, Epiſcoporum, Conuentuum, Capitulorum, & perſonarum Cameræ, eccleſiarum, monaſteriorum, congregationum baſilicarum, ordinum, militiarum, hoſpitalium, & religioſorum, & piorũ locorum huiuſmodi; & nullis tractatibus, nulliſque ſolennitatibus deſuper habitis, & ſeruatis quomodolibet faciendas, quarum necnõ quorumcunque inſtrumentorũ & ſcripturarum occaſione præmiſſorum quomodolibet pro tempore cõfectorũ, & quæcunque ad validitatem, efficaciã, ac durationem præſentiũ, ac huiuſmodi venditione & alienatione quomodolibet neceſſaria, & opportuna præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis; necnon modos & formas ad hoc ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis haberi volumus, plenam roboris firmitatem obtinere, & perpetuo inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſque emptores, eorumq; hæredes, & ſucceſſores quoſcunque in perpetuum veros, & indubitatos Dominos bonorum venditorum, & alienatorum huiuſmodi reſpectiue exiſtere: Ac de illis ſicuti de alijs eorum bonis patrimonialibus diſponere libere & licite poſſe: Nec deſuper modo aliquo, etiam ex quacunque quantumcunque vrgẽtiſsima cauſa moleſtari poſſe: Ac de euictione necnon ad releuandum eos, & eorum quemlibet a quacunque moleſtia, & quocunque impedimento Cameram apoſtolicam, necnon Roman. & alias eccleſias, ac monaſteria, & congregationes, militias, hoſpitalia, & loca huiuſmodi, ac etiam Collegium S.R.E. Cardinalium teneri, etiam inſolidum, illorumque immobilia, & ſe mouentia bona quæcunq; ad hoc obligata, & hypothecata eſſe, etiã in forma Cameræ efficaciter, & valide, & ad hoc vbique cogi & compelli poſſe: Et ſic per quoſcunque tam ordinaria quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Iudices, & perſonas, etiam S.R.E. Cardinales vbique iudicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, ac decidendi facultate: Necnon irritum & inane quidquid ſecus ſuper ijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Ac obligationes, & hypothecas huiuſmodi etiam ex nunc factas fuiſſe & eſſe cenſeri volumus. Necnõ dictis Alexandro Epiſcopo, & Andreæ, ac Franciſco, & Paulo Cardinalibus ad venditiones, alienationes, obligationes, hypothecas, & alia præmiſſa, ac deſuper opportuna quælibet inſtrumenta, necnon quæcunq; in præmiſsis, & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi plenã & liberam concedimus facultatem, & auctoritatẽ. Et nihilominus vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutis perſonis, eorumque Vicarijs & officialibus, necnon Canonicis Metropolitanis, & aliarum Cathedralium eccleſiarum vbilibet conſtitutis per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eorum quilibet auctoritate noſtra faciat venditiones, alienationes, & inſtrumenta vigore præſentium faciendas, ac eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari: Illiſque, ac bonis emptis, & alienatis huiuſmodi emptores ipſos, ac omnes & ſingulos, quos quomodolibet concernunt pacifice frui, & gaudere, nec permittant quemquã contra tenorem præſentium aut ipſorum inſtrumentorum modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles etiam per quaſcunque de quib. eis placuerit cenſuas & pœnas, ac alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus piæ me. Boniſacij VIII. etiam de vna, & in concilio generali de duabus dietis edita, ac Symachi quæ incipit Non liceat Papæ. necnon Pauli II. & Benedicti XII. Roman. Pontificũ prædeceſſorum noſtrorum, & alijs apoſtolicis, etiam conciliaribus, ac prouincialibus; & ſinodalibus conſtitutionibus & ordinationibus, necnon ſtatutis & conſuetudinibus, ac fundationibus, necnon bona huiuſmodi, etiam cum expreſſa prohibitione, quod nullatenus vendi vel alienari poſsint, & ſi contrarium fieret, venditiones, & alienasiones huiuſmodi nullius roboris vel momenti exiſtant, ipſaque bona ſic vendita vel alienata eo ipſo deuoluantur, ſeu deueniant ad aliorum relinquentium ſeu donantium diſpoſitionem, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis apoſtolicis per prædictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem prædictam etiã per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac Motu proprio ea certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, ac etiam quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, caſſatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus efficaciſsimis & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſsis confirmatis & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda foret. Et in eis caueatur eapreſſe, quod illis nullatenus derogari poſsit, illorum omnium, necnon quorumcunque teſtamentorum, inſtrumentorum, literarum, ſupplicationum, & ſcripturarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter & capreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, facti, conceſsionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, decimo Cal. Nouembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Et de euictione Cameram apost. &c. teneri declarat.

Decretũ irritans

Precipitur quod singulis Ecclesiarũ prelatis ut studeant executioni huius const.

Pauli 5 constit. habes sup. to. 3 … cap. 6.

Clausulæ derogatoriæ.

Hen. de Buſſeyo. Collat. Hip. de Ceſis.

X I X.

Conſenſus præſtandos in Beneficiorum reſignationibus ceſsionibus &c. Notarij Re. Cam. Apoſt. annotare debent in authenticis libris eiuſdem R. Cam. Apoſt.

Hæc conſt. declaratur & ampliatur infra in conſt. ſeq. & conſt. 45 ſanctiſsimus.

Iul. 5 constit. hic non habes.

SANCTISSIMVS In Chriſto pater & dominus noſter dominus Clemẽs diuina prouidẽtia Papa VII. prouide attendens infraſcriptas conſtitutiones fe. re. Iulij II. & Leo X. Roman. Pontificum prædeceſſorũ ſuorum fore rationabiles, ac canonicas & iuſtas, per quas primo Iulius accepto per eum quod tunc Cameræ apoſtolicæ Notarij per quandam corruptelam ſeu abuſionem reſignationes beneficiorum quæ in Romana

Romana curia in dicta Camera fiebant, ac in ordinarijs auctenticis libris annotari, & scribi consueuerant, ne fraus aliqua fieri aut excogitari, sed quando opus esset semper de veritate doceri posset, vt plurimum in dictis libris prout consuetum erat nõ scribebant, sed a tergo supplicationum annotabant, & postea supplicationes ipsas cum annotatione resignationum huiusmodi earum partibus restituebant, nulla retenta copia seu nota absque eo quod in protocollis vel libris eiusdem Cameræ scriptæ forent, talesque resignationes per interuallũ plurium mẽsium parte instante absconsæ & secretæ existebant, quo fiebat vt cum in dictis libris dum de resignationum admissionibus huiusmodi tractaretur, veritas reperiri non posset, essetque in potestate partium in fraudem & deceptionem impetrantium ad eorum propositum resignationibus sic a tergo annotatis vti vel eas celare vt eis magis expedire videretur, huiusmodi fraudibus occurrere volens eisdem Notarijs & eorum cuilibet sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandauerat, vt resignationes dictorum beneficiorum tunc factas & admissas in margine seu x tergo supplicationum aut alias aliter quam in dictis libris annotatas, etiam si partibus restitutæ essent, infra terminum octo dierum ex tunc proxime futurorum in libris auctenticis eiusdem Cameræ scripsisse deberent, resignationes vero quas ex tunc in posterum admitti, & fieri cõtingeret, sub simili pœna infra tres dies computandos a die præstiti consensus super supplicationibus singulis annotari deberent, nec ex tunc de cætero liceret eis in margine supplicationum dictas resignationes scribere vel annotare nisi prius in literis auctenticis annotatæ fuissent, ac ex tũc resignationes aliter factæ nullius momenti fore, nec alicui suffragari debere, beneficiaque aliter resignata quamuis resignantes tunc mortui essent, non per resignationẽ sed per obitum vacare decreuerat. Et deinde Leo prædecessor præfatus (etiam per eum accepto quod præfati dictæ Cameræ, ac etiam Cancellariæ apostolicæ notarij plura loca seu folia in libris talium resignationum in albo dimittebant, vt postmodum diem qua resignationes a tergo supplicationum annotatæ fuerant scribere possent, & per hoc occasio præbebatur vt alia fraus committeretur, quoniam litigantes vel eorum procuratores qui consensum resignationis seu concessionis post signaturam supplicationis, vigore cuius faciẽda erat resignatio vel cessio, præstare debebant, consensum per eos huiusmodi cessione præstandum ad eorum beneplacitum, & iuxta euentum litis in fraudem collitigantrum præstare, aut in dictis libris annotari facere differebant, cum consensus super huiusmodi resignationibus seu cessionibus retrotraheretur ad diem datæ supplicationis, & ex die datæ supplicationis cessiones ipsæ factæ censerentur, quo fiebat vt lites ipsæ fiebant immortales, ac collitigantes & alij impetrantes supplantarentur, cum esset in potestate illorum in quorum fauorem huiusmodi resignationes seu cessiones fiebant sententias latas retractari, & annullari facere detegendo supplicationes, & cessiones, ac resignationes præcedentes illarum vigore factas) præmissas omnesque alias fraudes quantũ potuit extirpare volens, ac resignationes, & cessiones sic dolose eatenus factas, & ex tunc inantea faciendas irritans, ac irritas, & inanes decernens, mandatum Iulij prædecessoris huiusmodi Motu proprio approbauerat, & nihilominus dictis notarijs sub dicta latæ sententiæ pœna mandauerat quod ex tunc de cætero omnes resignationes, & cessiones quas per eos admitti seu coram eis fieri contingeret, infra tres dies a die præfati consensus computandos super supplicatione cessionis seu resignationis signata in libris præfatis auctentice, & legaliter annotare ac solenniter apponere tenerentur omni prorsus exceptione cessante, ita quod ex tunc de cætero nulli ex eis liceret in margine vel a tergo supplicationis siue procurationum dictas resignationes aut cessiones scribere vel annotare, nisi prius in dictis libris auctenticis annotatæ forent: Et in annotationibus huiusmodi fiendis, voluerat diem datæ supplicationis, cuius vigore talis resignatio vel cessio facienda erat, poni & annotari, & tempus triũ dierum prædictorum præfixum a die præstiti consensus computari debere, ac ex tunc resignationes, & cessiones aliter factas nullius roboris vel momenti fore nec alicui suffragari debere, beneficiaque aliter resignata nõ per resignationem, sed per obitum vel præfertur vacare, sicque iudicari debere, ac irritum si secus contingeret fieri decreuerat. Itemque Leo prædecessor cum postmodum accepisset, quod nonnulli dictorum mandatorũ contemptores nixi fuerant, & nitebantur per vias varias illorum dispositionem cauillari, illa de consensibus dũtaxat x tergo supplicationum seu mandatorum procurationum, non autem in alijs locis descriptis vel mente retentis, & gestis intelligi debere, alijs vero aliter, & aliter interpretantibus, volens suum, & Iulij prædecessoris mandatum huiusmodi semotis quibusuis cauillationibus effectum sortiri, Motu simili declarauerat illã ex tunc inantea intelligi debere de omnibus & singulis consensibus in quacunque cessione, & resignatione, ac vnionũ dissolutione, ac alia actione pro expeditione literarum apostolicarum necessarijs siue x tergo supplicationum & mandatorum procurationum siue alibi scriptis, aut etiam aliter vigore supplicationum pro tempore signatarum quomodolibet etiam tacite præstitis vel mente retentis, qui in libris prædictis infra tempora prædicta respectiue in posterum non annotarentur, ac voluerat, & decreuerat verbum Hodie, quod in literis resignationũ, & concessionum, ac dissolutionum, vnionum, ac alias in quibus consensus requiritur apponi solitum, nullum effectum de cætero operari, nec attendi debere vbi non esset seruata solennitas prædicta annotandi consensum infra triduum modo & forma prædictis, ac quod consensus in dictis libris vltra tres dies annotati ante illos de quibus ageretur facerent sufficientem probationem de & super eo quod dicti cõsensus de quibus ageretur post tres dies prædictos in dictis libris pro tempore positi fuissent, & essent, nec ad id alterius probationis adminiculum requireretur nisi contrarium ex aduerso probaretur, & sic per palatij apostolici causarum Auditores, ac dictæ Cameræ præsidentes, & clericos, ac alios quoscunque Iudices etiam Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinales iudicari debere, ac irritum & inane si secus super ijs contingeret attentari: Constitutiones, & mandatum Iulij, & Leonis prædecessorum huiusmodi, ad quorum probationem illorum narratiuam prædictam in Iudicio & extra illud sufficere voluit, per præsentem suam constitutionem approbauit, & innouauit, ac perpetuo inconcusse & inuiolabiliter pro lege obseruari, & secundum illa de cætero iudicari mandauit, saluo quod ne quis in futurum de breuitate termini ad annotandum dictos consensus in dictis constitutionibus, & mandatis Iulij, & Leonis prædecessorum appositi conqueri posset, voluit quod in materijs Franciæ pro absentibus a Romana Curia ad consulendum commoditati solicitatorum qui nonnunquam in illarum expeditione coguntur partibus rescribere, & responsum ab eis expectare, habeant Notarij ad annotandum consensus de cætero præstandos tres mẽses: in alijs vero quindecim dies a die præstationis eorundem consensuum computandos, consensus autem hactenus præstitos in materijs Franciæ pro absentibus infra duos menses, alijs vero infra decem dies post publicationem præsentis constitutionis nostræ præmissæ annotate teneantur, ipsique Notarij qui præsentem constitutionem in aliquo obseruare contempserint, vltra dictam excommunicationis sententiam pro prima vice suspensionis x

Cl const. Iulij 2

Iul. 2. mandauit Notarijs Cameræ Apost. vt resignationes vsque tunc factas, annotarent in auctenticis libris ipsius Cam. infra octo dies, & resignationes fien. annotarent infra tres dies a die præstiti consensus. Hic autem terminos non innouauit vt hic in fine.

Leon. x. constit. hic non habes.

Causa const. Leonis X.

Leo x. confirmauit dictam cõst. Iul. 2. addens, diẽ datę supplicationis per eosdẽ Notarios in illis annotationibus poni debere.

Et decretum irritans adiecit.

Et postea declarantis vt hic.

Et ita per quoscũque Iudices iudicari mandauit.

Pont iste, dictas constit. Iul. 2. & Leo. X. innouat & approbat & illas per illam narratiuã sufficienter probari decernit.

Notarijsque terminum de quo hic adnotan. consensus concedit.

Eisque obseruare contẽ tibus pœnas hic expressas imponit.

Et const. in Cancel. Apost. publicari, & in eius Quinterno describi mandat.

Publicationē habet hic.

nis a perceptione emolumentorū officiorum suorū ad tres mēses per Datarium pro tempore existētem irremissibiliter exigendorū, & fabricæ basilicæ sancti Petri de Vrbe applicandorū, & si secundario deliquerint, ipsorū officiorum priuationis pęnas incurrant eo ipso. Insuper mandauit eandem constitutionem in Cancellaria apostolica publicari, & in illius quinterno ad perpetuā rei memoriā describi, & ex eodem quinterno cuicunque petenti dari vt in alijs constitutionibus extrauagantibus in ipso quinterno descriptis solitum est obseruari. Decernens irritū & inane si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Descriptionem ego vidi in Quinterno fol. 317.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta constitutio Romæ in Cancellaria Apost. anno Incarnationis Dominicæ M D X X V. die vero trigesima mensis Ianuarij, Pontificatus præfati S.D.N. Papæ Anno Tertio.

X X.

Præcipit Notarijs R. Cam. Apost. ne de cætero dent instrumenta resignationum & cessionum Beneficiorum aut consensuum præstitorum, & Præsidentibus expeditioni literarum Apostolicarum, ne literas expediant, Et iudicibus, ne concedant mandata adipiscendi possesionem Beneficiorum.

De Materia vide in const. præced.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster Domious Clemens diuina prouidentia Papa VII. qui dudum postquam fe. re. Iulius Papa II. eius prædecessor accepto per eum quod tunc Cameræ apostolicæ notarij per quādam corruptelam seu abusionem resignationes beneficiorum quæ in Romana Curia in dicta Camera fiebant.

Omittitur sequens tenor quia habes in præced. const.

Causę illius cōst.

Notarijs præcipit ne dent Instrumēta resignationum &c.

Præsidētibusque Cancel. & Cameræ ne vigore illarum Instrumētorū literas Apost. expediant.

Et Iudicibus ne dent mādata capiendi possessionē beneficiorum

Hæc const. cadit sub anno 7. sed posita est hic quia connexa est cum præced.

Et cui postmodum innotuit, quod dicti notarij consensus prædictos iuxta prædecessorum, & sanctitatis suæ constitutiones & mandata huiusmodi annotare prætermittentes, seu ex aliqua causa nequeuntes, instrumenta resignationum & cessionum de quibus rogati fuerunt, tanquam coram eis & testibus factarum partibus indifferenter dant, quorum vigore illis exhibitis literæ apostolicæ super resignationibus seu cessionibus ipsis illas admittē mandando, aut etiam admittendo, absque eo quod notarij prædicti manum a tergo ipsarum literarum apponāt, tam per Cancellariam, quam Cameram apostolicam iuxta illarum stylum expediuntur, ac quod nonnulli Iudices dictæ Curiæ transumpta supplicationum prouisionum beneficiorum, & aliarum gratiarum per sanctitatem suam & in eius præsentia signatarum & registratarum, ac etiam earundem supplicationum prætextu literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum in illis expressorum, antequam literæ apostolicæ desuper expeditæ fuerint, expediant & concedant, ea quo plura inconuenientia subsequuntur, & diuersæ querelæ ad aures sanctitatis suæ proferuntur, volens etiam huiusmodi abusibus & inconuenientibus congruis remedijs obuiare, tam Cancellariæ & Cameræ prædictarum, quam alijs quibuscunque notarijs publicis sub pœnis supradictis mandauit, ne de cætero instrumenta resignationum, seu cessionum beneficiorum in dicta Curia etiam sioe supplicatione pro tempore factarum seu præstitorum in illis consensuum tradere: necnon tam per Cācellariā, quā per Cameram prædictas eapediendarum, præsidentibus, ne præteatu dictorum instrumentorum literas apostolicas super resignationibus & eessionibus prædictis cum mandato eas admittendis, constito quod illæ coram notario, & testibus in dicta Cutia factæ fuerunt, vel etiam cum earum admissione dicendo quod de illis per publica documenta eatitit legitime facta fides, eapedire, necnon quibusuis iudicibus dictæ Curiæ quauis ordinaria vel delegata auctoritate fungentibus, & quocunque nomine nuncupatis sub eisdem pœnis ne transumpta supplicationum apostolicarum, & literas seu mandata illarum vigore possessionem beneficiorum ecclesiasticorum apprehendendi, dare & concedere quomodolibet præsumant: decernens irritum &c.

Placet publicetur & describatur in Cancellaria. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ io Cancellaria apostolica Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, die vigesima secunda mensis Septembris, Pontificatus S.D.N. Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno septimo.

Iacobus de Cesis Custos.

X X I.

Concedit Benedicto de Valentibus, eius & Reu. Cam. Apostolicæ Procuratori Fiscali vigesimam partem pœnarum ex causis criminalibus ad ipsam Reuerendam Cameram pertinentium.

Benedictus iste de Valentib. de Terra Trebij, Spoletanæ dioecesis, fuit pater R. p. d. Mōtis de Valentibus (domini mei colēdissimi) qui fuit vrbis Gubernator tpe Pij V. vt inf. in eius cōst. 109. cū apostolica.

De Materia Fisci ponam concord. inf. in Pij 4, const. 140. Cum sicut.

CLEMENS Episcopus &c. Dilecto Filio &c.

QVONIAM Nulli debet officium suum esse damnosum: nec labor, fides, & industria alicui dāno esse: Idcirco nos, qui de fide, diligentia, labore, & solertia dilecti Filij Benedicti de Valentibus nostri, & Cameræ Apostolicæ Procuratoris Fiscalis circa huiusmodi Procurationis officium, & quæ officium

fectum ipsum concernunt, & alia, quæ quotidie eidem peragenda committimus, tam plurimorum fide digna relatione, quàm ex facti euidentia, & experientia plenam & veram notitiam habemus, vt valeat in prædictis, & alijs eius virtutibus perseuerare, & de bono in melius procedere, & officium procurationis huiusmodi iuxta ipsius condecentiam & dignitatem gerere, & exercere, Motu proprio & ex nostra certa scientia per præsentem statuimus, decernimus, ordinamus, & volumus atque mandamus, quod de omnibus & singulis pecuniarijs pœnis ex causis criminalibus, & prouenientibus ab eis quã cum effectu Benedicto procuratori prædicto, vel ab eo deputatis, & deputandis substitutis procuratoribus ad Cameram nostram prædictam peruenire contigerit, & quæ hactenus a die suæ electionis peruenerint idem Benedictus Procurator ad rationem quinque pro centenario realiter & cum effectu consequi debeat & consequatur Mandantes dilectis filijs A. tituli Sancti Ciriaci in Thermis Presbytero Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis Cameræ nostræ apostolicæ, & prædictam pœnarum partem eidem Benedicto Procuratori prædicto absque aliqua exceptione vel mora realiter & cum effectu persoluat, ac per illos ad quos spectat persolui faciat & procuret. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Pont. concedit eidem Benedicto Fiscali vigesimã partem pœnarũ ex causis criminalibus ad Cameram Apostol. prouenientium. Quam, vigesimã cæteri Fiscales habuerunt, & nunc habet Magn. D. Io. Felix Saluatorius de terra Cathij, Narnien. diœcesis, ad præsens Sanctiss. D. N. Papæ Greg. 13. Procurator Fiscalis & Dominus meus colendissimus.

Fiat vt petitur. I.

Et quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, & quod literæ in forma breuis vel aliter prout eidem Benedicto procuratori videbitur, & placebit, expediri possint & valeat.

Clausula consueta.

Fiat I.

Datum Romæ apud S. Petrum V. Cal. Decembris Anno quarto.

Exemplatum ex libro quarto diuersorum Clementis Septimi fol. 221. Collationatum & concordatum Bened. Attauantibus.

XXII.

Reuocat omnes expectatiuas, & gratias cum omnibus inde secutis, concessas in Arce Sancti Angeli de Vrbe, quo ad beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata, vel affecta.

Hæc const. Ampliatur infra in const. 30. Decet Romanum.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

ILLAM in Romano Pontefice, quem cunctis Christifidelibus diuina prætulit miseratio, decet esse prouidentiam, vt si quæ per eum importuna petentium ambitione, aut alias etiam Motu proprio contra mentem suam concessa fuerint, quæ si sortirentur effectum, non modicum scandalum generarent, ad illarum debitum te reuocet, & annullet, prout temporum conditio & ratio suaserit, idque salubrius conspexerit in domino expedire. Sane cum tempore quo nos cum nonnullis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & alijs prælatis ecclesiasticis in Arce nostra sancti Angeli de Vrbe inuiti contra diuina humanaque iura a tunc Capitaneis exercitus charissimi in Christo filij nostri Caroli Romanorum Regis Catholici in Imperatorem electi detineremur, quamplures gratias, & inter alia expectatiuas, ac illarum collationum mutationes, extensiones, & reualidationes etiam ad beneficia dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione apostolica affecta, ac in mensibus ordinarij collatoribus quomodolibet concessis vacatura, necnon cũ anteferri cæteris expectantibus, & alijs insolitis clausulis contra mentem & voluntatem nostram, etiam motu proprio concesserimus: Nos superni fauoris suffragante auxilio ab huiusmodi impia detentione liberati, considerantes in concessione ipsarum gratiarum expectiuarum etiam viris illustribus, ac nobilibus, & literatis, necnon Romanæ curiæ officialibus id concedere semper denegasse, & cum in conclaui in Pontificem electi fuimus, similes gratias ad reseruata vel affecta beneficia huiusmodi nullatenus cõcedere proposuimus, super his opportune prouidere, habita desuper cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus hodie in primo consistorio secreto per nos in ciuitate nostra Vrbeuetana celebrato, deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio & assensu omnes & singulas expectatiuas, & alias gratias, ac illarum collationum mutationes, extensiones, reualidationes ad beneficia dictæ dispositioni generaliter reseruata seu affecta, ac in mensibus ordinarijs collatoribus sine eorum consensu, seu in quibus eorum consensus non fuisset insertus concessis prædictis vacatura se quomodolibet extendentes, per nos in dicta arce, etiam motu proprio, & alias quomodolibet concessis, ac desuper confectas litteras etiam quascunque præseruatiuas clausulas, declarationes, & decreta in se continentes quo ad beneficia ipsa eidem dispositioni generaliter reseruata, seu ex quacunque generaliter reseruatione apostolica affecta, & in dictis mensibus ordinarijs collatoribus sine eorum consensu vacatura, nulla & inualida fuisse & esse, ex certa scientia auctoritate apostolica declarauimus, prout per præsentes declaramus, illasque & inde secuta quæcunque pro potiori cautela reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro nullis & viribus vacuis, ac non concessis haberi, nullumque effectum sortiri debere, ac illarum prætextu de ipsis reseruatis vel affectis beneficijs, quibus factas & faciendas acceptationes, prouisiones, & alias dispositiones irritas & inanes fuisse & esse, nec per illas ius aliquod cuiquam acquiri potuisse seu posse, sicque per quoscunque Iudices etiam causarum palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac quidquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, annulla-

Pont. iste cum nonullis Cardinalibus detentus fuit in Arce S. Angeli de Vrbe, & tũc cõcessit quasdam expectatiuas & gratias vt hic.

Reuocat illas cõcessiones & gratiam & inualidas fuisse & esse declarat.

Ad hoc facit Pij V. constit. 71. Sacrosanctum.

Decretũ irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

anullationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Vrbeueteri, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Quintodecimo Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno quinto.

F. De Miranda.

Lecta & publicata fuit Romæ in Cancellaria Apost. anno domini 1529. die 22. mensis Maij, Pont. Sanctiss. D. N. Papæ Clementis Septimi anno sexto.

Et ego Laertius vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 319.

XXIII.

De Iurisdictione & Facultatibus Almæ Vrbis Vicarij Papæ.

De Materia habes sup. fol. 98. Six. iiij. const. 5. Sanctissimus, & fol. 159. Iul. 2. constit. 13. Decet. & infra Pauli 3. const. 32. Licet Ecclesiarum, Iul. 3. const. 59. Cum sicut accepimus, Pij iiij. const. 85. Cum ab ipso, & Pij v. const. 20. Considerantes. & constit. 117.

Inter alia.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Magistro Paulo de Capisuchijs Canonico basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe vtriusque iuris Doctori, in dicta Vrbe, ac illius suburbijs, & districtu nostro in spiritualibus Vicario, Salutem & apostolicam benedictionem.

LICET Ecclesiarum omnium vniuersalis cura, & populi Christiani regimen, ad vigilantiam nos inducat, Romana tamen Vrbs inclyta quam caput orbis diuina clementia stabiliuit, mentem nostram sollicitat, vt de ipsius ecclesiarum statu prospero, & salubri attentius & diligentius ita procuremos, vt spiritualiter, & temporaliter fœlicioribus successibus congruum suscipiant incrementum. De tua ergo laudabili vita, morum grauitate, probata fide, & circunspectione, & literarum scientia, alijsque virtutum donis quibus personam tuam etiã familiari experientia præditam esse iam dudum etiam in magnis, & arduis causis tibi commissis percepimus, firmam in domino spem gerentes, & sperantes quod ea quæ tibi cõmittenda duximus, prudenter & fideliter exequeris, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instãtiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, Te qui etiam Capellanus, & Referendarius noster domesticus, ac causarum palatij apostolici Auditor existis, in præfata Vrbe eiusque suburbijs & districtu Vicarium nostrum in spiritualibus quamdiu vixeris, cum honoribus, oneribus, redditibus, & emolumentis consuetis, auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Tibique omnia, & singula Ecclesias, Monasteria etiã Monialium, & alia loca ecclesiastica secularia, & regularia ordinum quorumcunque, ecclesias Vrbis, & eius districtus, & Religiosos quoscunque vtriusque sexus in illis commorantes, & ad dictam Vrbẽ confluentes pro tempore, ac etiam Ecclesias S. Anastasij, S. Sebastiani, S. Pauli, & ad Tres Fontes, S. Agnetis, S. Laurentij, & S. Sabbæ, ac alia Monasteria exempta, & non exempta, eorumq; personas visitandi, ac in capite, & membris reformandi, necnõ etiã cuiuslibet ipsarum excessus, & crimina mulctandi, corrigendi, & priuandi, prout secundum Deum videris expedire: Necnon ædificia quæ in ecclesijs per te visitandis videbis ruinis supposita, auctoritate prædicta demoliendi, & demoliri faciendi, & Rectores ad ecclesiarum reparationem per fructuũ subtractionem vel alias prout tibi videbitur, cogendi, mulctasque ipsas, prout etiam tibi videbitur, moderãdi, & Cam. apostolicæ applicandi, Ac causas ciuiles & ordinarias, eas videlicet in quibus non agetur de maiori sexaginta florenorum auri de Camera, aut de illius summæ valorem non excedente, etiam de locationibus, & euacuationibus, ac pensionibus, respõsionibus, & deuolutionibus Casalium, prædiorum, & domorum, ac ratione vinearum, & mercedibus etiã cuiuscunque summæ, & valoris existant, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, cum aliquali petitione verbali, apud acta tamen redacta, seu per viam monitorij, nullis terminis seruatis, etiã qui de stylo, seu ordinatione dicti palatij apostolici seruari soliti sunt, alias vero more solito, & iuxta stylum, & consuetudinem Curiæ officij Vicariatus huiusmodi, ac alias Commissarias iuxta illarum commissionum tenores, & formas, Ac etiam criminales per te, vel Auditorem dictæ Curiæ nunc & pro tempore deputatũ audiendi, decidendi, & fine debito terminandi, hoc etiam adiecto ad lites abbreuiandum, & partes a laboribus, & expensis releuandum, quod a processibus, & sententijs a quinque ducatis infra, auditis & intellectis partibus, & cuiuslibet ipsarum iuribus, in principali negotio non possit per aliquẽ quomodolibet appellari, seu de nullitate dici. & appellatione, & nullitate prædictis, ac omnibus alijs inde secutis non obstantibus seruatis alijs seruandis ad executionem dictarũ sententiarum libere procedere possis: Necnon omnes, & singulas causas alimentorum, & alias miserabilium personarũ, ac etiam aliorum quorumcunque, quæ non excedant summã sexaginta ducatorum de Camera, summarie, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta, manu regia, sine confectione registri, sicut tibi visum fuerit, cognoscendi, iudicandi, & fine debito terminandi: Dilationes moratorias quascunque, etiam quinquennales, in causis mercedum, & alimentorum, censuum, pensionum, responsionum, & in causis miserabilium personarum, viduarum, pupillorum, ecclesiarum, & piorum locorum, ac obligationum moratoriarum reijciendi. & illis reiectis (nisi causa cognita concessæ fuerint, aut aliter a nobis Motu proprio, & ex certa scientia rescriptum fuerit) debitores ad soluendum remedijs opportunis, etiam per censuras ecclesiasticas, vel via executiua prout tibi videbitur, compellendi, Carceres quoque visitandi, votum dandi, ac de carceratorum liberatione, vel condemnatione, ad pecuniarũ solutionem, cum cæteris visitantibus statuendi, & ordinandi, Iudæos oẽs, etiam vsurarios, bancharios quoscũque, Clericos, & beneficiatos Vrbis, ac eius districtus, religiosos etiã mendicantes, ac regulares oẽs vtriusque sexus, Fraternitates etiam laicorum, Hospitalarios, oẽsque in ecclesijs & Monasterijs Vrbis beneficiatos, ac deseruientes, eorumq; omnium res, & bona iudicandi, & tã ciuiliter quã criminaliter cogendi, & priuandi, Vsurarum excessus hactenus etiã dictis Iudæis toleratos ad honestissimum

Deputatio Vicarij.

Facultas Vicarij visitandi reformandi & corrigendi quoscunq. Religiosos, Ecclesias & Monasteria.

Facultates Vicarij cognoscendi causas Ciuiles & criminales.

Tu vide declarationẽ in Pij 4. cõstit. 73. Dilectos & Greg. 13. const. 55. Ad generis & alijs const. quas indicaui hic in rubr.

Facultas reijciendi moratorias & dilationes præterquam a Papa Motu proprio cõcessas.

De visitatoribus carcerũ notabo inf. in Pij V. cõstit. 193. Reuocendi.

Vicarius cognoscit causas Matrimonialis, Clericorũ, ac aliorum religiosorũ etiã Mendicantium. Quo ad Clericos vide declarationẽ inf. in Pij V. constit. 14. ad vberem.

simum modum reducendi, Matrimoniorum etiam causas, omnesque alias quæ de iure ad Vicariũ nostrum dinoscuntur pertinere audiendi, & fine debito terminandi, Synodum in Romano Clero pro correctione malorũ morum, & pro necessitate iuxta temporum opportunitates, ac in Clero occurrentes vbi & quando tibi libuerit celebrandi, & condendi Statuta, & ordinationes, seu constitutiones, pro tempore obseruanda, edendi, Necnon per aliquem catholicum Antistitem gratiam, & communionem apostolicæ sedis habentem, quem ad hoc cum opus fuerit duxeris eligendum, & deputandum ordines conferendi temporibus a iure statutis, ac alia ecclesiastica sacramenta, & ecclesias Vrbis, ac illius districtus prædictorum illorumque Cœmeteria consecrandi, & polluta per te, seu ipsum catholicum Antistitem, aut presbyterum secularem, aqua tamen prius per eundem vel aliũ Antistitem similes gratiam, & communionem habentem benedicta reconciliandi, ac eos qui festiuis diebus vetita a iure exercitia fecerint compescendo, & puniendi, Blasphematores, Vsurarios, Iudæos, Periuros, & quoscũque alios committentes crimen, quod ad ecclesiasticum forum, & ad Curiam, & iurisdictionem Vicarij nostri etiam iuxta facultates tibi, & prædecessoribus tuis simpliciter, vel mixtim de iure, vel consuetudine, seu statuto pertineat, non obstantibus quibuscunque significationibus ab alijs iudicibus factis, seu faciendis cognoscendi, & puniendi, ac tam pro vasis, vestibus, tunicellis, planetis, & similibus, quæ de necessitate ad diuinum honorem requirentur, tam pro ordinibus sacris celebrandis, quam pro sustentatione Episcopi ordinantis, ministrorumque eius, ac Notariorum qui, vt accepimus, pro sigillo nihil accipiunt, saltem pro meris laboribus persoluendis, & alijs quæ de necessitate ad curam, & regimen tui officij fieri debere videbũtur, de pœnis in dicta Curia, omniaque alia, & singula faciendi, gerendi, disponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad huiusmodi Vicariatus officium de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet pertinere dinoscuntur, & quæ omnes alij Vicarij Vrbis de iure, consuetudine, vel priuilegio facere, dicere, & ordinare potuerunt, Necnon contradictores, & facultati potestatique tuæ huiusmodi contrauenientes, & illam perturbantes, ac rebelles quoscunque quauis auctoritate fungentes per censuras ecclesiasticas, & alias pecuniarias pœnas tuo arbitrio infligendas, & moderandas, etiam per represalias, vbi & quando opus fuerit, correctionemque personalem iuris remedio opportuno appellatione postposita compescendo, plenam, liberam, & omnimodam auctoritate apostolica tenore præsentium facultatem concedimus. Et insuper quia, vt accepimus, licet huiusmodi Vicariatus officij vigore Vicario pro tempore existenti, tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus clericorum Vrbis, & eius districtus matrimoniorum spiritualium illorumque connexorum Iudæorum quoque, ac hospitalium, & hospitaleriorum, necnon Confraternitatum, & laicorum quorumcunque, ac collegiorum ecclesiasticorum, & aliorum quorumuis, etiam forensium, ac quorumcunque in quibuscunque ecclesijs, monasterijs, & capellis Vrbis prædictæ deseruientium, & residentium locorum piorum, & religiosorum quorumcunque vtriusque sexus Fratrum, Monachorum etiam Mendicantium quorumcunque, tam in dicta Vrbe commorantium, quam ad illam pro tempore confluentium causis iurisdictio attributa fuerit, Nihilominus super præmissis, seu aliquibus eorum per Gubernatorem, necnon Senatorem Vrbis, ac Auditorem Causarum Curiæ Cameræ apostolicæ generalem, Conseruatores Cameræ Vrbis, & diuersos alios Iudices, & Officiales pro tempore existentes dictum Vicariatus officium pro tempore obtinentes quamsæpe nonnullarum, vt ipsi asserunt, per Sedem apostolicam eis concessarum litterarum prætextu, perturbari, & impediri contingit, & aliquas ex huiusmodi causis ad se appropriare nituntur in grauem dicti Vicariatus officij iacturam, ac damnum, ijs occurrere, & obuiare, ac dicti Vicariatus officij indemnitati prouidere volentes, Motu simili in præmissis etiam actiue, & passiue tibi, & pro tempore existenti Vicario iurisdictionem huiusmodi hactenus semper competijsse, & competere, ac te in singulis venditionum, permutationum, & alienationum rerum, & bonorum ecclesiasticorum causis etiam per supplicationem apostolicam commissis, & committendis, tam in Vrbe, quam illius districtu prædictis Iudicem, & executorem quamdiu vixeris fore, & esse, ac venditiones, permutationes, & alienationes huiusmodi sine cognitione, & approbatione tuis pro tempore factas minime valere decernimus, & declaramus, ac pro potiori cautela te successoresque tuos in dicto Vicariatus officio Vicarios in præmissis causis, & contra præmissos competentem Iudicem quamdiu vixeris, vt præfertur constituimus, & deputamus, & in euentum in quem per nos, vel Sedem prædictam huiusmodi tua iurisdictio in præmissis per occupationem, vel alias ipsa tibi diminuta, & abdicata, ac illa præfatis Gubernatori, aut Senatori, vel Auditori Conseruatoribus, & quibuscunque alijs Iudicibus, & Officialibus quacunque auctoritate fungentibus attributa fuisset, ex nunc illam Motu simili restituimus, & plenarie reintegramus: Ac omnes, & singulos processus, & sententias quos, & quas in Gubernatorem, vel Senatorem, seu Auditorem, Conseruatores, seu quoscunque Iudices, & Officiales præfatos in præiudicium attributæ & concessæ tibi iurisdictionis prædictæ haberi, vel promulgari contigerit, nullos, & nullas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse: Ac res, & personas, sub tua; & tui Vicariatus officij iurisdictione constitutas, alicui alteri Iudici quacunque auctoritate etiam Cardinalatus honore fungenti ex quacunque occasione, causa, vel contractu sub quauis forma celebrato, minime subesse, nec subijci posse, & ita per quoscunque Iudices etiam causarum dicti Palatij Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales interpretari, sententiari, & declarari debere, sublata eis, & cuilibet ipsorum quauis aliter interpretandi, sententiandi, & iudicandi facultate, & auctoritate, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane eisdem motu, & scientia decernimus, & statuimus per præsentes. Non obstantibus cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnõ quibusuis priuilegijs, indultis, & literis apostolicis super præmissis in præiudicium dictæ, vt præmittitur, per nos tibi attributæ iurisdictionis, aut coertionis eisdem Gubernatori, Senatori, Auditori, Conseruatoribus, & alijs Iudicibus, & Officialibus præfatis, ac quibuscumque aliis personis, sub iurisdictione Vicariatus huiusmodi existentibus in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus & formis per nos, aut prædecessores nostros, & sedem præfatam cõcessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiã si de illis eorũque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specifica, & expressa, ac indiuidua non autem per clausulas generales idem importantes, sed de verbo ad verbum habenda mentio foret, eorum tenores pro sufficienter expressis habẽtes, harum serie specialiter, & expresse motu simili derogamus, & alijs præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus personis, aut Ecclesijs, Monasterijs, vel ordinibus a prædicta sit Sede indultum, quod capi, detineri, & interdici, suspendi, & excommunicari, aut visitari nõ possint per litteras apostolicas non faciẽtes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque te-

Quo vero ad Mẽdicantes vide notata inf. in Pij v. const. 14. ad vbe ses.

Vicarius Synodũ & statuta p Clero Romano facere & ordines cõferre potest.

Vicarius cognoscit causas cõtra Vsurarios, Periuros, Blasphematores & Hebræos, ac de rebus ad cultum diuinũ pertinentibus.

De quibus vide quæ dicã inf in Pauli 3. const. 3. licet.

Vicarij Facultates procedẽdi cõtra inobedientes.

Causæ alienationũ permutationum & venditionũ bonorũ Ecclesiasticorum, spectãt ad Vicariũ, & illæ sine eius approbatione factæ nullæ sunt.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritans

Clausulæ derogatoriæ.

porum existant, & nostra propria manu non fuerint subscripta, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad præmissa cuiquam nolumus aliquatenus suffragari, irritum quoque, & inane quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum attentari contigerit, decernentes. Et vt officium prædictum melius, & liberius prosequi valeas, Mandamus omnibus, & singulis ad quos spectat, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quatenus tibi in exequendis ijs, quæ ad officium tuum prædictum pertinere dinoscuntur, omnibus possibilibus auxilijs, consilijs, ac fauoribus opportunis assistant, tibique pariter obediant prout nobis. Quocirca discretioni tuæ per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus officium Vicariatus huiusmodi deuote suscipiens illud sic prudenter, solicite, & fideliter exequaris, quod exinde optati fructus proueniant quos speramus, tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde vberius consequi merearis. Dat. Viterbij, Anno Incarnationis dominicæ, M D X X I X. decimo Cal. Octobris, Pont. nostri anno quinto.

A. Gratia Dei.
I. Bernardus.

X X I I I I.

Cursores Papæ, & non alij Nuncij siue Mandatarij in causis Commissarijs, citationes, intimationes, affixiones, publicationes &c. facere possunt.

Declaratur hæc constitutio inf. in const. 28. cum de viribus, & confirmatur per Paulum 3. const. 12. Alias felicis, & Ampliatur per Iul. 3. constit. 16. cum ea firmius.

De Materia ponam concord. inf. in dicta Iul. 3. const. 16.

CLEMENS Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

ACCEPIMVS nuper, quod licet dudum, cum a certo tempore præsentationes commissionum causarum in Romana Curia pro tempore vertentium, manu Romani Pontificis, aut de illius mandato signatarum, quæ ex stylo, & consuetudine dictæ Curiæ eatenus inuiolabiliter obseruatis, qui pro lege habentur, Auditoribus causarum palatij apostolici, alijsque iudicibus, etiam S. R. E. Cardinalibus, Episcopis, & Prælatis, quibus dirigebantur, solum per Cursores Romani Pontificis pro tempore existentis, præsentari, & citationes in causis ipsis fieri consueuerant, ac citationes ipsæ per alios quam suos, & sedis apostolicæ Cursores fierent, in graue præiudicium ne dum ipsorum Cursorum, sed etiam litigantium in Romana Curia, abusumque, & peruersionem antiquorum styli, & consuetudinum dictæ Curiæ. fe. re. Alexander Papa VI. prædecessor noster volens fraudibus, quæ in similibus quandoque fiebant, ac indemnitati ipsorum Cursorum, & litigantium, obseruationique styli, & consuetudinum ipsius Curiæ prouidere, Motu proprio, & ex certa scientia, auctoritate apostolica decreuit omnes, & singulas commissiones, manu sua, aut de mandato suo pro tempore signatas, ac omnes & singulas citationes, coram quibusuis dicti palatij apostolici Auditoribus, iudicibus, commissarijs, vel ordinarijs, in causis eis commissis, ac etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus pro tempore pendentes, ac etiam intimationes, publicationes, & affixiones, quarumcunque literarum in dicta Romana Curia, quas per alios quam per ipsos Cursores extunc de cætero præsentari, seu fieri contigeret, & processus illarum vigore habendos nullius existere roboris, vel momenti, mandans inter alia dictæ Curiæ & causarum Cameræ apostolicæ Auditori pro tempore existenti, vt si in præsentandis commissionibus, citationibus, executorialibus, intimationibus, affixionibus, & publicationibus, aliter fieri repetiret, citationes, publicationes, intimationes, & affixiones, vel alia ad officium Cursorum prædictorum spectantia præsentari seu fieri reperiret, excommunicationis, ac pecuniarias, arbitrio ipsius Auditoris declarandas pœnas incurrisse declararet, & ad exactiones pœnarum pecuniarum, & declarationem censurarum contra inobedientes procederet, ac pro talibus publice denunciari mandaret, & faceret. Ac successiue piæ me. Iulius Papa II. similiter prædecessor noster, intelligens quod causæ propter quas decretum & mandatum prædicta ab eodem prædecessore emanauerant, adhuc tunc subsistebant, & similes abusus, & fraudes, ac etiam citationes per alios quam per ipsos Cursores in diuersis causis fiebant, stylum, & consuetudinem antiquos Curiæ huiusmodi peruertendo, Motu simili, non ad ipsorum Cursorum, vel alicuius alterius pro eis instantiam, sed de sua mera liberalitate, & ex certa scientia, decretum, & mandatum huiusmodi auctoritate apostolica innouauerit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuerit, & mandauerit, ac districtius inhibuerit omnibus & singulis causarum dicti palatij Auditoribus, alijsque iudicibus, & commissarijs, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Senatori, Gubernatori, & Vicario generali almæ Vrbis, & Curiæ de Sabellis iudicibus, eorumque Auditoribus, Collateralibus, seu Locatenentibus, & Capitaneis omnibus ordinarijs, ne in causis eis commissis, & in quibus eis commissiones fierent citationes commissionum, præsentationes executorialium, & alias intimationes, ac affixiones, & publicationes per alios, quam per ipsos Cursores quouis quæsito colore fieri facerent, sine permitterent, aut præsentatas, & factas reciperent, & admitterét, ac omnibus & singulis Nuncijs, & quibusuis alijs personis quouis alio nomine nuncupatis, ne commissionum præsentationes, citationes, publicationes, intimationes, & affixiones huiusmodi, vel alia ad officium Cursorum prædictorum spectantia præsentare, seu facere sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eo ipso incurrenda quoquomodo præsumerent, ac decreuit & declarauit omnes & singulas commissiones per eum, seu de eius mandato signatas, ac etiam omnes & singulas citationes coram quibusuis auditoribus, iudicibus commissarijs, etiam Cardinalibus, vel ordinarijs in causis eis commissis pro tempore pendentibus, ac etiam intimationes, publicationes, & affixiones quarumcunque literarum in dicta Curia, quas per alios quam per ipsos Cursores de cætero præsentari, seu fieri contigerit, aut processus illarum vigore habendos, & inde sequuta quæcunque, ac quicquid in contrarium quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contingeret, nullius roboris vel momenti, ipso iure etiam absque eo, quod aliter eius dispositionem receptam esse constaret, existeret.

Alex. 6. const. istā hic non habes, tamen vidi apud D. Alexandrum Parabiacum Papæ Cursorem, & Cursorū Secretariorum.

Alex. 6. statuit solos Cursores, & non alios Nuncios siue Mandatarios, citationes intimationes &c. facere posse.

Quod & in causis a principio ordinarijs seruari voluit Iul. 3. inf. in const. 16. cum ea firmius. licet contrarium statuisset Paul. 3. in cōstit. 14. cum pastoralis.

Iul. 2. const. istā hic non habes, tamen vidi apud eundem d. Alexandrum.

Iul. 2. cōfirmauit const. Alex. 6 inhiben. Iudicibus, & Mandatarijs vt hic.

existeret,& per commissarios,etiam S. R. E. Cardinales præfatos,iudicandum, sententiandumque fore,sublata eis aliter quauis iudicandi & interpretandi facultate,& auctoritate;Necnon mandauerit præfato Auditori, ac pro tempore existenti almæ Vrbis Gubernatori,eisdem Cursoribus super his efficacis defensionis præsidio assistentes,facerent mandatum,inhibitionem,& decretum huiusmodi inuiolabiliter obseruari, contradictores, & inobedientes censuris, & pœnis, etiam pecuniarijs, compescendo,prout in literis eorundem Alexandri, & Iulij prædecessorum nostrorum desuper confectis plenius continetur:Nihilominus nonulli, à quorum oculis Dei timor abscessit,& quæ non sua sunt quærentes,in diuersis causis citationes,commissionum præsentationes,publicationes,intimationes,& affixiones,ac subhastationes,& alia ad officium dilectorum filiorum Cursorum nostrorum,tam ex institutione eorum officij quam iuxta antiquos stylum ; & consuetudinem Romanæ Curiæ spectantia,contra decretum,& mandatum Alexandri VI.ac inhibitionem,& declarationem Iulij I I. ac etiam contra alia in prædictis literis contenta facere præsumunt,in ipsorum graue præiudicium,& officiorum suorum læsionem,ac illorum exercitij vsurpationem non modicam,excommunicationis latæ sententiæ pœnam iuxta inhibitionem Iulij prædecessoris huiusmodi damnabiliter incurrendo. Quare nos huiusmodi errores submouere,ac ipsorum Cursorum indemnitati,pro vt conuenit,prouidere volentes,auctoritate Apostolica,tenore præsentium,decretum,& mandatum Alexandri,ac inhibitionem,& declarationem Iulij prædecessorum, ac eorum literas huiusmodi necnon in eis contenta quæcunque, ex certa nostra scientia(quatenus tamen sint in vsu)approbamus,& innouamus,ac illa,& eis prorsus similia de nouo decernimus,mandamus, inhibemus, & declaramus,eaque perpetua roboris firmitate subsistere,Et per Auditores,Commissarios,etiam Cardinales,Vicarium, Gubernatorem,Senatorem,& alios Iudices,ac eorum Collaterales,Locatenẽtes,& Capitaneos præfatos, necnon omnes & singulos Nuncios,& quasuis alias personas quocunque nomine nuncupatas, prout singulos eorum concernit,sub dictæ excommunicationis latæ sententiæ, & quingentorum ducatorũ fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe irremissibiliter applicandorum pœnis per nuncios, & alios præmissa ad officiũ Cursorum eis,& non alijs quibuscunque nuncijs spectantia exercentes,eo ipso absque alia declaratione incurrẽdis firmiter obseruari debere, iuxta tamen continentiam dictarum literarum Alexandri & Iulij prædecessorum nostrorum,in quarum possessione dicti Cursores (vt etiam accepimus) existunt,Necnon Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem Auditorem pro tempore existentem contra eos ad ne dum publicationem incursus pœnarum huiusmodi,ac illarum exactionem,sed etiam tanquam falsarios,vigore præsentium,absque alia commissione sibi desuper facienda procedere posse,& sic in præmissis omnibus,& singulis per quoscunque iudices, & commissarios,quauis auctoritate fungentes,sublata eis quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari,irritum & inane decernimus.Non obstan.præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud S.Petrum sub annulo Piscatoris, die decimasexta Octobris,millesimo quingentesimo vigesimo octauo, Pont.nostri anno quinto.

Decretũ irritans adiecit.

Executoresque istius constit. deputauit.

Clausula ... Pont.

Pont. iste confirmat cõst. Alex. 6. & Iul. 2. cũ clausula, quatenus sint in vsu.

Q... cõst. ... cõst. 28.

Et cõtrauenientibus pœnas hic descriptas ...

Decretũ irritãs.

Clausulæ derogatoriæ.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentẽsimo vigesimonono, Indictione secunda die vero sexta Ianuarij Pontificatus Sanctissimi D. N. Clementis Papæ Septimi,anno sexto præsentes literæ notificatæ fuerunt RR.PP.DD.Vrbis Gubernatori eiusque Auditoribus tam in ciuili quam criminali,& Reuerendiss.Vrbis Vicario eiusque Auditoribus tam in ciuili quam criminali, Senatorique eiusque Auditoribus & Collateralibus, Iudici Appellationum,& Notarijs eorundem ac Iudicibus Curiæ de Sabellis,Turris Nonæ & Burgi, necnon Camerario Ripæ,& etiam Mandatarijs siue Decanis prædictorum, copia eis dimissa per me Ioannem Germauer Sanctissimi D.N.Papæ Cursorem.

Ioannes Robertus Magister Cursorum.

X X V.

De syndicatu Officialium status S. Rom. Ecclesiæ.

De syndicatu autem Gubernatoris Vrbis & eius Iudicum habes sup.fol.197.Leon.x.const.7.etsi.

De syndicatu Senatoris Vrbis & eius Indicum habes inf. Greg.13.const.18.etsi summa.

De syndicatu Iudicis Curiæ de Sabellis vide inf. Greg.13. const.30.dum recte.

De syndicatu Magistrorum Viarum Vrbis habes infra in Pij IIII. const.156. Pastorali.cum ibi not.

De Materia Officialium Status Sanctæ Romanæ Ecclesiæ habes sup. fol.88. Pauli Secundi const.3. munera. & fol. 96. Sixti I I I I. const.1. Sicut. & fol. 99. const.6. cum nos. & f. 100. const. 8. Et fide & fol.118.Innoc. 8. const.9.Apostolatus.& inf.in Pij IIII. const.77. Cum alias per.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

ONVS pastoralis officij nobis supernæ maiestatis prouidentia,meritis licet imparibus, commissi nos inducit,ac etiam voluntarios excitat,vt non solum circa spiritualia, sed etiam temporalia Romanæ Ecclesiæ,ac illi subiecta,prouincias,ciuitates,terras,& loca,solita & vigilanti cura intẽdamus, & vt ciuitates,terræ,& loca ipsa prospere & fœliciter regantur, illorumque populi ab indebitis oppressionib⁹ subleuati,in semitis iustitiæ dirigantur,remedijs opportunis prouideamus,ac his quæ propterea à Rom. Pontificibus

ficibus prædecessoribus nostris prouide gesta sunt, vt firmius obseruentur, nostræ approbationis robur impartimur, & alias desuper disponimus, prout ad fælicem eiusdem Ecclesiæ statum, & eorundem populorum indemnitatem, & vtilitatem conspicimus in domino salubriter expedire. Dudum siquidem per fe. rec. Iulium Papã Secundum prædecessorem nostrum, tam ex diuersis querelis, ac clamoribus populorum, communitatum, vniuersitatum, & singularum personarum ciuitatum, terrarum, & locorum sibi, & dictæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectorum, quam aliorum fide dignis relationibus intellecto, quod nonnulli Gubernatores, & Locatenẽtes, eis regendis, & gubernandis per ipsum prædecessorem, ac Apostolicæ Sedis Legatos de latere deputati, precibus, pretio, odio, aut amore ducti, eo prætextu confisi, quod administrationum suorum officiorum rationem alicui reddere non erant soliti, diuersa, & varia eis grauamina & damna etiam intolerabilia inferre, iustitiam administrare vnicuique, vt tenebantur, atrociorum quandoque delictorum impunitatem pro particulari lucro præstare, executiones indebitas facere, carceratorumque Innocẽtium relaxationes prorogare, pœnas pecuniarias Fisco suo debitas sibi appropriare, & in proprios vsus conuertere, statutorumque rationabilium, & constitutionum prouincialium, & Cameralium, literarumque Apostolicarum formam, & tenorem non seruare, ac proprijs commoditatibus intenti, subditorum quieti, ac paci, & iustitiæ administrationi modicum studere consueuisse, in eorum animarum periculum, dictorumque subditorum grauamen, & præiudicium, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum, dictus prædecessor Motu proprio, & ex certa eius deliberatione, sua in perpetuum valitura constitutione statuit, & ordinauit, vt omnes & singuli Gubernatores, ac eorum, seu Legatorum præfatorum Locatenentes, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, aut quauis alia Ecclesiastica, seu seculari dignitate fungentes, qui nunc, & pro tempore perpetuis futuris temporibus, prouincias, ciuitates, terras, & loca quæcunque, & qualiacunque essent, nulla penitus exceptione habita, præfatæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiecta, ex deputatione ipsius prædecessoris, vel Legatorum, aut Gubernatorum huiusmodi pro eo, & Romana Ecclesia præfata regebant, gubernabant, & administrabant, seu regerent, gubernarent, & administrarent, quauis grandi, & latissima potestate, arbitrio, & auctoritate muniti, etiam si in eorum literis caueretur expresse, quod ad aliquam redditionem rationis administrationũ suarum non tenerentur, nec cogi possent post finem cuiuslibet officij, & administrationis eorum infra mensem conspectui ipsius prædecessoris, aut Romani Pontificis successoris sui pro tempore existentis, seu si ab ipsis Legatis deputati, & pro tempore finiti eorũ officij, Legati præfati in locis ipsarum legationum præsentes forent, coram ipsis Legatis se personaliter præsentare, ac gestorum, administratorum, & omissorum, tam per eos, quam eorum Auditores, & alios officiales, deputatos, & familiam, rationem reddere, querelisque & accusationibus contra eos propositis coram eo, vel successoribus suis, vel per eos, aut ab eis deputandis, seu Legatis prædictis respectiue de gestis, seu omissis in eorũ officijs respondere, ibique per dies duodecim continuos, postquam per ipsum Iulium prædecessorem, vel successores præfatos, seu dictos Legatos, etiam respectiue examen redditionis rationis huiusmodi inceptum, seu commissum fuerit, permanere, nec etiam postinde sine sua, aut successorum prædictorum vel ab eodem prædecessore, & successoribus huiusmodi deputatorum, aut Legatorum præfatorum similiter respectiue expressa licentia recedere, necnon de eo, io quo per prædecessorem, & successores suos, aut ab eodem prædecessore, vel eis deputatos, seu Legatos huiusmodi condemnati forent, statim omni dilatione, prolatione, & malitia, ac excusatione, appellationibusque quibuscunque cessantibus, satisfacere, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac perditionis emolumentorum eis ratiooe dictorum officiorum debitorum, & inhabilitatis ad quæcunque alia officia in posterum exercenda pœnis tenerentur. Et nihilominus suis, & successorum prædictorum Secretarijs, vt literas Apostolicas sub plumbo, ant in forma breuis: Cancellarijs vero & alijs ab ipsis Legatis deputatis tunc, & pro tempore existentibus, ne literas patentes officiorum Gubernatorum, seu Locatenentium respectiue traderent, ipsique Gubernatores, Locatenentes officia huiusmodi exercere auderent, nisi prius in Camera Apostolica, aut si ab ipsis Legatis deputarentur, in eorum Cancellaria de præmissa omnia & singula obseruando iurassent, & idoneam cautionem dedissent. Necnon omnibus & singulis Thesaurarijs, Camerarijs, Communitatibus, & vniuersitatibus, & alijs ad quos spectabat, & spectaret, prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum dictæ Ecclesiæ immediate subiectorum tunc & pro tempore existentibus, ac eisdem Gubernatoribus, seu Locatenentibus de tertia parte eorum salarij, seu prouisionis in fine officij eis debita respponderent, sed illam retinerent, donec eis, quod absoluti forent, legitime constarent, sub eadem excommunicationis pœna mandauit. Ac voluit quod magistratus digniores quocunque nomine nuncuparentur, ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum statim functo officio Gubernatorum, seu Locatenentium huiusmodi, per publicum proclama omnibus & singulis querelas, seu accusationes contra Gubernatores, aut Locatenentes exponere volentibus, vt ad ipsum prædecessorem, vel ad ipsos Legatos, si Gubernatores, seu Locatenentes ab eis deputati forent, ipsique Legati in locis suarum legationum præsentes essent, infra mensem prædictum cum eorum probationibus, & iuribus accederent, recepturis infra dictos duodecim dies iustitiæ complementum, per publicum proclama notum facerent, deputandi vero ab eodem Iulio, & successoribus præfatis de eorum deputationibus, ac iustitiæ administratione omnes & singulas querelas, & accusationes exponere volentes, per affixionem cedularum in valuis basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in campo Floræ certiores redderent. Atque in examinatione redditionis rationis, & administrationis huiusmodi, & alijs præmissis faciendis, ne partes ad Romanam Curiam, vel Legatos ipsos pro exponendis querelis, aut accusationibus accedentes nimium grauarẽtur, summarie, simpliciter, & de plano, ac extraiudicialiter, absque aliquibus sumptibus, sola facti veritate inspecta, etiam sine scripturæ alicuius confectione procederetur, prout in literis ipsius prædecessoris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut non sine animi nostri displicentia, ad nostrum perueniret auditum, licet causæ propter quas literæ prædictæ ab eodem prædecessore emanarunt, adhuc subsint, tamen formidandũ est, ne oppressi pro tempore propter impensas, quas pro querelis, aut accusationibus contra Gubernatores, & Locatenentes, eorumque Auditores, & alios officiales præfatos exponendis ad nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, seu Legatos prædictos, iuxta ordinationem Iulij prædecessoris huiusmodi veniendo subire cogerentur, potius à querelarum, seu accusationum huiusmodi expositione abstinere habeant, quam expensas huiusmodi facere velint, sicque effectus literarum earundem impediri debeat, Nos cupientes, prout ex debito ipsius pastoralis officij tenemur, felici & tranquillo regimini, & successui, ac indemnitati populorum prædictorum, quos in visceribus gerimus charitatis, paterno affectu prouidere, ac eos à laboribus, & expensis, quantum possumus,

Iul. 2. const. istã hic non habes.

Causa const. ipsius Iul.

Iul. 2. decreuit, vt Officiales finito officio, corã Pontifice syndicatui se subijcerẽt, & pro se & eorũ Auditoribus, Deputatis, & familia rationem reddere debere.

Officialibusq; in syndicatu condẽnatis appellare phibuit sub pœnis hic expressis. Quod declarauit mox infra.

Illosq; ante quã inciperẽt exercere officia iussit iurare & cauere debere de seruãdo promissa.

De quo vide etiã mox infra.

Salariorũq; Officialib. debitorũ in fine officij, mãdauit retineri tertiã partem penes Cõitatẽ vel Thesaurarios vsque ad finẽ syndicatus.

Proclama etiam tẽpore syndicatus fieri pcepit, vt grauati querelas pponere possent.

Syndicatorib. facultatẽ summarie &c procedendi concessit.

Multi tamen cessabant querelas proponere, vt euitarent expẽsas ad Vrbem veniendi &c.

possamus, relevare, habita super his cum venerabilibus fratribus nostri Sanct. Rom. Eccle. Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum vnanimi consilio, & consensu statutum, & ordinationem, ac mandatum, & desuper confectas literas Iulij prædecessoris huiusmodi, necnon omnia, & singula in eisdem literis contenta, sub modificatione infrascripta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, & perpetua roboris firmitate subsistere, ac plenum effectum sortiri, & firmiter perpetuo tam per Gubernatores, & Locatenētes, ac Auditores, Iudices, & alios officiales, quam præfatos, & alios quos literæ ipsæ concernunt, sub excommunicationis latæ sententiæ, & perditionis emolumentorum, ac inhabilitatis pœnis prædictis respectiue obseruari debere decernimus. Et nihilominus præmissa per dictum Iulium prædecessorem, vt præfertur, statuta, & ordinata de nouo sit, quod tam Gubernatores, ac eorum, seu dictorum Legatorum Locatenentes, aut Vicelegati, aliique Præsidentes prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum, nobis, & dictæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum prædictorum præsentes, & futuri, etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, aut quauis alia Ecclesiastica, vel seculari dignitate, vt præfertur, fungentes, & quauis facultate muniti, quam ab eisdem Legatis, & Gubernatoribus, seu eorum Locatenentibus, aut Vicelegatis, & Præsidentibus in prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro tempore deputati Locatenentes, ipsorumque Auditores, Iudices, & alij quicunque officiales pro tempore existentes, si annales fuerint, functo cuiuslibet officij & administrationis eorum anno, & si vltra annum eorum officio in aliqua prouincia, ciuitate, vel terra durauerint, in fine cuiuslibet anni, si vero breuiori tempore eorum officia durent, in fine eorum officij in ciuitatibus, terris, & locis, in quibus officia exercuerint, coram personis dignioribus ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem, videlicet coram vno commissario per nos, aut successores nostros præfatos ex dicta Romana Curia, moderatis ipsorum officialiū, ac prouinciarum, vel ciuitatum, seu terrarum, vel si nobis, aut successoribus prædictis videbitur pro parte Cameræ prædictarum expensis mittendo, adiunctis secum Episcopo loci, vel eo absente eius Vicario in spiritualibus generali, & procuratore Fiscali ipsius loci, vel ciuitatis per præsidentes dictæ Cameræ pro tempore deputato, & capite officij, seu magistratus ipsius ciuitatis, vel terræ, videlicet Confalonerio, vel Præposito, qui pro tempore fuerit, aut vno doctore per ipsas digniores personas, vltra Commissarium, ac Episcopum, vel Vicarium, & procuratorem Fiscalem præfatos, eligendo, gestorum, & administratorum per eos alias iuxta tenorem literarum Iulij prædecessoris huiusmodi, rationem reddere, & querelis, ac accusationibus contra eos propositis de gestis, seu omissis in eorum officijs, sublato quouis diffugio, respondere teneantur, ac Commissarius mittendus, Episcopus, vel Vicarius, & Procurator fiscalis, Confalonerius, seu Præpositus, & Doctor eligendus præfati rationē administrationis huiusmodi cum omni summarietate, integritate, & seueritate audiant, & procedant, ac querelas & probationes contra Gubernatores, Vicelegatos, & Præsidentes præfatos præpositas, & factas recipiant, processusque desuper forment, & clausos ad nos, vel successores nostros prædictos, vt nos, vel dicti successores de ipsorum Gubernatorum, Vicelegatorum, & Præsidentium, iuxta ipsorum demerita, amotione, vel ad vlterius tēpus confirmatione mature deliberare possimus, fideliter mittant. Ipsorum vero Gubernatorum, Vicelegatorū, & Præsidentium Locatenentes, ac Auditores, & alios officiales præfatos condemnando, vel absoluendo iudicare, & ad restitutionem, omnibus subterfugijs, cauillationibus, & exceptionib. semotis, nisi propter casuum grauitatem eis concordent, vel commissario mittendo præfato id nobis, vel eisdem successoribus referendum esse videretur, quo casu contra eos, seruato tenore literarum Iulij prædecessoris huiusmodi procedendum sit, cogere debeant. Et si ab eorum decisionibus, & sententijs aliqui eorum se grauatos prætendant, ad nos, vel à nobis deputatos per viam recursus prouocare, & appellare possint, sic tamen, quod nisi infra mensem immediate sequentem, reuocationem, vel correctionem eorum, quæ contra eos decisa, vel determinata fuerint, non reportauerint, extunc absque aliqua facienda intimatione decisiones, & sententiæ ipsæ firmæ remaneant, & executioni demandentur, perinde ac si ab eis reclamatum vel appellatum non fuisset. Etsi Legatorum, Gubernatorum, Vicelegatorum, & Præsidentium præfatorum Locatenentes, Auditores, & alij officiales prædicti culpabiles reperti fuerint, in eorum officijs perseuerare non permittant, sed Legatus illius prouinciæ pro tempore existens de nouis Locatenentibus, Auditoribus, Iudicibus, & officialibus debite prouideat, & nisi infra mensem prouiderit, tunc per nos, aut successores antedictos Locatenentibus, Auditoribus, & officialibus, cum conuenienti salario eis per ipsum Legatum præstando prouideri debeat. Ac quod cautiones idoneæ per deputandos ab ipsis Legatis, ac eorum officiales de præmissis obseruandis dandæ ad dictam Cameram Apostolicam in libro particulari pro huiusmodi cautionibus annotandis ordinato, in quo cautiones per Gubernatores, & Vicelegatos prædictos præstandæ, annotandæ erunt, annotari debeant, ipsorumque Legatorum Secretarij, seu Notarij deputandi à Legatis ipsis literas patentes officiorum suorum, nisi prius eis per fidem manu Notarij ipsius Cameræ factam constiterit, quod cautiones prædictæ annotatæ fuerint, consignare non debeant, auctoritate & tenore prædictis perpetuo statuimus, & ordinamus. Decernentes præsentium transumptis, etiam impressis, manu tamen notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra vbilibet adhibendam fore, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Declarantes præsentes nostras literas à data præsentium locum habere, & seruari debere, etiam quoad officiales supradictos, quoad sindicatum præmissum in fine officiorum suorum, etiam quod in principio eorum officij cautiones non dederint, & tempore publicationis præsentium in officiorum suorum exercitio, & possessione existant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac legibus municipalibus, & alijs prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum, etiā iuramento, confirmatione Apostolica roboratis statutis, & cōsuetudinibus, ac omnibus illis, quæ præfatus prædecessor in dictis literis voluit non obstare, quæ omnia præsentibus pro expressis & repetitis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum approbationis, innouationis, statuti, ordinationis, decreti, & declarationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo octauo, Calen. Decembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Ideo Pont. iste const. dicti Iul. cōfirmat & modificat his modis videlicet.

Officiales syndicentur in ciuitatibus quarum officia exercent, coram Commissario per Pōt. ad id deputādo.

Nunc autē solet deputari successor in Officio.

Episcopo loci, vel eius Vicario.

Procuratore Fiscali.

Prioreque Magistratus.

Syndicatores summarie &c. procedere, & processus cōtra Gubernatores, Vicelegatos & Præsidentes factos, clausos ad Pont. transmittere, & illorū officiales condemnare vel absoluere debeant.

Officiales cōdemnati in syndicatu, ad Pōt. recursum habere possunt, & reuocationē infra mensem obtinere debent.

Cautiones præstandæ per Officiales scribūtur in libro R. Cam. Apost. De quibus vide hic supra.

Vidi pluries disputari an ligaret hæc cōst. cum non appareret fuisse publicatā. Ideo potui eius publicat.

Clausulæ derogatoriæ.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo vigesimooctauo, Indictione prima, die vero octaua mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Clementis diuina prouidentia

uidentia Papæ Septimi, anno eius sexto, præsentes retroscriptæ literæ publicatæ fuere in valuis seu portis Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Audien. Palatij Apostolici, Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, per me Ioannem Segurier prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem.

Vianus de Bellauilla Magister Cursorum.

F. Bernardus.

Registrata in Camera Apostolica.

Hip. de Cesis.

XXVI.

De locationibus Domorum, Casalium, Vinearum &c. in Alma Vrbe & eius districtu consistentium, earumque resolutione, & modificatione ob deuastationem Almæ Vrbis.

Similem constit. fecit Paulus Quartus, vt habes infra in eius constit. 49. Cum ob inuasionem.

Et de Materia locationum bonorum Ecclesiasticorum habes infra in Pauli III. const. 74. si diffusis. vbi notabo.

CLEMENS Papa VII. Venerabilis frater noster, salutem & Apost. benedict.

CVM post huius almæ Vrbis nostræ miserandam direptionem multæ lites, & differentiæ inter diuersas vtriusque sexus personas, etiam religiosas, super locationibus, & conductionibus casalium, vinearum, domorum, aliarumque pertinentiarum in ipsa Vrbe, eiusq; districtu consistentiũ sub certis pretijs, ac etiam ad longum tempus, ac censum perpetuum concessorum factis, corã diuersis tribunalibus exortæ fuissent, conductoribus asserentibus ad solutionem pensionum, vel censuum, ob talem Vrbis incredibilem direptionem, & depopulationem, ac damna in ea illata non teneri, & ad ipsarum locationum obseruationem cogi non posse, nec debere, locatoribus vero contrarium dicentibus: Nos, ne quies Vrbis propter præmissa hoc calamitoso tempore turbaretur, ac lites & differentiæ ipsæ sine tela iudiciaria, ac bono, & æquo deciderentur, & terminarentur, causas, & lites ipsas sic exortas, & indecisas pendentes, in statu in quo reperiebantur, ad nos aduocantes, ad ipsas lites, & causas motas, & per nos aduocatas, ac mouendas, adhoc, vt summarie, & etiam extraiudicialiter, sola facti veritate intellecta, & inspecta, etiam nullo iuris ordine seruato deciderentur, finirentur, componerentur, & terminarentur, dilectos filios Christophorum Panicarolam causarum Palatij Apostolici Auditorem, & Antonium Gabrielem V.I.D. & Vincentium de Rusticis, Ciues Romanos, iudices deputatos, nuncupatos, designauimus, & deinde post nostrum ad dictam Vrbem reditum, vt causæ ipsæ facilius terminarentur, fraternitaté tuam tanquam consummatæ doctrinæ, & in omnibus rebus agendis expertissimam in his super intendentem pro dictarum causarum celeriori terminatione, & expeditione, viuæ vocis oraculo eisdem deputatis præfecimus, prout in varijs rescriptis nostris, etiam in forma motus proprij, quorum tenores hic pro sufficienter expressis, ac si de verbo ad verbum inserti forent, haberi volumus, plenius continetur. Et licet plures differentiæ de tuæ fraternitatis prudenti consilio per præfatos deputatos determinatæ fuerint, tamen fraternitas tua ex rationibus in expeditione dictarum causarum de huiusmodi tuo consilio expeditarum adductis, experimento cognouit, quod causæ, & differentiæ prædictæ sine aliqua æquitate decidi & terminari non possunt. Nos considerantes propter huiusmodi calamitates iuris rigorem relaxandum, & æquitatem rigori huiusmodi præferendam, vt dictæ Vrbis habitatores in pace, & quiete viuere possint, & alij ad Vrbẽ ipsam libere vemendum inuitentur, & alliciantur, his & alijs rationibus per fraternitatem tuam etiam de eorundem deputatorum voluntate, & consensu nobis relatis, auctoritate Apostolica per præsentes statuimus, & decernimus locationes tam casalium, quam domorum, tam in Vrbe, quam in eius districtu consistentium, ante Vrbis direptionem huiusmodi, per quoscunque tam clericos quam laicos, etiam S.R.E. Cardinales, ac Ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus, ac Ecclesiarum Parochialium, & piorum locorum, etiam confraternitatum rectores, tam ad breue, quam ad longum tempus pro quocunque pretio, seu annua responsione, etiam parte fructuum à die inuasionis Vrbis factas resolutas, & annullatas fuisse, & esse, ac censeri debere, illorumque, & illarum conductores ad illos seruandum cogi non posse, ipsisque non licere repetere, pro locatione eis facta per eos donata, nec melioramenta in bonis sibi locatis facta recuperare. Illos vero ex conductoribus præfatis, qui possessionem bonorum sibi locatorum adhuc adepti non fuissent, tempus pro quo res locata fuit, si illa vti, & habere voluerint, expectare posse, sine spe tamen recuperandi donata per eos. Domorum vero locationes propter rationem diuersitatis non rescindendas, sed pensiones conuentas ad quadriennium, à die Cæsarei exercitus vltimi discessus ab Vrbe inchoandum, duntaxat pro quarta parte diminuendas, idemque in censibus seruandum esse, nisi inter partes ipsas aliter conuentum fuisset. Conductores autem locationibus ad longum tempus, seu in emphiteosim concessionibus eis factis cedentes, seu cedere volentes, melioramenta, seu donatiua, aut mutua propterea locatoribus facta nullatenus repetere, sed illa eorum, qui bona ipsa locauerant, esse debere. In annali autem locatione idem seruari debere, nisi inquilinus locationem sibi factam continuare voluerit, quo casu ad triennium duntaxat quarta pars sibi remitti deberet, & ita soluendo, ab ipso domo expelli non possit, & præmissa in causarum, & litium determinatione, & decisione seruentur, nisi ex aliqua rationabili causa, ac rationis diuersitate, & tranquillitate, ac paupertate personarum, & locationum forma, vel pro partium concordia eidem fraternitati tuæ visum fuerit aliter faciendum, quod tuæ relinquimus conscientiæ, & super quibus tuam conscientiam oneramus, ac præmissa omnia ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine seruari volumus, atque mandamus per quoscunq; iudices Romanæ Curiæ ordinarios, & delegatos, dictis deputatis, & superius

Post Vrbis deuastationẽ de qua habes etiã supra const. 23. fol. 321 multæ lites ortę fuerunt super locationib. domorum, casaliũ &c.

Quas lites, cõmisit Iudicibus Deputatis, vt summarie &c. illas deciderent.

Et pro faciliori expeditione litiũ q̃ sine aliqua æquitate decidi non poterãt. iste Põt. facit nonnullas declarationes hic expressas.

De locationibus factis ante Vrbis direptionem.

De melioramentis cedentiũ locationibus.

De annali locatione.

Has declarationes in decisionibus causarũ seruari mandat, nisi aliter. Deput. videatur ex aliqua rationabili causa.

& superius nominatis se à cognitione causarum huiusmodi exonerantibus, vel alias impediti, qui iudices pro tẽpore existentes ad sic seruandum, etiam per fraternitatem tuam, quandocunque tibi visum fuerit expedire, moneri, & induci valeant, sententiasque & determinationes in talibus per deputatos præfatos, de tuo tamen consilio latas & factas, ac ferendas & faciendas, seruari debere, & illis absque reclamatione aliqua stari, ac si illæ per tres sententias conformes in contradictorio iudicio latas terminatæ fuissent. Sicque per quoscunque, etiã causarum palatij Apostolici Auditores, & alios iudices ordinarios ipsius Vrbis, etiam S.R.E. Cardinales iudicari, interpretari, & sententiari debere sublata, eis aliter interpretandi, sententiandi, & iudicandi facultate, irritũ quoque & inane quicquid in contrarium attentari contigerit, decernimus. Insuper, quia Vrbis direptione huiusmodi, tam ciues Romani, quam alij ipsius incolæ, & habitatores capti, & pro sua liberatione taleam soluere promiserunt, & pro illius solutione casalia sua pro minimo pretio libere vendere, ac census immoderatos perpetuos imponere, consentire coacti fuerunt, quibus de opportuno remedio succurrendum esse censentes, eidẽ fraternitati tuæ querelas huiusmodi audiendi, & si forsan coram alijs iudicibus Vrbis ad præsens penderent, illas ad te auocandi, ac diligenter examinandi, habitaque ratione huiusmodi venditionum, & modis pretij, solutionis, ac temporis, & causarum, propter quas venditiones, & censuum impositiones factæ fuerũt, restituto pretio, seu illo aucto, rescindendi, & annullandi, & pretium emptoribus cum aliquo iusto interesse restituendi, seu pretium augendi, & emptores ipsos ad augmentum pretij huiusmodi eisdem venditoribus persoluendum iuris opportunis remedijs cogendi, & compellendi, & omnia alia in præmissis, & circa præmissa faciendi, & exequẽdi, licentiam, potestatem, & facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac instrumentis, pactis, & conuentionibus, necnon renunciationibus, & obligationibus, etiam in forma Cameræ factis, quibus quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus, illaque nulli suffragari volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die prima Ianuarij, millesimo quingentesimo vigesimo nono, Pontificatus nostri anno sexto.

A sententijs Deput. appellari nõ posse declarat.

Decretũ irritãs.

Facultas Deputatorũ circa alienationes factas ꝑ solutione talia.

Clausulæ derogatoriæ.

XXVII.

De facultatibus Illustriss. Antonij Cardinalis de Monte in Alma Vrbe legati de latere deputati, ob discessum Pontificis ab Vrbe, versus Ciuitatem Bononiæ.

Similes Legatorum de latere deputationes indicabo infra in Pauli III. consti. 16. licet potestatis.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Antonio Episcopo Portuensi Cardinali de Monte nuncupato, in Vrbe eiusque territorio, & districtu nostro, & Apostolicæ Sedis Legato, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

LICET potestatis plenitudo desuper nobis commissa sit, & vniuersi gregis dominici, diuina disponente clementia, curam habeamus, finem tamen humanæ possibilitatis excedere non valentes, considerantesque quod circa singula per nosmetipsos Apostolicæ seruitutis debitum absoluere non possumus, nonnunquã aliquos & præcipue Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in solicitudinis partem assumimus, vt ipsis vices nostras supplentibus, ministerium nobis commissum, fauente pietate superna facilius, efficacius, & salubrius exequamur. Et quamuis ad cunctorum Christifidelium prouincias, ciuitates, atque loca paternum studium & diligentiam adhibeamus, ad almam Vrbem tamen nostram aciem nostræ considerationis paternis affectibus dirigentes, illam, ciues, incolas, & habitatores eiusdem tanquam peculiares filios, & deuotos, diligentiori cura intuemur, & super eorum fœlici regimine pacifico & tranquillo desiderantes specialiter prouidere, vt præseruentur à noxijs, & optatis perfruantur incrementis, cum charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus omnibus suis regnis dimissis, vt reipublicæ Christianæ opem ferret, ad Italiam venerit, regibus, & principibus Christianis, ac Italiæ potentatibus pacem offerens, & pro huiusmodi vniuersali pace facilius componenda, nuper nobis suis literis significauerit plurimum expedire, vt in ciuitate nostra Bononiæ quam celerius fieri possit insimul conueniremus, vt totam Italiam tãdem à tot calamitatibus liberaremus, illique veram pacem daremus, vt cum eisdem regibus principibus, & potentatibus Turcarum tyranno, cum potentissimo exercitu ad de nouo Regnum Hungariæ inuadendum, & occupãdum venienti, non solum resisti, sed ipse cum toto eius exercitu, Domino concedente, profligari possit. Et propterea tam eius pio desiderio satisfacere, & ab ipsa Vrbe discedere, ac ad dictam ciuitatem Bononiæ nos conferre, dimissis in eadem Vrbe palatij nostri causarum, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ audientia, necnon Gubernatore, seu Vicecamerario, ac Vicario, seu eius Locumtenente, & Senatore eiusdem Vrbis, ac alijs eiusdem officialibus, Cancellariam nostram cum plumbo, capella, & nonnullis eiusdem Cancellariæ, & Curiæ Romanæ officialibus nobiscum ducere intendamus: Nos volentes interim bono & fœlici dictæ Vrbis, ac Romanæ Curiæ regimini prouidere, & ad te qui opere quidem potens es, & sermone, ad quem in magnis expertum & arduis, eximia doctrina, probitate, & fidelitate, rerumque gerendarum experientia & præcipua prudentia, ac integritate comprobatum habemus, mentem nostram potissime conuertentes, ac sperantes quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, gratia tibi assistente diuina, circumspecte, prudenter, iuste, & fideliter exequeris: Te in Vrbe prædicta, eiusque territorio & districtu, ac terris, & locis illi adiacentibus, nostrum & dictę sedis Legatum de latere, ac in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem, de venerabiliũ fratrum nostrorum San. Rom. Eccle. Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica, tenore præsentium vsque ad nostrum beneplacitum duntaxat, vel reditum ad eandem Vrbem, creamus, constituimus, & etiam deputamus. Dantes tibi harum serie pariter & concedentes plenam, liberam, & omnimodam potestatem, facultatem, & auctoritatem, Vrbem, & loca prædicta cum eius territorio, districtibus, & pertinentijs, necnon personas, ciues, habitatores, etiam Curiales & Romanam Curiam sequentes, seu ad eandem vndecunque venientes, dum in ea fuerint, seu in ea degentes, & incolas eiusdem cuiuscunque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, dignitatis,

Pontifex decreuit conuenire in Ciuitate Bononiæ cum Carolo Imp. pro componenda pace Italiæ, ac bello contra Turcas inferẽdo, vt habes etiã inf. in const. 29. cũ charissimus. fol. 331.

De alia Regni Vngarię inuasione habes sup. fol. 317 cõst. 18. si ꝑ pauperum.

Pro Vrbis regimine, deputat vsque ad eius reditum, Cardinalẽ de Monte, cum facultatibus hic expressis.

Te etiam

etiam fuerint,ac eiusdem Romanæ Curiæ officiales existant, etiam si se exemptos à quocunque legationis offi
cin prætenderint,nostro,& Romanæ Ecclesiæ nomine gubernandi,administrãdi, pro vt cælestis gratiæ infusio,

Facultas cognoscendi causas.

& tua prudentia administrabunt,reformandi,& corrigendi,occupata recuperandi,necnon illa & alia deforma
ta in statum pristinum reducendi,& iurisdictionem omnimodam exercendi,Ciuiles,& criminales causas Eccle
siasticas & spirituales,& super quibuscunque monasterijs,prioratibus,præposituris , canonicatibus,& præben-
dis,dignitatibus,personatibus,administrationibus,officijs, cæterisque beneficijs Ecclesiasticis cum cura , & sine
cura sæcularibus,& quoruncunque ordinum regularibus, & profanas ad forum Ecclesiasticum quocunque iure
spectan.ac mixtas quascunque,tam in dominio nostro, quam extra per appellationes eatraiudiciales vel gene-
rales querelas,etiam non obstante quod ad ipsam curiam legitime deuolutæ,aut in illa de iuris oecessitate tra
ctandæ seu finiendæ non existant,illarumque & etiam aliorum quotumcunque à quibuscunque iudicibus Eccle

De appellationibus à grauaminibus vide infra Pij V. consti.117. Inter alia.

siasticis,& sæcularibus,quacunque auctoritate,dignitate,seu præeminentia fulcitis,ad nos & Romanam Curiã,
ac sedem huiusmodi,& pro quibuscunque grauaminibus vel diffinitiuis sententijs pro tẽpore interpositis, pri-
marum & secundarum , ac vlteriorum appellationum causas vna cum negotio principali, coniunctim vel di-
uisim vel alias prout tibi visum fuerit,ac omnibus & singulis earum iocidentibus , dependentibus, emergenti-
bus,anneais,& conneais in eadem Vrbe,& extra eam vbicunque locorum,præterquam io locis,in quibus cũ no
stra Curia residebimus,etiam summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij,sola facti veritate
inspecta,aut alias iuxta casuum exigentiam & prout tibi videbitur,etiam cum potestate citandi in eande Curia

Facultas cõmittendi causas in Curia & extra. De quo vide hic in fine.

Romana,& extra,etiam per ædictum publicum,constito summarie de non tuto accessu,ac inhiben.quib.& quo
tiens fuerit inhibendum,audiendas,cognoscendas,decidendas,& fine debito terminandas committendi. Et pa-
ri modo inter Auditores dicti palatij nostri,seu eorum Locatenentes distribui , vt moris est , facien. & per si-
gnaturam nomine nostro,videlicet (Placet Domino nostro Papæ) sicut alij dictæ Vrbis Legati facere consueue
runt,ac eisdem Auditoribus & Locatenentibus,seu alijs quibuscunque prælatis,vel iudicibus tam in Rom. Cu-
ria quam extra committendi,seu per te,vel alium,seu alios audiendi,cognoscendi etiam summarie, simpliciter
& de plano,sine strepitu & figura iudicij,vt præfertur etiam reiteratione terminorum ex stylo Curiæ,seu natu
ra causarum obseruari consuetorum,ac etiam illorum omissione, illasque decidendi & terminandi , causasque
ipsas quando tibi placuerit,ab illis quibus commissæ fuerint, tam in dicta Curia,quam extra eam ad te aduocã

Facultas circa sententiarũ nullitates & executiones,ac restitutiones in integrum & causarum fatalia.

di,& alijs committendi,& quascunque sententias per te,seu etiam per alios iudices quoscunque latas tã in Ro-
mana Curia,quam extra eam,etiam si in rem transiueriot iudicatam,eaecutioni debitæ demandandi,cũ decre-
to literarum executorialium seu mandati executiui,etiam cum inuocatione brachij sæcularis , nullitates pro-
cessuum,actorum,gestorum,& sententiarum tollendi,& finiendi, ac restitutionem in integrum aduersus rẽ iu-
dicatam,etiam si tres sententiæ conformes latæ fuerint,etiam gratiose concedendi,dictarum causarum cogni-
tionem,terminationem,& executionem,ac cursum instantiarum,vel etiam fatalium suspendendi,ac restitutio-
oem ad illa concedendi,Omniaque & singula beneficia Ecclesiastica,cum cura & sine cura,sæcularia,& ordinũ
quorumcunque regularia,etiam si dignitates etiam maiores & principales fuerint,& ad illa consueuerint , qui
per electionem,aut alium modum assumi,inter limites tuæ legationis consistentia (basilicæ Principis Aposto
rum de Vrbe,ac Lateranensis,& beatæ Mariæ Maioris Ecclesiarum canonicatibus,& præbendis,& illis quæ ad
collationem alicuius ex venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus præfatis,respectu Episcopatuum ti-
tulorum suorum presbyteralium,aut diaconorum,vel alias quocunque modo pertinent,duntaxat exceptis) Ac
quorumcunque familiarium tuorum,continuorum commensalium,nunc & pro tempore existentium, etiã si ab
ipsa familiaritate recessissent,& in quibuscunque prouincijs,seu locis consistant,beneficia Ecclesiastica , etiam

Beneficia & eorũ prouisiones.

si dispositioni Apostolicæ specialiter vel alias ea quauis causa etiam de necessitate exprimenda,præterquam fa
miliaritatis nostræ,aut quo ad ea,quæ ad dispositionem tuam ratione Ecclesiarum , vel beneficiorum tuorum,
non pertinet,alicuius Cardinalis viueotis generaliter reseruata,seu ea quauis geoerali reseruatione affecta fue
rint,cum illa per cessus,vel decessus,aut alias quasuis dimissiones illa nunc & pro tempore obtinentium etiam
illorum commendis cessantibus,vel vnionibus temporalibus dissolutis , vel alias quocunque modo vacare con-
tigerit,quibusuis personis,de quibus tibi videbitur,etiam quæcunque, quotcunque , & qualiacunque beneficia
Ecclesiastica obtinentibus,& eapectantibus : Necnon & si extra limites tuæ legationis beneficia aliqua vt su-
pra qualificata,in ciuitatibus,diœcesibus,& locis per duas dietas dictæ Vrbi propinquis vacauerint,etiam si,vt
præmittitur,reseruata fuerint,dummodo aliquo ipsorum beneficiorum reseruatorum, præterquam ea familia-
ritate tua in dictis ciuitatibus,& diœcesibus vacantium huiusmodi summam , seu valorem annuum secundum
communem æstimationem,vigintiquatuor florenorum auri de Camera non excedat,personis idoneis per te eli
gendis conferendi,& de illis etiam prouidendi,seu illa alijs beneficijs Ecclesiasticis ad vitam vniendi, adnectẽ
di,& incorporandi,verosque vltimarum vacationum modos , etiam si ex illis quæuis generales reseruationes,

Facultas iudicandi in Officiales, Curiales Barones Cõites &c.

etiam in corpore iuris clausulæ resultent,pro expressis habendi : Ac etiam in ipsa Vrbe quandiu ab ea absen-
tes fuerimus,in quoscunque curiales,& ipsam Curiam sequentes,seu cortisanos,& officiales quoscunque ipsius
Curiæ nostræ,& ipsorum officiorum præsidentes cuiuscunque dignitatis,status,gradus,ordinis,vel conditionis
fuerint,dummodo Sanct.Rom.Eccl.Cardinales non existaot,omnimodam iurisdictionem exercendi , eosq; pro
excessibus puniẽdi,& prout demereant seu deliquerint , à suorum officiorum exercitio suspenden. & prout iu-
stitia suaserit,eos eisdem officijs suis priuandi & restituendi : Necnon etiam inter comites,barones,& milites,
dominos temporales & nobiles , ac personas alias sæculares & Ecclesiasticas , necnon communitates, & vni-
uersitates, ac populos, & omnes alios sæculares discordes & differentes , Vrbis , terrarum, locorum,& distri-
ctus prædictorum pacem, & concordiam faciendi , & inter eos treguas indicendi , ipsosque ad eas & ipsarum
obseruantiam quibuscunque pœnis , districtionibus , sententijs , & censuris prout tibi videbitur , compellen-
di,concordes in vnitatis & charitatis vinculo confouendi,& confirmandi,rebelles,& delinquẽtes, ac eiusdem
Romanæ Ecclesiæ hostes censuris , & pœnis tam Ecclesiasticis quam alijs etiam pecuniarijs & corporis afflicti
uis coercendi & corrigendi, & ad nostram, & dictæ Romanæ Ecclesiæ vnitatem reducendi : Necnon cum tuis,
& quinque prælatorum se asserentium familiaribus etiam continuis commensalibus, & decem , quos tu elege-
ris,personis alijs ad duo,& si nobiles vel graduati fuerint, ad tria, seu cum dispensatis ad duo , ad tertium o-
rata , dummodo inter illa non fuerint nisi duæ parochiales Ecclesiæ , seu alias inuicem incompatibilia sæcula-
ria, etiam si dignitates etiam maiores & principales, personatus, administrationes, vel officia etiam curata,&

electiua in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesijs parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ fuerint, & ad duo alia etiam similia simplicia, non tamen duos canonicatus, & præbendas sub vno, & eodem tecto vnius & eiusdem Ecclesiæ consistentia, si eis & cuiuslibet eorum alias canonice conferantur, aut eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eis insimul ad vitam, cum potestate permutandi & commendæ cedendi totiens quotiens in titulum & commendam respectiue obtinendæ. Necnon super ætate in decimo octauo dispensandi super ætatis & natalium defectibus ad vnum, & in vigesimo ad duo, necnon super natalium defectibus patientibus ad quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia Ecclesiastica, etiam si canonicatus, & præbendæ in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis Ecclesijs, & alias, vt præfertur, qualificata fuerint, & ad canonicatus, & præbendas Cathedralium in vndecimo, & aliarum collegiatarum in octauo suarum ætatum annis: Et de non promouendo ad septennium, dummodo infra primum triennium dicti septennij ad subdiaconatus ordinem se faciant promoueri, vel aliud breue tempus, prout tibi videbitur: Ac etiam de promouendo ad sacerdotium in vigesimo tertio cum sæcularibus clericis, cum regularibus vero in vigesimo secundo anno: Et de suscipiendo clericatum, minores & sacros etiam presbyteratus ordines in Curia Romana à quocunque antistite, & etiam extra eam, etiam extra tempora à iure statuta, in tribus tamen festiuis diebus dispensandi: Necnon quibuscunque Cancellariæ regulis, processus, acta, & merita causarum, ac etiam præmissa omnia & singula concernentibus, dummodo alteri non tollatur ius quæsitum, Ac etiam iuri patronatus laicorum, quo ad beneficia familiarium tuorum, & alia in limitibus tuæ legationis vacantia, vel ex tunc vacatura, quæ de illo ex consuetudine vel priuilegio fuerint in totum, alioquin pro medietate patronorum eorundem derogandi: Et quascunque personas quibus literas tuas vigore præsentium concesseris, à quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet tunc etiam ob non paritionem rei iudicatæ, aut alias in casibus in regula desuper ædita expressis innodati erunt, etiam si per annum & vltra in illis insorduerint, ad effectum gratiarum suarum duntaxat consequendum absoluendi. Eorumque omnia & singula beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, sæcularia, & ordinum quorumcunque regularia, quæ in titulum vel commendam, etiam ex quibusuis concessionibus, ac dispensationibus Apostolicis tunc obtinebunt & expectabunt, ac in quibus, & ad quæuis sibi quomodolibet competet, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque fuerint, eorumque fructuum, redditrum, & prouentuum, veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum tenores pro expressis habendi, necnon quascunque concessiones, Si in euidentem vtilitatem, super alienationibus & arrendationibus perpetuis, seu temporalibus, etiam emphiteoticis quorumcunque bonorum stabilium ad Ecclesias, monasteria, dignitates, & beneficia, ac loca alia Ecclesiastica intra limites tuæ legationis consistentia, cuiuscunque valoris existant: In alijs vero locis qualitercunque remotis vsque ad valorem centum florenorum auri de Camera duntaxat spectantium, cum insertione tamen literarum fel. rec. Pauli Papæ II. prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum in omnibus iudicijs, communiter vel diuisim concedendi. Insuper rebelles, & contradictores quoslibet per amotiones, priuationes, depositiones, relegationes, & proscriptiones perpetuas, vel temporales etiam sententialiter, prout ad ipsam Romanam Curiam pertinuerit, sublato appellationis obstaculo compescendi, omniaque alia & singula ad honorem & status nostri, & ipsius Romanæ Ecclesiæ, & populorum commoditatem faciendi, gerendi, mandandi, ordinandi, disponendi, & exequendi quæ necessaria quomodolibet & opportuna fore cognoueris, & quæ nosmetipsi facere possemus. Et nihilominus singulari doctrina, integritate, fidei constantia, iustitiæ & rectitudinis zelo, clara prouidentia, ac longa, consumataque Vrbis, & Curiæ prædictarum notitia in te euidentissime comprobatis, necnon maturitate consilij per te in arduis & periculosis nostris & dictæ sedis negotijs, fideli experientia testimonium perhibente præstitis diligenter perspectis, dignum censentes, vt te non minoribus prærogatiuis quam prædecessores nostri Romani Pontifices alios qui pro tempore fuerunt in dicta Vrbe Legatos prosecuti sunt, prosequamur, vltra supra dictas omnes & singulas alias facultates, quæ quibusuis alijs dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus à tempore piæ memoriæ Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri in ipsa Vrbe deputatis, Legatis per quascunque literas tam sub plumbo, quam in forma breuis sub quacunque forma & verborum expressione concessæ comperiuntur, quarum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, inserti forent, præsentibus pro expressis haberi volumus, eidem circumspectioni tuæ harum serie concedimus, tibique vt illis omnibus in omnib' & per omnia, perinde ac si illæ tibi specialiter & expresse concessæ fuissent, vti, potiri, & gaudere libere & licite valeas indulgemus. Decernentes illarum vigore per te, seu de mandato tuo, alias rite pro tempore gesta, & concessa, ac quæcunque, quæ inde sequentur, valida & efficacia existere, & suos effectus sortiri debere, Sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes insuper Gubernatori, Vicario eiusdem Vrbis, Auditori Cameræ, & Senatori, ac alijs officialibus quibuscunque in ipsa Vrbe præsentibus, necnon omnibus & singulis Baronibus, Domicellis, stipendiarijs, nobilibus, ciuibus, incolis, & habitatoribus, ac personis alijs Vrbis, Curiæ, districtuum, & locorum prædictorum etiam forensibus ibidem pro tempore degentibus, cuiuscunque dignitatus, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis per te infligendis, vt tibi in omnibus pareant efficaciter & obediant, omni dilatione vel exceptione cessante. Nos enim facta, concessa, & acta ac gesta quæcunque per te, necnon processus, sententias, & pœnas, quas per te vigore præsentium promulgari contigerit, rata habebimus, & faciemus auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs tam Apostolicis, quam alijs generalibus vel specialibus sub quacunque forma & expressione verborum, cuicunque cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut ordinum, etiam Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Gradimonten. Cartusien. Vallis vmbrosæ, Camaldulen. Humiliatorum, S. Benedicti, & Augustini, Hospitalis Hierosolymitani, S. Ioannis, S. Mariæ Theutonicorum, Calatrauen. S. Spiritus in Saxia, Sancti Antonij, seu quorumcunque aliorum ordinum existant, concessis, innouatis, & confirmatis, necnon recolendæ mem. Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de vna, & in generali concilio de duabus dietis edita, necnon Lateranensis, Pictauiensis, & generalis conciliorum, necnon de valore exprimendo, & de commissione facienda in vnioibus, & illarum confirmationibus, ac de insordescentibus & censuris per tempus inibi expressum, & alias, ac de nõ expediendis literis executorialibus, & sequestris nisi sub plumbo, & alijs constitu-

Dispensandique circa ætatis & natalium defectus.

Derogãdi etiam regulis Cancellariæ, & iuri patronatus laicorum.

Absoluẽdique à censuris.

Cõmissiones in forma si in euidẽtẽ sup alienationibus bonorum Eccl. cõcedendi.

Pauli 2. cõst. habes sup. fol. 88. const. 2. cum in omnibus.

Rebelles & contradictores coercendi.

Omniaq; faciendi, quę Pontifex posset facere posset.

Concessio quarũcunq; aliarũ facultatũ alijs legatis concessarum.

Decretũ irritans

Clausula derogatoriæ.

constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, in quibus sæcularia, & monasteriorum, ac aliorum regularium locorum, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu a quibus illa dependere contigerit, & ordinum quorum extiterint iuramento, confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac alijs quibuscunque præmissis obuiantibus, quæ omnia & singula in literis per te super eisdem præmissis concedendis latissime exprimi posse volumus, præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis alijs priuilegijs, literis & exemptionibus, etiam sub quibusuis verborum formis & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs per nos & sedem eandem concessis vel in posterum concedendis, quorūcūque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus suffragari. Volumus autem quod in concessionibus, gratijs, & literis per te vigore præsentium faciendis, præsentes literæ nullatenus inserantur, sed absque illarum insertione perinde plenum effectū sortiantur, ac si ipsæ præsentes de verbo ad verbum insererentur. Tu igitur venerabilis frater, munus hmôi deuota mente suscipiens, te in illius executione sic sollicitum, ac verbo, sermone, & opere studiosum & diligentem exhibeas, quod ex tuis laboribus, diuina fauente gratia, optati fructus succedant, quos speramus. Tuque per sollicitudinem tuam præter æternæ retributionis præmium, merito possis apud nos, & sedem prædictam commendari. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M D XXIX. Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

Legatus iste non tenetur hāc cōst. inserere in suis concessionibus.

Sequitur alia const. quam hic misceo, tanquam cum præcedenti connexam & sub eadem die datam.

Cum hodie nos, qui pro vniuersali pace facilius cōponenda, ad ciuitatem nostram Bononien. vt cum charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum & Hispaniarum Rege Catholico in Imperatorem electo, qui nuper ad Italiam venit, conueniamus, te virum vtique secundum cor nostrum, virtutibus sublimē, & multa prouidentia, magnaque rerum experientia circunspectum, in alma Vrbe nostra, eiusque territorijs, & districtu, ac locis adiacentibus, nostrum, & Apostolicæ sedis Legatum de latere, ac in spiritualibus & temporalibus Vicariū generalem ad beneplacitum nostrum, de fratrum nostrorum consilio constituerimus, & deputauerimus, ac diuersas facultates tibi concesserimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur; Nos vt officium legationis huiusmodi eo libentius & efficacius exequaris, quo per nos fueris ampliori facultate munitus, & huiusmodi legatione durante administratio iustitiæ plus debito non retardetur, nec partes litigantes incommoda aliqua sustineant, prouidere volentes, circunspectioni tuæ quascunque cōmissiones cuiuscunque tenoris & continentiæ iustitiam quomodolibet concernentes, prout in quibusuis Ecclesiasticis beneficialibus, profanis, ciuilibus, criminalibus, & mixtis, ac quibuscunque alijs quibuscunque qualitatis existant, ac inter quascunque personas Ecclesiasticas, & sæculares quomodolibet motis, & mouendis causis, si illæ iudicibus in Romana Curia, per hæc verba videlicet, Placet domino nostro Papæ. Si vero extra eam, præterquam vbi nos fuerimus, dirigendæ fuerint, per Concessum in præsentia Domini nostri Papæ, signandi, ac omnia & singula per signaturā iustitiæ cōcedi & committi solita concedendi & committendi, Necnon constitutionibus Bonifacij de vna, & concilij generalis de duabus, non tamen tribus dietis, ac alijs per signaturam iustitiæ derogari solitis, ac etiam quibusuis priuilegijs & indultis, & tam curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, quam alijs ordinarijs iudicibus dictæ Vrbis etiam per nos concessis, & approbatis, etiam quod illis nisi per signaturam manu nostra & motu proprio concessum derogari non possit, disponentibus, & hactenus obseruatis specialiter & expresse derogandi. Necnon si necessarium fore conspexeris, vnū vel duos signaturæ iustitiæ duntaxat Referendarios, quos malueris, & ad hoc vtiles, & idoneos esse cognoueris, qui commissiones iustitiæ huiusmodi referendarios & in signatura per te facienda tibi assistere, ac illi interesse licite valeant, durante legatione tua tantum deputandi, & alia quæ S.R.E. Cardinales, qui hactenus signaturam iustitiæ habuerunt, facere & exercere potuerunt, & debuerunt, faciendi, & exercendi, huiusmodi tuæ legationis officio durante duntaxat, plenam & liberam harum serie facultatem concedimus; Decernentes commissionibus manu tua & vigore præsentium, de mandato nostro, ac in præsentia tua signandis, necnon derogationibus in eis concedendis in iudicio & extra, perinde ac si propria nostra manu signatæ fuissent stari, ac indubitatam fidem adhiberi. Et sic per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari debere, ac irritum & inane quicquid secus contigerit attentari. Non obstan. priuilegijs, & indultis, ac alijs præmissis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die prima Octobris, M D XXIX. Pontificatus nostri anno sexto.

Causa istius cōst.

Facultas signādi commissiones signaturæ iustitiæ.

Derogandiq; cōstitutionibus & indultis de quibus hic.

Referendariosq; Signaturæ Iustitiæ dum vel vnū deputandi.

De materia Signaturæ Iustitiæ vide infra P. 34 [illegible] 84. Cū non.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

XXVIII.

Declaratio constitutionis suæ ad fauorem Cursorum & contra Mandatarios editæ, quam habes supra fol. 234. const. 34. Accepimus nuper.

Has literas suę const. habes sup. fol. 324. nu 34.

CLEMENS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM de viribus literarum nostrarum præinsertarum, pro eo quod illæ nobis tunc plene non informatis, eisdem Cursoribus concedebantur (Quatenus essent in vsu, aut in dictarum literarū Alexandri, & Iulij prædecessorum possessione) ab aliquibus in futurum dubitari posset: Nos igitur, ad quos spectat litium anfractus & controuersias succidere, dubiaque tollere, de possessione dictorum Cursorū in præmissis vsu & consuetudine roborata, ex fide & relatione personarum fidedignarum plene informati, ac de ipsorū Cursorū iure in præmissis omnibus & singulis veram notitiam habētes, Motu simili, & ex certa sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus, literas nostras præfatas cum omnibus & singulis decretis, declarationibus, inhibitionibus, mandatis, concessionibus, & alijs in eis contentis clausulis, perinde valere, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & Collegio dictorum Cursorum suffragari debere in omnib. & per omnia, perinde ac si dicta verba (Quatenus in vsu, aut literarum Alexandri, & Iulij possessione ipsi Cursores essent) nō apposita, vel expressa fuissent: & ita intentionis nostræ, & voluntatis incōmutabilis fuisse & esse noscitur. Et nihilominus pro potiori cautela Decretum, & Mandatum Alexandri, ac inhibitionē & declarationem

Innouat eius const. quam sine illa clausula, quatenus in vsu &c. robur obtinere decreuit.

Iulij prædecessorum nostrorum, ac eorum literas huiusmodi, necnon in eis contenta quæcunque apostolica auctoritate, & ex certa nostra scientia approbamus & innouamus; ac alia, & eis prorsus similia de nouo concedimus, decernimus, mandamus, inhibemus, & declaramus, atque perpetuæ roboris firmitate subsistere, Et Auditores, Commissarios, etiam Cardinales, Vicarium, Gubernatorem, Camerarium, & Cameræ apostolicæ Clericos pro tempore existentes, Senatorem, & alios Iudices, & eorum Collaterales, Locatenentes, & Capitaneos præfatos, etiam Turris nonæ, Ripæ, & Ripettæ, necnon omnes & singulos Nuncios, & quasuis alias personas quocunque nomine nuncupentur, prout singulos eorum concernit, sub excommunicationis, suspensionis, & interdicti latæ sententiæ, & quingentorum ducatorum fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe irremissibiliter applicandorum pœnis, per Nuncios, Mandatarios, & alios præmissa ad officium Cursorum eis & non alijs quibuscunque Nuncijs spectantia, & exercentia eo ipso absque alia declaratione incurrendis firmiter obseruari debere. Mandantes tam dictis Nuncijs, Mãdatarijs & officialibus, officia sua in quibuscũq; Curijs, & corã quibuscũq; personis, nullis exceptis, ac in literarum apostolicarũ facien. executione sine affixione, aut citationibus, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, vel ingenio se intromittant, & intromittere tentent, vel procurent. Decernentes commissionis præsentationem, ac citationis executionem, intimationem, publicationem, & affixionẽ, per alios quam dictæ Curiæ Cursores pro tempore faciendas, ac processus illarum vigore habendos & faciendos, ac nullam fidem in iudicio & extra illud adhibendam fuisse, nec adhiberi debere, sed fuisse & esse nullas & inualidas, nulliusque roboris vel momenti: ac pro nullis & inualidis ac infectis, & viribus omnino vacuis haberi. Mandantes insuper & committentes Curiæ causarum Cameræ apostolicæ nunc & pro tempore existenti generali Auditori, quatenus Collegio dictorum Cursorum in præmissis per se & eius locumtenentem efficacis defensionis præsidio assistat, eaque omnia & singula sub prædictis & alijs censuris & pœnis obseruari faciat: & contra rebelles & inobedientes quoscunque debitæ executioni, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, quacunque appellatione remota, debitæ executioni demandet & demandari faciat, & exequatur. Decernentes, quod confirmatio, approbatio, innouatio, decretum, inhibitio, & gratia nostra huiusmodi ex quacunque causa etiam vrgentissima, & de necessitate exprimenda, de surreptionis aut obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari seu impugnari minime possint & debeant, & in præmissis omnibus & singulis sic per quoscunque iudices, etiam præfatos, in quacunque instantia pronunciari &c. sublata eis &c. ac irritum &c. decernentes & declarantes. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis eisdem Mandatarijs etiam per nos, & sedem prædictam, sub quacunque verbo rum forma & expressione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & cum quibuscunque clausulis etiam vrgentissimis, & de necessitate exprimendis pro tempore concessis, confirmatis, & innouatis: quibus, illarum tenores pro expressis habentes, latissime derogamus, & derogatum fuisse & esse decernimus & declaramus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis ad ipsorum libitum.

Approbat etiam const. Alex. 6. & Iul. 2. quas ipse recitauit supra in const. 24.

Contrauenientibus pœnas de quibus hic imponit

Cõmissionũ præsentationes, Citationes &c. p alios quam per Cursores exequendas, & processus illarum vigore factos, inualidos declarat.

Executoẽ istius constit. A. C. deputat.

Executoris facul tates.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. & decreto, & declaratione prædictis, perinde ac si dicta verba in nostris literis non fuissent expressa, latissime extendentes: & de nobis, si opus fuerit, decretis, inhibitione, mandatis, approbatione, innouatione, concessione, & alijs clausulis supradictis, quæ pro repetitis habeantur: & de deputatione iudicis deputati, &c. vt supra. Et quod præmissa de surreptionis vitio, aut intentionis defectu notari seu impugnari non possint, latissime extẽden. Et cum derogatione Statutorum, priuilegiorum, & indultorum, vt supra, latissime extenden. Et quod præmissorum omnium & singulorum, & circa præmissa necessariorum, sola signatura sufficiat, & vbique in iudicio & extra illud fidem faciat, Regula contraria non obstante, sed etiam maior & verior specificatio & expressio fieri possit in literis, quæ per Breue nostrum ad ipsorum libitum expediri debeant: & remanente eorundem Mandatariorum, quo ad causas ordinarias exercitio, quo ad solitas citationes per eos fieri solitas, ac in suis solitis Tribunalibus, & quo ad eas in quibus non proceditur per Commissionem primam seu dependentem.

Fiat I.

Cursores in causis Commissarijs, etiam à principio ordinarijs, citare debere, & nõ Mãdatarios, Iulius Iul. 3. infra const. 16. Cum tu sicut.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Quarto nonas Octobris, Anno Sexto.

Die vigesimaseptima mensis Octobris, millesimo quingentesimo vigesimo nono præsentes literæ affixæ & præsentatæ fuere in valuis seu portis Audientiæ Palatij apostolici R. P. D. almæ Vrbis Gubernatoris, Auditoris Cameræ apostolicæ, Vicarij Papæ, Audientiæ Capitolinæ, valuis Cancellariæ apostolicæ, & acie Campi Floræ, per me Ioannem Seruler S.D.N. Papæ Cursorem.

Petrus Crassei pro magistro Cursor.

XXIX.

Electionem Pontificis successoris, in Alma Vrbe fieri debere declarat, in euentum eius obitus ante reditum ad eandem Vrbem.

De Materia autem electionis Pontificis vide infra Pij IIII. constit. 13. in eligendis cum ibi notatis.

Hæc constit. innouatur infra in const. 44. licet varie.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

CVM charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum, & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus, intellexisset Turcarum tyrannum potentissimo exercitu ad denuo Regnũ Hungariæ inuadendum & expugnandum venire, cognoscensque propterea non solum Regnũ ipsum, sed etiam Rempublicam Christianam in maximo versari discrimine, ac desiderans Ferdinando Regi Hungariæ fratri

De alijs Regni Vngariæ fauore habes sup. fol. 317. const. 18.

fratri suo dulcissimo, ipsique Reipublicæ Christianæ opem ferre, prout ad eius officium, cum aduocatus Ecclesiæ existat, pertinere cognoscebat, omnibus suis regnis dimissis, quamprimum ad Italiam venit, offerens pacem illam, quam Iesus Christus in coelum ascendens suis reliquit discipulis, Regibus & Principibus Christianis, ac Italiæ potentatibus, sine qua eidem Turcarũ tyranno resisti non posse cognoscebat, & pro huiusmodi vniuersali pace facilius componenda nuper nobis suis literis significauit plurimum expedire, vt in ciuitate nostra Bononiæ quam celerius fieri posset, insimul conueniremus, vt totam Italiam tandem a tot calamitatibus liberaremus, illique pacem daremus, vt illa placata, illius potentatus ac barones vnitis animis & viribus non solum dicto Turcarum tyranno resisti, sed ipse cum toto eius exercitu profligari posset, Nos eius pium & honestum desiderium plurimum in domino commendantes, & si ex graui infirmitate, qua tot mensibus detenti fuimus, cõualuerimus, tamen pristinas corporis vires adhuc non recuperauimus, occasionem tamen rei bene gerendæ, & tam necessarij boni omittere nolentes, cognoscentes ad officium nostrum pertinere pro salute gregis dominici nobis commissi, periculo vitæ nos exponere, & ad ciuitatem ipsam Bononiæ omni celeritate & mora cessante nos conferre, in alma tamen Vrbe nostra causarum, & literarum apostolicarum audientiam relinquentes, ac relinquere declarantes ad effectum, vt si ante reditum nostrum ad Vrbem ipsam nos ab hac luce migrare contingeret, in ipsa Vrbe, in qua audientiam memoratam relinquimus, & non in ciuitate Bononiæ, seu alio loco, in quo, tempore obitus nostri, cum nostra Curia resideremus, electio Romani Pontificis fieri debeat, nisi ipsa Vrbs tunc interdicta, vel contra Ecclesiam Romanam in manifesta rebellione persisteret, seu de impressione dubitaretur, sicut alias ex causis tunc expressis, proximis annis circa electionem Pontificis in euentum obitus nostri, ita & nunc etiam prouidere desideramus & intendimus. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, & diligenti examine, & de eorundem cõsilio, & vnanimi consensu, causarum & literarum apostolicarum audientiam in ipsa Vrbe post nostrum ab ea discessum remanere, ad effectum, vt si ante reditum nostrum ad ipsam Vrbem, nos ab hac luce migrare contingeret, ibi & nõ alibi vbi nos mori contingat, electionem Romani Pontificis celebrari debere, nisi Vrbs ipsa tunc interdicto subiaceret, vel esset aperte rebellis, aut inibi de impressione dubitaretur, vt præfertur. Super quo, maioris partis Cardinalium tunc ibidem existentium decisioni stari, & tunc in ciuitate Castellana, seu Vrbeuetana, aut Perusina, seruato scripturæ huiusmodi ordine, fieri debere, dummodo illæ ecclesiastico interdicto subiectæ seu rebelles nõ fuerint, vt præfertur. Ac per fe. re. Alexandrum III. Licet de euitanda, & Gregorium X. in Lugdunen. Vbi periculum, & Ne Romani, incipientes, per Clementem V. Romanos Pontifices prædecessores nostros in Viennen. concilijs circa electionem eandem hactenus editas constitutiones, & alias extrauagantes in omnibus in eis contentis seruari, & in suo robore permanere debere volumus, atque decernimus. Nos enim electionem alibi contra præsentium tenorem per eosdem Cardinales factam, nullam & irritam fore, ipsosque Cardinales ad aliam benedictionem Romani Pontificis, seruata eorundem præsentium literarum forma, procedere debere, & per eos contra præmissa nullatenus dispensari posse etiam decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, intentionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, Pridie nonas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

B. Motta.

Imperator est Ecclesiæ Aduocat⁹. Quod dixit etiã Alex. 4 sup. fol. 85 const. 6.

Pont. iste decreuit conuenire in Ciuitate Bononia cum Carolo Imperatore, pro componenda pace Italiæ, & bello cõt. a Turcos inferendo vt habes etiam sup in cons. 17.

Has literas hic non habes.

Declarat igitur in Alma Vrbe, causarum & literarũ Apostol. audientiam remanere, & in ea electionem successoris Põtificis fieri debere.

Idoiũ Pont. cõstit. decernens.

Electionẽ contra formã istius cõstit. factã nullam esse, & contra eã dispẽsari nõ posse decernit.

XXX.

Declarat & ampliat reuocationem expectatiuarum & gratiarum de qua sup. fol. 331. const. 22. comprehendere expectatiuas & gratias ad Beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata vel affecta, etiam concessas ante eius detentionem in Arce S. Angeli de Vrbe.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DECET Romanũ Pontificẽ per eum gesta ita suæ declarationis arbitrio plana facere, quod exinde nulli valeat dubitationis inuolucrum quomodolibet exoriri. Dudum siquidem nos, qui tempore quo cum nonnullis S. R. E. Cardinalibus & alijs Prælatis in arce nostra Sancti Angeli de Vrbe contra diuina humanaque iura detinebamur, quamplures gratias expectatiuas etiam ad beneficia dispositioni apostolicæ generaliter reseruata siue ex generali reseruatione affecta, ac in mensibus ordinarijs collatoribus cõcessis vacatura concesseramus, ab huiusmodi impia detentione liberati, habita desuper cũ Venerabilibus fratribus nostris eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in primo Consistorio nostro secreto per nos in ciuitate nostra Vrbeuetana celebrato deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio & assensu omnes & singulas expectatiuas & alias gratias, & illarum collationum, mandatorum, extensiones, reualidationes ad dicta beneficia dictæ dispositioni apostolicæ generaliter reseruata seu affecta, ac in mensibus ordinarijs collatoribus sine consensu, seu in quibus consensus non fuisset insertus, concessis prædictis vacatura se quomodolibet extendendos, per nos in dicta arce etiam motu proprio & alias quomodolibet concessas, ac desuper confectas literas etiã quascunque præseruatorias clausulas, declarationes, ac decreta in se continentes, quoad beneficia ipsa eidem dispositioni generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione apostolica affecta, & in dictis mensibus ordinarijs collatoribus sine eorum consensu vacatura, nulla & inualida fuisse & esse, ex certa nostra scientia sub Dat. videlicet quintodecimo Kalendas Ianuarij Pontificatus nostri anno quinto per alias nostras literas declarauimus, illasque & inde secuta quæcunque pro potiori cautela reuocauimus, cassauimus, irritauimus & annullauimus, ac pro nullis & viribus vacuis, ac non concessis haberi, nullumque effectum sortiri debere, ac illarum prætextu de ipsis reseruatis seu affectis beneficijs quasuis factas & faciendas acceptationes, & prouisiones, ac alias dispositiones irritas & inanes fuisse & esse, nec per illas ius aliquod cuiquam acquiri potuisse vel posse. Sicque iudicari debere, ac quicquid secus attentari contigerit, irritum & inane decreuimus, prout in eisdem literis plenius

Pont. iste vna cũ non nullis Cardinalibus detentus fuit i Arce S. Angeli de Vrbe, & tunc multas expectatiuas & gratias ad beneficia reseruata & affecta concessit.

Quas postea reuocauit & nullas ac inualidas fuisse declarauit vt habes sup. in const. 22. fo. 331. & ibi notaui.

nius continetur. Cum autem ante tempus detentionis huiusmodi nōnullas expectatiuas, & alias gratias ad beneficia dispositioni prædictæ generaliter reseruata seu affecta cōcessissemus, & a nonnullis hæsitari posset, an illæ sub huiusmodi declaratione & reuocatione censeantur comprehensæ: Nos, quorum mentis & intentionis semper fuit, vt beneficia dictæ dispositioni generaliter reseruata seu affecta prætextu gratiarū expectatiuarū etiam per quoscunque Romanæ Curiæ officiales, quæuis priuilegia & indulta apostolica ad id habentes acceptari non possent, omnem in præmissis acceptationis materiam submouere volentes, motu simili non ad aliquorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate & ex certa nostra scientia declaramus & attestamur, in dicto primo Consistorio in ciuitate Vrbeuetan. dicta die quintadecima Cal. Ianuarij, vt præfertur celebrato, etiam omnes & singulas expectatiuas & alias gratias illarumque collationum mutationes, extensiones, ac reualidationes, ad beneficia dictæ dispositioni generaliter reseruata seu affecta se quomodolibet extendētia, per nos etiam antea, etiam motu simili & quomodolibet concessas ac desuper confectas literas etiam quascunque conseruatiuas clausulas, declarationes & decreta in se continentia quoad beneficia ipsa eidem dispositioni generaliter reseruata, seu ex generali reseruatione apostolica affecta, nullas fuisse & esse, & illarum prætextu etiam uigore quorumcunque priuilegiorum quibusuis officialibus nostris cōcessorū beneficia reseruata huiusmodi nullatenus acceptari, nec ex illis sibi prouideri facere posse, similibus cōsilio & scientia declarasse, illasque & indesecuta quæcunque pro potiori cautela reuocasse, cassasse, & irritasse, ac pro nullis & viribus vacuis, & non concessis haberi, nullumque effectum sortiri debere decreuisse, illasque sub huiusmodi declaratione, reuocatione, cassatione, annullatione, ac literis prædictis & in eas contentis clausulis comprehensas fuisse & esse & censeri etiam in omnibus & per omnia perinde ac si de ipsis gratijs antea concessis in eisdem posterioribus literis specifica mentio facta fuisset, & sic incommutabilis mentis & intentionis nostræ fuisse, ac ad nullam probationem in contrarium admitti debere. Sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter indicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, attestationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo nono, tertio Cal. Nouembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Et nunc declarat reuocationē fuisse et intelligi etiā ad concessiones & gratias factas ante tēpus suæ detentionis in dicta Arce Sancti Angeli.

Decreti irritans.

Clausula derogatoria.

Visa A. de Carboniano,

A. de Castillo.

Lecta & plublicata fuit suprascripta declaratoria Bononiæ in Cancellaria apostolica anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo nono, die vero trigesima Octobris, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Anno Sexto.

Et ego vidi descriptam in Quinterno Cancellariæ Aposto. fol. 327.

Iacobus de Cesis Custos.

XXXI.

Cessionis, vel discussionis bonorum, aut dilationis quinquennalis beneficium impetrantes, infra tres menses causas expedire tenentur.

Ampliatur hæc constitutio in constit. seq. Et declaratur inf. per Paul. 3. const. 70. Cum sicut Iul. 3. const. 29. Nuper. & const. 54. Cum nuper, Paulum 4. const. 15. Sincera, Pium 4. const. 52. Cupientes. & Pium V. const. 118. Postquam.

Dilationes autem & Beneficia ista, debitoribus ex causa panis non suffragari iussit Iul. III. const. 28. Cum sicut.

Nec obligatis in forma Reu. Cameræ Apost. statuit Greg. 13. const. 55. Ad generis.

Neque in causis mercedum, alimentorum, ecclesiarum, pupillorum, &c. decreuit Clemens sup. fol. 322. constit. 23. licet.

De dilationibus autem per Visitatores Carcerum Vrbis carceratis concedendis habes infra in Pij V. constit. 193. Reuerendi.

CLEMENS Papa VII.

CVM Ex multorum relatione non sine animi nostri displicentia acceperimus, quod nonnulli Dei timore postposito, & suarum animarum, ac honoris proprij immemores, post magnum æs alienum contractum, & si bona sufficientia pro satisfaciendis creditoribus habeant, tamen ad eos illudendos, ac laboribus & expensis defatigandos, alij beneficium alternatiuum, cessionis videlicet bonorum, aut dilationis quinquennalis, alij discussionem bonorum, aut hæreditatis etiam a sede apostolica impetrant, quibus impetratis, ad expeditionem earundem minime incumbunt, & dictis gratijs se tutos cognoscentes, & difficile testantes, quod vel creditores conueniant in eligendo, vel bonorum & hæreditatis discussio fiat, pauperes creditores eorum credito vel deluduntur, vel a dno protrahuntur, vt ipsi fame pereant, vel vt sæpius euenire solet, moriantur,

Causæ istius const.

riantur,& hæredes eorum,non ita de materia informati, a credito eorum penitus excludantur. Nos talibus inconuenientijs obuiare volentes,Motu proprio,& ex certa nostra scientia,tenore præsentium decernimus & declaramus,quod quicunque beneficium alternatiuæ prædictum,aut discussionem bonorum,seu hæreditatis hactenus impetrarunt a die publicationis præsentium,& qui in futurum impetrabunt a die eorum impetrationis cõputandis,nisi infra tres menses vsque ad sententiam inclusiue causam expediuerint,seu expediri fecerint, dictis gratijs seu beneficijs ipso iure priuati existant,& iudices eorum,quibus tales causas ventilare continget,siue ordinari, siue delegati,etiam si sint causarum palatij apostolici Auditores,aut S.R.E.Cardinales, ad totalem execu tionem contra ipsos debitores ad instantiam cuiuslibet creditoris procedere possint & debeant, perinde ac si talia beneficia ipsis talibus debitoribus minime concessa fuissent,partibus alias iustitiam ministrando.Et nihilominus si ea aliqua rationabili causa iudicibus prædictis visum fuerit dictum terminum trium mensium prorogari debere,dictum terminum sibi bene visum,non tamen vltra alium mensem & non amplius, prorogandi licentiam per præsentes concedimus pariter & facultatem. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis iuribus etiam municipalibus,cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Impetrantes beneficium cessionis bonorũ &c. tenentur causam infra tres menses expedire Ad hoc vide inf. Pij 4. cõst. 84 Cum nuper

Iudices tamẽ ad aliũ mensem prorogare possunt ex legitima causa.

Placet D.N.Papæ, & ita Motu proprio mandat. A. Portuensis.

Die vigesima Decembris millesimo quingentesimo vigesimo nono hæc duo Mandata intimata, affixa,& publicata fuit Romæ in locis consuetis per me Io.Seruier.S.D.N. Papæ Cursorem.

Ita est Io.Valtrini magister Cursorum.

XXXII.

Extendit constitutionem præcedentem, ad impetrantes beneficium cap. Odoardus & cap. Peruenit.

De causis discussionis bonorum & hæredit.habes inf.Pij 4.const.84.Cum nuper.

De materia autem notaui in præced. const.

CLEMENS Papa VII.Motu proprio &c.

CVM Nuper ad amputandum cauillationes eorum,qui ad fraudãdum creditores,& diutius prorogandum debita,alternatiuas,& discussiones bonorum a sede apostolica impetrauerint, vt exinde ea longissimo tempore durante nullatenus soluere teneantur, nos per motum proprium manu venerabilis fratris nostri Antonij de Monte Episcopi Portuensis mandauerimus,vt ij qui talia impetrauerant,ex tũc, qui vero talia in futurum impetrarent, a die impetrationis huiusmodi infra tres menses causam expedire tenerentur,cum potestate dictis iudicibus attributa trimestre prædictum si eis videretur ad vnum mensem prorogãdi,quibus elapsis & causa minime finita,extunc iudex coram quo causa penderet,ad executionem contra debitores,perinde ac si tales concessiones minime impetrassent, procedere debeant,aliaque faciant, prout in dicto motu proprio,cuius tenorem haberi volumus pro inserto,plenius continetur. Verum quia quod vna via prohibuimus,alia cauillosi debitores præfati consequen.alij capitulum Odoardus,alij beneficium capituli, Peruenit, ta prædicta sede apostolica impetrantes,quæ beneficia nullatenus expedire curant,in maximum pauperum credi torum damnum,animæ suæ periculum,ac scandalum plurimorum. Talibus igitur inconuenientijs prouidere volentes,dictumque mandatum, etiam ad prædicta beneficia ampliantes, & extendentes decernimus & mandamus,quod quicunque aliquod dictorum beneficiorum si capitulum Odoardus,& capitulo Peruenit, a nobis, seu sede apostolica hactenus impetrauerint,aut in posterum impetrabunt,ex tunc,aut a die impetrationis respectiue infra tres menses,cum potestate prorogandi ad alium mensem, iuxta & secundum formam dicti prioris mandati causam ipsam omnino expediri facere teneantur. Quibus elapsis, & causa minime expedita iudex ad executionem contra debitores & bona eorum procedere teneatur, concession. obstan.ac alijs quæ in dicto mandato voluimus non obstare,minime obstantibus.

Hic Motus proprius est hic immediate præcedens.

Clausula derogatoria.

Extendit Motum proprium præceden. ad impetrã. beneficium cap. Odoard⁹ & cap. Peruenit.

Placet, & ita Motu proprio mandamus. I.

Anno millesimo quingentesimo trigesimo,Indictione tertia,die vero vigesima secunda Iunij,Pontificatus sanctissimi in Christo patris Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno septimo, retroscriptæ literæ publicatæ fuerunt & affixæ in acie Campi floræ ac Cancellariæ Apostolicæ,capitolij,Reuerendiss. PP. DD. Gubernatoris, Auditoris Cameræ ac Vicarij Vrbis dimissis copijs affixis per me Petrum Trastolli Cursorem.

Vitianus de bella Villa magister Cursorum.

XXXIII.

Inquisitoribus Hæreticæ Prauitatis ex Ordine Fratrum Prædicatorum facultatem concedit procedendi contra quoscunque Religiosos & exemptos,Hæreticos, & complices, ac erroneas propositiones prædicantes, &c. Ac alias quascunque facultates indulta & priuilegia alijs Inquisitoribus concessa & concedenda eisdem communicat.

De Facultatibus,Indultis & Priuilegijs alijs Inquisitoribus concessis habes nonnullas const.Inno.4.sup.fol.5.& seq.& Alex.4.fol.14.& seq.Clem.4.fol.24.const.2.licet,Ioannis 22.fol.35. const. 2. Exigit & fol.36. const.4.Cum non nulli,Inn.8.fol.112.const.6.Dilectus, Alex.6.fol.148.const.12. Cum acceperimus Adr.6.fol.277.const.5.Dudum,Leon.X.fol.261.constit.38. Et habes inf.Pauli 3.const.27.In apostolici,Iul.3.const.12.licet, Pij 4.const.47. Pastoralis, & const.53.Cum sicut,& 67.Pastoris, ac Pij V. constit. 83. Si de protegendis.

CLEMENS Episcopus &c. Dilecto filio Paulo Butigellæ, totius ordinis Fratrum Prædicatorum Vicario generali, in Ferrarien. & Mutinen. ciuitatibus & diœcesibus hæreticæ prauitatis Inquisitori.

CVM sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostræ mentis molestia innotuit, in

diuersis

De hæresi Martini Lutheri habes sup. fol. 143. Leo. 2. const. 45. Exurge vbi not.

diuersis Italiæ partibus adeo pestifera hæresis Lutheri, non tantum apud seculares personas, sed etiam ecclesiasticas & regulares, tam Mendicantes, quam non mendicantes inualuerit, vt aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerosque inficiant, & Christifideles, sub obedientiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentes, & præcepta eiusdem Ecclesiæ seruantes non leuiter scandalizent, in hæresum augmentum, pusillorum scandalum, atque Catholicæ fidei non mediocre detrimentum. Nos attendentes Arium vnam modicam scintillam fuisse in Alexandria, sed quoniam non mox oppressus est, grande per totum orbem incendium exsuscitasse, ac cupientes huic veneno, hæresique nefariæ, & labi pestiferæ, quam supremis extingui affectibus anhelamus, omni salubri, quo possumus remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus excrescat vlterius, sed operante Domino passim euellatur salubriter prouidere, tibi necnon omnibus & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis inquisitoribus ex ordine fratrum Prædicatorum, maxime congregationis vtriusque Lombardiæ per vniuersam Italiam constitutis & deputatis, ac constituendis & deputandis, eorumq; vicarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissionem peccatorum vestrorum districte præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum Mendicantium religiosis, vel non Mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, super huiusmodi ac qualibet alia hæresi silentium imponatis. Et postquam per vos siue vicarios vestros, aut vestrum vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem, præsidentes monasteriorum, conuentuum & aliorum locorum, vbi hæreses huiusmodi vel errores seminati forent, aut inibi propinquiorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem a die admonitionis computandum, debita prouisione, remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & si præsidentes ipsi talia prædicarent, admonitionem præsidenti vicinioris conuentus vel loci respectiue facere sufficiat, contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria) cum consensu ordinarij procedatis.

Arius, quia mox oppressus nō fuit maximas hæreses suscitauit.

Inquisitoribus ex ordine Prædicatorum facultatem concedit procedendi contra quoscunque Religiosos & exemptos, de Luthari Hæresi suspectos &c.

Contra Carmelitas tamen confestim positis etiam ad capturam dum prædicant populo, vel publice disputant erroneas conclusiones; aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos aut suspectos, veluti contra alios hæreticos (prout iura disponunt) libere inquiratis atque procedatis. Decernimus insuper vt vestros vicarios siue commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint.

Immo Carmelitas exemit a iurisdict. Inquisit. & inf. in constit. 71. Ex Clementi notabo.

Vobis etiam ac vicarijs præfatis extraiudicialiter Lutheranos occultos, & nō inquisitos per ordinarium siue alios iudices, ac alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores, & receptatores, necnon & a sancta fide apostatas, eosque qui contra inhibitionem sedis apostolicæ, tenuerunt vel legerunt libros Martini Lutheri vel aliorum, aut eidem siue eisdem quomodolibet adhæserunt (si ad cor reuersi pœnitentes id humiliter petierint) postquam hæresim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cætero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, absoluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ restituendi & reducendi;

Et easdem facultatem deputādi Vicarios siue Cōmissarios.

Et absoluendi Hæreticos eorūq; fautores ac eos qui legerunt vel tenuerunt libros Lutheri si pœnituerint, & hæreses abiurauerint.

Et cum clericis secularibus, ac personis religiosis cuiusuis ordinis, status & conditionis, super quauis irregularitate, quam tam ex hæresi quam ex apostasia a fide, seu etiam ex eo quod censuris & pœnis ecclesiasticis tam a iure quam ab homine quauis occasione vel causa latis & promulgatis, quomodolibet incurrerint, aut ligati seu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas clerici crucesignati sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine etiam quauis occasione vel causa latis ligati seu irretiti, ac etiam ex eo quòd in locis ecclesiastico interdicto suppositis missas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint, incurrerint, dispensandi.

Ac dispensandi super irregularitatibus.

Et quia inquisitores præfati in ciuitatibus seu alijs locis societates seu confraternitates ad extirpandum hæreses & capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt, & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem inquisitorum seu vicariorum manibus emittunt, ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum inquisitorum & vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium, & fauorem præstare, vt eis tempore cuiusuis localis interdicti diuinis interesse, & eis decedentibus eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa tradi possint, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici: ipsisque crucesignatis per ipsos inquisitores seu vicarios dum in eorum manibus uotum hæreticos ipsos persequēdi emiserint vt semel ex tūc & in mortis articulo a reseruatis, & in bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde cōtriti, & ore confessi fuerint, aut propositū cōfitendi debito tēpore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omniam peccatorum remissio huiusmodi cōcedi: eisque vt singulis diebus anni quinque altaria ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut vnum loci in quo eos esse contigerit, psalmum vnum genibus flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam & totiens salutationem Angelicam in quolibet altari, indulgentias stationum Vrbis consequi valeant etiam concedendi & elargiendi, auctoritate apostostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus.

De hoc habes sup. fol. 18 Alex. 4. cōst. 9. cū not.

Et nihilominus concessionem per Romanos Pontifices forsan viuæ vocis oraculo, seu alias eisdem inquisitoribus & vicarijs fratrum seu licentiam concessam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & singula alia priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, quibuscunque inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum & congregationum, & officio inquisitionis huiusmodi in quibuscunque regnis & prouincijs, siue locis ac terris, hactenus deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis alias concessa approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris & facti defectus (si qui forsan in illorum concessione interuenerint) supplemus.

Et communicat eisdem Inquisitoribus quascunque facultates Indulta & priuilegia alijs Inquisitoribus cōcessa. De quibus vide consi. quas iudicaui hic in rubr.

Mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis, & episcopis, necnon dilectis filijs eorundem archiepiscoporum, & episcoporum vicarijs, in spiritualibus generalibus, quatenus præsentes literas & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte vestra, seu vicariorum vestrorum prædictorum, aut alicuius vestrum, siue illorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, ac vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant præsentes literas & in eis contenta huiusmodi, firmiter obseruari, vosque illis pacifice gaudere. Non permittentes vos desuper per quoscunque quouis modo, indebite molestari: contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

Mandat Episcopis & alijs vt hæc coast faciant obseruari.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dictorum ordinū etiam iuramento, & confirmatione apostolica roboratis, statutis & cōsuetudinibus, nec-

Clausula derogatoriæ.

Clausula derogatoria.

non priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. re. Sixtum Papam IIII. prædecessorem nostrum ordini Carmelitarum concesso, fortasisque post alijs communicato, & quibuscunque alijs priuilegijs & indultis apostolicis illi ac quibuscunque alijs, etiam Mendicantium ordinibus, etiam sub quibusuis tenoribus & verborum formis, ac cum quibuscunque clausulis & decretis concessis approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes) hac vice specialiter & expresse derogamus, necnon quibuscunque exceptionibus, oppositionibus, & appellationibus, forsan desuper faciendis & interponendis, quæ aduersus præmissa nullatenus suffragari posse volumus: contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Decernentes præsentium transumptis, manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra adhibendam fore, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Bononiæ sub annulo piscatoris, die xv. Ianuarij millesimo quingentesimo trigesimo, Pontificatus nostri anno septimo.

XXXIIII.

Quæstuandi, capellas erigendi, confessionalia, & Indulgentias communicandi facultates reuocat.

Declaratur & ampliatur hæc const. infra per Pium. IIII. in constit. 42. Romani. & constit. 75. Regimini & constit. 117. In Principis. & Pium V. constit. 30. Et si dominici.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, vel alijs ordinarijs salutem &c.

QVONIAM Ex diuersis mundi partibus complures ad nos perlatæ sunt querelæ quod complures quæstores in ciuitatibus, & diœcesibus vestris tam nostri sancti Spiritus in Saxia, ac sancti Ioannis Lateranensis, & sancti Iacobi pauperum incurabilium de Vrbe, ac aliorum hospitalium, necnon sancti Sebastiani extra muros, ac sancti Antonij Viennensis, Cisterciensis, ac sancti Augustini ordinis monasteriorum, ac Mercedis redemptionis captiuorum nominibus quæstas vigore priuilegiorum per Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum, & per litteras nostras innouatorum facere, & confratres describere, eisque confessionalia concedere, ac capellas erigere, illisque erectis indulgentias hospitalibus, & monasterijs ac locis eorum concessis communicare, & alia plura etiam concedere præsumunt, propter quæ Christifideles plurimum scandalizantur. Nos propterea querelis huiusmodi opportune prouidere volentes, priuilegia per prædecessores cócessa & per nos approbata, ac literas nostras super illis expeditas, auctoritate apostolica tenore præsentium ad beneplacitum nostrum suspendimus, ac capellas sub inuocatione sancti Sebastiani litterarum nostrarum huiusmodi vigore communicationis indulgentiarum huiusmodi erectas penitus supprimimus, & cassamus. Necnon confessionalia per quæstores suos concessa ad formam quinterni Cancellariæ reducimus, & iuxta illam dumtaxat eis suffragari volumus. Inhibentes eisdem quæstoribus, ac illis a quibus ad quæstas faciendas huiusmodi fuerunt deputati, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne de cætero quæstas facere, ac confessionalia & alia præmissa concedere præsumant, decernentes irrita & inania omnia, & singula quæ per eos contra inhibitiones nostras huiusmodi gesta factaue fuerint, nulliusque roboris vel momenti. Vobisque in virtute sanctæ obedientiæ, & suspensionis a diuinis pœna mandamus, quatenus eosdem quæstores de cætero in ciuitatibus, & diœcesibus, ac alijs locis iurisdictionis vestræ stare, & quæstas, ac alia in dictis nostris literis & priuilegijs prædecessorum huiusmodi contenta facere nullatenus permittatis, sed per vestras literas quanto citius nobis significare curetis nomina ipsorum quæstorum, ac quæ per eos in vestris ciuitatibus, & diœcesibus facta, & gesta fuerint, necnon pecunias per eos collectas sequestrari faciatis, & in sequestro teneatis, donec aliud a nobis in mandatis habueritis, præsentesque literas seu earum transumpta (quibus manu publici notarij subscriptis, & alicuius Prælati seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eandem prorsus fidem præstari volumus) in singulis ecclesijs ciuitatum & diœcesum vestrarum huiusmodi etiam vulgari sermone publicari, & ipsarum ecclesiarum valuis affigi faciatis, ne quæstores ipsi præsentium literarum ignorantiam prætendere seu allegare possint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, suppressionis, cassationis, reductionis, voluntatis, inhibitionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, nono Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno Septimo.

Causa istius eff.

...ras literas his non habe.

Reuocat facultatem quæstuand., erigendi Capellas, Communicandi indulgentias &c.

Et mandat Episcopis & alijs vt quæstores in eorum diœcesibus non permittant

Iacobus de Cesis Custos.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptæ literæ apostolicæ Romæ in Cancellaria apostolica anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, die vero vigesima prima mensis Iunij, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Anno Septimo.

Et ego vidi registratas in Quinterno eiusdem Cancell. fol. 324.

Prouinciæ

XXXV.

Prouinciæ, Ciuitates, Castra &c. interdicto Ecclesiastico, pro pecuniarijs, debitis non supponantur.

Hoc idem statuit Bonif. 8. vt habes sup. fol. 33. constit. 1. Prouide. & vide etiam sup. fol. 207. Leon. x. constit. 16. In eminenti circa medium.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

LICET Ea, quæ per Romanum Pontificem pro Christifidelium animarum salute quotidie facta fuerunt, plenam obtineant roboris firmitatem, nonnunquam tamen Romanus Pontifex illa libenter approbat, & concedit, vt eo firmius illibata persistant, quo magis suo fuerint præsidio communita. Dudum siquidem fe. re. Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster libenter prouide attendens, quod vt frequentius, quamuis non fine causa, fine culpa tamen multorum, interdicti sententiæ proferuntur, quodque erant nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas easdem etiam in negotijs, siue causis, quæ interdum plus ex cupiditatis, quam charitatis radice, perspicuis indicijs procedere arguebantur, quodque interdicti tempore diuina organa suspendebantur, & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrabantur, vt solebant, tollebantur mortuis siue minuebantur suffragia, præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris, adolescentes & paruuli participantes rarius sacramenta minus inflammabantur, & solidabantur in fide, fidelium tepescebat deuotio, hæreses pullulabant, & multiplicabantur pericula animarum, constitutionis suæ prouidit edicto, vt nulla prouincia, ciuitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus, auctoritate ordinaria, vel delegata supponeretur ecclesiastico interdicto pro pecuniario debito, vel cuiusuis monetæ, vel pecuniæ, quacunque occasione, vel causa, seu quouis quæsito colore, pro eo maxime, quod ipsorum Domini, Rectores, vel officiales, quocunque nomine censerentur aut incolæ, seu habitatores, aut singulares personæ ipsorum tunc statutis, seu statuendis, ordinatis, vel ordinandis terminandis huiusmodi debitum, seu quantitatem non soluissent eatenus, aut inantea non persoluerent, decernens extunc irritum, & inane si secus extitisset attentatum, vel contingeret attentari, illudque reuocauit omnino. Non obstantibus quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conuentionibus, compositionibus, submissionibus, fideiussionibus, consensibus, processibus, & sententijs tunc desuper habitis, & habendis, iuramentorum pœnarum spiritualium, & temporalium, seu mulctarum appositione, vel quacunque alia firmitate vallatis, nisi talis suppositio interdicti eatenus foret facta, vel inantea fieret de apostolicæ sedis speciali licentia, & expressa, per ipsius patentes literas apparente. Nos igitur cupientes, vt ea quæ pro animarum Christifidelium salute per prædecessores nostros matura deliberatione ordinata & facta fuerunt, perpetuis futuris temporibus firmius obseruentur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, illaque inuiolabiliter obseruari debere decernimus, atque mandamus, ac potiori pro cautela omnia in eis contenta de nouo facimus, & ordinamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac obligationibus in forma Cameræ, necnon omnibus alijs, quæ præfatus prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, mandati, facti, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo, nono Cal. Iunij, Pontificatus nostri anno Septimo.

Bonif. 8 cõst. istã habes sup. fo. 33.

Tẽpore interdicti Ecclesiastici q mala causentur.

Confirmat & innouat dictã const. Bonif. 8.

Clausula derogatoria.

Lecta & publicata fuit Romæ in Cancel. Aposto. anno Domini 1530. die 26. Maij Pontif. Sanctiss. D. N. Papæ Clem. 7. anno Septimo: Iacobus de Cæsis custos. Et ego vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancell. fol. 321.

XXXVI.

Filios Presbyterorum ex fornicatione natos, Beneficia Ecclesiastica per eorum patres obtenta, obtinere non posse decernit.

De materia vero Illegitimorum vide infra Pij V. const. 120. Quæ ordini cum ibi not.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Canonum conditorem non est dubium pertinere, cum statuta a se, vel prædecessoribus suis, ad animarum Christifidelium salutem edita, propter eorum abusum, qui successu temporum malitia hominũ succrescẽte magis in dies dignoscitur obesse, quam prodesse animaduertit, ne vlterius obesse valeat, prouidere. Sane postquam fe. re. Alexander Papa III. prædecessor noster filios præsertim Sacerdotum in ecclesijs paternis succedere prohibuerat, easque nihilominus, media intercedente persona filios ipsos habere disposuerat, cum passim Sacerdotes, vt ecclesijs suis eorum filij potirentur satagentes, in Alexandri prædecessoris huiusmodi dispositione confisi ecclesias suas, quas ad eorum peruenire filios gestiebant, in fauorem personarum quæ ecclesias ipsas, etiam illarum possessione non habita, in ipsorum resignantium filios, ex fornicatione genitos, illico mox resignare, Ipsiqoe filij ecclesias ipsas, dispensatione super defectu natalium, quem ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti, patiebantur, etiam patris nomine expresso, obtenta consequi hactenus consueuerint, profecto pernitiosum semper, & abhominabile, ac in grauem diuinæ maiestatis offensam tendere, videlicet, quod ipsi presbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non fine turpitudine, ab inordinatum spuriorum filiorum amorem detegere non erubescerent. Iudicauimus propterea quod vbi tempus, quod omnia palam facit, & præsentium ratio quid in futurum cauendũ sit, admonet, merito admonemur, et ad tollendum huiusmodi abusum necessarium arbitrati sumus eiusdem Alexandri prædecessoris canonem corrigere potius quam talia

Alex. 3. const. hic non habes.

Causa illius cõst.

Filij presbyterorũ ex fornicatiõe nati non admittantur ad beneficia, quæ eorũ patres obtinuerũt.

Clausulæ præseruatiuæ.

Clausulæ derogatoriæ.

cum tanto hominum ſcandalo tolerare. Habita igitur ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum conſilio & vnanimi conſenſu, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati eccleſias cathedrales, etiam Metropolitanas, ac monaſteria, quibus eorum patres præfuerunt, ſeu illa, & illas dignitates, etiam maiores, & principales, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, etiam curata, & electiua, & alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica cũ cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumuis ordinũ regularia, quæ presbyteri, & clerici, ac religioſi eorũ patres in titulũ, vel cõmendam, aut adminiſtrationẽ ad tempus, ſeu in perpetuũ aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tempore quoquo modo obtinere poſsint, nec cum eis ſuper hoc diſpenſare intendimus. Et ſi quas diſpenſationes per nos concedi contigerit, tanquam per præoccupationem, & contra mentem noſtram conceſſas, eis nullatenus ſuffragari, taleſque diſpenſationes noſtris volumus exulare temporibus, & quod nobis licere non patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. Non obſtantibus præfati Alexandri prædeceſſoris, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo &c. ordinationis, ſtatuti, intentionis, indicationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio, nonas Iunij, Pontificatus noſtri anno Septimo.

XXXVII.

De Indultis Priuilegijs Gratijs & Indulgentijs, Fratrum, Monialium, & Confratrum ordinis Carmelitarum.

De Ordinis Carmelitarum exemptionibus & indultis vide inf. Pij V. conſt. 45. cum ibi not.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EX Clementi Sedis Apoſt. prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum ſub religionis iugo & regulari caſtimonia domino militantium pia deuotione prouenire dinoſcitur, vt Ro. Pont. quandoque per prædeceſſores ſuos Ro. Pont. pro perſonarum earundem, ac illarum locorũ felici ſucceſſu & quiete, ac Chriſtifidelium pijs operibus vacantium animarum ſalute conceſſa & approbet, & innouet, ac innouata communiat, & alia de nouo concedat, prout in domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectorũ filiorum Nicolai Audet Generalis, ac prouincialium & priorum domorum ordinis B. Mariæ virginis de Monte Carmelo, necnon confratrum vtriuſque ſexus confraternitatum in eccleſijs domorum eiuſdem ordinis inſtitutarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias felicis record. Ioannes xxij. & Alexander v. Ro. Pont. prædeceſſores noſtri vniuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus, qui confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, ſeu confratrum confraternitatum huiuſmodi numero aſcribi, ipſiuſque ordinis ſtatuta obſeruare, ac habitum dicti ordinis deferre, ſeq. fratres & ſorores dicti ordinis appellare, Ita quod ſi mulier virgo caſtitatem, vidua vero cõtinentiam, coniugata autem matrimonij iura prout ſancta eccleſia præcipit tempore earum ingreſſus inuiolabiliter ſeruare velle promitterent, & obſeruarent tertiam partem ſuorum peccatorum in domino relaxarunt, ac ipſa glorioſiſsima Dei genetrix ſemper virgo Maria ipſorum confratrum, ſeu religioſorum ac ſororum animas poſt eorum tranſitum ſuis interceſsionibus continuis pijs ſuffragijs, & ſpeciali protectione adiuuabit, quodque confratres ipſi gratiarum earundem prædeceſſorum participes fieri volentes horas Canonicas, iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicto ordini conceſſam & ordinatam recitare, Ignari vero litterarum diebus quibus ſancta eccleſia ieiunare præcipit ieiunare, necnon quarta feria, & ſabbato toto tempore vitæ eorum, præterquam die qua aliquam ex ferijs prædictis Natiuitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti occurrere contigerit a carnibus abſtinere deberent. Ac etiam nonnulli alij Ro. Pont. etiam prædeceſſores noſtri, quamplura & diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, præſertim quartam funeralium presbyteris ſecularibus non ſoluendi, ac indulta indulgẽtias, & peccatorum remiſsiones, ac gratias dicto ordini, illiuſq; fratribus, monialibus, ſororibus, & vtriuſque ſexus perſonis, ac monaſterijs monialium, & domibus ſororum eorumque eccleſijs, & locis quibuſcunque etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, ac alias conceſſerunt, prout in diuerſis eorundem prædeceſſorum literis deſuper confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Generalis prouincialium Priorum vtriuſque ſexus confratrum prædictorum aſſerentium refrigeſcente indies fidelium deuotione domos fratrum & ſororum, ac monaſteria huiuſmodi non modica reparatione indigere, & propterea fideles ipſos ad temporalia bona pro huiuſmodi reparatione concedenda ſpiritualibus bonis gratijs inuitare oportere, ac ad id inducere neceſſe fore, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, & gratias, ac alia prædicta approbare, & innouare, & inuiolabiliter obſeruari mandare, illaque pro potiori cautela de nouo concedere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur dicti ordinis quem præcæteris in viſceribus gerimus charitatis proſperum & tranquillum ſtatum, ac animarum ſalutem paterno zelantes affectu huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Ioannis, & Alexãdri, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum literas, ac per eoſdem prædeceſſores omnia & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam non ſoluendi quartam funeralium presbyteris ſæcularibus quo ad fratres domorum in poſſeſsione quartam ipſam non ſoluendi exiſtentes duntaxat, ac indulta indulgentias (citra plenarias) peccatorum remiſsiones, & gratias ordini, & illius fratribus, monialibus, ſororibus, & vtriuſque ſexus confratribus, & perſonis, domibus, monaſterijs, eccleſijs, & locis quibuſcunque etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & alias quomodolibet etiam per nos, & ſedem apoſtolicam conceſſa, quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſque fratres, moniales, ſorores, perſonas, monaſteria, domos, eccleſias, & alia loca huiuſmodi omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus,

Ioãnes 22. & Alexan. V. quorũ aſſerit hic non habes, conceſſerunt Confratribus ordinis Carmelitarũ, pia opera hic expreſſa adimplẽtium remiſsionẽ tertiæ partis peccatorum.

Aliiqne Pont. alias gratias conceſſerunt.

Pont. iſte omnes gratias & Indulgentias (nõ tamẽ plenarias) per prædeceſſores cõceſſas, confirmat & de nouo cõcedit.

bus, exemptionibus indultis indulgentijs (citra tamen plenarias) peccatorum remissionibus, & gratijs quibusuis congregationibus dicti, & aliorum ordinum, etiam mendicantium, fratribus, & personis, ac confraternitatibus suæ professioni non contrarijs, alijsque ordinibus quibuscunque etiam non mendicantiũ, quomodolibet concessis & concedendis in genere vti, frui, & gaudere posse, atque debere in omnibus, & per omnia perinde, ac si eis concessa fuissent decernimus. Necnon potiori pro cautela ea omnia etiam de nouo concedimus, ipsiusque ordinis fratres ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis penitus eximimus, & sub nostra, ac dictæ sedis protectione suscipimus, ac eisdem inquisitoribus sub excommunicationis latæ sententiæ, & officiorum suorum priuationis pœnis districte inhibemus, ne de dictis fratribus etiam ratione criminis hæresis quoquomodo se intromittere præsumant. Decernentes irritum & inane quicquid per eos scienter vel ignoranter contigerit attentari. Omnibusque & singulis vtriusque sexus confratribus, & cuilibet eorum aliquem presbyterum idoneum secularem, vel cuiusuis ordinis etiam mendicantium, & de obseruantia regularem in suum possint eligere confessorem, qui vita eis comite eos, & eorum quemlibet à quibusuis etiam maioris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa pro tempore latis, & quibusuis etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam si illorum absolutio sedi prædictæ specialiter, vel generaliter, præterquã si per literas in Cœna Domini legi solitas reseruata foret, ac quorumcunque votorum & iuramentorum, necnon Ecclesiæ præceptorum transgressionibus periuriorum symoniæ, & homicidij mentalis vel casualis reatibus, manuum violentarum in quasuis personas Ecclesiasticas, nõ tamen Episcopos, vel eorum superiores de præterito iniectionibus, ieiuniorum horarum canonicarum diuinorum officiorum, ac pœnitentiarum iniunctarum in toto vel in parte omissionibus, omnibusque alijs eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantuncunque grauibus & enormibus, etiam talibus propter quæ sedes prædicta merito consulenda foret in casibus dictæ sedi qualitercunque reseruatis, exceptis contentis in dictis literis Cœnæ Domini semel in vita, & in mortis articulo, de alijs vero dictæ sedi non reseruatis casibus totiens quotiens oportunum fuerit eorum confessionibus diligenter auditis absoluere, illisque pro cõmissis pœnitentiam salutarem iniungere, vota vero visitationis quæcunque vltra marina (Liminum beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, necnon religionis & castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera cõmutare, & iuramenta quæcunque sine tertij præiudicio relaxare, ac omniũ eorum peccatorum semel in vita, & in mortis articulo, vt præfertur etiam si tunc non subsequatur plenariam remissionem, & absolutionem auctoritate Apostolica impendere possit. Liceatque omnibus & singulis vtriusq; sexus confratribus prædictis, & cuilibet eorum habere altare portatile cum debitis reuerẽtia & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis, etiam non sacris, & quauis etiam Apostolica auctoritate interdictis, seu tempore cessationis à diuinis, dũmodo causam non dederint huiusmodi interdicto, seu cessationi, & per eos non stet quominus pareatur Apostolico interdicto etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, seu circa meridiem cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit in eorum præsentia clausis ianuis excommunicatis & interdictis exclusis non pulsatis campanis & submissa voce missas, & alia diuina officia per sacerdotes sæculares vel regulares huiusmodi celebrare, ac quocunque tempore Eucharistiam, & alia sacramenta Ecclesiastica à quocunque maluerint presbytero idoneo, & vbicunq; sine rectoris parochialis Ecclesiæ præiudicio recipere, & administrare libere & licite valeant. Etsi contingat eos, vel eorum aliquem tempore interdicti huiusmodi ab humanis decedere corpora eorum Ecclesiasticæ cum aliqua honesta tamẽ funerali pompa tradi possint sepulturæ. Quodque singulis quadragesimalibus, & alijs cuiuslibet anni temporibus, & diebus Stationum Basilicarum & Ecclesiarum almæ Vrbis Romæ, & extra illius muros vnam, vel duas Ecclesias, aut vnum, duo, vel plura altaria in partibus illis, vbi eos, seu eorum aliquem residere, seu quo declinare contigerit, quas, vel quæ ipsi, vel quilibet eorum duxerint eligendas, vel eligenda deuote visitando tot & singulas, ac similes indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si singulis diebus easdem singulas dictæ Vrbis, & extra eam Ecclesias pro stationibus huiusmodi deputatas personaliter visitarent. Insuper etiam omnibus vtriusque sexus Christifidelibus, qui pro monasteriorum & domorum reparatione, ac fratrum huiusmodi sustentatione manus porrexerint adiutrices, supradictas indulgentias consequi possint, & consequantur. Omnibus vero & singulis alijs Christifidelibus vtriusque sexus, qui dictum ordinẽ illiusque domos, & monasteria, fratres, sorores, & moniales huiusmodi suis eleemosynis & subsidijs pro tempore iuuerint, & manutenuerint, vt ipsi & quilibet eorum omnium precum, suffragiorum, eleemosynarum, ieiuniorum, orationum missarum, horarum canonicarum disciplinarum, peregrinationum, & cæterorum spiritualium bonorum, quæ pro tempore in vniuersali sacrosancta Ecclesia militante fiunt in perpetuum participes fiant, & omnibus eius meritis gaudeant, ac omnibus alijs, qui gratijs eorundem confratrum gaudere voluerint aliquam eleemosynam, siue charitatem, prout eis ac præsidentibus confraternitatum huiusmodi visum fuerit, dando, & largiendo gratiarum huiusmodi participes fiant indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs indultis, & literis Apostolicis per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos & sedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quib⁹ omnibus etiãsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis & indiuidua, ac de verbo ad verbũ non autẽ per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habẽda, aut exquisita forma seruanda forent, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorumque omnium, necnon quarumcunque etiam in forma breuis literarum occasione præmissorum quomodolibet confectarum, & quoruncunque in eis contentorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis quæ præfati prædecessores in eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur,

quæ

Et priuilegia Mẽdicantiũ, eisdem communicat.

De quibus Priuilegijs vide infra P. j V. cõst. 14. dũ ad vberes. cũ ibi not.

Carmelitas eximit à iurisd. Inquisitorum licet cõtrariũ statuisset sup. fol. 336. cõst. 11. cũ sicut. Exemptionẽ istã reuocauit Pius 4. inf. cõst. 67. Pastoris. vbi not.

Confessorem eligẽdi facultatem eisdẽ cõfratribus cõcedit, qui possint cõmutare eorũ vota vt hic: & absoluere à casibus nõ reseruatis in bulla Cœnæ Dñi. Quãd oliã vide inf. 1 Greg. 13. const. 93. con fueuerunt.

Et altare portatile, ac celebrare posse ipse interdicti declarat vt h.c.

Stationes Ecclesiarũ Vrbis elargitur visitãtibus eorũ Ecclesias vel altaria deputata.

Indulgẽtias concedit psallantibus eleemosynas eisdem.

Quas reuocauit Pius V. infra in const. 30. cũ si dominici.

Clausula derogatoriæ.

quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum approbationis, innouationis, conceſsionis, exemptionis, ſuſpẽſionis, inhibitionis, decretorum indulti derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo trigeſimo. Pridie Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

XXXVIII.

De beneficijs quæ ad Cardinalium collationem pertinent.

De Materia autem Cardinalium ponam concord. infra in Pij V. conſtit. 93. In fœlicis.

Ad: &. conſt. iſtã hic non habes.

Hanc cõſt hic nõ habes, & in Quinterno Cãcel. Ap. non vidi deſcriptam.

Cauſa iſtius cõſt.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & D.N.D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. qui alias volẽs cuilibet ius ſuum conſeruari, veſtigijs fel. rec. Adriani Papæ VI. prædeceſſoris ſui inhærendo, quæcunque facultates & indulta conferendi beneficia Eccleſiaſtica per quoſcunque prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices quibuſuis Sanct. Rom. Eccl. Cardinalibus tam ordinarijs, quam non ordinarijs collatorib' per eum conceſſa, quo ad beneficia ad aliorum collatorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem, de iure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantia, etiam ſi illis de eorundem inferiorum collatorum conſenſu conceſſa fuiſſent duntaxat, per aliam conſtitutionem ſuam ſecũda Iunij, Pontificatus ſui anno ſeptimo in Cancellaria Apoſtolica publicatam reuocauit & annullauit: Et cui innotuit quod propter diuerſitatem facultatum & indultorum eiſdem Cardinalibus ſuper cõferendis per ſe vel alios beneficijs Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus, ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, inſtitutionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ratione Eccleſiarum quibus præerant, & titulorum ſuorum, ac monaſteriorum & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos in titulum & commẽdam, ac alias pro tempore obtentorum communiter vel diuiſim pertinentibus, etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter vel generaliter reſeruatis, ſeu affectis extra Romanam Curiam vacantibus perinde ac ſi gratiæ expectatiuæ ſpeciales vel generales reſeruationes, ac regulæ, & conſtitutiones beneficiorũ reſeruatoriæ, diſpoſitioneſque Romani Pontificis de illis ſic vacantibus pro tempore nullatenus emanaſſent, ac conſenſu eorundẽ Cardinalium vel procuratorum ſuorum ad prouiſiones, & quaſuis alias diſpoſitiones de illis in dicta Curia vacantibus per Romanum Pontificem faciendas in expeditione deſuper literarum præſtando, alioquin prouiſiones, & diſpoſitiones Romani Pontificis hmôi nullæ forent conceſſorum, & varias clauſulas in literis ſuper hmôi facultatibus, & indultis confectis adiectas, diuerſæ confuſiones & lites oriebantur, & non ſolũ ipſi inferiores ordinarij collatores grauati eſſe noſcebantur, ſed etiam diſpoſitiones Apoſtolicæ de hmôi beneficijs etiam per reſignationem apud ſedem Apoſtolicam vacantibus ſæpius impediebantur: volens ſuper hoc vt decet prouidere, ac huiuſmodi facultates, & indulta ad rectitudinis ſemitam iuſtitia ſuadente reducere & in melius reformare, Statuit & ordinauit, vt Cardinales ipſi quoad vixerint ſoli per ſe vel alium ſeu alios, quem vel quos ad hoc duxerint deputandum, ſeu deputandos, etiam quando & quoties eos de licentia ſua à Romana Curia etiam vbilibet & vltra montes abeſſe contigerit, de quibuſcunque beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura vel ſine cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ad collationem, prouiſionem præſentationem, electionem, inſtitutionem, ſeu quamuis aliam ſimilem vel diſsimilem diſpoſitionem ſuam de iure vel conſuetudine, tam ratione titulorum ſuorum Cardinalatuum, ac Cathedralium, etiam metropolitan. quibus eos præeſſe contingeret, quam etiam aliarum Eccleſiarum, ac quorumcunque monaſteriorum etiam conſiſtorialium, prioratuum, præpoſiturarum, præpoſitatuum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ ex conceſsione, & diſpenſatione Apoſtolica in titulum, & commendam, vel adminiſtrationem, aut quocunque alio titulo obtinebant, & in poſterum obtinerent, communiter vel diuiſim, quomodolibet, & quocunque iure vel titulo pertinebant, vel ſpectabant, aut in futurum pertinere vel ſpectare contingeret, etiam ſi ſecularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, etiã poſt Pontificales maiores, ſeu principales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis Eccleſijs, regularia vero monaſteria non tamen conſiſtorialia, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam clauſtralia fuerint, & ad prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtratinnes, vel officia canonicatus & præbẽdæ, cæteraque beneficia huiuſmodi conſueuerunt, qui per electionem, aut quemuis alium modum aſſumi, eiſque cura immineat animarum, ac beneficia huiuſmodi ex eo quia illa obtinẽres, aliquorum prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum aut S.R.E. Cardinaliũ etiam viuentium familiares continui commenſales, aut dictæ ſedis Notarij, Subdiaconi, Acoliti, Capellani, literarum Apoſtolicarum Abbreuiatores, & Scriptores, Cubicularij, Nuncij, alijque Romanæ Curiæ officiales quocunque nomine nuncupati fuerint, ſeu ex quauis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias (præterquam ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis familiarium ſuorum continuorum commẽſalium, qui nunc ſunt, ſeu alias dum etiam Cardinalatus honore fungebatur fuerunt, aut quandiu regimini militantis Eccleſiæ præfuerit, erunt generaliter reſeruata, vel ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta exiſtant ſeu fuerint, quæ extra dictam Curiam quomodolibet etiam illorum cõmendis ceſſantibus vacare contigerit) quibuſuis perſonis de quibus ſibi videbitur etiam quæcunque, quotcũque, & qualiacunque beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura obtinentibus, & expectantibus prouidere, & illa eis conferre, ac de illis alias diſponere libere & licite valeant, perinde ac ſi collationes & commendæ, ſeu expectatiuæ, gratiæ, ſpeciales reſeruationes, vniones, annexiones, & incorporationes, mandata etiam de vniendo; & quæuis aliæ diſpoſitiones etiam eiſdem S. R. E. Cardinalibus etiam motu proprio, vel ad eorum inſtantiam hactenus conceſſa, vel in poſterum concedenda, tam per Sanctitatem ſuam ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, quam Legatos de latere, & Cardinales quoſcunque, etiam motu ſimili & ex certa ſcientia, ac cũ quibuſuis prægnantibus & efficaciſsimis ac inſolitis clauſulis non emanaſſent, ſeu emanarint. Et quod regulæ

Cardinales quæ beneficia cõferre valeãt hic Pont. declarat.

Regulaſq; Canc. reſeruationẽ aut affect. onẽ beneficiorũ inducẽtes, ad iſtas Cardinalium collationes non ſe extendere decernit.

Cancellariæ

Cancellariæ Apostolicæ dignitatum maiorum & principalium, aliorumque beneficiorum etiam Cardinalium, aut Romanorum Pontificum (non tamen sanctitatis suæ familiarium continuorum commensalium, seu eorundem & dictæ sedis officialium) seu alias quouis modo reseruationes generales vel speciales continentes siue inducentes, constitutiones, aut alias quomodolibet affectionem facientes ad dicta monasteria, prioratus, præpositturas, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliaque beneficia nullatenus se extendant, sed de ipsis quæ pro tempore quomodolibet extra Curiam prædictam, etiā cessantibus commendis illorum quæ commendata fuerunt, vacare contigerit vt præfertur, libere disponant perinde ac si collationes, & commendæ, seu gratiæ expectatiuæ speciales, & aliæ reseruationes, affectiones, vniones, cōstitutiones, & mandata huiusmodi non apparerent. Si vero in dicta Curia per obitum, vel promotionem, aut quamuis aliam dimissionem præterquam per resignationem in manibus sanctitatis suæ, aut successorum suorū Romanorum Pont. vacare, & de illis sic vacantibus vel vacaturis per eandem sanctitatem suam vel sedem Apostolicam disponi contigerit, etiam si beneficia huiusmodi etiam ex quauis causa, etiam ea eo quod illa obtinentes pro tempore dictæ sedis notarij, subdiaconi, ac oliti, capellani, cubicularij, nuncij, abbreuiatores, & scriptores, seu alij officiales, aut quauis alia qualitate aliquam aliam generalem reseruationem vel affectionem inducentes qualificati, aut prædecessorum suorum Romanorum Pontificum seu aliorum eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam tunc viuentium, non tamē sui, vt præfertur, familiares continui cōmensales fuerint vel existant, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata fuerint, & ipsi officiales, ac familiares beneficia huiusmodi commēdæ, vel vnionis, aut quouis alio titulo obtinuerint, quod in expeditione literarum Apostolicarum super illorum collatione, & prouisione huiusmodi, ac commenda, aut quauis alia dispositione (Ecclesijs tamen cathedralibus, & monasterijs consistorialibus exceptis) tunc ipsorum Cardinalium, si in eadem Curia præsentes fuerint, per seipsos, si vero eos ab illa etiam pro sua voluntate vbilibet, etiam vltra montes de licentia sanctitatis suæ abesse contigerit, eorum ad id per eos deputati procuratoris expressus accedat assensus, alioquin gratiæ & literæ desuper conficiendæ nullius sint roboris vel momenti. Decernentes reseruationes, affectiones, regulas, constitutiones, ordinationes, collationes, & commendas, gratias, expectatiuas, reualidationes, extensiones, mutationes, nominationes, facultates, vniones, & mandata, ac decreta in illis contenta, quoad impediendū dictos Cardinales quominus in præmissis sua ordinaria auctoritate vti valeant, vt præfertur, ad dicta beneficia ad eorum dipositionem vt præfertur pertinentia nullatenus se extendere, ac per quoscunque etiam sedis Apostolicæ Legatos, etiam de latere, & nuncios nunc & pro tempore deputatos, quauis etiam speciali facultate fungentes, de beneficijs prædictis nullatenus prouideri vel disponi posse, ac irritum & inane si secus super præmissis à quoquam quauis auctoritate etiam per sanctitatem suam & dictos Legatos, ac Nuncios scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et quæcunque alia indulta eisdem Cardinalibus super conferendis beneficijs Ecclesiasticis, & eorum consensu in dispositionibus illorum apud sedem prædictam vacantium requirendo, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, ac per sanctitatem suam tam sub plumbo quam in forma breuis, etiam Motu simili & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis prohibitorijs, ac derogatoriarum derogatorijs, & alijs etiam quantuncunque efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis hactenus contra formam & tenorem præsentis constitutionis quomodolibet concessa, quorum omnium tenores, formas, & effectus sanctitas sua haberi voluit pro sufficienter expressis, reuocauit & annullauit, ac quicquid ipsorum sic reuocatorum indultorum prætextu per ipsos Cardinales fieri, & attentari contigerit, nullius roboris vel momenti fore decreuit. Volens nihilominus quod ij quibus ijdem Cardinales aliqua beneficia Ecclesiastica reseruata vel affecta huiusmodi quorum fructus &c. vigintiquatuor ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum excedant, indultorum huiusmodi vigore per se vel alium contulerint, infra quatuor si citra, & octo menses si vltra montes, collationes ipsæ fiant à tempore habitæ possessionis eorundem beneficiorum computandos, nouas prouisiones super beneficijs ipsis sic conferendis à sede prædicta impetrare, & literas desuper in totum expedire, ac annatam propterea Cameræ Apostolicæ debitam cum effectu soluere teneantur, alioquin eisdem lapsis mensibus beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso. Voluitque per alios à sede prædicta duntaxat libere impetrari, nisi illi quibus collata fuerint legitimo sint impedimento detenti, vel ipsis petentibus huiusmodi nouas prouisiones, & protestantibus quod per eos non fiat, contigerit illas sibi denegari, & insuper &c.

De collatione beneficiorū in Curia vacantium.

Ordinationes & statuta quæcūq; nō cōprehendūt nec īpediūt illas collationes Cardinalium.

Decretū irritans.

Reuocat quæcunque alia indulta Cardinalibus, cōtra formā istius const. concessa.

Prouisi à Cardinalibus nouas ꝓuisiones à Sede Apost. & literas desup. expedire, ac annatā soluere tenentur.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, die tertia mensis Octobris, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimoprimo, Pontificatus S.D.N. anno octauo.

XXXIX.

Annatas, R. Cameræ Apostolicæ, non deberi declarat ex Beneficiorum pensionibus, annuum valorem vigintiquatuor ducatorum non excedentibus.

De Materia Annatarum & Quindenniorum notaui supra fol. 93. in Pauli II. constitu. 8. Decet. & infra in Pauli Quarti const. 25. Incumbentia.

CLEMENS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM sicut nobis innotuit licet ratione fructuum &c. beneficiorum Ecclesiasticorū valorem annuum vigintiquatuor ducatorum auri de auro communi æstimatione non excedentium annatæ Cameræ Apostolicæ non debeantur, nec solui aut exigi consueuerint, & minus ratione pensionum quantitatem vigintiquatuor ducatorum auri similium non excedentium annatæ aliquæ retroactis temporibus exactæ aut solutæ fuerint, nihilominus à certo tempore citra præsidentes dictæ Cameræ & alij officiales Romanæ Cu-

riæ ad

Officiales R. Cã. Apost. annatas de quibus hic de facto exegerunt.

rię ad quos exactio annatarum pertinet, sub prætextu quod in prouisionibus & alijs dispositionibus beneficiorum Ecclesiasticorum super quorum fructibus &c. valorem vigintiquatuor ducatorum excedentibus aliquæ pensiones annuæ cuiuscunque etiam minoris quantitatis vigintiquatuor ducatorum reseruatæ existũt, illorum medietas deduci, ac desalcari consueuerit, annatas ex pensionibus quantitatem octo ducatorum excedentibus, & vigintiquatuor non excedentibus, aut attingentibus de facto exegerint, & exigunt: Nos qui vnicuique in iustitia debitores sumus, super ijs congruis remedijs prouidere volentes, ac ratione pensionum, quarum quantitas vigintiquatuor ducatorum auri de Camera non excedit, nullas annatas Cameræ aut officialibus prædictis deberi declarantes, ex certa nostra scientia, & deliberatione statuimus quod de cætero ex quibusuis pensionib᷒ quantitatem vigintiquatuor ducatorum huiusmodi non excedentibus nulla annata quouis prætextu exigatur, nec per illos quibus pensiones ipsæ resignatæ fuerint soluatur, neque solui debeat, sic tamen quod in pensionibus & alijs dispositionibus beneficiorum super quorum fructibus similes pensiones annuæ minoris quantitatis vigintiquatuor ducatorum, & quantitatem vigintiquatuor ducatorum similium non excedentes resignatæ fuerint, ex talibus pensionibus nihil deduci debeat. Districtius inhibentes Cameræ præsidentibus, ac alijs officialibus prædictis sub excommunicationis, & à perceptione emolumentorum officiorum suorum ad nostram & Apostolicæ sedis beneplacitum suspensionis in eorum singulos latæ sententiæ poenis, ne de cætero ratione huiusmodi pensionum quantitatem vigintiquatuor ducatorum non excedentium aliquas annatas quouis prætextu exigere, seu quominus literæ resignationis illarum expediantur impedire, vel differre quoquo modo præsumant, alioquin literas ipsas tam per Cancellariam, quam Cameram Apostolicam per eos ad quos literarum expeditio pertinet, absque manuum illorum appositione libere expediri posse decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsens mandatum ad hoc quod ad plenam, & indubitatam notitiam deueniat, in Cancellaria Apostolica more solito publicetur, & in quinterno Cancellariæ ad perpetuam rei memoriam describi debeat.

Pőtifex ideo annatas ex pẽsionibus beneficiorũ annuũ valorem viginti quatuor ducatorũ nõ excedentibus, exigi nõ debere declarat.

Et contrauenientibus pœnas hic descriptas imponit.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet, & ita motu proprio mandamus. I.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo primo, die vero martis trigesima mensis Ianuarij, Pontificatus D.D. Clementis diuina prouidentia Papæ septimi anno nono.

Et ego Laertius vidi descriptum in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 384.

Iacobus de Cesis Custos.

XXXX.

Vicecancellarium Sanctæ Rom. Ecclesiæ deputat Hippolytum Cardinalem de Medicis, Et illi, ac alijs futuris Vicecancellarijs confert administrationem curam & titulum Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso de Vrbe.

Similem Deputationem habes infra in Pauli 3. const. 6. singularis.

De Materia autem Cancellariæ & eius Officialium notabo concord. infra in Pij V. constit. 86. In earum.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI ad singula Romanæ Ecclesiæ officia & administrationes pro illorum & eiusdem Ecclesiæ, ac Romanæ Curiæ, illiusque Curialium & officialium felici tranquillo & prospero successu ac decore intendere ex commisso nobis pastorali officio teneamur, ad Vicecancellariatus tamen officiũ oculum nostrum & pro tempore existentis Romani Pontificis dexteram nostræ circumspectionis intuitum propensiori cura & studio nos prouidere debere conuenire arbitramur, vt illius regimini minister idoneus, per cuius solertiam felicibus dante Domino proficiat incrementis, deputetur, & pro tempore deputatus Ecclesiæ titulo & honore condigno decoretur, ipsumque officium cum decentia & tranquillitate, ac curialium, & officialium eorundem commoditate & vtilitate exerceatur, & quæ illius perturbationẽ quoquo modo adducere possent, de medio submoueantur. Sane Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso de Vrbe, quæ tituli presbyteri Cardinalis existit, & cui præsidebat, ac officio Vicecãcellariatus prædicto quod obtinebat bonæ memoriæ Pompeius tituli Sancti Laurentij in Damaso presbyter Cardinalis eiusdem Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius dum viueret, per obitum eiusdem Pompei Cardinalis & Vicecancellarij, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persoluit vacantibus, Nos considerantes ipsius officij dignitatem, excellentiam, & auctoritatem, & quod illud à memoria hominum citra per Vicecancellarium temporalem erectum & gubernatum non extitit, sed semper Vicecancellarium perpetuum habuit, ac quod pro tanti officij regimine & exercitio, & ne incommoda, quæ ex rerum à suo solito & destinato cursu mutationem euenire solent, proueniant, decens & plurimum commodum fore dignoscitur, vt dicta Ecclesia Sancti Laurentij cum illius palatio seu domo & membris in eiusdem Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium pro tempore assumptum pro eius proprio titulo seu propria denominatione concedatur & assignetur, habita super ijs cum Venerabilibus fratribus nostris dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, cum maxime expediat nobis talem in Vicecancellarium nostrum & Apostolicæ sedis assumere, de quo confidere quam maxime possimus, & nullum alium Cardinalem de quo magis confidere possimus quam dilectum filium Hippolytum Sanctæ Praxedis Diaconum Cardinalem de Medicis nuncupatum secundum carnem nepotem nostrum habeamus, ac spem in Domino geramus, quod idem Hippolytus Cardinalis, cuius personam ingenij claritate, singulari prouidentia, eximia probitate, alijsque multiplicum vir-

Vicecancell. semper obsueuit esse perpetuus.

Hippolytus Cardinalis de Medicis erat nepos istius Pont. Et ille decessit extra Curiam de anno 1535. vt infra in Pauli 3. const. 6. singulis.

tutum donis,ac gratiarum muneribus illarum largitor decorauit altissimus,gratia sibi assistẽte diuina per eius circunspectionem,industriam,& studium fructuosum, ac innatam benignitatem tam Ecclesiam Sancti Laurentij, quam officium huiusmodi summa cum prouidentia & fidelitate, ac exacta diligentia salubriter regere, & fideliter gubernare studebit, de ipsorum fratrum cõsilio ad honorem & gloriam dictæ Romanæ Ecclesiæ, necnon Ecclesiæ Sancti Laurentij, & officij huiusmodi prosperum regimen & salubrem directionem, Ecclesiã Sancti Laurentij cum illius palatio,domibus,membris, iurisdictionibus, collationibus, ac alijs dispositionibus beneficiorum Ecclesiasticorum,ac iuribus,& pertinentijs suis vniuersis , necnon Vicecancellariatus officium huiusmodi,siue vt præmittitur, siue alias quouis modo, quem præsentibus haberi volumus pro expresso,aut ex alterius cuiuscunque personæ vacaret,similiter cum omnibus & singulis ipsius officij honoribus,oneribus, priuilegijs,facultatibus,prærogatiuis,immunitatibus,exemptionibus,libertatibus,iuribus,obuentionibus,& emolumentis debitis,& consuetis , eidem Hippolyto Cardinali auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & assignamus,ipsumque Hippolytum Cardinalem eidem Ecclesiæ Sancti Laurentij, in Diaconum Cardinalem præficimus,ac in dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium assumimus,creamus,constituimus, & deputamus,sibique curam,regimen,& administrationem Ecclesiæ Sancti Laurentij in spiritualibus & temporalibus, necnon officij huiusmodi,cuius ratione ab ipso Hippolyto Cardinali fidelitatis debitæ solitum recipiemus iuramentum,& quod etiam per Regentem,& alios Ministros prout alij præfatæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij qui pro tempore fuerunt facere consueuerunt,etiam facere & exercere posse volumus liberum exercitiũ plenarie committimus,ac eisdem auctoritate,ac tenore statuimus & ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris tẽporibus Ecclesia ipsa sancti Laurentij dictæ Romanæ Ecclesiæ Episcopo aut presbytero seu Diacono Cardinali,cui officiũ ipsum vacans cõcedi contigerit,pro Ecclesiæ tituli,seu pro eius denominatione eo ipso absq; alio iuris vel hominis ministerio dicta auctoritate concessa , & assignata , & ipsæ eidem Ecclesiæ Sancti Laurentij præfectus sit,& esse censeantur, ita quod liceat eidem Hippolyto , & pro tempore ad dictum Vicecancellariatus officium assumpto, per se vel alium seu alios Ecclesiæ Sancti Laurentij, ac Palatij, seu domus membrorum, iurisdictionum , iurium , & pertinentiarum prædictarum corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendendi & retinendi,illamque regere & gubernare,& alia facere & exercere quæ presbyteri seu diaconi Cardinales qui illi pro tempore præfuerunt,facere potuerunt & debuerunt,Ipsique Hippolyto Cardinali,& Vicecancellario,vt omnibus & singulis priuilegijs,prærogatiuis,facultatibus,immunitatibus , exemptionibus, libertatibus,indultis,concessionibus,& gratijs,nobis dum in minoribus constituti illud obtineremus,& cuicumque alteri dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario,ratione officij Vicecancellariatus huiusmodi aut nostræ vel illius personæ intuitu,& alias quomodolibet tam in genere quam in specie concessis , quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter ac de verbo ad verbum insertos habemus , & quicunque alius eiusdem Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius vtebatur,potiebatur,& gaudebat,ac vti potiri,& gaudere poterat , vti, potiri,& gaudere libere & licite valeat,indulgemus. Quocirca eidem Hippolyto Cardinali per Apostolica scripta mãdamus,quatenus impositum sibi onus regiminis,& administrationis Ecclesiæ Sancti Laurentij , ac officij Vicecancellariatus huiusmodi prompta deuotione suscipiens, curam regimen & administrationem Ecclesiæ Sancti Laurentij,ac officium huiusmodi iuxta datam sibi à Domino prouidentiam sic exercere studeat sollicite , fideliter , & prudenter, quod Ecclesia & officium prædicta gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeant se commissa,& optati fructus quos speramus, succedant , ipseque Hippolytus Cardinalis præter æternæ retributionis præmium nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde vberius consequi mereatur. Necnon dilectis filijs Capitolo & clericis ipsius Ecclesiæ Sancti Laurentij,vt eidem Hippolyto Cardinali & Vicecancellario in omnibus & per omnia pareant,& obediant,alioquin sententiam siue pœnam, quam rite tulerit in rebelles,ratam habebimus,& faciemus auctore Domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Ac omnibus & singulis ipsius Cancellariæ officialibus & alijs ad quos pertinet,vt ipsum Cardinalem Hippolytum ad dictum Vicecancellariatus officium recipiant,& admittant, eique tanquam vero dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario in omnibus ad officium ipsum spectantibus similiter pareant & obediant,ac de iuribus,obuentionibus,& emolumentis consuetis integre respondeant. Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac Ecclesiæ Sancti Laurentij,& officij Vicecancellarij huiusmodi, ac Collegij Cardinalium eorundem,etiam iuramento,confirmatione Apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& cõsuetudinibus,necnon capitulis in conclaui in quo diuina fauente clementia ad thronum militantis Ecclesiæ assumpti fuimus pro vnione & caritate inter tunc eligendum in summum Pontificem, & præfatos Cardinales facta editis,& ordinatis,quibos cauere dicitur,quod officium Vicecancellariatus huiusmodi pro tempore vacans ad triennium duntaxat,& de expresso consensu ipsorum Cardinalium per ballottas explicato concedi debeat, & aliter illud obtinentes nullam in eo iurisdictionem aut auctoritatem habeant , eisque nemo in ipso officio obediat,& quæcunque in contrarium,etiam similibus consilio,& auctoritate, scientia,& potestatis plenitudine pro tempore gesta habeantur prorsus pro infectis,ac quandocunque per Cardinales ipsos, & eorum singulos de nullitatis vitio absque metu inobedientiæ vel alicuius pęnæ opponi posset, & quæ nos ante electionem nostrã, & postea in summum Pontificem electi,& assumpti in omnibus & per omnia simpliciter,& bona fide , realiter & cum effectu,sub pœna periorij,& anathematis,à quibus nec nos ipsi absolueremus, nec absolutionem alicui committeremus,vouisse,promisisse,& iurasse dicimur,necnon quibuscunque alijs priuilegijs,indultis, & literis Apostolicis super dispositione officij huiusmodi dum pro tempore vacat certo modo in ijs expresse facienda, sub quibuscũque tenoribus & formis,etiam per modum statuti perpetui, ac cum quibusuis efficacissimis & insolitis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis,irritatiuibusque, & alijs etiam vim contractus inducẽtibus decretis,etiam motu proprio,& ex certa scientia,ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,& simili consilio, ac quauis consideratione,& quibusuis causis per quoscunque Romanos Põtifices prædecessores nostros, ac forsan per nos & sedem eandem concessis,approbatis,& innouatis,quibus omnibus & singulis, etiam si illis nullatenus,aut non nisi cum certis solemnitatibus,intimationibus,& expressionibus,ac modo,& forma in illis contentis derogare,vel illorum effectus impediri posset,eorum omnium tenores,formas,datas,& decreta in illis apposita,ac causas propter quas concessa sunt,ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,ac forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris,quo ad præmissa specialiter & expresse derogamus , & nos ad obseruationẽ voti huiusmodi ea mẽte emisi;

Vicecancellariũ deputat Hippolytũ Card. & ei, ac eius successorib⁹ in officio cõfert administrationẽ & titulũ Eccl. S. Laurentij in Damaso cũ Palatio &c.

De Regente & alijs Cancellariæ officialib⁹ habes sup. f. 57. Mart. v. cõst. 3. In apostolicę. & Iul. Pij 4. const. 71. vniuersi & Pij V. cõstit. 86 in eard.

Priuilegia facultates & indulta q̃ eiq; alijs cõcessa, eidẽ Vicecancel. concedit.

Pont. iste fuit Vicecancellarius.

Vicecancellario mãdat vt eius officiũ, ac administrationẽ S. Laurẽtij in Damaso prudẽter & fideliter exerceat.

Capitulo S. Laurentij & Cancellarię officialibus præcipit vt Vicecancellario in omnibus obediant.

Clausulę derogatoriæ.

Nota quid inter Cardinales in Cõclaui fuerat statutum circa officiũ Vicecancellariatus.

Votũ istud emisit Pont. ea mente, scilicet, vt si aliud sibi & Cardinalibus postea videretur vt mox declarat, idem vult illud nõ obstare.

Causa derogationis.

vt illnd obseruaremus,nisi aliud nobis & eisdem Cardinalibus pro tempore existentibus videretur,quoad præmissa similibus consilio & auctoritate,ac potestate non teneri, ac præmissis omnibus singulis non obstantibus præsentes literas,ac per illas eidem Hippolyto Cardinali factam concessionem officij huiusmodi suum effectũ sortiri debere,ac pro illorum validitate & subsistentia per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes,etiam Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari,& diffiniri debere,necnon si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit,attentari, irritum & inane decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis,assignationis,assumptionis,creationis,constitutionis,deputationis,voluntatis, commissionis, statuti, ordinationis, indulti, mandati, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimo secundo, quinto nonas Julij, Pontificatus nostri anno nono.

Decretũ irritans

Et ego Laertius vidi registrat. in Quinterno Cancellariæ Apostolicæ fol. 325.

Iu. Gentilis procustos.

XXXXI.

De Institutione Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Obseruantia.

Confirmatur, declaratur, & ampliatur hæc const. infra per Greg. 13. const. 56. Cum illius vicem. vbi ponam concord. istius Materiæ.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula,licet immeriti,disponente Domino constituti, inter multiplices nobis ex debito pastoralis officij incumbentes curas, illa potissimum premimur; Vt qui sub voluntariæ paupertatis habitu militantes,in humilitatis spiritu deuotum, & sedulum altissimo impẽdere satagunt famulatum,non solum ad id sublatis impedimentis intendant, verum etiam id eo ardentius efficiant,quò maiores sibi viderint exiberi commoditates. Et ex hoc fit, vt quæ antea ex rationabiliqus causis à prædecessoribus nostris ordinata videbantur,ea interdum reformemus,& in melius ordinemus;prout iuxta tẽporum,& personarum qualitatem,id in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè postquam fel. rec. Leo Papa decimus prædecessor noster,ex certis tunc expressis causis,voluerat,& declarauerat, sub nomine Reformatorum,ac purè,& simpliciter regulam beati Francisci obseruantium,comprehendi omnes, & singulos obseruantes,tam de familia,quàm Reformatos sub Ministris,ac fratris Amadei,de Colletanijs, Clarenis, de Sancto Euangelio,seu de Capucio,ac Discalciatos nuncupatos, aut alios similes quocunque alio nomine nuncuparentur;& regulam beati Francisci huiusmodi pure,& simpliciter obseruarent,ex quibus omnibus vnum corpus insimul efficiens,eosdem ad inuicem perpetuo vniuerat;ita quod deinceps,omissa diuersitate nominum prædictorum,Fratres Minores Sancti Francisci regularis obseruantiæ simul,vel disiunctiuè nuncuparentur,& nuncupari possent,& deberẽt:Omnesq; vt præfertur vnitos Generali,& Prouincialibus Ministris,& Custodibus dicti ordinis,in quorum Prouincijs,& Custodijs respectiue morabantur,in omnibus,& per omnia,secundum regulã eandem,subijci deberent.Cum nonnulli ipsius ordinis professores,sicut fideli relatione percepimus,Spiritu Sancto inflammati,vt beati Francisci alumni,& veri filij affectent regulam ipsam beati Francisci purè, & plene, iuxta illius literam,& declarationes bonæ memoriæ Nicolai Tertij,ac Clementis Quinti,Romanorum Pontificũ prædecessorum nostrorum firmiter obseruare: Nos,qui in sinceris eorum conscientijs delectamur;quiq; ab ineunte ætate,ad huius Ordinis professores,& Ordinem ipsum totum singularem gessimus deuotionis affectum;nũc autem ex communi cura pastoralis regiminis,quam immeriti sustinemus,ad ipsos faciendos dulcius, & gratiosis fauoribus attente prosequendos tanto prouocamur ardentius,quanto intenta mente frequentius cogitamus fructus vberes,quos ex Regulæ præfatæ arctiori obseruantia ipsi Religioni, & toti vniuersitati Ecclesiæ speramus prouenturos;Attendentes etiam,quod in his,quæ animæ salutem respiciunt,ad vitandos grauantes remorsus,pars securior est tenenda. Igitur tam pia,& feruenti Fratrum prædictorum intentione commoti,ad peragendum diligentius,quod ab eisdem desideratur,studia nostra duximus conuertenda. Habita igitur super his cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus,ac alijs de ipso ordine ad plenum informatis,matura deliberatione;de eorundem Cardinalium vnanimi consilio,his nostris in perpetuum valituris, statuimus,& ordinamus,ac in virtute sanctæ obedientiæ districtius præcipiendo mandamus; Quod prædictis fratribus,dictam strictiorem obseruantiam desiderantibus,per præfatos Generales,& Prouinciales Ministros, cæterosque dicti ordinis Prælatos,& quemlibet ipsorum;cui,vel quibus hæ nostræ, vel earum transumpta præsentatæ,vel præsentata fuerint;assignentur loca,quantum fieri poterit,contigua,quattuor, vel quinque, iuxta numerum Fratrum eorundem. Et si in futurum plures fratres voluerint se vitæ præcedentium conformare; & ab eis acceptati fuerint;nullus eos impedire possit: Sed Minister Prouinciæ,cum Diffinitoribus in Prouinciali Capitulo teneantur alia loca,quantum possibile fuerit,contigua prædictis,eis assignare;& prioribus addere. Quæ quidem loca Fratres prædicti exproprriare possint superfluis, & pretiosis;& ea in vtilia, & necessaria commutare,mediante Sindico a Nicolao Tertio prædecessore ordinato. Et generalis,ac Prouinciales ministri,& eorum Commissarij non possint impedire prædictos à dicta strictiori obseruantia ipsius Regulæ, iuxta prædictas declarationes Nicolai,& Clementis; nec à suo bono modo viuendi,quẽ inter se,pro dicta arctiori obseruantia, ordinauerint. Nec etiam impediant,quin vilioribus,& repetiatis induantur; Et quin nudis pedibus ambulent; Sed,qui nõ poterint,portent calopodia;vt cæteris cõformẽtur. Forma autẽ habitus, & Capucij sit cæteris dictæ obseruãtiæ fratribus cõformis. Volumus etiã,quod Fratres recipiẽdi,seu vestiendi per Fratres in dicta strictiori obseruãtia viuẽtes,examinẽtur iuxta Regulã,per Ministrũ Prouincialẽ;& ab ipso,cũ cõsilio ipsorũ acceptẽtur;

Leon. x. cõst. habes sup. fol. 221. const. 10. & seq. Post Leonis x. ordinationẽ,quidã fratres ordinis S. Francisci magis stricte regulã pficere voluerunt. Nicolai 3. & Clemen. 5. const. hic non habes.

Pont. ideo mandat Prælatis dicti ordinis vt assignent loca dictis Reformatis.

Et non impediãt eos in obseruatione strictioris Regulæ.

De acceptatione fratrum in ista Regula.

Nec

Nec possint quicunque dicti Ordinis Prælati, sine præfatorum Fratrum consensu, ad loca prædicta mittere alios Fratres: Nec prædictos ab ipsis locis amouere; nisi ipsi petierint. In Prouincialibus vero Capitulis remoueantur per Ministros Prouinciales, & Diffinitores a locis prædictis illi Fratres, quos Custos, vt infra eligendus, cum consensu maioris partis Vocalium dictorum locorum, duxerit amouendos. Insuper statuimus, quod prædicti Fratres, in dicta strictiori obseruantia viuere volentes, habeant in singulis Prouincijs, vbi fuerint, Custodem vnum ex ipsis, quem sibi ipsi petierint a Ministro Prouinciali, vel ab eo, qui præest Capitulo, simul cũ Diffinitoribus confirmandum, & assignandum; Qui habeat absolutam potestatem plenarie in hoc tantum; vt Fratres prædictos visitet, moneat, & corrigat, ac manuteneat in dicta strictiori obseruantia Regulæ, Ordinationum, & gratiarum eis a nobis, & successoribus nostris, pro tempore existentibus Romanis Pontificibus; & prædictis Ministris Generalibus concessarum, & concedendarum in futurum; & in dicto suo bono modo viuẽdi. Nec propter hoc impediatur Minister Prouincialis, quin visitare possit eosdem, & corrigere delinquentes. Qui etiam Custos ire possit ad Capitulum Generale, cum Ministro Prouinciæ, ad intimandum necessitates, & opportunitates dictorum Fratrum. Ordinamus etiam, quod Custos, Guardiani, & Discreti prædictorum locorum vadant ad Capitula Prouincialia: in quibus habeant vocem actiuam, & passiuam, sicut cæteri Vocales. In quibus Capitulis Custos prædictus præsentet Ministro Prouinciali, & Diffinitoribus Fratres idoneos ad officium Guardianatus; Ex quibus tantum fiant Guardiani supradictorum locorum. Possit etiam idem Custos infra annum, cum consensu maioris partis Conuentus singuli remouere Guardianum ab eius officio; & alium substituere; quem Minister Prouincialis confirmet. Custos vero a Fratribus prædictis eligi, vsque ad triennium: Quo Custode infra annum decedente, Guardiani dictorum locorum alium, quem sibi viderint expedire, petant a Ministro, vel eius Commissario confirmari, & assignari: quem Minister ipse, siue eius Commissarius benigne confirmet, & assignet. Possit quoque dictus Custos, si Fratribus eisdem expediens visum fuerit, esse Guardianus vnius dictorum locorum. Si igitur Ministri Prouinciales, vel eorum Commissarij his prædictis cõtrauenerint, siue alicui eorum, immediate Fratres prædictorum locorum subijciantur Ministro Generali. Etsi (quod absit) Minister Generalis prædictus eos impedire tentauerit; vel eis in præmissis, aut in aliquo præmissorum fauere neglexerit; Volumus præfatis Fratribus, ad Apostolicam sedem; & ad totius ordinis Protectorem, liberum patere recursum: à quo, si quis eos impedire præsumpserit, sententiæ excõmunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc, ferimus in his scriptis, illico subiacere, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & promulgamus. Quocirca moderno, & pro tempore existenti Cameræ Apostolicæ generali Auditori; necnon vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscunque in dignitate Ecclesiastica constitutis, per Apostolica scripta mãdamus; quatenus ipsi, & eorum singuli, præsentes nostras literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum supradictæ strictiori obseruantiæ, seu alicuius eorum, super hoc requisiti fuerint, sollemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eosdem omnibus, & singulis prædictis pacifice frui, & gaudere; Non permittentes eos desuper per quoscunque quauis auctoritate fungentes quomodolibet indebite molestari; vel quouis quæsito colore, vel ingenio directe, vel indirecte perturbari, aut aliter quomodolibet inquietari, Contradictores quoslibet per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon ipsius Leonis Decimi, & quorumcunque aliorum prædecessorum nostrorum literis; etiam Bulla aurea, Mari magno, vel alijs quibuscunque, dictique ordinis statutis, priuilegijs & indultis, etiam iuramento; confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; etiam in forma breuis, etiam anno præsenti, vel sub quibuscunque verborum formis, solemnitatibus, clausulis etiam insolitis, & quantuncunque fortissimis dicto ordini, vel quibuscunque Prælatis eiusdem concessis, vel concedendis in futurum; etiam si tales forent, quod pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, mentio habenda foret; quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro plenè, & sufficiẽter expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad quælibet loca, vbi opus fuerit, deferri, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod transumptis earundem manu Notarij publici signatis, & alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, si præsentes originales literæ exhiberentur, & ostenderentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, promulgationis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimo secundo, sextodecimo Calendas Decembris, Pontificatus nostri anno nono.

De remotione eorum à locis eis assignatis.

De custode eorũ.

De custodis officio, de quo vide Greg. 13. cõst. 56. Cum illius vicẽ.

Custodis officiũ durat ad triẽniũ.

De impedientibus ipsos Reformatos in præmissis.

Executores illius const.

Clausula derogatoria.

Registrata in Camera Apostolica, in libro Registri bullarum CLIX. fol. CL. M. de Braccijs.

X X X X I I.

De Impedientibus executionem literarum Apostolicarum, eorumque fautoribus, ac illorum pœnis.

Ad hoc vide concord. quas notaui sup. fol. 219. in Leon. x. const. 16. In supremo.

Et est casus reseruatus in Bulla Cœnæ Domini, quam habes infra in Greg. xiij. const. 92. Consueuerunt.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex, qui solet pro debito pastoralis officij alios in sua iustitia cõfouere, nõ debet sua, & Apostolicæ sedis iustitiã negligere, quare nos ad ea debemus solicite intẽdere, per quæ nostra, & eiusdẽ sedis auctoritas conseruetur, & quæ propterea à Ro. Pont. prædecessoribus nostris prouide processisse

Vrba. 6. cuius cōstit. istā hic nō habes, cōcessit q̄ huiusmodi pręlatis vt literas Apost. sine eorū approbatione exequi nō possent.

comperimus, vt perpetuo firma & illibata persistant, libenter Apostolico munimine roboramus, ac alias nostræ prouisionis remedium adijcimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Sane licet olim bonæ memoriæ Vrbanus Papa VI. in sua obedientia nuncupatus concesserit certis prælatis, vt in eorum ciuitatibus, & diœcesibus executio literarum Apostolicarum fieri non possit, nisi literæ ipsæ eisdem prælatis, aut eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem prælatorum officiales id in consuetudinem deduxissent: aliqui vero prætextu statutorum prouincialium, seu synodalium etiam seruassent, quod nullus literas Apostolicas huiusmodi exequi auderet, nisi postquam Prælati, seu officiales ipsi per suas literas, quas Vidimus, seu Placet nuncupabant, mandarent, & concederent, vt iudices in ipsis literis Apostolicis deputati, illa exequi possent. Tamen fe. re. Bonifacius Papa IX. etiam in sua obedientia nuncupatus, prouide attēdens quod propter tales literas Vidimus, seu Placet nuncupatas, impetrantes Apostolici, sæpe literarum Apostolicarum effectū consequi nequiuerant, concessionem Vrbani huiusmodi, ac statuta quæcunque super his facta reuocauit, cassauit, & annullauit, ac decreuit quod iudices & executores quicunque in literis Apostolicis pro tempore deputati, etiam sine licentia, vel consensu quorumcunque Prælatorum, vel superiorum, aut officialium eorundem, literas Apostolicas exequi possent, & deberent.

Bonif. 9. cuius constit. ista hic nō habes, reuocauit concessiones Vrban. 6.

Mart. v. cōcessiones eiusd. Vrb. reuocauit, & literas Apost. libere exequi mādauit.

Et successiue fel. rec. Martinus Papa V. prædecessor noster in concilio Constantien. considerans, quod in exordijs pestiferi, & antiquati schismatis tunc per Dei gratiam extincti, ad tollendum scandala, quæ propter executionem diuersarum literarum, quæ ab his, qui pro Romanis Pontificibus in diuersis obedientijs se gerebant, in nonnullis partibus oriebantur; supradictus Vrbanus in sua obedientia quibusdam Prælatis supradictam concessionem fecerat, & quod postea ipsi Prælati, seu officiales in consuetudinem traxerant: aliqui vero prætextu dictorum statutorum principalium, seu synodalū seruabant, & seruari faciebant, quod literas Apostolicas nullus exequi deberet, nisi postquam Prælati, seu officiales ipsi per suas literas, quas Vidimus, seu Placet, vt præfertur, nuncupabant, mandarent, & concederent, quod possint exequi per iudices in eis deputatos, propter quod executio literarum Apostolicarum plus debito plerunque retardata fuerat, & sæpe ipsæ literæ Apostolicæ executione caruerant totaliter, in grauem iniuriam sedis Apostolicæ, & enorme impetrantium præiudicium, & grauamen, censensque rationi congruum, vt quod dicti schismatis calamitas introduxerat, pacis tempore auferretur, concessionem prædictam, & quæcunque statuta circa præmissa quomodolibet facta, auctoritate Apostolica, dicto sacro concilio approbante reuocauit, cassauit, & annullauit: ac voluit, & decreuit, quod iudices, & executores quicunque in literis Apostolicis deputati, & deputandi, & alij quicunque, necnon notarij, & tabelliones super his requisiti, & requirendi, absque huiusmodi literis Vidimus, seu Placet nuncupatis, ac etiam licentia, vel assensu quorumcunque Prælatorum Patriarchali, aut alia quauis dignitate insignitorum, & locorū ordinariorum, aut officialium eorundem libere huiusmodi literas Apostolicas exequi deberent, atque possent: ac eadem auctoritate decreuit, omnes & singulas sententias, quas prædicti Prælati, aut eorum officiales contra huiusmodi iudices, vel executores, seu impetrantes, propter executiones huiusmodi per eos faciendas inflixerant, & promulgauerant, irritas, & inanes, ac nullius existere roboris, vel momenti: Necnon quēcunque, qui contra præmissa aliquid attentare præsumeret, ab exercitio iurisdictionis Ecclesiasticæ per tres menses suspensum fore.

Leon. x. cōst. istā habes sup. f. 229. const. 26.

Ac nouissime piæ memoriæ Leo Papa X. etiam prædecessor noster, cum alias in publica signatura coram eo nonnullæ supplicationes propositæ fuissent, continentes, quod in Toletan. & Carthaginen. Ecclesijs sub colore falsitatibus obuiandi conditæ fuerant constitutiones synodales, quibus caueri dicebatur, vt tabelliones, & notarij, etiam à partibus requisiti, literas Apostolicas nullatenus recipere possent, nisi illæ prius per Archiepiscopum Toletan. & Episcopum Carthaginen. pro tempore existentes, aut eorum officiales examinatæ forent, & ab eodem Leone prædecessore earundem constitutionum confirmatio peteretur, petitionem huiusmodi vt ratione carentem (cum Romani Pontificis gesta per inferiores, & sibi subditos sine eius speciali licentia examinari non deberent) indecens, & absurdum, quinimmo temerarium fore censens, quod aliquis, quauis occasione, literas Apostolicas sine Romani Pontificis speciali commissione examinare velle præsumeret; ac supplicationes ipsas, prout merito reijciendæ erant, reiecit, & coram eo lacerari fecit. Ac super his tale remedium adhibere volens, vt alijs in posterum committendi similia aditus præcluderetur, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine literas dicti Bonifacij approbauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illasque inuiolabiliter obseruari decreuit.

Leo x const. Bonif. 9. approbauit.

Et quascunq; synodales cōst. impedientes executionē literarum Apost. annullauit, & illas absq; alicuius licentia exequi mādauit.

Necnon quascunque constitutiones synodales tam in dictis Toletan. & Carthaginen. quam quibusuis alijs Ecclesijs per vniuersum orbem constitutis super his factas, motu, scientia, auctoritate, & potestate prædictis cassauit, & annullauit: Ac statuit, & ordinauit, quod iudices, & executores in literis Apostolicis pro tempore deputati, ac notarij, & tabelliones super his requisiti ipsas literas Apostolicas sine alicuius personæ, cuiuscunque Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis esset licentia, vel consensu, exequi possint, & deberent. Et insuper vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, Primatibus, Episcopis, & alijs Prælatis, & personis Ecclesiasticis, necnon communitatibus ciuitatum & vniuersitatibus castrorum, oppidorum, terrarum, & locorum, sub interdicti, singularibusue personis eorum, etiam secularibus, sub excommunicationis, & anathematis pœnis, quas eo ipso se contrafecissent, absque alia declaratione incurrerent, & à quibus non nisi ab eodem Leone prædecessore, vel successoribus suis canonice intrantibus, præterquam in mortis articulo constitutæ, & debita satisfactione præmissa absolui, & interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possent, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandauit, ne iudices, & executores literarum Apostolicarum, ac notarios, & tabelliones super his requisitos quominus literas Apostolicas huiusmodi exequi possent, quoquo modo impedire præsumerent, ac eos, qui executionem literarum huiusmodi impedirent, seu impedientibus auxilium vel fauorem quouis modo directe vel indirecte, publice vel occulte, præstare præsumerent, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, vel quauis alia Ecclesiastica, vel mundana, etiam Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia præfulgeant dignitate eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ, à qua non nisi, vt præfertur, absolui possent, subiacere, ac ciuitates, terras, castra, oppida, & loca prædicta, ad quæ inobedientes, & contrafacientes declinare, & in quibus moram trahere contingeret, Ecclesiastico supposuit interdicto, tandiu firmiter obseruando, donec compuncti corde interdicti huiusmodi relaxationem, debita satisfactione præmissa, meruerint obtinere, motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine similibus decreuit. Necnon sub dictis pœnis etiam mandauit illis, in quorum libris constitutiones synodales, & prouinciales huiusmodi descriptæ reperirentur, vt eas ita deleri, & cassari facerent, vt amplius legi non possint, prout in singulis dictorum prædecessorum

Impedientibusq; illarū executionē pœnas hic descriptas ipsosuit.

Et contrarias cōstitutiones synodales cassari & deleri iussit.

sorum

sorum desuper confectis literis plenius continetur. Cum autem nobis summe cordi sit conatibus istorum, qui executionem literarum,& mandatorum apostolicorum sic impediunt,omnibus,quibus cum Deo possumus,modis,vijs,& medijs obuiare,quamuis enim de præsenti sint alia turbulentissima,& deploranda tempora,& in nõnullis partibus damnatissimæ hæreses pullulent,tamen his temerarijs præsumptionibus duximus necessario obuiandum,Nos igitur,qui sumus,licet immeriti,diuina prouidentia vnicus sponsus Ecclesiæ sponsæ nostræ, & nõ debemus nostram,& ipsius sponsæ nostræ iustitiam negligere,qui alios in sua iustitia confouemus, inducti eisdẽ rationibus,quibus præfatus Martinus prædecessor cum sacro concilio prædicto motus fuit,motu proprio, & ex certa scientia,ac de nostra matura deliberatione, & de simili potestatis plenitudine, singulas Bonifacij, Martini, & Leonis prædecessorum literas huiusmodi, ac omnia & singula in eis contenta, auctoritate apostolica,tenore præsentium approbamus,& innouamus,plenamque roboris firmitatem obtinere, ac perpetuo inconcusse & inuiolabiliter obseruari debere decernimus.

Pontifex iste cõfirmat Bonif. 9. Mart. V. & Leon. x. const.

Necnon quascunque constitutiones prouinciales,& sinodales de non exequendo literas apostolicas sine placito ordinariorum locorum, & nisi ipsæ literæ sint prius per eosdem ordinarios,seu eorum officiales,aut sigilliferos,vel commissarios visæ,& admissæ in supradictis,& quibusuis alijs ecclesijs,ac ciuitatibus,dioecesibus, & prouincijs per totum orbem terrarum constitutis, vt præfertur,editas,& factas,ac quomodolibet,etiam sub dicto colore obuiandi falsitatibus, & fraudibus innouatas,motu,scientia,auctoritate,& potestatis plenitudine prædictis, cassamus, & annullamus, ac ea quibuscunque libris vbi descriptæ reperiuntur, penitus cassari,& deleri,sub dictis poenis mandamus.

Et quascunque ordinationes impedientes executionem literarũ apost. cassat, & mandat.

Necnon de nouo statuimus,& ordinamus,quod iudices,& executores in literis apostolicis pro tempore duputati,ac notarij,& tabelliones super his requisiti,ipsas literas apostolicas libere,& sine alicuius personæ cuiuscunque ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit,licentia,vel consensu exequi possint, & debeant. Et nihilominus vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis,Primatibus,Episcopis,locorum ordinarijs,eorum officialibus, sigilliferis, & commissarijs, ac alijs personis,tam ecclesiasticis quam sæcularibus,quauis auctoritate fulgentibus,necnon communitatibus ciuitatũ, & vniuersitatibus castrorum,oppidorum,terrarum,& locorum,in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis,& anathematis poena in eorũ singulos,quam si cõtrafecerint,eo ipso,etiã absq; alia declaratione desuper facienda,incurrant,a qua non nisi per nos,aut successores nostros canonice intrantes, etiam prætextu quorumcunque priuilegiorum apostolicorum eis,etiam per nos quomodolibet concessorum,aut innouatorum, quæ eis quo ad hoc nullatenus suffragari volumus,præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præuia,absolui possint,districte præcipiendo mandamus,ne iudices, & executores literarum apostolicarum, ac notarios,& tabelliones super his pro tempore requisitos,quo minus literas apostolicas huiusmodi libere, & absque eorum placito,licentia,& consensu exequantur,quouis modo impediri præsumant. Nos enim omnes illos, qui executionem literarum ipsarum apostolicarum impediuerint,seu impedientibus auxilium,consilium, vel fauorem directe,vel indirecte,publice vel occulte,aut quouis quæsito colore præsumpserint, etiam si Patriarchali,Archiepiscopali,Primatiali,Episcopali,& quauis alia ecclesiastica,vel mundana,etiam Imperiali, Regali,Reginali,Ducali,vel alia dignitate præfulgeant, per alias nostras literas in die Coenæ domini publice lectas excõmunicauimus,& anathematizauimus, prout etiam tenore præsentium eos eidem excommunicationis, & anathematis sententiæ,a qua non nisi vt præfertur,absolui possint,subiacere,ac ciuitates,terras,castra, oppida,& loca,in quibus dicti inobedientes,& contrafacientes manserint,& ad quæ eos declinare contigerit, ecclesiastico supposita esse interdicto, tandiu firmiter obseruando, donec ad cor reuersi interdicti huiusmodi relaxationem,debita satisfactione præmissa,meruerint a nobis, aut dictis successoribus nostris obtinere.

Impedientibusque easundem literarũ executionem poenas de quibus hic imponit.

Necnon omnes, & singulas sententias,censuras,& poenas,quas dicti ordinarij,aut eorum officiales contra huiusmodi iudices,& executores literarum apostolicarum,aut illas impetrantes,seu notarios, & tabelliones propter executiones per eos factas,vel faciendas inflixerunt,& promulgarunt, aut in futurum quomodolibet infligent, aut promulgabunt,irritas,& inanes,ac nullius roboris,vel momenti existere,eisdem motu,scientia, auctoritate,& potestatis plenitudine decernimus, & declaramus. Quo circa dilecto filio Curiæ Causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori auctoritate,& tenore prædictis,motu simili committimus,& mandamus,vt si, & quando,ac quotiens de cætero ad eius notitiam per delationem partis,cuius interest,vel Fisci nostri,seu famam publicam, aut alias quouis modo deducatur dictos ordinarios,seu eorum officiales,sigilliferos,& commissarios, aut quosuis alios, seu aliorum aliquem dictis constitutionibus,vt præfertur,cassatis,& annullatis, adhuc pertinaciter vti, & illas ex eorum libris non deleuisse,seu ipsos iudices,& executores literarum apostolicarum,ac notarios,& tabelliones super his requisitos quominus easdem literas apostolicas libere,& absque eorum placito,visione,vel admissione exequantur,quoquo modo impediant,seu impedientibus præmisso,aut alios quouis modo auxilium, consilium,vel fauorem præstent, habitis, & receptis prius per eum desuper aliquibus probationibus ad instantiam partis,vel Fisci,vel etiam ex mero officio,etiam summarie, & extraiudicialiter, quantum sibi sufficere videbitur,eosdem ordinarios,eorum officiales,& sigilliferos,& cõmissarios, ac quosuis alios in præmissis culpabiles, & eorum singulos,etiam nominatim,& in specie,ad instantiam partis, vel Fisci prædictorum, vel etiam ex suo mero officio,prout sibi videbitur magis expedire,vigore præsentium peremptorie moneat,& requirat, ac moneri & requiri faciat,etiam per edictum publicum in locis affigendum publicis,& partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis coniectura,quod ad ipsorum monitorum notitiam peruenire valeat, ad comparendum legitime coram eo, infra terminum arbitrio suo eis præfigendum,per se, vel procuratores idoneos, & si sibi videbitur,quoad officiales,& sigilliferos, ac commissarios, & alios inferiores,etiam personaliter, & non per procuratorem, sub priuationis omnium, & singulorum beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum,& ad illa, & quæuis alia obtinenda, & eorum officia, & alios quoscunque actus legitimos exercendum inhabilitatis poenis eo ipso, si non paruerint, incurrendis, se de præmissis legitime excusaudum, & quoad officiales,& sigilliferos, ac commissarios, aliter quam quod iussu dominorum suorum id fecerint, cum hoc casu teneantur nobis tanquam maiori potestati obedire, non autem eorum dominis tanquam minori potestati nobis subiectæ,quo quidem termino elapso,& dictis monitis modo præmisso non comparentibus, vel etiam cõparentibus,sed se non sufficienter,vel minus legitime excusantibus,eos omnes,& singulos,etiam nominatim,& in specie,quacunque appellatione,vel exceptione remota,pro excommunicatis,& anathematizatis, ac ciuitates,castra,oppida,& loca in quibus manserint,& ad quæ eos declinare contigerit,similiter nominatim,& in specie pro interdictis vbique locorum publicari,& denunciari faciat, ipsosque officiales,sigilliferos,& commissa-

Executoreſ istius constit. deputat, A. C.

Executoris facultates.

rios, ac alios inferiores, dictam priuationis pœnam damnabiliter incidisse, & eorum beneficia, & officia tanquam per priuationem huiusmodi, tam de iure, quam de facto vere vacantia a nobis, & dicta sede duntaxat libere imperrari posse, ac eos ad illa, & quęuis alia beneficia, & officia ecclesiastica obtinenda, ac eorum officia & quoscunque alios actus legitimos exercendum penitus inhabiles perpetuo fore, auctoritate nostra declaret, literasque desuper necessarias, & opportunas suo sub sigillo quibusuis petentibus det, & concedat. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ Bonifacius, Martinus, ac Leo prædecessores præfati in dictis suis literis voluerunt non obstare, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut eorum loca ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas apostolicas non faciẽtes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Quodquidem indultum decernimus eis quacũque auctoritate muniti sint, contra præmissa in aliquo suffragari non posse, quominus ipsi huiusmodi sententijs, & pœnis subiaceant, & dicta loca ecclesiastico interdicto supposita existant. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus, & mandamus, eas in Cãcellaria apostolica publicari, & in quinterno eiusdem Cancellariæ describi, & præfatum Auditorem lapsis duobus mensibus post publicationem huiusmodi, ad illarum executionem modo præmisso procedere posse decernimus, & declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, cassationis, annullationis, statuti, ordinationis, declarationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo tertio, quarto Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Clausulę derogatorię.

Has literas I quinterno Cancellarię Apost. describi ego tamẽ dictis scriptũ in eo nõ inueni) post duos menses a die publicationis ad earum exceptionẽ procedi mandat. Paul autem innouat & posui.

Lecta & publicata fuit anno & Pont. quibus supra die 9. mensis Ianuarij.

B. Motta.

XXXXIII.

De Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Obseruantia extra claustra Religionis Vagan.

De materia Apostatarum, & Fratrum extra claustra degentium ponam concord. infra in Pauli III. constit. 10. cupientes. & Pauli IIII. const. 29. Postquam.

CLEMENS Episcopus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

SEDIS apostolicæ prouidentia circunspecta indulta & alias gratias religiosis vtriusque sexus personis inaduertenter vel per importunitatem extorta, quæ plerunque vagandi occasionem præbuisse noscuntur, secundum varietatem temporum reformare, moderari, restringere, & limitare consueuit prout animarum saluti & religionis honori conspicit, in domino salubriter expedire. Cũ itaque sicut accepimus nonnulli ordinis Minorum regularis obseruantiæ fratres, ac quæ sub cura & institutis dicti ordinis degunt moniales, uel sorores vigore indultorum apostolicorum per literas confessionales particulariter eis concessas alios, quæ per dicti ordinis superiores ad id pro tempore deputatos absque licentia dictorum superiorum sibi in confessores eligant, & alij quibus magis expediret viam domini non agnouisse, ad seculum retento habitu remeare cupientes, ægros se aut corporum & animi langoribus vexatos simulantes, aut parentum suorum inopiæ subuenire velle asserentes, seu sapientiæ auidos se fingentes extra dictum ordinem peruagentur, ac ad studiorum vniuersitates citra superiorum suorum licentiam, seu illa eis expresse reuocata accedentes, priuilegijs & exemptionibus scholarium abutãtur, alij vero beneficia ecclesiastica per clericos seculares, obtineri solita obtineant, aliqui etiam ad prædicationem apostolicam etiam pro ministerio prædicandi indulgentias Cruciatæ contra infideles in subsidium terræ sanctæ eligi & assumi, ac nonnulli alij se accolites Notarios apostolicos seu palatij & aulæ Lateranẽsis Comites & Capellanos nostros creari, & ad nostram seu alicuius ex Venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, vel alterius domini temporalis aut Archiepiscoporum Patriarcharum episcoporum & aliorum inferiorum prælatorum & personarum quarumcunque familiaritatem recipi & admitti, ac ad deseruiendum in diuinis beneficijs secularibus deputari, alij verò qui habitũ dicti ordinis in totum dimiserunt seu dimittere intendebant, simulantes se regularia instituta seruare, & sub iugo dicti ordinis vlterius viuere non posse, vel asserentes se in dicto ordine professionem nunquam aut infra pubertatis annos seu per vim & metum renitentes nulliter emisisse, se ad dictum ordinem & illius regularem obseruantiam in genere vel in specie minime teneri authoritate apostolica declarari; ac ex eis alij se ad sancti Augustini canonicorum regularium & alios ordines transferendi, aut numero & consortio fratrum hospitalis nostri sancti spiritus in saxia de vrbe aggregandi licentiam obtinuerit, vel alias diuersimode per importunitatem a sede prædicta extorserint, & illius prætextu religionis laxatis habenis in parentum & consanguineorum & aliorum domibus per seculum vagari non vereantur, in animarum suarum periculum, religionis opprobrium perniciosum quoque exemplum & scandalum plurimorum. Nos qui pastoris æterni vices licet immeriti in terris gerimus, cupientes grege nobis diuina dispositione creditum secundum propria in cuiusuis vocationem ad ouile reduci, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, nostris dilectis filijs Ministro ac commissario generalibus, nec non Ministris prouincialibus cæterisque prælatis dicti ordinis nunc & pro tempore existentibus, per præsentes committimus & mandamus, quatenus ipsi & eorum quilibet per se, ac singulos domorum suarum prouinciarum guardianos, eorumque pro tempore vicarios & præsidẽtes, si & postquam aliquæ literæ apostolicæ ad ipsorum fratrum instantiam siue sub annulo piscatoris, aut sub plumbo, vel pœnitentiariam fuerint, præmissa quomodolibet concernentes, aut aliqua alia regularibus institutis dicti ordinis quomodolibet derogantia seu repugnantia in se continentes, etiam si in illis clausula de licentia sui superioris petita & obtenta

Nonulli fratres Minores de obseruantia sub varijs prętextibus hic expressis extra claustra degebant.

Pont. ideo mandat Prelatis dictorum fratrum vt literas eis prę̄sentandas a fratribus super prę̄missis diligenter examinant.

apposita

apposita non reperiatur, a nobis vel a sede prædicta, ant pro tempore illius maiori pœnitentiario, etiam motu proprio & cuiusuis etiam Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, ac Comitum, vtriusque seaus personarum intuitu, vel contemplatione sub quacunque verborum forma quomodocunque pro tempore emanatæ seu impetratæ eis præsentatæ fuerint, ipsa ac in eis contenta quæcunque summarie simpliciter & de plano sola facti veritate inspecta diligenter examinent, & illis minus veris aut insufficientibus compertis, literas prædictas cum false impetratæ fuerint, ac etiam si bene recteque impetratæ essent, in foro conscientiæ duntaaat non in foro contentioso nec contra religionis consuetudinem valere, sed eas tanquam subreptitias & obreptitiaa ac intentionis defectui subiacentes, cum omnibus inde secutis nullas & inualidas fuisse & esse, illasque eisdem impetrantibus oullatenus suffragari debere apostolica auctoritate declarent, ipsosque fratres & moniales, quos falso impetrasse, aut literis sibi, vt præfertur, concessis contra tenorem præsentium vti repererint, ablatis ab eis etiã violenter dictis literis capi, & ad domos & Monasteria propria redire, omnino manu eaecutiua cogant.

Et illas annullet vt hic.

Et fratres ipsos ad eorum claustra redire compellant.

Alioquin causis huiusmodi veris & comprobatis eaistentibus, illarum impetratores cum eisdem literis suis a gremio dicti ordinis eijciant, & quatenus ipsi fratres & moniales retento habitu extra obedientiam superiorum dicti ordinis viuere malint, vt alium prorsus a dicto ordine distinctum habitum diuersorum similiter colorum cesuræ longitudinis & latitudinis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam nos ex nunc prout ea tunc & e contra in eos & ipsorum singulos tanquam in apostatas ab habitu si contrafecerint auctoritate & tenore præmissis ferimua & promulgamus, tam extra quam intra domum & publice deferre teneantur & deferant, eadem auctoritate statuant & ordinent.

Hoc idẽ generaliter cõtra quoscũq; ordinauit Iul. 3 inf. cõst. 6. cũ sicut & Paul 4. cõst. 19. Postquã.

Et insuper vniuersia & singulis vtriusque sexus tam ecclesiasticis quam secularibus personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis existentibus, ne absque consensu Guardianorum, Ministrorum, & ipsis mortuis vel amotis Vicariorum huiusmodi prouinciarum respectiue prætextu aliquarum literarum apostolicarum in Monasterijs monialium dicti ordinis etiam de licentia illius pro tempore Abbatissæ & monialium consensu, etiam conuentualiter præstito intrare audeant, aut per ipsam pro tempore Abbatissam & conuentum nullatenus recipi & admitti possint, sub eacommunicationis alijsque ecclesiasticis sententijs censuris & pœnis eorum arbitrio imponendis, quas contra facientes eo ipso, non eapectata alia declaratione aut consultatione nostris, incurrere volumus, districtius inhibendo mandent.

De ingredien. monasteria Monialiũ absq; licentia Ministrorum. Ad hoc vide inf. Greg 13. constit. 75. Dubijs.

Decernentes præsentes literas, sub quibusuis reuocationibus suspensionibus, limitationibus, restrictionibus & modificationibua gratiarũ vtriusque seaus religiosis & secularibus personis hactenus concessarum & in posterum concedendarum nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties emanauerint, toties in pristinum statum restitutas & plenarie reintegratas fuisse & esse, & in dictis gratijs, præterquam quo ad forum conscientiæ saluis præsentibus, & de licentia superiorum petita & obtenta, etiam si expresse non apponatur clausula subintelligi, & illis carentes, nullas nulliusque roboris vel momenti eaistere.

Clausula præseruatiua.

Inhibentea districtius locorum ordinarijs sub interdicti ingressus ecclesiæ & suspẽsionis a regimine & administratione suarum ecclesiarum, inferioribus vero etiã vniuersitatum rectoribus ac illarum conseruatoribus & alijs quibuscunque sub eacommunicationis latæ sententiæ & priuationis parochialium ecclesiarum & omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quæ obtinent, necnon inhabilitatione ad illa & alia in posterum obtinenda pœnis, eo ipso per eos qui contra fecerint incurrendis, ne Ministros, Commissarium caetesosquam prælatos prædictos, quominus Fratres dicti ordiuis sub indultorum eaemptionis ac gratiarum aliarum apostolicarom prædictarum specie, extra domos & obedientiam dictorum superiorum vagantes, iuata tenorem præsentium capere & apprehendere etiam violenter illosque ad domos & loca vnde recesserint reducere & carceribus mancipare volentes & mandantes quouis modo per se vel alium seu alios directe vel indirecte impedire præsumant, nec quemcunque talium ad exercitium curæ animarum parochianorum suorum, & administrationem sacramentorum solis curatis spectantium, absq; eo quod illis de licentia prædicta legitime constiterit admittant, nec eosdem fratres eaemptos de cœtero in districtu parochialium suarum superpellicium super habitu ipsorum gestare permittant.

Pœnæ impedientium executionẽ illius const. Et est casus reseruatus in Bulla Cœnæ Domini, quã habes infra 3 Greg. 13 cõst. 92. Cõsueuerũt.

Necnon mandamus pro tempore existenti almæ Vrbis nostræ in spiritualibus Vicario, & quibusuisuis alijs Curiæ prædictæ ordinarijs, ac omnibus & singulis in dignitate ecclesiastica constitutis, aut Metropolitan. vel alterius Cathedralis Ecclesiæ canonicis, ac Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, vt quoties pro parte alicuius Guardiani Ministri aut præsidentis siue procuratoris alicuius Conuentus domorum dictarum prouinciarum & ordinis respectiue desuper requisiti fuerint, nemini deferentes seu indulgentes, præsentes literas, vbi & quando opus fuerit publicantes, & eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant præsentes literas & in eis contenta sub prædictis sententijs cẽsuris & pęnis, nõ obstantibus literis cõtra tenorẽ præsentiũ impetratia, firmiter ab oĩbus ac inuiolabiliter obseruari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas & alia opportuna iuris remedia, de quibus supradictis superioribus respectiue videbitur appellatione postposita compescendo, Inuocato ẽt ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, sicq; per quoscũq; indices etiã palatij nostri apostolici causarũ auditores iudicari, diffiniri interpretarique debere, sublata eis & eorum cuilibet alias iudicandi diffiniendi & interpretandi facultate & authoritate. Irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam etiam per nos & sedem prædictam quauis authoritate contigerit attentari decernimus.

Decretũ irritãs.

Non obstantibus præmissis ac apostolicis, necnon prouincialibus & sinodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnõ quibusuis indultis & literis apostolicis etiam sub plumbo aut in forma breuis vel per pœnitentiariam ant alias prædictis fratribus concessis aut in posteri concedendis, etiam si eapresse in eis caueatur, quòd interdici suspendi vel excommunicari non possint, priuilegis quoque etiam scholarium, aut oppidorũ Vniuersitatibus, hospitalibus, capitulis, Collegijs, necnon Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Archiepiscopis, episcopis Abbatibus & alijs inferioribus prælatis cæterisque vtriusq; seaus personis & dominis temporalibua, libertates immunitates eaemptiones ipsorum religiosorum quomodolibet concernentũ, cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque fortioribus efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis sub quacunque verborum forma, etiam motu proprio concessis, quibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus ac datis expressa indiuidua ac de verbo ad verbum & non per clausulas generalas idem importantes mentio fieri deberet, illorum omnium tenores & formas pro eapressis habentes illis alias in suo robore permansuris, deliberatione & scientia similibus hac vice duntaaat specialiter & eapresse derogamus, nullique in præiudicium præmissorum suffragari volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volentes & decernen. quòd huiusmodi statuto & voluntati nullatenus derogari possit, præterquam si præsentes de

Clausulæ derogatoriæ.

verbo

verbo ad verbum insertæ fuerint, processusque si qui facti sint vel fuerint in posterum super literis a fratribus huiusmodi obtentis & obtinendis, in quibus dictis superioribus aut quibuscunque alijs sub quibusuis excommunicationis latæ sententiæ pœnis præcipiatur, ne contra eorum tenorem fratres ipsos inquietare præsumant: si contra tenorem præsentium fecerint nullius esse & fore roboris vel momenti, & eos qui iuxta earundem præsentium tenorem fratres ipsos ad ordinem & disciplinam reuocent, & reuocare curauerint, huiusmodi sententijs censuris & pœnis non ligari. Ne igitur tantæ pestis morbus in ecclesia vndique pullulet, hoc nostrum decretum facimus præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturum. Harum autem literarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, vel ministri aut Commissarij generalium seu in Romana curia procuratoris aut Commissarij respectiue, siue ministrorum prouincialium prædictorum sigillo munitis, non minorem fidem adhiberi volumus quam si originales essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimosexto Iulij, M D X X X I I I. Pontificatus nostri anno Decimo.

Blosius.

X X X I I I I.

Electionem Romani Pontificis successoris, declarat fieri debere iuxta aliam eius constitutionem quam habes sup. fol. 333. in euentum eius obitus ante reditum ad Almam Vrbem.

Prædecessorum constit. istas hic non habes.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

LICET variæ constitutiones pro euitanda discordia in electione Romani Pontificis etiam circa locum celebrandæ ipsius electionis a nostris prædecessoribus salubriter sint editæ, tamen sicut accepimus, si nos ab alma Vrbe aliquandiu absentaremur, & ante reditum nostrum ad ipsam Vrbem nos pro diuina voluntate decedere contingeret, a nonnullis asseritur quod per constitutiones hactenus editas circa locum celebrandæ electionis huiusmodi non sit pro conditione huius temporis ex omni parte satis prouisum, & id dudum cum versus Bononiam ad conueniendum illuc vna cum charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatore semper augusto tunc in Imperatorē electo pro consulendo rebus Italiæ, & totius reipublicæ Christianæ, nos contulissemus prouidere attendentes, habita tunc super ijs cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, & diligenti examine, de eorundem fratrū consilio, & vnanimi consensu per alias nostras literas voluimus atque decernimus causarum, & literarum apostolicarum audientiam in dicta Vrbe post nostrum tunc ab ea discessum remanere, ad effectum vt si nos ante reditum nostrum ad ipsam Vrbem ab hac luce migrare contigisset, & ibi non alibi vbi nos mori contigisset electio Romani Pontificis celebrari debuisset, nisi Vrbs ipsa tunc interdicto ecclesiastico subiecta vel aperte rebellis fuisset, aut inibi de impressione dubitatum, super quo maior parti Cardinalium tunc ibidem existentium decisionem stari debuisset, & tunc in ciuitate Castellana vel Vrbe veterana aut Perusina seruato scripturæ huiusmodi ordine fieri debuisset, dummodo illæ etiam ecclesiastico interdicto subiectæ, seu rebelles non fuissent, ac per fe. re. Alexandrum III. Licet de euitanda, & Gregorium X. Lugdunen. Vbi periculum, & Ne Romani incipientes, per Clementem V. Romanos Pontifices prædecessores nostros in Vienen. concilijs circa electionem eādem hactenus editas constitutiones, & alias extrauagantes in omnibus alias seruari, & in suo robore permanere debere, ac electionem alibi contra literarum nostrarum desuper confectarum tenorem per eosdem Cardinales factam nullam & irritam fore, ipsosque Cardinales ad aliam electionem Romani Pontificis seruata earundem literarum forma procedere debere, & per nos contra præmissa nullatenus dispensari posse. Et deinde cū nos iterum pro simili necessitate ad dictam ciuitatem Bononiæ conferre, & inibi cum præfato Carolo Imperatore ex Germania redeunte ad similem effectum conuenire necesse fuisset, nos de simili eorundem fratrum consilio literas prædictas per alias nostras literas innouauimus, prout in eisdem literis plenius continetur. Cū autem nos de proximo pro nonnullis nostris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac orthodoxæ, & catholicæ fidei, totiusque reipublicæ christianæ arduis negotijs & ex vrgentissimis causis ad ciuitatem Viennam vel alium locum magis opportunum minoris, vel maioris ad Vrbe distantiæ, prout nobis conuenire videbitur, non sine graui nostro, ac totius curiæ nostræ incommodo nos conferre, ac inibi cum charissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum Rege christianissimo conuenire, & ad certum tempus a dicta Vrbe nos abesse necesse esset; Nos propterea circa electionem Romani Pontificis in euentum decessus nostri domino ita volente ante reditum nostrum ad eandem Vrbem pari modo vt debemus prouidere volentes, habita etiam super hoc cum ipsis fratribus matura deliberatione, & de simili eorundem consilio, & assensu priores literas nostras prædictas auctoritate apostolica tenore præsentium innouamus, ac plenum firmitatis robur obtinere, illasque necnon omnia & singula in eis contēta, in euentum ipsius decessus nostri ante reditum nostrum ad eandem Vrbem, circa electionem futuri Romani Pontificis in omnibus & per omnia inuiolabiliter obseruari debere, ac per dictos Cardinales contra præmissa nullatenus dispensari posse, necnon totum id & quicquid ab eisdem Cardinalibus quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innouationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo tertio, tertio nonas Septembris, Pontificatus nostri anno decimo.

Literas istas habes sup. fol. 333. nu. 29.

Literas istas hic non habes.

Decreuit Pont. pro causis hic expressis, conuenire cum Francisco Francorū Rege, in Ciuitate Vienna, aut alibi.

Ideo pro electione Pontificis in euentū eius obitus ante reditū, innouat constit. quam habes sup. fol. 333

Decretū irritās.

Visa P. Marciani.

A. Spinula. A. Castillio.

Lecta & publicata fuit suprascripta Innouatio Romæ in Cancellaria apostolica, die martis nona Septembris, Anno & Pontificatu quibus supra.

Et ego Laertius vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 359.

XLV.

Declarat eius constitutionem de consensibus præstandia in Beneficiotum resignationibus Quos Notarij Reue. Cam. Aposto. in libris eusdem Reu. Cameræ adnotare teneri.

Quam const. habes sup. fol. 318. & ibi notaui.

SANCTISSIMVS in Christo pater & D.N.D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. Constitutionem suam de consensibus in Cancellaria, vel Camera apostolica es, tunc de cætero præstandis quo ad materias Franciæ infra tres menses, in alijs vero infra quindecim dies a die extensionis eorundem consensuum computandos in libris solitis & auctenticis annotandos, ad obuiandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis consensuum huiusmodi committebantur, nuper editam declarando, voluit quod dicta tempora non a die estensionis consensuum in dictis libris, cum ipsa constitutio sic nihil operaretur, nec per eam dictis fraudibus in aliquo obuiaretur, sed a die præstationia eorundem consensuum intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præstantur consensus super supplicationibus nondum ad registrum missis, seu adhuc penes Datarium suum existentibus, & notarij non possunt tales consensus in dictis libris annotare, nisi videant huiusmodi supplicationes registratas seu expeditas, & sæpe labuntur dicta tempora antequam ipsæ supplicationes ad registrum mittantur seu expediantur, Voluit & declarauit quod tunc & eo casu dicta tempora a die quo Datarius huiusmodi supplicationes ad registrum vel summistam miserit, computari debeant, diem autē missionis huiusmodi de cætero annotabit Datarius pro tempore in calce supplicationum consensuum aliquem requirentium per hæc verba videlicet. Missa die tali, N. Datarius, quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit quod notarij de talibus consensibus rogati in annotatione illarum in dictis libris facienda teneantur de die missionis huiusmodi, sicut de data supplicationum, expressam mentionem facere, vt die præstationis cōsensuum, & die missionis supplicationum huiusmodi simul iunctis ex illorum inspectione euidenter appareant ipsi consensus infra tempora prædicta in dictis libris annotati: & notarij requisiti de cætero ad ponendum aliquos consensus in libris prædictis, si ex inspectione dierum præstationis consensuum, ac missinnis supplicationum viderint dicta tempora ad annotandum consensus, vt præfertur, præfiaa esse lapsa, cōsensus tales in dictis libris annotare nullatenus præsumant, sub pœnia in dicta priori constitutione contentis, Et nihilominus annotatio de illis sic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipsique consensus sic annotati viribus omnino careant, nulliusque sint roboris vel momenti. Narratiua quoque per verbum Hodie vel Nuper in literis apostolicis super materijs ad quarum expeditionem consensus aliquis requiritur pro tempore expeditis posita, contra præmissa minime attendi debeat, nec aliquem effectum operetur. Insuper intelligens Sanctitas sua in profectione sua versus Massiliam, & durante Sanctitatis suæ ab Vrbe absentia, ac per aliquos dies ante, & postquam plures consensus fuisse præstitos, qui propter varia impedimenta infra dicta tempora iuxta dictam constitutionem in libris prædictis annotari non potuerunt: Ad consulendum indemnitati partium, dat & concedit Notarijs Cancellariæ & Cameræ prædictis licentiam & facultatem, quod omnes consensus a die recessus Santitatis suæ ab Vrbe versus Massiliam vsque ad eius in Vrbe felicem reditum, videlicet a die nona Septembris vsque ad diem decimam Decembris Anni M.D.XXXIII. ac per quindecim dies ante recessum, & alios quindecim dies post reditum huiusmodi præstiti in libris prædictis pro absentibus infra tres menses, & pro præsentibus infra quindecim dies a die publicationis præsentis constitutionis computandos annotare possint & valeant. Necnon consensus huiusmodi sic annotandos, ac etiam de mandato Sanctitatis suæ, vel Datarij sui iā annotatos in omnibus valere & validos esse perinde ac si infra tempora dictæ prioris constitutionis in eisdem libris annotati fuissent. Decernens sic per quoscunque Iudices & Commissarios quauis authoritate fungentes in quibusuis causis motis & mouendis & etiam per appellationem adhuc pendentibus interpretari, ac indicari debere. Ac irritum &c. si secus fiat. Constitutione prædicta cum pœnis in ea indictis alias in suo robore permanentibus.

Const. istam habes sup. fol. 315. const. 19. Sanctissimus.

Declarat a quo die incipiat currere terminus præfixus in alia eius cōst. & Notarijs R. Cameræ apost. ad adnotandum illos consensus.

Diem missionis per Datariū Papæ in calce supplicationū apostīæ, adnotare teneatur in libris R. Cam. Apost.

Declaratio consensuum nō adnotat. ꝑp impedimēta discessus ipsius Pont. ab Vrbe.

Decretū irritās.

Placet publicetur & describatur.

Lecta & publicata fuit die martis 14. Aprilis millesimo quingentesimo trigesimo quarto Pont. S. D. N. anno Vndecimo.

XLVI.

De Prælatis & Principibus vsurpantibus dispositiones Beneficiorum Sedi Apost. reseruatorum, aut Impedientibus Sedis Aposto. prouisiones, contra formam concordatorum inter eandem Sedem Apost. & Nationem Germaniæ.

De concordatis istis, habes sup. fol. 69. Nicolai V. constit. 1. Ad sacram & eorum declarationem habes inf. in Greg. 13. const. 42. Quæ in Ecclesiarum.

Isti Casus an sint dē reseruatis in Bulla Cenæ Domini. vide infra Greg. 13. const. 92. Consueuerunt.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

ADMONET nos incumbentis nobis pastoralis officij cura, vt non solum nobis, sed etiam cunctorum Christifidelium, & præsertim ecclesiasticarum personarum profectibus diligenter intenti illorū occurramus dispendijs, & quæ in cuiusq; ipsorū præiudicium siue noxā quauis etiā auctoritate prodijsse comperimus, salubriter reformemus. Sane dudum ad nostram peruenit notitiam, qualiter nonnulli

De Vrbis direptiõe habes sup. fol. 321. cõst. 22. De istis concordatis habes sup. fol. 69. Nicol. V. const. 1.

Archiepiscopi,& Episcopi,ac ecclesiarum Prælati,nonnulli etiam Principes , & domini temporales inclytæ nationis Germanicæ,post miserabilem Vrbis direptionem collationes,& dispositiones beneficiorum ecclesiasticorum nobis,& sedi apostolicæ etiam virtute concordatorum inter sedem,& nationem præfatas reseruatorum temere vsurpare præsumpserunt,ac collationes,& dispositiones nostras,& dictæ sedis de illis factas admittere cõtempserunt,ne dum in nostrum & ipsius sedis vilipendium,sed etiam in iurium nostrorum & eiusdem sedis , ac illorum quibus de ipsis beneficijs prouidimus,aut in quorum fauorem alias disposuimus,seu prouideri & disponi mandauimus, graue præiudicium Et quamuis contra præsumptores & cõtemptores huiusmodi in bulla, quæ quotannis in die Cenæ Domini de more lecta fuit , declarauimus , & protestati fuerimus,quod in præmissis , & alijs quibuscunque iuribus dictæ sedi,& Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vndecunque & quomodocunque quæsitis,seu quærendis per quoscunque actus contrarios,aut quomodolibet præiudicantes,tacitos vel expressos a nobis,vel ab eadem sede quomodolibet factos vel faciendos,aut quemcunque temporis fluxum,vel patientiam, vel tolerantiam nostram nobis aut eidem sedi nullatenus præiudicari debere,aut quomodolibet posse:tamen,sicut non sine animi nostri mærore,intelleximus,nonnulli ex Archiepiscopis,Episcopis,Prælatis, Principibus , & dominis prædictis,adhuc a præmissis desistere non curarunt,nec de præsenti curant , quinimmo , quod deterius est , ne prouisiones apostolicæ admittantur,per sua mandata etiam pœnalia prohibere non verentur,in animarum suarum graue periculum , & aliorum Prælatorum , ac Principum catholicorum dictæ nationis perniciosum exemplum,& scandalum plurimorum,Nos igitur,qui a dictis Concordatis,quæ olim Romanæ Ecclesiæ, & dictæ nationis hominibus,pro ipsius Ecclesiæ vnione,ac pace , & tranquillitate inter Ecclesiam & nationem prædictas, perpetuo solidandis,& conseruandis laudata,conclusa,& accepta fuerunt,nullatenus recedere intendimus , ne dicti præsumptores,& cõtemptores,aut per eos in dictis beneficijs intrusi ea huiusmodi temeraria præsumptione gloriari valeant , ne ue ipsi intrusi ex adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportent , nec illis quibus de beneficijs prædictis per nos aut dictam sedem,seu eius auctoritate prouisum extitit , & in futurum prouidebitur,per alicuius temporis fluxum,seu aliquam patientiam,vel tolerantiam præiudicium fiat , aut factum censeatur,ex pastoralis officij debito prouidere volentes,ac concordatis prædictis firmiter inhærentes, Motu proprio,& ex nostra matura deliberatione,ac certa scientia,auctoritate apostolica,de apostolicæ potestatis plenitudine,tenore præsentium declaramus prætensas collationes, & alias dispositiones de quibuscunque beneficijs ecclesiasticis cum cura,& sine cura,nobis,& dictæ sedi,vt præfertur,reseruatis, per Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos,ac sæculares Principes,& dominos quoscunque dictæ nationis, seu ad eorum præsentationem, vel nominationem , etiam per ordinarios ipsorum beneficiorum collatores a tempore dictæ direptionis citra contra tenorem,& formam dictorum concordatorum quomodolibet factas,& in posterum faciendas,personis quibus aut in quarum fauorem factæ sunt,aut in posterum fient,nisi sint per nos,aut nostra , vel dictæ sedis auctoritate approbatæ,nullum titulum,vel colorem ipsa beneficia possidendi tribuisse,aut in futurum tribuere, sed & illos pro malæfidei possessoribus,& mere intrusis ab omnibus haberi, & censeri , ac fructus per eos ex beneficijs huiusmodi perceptos & percipiendos , nullo vnquam tempore suos facere , sed ad illorum restitutionem in vtroque foro efficaciter obligatos esse,& ad illorum restitutionem,ad eorum quorum interest, seu etiam fisci nostri instantiam,omnibus vijs iuris,& remedijs compelli posse & debere, & eos nullo vnquam tempore beneficio regularum de annali,& triennali pacifico possessore gaudere potuisse, aut posse. Illis vero quibus eadem beneficia per nos,aut auctoritate nostra,vel dictæ sedis tenore & forma Concordatorum huiusmodi seruatis collata, seu commendata sunt,aut in futurum conferentur, vel commendabuntur , necnon ecclesijs & locis ecclesiasticis,ac collegijs,quibus perpetuo,vel ad tempus eadem auctoritate vnita sunt, aut in posterum vnientur,ac omnibus illis qui in executione literarum apostolicarum eis concessarum per constitutiones , seu mandata Archiepiscoporum,Episcoporum,Prælatorum,Principum,vel dominorum prædictorum,hactenus quomodolibet impediti fuerunt,aut in posterum impedientur,dictas regulas, & quemcunque temporis fluxum seu patientiam , vel tolerantiam minime obstare debere,quominus contra dictos intrusos,& intrudendos quocunque tempore iudicialiter experiri valeant. Decernentes sic per quoscunque iudices & commissarios, quauis auctoritate fungentes,Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales,& Palatij apostolici causarum Auditores sententiari,interpretari, & iudicari debere,sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter sententiandi, interpretandi , & iudicandi facultate, & potestate,ac irritum & inane si secus super ijs ab eis,vel quibusuis alijs quauis auctoritate scienter,vel ignoranter attentatum forsan est hactenus , aut in posterum contigerit attentari . Non obstantibus regulis & alijs præmissis,alijsque constitutionibus & ordinationibus apostolicis , cæterisque contrarijs quibuscunque . Vt autẽ præmissa ad omnium notitiam deducantur, volumus & mandamus præsentes in Cancellaria apostolica more solito publicari , & in quinterno eiusdem Cancellariæ describi , Præterea quia difficile foret præsentes literas ad singula loca,in quibus de eis forsitan fides facienda foret deferre,eadem apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis,manu alicuius notarij publici inde rogati subscriptis, & sigillo alicuius personæ ecclesiasticæ in dignitate constitutæ munitis,ea prorsus in iudicio,& extra, & alias vbilibet fides indubitata adhibeatur,quæ præsentibus adhiberetur , si essent exhibitæ vel ostensæ . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis,decreti,& voluntatis, infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit , indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum . Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ , millesimo quingentesimo trigesimoquarto , Calend. Iulij,Pontificatus nostri anno vndecimo.

Bullam Cenæ domini habes inf. in Greg. 13 const. 93. Consueuit dt.

Prælati & Principes quidã vsurpabant dispõnes beneficiorũ cõtra formam Concordatorũ Sedi Apostol. reseruatorũ, & prouisiões Apostol. non admittebant.

Ideo Pontifex iste collationes beneficiorum factas,cõtra formã cõcordatorũ nullas & inualidas esse declarat.

Prouisos contra formã dictorum concordatorum malæ fidei possessores & ad restitutionẽ fructuũ teneri decernit.

Prouisis autem a Sede Apostolica iuxta tenorẽ concordatorũ , iura quæcunque reseruat , etiam agẽdi quandocunque contra intrusos.

Decretũ irritans

Clausula derogatoria.

Blosius.

Lecta & publicata fuit in Cancel. Apost. die 13. Iulij. D. M. XXXIIII.

Et ego Laertius vidi registra in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 330.

De reformatione

XXXXVII.

De Reformatione Notariorum Almæ Vrbis, ac taxis per eos seruandis.

De Materia Notariorum A.C. ponam concord. infra in Pij V. const. 117. Inter illa.

De Materia vero aliorum Notariorum notabo infra in Pij 4. const. 148. Cum nuper.

CLEMENS Papa VII. Motu proprio &c.

CVM alias ad coercendam petulantiam, & rapinas notariorum, & substitutorum Vrbis, tam in Rota coram dilectis filijs Auditoribus Sacri Palatij Apostolicis, quam aliorum tribunalium S.R.E. Cardinalium, Gubernatoris, Vicarij Vrbis, Auditoris Cameræ, Commissariorum, varia & diuersa fuerint excogitata, & adhibita remedia, & prouisiones per fe. re. prædecessores nostros, & sacrum Lateranense Cōcilium, quam nos, fueritque ipsis & ipsorum cuilibet data certa forma, norma, taxa, & reformatio, quas obseruare tenerentur, etiam sub censuris, & diuersis alijs pœnis, & inhibitionibus, quas ne dum, vt tenebantur, obseruarunt, sed in dies maiora grauamina, extorsiones, transgressiones, indifferenter, & impune cōmittere non verentur, passimque indebitas exactiones facere, regestra in forma copiarum conficere, tam in charta bibula & mala, quam in minori numero, & mensura versuum, & syllabarum conscribere, in testium examinatione diuersimode peccare non erubescunt, nec timent, diuersaque alia grauamina partibus inferant, regestra conficientes in causis ordinarijs, & executiuis, in quibus regestra fieri non consueuerunt, nec debent, sed extractus, notas sentētiarum interlocutoriariū, vel ordinariarum ad instar commissariarum, & diffinitiuarum sententiarum ad rigorem a partibus exigere audendo, & alia grauamina diuersa inferre quotidie propter impunitatem magis audeant, in graue pauperum, & Curialium litigantium damnum, & iacturam, ac dispendia, necnon in nostrum & apostolicæ sedis contemptum, & vilipendium & contra animarum suarum salutem, prout ex dictorum Auditorum, & Commissariorum, ac Referendariorum, Aduocatorum, & Procuratorum Romanæ Curiæ relatione notorie constare cognouimus, ac ex relatione venerabilis fratris nostri Antonij Episcopi Portuensis Vrbis legati, ad quem multæ querelæ super his factæ fuerunt, & cui in recessu nostro ad ciuitatē Bononiæ nuper de huiusmodi transgressoribus, & excessibus reformandis, & corrigendis specialem commissionem dedimus: Volentes super his, prout tenemur ex debito nostri officij Pastoralis opportune prouidere, & necessaria remedia, & prouisiones adhibere, vt ista inconuenientia tollantur, & ad debitam formam reducantur, vt saltem pœnarum formidine retrahantur a malo, quos Dei timor, nec animarum suarum salus non mouet, præsentium tenore ex certa nostra scientia, & propria motu ordinamus, decernimus, & mandamus dictos notarios indifferēter, in futurum, nulla excusatione adhibita, ad obseruantiam omnium reformationum factarum, præsertim sacri Lateranensis Concilij, teneri, & astringi debere sub incursu pœnarum impositarum ab ipsis irremissibiliter exigendarum impositarum, & comminatarum, omni exceptione remota, quas exnunc innouamus, & ad priuationem officij, si semel reperti culpabiles iterum deliquerint, extendimus, prout in capitulis inferius insertis continetur, literis nostris, priuilegijs, exemptionibus, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque, in quacunque forma verborum, & & clausularum facta, & concessa reperiatur, quorum omnium tenores pro expressis haberi volumus.

Istius Pontif. aliam const. hic non habes.

Antonij Card. de Monte legati Vrbis deputationē & facultatem habes sup. fol. [illegible] const. 19. dicet p[illegible] testatis.

De Concilio Lateranen. habes sup. fo. 219. Leon. a const. 19. Cum [illegible]

In primis decernimus, ordinamus, & declaramus, quod officia notariatus exerceantur per principales notarios, qui sint idonei & sufficientes, & non per substitutos, nisi in casibus permissis absentiæ necessariæ, vel legitimi impedimenti: Et tunc deputentur idonei practici notarij creati, & sufficienter examinati, & reperti idonei, & per eorum Auditorem approbati, pro quibus principales teneantur, ita quod eis delinquentibus incurrant priuationem officij, si crimina sint priuatione digna, in pœnam malæ electionis factæ per eos.

Notarij exerceāt officia p se ip[illegible] & illa non arrendent nisi vt hic & tunc tenebuntur pro substitutis.

Item quod non possint, nec debeant officia notariatus huiusmodi dari in arrendam sub certa summa annua, vel mensali, contra formam prohibitionis sacri Concilij Lateranensis, cum ex hoc infinita inconuenientia, & mala oriantur, sed dentur dictis substitutis cum conuentione, & pacto, quod detracto salario conuenienti pro laboribus suis sibi promisso, totum residuum, de quo teneatur fideles computus, detur patrono, & domino officij, siue magnum aut paruum fuerit lucrum, detracta semper Auditorum portione quolibet mense, quæ semper salua esse intelligatur, & excepta.

Ad quod vide Pij 4. constit. 85. cum ab ipso.

Item quod arrendationes hactenus contra formam dicti Concilij factæ, in quacunque verborum, vel contractuum forma, vel tenore factæ sint de dictis notariatibus, exnunc sint nullæ, & reuocatæ intelligantur, nec teneātur arrendatarij illas seruare, nec iuxta illorum formam notarijs arrendatoribus in futurum vlterius respondere, sed de eo, quod superrerit, deductis expensis, prout supra dictum est, & in posterum non fiant, & factæ nullæ intelligantur, & irritæ.

Item quod in confectione regestrorum seruetur forma supra notata, & in notis sententiam, & rubricationis, ac examinis testium, & reperti culpabiles possint puniri dictis poenis, & vlterius pro qualibet vice incidant in pœnam quindecim ducatorum, applican. fabricæ S. Petri, & pro parte executoribus, & accusatoribus, ad quam soluendam, etiam per fiscalem cogi, & astringi possint, & per alios ad ho specialiter deputandos.

De huiusmodi taxis vide supra Pij 4. const. 148. Cum nuper & ob[illegible]

Item quod in causis ordinarijs, & executiuis, in quibus non debent fieri regestra, sed extractus, non fiant regestra pro eis, & facta non soluantur, nisi ad instar extractuum, & non vltra sub dicta pœna, & hoc habeat locū tam in præsenti, quam in futuro.

Item dicti notarij, vel substituti non dent regestra procuratoribus, vel substitutis, aut partibus, sine expressa licentia Auditorum, nec copias de notis sententiarum antequam subscribantur per Auditores, & eis tradantur, sub simili pœna, & regestra data de licentia Auditoris notarius infra quindecim dies recuperare, & procurator sub simili pœna restituere teneantur, ad quam soluendam cogi possint per decanum Rotæ, vel Auditorem Cameræ, & alios eorum ordinarios.

Item scribantur in charta bona, & non bibula, vel corrupta, & in litera legibili, & numero conuenienti; & præscripto, linearum, & versuum, & syllabarum, nec exigatur ab eis, nisi ad numerum foliorum taxatum sub simili pœna, iuxta formam dicti Lateranensis Concilij, & reformationum, & non vltra.

De regestris hab[illegible] sup. fol. [illegible] ad fi. & infra [illegible] 4. const. 50. Cum [illegible] accepimus.

Item non possint facere conuentiones cum procuratoribus, vel sollicitatoribus causarum de tota gratia solutionis, nisi in principalium vtilitatem, & in eis scientibus sub simili pœna vt supra exigenda.

Item pauperibus, & alijs exemptis, & gratiatis, vel priuilegiatis teneantur dare regestra, prout est ordinatū,

Pauperes habeāt regestra gratis.

pro paupere,& alijs personis priuilegiatis,& exemptis, ad quod cogi possint per eorum Auditores, vel Decanum Rotæ.

Item teneantur admittere ad iuramentum paupertatis volentes iurare iuxta arbitrium Auditoris, & prout ipsi videbitur;aliqua contradictione non obstante.

Item quod quilibet notariorum coram diuersis tribunalibus deputatorum seruare teneantur reformationes factas,& iuxta illarum tenorem exigere a partibus salaria sub simili pœna, & non vltra exigenda vt supra.

Notarij non sint procuratores Quod etiã voluit Pius 4.inf.const. 83. cum ab ipso.

Item nec sint sollicitatores,vel procuratores causarum vertentium in Rota, nec possint scribere corã diuersis dominis Auditoribus eodem tempore, exercendo officium notariatus coram diuersis Auditoribus, sed vno sint contenti.

Item quod pro bibalibus non exigantur aliquæ pecuniæ,præterquam in tempore expeditionis causarum pro delatione registri ad Rotam, vel domum Auditorum, sub pœna decem ducatorum si contrafactum fuerit per aliquos substitutos,nec commissiones sollicitent.

Item quod officia notariorum debeant teneri domo Auditoris,si ipsi Auditores voluerint, alias prope domũ ipsius Auditoris,tum pro commoditate Auditoris,tum partium litigantium,cum ex longinquitate plura sequãtur inconuenientia.

Item quod nullus notariorum, substitutorum,aut copistarum audeat dare citationes, inhibitiones, aut alia quæcunque acta extra officium sine decreto vel mandato Auditoris, vel sui iudicis,sub pœna falsi, taliter scribentis sine Auditoris scientia.

Item quod testes non examinentur nisi per notarios principales vel per substitutos,cum ex imperitia examinantium multotiens causæ periclitentur:nec eogantur partes ad electionem interpretum,si non est opus,& sine decreto Auditoris.

Notarij nõ scribãt reuocationes procuratorũ.nisi reuocantes constituãt alios procuratores acceptan.

Item quod notarij,substituti,vel copistæ non capiant reuocationes procuratorum, nisi a reuocantibus constituantur alij acceptantes onus procurationis,sub simili pœna quindecim ducatorum.

Item quod omnia iura, & articuli bene collationentur antequam registrum ad Auditorem, vel alium suum iudicem portetur,& in prima literaiurium ponatur,Collationata, vt Auditor possit esse securus quod iura stãt prout registrata fuerunt.

Quod non,quia nunc habeo in facto.

Item quod recognitiones iurium annotentur in fine iurium in margine,ad effectum vt tollatur labor frustratorius iudici.

Item quod finita audientia registra transportata ad Rotam, transportentur eadem die ad domum Auditoris,etiam sine partis sollicitatione,nisi fuerit pronunciatum super eo.

Item registro existente apud iudicem,si aliquid venerit registrandum registrum non leuetur de domo iudicis,sed solum capiatur vltimus quinternus ad registrum perficiendum.

Greg.11. constit. habes sup.fo.44. & Martini V.folio.57.

Item quod tam de præinsertis commissionum, quam de reiterationibus terminorum, nisi semel tantum pro qualibet parte non registrandis,ac de omnibus alijs hic omissis seruentur disposita in vltimo Lateranensi Concilio, & vbi Concilium non loqueretur, seruentur constitutiones Benedicti XII. Gregorij XI. Ioannis XXII. ac Martini V.summorum Pontificum prædecessorum nostrorum.

Placet D.N.Papæ,& ita motu proprio mandat. A. Portuensis.

Anno a Natiuitate Domini M D X X X I V.indictione tertia,die vero.ix.mẽsis Februarij,Pont.sanctiss.in Christo patris & domini nostri Clementis diuina prouidentia Papæ.V I I. anno septimo præsentes retroscriptæ literæ Motus proprij præsentatæ,intimatæ,insinuatæ,& notificatæ fuere. R.patri domino almæ vrbis Gubernatori, Magnifico.D.Senatori.R.Domino Paulo Vicario Vrbis,ac decano.R.P.D.Auditorum Rotæ.R. Domino Philippo de Senis Decano Cameræ Apostolicæ.Domino iudici Curiæ de Sabellis.Domino iudici Curiæ Turris nonæ.Domino iudici Curiæ Burgi.& Domino Ioanni Sander notariorum Rotæ Decano,dimissis omnibus supradictis copijs auscultatis per me Ioan.Seruiner.S.D.N.Papæ Cursorem.

Ita est Vianus de Bellauilla Mag. Curs.

Pont.supradictus obiit Romę V I. Cal. Octobris 1534. & sepultus fuit in Basilica S. Petri,& deinde ad Ecclesiam S.Marię supra Mineruam translatus.

PAVLVS TERTIVS

Romanus ex Familia Farnesia Coronatus Romę Cal.Nouembris 1534.

I.

De Rosario B.Mariæ Virginis & eius Indulgentijs.

De hac materia habes sup.fol.102.Six.4.const.9.Ea quæ ex & inf.in Pij V.cõst.90.Cõsueuerũt vbi ponã cõcord.

Clem.7. cõst.hic non habes Six 4. const. habes sup. fol.102.Leon.X. constit. hic non habes.



AVLVS Papa tertius Ad futuram rei memoriam.

RATIONI congruit & conuenit honestati,vt ea quæ de Roman. Pont. gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ desuper expeditæ non fuerint,suum debitum sortiantur effectum.Dudum siquidem, cum ad notitiam fœlicis recordationis Clementis Papæ VII. prædecessoris deuenisset, Quod dilecti filij confratres confraternitatis sub inuocatione Rosarij Beatæ Mariæ Virginis, in quibusuis domibus ordinis fratrum Prædicatorum canonice institutæ, a piæ memoriæ Sixto IIII. & Leone X. prædecessoribus nostris ne dum confirmationem eiusdem confraternitatis,& augmentum,sed & indulgentias quam plures,& priuilegia non immerito obtinere meruerant; idem Clemens prædecessor eorundem prædecessorum vestigijs inhærendo,dictos confratres a quibusuis excommunicationis,suspensionis & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis, a iure vel ab homine quauis

occasione

occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existerent, ad effectum illarum duntaxat consequendum absolutos fore censens sub dat, videlicet, octauo idus Maij Pontificatus sui anno vndecimo, dictam confraternitatem, ac indulgentias & priuilegia omnia per prædecessores præfatos, & eidem confraternitati quomodolibet concessas & concessa, Apostolica auctoritate approbauit, confirmauit, roborauit, & firmũ robur in perpetuum habere voluit. Et cum dictus Sixtus in suis literis quas idem Clemens prædecessor haberi voluit pro expressis, instituendo confirmauisset, quod præfati vtriusque sexus confratres, ad consequendum & integraliter obtinendum prædictas indulgentias, pro earum totaliter assecutione tenerentur & obligarentur semel in die in honorem eiusdem Beatæ Mariæ Virginis integrum illius psalterium perfecisse; propter quod nonnulli multitudine ac varietate negociorum impediti, id sibi difficillimum fore putantes, ab ingressu dictæ confraternitatis seu dicti psalterij recitatione sæpius retrahebãtur, & in amore Christi, ac eorum deuotione tepescebãt, idem Clemens prædecessor ad aperiendum cœlorum semitas vt ipsi confratres ad id feruentius inducerentur, quo exinde facilius animarum suarum salutem cõsequi sperarent, voluit ac etiam ordinauit, quod spaciũ vnius diei ad spacium integræ hebdomadæ ampliaretur, & dilataretur, & ad id ad quod in vna die & in vna vice forsan tenebantur, pro die dies, & pro vice vices assignauit. Et nihilominus illud idem consequerentur, ac si ritus antiquus integraliter seruatus fuisset. Cumque idem Leo ordinando instituisset, ac benigne concessisset, quod quilibet ex dictis confratribus vbicunque existentibus, visitando quinque altaria, cuiuscunque Ecclesiæ aut vnum vel duo quinquies, si quinque deessent, easdem indulgentias integraliter consequerentur, ac si omnes almæ Vrbis stationes peragendo circuissent, Præfatus Clemens prædecessor hoc idem dicta auctoritate Apostolica similiter approbauit & confirmauit, ac pro firmo & approbato haberi voluit, & decreuit. Ac idem Clemens prædecessor supradictis etiam addendo, cum dictus Sixtus prædecessor omnibus præsentibus, tunc & futuris supranominatis confratribus Rosarium in tres partes diuidendo videlicet in tres quinquagenas singulis diebus pro qualibet quinquagena quinque annos & totidem quadragenas indulgentiarum misericorditer relaxauisset ex Apostolica benignitate, vt supradicti confratres ad huiusmodi deuotionis opera feruentius inducerentur, præter huiusmodi indulgentias, Omnibus vtriusque sexus confratribus, psalterium prædictũ modo supradicto per eundem Clementem prædecessorem concesso recitantibus, annos duos veræ indulgentiæ eadem auctoritate concessit. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Ne autem de absolutione, approbationibus, confirmationibus, roboratione, voluntatibus, ordinatione, decreto, concessione, & alijs præmissis, pro eo quod super illis dicti Clementis prædecessoris, eius superueniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, ipsique confratres illorum frustrentur effectu, Volumus & similiter Apostolica auctoritate prædicta decernimus, quod præsentes literæ ad probandum plene absolutionem, approbationes, confirmationem, roborationem, voluntates, ordinationem, decretum, & concessionem, & alia prædicta vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia Nouembris, millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Pontificatus nostri anno primo.

Clemens 7. eius const. hic nõ habet quascunque Indulg. & priuilegia Confraternitatis Rosarij confirmauit.

Et Six. 4. ordinationẽ circa Psalterij recitationẽ innouauit vt hic.

Leo x. concessit, Indulg. Stationũ Vrbis, Confratribus visitantibus altaria deputata.

Clemens 7. hoc confirmauit.

Sixti 4. Indulg. Psalteriũ recitantibus concessas Clemens 7. auxit vt hic.

Pont. iste decreuit cõstitutionẽ Clem. 7. non expeditam propter eius obitum valere.

II.

Mancipia, serui, siue sclaui ad Senatus Cameræ Vrbis officium, & Conseruatores pro libertate confugientes, libertatem consequuntur, & Romani Ciues, liberique homines efficiuntur.

Hæc constitutio reuocatur infra in const. 56. Cum sicut accepimus. Reualidatur autem & confirmatur per Pium Quintum const. 18. dignum.

PAVLVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

NOVIMVS, quod in hac alma Vrbe nostra, quæ caput Ecclesiæ existit, sicut hactenus ante Christianam religionem totius orbis sibi, & merito, caput obtinebat, ob reuerentiam Christianæ religionis asperum seruitutis iugum penitus extinctum fuerit: quinimo ex causa prædicta mancipia quæque ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & eiusdem nostræ Vrbis Conseruatores confugientia, & libertatem consequi veteri instituto consueuerunt, ac forsan etiam magistratus præfati ex speciali priuilegio Pontificali, seu imperiali potestatem mancipia huiusmodi ab aspero seruitutis nexu liberanda habeant priuilegia, quæ huiusmodi tam temporis diuturnitate, quam etiam in Vrbis direptione deperdita esse potuerunt: Nos volentes dignitatem Conseruatoriam prædictam in præmissis speciali fauore prosequi, & ambiguitates tollere, harum serie, motu & scientia similibus, de Apostolicæ potestatis plenitudine iurisdictionem, potestatem, & facultatem, per quam mancipia quæcunque sub iugo seruitutis quoquomodo obligata, ad sacri Senatus Cameræ Vrbis officium, & pro tempore existentes Vrbis Conseruatores confugientia, & libertatem acclamantia, per eosdem Conseruatores libertate donari, & Romani ciues, liberique homines effici possint, & debeant, redintegramus, & quatenus opus sit, de nouo damus, concedimus, & gratiose impartimur, ita quod mancipia quæcunque ab eisdem Conseruatoribus liberata hactenus fuerunt, & in posterum liberabuntur, pro liberis hominibus, & Romanis ciuibus in omnibus, & per omnia vbique habeantur, teneantur, & reputentur, & tractentur, & facultatem habeant in iudicijs standi, contrahendi, & alia faciendi, sicut cæteri Ciues Romani liberi homines facere consueuerunt, & faciunt, & ita ex nunc prout ex tunc, & econtra, libera esse volumus, & mandamus, ac liberamus, omni iuris cuiuslibet statuti, consuetudinum, vel aliorum contrariorum rigore penitus reiecto, Irritum & inane decernimus quicquid scienter, vel ignoranter contra præsentium tenorem factum, & attentatum fuerit, & ab omnibus iudicibus tam ordinarijs, quam delegatis, etiam quacunque iurisdictione fungentibus aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi potestate, & facultate sublata, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stilo palatij, priuilegijs, indultis, statutisque etiam iuramento firmatis, in specie vel in genere editis, cum quibusuis clausulis, & derogatoriarum derogatorijs, & per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros etiam per literas sub plumbo, & cum derogationibus quibuscunque

Mancipia confugientia pro libertate ad Senatus Cameræ Vrbis officium & Conseruatores veteri consuetudine libertatẽ cõsequebantur.

Quod intelligitur de baptizatis vt in Pij V. cõstit. 18. dignum.

Pontifex iste cõfirmat hãc facultatem Conseruatorum.

Decreti irritantis.

Clausula derogatoriæ.

buscunque emanatis, alijsque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Quibus, omnia & singula illorum tenores, &c. pro expressis habentes, & alias latissime extenden. derogamus.

Fiat, vt petitur. A.

Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium, & quod literæ etiã in forma Breuis expediri possint, & obstantiæ habeantur pro expressis. Et cum derogationibus solitis, & potestate, & facultate latius extẽdẽdis.
Fiat, A.

III.

Confirmat erectiones Collegiorum & Officiorum Præsidentium & Portionariorum Ripæ siue Annonæ Vrbis; & Cubiculariorum ac Scutiferorum Apostolicorum, & Militum Sancti Petri: illorumque indulta gratiæ & priuilegia.

De Materia Præsiden. & Portionariorum habes sup. fol. 267. Leon. X. const. 43. Romanum. vbi not. & habes etiam in const. seq.

De Materia Cubiculariorum & Scutiferorum notaui supra fol. 199. in Leon. X. constit. 14. Romanus.

De Materia Militum Sancti Petri vide supra fol. 247. Leon. X. const. 36. sicut prudens: cum ibi not.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Fol. 2. cuius cõst. hic nõ habes, ere xit Collegiũ centum quadraginta vnius Præsidẽtium.

Leo X. addidit alias Portiones vt habes sup. fol. 267. in eius cõst. 43. Romanum.

Idem Leo erexit Collegia Cubicular. & Scutif. vt habes sup. fol. 199. in eius cõst. 14. Romanus.

Erexit etiã Colleg. Militum S. Petri vt habes sup. fol. 247 cõst. 36. sicut prudens.

Clem. 7 cuius cõst. hic non habes suppressit dicta officia quæ p obitũ resignatiõ, aut promotionẽ vacarent.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circunspecta, nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis, per eius prædecessores gesta sunt, ex alijs nõ minus rationabilibus causis alterat, & ad pristinum statum reducit, prout æquitas suadet, & id in domino conspicit expedire. Dudum siquidem postquam fel. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster, ex certis causis Collegium centum quadraginta vnius virorum qui Præsidentes annonæ Vrbis nuncupati, omnium victualium ad dictam Vrbem mari vndecunque aduehendorum vbertatem curarent, & mercatoribus tam in mercibus vendendis, quam in pretijs inter contrahentes eorum medio, vel deputandorum ab eis conuentis diligenter exigendis assisterent, ac pactiones, & conuentiones, de partium consensu, tractarent, & concluderent, per suas literas erexerat, & instituerat. Et piæ memoriæ Leo Papa X. etiam prædecessor noster ex alijs causis, de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, & assensu, & Apostolicæ potestatis plenitudine Collegio ipsorum Præsidentium quingentas, & duodecim Portiones per quasquam addidit. Ac postmodum tria noua Collegia, vnum scilicet sexaginta Cubiculariorum, & aliud centum & quadraginta Scutiferorum, ac reliquum quadringentorum & vnius Militũ Sancti Petri per diuersas alias suas literas erexerat, & instituerat, ac illius vniuersos fructus, redditus, & prouentus Cameræ Apostolicæ inscripserat, & assignauerat, & ab initio erectionis, & institutionis Collegij portionum huiusmodi de simili consilio sancitum, & constitutum fuerat, vt cum primum Portiones per obitum eas obtinentium vacarent, in alios transferri non possent, sed mox illarum emolumenta dictæ Cameræ reintegrata censerentur Re. me. Clemens Papa VII. similiter prædecessor noster, de simili consilio, omnia & singula, tam Cubiculariorum, quam Scutiferorum, ac Militum huiusmodi officia, quæ in personam Datarij sui tunc existebant, ac etiam in posterum in eius fauorem coram notario, & testibus resignarentur, & per obitum illa obtinentium, seu promotionem ad aliquam Ecclesiam Cathedralem, seu Metropolitanam duntaxat vacarẽ contingeret, per suas literas extinxit, & suppressit, ac extincta, & suppressa esse decreuit, ipsorumque sic suppressorum, & extinctorum emolumenta dictæ Cameræ reintegrauit, ita, vt cum vel hi decederent, qui Cubiculariorum, Scutiferorum, aut Militum officia obtinerent, vel in fauorem Datarij pro tempore existentis duntaxat ea resignarent, liceret Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ emolumẽta officiorum sic extinctorum, & suppressorum eidem Cameræ reintegrata propria auctoritate libere apprehendere, percipere, & leuare, cuiusuis licentia super eo minime requisita, ac huiusmodi extinctionem, & suppressionem supra narratorum officiorum in perpetuum valere, atque obseruari debere quacunque concessione nonnullis forsan ex eisdem Cardinalibus facta, vt aliquibus supradictorum officiorum illorum occurrente vacatione, disponere liceret, non obstante, constituit, & firmauit, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter, etiam ab ipso Clemente prædecessore attentari contingeret. Et sic per quoscunque iudices, etiam palatij Apostolici Auditores, ac S. Rom. Eccl. Cardinales in Romana Curia, & extra eam in quacunque instantia iudicari, sententiari, diffiniri, ac interpretari debere, adempta eis aliter iudicandi, sententiandi, & interpretandi facultate, & auctoritate decreuit, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem postmodum quamplura ex Portionibus, ac Cubiculariorum, & Scutiferorum, necnon Militum officijs huiusmodi, etiam ipsius Clementis prædecessoris, ac nostris Pontificatuum temporibus, tam per obitum, quam liberam resignationem illa obtinẽtium in fauorem dicti Datarij factam, quæ iuxta tenorem literarum Clementis prædecessoris huiusmodi extincta, & suppressa, ac quorum emolumenta Cameræ prædictæ reintegrata censebantur, vacauerint, & præfatus Clemẽs prædecessor, tam de illis, quæ tunc in personam dicti Datarij erant, quam quæ postmodum, vt præfertur, suo, ab eodem Clemente prædecessore, sicut domino placuit, de medio sublato, Nos diuina fauente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti, de illis, quæ nostris temporibus vacarunt, pro subleuandis ipsius Clementis prædecessoris, & nostris, à sede Apostolica necessitatibus, ipseque Clemens prædecessor nonnulla pignori tradiderit, ac idem Clemens prædecessor, & nos alias diuersis personis concesserimus, & assignauerimus: Nos dignum censentes, vt quouis modo cum Camera Apostolica contrahentium indemnitati, & securitati consulatur, habita super his cum fratribus nostris deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, & vnanimi consensu,

Clem. 7 & Pont. iste ex causis hic expressis, quãplura officia vt sup. suppressa & eorũ portiones vacantia diuer. si. personis concesserũt.

ſenſu, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, Portiones, & Cubiculariorum, ac Scutiferorum, & Militum officia huiuſmodi aduerſus ſanctionem, conſtitutionem, extinctionem, ſuppreſsionem, reintegrationem, ac decretum, & literas deſuper confectas huiuſmodi, necnon in eum in quo antequam ſanctio, conſtitutio, extinctio, ſuppreſsio, reintegratio, ac decretum, & literæ deſuper confectæ emanarent, quomodolibet erant, & exiſtere poterant, ſtatum quo ad omnia reſtituimus, reponimus, ac plenarie reintegramus. Et nihilominus Portiones, & Cubiculariorum, ac Scutiferorum, & Militum officia huiuſmodi de nouo perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac illis emolumenta eis per dictos prædeceſſores, ac nos aſsignata quæcunque perpetuo applicamus, & aſsignamus, ac Portiones, & Cubiculariorum, ac Scutiferorum, & Militum officia quæcunque perpetuo durare, & per obitum, aut promotionem, ſeu reſignationem in perſonam Datarij illa obtinentiũ, vel alias quomodolibet ceſſare, aut extingui, vel ſupprimi, illorumque emolumenta eidem Cameræ reintegrari nullatenus potuiſſe, nec poſſe, & Cubiculariorum, Scutiferorum, Portionariorum, ac Militum huiuſmodi Collegia, illorumque perſonas nunc, & pro tempore exiſtentes quaſcunque omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, exemptionibus, indultis, antelationibus,, immunitatibus, & gratijs quibuſcunque eis per Leonem, & Clementem prædeceſſores præfatos, quomodolibet conceſsis plenarie vti, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia vbique libere, & licite poſſe, illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, Et ſic per quoſcunque tam ordinaria, quam delegata, & iuxta auctoritatem fungẽtes iudices, & perſonas vbique iudicari, cognoſci, & decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, declaramus & decernimus. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis etiam in forma breuis, per præfatos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos, ac ſedem Apoſtolicam, etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarũ derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficacisſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſsis, cõfirmatis, & innouatis, quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mẽtio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſſe, quod illis nullateous derogari poſsit, illorumque omoium, ac præfatarum, & quarumcunque aliarum literarum, & ſcripturarum occaſiooe præmiſſorum quomodolibet confectarum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſsis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas ad id ſeruandas pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice duntaaat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus: Necnon omnibus illis, quæ in literis prædictis expreſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, aſſignationis, declarationis, decreti, & derogatioois infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnatioois Dominicæ, milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto, Kalen. Martij, Pontificatus noſtri anno primo.

Pont. ideo præmaturi illorũ & aliorũ ſecuta(?)te Officia Portionariorũ. Cubiculariorũ Scutif. & Militũ S. Petri, reintegrat, ac de nouo erigit & inſtituit.

Et illorũ priuilegia & Indulta quæcunq; cõfirmat.

Decretũ irritãs.

Clauſulæ derogatoriæ.

L. de Torres.
B. Motta.

Lecta, & publicata fuit in Cancellaria Apoſtolica, Die Lunæ, vigeſima Decembris, M. D. XXXV.

Fe. de Cæſis Cuſtos Cancellariæ.

Regiſtrata in Secretaria Apoſtolica L. de Torres.

Et ego Laertius vidi regiſtrat. in Quinterno Cancellariæ Apoſtolicæ fol. 336.

IIII.

De emolumentis Portionariorum ſuper redditibus Theſaurariæ Ciuitatis Aſculi.

De Materia vide in conſtitu. præced.

PAVLVS Epiſcopus &c. Motu proprio &c.
CVPIENTES quod dilectis filijs Officialibus Collegij Portionum de Vrbe de eorũ redditibus, ac pecunijs, vt decet, debitis integre & plenarie per eos qui illa percipiunt & exigunt iuxta tenorẽ particularium conſtitutionum dicti Collegij, omni mora ceſſante ſatisfiant. Et ſcientes dilectum filium Sinibaldum de Gaddis à nobis ſeu Cam. Apoſt. Theſaurariam Aſculi ac illius redditus, & emolumenta ad certũ tempus tunc expreſſum nondum elapſum cum onere & obligatione inter alia quolibet anno nobis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ aut dictis officialibus, ſoluendi ſummam duorũ Millium Ducatorum auri de Camera conduxiſſe, & dictam Theſaurariam ac illius redditus fuiſſe & eſſe dictis officialibus obligatos, & forſan ſpecialiter & expreſſe aſsignatos. Idcirco Motu ſimili & ex certa noſtra ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine eidem Sinibaldo & pro tempore exiſtenti dictæ Ciuitatis Theſaurario, tenore præſentis ſpecialiter & expreſſe committimus & mandamus, quatenus omni mora ceſſante dictam ſummam Duorum Millium Ducatorum de Camera ſingulis annis à tempore locationis ſibi factæ, & illa durante eiſdem Collegio & officialibus ſeu eorum Receptori quolibet-

Sinibaldus de Gaddis conductor Theſaurariæ Aſculi, promittit ſoluere R. Cameræ Apoſt. ſiue Portionarijs bis mille ducatos anno quolibet.

Pôtifex ideo cômittit Thesaurario vt quolibet mense soluat ratam dictæ summæ ipsis Portionarijs.

quolibet mense ratam sublatis quibuscunque obstaculis, decretis, & præceptis & alijs forsan assignamentis per nos seu Cam. Apost. de illis in toto, vel in parte factis, & in futurum forsan faciendis, Quæ quo ad supra & infrascripta cassamus & annullamus, ac reuocamus, per se, vel alium, seu alios in Vrbe, & Rom. Cur. recepta sufficienti quietantia, sub priuationis dictæ Thesaurariæ excommunicationis & alijs arbitrio nostro imponendis pœnis, quas nunc prout extunc, & econtra si præmissa adimplere cessauerit, vel eis aliquo modo contrauenerit absque aliqua declaratione incurrere volumus, soluatis, Mandantes dilectis filijs Præsiden. & Cler. Cam. ac alijs ad quos spectat, quod præmissis efficacis defensionis præsidio assisten. dictum Sinibaldum ac Thesaurariū pro tempore ad solutionem dictorum emolumentorum modo prædicto faciendam iuxta tenorem Capitulorū, & contractus in ipsa Camera nostra celebrati more Camerali, aut manu regia procedant, cogant, & compellant, cogique & compelli mandent & faciant, & vbi recusauerit seu plus debito distulerit, alium Thesaurarium deputent, Decernentes solutiones dictorum emolumentorum vsque ad dictam summam de cætero per dictum Sinibaldum de Gaddis Thesaurarium, vel alium aut alios eius nomine aliter quam modo præmisso fiendas, sibi non suffragari, nec dictis Officialibus & Collegio præiudicare posse, vel debere, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, Volumus autem quod præsentis sola signatura sufficiat, ac in iudicio & extra fidem faciat, & si videbitur literæ in forma Breuis expediri possint.

Thesaurario si contrauenerit pœnas hic descriptas imponit.

Executores istius const. deputat.

Placet, & ita mandamus. A.

V.

Officialibus Romanæ Curiæ præcipit, ne de cætero concedant mandata adipiscendi possess. Beneficiorum, vigore supplicationum signatarum & registratarum, nisi literis Apostolicis desuper expeditis.

Trāsumpta supplicationū super prouisionibus benef. & vigore illorū, literis Apost. nō expeditis mādata adipiscēdi possessionē concedebantur p Iudices Rom. Curiæ.

PAVLVS Episcopus ad perpetuam rei memoriam.

CVM nobis inter alia innotuisset, quod nonnulli Iudices Romanæ Curiæ transumpta supplicationum super prouisionibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & alijs gratijs signatarum & registratarum, ac ipsarum supplicationum prætextu literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorū in illis expressorum, antequam literæ Apostolicæ super huiusmodi supplicationibus expeditæ essent, concedebant: Volentes huiusmodi abusibus & fraudibus congruis remedijs obuiare, inhibuimus quibusuis Iudicibus dictæ Curiæ quauis auctoritate fungentibus, cum appositione decreti irritantis, ne transumpta supplicationum Apostolicarum, neue literas seu mandata ipsarum supplicationum vigore possessionem beneficiorum Apostolicorum apprehendendi dare & concedere quomodolibet præsumerent, prout in Constitutione nostra desuper edita, & in Cancellaria Apostolica publicata plenius continetur. Nos constitutionem huiusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium innouantes, & perpetuis futuris temporibus pro lege obseruari debere decernentes, hoc perpetuo edicto omnibus & singulis tam Archiuij dictæ Curiæ scriptoribus, quam Cameræ Apostolicæ Gubernatoris, ac Vicarij Vrbis notarijs, cæterisque Officialibus dictæ Curiæ, & tabellionibus publicis quibuscunque sub excommunicationis latæ sententiæ pœna in eorum singulos qui contrafecerint earundem tenore præsentium auctoritate Apostolica præfata inhibemus, ne de cætero de transumptis supplicationum, præterquam habentium clausulam quod earundem sola signatura sufficiat, ac de decreto & concessione literarum & mandatorum huiusmodi rogari debeant, ne ue illa scribere vel subscribere, aut quouis modo authenticare, vel partibus tradere quouis modo præsumant. Volentes & eadem Apostolica auctoritate statuentes, quod notarij, & officiales, ac tabelliones præfati, qui dictam excommunicationis sententiam incurrerint, ab illa nisi per nos aut successores nostros canonice intrantes absolui non possint præterquā in mortis articulo constituti. Quodque vltra eandem excommunicationis sententiam, pro prima vice vigintiquinque ducatorum, & suspensionis à perceptione emolumentorum officiorum suorum ad tres menses, per Datarium, vel Cancellariæ Apostolicæ Regentem pro tempore existentes irremissibiliter exigendorum, ac Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe applicandorum, & si secundario deliquerint, ipsorum officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso. Necnon partes transumptis, seu literis, aut mandatis huiusmodi deinceps vtentes, ac illorum prætextu possessionem beneficiorum Apostolicorum apprehendentes, fructus quos ex illis pro tempore perceperint suos non faciant: quinimo ad beneficia in eisdem transumptis ac literis & mandatis expressa perpetuo efficiantur ipso facto inhabiles; & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum, in vtroque foro teneantur. Decernentes sic per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam si sint Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut palatij Apostolici causarum Auditores, in quibuscunque causis & quibusuis illarum instantijs sententiari & iudicari debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter sententiandi & iudicandi facultate, ac irritum & inane si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque & indultis Apostolicis Iudicibus, notarijs, officialibus, tabellionibus prædictis, eorumue Collegijs in genere vel in specie quomodolibet concessis, quæ ipsis contra præmissa nullatenus volumus suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentes in dicta Cancellaria, vt moris est, publicari, & in illius quinterno inter alias extrauagantes ad perpetuam rei memoriam describi, ac à die publicationis ligare, & sub pœnis prædictis perpetuo inconcusse, & inuiolabiliter obseruari.

Const. istam hic non habes. Habes autē sup. fol. 330. Clem 7. const. 20. Sāctissimus.

Ideo Pōt. officialibus & Notarijs mandat vt de cætero ab illis se abstineant.

Notarijsque contrauenien. pœnas hic descriptas imponit.

Partibusque contrauenien. alias pœnas de quibus hic proponit.

Decretū irritans

Clausula derogatoria.

Publicationē, & registrationē posuit hic.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Die Sabbati tertiadecima mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. Anno primo.

Anno

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Indictione octaua, Die vero tertiadecima mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. anno primo, intimata & notificata fuit Reuerendo Domino Ioanni Dilecto, Francisco Martelli, & Ioanni Baptistæ de Guidobonis, Reuerendi patris domini Auditoris Cameræ, Gubernatoris, & Vicarij Locatenentibus respectiue eorumque notarijs, dimissa copia Domino Philippo Quintilio Decano Notariorum, coram R. P. D. Auditore Cameræ, per me Oddo Dong. Magist. Cursorum.

Iu. Gentilis Procustos.

Et Ego Laertius vidi Registrat. in Quinterno eiusdem Cancellariæ Apost. fol. 332.

VI.

Vicecancellariam S. R. Ecclesiæ deputat Alexandrum Farnesium Cardinalem, eius Nepotem, & illi confert administrationem curam & titulum Ecclesiæ Sancti Laurentij in Damaso de Vrbe.

Similem deputationem habes supra fol. 344. in Clem. 7. const. 40. Et si ad singula.

De Materia autem Cancellariæ Apostolicæ, & eius Officialium ponam concord. infra in Pij V. const. 86. In eorum.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Alexandro Sancti Laurentij in Damaso Diacono Cardinali de Farnesio nuncupato San. Rom. Eccle. Vicecancellario, Salutem & Apostolicam benedictionem.

SINGVLARIS ingenij claritas, morum decor, Sanguinis generositas, probitatis insignia, innata benignitas, & gratiarum munera, quibus illarum largitor altissimus personam tuam multipliciter decorauit, spem nobis indubiam non immerito pollicentur, quod ea quæ circunspectioni tuæ duxerimus committenda, ad nostrum & S. Rom. Eccl. felicem statum & honorem fideli & exacta diligentia, ac solerti studio exequeris. Sane cum Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso de Vrbe, quæ olim titulus scilicet presbyteri Cardinalis existebat, & quam fel. rec. Clem. Papa VII. scilicet prædecessor noster dictæ R. E. Episcopo aut presbytero seu Diacono Cardinali, cui officium Vicecancellariatus eiusdem R. E. pro tempore vacans concedi contingeret, pro eius titulo seu denominatione eo ipso absque alio iuris vel hominis ministerio Apostolica auctoritate concessam & assignatam, ac ipsum Cardinalem eidem Ecclesiæ Sancti Laurentij præfectum esse, & censeri debere, de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, per suas literas statuit & ordinauit, prout in eisdem literis plenius continetur, & cui residebat, ac officio Vicecancellariatus prædicto quod obtinebat bo. me. Hippolytus Sancti Laurentij in Damaso Diaconu Cardinalis, & eiusdem Rom. Eccl. Vicecancellarius dum viueret per eundem prædecessorem de simili consilio eidem Ecclesiæ Sancti Laurentij in Diaconum Cardinalē præfectus, & dictæ Rom. Eccles. Vicecancellarium constitutus & deputatus, per obitum eiusdem Hippolyti Cardinalis Vicecancellarij, qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persoluit, vacauerit & vacet ad præsens; Nos attendentes tanti officij dignitatem & excellentiam ac auctoritatem, ac cupientes illud tali committere personæ, per cuius laudabile studium officium ipsum feliciter gubernetur, sperantes quod tu qui secundum carnem nepos noster, & in quintodecimo vel circa tuæ ætatis anno constitutus existis, officium prædictum tradita tibi à Domino circunspectione salubriter regere, & feliciter gubernare curabis, habita super his cum fratribus nostris deliberatione matura, & de ipsorum fratrum consilio, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad honorem & gloriam eiusdem Rom. Eccl. Ecclesiam Sancti Laurentij cum illius palatio, domibus, membris, iurisdictionibus, collationibus, & alijs dispositionibus bonorum Ecclesiasticorum, ac iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, necnon Vicecancellariatus officium huiusmodi, siue vt præmittitur, siue alias quouis modo, quem præsentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cuiuscunque persona vacent, similiter cū omnibus ipsius officij honoribus, oneribus, priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, iuribus obuentionibus, & emolumētis debitis & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & assignamus: teque eidem Ecclesiæ Sancti Laurentij in Diaconum Cardinalem præficimus, ac in dictæ Rom. Eccl. Vicecancellarium assumimus, creamus, constituimus, & deputamus: ac Ecclesiā Sancti Angeli de dicta Vrbe, cui ad præsens præesse dinosceris, tibi per te quoad vixeris tenendam, regendā, & gubernandam commendamus: tibique regimen, curam, & administrationem Sancti Laurentij & Sancti Angeli Ecclesiarum in spiritualibus & temporalibus, necnon officij huiusmodi, cuius ratione a te fidelitatis debitæ solitū recepimus iuramentum; Et quod etiam per Regentem & alios ministros, prout alij prædictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarij, qui pro tempore fuerunt, facere consueuerunt, etiam facere & exercere posse volumus, liberū exercitium plenarie committimus, Ac tecum, vt Ecclesiæ Sancti Laurentij præesse, & officium Vicecancellariatus huiusmodi exercere, eiusque emolumenta percipere, necnon omnibus & singulis priuilegijs, prærogatiuis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indultis, concessionibus, & gratijs dicto Clementi prædecessori dum in minoribus constitutus esset, & officium prædictum obtineret, & cuicunque alteri prædictæ R. E. Vicecancellario ratione Vicecancellariatus officij, aut illius personæ intuitu, & alias quomodolibet tam in genere quam in specie concessis, quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter ac de verbo ad verbum insertis habemus, & quibusquicunque alius eiusdem Rom. Eccl. Vicecancellarius vtebatur, potiebatur, & gaudebat, ac vti, potiri, & gaudere poterat, vti, potiri, & gaudere libere & licite valeas, auctoritate & tenore prædictis dispensamus, tibique pariter indulgemus. Quocirca circunspectioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus regiminis, & administrationis Ecclesiæ Sancti Laurentij, & officij Vicecancellariatus omni prompta deuotione suscipiens, curam, regimen, & administrationē Ecclesiæ Sancti Laurentij, ac officij omni iuxta datam tibi a Domino prouidentiam sic exercere studeas sollicite, fideliter, & prudenter, quod Ecclesia, & officium prædictum, gubernatori prouido, & fructuoso administratori gaudeat se cōmissa, ac

Hic Card. Farnesius nūc est Decanus Illustriss. Cardinalium. Clemens 7 cuius const. habes sup. fol. 344. titulū & administrationē S. Laurētij in Damaso, Vicecācellario p tpe futuro concessit.

Hippolytus iste erat nepos Clementis 7. vt sup. fol. 344.

Pontifex iste Vicecācell. deputat Alexandrum Farnesiū Card. eius nepotē ætatis annorū 15. & illi cōfert administrationem & tit. Eccl. S. Laurētij in Damaso.

De Regēte & alijs Cancel. Officialibus habes sup. fol. 57. Mart. 5. const. 3. In Apostolicę & inf. Pij 4. const. 71. vniuersis. & Pij 5. cōstitu. 86. in eard.

Priuilegia facultates & indulta quæcūque alijs cōcessa, eidem cōceduntur.

Vicecanc. mādat, vt officiū, suscipiat, administrationē Eccl. S. Laurētij prudenter exerceat.

Z 2 optati

optati fructus quos speramus succedant: tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde vberius consequi merearis. Necnon dilectis filijs Capitulo, & Clericis ipsius Ecclesiæ Sancti Laurentij, vt tibi in omnibus & per omnia pareant & obediant, alioquin sententiam, siue pœnam quam rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari: Ac omnibus & singulis ipsius Cancellariæ officiarijs, & alijs ad quos pertinet, vt te ad dictum Vicecancellariatus officium recipiant & admittant: tibique tanquam vero dictæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario in omnibus ad officium ipsum spectantibus similiter pareant & obediant, ac de iuribus, & obuentionibus, ac emolumentis consuetis integre respondeant, Non obstante defectu ætatis præmissæ, quam ad hoc pateris in illius anno prædicto vel circa constitutus vt præfertur, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Sancti Laurentij & Sancti Angeli Ecclesiarum, ac officij Vicecancellariatus huiusmodi, necnon Collegij Cardinalium eorundem etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, super dispositione officij Vicecancellariatus huiusmodi dum pro tempore vacet certo modo in illis expresso facienda, sub quibuscunque tenoribus & formis, & per modum statuti perpetui, ac cum quibusuis efficacissimis & insolitis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusque & alijs etiam vim contractus inducentibus, decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, de simili consilio, ac quauis consideratione, & ea quibusuis causis per quoscunque Romanos Pōtifices prædecessores nostros, ac forsan per nos & sedem eandem concessis approbatis & innouatis: quibus omnibus & singulis, etiam si illis nullatenus, aut non nisi cum certis solemnitatibus, intimationibus, expressionibus, ac modo & forma in illis cōtentis derogari, vel illorum effectus impediri possit, eorum omnium tenores, formas, datas, & decreta in illis apposita, ac causas propter quas concessa sunt, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permāsuris, quoad præmissa specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse, ac illis non obstantibus præsentes literas, & per illas tibi factam concessionem Ecclesiæ Sancti Laurentij, & officij huiusmodi suū effectum sortiri debere, necnon pro illorum validitate per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate indicari & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, præfectionis, assumptionis, creationis, constitutionis, deputationis, commendæ, voluntatis, commissionis, dispensationis, indulti, mandati, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcū, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingētesimo trigesimo quinto, tertio Idus Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Capitulo S. Laurentij, & officialibus Cācellariæ præcipit vt Vicecācellario in oībus obediant.

De hac ordinatione Collegij Cardinaliū habes sup. fol. 144. in Clem. 7. cōst. 40. ad §.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretū irritans

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quinto, die Sabbati decimaquarta mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. Anno primo.

Iu. Gentilis Procustos.

Et ego Laertius vidi registrat. in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 334.

VII.

Hæreticos & Infideles in Regno Portugalliæ & Algarbiorum degentes, ad fidem reuocat, & redeuntes absoluit, condemnationes remittit, & priuilegijs & exemptionibus quibus alij Christifideles vtuntur, eos gaudere posse decernit.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

ILLIVS vices in terris gerentes, qui non vult mortem transgressorum, sed potius conuersionem transgressoribus huiusmodi ianuam pietatis, & misericordiæ libenter aperimus. Dudum siquidē, postquam per felicis recordationis Clementem Papam Septimum prædecessorem nostrum, accepto quod in plerisque partibus Regni Portugalliæ, & dominijs charissimi in Christo filij nostri Ioannis Portugalliæ & Algarbiorum Regis illustris, nonnulli ea Hebraica perfidia ad Christi fidem conuersi, Christiani noui nuncupati, ad ritum Iudæorum, à quo discesserant, redire, & alij qui Hebraicam sectam, nunquam professi erant, sed Christianis parentibus procreati, ritum eundem obseruare, & alij Lutheranam, & alias deprauatas hæreses, & errores sequi, ac sortilegia hæresim manifeste sapientia instigante humani generis inimico committere non verebantur, in grauissimam Dei offensam, & orthodoxæ fidei scandalum: dictus prædecessor dilectum filium Didacum de Silua ordinis fratrum minimorum Sancti Francisci de Paula professorem, in suum & Apostolicæ sedis Commissarium, ac super præmissis Inquisitorem in Regno, & dominijs prædictis, cum plena facultate contra de huiusmodi criminibus reos, aut suspectos inqnirendi, eosque carcerandi, puniendi, & corrigendi, per quasdam constituerat, & deputauerat. Et deinde ex certis rationabilibus causis prædictas, & quascunq; alias literas suas, ac per illas eatenus eidem Didaco, & quibusuis alijs etiam locorum ordinarijs super præmissis concessas facultates, & commissiones per alias ad suum beneplacitum suspenderat, ac venerabili Fratri Marco Episcopo Senogallien. nostro tunc suo, & dictæ sedis apud dictum Regem Nuntio inter alia in mandatis dederat: Vt Didaco, & ordinarijs prædictus, ac alijs inquisitoribus in partibus illis existentibus posteriores literas prædictas intimaret, & suspensionem huiusmodi inuiolabiliter obseruari faceret. Ac postmodum per eundem prædecessorem, etiam accepto, quod nonnulli ex suspectis de criminibus prædictis à quadraginta annis, vel circa ex Iudaismo, & Mahometica, & alijs sectis quibus tunc obcæcati erant, ad fidem Christi, & illius sacrum baptisma suscipiendum coacti fuerant, alij vero licet sponte sua conuersi, seu de parentibus Christianis

Clem. 7. (cuius cōst. istā hic nō habes) accepit hæreses nōnullas esse in partibus Portugalliæ & Algarbiorum,

Ideo Fratrē Didacū Cōmissariū & Inquisitorem deputauit, vt eorū oes prodeat.

Sed eius facultates postea ad beneplacitū suspendit.

procreati

procreati fuissent, tamen ob prædictorum indiscreta commertia, vel alias diabolica instigatione persuasi, etiã in prædictas,& alias diuersas hæreses,& errores eodem instigante inimico lapsi fuerant, aliaque quam plurima crimina commiserant,& in dies committebant, idem prædecessor, Motu proprio,& ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, per alias suas sub plumbo literas omnes,& singulos vtriusque seaus, tam nouiter conuersos, quam alios quoscunq; de præmissis culpabiles, aut suspectos e a dictis regnis,& dominijs oriũdos, ac in eis degentes forenses,& alienigenas vndecunque venissent, qui tempore publicationis ipsarum posteriorum literarum per eundem Marcum Episcopum,& nuntium, vel ab eo deputandos in singulis ciuitatibus,& diœcesibus regnorum,& dominiorum huiusmodi faciendæ, in illis domicilium, vel habitationem habuissent, ac etiam illorum filios, nepotes,& descendentes, tam tunc præsentes, quam absentes, seu qui ab eisdem regnis,& dominijs alias recessissent, etiam si e aules,& banniti forent, qui eidem Marco Episcopo,& Nuntio, vel alicui alteri ea sacerdotibus,& confessoribus per ipsum Marcum Episcopum,& Nuntium ad id deputandis, præsentes videlicet in regnis,& dominijs prædictis infra tres à die eiusdem publicationis, absentes vero ab eis infra quatuor, seu plures aut pauciores, qui arbitrio dicti Marci Episcopi, & Nuntij viderentur esse necessarij à die earundem posteriorum literarum per eos habendæ notitiæ computandos menses, prædicta, & alia quæcunq;, quotcunque,& qualiacunque sua crimina, excessus, delicta, & peccata confessi forent, ac quorum nomina, & cognomina in aliquo libro, vel memoriali per eosdem confessores descripta forent, etiam si illi Ecclesiastici sæculares, aut quorumuis ordinum regulares, militiarum milites, ac in quibusuis gradibus, dignitatibus, & ordinibus constituti,& tam illi quam alij laici,& vtriusque seaus personæ cuiusuis status,& ordinis eaisterent, etiã si illi eatenus,& in futurum dictis mensibus durantibus in regnis,& dominijs prædictis, vel extra illa tanquam hæretici sententialiter condemnati,& vt tales ipsi,& illorum bona publicata aut pro talibus accusati, inquisiti, publice vel occulte diffamati,& vt tales habiti reconciliati,& contra eos sententiæ desuper latæ,& exequutæ, vel illi propterea carcerati extitissent ab omnibus,& singulis per eos eatenus perpetratis, etiam hæreses, & ab eadem fide apostasias, blasphemias,& alios quoscunque, etiam maximos errores sapientibus, etiam quantũcunque grauibus,& qualificatis peccatis, criminibus, eacessibus,& delictis, etiam sub generali eapressione de iure vel alias non venientibus, & specialem notam requirentibus, necnon excommunicationum, suspensionum, interdictorum,& alijs Ecclesiasticis,& temporalibus, corporalibus, etiam capitalibus sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, etiam à præfatis,& qui pro tempore forent, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis huiusmodi præmissorum, & alia occasione vel causa latis, & promulgatis, etiam si in illis ab eisdem quadraginta,& vlterioribus annis insorduissent, ac illorum absolutio eidem prædecessori,& pro tempore existeuti Romano Pontifici, & eidem sedi, etiam iuxta illarum quæ in die Cenæ Domini legi consueuerant,& aliarum literarum,& processuum Apostolicorum tenorem,& alias quomodolibet reseruata existeret, quorum omnium qualitates, quantitates,& circunstantias, etiam haberi voluit pro expressis, à prauitatis videlicet hæreticæ huiusmodi in vtroque foro ciuili, criminali,& contentioso conscientiæ, & animæ penitus,& plenarie, à reliquis vero criminibus prauitatem huiusmodi non sapientibus in foro conscientiæ duntaxat, ex tunc prout ex ea die, & econtra præuia, quoad forum conscientiæ, cordis contritione, & oris confessione, anctoritate Apostolica absoluit, ac eosdem carceratos, vel alias detentos, & exules etiam à carceribus, eailijs,& bannis, quibus occasione criminum hæresis, & apostasiæ, ac blasphemiæ huiusmodi detenti; & condemnati eaistebant, relaxauit, & liberauit, ac relaxari, & liberari mandauit. Et tam illis quam alijs alia occasione vel causa detentis, vel exulibus, donec ab eis à quibus detinebantur relaxarentur,& ab eis ad quos id spectaret, saluus cõductus, & aliæ necessariæ securitates eis concederentur, dicti menses currere non inciperent, dummodo ipsi a die notitiæ posteriorum litterarum, in aliquam hæresim cecidisse, vel in veteri errore perstitisse non conuincerentur, concessit. Necnon cum eis, tam præsentibus, quam absentibus, ac etiam cum clericis, & alijs sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, Ecclesiasticis personis; etiam quæcunque, quotcunque,& qualiacunque beneficia Ecclesiastica sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam si sæcularia canonicatus, & præbendas, dignitates; etiam maiores post Pontificales, & principales, ac conuentuales, personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiua in cathedralibus, etiam Metropolitanis; & collegiatis Ecclesijs, regularia vero beneficia huiusmodi monasteria etiam dignitates conuentuales, præceptoriæ etiam curatæ, & electiuæ, & alias cuiuscunque qualitatis essent obtinentibus, etiam si Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Magistrali,& alia quacunque dignitate præfulgerent, super irregularitate per eos præmissorum hæresis, & apostasiæ, & blasphemiæ criminum occasione, vel causa: ac etiam quia sic ligati missas, & alia diuina officia forsan, non tamen in contemptum clauium, celebrassent, aut alias illis se immiscuissent contracta, & cum ijs qui promoti non erant, vt ad omnes etiam sacros,& presbyteratus ordines promoueri, & in illis, tam illi, quam qui tunc, etiam post dicta crimina perpetrata,& absolutionem huiusmodi promoti erant, etiam in altaris ministerio ministrare, ac beneficia ecclesiastica, etiam vt præmittitur,& alias qualitercunque qualificata, eis canonice conferenda recipere, illaque,& alia per eos tunc obtenta retinere, ac etiam tam ipsi ecclesiastici, & regulares, ac milites, quam laici, ac mulieres, eorumque filij, nepotes,& descendentes, ad gradus, honores, ordines, officia,& alia assumi, illaque suscipere,& eaercere, ac illis,& alijs similibus,& dissimilibus iam susceptis vti, necnon vestes sericeas,& panni cuiuscunque, etiam rubei coloris, ac aurum, argentum, gemmas,& alia iocalia, necnon ensem,& armã eorum statui condecentia deferre, super equos,& mulas equitare, ac alijs omnibus,& singulis priuilegijs, exemptionibus, fauoribus, gratijs, immunitatibus, libertatibus,& concessionibus, quibus alij christifideles, eorumque filij,& nepotes, ac ab eis descendentes vtebantur, potiebantur,& gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, vti, potiri,& gaudere libere, & licite valerent in omnibus, & per omnia, perinde ac si ipsi, eorumque aui, proaui, parentes,& alij genitores veri christiani fuissent, & nunquã a fide deuiassent, dispensauit, eisque pariter indulsit. Necnon omnem inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notam circa eos præmissorum occasione, tam ex proprijs, quam illorum parentum, consanguineorum, & affinium culpis,& sententijs, eorumque executionibus,& alias quomodolibet insurgentes, ab eis penitus,& omnino aboleuit: ac confiscationes bonorum si quæ eatenus factæ fuerant, quorum tamen possessio pro eodem fisco apprehensa nõ fuerat, necnon processus contra eos formatos, sententiasq; latas, ac dictis mensibus durantibus formatas,& ferẽdas, necnõ informationes,& alia quæcunq; acta,& gesta ordinaria,& extraordinaria in iudicio,& extra cõtra eos eatenus facta, ac ex tunc prout ex ea die, & econtra, eisdem mensibus durantibus facienda, quorũ

Pastes per alias eius literas (quas hic non habes) cōuerteruntur se ad fidē infra terminũ mirād hic expressum absoluit, & pęnas condonauit & remisit.

De Redeuntibus ad fidem habes sup. fol 8 Inn. 4. const. 4 & 7. & Vrb. 4 cõst. 1. fol. 25. & inf. Iul. 3. cõst. 6. illiusq. ui.

Bullã Cenę Domini habes inf. in Greg. 13. cõsti 92. cõsueuerunt.

Ab irregularitate eodẽ absoluit.

Illosq; & eorum successores ad honores & dignitates habilitauit. Ad hoc vide Innoc. 4. f. 9. cõst. 8. & fol. 12. cõst. 10. Hon. 4. f. 3a. cõst. 2. cū ibi not.

Indultis quibuscunq; & priuilegijs, quibus veri Christiani vtuntur, eosdẽ gaudere posse decreuit.

Cõfiscationes bonorum fisco nõ incorporatorum & processus & sententias cõtra eos latas deleuit.

omniũ tenores, ſtatus, & merita ſimiliter haberi voluit pro expreſsis, caſſauit, irritauit, aboleuit, & annullauit, ac caſſata, irrita, deleta & annullata fore decreuit, ipſaque bona ſic confiſcata, & confiſcanda, eis à quibus ablata fuerant, ſi eidem fiſco incorporata non eſſent, remiſit, donauit, & reſtituit, illoſque, & illa in priſtinum, & eũ

Habentes fidẽ à Cõfeſſoribus, vel in eorũ libros annotatos vt hic ſecuros eſſe declarauit.

in quo ante præmiſſa, & tempore quo baptizati fuerant, erant, ſtatum reſtituit, repoſuit, & plenarie reintegrauit. Necnon ſtatuit & ordinauit, quod omnes & ſinguli confeſſores prædicti quibuſuis eis durantibus menſibus ſupradictis, confeſsis etiam de dictis criminibus, non culpabilibus neque ſuſpectis in dicto libro deſcribendis, ſi id petijſſent, pro illorum ſuper præmiſsis tutiori cautela aliquam cedulam, vel ſcripturam authenticam manu propria ſubſcriptam, vel ipſius Nuntij ſigillo munitam, in teſtimonium præmiſſorum gratis, & abſque alia exactione concedere poſſent, & deberent, quæ perpetuis futuris temporibus per eos exhibita vel oſtenſa illam habentes, vel etiam abſque illa in dicto libro deſcripti, & annotati, tuti & ſecuri permanerent, & de prædictis criminibus hæreſim, appoſtaſiam, & blaſphemiam ſapientibus, per ipſos culpabiles, vel ſuſpectos perpetratis vſq; ad diem datæ eiuſdẽ cedulæ, vel teſtimonij, ſeu in eodem libro aonotationis, & deſcriptionis nullatenus inquiri poſſent, ac quod præmiſſorum occaſione ipſis deſcribendis, vel ſuas cedulas prædictas habituris, & illorum filijs, & deſcendentibus io nullo præiudicari, nec præiudicium afferri, oec recooclliati cenſeri, etiam ex eo quod dictorum delictorum, ſeu aliquorum ex eis veniam petijſſent, vel ab eis abſoluti fuiſſent, oec etiam ſi forſan in aliquem prædictorum errorem in poſterum reincidiſſent, vel alias quomodolibet deprehenſi extitiſſent, relapſi viderentur, neque aliquod indicium, etiam minimum contra eos oriri, allegari, vel deduci poſſe in iudicio vel extra, indulgentia, remiſsio, & alia io damnum, iniuriam, vel aliud incommodum illorum retorqueri nequirẽt. Quodque ſi aliqui iam eſſent condemnati de criminibus hæreſis huiuſmodi, vel eorum crimina iam eſſent in iudicio omnibus notorie probata, ipſi ſecundum Eccleſiaſtica ſtatuta errores ſuos abiurare, illiſque publice renũtiare deberent. Quibus abiuratis, & renuntiatis idem Nuntius eius arbitrio pœnitentias eis iniungẽdas, vel iniunctas, vel iniunctas, non tamen in alias publicas ſed ſecretas pœnitentias commutare: ac reconciliatis, quibus aliqua publica pœoitentia per quoſcunque iudices, & inquiſitores fuiſſet iniuncta, etiam illam veluti ipſi inquiſitores, etiam commutare potuiſſent, vel conſueuiſſent, in alia pietatis opera commutare, & cum illis diſpenſare valeret: Ac quod ſi ex ſupradictis condemnatis, vel inquiſitis accuſatis, aut reconciliatis, ſeu relapſis fuiſſent aliqui qui ſe contra iuſtitiam grauatos eſſe aſſererent, ac propterea cuperent, vt iterum eorum cauſæ audirentur, liceret eis ad dictum Nuntium recurrere, & perſonaliter coram eo comparere, & ſe ipſos in eo ſtatu in quo tunc eſſe reperirentur, de integro defendere, ſic tamen quod ſi iterum in defenſione ſua ipſos ſuccumbere contingeret tunc tanquam ob cauſam delictorum huiuſmodi relapſi legitima pœna punirentur, cæteri vero ſecretam pœnitentiam ſuſciperent, quæ loco legitimæ, & canonicæ pœnæ quam pati debuiſſent, ipſius Nuntij arbitrio ipſis imponeretur.

Cõdemnatos de Hęreſi publica illas abiurare, debere decreuit.

De his habes ſupra fol. 7 Inn. 4. cõſt. 3. & fol. 10. conſt. 8.

Et nihilominus ij qui relapſi non eſſent, dictis literis, & illarum effectu gauderẽt. ac quod dicti condemnati, aut inquiſiti accuſati vel reconciliati ſi iterum in hæreſis crimen relabi eos contingeret, pro relapſis puniri poſſent, habita tamen diligenti deliberatione, quod ſi ex ipſis aliqui eſſent, qui ſe violenter ad fidei ſacrameotum ſuſcipiendum pertractos eſſe docerent, illis non ita imputentur culpæ, vt in poſterum relapſorum pœna tenerentur.

Condẽnatis ſententibus ſe grauatos, ad Nũtium recurſũ cõceſſit.

Relapſos debitis pœnis puniri ſuſſit.

De qbus habes ſup fol. 9 Inn. 4. cõſt. 6. & fol. 19. Alex. 4. conſt. 10.

Quodque ij qui publice de crimine hæreſis diffamati non tamen conuicti, ſeu accuſati eſſent, quorum perfidia ex publica voce, & fama ad aures ipſius Nuntij perueniret, proprio iuramẽto, & duobus vel tribus teſtibus compurgatoribus fidedignis per eundem diffamatum eligendis ſeipſos ſecrete, & extraiudicialiter coram Nuntio, vel ab eo deputandis prædictis, ſeu eorum aliquo purgare, ſeu crimina huiuſmodi de quibus diffamati eſſent, ſua ſponte, & cum iuramento ſecrete, ac etiam extraiudicialiter coram eorum Nuntio, ſeu deputato aliquo in præſentia duorum teſtium, vel proprij ſacerdotis loco eorum abiurare poſſent: Qui omnes accuſati, inquiſiti, condemnati, reconciliati, & publice diffamati modo, & forma præmiſſis, cæteri vero præmiſſa tantum confeſsione, & abſque aliqua publica pœnitentia eis iniungenda, plenariam, & totalem veniam, & alia ſupradicta conſequi, & obtinere, ipſeque Nuntius omnia, & ſingula ſupradicta, & quæcunque alia quæ alij Inquiſitores, Commiſſarij quicunque per quaſcunque prædicti prædeceſſoris, & dictæ ſedis literas, ac etiam de iure, vel conſuetudine facere, gerere, & exercere poſſent, facere, gerere, & exercere libere, & licite valeant: Ac quod ſi aliqui ex prædictis omnibus, tam nouiter conuerſis, quam alijs præſentibus, & abſeotibus reperirentur, qui huiuſmodi gratiam modis præmiſsis durantibus dictis menſibus ſuſcipere noluent, lapſis eiſdem menſibus, gratijs per dictas poſteriores literas conceſsis, nullo modo gaudere poſſent. Qui tamen ad ſui excuſationem aliquid afferre vellent, benigne, & ſecundum Chriſtianam manſuetudinem audirentur, & eorpm iura, & deſenſionea ad eundem prædeceſſorem per dictum Nuotium ſub ſuo ſigillo clauſa mitterentur.

Diffamatos corã Nũcio abiurare ſeu ſe purgare poſſe mandauit.

Quodque contra nouiter conuerſos, ac filios, & deſcendentes eorum, confeſſos, vel non cõfeſſos, quorum tamen excuſationes per Nuntium, aut deputatos præfatos, ſiue eorum aliquem receptæ, & ad dictum prædeceſſorem tranſmiſſæ eſſent, in negotio inquiſitionis, vel viſitationis ordinariæ, vel extraordinariæ ſuper criminibus prædictis iuxta formam literarum prædictarum vſque ad annum à die ipſarum publicationis, etiam ſuperſederetur, quia interim dictus prædeceſſor, tam ſuper eodem negotio, quam etiam circa illorum futuram vitam opportune prouidere intendebat: Diſtrictius inhibens omnibus, & ſingulis etiam iudicibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, ac prælatis inquiſitoribus ordinarijs, ſeu delegatis quacunque auctoritate, poteſtate, & dignitate, etiam Pontificali, Archiepiſcopali, Primiciali, & Patriarchali, ac ſtatu, gradu, conditione, & præeminentia, etiã Cardinalatus honore fulgentibus, ac tali qualitate de qua expreſſa meotio fieri deberet pollentibus, à præfato prædeceſſore, ſeu ſede prædicta, etiam ad inſtantiam eiuſdem Regis deputatis, ſub excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs, ac beneficiorum, & officiorum per eos obtentorum priuationis pœnis, ne aliquos de præmiſsis hæreſis, apoſtaſia, aut blaſphemia culpabiles, aut ſuſpectos, qui gratijs prædictis iuxta poſteriorũ ſub plumbo literarum tenorem gaudere deberent, & quos ſub aliqua cuſtodia, vel carceribus tenerent, aut in exilium miſiſſent, amplius detinerent, aut contra eos ad vlteriora procederent, immo captos relaxarent, & exules ad patriam ſecure redire permitterent, & in eorum ſtatu in quo erant ante accuſationes, condemnationes, carcerationes, exilia, & bannimenta huiuſmodi exiſtebant, reponerent, accuſatoribus vero, denuntiatoribus teſtibus inqniſitoribus, iudicibus, promotoribus, & alijs quibuſuis ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis, ne contra ſupradictos, etiam non culpabiles nec ſuſpectos præmiſſorum occaſione ſe intromittere, neque aliquos ad teſtificandum, vel accuſandum, ſeu denunciandum inducere, vel alias illos ſuper præmiſsis, vel illorum occaſione moleſtare quoquo modo præſumerent. Ac decernens omnes, & ſingulos in præmiſsis inobedientes, vel con-

Contra nouiter Conuerſos & eorũ filios & deſcẽdẽtes, quorũ excuſationes ad ipſum Pont. tranſmiſſę erant, ſuperſederi pręcepit.

Inhibuitq; oĩbus Pręlatis ne de cętero moleſtarẽt eos q gratias ſuper delictis eorũ obtinuerant.

trauenturos

trauenturos easdem sententias,censuras,& pœnas eo ipso incurrere, & beneficia per eos tunc obtenta eo ipso vacare,& ab ipso prædecessore,ac quibuisuis illorum ordinarijs collatoribus impetrari,& conferri posse,ipsasque impetrationes,& collationes,ac alias dispositiones,alias legitime factas valere,plenamque roboris firmitatem obtinere,sc easdem posteriores literas de subreptionis,vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari,vel impugnari non posse,nec sub quibusuis reuocationibus,modificationibus,limitationibus, & suspensionibus quarumcunque similium,vel dissimilium literarum,ac etiam per eundem prædecessorem,& sedem præfatã factis,& faciendis nullatenus comprehensas,sed semper ab illis exceptas esse,& quoties reuocatæ, vel limitatæ essent,toties in pristinum,& eum in quo tunc existebant statum restitutas,& reintegratas existere:Necnon illarum transumptis manu notarij publici subscriptis,& sigillo eiusdem Nuntij munitis eandem prorsus tam in iudicio, quam extra illud fidem adhiberi debere , quæ ipsis posterioribus literis adhiberetur , si forent exhibitæ vel ostensæ. Sicque in præmissis omnibus per præfatos,& quoscunque alios inquisitores,& iudices etiam S. R. E. Cardinales in quacunque instantia,siue in iudicio coram eis etiam nunc,& in futurum penden.iudicari,sententiari,& definiri debere,sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,sententiandi, & definiendi facultate:Ac irritum,& inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, etiam per ipsum prædecessorẽ, scienter vel ignoranter contigeret attentari. Mandans prælato Nuntio, vt per se, vel alium,seu alios posteriores literas huiusmodi, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando, ac quoties opus esset solenniter publican. ac in præmissis efficaciter assistens,faceret easdem posteriores literas,& in eis contenta quæcũque,vbi,& quãdo,ac quoties opus esset firmiter obseruari,ac singulos quos prædictæ posteriores literæ concernebant,illis pacifice gaudere. Nec permitteret eos desuper per inquisitores,& iudices præsatos, seu quoscunq; alios quomodolibet impediri,molestari,vel perturbari:ac contradictores quoslibet,& rebelles per censuras,& pœnas ecclesiasticas , & alia opportuna iuris remedia sppellatione postposita compesceret : inuocato etiam ad hoc si opus fuisset auailio brachij secularis . Ioannem vero Regem præfatum rogans , & hortans in domino , vt pro sua in hanc sanctam Sedem deuotione,& obseruantia ipsi Marco Nuntio suis auctoritate,& fauore assistens,non permitteret ipsum Marcum Nuntium circa præmissorum exequutionẽ,aut illos qui sub eisdem posterioribus literis comprehendebantur,quo minus iuxta ipsarum literarum tenorem gaudere possent,quomodolibet turbari , aut impediri. Non obstantibus præmissis,ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII.& aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum suorum,ac alijs apostolicis,necnon in generalibus , ac prouincialibus , & synodalibus concilijs editis generalibus,vel specialibus constitutionibus,& ordinationibus, etiam ab eisdem prædecessoribus , etiam pluries emanatis,legibus imperialibus,necnon etiam iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,officij inquisitionis,& ecclesiarum,sc regnorum,& dominiorum prædictorum, illorumque ciuitatum,& locorum,etiam municipalibus statutis,& consuetudinibus,priuilegijs quoque,indultis , etiam in corpore iuris clausis,ac etiam in forma breuis literis,etiam per dictos prædecessores,& sedem huiusmodi,etiam inquisitoribus prædictis,etiam ad instantiam eiusdem Ioannis,& aliorum quorumcunque Regum, & Reginarum, aut etiam Motu proprio,& de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio,etiam apostolicæ potestatis plenitudine,ac cum quibusuis,etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus,& insolitis clausulis,irritantibusque,& alijs decretis concessis,& innouatis,etiam si in eis caueretur expresse,quod illis nullatenus,aut non nisi sub certis inibi expressis modis,& formis derogari posset:quibus omnibus,etiam si pro illorum sufficiẽti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis,specifica,expressa,& indiuidua,non autem per clausulas generales idem importantes mentio , seu quæuis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset,tenores, ac si de verbo ad verbum , ac forma in illis tradita obseruata inserti essent , pro sufficienter expressis habens illis alias in suo robore permansuris,ea vice duntaxat , Motu simili specialiter , & expresse derogauit,contrarijs quibuscunque,seu si inquisitoribus,& iudicibus prædictis,vel quibusuis alijs communiter,vel diuisim ab eadem esset sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excommunicari non possent per literas apostolicas non facientes plenam,& expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ. Et deinde posteriores literas prædictas non alia ratione,nisi vt præfato Regi qui multa ad Christi gloriam pertinentia super huiusmodi absolutionis concessione eidem prædecessori per specialem eius oratorem significare velle præmonuerat,satisfaceret,edi,& per dictum Marcum Episcopum, & Nũtium publicari per alias in forma breuis literas prohibuit. Ac postmodum tam dilecto filio Henrico de Meneses eiusdem Regis Nuntio ad ipsum prædecessorem ob hanc causam specialiter destinato, quã venerabili fratri Martino Archiepiscopo Funchallen. suo apud eundem prædecessorem oratore auditis,ac omnibus, & singulis quæ per eos aduersus prædictæ absolutionis concessionem acta,& in scriptis data fuerant,mature consideratis , sufficientique ad omnia ex vrbanitate dato responso; & quid ad ea per eundem Regem replicaretur , per quatuor menses , & plus eo expectato, per alias in forma breuis literas statuit,declarauit,& voluit,quod literæ absolutionis huiusmodi in omnibus, & per omnia eam vim,& actoritatem haberent,ac si in regno prædicto iuxta illarum tenorem publicatæ fuissent. Addens quod si per eundem Regem,ac per eius ministros,aut populum effectum foret,vt prædicti noui christiani secure non possent ea adimplere,quæ dictus prædecssor in prædictis absolutionis literis adimplenda esse mandauerat,vt prædictam absolutionem consequi valerent,ipsi nihilominus in eis, quę ad potestatem ipsius prædecessoris temporalem pertinebant,quo ad forum contentiosum absoluti,& liberi esse censerentur, ac nullo modo ratione prædictorum delictorum ex tunc per viam inquisitionis, seu visitationis ordinarie,vel extraordinarie molestari, vel inquietari valerent. Mandans eidem Marco Episcopo,& Nuntio quem ad id specialiter exequutorem constituerat,quod eius,& dictæ sedis nomine illius declarationem,& voluntatem huiusmodi sub eisdem comminationibus,& censuris exequi faceret,quæ in prædictis veniæ literis sub plumbo datis continebantur. Non obstantibus dictis, tam sub plumbo , quam in forma breuis emanatis literis : quibus illorum omnium tenores pro sufficienter expressis habens ipse Clemens prædecessor derogauit, cæterisque contrarijs quibuscunque.Postmodum autem cum dicti Martinus Archiepiscopus , & Henricus etiam apud nos oratores nobis exposuissent,quod licet postea præfatus Rex responsiones suas ad causas prædictas misisset , putaretque per eas constare ad absolutionem prædictam sub forma præfata,etiam causis quæ dictum prædecessorem ad id induxerant,nõ obstantibus procedi non debuisse,tamen quia præfatus prædecessor,cui cum infirmitate grauaretur, ipsi Martinus Archiepiscopus,& Henricus,oratores ipsius responsionea quæ tempore dictæ infirmitatis ad eorum manus peruenerant, tradere non potuerant, nesciens responsiones prædictas delatas esse , ac putans ipsum Regem ex eo

forsan ,

Et contrauenientibus pœnas hic expssas imposuit.

Decretumque irritans adiecit.

Executoremque eius consi. Nuntium deputauit.

Ioannemq; Portugallię & Algarbiorum Regem rogauit,vt eidem Nuntio assisteret ac faueret.

Clausulas derogatorias hic expssas apposuit.

Postea per alias literas , quas hic non habe.,constitutionẽ suam publicari phibuit.

Et deinde illam publicari & exequi mandauit.

Paulus autẽ Põt. isti ex causis hic expositis supersedit mādauit in executione dictæ constitutionis Clem.7.

forsan, quod causæ prædictæ ad eum missæ ita validæ viderentur, vt congrue ad eas responderi non posset, ipsas respõsiones tãquã non vrgãtes missas non esse, præmissa in vltimo datis literis cõtenta statuerat, & ordinauerat. Quodq; nos respõsiones ipsas debite attẽdere, & cõsiderare, ac mature in hoc negotio, ex quo dictorũ regnorũ quies non parum pendebat prouidere vellemus, apud nos nomine ipsius Regis institissent, nos responsiones prædictas per ipsos oratores nobis traditas nonnullis viris doctrina, integritate, grauitate, experientia decoratis examinandas tradidimus, ea intentione, vt habita illorum relatione, in hoc negotio, prout ad nostrum spectabat officium, prouideremus: præfato Marco Episcopo, & Nuntio ne etiam vigore prædictarum, & quarumcunque aliarum literarum a præfato prædecessore emanatarum: ac vniuersis, & singulis de hæresi, & a fide apostasia culpabilibus, seu suspectis, ne modo aliquo literas absolutionis publicare, aut si publicatæ forent eis vti, inquisitoribus autem prædictis, ne vigore literarum per ipsum prædecessorem super eorum deputatione, vt præfertur concessarum, ordinarijs vero ne facultatis eis de iure, vel consuetudine concessæ vigore aliquem ea dictis de hæresi, & apostasia culpabilibus, & suspectis occasione criminum per eos commissorum modo aliquo molestare, auderent, vel præsumerent, donec aliud per nos desuper ordinatum foret, per quasdam interim inhibentes. Voluimus quoque, vt si qui ob crimina huiusmodi carceribus mancipati inuenirentur, nisi relapsi forent, data idonea cautione de ipsos carceres quoties per eos, ad quos spectabat desuper requisiti forent intrando, & si eorum bona in manibus fisci deuenissent, aut ad eius instantiam sequestrata essent, absq; alia cautione ea præfatis carceribus relaxarentur. Et demum cum prædicti viri discussis, & mature consideratis per eos rationibus

Sed tandem, per eius literas, quas hic non habes, supersessoriã reuocauit, & ad illius const. executionem procedi mandauit.

huiusmodi, & alijs quæ consideranda erant, literas absolutionis per dictum prædecessorem, vt præfertur, concessas executioni debitæ demandandas esse nobis retulissent, nos præfato Mateo Episcopo, & Nuntio per alias nostras, etiam in forma breuis literas dedimus in mandatis, quatenus ad executionem dictarum absolutionis literarum iuxta illarum tenorem in omnibus, & per omnia perinde ac si earum executionem per dictas literas non suspendissemus, & vt supradictum est, non inhibuissemus, procederet, prout in eisdem literis, quarum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut accepimus literæ absolutionis huiusmodi, si illa forma quoad nonnulla in ipsis literis contenta seruetur, de facili absque scãdalo executioni demandari non possent, præsertim cum pro nonnullis sedem apostolicam concernentibus causis dictum Marcum Episcopum, & Nuntium qui super præmissis executor, vt præfertur, deputatus fuit, breui ad nos vocare intendamus: Nos ex præmissis, & alijs causis animum nostrum mouentibus literas ipsas suum prout conuenit, ad obuiandum animarum periculis, effectum sortiri volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & apostolicæ potestatis plenitudine volumus, & decernimus, quod literæ veniæ prædictæ, quæ vt accepimus, iam diu ordinarijs regni, & dominij prædictorum, vel eorum officialibus pro maiori parte intimatæ fuerunt, quo ad absolutionem, & omnia alia in eis contenta eam vim, & auctoritatem habeant perinde ac si in regno, & dominijs prædictis iuxta ipsarum literarum formam in omnibus & per omnia publicatæ, & noui christiani ab eisque descendentes, omnesque alij ab Hebræis originem quomodolibet trahentes in præfatis literis comprehensi de hæresis, & alijs prædictis criminibus culpabiles, & suspecti, & in regnis, & dominijs præfatis,

Modo autem eidem cõst. confirmat & innouat.

vel extra illa tanquam hæretici inquisiti accusati, publice vel occulte diffamati, etiam si eorum crimina in iudicio notorie probata fuissent, & tanquam hæretici sententialiter condemnati, & vt tales ipsi habiti conuicti reconciliati, & eorum bona publicata, & contra eos sententiæ desuper latæ, & executæ, & pœnæ publice iniunctæ, vel illi propterea carcerati confessiones, abiurationes, renunciationes, purgationes, pœnitentias iniunctas, & iuxta dictarum literarum formam iniungendas, omniaque alia in dictis literis contenta adimpleuissent, & per eos realiter adimpleta, & cum effectu completa fuissent. Decernentes quod in foro temporali ciuili, & criminali, etiam contentioso, de omnibus & singulis criminibus per dictas literas veniæ eis, vt præmittitur, remissis, etiam hactenus quomodolibet per eos, qui tempore Datæ dictarum literarum sub plumbo in regno, & dominijs prædictis morabantur, & alios ab Hebræis descendentes in dictis literis veniæ comprehensos perpetratis, plenarie absolui, & liberati sint, & intelligantur, prout nos etiam eos Motu, scientia, & potestate similibus plenarie absoluimus, & liberamus. Volentes quod quo ad forum fori ad aliquam confessionem, abiurationem,

Illamq; amplias vt hic.

renuntiationem, purgationem, pœnitentiam, aliorumque in dictis literis contentorum executionem, paritionẽ, & diligentiam non teneantur, tam quo ad hæresis, apostasiæ, blasphemiæ, & alia prædicta crimina, quam in foro conscientiæ, duntaxat quoad ea, & omnia alia delicta, & excessus prauitatem huiusmodi non sapientia, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque fuerint, dummodo eorum errata, & excessus alicui per eos eligendo confessori sacramentaliter corde contriti, & ore confessi fuerint, absque aliqua publica pœnitentia eis iniungenda, in omnibus & per omnia suffragari volumus. Decernentes quod ob confessionem, & contritionem prædictas quomodolibet omissas nullo pacto temporaliter, & in foro contentioso, & ciuili quominus plenarium præmissorum effectum libere consequantur, impediri, molestari, seu perturbari possint, ac per eos eligendis confessoribus ipsos, & eorum singulos a præmissis absoluendi plenariam, & generalissimam potestatem, & facultatem concedimus, & impartimur: Necnon eosdem carceratos, vel alias detentos, & exules etiam a carceribus, exilijs, & bãnis quibus occasione criminum hæresis, & apostasiæ, ac blasphemiæ huiusmodi detenti, & condemnati existunt,

Condemnatosq; liberat.

relaxamus, & liberamus, ac relaxari, & liberari mandamus: ac omnibus, & singulis alijs priuilegijs, exemptionibus, fauoribus, gratijs, immunitatibus, libertatibus, & concessionibus in dictis literis veniæ contentis, & quibus alij Christifideles, eorumque filij, & nepotes, ac ab eis descendentes vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, &

Indultis quoque & exemptionib⁹, quibus Christiani vtuntur, gaudere posse declarat.

per omnia perinde ac si ipsi, eorumque aui, proaui, parentes, & alij genitores veri christiani fuissent, & nunquã a fide catholica deuiassent, de specialis dono gratiæ plenissime dispẽsamus, eisque pariter indulgemus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notam circa eos præmissorum occasione tam ex proprijs, quam illorum parentum, consanguineorum, & affinium culpis, & sententijs, earumque executionibus, & alijs quomodolibet insurgentes, ab eis penitus, & omnino abolemus: Ac confiscationes bonorum si quæ hactenus etiam post dictas literas veniæ in dictis regnis, & dominijs factæ fuerint, quorum tamen possessio pro fisco ante datam literarum veniæ sub plumbo per eundem Clementem prædecessorem nostrum cõcessarum apprehensa non fuerit. Necnon processus contra illos, & illorum singulos formatos sententiasque latas, necnon informationes, & alia quæcunque acta, & gesta ordinaria, & extraordinaria in iudicio & extra contra eos hactenus similiter, etiam post dictas literas facta, quorum omnium tenores, status, & merita, etiam præsentibus haberi volumus pro latis-

sime

sime expresſis caſſamus,irritamus,delemus,& annullamus, ac caſſata,irrita , deleta , & annullata fore decernimus,
ipſaque bona ſic confiſcata eis a quibus ablata fuerint,& eis mortuis eorū hæredibus, & ſucceſſoribus, ſi eidem
fiſco vt præmittitur incorporata non ſint,pleniſsime remittimus,donamus,& reſtituimus,eoſque, & illa in pri- Processus & sententias cōtra eos latas annullat, & in pristinum statum reponit.
ſtinum,& eum in quo ante præmiſſa,& tempore quo baptizati fuerant,erant,ſtatum reſtituimus,reponimus , &
plenarie reintegramus:Et inſuper auctoritate, & tenore ſupradictis ſtatuimus , & ordinamus,Volumus, & mandamus,quod prædicti liberi,& plenarie abſoluti,tuti & ſecuri remaneat, & de hæreſim, & apoſtaſiam , ac blaſphemiam ſapientibus , ac alijs criminibus , & exceſsibus ſupradictis per ipſos vſque ad diem Datæ præſentium
quomodolibet perpetratis nullatenus inquiri , accuſari vel moleſtari poſsint , ac quod præmiſſorum occaſione
ipſis,vel illorum filijs,& deſcendentibus in nullo præiudicari,nec præiudicium afferri,nec reconciliati cenſeri,
etiam ex eo quod dictorum delictorum,ſeu aliquorum ex eis veniam petierint , vel ab eis abſoluti fuerint , nec
etiam ſi forſan in aliquem prædictorum errorem in poſterum reinciderint , vel alias quomodolibet deprehenſi
extiterint,relapſi videantur,neque aliquod ex præteritis indicium , etiam minimum contra eos oriri , allegari,
vel deduci,poſſe in iudicio vel extra, indulgentia,remiſsio,& alia in damnum, iniuriam , vel aliud incommodū
illorum retorqueri nequeant. Diſtrictius inhibentes omnibus & ſingulis etiam iudicibus eccleſiaſticis, & ſæcularibus,ac prælatis,inquiſitoribus ordinarijs,ſeu delegatis quacunque auctoritate,poteſtate,& dignitate,etiam
Pontificali,Archiepiſcopali,Primatiali,& Patriarchali,ac ſtatu,gradu,conditione,& præeminentia,etiam Cardinalatus honore fulgentibus,& tali qualitate de qua expreſſa mentio fieri deberet pollentibus , etiam a nobis
ſeu ſede prædicta,etiam ad inſtantiam eiuſdem Regis deputatis,& pro tempore deputandis,ſub excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti ſententijs,& beneficiorum,ac officiorum per eos obtentorum priuationis pœnis eo ipſo niſi paruerint incurrendis,ne aliquos de hæreſi,apoſtaſia,aut blaſphemia, & alijs præmiſsis culpabiles,aut ſuſpectos,qui gratijs prædictis iuxta præſentium tenorem gaudere debent , ſi quod ſub aliqua cuſtodia, Contrauenientibus pœnas hic descriptas imponit.
vel carceribus teneant,aut in exilia miſerint,amplius detineant, aut contra eos ad vlteriora procedant , immo
captos relaxent , & exules ad patriam redire permittant,& in eorum ſtatu in quo fuerūt,& ante accuſationes,
condemnationes,carcerationes,exilia,& bannimenta huiuſmodi exiſtebant,reponant,accuſatoribus vero , denunciatoribus,teſtibus,inquiſitoribus,iudicibus,promotoribus,& alijs quibuſuis ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis,ne contra ſupradictos delictorum hæreſim,a fide apoſtaſiam,ac blaſphemiam ſapientium hactenus commiſſorum occaſione ſe intromittere,nec aliquos ad teſtificandum,vel accuſandum,ſeu denunciandum inducere,vel
alias illos ſuper præmiſsis, vel illorum occaſione moleſtare quoquo modo præſumant : Ac decernentes omnes,
& ſingulos in præmiſsis inobedientes,vel contrauenientes eaſdem ſententias cenſuras,& pœnas eo ipſo incurrere,& beneficia per eos vacare,& a nobis,& quibuſuis illorum ordinarijs collatoribus impetrari , & conferri
poſſe,ipſaſque impetrationes,& collationes,ac alias diſpoſitiones alias legitime factas valere,plenamque roboris firmitatem obtinere,ac eaſdem præſentes literas de ſubreptionis vel obreptionis vitio , ſeu intentionis noſtræ defectu notari vel impugnari non poſſe,nec ſub quibuſuis reuocationibus , modificationibus , limitationibus,& ſuſpenſionibus quarumcunque ſimilium , vel diſsimilium literarum , ac etiam per nos & ſedem eandem
factis,& faciendis nullatenus comprehenſas,ſed ab illis ſemper exceptas eſſe,& quoties reuocatæ,vel limitatæ
fuerint,toties in priſtinum,& eum in quo ad præſens exiſtant ſtatum reſtitutas,& reintegratas exiſtere: Necnō
illarum tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis , eandem prorſus tam in iudicio, quam extra illud fidem
adhiberi debere,quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ: Sicque in præmiſsis omnibus
per præfatos,& quoſcunque alios inquiſitores, & iudices , etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quacunque inſtantia ſiue iudicio coram eis etiam nunc & in futurum pendente,iudicari,ſententiari, & definiri debere,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,ſententiandi, & definiendi facultate , ac irritum , & Executores istius const. deputat.
inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Tranen.& Vlixbonen.Archiepiſcopis,ac Epiſcopo Ferrarien. per hæc ſcripta mandamus , quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios eaſdem præſentes pro maiori
prædictorum notitia,& in eis contenta quæcunque,vbi & quando,ac quoties opus fuerit,etiam in Romana curia,ac eius locis ſolitis,& conſuetis publicantes , & in præmiſsis efficaciter aſsiſtentes faciant præſentes , & in
eis contenta quæcunque vbi,& quando,ac quoties opus fuerit firmiter obſeruari, ac ſingulos quos ipſæ præſentes concernunt illis pacifice gaudere : Necnon quibuſcunque habentibus intereſſe inſtrumentum intimationis
huiuſmodi cum inſertione earundem præſentium omni contradictione et excuſatione ceſſante tradant,et concedant,ſeu tradi,et cōcedi faciant:Nō permittentes eos deſuper per inquiſitores,et iudices præfatos, ſeu quoſcunque alios quomodolibet impediri,moleſtari,vel perturbari. Contradictores quoſlibet, et rebelles per cen- Executorum facultates.
ſuras,et pœnas eccleſiaſticas, et alia iuris opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo , inuocato
etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Ne autem ſuper anno in quo futuræ vitæ dictorum nouorum chriſtianorum modus iuxta voluntatem dicti Clementis prædeceſſoris dari debet,aliqua dubitatio oriatur,
volumus,et dicta auctoritate decernimus ipſum annum a die Datæ præſentium incipere . Non obſtantibus præ- Clausula derogatoria.
miſsis,ac etiam fe.re.Bonifacij Papæ VIII. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum , et
alijs apoſtolicis,necnon in generalibus,ac prouincialibus,et ſynodalibus concilijs æditis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus,et ordinationibus etiam ab eiſdem vel a nobis etiam pluries emanatis,legibus imperialibus,necnon etiam iuramento,confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,officij inquiſitionis,
et eccleſiarum,ac regnorum,et dominiorum prædictorum,illorumque dignitatum,et locorum,etiam municipalibris ſtatutis,et conſuetudinibus,ſententijs,priuilegijs quoque,indultis,etiam in corpore iuris clauſis,ac etiam
in forma breuis literis etiam per nos,et prædeceſſores noſtros,et ſedem huiuſmodi, etiam inquiſitoribus prædictis,etiam ad inſtantiam eiuſdem Ioannis,et aliorum quorumcunque Regum,et Reginarū,aut etiam Motu proprio,et de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio,etiam apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijſque efficacioribus,et inſolitis clauſulis,irritantibuſque, et alijs
decretis conceſsis,approbatis,et innouatis,etiam ſi in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus , aut non niſi
ſub certis inibi expreſsis modis,et formis derogari poſsit: quibus omnibus (etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,et indiuidua,non autem per clauſulas
generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſsio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc
ſeruanda foret,tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum , ac forma in illis tradita obſeruata inſerti forent,

pro

pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie, Motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis specialiter & expresse derogamus) contrarijs quibuscunque. Seu si inquisitoribus, & iudicibus prædictis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod carcerati, vel sub cautionibus relaxati, qui de hæresi, aut à fide, apostasia, seu blasphemia hæresim sapiente condemnati, aut conuicti fuerint, aut desuper confessionem fecerunt, abiurationem super hoc coram aliquo iurisdictionem habente per eos eligendo publice facere omnino teneantur. Et abiuratione huiusmodi facta, etiam absque publica poenitentia per eos facienda, iuxta formam prædictarum sub plumbo confectarum literarum omnino relaxentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annullo piscatoris, die duodecima Octobris, millesimo quingentesimo trigesimo quinto, Pontificatus nostri anno primo.

Blosius.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo trigesimo quinto, indictione octaua, die vero secunda mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D.D.N. diuina prouidentia Pauli Papæ III. anno primo, retroscriptæ literæ in forma breuis in præsenti quinterno descriptæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, valuisque Cancellariæ Apostolicæ, ac in valuis Principis Apostolorum de Vrbe, & in alijs locis publicis, & solitis, ac consuetis Romanæ Curiæ vt moris est, per me Simonem de Bellauilla Sanctissimi Domini nostri prælibati Papæ Cursorem.

Aymo Gillooni Magister Cursorum.

VIII.

De causis cognoscendis in Curia Ripæ Almæ Vrbis.

Hæc constitu. confirmatur & ampliatur infra constit. 52. cum postquam. & per Pium IIII. infra constitu. 72. Cupientes. vbi ponam. concord. materiæ.

Clem. 7. istu motu proprium hic non habes. Ego nec vidi in lib. Statut. Ripæ fol. 23.

PAVLVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM nobis constet per fel. record. Clementem Septimum prædecessorem nostrum præinsertum Motum proprium fuisse concessum & ad vtilitatem Romanæ Vrbis & sedis Apostolicæ redundare videatur. Nos vero ea quæ prædecessores nostros facta rite & ratione congrua cognoscamus & prope approbare & confirmare omni studio & conatu debere arbitramur, ac propter dictum præinsertum motu proprium & omnia eo contenta tam coniunctim quam diuisim confirmamus, & quatenus opus sit de nouo concedimus. Addentes propria quod dicto motu proprio præinserto per nos aliquo modo derogatum esse non censeatur, nisi de verbo ad verbum in suplicationibus seu motu proprio aut per alias signaturas nostras & etiam per dilectos filios Præsidentes & Clericos Cameræ nostræ Apostolicæ mentio de dicto motu proprio facta nõ fuerit. Et quod dicti officiales almæ Vrbis quascunque auctoritate fungentes in causis criminalibus in dicta Ripa & eius districtu in causis Ripalibus vel in Ripis quocunque modo prouenientibus etiam cum effusione sanguinis intromittere non possint nec valeant sed executio dictarum causarum & cognitio ad dominum Camerarium Ripæ spectet & pertineat. Ac etiam per visitatores Carcerum aliquem pro debito ripali incarceratũ in quacunque Curia Romana Vrbis relaxari non possit nisi de consensu & voluntate Camerarij Ripæ & interuentu Notarij dictæ Ripæ. Necnon exequutores Rom. Vrbis & Barisellus non possint aliquas executiones pro debito ripali in ipsa & eius districtu facere & si forsan factæ fuerint nullæ & inualidæ sint & existent. Ac dictis executoribus possint per dictum Camerarium Ripæ de facto relaxari absque aliqua solutione executionis ac carceris. Mandantes propterea dilectis filijs alme Vrbis Gubernatori, Auditori Cameræ, Senatori Vrbis, Vicario, Barisello & alijs quibuscunque Rom. Vrbis officialibus quatenus sub excõmunicationis & mille duc. auri poenis contenta in præsenti motu proprio obseruent ac ab alijs obseruari faciant & permittant non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis stilo palatij cæterisque in contrarium facientibus nõ obstant quibuscunque. Datum die, Pontificatus nostri anno primo.

Confirmat dictũ Motum proprium Clem. 7.

Causas criminales in Ripa & ex causis Ripalibus prouenientes Camerarius cognoscat. De qua vide ampliatione Pij 4. infra const. 72. cupientes.

Visitatores carcerũ nõ possint relaxari facere carceratos p debito Ripali nisi cum assensu Cameræ rij & interuentu Notarij Ripæ.

Placet & ita mandamus. A.

Visa Philippus Cameræ Apostolicæ Decanus.
Visa Io. Cardus Cameræ Apostolicæ Clericus.

IX.

Confirmatio const. Clem. 7. de erectione indultis & priuilegijs Monasterij Monialium Conuertitarum de Vrbe, Officialiumque & Deputatorum facultatibus & iurisdictione.

ptas imponit

Hanc const. Clem. 7. habes supra fol. 304. & vide etiam supra fol. 240. Leon. X. constitu. 34. Saluator.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

PROVISIONIS nostræ debet prouenire subsidio, vt ius suum cuilibet conseruetur. Hinc est quod nos tenorem quorundam literarum fel. rec. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri in registro ipsius prædecessoris repertum, pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Christo

Clem. 7. est, habes sup. fol. 304.

filiarum

filiarum priorissæ, & conuentus monasterij monialium Conuertitarum nuncupatarum Beatæ Mariæ Magdalenæ de vrbe, ordinis sancti Augustini ipsæ huiusmodi tenore indigent, ex registro ipso de verbo ad verbum transcribi, ac ad ipsarum priorissæ, & conuentus instantiam, præsentibus inseri fecimus, qui talis est. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Omissis tenore istius const. quam habes sup. fol. 304. Cum ex corpore.

Cæterum vt earundem literarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem faciat, apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem robur, eandem vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ supradictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque & vbicunque siue in iudicio, siue alibi vbi fuerit exhibitus, vel ostensus in omnibus, quæ adhiberetur eisdem originalibus literis si forent exhibitæ, vel ostensæ. Per hoc autem nullum cuiquam ius de nouo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo septimo, octauo calendas Maij, Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmat cöst. Clem. 7. — Hæc const. edita sub anno 30.

F. de Miranda.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. anno eius tertio, Die vero vigesima septima mensis Septembris præsentes retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ apostolicæ, ac in acie Campi Floræ per me Medardum Nicolai prælibati Sanctissimi D. N. Papæ Curs.

X.

De Fratribus Ordinis Minorum sancti Francisci de Obseruantia, & Conuentualium, extra claustra Religionis degentium Similem const. habes sup. fol. 350. Clem. 7. const. 45. Sedis.

De Materia habes etiam infra in Iul. 3. const. 60. Cum sicut, & Pauli 4. const. 29. Postquam, (vbi etiam notabo) & Pij 4. const. 8. Sedis, & const. 69. In sublimi, Et vide etiam Greg. 13. const. 44. Officij, & const. 74. Sedes apostolica & ibi not.

PAVLVS Episcopus. Venerabili fratri nostro Rodulpho Episcopo Portuensi S.R.E. Cardinali de Carpo nuncupato. Venerabilis frater noster salutem, & apostolicam benedictionem.

CVPIENTES abusui regularium personarum, quæ propriæ salutis immemores, Deique timore postposito, ex diuersis quandoque iuridicis, sed confictis, & falsis, & quandoque minus iuridicis causis, etiam prætextu apostolicarum, aut pœnitentiariæ apostolicæ literarum, domos suas regulares exeunt, & interdum habitu regulari abiecto, & aliquando retento, in sæculo vagantur, in maximum Christifidelium scandalum, opportune prouidere, fraternitati tuæ, quæ totius ordinis fratrum Minorum Protectoris, Correctoris, & Gubernatoris munere apud nos, & sedem apostolicam fungitur, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus statim, receptis præsentibus, omnes & singulos tam generales, quam prouinciales dicti ordinis tam conuentualium, quam de obseruantia, aut alias quomodolibet nuncupatorum magistros, & ministros ex parte nostra moneas, & requiras, eisque in virtute sanctæ obedientiæ mandes, & præcipias, vt in singulis prouincijs, in quibus ipsi magistri, aut ministri iurisdictionem, aut superioritatem exercent, vel exercere possunt, omnes, & singulos eiusdem ordinis tam conuentualium, quam de obseruantia, aut alias quomodolibet nuncupatorum professores, qui ex quauis causa quantumcunque iusta, & iuridica apparente, propria temeritate, aut prætextu quorumuis etiam nostrarum, & prædecessorum nostrorum etiam in forma breuis, vel sub plumbo confectarum, seu pœnitentiariæ nostræ literarum, quorumcunque tenorum existant, & quascunque etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque efficaciores & insolitas clausulas, necnon irritantia, & quæuis alia decreta in se continentium, extra domos suas regulares, eorum habitu regulari siue retento, siue abiecto degunt, & in posterum degent, etiam per iudices & ministros seculares personaliter comprehendi, & detineri faciant, dummodo infra modicum tempus eorundem magistrorum, & ministrorum arbitrio moderandum, eosdem comprehensos, & detentos ipsis magistris, & ministris consignare debeant, eorumque qui prætextu literarum huiusmodi domos ipsas exiuerint, literas tam apostolicas, quam pœnitentiariæ ipsi magistri, & ministri videant, discutiant, & examinent, & tam super veritate, quam sufficientia causarum in literis ipsis expressarum, & narratarum diligenter inquirant, & tam eos, qui falsum narrasse, aut causam minus sufficientem expressisse, vel in seculo inique versatos esse, quam eos, qui propria temeritate domos regulares prædictas exiuisse compererint, perpetui carceris perpetuo, vel ad tempus, seu alijs pœnis debitis puniant, & compescant, ac qui ex vera causa per eos approbanda, literas ipsas ad tempus impetrauerint, si impedimento prædicto sublato, aut alias ad claustrum redire voluerint, nec aliquod canonicum obstet, eos benigne recipiant, & charitatiue tractent. Nos enim pro frænanda personarum apostatarum huiusmodi pertinacia, & vt præmissa facilius executioni demandentur, magistris, & ministris prædictis, vt omnia, & singula prædicta absque alicuius irregularitatis, seu infamiæ, vel censurarum ecclesiasticarum incursu libere & licite exequi possint, apostolica auctoritate, tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus. Ac insuper omnibus, & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, & ecclesiarum prælatis, necnon dominis temporalibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existant, nobis subditis videlicet in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, reliquos vero nobis in temporalibus non subditos requirimus, & hortamur in domino, vt pro tollendo abusu apostatarum huiusmodi eisdem magistris, & ministris in præmissis efficaciter intendant, & eorum iussa, & mandata diligenter & celeriter prosequantur, Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus apostol. ac dicti ordinis iuramento,

Causa istius obs.

Mandat Cardinali de Carpo protectori vt præcipiat Ministris & superioribus, vt degentes extra claustra conducat &c.

Præcipit Episcopis, & alijs vt illis Ministris contra Apostatas faueant &c.

Clausulæ derogatoriæ.

confirmatione apostolica, vel quauis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis eidem ordini, & illius superioribus, & fratribus, ac personis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam sedem sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatariarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, aut consistorialiter, seu alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, necnon quibusuis literis apostolicis, aut pœnitentiariæ eisdē apostatis pro tempore concessis, etiam quascunque sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, vel temporales in se continentibus. Quibus omnibus (etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expresio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris) hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quaque loca, in quibus de eis fides facienda erit deferri, volumus, & dicta auctoritate apostolica decernimus, quod earum tenori in literis tuis inserto, seu ipsarum præsentium transumptis manu tui secretarij subscriptis, & sigillo tuo, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die vigesima nona Aprilis, millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus nostri anno secundo.

Io. Barengus.

X I.

De Facultatibus Ioannis Guidicioni Nuncij Apostolici, cum potestate Legati de Latere, ad Carolum V. Rom. Imperatorem, & Hispaniarum Regem destinati.

De Reuocatione facultatum Nunciorum, & Legatorum, ac tota materia vide quæ notabo infra in const. 16. Licet.

PAVLUS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Ioanni Guidicciono electo Forosemproniensi ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorū Imperatorem semper Augustum, & Hispaniarum Regem catholicum, nostro, & apostolicæ sedis Nūcio cum potestate legati de Latere, salutem, & apostolicam benedictionem.

EXIMIA fides, & singularis deuotio, quibus nos, & Romanam reuereris ecclesiā: necnon probata fidelitas, circūspecta probitas, & diligens prudentia, ceteræq; virtutes, quibus te pollere iamdudum cognouimus, promerentur, vt quæ honorem tuum concernunt, tibi beneuolo concedamus affectu. Hinc est quod nos cupientes tibi, quem nos pro nonnullis nostris, & S. R. E. arduis negotijs ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Hispaniarum Regem catholicum nostrum, apostolicæ sedis Nuntium, cum potestate legati de Latere duximus destinandum, vt erga regnorum Hispaniarum dum ibi eris, & alias ex prouincia in qua ipsum Carolum Regem pro tempore morari contigerit, ad te confluentes personas, necnon familiares tuos continuos commensales, seruitijs insistentes, te possis reddere gratiosum, tibi de quo in his, & alijs specialem in domino fiduciam obtinemus, beneficiales, & alias ecclesiasticas, necnon spirituales, & prophanas, & criminales causas quaslibet ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, tam primæ, quam secundæ, & vlterioris instantiæ, necnon appellationum quarumcunque, etiam a quibuscunque ecclesiasticis iudicibus ordinarijs, & delegatis ad quoscunque superiores pro tempore interpositarum (matrimonialibus, & beneficiorum ecclesiasticorum, quorum fructus, redditus, & prouentus, etiam distributionibus quotidianis inclusis, vigintiquatuor ducatorum auri de Camera, secūdum cōmunem æstimationem valorem annuū nō excedāt, causis duntaxat exceptis) etiā summarie simpliciter, & de plano, cum potestate citandi, & inhibendi, etiam sub censuris ecclesiasticis, per te vel alium, seu alios audiendi, & cognoscendi, ac fine debito terminandi, easq; cōmittendi, & delegandi, ac etiam si per nos, aut alios auctoritate apost. delegatæ fuerint, seu alias coram quocunq; pependerint de partium consensu auocandi, & alijs committendi: Ac quoscunq; ad id idoneos in nostros, & dictæ sedis Notarios, ac Acoluthos, & Comites Palatinos, dūmodo vltra quam vigintiquatuor notarij, & sex acoluthi capellani, ac totidem Comites non sint: Ac quoscunq; tabelliones publicos, ac iudices ordinarios, recepto prius ab eis nostro, & Ro. Ecclesiæ nomine solito iuramento creandi, ac de notariatus, tabellionatus, & iudicatus officijs huiusmodi per pennam & calamare, vt moris est, inuestiēdi: Et quoscunq; vtriusq; sexus spurios, nothos, bastardos, naturales, incestuosos, & manseres copulatiue, vel disiunctiue, etiam ex quocunq; illicito vel damnato coitu pro tēpore procreatos, viuentibus seu etiam mortuis eorum parentibus, ita vt ad paternam, & alias successiones bonorum quorumcunq; cognatorum, agnatorum, & attinentium admitti, & in illis succedere, absque tamen præiudicio illorum, qui ad huiusmodi successiones, si personæ ipsæ ab intestato decederent, de iure admitti deberent: necnon ad honores, dignitates, status, gradus, & officia secularia, publica, & priuata quæcunque recipi, & admitti, illaq; gerere, & exercere possint, ac si de legitimo matrimonio procreati essent, legitimandi, & omnem ab eis geniruræ maculam abolendi, & ad primæua, & legitima naturæ iura, & quoslibet actua legitimos restituendi, & reducendi: Ac quoscunque sufficientes, & idoneos ad doctoratus, seu licentiaturæ, & bachalariatus in vtroque, seu altero iurium, & ad magisterij, tam in thelogia, quam in artibus, & medicina, vel alios gradus præuio examine rigoroso, & diligenti, adiunctis in hoc tibi assistentibus duobus, vel tribus in huiusmodi facultatibus doctoribus, seu licentiatis, vel magistris, ac seruatis constitutionibus Viennen. concilij, & alijs solemnitatibus in talibus adhiberi solitis promouendi, necnon gradus huiusmodi cum solita insigniorum talibus tradi solitorum exhibitione conferendi, ac super debitis cursibus in huiusmodi facultatibus non peractis de eorundē assistentium consilio dispensandi, ac eis sic promotis, necnon comitibus palatinis, ac acoluthis, notarijs, & capellanis per te creatis, & receptis, quod omnibus & singulis gratijs, & priuilegijs prærog a-

Ioannem Guidicionum Nuntium cum potestate legati de Latere destinat ad Carolum Imper. cum facultatibus hic expressis, videlicet.

Cognoscēdi causas, de quib. hic.

Comites Palatinos, Tabelliones, & cet. creandi. Quod limitatur infra in Pij 4. const. 131. In sacrosancta.

Et bastardos legitiman.

Limitationē vide infr. i Pij 4. cōst. 86. Quamuis. & Pij v const. 120. Quæ ordini.

Doctorandi q. in vtroque iure, &c. Reuocationē habes inf. in Pij v. cōst. 59. Quāuis.

prærogatiuis, exemptionibus, libertatibus, & indultis, quibus alij ad huiusmodi gradus in vniuersitate in qua promouendi prædicti studuerint, iuxta illius ritus, & mores, ac seruatis seruandis promoti, necnó Comites palatini, acoluthi, capellani, & notarij per eos, & sedem eandem creati, & recepti, de iure, consuetudine, vel priuilegio, vel alias vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurú, sine acoluthorum, capellanorum, & notariorum de numero participantium præiudicio, vti, potiri, & gaudere possint. Necnon cum quibusuis defectum natalium, etiam ex quocunque illicito, incestuoso, vel damnato coitu prouenientibus qualitercunque patientibus, vt ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri: Ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque cum cura, & sine cura, se inuicem compatientia, etiam si canonicatus, & præbendæ, dignitates non tamen maiores, aut principales personatus, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitan. vel collegiatis ecclesijs: Et cum constitutis in vigesimo suæ ætatis anno, vt vnum, ac quibuscunque alijs non tamen vltra numerum sexaginta, vt quæcunque duo curata, aut alias inuicem incompatibilia, & duo alia dissimilia, vel simplicia similia sub vno, & eodem tecto quaruncunque cathedralium, etiam Metropolitan, vel collegiatarum ecclesiarum consistentia alias se inuicem, & cú dictis incompatibilibus compatientia secularia, aut cum eorum altero, seu sine illis vnum cum cura, vel sine cura, etiam Cluniacen. Cistercien. Præmonstraten. vel alterius ordinis regulare beneficia ecclesiastica, etiam si alterum sub eodem tecto cum cura, aut canonicatus, & præbenda illudque, & alia incompatibilia secularia dignitates, etiam maiores, & principales personatus, administrationes, vel officia, etiam curata, & electiua in cathedralibus, etiam Metroplitan. & collegiatis ecclesijs, aut parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, seu talia mistim, regulare vero beneficia huiusmodi prioratus, præpositura, præpositatus, dignitas, non tamen conuentualis, personatus, administratio, vel officium, non tamen claustrale, ac curata, & electiua similiter fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsentetur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & etiam incompatibilia insimul secularia, videlicet in titulum, regulare vero beneficia prædicta in commendam, quoad vixerint retinere, illaque simul vel successiue simpliciter, vel ex causa permutationis, quoties eis placuerit dimittere, & eidem commendæ cedere, ac loco dimissi vel dimissorum aliud, vel alia simile vel dissimile, aut similia, vel dissimilia beneficiú, seu beneficia, ecclesiasticum, vel ecclesiastica, constituti videlicet in vigesimo suæ ætatis anno vnum, alij vero vsque ad numerum sexaginta, & non vltra, duo duntaxat curata, aut alias inuicem incompatibilia, & duo alia dissimilia, vel simplicia similia sub vno & eodem tecto cuiuscunq; ecclesiæ consistentia, alias se inuicem, vt præfertur compatientia sæcularia, & vnum etiam dictorum ordinum regulare beneficia ecclesiastica, etiam vt præfertur qualificata similiter recipere, & insimul secularia videlicet in titulum, regulare vero beneficia prædicta in eandem cómendam quoad vixerit, vt præfertur retinere, ac de ipsius regularis beneficij fructibus disponere: Quodque in vigesimotertio suæ ætatis anno constituti, necnon membrorum, etiam oculi, nó tamen canonis, nec alios, qui scandalum in populo generant defectus patientes, ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines, & tam illi, quam alij quicunque in ætate legitima constituti ad huiusmodi ordines, etiam extra tépora a iure statuta aliquibus tribus diebus dominicis, vel festiuis, etiam a quocunque maluerint catholico antistite gratiam, & cómunionem sedis eiusdem habente, etiam extra Rom. Curiam residente, alias tamen rite promoueri libere, & licite possint: Quodque obtinentes beneficia ecclesiastica curata, seu alias sacros, & presbyteratus ordines, tam de iure, quam ex statuto, consuetudine, vel fundatione, aut alias quomodolibet requirentia, vt ratione illorum, vsque ad septennium a fine anni a iure prefixi computandum, dummodo infra primum biennium dicti septennij sint subdiaconi, ad reliquos sacros, & presbyteratus ordines se promoueri facere minime teneantur, nec ad id a quoquam inuiti valeant coarctari, dispensandi, & eis septennium, vel biennium huiusmodi semel, & ad annum tantum prorogandi: Sibique vt literarum studio in loco vbi illud vigeat generale insistendo, aut in altero ex beneficijs per eos pro tempore obtentis residendo, oés & singulos fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, etiam personalem residentiam requirentium, cum ea integritate quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesijs, siue locis personaliter residerent, quoad vixerint percipere, exigere, & leuare libere, & licite valeant: Et cum quibusuis personis quarto simpliciter, ac tertio, & quarto mixtim ab eodem stipite procedétibus, etiam multiplici consanguinitatis, & affinitatis gradibus, & cum vigintiquinque personis in tertio consanguinitatis, vel affinitatis gradu inuicem coniunctis, ac quocunque impedimento publicæ honestatis iustitiæ impeditis, ac cum his qui per adulterium se polluerint, dummodo in mortem defuncti coniugis quicquá machinati non fuerint, vt inuicem matrimonialiter copulari, ac per eos ignoranter, & dummodo non consummauerint, etiam scienter contractis matrimonijs, cum absolutione a censuris, quas sic scienter contrahendo incurrissent, remanere possint, prolem exinde susceptam, & suscipiendam legitimam decernendo dispensandi: Ac quibusuis personis ecclesiasticis, vt ad tempus, de quo tibi videbitur, non tamen vltra quinquennium, in quibusuis vniuersitatibus studiorum generalium, vel particularium leges publice audire, ac illis studere. Necnon in eis bachalariatus, licenciaturæ, & doctoratus, ac alios gradus, iuxta consuetudinem studiorum huiusmodi promoueri: Ac horas canonicas diurnas pariter, & nocturnas, ac alia diuina officia per seipsos, aut cum vno, vel duobus socijs, vel familiaribus secularibus, dumtaxat per eos pro tempore eligendis, secundum vsum, & morem Romanæ curiæ, etiam iuxta breuiarium nouiter editum dicere, & recitare libere, & licite valeant, & ad alium vsum super horis huiusmodi dicendis obseruandum, præterquam in choro, in quo cum alijs se conforment, minime teneantur, nec ad id a quoquam inuiti possint compelli, concedendi: Necnon quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & regularium, etiam dictæ sedi ex quibusuis causis, præterquam ratione officialium Rom. Curiæ actu sua officia exercentium, specialiter, vel generaliter reseruatorum resignationes simpliciter, vel ex causa permutationis, ac commendatorum, & ad tempus vnitorum, extra tamen Rom. Curiam religiosorum, quorum vltimi vacationum modi exprimi, aut pro expressis haberi possint cómendarum, ac iuris, & litis, & causæ huiusmodi cessiones recipiendi, & admittendi, ac vniones, non tamen perpetuas dissoluendi, ac collitigantes in iure cedentium non potentiorum surrogandi, necnon causas desuper pendentes, de consensu partium auocandi, & lites huiusmodi penitus extinguédi, dictaq; beneficia per resignationem, seu cessionem huiusmodi, tam simpliciter, quam ex eadem causa, necnon alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque in dictis regnis, dum ibi, vt præfertur, fueris, & alias in prouincia in qua præfatum Carolum pro tépore morari contigerit consistentia, etiam per obitum pro tempore vacantia, etiam si vt præmittitur spiritualiter, vel sexaginta

Illegitimos, ad sacros ordines & dignitates habilitandi, & circa pluralitatem beneficiorum dispensandi.

Renouauit autem Pius 4. infra in const. 85 sanctissimus cum ebß. seq.

Aetatis & membrorum defectus patientes, ad sacros ordines extra tempora promoueri posse, indulgendi.

Et cum studentibus quoad ad personalem residentiam, & fructuũ perceptionem, occasione studij dispensandi.

Cuius declarationem vide infra Pij 4. const. 113. Sanctissimus cum ibi not.

Dispẽsandiq; in 3. & 4. consanguinitatis, & affinitatis gradib. &c.

Reuocationem habes infra in Pij 4. const. 65. Sanctissimus cũ const. seq.

Ac horas canonicas per se ipsos vel cũ alijs recitandi facul concedendi.

Ad quod vide Pij V. const. 138. & proximo.

Beneficiorum resignationes & cessiones admittendi, & alia concedendi.

Ad quod vide d. const. 65. Pij 4.

beneficiorum per obitum vacantium huiusmodi, etiam ex illorum vacatione, in mensibus nobis reseruatis, duntaxat reseruata fuerint, dummodo reseruata vigintiquatuor, non reseruata vero centum ducatorum auri similium quotidianis distributionibus computatis, secundum communem æstimationem valorem annuum non excedant, & dignitates, aut in cathedralibus ecclesijs canonicatus, & præbendæ non fuerint, quibusuis personis, tibi beneuisis, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus conferendi, & de illis etiam prouidendi, ac inuicem, vel alijs obtentis beneficijs ecclesiasticis, ad vitam illa obtinentium duntaxat vniri, annecti, & incorporari ordinarijs, vel alijs mandandi, necnon ad effectum resignationum, & cessionum, ac dissolutionum vnionum, & prouisionum huiusmodi quascunque gratias expectatiuas, speciales, vel generales reseruationes, & absque consensu coadiutorum deputationes, ac temporales vniones, annexiones, incorporationes, nominationes, nominandi, & conferendi: ac alia circa accessus, & regressus facultates, & mandata per nos, & sedem prædictam, aut deputatos eiusdem, quibuscunq; personis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ac etiam nostris antiquis, & descriptis familiaribus, continuis commensalibus, seu in eorum, aut etiam in nullius fauorem, ac etiam Imperatoris, Regum, vel aliorum principum contemplatione, sub quibusuis verborum formis, aut cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam si per eas disponeretur, quod gratiæ præfatæ ab eorum datis consequerentur sortiri effectum, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam quantumcunque grandi, & inexcogitabili causa factas, & concessas, ac faciendas, & concedendas in posterum, illorumque vim, & effectum penitus, & omnino suspendendi: Et quod in beneficijs per resignationem, seu cessionem in manibus tuis vacantibus, locum sibi vendicare non possint, decernendi: Necnon quibusuis ipsorum beneficiorum contrarijs fundationibus, necnon quibusuis quarumcunque ecclesiarum, ac monasteriorum statutis, & consuetudinibus, & præsertim de non obtinendis præstimonijs, nisi per canonicos cathedralium ecclesiarum ciuitatum, in quibus seu quarum diœcesi præstimonia ipsa existunt, ad effectum collationum, & prouisionum prædictarum, ea vice specialiter, & expresse derogandi: Necnon quaslibet ecclesias seculares, vel regulares, quæ tibi videbuntur vnica tantum festiuitate annua per te statuenda visitantibus, septem annos, & totidem quadragenas, vel infra illos per tempus, etiam perpetuum, quod tibi videbitur: ac interessentibus missæ, cui tu interfueris celebrationi eorum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxandi: necnon quibusuis personis, nobilibus, aut graduatis, ac presbyteris, vt liceat eis habere altare portatile, cum debitis reuerentia, & honore, super quo in locis ad id congruentibus, & honestis, sine iuris alieni præiudicio, ac iure parochialis ecclesiæ, & cuiuslibet alterius semper saluo, & cum qualitas negotiorum, pro tempore ingruentium id exegerit, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, ita quod nec eis, nec sacerdoti sic celebranti ad culpam valeat imputari: Et cum ad loca interdicto ecclesiastico ordinaria auctoritate supposita te declinare contigerit, in illis clausis ianuis, non pulsatis campanis, & submissa voce, excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis, per se ipsos si presbyteri fuerint, aut proprium, vel alium sacerdotem idoneũ missas, & alia diuina officia in sua, & familiarium suorum domesticorum præsentia celebrare facere, dummodo ipsi, vel illi causam non dederint interdicto, nec id ipsis contingat specialiter interdici, nec per eos stet quominus ea propter quæ interdictum huiusmodi appositum fuerit, impleantur: Prouiso etiam quod parce huiusmodi concessione ante diem celebrandi, & celebrari faciendi vtantur, quia cum in altaris ministerio immoletur dominus noster Iesus Christus Dei filius, qui candor est lucis æternæ, conuenit hoc non in noctis tenebris fieri, sed in luce: Ac quibuscunque personis, vt cõfessorem idoneum secularem, aut cuiusuis ordinis regularem, qui eos, & eorum quemlibet iuxta formam in quinterno Cancellariæ apostolicæ descriptam in casibus dictæ sedi reseruatis, exceptis cõtentis in bulla cœnæ Domini, semel in vita, & in mortis articulo, in alijs vero eidẽ sedi non reseruatis casibus quoties opportunum fuerit absoluere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere: Ac vota quæcunque (vltramarino, visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli de vrbe, ac sancti Iacobi in Compostella, necnon religionis, & castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare. Et iuramenta quæcunque sine alterius præiudicio relaxare: Necnon semel in vita, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem auctoritate apostolica impẽdere possit, eligere: Et si contingat eos tempore interdicti ordinaria auctoritate appositi decedere, quod eorum cadauera sine tamen funerali pompa ecclesiasticæ sepulturæ tradi possint: Necnon rectoribus parochialium ecclesiarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum curatis, qui in decretis, aut theologia graduati fuerint, vt quoscunque parochianos eorum vtriusque sexus ab omnibus, & singulis eorum peccatis, & criminibus, etiam in casibus, in quibus ordinarij locorum de iure, aut consuetudine, vel alias absoluere possunt, & in illis, quæ sedi prædictæ reseruata nõ fuerint, per seipsos tantum absoluere valeant. Ac quibuscunque vtriusq; sexus personis quadragesimalibus, ac alijs diebus, & tẽporibus stationum ecclesiarum almæ vrbis, & extra muros eius vnam, vel duas ecclesias, seu duo, vel tria altaria vnius, vel diuersarum ecclesiarum, in ciuitate, oppido, siue loco in qua, seu quo eos pro tempore moram trahere contigerit, per eos eligendas, vel eligenda visitando omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur: ac si eisdem diebus, & tẽporibus basilicas, & ecclesias vrbis huiusmodi, & extra muros eius ad id deputatas personaliter visitarent: Quodque quadragesimalibus diebus, & alijs temporibus quibus esus carnium, ouorum, casei, butiri, & aliorum lacticiniorum de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet est prohibitus, eisdem ouis, caseo, butiro, & lacticinijs de alterius, carnibus vero de vtriusq; medici consilio, absque conscientiæ scrupulo vesci libere, & licite valeant: Necnon quibusuis mulieribus, vt cum duabus, aut tribus alijs honestis mulieribus, quæcunque monasteria monialiũ ordinum quorumcunque, etiam sanctæ Claræ de consensu illis præsidentium quater in anno ingredi, cũ eisdem monialibus alloqui, & refectionem sumere, dummodo ibi non pernoctent, concedendi: Ac quascunque personas ecclesiasticas, quæ homicidij casualis reatus commiserint, id humiliter petentes ab homicidiorum huiusmodi reatibus, & quibusuis alijs excessibus, ac excommunicationis alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis per eos propterea quomodolibet incursis, auctoritate nostra, etiam in vtroque foro absoluendi in forma ecclesiæ consueta iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, ac cum eis super huiusmodi, & cum illis, ac alijs quibuscunque super quacunq; alia irregularitate, præterquam ex indebita fructuum ecclesiasticorũ perceptione, & si quam aliquibus censuris ligati, missas, & alia diuina officia celebrando, non tamen in contemptum clauium, aut alias contraxerint, susceptis per eos alias rite ordinibus

vti, &

Etiam celebrandi in locis interdicto suppositis.

Confessorem eligẽdi facultatem quibuscunque cõcedendi.

Ad hoc vide Pij 4. const. 37. cum nos, &c. const. 119. in principio.

De his indulgẽtijs vide inf. Pij 4 const. 37. cum nos.

Monasteria Monialiũ ingrediẽdi licentias reuocauit Grego. 13. inf. in const. 36. vbi gratiæ.

Ab Homicidiorum reatibus facultatem absoluendi reuocauit Pius 4. infra in const. 30 In amicabili.

eri,& in eis,citra tamen quo ad homicidas voluntarios,altaris ministerium ministrare: Necnon ad omnes,e-
tiam sacros, & presbyteratus ordines,ad quos promoti fuerint promoueri: Ac quæcunque , & quotcunque,&
qualiacunque cum cura , & sine cura se inuicem compatientia beneficia ecclesiastica recipere , ac illas, & per
eos obtenta retinere,& quæcunque tam per obitum,quam per resignationem in manibus tuis facienda vacan-
tia beneficia prædicta ad vitam illa pro tempore obtinentium,vel aliud tempus non tamen perpetuo vniri,an-
necti,& incorporari,ordinarijs,vel alijs mandandi,necnon super quarumuis,tã simpliciter, quam si fructus inæ
quales fuerint ea causa permutationis resignatorum,seu quorum commendis,aut iuri in tuis manibus cedi,seu
vniones de consensu,per te dissolui contigerit, seu quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum fru-
ctibus,reditibus,&prouentibus vigintiquatuor ducatorum similium,secundum æstimationem prædictam,etiam
distributionibus quotidianis,ut præfertur computatis, valorem annuum non excedentibus, quascunque pensio
nes annuas tertiam partem fructuũ,reddituum,&prouentuum prædictorum non excedentes,præfatis resignan
tibus,vel cedentibus,seu dissolutioni vnionis consentientibus,etiam quæcunque,quotcunque, & qualiacunque
beneficia ecclesiastica obtinentibus,& expectantibus de consensu illorum,quibus beneficia prædicta collata fu
erint reseruentur,quoad vixerint, per prædicta beneficia pro tempore obtinentes annis singulis in locis,& ter-
minis,ac sub excommunicationis,& priuationis,ac alijs pœnis,sententijs,& censuris ecclesiasticis in similibus
apponi solitis persoluendi,reseruandi,constituendi,& assignandi. Necnõ quæcunq; beneficia ecclesiastica cum
cura,& sine cura de nouo,sine alicuius præiudicio,cum competendi dote exigendi, & sic erecta beneficia ab eo
rum primæua erectione huiusmodi similiter personis idoneis conferendi, ac de illis etiam prouidendi: Ac qui-
busuis personis ecclesiasticis dictorum regnorum,non tamen prælatis,vt de bonis suis,iuxta formam quinterni
Cancellariæ apostolicæ testari,ac bona immobilia ecclesiarum,monasteriorum,prioratuum,dignitatum, perso
natuum,administrationum,& officiorum,aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, quæ pro tempore obtine
bunt , quorum valor centum ducatos auri de Camera, secundum communem æstimationem valorem annuum
non excedat,permutare,vendere,& ad tempus longum locare,ac in feudum,& in emphiteosim,seu censum,vel
affictum perpetuum concedere,& alias alienare valeant,cũ euidenti ecclesiarum,monasteriorum,prioratuum,
dignitatum,personatuum,administrationum,vel officiorum,ac beneficiorũ, ad quæ bona ipsa pertinebunt præ
uia causæ cognitione,vtilitate,& prouiso quod pretia exinde prouenientia in huiusmodi vtilitatem conuerten
da pœnes aliquam ædem sacram,aut fide, & facultatibus personam idoneam,cum recognoscibilibus clausulis,
& cautelis in similibus apponi solitis fideliter deponatur,licentiam concedendi:Et locationes,ac alienationes
de bonis immobilibus ecclesiarum,monasteriorum,prioratuum,dignitatum,personatuum, & officiorum,alio-
rumque beneficiorum ecclesiasticorum factas, si in euidentem vtilitatem illorum similiter præuia causæ cogni
tione cedere repertæ fuerint,dummodo bona ipsa centum ducatorum similium valorem non excedant,confir-
mandi,& approbandi, ac singulos defectus, qui interuenerint in eisdem supplendi, necnon personas quascunq;
ad effectum gratiarum,quas pro tempore per te eis concedi contigerit, ab omnibus,& singulis excommunica-
tionis,suspensionis,& interdicti,alijsque ecclesiasticis sententijs,censuris, & pœnis a iure, vel ab homine,qua-
uis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati fuerint absoluendi, & absolutos fore censendi :
Ac omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura , & sine cura secularia , & quorumuis ordinum regularia,
quæ etiam ex quibusuis apostolicis dispensationibus pro tempore obtinuerint,vel expectauerint, ac in quibus,
& ad quæ ius sibi quomodolibet competierit,quæcunque,quotcunque,& qualiacunque fuerint,eorumque fru-
ctuum,reddituum,& prouentuum veros annuos valores,ac huiusmodi dispensationũ tenores in literis tuis pro
sufficienter expressis,absque eo quod de illis,vel illorum aliquo mentionem facere teneantur, aut propter non
factam mentionem prædictæ literæ,etiam collationum,& prouisionum surreptionis, & nullitatis vitio subiace
re censeantur,habendi:Necnon in collationibus,& prouisionibus,ac commendis,& quibusuis alijs gratijs bene
ficialibus,& alijs per te faciendis quicquid secus super his quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contige
rit attentari,irritum,& inane decernendi,& decretum irritans illis apponendi,omniaque alia in præmissis om
nibus & singulis, & circa ea necessaria,& opportuna faciendi, mandandi,ordinandi,& decernendi per te, vel
alium,seu alios,in loco tamen vbi te pro tempore residere contigerit,plenam & liberam dicta auctoritate apo
stolica tenore præsentium facultatem concedimus. Decernentes te omnibus, & singulis facultatibus prædictis
in quibuscunque partibus,terris,ciuitatibus, & locis tam dictorum regnorum, quam aliarum partium ad quas
dictum Carolum Imperatorem,& Regem declinare,& te illum sequi contigerit, etiam si ad partes Germaniæ
declinauerit,vti posse,ac literis tuis absque præsentium in toto vel in parte insertione vbique fidem in iudicio
& extra adhiberi debere,quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si originaliter exhiberentur. Non obstantibus na-
talium,& ætatis huiusmodi defectibus,ac alijs præmissis,ac quibusuis per nos,& sedem prædictam,etiam super
dictis mensibus factis,& faciendis generalibus, vel specialibus, necnon felicis recordationis Innocentij Papæ
octaui prædecessoris nostri super facultatibus Nunciorum editis, & quo ad contenta in præsentibus Pictauen.
Lateranen.generalia conciliorum,necnon quibusuis alijs apostolicis,ac in prouincialibus,& synodalibus conci
lijs editis generalibus,vel specialibus constitutionibus,& ordinationibus,ac cancellariæ apostolicæ regulis edi
tis,& edendis,necnon ecclesiarum in quibus secularia,necnon monasteriorũ, seu aliorum regularium locorum
in quibus regularia,ac ciuitatum,& locorum in quibus ipsi legitimandi fuerint,& ordinum prædictorum,etiam
iuramento,confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis,etiam quod naturales bastardi legiti-
mari non possint nisi de consensu legitimorum,& naturalium disponentibus, etiam municipalibus statutis, &
consuetudinibus,necnon quibusuis priuilegijs,indultis,& literis apostolicis ad instãtiam Imperatoris,Regum,
aut aliorum Principum,seu etiam motu proprio & ex certa scientia,ac etiam ex quibusuis causis sub quibuscun
que tenoribus,& formis,ac cũ quibusuis clausulis & decretis concessis, approbatis,& innouatis,quibus (etiam
si de illis specialis,specifica,& expressa,non autem per clausulas generales idem importantes mentio,seu quæ-
uis alia expressio habenda foret,ac in eis caueatur expresse,quod illis nonnisi sub certis modo,& forma dero-
gari possit, illorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur , pro expressis habentes , illis
alias in suo robore permansuris) hac vice dumtaxat harum serie specialiter , & expresse derogamus ; ac vt tu
etiam ad effectum validitatis gratiarum per te faciẽdarum derogare possis volumus,& iuxta tenorem præsen-
tium tibi facultatem concedimus, contrarijs quibuscunque . Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de
huiusmodi,vel alijs beneficijs ecclesiasticis in partibus illis, speciales vel generales dictæ sedis , vel legatorum
eius

De Prouisionibus beneficiorũ vide Reuocationẽ Pij 4. cõst. 65. Sanctissimus & const. seq.

Nuncij facultas concedendi licẽtiam disponendi de bonis Ecclesiasticis & illa alienandi, & alienationes factas dũmodo cognouerint cedere in vtilitatẽ Ecclesiæ cõfirmandi & defectus supplendi. De his habes supra sub SS. Pauli 3. cõst. 2. cum iis omnibus.

Et decretum irritans in suis gratijs apponendi.

Et istis facultatibus vtẽdi in quibuscũque locis Carolus Imper. se contulerit.

Clausulæ derogatoriæ.

eius literas impetrarint, etiam si per eas adhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet fit processum, quibus omnibus præterquam beneficia huiusmodi per gratias vacatura a nobis expectantibus, vel alias a nobis prouisis personis, eos quibus de beneficijs huiusmodi per te prouidendis in illorum assecutione, volumus anteferri: sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, seu si locorum ordinarijs, aut beneficiorum eorundem collatoribus, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibusuis alijs priuilegijs, & indulgentijs, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existãt, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodo, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod singulorum beneficiorum simpliciter resignandorum, seu quorum commendarum, seu iuris cessiones, aut vniones, dissolutiones factæ fuerint, si fructus, redditus, & prouentus secundum communem æstimationem valorem annuum vigintiquatuor ducatorum similium, secundum æstimationem prædictam excedant conferentes, & illi quibus conferentur, & si ex dicta causa permutationis, resignationes huiusmodi fient, ac illorũ, & eis ex eadem causa collatorum beneficiorũ huiusmodi fructus, redditus, & prouentus inæquales, seu maioris valoris fuerint, etiam si ipsa inæqualitas vigintiquatuor ducatos similes secundum æstimationem prædictam non transcendant, conferẽtes prædicti, & illi quibus beneficia maioris valoris huiusmodi collata fuerint, de nominibus, & cognominibus personarum, & beneficiorum eorundem, ac dierum factarum collationum huiusmodi præsidentes Cameræ apostolicæ infra annum si vltra, & tres menses si citra montes collationes ipsæ factæ fuerint, iuxta quasdam piæ memoriæ Sixti IIII. & Innocentij VIII. Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum super hoc æditas literas certificare procurent, alioquin beneficia prædicta vacare censeantur eo ipso. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ, Millesimo quingentesimo trigesimo sexto, quinto nonas Maij. Pontificatus nostri anno secundo.

Blosius.

A. Diaz.

XII.

Confirmatio constitutionum Alex. 6. Julij. 2. & Clem. 7. ad fauorem Cursorum Papæ, circa executiones citationum &c. in causis Commissarijs.

Declarationem habes infra in const. 14. Cum Pastorali, & in Iulij 3. const. 16. Cum ea firmus, vbi ponam concord. materiæ.

Alex. 6. cõst. istã hic non habes, & tamen vidi apud D. Alexandrum Parabiaccum Secretariũ collegij Papæ Cursorum.

Iul. 2. cõst. istam hic non habes, et tamen vidi apud eundem D. Alexãdrum.

Clem. 7. const. istam habes sup. fol. 324. nu. 24. Et quæ ibi notaui intellige pro ut dicam mox in const. 14.

Pont. iste confirmat const. dictorum Pont.

Clausula derog.

PAVLVS Episcopus &c. Ad perpetuam rei memoriam &c.

ALIAS fel. rec. Alexander Papa vi. prædecessor noster fraudibus, & abusibus qui in præsentandis cõmissionibus causarum in Ro. Curia pendentium, citationibusq; in eadem Curia exequendis fieri intelligebat, obuiare, ac indemnitati dilectorum filiorum Collegij Cursorum nostrorum, tunc suorum prospicere volens, Motu proprio per quasdam decreuit omnes, & singulas commissiones, manu ipsius prædecessoris, aut de eius mandato pro tempore signatas, omnesque citationes in quibusuis causis coram quibusuis Iudicibus ordinarijs, vel commissarijs pro tempore penden. ac etiam intimationes, publicationes, affixiones quarumcunq; literarum in dicta Curia, per alios quã per dictos Cursores pro tempore præsentatas, factas, & executas, processusq; illorũ vigore habendos nullius existere roboris, vel momenti. Vsurpantes vero exercitium dictorum Cursorum certas tunc expressas pœnas incurrere voluit. Et piæ mem. Iulius Papa 2. etiam prædecessor noster per alias præmissa innouauit, & obseruari debere decreuit: Ac sanctæ me. Clemens Papa VII. similiter prædecessor noster literas prædictas, per reliquas suas literas approbauit, & confirmauit, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem sicut dictum Collegium nobis nuper exponi fecit, cupiant literas prædictas, pro illarum subsistentia firmiori, etiam per nos confirmari, & propterea nobis humiliter supplicari fecerit, vt eorum votis annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eorum in hac parte supplicationibus inclinati literas prædictas, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis haberi volumus, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, easque inuiolabiliter obseruari decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in prædictis literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunq;. Dat. Rom. apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die v. Iunij millesimo quingentesimo trigesimo sexto, Pontificatus nostri anno secundo.

XIII.

Auditorum Rotæ Indultorum, & priuilegiorum Confirmatio.

De moderatione istorum priuilegiorum, & de materia notaui supra fol. 299. in Clem. 7. const. 12. Conuenit, & ponam infra in Pij 4. const. 83. in throno.

Iul. 2. & Leon. 2. const. hic non habes.

Clem. 7. cõst. habes sup. fol. 299. nu. 1.

PAVLVS Episcopus &c. ad perpetuam rei memoriam &c.

ROMANI Pontificis consueta benignitas, ea quæ per prædecessores suos, præsertim personarum sibi, & apostolicæ sedi continuos labores impendentiũ cõmodum, & vtilitatẽ concernentia concessa sunt, vt firma perpetuo, & illibata persistant, libenter approbat, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Dudum siquidem fe. re. Iulius II. Leo X. & Clemens VII. Romani Pontifices prædecessores nostri,

Dilectis

Dilectis filijs causarum palatij apostolici Auditoribus, & eorum locumtenentibus tunc & pro tempore existentibus, & eorum Collegio diuersa priuilegia, concessiones, exemptiones, antelationes, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta tunc expressa gratiose concesserunt, & approbarunt. Nos dignum quin potius debitum censentes dictos Auditores & locatenentes, qui pro publica vtilitate quotidie & incessanter inuigilant, & in iustitia personis ad sedem ipsam ex omnibus mundi partibus confluentibus ministranda immensos labores sustinent, pro eorundem laborum remuneratione illorum exigentibus meritis, & vt commodius se alere, & sustentare valeant, non minoribus gratijs & prærogatiuis, quam a dictis prædecessoribus nostris reportarunt, eos prosequi volumus, Motu proprio, non ad ipsorum Auditorum, seu Locatenentium, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, omnia & singula priuilegia, exemptiones, antelationes, prærogatiuas, concessiones, gratias, facultates, literas, & indulta huiusmodi per dictos, & alios nostros prædecessores eisdem Auditoribus & Locatenentibus, ac eorum singulis in genere, vel specie concessa quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, ac cuiuscunque tenoris & continentiæ existant, quorum omnium formas & tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, cum omnibus & singulis derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, in omnibus & per omnia auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & innouamus, illaque sibi & eorum cuilibet, & prout dicti & alij prædecessores concesserunt, de nouo pro potiori cautela concedimus & indulgemus: Ac priuilegia & gratias dilectis filijs Referendarijs nostris, seu eorum Collegio concessa, & in posterum concedenda, illa pro sufficienter expressis habentes, cum eisdem Auditoribus & Locatenentibus, ac eorum Collegio auctoritate & tenore præmissis communicamus, seu illa de nouo eis concedimus, ac præsentes literas, & in eis contenta quæcunque sub quibusuis suspensionibus, derogationibus, & reuocationibus in contrarium factis, & faciendis minime comprehendi, neque illis derogari posse, nisi eorundem Auditorum & Locatenentium ad id expressus accesserit assensus, ac irritum & inane quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quo circa pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, & Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, ac in Vrbe in spiritualibus Vicario, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Auditorum Locatenentium, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos, & eorum quemlibet confirmatione, innouatione, concessione, indulto, communicatione, & decreto, ac alijs præmissis pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis editis & edendis, etiam perpetuis, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis, gratijs & concessionibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem eandem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam iteratis vicibus quibuscunque, quocunque nomine nuncupentur, & dignitate seu maioritate præfulgeant, in genere vel in specie, & seu eorum Collegijs concessis, & approbatis, & innouatis, ac in posterum concedendis, approbandis, & innouandis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa mentio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorumque omnium tenores pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie motu & scientia similibus derogamus, necnon omnibus illis quæ in literis eisdem Auditoribus & Locatenentibus, seu eorum Collegio concessa voluerunt dicti prædecessores non obstare, quæ pro repetitis habeantur, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca in quibus de eisdem fides forsan facienda esset deferri, volumus, & eadē auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius prælati munitis eandem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, & vel ostensæ. Dat. Romæ, apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die decimaseptima Augusti, millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Pontific. nostri anno tertio.

Indulta, exemptiones, & priuilegia quæcunque Auditorum Rotæ confirmat.

Priuilegia Referendarijs Apostolicis concessa, & concedenda, eisdē Aud. communicat.
Quæ priuilegia Referend. habes infra in cōst. 24.
Debita consid.

Decretū irritās.

Executores illius const.

Clausula derogatoria.

XIIII.

Statuta Almæ Vrbis confirmat, & Inclytum Populum Romanum ad iurisdictionem Curiæ Capitoli, & quæcunque priuilegia reintegrat.

Statuta autem ista abrogauit Greg. 13. & Pop. Rom. alia condidit, quæ idem Greg. confirmauit, vt infra in eius const. 63. Almam Vrbem.

De Iurisdictione Curiæ Capi. & Priuilegijs Pop. Rom. vide quæ notabo infra in Pij 4. const. 73. Dilectos.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei Memoriam.

CVM pastorali incūbat officio gregem sibi a domino commissum, secundum iuris tramites, & iuxta facti exigentiam vigili cura gubernare, abusionesque & prauas corruptelas introductas pro posse tollere, quemcunque in sua iurisdictione conseruare, & manutenere: Nuper deuenit ad aures nostras, quod Statuta Vrbis, nouæ reformationes, ac priuilegia a Romanis Pontificibus concessa, maxime circa cognitionem, & decisionem causarum in plurimis violantur, & per prauas abusiones, & corruptelas quotidie abutuntur, quo fit vt inter Romanos Ciues non solum in Curia Capitolij, sed in diuersis Vrbis Tribunalibus litigatur, non absque eiusdem Populi notabili damno, & iactura, ac quod in eadem Curia Capitolij, & Tribunalibus dictæ Curiæ contra formam dictorum statutorum, & nouarum reformationum plurimi fiunt excessus, etiam forsan, non sine animi nostri displicentia, & litigantium dispendio, aliquæ fiunt extorsiones. Nos, qui præfatum Populum paterna affectione diligimus, etiam prædecessorum nostrorum vestigia imitantes, eiusdem indemnitati prouidere cupientes, Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis porrectæ petitionis instantiam, sed ex

Causa illiuscōst.

certa

Priuilegia & statuta, ac nouas reformationes Vrbis confirmat.

Hae Statuta mox reformata fuerunt, vt in Greg. 13. infra const. 36. Alma.

Populū Rom. ad iurisdictioné Curiae Capitolij reintegrat.

Mandatarios in causis Capit. etiā si superueniat Commissionē citare poss. decernit.

Vide tamen Iul. 3. infr. in eius cō stit. 16. Cum ea firmius.

Iul. 2. const. habes sup. fol. 159. & 163.

Leon. 10. const. habes sup. fol. 165.

Proconsulibus & Correctoribus Collegij Aduocatorum &c. facultatem hic expressas concedit.

Quas videtur sit. in 2. par. restringere.

Decretū irritans

Executores assumit.

Clausulae derogatoriae.

certa nostra scientia, & de potestatis plenitudine, Statuta, & nouas reformationes Vrbis, priuilegia, literasque apostolicas, eidem Populo Romano concessa, cum omnium & singulorum iuris, & facti defectuum, si qui fortan inessent, suppletione, auctoritate nostra, & sedis apostolicae confirmamus, & comprobamus, ac quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus, ac omnia & singula in singulis statutis, priuilegijs, reformationibus, literis, & decretis huiusmodi contenta, perpetuis futuris temporibus a quibusuis Romanae Curiae iudicibus ecclesiasticis, & secularibus, tam ordinarijs, quam delegatis, seu quauis alia iurisdictione, seu notione fungantur, inter personas eidem foro Capitolino secundum formam Statutorum, nouarum reformationum, & literarum praedictarum, quocunque abusu, corruptela, vsu contrario, dissuetudine, contraria consuetudine, aut quod vsu recepta nō sint, non obstantibus tenaciter & inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus, Dictumque Populum ad iurisdictionem dictae Curiae Capitolinae, etiam iuxta literas, etiam in forma Breuis, super distinctione iurisdictionū Tribunalium Vrbis, ac reintegratoria, & confirmatoria Statutorum, & nouarum reformationum praedictarum, eidem Populo Romano per quoscunque Romanos Pontifices, & praesertim fel. re. Iulium II. & Leonem X. praedecessores nostros concessas, & emanatas in omnibus, & per omnia reintegramus. Necnon citationes in causis in dicta Curia ordinarie inchoatis, & inchoandis etiam si lite pendente in causis huiusmodi commissiones aliquae eisdem Iudicibus, & Tribunalium eiusdem Curiae Magistratibus, Officialibus quibuscunque praesentatae fuissent, & in futurum praesentarentur, etiam per mandatarios dictae Curiae fieri posse impune decernimus, & mādamus, Statuta, nouasque reformationes, & literas huiusmodi, cum omnibus & singulis clausulis, derogationibus, & poenis in eisdem contentis, quatenus opus sit innouamus, & de nouo concedimus; Tenoresque singularum literarū praedictarum, etiam in forma breuis, tam per Iulium II. quam Leonem X. praedecessores nostros, vt praemittitur concessarum, & emanatarum pro expressis haberi volumus, & mandamus, ac si illarum tenor de verbo ad verbum praesentibus nostris gratiosis literis insertus esset. Necnon motu, & scientia similibus dilectis filijs Laurentio Verso nostro vtriusque signaturae Referendario, Syllegorio Proconsulibus, Theodoro de Gualderonibus, & Euangelista de Ceccharellis Correctoribus Collegij Aduocatorum Procuratorum, & Notariorum Curiae Capitolinae, & alijs eiusdem Collegij pro tempore existentibus Officialibus potestatem, & iurisdictionem personas dicto Collegio subiectas inobedientes, transgressores, rebelles, & contra formam Statutorum, nouarum reformationum, & ordinationum earundem factarum, & faciendarum venire, ausu temerario, non erubescentes, pecuniarijs poenis eorum arbitrio moderandis, mulctandis, eorumque Collegio seu Camerae Vrbis, coniunctim, vel diuisim, prout eis videbitur, applicandis, & irremissibiliter exigendis, absque spe gratiae, seu remissionis, nisi a nobis, vel successoribus nostris gratiosae obtentae, damus, concedimus, & gratiose impartimur. Et ita quoad omnia & singula praemissa per quoscunque Romanae Curiae iudices, tam ordinarios, quam delegatos, tam ecclesiasticos, quam saeculares, iudicari, & diffiniri debere mandamus. Sublata eis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi potestate, irritum, & inane decernentes quicquid in contrarium contigerit attentari. Mandantes dilectis filijs Senatori, & Conseruatoribus Vrbis etiam pro tempore existentibus, coniunctim, vel diuisim, tam ex officio, quam ad cuiusuis reclamantis personae instantiam, praemissa omnia, & singula, ac in singulis statutis, reformationibus, & priuilegijs huiusmodi contenta, omnibus iuris, & facti remedijs opportunis, etiam cum poenarum eorum, seu eorum alicuius arbitrio, comminationis, exactionis, etiam adhibita, quatenus expediat, manu militari, pro conseruatione, & manutentione omnium, & singulorum obseruari mandent, & faciant cum effectu, omni penitus exceptione, & appellatione remotis. Non obstantibus quibusuis Tribunalium Vrbis, Magistratuum, Collegiorum, & Officiorum priuilegijs, literis, & indultis, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis tam in specie, quam in genere editis, etiam si sub plumbo, aut in forma breuis, tam per nos, quam quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiamque poenarum cōminatione, etiamque, si in illis caueretur, quod illis aut eorundem alterius non censeretur quoquomodo derogatum, nisi illarum tenor de verbo ad verbum insertus foret, aut de eis expressa, & specifica fieret mentio, etiam quod caueretur in illis, quod quotiescunque illis derogatum esset, eo illico censerentur reuocatae, quarum tenores pro sufficienter expressis habentes, & illis quibuscunque, pro hac vice duntaxat derogantes, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Fiat, vt petitur. A.

Hanc const. vidi I vol. antiquorū Vrbis statut. fol. 19.

Et cum absolutione a censuris ad effectum praesentium, & quod pro praesentis motus proprij confirmatione approbatione, reintegratione, & concessione, sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, attento, quod in Vrbe, & pro Populo Romano, & quod etiam literae sub annulo nostro Piscatorio expediri possint, & cum defectuum tam iuris, quam facti, si qui sint, suppletione, & quod obstātiae omnes habeantur pro expressis, & cum oportuna derogatione omnium, & singulorum in contrarium facientium, & cum iurisdictione, facultate, & potestate dictis officialibus, vt praemittitur, data, & concessa, & cum potestate extendendi latissime cum omnibus clausulis necessarijs, & opportunis. Et solum de confirmatione statutorum, & nouarū reformationum alias confirmatorum, & ordinationum Iulij de cognoscendis causis Romanorum in Curia Capitolij, prout in suo Motu proprio, & de citationibus exequendis per mandatarios, vt supra, & de facultate proconsulibus, & correctoribus, quoad ea tantum, quae respiciunt exercitium notariorum, & aliorum ministrorum iudicialium eis subiectorum, & de mandalo faciendis praemissa obseruari, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro.

Fiat. A.

Dat. Romae apud sanctum Petum Decimo Kalendas Octobris anno tertio.

Ampliatio

X V.

Ampliatio Iurisdictionis & Facultatum Curiæ causarum R. Cameræ Apost. Auditoris.

Ampliationes alias vide inf. in Greg. 13. cõst. 55. Ad generis, vbi ponam concord. materiæ.

PAVLVS Papa III. Dilecto filio Magistro Petro Paulo Parisio clerico Cusentino Curiæ causarum Cameræ apostolicæ Generali Auditori Notario nostro V.I. Doctori Salutem & apostolicã benedictionẽ. GRATA deuotionis obsequia quæ nobis & apostolicæ sedi hactenus impendisti, & adhuc sollicitis studijs impendere non desistis, necnon pollens literarum scientia, aliaque multiplicium virtutum merita, quibus personam tuam nouimus insignitam, merito promerentur, vt te amplioribus fauoribus, & gratijs prosequamur. Dudum siquidem officio generalis Audientiæ, seu Auditoriatus Curiæ causarum Cameræ apostolicæ, certo tunc expresso modo vacante, nos illud sic vacans, cum omnibus & singulis illius honoribus, oneribus, & emolumentis consuetis, tibi per alias nostras literas concessimus, & assignauimus, ac te ad officium huiusmodi, ac honores, onera, & emolumenta prædicta admisimus, & admittendum fore decreuimus: Tibique inter alia, per te, vel alium, seu alios in Locumtenentes, seu Vicegerentes tuos, quoties tibi placeret, pro tempore deputares; ac omnes, & singulas, tam ciuiles quam criminales, & mixtas, spirituales, ecclesiasticas, & profanas, ac alias quascunque causas, etiam tunc expresso modo qualificatas, eas videlicet, in quibus non ageretur de maiori summa quinquaginta Florenorum auri de Camera, aut re illius summæ verum valorem non excedẽte, summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicij sola rei & facti veritate inspecta, nullisque terminis seruatis, etiam qui de stilo, aut ordinatione Palatij apostolici, vel alias seruari erant soliti, alias vero causas more solito, audiendi, cognoscendi, decidendi fineque debito terminandi plenam, & liberam concessimus facultatem, prout in eisdem literis plenius continetur. Nos igitur, ad ea quæ in tuo auditorio litigantium commoditatem concernunt, intendere, teque præmissorum obsequiorum & meritorum tuorum intuitu amplioris gratiæ fauore prosequi volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati facultatem, causas quinquaginta florenorum huiusmodi non excedentes, summarie, vt præmittitur, per te, vel alium, seu alios, vt præfertur, audiẽdi, tibi concessam, ac cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, literas prædictas, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, ad hoc & quascunque etiam causas, vt in prædictis literis qualificatas, summam, aut verum valorem quinquaginta florenorum huiusmodi excedentes, dummodo summam aut verum valorem centum florenorum similium non excedant, per te, vel Locumtenentes seu Vicegerentes tuos præfatos, summarie, simpliciter, & de plano, sola rei & facti veritate inspecta, alias iuxta ipsarum literarum continẽtiam, & tenorem, audire, cognoscere, decidere, & terminare, libere & licite valeas, auctoritate apostolica, tenore præsentium, extendimus & ampliamus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dicti officij statutis, & consuetudinibus, fundationeque etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, et decretis et alias quomodolibet concessis, et innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis specialem oporteret fieri mentionem, illorum tenores continentias et formas, ac si de verbo ad verbũ insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, quatenus in aliquo obstare viderentur, specialiter et expresse derogamus, necnon omnibus illis, quæ in dictis nostris literis volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, Die vltima Octobris, millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Pontificatus nostri anno tertio.

Fabius Vigil.

Petrũ Paulũ Parisiũ Cusentinũ (per alias eius literas quas hic nõ habes) A. C. creauit, cum facultatibus cõsuetis, & signanter cognoscendi summarie causas summam vel valorem 50. florenorum non exceden.

Quod habes etiã sup. fol. 164. in Iul. 3. constit. 17. Ad eximiæ.

Et modo amplias & extendit dictã eius facultatem ad quascũque causas summam vel valorem floren. 100.

Alij vero Pont. ampliarunt vsque ad ducat. 300. vt habes inf. in Greg. 13. const. 55. Ad generis & ibi no.

Clausulę derogatorię.

X V I.

De facultatibus & iurisdictione Vincentij Cardinalis Neapolitani, in Alma Vrbe legati de latere deputati ob discessum Pontificis ab Vrbe, versus Ciuitatem Placentiæ.

Legati in Vrbe deputati aliam const. habes sup. fol. 329. Clem. 7. const. 27. licet.

Legati autem in Prouincia Marchiæ facultates habes inf. in const. 19. Cum nos hodie, & in Iul. 3. constit. 8. Cum onus & ibi notabo.

Legatique in Prouincia Vmbriæ facultates vide inf. in const. 44.

Legati quoque ad Italiæ Principes facultates habes inf. in Pauli 4. const. 27. cum nos vbi notabo.

Moderationem & Reuocationem facultatum Nunciorum et legatorum vide inf. in Pij 4. constit. 65. Sanctissimus et const. seq. et const. 86. Quamuis et const. 113. Sanctissimus, et Pij V. const. 59. Quamuis et constit. 150. Quæ ordini et in alijs const. hic in apostillis adnot.

De Materia habes etiam sup. fol. 88. Pauli 2. const. 3. Munera et fol. 100. Six. 4. const. 8. Et si de cunctorum fol. 193. Leon. x. const. 11. supernæ circa med. et infra in Pij 4. constit. 51, solet. et constit. 124. Et si Romanum.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Vicentino tituli S. Mariæ Transtiberim Presbytero Card. Neapolitano nuncupato, in Vrbe, eiusque territorio, et districtu nostro, et Apostolicæ sedis Legato salutem, et Apostolicam benedictionem.

LICET Potestatis plenitudo desuper nobis commissa sit, et vniuersi gregis domini-

Pontifex decreuit ex causis de[illegible] Placentiæ se conferr.

 ci diuina

ci, diuina disponente clementia, curam habeamus, finem tamen humanæ possibilitatis excedere non valentes, considerantesque, quod circa singula per nosmetipsos Apostolicæ seruitutis debitum absoluere non possumus, nonnunquam aliquos, & præcipue S. R. E. Cardinales in solicitudinis partem assumimus, vt ipsis vices nostras supplentibus, ministerium nobis desuper commissum, fauente pietate superna, facilius, & salubrius exequamur. Et quamuis ad cunctorum Christifidelium prouincias, ciuitates, & loca paternum studium, & diligentiam adhibeamus, ad Almam Vrbem tamen nostram aciem nostræ considerationis paternis affectibus dirigentes, illam, ciues, incolas, & habitatores eiusdem, tanquam peculiares filios, & deuotos, diligentiori cura intuemur, & super eorum felici regimine pacifico, & tranquillo desiderantes specialiter prouidere, vt præseruentur a noxijs, & optatis perfruantur incrementis. Cum itaque nos, pro nonnullis arduis, & vrgentibus negotijs orthodoxæ fidei, ac publicum Reipublicæ Christianæ commodum concernentibus, ab ipsa Vrbe ad aliquod tempus discedere, & ad ciuitatem nostram Placentiam, Prouinciæ Mediolan. nos conferre, & dimissis in eadem Vrbe Palatij nostri, & Curiæ Cam. Apost. Causarum audientijs, necnon Gubernatore, seu Vicecamerario, ac Vicario, seu eius Locumtenente, & Senatore, ac alijs eiusdem Vrbis officialibus, Cancellariam nostram, cum Plumbo, Capella, & nonnullis eiusdem Cancellariæ, & Cu. Rom. Officialibus nobiscum ducere intendamus; Nos volentes interim bono, & felici Vrbis, & Rom. Cur. prędictarum regimini prouidere, & potissimum ad te, quem etiam in magnis, & arduis sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ negotijs versatum, eximia probitate, & fidelitate, rerumque gerendarum experientia, & præcipua prudentia, ac integritate comprobatum habemus, mentem nostram conuertentes, ac sperantes, quod ea, quæ tibi duxerimus committenda, gratia tibi assistente diuina, circunspecte, prudenter, iuste, & fideliter exequeris: Te in Vrbe prædicta, eiusque territorio, & districtu, ac terris, & locis illi adiacentibus, nostrum, & dictæ sedis Legatum de latere in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem, de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium, vsque ad beneplacitum, vel ad eandem Vrbem reditum nostrum dumtaxat, creamus, constituimus, & etiam deputamus.

Ideo pro Vrbis & Curiæ Rom. regimine, legatū de latere deputat cum facultatib. hic expressis.

Facultas cognoscendi causas.

Dantes ibi harum serie pariter & concedentes plenam, liberam, & omnimodam potestatem & facultatem ac auctoritatem Vrbem, & loca prædicta cum eorum territorijs, districtibus, & pertinentijs, necnon personas, ciues, habitatores, etiam Curiales, & ipsam Rom. Curiam sequentes, seu ad eandem vndecunque venientes, dum in ea fuerint, seu in ea degentes, & incolas eiusdem, cuiuscunque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, dignitatis, etiam pontificalis, fuerint, ac eiusdem Rom. Cur. Officiales existant, etiam si se exemptos a quocunque Legationis officio prætenderent, nostro, & dictæ Romanæ Ecclesiæ nomine gubernandi, regendi, & administrādi, prout cœlestis gratiæ infusio, & tua prudentia persuadebunt, reformandi, & corrigendi, occupata recuperandi, necnon illa, & alia deformata in pristinum, & debitum statum reducendi, & iurisdictionem omnimodam exercendi, ciuiles, & criminales, ecclesiasticas, & spirituales, & super quibuscunque monasterijs, prioratibus, præposituris, cannonicatibus, & præbendis, dignitatibus, personatibus, administrationibds, officijs, cæterisque beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, sæcularibus, & quorumcunque ordinum regularibus, & profanas ad forum ecclesiasticum quocunque iure spectantes, ac mixtas quascūque, tam in dominio nostro, quam extra, per appellationes extraiudiciales, vel generales querelas, etiam non obstante, quod ad ipsam Rom. Curiam legitime deuolutæ, aut in illa de iuris necessitate tractandæ, seu finiendæ non existant, illarumque, & etiam aliorum quorumcunque, & quibuscunque iudicibus ecclesiasticis, & sæcularibus, quacunque auctoritate, dignitate seu præeminentia fulcitis, ad nos, & Romanam Curiam, ac sedem huiusmodi, & pro quibuscunque grauaminibus, vel diffinitiuis sententijs pro tempore interpositis, primarum, & secundarum, ac vlteriorum appellationum causas, vna cum negotio principali, coniunctim, vel diuisim, vel alias, prout tibi visum fuerit, ac omnibus & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta alias iuxta casuum, & prout tibi videbitur, etiam cum potestate citandi in eadem Curia Rom. etiam extra eam, etiam per ædictum publicum, constito summarie de non tuto accessu, ac inhiben, quibus, & quotiens fuerit inhibendum, audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas committen. Et pari modo inter Auditores dicti Palatij nostri, seu eorum Locatenen. distribui (vt moris est) facien. & per signaturam nomine nostro, videlicet, si illæ iudicibus in Rom. Curia per hæc verba, videlicet, Placet Domino nostro Papæ. Si vero extra eam, præterquam vbi nos fuerimus, dirigendæ, per Concessum in præsentia Domini nostri Papæ, signan. Ac omnia & singula per signaturam iustitiæ concedi, & committi solita concedere, & etiam eisdem Auditoribus, & Locatenen. seu alijs quibuscunque Prælatis, vel iudicibus, tam in Ro. Curia, quam extra eam committendi, seu per te, vel alium, seu alios audiendi cognoscendi etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, vt præfertur, etiam reiteratione terminorum ex stylo Curiæ, seu natura, obseruari consuetorum, ac etiam illorum omissione, illasque decidendi & terminanni, causasque ipsas quando tibi placuerit ab illis quibus commissæ fuerint, tam in dicta Curia quam extra, auocandi, & alijs etiam committendi; Et quascunque sententias per te, seu etiam alios iudices quoscunque latas tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam si in rem transiuerint iudicatam, executioni debitæ demandandi, cum decreto literarū executorialium seu mandati executiui, etiam cum inuocatione brachij sæcularis, nullitates processuum actorum, gestorum, & sententiarum, & tollendi, & finiendi, ac restitutionem in integrum aduersus rem iudicatam, etiam si tres sententiæ conformes latæ fuerint etiam gratiose concedendi, dictarum causarum cognitionem, terminationem, & executionem, ac cursum instantiarum, vel etiam fatalium suspendendi, ac restitutionem ad illa etiā concedendi.

De appell. à grauaminibus vide inf. Pij V. const. 87. inter illa.

Facultas cōmittendi causas in Curia & extra. Facultas circa sētentiarū nullitates, & executiones, ac restit. in integrum.

Derogandiq; omnibus priuilegijs & cōst. per signaturā iustitiæ derogari solitis.

Necnon constitutionibus fe. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus non tribus dietis. & alijs per signaturam iustitiæ derogari solitis, & etiam quibusuis priuilegijs, & indultis, tam Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, quam alijs ordinarijs iudicibus dictæ Vrbis, etiam per nos concessis, & approbatis, etiam quod illi, nisi per signaturam manu nostra, & motu proprio concessis derogari non possit, disponentibus & hactenus obseruatis, specialiter, & expresse derogandi, Necnon si necessarium fore conspexeris, vnum, vel duos signaturæ duntaxat Referendarios, quos malueris, & ad hoc vtiles & idoneos esse cognoueris, qui commissiones iustitiæ huiusmodi referendariare, & in signatura per te facienda tibi assistere, ac illi interesse licite valeant, durante legatione tua tātum, deputandi, & alia quæ S. R. E. Cardinales, qui hactenus signaturam iustitiæ habuerunt, & dictæ Vrbis Legati facere, & exercere potuerunt, & debuerunt, faciendi, & exercendi; Omniaque & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine

Referendarios signaturę iustitię duos vel vnū deputandi.

De Referendarijs habes inf. in const. 54. debita.

De signatura Iustitię vide infra Pij 4. const. 84. cum nuper.

cura,

cura,sæcularia,& ordinum quorumcunque regularia,etiam si dignitates,etiam maiores,& principales fuerint,
& ad illa consueuerint,qui per electionem , aut alium modum assumi , intra limites tuæ legationis consistentia
(basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe,ac Lateranensis:& beatæ Mariæ Maioris ecclesiarum canonicatibus,
præbendis,& illis,quæ ad collationem alicuius ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car
dinalibus præfatis,respectu Episcopatuum,titulorum suorum presbyteralium,aut diaconalium , vel alias quo-
cunque modo pertinent duntaxat exceptis) Ac quorumcunque familiarium tuorum continuorum commensa-
lium nunc,& pro tempore existentium,etiam si ipsa familiaritate recessissent,& in quibuscũque prouincijs, seu
locis cõsistant beneficia ecclesiastica,etiam si dispositioni apostolicæ specialiter,vel alias, ex quauis causa etiã
de necessitate exprimenda,præterquam familiaritatis nostræ, aut quo ad ea,quæ ad dispositionem tuam,ratio-
ne ecclesiarum,vel beneficiorum tuorum non pertinent,alicuius Cardinalis viuentis generaliter reseruata,seu
ex quauis generali reseruatione affecta fuerint,cum illa per cessus,vel decessus,aut alias,quauis dimissione illa
nunc,& pro tempore obtinentium,etiam si,vt præfertur,reseruata fuerint , dummodo etiam illorum cõmendis
cessantibus,vel vnionibus temporalibus dissolutis,vel alias quocunque modo vacare contigerit,quibusuis per-
sonis,de quibus tibi videbitur,etiam quæcunque, quotcunque , & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinen.
& expectan.Necnon & si extra limites tuæ legationis beneficia aliqua,vt supra,qualificata, in ciuitatibus,diœ-
cesibus,& locis per duas dietas dictæ Vrbi propinquis vacauerint, etiam si,vt præfertur,reseruata fuerint,dum-
modo alicuius ipsorum beneficiorum reseruatorum,præterquam ex familiaritate nostra,in dictis ciuitatibus,&
diœcesibus vacan.huiusmodi fructus,reditus,& prouentus,summam , seu valorem annuum secundum commu-
nem æstimationem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedant , personis idoneis per te eligen-
dis conferendi,& de illis etiam prouidendi,seu illa alijs beneficijs ecclesiasticis ad vitam vniendi , annectendi,
& incorporandi,verosque vltimarum vacationum modos,etiam si ex illis quæuis generales reseruationes, etiã
in corpore iuris clausæ,resultent,pro expressis habendi.Ac etiã in ipsa Vrbe quamdiu ab ea absentes fuerimus,
in quoscunque Curiales,& ipsam Curiam sequentes,seu Cortisanos, & Officiales quoscunque ipsius Curiæ no-
stræ,& ipsorum officiorum præsidentes,cuiuscunque dignitatis,status,gradus,ordinis , vel conditionis fuerint,
dummodo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales non existant , omnimodam iurisdictionem exercendi , eosque
pro excessibus puniendi,& prout demeruerint,seu deliquerint,a suorum officiorum exercitio suspendendi , &
prout iustitia suaserit,eos eisdem officijs suis priuandi,& destituendi. Necnon etiam inter Barones , & milites,
dominos temporales,& nobiles,& personas alias sæculares, & ecclesiasticas , necnon Communitates , & Vni-
uersitates,ac populos,& omnes alios sæculares,discordes, & differentes,Vrbis terrarum,locorum, & districtus
prædictorum pacem,& concordiam facien.& inter eos treguas indicendi,ipsosque ad eas, & ipsarum obseruan-
tiam quibuscunque pœnis,districtionibus,sententijs,& censuris,prout tibi videbitur, compellen. concordes in
vnitatis,& charitatis vinculo confouendi, & confirmandi: rebelles , & delinquentes , ac eiusdem Romanæ Ec-
clesiæ hostes censuris,& pœnis,tam ecclesiasticis,quam alijs, etiam pecuniarijs, & corporis afflictiuis arcendi,
& corrigendi,ad nostram,& dictæ Romanæ Ecclesiæ vnitatem reducendi . Necnon cum tuis , & quinque præ-
latorum se asserentium familiaribus, & continuis commensalibus,& decem , quos tu elegeris personis alijs ad
duo,& si nobiles,vel graduati fuerint ad tria,seu cum dispensatione,ad duo , ad tertium curata , dummodo in-
ter alia non fuerint nisi duæ parochiales ecclesiæ , seu alias inuicem incompatibilia sæcularia , etiam maiores,
& principales personatus,administrationes,vel officia,etiam curata,& electiua , in cathedralibus , etiam Me-
tropolitanis,vel collegiatis ecclesijs, parochiales ecclesiæ , vel earum perpetuæ vicariæ fuerint,& ad duo alia ,
etiam similia simplicia,non tamen duos canonicatus,& præbendas,sub vno,& eodem tecto , vnius , & eiusdem
ecclesiæ consistentia,si eis,& cuilibet eorum alias canonice conferantur,aut eligantur,præsententur , vel alias
assumentur ad illa,& instituantur in eis simul ad vitam,cum potestate permutandi,& commendæ cedendi , to-
tiens quotiens in titulum,& commendam respectiue obtinenda . Necnon super ætate in decimoseptimo , di-
spensandi super ætatis,& natalium defectibus,ad vnum, & in vigesimo ad duo , necnon super defectum patien-
tibus ad quæcunque,quotcunque , & qualiacunque beneficia ecclesiastica , etiam si canonicatus , & præben. in
cathedralibus,etiam Metropolitanis,vel collegiatis ecclesijs,& alias,vt præfertur,qualificata fuerint, & ad ca-
nonicatus,& præbendas cathedralium in vndecimo,& aliarum collegiatarum in octauo suarum ætatum annis,
& de non promouendo ad septennium , dummodo infra primum triennium dicti septennij ad Subdiaconatus
ordinem se faciat promoueri,vel aliud breue tempus,prout tibi videbitur.Ac etiam de promouendo ad sacer-
dotium in vigesimotertio cum sæcularibus clericis,cum regularibus vero in vigesimosecundo anno . Et de su-
scipiendo clericatum,minores,& sacros etiam presbyteratus ordines in Romana Curia a quocunque antistite,
& etiam extra eam,etiam extra tempora a iure statuta, in tribus tamen festiuis diebus, dispensandi . Necnon
quibuscunque Cancellariæ regulis , processus , acta , & merita causarum , ac etiam præmissa omnia & singula
concernentibus , dummodo alteri non tollatur ius quæsitum , Ac etiam iurispatronatus laicorum quo ad be-
neficia familiarium tuorum , & alia in limitibus tuæ legationis vacantia , vel ex tunc vacatura , quæ de illo ex
consuetudine vel priuilegio fuerint , in totum , aliõquin pro mediate patronorum eorundem derogandi . Et
quascunque personas , quibus literas tuas vigore præsentium concesseris , a quibuscunque excommunicatio-
nis,suspensionis,& interdicti,alijsque ecclesiasticis sententijs,censuris,& pœnis, a iure , vel ab homine , quauis
occasione, vel causa latis , si quibus quomodolibet tunc etiam ob non paritionem rei iudicatæ , aut alias in ca-
sibus in regula desuper edita expressis,innodati erunt,etiam si per annum,& vltra in illis insorduerint, ad effe-
ctum gratiarum suarum duntaxat consequendum absoluendi , Eorumque omnia,& singula beneficia ecclesia-
stica,cum cura & sine cura,sæcularia , et ordinum quorumcunque regularia , quæ in titulum vel commendam,
etiam ex quibusuis concessionibus,et dispensationibus apostolicis tunc obtinebunt , et expectabunt , ac in qui-
bus,et ad quæ ius tibi quomodolibet competet,quæcunque,quotcunque,et qualiacunque fuerint, eorumque fru-
ctuum,redituum,et prouentuum veros annuos valores, ac huiusmodi concessionum , et dispensationum teno-
res pro expressis habendi , Necnon quascunque concessiones,si in euidentem vtilitatem super alienationibus,
et arrendationibus perpetuis, seu temporalibus , etiam emphyteoticis , quorumcunque bonorum stabilium ad
ecclesias , monasteria, dignitates , beneficia , ac loca alia ecclesiastica , intra limites tuæ legationis consisten-
tia,cuiuscunque valoris existant ; in alijs vero locis quantumcunque remotis , vsque ad valorem centum flore-
norum auri de Camera duntaxat spectantia,cum insertione tamen literarum fel.rec.Pauli Papæ II.prædecesso-

Facultas circa Beneficiorũ collationes.

Moderatio vide inf.in Pij 4.cõst.65. Sanctissimus,& const.seq

Facultas iurisdicti contra Officiales Rom. Curiæ, ac Curiales, Barones,Communitates &c.

Dispensandique ad plura beneficia & circa ætatis & natalium defectus.

Ad quod vide dictas Pij 4. const.

Facultas derogandi regulis Cancellariæ. & iurispatronatus.

De iure patronatus vide sup. fol. 107. Innocen.8. const. 2.

Absoluendique à censuris.

Cõmissiones in forma si in Euidẽtẽ super alien. bon. Eccl.concedendi.

Pauli 2. const. habes sup. fol. 86 nu. 2.

ris nostri, quæ incipit, Cum in omnibus iudicijs, communiter vel diuisim concedendi. Insuper contradictores, & rebelles quoslibet per amotiones, priuationes, depositiones, relegationes, & proscriptiones perpetuas, vel temporales, etiam sententialiter, prout ad ipsam Romanam Curiam pertinuerint, sublato appellationis obstaculo, compescendi, omniaque alia, & singula ad honorem, & statum nostri, & ipsius Romanæ Ecclesiæ, & populorum commoditatem faciendi, gerendi, mandandi, ordinandi, disponendi, & exequēdi, quæ necessaria quomodolibet, & opportuna fore cognoueris, & quæ nosmetipsi facere possemus. Et nihilominus singulari integritate, fidei constantia, iustitiæ & rectitudinis zelo, clara prouidentia, ac longa consumataque Vrbis, & Curiæ prædictarum noticia in te euidentissime comprobatis, necnon maturitate cōsilij per te arduis, & periculosis nostris, & dictæ sedis negotijs, fideli experientia testimonium perhibente præstititi, diligenter perspectis, dignum censentes, vt te non minoribus prærogatiuis, quam prædecessores nostri Romani Pontifices, alios qui pro tempore fuerunt in Vrbe Legatos prosecuti sunt, prosequamur: vltra supradictas omnes & singulas alias facultates, quæ pro quibusuis alijs dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus a tempore piæ me. Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri in ipsa Vrbe deputatis Legatis per quascunque literas tam sub plumbo, quam in forma breuis, sub quacunque forma, & expressione verborum concessæ comperiantur, quarum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, eidem circunspectioni tuæ, harum serie concedimus, tibique, vt illis omnibus & per omnia perinde ac si illæ tibi specialiter & expresse concessæ forent, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeas, indulgemus. Decernentes commissionibus manu tua, & vigore præsentium, de mandato nostro, ac in præsentia nostra signandis, ac derogationibus in eis concedendis, in iudicio, & extra, perinde ac si propria nostra manu signatæ fuissent, stari, & indubitatam fidem adhiberi, necnon omnia, & singula alia eorundem præsentium vigore, per te, seu de mandato tuo alias rite pro tempore gesta, & concessa, ac quæcunque quæ inde sequentur, valida, & efficacia existere, & suos effectus sortiri debere, sicque per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari, ac diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes insuper Gubernatori, Vicario eiusdem Vrbis, Auditori Cameræ, & Senatori, ac alijs officialibus quibuscunque in ipsa Vrbe præsentibus, necnon omnibus, & singulis Baronibus, Domicellis, Stipendiarijs, Nobilibus, Ciuibus, incolis, & habitatoribus, ac personis alijs Vrbis, Curiæ, districtuum, & locorum prædictorum, etiam forensibus ibidem pro tempore degentibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poenis per te infligendis, vt tibi in omnibus pareant efficaciter, & obediāt, omni dilatione, vel exceptione cessante. Nos enim per te pro tempore facta, concessa & acta, ac gesta quæcunque, necnon processus, sententias, & poenas, quas per te vigore præsentium fulminari contigerit, rata habebimus, & faciemus, auctore domino, vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus priuilegijs, indulgentijs, tam apostolicis, quam alijs generalibus, vel specialibus, sub quacunque forma, & expressione verborum, quibuscunque, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut ordinum, etiam Cistercien. Cluniacen. Præmonstraten. Grandimonten. Cartusien. Vallis Vmbrosæ, Camaldulen. Humiliatorum, S. Benedicti, & Augustini, hospitalium Hierosolymitan. S. Ioannis, & S. Mariæ Teutonicorum. Calatrauen. S. Spiritus in Saxia, & S. Antonij, seu quorumcunque aliorum ordinum existant, concessis, confirmatis, & innouatis, ac prædicti Bonifacij prædecessoris de vita, & in Concilio generali de duabus dietis edita, ac Lateranen. Pictauien. & generalis Conciliorum, necnon de valore exprimendo, & de concessione facienda in vnionibus, et illarum confirmationibus, ac de insordescentibus in censuris per tempus inibi expressum & alias, ac de non expediēdis literis executorialibus, et sequestris, ac sub plumbo, et alijs constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, in quibus sæcularia, et monasteriorum, et aliorum regularium locorum, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu a quibus illa dependere contigerit, et ordinum quorum existerint iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, et alijs quibuscunque præmissis obstantibus, quæ omnia et singula in literis per te super eisdem præmissis concedendis latissime exprimi posse volumus. Præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon quibusuis alijs priuilegijs, literis, et exemptionibus eis sub quibusuis verborum formis, et clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs per nos, et sedem eandem concessis, et concedendis in posterum, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quoad hoc cuiquam nolumus suffragari. Volumus autem, quod in concessionibus, gratijs, et literis per te vigore præsentium faciendis, præsentes literæ nullatenus inserantur, sed absque illarum insertione perinde plenum sortiantur effectū, ac si ipsæ præsentes de verbo ad verbum insererentur. Tu igitur dilecte fili munus huiusmodi deuota mēte suscipiens, te in illius executione solicitum, in verbo, sermone, et opere studiosum, et diligētem exhibeas, quo ex tuis laboribus, diuina fauente gratia, optati fructus succedant, quos speramus. Tuque per sollicitudinem tuam, præter æternæ retributionis præmium, merito apud nos, et sedem prædictam commendari possis. Datum Romæ apud sanctū Petrum, anno incarnationis Dominicæ M D X X X. Vndecimo Kal. Aprilis, Pont. nostri anno quarto.

Contradictores etiam coercendi.

Omniaque faciendi quæ Pon. met facere posset.

Concessio quarūcunque aliarum facultatum alijs Legatis concessarum.

Decretū irritans

Clausulæ derogatoriæ.

Legatus in suis concessionibus nō tenetur inserere hāc cōst.

Hortatur Legatū vt eius munus diligenter exequat.

XVII.

Egidianarum Cōstitutionum confirmatio. Et Declaratio, quod Facultatibus Auditoris Cameræ nō præiudicent.

Constitutiones Egidianas Rodulphus Cardinalis de Carpo reformauit, et illas sic reformatas in Prouincia Marchiæ obseruari præcepit idem Pont. infr. in const. 39. ex debito pastoralis.

De his constitutionibus habes etiam sup. fol. 100. Six. 4. const. 8. Et si de cunctorum.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

OFFICII nostri debitum, quo sumus vniuersis nostræ curæ, præsertim etiam in temporalibus creditis, in iustitia debitores, exigit, et ad hoc potissimum nos inducit, vt in his, per quæ iustitia vnicuique debite ministretur, et illam exquisitis vijs conculcare satagentiū malitijs obuiatur, eius officij partes

proso-

propensius impartiamur, ac ea quæ propterea prouide ordinata, ac etiam apostolico præsidio fulcita, & extensa comperimus: vt semota omni ambiguitate, firmiora persistant, de nouo approbemus, ac alias pro eorum obseruatione prouideamus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Sane, sicut nobis innotuit, dudum postquam bo. me. Egidius tt. s. Clementis presbyter Cardinalis, tunc in humanis agens, & fe. re. Innocentij Papæ VI. prædecessoris nostri, ac sedis apostolicæ in Patrimonio beati Petri in Tuscia, & Ducati Spoletano, ac Marchiæ Anchonitanæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimæ Prouincijs, necnon ciuitatibus, terris, castris, & locis, S. R. E. immediate subiectis, & infra limites tunc expressos constitutis, Legatus, necnon in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, sufficienti ad id per literas dictæ sedis facultate suffultus, pro tranquillo, & prospero statu prouinciarum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum, plures laudabiles, honestas & salubres constitutiones, & ordinationes prouinciales ediderat, piæ me. Sixtus Papa IIII. etiam prædecessor noster, tam illas, quam alias ab alijs diuersis Romanis Pontificibus, ac Legatis editas, & per dictum Egidium Cardinalem in vnum volumen in sex libros distinctum, collectas, & redactas per eos, qui tunc erant, & pro tempore essent in prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, & locis prædictis deputati Legati, etiam de latere, Gubernatores, & eorum Locatenentes firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere statuit, & ordinauit, prout in ipsius Sixti prædecessoris literis, quas etiam ad Vrbem, ciuitates, terras, & loca specialis commissionis, & in illis tunc & pro tempore deputatos Vicecamerarium, Gubernatores, Thesaurarios, Potestates, iudices, & officiales extendit, ac sub censuris in eis contentis in eisdem Vrbe, ac specialis commissionis ciuitatibus, terris, & locis, sicut in prouincijs firmiter obseruari mandauit, plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, a nonnullis de viribus literarum prædictarum, & in eis contentorum hæsitetur, sub eo prætextu, quod forsan non appareat constitutiones prædictas in vrbe, & prouincijs, ac ciuitatibus, terris castris, & locis prædictis, etiam specialis commissionis, aut aliquibus ex ipsis vsu receptas fuisse: Nos considerantes ea hoc necessario non inferri, quod constitutiones, additiones, modificationes, & correctiones prædictæ suum vigorem amiserint, attendentesque, quod fel. mem. Leo Papa X. etiam prædecessor noster in Lateranensi Concilio nouissime celebrato, Egidianas constitutiones prædictas, quæ fundamentum totius fere voluminis existunt prædicti, approbauit, & confirmauit, quodq; constitutiones prædictæ, vt nobis a peritis, quibus hanc curam demandauimus, relatum est, & iuridicæ, & populis vtiles, & proficuæ sunt, & propterea volentes omnino effectum suum consequi, & plenum robur obtinere, literas prædictas, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, cum extensione prædicta, & omnibus, & singulis decretis, & clausulis in eis contentis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, & ex certa scientia approbamus, & confirmamus, easque tam in Vrbe, quam prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis prædictis, etiam specialis commissionis, per omnes cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis extiterint, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere: Sicque per quoscunque etiam palatij apostolici causarum Auditores, & quoscunque alios, etiam auctoritate apostolica deputatos iudices, etiam in pendentibus causis pronunciari, sententiari, & diffiniri debere, sublata eis aliter iudicandi, sententiandi, & diffiniendi auctoritate, & facultate, irritum & inane si secus super his a quoquam quauis occasione, vel causa, & auctoritate contigerit attentari, decernimus. Volumus quoque præsentes literas in valuis basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ, ac in acie campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris affigi, & copiam collationatam dimitti, vt illæ ad cunctorum notitiam facilius valeant peruenire, ne aliquis de illis ignorantiam prætendere possit, nec quomodolibet allegare, cum non sit verisimile apud aliquos remanere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ Sixtus, et Leo prædecessores prædicti voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo octauo, tertio Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

Egidius Cardinalis Apostolicus Legatus, quasdam Prouinciales constitutiones edidit.

Sixt. 4. cuius const. habes sup. fol. 300. constitutiones Egidii, & etiam alias in vnum volumen collectas, obseruari mandauit.

Et illas etiam ad Vrbē, & alias Ciuitates extendit, vt ibidē fol. 302.

Dubitabatur tamen de viribus dictę const. Six. 4. quia non apparebat illas constitutiones vsu receptas fuisse.

Pont. ideo const. Six. 4. confirmat.

Decretū irritās.

Clausulæ derogatoriæ.

Declaratio illius constitutionis.

Cum, sicut accepimus, licet inter alias per bo. me. Egidium, dum viueret tituli sancti Clementis presbyterum Cardinalem, & fe. re. Innocentium Papam VI. ac sedis apostolicæ in patrimonio beati Petri, & alijs prouincijs, necnon ciuitatibus, terris, castris, & locis S. R. E. immediate subiectis, & intra limites etiam tunc expressos Legatum, necnon in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem æditas constitutiones, & ordinationes Egidianas nuncupatas, & per piæ mem. Sixtum IIII. etiam prædecessorem nostrum confirmatas. Vna libro vi. capit. ij. per quam omisso medio ad sedem apostolicam appellari prohibetur. Ita quod appellatio omisso medio vt præfertur, interposita perinde, ac si interposita non extitisset, aliquem iuris effectum non sortiatur. Et alia eodem libro capit. 19. quod a rectore prouinciæ, vel eius iudicibus, aut officialibus, tam generalibus, quam specialibus, & sententijs ab eisdem iudicibus latis coram ipso rectore, suisque iudicibus tantummodo, sub pœna decem millium ducatorum auri, Curiæ Causarum Cameræ apostolicæ generalis pro tempore existens, cui vt omnes appellationes in terris S. R. E. mediate & immediate subiectis, etiam omisso medio, interpositas recipere, & admittere, & in causis appellationum huiusmodi procedere posset, per sedem apostolicam concessum fuit, ipseque Auditor in possessione, seu quasi pacifice dictas appellationes admittendi, & de eis cognoscendi existat. Quia tamen nos nuper constitutiones Egidianas prædictas, etiam cum appositione decreti irritantis, approbauimus, confirmauimus, & innouauimus, illasque etiam hic in Curia inuiolabiliter obseruari mandauimus, a nonnullis iurisdictioni præfati, Auditoris Cameræ ab immemorabili tempore, vt præfertur, obseruatæ, præiudicatum fuisse asseratur, nos quorum intentionis nunquam fuit, per approbationes, confirmationes, & innouationes prædictas, iurisdictioni præfati Auditoris, & eius officij in aliquo præiudicare, vel derogare, indemnitati ipsius Auditoris, & eius officij consulere volentes, quod tam modernus, quam pro tempore existentes dictæ Curiæ Auditores, sicut ante approbationem, confirmationem, & innouationem huiusmodi poterant, & consueuerant, quascunque appellationes (his tamen exceptis, quæ possessorium concernunt) de partibus recipere, & admittere, appellationumque sic, vt præfertur, receptarum, & admissarum causas audire, & ad totalem expeditionem procedere possint, nullumq; per confirmationem, approbationem, & innouationem prædictas, ipsi Auditori, aut eius officio præiudicium fuisse & esse generatum, sic, aut censeatur, statuimus, decernimus, & declaramus, & officium ipsius Auditoris, quatenus ei in præmissis fuisset præiudicatum, & opus sit cōtra, & aduersus literas

Egidianę constitutiones Sixt. 4. confirmauit sup. fo. 300. vt 8 prohibetur appellatio ad sedē apost. omisso medio.

Illis tamen non obstantibus A. C. appellationes in terris vigere susceptum fuit, de quibus habes sup. fol. 264. lul. & 3. seq.

Postea hic Pont. illas Egid. const. confirmauit, vt habes hic sup. & propterea videbatur præiudicasse iurisdictioni A. C.

Ideo Pont. declarat nō præiudicasse

literas nostras prædictas, reponimus, restituimus, & reintegramus. Quodque præmissa omnia, & singula, periade, ac si literæ nostræ huiusmodi non emanassent, libere & licite facere posit, concedimus, & indulgemus. Et sic per quoscunq; &c. iudicari &c. irritum & inanc decernimus, &c. Mandantes dilecto filio nostro Guidoni Ascanio S.R.E. nunc & pro tempore Camerario, vt eidem pro tempore Auditori faciat modernum, & pro tempore existentem dictæ Curiæ Auditorem, dictis priuilegijs vti, frui, perinde ac si literæ nostræ prædictæ quo ad præmissa, vt præfertur, non emanassent. Contradictores per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia opportuna appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam quatenus opus sit ad hoc auxilio brachij secularis. Volumus autem quod præsentium sola signatura sufficiat, ipsarumque & illarum transumptis sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, indubitata in iudicio & extra fides adhibeatur, Et si dicto moderno, vel pro tempore existenti Auditori videbitur, literæ per breue expediri posint. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Decretũ irritans.

Executores constit.

Placet, & ita decernimus, & mandamus. A

XVIII.

Legitimandi Facultates Collegio Scriptorum Archiui Rom. Curiæ per Iul. 2. concessas, declarat & ampliat.

De Materia Collegij Archiui vide infra Pij V. const. 89. Pridem. vbi not.

De Facultatibus legitimandi habes infra Pij 4. const. 86. Quamuis & ibi not. 60.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam per eius prædecessores gesta, cum super illis dubia oriuntur, ne aliqui propterea litibus indebitis fatigentur, dilucidat, & declarat, prout conuenit, & rei qualitate inspecta conspicit in domino salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Collegij Scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ nobis nuper exhibitæ petitio continebat, Quòd licet dudum fe. re. Iulius Papa II. prædecessor noster in institutione Collegij prædicti per eum erecti, inter alia eidem Collegio, seu illius Correctoribus & Officialibus quoscunque Bastardos, Manseres, & Nothos, sine tamẽ præiudicio venientium ab intestato, legitimandi facultatem concesserit, ac Collegium, seu Correctores, & Scriptores præfati facultatis huiusmodi vigore certas formas super huiusmodi legitimationibus faciendis ordinauerint, & tam tempore ipsius Iulij, quàm etiam piæ mem. Leonis X. Adriani VI. & Clementis VII. Roman. Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, ac nostri Pontificatuum temporibus facultatem huiusmodi continuãtes, quàmplures Bastardos, Manseres, & Nothos ex quocunque coitu procreatos, etiam stantibus legitimis, absque tamen præiudicio venientium ab intestato, iuxta dictas formas diuersimode legitimauerint, ac in possessione, seu quasi legitimandi huiusmodi pacifice, & dictæ formæ per ipsos obseruatæ hactenus fueriot, ac legitimationes per eos hactenus factæ impugnatæ non extiterint, neque de illarum validitate ab aliquibus hactenus hæsitatum fuerit: Nihilominus in præsentiarum à nonnullis de viribus legitimationum per ipsum Collegium de illegitimo consensu patrum legitimorum, stantibus filijs legitimis & naturalibus, iuxta formam per ipsos traditam factarum hæsitatur, & asseritur facultatem Collegij huiusmodi ad casum in quem pater illegitimi filios legitimos & naturales haberet, se non extendere, cum hoc in ipsa facultate specialiter expressum non reperiatur, ac solum Bastardos, Manseres, & Nothos cum illa clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, comprehensos esse: Quare pro parte præfatorum collegij nobis fuit humiliter supplicatum, vt super ijs opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ambiguitatis dubium submouere, et tam per ipsos Collegium dictæ facultatis vigore, in posterum legitimandorum, quam etiam ipsorum Collegij, quorum interpretatione formæ prædictæ traditæ fuerunt, & iuxta illas legitimationes huiusmodi processerũt, indemnitati prouidere, ac dispendijs, necnon diuersis litibus & forsan scandalis, quæ exinde oriri, & subsequi possent, obuiare, necnon statui tam Vrbis, quam Romanæ ecclesiæ, in qua legitimationes ipsæ concedentur, quieti consulere, necnon formarum & legitimationum huiusmodi tenores præsentibus pro expressis habere volentes, ipsasq; legitimationum formas, vt præfertur, traditas, approbantes, confirmantes, & innouantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præfatos Collegium facultatis prædictæ vigore, quoscunq; illegitimos, ex quocunque illicito & damnato coitu procreatos, etiam si eorum genitores filios legitimos & naturales haberent, absque tamen præiudicio venientium ab intestato, legitimare posse, & legitimationes per eos in posterum faciendas, etiam stantibus legitimis, validas & efficaces fore, suosque effectus sortiri, & firmiter obseruari debere, & illis quibus fieri contigerit, suffragari, ac eos qui legitimati pro tempore fuerint, iuxta huiusmodi legitimationes succedere posse. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque etiam causarum palatij apostolici Auditores, & dictæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi faculate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, & decernimus, ac pro potiori cautela facultatem prædictam ad hoc extendimus & & ampliamus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ præfatus Iulius prædecessor in literis erectionis Collegij huiusmodi voluit non obstare, & quæ præsentibus pro repetitis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, innouationis, declarationis, decreti, extensionis, & ampliationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, M. D. XXXVIII. Pridie Calendas Nouembris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Iulius erexit Collegium Archiui Romanæ Curiæ, & eius Officialibus concessit facultatem legitimandi Bastardos sine præiudicio venientiũ ab intestato, vt habes sup. fol. 177.

Et illi vigore istius facultatis multos legitimarunt.

Dubitari tamen cœptũ est talẽ illegitimorum filiorum legitimationem non valere, stantibus alijs filijs legitimis.

Ideo Pont. tales legitimationes valere declarat. Declarationẽ vide inf. Pij 4. cõst. 26. Quamuis vbi notabo.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

A. Caue.

Visa de Curia L. Sauli.

A. Virioni

De Faculta-

XIX.

De Facultatibus & iurisdictione Rodulphi Cardinalis de Carpo, Legati de Latere in Prouincia Marchiæ.

De Moderatione istarum Facultatum, ac de Materia vide sup. const. 16. Licet, vbi notaui.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Rodulpho tt. sanctæ Priscæ Presbytero Cardinali de Carpo nuncupato, in prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ, ac ciuitatibus, terris, castris, & locis, Massæ, Trebariæ, & Præsidatus Farsensis, necnon Asculi, apostolicæ sedis Legato, ac pro nobis, & Romana Ecclesia in spiritualibus & temporalibus generali Vicario salutem & apostolicam bened.

Rodulphū Cardinalem de Carpo Legatum in Prouincia Marchiæ creat cum facultatibus hic expressis, videlicet.

CVM nos hodie te in prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ, ac ciuitatibus, terris, castris, & locis Massæ, Trebariæ, & Præsidatus Farsensis, necnon Asculi, legatum de latere, ac pro nobis, & Romana Ecclesia in spiritualibus & temporalibus Vicarium generalem ad Dei, & apostolicæ præfatæ Ecclesiæ laudem & honorem vsq; ad nostrum, & sedis apostolicæ beneplacitum apostolica auctoritate de fratrum nostrorum, & dictæ Ecclesiæ Cardinalium consilio duxerimus destinandum, nos cupientes, vt erga personas in locis tuæ legationis residentes, ac familiares tuos continuos commensales, & alios quoscunque ad te venientes, in quocunque loco, extra tamen mœnia Vrbis nostræ constitutos, durante huiusmodi legatione te gratiosum reddere possis, & valeas, quotquot tibi videbitur Comites Palatinos, & Acoluthos Capellanos creandi, & etiam in nostros & dictæ sedis notarios auctoritate apostolica recipiendi, & aliorum nostrorum, & dictæ sedis notariorū, & Acoluthorum Capellanorum & Aulæ nostræ lateranensis palatij Comitum Palatinorum numero & consortio, respectiue fauorabiliter aggregandi, ita quod omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, indultis, honoribus, exemptionibus, gratijs, libertatibus, ac immunitatibus, & indultis gaudeat, & vtantur, ac vel potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum alij nostri & dictæ sedis notarij, ac Acoluthi Capellani, & dictæ Aulæ Comites Palatini, exhibendi quoque, & exhiberi faciendi eis insignia notariatus huiusmodi, recepto tamen ab eis prius solito iuramento: Necnon per te quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum secularium, vel regularium resignationes simpliciter, vel ex causa permutationis recipiendi, & admittendi, ac illis per te receptis, & admissis prædicta resignata, necnon quæcunque alia beneficia ecclesiastica, secularia, & regularia huiusmodi per obitum quorumcunque, & familiarium tuorum continuorum commensalium, aut alias infra metas tuæ legationis vacantia personis idoneis, quibus tibi videbitur prouidendi. Necnō super resignatorum beneficiorum huiusmodi aut alijs fructibus, redditibus, & prouentibus, quascunq; annuas pensiones tertiam partem fructuum non excedentes, eisdem resignantibus, vel alijs personis, & quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, annis singulis, in locis terminis, ac sub priuationis, & alijs censuris, & pœnis ecclesiasticis in talibus apponi solitis, & per successores persoluendi de consensu illorū, qui dictas pensiones persoluere habebunt, legitima tamen subsistente causa, reseruandi, constituendi, & assignandi: Ac cum nobilibus, & graduatis, vt quæcunque tria, & cum quibus etiam ad duo beneficia ecclesiastica, ad vitam obtinendi dispensatum foret, cum eis, vt quotcunque tertium, cum alijs vero, vt quæcunque duo curata, seu alias inuicem incompatibilia, necnon quæcunque duo alia dissimilia, aut simplicia similia sub vno, & eodem tecto consistentia, alias se inuicem, & cum dictis incompatibilibus compatientia, beneficia ecclesiastica, & alterum sub eodem tecto consisten. cum cura, aut canonicatus, & præbendam, ac illud & incompatibilia beneficia huiusmodi dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, & Metropolitanis post pontificales maiores, aut collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, aut duo ex eis parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, seu talia mixtim fuerint, & ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuerint, qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum. Necnon cum quibuscunque natalium, & ætatis in vigesimo tertio anno, ac membrorum, & oculi, non tamen canonis, dummodo non sit talis deformitas, vt ex illa scandalum generetur in populo, defectus patientibus, vt ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri, & in illis etiam in altaris ministerio ministrare, & quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura se inuicem compatientia, vt præfertur, qualificata, dummodo dignitates maiores post pontificales, & principales non existant. Necnon cum triginta ordinum mendicantium professoribus, vt quotcunque beneficium ecclesiasticum curatum per clericos seculares teneri solitum, etiam parochialis ecclesia, vel eius perpetua vicaria, & cum quibusuis etiam personis quorumcunque ordinum non mendicantium professoribus, vt quæcunque duo beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura per eorum ordinum respectiue professores obtineri solita, etiam si prioratus, præposituræ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia fuerint, vnum videlicet, si cōuentuale, vel claustrale fuerit, in titulum, reliquum vero quod simile non non sit. Ita quod debitis, & consuetis illorum supportatis oneribus, liceat eis de residuo illorum fructibus, redditus, & prouentibus sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt (Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & preciosorum mobilium eis penitus interdicta) disponere, & ordinare in commendam, si eis alias canonice conferantur, aut eligantur præsententur, vel alias sumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & insimul quoad vixerint retinere, illaque simul, vel successiue, simpliciter, vel ex causa permutationis, quotiens ei placuerit, dimittere, ac loco dimissi, vel dimissorum aliud, vel alia simile, vel dissimile, aut similia, vel dissimilia beneficium, seu beneficia ecclesiasticum, vel ecclesiastica, tria quoad nobiles, & graduatos, & quoad alios duo incompatibilia, & duo sub eodem tecto, & quoad illegitimos quæcunque, quotcunque, & qualiacunque se inuicem compatientia beneficia ecclesiastica similiter recipere, & dummodo vltra illa omnia plura quam tria incompatibilia, & plures quam duæ parochiales ecclesiæ, & sub eodem tecto duo canonicatus, & duæ præbendæ, ac totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia non existant, quoad vixerint, vt præfertur, retinere. Necnon cum quibusuis personis, vt ratione quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum ex statuto, vel consuetudine, aut fundatione, seu de iure sacros, & presbyteratus ordines requirentium vsque ad septennium a fine anni a iure præfixi computandum (dummodo infra primum biennium dicti septennij subdiaconi fiant) vt ad alios sacros etiam presbyteratus ordines se promoueri

Comites Palatinos, tabelliones, &c. creandi. Quod limitatur infra in Pij 4. cōst. 112. In sacrosā.

Beneficiorū Resignationes recipiendi, & de vacantibus prouidendi ac pensiones reseruandi & constituēdi, & ad plura beneficia dispensandi &c. Limitationes habes infra in Pij 4. cōst. 65. Sāctissimus & cōst. seq.

Dispensandi sq; in tertio & quarto gradu &c. Quod reuocauit idem Pius 4. in dicta const. 65.

moueri facere minime teneantur, necnon cum ijs, qui sine dispensatione ante ætatem legitimam, seu per fal-
tum, & ad fictum titulum beneficij ad dictos ordines promoti fuerint, eos ab excessu quem propterea incurre-
runt, absoluendi, & ordinibus susceptis vti, & ad alios promoueri, & in illis ministrare possint, & super irregu-
laritate per eos forsan contracta. Et cum quibusuis personis tertio, & quarto mixtim, aut simplici quarto con-
sanguinitatis, & affinitatibus gradibus inuicem, seu cognatione spirituali (dummodo non inter leuantes, & le-
uatos) coniunctis a quocunque impedimento publicæ honestatis & iustitiæ impedimentis, vt inuicem matri-
monialiter copulari, & in contractis per eos ignoranter matrimonijs remanere possint, prolem exinde susce-
ptam, & suscipiendam legitimam decernendi, ac eos ab huiusmodi excessu absoluendi. Necnon cum quibusuis

Horasq; canonicas per se vel cũ alijs dicendi &c. Ad quod vide infra Pij V. const. 538. ex proximo.

personis ecclesiasticis & secularibus, vt leges audire, & legere, ac cum regularibus, vt vbicunque verbum Dei
prædicare valeant auctoritate nostra dispensandi. Necnon omnes qui horas canonicas prout tenebantur dice-
re, & recitare dimiserunt absoluendi, ac quibusuis personis, vt horas canonicas, & officium diuinum secundum
morem consuetum Romanæ ecclesiæ soli, aut cum vno, vel duobus socijs dicere, & recitare: Ac quoscunque
vtriusque sexus personas suæ curæ creditas, & quarum animarum cura, ratione quaruncunque parochialium
ecclesiasticarum, vel aliorum beneficiorum suorum eis immineret, eorum confessionibus auditis, ab omnibus,
& singulis (præterquam sedi apostolicæ reseruatis) casibus absoluere, & eis pœnitentiam salutarem possint, &
valeant iniungere, indulgendi. Et quoscunque notarios publicos, & tabelliones, ac iudices ordinarios creandi,
ac de tabellionatus, vel iudicatis officijs per pennam, & calamare, vt moris est, quos ad id idoneos, & fideles, ac

Absoluẽdi à iuramento ad effectũ agendi & excipiẽdi, & periurij ac infamiæ maculam tollendi.

in litteratura sufficientes esse repereris (recepto ab eis nostro, & præfatæ Romanæ ecclesiæ nomine solito iura-
mento) inuestiendi. Necnon quæcunque iuramenta ad effectum agendi, & recipiendi, vel etiam simpliciter, si ti-
bi videbitur expedire (Dummodo exinde alicui magnum præiudicium non generetur) relaxandi. Ac quascunq;
personas, tam ecclesiasticas, quam seculares, quæ periurij reatum incurrissent ab eo absoluendi, & ad honores
priores, statum, & famam restituendi, & plenarie reintegrandi, omnemq; inhabilitatis & infamiæ maculam, si-
ue notam præmissorum occasione, ac forsan in aliqua beneficia ecclesiastica curata, vel alias inuicem incompa-
tibilia præter & contra constitutionem fel. rec. Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit Execra-
bilis. Et illa, aut non promoti ad ordines detinuerint, & illorum fructus indebite perceperint contractam, penĩ-
tus abolendi. Dictaque beneficia (eis tamen facta prius de fructibus male perceptis debita compositione cum

Absoluendi etiã eos qui in Clericos, manus violẽtas inieserũt, aut ad infideles prohibita detulerũt De quo habes supra f. 71. Nic. 5. const. 2 olim. Et an sint casus reseruati in bulla cęnę Domini vide Gregor. 13. const. 92. Consueuerunt.

Camera apostolica) de nouo conferendi, & cum eis, vt ea retinere possint, dispensandi. Ac quibuscunque quĩ
in clericos & presbyteros, non tamen pontificali dignitate præditos, ac citra membri mutilationem, & mor-
tem manus violentas temere iniecissent, seu arma, & alia prohibita ad infideles detulissent, seu etiam deferri fe-
cissent, ab excommunicationis sentẽtia, quam propter hoc incurrerint, si hoc humiliter petierint, Ac etiam quĩ
tempore bellorum rapinas, furta, sacrilegia, incendia, & alia mala perpetrarunt, debita satisfatione præuia, cu-
iuscunque status, dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, ab excessibus huiusmodi respectiue, Necnõ quoscun
que religiosos ordinum quorumcunque, qui ob sui habitus non delationem, aut alias apostasiæ reatum incur-
rissent, ab illis alijsque excommunicationis sententijs, censuris, & pœnis, quas propterea iuxta instituta sacro-
rum canonum, & ordinum irregularitatem incurrissent, absoluendi, & cum his qui ad latiorem ordinem de fa-
cto translati fuerint, & inibi remanere possint, dispensandi. Ac contra quoscunque, tam ecclesiasticos, quam
laicos literarum supplicationum, & commissionum apostolicarum falsificatores, schismaticos, hæreticos, vsura-
rios, raptores, & aliorũ quoticunq; criminũ reos, cuiuscunq; dignitatis, status gradus, ordinis, conditionis, &

Absoluẽdi quoq; à reatu Apostasiæ &c. De quo vide Gregor. 13. const. 74. sedes Apostolica.

nobilitatis fuerint in requirendo, procedendo, & eos iuxta criminum, & excessuum exigentiam, prout canoni-
cæ mandant sanctiones, vel, vt tibi videbitur, puniendo, & si criminosi prædicti ad cor reuersi suum errorem co-
gnouerint, ac de perpetratis doluerint, & veniam humiliter postulauerint, vt tibi videbitur eos a criminibus,
reatibus, excessibus, sententijs, censuris, & pœnis, quas propterea incurrerint, absoluendi, Ac cum eis (facta ta-
men compositione) etiam ad ordines, dignitates, & beneficia ecclesiastica dispensandi, eosque in pristinum sta-
tum restituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam

Falsificatores literarũ Apost. & Hæreticos puniẽdi & absoluẽdi. Isti autem casus sunt reseruatum in Bulla in cœnę Domini vt habes in Greg. 13. const. 92 consueuerunt.

ex præmissis prouenientem penitus abolendi. Et cum dictis vsurarijs super male ablatis, & perceptis incertis
pro dicta Camera componendi, eisque vt compositione facta huiusmodi ad restitutionem non teneantur. Ac
quibusuis personis ecclesiasticis, secularibus & regularibus, bona immobilia ecclesiarum, monasteriorum, & be-
neficiorum suorum permutare, vendere & ad tempus, & longum locare, ac in feudum, & emphyteosim, seu cen-
sum, & affictum concedere, & alias alienare valeant in euidentem ecclesiarum vtilitatem concedendi, & fa-
ctarum alienationum defectus, tam iuris, quam facti, similiter in euidentem ecclesiarum, monasteriorum, & be-
neficiorum huiusmodi vtilitatem confirmandi. Necnon quibusuis personis ecclesiasticis secularibus & regularĩ-
bus, vt ad vitam, vel ad certum tempus de quo tibi videbitur in Romana Curia, vel altero beneficiorũ suorum

Alienationes rerũ Eccl. concedẽdi & confirmandi in euidentem vtilitatem Eccl. De quo habes supra fol. 88. Pauli 2. const. 2.

residendo, aut literarum studio, in loco vbi illud vigeat generale insistendo, omnes & singulos fructus, redditus,
& prouentus, omnium, & singulorum beneficiorum cum cura, & sine cura, quæ in quibusuis ecclesijs, siue locis
obtinent, & in posterum obtinebunt, cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) cum
qua illos perciperent si in eisdem ecclesijs, siue locis personaliter residerent, & ad residendũ interim in eisdem
minime teneantur, & ad id compelli non possint. Prouiso quod beneficia prædicta debitis propterea non frau-
dentur obsequijs, & animarum cura in eis quibus illa immineat nullatenus negligatur, sed per bonos, & suffici-

Cum studẽtibus extra residentiã, & fructuũ benef. perceptiones dispensandi. Declarationẽ habes in Pij 4. cõst. 113. Sanctissimus.

entes vicarios, quibus de dictorum beneficiorum prouentibus necessaria ministrẽtur, deseruiantur inibi lauda-
biliter in diuinis indulgendi, Ac omnibus & singulis vtriusque sexus, qui missæ solemni in quacunque ciuita-
te, & terra famosa, & populata per te decantandæ, seu celebrandæ interfuerint, viginti annos, & totidem qua-
dragenas de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer in Domino relaxandi, Ac quibusuis personis secularibus,
et ecclesiasticis, vt confessorem idoneum secularem, vel cuiusuis ordinis regularem possint eligere, qui eorun-
dem confessionibus diligenter auditis, eos in omnibus (præterquam sedi apostolicæ reseruatis casibus) absolue-

Indulgentiasque interessentibus solemni Missę ipsius legati concedendi.

re, et semel in vita, et in mortis articulo plenariam indulgentiam elargiri, Necnon vota quæcunque per eos
emissa (vltramarin. liminum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Sancti Iacobi in Compostella, et castitatis et
Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possint. Quodque nobilibus, et presby-

Et vota cõmutãdi vt hic.

teris graduatis liceat habere altare portatile, super quo in locis ad hoc congruentibus, et honestis, etiã ordina-
ria auctoritate interdictis (sine iuris alieni præiudicio, ac iure parochialis Ecclesiæ; ac cuiuslibet alterius sẽper
saluo) Et cum qualitas negotiorum id exigerit, antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, per se,

ipsos

ipsos qui presbyteri fuerint, aut per proprium, vel alium sacerdotem idoneum, in sua, & familiarium suorum domesticorum præsentia, missas, & alia diuina officia celebrare seu celebrari facere possint (Dūmodo causam non dederint interdicto, & id eis specialiter interdictum non fuerit) concedendi, & indulgendi plenam, & liberam auctoritate apostolica, tenore præsentium licentiam concedimus pariter & facultatem. Non obstantibus defectibus, & alijs præmissis, ac generalis, & Lateranensis Conciliorum, necnon bo. me. Pij Papæ II. quæ incipit. Cum ex sacrorum canonum ratio, ac Bonifacij Papæ VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prohibentium concessiones de fructibus in absentia percipiendis, sine præfinitione temporis fieri debere, & alijs apostolicis necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon ecclesiarum in quibus secularia, ac monasteriorum, & aliorum locorum in quibus ipsa regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu a quibus ipsa regularia dependere contigerit, & ordinum quorum illa extiterint, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, quibus (etiam si de illis seruandis, & non impetrandis literis contra ea præstita essent hactenus, vel in posterum præstari contigerit iuramenta) & ad illorum derogationem specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mētio, seu quæuis alia expresio habēda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expræsis habentes, illis alias in suo robore permansuris specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Prouiso quod in compatibilia sæcularia, & propter commendas huiusmodi regularia beneficia debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum cura in eis quibus illa immineat, nullatenus negligatur, sed secularium consueta, & regularium antedicta congrue supportentur onera. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimo nono, vndecimo Calendas Maij, Pontificatus nostri anno quinto.

Clausulę derogatoriæ.

A. Cance.

D. Grazelus.

XX.

De Henrici Angliæ Regis, eiusque Fautorum & Complicum erroribus, illorumque Excommunicatione, & alijs Pœnis.

De Materia habes supra fol. 36. Ioannis XXII. const. 5. Paternum, & fol. 272. Leon. X. const. 45. Ex supernæ, & infra in Pij V. const. 102. Regnans. & ibi notabo.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVM redemptor noster ideo illum, qui ipsum negauerat, Petrum videlicet, vniuersæ ecclesiæ præficere voluerit, vt in sua culpa disceret alijs esse miserendum: non immerito Romanus Pontifex, qui ipsius Petri in dignitate successor existit, debet etiam in officio exercendæ misericordiæ ipsius esse successor. Sed cum in eum dirigitur misericordia, qui ex hoc fit insolentior, & obstinatior, aliosque secum trahit in perditionem, debet ipse Romanus Pontifex postposita in eum misericordia omnem seueritatem adhibere, quo membrum illud putridum ita a corpore separetur, vt reliqua membra absque metu contagionis salua remaneant, præsertim cum pluribus curis adhibitis, & multo tempore in hoc consumpto, morbum quotidie magis inualescere, ipsa experientia comprobat. Alias cum nobis relatum fuisset, quod Henricus Angliæ Rex præter ea, quæ matrimonium de facto, & contra prohibitionem ecclesiæ temerarie contractum, concernebant, quasdam leges, seu generales constitutiones subditos suos ad hæresim, & schisma agentes ædiderat, & bonæ memoriæ Ioannis tt. sancti Vitalis presbyterum Cardinalem Roffen. publice damnari, & capite puniri, ac alios quamplures prælatos, necnon alias personas ecclesiasticas hæresi, & schismati huiusmodi adhærere nolentes, carceribus mancipari fecerat. Nos licet illi, qui talia nobis retulerant tales essent, vt nullo modo de veritate suorum dictorum ambigendum esset, Cupientes tamen respectu ipsius Henrici Regis, quem antequam in has insanias incideret, peculiari quadā charitate prosequebamur, prædicta falsa reperiri, de eis informationē vlteriorē habere procurauimus, & inuenientes clamorē ad nos delatum verū esse, ne nostro officio deessemus, cōtra eum procedere decreuimus, iuxta formā quarundā literarum nostrarū, quarū tenor sequitur. Et est talis.

Causa istius const.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

EIVS qui immobilis permanens sua prudentia ordine mirabili dat cuncta moueri, disponente clementia vices, licet immeriti gerentes in terris, & in sede iustitiæ constituti, iuxta prophetæ quoq; Hieremiæ vaticinium dicentis, Ecce te constitui super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes, præcipuū super omnes Reges vniuersæ terræ, cunctosque populos obtinentes principatum, ac illum qui pius, & misericors est, & vindictam ei, qui illam præuenit paratam temperat, nec quos impœnitentes videt seuera vltione castigat, quin prius comminetur, in assidue autem peccantes, & in peccatis perseuerantes, cum excessus misericordiæ fines prætereunt, vt saltem metu pœnæ ad cor reuerti cogantur, iustitiæ vires exercet, imitantes, ex incumbenti nobis apostolicæ solicitudinis studio perurgemur, vt cunctarum personarum nostræ curæ cœlitus commissarum salubri statui solertius intendamus, ac erroribus, & scandalis, quæ hostis antiqui versutia imminere conspicimus, propensius obuiemus, excessusque, & enormia, ac scandalosa crimina congrua seueritate coerceamus, & iuxta apostolum inobedientiam ouium promptius vlciscendo illorum perpetratores debita correctione sic compescamus, quod eos Dei iram prouocasse pœniteat, & ex hoc alijs exemplum cautelæ salutaris accedat. Sane cum superioribus diebus nobis relatum fuisset, quod Henricus Angliæ Rex, licet tempore Pontificatus fel. rec. Leonis Papæ X. prædecessoris nostri diuersorum hæreticorum errores sæpe ab apostolica sede, & sacris Concilijs præteritis temporibus damnatos, & nouissime nostra ætate per perditionis alumnum Martinum Lutherum suscitatos, & innouatos zelo Catholicæ fidei, & erga dictam sedem deuotionis feruore inductus, non minus docte, quam pie per quendam librum, per eum desuper compositum, & eidem Leoni prædecessori, vt eum examinaret, & approbaret oblatum confutasset, ob quod ab eodem Leone prædecessore, vltra dicti libri cum magna ipsius Henrici Regis laude, & commendatione approbationem, titulum Defensoris Fidei re-

Henricus Rex Angliæ tēpore Leonis X. scripsit cōtra Lutherum & alios hæreticos vt habes sup. fol. 272. const. 45. Ex supernę.

Et Leo eius scripta confirmauit & titulū Defensoris Fidei donauit, vt in dicta cōstit. 45.

Rex postea deuiauit a fide, dimisit Catherinam eius coniugem, & de facto cũ Anna matrimoniũ contraxit.

portauerit, a recta fide, & apostolico tramite deuians, ac propriæ salutis, famæ, & honoris immemor, postquam charissima in Christo filia nostra C atherina Angliæ Regina Illustri sua progenie coniuge, cum qua publice in facie ecclesiæ matrimonium contraxerat, & per plurea annos continuauerat, ac ex qua dicto constante matrimonio prolem pluries susceperat, nulla legitima subsistente causa, & contra ecclesiæ prohibitionem dimissa, cum quadam Anna Bollena muliere Anglica dicta Catherina adhuc viuente, de facto Matrimonium contraxerat, ad deteriora prosiliens, quasdam leges, seu generales constitutiones ædere non erubuit, per quas subditos suos ad quosdam hæreticos, & schismaticos articulos tenendos, inter quos & hoc erat, quod Romanus Pontifex Caput Ecclesiæ, & Christi Vicarius non erat, & quod ipse in Anglica Ecclesia supremum caput existebat, sub grauibus etiam mortis pœnis cogebat, & his non contentus diabolo sacrilegij crimen suadente, quamplures prælatos etiam Episcopos, aliasque personas ecclesiasticas, etiam regulares, necnon seculares sibi vt hæretico, & schismatico adhærere, ac articulos prædictos sanctorum patrum decretis, & sacrorum Conciliorum statutis, immo etiam ipsi euangelicæ veritati contrarios, & tamquam tales alios damnatos approbare, & sequi nolentes, & intrepide recusantes capi, & carceribus mancipari, Hisque similiter non contentus mala malis accumulando, bonæ memoriæ Io. tt. sancti Vitalis presbyter Cardinalis Roffen. quem ob fidei constantiam, & vitæ sanctimoniam ad Cardinalatus dignitatem promoueramus, cum dictis hæresibus, & errotibus consentire nollet, horrenda immanitate, & detestanda sæuitia publice miserabili supplicio tradi, & decollari mandauerat, & fecerat,

Et quasdã leges hæreticas edidit, & subditos suos illas seruare nolẽtes carcerari, & Car. Roffen. decolari fecit.

excommunicationis, & anathematis, aliasque grauissimas sententias, censuras, & pœnas in literis, ac constitutionibus recolendæ memoriæ Bonifacij VIII. & Honorij III. Roman. Pontific. prædecessorum nostrorum desuper æditis contentas, & alias in tales a iure latas damnabiliter incurrendo, ac regno Angliæ, & dominijs, quæ tenebas necnon regalis fastigij celsitudine, ac præfati tituli prærogatiua, & honore se indignum reddendo. Nos licet ex eo, quod prout non ignorabamus idem Henricus Rex in certis censuris ecclesiasticis,

Bonif. & Honor. const. istathic nõ habes, sed vide infra Pij V. cõst. 99. Infelicis, vbi extendit cõst. Bonif. & ibi notab.

quibus a piæ memoriæ Clemente Papa VII. etiam prædecessore nostro postquam humanissimis literis, & paternis exhortationibus, multisque nuntijs, & medijs, primo, & postremo, etiam iudicialiter, vt præfatam Annam a se dimitteret, & ad prædictæ Catherinæ suæ veræ coniugis consortium rediret, frustra monitus fuerat, innodatus extiterat, Pharaonis duritiam imitando per longum tempus in clauium contemptum insordnerat, & insordescebat, quod ad cor rediret vix sperate posse videremus. ob paternam tamen charitatem, qua in minoribus constituti donec in obedientia, & reuerentia sedis prædictæ permansit, eum prosecuti fueramus, vtque clarius videre possemus, an clamor qui ad nos delatus fuerat (quem certe etiam ipsius Henrici Regis respectu falsum esse desiderabamus) verus esset, statuimus ab vlteriori contra ipsum Henricum Regem processu ad tempus abstinendo huius rei veritatem diligentius indagare. Cum autem debitis diligentijs desuper factis clamorem ad nos, vt præfertur, delatum, verum esse, simulque, quod dolenter referimus, dictum Henricum Regem ita in profundum malorum descendisse, vt de eius resipiscentia nulla penitus videatur spes haberi posse, reperimus.

Clem. 7. (cuius cõst. hic non habes) multis modis dictum Regem inducere tentauit ad dimittendum Annam, & reducendum ad consortium Catherinæ, & tandem censuris ecclesiasticis eum innodauit, & ille insordescendo deterior euasit.

Nos attendentes veteri lege crimen adulterij notatum lapidari mandatum, ac authores schismatis hiatu terræ absorptos, eorumque sequaces cœlesti igne consumptos, Elimamque magum vias Domini resistentem per apostolum æterna seueritate damnatum fuisse, volentesque ne in districto examine ipsius Henrici Regis & subditorum suorum, quos secum in perditionem trahere videmus, animarum ratio a nobis exposcatur, quantum nobis ex alto conceditur prouidere contra Henricum Regem, eiusque complices, fautores, adhærentes, & sequaces, & in præmissis quomodolibet culpabiles, contra quos ex eo quod excessus, & delicta prædicta adeo manifesta sunt, & notoria, vt nulla possint tergiuersatione celari, absque vlteriori mora ad executionem procedere possemus, benignius agendo decreuimus infrascripto modo procedere.

Ideo Pont. iste cõtra Regem, complices & fautores decreuit procedere, vt hic.

Habita itaque super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio, & assensu præfatum Henricum Regem, eiusque complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, ac quoscunque alios in præmissis, seu eorum aliquo quoquo modo culpabiles, tam laicos, quam clericos, etiam regulares, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ & excellentiæ existant (quorum nomina, & cognomina perinde ac si præsentibus insererentur pro sufficienter expressis haberi volumus) per viscera misericordiæ Dei nostri hortamur, & requirimus in Domino, quatenus Henricus Rex a prædictis erroribus prorsus abstineat, & constitutiones, seu leges prædictas, sicut de facto eas fecit, reuocet, casset, & annullet, & a coactione subditorum suorum ad eas seruandas, necnon carceratione, captura, & punitione illorum, qui ipsis constitutionibus, seu legibus adhærere, aut eas seruare noluerint, & ab alijs erroribus prædictis penitus, & omnino abstineat, & si quos præmissorum occasione captiuos habeat relaxet,

Regem itaq; hortatur, vt hæreticas illas constitutiones reuocet, & ab huiusmodi erroribus desistat.

Complices vero, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces dicti Henrici Regis in præmissis, & circa ea ipsi Henrico Regi super his de cætero non assistant, nec adhæreant, vel faueant, nec ei consilium, auxilium, vel fauorem, desuper præstent, alias si Henricus Rex, ac fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, hortationibus, & requisitionibus huiusmodi non annuerint cum effectu, Henricum Regem, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, ac alios culpabiles prædictos, auctoritate apostolica, ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, a qua etiam prætextu cuiuscunque priuilegij, vel facultatis, etiam in forma confessionalis, cum quacunque efficacissimis clausulis a nobis, & sede prædicta quomodolibet concessi, & etiam iteratis vicibus innouati, ab alio, quam a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, ita tamen, quod si aliquem absolui contingat, qui postmodum conualuerit, nisi post conualescentiam, monitioni, & mandatis nostris huiusmodi paruerit cum effectu, in eandem excommunicationis sententiam reincidat, absolui non possint.

Complices vero, & fautores monet, ve abstineãt Regi desuper fauere vel adhærere.

Inobedientesq; maioris excommunicationis sententia innodat.

Necnon rebellionis, & quo ad Henricum Regem, etiam perditionis regni, & dominiorum prædictorum, & tam quo ad eum, quam quod ad alios monitos supradictos supra, & infrascriptis pœnis, quas si dictis monitioni, & mandatis, vt præfertur, non paruerint, eos, & eorum singulos, ipso facto respectiue incurrere volumus, per præsentes monemus, eisque, & eorum cuilibet districte præcipiendo mandamus, quatenus Henricus Rex per se, vel procuratorem legitimum, & sufficienti mandato suffultum, infra nonaginta, complices vero, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, ac alij in præmissis quomodolibet culpabiles supradicti seculares, & ecclesiastici, etiam regulares, personaliter, infra sexaginta dies compareant coram nobis ad se super præmissis legitime excusandum, & defendendum, alias videndum, & audiendum cõtra eos, & eorum singulos, etiam nominatim, quos sic monemus, quatenus expediat, ad omnes, & singulos actus, etiam sententiam diffinitiuam, declaratoriam,

Rebellionis quoque & amissionis Regni pœnã imponit.

Regemq; & complices monet, vt infra certum terminum cõpareãt alioquin pœnas hic expressas incidisse declarat.

condemna-

condemnatoriam, & priuatoriam, ac mandatum executionum procedi: Quod si Henricus Rex, & alij moniti prædicti intra dictos terminos eis, vt præfertur, respectiue præfixos non comparuerint, & prædictam excommunicationis sententiam per tres dies, post lapsum dictorum terminorum animo, quod absit, sustinuerint indurato, censuras ipsas aggrauamus, & successiue reaggrauamus, Henricumque Regem priuationis regni, & dominiorum prædictorum, & tam eum quam alios monitos prædictos, & eorum singulos, omnes & singulas alias pœnas prædictas incurrisse, ab omnibusque Christifidelibus cum eorum bonis perpetuo diffidatos esse. Et si interim ab humanis decedat, ecclesiastica debere carere sepultura, auctoritate & potestatis plenitudine prædictis decernimus, & declaramus, eosque anathematis maledictionis, & damnationis æternæ mucrone percutimus: Necnon quæ præfatus Henricus Rex quomodolibet, & ex quauis causa tenet, habet, aut possidet, & quandiu Henricus Rex, & alij moniti prædicti, & eorum singuli in alijs per dictum Henricum Regem non tentis, habitis, aut possessis permanserint, & triduo post eorum inde recessum, & alia quæcunque, ad quæ Henricum Regem, & alios monitos prædictos post lapsum dictorum terminorum declinare contigerit, Dominia, Ciuitates, Terras, Castra, Villas, & Oppida, Metropolitanasque, & alias Cathedrales, cæterasque inferiores ecclesias, necnon Monasteria, Prioratus, Domos, Conuentus, & loca religiosa, vel pia cuiuscunque, etiam sancti Benedicti, Cluniacen. Cistercien. Præmostraten. ac Prædicatorum, Minorum, Eremitarum sancti Augustini, Carmelitarum, & aliorum ordinum, ac Congregationum, & Militiarum quarumcunque in ipsis dominijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, Villis, oppidis, & locis existentia: Ecclesiastico supponimus interdicto, ita vt illo durante in illis etiam prætextu cuiuscunque apostolici indulti ecclesijs, monasterijs, Prioratibus, domibus, Conuentibus, locis ordinibus, aut personis, etiam quacunque dignitate fulgentibus concessi, præterquam in casibus a iure permissis, ac etiam in illis alias quam clausis ianuis, & excommunicatis, & interdictis exclusis nequeant Missæ, aut alia diuina officia celebrari: Et Henrici Regis, complicumque, fautorum, adhærentium, consultorum, sequacium, & culpabilium prædictorum filij pœnarum, vt in hoc casu par est, participes sint omnes, & singulos eiusdem Henrici Regis ex dicta Anna, ac singulorum aliorum prædictorum filios natos, & nascituros, aliosque descendentes, vsque in eum gradum ad quem iura pœnas in casibus huiusmodi extendunt (nemine excepto, nullaque minoris ætatis, aut sexus, vel ignorantiæ, vel alterius cuiusuis causæ habita ratione) dignitatibus, & honoribus in quibus quomodolibet constituti existunt, seu quibus gaudent, vtuntur, potiuntur, aut muniti sunt, necnon priuilegijs, concessionibus, gratijs, indulgentijs, immunitatibus, remissionibus, libertatibus, & indultis, ac dominijs, ciuitatibus, terris, castris, villis, oppidis, & locis, etiam commendatis, vel in gubernium concessis, & quæ in feudum, emphyteosim; vel alija a Romanis, vel alijs ecclesijs, monasterijs, & locis ecclesiasticis, ac secularibus Principibus, dominijs, potentatibus, etiam Regibus, & Imperatoribus, aut alijs priuatis, vel publicis personis quomodolibet habent, tenent, aut possident, cæterisque omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, eis quomodolibet competentibus, priuatos, dictaque bona feudalia, vel emphyteotica, & alia quæcunque ab ecclesijs quomodolibet obtenta, ad directos dominos, ita vt de illis libere disponere possint, respectiue deuoluta, & eos qui ecclesiastici fuerint, etiam si religiosi existant, ecclesijs etiam cathedralibus, & Metropolitan. necnon monasterijs & prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, officijs, canonicatibus, & præbēdis, alijsque beneficijs ecclesiasticis per eos quomodolibet obtentis priuatos, & ad illa, ac alia in posterum obtinenda inhabiles esse, similiter decernimus, & declaramus, eosque sic respectiue priuatos ad illa, et alia quæcunque similia, ac dignitates, honores, administrationes et officia, iura, ac feuda in posterum obtinenda, auctoritate et scientia, ac plenitudine similibus inhabilitamus. Ipsiusque Henrici Regis, ac regni, omniumque aliorum dominiorum, ciuitatum, terrarum, castrorum, villarum, fortaliciorum, arcium, oppidorum, et locorum suorum, etiam de facto obtentorum magistratus, iudices, castellanos, custodes, et officiales quoscunque necnon communitates, vniuersitates, collegia, feudatarios, vasallos subditos, ciues, incolas, et habitatores etiam forenses, dicto Regi de facto obedientes, tam sæculares, quam si qui ratione alicuius temporalitatis ipsum Henricum Regem in superiorem recognoscant etiam ecclesiasticos, a præfato Rege, seu eius complicibus, fautoribus, adherentibus, consultoribus, et sequacibus supradictis deputatis a iuramento fidelitatis iure vasallitico et omni erga Regem, et alios prædictos subiectione absoluimus, et penitus liberamus: Eis nihilominus sub excommunicationis pœna mandantes, vt ab eiusdem Henrici Regis, suorumq; officialium, iudicum, et magistratuum quoruncunque obedientia penitus, & omnino recedant, nec illos in superiores recognoscant, neq; illorum mandatis obtemperent. Et vt allij eorum exemplo perterriti, discāt ab huiusmodi excessibus abstinere eisdem auctoritate, scientia, & plenitudine, volumus, ac decernimus, quod Henricus Rex, et complices, fautores, adhærentes, consultores, sequaces, et alij in præmissis culpabiles, postquam alias pœnas prædictas, vt præfertur, respectiue incurrerint, necnon præfati descendentes, ex tunc infames existāt, et ad testimonium non admittantur: testamenta, et codicillos, aut alias dispositiones, etiam inter viuos concedere, et facere non possint, et ad alicuius successionem ex testamento, vel ab intestato, necnon ad iurisdictionem, seu iudicandi potestatem, et ad notariatus officium, omnesque actus legitimos quoscunque (ita vt eorum processus, siue instrumenta atque alij actus quicunque, nullius sint roboris, vel momenti) inhabiles existant, et nulli ipsis, sed ipsi alijs super quocunque debito, et negotio, tam ciuili, quam criminali, de iure respondere teneantur: Et nihilominus omnes, et singulos Christifideles sub excommunicationis, et alijs infrascriptis pœnis monemus, vt monitos, excommunicatos, aggrauatos, interdictos, priuatos, maledictos, et damnatos prædictos euitent, et quantum in eis est, ab alijs euitari faciant, nec cum eisdem, seu præfati regis ciuitatum, dominiorum, terrarum, castrorum, comitatuum, villarum, fortaliciorum, oppidorum, et locorum prædictorum ciuibus, incolis, vel habitatoribus, aut subditis, et vasallis, emendo, vendendo, permutando, aut quamcunque mercaturam, seu negotium exercendo, commercium, seu aliquam conuersationem, seu communionem habeant, aut vinum, granum, sal, seu alia victualia, arma, pannos, merces, vel quauis alias mercantias, vel res per mare in eorum nauibus, triremibus, aut alijs nauigijs, siue per terram cum mulis, vel alijs animalibus deferre, aut conducere, seu deferri, aut conduci facere, vel delata per illos recipere, publice, vel occulte, aut talia facientibus auxilium, consilium, vel fauorem, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, per se, vel alium, seu alios quoquo modo præstare præsumant. Quod si fecerint, vltra excommunicationis prædictæ, etiam nullitatis contractuum, quos inierint, necnon perditionis mercium, victualium, &

Et quascunq; Ciuitates, ecclesias, & alia loca, ad quæ ipsi declinauerint, interdicit.

Filiosque eorundem dignitatib' gratijs, & priuilegijs, ac dominijs & bonis omnib' priuatos, & ad alia de cætero obtinenda inhabiles esse declarat.

De pœnis istorū habes sup. fo. 10. Innoc. 4 cōst. 8. Cum aduersus, & fol. 20. Alex. 4 const. 10. Quod super. f. 32. Non. 4. cōst. 2. Fabius.

Subditosque iuramento fidelitatis & subiectione liberat.

Imo eisdem subiectis mādat vt ab obedientia omnino recedant.

Henrico & complicibus alias pœnas hic expressas imponit.

De quibus vide const. quas indicaui sup. fol. 93 in 2. cōll. Hon. 4.

Christifidelibus sub pœnis hic expressis præcipit vt infidelium cōmercium euitēt.

Alias istorum pœ vide sup. fol. 72. Nicol. v. const. 2 Olim.

bonorum omnium delatorum, quæ capientium fiant, pœnas similiter eo ipso incurrant. Cæterum quia conuenire non videtur, vt cum his, qui ecclesiam contemnunt, dum præsertim, ex eorum pertinacia spes corrigibilitatis non habetur, hi qui diuinis obsequijs vacant conuersentur, quod etiam illos tute facere non posse dubitandum est, omnium & singularum Metropolitan. & aliarum cathedralium, cæterarumque inferiorum ecclesiarum, & monasteriorum, domorum, & locorum religiosorum, & piorum quorumcunque, etiam sancti Augustini, sancti Benedicti, Cluniacen. Cistercien. Præmostraten. ac Prædicatorum, Minorum, Carmelitarum, aliorumque quorumcunque ordinum, & militiarum, etiam hospitalis Hierosolymitani, Prælatis, Abbatibus, Prioribus, præceptoribus, præpositis, ministris, custodibus, guardianis, conuentibus, monachis, & canonicis: necnon parochialium ecclesiarum rectoribus, alijsq; quibuscunq; personis ecclesiasticis in regno, & dominijs prædictis commorantibus, sub excommunicationis, ac priuationis administrationum, & regiminum monasteriorum, dignitatum, personatuum, administrationum, ac officiorum, canonicatuumque, & præbendarum, parochialium ecclesiarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quarumcunque quomodolibet qualificatorum, per eos quomodolibet obtentorum pœnis mandamus, quatenus infra quinque dies post omnes, & singulos terminos prædictos elapsos, de ipsis regno, & dominijs, dimissis tamen aliquibus presbyteris in ecclesijs, quarum curam habuerint, pro administrando baptismate paruulis, & in pœnitentia decedentibus, ac alijs sacramentis ecclesiasticis, quæ tempore interdicti ministrari permittuntur: exeant, & discedant, neq; ad regnum, & dominia prædicta reuertantur, donec moniti, excommunicati, aggrauati, reaggrauati, priuati, maledicti, & damnati prædictis monitionibus, & mandatis nostris huiusmodi obtemperauerint, & meruerint a censuris huiusmodi absolutionis beneficium obtinere, seu interdictum in regno, & dominijs prædictis fuerit sublatum. Præterea si præmissis non obstantibus Henricus Rex, complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces prædicti in eorum pertinacia perseuerauerint, nec conscientiæ stimulus eos ad cor reduxerit, in eorum forte potentia, & armis confidentes, omnes & singulos Duces, Marchiones, Comites, & alios quoscunque, tam seculares, quam ecclesiasticos, etiam forenses, de facto dicto Henrico Regi obedientes, sub eiusdem excommunicationis, ac perditionis bonorum suorum (quæ, vt infra dicitur, similiter capientium fiant) pœnis, requirimus, & monemus, quatenus omni mora, & excusatione postposita, eos & eorum singulos, ac ipsorum milites, & stipendiarios, tam equestres, quam pedestres, aliosque quoscunque, qui eis cum armis fauerint de regno, & dominijs prædictis, etiam vi armorum, si opus fuerit, expellant, ac quod Henricus Rex, & eius complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces mandatis nostris non obtemperantes prædicti de ciuitatibus, terris, castris, villis, oppidis, fortalitijs, aut alijs locis regni, & dominij prædictorum, se non intromittant, procurent, eis sub omnibus & singulis pœnis prædictis inhibentes, ne in fauorem Henrici, eiusque complicum, fautorum, adhærentium, consultorum, & sequacium, aliorumque monitorum prædictorum mandatis nostris non obtemperantium, arma cuiuslibet generis offensiua, vel defensiua, machinas quoque bellicas, seu tormenta (artellarias nuncupata) sumant, aut teneant, seu illis vtantur, aut armatos aliquos, præter consuetam familiam parent, aut ab Henrico Rege, complicibus, fautoribus, adhærentibus, consultoribus, & sequacibus, vel alijs in regis ipsius fauorem paratos, quomodolibet quauis occasione vel causa, per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte teneant, vel receptent, aut dicto Henrico Regi, seu illius complicibus, fautoribus, adhærentibus, consultoribus, & sequacibus prædictis, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet ex quauis causa, vel quouis quæsito colore siue ingenio, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse, per se vel alium seu alios super præmissis, vel aliquo præmissorum præstent, seu præstari faciant quoquo modo. Præterea ad dictum Henricum Regem facilius ad sanitatem, & præfatæ sedis obedientiam reducendum, omnes & singulos christianos Principes, quacunque etiam Imperiali & Regali dignitate fulgentes, per viscera misericordiæ Dei nostri (cuius causa agitur) hortamur & in Domino requirimus, eis nihilominus, qui Imperatore & Rege inferiores fuerint, quos propter excellentiam dignitatis a censuris excipimus, sub excommunicationis pœna mandantes, ne Henrico regi eiusque complicibus, fautoribus, adhærentibus, consultoribus, & sequacibus, vel eorum alicui per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse, etiam sub prætextu confœderationum aut obligationum quarumcunque, etiam iuramento, aut quauis alia firmitate roboratarum, & sæpius geminatarum, a quibus quidem obligationibus, & iuramentis omnibus, nos eos & eorum singulos eisdem auctoritate & scientia, ac plenitudine per præsentes absoluimus, ipsasque confœderationes & obligationes tam factas, quam in posterum faciendas, quas tamen (inquantum Henricus Rex & complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces prædicti circa præmissa, vel eorum aliquod se directe vel indirecte iuuare possent) sub eadem pœna fieri prohibemus, nullius roboris vel momenti, nullasque, irritas, cassas, inanes ac pro infectis habendas fore decernimus & declaramus consilium auxilium, vel fauorem quomodolibet præstent, quinimo si qui illis aut eorum alicui ad præsens quomodolibet assistant, ab ipsis omnino, & cum effectu recedant. Quod si non fecerint postquam præsentes publicatæ & executioni demandatæ fuerint, & dicti termini lapsi fuerint, omnes, & singulas ciuitates, terras, opida, castra, villas, & alia loca eis subiecta, simili ecclesiastico interdicto supponimus, volentes ipsum interdictum donec ipsi principes a consilio, auxilio, & fauore Henrico Regi & complicibus, fautoribus, adhærentibus, consultoribus, & sequacibus prædictis præstando, destiterint, perdurare. Insuper tam principes prædictos, quam quoscunque alios, etiam ad stipendia quorumcunque Christifidelium militantes, & alias quascunque personas, tam per mare, quam per terras, armigeros habentes, similiter hortamur, & requirimus, et nihilominus eis in virtute sanctæ obedientiæ mandantes, quatenus contra Henricum Regem, complices, fautores, adhærentes, consultores, et sequaces prædictos, dum in erroribus prædictis, ac aduersus sedem prædictam rebellione permanserint, armis insurgant, eosque et eorum singulos persequantur, ac ad vnitatem ecclesiæ, & obedientiam dictæ sedis redire cogant, & compellant, & tam eos, quam ipsorum subditos, & vassallos, ac ciuitatum, terrarum, castrorum, oppidorum, villarum, & locorum suorum incolas, & habitatores, aliasque omnes, & singulas personas supradictis mandatis nostris, vt præfertur, non obtemperantes, & quæ præfatum Henricum Regem postquam censuras, & pœnas prædictas incurrerit, in dominum quomodolibet, etiam de facto recognouerint, vel ei quouis modo obtemperare præsumpserint, aut qui eum, ac complices, fautores, adhærentes, consultores, sequaces, ac alios non obtemperantes prædictos, ex regno & dominijs prædictis, vt præfertur, expellere noluerint, vbicunque eos inuenerint, eorumque bona mobilia, & immobilia, mercancias, pecunias, nauigia, credita, res, & animalia, etiam extra territorium

dicti

Prælatis quoque, & cæteris personis ecclesiasticis mandat sub pœnis hic contentis, quatenus de Regno Angliæ discedant, vt hic.

Ducesq; & alios monet sub pœnis supradictis, vt Henricum & eius complices de Regno expellere, & procurent, nec eis auxilium aliquod præstent.

Principem Christianorum confœderationes, & obligationes contractas cum Henrico nullas & inualidas declarat.

Principib. & alijs mandat, vt contra Henricum & complices arma capiant.

dicti Henrici regis vbilibet consistentia, capiant. Nos enim eis bona, mercantias, pecunias, nauigia, res, & animalia prædicta sic capta, in proprios eorum vsus conuertendi, eisdem authoritate, scientia, & potestatis plenitudine, plenariam licentiam, facultatem, & authoritatem concedimus: illa omnia eosdem capientes plenarie pertinere, & spectare & personas ex regno, & dominijs prædictis originem trahentes, seu in illis domicilium habentes, aut quomodolibet habitantes, mandatis nostris prædictis non obtemperantes, vbicunque eos capi contigerit, capientium seruos fieri decernentes, præsentesque literas quo ad hoc ad omnes alios cuiuscunque dignitatis, gradus, status, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ipsi Henrico regi, vel eius complicibus, fautoribus, adhærentibus, consultoribus, & sequacibus, aut alijs monitionibus, & mandatis nostris huiusmodi, quo ad commercium non obtemperantibus, vel eorum alicui victualia, arma, vel pecunias subministrare, aut cum eis commercium habere, seu auxilium, consilium, vel fauorem, per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis modo contra tenorem præsentium orastare præsumpserint extendentes. Et vt præmissa facilius ijs quos concernunt innotescant, vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Patriarchalium Metropolitan. & aliarum cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis ecclesiasticis sæcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus: necnon omnibus, & singulis, etiam mendicantium ordinum professoribus, exemptis, & non exemptis, vbilicet constitutis, per easdem præsentes sub excommunicationis, & priuationis Ecclesiarum, Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, graduum quoque & officiorum, necnon priuilegiorum, & indultorum quorumcunque, etiã à sede prædicta quomodolibet emanatorum, pœnis ipsofacto incurrendis, præcipimus, & mandamus, quatenus ipsi, ac eorum singuli, si, & postquam vigore præsentium desuper requisiti fuerint, infra tres dies immediate sequentes præfatum Henricum regem, omnesque alios, & singulos, qui supradictas censuras, & pœnas incurrerint, in eorum ecclesijs, Dominicis, & alijs festiuis diebus, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, cum Crucis vexillo, pulsatis cãpanis, & accensis, ac demum extinctis, & in terram proiectis, & conculcatis candelis, & alijs in similibus seruari solitis cerimonijs seruatis, excommunicatos publice nuncient, & ab alijs nunciari, ac ab omnibus arctius euitari faciant, & mandent: necnon sub supradictis censuris, & pœnis, præsentes literas, vel earum transumptũ, sub forma infrascripta confectum, infra terminum trium dierum, postquam, vt præfertur, requisiti fuerint, in ecclesijs, monasterijs, conuentibus, & alijs eorum locis, publicari, & affigi faciant. Volentes omnes, & singulos cuiuscunque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, dignitatis, aut excellentiæ fuerint, qui quominus præsentes literæ, vel earum transumpta, copiæ, seu exemplaria, in suis ciuitatibus, terris, castris, oppidis, villis, & locis legi, & affigi, ac publicari possint, per se, vel alium, seu alios, publice, vel occulte, directe, vel indirecte impediuerint, easdem censuras, & pœnas ipso facto incurrere. Et cum fraus, & dolus nemini debeãt patrocinari, ne quisquam ex his, qui alicui regimini, & administrationi deputati sunt, infra tempus sui regiminis, seu administrationis, prædictas sententias, censuras, & pœnas sustineat, qua si post dictum tempus sententijs, censuris, & pœnis prædictis amplius ligatus non existat, quemcunque, qui dum in regimine, & administratione existens, monitioni, & mandato nostris, quo ad præmissa, vel aliquid eorũ obtemperare noluerit, etiam deposito regimine, & administratione huiusmodi, nisi paruerit, eisdem cẽsuris, & pœnis subiacere decernimus. Et ne Henricus rex, eiusque complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces, alijque quos præmissa concernunt, ignorantiam earundem præsentium literarum, & in eis contentorum prætendere valeant, literas ipsas (in quibus omnes, & singulos, tam iuris, quam facti, etiam solemnitatum, & processuum, citationumque omissarum defectus, etiam si tales sint, de quibus specialis, & expressa mentio facienda esset, propter notorietatem facti, authoritate, scientia, & potestatis plenitudine similibus, supplemus) in Basilicæ Principis apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ de Vrbe: & in partibus, necnon, & in collegiatæ beatæ Mariæ Brugen. Tornacen. & parochialis de dunKercke oppidorum Morinensis Diœcesis, ecclesiarum valuis affigi, & publicari mandamus: decernentes quòd earundem literarum publicatio sic facta, Henricum regem, eiusque complices, fautores, adhærentes, consultores, & sequaces: omnesque alios, & singulos, quos literæ ipsæ quomodolibet concernunt, perinde eos arctent, ac si literæ ipsæ eis personaliter lectæ, & intimatæ fuissent, cum non sit verisimile, quòd ea, quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, ad quæ necessarium esset deferri: volumus, & dicta authoritate decernimus, quòd earum transumptis manu publici notarij confectis, vel in Alma Vrbe impressis: ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis, vbique eadem fides adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, aggrauationis, reaggrauationis, declarationis, percussionis, suppositionis, inhabilitationis, absolutionis, liberationis requisitionis, inhibitionis, hortationis, exceptionis, prohibitionis, concessionis, extensionis, suppletionis, mandatorum, voluntatis, & decretorum, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerint incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigesimo quinto, tertio Cal. Septembris. Pontificatus nostri anno primo.

Infideles & inobedientes capientiũ seruos, & eorundem bona, occupantium fieri decernit.

Prælatis & alijs mandat sub pœnis de qbus hic, vt in eorum Ecclesijs Henricũ & cõplices q supradictas pœnas & censuras incurrerint, excommunicatos publice enunciẽt & euitari faciant.

Publicationem istius const. impedientibus easdẽ pœnas imponit.

Et ista est de casibus reseruatis vt in Greg. 14 cõst. 93. Consueuerunt.

Publicari mandat hanc const. in locis hic expressis.

DVM Autem postea ad dictarum literarum executionem deueniendum esse statuissemus, cum nobis per nonnullos Principes, & alias insignes personas persuaderetur, vt ab executione huiusmodi per aliquantum tẽpus supersederemus; spe nobis data, quòd interim ipse Henricus rex ad cor rediret, & resipisceret, Nos qui, vt hominum natura fert, facile credebamus, quòd desiderabamus, dictam exequutionem suspendimus: sperantes, (vt spes nobis data erat) ex ipsa suspensione, correctionem, & resipiscentiam, non autem pertinaciam, & obstinationem: ac maiorem delirationem, vt rei effectus edocuit, prouenturam. Cum itaque resipiscentia, & correctio huiusmodi quam tribus fere annis expectauimus, non solum postea sequuta non sit, sed ipse Henricus rex quotidie magis, se in sua feritate, ac temeritate confirmans, in noua etiã scelera proruperit. Quippe cum non contentus viuorum prælatorum, & sacerdotum crudelissima trucidatione, etiam in mortuos, & eos quidem quos in sanctorum numerum relatos, vniuersalis ecclesia pluribus sæculis venerata est, feritatem exercere non expauit. Diui enim Thomæ Cantuarien. Archiepiscopi, cuius ossa, quæ in dicto regno Angliæ potissimum ob innumerata ab omnipotenti Deo illic perpetrata miracula, summa cum veneratione in arca aurea in ciuitate Cantuarien. seruabantur: postquam ipsum diuum Thomam, ad maiorem religionis contemptum, in iudicium vocari, & tanquam contumacem damnari, ac proditorem declarari fecerat exhumari, & comburi: ac cineres

Sed tamen executionem istius cõst. per triennium suspẽdere voluit, cũ spe futuræ resipiscentiæ.

Rex verò peiora commisit vt hic.

neres

neres in ventum spargi fosit:omnem plane cuoctarum gentium crudelitatem superans: cum ne in bello quidē hostes victores sæuire in mortuorum cadauera soliti sint: ad hæc omnia ea diuersorum Regum, etiam Anglorum,& aliorum Principum liberalitate donaria,ipsi arcæ appensa,quæ multa, & maaimi precij erant sibi vsurpauit:nec putans ea hoc satis iniuriæ religioni intulisse . monasterium diuo illi Augustino, a quo christianam fidem Angli acceperunt:in dicta ciuitate dicatum,omnibus thesauris,qui etiam multi,& magni erāt, spoliauit: & sicut se in belluam transmutauit,ita etiam belluas quasi socias suas honorare voluit feras,videlicet in dicto monasterio,expulsis monachis,intromittendo,genus quidem sceleris,non modo Christi fidelibus,sed etiam Turcis inauditum,& abominandum Cum itaque morbus iste a nullo quantumuis peritissimo medico alia cura sanari posit,quam putridi membri abscisione:nec valeret cura hujusmodi, absque eo,quòd nos apud Deum causam hanc nostram efficiamus,vlterius retardari ad dictarum literarum, quas ad hoc, vt Henricus rex, eiusque complices,fautores,adhærentes consultores,& sequaces,etiam super excessibus per eum nouissime,vt præfertur,perpetratis,intra terminum eis,quo ad alia,per alias nostras literas prædictas respectiue præfixas,se excusare,alias pœnas in ipsis literis contentas incurrant,extendimus, & ampliamus publicationem, & deinde, Deo duce,ad eaequutionem procedere omnino statuimus. Et quia a fide dignis accepimus,quòd si ipsarum,& præsentium literarum publicatio,in Diepe Rothomagen.vel Bolooiæ Ambianen.Diœc.oppidis in Franciæ,aut ciuitate sancti Andreæ,seu in oppido Calistren. sancti Andreæ Diœe.in Scotiæ regnis, vel in Thuamen. & Artiferten.Ciuitatibus,vel Diœe.dominij Iberniæ fiat,non solum tam facile, vt si in locis in dictis literis expresis fieret,sed facilius ipsarum lirerarum tenor,ad Henrici,& aliorum, quos concernuot, præsertim Anglorum notitiam deueniret. Nos volentes in hoc opportune prouidere,motu, scientia,& potestatis plenitudine prædictis, decernimus,quòd publicatio literarum superius insertarum,quarum insertioni superius factæ, ac ipsis originalibus quoad validitatem publicationis,seu eaequutionis præsentium,fidem adhiberi volumus, in duobus ex locis præsentibus literis expresis, alias iuxta suprainsertarum,& præsentium literarum tenorem facta,etiam si in locis extra Roma.Curiam in dictis præinsertis literis specificatis, huiusmodi publicatio non fiat,perinde Henricum regem,& alios,qnos concernunt,præsertim Anglos afficiat,ac si Henrico regi,& alijs prædictis,præsertim Anglis personaliter intimatæ fuissent. Quodque præsentium transumptis, iuata modum in præinsertis literis expressum factis,tam in judicio,quam eatra,eadem fides adhibeatur,quæ originalibus adhiberetur,si forent exhibitæ,vel ostensæ. Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,necnon omnibus illis,quæ io dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnioo hominum liceat hanc paginam nostri decreti,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. M. D. XXXVIII. decimosexto Cal.Ianuarij.Pontificatus Nostri Anno quinto.

Ideo Pont. ad executionē præinserta const. deuenit.

Quam publicari mandat vt hic.

Blosius.

Visa.I.Sauli. B. Motta.

XXI.

De Institutione & Confirmatione Societatis Nominis IESV.

Alias constitutiones in quibus istius Regulæ Declarationes, Ampliationes, Indulta, Exemptiones & Priuilegia continentur, habere non potui.

Tu igitur si quid desideras, ab illis RR. PP. cum tuæ animæ maiori profectu, consequi poteris.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

REGIMINI Militantis ecclesiæ,meritis licet imparibus,disponenre domino, præsidentes,& animarum salutem, prout ex debito pastoralis officij tenemur, solicitis studijs exquirentes fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt apostolici fauoris gratia confouemus, aliasque desuper dispooimus, prout temporum & locorum qualitate pensata, id io domino conspicimos salubriter eapedire. Nuper siquidem accepimus, quòd dilecti filij Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobua Layuez, necnon Claudius Iayus,e Paschasius Broet,ac Franciscus Xabyer,necnoo Alfonsus Salmeron,& Simon Rodericus,ac Ioannes Goduri, & Nicolaus de Bobadilla,presbyteri Pampilonen.Gebennen.Seguntin.Toletan.Visen.Ebredunen.& Palentin.Ciuitatū & Diœc.respectiue in artibus magistri in vniuersitate Parisien.graduati, & in Theologicis Studijs per plures annos exercitati,spiritu sancto (vt pie creditur) afflati, iamdudum e diuersis mundi regionibus descendentes in voom conuenerunt,& socij effecti,abdicatis huius seculi illecebris, eorum vitam perpetuo domioi nostri IESV CHRISTI, atque nostro & aliorum successorum nostrorum Romanorum Pontificum seruitio dedicarunt,& iam quampluribus annis laudabiliter in vinea domini se exercuerunt, Verbum Dei præuia sufficienti licentia, publice prædicando, fideles priuatim ad bene beateque viuendum exhortando, & ad pias meditationes excitando, hospitalibus inseruiendo, pueros & personas rudes ea quæ ad Christianam hominis institutionem sunt necessaria,docendo,& demnm omnia charitatis officia,& quæ ad animarum consolationem faciunt,vbique terrarum vbi peregrinati sunt, multa cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam Vrbem se contulerint,& in charitatis vinculo persistentes ad perficiendam & conseruandam eorum societatis in Christo vnionem,quandam viuendi formulam iuxta ea quæ ad propositum sibi finem conducere vsu dedicerunt,Euangelicis consilijs,& Canonicis patrum sanctionibus conformem ediderint,factum est,vt ipsorum sociorum vitæ institutum sub dicta formula comprehensum oon solum a multis probis viris,& Deum zelantibus laudetur,verumetiam a quibusdam ita approbetur, vt illud etiam sequi velint. Formulæ autem prædictæ Tenor sequitur, & est talis: Quicunque in societate nostra,qnam IESV oomine insigniri cupimus,vult sub crucis vexillo Deo militare,& soli domino,atque Romano Pontifici eius in terris Vicario seruire,post solenne perpetuæ castitatis votum,

Presbyteri hic nominati I vnū conuenerunt, & Dei,ac Ro. Pon. seruitio se dedicarūt, pia opera hic expsa faciē.

Et cū Romæ venissent & certam viuendi regulam Instituissent multi eorv vitæ institutū laudarunt & secuti sunt.

votum,proponat sibi in animo se partem esse societatis,ad hoc potissimum institutæ, vt ad profectum animarũ in vita & doctrina Christiana,& ad fidei propagationem per publicas prædicationes,& verbi Dei ministerium spiritualia exercitia,& charitatis opera,& nominatim per puerorum , ac rudium in Christianismi institutionẽ, ac Christifidelium in confessionibus audiendis spiritualem consolationem præcipue intendat , curetque primo Deum , deinde huius sui instituti rationem quæ via quædam est ad illum semper ante oculos habere , & finem hunc sibi a Deo propositum totis viribus assequi. Regulæ societatis IESV tenor.

Vnusquisque tamen secundum gratiam sibi a Spiritu sancto subministratam, & vocationis suæ proprium gradum,ne quis forte zelo vtatur,sed non secundum scientiam,cuius proprij,cuiusque gradus iudicium & officiorum discretio,ac distributio tota sit in manu præpositi seu prælati per nos eligendi, vt congruus ordo seruetur in omni bene instituta communitate necessarius.

Qui quidem Præpositus de consilio consociorum constitutiones, ad constructionem huius præpositi nobis finis conducentes in consilio condendi auctoritatem habeat , maiori suffragiorum parte semper statuendi ius habente.

Consilium vero intelligatur esse in rebus quidem grauioribus,ac perpetuis maior pars totius societatis,quæ a præposito commode conuocari poterit,in leuioribus autem & temporaneis,omnes illi,quos in loco vbi præpositus noster residebit,præsentes esse contigerit. Iubendi autem ius totum penes præpositum erit.

Sint omnes socij , & non solum in primis professionis suæ foribus , sed quoad vixerint quotidie animo voluant societatem hanc vniuersam & singulos sub sanctissimi domini nostri Papæ , & aliorum Romanorum Pontificum successorum eius,fideli obedientia Deo militare , & quamuis Euangelio doceatur,& fide othodoxa cognoscamus,ac firmiter profiteamur oẽs Christifideles Romano Pontifici tãquã capiti,ac IESV CHRISTI Vicario subesse,ad maiorem tamen nostræ societatis humilitatem, ac perfectam vniuscuiusque mortificationẽ, & voluntatum nostrarum abnegationem summopere conducere,Iudicauimus singulos nos , vltra illud commune vinculum,speciali voto astringi:Ita vt quicquid modernus,& alij Romani Pontifices pro tempore existentes iusserint , ad profectum animarum & fidei propagationem pertineos, & ad quascunque prouincias nos mittere voluerit,sine vlla tergiuersatione aut excusatione,illico quantum in nobis fuerit,exequi teneamur,siue miserit nos ad Turchas,siue ad quoscunque alios infideles,etiam in partibus,quas Indias vocant,exiftẽtes,siue ad quoscunque hæreticos,seu schismaticos seu etiam ad quosuis fideles. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, & antequam huic oneri humeros supponant,diu multumque meditentur an tantum pecuniæ spiritualis in bonis habeant,vt turrim hanc iuxta cõsilium dominicũ possint consummare hoc est an Spiritus sanctus,qui illos impellit,tantum illis gratiæ polliceatur,vt huius vocationis pondus , illo adiuuante se laturos sperant , & postquam domino inspirante, huic IESV CHRISTI militiæ nomen dederint , die noctuque succincti lumbos , & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt.

Ne qua autem possit esse inter nos missionum,ac prouinciarum huiuscemodi, aut ambitio vel detractio,profiteantur singuli se nunquam directe aut indirecte de huiusmodi missionibus quicquam cum Romano Pontifice curaturos sed omnem hanc curam Deo & ipsi Pontifici tanquam eius Vicario , & societatis Præposito dimissuros. Qui quidem præpositus sicur cæteri etiam profiteatur,se nihil de sumer ipsius missione in alterutram partem,nisi de societatis consilio,cum dicto Pontifice esse curaturum.

Voueant singuli se in omnibus,quæ ad regulæ huius nostræ obseruationem faciunt,obedientes fore societatis Præposito.

Ille autem iubeat ea quę ad constructionẽ propositi sibi a Deo & a societate finis cognouerit esse opportuna.

In prælatione autem sua benignitatis,ac mansuetudinis,charitatisque CHRISTI Petri Paulique formulæ semper sit memor,& tam ipse quàm consilium ad normam hanc assidue spectent.

Et nominatim commendatam habeant institutionem puerorum , ac rudium in Christiana doctrina decem præceptorum,atque aliorum similium rudimentorum quæcunque secundum circunstantias personarum, locorum,ac temporum illis congrua videbuntur . Etenim maxime necessarium circa prouidentiam huius rei diligẽter præpositum & consilium inuigilare,cum & in proximis ædificium fidei sine fundamento non possit consurgere,& in nostris periculum sit , ne vt quisque erit doctior ita prouinciam hanc tanquam primo aspectu minus speciosam forsitan detractare conetur . Cum tamen re vera nulla sit fructuosior vel proximis ad ædificationẽ vel nostris ad charitatis & humilitatis simul officia exercenda. Subditi vero tum propter ingentes ordinis vtilitates, tum propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduum exercitium Præposito in omnibus ad institutum societatis pertinentibus parere semper teneantur , & in illo CHRISTVM veluti præsentem agnoscant, & quantum decet venerentur.

Cum autem experti fuerimus iucundiorem , puriorem , & ad proximi ædificationem aptiorem esse vitam ab omni auaritiæ contagione quam remotissimam & euangelicæ paupertati quam simillimam: Cumque sciamus dominum nostrum IESVM CHRISTVM seruis suis regnum Dei solum inquirentibus necessaria ad victũ & vestitum esse subministraturum.

Voueant singuli & vniuersi perpetuam paupertatem,declarantes quòd non solum priuatim,sed neque etiam communiter possint pro societatis sustentatione,aut vsu ad bona aliqua stabilia , aut ad prouentus seu introitus aliquos,ius aliquod ciuile acquirere , sed sint contenti vsu tantum rerum sibi donatarum , ad necessaria sibi comparanda recipere.

Possint tamen habere in Vniuersitatibus,Collegium seu Collegia habentia redditus census seu possessiones, vsibus & necessarijs studentium applicandas , retenta penes Præpositum & societatem omnimoda gubernatione seu superintendentia super dicta Collegia & prædictos studentes. quoad Gubernatoris seu Gubernatorum, ac studentium electionem,ac eorundem admissionem emissionem receptionem,exclusionem, statutorum ordinationem circa studentium instructionem , ædificationem , ac correctionem victus vestitusque eis ministrandi modum,atque aliam omnimodam gubernationem,regimen ac curam. Sic tamen vt neque studentes dictis bonis abuti neque societas in proprios vsus conuertere possit,sed studentium necessitati subuenire.

Qui quidem post cognitum in spiritu & literis eorum profectum,& post sufficientem probationem in societatem nostram admitti possint.

Socij omnes quicunque in sacris fuerint,quamuis beneficia ecclesiastica,aut eorum redditus non habeant,teneantur

neantur tamen singuli priuatim, ac particulariter, & non communiter ad dicendum officium secundum Ecclesiæ ritum.

Hæc sunt quæ sub præfati domini nostri Pauli, & sedis apostolicæ beneplacito, de nostra professione typo quodam explicare potuimus, quod nunc fecimus, vt summatim scriptione hac informaremus tum illos qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores vnquam habebimus huius viæ, quam cum multas magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus etiam statuere.

Ne quis in hac societate recipiatur, nisi diu ac diligentissime fuerit probatus. Cumque prudens in Christo, & vel doctrina, seu vitæ Christianæ puritate apparuerit conspicuus, tunc demum admittitur ad Iesu Christi militiam, qui tenuibus cœptis nostris fauere dignetur ad gloriam Dei patris, cui soli sit semper decus, & honor in secula, Amen. Cum autem nil in præmissis reperiatur quod pium non sit, aut sanctum,

Confirmatio Regulæ.

Clausulæ derogatoriæ.

Nos (vt ijdem socij, qui nobis super hoc humillime supplicari fecerunt, in eorum pio viuendi proposito eo promptiores existant, quo se maiori sedis apostolicæ gratia complecti cognouerint, & præmissa per nos approbari viderint) præmissa omnia & singula tanquam ad spiritualem profectum eorundem sociorum, & reliqui Christiani gregis opportuna, apostolica auctoritate, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, confirmamus, & benedicimus, ac perpetuæ firmitatis munimine roboramus, ipsosque socios sub nostra & huius sanctæ sedis Apostolicæ protectione suscipimus: eis nihilominus concedentes, quòd particulares inter eos cõstitutiones, quas ad societatis huiusmodi finem, & Iesu Christi domini nostri gloriam, ac proximi vtilitatem conformes esse iudicauerint, condere libere & licite valeant. Non obstantibus generalis Concilij, & felicis recordationis Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd in societate huiusmodi vsque ad numerum sexaginta personarum normulam viuendi huiusmodi profiteri cupientium, & non vltra admitti, & societati præfatæ aggregari dũtaxat valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, benedictionis, roborationis, susceptionis, concessionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo, quinto Cal. Octob. Pont. nostri Anno Sexto. Blo.

A. Capata.

XXII.

De Appellationibus in causis Criminalibus vel mixtis, & Fiscum Reu. Came. Aposto. quomodolibet concernen.

Hæc constit. Confirmatur infra per Pium 4. constit. 68. Et si cuncta. & declaratur per eundem constit. 128. licet dudum. & Pium V. constit. 143. licet iuri. & constit. 180. Cum sicut.

De materia autem Fisci vide infra in Pij 4. const. 140. Cum sicut. vbi notabo.

Causa istius cõst.

Iul. 2. const. habe. sup. fol. 154. nu. 6. Leon. 10. & Clem. VII. constit. hic non habe.

Confirmat Pontifex illas eorum constit.

PAVLVS Papa. III. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM (sicut ex plurimorum fide dignorum relatione accepimus) nonnulli ciuitatum, terrarum, ac locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate & immediate subiectorum, & præsertim prouinciæ nostræ Romandiolæ, ad euitandum seu differendum pœnarum condemnationes & solutiones, ad appellationes plerunque etiam friuolas recurrant, causasque appellationum huiusmodi coram diuersis iudicibus ordinarijs & delegatis, etiam in Romana Curia per diuersa rescripta a nobis, vel signatura nostra iustitiæ extorta introduci procurent, contra formam diuersarum constitutionum plurimorum Romanorum Pontificum, & præsertim Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. prædecessorum nostrorum, quibus inter alia cautum fuit, quod appellationes in causis condemnationum, & Fiscalibus, nisi facto deposito pœnæ, ad quam appellans foret condemnatus, admitti non posset, sed ad pœnæ huiusmodi exactionem procedi deberet, prout latius in constitutionibus huiusmodi, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, continetur. Nos prædecessorum nostrorum prædictorum vestigijs inhærendo, indemnitati Cameræ apostolicæ in quantum possumus, prouidere cupientes, Motu proprio & ex certa scientia, constitutiones prædictas, & in eis contenta quæcunque tenore præsentium confirmamus & approbamus, illasque in quantum opus sit, innouamus. Et nihilominus Motu, scientia, & potestate similibus, de nouo statuimus & ordinamus per præsentes, quod nullæ appellationes & prouocationes in causis criminalibus, seu mixtis, ad Fiscum & Cameram apostolicam quomodolibet concernentibus, non facto deposito pœnæ, in qua delinquentes, aut illi qui pro delinquentibus ipsis fideiussissent, vel ex contractu quoquomodo condemnandi venirent, aut hactenus condemnati fuissent, recipi, & admitti possint, sed appellationes & prouocationes huiusmodi, tam hactenus in causis huiusmodi interpositas, quam in futurum interponendas, ac appellantes ipsos reijci debere: illasque, ac quæcunque rescripta, & commissiones similium causarum, ad cuiusuis instantiam, per quemcunque ad commissiones signaturæ iustitiæ signandas deputatum, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices hactenus signatas, & in futurum signandas, non facto dicto deposito, nullius fore & esse roboris vel momenti, sed illis non obstantibus ad vlteriora in causis ipsis vsque ad pœnarum dictarum effectualem exactionem procedi debere, prout procedi mandamus per præsentes. Et insuper, nullæ commissiones Fiscum, & Cameram apostolicam quomodolibet concernentes, per quemcunque a nobis, & sede apostolica ad commissiones in signatura iustitiæ signandas, vt præfertur, deputatum, nec etiam per nos, & successores nostros prædictos signari possint, nisi Fisci, & Cameræ præfatæ procuratore, & Thesaurario prouinciæ, de cuius etiam interesse ageretur, si in Romana Curia præsens fuerit, citatis, & aliter signatæ nullius sint roboris vel momenti. Et ita per quoscunque iudices, etiam sedis apostolicæ, ac de latere Legatos, Vicelegatos, Præsidentes, Gubernatores, & quosuis alios iudicari, & diffiniri debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, irritumque

Appellationes & causarũ cõmissiones non facto deposito nullas esse decernit.

Quod declaratur in const. citatis hic in rubr.

Cõmissiones Fisci & Cameræ cõcernẽ. signari nõ debere declarat nisi ipsis citatis.

Decretũ irritans

irritumque & inane quicquid contra præsentium tenorem contigerit attentari. Mandantes dilectis filijs Camerario, Thesaurario, Præsidentibusque & Clericis Cameræ apostolicæ quatenus præmissa, tam in dicta prouincia, quam alijs ciuitatibus, terris, locis S. R. E. mediate vel immediate subiectis, ac alma Vrbe nostra inuiolabiliter obseruari mandent & faciant. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alias etiam pecuniarias & priuatorias poenas, de quibus eis videbitur, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, inuocato, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus omnibus & singulis supradictis, priuilegijs quoque & indultis, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam rescriptis, commissionibus etiam manu nostra contra præmissorum tenorem signatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium copijs manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. in nostra ciuitate Vrbeuetana, sub annulo Piscatoris, die decima tertia Septembris, millesimo quingentesimo quadragesimo, Pontificatus nostri anno sexto. Clausulæ derogatoriæ.

Extract. ex lib. 2. Diuers. fol. 72. & concordat. Car. de S. Seuerina Auscul. fuit cum originali producto in causa Barchinonen. excessuum pro Fisco contra D. Antonium Pintor. sub die 9. Augusti 1540.

Hoc habui ego Laertius ex quodam lib. Bullarum Romæ impresso anno Domini 1559. fol. 92.

XXIII.

De Erectione & Institutione Collegij Militum S. Pauli, eorumque Priuilegijs Indultis & Emolumentis.

Confirmatur hæc const. infra per Iul. 3. const. 4. Circunspecta.

Moderationem & Reuocationem Priuilegiorum habes infra in Pij V. constit. 71. sacrosanctum. & const. 120. Quæ ordini, & in alijs constitutionibus de quibus in Apostillis.

Quem autem gradum & locum habeant isti Milites in processione Sanctissimi Corporis CHRISTI vide inf. in Greg. 13. const. 90. Omnibus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex ad onera, quæ sibi, & Apostolicæ Sedi, pro vniuersali Ecclesiæ regimine prospere & feliciter dirigendo incumbunt, subsinenda, cogitur de his frequenter cogitare, quæ ad sui, & S. R. E. status, & Ecclesiasticæ libertatis conseruationem prospicit salubriter pertinere, & cum more prouidi patrisfamilias cuncta, quæ in eius domo sunt ad illius decentiam & ornatum prouida moderatione disponere, & ordinare conatur, inter huiusmodi continuas, & necessarias curas, illam non minus amplectitur, per quam etiam beatorum Apostolorum, ac suæ, & sedis eisdem dignitati, & profectui in ministrorum qualitate, & sufficientia honor & gloria accrescant, vtque Christifideles cum Pontifice, & Sede præsertim pro honore, decore, & necessitatibus eorum, & Ecclesiæ huiusmodi contrahentes plena securitate lætentur, rebusque per eos eisdem Pontifice, Sede, & Ecclesia emptis, libere gaudere possint, viribus omnibus procurare, & ad hoc opem, & operam (vt tenetur) impendit efficaces. Cum itaque nos ineuitabili necessitate adacti, pro statu ipsius Romanæ Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ, ac libertatis ecclesiasticæ conseruatione diuersa cogamur subire onera expensarum, ac ad illa subeunda Cameræ Apostolicæ facultates multifariam exhaustæ, nullatenus suppetere possint, Nos sperantes infrascripto modo dictæ necessitati cum minori ipsius Cameræ iactura prouideri, Collegium Ducentorum Militum S. Pauli participantium nuncupatorum, erigere, & illis, pro illorum honesta substentatione, emolumenta congrua assignare deliberauimus. Habita igitur super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, & de eorum vnanimi consilio, & assensu, Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, auctoritate Apostolica, tenore præsentium vnum Collegium ducentorum virorum, Militum S. Pauli participantium nuncupandorum, quorum nomina, & cognomina infra scribentur, perpetuo erigimus, & instituimus. Volentes, vt ipsum Collegium mansionem saltem vnam in Palatio Apostolico habeat, quam eis per dilectum filium magistrum Domus nostræ infra vnum mensem proxime venturum a die requisitionis sibi factæ, in loco conuenienti liberam, & expeditam assignari, & perpetuo manuteneri, ita quod ex eis quolibet die in tinello nostro comedere possint, sub excommunicationis poena mandamus. Decernentes Milites ipsos præsentes, & pro tempore existentes, ac cuiuslibet eorum familiares, qui pro tempore fuerint, etiam si eorum singuli singulas mansiones non habeant in Palatio Apostolico, & quotidie in eiusdem Palatij tinello non comedant, veros, & indubitatos familiares, & continuos commensales nostros, & Romani Pontificis pro tempore existentis esse, ac in quibuscunque Apostolicis, & alijs literis, scripturis, & actibus se tales scribere, & nominare, & ab alijs nominari posse, & debere. Ac eisdem Militibus, & cuilibet eorum, qui obitus, & coronationis Romani Pontificis temporibus in Romana Curia præsentes fuerint, vestes lugubres ratione obitus, & rubeas ratione coronationis huiusmodi exhibendas, & assignandas esse; Eosdemque Milites pro tempore existentes eo ipso, quod ad huiusmodi militiæ officium admissi fuerint, & cuiuslibet eorum filium primogenitum natum, seu nasciturum nobiles de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranensis Comites. Cum potestate per se, vel alium, seu alios in genere, & in specie quotiens cuilibet eorum placuerit extra Romanam Curiam deputandos, quoscunque, quos in iure Canonico, & Ciuili, seu altero eorum studuisse, & ad id assistentibus eis duobus vel tribus in iure, vel iuribus huiusmodi doctoribus per eos eligendis in eisdem Canonico & Ciuili iuribus seu altero illorum per diligentem examinationem scientia, & moribus idoneos, & sufficientes esse inuenerint, in vtroque, vel altero iurium huiusmodi, quos vero in Theologia, etiamsi cuiusuis ordinis, etiam mendicantium professores sint, etiam si alias consensus superioris requireretur & habitus, vel requisitus non fuerit, seu artibus vel medicina, aut alia licita facultate studuisse, & similiter per diligentem examinationem duorum aut trium per eos eligendorum doctorum, seu magistrorum facultatis in qua studuerint, coram eis, vel aliquo eorum habendam, ad fidelem magi-

Causa erectionis Collegij Militum S. Pauli.

Erectio & institutio Collegij.

Collegio assignat Cameram in Palatio Apost.

Milites duos in Tinello comedere posse mandat.

Familiares que suos esse declarat. De quorum Fam. privilegiis vide sup. fol. 307 Cle. 7 const. 14 Romani.

Vestes rubeas in Coronatione, & lugubres in obitu eis assignat.

Nobiles que esse declarat.

Doctorandi eis in vtroque iure &c. facultatem dat.

Abrogationem Pius V. infra in const. 59 Quamuis

Ill. 12 Ddd stiorum

strorum, seu doctorum eorundem attestationem eis faciendam, peritos, ac scientia & moribus ad hoc idoneos & sufficientes esse repererint, de eorundem doctorum seu magistrorum, quoad præmissa omnia, consilio & assensu, in Theologia, seu in artibus, aut medicina, vel alia licita facultate huiusmodi ad Baccalariatus, licétiaturæ, doctoratus, & magisterij gradus promouendi, & in eis legendi, interpretandi, disputandi, & alios actus ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem concedendi,

Notariosque & Tabelliones creãdi.

Tu vide Pij 4. const. 112. In sacrosancta.

& ipsorum graduum solita insignia eis conferendi, Necnon iudices ordinarios, ac Notarios & Tabelliones publicos creandi, & creatos de iudicatus, tabellionatus, & notariatus officij huiusmodi per pennam & calamare, vt moris est, recepto prius ab eis solito iuramento inuestiendi. Ac cum spurijs, bastardis, manseribus, incestuosis, & alijs ex quouis illicito & damnato coitu procreatis, vt in parentum & aliorum bonis, tam ex testamento, quam ab intestato, sine præiudicio venientium ab intestato, succedere, & quoscunque actus legitimos exercere, & ad quosuis honores, dignitates, officia publica, & priuata assumi, illaque gerere in omnibus & per omnia,

Legitimãdi quoque bastardos.

Limitatur autẽ int. in Pij 4 cõst. 86. Quamuis & Pij V. const. 120. Quæ ordini.

ac si de legitimo matrimonio essent procreati libere & licite valeant, dispensandi, & quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, legibusque Imperialibus etiam ea illis quæ in vsibus feudorum, vel auctenticorum habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret, quæ haberi posset ad libitum voluntatis, statutis quoque & alijs ordinationibus in contrarium pro tempore æditis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quotiens eis placuerit, in quauis mundi parte fuerint derogandi. Illosque ex eisdem Militibus, qui Clerici in dictæ Sedis Notarios, qui vero laici fuerint in auratæ Militiæ Milites.

Milites Clericos, declarat esse Notarios Apostol. & laicos esse Milites auratæ Militiæ.

Ita quòd etiam si Milites participantes esse desierint, Comites Aulæ Lateranensis, & Notarij, ac Milites aurati respectiue, sine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito esse non desinãt, exnunc prout extunc, & econtra facimus, creamus, & recipimus, ac aliorum de maiori nobilium genere, & nobilium Aulæ Lateranensis Comitum, & Sedis Notariorum, ac Militiæ prædictorum Militum numero & consortio respectiue, fauorabiliter aggregamus. Et insuper recolentes nonnulla bona per laicos Romanos, & alijs ecclesijs pie erogata & concessa, ac considerantes quòd ad alia in posterum eroganda, & concedenda erunt prochuiores, si in aliquo Ecclesiam erga se gratam, & liberalem esse cognouerint, cum quolibet ex ipsis Militibus pro tempore existentibus in Romana Curia residentibus, etiam qui mere laici, & coniugati, etiam bigami, & etiam alias incapaces fuerint, cum Militibus vero Clericis, etiam quascunque pensiones annuas super fructibus, redditibus & prouentibus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, vel ipsosmet fructus, redditus, & prouentus loco pensionum similium, etiam si eos pro tempore coniugatos, & bigamos fieri contigerit, vt quãdiu in dicta Curia residentiam fecerint personalem, & officium Militis obtinuerint duntaxat quamcunque, &

Pensionesque super beneficijs retinendi transferẽdi &c. facultatẽ concedit.

Reuocauit autẽ Pius V. infra in consti. 71. Sacrosanctum.

& quascunque pensiones annuas Ducentorum Ducatorum auri de Camera non excedentes, vel fructus loco pẽsionum similis quantitatis, quæ transeat ad successores in beneficijs, decimis, & subsidijs, ac alijs oneribus liberas, etiam ordinaria auctoritate, etiam sine causa, videlicet, si super Monasteriorum, etiam Cõsistorialium, Prioratuum, Præpositurarum, Præpositatuum, & aliorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum secularium, & quorumuis ordinum regularium, etiam si illa cum cura & sine cura, ac Parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam maiores, & principales, personatus, administrationes, & officia in cathedralibus, etiam Metropolitania vel collegiatis ecclesijs, cuiuscunque annui valoria illorum fructus, redditus, & prouentus fuerint, pensio, seu pensiones annuæ, non tamen vltra tertiam partem super quolibet beneficio supranominato, & vltra summam Ducentorum Ducatorum similium in totum pro vnoquoque Milite, & quolibet officio reseruari, constitui, & assignari possint, & quòd præsentes Milites interius descripti, vnam, vel plures pensiones, etiam vltra dictam tertiam, & dimidiam partem habentes, super quibusuis beneficijs Monasterijs, & Ecclesijs, illas, etiam si matrimonium, etiam cum bigama contraxerint, vsque ad summam prædictam Ducentorum Ducatorum, & non vltra, retinere & assequi, nulla propterea compositione soluta & tam ipsi, quàm etiam eorum in ipsis officijs successores Milites pro tempore existentes huiusmodi, similes pensiones & fructus vsque ad similes summas & quantitates eis reseruatas consequi & habere, ac eis reseruari facere illasque etiam quoad vixerint percipere, exigere & leuare, ac in suos vsus & vtilitates conuertere absque alia dispensatione, vel licentia desuper obtinenda libere & licite possint & valeant, & si Miles huiusmodi, etiam officium Militis S. Petri obtinuerit, quoad possessionem huiusmodi incompatibile nõ sit, vigoreq; vtriusque officij, videlicet Militis Sancti Petri Centum quinquaginta retinere, & Militis Sancti Pauli summam Ducentorum Ducatorum similium obtinere & retinere posit, & valeat, donec & quousque officium prædictum obtinuerint, cum omnibus & singulis indultis, clausulis, & cautelis in similibus apponi solitis, in euentum non solutionis eorum, ac facultate pensiones, & fructus huiusmodi, etiam si hactenus, & eatenus pluries translatæ fuerint in alios Milites Sancti Pauli participantes etiam similiter, vel alias incapaces, etiam si eorum filij de legitimo matrimonio vel illegitimo, etiam illicito coitu orti, vel alias eorum consanguinei, vel affines, & si Milites etiam coniugati fuerint, etiam in mortis articulo, etiam coram solo Notario, etiam sola Imperiali auctoritate creato, & testibus transferendi, ita tamen quòd huiusmodi pensiones, & fructus percipientes laici Milites, qui in Curia Romana pro tempore erunt, in habitu armatæ militiæ, viro equiti conuenienti, nos, et Romanos Pontifices pro tempore existentes in expeditionibus Cruciatæ, & Conciliis, absque alio dispendio cum vno equo, ratione dictæ pensionis, sequi debeant, dispensamus: eisque ad hoc plenam, liberamque licentiam & facultatem concedimus. Ipsisque militibus, qui clerici fuerint, vt etiam quascunque pensiones super quibusuis sæcularibus, & regularibus beneficiis, eorumque prouentibus ecclesiasticis & fructus loco pensionũ eis hactenus & pro tempore quomodolibet assignatos, & concessos, ac assignandos & concedẽdos in dicta Romana Curia, vel extra eam, etiam in mortis articulo, in Clericum, seu clericos non coniugatos per eos eligendos, etiam quæcunque, quotcunque & qualiacunque beneficia Ecclesiastica, & pensiones obtinentes, & expectantes in totum vel in partem, seu partes, etiam coram solis Notario etiam laico, & testibus similibus, etiã sine consensu easdem pensiones soluere debentium, etiam S. R. E. Cardinalium, etiam si illas aliàs transferendi facultatem non habuerint, Regula Cancellariæ de consensu in pensionibus requisito præstando hactenus, & pro tempore ædita, ac stylo in similibus obseruationibus hactenus obseruato, & pro tempore obseruando nõ obstãtibus quãdocunq; transferre, ac translationes sic factæ valeant, & debitores, ac eorũ successores ad soluendum illis in quos dictæ pẽsiones transferentur, sub excõmunicationis sentẽtia, et priuationis poenas ac accessibus, regressibus, ingressibus, decretis, ac aliis clausulis in literis pẽsionũ pro tẽpore contẽtis omnino teneãtur,

etiam

etiam perinde ac si dictæ translationes per nos de consensu debitorum, & aliorum interesse habentium eum prædictis, & quibusuis alijs in literis dictarum pensionum contentis, quæ in ipsis translationibus habeantur pro repetitis, factæ fuissent. Ipsisque Militibus Sancti Pauli, etiam Clericis Presbyteris, Prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis pro tempore existentibus, vt de quibuscunque eorum bonis mobilibus & immobilibus, per eos, tam per Ecclesiam, seu Ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam Hospitalia, vel alia pia loca cuiusuis etiam priuilegiati ordinis seu alterius militiæ fuerint, per eos obtenta, & obtinenda, aut alias quomodolibet ea ingenio, & industria suis, seu alias quomodolibet acquisitis, & acquirendis, etiam si iuxta fel. rec. Sixti IIII. & Iulij II. ac Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostras desuper expeditas literas, immobilia bona non possederint, etiam in dicta Romana Curia testari, & de eis inter eorum vtriusque sexus liberos, etiam legitimos, & illegitimos, aut alias qualscunque etiam incapaces personas, quauis incapacitate disponere, & ea etiam inter viuos erogare, concedere & donare, & testamenta, dispositiones, & concessiones huiusmodi, etiam dimisso officio, libere & licite fiant, & valeant, plenam & liberam, etiam vltra facultates per præfatos prædecessores nostros, & nos Curialibus, & Curiam Romanam sequentibus in Vrbe ædificantibus concessas vsque ad summam, seu valorem aliorum Duorum Millium Ducatorum auri de Camera, quo ad bona per Ecclesiam acquisita, quo vero ad alia simpliciter licentiam & facultatem concedimus.

Testandi quoque potestaté tribuit de bonis acquisitis ex beneficijs etiam ad fauoré illegitimorú. Reuocationé habes inf. in Pij V. const. 71. Sacrosanctum & const. 120. Quęcunq;

Six. 4. const. habes sup. fol. 97. nu. 4.

Iul. 2. cõst. habes sup. fol. 154. n. 7.

Necnon illis ex ipsis pro tempore existentibus Militibus, qui illegitime fuerint, vt de cætero in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis & literis gratiam & iustitiam concernentibus per eos, seu eorum nomine in posterum à dicta Sede, vel illius Legatis, etiam ratione dignitatum etiam Episcopalium, & Metropolitan. ac Monasteriorum seu aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, aut alias qualitercunque impetrandis, vel eis etiam Motu proprio concedendis de defectu natalium, quem quoquomodo patientur, ac dispensationibus eis desuper pro tempore concessis nullam mentionem facere teneantur, Nec propterea impetrationes, concessiones dispensationes, gratiæ, indulta & literæ huiusmodi de surreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu notari possint, sed validæ, & efficaces existant, de speciali gratia indulgemus.

Leon. x. const habes sup. fol. 197. nu. 13.

Istius auté Pon. literas hic non habes.

Eosdemque Milites Sancti Pauli, & eorum familiares pro tempore existentes, ac quodcunque & qualiacunque beneficia Ecclesiastica & bona per eos pro tempore obtenta a quorumcunque ordinariorum locorum & aliorum iurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, etiam si alias sint Milites Hierosolymitani, qui exempti sint à Magno Magistro suo pro tempore, nisi beneficia religionis, aut super eis pensiones à Sede prædicta habuerint, etiam in his omnibus cum alijs Militibus Sancti Pauli antedictis, in quibus eiusdem Sedis Notarij etiam de numero participantium nuncupati de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti sunt & esse consueuerint, Necnon a solutione & exactione cuiuscunque pedagij, gabellæ, impositionis, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris indicti vel indicendi vbique locorum, necnon decimarum, & subsidiorum, etiam Apostolica auctoritate prædicta impositorum, etiam ex quibusuis causis etiam pro Cruciata, etiam super fructibus & emolumentis beneficiorum Ecclesiasticorum & eiusdem Rom. Curiæ officiorum, etiam auctoritate Apostolica impositis quomodolibet, & imponendis, ac in illis faciendis contributionibus.

De Militib. Hierosolimitanis vi de inf. in Pij 4. const. 14. Circumspecta.

Milites eximit a solutione Gabellarú & impositionum &c.

Volumusque vt ipsi Milites Sancti Pauli vxores accipiendo, filias, sorores, & neptes carnales tantum maritando, ad sobolem conseruandam ratione publicæ vtilitatis dotes dare, & recipere, & indumentis & ornamentis eorum arbitrio pro dictis personis vti possint, statutis, & ordinationibus quibuscunque, etiam iuramento firmatis, quibus ex scientia & potestatis plenitudine prædictis plenarie derogamus quoad personas huiusmodi, & cum eis contrahentes non obstantibus.

Tu vide declarationes quas ponã inf. in const. 38. Ex debito.

Et ab obseruatione statutorú circa dotas.

Necnon ipsos Milites Sancti Pauli eorumque filios, & familiares ab omni contributione pro festiuitatibus & spectaculis Romæ celebrandis, vel vbi Rom. Pontifex pro tempore fuerit, seu Romana Curia facienda, quibus interesse vel contribuere non teneantur, nec propterea per magistratus Romanos vel quosuis alios contra eos, vel eorum aliquem sub excommunicationis latæ sententiæ, & Centum Ducatorum auri, vnius videlicet Cameræ Apostolicæ, & alterius medietatis dicto Collegio Militum Sancti Pauli applicandorum pœnis eo ipso incurrendis, procedi vllatenus possit. Ita, vt ordinarij, & alij prælati, eorumque officiales, & Vicarij nullam in eos, etiam ratione dicti contractus, aut rei de qua agi contigerit superioritatem, potestatem, iurisdictionem, vel dominium valeant exercere, aut excommunicationis, vel alias sententias, censuras, & pœnas proferre, nec quicunque exactores Gabellarum, pedaginrum, onerum, decimarum, & subsidiorum huiusmodi ad aliquam solutionem eos coercere possint. Nec ipsi Milites Sancti Pauli, aut eorum filij, vel familiares in præmissis festiuitatibus, & spectaculis interesse aut contribuere teneantur, nec ad id compelli possint pœnitus eximimus & totaliter liberamus, ac iurisdictioni & potestati nostræ & sedis prædictæ dumtaxat immediate subijcimus.

Et ab impositionibus pro Festiuitatibus Pontif.

Ipsisque Militibus Sancti Pauli pro tempore existentibus quandiu officium huiusmodi obtinuerint, præsertim illis ex ipsis Militibus, qui insigne dicti officij, quod esse volumus brachium nudum, quod ensem districtum gerat, vesti consutum, vt Milites sanctorum Ioannis & Iacobi solent, gestabunt, quod insigne per alium quam Militem participantem Sancti Pauli huiusmodi, sub excommunicationis, & Mille Ducatorum pœnis, eo ipso incurrendis gestari non possit. Etsi per non participantes gestatum fuerit, per quemcunque participantem aut ad illius simplicem petitionem per Barisellum amoueri, & sic gestans pro dicta pœna Mille ducatorum compelli possit & debeat.

Insignia hic descripta, Milites S. Pauli gestare tenentur.

Illisque & cuiuslibet ipsorum familiaribus vt ensem & alia arma, etiam per Vrbem, absque alicuius licentia seu pœnæ incursu deferre, etiam si id de speciali mandato nostro per publica banna quantumcunque pœnalia, seu alias quomodolibet etiam in præsentium speciali vel generali derogatione prohiberi contigerit, libere & licite valeant indulgemus: districtius inhibentes Gubernatori, Barisello & alijs, etiam dictæ Vrbis & extra, ac quibusuis officialibus pro tempore existentibus eidem Romanæ Ecclesiæ subiectis sub excommunicationis latæ sententiæ, & Mille ducatorum auri Fisco nostro pro vna, & dictorum Militum Sancti Pauli Collegio pro alia medietatibus applicandorum pœnis, eo ipso, si contrafecerint, incurrendis, ne arma huiusmodi ab eisdem Militibus vel eorum familiaribus pro tempore existentibus quamdiu ipsi Milites dicta officia habuerint, auferre seu eos desuper impedire, aut propterea eis aliquam molestiam vel offensam inferre quouis modo præsumant.

Armaque ipsi & eorú familiares ferat per Vrbe deferre possint.

Ac volumus, quòd singuli pro tempore existentes Milites Sancti Pauli prædicti quascunque literas apostolicas, etiam per Breue, & officium Pœnitentiariæ nostræ gratiam, seu iustitiam, aut vtrunque continentes eis & eorum cuilibet, & eiusdem officij Capellano pro tempore concessas, in dilectorú filiorum pro tempore Abbreuiatorum, Scriptorum bullarum, ac registri, ac qui etiam de literis Apostolicis gratis expeditis taxam percipiunt, illa non soluta Sollicitatorú earundem literarú dictæ Pœnitentiariæ, &

Literarũ Apost. expeditiones gratis habent.

alijs quibusuis dictæ Curiæ officijs gratis expediant, cum subscriptione, videlicet, Gratis pro Milite S. Pauli, per Rescribendarium pro tempore existentem, & alios ad quos pro tempore pertinebit facienda, obtineantque quo ad præsentes literæ robur, vicesque gerant, etiam notitia, etiam manu nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis, in quo alij familiares nostri, continui commensales Palatini, qui literas gratis expedire debent, describi, & annotari soliti sunt. Censeantur quoque ijdem Milites, eorumque successores, & omni fictione cessante, habeantur & sint, seruato inter eos ad militiæ huiusmodi officia receptionis ordine, actu descripti, prout eos extunc & econtra quotiens descriptio ipsa fiet, describimus, & annotamus in literis in quibus familiares continui commensales nostri & Cardinalium ad apostolatus antea assumptorum, qui assumptionis tempore nostris, & illorum respectiue obsequijs actu insistebant ad effectum præcedendi alios in assecutione beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, & earum mutationum, collationum, extensionum, & reualidationum eis erunt acceptanda, describuntur, ac describi, & annotari consueuerant, immediate

Descripti intelliguntur in literis in quibus veri familiares describũtur vt hic.

ante penultimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum prædictorum, & ante Cantores, Capellanos, & alios quoscunque Sedis & Curiæ prædictarum Officiales, ac ministros, etiam vigore priuilegiorum & indultorum eis per nos & diuersos Romanos Pontifices prædecessores nostros super hoc concessorum, & concedendorum in eisdem literis ante penultimum, vel alium superiorem in ordine pro tempore descriptum annotatos & descriptos, ita, vt ipsi omnibus, & dicto penultimo antiquo & vero nostro, & non per priuilegium descripto citra, absque tamen dictorum Scriptorum & aliorum in huiusmodi antelationibus eas præcedentium præiudicio: Dictique Milites literas gratiarum expectatiuarum quotiens eas generaliter concedi contigerit, &

Expectatiuas ad plura beneficia obtinere possũt.

per nos concessas sub data præsenti absque aliqua signatura desuper obtinenda in prima earum expeditione ad tres collationes, & tria beneficia etiam litigiosa, per eorum quemlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficijs alias sub eorundem Militum gratijs expectatiuis, eorumque collationum mutationibus & extensioni-

Reuocauit hoc Pius V. infra in const. 71. Sacrosanctum.

bus pro tempore comprehensis, dispositioni Apostolicæ ex quauis causa, præterquam ratione illius vacationis apud sedem prædictam, aut familiaritatis, continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Ro. Pontificis, aut cuius tempore vacationis ad id consensus requirendus foret alicuius dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis generaliter reseruatum, vel ex generali Apostolica reseruatione, aut alias quomodolibet affectum, & cuius beneficij reseruati fructus, redditus, & prouentus Trecentorum florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedant, eapedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum vel affectum, etiam si ipsi milites in ipsis gratiarum expectatiuarum literis, vel constitutionibus siue regulis Cancellariæ Apost. desuper pro tempore æditis spetialiter & expresse excluderentur, aut aliàs eorum gratia limitaretur, etiam in mensibus ordinarijs collatoribus quomodolibet concessis, & tam illud quam alia quæcunque cum cura & sine cura sæcularia, & regularia sub huiusmodi expectatiuis, & illarum mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationum, ac reseruationibus, vnionibus, mandatis, & alijs gratijs eis pro tempore concessis comprehensa beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia, tam in dicta Curia præsentes, quàm ab ea absentes, etiam in ipsa Curia procuratores speciales, & generales in genere acceptare, & de illis sibi etiã in genere prouideri facere, ac illa consequi, & habere, ac acceptationes & prouisiones huiusmodi ad beneficia particularia, etiam per procuratorem generalem specificare: Notarij quoque inde rogati iuxta stylum Archiuij Romanæ Curiæ super acceptationibus instrumenta de beneficijs tunc vacantibus cum pro parte ipsorũ Militum pro tempore existentium requisiti fuerint, conficere possint, & debeant, ac acceptationes, & prouisiones huiusmodi validæ & efficaces existant, ipsique Milites ad satisfaciendũ cõstitutionibus de publicandis accepta-

Milites nõ ligantur constitutionibus de publ. Resignat. De quo vide in Greg. 13. constit. 89 Humano.

tionibus, & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, seu eis ad iudicium euocandis æditis, & pro tempore ædendis minime teneantur. Ac omnibus & singulis priuilegijs antelationum, prærogatiuis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, concessionibus, & indultis alijs familiaribus nostris, continuis commensalibus etiam antiquis & descriptis, & literarum Apostolicarum Scriptoribus, & Cubicularijs nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis quomodolibet concessis & con-

Priuilegia Familiarium, & Scriptorum ac Cubicul. eisdem communicat.

cedendis, non ad instar, sed pariformiter & æque principaliter sine vlla differentia, prout ipsi antiqui, & descripti familiares, & Scriptores, ac Cubicularij vtuntur, potiuntur & gaudẽt, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, sine tamen eorum præiudicio, vtãtur, potiantur, & gaudeant. Itaque singulis ex eisdẽ Militibus S. Pauli laicis vel coniugatis quoad omnia gratias expectatiuas huiusmodi concernentia, vel eorũ partem, clericis vero quo ad prærogatiuas duntaxat, & reseruatum, aut affectum beneficium huiusmodi, etiam in

De Familiaribus habes supra fol. 187. Clem. 7. const. 14 Romani.

toto, vel in parte, vnum vel plures loco sui in qualibet expeditione, quotiens gratiæ expectatiuæ huiusmodi per nos aut successores nostros Romanos Pontifices concedentur, etiam ad effectum gratias ipsas sub forma prædicta, ac prærogatiuis, antelationibus, & facultate acceedendi huiusmodi coram Notario publico, & testibus, vel

Descriptoribus vide inf. Pij V. cõst. 86. In earũ.

per cedulam manu sua scriptam libere nominare, qui sic nominatus, vel nominati antelationibus, prærogatiuis, & facultate prædictis gaudeant eo ipso in omnibus & per omnia, ac si sibi principaliter concessa fuissent, & tũc actu concederentur. Et quòd dicti Milites S. Pauli qui pro tempore fuerint, de eorum officij, siue locis, & emo-

De Cubicularijs vide sup. fol. 199. Leon. x. const. 14. Romanus.

lumentis, quæ cum quibusuis alijs Romanæ Curiæ officijs compatibilia existant, & per quoscunque, ne dum vnum, sed plura quodcunque etiam vltra decem obtineri valeant, ac per solam signaturam concedi debeant, disponere, & illa in nostris, & dictorum successorum manibus quando ipsis Militibus S. Pauli placuerit, & in

Milites plura officia obtinere, & illa resignare possint.

fauorem personarum per ipsos nominandarum resignare libere & licite valeant, ac resignationes huiusmodi validæ & efficaces existant, & suos effectus sortiri debeant, ac pro signatura concessionis singulorum officiorum, siue locorum huiusmodi per resignationem pro tempore vacantium quadraginta quinque Florenos auri de Camera soluant. Ita tamen, quòd Milites infra nominati, & in expeditione, vel post expeditionem præsentium literarum nominandi, & in libro Collegij huiusmodi annotandi vsque ad numerum Ducentorum huiusmo-

Militũ numerus.

di duntaxat infrascripti, videlicet, & alij postea nominandi infra sex menses à die qua quilibet eorum pretium officij Militis huiusmodi exbursauerit computandos duntaxat, & non vltra ipsum officium in quorumuis fauorem in manibus nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis, nulla cõpositione seu admissione solutis, nec consensu alibi præstando requisitis pro vna vice duntaxat infra dictos sex menses dimittere, & supplicationes admissionum, resignationum, & cõcessionum huiusmodi per solam signaturam, etiã sine registratura expediri, & partibus consignari debeant & valeant, ac personæ in quas dictæ dimissiones infra dictos sex menses, vt præfertur, fiant gratis & absque aliqua admissionis solutione quæcunq; Collegio Militum hmôi, vel etiam Scri-

ptoribus

[..]toribus Apostolicis ratione expeditionis gratis fieri debeant. Necnon Collegium Militum huiusmodi collegialia iura, insignia, & authoritatem, licentiamque statuta, & ordinationes eorum tranquillum, & prosperum statum concernentia, condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videbitur in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaque sub pecuniarijs eidem Collegio applicandis, & alijs etiam suspensionis a perceptione emolumentorum distribuendorum arbitrio dicti Collegij poenis per deputandos per ipsum Collegium exigendis obseruari faciendi licentiam, & facultatem tribuimus, & elargimur. Eisdemque Militibus sancti Pauli pro tempore existentibus, & singulis pro eorum quolibet literæ Apostolicæ, etiam sub plumbo super omnibus & singulis expectatiuis, ac earum extensionibus, ampliationibus, & alijs eis per præsentes concessis gratijs, etiam per Cameram, vel Cancellariam Apostolicam gratis expediri possint, indulgemus, & vt quod suum est quisque percipiat, & fraudibus hominum obuietur, dilecto filio nostro Alexandro sancti Laurentij in Damaso Diacono Cardinali de Farnesio nuncupato, moderno & pro tempore existenti dictæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellario in virtute sanctæ obedientiæ, ac dilectis filijs etiam modernis, & qui pro tempore fuerint dictam Cancellariam Regenti & Secretarijs nostris, ac Summistæ literarum Apostolicarum, quæ in Cancellaria nostra expediuntur, ac Magistris plumbi, & illius Collectoribus, & Bullatoribus literarum earundem sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua illam incurrentes non nisi a nobis, vel successoribus nostris, præterquam in mortis articulo constituti, & integra satisfactione præuia absolui possint, districte præcipiendo mandamus, vt nullas ex literis Apostolicis etiam in forma breuis quarum ratione annata, vel commune tunc, vel in aliquem euentum aliquando soluenda fuerint, vel quod solui debeant ex earum continentia tacite, vel expresse apparebit ad bullandum mittant, aut ad sigillandum nobis, vel successoribus nostris præsentent, seu alias quoquomodo expediri permittant, nisi prius eis respectiue per subscriptionem deputatorum pro tempore dicti Collegij ad illorum infrascriptos prouentus exigendum constet, quod deputatis prædictis annata, & commune huiusmodi, vel soluta, vel de illis soluendis idonea cautio data fuerit, & Notarijs dictæ Cameræ Apostolicæ, vt a cassatione cuiuscunque obligationis, cuius vigore annata, vel commune etiam antiqua, etiam quorum dies iampridem cessarint, & ratione regressuum, & cassationis pensionum annuarum, & perceptionis omnium fructuum, & reseruationis eorundem, ac vnionum perpetuarum ac aliarum quarumuis dispensationum quindennij soluenda fuerint, etiam si id per specialem signaturam a nobis, & dictis nostris successoribus desuper obtentam expresse mandetur nisi eis similiter constet quod dictis Militibus sancti Pauli de portione annatæ, seu communis huiusmodi eos iuxta infra scribendam assignationem contingentem sit integre satisfactum penitus se contineant. Qui vero ex Regente Secretarijs, Summista, Bullatoribusue ac Notarijs præceptum nostrum huiusmodi, etiam de dicto speciali mandato violare, vel ipsos Milites sancti Pauli, eorumque Collegium, & singulares personas defraudare quomodolibet præsumpserint, vltra dictam excommunicationis sententiam, ad restituendum soluendumque Collegio Militum sancti Pauli huiusmodi duplum eius ad quod annatæ seu communia huiusmodi ascenderint, quauis omni exceptione & excusatione cessantibus, obligati sint, & ad id cogi, & compelli possint. Et quod eædem literæ, tam sub plumbo, quam etiam in forma Breuis sine deputatorum per dictum Collegium pro tempore existentium subscriptione bullatæ, plombatæ, sigillatæ & gratiæ in illis contentæ, & cassationes aliter factæ sint nullæ & habeantur penitus pro infectis, & non concessis, beneficiaque ipsa per nullitatem gratiarum huiusmodi, & illarum concessionum, etiam si de dictorum fratrum consilio Consistorialiter habito emanauerint, tunc vacatia possint a nobis & eadem sede libere impetrari, & cum effectu ab impetrantibus obtineri, & ad portionem annatarum, seu communium huiusmodi dictum Collegium Militum sancti Pauli concernentem huiusmodi pro eiusdem Collegij & literas expedientium commoditate percipiendam eisdem Militibus sancti Pauli loca in dictis Cancellaria, & Camera, videlicet, in bancho dictorum Militum sancti Petri, & simultate cum eis, ita quod prius ipsi duo Milites sancti Petri, & iuxta eos alij duo Milites sancti Pauli huiusmodi, vnus tamen eorum pro quolibet Collegio literas Apostolicas subscribant, ac etiam pro eorum honore in Capella nostra, & Consistorijs, sessionibus, processionibus, caualcatis, & alijs actibus publicis mixtim cum prædictis Militibus sancti Petri, ita quod ipsi sancti Petri dextram partem teneant, assignanda esse, prout eadem loca, necnon partem armorum nostrorum, videlicet Lilia, cum vel sine cuiuslibet eorum proprijs armis, si ea habuerint, libere & licite ponenda, in veræ nobilitatis signum assignamus, & etiam insignia huiusmodi non deferendo nobilitate prædicta non careant eorumque receptorem, & computatorem pro portione annatarum Collegij huiusmodi manum in literis Apostolicis pro tempore expediendis, prout alij officiales de ipsis annatis participantes apponunt, apponere posse, & debere: Ac præfatos Milites, ac alios quoscunque, etiam sancti Petri non participantes, etiam Regum, Principum, ad ordinem eorundem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumuis militiarum, & quorumcunque ordinum, & Hospitalium, ac etiam sancti Ioannis Hierosolymitani Milites & fratres in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore Romano Pontifice, & in quibusuis alijs locis præcedere, & quando Nos, & Romani Pontifices sub Baldachino procedent, Baldachinum huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen procedentibus deferre, ac per se, vel alios per dictum Collegium deputandos omnes, & singulas decimas, alias quotas, Apostolica auctoritate, super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, pro tempore impositas, & imponendas colligere, & de omnibus, quæ eidem Cameræ, & alijs restituent respectiue quinque ducatos pro quolibet centenario recipere. Quodque Milites sancti Pauli huiusmodi, & eorum successores ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunque iurium in dicta Camera ratione officiorum militum sancti Pauli huiusmodi ipsis nunc & pro tempore concessorum solutione, & præstatione omnino sint liberi, & exempti, & clerici ad notariatus officium pro tempore assumpti ad gestandum notariatus habitum non teneantur, & qui illum habere voluerint, a pro tempore existentibus Collegij dictorum Militum defensoribus recipiant, & in eorum, vel alicuius eorum manibus solitum præstent iuramentum, liceatque ipsis defensoribus ipsius Collegij nomine, & sub communi ipsius sigillo processus super officio notariatus duntaxat in ea forma, quam executores in literis Apostolicis ad exhibendum insignia Protonotariatus huiusmodi pro tempore deputati dare consueuerint, dare processus, aut exemptiones pro Notarijs huiusmodi per Cameram expediri solitos a dicta Camera, iuxta morem solitum recipere, & pro eorum singulis cum eos habere voluerint, Iulios XXII. duntaxat, etiam computatis iocalibus, & Camerarij sigillo, & non vltra, prædictæ Cameræ persoluere teneantur. Cæterum cum infrascripti Milites Ducentos Mille scutos auri in auro cunei Itali, pro nostris

Colleg. S. Pauli [..] condendi [..] statuta, & alia iura collegialia.

Card. Farnesij Vicecancellarij deputationem habes sup. fol. 361, const. 6. Singularis.

Literas apost. precipit nō expediri nisi satisfacto collegio Militum de eius prouētibus.

Et mandat non cassari obligationes per Notarios Cam. Apost. nisi vt sup.

Contrauenientibus pœnas hic expressas imponit.

Militib. assignat locum in Cancellaria, & Camera Apost. & in Capella, consistorijs cauualcatis & processionibus.

De eorum loco in processione Corporis Christi vide infra in Gregor. 13 const. 90 Omnibus.

Insignia ipsius met Pontific. confert.

Præcedentiā ante quoscunq; alios Milites, etiam s. Petri non participantes, ac s. Ioannis Hierosolimitani concedit.

Baldachinoq; deferre posse declarat.

Faculas colligendi decimas.

Exemptio Militū a iocalibus.

& prædictæ ecclesiæ necessitatibus subleuandis, & pro infrascriptorum eis assignatorum prouentuum pretio, seu recompensa de proprijs eorum bonis nobis in pecunia obtulerint, seu persoluere in effectu intendant numerata, iustum sit, & æquitati conueniat, vt eorundem Militum vitæ adiumento, & indemnitatibus taliter consulatur quod ea bono, & charitatiuo officio, quod in hoc erga nos & dictam Romanam ecclesiam iuxta solutionem faciendam, vt supra sunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipsi eorumue successores iacturam, aut detrimentum sustineant, de consilio, assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis eisdem Militibus sancti Pauli, eorumque in militiæ officijs huiusmodi successoribus in perpetuum XX. Florenos auri de Camera similes pro quolibet centenario, etiam singularum annatarum communium, tam ex ecclesijs & monasterijs, quam quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis, & super eis assignatis pensionibus, ac etiam ratione regressuum, accessuum, cassationum, pensionum annuarum, & perceptione fructuum omnium, illorumque assignatione, ac vnionum & suppressionum, & aliarum quarumcunque dispositionum, etiam de quindennio in quindennium, aut de viginti annis, in viginti annos, seu alia tempora tunc, etiam si iampridem illorum dies cesserint, nunc & pro tempore nobis, ac Sedi & Cameræ Apostolicæ prædictis hactenus debitorum, & debendorum pro tempore, & qui per ipsam Cameram, aut agentes pro ea quandocunque, quomodocunque, & qualitercunq; exigi possunt, & poterunt exigere & super euentualibus solutionibus faciendis obligationes, & cautiones idoneas petere, & habere sine aliqua diminutione, etiam prætextu remissionum & gratiarum per nos & successores nostros præfatos quibuslibet personis & locis cuiusuis gradus, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam grandis etiam talibus, quod de eis oporteret specialem facere mentioné, & ex quibuscunque quantumuis iustis, honestis, & rationabilibus ac necessarijs causis pro tempore factarum, Ac speciales inquisitores, & collectores in Romana Curia, & extra eam desuper facere, & deputare libere & licite possint. Necnon etiam ex emolumentis Dohanarum grasciæ, & Ripæ & Ripettæ, illarumque, & cuiuslibet ipsarum insolidum, ac earum membrorum & dependentiarum eiusdem Vrbis singulis annis Quatuordecim mille, & sexcentos ducatos de Iulijs decem pro quolibet ducato ad ratam pro quolibet mense perpetuo concedimus, & vendimus, tradimus, assignamus, & donamus, Statuentes edicto quod quicunque literas aliquas ex quibus ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet in eis comprehensorum annata, vel cõmune huiusmodi soluenda fuerint, sine deputatorum prædictorum subscriptione per se, vel alium expedire procurauerit, aut illis quomodolibet vsus fuerit, omnes & singulas sententias censuras & pœnas in literarum apostolicarum falsarios promulgatas incidisse censeantur eo ipso. Ac qui Milites prædictos in annatis, vel cõmunibus, vel Dohanis, & alijs prouentibus, & emolumentis eis per nos assignatis, & applicatis huiusmodi modo aliquo fraudauerit, ad interesse eis in vtroque foro, & vt manifestus fur actione furti semper teneatur ac infamiæ, & alijs in fures, ac peculatus criminis reos notorios quomodolibet æditis pœnis subiaceant. Quodque quicunque præmissa super quibus emolumenta prædicta assignamus, nunc & pro tempore detinentes etiam si S. R. E. Cardinales, aut sedis prædictæ Legati existant, etiam de latere, & in deductionem alicuius quantumcunque grandis pecuniarum summæ nobis, & successoribus præfatis etiam pro subuentione onerum eidem Romanæ Ecclesiæ incumbentium, aut ea quacunque, & quantumcunque efficacissima causa traditi, & propterea debita, & debenda emolumenta officio huiusmodi obtineant, & hoc publicis appareat documentis, ac in eis præsentes de verbo ad verbum insertæ sint, ad præstandum ipsis Militibus sancti Pauli emolumenta eis per nos assignata, & applicata huiusmodi omnino teneantur, nec aduersus præmissa possint modo aliquo se tueri, defendere, vel excusare: ipsique assignati prouentus perpetuis futuris temporibus in omnibus & singulis locationibus, venditionibus, appaltationibus, conductionibus, & alijs etiam gratiosis concessionibus, quibusuis personis, etiam Cardinalibus, & Legatis, ac officijs prædictis per nos & successores nostros ac sedem præfatam faciendis nullatenus comprehendantur, sed intelligantur, & sint ab illis semper excepti. Teneanturque Camerarius, Thesaurarius generalis, & alij Commissarij nostri, & successorum nostrorum, ac Præsidentes, & Clerici dictæ Cameræ apostolicæ in omnibus contractibus, cum quibusuis personis desuper propterea in eundis emolumenta, & prouentus per præsentes applicata, & assignata huiusmodi specifice, nominatim, & expresse excipere & reseruare eidem Collegio Militum sancti Pauli huiusmodi integre persoluenda, & efficaciter præstanda, & ad id quoscunque conductores, appaltatores, & debitores Dohanarum, & emolumentorum huiusmodi expresse ad omne beneplacitum Militum sancti Pauli huiusmodi in ampliori forma Cameræ, prout eidem Cameræ obligati sunt & erunt, vel obligari contigerit pro rata prædicta seipsos, & sua bona in eadem ampliori forma obligari facere, & ipsi appaltatores, vel conductores antequam ipsos & sua bona huiusmodi, vt præfertur, obligauerint Dohanam, & emolumenta per nos assignata huiusmodi tangere nequeant. Et nihilominus moderni, & qui pro tempore fuerint conductores de dictis prouentibus, seu ducatorum summis, prout eorum quemlibet respectiue contingat, & moderni, videlicet ex nunc & futuri, antequam exigere, & officia sua exercere incipiant, in cuiuslibet mensis tunc fine in dicta curia, & in ducatis auri de Camera, saltem in Grossis, & non in Baiocchis argenti, nec Quatrenis pro rata contingente, sine mora, aut excusatione aliqua, absque aliquo restauro, defalco, deductione, aut retentione, quod etiam ratione absentiæ nostræ, aut etiam successorum nostrorum ab Vrbe, aut pestis, & etiam infidelium, aut aliorum hostium, & inimicorum, aut aliorum bellorum, aut alia quauis causa, etiam excogitata, propter quam restaurum, vel defalcatio de iure, vel consuetudine prætendi, aut fieri, ac etiam per Cameram apostolicam admitti soleat, & debeat, & si restaurum vel defalcationem huiusmodi fieri contigerit, non ex rata dictum Collegium tangente, quæ nullatenus propterea retineri, vel diminui possit, neque debeat, sed super residuo emolumentorum dictarum Dohanarum ad nos, & dictam Cameram spectantium admitti, defalcari, & bonos fieri debeat, ita quod dicto Collegio Militum sancti Pauli sua integra rata prædicta remaneat, & per conductores, & appaltatores prædictos in fine cuiuslibet mensis absque aliqua defalcatione, molestia, seu tergiuersatione persoluatur eidem Collegio integre cum effectu, & per idoneos fide & facultate Mercatores dictam Curiam sequentes, idoneam & admissibilem cautionem præstare teneantur, eis autem cautionem præstare infra octo dies post initos per eos contractus, aut concessiones alias obtentas, vel assignationem in fine cuiuslibet mensis huiusmodi facere differentibus, vel quomodolibet causantibus, cessantibus, seu recusantibus liceat Militibus sancti Pauli huiusmodi corporalem & actualem possessionem Dohanarum, & emolumẽtorum huiusmodi per se, vel alium, seu alios auctoritate præsentium, quas vim validæ, & efficacis concessionis obtinere decernimus, apprehendere, & donec cautio præstetur, & assignationes prædictæ, vt præfertur, fiant, & de damnis & interesse, quæ Collegio huiusmodi

Summa pecuniarũ quas Milites soluerũt Pontifici pro subleuandis Ecclesiæ necessitatibus.

Emolumenta & prouentus Militibus à Pont. assignata.

Fraudantes Milites de eorũ prouentibus pœnæ.

Emolumenta Militũ excepta remanent, in concessionibus rerum Cameralium.

Camerarij tenentur in contractibus reseruare prouentus Militum.

Defalcatio fienda pro conductoribus, non tangit prouentus Militũ.

Conductores soluant emolumẽta Militibus quolibet mense & dẽt cautionem idoneã.

iusmodi inde substulerit, super quibus eorum Defensorum assertioni omnimodo stetur, satisfiat, retinere, redditusque inde prouenientes in eius quòd eis inde debebatur solutionem, & damnorum ac interesse prædictorum refectionem conuertere, & de residuo dictæ Cameræ respondere quauis alia locatione concessione, ac deputatione quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis existant, per nos, seu Cameram Apostolicam, aut alias ex quauis causa facta, seu in posterum facienda, quas in huiusmodi euentum ex nunc, & econtra reuocamus, cassamus, & annullamus, ipsosque conductores, appaltatores & officiales exnunc prout extunc, & econuerso ab eisdem amouemus, & amotos esse declaramus, ac in ipsorum locorum administrationem, & exercitium Collegium Militum S. Pauli huiusmodi, ipsiusque singulares personas ponimus, substituimus, & subrogamus. Volentes, vt emolumenta, & pecuniarum summæ vel annui redditus prædicti dicto Collegio assignata à Kal. mensis Iulii proxime futuri huiusmodi incipiant, & inter eos, qui infra describentur distribuantur: Ipsique Milites ad probandum dictos Ducentos Mille Scutos in necessariam, vel euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & Sedis earumdem conuersos fuisse minime teneantur ac in euentum in quem contigerit Collegium Militum sancti Pauli huiusmodi ex aliqua ratione, vel causa, seu casu etiam inexcogitato in totum, vel in partem per nos, & successores nostros præfatos extingui, seu reuocari, aut ipsos Milites quominus iura & emolumenta eis assignata prædicta integre, libereque percipiant quomodolibet, etiam casu fortuito, vel alias etiam totalem defectionem, vel cessationem ipsorum introituum adducẽte impediri, seu diminui Dohanas prædictas, & earum quamlibet, ac dictos viginti Florenos pro quolibet centenario annatarum, & communium, & etiam nos, & successores nostros, ac Cameram apostolicam prædictos, ac ipsius Cameræ spiritualia, & temporalia omnia & singula, ac etiam in spetie iocalia, & alia bona mobilia, & immobilia nostra, & Romanorum Pontificum pro tempore existentium prædictorum, ac specialibus Thesaurariæ nostrorum Perusij & Vmbriæ, eorumque iura, actiones, redditus, & prouentus, ita vt in quemuis ex dictis euentibus liceat præfato Collegio illa, præsentium auctoritate, exigere, illorumque redditus, & prouentus inter se, vsque ad detrimenti pro tempore illati, damnorum & interesse executorum plenam, atque integram satisfactionem diuidere, eiectis inde illorum pro tempore Collectoribus, conductoribus, appaltatoribus, & alijs, qui illa cum hoc onere, & hac conditione conduxisse de cætero expresse intelligantur in vim validi, & efficacis contractus, quem cum eisdem Militibus sancti Pauli pro eis, eorumque in dictis officijs futuris successoribus inimus solemniter per præsentes eisdem Militibus sancti Pauli pro tempore existentibus esse valide, & efficaciter obligatos, videlicet, si facta fuerit aliqua diminutio iurium, priuilegiorum & emolumentorum prædictorum ad satisfaciendum eis de summa, quam amisisse, vel præiudicio, quod substinuisse ipsos Milites sancti Pauli ex huiusmodi diminutione, aut præiudicio iuxta desuper æstimatione facta constabit. Si vero ipsum extinguatur Collegium, seu loca, & officia Militum sancti Pauli huiusmodi aliter quam per nos præsentibus ordinantur, & instituuntur, contra earundem tenorem præsentium confundantur, vel alterentur ad restituendum ipsis Militibus sancti Pauli supradictã integram ducentorum millium scutorum summam per eos, & eorum singulos, vt præmittitur, persoluas, quibus nullo modo, nullaue ratione, vel causa computari debeant, seu possint, in sortem, iura, & emolumenta per eos interim percepta in toto vel in parte, sed illa, tamquam iusto, & legitimo titulo, ac bona fide lucrentur, acquirant, & retineant, nec ad illa restituendum, vel cum forte prædicta compensandum modo aliquo cogi, vel compelli possint, neque debeant, ac eisdem præsentibus, quas veri contractus & obligationis inter nos, & sedem præfatam, ac eius Cameram ex vna, & Milites ipsos ex altera partibus legitime initi, & stipulati, vim & robur obtinere decernimus, & obtinentibus per quascunque literas, & gratias per nos, & successores nostros desuper concedendas derogari, clausulamque cum eorum vel earum, seu præsentium derogatione latissime extendendam. Ac quod eædem præsentes literæ, earumque tenores pro expressis habeantur in quibusuis supplicationibus & contractibus inter, & per nos, ac successores nostros, & Cameram, ac Appaltatores, & alios locatores & conductores prædictos, & alias quascunque personas pro tempore signatis, & initis appositam nihil penitus operari, & illius vigore in literis apostolicis super ipsis obligationibus conficiendis quicquam vltra quam in supplicationibus huiusmodi specifice fit expressum, narrari non possit. Sicque per modernos, & pro tempore existentes eiusdem S. R. E. Camerarium, & Cameræ apostolicæ Clericos, & Præsidentes, ac alios quoscunque iudices, & commissarios, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, & præfatæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quibuscunque causis super præmissis, vel eorum aliquo pro tempore motis iudicari, & diffiniri, ac sententiari debere, sublata eis, & eorum singulis quauis aliter faciendi, & iudicandi omninoda facultate, & auctoritate. Nec non irritum & inane quicquid secus super his, vel eorum aliquo per eos, & alios quoscunque quauis auctoritate, etiam per nos, & successores nostros præfatos, scienter vel ignoranter contigerit attentari etiam decernimus et declaramus, eisdemque Camerario, Præsidentibus, et Clericis nunc, et pro tempore existentibus, ac omnibus et singulis alijs ac quos id quomodolibet spectat, et spectabit pro tempore, vt summa ducentorum millium scutorum huiusmodi gratis ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, et describant, scripturasque necessarias, et opportunas, et obligationes desuper conficiant, contractum per nos sic celebratum, et bonam fidem nostram recognoscentes, et sequentes faciant eisdem Militibus super præmissis, et eorum plena, inuiolabili obseruatione quodcunque publicum instrumentum obligatorium bonorum spiritualium, et temporalium Romanæ Ecclesiæ, et Cameræ apostolicæ prædictarum ad ipsorum Militum sancti Pauli requisitionem, prout etiam nos facimus, ac nos et sedem, ac Cameram, et bona prædicta obligamus per præsentes, et in aliquem ex dictis euentibus absque alterius declarationis, seu mandati expectatione, de præmissis debitam et integram eis satisfactionem impendant: dictique Romani Pontificis obitus, et coronationis temporibus lugubres et iucundas vestes huiusmodi eis exhibeant, et assignent, præcipimus, et mandamus: volumusque quod occurrente vacatione singulorum officiorum Militum sancti Pauli huiusmodi eorum emolumenta donec nos, vel Romani Pontifices pro tempore existentes de illis prouiderimus eidem Collegio accrescant: et si Datario pro tempore existenti illa concesserimus, tunc idem Datarius admissionem propterea debitam & debendam persoluat, & interim donec persoluerit, etiam emolumenta officiorum ei concessorum huiusmodi eidem Collegio accrescant. Postremo considerantes, quod sicut omnipotenti Deo sic ordinante beatissimus Apostolus Paulus, vas electionis beato Petro Apostolorum Principi in socium datus fuit, ipsique ambo pariter Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, ita sperandum est, quod dictum sancti Pauli, & per fel. rec. Leonem Papam X. prædecessorem nostrum erectum sancti Petri Militum Collegia, illos sub quorum nominibus erecta imitando societa-

Milites nõ tenẽtur pbare sũmã pecuniarũ expositã ĩ Pontifi. fuisse versata in vtilitatem sedis Apost.

Obligatio oĩum bonorũ Cã. Ap. pro assecuratione Militum.

Si Collegiũ aliquo casu dissoluatur, restituantur vnicuique pecunię integrẽ absq; aliqua ex cõputatione fructuum.

Decretũ irritans.

Sũmã pecuniarũ soluendã à Collegio Militũ mãdat poni ad introitũ Cam. Ap. & p Camerarios fieri solita obligatori super pmissis ad fauorẽ Collegij.

Leon. x. cõst. in habes sup. f. 347.

ſocietatem adinuicem inient, & quam illi eccleſiam conſecrarunt, iſti conſeruare, & manutenere conabuntur,
decenſque reputantes, vt ſicut præfatus Apoſtolorum Princeps, quaſi caput quoddam Eccleſiæ, dona Dei in
alios diffudit, ita præfatum Collegium Militum ſancti Petri, quaſi in eius intitulatione caput ipſorum repræſen-
tans dona a dicta eccleſia recepta in dictum Collegium Militum ſancti Pauli diffundat, ipſaque ei communi-
cet, nos omnia & ſingula priuilegia gratias, diſpenſationes, facultates, antelationum prærogatiuas, exemptio-

Priuilegia & exemptiones Militum S. Petri, de quibus vide in dicta 36. const. Leon. x. istis Militibus S. Pauli communicat.

nes, decreta, declarationes, & indulta, & quæcunque alia in literis apoſtolicis præfato Collegio Militum ſancti
Petri contenta (his, quæ aſsignationem emolumentorum concernunt, duntaxat exceptis, ſine præfati Collegij
Militum ſancti Pauli, ac ipſorum Militum præiudicio) præfato Collegio Militum Sancti Pauli, auctoritate præ-
dicta per eaſdem præſentes communicamus. Volentes quod Collegium Sancti Pauli huiuſmodi ipſiuſque Mi-
lites ipſis priuilegijs, gratijs, fauoribus, diſpenſationibus, facultatibus, antelationum prærogatiuis, exem-
ptionibus, decretis, declarationibus, literis, & indultis quibuſcunque, tam per dictum Leonem, quam piæ mem.

Clem. 7. const. istā habes supra fol. 330 num. 16. Istius Pont. const. habes sup. f. 358. num. 3.

Clementem VII. & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam
eiſdem Collegio, & Militibus Sancti Petri quomodolibet conceſsis, confirmatis, & innouatis, necnon omni-
bus, & ſingulis in quibuſuis literis deſuper confectis, quarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis, &
vere ac non ficte de verbo ad verbum inſertis haberi volumus contentis, etiam ſi aliqua ex eis quæ etiam in
præſentibus poſita ſint inibi cum prægnantioribus, & efficacioribus, etiam conſequutiue nõ venientibus clauſu-
lis, immo etiam omnino ſeparatis, & alias maiora, & maioris conſiderationis quam expreſſa forent (his, quæ di-
ctam aſsignationem emolumentorum concernunt, vt præfertur, duntaxat exceptis) in omnibus, & per omnia
vti frui, potiri, ac gaudere, ſine tamen eorundem Militum ſancti Petri, eorumque Collegij præiudicio, vt præ-
fertur, poſsint, ac ſi illa omnia in præſentibus literis ſpecifice expreſſa, & conceſſa eſſent. Quodque generalis
curiæ cauſarum Cameræ apoſtolicæ præfatæ Auditor, ac vniuerſi & ſinguli alij moderni, & pro tempore exi-
ſtentes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate eccleſiaſtica conſtituti in dicta Curia, &

Defensores Collegij.

extra eam reſidentes, ac per Collegium Militum ſancti Pauli huiuſmodi, & eorum ſingulos eligendi, & eorum
ſinguli per ſe vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra dictis Militibus in præmiſsis aſsiſtant præſidio defenſio-
nis, faciantque eos, & eorum ſingulos. eorumque filios, & familiares, quotiens pro ipſorum parte ſuper hoc
fuerint requiſiti, omnibus & ſingulis prædictis pacifice frui & gaudere, non permittentes eos per quoſcunque
deſuper quomodolibet moleſtari, inquietari, aut impediri, contradictores quoslibet, & rebelles cuiuſcunque
ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint per cenſuras eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas,
aliaque iuris & facti quæuis opportuna remedia, appellatione qualibet omnino poſtpoſita, compeſcendo.
Non obſtantibus Lateranen. Concilij nouiſsime celebrati, tam ſuper habitu per noſtros, & dictæ ſedis Nota-

De Concilio Lateran. habes sup. fol. 219. const. 29.

rios ſub pœnis ibi expreſsis geſtando, quam bonis Eccleſiæ Romanæ, & ſedis eiuſdem non alienandis, ac etiam
ſanctæ memoriæ Simachi, Non liceat Papæ, & Innocentij IIII. Volentes, incipientibus, & aliorum Romano-
rum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum contra exemptos æditis, & prædictis, ac alijs etiam de non
acceptandis vigore gratiarum expectatiuarum beneficijs diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſeruatis, ac in
fauorem ordinariorum, & alijs noſtris, & Cancellariæ huiuſmodi pro tempore æditis Regulis, & alijs Apoſto-
licis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs æditis generalibus, & ſpecialibus conſtitutionibus, & ordi-

Clausula derogatoria.

nationibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis apoſtolicis. Cantorum, Capellanorum, & Abbreuiatorum,
etiam de maiori parco, & ſcriptorum, ac cubiculariorum prædictorum ac aliorum ſedis, & Cameræ huiuſmodi
officialium Collegijs, eorumque perſonis per nos & quoſcunque prædeceſſores noſtros, etiam in vim contra-
ctus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis etiam de-
rogatoriarum derogatorijs, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs declara-
tionibus, & decretis, etiam talibus quod illis nullatenus, vel niſi de eorum, quorum intereſt expreſſo conſenſu,
& dictorum fratrum noſtrorum conſilio, etiam conſiſtorialiter habito, alijſque modis, & formis ibi traditis,
vſquequaque ſeruatis derogari poſsit, etiam ſi in illis inter alia caueatur expreſſe, quod ſi eis derogari contin-
gat, derogatio huiuſmodi non valeat, niſi talis intentio derogandi aliquibus perſonis tunc expreſsis per diuer-
ſas in forma breuis literas cum interuallo vnius menſis, ſeu alterius temporis eis præſentata prius, ac intimata
& inſinuata fuerit, necnon Clericis & Præſidentibus Cameræ, ac Fiſco noſtro conceſsis, & concedendis, & le-
gibus Imperialibus, quibus cauetur in alienatione rerum Fiſcalium certam, & exquiſitam formam cum inter-
uallo temporis, & candela accenſa ſeruandã fore, alias contractos ſint nulli, & inualidi, & recipiens ad reſtitu-
tionem vna cum fructibus teneatur, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſsis,
& inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice, & ad effectum omnium præmiſſorum harum
ſerie ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Vt autem præſentes literæ ad no-
titiam omnium deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obſeruari, volumus quod illæ in eadem Can-
cellaria Apoſtolica, & Audientia literarum contradictarum noſtrarum legi, affigi, & publicari debeant, vt hi,

Forma publicandi const. istam.

quos ipſæ literæ concernunt, ſeu concernere poterunt quomodolibet in futurum, quòd ad ipſorum notitiam nõ
peruenerint vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent nullam
poſsint excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile forſan foret earundem præſen-
tium literarum notitiam ad quaſcunque perſonas peruenire, & vbique illas præſentare, eadem auctoritate vo-
lumus, & decernimus quod tranſumptis præſentium literarum, etiam per impreſsionem factis manu alicuius
defenſoris pro tempore dicti Collegij dictorum Militum ſancti Pauli ſubſcriptis, & ſigillo Camerarij noſtri
præfati, necnon eiuſdem Collegij ſigillatis, quemadmodum adhiberetur præſentibus literis originalibus ſi præ-
ſentarentur, vbique adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud plena, & indubitata fides. Nomina vero
Militum huiuſmodi ſunt quæ ſequuntur videlicet. Angelus de Maximis, Alexander de Detis, Aloyſius de
Oricellarijs, Alexander Fuſcherius, Alexander de Vitellenſibus, Aloyſius del Riccio, Antonius Helius, Anto-

Militū S. Pauli Nomina.

nius de Fliſco, Pantaleo, Alexander Lazarinus, Alphonſus Villareal, Bloſius Palladius, Benuenutus Oliuerius,
pro iiii. Berardinus de Valle, Bindus de Altouitis, Bartholomæus Betinus, Benedictus de Buſinis, Bartholo-
mæus Angelinus, Benedictus Gentilis Bartholomæus Peret, Ciriacus de Matthæis, Camillus Lucæ de Maximis,
Chriſtoforus de Taxis, Durantes de Durantibus Epiſcopus Algaren. Dominicus Centurionus, Franciſcus de
Rouere Archiepiſcopus Beneuent. pro vndecim, Franciſcus Galera, Franciſcus de Capiteferreo, Ferdinandus
Balamius, Franciſcus de Torres, Franciſcus Miranda, Franciſcus Centurio, Fabritius Peregrinus, Galeottus

Girona

Girona, Hieronymus Buccauratus, Hippolytus de Sessa Comes, Ioãnes Alberinus, Iacobus Apocellus, Io. Petrus Criuellus, Ioannes de Strocijs, Io. Antonius Scribanus, Ioannes Franciscus de Ferrarijs, Iulius Gallectus, Io. Franciscus Ruellus, Iacobus Iacobarius, Io. Gaspar Arlunus, Ludouicus de Torres, Laurentius de Rodulphis, pro quinque, Ludouicus Gomes Episcopus Sarnen., Lazarus Cigna, Ludouicus Nunnez, Leonardus de Detis, Leo Philippi de Strocijs pro tresdecim, Malatesta de Medicis, Marcus Gentilis Ianuen. Mariottus Albericus, Miniatus Riccius, Nicolaus morelli, Nicolaus Pinellus, Octauianus Peret, Pandulphus Puccius, Petrus Balardinus Iunior, Petrus Cariro, Paulus Serralius, Petrus Cipolla, Petrus Paulus Cerasius, Petrus Domenec, Robertus Philippi de Strozijs. Robertus Puccius, Thomas de Auria pro duobus, Thomas de Busseyo, Tarquinius Pichius, Zenobius Bartholini Datarius Sanctissimi Domini nostri pro Octuagintaocto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagioam nostræ erectionis, institutionis, voluntatis, mandati, decreti, facti, creationis, receptionis, aggregationis, dispensationis, concessionis, indulti, derogationis, exemptionis, liberationis, subiectionis, inhibitionis, descriptionis, annotationis, elargitionis, assignationis, venditionis, traditionis, donationis, statuti, reuocationis, cassationis, annullationis, amotionis, declarationis, positionis, substitutionis, subrogationis, obligationis, præceptionis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omoipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo, Septima Iullij, Pontificatus nostri Anno Sexto,

Ego Paulus catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Episcopi Cardinales.

† Ego Io. Do. Cardinalis Episcopus Ostiensis subscripsi.
†
† Ego Alexander Cardinalis Cæsarinus Episcopus Albanen. subscripsi.
†

Presbyteri Cardinales.

†
† Ego A. Cardinalis SS. Quatuor, Maior Pœnitentiarius subscripsi.
† Ego P. Cardinalis de Polonia subscripsi.
† Ego Hie. Cardinalis Ghinucius subscripsi.
†
†
†
† Ego E. S. Angeli Cardinalis Verulan. subscripsi.
† Ego R. Cardinalis de Carpo subscripsi.
† Ego Hie. Cardinalis Brundusinus subscripsi.
† Ego P. Cardinalis Compostellanus subscripsi.
† Ego I. Cardinalis Burgen. subscripsi.
† Ego P. Cardinalis Bembus subscripsi.
† Ego F. Cardinalis Fregosius subscripsi.
† Ego V. Cardinalis de Gambara subscripsi.
† Ego A. Cardinalis Ariminen. subscripsi.
† Ego P. Pa. Cardinalis Parisius subscripsi.
† Ego M. Cardinalis S. Crucis in Hierusalem subscripsi.
† Ego B. Cardinalis Guidiccionus subscripsi.
† Ego D. Cardinalis S. Marcelli subscripsi.
†

Diaconi Cardinales.

† Ego N. Cardinalis Rodulphus subscripsi.
†
† Ego A. Cardinalis de Farnesio Vicecancellarius subscripsi.
† Ego G. Asc. Sfortia Cardinalis Camerarius subscripsi.
†
†
† Ego Iac. Cardinalis Sabellus subscripsi.

B. Motta.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, Indictione decimatertia. Die vero xix. mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Anno septimo, supra & antescriptæ literæ apostolicæ in forma quinterni affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis seu portis per me Federicum Chenulle Cursorem.

Dominicus Vaquer Magister Cursorum.

Registrata in Camera Apostolica.

Michelangelus.

XXIIII.

De Referendariorum vtriusque Signaturæ Romani Pontificis, Priuilegijs, Indultis, & exemptionibus.

Moderationem, & Reuocationem Priuilegiorum habes infra in Pij 4. const. 86. Quāuis, & Pij V. const. 59. Quāuis, & const. 71. Sacro sanctum, & const. 120 Quæ ordini, & in alijs const. hic in apostillis citatis.

De Officio Referendariorum vide infra Pij 4. const. 84. Cum nuper, & ibi notabo.

Referendarios esse veros familiares, & continuos Cōmensales declarauit hic Pont. in const. 74. Sanctissimus.

Quem autem locum habeant ipsi apud Pontificem in processione Sanctissimi Corporis Christi vide infra in Greg. 13. const. 90. Omnibus.

Nomina autem & Cognomina ac Patrias RR. PP. Referendariorum nunc assistentium Vtriq; Signaturæ D. N. Gregorij Papæ xiij. posui hic in fine ad maiorem Curialium commoditatem.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

DEBITA consideratione pensantes quantum venerabiles fratres Episcopi, ac dilecti filij alij in minoribus constituti, vtriusque signaturæ supplicationum videlicet, & commissionum per nos, seu in præsentia nostra signandarum, infrascripti Referendarij nostri, qui præ cæteris officialibus, & ministris nostris propinquius nobis assistunt, circa ipsas supplicationes, & commissiones, pro nostro, & Apostolicæ sedis honore, ac vniuersalis Ecclesiæ vtilitate, & alias gratis, prompta voluntate, indefesse laborant, dignum, quin potius debitum reputamus, vt illos specialis beneuolentiæ fauoribus amplectamur, ac præclaris dignitatum titulis decoremus, & alias nos eis (prout conuenit) gratiosos exhibeamus. Hinc est, quod nos fel. rec. Leonis X. & Clementis VII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, eosdem infrascriptos Referendarios nostros qui prælati ac etiam familiares continui commensales nostri existunt, condigni fauoris gratia, & excellentiæ dignitate sublimare, ac opportunis fauoribus munire volentes, ipsosque Referendarios, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus vel quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu Proprio, non ad ipsorum Referendariorum, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, auctoritate apostolica tenore præsentium, præfatos Referendarios, & eorum singulos, qui præsules non sunt, ac alios infrascriptos, & eorum singulos, nostros, & dictæ sedis Notarios gratiose recipimus, eosque, & alios qui præsules existunt, ac eorum singulos, Sacri Palatij, & Aulæ Lateranensis Comites, Necnon qui nobiles non sunt, nobiles facimus, constituimus, ordinamus, & deputamus, ac nobilitamus, necnon nobilitatis titulo, & fauore decoramus, ac aliorum nostrorum, & sedis prædictæ Notariorum, necnon Palatij, & Aulæ huiusmodi Comitum, ac ex magno Baronum, & nobilium genere procreatorum numero, & consortio fauorabiliter aggregamus, eosque deinceps nobiles esse & pro nobilibus reputari, nominari, teneri, censeri, & indicari, Ac de cetero in quibusuis concessionibus, & literis tam gratiam, quam iustitiam concernentibus, a nobis, seu sede prædicta impetratis, seu impetrandis, vel eis a nobis, aut alijs quibuscunque concessis, & concedendis, ac instrumentis, seu alijs scriptis etiam authenticis, & priuatis, nobiles nominari, & pro talibus haberi posse, & debere volumus, Eisque quod omnibus, & singulis priuilegijs, præeminentijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, facultatibus, honoribus, antelationibus, prærogatiuis, etiam in assecutione quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam vigore gratiarum expectatiuarum, & illarum mutationum, extensionum, & reualidationum, collationum, & quarumcunque aliarum gratiarum, & indultorum, quibus cæteri nostri, & dictæ sedis Notarij de numero participantium existentes, & absque illorum præiudicio, ac Palatij, & Aulæ prædictorum Comites, necnon veri, & indubitati nobiles, & ex nobilium genere ex vtroque parente procreati, tam de iure, quam consuetudine, seu alias quomodocunque vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, in iudicio, & extra, ac vbicunque locorum vti, potiri, & gaudere debeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Referendarij, & alij infrascipti, de dicto magno Baronum, & nobilium genere ex vtroque parente vere, & non ficte procreati & geniti forent, concedimus, Ac eorum singulis, sublatis quibusuis obstaculis, & impedimentis, veros nobiles esse, & de nobili ex dicto genere ex vtroque parente procreatos, censeri debere decernimus, & declaramus. Et in signum honoris, & nobilitatis huiusmodi eis, & eorum cuilibet, pro insignijs, & armis, quibus ipsi, & ab eis descendentes, & ascendentes vti possint in decorem, partem insigniorum nostrorum, si eis vti voluerint, etiam cum vel absque armis suis, si illa habuerint, vel illis vsi fuerint, aut sine ipsis, prout duxerint ordinandum, seu eligendum, assignamus, & perpetuo decoramus. Ac eis illos, quos moribus, scientia, ætate, alijsque requisitis qualitatibus ad officium Tabellionatus exercendum idoneos esse repererint, ad instar aliorum dicti Palatij Comitum, vbique locorum, extra tamen muros Vrbis, seu locum in quo Romanam curiam residere contigerit, Notarios, Tabelliones publicos, ac iudices ordinarios (recepto prius ab eis, iuxta formam præsentibus annotatam, solito iuramento) creandi, deputandi, & constituendi, ac de Notariatus, & Tabellionatus, ac iudicatus officij huiusmodi per pennam & calamare (vt moris est) inuestiendi. Necnon quoscunque spurios, naturales, bastardos, manseres, nothos, & incestuosos, copulatiue, vel disiunctiue ex quocunque illicito, etiam sacrilego, vel damnato coitu, pro tempore procreatos, seu genitos, viuentibus, seu mortuis eorum parentibus, legitimandi, & habilitandi. & ad hæreditates, & bona, prout Collegium Archiuij dictæ Rom. Curiæ, vel eius officiales iuxta facultatem eis per piæ me. Iulium Papam II. etiam prædecessorem nostum concessam, vel alias ipsi Comites Palatini de iure vel consuetudine legitimare, & habilitare respectiue possunt, legitimandi, & habilitandi, & ad officia secularia, publica, & priuata, ac honores, & bona quæcunque restituendi, & reintegrandi. Necnon quoscunque idoneos (adiunctis in hoc sibi assistentibus duobus, aut tribus Magistris, seu Doctoribus, aut Licentiatis, in facultate in qua promouendi erunt, quos ad hoc

Causa istius cōst.

Leon. x. & Clem. 7. const. istas hic non habes.

Referendarios absoluit ad effectum præsen.

Referendarios, creat Sedis Apo. Notarios, & Comites Palatinos, ac veræ Nobilitatis titulo decorat &c.

Insignia & arma ipsiusmet Pontificis, eisdem concedit.

Notarios & Tabelliones creādi tribuit facultatē. Tu autē vide Pij 4. const. 112. in sacrosancta.

Legitimandique Bastardos. Quod limitatur tn. in Pij 4. const. 86. Quamuis.

Iul. 2. const. habes supra in 6. constit. Leon. X. fol. 177.

duxerint

duxerint eligendos, eorum votis iuratis) in vtroque, vel alterum iurium, & Theologia, ac Artibus ad Baccalariatus, & licentiaturæ, ac doctoratus, & Magisterij gradus respectiue vbique locorum promouendis, eisque sic promotis legendi, disputandi, interpretandi, ac alios actus ad personas huiusmodi gradibus constitutos, quomodolibet pertinentes faciendi, & ipsorum graduum solita insignia, & auctoritatem conferendi: Ac sic promotis, quod omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, nobilitatibus, concessionibus honoribus, libertatibus, præeminentijs, & prærogatiuis, quibus alij in Bononien. Parisien. Louanien. & Tholosan. ac quibusuis alijs Vniuersitatibus in quibus studium generale viget, promoti, etiam in assecutione beneficiorum ecclesiasticorũ vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum, non solum ad ipsorum instar, sed pariformiter, & absque vlla differentia, perinde ac si vere, & non ficte, in aliqua ex eisdem Vniuersitatibus, rigore examinis præcedente, ac alijs solemnitatibus seruari solitis obseruatis, & alias iuxta formam statutorum, ac consuetudinum ipsarum Vniuersitatum, ac priuilegiorum illis concessorum, promoti fuissent, vti, potiri, & gaudere valeant concedendi, plenam, & liberam facultatem concedimus. Præterea eisdem Referendarijs, & alijs infrascriptis, ac eorum singulis, monasteria, quorum Abbates pro tempore existentes mitra, & alijs Pontificalibus insignijs, ex priuilegio apostolico, vel alias vti consueuerunt, in commendam pro tempore obtinẽtibus in ipsis monasterijs perinde ac si illis, vt Abbates præessent, Mitra, Annulo, & Baculo pastorali, ac alijs Pontificalibus insignijs huiusmodi vti. Necnon solemnem benedictionem post Missarum, Vesperorum, Matutinarum, & aliorum diuinorum officiorum solemnia, super populum tunc interessentem (dummodo inibi aliquis antistes, seu dictæ sedis Legatus præsens non sit vel si præsens fuerit, ad id eius accedat assensus) elargiri libere, & licite valeant, Illique ac alij omnes & singuli Referendarij, ac alij prædicti, vt duos familiares in rotulo familiarium nostrorum numeratos habeant, & tam ipsi Referendarij, quam duo annotandi familiares, quoad expeditionem quarumcunque literarum Apostolicarum tam gratiam, quam iustitiam concernentium, necnon instrumentorum & aliorum quorumcunque gratis vbique in omnibus officijs, tam Cancellariæ, etiam Sollicitatorum literarum Apostolicarum Cameræ Apostolicæ, quam in auditorio Rotæ, & in quibusuis alijs ordinariorum, & extraordinariorum Iudicum tribunalibus, absque alio speciali mandato desuper expediendo omni cõtradictione, & dilatione cessantibus, expediant, prout alij familiares continui commensales nostri in dicto rotulo descripti, & prout causarum Palatij Apostolici Auditores expediunt, Ipsique Referendarij, & eorum singuli pro eorum vsu ex Ripa, & Ripetibus nostræ Vrbis sex vegetes vini communis singulis annis gratis ad instar Clericorum Cameræ Apost. libere extrahere possint, indulgemus. Et nihilominus Referendarios & alios prædictos, ac eorum singulos, ac illorum oĩa, & singula beneficia, & officia ecclesiastica, quæ obtinẽt, ac in futurum canonice obtinebunt, & in illis pro tempore deseruientes, ac capellanos, familiares, & seruitores suos, tam præsentes, quam futuros, & sita, ac illorum bona, quoad vixerint, ab omni iurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, prælatorũ, & ordinariorum locorum quorumcunque, illorumque Vicariorum, & Officialium, Locatenentium, & Iudicum, etiam a dicta sede delegatorum, aut subdelegatorum quomodolibet, nunc, & pro tempore existentium. Eosque in rebus, & bonis illorum proprijs dũtaxat. cum eis contrahentes, a solutione, & exactione quarumcunq; pedagij, gabellæ, bollectarum, decimarum, & cuiusuis alterius oneris, tam ordinarij, quam extraordinarij vbicunque locorum, & ex quacunq; causa, etiam per synodales constitutiones impositi, vel imponendi, eximimus, & totaliter liberamus, ac sub beati Petri & sedis prædictæ atque nostra protectione suscipimus, nobisque, & dictæ sedi mediate subijcimus, ac liberos, immunes, exemptos, susceptos, & subiectos omnes constituimus declaramus, & decernimus, ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Ordinarij locorum, eorumq; Vicarij, Officiales, Locatenen, & Iudices, etiam a sede prædicta deputati præfati, & alij quicunque, etiam ratione delicti contracti, vel rei de qua ageretur, vbicũq; committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam in eis, aut aliquem eorũ, ac beneficia huiusmodi, & in illis deseruientes, capellanosque familiares, & seruitores suos præsentes, & futuros, ac bona prædicta, iurisdictionem, correctionem, visitationem, dominium, superioritatem, & potestatem exercere, aut alias iniurias, & damna irrogare, ac excommunicationis, aliasque sententias, censuras, & pœnas proferre, Nec exactores gabellarum, pedagiorum, decimarum, & onerum huiusmodi, ad aliquam solutionem eos coarctare, aut alij quicunque, cuiuscunque ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis status, gradus, conditionis, & præeminentiæ existant, illos super præmissis, & illorum vsu, a possessione, seu quasi etiam ex quocunque crimine, vel delicto, præterquam in nostram & Romanæ Ecclesiæ offensam perpetrato, directe vel indirecte, quouis quæsito colore, vel ingenio, molestare aut alias quomodolibet impedire quoquomodo præsumant, aut debeant, seu etiam valeant, sed solum Referendarij, deseruientes, capellani familiares, & seruitores præfati coram nobis, & sede prædicta duntaxat, de iustitia respondere teneantur. Decernentes quoscunque processus, sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, locorum Ordinarios, illorumq; Vicarios, & Officiales, Locatenentes, & Iudices, etiam a sede prædicta delegatos, aut subdelegatos, ac alios prædictos, aut eorum aliquos, contra Referendarios, & alios infrascriptos, ac deseruientes, capellanos, familiares, & seruitores præfatos haberi, seu promulgari contigerit, & quæcunque inde secuta nulla, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse. Cæterum Referendarijs, & alijs prædictis, ac eorum singulis, vt literas gratiarum expectatiuarum, cum eis generaliter concedi contigerit, absque aliqua signatura desuper obtinenda, ad tres collationes per singulos eorum eligendas, & totidem beneficia etiam cum creatione in canonicum quarumcunque trium cathedralium, etiam Metropolitan. vel collegiatarum ecclesiarum, sub expectatione totidem inibi præbendarum, etiam maiorum. & pinguiorum, ac dignitatum. personatuum administrationum, & officiorum, etiam curatorum, & electiuorum, ac ferculorum, obligearum, addimentorum, præstimoniorum, seu præstimonialium portionum, aut simplicium beneficiorum, vnius, duorum, vel plurium cedentium, vel decedentium ipsarum ecclesiarum, canonicorum, seu aliias in earum ciuitatibus, seu diœcesibus beneficiatorum aut ad tria beneficia ecclesiastica, etiam si duo illorum cũ cura, aut Decanatus, vel Archipresbyteratus rurales, seu Vicariæ, vel Capellaniæ perpetuæ, qui, vel quæ dignitates, etiam curatæ, extra tamen cathedrales ecclesias repræsentetur, aut dignitates, vel personatus, seu singula eorum canonicatus, & præbenda, administratio, vel officium, etiam curatum, & electiuum in cathedralibus, etiam Metrop. vel colegiatis ecclesijs, aut vnũ ex eis cum cura, vel sine cura, cuiusuis ordinis regulare, etiam si Prioratus, Præpositura, præpositatus, vel alia dignitas, non tamen conuentualis, personatus, administratio, vel officium, etiam curatum, & electiuum, non tamen clau-

Doctorandi etiã vtroq; iure &c. Abrogauit Pius V. infra in const. 59. Quemadm. De illud o Bonõ. habes inf. in Pij 4. cõst. 91. Sacri.

Mitra Annulo, & Baculo pastorali vtendi, & solẽnẽ Benedictionẽ dã di facultaté eisdẽ Referẽdarijs concedit.

Referendarij & eorũ duo familiares, literas Ap. & alias expeditiones, gratis obtinent.

Vini Gabellam Ripaiũ Vrbis nõ soluunt quo ad sex vegetes & p eorũ vsu. Tu vide quod dicitur hic in fi.

Exemptiq; sunt ipsi & eorũ familiares, ac beneficia a iurisd. ordinariorum.

Et à Gabellarum Decimarũ & impositionum solutione.

Ad qd vide quæ notabo inf. l cõst. 38. ex debito.

Gratias expectatiuas & plura bñficia vt hic consequi possunt. Quod reuocauit Pius V. infra in const. 71. Sacrosanctũ. vbi not.

strale, ac illud, vel vnũ ex secularibus beneficijs huiusmodi, ex quauis causa dispositioni apostolicæ specialiter vel per Cancellariæ Apostolicæ regulas, aut alias ex quauis causa, etiã de necessitate exprimenda, præterquam ratione vacationis illius apud sedem prædictam, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, aut alicuius ex S. R. E. Cardinalibus viuentibus, & in Romana Curia præsentibus, quorum consensus requireretur, generaliter reseruata existant, quorum fructus, redditus, & prouentus Ducentorum ducatorum auri de Camera, secundum taxationem decimæ, valorem annuum non excedant: sæcularia, videlicet, per ipsos in minoribus constitutos in titulum, regularia vero in commendam. Ac tam regularia, quam sæcularia beneficia huiusmodi per præsules Referendarios in commendam retinẽda, etiam extra nationem, in qua idioma non intelligunt, pro eis, & eorum quolibet, cum reseruationis, inhibitionis, & decreti, ac alijs clausulis opportunis expedire, ac in & sub illis comprehensorum quorumcunque, cum cura, & sine cura, sæcularium & regularium cuiuscunque qualitatis existentium beneficiorum ecclesiasticorum assecutione: quibuscunque alijs nullis prorsus (præterquam S. R. E. Cardinalibus) exceptis, omnino præferri pariter, & anteferri possint, & debeant. Et quæuis antelationes, prærogatiuæ, decreta, declarationes suspensiones, & clausulæ etiam derogatoriæ, quibuscunque alijs concessæ, etiam si in eis caueretur expresse, quod illis per alia priuilegia, literas, & indulta derogari, vel illorum effectus suspendi non possent, & in assecutione per eos faciẽda, singulis alijs personis, etiam similes, aut illis maiores prærogatiuas pro tempore prosequentibus, omnino possent, & deberent anteferri, quominus ipsi Referendarij in huiusmodi per eos facienda assecutione potiores existant, cuiquam suffragentur, absque tamen præiudicio familiarium continuorum commensalium nostrorum descriptorum, illorum videlicet, qui pro tempore assumptionis nostræ ad summi Apostolatus apicem nostri familiares continui commensales extiterunt, necnon quinquaginta aliorum post vltimum ex supradictis antiquis familiaribus descriptis annotatorum. Ipsique Referendarij ad satisfaciendum constitutioni de publicandis acceptationibus, & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, seu eis ad iudicium euocandis pro tempore adendis minime teneantur, sed tãtum nouam prouisionem a die notitiæ vacationis illorum habere debeant, quæ alias diligentias fieri necessarias, ac defectus suppleant, indulgemus. Et insuper cum singulis Referendarijs, ac alijs prædictis, vt quæcunque quatuor curata, seu alias inuicem incompatibilia sæcularia, aut cũ vno, vel duobus, aut tribus ex eis, seu absque illis, vnum cum cura, vel sine cura S. Benedicti, vel S. Augustini, aut cuiusuis alterius, etiam Cluniacen. Cistercien. Præmonstraten. vel Grandimonten. ordinis regularis, necnon quæcunque alia tria similia, vel dissimilia sub singulis tribus tectis quarumcunque trium ecclesiarum, consistentia beneficia ecclesiastica, etiam si sub eisdem tectis consistentia, canonicatus, & præben. ac tam illa, quam incompatibilia secularia, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus, etiam Metropolitanis post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, aut tria ex ipsis incompatibilibus, sæcularibus beneficijs parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, regulare vero beneficia huiusmodi, prioratus, præpositura, præpositatus, dignitas, personatus, administratio, vel officium, seu talia mixtim fuerint. Et ad prioratum, præposituram, præpositatum, dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuerint, qui per electionẽ assumi, eisque cura immineat animarum, si eis alias canonice conferantur, aut eligantur, præsententur vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere. Et sæcularia in titulum, ac regulare in commendam sub eisdem tectis consistentia, videlicet, si singula illorum canonicatus, & præbendæ, aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia ad annum, a die habitæ per eos illorum pacificæ possessionis computandum duntaxat. Si vero alia fuerint illa, ac incompatibilia sæcularia, necnon regularia beneficia huiusmodi, quoad vixerint retinere, illaque omnia simul, vel successiue, simpliciter, vel ex causa permutationis quotiens eis placuerit, dimittere, & eidem commendæ cedere, ac loco dimissæ, vel dimissorum aliud, vel alia simile, vel dissimile, aut similia, vel dissimilia beneficium, vel beneficia, ecclesiasticum, vel ecclesiastica, quatuor duntaxat curata, seu alias inuicem incompatibilia sæcularia, aut cum vno, vel duobus, seu tribus ex eis, aut absque eis, vnum cum cura, vel sine cura S. Benedicti, vel S. Augustini, aut cuiusuis alterius, etiam Cluniacen. Cistercien. Præmonstraten. vel Fontisebrandi ordinis regulare, necnon tria alia similia, vel dissimilia, sub singulis tribus tectis, quarumcunque trium ecclesiarum consistentia similiter recipere. Et insimul sæcularia in titulum, ac regulare in commendam sub eisdem tectis consistentia, si illorum singula canonicatus, & præbendæ, aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia ad annum, vt præmittitur, computandum duntaxat. Si vero alia fuerint, illa, ac incompatibilia sæcularia necnon regulare beneficia huiusmodi, dummodo inter illa omnia, vltra quatuor incompatibilia, & inter ipsa incompatibilia sæcularia, plures quam tres parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ. Ac post dictum annum, sub eisdem tectis consistentia, duo canonicatus, & præbendæ, aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia, ac regulare beneficia huiusmodi dignitas conuentualis, seu officium claustrale existant quoad vixerint, retinere, necnon debitis, & consuetis ipsius regularis beneficij supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentibus, sicut illud in titulum pro tempore obtinentes, de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt. (Alienatione tamen quorumcunque illius bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium eis penitus interdicta) disponere, & ordinare, libere, & licite valeant. Quodque ratione quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum curatorum seu alias sacros etiam presbyteratus ordines: etiam ex statuto, fundatione, consuetudine, priuilegio, vel alias requirentium, per eos, & eorum quemlibet, nunc, & pro tempore obtentorum, vsque ad septennium a fine anni a iure præfati computandum, ad aliquem ex dictis sacris etiam presbyteratus ordinibus se promoueri facere minime teneantur, nec ad id a quoquam inuiti compelli possint, dispensamus. Ipsosque Referendarios, & alios infrascriptos, & eorum singulos, omnium regnorum, dominiorum, & prouinciarum legitimos, & naturales, ita quod ipsi, vel procuratores sui illorum nomine in regnis, dominijs, & prouincijs huiusmodi quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam vt præfertur, qualificata, etiam vigore gratiarum expectatiuarum, specialium, vel generalium reseruationum, illarumque collationum, mutationum, extensionum, reualidationum per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes & sedem prædictam eis concessarum, & concedendarum acceptare, ac de illis sibi prouideri facere. Et illa, ac si regnorum, dominiorum, & prouinciarum eorundem oriundi, ac in illis nati essent, recipere, & retinere libere, & licite valeant, creamus, constituimus, & deputamus. Ac eisdem Referendarijs, & alijs infrascriptis ac eorum singulis, vt quoad vixerint in dicta Curia, vel aliquo beneficiorum ecclesiasticorum, per eos pro tempore obtentorum,

Constitutione de Publican. Prouisionibus nõ ligãt. Tu autem vide inf. prope fi. & etiam Grego. 13. const. 67. Humano. vbi not.

Indultum circa pluralitatẽ beneficiorũ &c. est abrogatũ. Vide igi tur quæ notabitur inf. in Pij 4. const. 135. in suprema.

In quibusuis que Prouincijs beneficia retinere possint ac si in illis nati essent.

tentorum,

lentiam, aut si contigerit ipsos per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem ad aliquem locum destinare, in eo loco residendo aut literarum studio, in loco vbi illud vigeat generale, insistendo, omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum per eos in quibusuis ecclesijs, siue locis, nunc & pro tempore obtentorum, & obtinendorum, etiam si canonicatus, & præbendæ, & alias, vt præfertur, qualificata fuerint, ac personalem residentiam ex statuto, fundatione, aut consuetudine requirant etiam si fructus, redditus, & prouentus vnius beneficiorum huiusmodi, non nisi in distributionibus quotidianis consistant, & aliorum omnium cum ea integritate (quotidianis distributionibus quoad alia duntaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesijs, siue locis personaliter residerent, ac primam residentiam fecissent. Ac quoad vnum ex beneficijs huiusmodi, diuinis, & omnibus alijs actibus interessent, & ad residendum interim in eisdem ecclesijs, siue locis in quibus beneficia ipsa fuerint, minime teneantur, nec ad id a quoquam inuiti coarctari valeant percipere. Ac residendo, vbi supra, eisdem beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus & regularibus quæ in eisdem ecclesijs, siue locis in titulum vel commendam, vt præfertur, obtinent & in posterum obtinebunt, per capellanos seu vicarios, idoneos, ad eorum nutum amouibiles, in diuinis deseruiri, & animarum cura exerceri, & quæcunque ecclesiastica sacramenta ministrari facere libere & licite valeant, dioecesani loci & cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita. Necnon vt aliquem idoneum presbyterum sæcularem, vel cuiusuis ordinis regularem in suum possint eligere confessorem, qui vita eis comite in casibus sedi prædictæ reseruatis (præterquam offensæ ecclesiasticæ libertatis criminum hæresis, rebellionis aut conspirationis in personam, vel statum Romani Pontificis, seu sedem prædictam, falsitatis literarũ apostolicarum, supplicationum, & commissionum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum, & maris Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum, offensæ personalis in Episcopum aut aliũ prælatum, prohibitionis deuolutionis causarum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium) semel duntaxat in vita, in alijs vero quotiens fuerit opportunum confessionibus eorum diligenter auditis, pro commissis eis debitam absolutionem impendat, & iniungat pœnitentiam salutarem. Necnon vota quæcunque (vltramarino, visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Iacobi in Compostella, necnon castitatis, & religionis votis dũtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat. Quodque confessor, quem duxerit eligendum, omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti, & ore cõfessi fuerint, etiam semel in vita, & in mortis articulo, plenam remissionem eis in sinceritate fidei, vnitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia nostra & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium, persistentium auctoritate apostolica concedere possit. Sic tamen, quod idem confessor de his de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam illis per eos si superuixerint, vel per alios, si forsan tunc decessissent, faciendam iniungat, quam ipsi, vel alij facere teneantur. Liceatque eis habere altare portatile, super quo in locis ad hoc congruentibus, & honestis, sine iuris alieni præiudicio, & quum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, etiam antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, si forsan eos ad loca ecclesiastico interdicto tam ordinaria, quam apostolica auctoritate supposita eos declinare contigerit, in illis, clausis ianuis, non pulsatis campanis, & submissa voce, excommunicatis, & interdictis exclusis in sua, & familiariorum suorum domesticorum, ac quatuor aliarum personarum vtriusque sexus, per eos, & quemlibet eorum eligendarum præsentium (dummodo ipsi & illi causam non dederint interdicto, aut eis vel illis contigerit specialiter interdici) possint per se ipsos, qui presbyteri fuerint, aut proprium, vel alium sacerdotem idoneum, missas & alia diuina officia celebrare, seu celebrari facere: Necnon tempore interdicti huiusmodi diuinis interesse, ac ecclesiastica sacramenta recipere, & ipsis dicto tempore decedentibus, eorum corpora ecclesiasticæ, etiam cum funerali pompa tradi possint sepulturæ: Necnon singulis quadragesimalibus & alijs temporibus, & diebus stationum basilicarum, & ecclesiarum almæ Vrbis, & extra muros eius, duas ecclesias, vel duo, aut tria altaria, vnius, vel diuersarum ecclesiarum in locis, vbi ipsos, & eorum singulos pro tempore esse contigerit, per singulos pro tempore eligendos, seu eligenda, visitando, omnes & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur si eisdem temporibus, & diebus stationum basilicas, & ecclesias Vrbis huiusmodi, & extra muros eius ad id deputatas personaliter visitarent. Ac eisdẽ quadragesimalibus, & alijs temporibus, quibus esus carnium, ouorum, casei, & lacticiniorum, de iure, vel consuetudine est prohibitus, eisdẽ ouis, caseo, butyro, & alijs lacticinijs, ac de vtriusque medici consilio, carnibus, absque conscientiæ scrupulo, vti, frui, & vesci: Necnon etiam quoad vixerint, & quoties eis placuerit, per seipsos, aut cum vno, vel duobus amicis, seu familiaribus suis, per eos pro tempore eligendis, horas canonicas diurnas pariter & nocturnas ac alia diuina officia, secundum vsum, & morem dictæ Romanæ Ecclesiæ dicere & recitare libere, & licite valeant, & ad alium vsum super hoc obseruandum minime teneantur, nec ad id a quoquam, etiam ratione quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum per eos pro tempore obtentorum, inuiti compelli possint, etiam indulgemus. Et vlterius Referendarijs, & alijs infrascriptis, ac eorum singulis, vtriusque sexus parochianos parochialium ecclesiarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque per eos & eorum singulos nunc, & pro tempore obtentorum ad eos confessionis audiendæ causa, pro tempore confluentium, confessionibus illorum per eos diligenter auditis a quibusuis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, in omnibus & singulis casibus, in quibus Ordinarij locorum de iure, vel consuetudine absoluere possint, quotiens opportunum fuerit, dioecesani loci & cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita absoluere, & eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere. Necnon, vt de omnibus, & singulis bonis mobilibus, & se mouentibus, ac immobilibus vbilibet consistentibus, necnon iuribus, & actionibus, quæ ad eos, & eorum quemlibet, etiam Archiepiscopos, vel Episcopos, etiam ratione suarum quibus præesse dignoscuntur, ac aliarum cathedralium ecclesiarum, etiã Metropolitan. ad quas eos transferri contigerit, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum sæcularium, & regularium quorumcunque obtentorum, & obtinendorum quomodolibet pertinent, & pertinebunt, acquisitis, & acquirendis, prout Auditores Curiæ causarum palatij apostolici ex priuilegio apostolico, eis per nonnullos Romanos Pontifices prædecessores nostros & præsertim præfatum Iulium prædecessorem per eius literas, quas nos vidisse, tenuisse, & legisse, etiam motu simili attestamur, etiam cum expressis clausulis derogatoriorum derogatorijs concesso vel alias disponere, erogare, testari, codicillari, & conuertere possint, tam in vita, quam eorum vltima voluntate, aut alio quocunque tempore, ac inter consanguineos, & alias quascunque personas, etiã non notas, & loca etiam causa mortis, aut donationis inter viuos. Necnon pro expensis funerum, & remune-

Referendarij absentes iussione Pontificis, aut sua dij occasione, fructus Beneficiorũ percipere possūt. Declaratur autẽ infra in Pij 4. cõst. 113. Sanctissim. & ibi notabo.

Indultũ circa Residentiã est abrogatũ vt habes infra in Pij 4. cõst. 115. in suprema & cõst. 123. cum tam per.

Cõfessorem sibi eligunt Referendarij, qui in casibus de quib. hic, absoluit & Vota hic non excepta cõmutare possit.

Tu vide Reuocationẽ confessionaliũ in Pij 4. cõst. 119. in Principio.

Et de casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini. vide Greg. 13. cõstit. 95. consueuerunt.

Facultas habẽdi altare portatile & celebrandi in locis interdicto suppositis.

Indulgentias stationũ Vrbis Referendarij consequuntur visitando altaria p eos eligenda.

Horasque canonicas postpositis horis recitare possunt

Ad quod vide Pij V. const. 72. Quod a nobis.

Testariq; etiã de bonis acquisitis ex benefic. prout Auditores Rotæ. De quo vide nos. infra cõst. 33. Romanus.

Auditoris Rotæ facultatem etiam habes supra fol. 300. in princ.

Iul. 2. const. ista hic non habes.

ratione

Facultas testandi ac disponendi de bonis requisitis, etiam ex beneficijs.

ratione illorum, qui eis viuentibus seruierint, disponere, erogare, testari, codicillari, & ordinare, ac illa alios in pios, & quoscunque alios licitos vsus, prout videbitur expedire, conuertere, absque aliquo conscientiæ scrupulo, libere, & licite valeant. Et demum eis, & illorum singulis, beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, quæ etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis

Cuius moderationis habes Pij V. cōst. 71. sacrosanctum. & cōst. 110. Quæ ordini eum sibi not.

in titulum, & commendam ac vt inuicem, seu alijs beneficijs ad eorum vitam vnita obtinent, & in posterum obtinebũt, simul vel successiue, simpliciter, aut pro alio, vel alijs simili, vel dissimili, aut similibus, vel dissimilibus, beneficio, seu beneficijs, ecclesiastico, vel ecclesiasticis, cum quibusuis personis secum permutare volentibus, ex causa permutationis huiusmodi, in qua tamen nulla illicita pactio, siue simoniaca prauitas interueniat, in ordinariorum locorum, aut canonicorum Metropolitanorum, vel aliarum cathedralium ecclesiarum, seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum, ad id per eos, vel procuratores suos legitimos eligendorũ, seu eligendarum manibus extra Romanam Curiam præfatam, eiusdem apostolicæ sedis, seu cuiusuis alterius licentia super hoc minime requisita, quotiens eis placuerit, resignandi, & commendis cedendi, necnon vnionum huiusmodi dissolutioni consentiendum, ipsis ordinarijs, canonicis, & personis in dignitate ecclesiastica constitutis resignationes ab eisdem Referendarijs, & alijs infrascriptis, simpliciter, vel ex eadem causa, & ab ipsis cõpermutantibus personis, ea dicta causa duntaxat, & commendarum cessiones extra eandem Curiam recipiendi, & admittendi, vnionesque huiusmodi dissoluendi, necnon ea, quæ ipsi Referendarij, & alij infrascripti simpliciter resignauerint, seu quorum commendis cesserint, aut vnionum dissolutioni consenserint, idoneæ, vel idoneis

De indultis circa resignationes, & permutationes beneficiorum, et publicationes vide infra Pij V. cōst. 58. Quanta & Greg. 13. cōst. 87. Humano cū sibi not.

ad id per eos seu procuratores prædictos nominandis etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus & expectantibus, & quæ ex eadem causa secum permutantibus personis, Quæ vero ipsæ compermutantes personæ resignauerint, beneficia huiusmodi, etiam si (vt præfertur) qualificata, & per eos pro tempore obtenta, ex persona ipsorum Referẽdariorum, & aliorum infrascriptorum vel quauis alia causa dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, seu ea generali reseruatione apostolica affecta fuerint. (dũmodo prioratus, vel alia dignitas conuentualis, aut in Metropolitan. vel alijs cathedralibus post pontificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, ac compermutantium personarum similem facultatem non habentium beneficia huiusmodi dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, seu affecta non existant) eisdem Referendarijs, & alijs infrascriptis, per eos quoad vixerint, iuxta tenorem dispensationum eis pro tempore concessarum in titulum, vel commendam tenenda, conferendi, & de illis etiam prouidendi, omniaque & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, etiam si dicti Referendarij beneficiorum huiusmodi possessionem per quatuor menses non obtinuerint, aut illam nondum assecuti fuerint, plenam & liberam facultatem concedimus. Decernentes semel admissum, & receptum in Referendarium

Referendarij officiũ ducat vita durante, & primo admissi, cæteris præstantur.

hactenus, & in futurum semper Referendarium existere, ac eius officium quoad vixerit durare, & privilegijs alij Referendarijs concessis pro tempore gaudere, & inter illos primo quandocunque admissum, cæteris quacunque etiam pontificali dignitate fungentibus, in officio Referendariatus huiusmodi præferri. Sicque pro præmissorum omnium validitate, efficacia, & obseruatione, per quoscunque iudices, & commissarios, etiam causarum palatij huiusmodi Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter sententiandi, iudicandi, interpretandi

Decretũ irritans

facultate, sententiari, iudicari, interpretari, & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid desuper per quoscunque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Sipontino & Episcopo Nuscano, ac dilecto filio vicario venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Mediolanensis in spiritualibus generali, tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Referendariorum, & aliorum infrascriptorum prædictorum

Defensores Referendariorum.

desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque firmiter obseruari, ac per Referendarios, & alios infrascriptos necnon singulos alios, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, illis omnibus pacifice gaudere, ac fructus, redditus, & prouentus prædictos eisdem Referendarijs, & alijs infrascriptis, iuxta huiusmodi nostræ concessionis de illis in absentia percipiendis, continentiam, & tenorem integre ministrari. Non permittentes eos per Archiepiscopos, Episcopos, Prælatos, Ordinarios, Vicarios, Officiales, Locatenentes, Iudices, & Exactores præfatos, ac dilectos filios ecclesiarum prædictarum Capitula, seu quoscunque alios, quacunque auctoritate fungentes contra præmissa, vel eorum aliquod, aut præsentium tenorem quomodolibet molestari, inquietari, perturbari, aut ad residendum in eisdem ecclesijs, siue locis compelli. Contradictores, molestatores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione

Clausulæ derogatoriæ.

postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus si dicti Referendarij, & alij infrascripti, in eisdem ecclesijs primam residentiam non fecerint personalem consuetam, & alijs præmissis, ac super idiomate etiam quoad parochialem ecclesiam, & quibusuis etiam per nos, &

Hanc constit. istius Pont. hic non habes.

sedem prædictam, etiam de beneficijs generaliter reseruatis, vigore gratiarum expectatiuarum non acceptandis, etiam illa, quæ xxv. mensis Februarij, Pontificatus nostri anno quinto publicata existit, ac de acceptationibus,

De Concilio Lateranẽ. habes supra fol. 219. cōst. 19. Constituti.

& prouisionibus publicandis, & illorum possessoribus intimandis, seu possessores ipsos ad iudicium euocandis, & alias in contrarium hactenus editis, & in posterum edendis, Necnon de certo ipsorum notariorum numero, etiam si ad illum nondum deuentum sit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac anterioris & vltimo celebrati Lateranen. ac generalis Conciliorum, necnon re. me. Innocentij IV. contra exemptos, Quæ volentes,

Innoc. iiij const. istam hic nõ habes.

ac Sixti etiam IV. & Innocentij VIII. quæ sicut bonus pastor, incipiunt. Et quibus disponitur, quod nullus vigore facultatum per sedem prædictam concessarum aliqua beneficia resignare possit, nisi illorum pacificam possessionem

Six. 4. const. hic non habes.

per quatuor menses habuerit, & nihilominus beneficia ipsa in odium resignantium vacare censeantur eo ipso, necnon beneficij vni, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis, sine præfinitione temporis fieri prohibentur. Ac Alexandri VI. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, per quam

Innoc. 8. constit. istam habes sup. fol. 130 n. 13.

tertia pars omnium bonorum, de quibus per quoscunque prælatos vigore quarumcunque facultatum eis concessarum, testari, vel alias disponi contingeret, Cameræ apostolicæ pro illius necessitatibus applicatur: Cæterasque

Alex. 6 de facultate testandi constit. habes supra fol. 135. nu. 2.

facultates, indulta, & concessiones, testandi, & ordinandi, seu alias disponendi, de quibusuis bonis in genere, vel in specie, ac de certa summa tunc expressa, quibusuis personis ecclesiasticis, etiam prælatis, cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & alijs decretis concessa pro

tempore

tempore forsan reuocantibus. Necnon eiusdem Bonifacij de vna, & Concilij generalis de duabus dietis) dum modo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur) & quibusuis alijs apostolicis, necnon in

Bonif. const. illas hic non habe.

prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis de beneficijs ipsorum Referendariorum, & aliorum infrascriptorum, per nos, & sedem prædictam pro tempore factia reseruationibus generalibus, vel specialibus, ac legibus imperialibus, & ecclesiarum, in quibus sæcularia, etiam incompatibilia, & sub eisdem tectis consistentia, necnon monasteriorum, seu aliorum regularium locorũ, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu a quibus ipsa regularia beneficia dependere contigerit, & ordinum quorum illa extiterint, ac locorum etiam, in quibus ipsi legitimandi fuerint, etiam municipalibus, necnon vniuersitatum prædictarum statutis, & consuetudinibus, ac reformationibus etiam de non naturalibus, & bastardis non legitimandis, nisi de consensu legitimorum, & naturalium disponentibus, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam si de illis seruandis, & nõ impetrandis literis apostolicis contra ea, & si literis ipsis, etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut alias quouismodo concessis, non vtendo, ipsi Referendarij & alij infrascripti præstiterint hactenus, & in posterum eos præstare contigerit iuramentum, necnon quibusuis priuilegijs, & indultis apostolicis, generalibus, vel specialibus, illis

Clausulæ derogatoriæ.

respectiue, ac Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Ordinarijs, Vicarijs, Officialibus, Locatenentibus, & Iudicibus, ac Exactoribus præfatis, & quibusuis alijs personis sæcularibus & regularibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus ordinis, & conditionis, vel præeminentiæ extiterint, & eorum collegijs, ac prædictis ordinibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac forsan per nos. & sedem præfatam, etiam ad instantiam, seu intuitu Imperatoris, Regum, Ducum, aut aliorum Principum, aut etiam motu & scientia similibus, seu etiam consistorialiter, ac ex quibusuis causis, etiam iteratis vicibus, etiam contra extraneos, & non naturales regnorum dominiorum, & prouinciarum prædictorum, super exactione gabellarum, pedagiorum, decimarum, & onerum huiusmodi, & alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, ac in posterum concedendis, approbandis, & innouandis, etiam quod beneficia eorundem regnorum, dominiorum, prouinciarum, & ecclesiarum, per extraneos, ac non nisi per certas personas de nobili, seu alio genere procreatos, aut in Theologia Magistros, seu in vtroque, vel altero iurium Doctores, aut alias quomodolibet qualificatas, etiam prætextu quarumcunque gratiarum expectatiuarum, aut specialium, vel generalium reseruationum acceptari, ac illa, nisi naturalibus regnorum, dominiorum, & prouinciarum, aut (vt præfertur) alias quomodolibet qualificatis huiusmodi, ipsorumque, & ecclesiarum, ac ordinum, beneficia conferri, & commendari non possint, & de illis alias, ac aliter, etiam per sedem prædictam pro tempore factæ collationes, commendæ, & aliæ dispositiones nullæ sint, disponentibus. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, plena, indiuidua, & expressa mentio, seu

Clausulæ derogatoria.

quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita & obseruata, inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, quod Referendarij, & alij præfati iuxta illa qualificati non existant, contrarijs quibuscunque. Aut si eisdem Ordinarijs a dicta sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod canonicos, rectores, & personas ecclesiasticas suarum ciuitatum, & diœcesum, etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs constitutas, per subtractionem prouentuum beneficiorum suorum ecclesiasticorum, aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem, seu si Ordinarijs, & Capitulis præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede concessum vel in posterum concedi contingat, quod canonicis, rectoribus, & personis ecclesiarum, siue locorum eorundem, etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs constitutis, & in illis non residentibus, vel qui in eis primam non fecerint residentiam personalem consuetam, fructus, redditus, prouẽtus, & distributiones quotidianas beneficiorum suorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur, & ad id compelli, aut illis, necnon Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Ordinarijs, Vicarijs, Officialibus, Locatenentibus, & Iudicibus, ac Exactoribus præfatis, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorũque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod incompatibilia sæcularia, & sub eisdem tectis consistentia, ac sacros ordines requirentia, & alia sæcularia, necnon regularia beneficia huiusmodi, debitis propterea non fraudentur obsequijs, & animarum cura in eis, quibus illa imminebit, nullatenus negligatur, sed in eis quorum fructus huiusmodi ipsos Referendarios, & alios infrascriptos, in absentia percipere contingeret, per bonos, & sufficientes vicarios, quibus de ipsorum beneficiorum prouentibus necessaria congrue ministrentur, & diligenter exerceatur, & inseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Ac sub eisdem tectis consistentium consueta, & regularis beneficiorum prædictorum antedicta onera cõgrue supportentur. Ac quod ipsi Referendarij, & alij infrascripti, infra dictum annum duo ex tribus præbendis, aut totidem dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officijs sub eisdem tectis consistentibus quæ maluerint, pro alijs beneficijs cum retentis canonicatibus permutare, alioquin illa duo, quæ primo assecuti fuerint, ex tunc dicto anno elapso vacare decernimus, dimittere omnino teneantur. Et ne (quod absit) Referendarij

Moderatio priuilegiorum eligendi confessorem.

ipsi propter huiusmodi gratiam vel concessionem eligendi confessorem, reddantur procliuiores ad illicita in posterum committenda, etiam volumus, quod si a sinceritate fidei, vnitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra. vel successorum nostrorum canonice intrantium, destiterint. aut ex confidentia eiusdẽ concessionis, vel remissionis aliqua forsan commiserint, concessio, & remissio prædictæ, & quoad illas duntaxat, præsentes literæ eis nullatenus suffragentur. Quodque indulto celebrandi, seu celebrari faciendi ante diẽ,

Celebrandique ante diem.

parce vtantur, quia cum in altaris ministerio immoletur dominus noster Iesus Christus Dei filius, qui cãdor est lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. Ac quod dum eosdem Referendarios diuinis officijs in aliquibus ecclesijs contigerit interesse, illum morem, qui in eisdem ecclesijs obseruabitur circa huiusmodi horas canonicas dicendas studeant obseruare. Necnon, vt in eorundem ecclesiasticorũ dispositione bono

Disponendique de bonis Eccles.

13 Simon Cecchinus Romanus. Auditor Contrad.
14 Laurentius Celsus Romanus.
15 Alexāder Glorierius Romanus. Præfectus annonæ.
16 Gulielmus Bastonus Alexandrinus.
17 Hieronymus Matthæius Romanus. Auditor Cam.
18 Antonius Lanfredinus Florentinus.
19 Ioannes Franciscus Sangiorgius Casalēsis. Gubern.
20 Christophorus Robusterius Taraconēsis Hispanus.
21 Anselmus Dandinus Cesenatensis.
22 Thadæus Massa Romanus.
23 Ioannes Baptista Orphinus Fulginas.
24 Petrus Franciscus Costa Albiganensis.
25 Nicolaus Randonius Vicentinus.
26 Valerius Corbaria Vrbeuetanus.
27 Iulius Vitellius Ciuitatis Castelli.
28 Paulus Capranica Romanus.
29 Paulus Alberus Romanus.
30 Mutius Bonioannes Romanus.
31 Antonius Victorius Romanus.
32 Corradus Asinarius Astensis.
33 Iulius Vngaresius Mediolanensis.
34 Camillus Burghesius Romanus.
35 Marius Martius Senensis. Vicarij Locumtenens.
36 Henricus Caetanus Romanus.
37 Ventura Mspheus Bergomas.
38 Ioannes Antonius Caraciolus Neapolitanus.
39 Franciscus Maria de Monte S. Mariæ Pisauriensis.
40 Rubertus Fontana Mutinensis.
41 Valerius Ringherius Bononiensis.
42 Marcellus Aquauiua Neapolitanus.
43 Alexander Iuttas Florentinus.
44 Petrus Paulus Torellus Foroliuiensis.
45 Carolus de Comitibus Romanus.
46 Infredus Lomelinus Genuensis.
47 Angelus Gemmarius Florentinus.
48 Fabius Minodous Neapolitanus.
49 Alfonsus Ricius Mediolanensis.
50 M. Antonius Olgiatus Comen. Præsidens Cam.
51 Ioannes Baptista Lambertinus Bononiensis.
52 Cæsar Parisanus Camerinensis.
53 Lupus Campus Burgensis Hispanus.
54 Octauianus Rauascherius Neapolitanus.
55 Laurentius Turinus de Piscia Florentinus.
56 M. Antonius Tustius Neapolitanus.
57 Dominicus Giannasius de Castro Bononiensi.
58 Io. Vincentius Cansacus Amerinus.
59 Benedictus Iustinianus Genuensis.
60 Aloysius Molinus Venetus.
61 Vincentius Tanarius Bononiensis.
62 Franciscus Simonetta Mediolanensis.
63 Marcolinus Monsignanus Foroliuiensis.
64 Cosmus Camaianus Aretinus.
65 Ioannes Baptista Arcimboldus Mediolanensis.
66 Alexander Coquius Comensis.
67 Felix Berthodanus Vercellensis. A.C. Locumtenens.
68 Dionysius Ratta Bononiensis.
69 Nicolaus Calefattus Pisanus.
70 Ludouicus de Torres Romanus.
71 Paulus Recuperatus Brasichellensis.
72 Alphonsus Vicecomes Mediolanensis.
73 Carolus ex Comitibus S. Bonifacij Patauinus.
74 Octauius Bandinus Florentinus.
75 Valerius Vrsinus Romanus.
76 Hieronymus Aula Romanus. Corrector Contrad.
77 Io. Baptista Volta Bononiensis.
78 Petrus Franciscus Montorius Romanus.
79 Maffeus ex Comitibus de Gambara Brixiensis.
80 Achilles Sergardius Senensis.
81 Iulius Carrectus Casalensis.
82 Octauius Aquauiua Neapolitanus.
83 Marcellus Crescentius Romanus.
84 Iulius Thadæus Montis Regalis. Pedemon.
85 Io. Baptista Bilius Mediolanensis.
86 Camillus Peregrinus Veronensis.
87 Io. Baptista Stella Romanus.
88 Io. Angelus Papius Salernitanus.
89 Lucius Sanseuerinus Neapolitanus.
90 Laurentius Blanchettus Bonon. Rotæ Auditor.
91 Cæsar Spetianus Mediolanensis.
92 Petrus Mellinus Romanus.
93 Aloysius Ancaranus Spoletinus.

XXV.

Deputatio & Facultates Guidonis Ascanij Card. Sfortiæ Camerarij, & Hieronymi Recanati de Capite Ferreo Thesaurarij, liberandi & extinguendi, cum recompensa, canones, responsiones & census Cameræ Apostolicæ & Ecclesiæ Romanæ, ac aliarum Ecclesiarum & Piorum locorum in locis Dominij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consistentium, & etiam de nouo locandi & infeudandi bona Ecclesiastica.

Similes constitutiones in hac Materia indicaui sup. fol. 317. in Clem. 7. constit. 18. Si pro pauperum, & habes etiam inf. const. 28. Periculis. fol. 413.

Hæc constitutio declaratur & limitatur inf. per Pium 4. constit. 125. Apostolicæ & ibi not.

De Materia autem alienationum Bonorum Eccles. vide supra fol. 91. Pauli II. constit. 6. vbi notaui.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN Sacra beati Petri sede cum plenitudine potestatis, meritis licet imparibus, diuina dispositione locati, ad ea (vt debemus) libenter intēdimus, per quæ orthodoxæ fidei defensioni, ac reipublicæ christianæ statui valeat salubriter prouideri. Sane vniuerso orbi notum esse credimus immanissimum Turcharū tyrannū, post innumerabiles per eius antecessores christiano nomini in diuersis mūdi partibus clades illatas, multaq; regna & dominia eius ditioni adiecta, nouissime tēpore nostri Pont. Regnū Neapolitanū pluribus illis locis prædatis inuasisse, & notabilia dāna tā in locorū deuastatione, quā in personarū asportatione fecisse, lōge ēt plura facturus, nisi christianissimi in Christo filij Caroli Romani Imp. semper augusti, & dicti Regni Regis pietas, virtus, & strenuitas, qui ad hoc non sine maximis expēsis potentē classem parauerat obstitisset, præmissisq; nō cōtentū, ciuitatē Castri noui, christianis illā acriter defendētibus immaniter trucidatis expugnasse,

Turcharum Tyrannus Regnum Neapolitanū inuasit & Carolus V. Imp. illi obstitit vtibi.

Quæ etsi potius vindicanda, quam cum christianitatis ignominia, & damni renouatione recensenda forent, tamen non possumus non ea dolenter referre, propter euidens periculum, quod reipublicæ prædictæ ea nouis bel

Et idem Tyrannus parabat se ad inuadendum Pānoniā fines Germaniæ, ac Italiā.

li apparatibus per tyrannum ad penetrandum Pannoniam ad præsens tumultantem, & fines Germaniæ, ac Italiam, ad quam idem tyrannus putans inde facile quod reliquum est christianitatis in suam potestatem redigere, insatiabili siti anhelat inuadendum & occupandum terra marique hostiliter instructis cernimus imminere. Et cū periculo huiusmodi quod indies maiores vires habiturum dubitatur ea ijs quæ in pluribus christianitatis partibus circa veram religionem innouata sunt, & innouantur, occurrere omnino intendamus: Considerātes ad præmissa magna esse opus impensa, & quod de Christianorum Principum subsidio, non quantum res ipsa eapostulat nobis promittere valemus, propter bella, & calamitates, quibus temporibus præteritis affecti fuerunt: quodque

Pōtifex ideo ad hoc bellum subsitinen.

vires nostræ ex alienationibus rerum & bonorum Sanctæ Rom. Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros factis, & magnis expensarum profluuijs, quæ pro nonnullis apostolicæ sedis necessitatibus pluries nos subire oportuit, tenuissimæ sunt, cogitauimus pecunias modis omnibus, qui nobis possibiles sint exquirere, vt illarum auxilio truculentam rabiem dicti tyranni retundere ac alijs christianæ fidei necessitatibus prouidere valeamus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in consistorio nostro secreto discussione & deliberatione matura, de ipsorum fratrum consilio, & vnanimi assensu, ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quam plurimorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, qui similibus vel alijs tunc vrgentibus necessitatibus, nonnulla bona ecclesiastica vendiderunt, vestigijs inhærentes, Dilectis filijs Guidoni Ascanio Sfortiæ S. Eustachij Diacono Cardinali Camerario,

Card. Sfortiam & Thesaurariū deputat ad liberan. census &c. Eccles.

& Hieronymo Ricanati de Capite ferreo Thesaurario nostris, quos ad hæc cōmissarios & exequutores nostros facimus ac deputamus: quod per se vel alium, seu alios de eorum mandato, quoscunque canones, responsiones, & recognitiones, & census perpetuos, vel temporales quibusuis nominibus nuncupentur, & ad quascunque summas ascendant, sub quibusuis caducitatis, & alijs pactis, & conuentionibus, ac obligationibus, necnon modis & formis constitutos, quæ in extinctionibus, ac liberationibus infrascriptis specificari volumus, super quibusuis casalibus, vineis, domibus, possessionibus, prædijs, tenimentis, & alijs bonis immobilibus cuiuscunque qualitatis, valoris, æstimationis, etiam speciali nota dignis existentibus, Cameræ apostolicæ, & Romanæ, ac quarumcunq; ecclesiarum etiam cathedralium, & Metropolitan. ac Patriarchalium, ac basilicarum, necnon monasteriorū congregationum, ordinum, ac aliorum religiosorū & piorum locorum, etiam quantumcunq; priuilegiatorū, & exēptorum, ac habentium quod in generali, ac etiam speciali, & indiuidua expressione, nisi certis modis & formis seruatis non veniant, nec comprehendantur in Vrbe prædicta, & extra illius muros, necnon quibusuis ciuitatibus, terris, & locis temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ existentibus consistentium (monasterijs monialium ac hospitalibus hospitalitatem seruantibus, & locis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) feudi, emphyteosis, liuelli census, canonis, responsionis, locationis, & cuiusuis alterius contractus, vel cōcessionis, iure, causa, occasione, vel alias, quomodolibet per quoscunque etiam episcopali, vel alia maiori ecclesiastica vel mundana dignitate & excellentia præditos soluendos, seu debitos, pro pretio, seu pretijs, quod seu

Facultatemq; procedendi concedit absque causæ cognitione & solēnitatum obseruatione.

quæ Camerarius, & Thesaurarius nostri præfati repererint, sine aliqua causæ cognitione, ac vllis tractatibus, nullisue solennitatibus desuper habitis & seruatis, ac sine requisitione & consensu eorum, qui de iure vel alias requiri & consentire deberent, extinguere: & casalia, vineas, domos, possessiones, prædia, tenimēta, & alia bona prædicta, illorumq; feudatarios, emphyteotas, censuarios, liuellarios, locatarios, cōductores, ac vtiles dominos a censuum, canonū, responsionum, & recognitionū huiusmodi in pecunia numerata, vel alia specie debitorum

Et bona Eccl. de nouo locan. & in feudan.

præstatione perpetuo affrançare & liberare, illisque de nouo casalia, & alia bona prædicta infeudare, locare, & concedere (recompensa tamen Cameræ, ecclesijs, monasterijs, ordinibus, cōgregationibus, & locis, ac alijs prædictis quorum census, canones responsiones, recognitiones, & alia iura huiusmodi extinguentur pro concur-

Ista declarantur inf. per Pium 4. constit. 125. Apostolica vbi not.

renti redditus annui quantitate assignata) ita tamē quod paribus cōditionibus conductores, & alij, quibus alias per extinctionem huiusmodi præiudicaretur, quibuscunque alijs præferantur: Necnon quæcunque instrumenta & scripturas, ac alia desuper necessaria, & opportuna facere, & exequi libere & licite possint, & valeant, plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Decernentes extinctiones, affrancationes, liberationes, inuestituras, concessiones, & alia per dictos Camerarium, & Thesaurarium desuper fienda, & exequenda perpetuæ firmitatis robur obtinere, aut feudatarios, & vtiles dominos, ac alios præfatos, eorumque hæredes & successores, ac alios quorum interest, vel interesse poterit, modo aliquo contra tenorem præsentium desuper molestari, impediri, vel inquietari non posse, sed illos, & casalia, vineas, domos, possessiones, bona, & iura huiusmodi franca, libera, & allodialia fore, & esse, ac ecclesias, monasteria, ordines, congregationes, & loca prædicta, eorumque Præsules, & Rectores nunc & pro tempore existentes vllo vnquam tempore præmissis se opponere, aut ab illis reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum sub læsionis, vel alio quocunque prætextu petere, vel impetrato vti non posse neque debere, sicque per quoscunque tam apostolica & ordinaria, quā

Decretū irritans

delegata & mixta auctoritate fungentes iudices & personas, etiam præfatæ Ro. Ecclesiæ Card. vbique iudicari, cognosci, ac decidi debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, ac in dignitate ecclesiastica constitutis personis, eorumq; Vicarijs & officialibus, necnon Canonicis Metropolitan. & aliarum cathedralium ecclesiarum vbilibet constitutis, per apostolica scripta mandamus, qua-

Præcipit Prælatis vt studeāt executioni istius cōstit.

tenus eorum quilibet auctoritate nostra faciat extinctiones, affrancationes, & alia vigore præsentium fienda, ac easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari, illisque ac bonis affrancatis, & liberatis huiusmodi vtiles dominos, & possessores, ac omnes & singulos quos quomodolibet concernunt, eorumque hæredes, & successores quoscunque pacifice frui, & gaudere, nec permittant quemquam contra præsentium, aut ipsorum instrumentorum tenores modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quascunque de quibus eis placuerit censuras & pœnas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus rec. me. Bonifacij VIII. etiam de vna, & in Concilio generali de

Pauli 2. const. habes sup. fol. 91. nu. 6.

duabus dietis edita, ac Simachi, quæ incipit. Non licet Papæ, necnon Pauli II. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac alijs apostolicis etiam in vniuersalibus prouincialibus, & synodalibus

concilijs

concilijs editis constitutionibus, ordinationibus, & prohibitionibus, necnon statutis, & consuetudinibus, ac fundationibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, ac literis apostolicis per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem prædictam & per viam generalis legis, & statuti perpetui, necnon motu proprio, ea certa sciētia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & consistorialiter, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis & innouatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mētio, seu quæuis alia expresio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari posit, illorum omnium, necnon quorumcunque testamentorum, instrumentorum, literarum, supplicationum, & scripturarum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expresis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concesionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo, vndecimo Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno septimo. Clausula derogatoria.

Registrata in Camera apostolica.

Michelangelus.

P. Grazetus.

XXVI.

Fratribus, Capuccinis mandat, ne Fratres de Obseruantia absque licentia eorum Prælatorum recipiant, neque retineant.

Confirmatur hæc constitutio per Iul. 3. inf. constit. x. officij. Et hoc idem generaliter prohibuit Paul. 4. infra const. 29. Postquam. Quod reduxit ad viam iuris Pius 3. const. 8. Sedis. & iterum prohibuit Pius IIII. infra const. 91. Quæcunque & declarauit Greg. 13. constit. 74. Sedes Apostolica.

PAVLVS Episcopus &c. Ad futuram rei memoriam.

ROMANI Pontificis Prouidentia circunspecta, vt illa quæ per eum sunt rationabiliter ordinata, firmiter obseruentur, cum opus est, remedijs prouidet opportunis. Dudum siquidem per nos accepto, quod ex eo quod nonnulli ordinis fratrum Minorum de obseruantia nuncupatorum professores, ad domos & loca fratrum dicti ordinis minorum Capucinorum nuncupatorum, absque Prælatorum suorum licentia, se transferebant, graues contentiones & lites quibus eorum status perturbabatur, exortæ fuerant. Nos cupientes huiusmodi contentiones & lites nostræ prouisionis remedijs terminari, matura super his cum non nullis ex venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quibus causam huiusmodi examinandam commiseramus, deliberatione præhabita, per alias nostras in forma breuis literas, sub diuersis censuris & pœnis in eisdem literis contentis inhibuimus, ne dicti fratres Capucini quempiam ex dictis de obseruantia professoribus, quouis prætextu absque Prælatorum suorum licentia in scriptis habita recipere & retinere, nec dicti de obseruantia ad eos se transferre præsumerent, prout in eisdem literis latius continetur. Cum autem (sicut accepimus) dicti fratres Capucini nuncupati, præfatos de obseruantia professores, contra dictarum nostrarum literarum tenorem, prætextu cuiusdam assertæ licentiæ a nobis viuæ vocis oraculo (vt prætendunt) obtentæ, in antiquarum discordiarum & litium suscitationem & scandalum plurimorum passim recipere non vereantur: Nos in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, omnibus & singulis congregationis Capucinorum huiusmodi professoribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, alijsque in eisdem literis nostris appositis censuris, & pœnis eo ipso facto incurrendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium, districte præcipimus, & mandamus, ne de cætero quempiam ex dictis de obseruantia professoribus, etiam si in seculari vel cuiusuis alterius religionis habitu ad eos confugerent, huiusmodi assertæ licentiæ viuæ vocis oraculo a nobis obtentæ, aut alio quouis prætextu, absque huiusmodi Generalium, seu Prouincialium Prælatorum suorum licentia in scriptis habita, contra dictarum literarum continentiam, & tenorem, recipere seu retinere præsumant. Quo circa dilectis filijs Gubernatori almæ Vrbis nostræ, ac Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, in dictaque Vrbe in spiritualibus generali Vicario nostro, necnon vniuersis & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis, & dilectis filijs eorū in spiritualibus Vicarijs generalibus, firmiter committimus & mandamus, quatenus ipsi vel eorum aliqui statuta & ordinationes huiusmodi, necnon omnia, & singula in eis contenta firmiter, ac inuiolabiliter obseruari faciant, non permitten. aliquid per quoscunque, quacunque dignitate, præeminentia, & auctoritate fungentes, contra præsentium tenorem quomodolibet attentari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas & alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, eosque quotiens eis censuras, & pœnas prædictas incurrisse cōstiterit, legitimis super his habitis procesibus, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse publice declaran. seu declarari facien. Inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non obstan. præmissis, ac Fœ. Re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque indultis & litteris Apostolicis, etiam in

Margin notes: His literas hic non habes. — Capucinis prohibuerat Pont. iste ne Fratres Obseruantes reciperēt absque licētia eorum superiorum — Hoc iterum prohibet ex causa hic expressa. — Executores istius const. — Clausula derogatoriæ.

forma breuis, per quoscunque Roman. Pontifices prædecessores nostros, & nos ac Sedem Apostolicam, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis quomodolibet concessis confirmatis & innouatis: quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ signatis, ac manu alicuius publici Notarij subscriptis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris. Die v. Augusti Millesimo quingentesimo quadradesimo primo, Pontificatus nostri anno Septimo.

Blo. El. Fulgin.

XXVII.

De Inquisitorum Hæreticæ Prauitatis Facultatibus procedendi contra prædicantes siue proponentes & asserentes propositiones scandalosas, & a Fide Catholica discrepantes, non obstantibus quibuscunque priuilegijs & exemptionibus.

De Facultatibus Inquisitorum vide Concord. quas posui supra fol. 336. in Clem. 7. constit. 33. Cum sicut, & habes etiam in Grego. 13. constit. 73. Antiqua.

De Prædicatorum officio habes sup. fol. 205. Leon. X. constit. 15. Supernæ.

PAVLVS Episcopus &c. Ad futuram rei memoriam.

IN Apostolici culminis specula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis esse nostri officij duximus, quàm sedulo ac diligenter omnia circumspicere, quæ catholici nobis commissi gregis custodiæ, ac conseruationi conferant, illamque in primis curam suscipere, & quæ materiam scandali præbere possent penitus succidantur, ac radicitus extirpentur, nec ea vsque pullulare sinantur. Cum itaque sicut accepimus in nostræ Bononiæ ac Mediolani, & quamplurimis alijs Italiæ ciuitatibus & locis, nonnulli seculares ac etiam religiosi prætextu quorundam indultorum, ac concessionum seu priuilegiorum & exemptionum, a sede apostolica per ipsos obtentorum, & ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in eisdem ciuitatibus & locis per sedem apostolicam, aut illius auctoritate deputatis, illorum iurisdictione exemptos, prætēdentes, varias propositiones scandalosas & erroneas, ac piarum mentium offensiuas, & quandoque etiam hæresim sapientes, ac catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes publice proponere, ac disputare, & pro viribus sustinere, necnon populis prædicare non sine magno Christifidelium animarum periculo, ipsiusque fidei detrimento, & totius religionis opprobrio temere audeant & præsumant. Nos qui desideranter in votis gerimus, vt fides præfata nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fideliū extirpetur, attendentes non ideo ab apostolica sede priuilegia & exemptiones concedi solitas esse, vt per ea scandala & fidei diminutio generentur, sed potius ad ea tollendum & ipsam fidem augendum, volentesque ne de cætero per propositiones & prædicationes huiusmodi in perditionem (quod absit) animæ fidelium prolabantur, obuiare, & ne exemptionum prædictarum prætextu valeant talium præsumptores in eorum tam detestabili temeritate perdurare, eorumque iniquitas remaneat impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, Motu proprio & ex certa nostra scientia, volumus, statuimus, & ordinamus, quòd inquisitores præfati in tota Italia, & in insula Chij deputati & in posterum deputandi, contra omnes & singulos tam seculares quam religiosos, quorumuis ordinum etiam Mendicantium professores, cuiuscunque status gradus, status, conditionis, dignitatis & præeminentiæ, non tamen Episcopalis existant, qui propositiones suspectas, scandalosas, periculosas, errores continentes, hæresim sapientes, ac alias catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes huiusmodi, vel earum quaslibet in posterum asserere, seu publice proponere, & populis prædicare audeant, vel præsumant, iuxta auctoritatem & potestatem eis inquisitoribus a iure aut alias quōlibet traditam & concessam procedere & inquirere, suamq; iurisdictionem exercere debeant. Necnon eis contra illos iuxta prædictā potestatem, vt præfertur procedendi & inquirendi, & iurisdictionis huiusmodi exercendæ facultatem quatenus opus sit eadem auctoritate de nouo concedimus: decernentes præsentibus nostris literis, nisi per signaturam manu nostra signatam minime derogari posse, irritumque & inane quidquid secus super his à quoque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: districtiusq; inhibētes locorū ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ & suspensionis a regimine, & administratione suarum ecclesiarū, necnon ciuitatū & locorum quorūlibet dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & alijs quibuscunq; sub excōicationis latæ sētiæ, ac bonorum suorū priuationis pœnis, eo ipso si cōtra fecerint incurrēdis, ne inquisitores præfatos, quominus cōtra propositiones præfatas, vel earū quaslibet sub indultorū, concessionū, priuilegiorū, & exemptionū eorundē, & quouis alio prætextu asserētes, proponentes & prædicātes hmói procedere, inquirere, eorumq; iurisdictionem exercere libere possint & valeant quouis modo per se vel aliū seu alias directe vel indirecte impedire præsumant: Non obstan. præmissis & apostolicis in prouincialibus, & synodalibus cōciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus & ordinationibus, necnon ordinum eorundem iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; & exemptionibus prædictis quibusuis, sub quibuscunque tenoribus & formis, & per nos & sedem apostolicā concessis, confirmatis & innouatis: quibus etsi pro sufficiēti illorum derogatione, de illis illorūque totis tenoribus specialis, specifica & expressa, nō autē per clausulas generales idē importantes mētio habenda foret, tenores huiusmo-

Multi qui prætendebāt vigore priuilegiorū, exemptos esse a iurisdictione Inquisitorū, proponebant quasdā scandalosas propositiones.

Ideo Pōtifex declarat Inquisitores cōtra eos posse procedere non obstantibus eorū priuilegijs.

Hoc idem voluit Pius 4 inf. in cōstit. 67. Pastoris.

Impedientibus Inquisitores super præmissis pœnas hic descriptas imponit.

Clausula derogatoria.

di pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes nostras literas originales ad singula loca quo opus foret destinare, volumus, & decernimus, quod earum träsumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis, eadem fides indubia, in iudicio, & extra vbicunque exhibitæ fuerint, detur; ac eisdem stetur, ac si originales literæ ipsæ exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 14. Ianuarij, Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octauo.

XXVIII.

Deputatio & Facultates Ioannis Mariæ Cardinalis de Monte, Legati de Latere, affrancandi & extinguendi cum recompensa census, & responsiones Ecclesiarum in locis Prouinciæ Romandiolæ, Exarcatus Rauennæ, & Ducatus Vrbinaten consistentium.

De Materia vide supra const. 25. In sacra, vbi notaui.

PAVLVS Episcopus &c. Dilecto filio Ioanni Mariæ tituli sancti Vitalis Presbytero Cardinali de Monte nuncupato in nostris Prouincijs Romandiolæ, & Exarcatu Rauennæ, nostro & Apostolicæ sedis Legato de Latere. Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

PERICVLIS, quæ hoc tempore vniuersæ reipublicæ christianæ, & præsertim ditioni ecclesiasticæ, ac quæ religionis & fidei caput est Almæ vrbi ab immanissimo Turcarum Tyranno Italiam occupare satagente imminere dinoscuntur, & quæ eo magis timenda sunt, quo minor concordia inter Principes Christianos cernitur, quantum nobis ad præsens conceditur occurrere cupientes, & animo reuoluentes, quod sicut pro redemptione captiuorum bona ecclesiastica alienare licet, ita omnibus fere sedis apostolicæ ordinarijs redditibus ob immensas impensas, quas pro illius necessitatibus subuenire oportuit, alienatis, licitum & honestum esse bona ipsa ad occurrendum ne Christifideles eorumque res & bona in captiuitatem, & perditionem deducantur, alienare, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto matura & diligenti discussione & deliberatione, de ipsorum fratrum consilio, & ex certa nostra scientia, & apostolicæ potestatis plenitudine, quam plurimorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui similibus, & alijs tunc vrgentibus necessitatibus bona ecclesiastica vendiderunt, vestigijs inhærendo, circumspectioni tuæ, quæ ad præsens infra limites legationis suæ degit, & de cuius prudentia, dexteritate, integritate, & erga ecclesias, & ecclesiasticas personas charitate specialem in domino fiduciam obtinemus: quod per te, quem ad hæc Cõmissarium, & executorem nostrum facimus, & deputamus, vel alium seu alios ad id a te deputandos, quoscunque canones responsiones, & recognitiones, ac census perpetuos, vel temporales quibusuis nominibus nuncupentur, & in quibusuis rebus etiam canibus, accipitribus, falconibus, calcaribus aureis, cera, candelis, aut alijs etiam causa honoris, seu recognitionis superioritatis, vel directi dominij, aut argento, seu pecunia numerata consistant, & ad quamcunque summam ascendant, super quibusuis castris, terris, casalibus, vineis, agris, pratis, siluis, domibus, prædijs vrbanis, & rusticis, ac tenimentis, necnon aquis etiam ad sal cõficiendum dispositis, & alijs quibuscunque rebus, ac bonis stabilibus cuiuscunque qualitatis, valoris, & extimationis, etiam si speciali nota digna sint, quarumcunque etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Colleggiatarum seu parocchialium cum cura vel sine cura Ecclesiarum secularium, vel regularium, necnon tam virorum quam mulierum monasteriorum, prioratuum, & domorum quorumuis ordinum, & congregationum, ac aliorum religiosorum, & piorum locorum, etiam quantumcunque priuilegiatorum, & exemptorum, ac habentium quod in generali, vel etiam speciali, & indiuidua expressione, nisi certis modis, & formis seruatis non veniant nec comprehendantur in Ariminen. Cesenaten. Britonorien. Forliuien. Fauentin. Imolen. Pisaurien. Vrbinaten. Forosempronien. & Cassien. ac quibusuis alijs Prouinciæ Romandiolæ, & Exarcatus Rauennæ, & Ducatus Vrbinaten. ciuitatibus, diœcesibus, castris, oppidis, & villis consistentium (hospitalibus hospitalitatem seruantibus, & locis hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac monasterijs monialium dumtaxat exceptis) sub quibusuis caducitatis, & alijs pactis, ac conditionibus, necnon obligationibus modis, & formis constitutos, & existentes, de feudi, emphyteosis, liuelli, census, canonis, responsionis, locationis, & cuiusuis alterius contractus, vel concessionis, iure causa, occasione, vel alias quomodolibet per quoscumque etiam Episcopali, vel alia maiori Ecclesiastica vel mundana dignitate, & excellentia præditos, soluendos, seu debitos, pro pretio seu pretijs, quod seu quæ reperiri poteris, sine aliqua causæ cognitione, ac nullis tractatibus, nullisue sollemnitatibus desuper habitis vel seruatis, ac sine requisitione, & consensu eorum, qui de iure consentire deberent, ac quorum consensus requirendus foret (Recompensa tamen ecclesijs, & monasterijs, necnon prioratibus, domibus, ordinibus, & congregationibus, ac locis prædictis pro concurrenti annui redditus quantitate in aliquo alio censu, seu pecuniarum summa in emptionem tot bonorum immobilium ad tui arbitrium conuertenda per te omnino assignata) cassare, & extinguere, ac castra, terras, casalia, vineas, agros, prata, siluas, domos, prædia, & tenimenta, aquas, ac alia bona, pro quibus, seu super quibus canones, responsiones, recognitiones, & census huiusmodi soluuntur, illorumque vtiles dominos, seu emphytheotas, censuarios, liuellarios, locatarios, & conductores a præstatione, & solutione canonum responsionum, recognitionum, & censuum huiusmodi, & periculo cuiusuis caducitatis perpetuo liberare, & absoluere: Necnon quascunque annales, seu alias temporales locationes castrorum, terrarum, casalium, vinearum, agrorum, pratorum, siluarum, domorum, prædiorum, aquarum, & tenimentorum, ac aliarum rerum & bonorum ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, domorum, ordinum, & congregationum, ac locorum huiusmodi ad tempus de quo tibi videbitur prorogare, & extendere: Ac quoscunque contractus emphyteoticos, seu liuellarios, aut censuales, vel feudales renouare, & reficere, ac ad vnam seu plures generationem, seu generationes, vel nominationes, aut in masculinam, vel etiam, si tibi videbitur, femininã lineam alias tamen legitimam & naturalem ac de legitimo matrimonio, seu etiam illegitimam, & ex quocunq; damnato coitu pro tempore prouenientem,

Argumentum Põtificis.

Deputatio, & facultates Card. de Monte affrancandi, & aliẽãdi census, &c. Ecclesiarũ non recõpẽsa.

Facultas procedendi absque causa cognitione, & non seruatis solẽnitatibus.

Locationes prorogandi.

Feudosq; extendendi, & perpetrandi.

cum aliquo

Ad hæc vide inf. Pij 4 const. 125. Apostolica cum ibi not.

cum aliquo responsionis, seu cannonis, vel census præstari soliti augmento, tuo arbitrio declarando, extendere, & perpetuare: Necnon quascunque personas tam seculares, quam religiosas, ac quæcunque earum bona a quibusuis censibus, seu liuellis, vel alijs etiam emphyteoticis responsionibus per easdem personas super eisdem bonis præstari solitis, omnique vassallagio, feudo, superioritate, iureque ecclesiastico: assignata prius ecclesijs, monasterijs, prioratibus, domibus, ordinibus, & congregationibus, ac locis quibus census, seu liuelli vel aliæ responsiones huiusmodi soluentur, seu quorum vassallagium, feudum, superioritas, & ius huiusmodi erit, aliqua alia etiam iudicio tuo super alijs bonis immobilibus similis redditus recompensa: Necnon etiam bonis ad præmissa obligatis sub illorum consueto censu, seu liuello, vel emphyteotica responsione remanentibus, bona ipsa a quacunque caducitate, seu superioritate ecclesiastica, ita vt nullo vnquam tempore ad ecclesias quarum prius erant deuolui possint, liberare, & absoluere, ac bona ipsa, vt præfertur, affrancare: Necnon firmo remanente iure ecclesiastici priuilegij, quod bona ipsa nullo vnquam tempore confiscari, aut iurisdictioni seculari quauis de causa, ac si quo ad hoc affrancata non essent, subijci possint, perpetuo concedere: Ac omnia & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiam præsulibus, & rectoribus ecclesiarum non consentientibus, sed potius contradicentibus facere exequi dispensare, & concedere: Ac quæcunque istrumenta, & scripturas desuper necessaria, & opportuna celebrare libere & licite valeas in omnibus & per omnia prout nos ipsi facere, ea equi dispensare & concedere possemus, plenam & liberam apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem & auctoritatem. Decernentes cassationes, extinctiones, liberationes, absolutiones, prorogationes, extensiones, perpetuationes, affrancationes, concessiones, & omnia alia per te desuper facienda, & exequenda, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac vtiles dominos, emphyteotas, censuarios, liuellarios, ac locatores, & conductores, ac alios præfatos, eorumque hæredes, & successores, ac alios quorum intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, modo aliquo contra tenorem litterarum a te desuper conficiendarum molestari, impediri, vel inquietari non posse, sed illos, & castra, terras, casalia, vineas, agros, prata, siluas, domos, prædia, & tenimenta, ac res, & bona prædicta franca, libera, & allodialia fore, & esse, ac Ecclesias, monasteria, prioratus, domos, ordines, congregationes, & loca prædicta, eorumque præsules, & rectores nunc, & pro tempore existentes vllo vnquam tempore præmissis se opponere, aut reclamare ab illis, vel beneficium restitutionis in integrum, læsionis, vel aliquo quocunque prætextu petere, vel impetrato vti non posse neque debere. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam præfatæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, vbique iudicari, cognosci, & decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, & decidendi facultate; Necnon irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decernit irritans

Et nihilominus vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, necnon canonicis Metropolitan. & aliarum cathedralium Ecclesiarum, ipsorumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarijs in spiritualibus generalibus vbilibet constitutis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra cassationes, extinctiones, liberationes, absolutiones, prorogationes, extensiones, perpetuationes, affrancationes, concessiones, & omnia alia per te desuper facienda, & in eis contenta quæcunque plenum effectum sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari, ac omnes, & singulos, quos ea quomodolibet concernent, eorumque hæredes, & successores quoscunque illis pacifice frui, & gaudere: Non permittentes quemquam contra illorum tenores modo aliquo molestari, impediri, aut inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascunque, de quibus eis placuerit, censuras, & pœnas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Præcipit omnibus Prælatis studeant executioni istius constit.

Non obstantibus fe. rec. Bonifacij VIII. de vna, & in Concilio generali de duabus dietis ædita, ac Simachi quæ incipit. Non liceat Papæ, necnon Pauli Papæ II. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & alijs Apostolicis, etiam in vniuersalibus, Prouincialibus, & synodalibus Concilijs æditis constitutionibus, & ordinationibus, & prohibitionibus, necnon statutis, & consuetudinibus, ac fundationibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, necnon Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Consistorialiter, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet, & pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, & in eis caueretur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum necnon quorumcunque testamentorum, instrumentorum, literarum, supplicationum, & scripturarum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Pauli 2. const. habes sup. fol. 92. nu. 6.

Clausula derogatoria.

Volumus autem quod si contingeret eodem tempore quo fiet affrancatio non reperiri recompensam redditus annui extinguendi, pecuniæ ex affrancatione huiusmodi prouenientes, & in recompensam prædictam conuertendæ, penes ædem sacram, aut personam fide, & facultatibus idoneam, seu penes affrancatores sub cautela, quod pecuniæ saluæ permaneant, & donec illæ in recompensam conuersæ fuerint, de solito annuo reditu sub eisdem modo, & forma, quibus antea debebatur, effectualiter respondeatur, & infra annum, seu biennium à die celebrati contractus comparandum omnino conuertatur, alioquin contractus, & affrancatio huiusmodi nullius sint roboris vel momenti.

Si recompensa eo tempore affrancationis non reperiatur, pecuniæ conseruentur vt hic.

Quodque literæ sub plumbo, & in forma breuis, necnon patentes, & instrumenta cameralia in amplissima forma super præmissis, postquam illa per te, vt præfertur, executioni demandata fuerint, ad omne libitum personarum, quæ tecum, vel cum alio, seu alijs de mandato tuo desuper contraxerint, gratis vbique expediri debeant. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die quinta Februarij, millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri Anno octauo.

Patentes super affrancationibus gratis expediant.

DE Neo-

XXIX.

De Neophitorum, seu Iudæorum & Infidelium ad Catholicam Fidem conuersorum Indultis, ac Priuilegijs, & Ordinationibus circa eorum viuendi modum.

De Materia Neophitorum & Catechumenorum habes infra const. 34. Illius, & Iul. 3. const. 18. Ad aures, Pauli 4. const. 18. Dudum, & 24. Cum sicut, Pij 4. const. 5. Saluatoris, & 60. Cum inter, & Pij v. const. 15. Sacrosanctæ, & ibi notabo.

De Materia autem Iudæorum habes sup. fol. 5. Innoc. 4. const. 1. Impia, & fol. 19. Nicol. 3. const. 2. Vineam, & infra const. 55. Nouit. Iul. 3. const. 15. Cum sicut accepimus, & 46. Cum sicut nuper, & 48. Pastoris, & 59. Cum sicut accepimus, Marti. 1. 2. const. 1. His proximis, Pauli 4. const. 5. Cum nimis, & 37. Apostolicæ, Pij 4. const. 63. Dudum, & 139. Cum sicut, Pij v. const. 6. Romanus, & 81. Hebræorum, ac Greg. 13. const. 43. Cum sicut, & 72. Alias piæ, & 73. Antiqua, & ibi notabo.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES Iudæos, & alios infideles quoslibet, ad fidem catholicam conuerti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium, hac in posterum valitura constitutione sancimus, quod cuicunque eorundem Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia, quam immobilia intacta, & illæsa permaneant. Ita vt etiam filij familias, & in patria potestate, vt præfertur, constituti, legitima, & quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis alias debitorum, per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint, neque debeant, sed eis integre, etiam si contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus viuentibus, debeantur. Et si bona ipsa ex vsura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pios vsus conuertenda, bona huiusmodi eisdem Iudæis, & alijs infidelibus, in fauorem suscepti baptismatis tamquam in pium vsum libere concedimus: eaque apud ipsos sic conuersos Iudæos, & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub diuini anathematis pœna, quibusuis tam ecclesiasticis, quam sæcularibus personis, ne vllam super bonis huiusmodi, quouis quæsito colore molestiam inferant, aut inferri patiantur. Sed magnum se fecisse lucrum existiment dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (vt scriptum est) qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi conuersionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tam ecclesiasticos quam seculares per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, vt ipsis conuersis manus porrigant adiutrices, ipsi quoque diœcesani, non solum Christianos ad subueniendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum vsus per ipsos conuertendos deuoluuntur huiusmodi neophitos sustentare nō negligant: ipsosque a detractionibus, & contumelijs paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi ciues sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeq; dignius existit regnare spiritu, quam nasci carne, eadem constitutione statuimus, vt ciuitatum & locorū in quibus sancto baptismate pro tempore regenerabuntur, vere ciues sint, & priuilegijs, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alij ratione natiuitatis, & originis duntaxat consequuntur, gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum, quam post, illos in articulos fidei, ac legis nouæ præceptis, catholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam diœcesani operam dent, ne cum alijs Iudæis, seu infidelibus, saltem per longum tempus conuersentur, ne sicut quandoque contigit, ab infirmitate curatis modica occasio ad pristinam damnationem recidiuam efficiat. Et quoniam experientia teste, compertum est mutuam ipsorum neophitorum inter se conuersationem, ipsos in fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum efficere, hortamur locorum ordinarios, vt quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent, & studeant, neophitos ipsos cum originarijs christianis matrimonio copulare. Et prohibeant eisdem sub grauibus pœnis ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus quoquomodo obseruent: sed & Ecclesias, & prædicationes, prout alij catholici frequentent, & in omnibus christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes in quorum parochijs degent, aut alios ad quos de iure, vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat aut etiam per alios quoscunque diœcesanis, seu inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferant, & inuocato si opus fuerit auxilio brachij secularis, per eos taliter puniantur, quod alijs transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus in prouincialibus & synodalibus concilijs diligens fiat inquisitio, & tam circa Episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quam ipsos neophitos & infideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuscunque gradus vel præeminentiæ fuerit, huiusmodi neophitos ne obseruationem ritus christiani, & aliorum præmissorum complectantur, fouerit aut defenderit, pœnas contra fautores hereticorum promulgatas ipso facto incurrat: neophiti vero si se corrigere post monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum iudaizantes redire comperti sint, contra eos tamquam perfidos hereticos, per ordinarios locorum, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis etiam apostolicis, seu etiam regijs, vel imperialibus eisdem Iudæis, vel infidelibus quomodolibet concessis: quæ quatenus in detrimentum catholicæ fidei, aut nominis christiani, seu aliquorum ex præmissis, quomodolibet vergant, & ad effectum præsentium cassamus, & irritamus, ac cassa & irrita esse decernimus: alijs decretis & constitutionibus apostolicis, quæ super præmissis sunt condita in suo robore duraturis. Et vt huiusmodi sanctæ constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiam prætendere possit, illam per singulas cathedrales & collegiatas ecclesias, aliaque pia loca,

in quibus

Infideles ad fidē se conuertentium bona nō amittunt.

Bona male acquisita, restituere tenentur, si personæ notæ sint, sin autem licite retineant.

Conuersi pauperes, piorum eleemosynis adiuuantur.

Concordat cōst. Nicol. 3. quā habes sup. fol. 19.

Et Ciues efficiuntur locorū, in quibus baptizantur.

In articulis eorū fidei instruātur.

Abstineant se a commercio infidelium.

Cum originarijs Christianis matrimonia contrahant.

Ritus antiquæ sectæ nō obseruēt.

Contrauenië. coerceantur.

Neophiti redeuntes ad vomitum, sicut Heretici puniuntur, & eorū fautores pœnas fautoribus Hæreticorum impositas incurrent.

De istorum pœni vide inf. Pauli iiij. const. 42. cum ex apostolatus & ibi not.

Clausulæ derogatoriæ.

Hec const. publicetur i Ecclesijs.

in quibus vberior erit fidelium concursus semel in anno ad minus infra diuina publicari volumus, & decerni mus. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earundem præsentium transumptis, seu copijs etiam impressis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur vbicunque forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesimoprimo Martij, Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octauo.

XXX.

De Orphanorum Archiconfraternitatis in Alma Vrbe Institutione, & confirmatione, ac Indultis & exemptionibus, Et Protectoris ac Iudicis Facultatibus & Iurisdictione.

Protector Archiconfraternitatis nunc est Illustrissimus & Reuerendissimus Alexander Farnesius Cardinalis, & Iudex deputatus est D. Io. Baptista Bouius Iuris cons. Regiensis in Vrbe Aduocatus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ALTITVDO diuinæ prouidentiæ nullis præscripta limitibus, nullisque terminis comprehensa cœlestia pariter & terrestria inscrutabili ratione disponit, & mortalium mentes ad ea charitatis opera exercendum, frequenter excitat, per quæ ipsi Deo acceptiores reddantur, & pauperum aliarumque miserabilium personarum præsertim puerorum, & puellarum parentibus orbatorum per Vrbem hinc inde vagantium, quos fames cruciat, & rerum omnium egestas consumit, necessitatibus succurratur, desiderataque plurimum salus proueniat animarũ. Vnde nos quibus, meritis licet imparibus, vniuersalis ecclesiæ regimen eadem est prouidẽtia creditum, ijs quæ propterea facta fuisse comperimus, vt firma perpetuo & illibata permaneant, apostolici muniminis libenter adijcimus firmitatem, & singulorum fidelium præsertim Curialium nostrorum vota quæ ad id pertinere noscuntur, pij patris affectione prosequimur, & vt optatos sortiantur effectus opem & operam quantum cum Deo possumus impendimus efficaces, & fideles ipsos ad opportuna ijs suffragia exhibendum quibusdam quasi allectiuis muneribus indulgentijs videlicet & remissionibus inuitamus, vt per temporalia bona quæ erogauerint præmia consequantur salutis æternæ. Dudum, sicut nobis innotuit, nonnulli probatæ vitæ Curiales Charitate omnium suprema virtute circa pueros, & puellas, Orphanos pauperesque & miserabiles personas pudendas infirmas, quas redemptor noster potissime commendauit moti, pie attendentes, quod in Romana Curia, quæ maxime forensium, & ignotorum numero frequentatur, quamplures pueri pauperes parentibus orbati claritate ingenij prædıti, ac dociles & idonei reperiebantur, vt de magno illorum tam in sacræ paginæ, quam vtriusque iuris & alijs scientijs, ac diuersis exercitijs profectu, si eis ad onera & impensa rationem studiorum, & exercitiorũ huiusmodi incumbentia supportanda sufficerent, spes certa verisimiliter conciperetur, cupientesque præmissis & alijs in dicta Curia necessitatibus, & charitatis operibus prouidere, ac quod prouisio huiusmodi perpetuo duraret atque vigeret, conuocatis ad id quam pluribus alijs Curialibus, & Ciuibus Romanis societatem inter se inierunt, & quamplures parentibus orbatos, ac egenos pueros, & puellas hinc inde per Vrbem dispersas, ac ostiatim victum quærentes in vnum in certo ad id deputato loco conuenerunt, & eorum expensis, ac alijs Christifidelium pijs eleemosynis eisdem pueris, vt a malo retraherentur bonisque moribus imbuerentur, & virtutibus ornarentur, de prouidis Gubernatoribus & Magistris, ac victu, vestitu, & alijs necessarijs prouidere curarunt. Necnon Confraternitatem in qua vigintiquatuor & vltra, quorum aliqui S. R. E. Cardinales & Episcopi, ac alij Prælati aliqui eiusdem Curiæ Officiales, & aliqui Curiales, etiam Ciues Romani existunt, instituerunt. Nos igitur qui dudum inter alia volumus quod petentibus beneficia ecclesiastica alijs vniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem secundum communem extimationem, etiam beneficij cui aliud vniri posset alioquin vnio non valeret, & semper in vnionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, gratias Deo agentes quod nostro tempore a dictis Curialibus tamquam necessaria charitatis opera in ipsa Vrbe cœperint exerceri: Cupientes vt ea perpetuo frequententur, & illis Confratres huiusmodi animo illari insistant Confratres prædictos, eorumque singulos a quibusuis excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes: necnon fructuum, redditúum, & prouentuum dictæ Confraternitatis verum annuũ præsentibus pro expressis habentes, ipsorum Confratrũ supplicationibus in hac valorẽ parte inclinati institutionem Confraternitatis huiusmodi, ac quæcunque statuta, & ordinationes per eosdem Confratres edita, auctoritate apostolica, tenore præsentium ex certa nostra scientia approbamus, & confirmamus: supplentes omnes & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ipsamque Confraternitatem sub beatæ Mariæ Visitationis Orphanorum, seu alia de qua eisdem Confratribus videbitur inuocatione pro tot Confratribus, seu vtriusque sexus personis, qui eam ingredi voluerint de nouo, illamque in Archiconfraternitatem caputque omnium aliarum Confraternitatum ac hospitalium & aliorum quorumlibet locorum eorundem Orphanorum, puerorum, & puellarum vbilibet institutarum, & instituendarum Confraternitatum, ac erectorum, & erigendorum hospitalium, ac locorum puerorũ, & puellarũ huiusmodi, auctoritate, & tenore, ac scientia prædictis immediate erigimus, & facimus eius mẽbra loca ab Archiconfraternitate huiusmodi dependẽtia. Ita quod Confraternitates & hospitalia ac loca illis subiecta, & ab eis dependentia huiusmodi, ipsam Confraternitatem vti eorum superiorem in aliquo saltem reuerentiali obedientia singulis annis recognoscere teneantur. Et cum pueri, seu puellæ præfati certum locum in quo habitare, & literis, ac diuinis officijs, & beneplacitis operam dare possint, in nostra Vrbe non habeant, ac vt nobis plene constat, dilecti filij parochiani parochialis Ecclesiæ sanctæ Mariæ in Acquiro de dicta Vrbe, quæ alias tunc certo modo, quem haberi volumus pro expresso, vacans, Congregationi seu Confraternitati pauperum presbyterorum in ipsa ecclesia institutæ per felicis recordationis Iulium Papam Secundum prædecessorem nostrum, seu alias perpetuo con-

Nonnulli deuoti curiales, & Ciues Rom. quandam Confraternitatẽ in Vrbe instituerũt. & Orphanos in loco deputato recollegerunt, & eis de victu, & vestitu, ac literarũ magistris, & alijs necessarijs prouidebant.

Cõfraternitatis istius institutionem, statuta, & ordinationes confirmat.

Erigit q; ĩ Archicõfraternitatem sub inuocatione S. Mariæ Visitationis Orphanorum.

cessa,

cessa, seu vnita fuit, ob singularem deuotionis affectum, quem ad confratres Archiconfraternitatis, & pueros huiusmodi gerunt, Ecclesiam prædictam amoris exinde dictis presbyteris Confratribus Archiconfraternitatis sanctæ Mariæ Visitationis Orphanorum huiusmodi pro eorundem puerorum & puellarum perpetuis vsu & habitatione concedi, & assignari cupiant. Nosque eisdem pueris & puellis certum locum pro illorum habitatione in dicta Vrbe assignare intendamus, prædictas ac quascunque alias concessiones assignationes, vniones, annexiones, & incorporationes de dicta Ecclesia eisdem presbyteris, seu illorum Congregationi aut Confraternitati huiusmodi per præfatum Iulium, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem Apostolicam, seu alias quomodolibet, & ea quauis causa, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, necnon in quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia factas ac etiam iteratis vicibus confirmatas, & innouatas, ac literas desuper confectas, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis eisdem auctoritate, & tenore, ac scientia reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro nullis, & infectis haberi volumus. & decernimus, ipsasq; vniones, annexiones, & incorporationes penitus dissoluimus. Necnon presbyteros, seu Confraternitatem presbyterorum huiusmodi ab ipsa Ecclesia amouemus, illisq; super dicta Ecclesia, ita quod Confratres Archiconfraternitatis beatæ Mariæ Visitationis Orphanorum, seu pueros, & puellas huiusmodi desuper molestari impediri, seu inquietari, aut aduersus præmissa etiam enormis læsionis, aut quouis alio prætextu reclamare, seu restitutionem in integrum petere perpetuis futuris temporibus nequeant, perpetuum silentium imponimus, ipsamque ecclesiam, cuius fructus, redditus, & prouentus centum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, vt ipsi Confratres asserunt non excedunt, siue præmisso, siue alio quouis modo, quem etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet præsentibus haberi volumus, pro expresso, aut ex cuiuscunque persona, seu per liberam cuiusuis resignationem de illa in dicta Curia vel extra eam, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam, ac constitutionem piæ me. Ioannis Papæ XXII. etiam prædecessoris nostri quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilij ad sedem prædictam legitime deuoluta, ipsaque ecclesia, dispositioni apostolicæ specialiter, vel ea quauis causa, etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruata existat, & super ea inter aliquos lis cuius statum, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicum, & collitigantium, necnon quorumcunque in ipsa ecclesia, vel ad illam, etiam ea causis onerosis ius habentium, aut habere prætendentium præsentibus haberi volumus pro expressis pendeat indecisa, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis Confratribus Archiconfraternitatis huiusmodi, seu illius deputatis pro tempore existentibus pro perpetuis vsu, & habitatione puerorum, & puellarum prædictorum, aut constructionem vnius, seu plurium hospitalium, aut domorum, seu monasteriorum eorundem puerorum, & puellarum, vel prout Confratribus Archiconfraternitatis huiusmodi placuerit: ita quod liceat eisdem deputatis corporalem possessionem dictæ ecclesiæ per se, vel alium seu alios, etiam propria auctoritate, & absque vitio spolij, seu attentatorum, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiusque fructus, redditus, & prouentus in suas, ac dictorum puerorum & puellarum, ac ecclesiæ vsum & vtilitatem conuertere, Ordinarij collatoris, seu cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita: Ac inibi vnum seu plura hospitalia, aut domos, seu monasteria dictorum puerorum, seu puellarum ad eorum libitum sub dicta S. Mariæ Visitationis Orphanorũ, seu alia de qua eis videbitur inuocatione, cum officijs & oratorijs, ac alijs necessarijs pro vsu & habitatione puerorum, seu puellarum huiusmodi construi & ædificari facere: Ac eidẽ parochiali ecclesiæ per aliquem, seu aliquos presbyteros seculares, aut cuiusuis ordinis regulares ad eorum nutum amouibiles in diuinis deseruire, & animarum curã parochianorum prædictorum exerceri facere, auctoritate a pust. & tenore, ac scientia similibus, etiã perpetuo concedimus, & assignamus. Ipsamq; ecclesiam Archiconfraternitati S. Mariæ Visitationis Orphanorum huiusmodi similiter perpetuo vnimus annectimus, & incorporamus Necnõ Archiconfraternitatis, cõfratribus ecclesiæ, hospitalibus, domibus, & monasterijs prædictis, illorumq; administratoribus, gubernatoribus, rectoribus, œconomis, familiaribus, ministris, pueris, & puellis, ac alijs personis in eis pro tempore existentibus, seu aliquã curam de Archiconfraternitate, confratribus, ecclesia, hospitalibus, domibus, & monasterijs, ac illorũ fabrica habentibus, necno personis inibi pro tẽpore decedentibus, seu de bonis suis pro dictis operibus aliquid relinquentibus, quod omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus libertatibus, immunitatibus, indulgentijs, etiam plenarijs, & peccatorum remissionibus ac alijs gratijs spiritualibus & tẽporalibus imagini S. Saluatoris ad sancta sanctorum, & Charitatis, ac Archihosp. S. Iacobi, & hosp. S. Spiritus in Saxia, ac Corp. Christi, & Sacramenti, ac Cãpi Sancti, & alijs Confratribus Confraternitatum de dicta Vrbe, necno eisdem Imagini, & Archihosp. S. Iacobi & hospit. S. Spiritus, ac Campo sancto, necnon fabricæ basilicæ principis Apostolorum de eadem Vrbe, illiusq; deputatis eorumque, necnon B. Mariæ de Populo, & Consolationis, ac S. Ioannis Florentinorum, alijsq; eiusdem Vrbis ecclesijs, ac illa, & illas visitantibus, vel eis benefacientibus, eorumque administratoribus, guardianis, rectoribus, familiaribus, œconomis, gubernatoribus, & alijs personis similem curam in eis sumentibus ac pauperibus, & infirmis eorum, etiam per nos, & quoscunque Rom. Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac sedem eandem concessis & concedendis, & quibus illi, illæ, & illa vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Archiconfraternitas B. Mariæ Visitationis Orphanorum, illiusque Confratres, ecclesia, hospitalis, domus, & monasteria administratores, rectores, seruitores, familiares, ministri, œconomi & gubernatores huiusmodi, aliæque personæ similem curam inibi sumentes, ac illa visitantes, vel eis benefacientes, ex nunc in perpetuum vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vti, potiri & gaudere libere & licite valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si eisdem Archiconfraternitati beatæ Mariæ Visitationis Orphanorum Confratribus, ecclesiæ, hospitalibus gubernatoribus, & alijs personis, ac illa visitantibus, & benefacientibus pro tẽpore specialiter, & expresse concessa fuissent, ac in futurũ concederentur, Necnon quibusuis presbyteris tam religiosis, quam secularibus, qui in ipsa parochiali ecclesia quocunque anni tempore celebrauerint, & pro animabus Christifidelium, qui in charitate Dei decesserint, ac pro quibus idem presbyteri ibi celebrauerint, aut celebrari fecerint, ac orauerint, easdem indulgentias, & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus pro defunctis in capella Scala cæli nuncupata, monasterij trium Fontium extra muros eiusdem Vrbis, aut in capella in præsepe Domini, sita in ecclesia eiusdem beatæ Mariæ Maioris de dicta Vrbe, & animabus pro quibus inibi celebratur, & oratur, concedimus, & indulgemus, ipsasque indulgentias, gratias, priuilegia, indulta,

Ecclesiam S. Mariæ in Aquiro sol. is per Iul. a. concessam confraternitati pauperum Sacerdotum, non obstante dicta concessione incorporat & concedit Archiconfraternitati Orphanorũ cũ omnibus iuribus &c.

Parochianus dictæ Ecclesiæ, per officiales Archiconfraternitatis, deputatur.

Indulgentiæ hic expresse conceduntur Confratribus Orphanis, Ministris &c.
Tu vide reuocationem infra in Pij 4. coll. 37. cũ nos & ibi note.

Presbyteris celebrantibus in Ecclesia istius Archiconfraternitatis & illis pro quibus celebratur indulgentiæ de quibus hic cõceditur.
Ad quod vide dictam Pij 4. constit. 37. cum nos.

exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones ac remissiones, ad illos, illas, & illa extendimus, & prorogamus, ac ampliamus. Et quod administratores, rectores, seruitores, familiares, ministri, œconomi, & gubernatores huiusmodi indulgentias, priuilegia, indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones, ac remissiones huiusmodi, ac dies, & festa in quibus, & causas propter quas illas consequi debeat ad eorum beneplacitũ publicari facere. Necnon eleemosynas Ecclesiæ, hospitalibus, domibus, & monasterijs erigendis, ac pueris & puellis præfatis concedendas recipere, & ad illas recipiendas, & quærendas, ac indulgentias huiusmodi publicandas per dictam Vrbem, seu alibi quæstores, seu quascunque alias personas, diœcesanus loci, aut cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita, deputare & mittere. Necnon quæcunque statuta, & ordinationes licita & honesta, tam circa regimen & tranquillum statum ecclesiæ, hospitalium, domorum, & monasteriorum prædictorum, diuinorumque celebrationem, quam numerum, & qualitates, ac ætatem puerorum & puellarum, capellanorum, & confratrum, ac ministrorum, rectorum, œconomorum, gubernatorum, & familiarium prædictorum, illorumque personas, ac ornamenta, & bona mobilia, & immobilia illorum, eorumque administrationem, & alia præmissa concernentia concedere, alterare, mutare, ac de nouo edere, & per eos hactenus facta reformare, quæ postquam condita, alterata, & mutata, ac edita, & reformata fuerint eo ipso dicta apostolica auctoritate confirmata sint, & esse censeantur: Ac quascunque pœnas in contrauenientes apponere: Quodque pro tempore existentes Archiconfraternitatis B. Beatæ Mariæ Visitationis Orphanorum huiusmodi Confratres administratores, rectores, seruitores, familiares, ministri, œconomi, & gubernatores præfati, ac quilibet minister, seu officialis, aut persona ecclesiæ, hospitalium, domorum, & monasteriorum erigendorum huiusmodi, ipsiq; pueri, & puellæ quemcunque presbyterum secularem, vel cuiusuis ordinum regularem in suum possint eligere confessorem, qui eos, & eorum quemlibet a quibusuis casibus, etiam quantumcunque grauibus, ac etiam in forma quinterni Cancellariæ apostolicæ, & dictis literis expressis absoluere: Ac confessionale, & altare portatile iuxta formam, & literas prædictas habere valeant licentiam, & facultatem concedimus, & indulgemus. Et vt Confratres Archiconfraternitatis B. Mariæ Visitationis Orphanorum huiusmodi ab indebitis molestijs releuentur, vnum ex S. R. E. Cardinalibus quem ipsi Confratres ad id duxerint nominandum, seu eligendum in eorum protectorem, ac iudicem ordinarium perpetuum, coram quo, seu ab eo deputando quæuis tam ciuiles, & criminales, ac mixtæ causæ posthac contra Confraternitatem illiusque administratores, rectores, confratres, seruitores, familiares, ministros, œconomos, gubernatores, capellanos, officiales, ac pueros, & puellas, ac personas præfatas super bonis, & rebus cuiuscunque qualitatis existentibus ad eas pertinentibus motæ, & pro tempore mouendæ, iuxta ordinariam iurisdictionem seu facultatem Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori attributam, cum omnibus & singulis eorum dependen. annexis, & connexis, ac incidentibus cognoscere, & fine debito terminare debeant, constituimus, & deputamus, ipsique pro tempore protectori per se, vel alium seu alios quoscunque quorum intererit, aut interesse poterit, tam in dicta Curia, quam extra eam per edictum publicum constito sibi summarie de non tuto accessu, ac quibusuis etiam eiusdem Curiæ iudicibus, & personis quibus & quotiens opus fuerit sub sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs de quibus eidem protectori videbitur, inhibendi, ac in euentum non paritionis ad declarationem incursus censurarum & pœnarum huiusmodi illarumque aggrauationem, ac alias iuxta stilum, & morem dicti Auditoris in similibus seruari solitum procedendi, ac sententias executioni debitæ demandandi, seu demandari faciendi, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, & alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, ac etiam ad hoc si opus fuerit auxiliũ brachij secularis inuocandi, omniaq; & singula alia in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, plenam, & liberam licentiam, & facultatem etiam cõcedimus. Necnon quod qui administratores, gubernatores, rectores, œconomi, seruitores, familiares ministri, & confratres Archiconfraternitatis B. Mariæ Visitationis Orphanorum huiusmodi, illiusque, ac dictæ Ecclesiæ capellani, seu officiales, officia sua actu exercentes extiterint, durante eorum officio a quorumcunque ordinariorum locorum, eorumque Vicariorum & officialium iurisdictione, correctione visitatione, & potestate, penitus, & omnino exempti, & soli eidem Protectori pro tempore existenti, seu sedi prædictæ subiecti existant, eorumque correctioni, & punitioni subiaceant statuimus, & ordinamus. Quodque præmissa omnia, & singula de surreptionis, obreptionis, & nullitatis vitio, seu intentionis defectu, etiam ex eo quod ea quæ super præmissis gesta fuerunt, & emanarunt plenarie expressa, seu prout existunt narrata minime fuerũt, seu quouis alio prætextu occasione, vel causa notari, vel impugnari, aut in aliquo annullari, vel alterari non possint, neq; notata seu impugnata, annullata, aut alterata censeantur sed valida, & efficacia existant ac si exprimẽda de necessitate, de verbo ad verbum inserta fuissent. Quodq; præsentes literæ sub quibusuis reuocationibus suspensionibus modificationibus, limitationibus, restitutionibus, repositionibus & exceptionibus, similium literarum gratiarum, & indulgentiarum, etiam per nos, & successores nostros Rom. Pontif. ac sedem prædictam, vel eius legatos ac etiam per regulas Cancellariæ apostolicæ pro tempore factas, ac in fauorem fabricæ basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & expeditionis contra infideles nullatenus comprehendantur, sed semper ab illis penitus, & omnino excepta sint, & esse censeantur, ac eisdem præsentibus per quascunque literas, etiam quasuis clausulas generales, & speciales, etiam derogatorias efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continẽtes nullatenus derogari possit, nec derogatum esse censentur, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil omisso insertus, & huiusmodi derogationes consistorialiter factæ, etiam per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus administratoribus, gubernatoribus, rectoribus & œconomis prædictis legitime intimatæ & insinuatæ fuerint, eorumque ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragentur. Sicque per quoscunq; quauis auctoritate fungentes iudices, & personas, etiam causarum palatij apostol. Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus: Et nihilominus de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apost. eius auctoritate confisi, vniuersis, & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui in Visitatione eiusdem B. Mariæ, & seu alio per eosdem administratores, gubernatores, rectores, & œconomos ad id nominando die a primis vesperis vsque ad occasum solis sequentis diei parochialem Ecclesiam prædictam deuote visitauerint, ac pro præmissis

operibus

Marginal notes:

Quæstuãdi facultatem, & Confessionalis reuocauit, Pius 4. in dicta eius cõst. 37. Cum nos.

Protectorẽ & Iudicẽ eligunt Cõfratres, eorũ quo causæ Confraternitatis, & Ministrorum &c. cognoscuntur.

Protectoris & Iudicis Iurisdictio Procedẽdi iuxta facultates A. C. quas vide sr. fo. 238. in Le. x. cõ. 31 Monasterio, & fol. 277. in coust. 18. Pius Pont. nu. 15. Grata.

Notarius Archiconfraternitatis est Torquatus Caballinus Romanus.

Exemptio a Iurisd. Ordinariorũ.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritans

operibus manus adiutrices iuxta eorum arbitrium porrexerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac iubileum, & remissionem misericorditer in Domino elargimur. Quo circa Curiæ causarum Cameræ apostolicæ Generali Auditori, & dictæ Vrbis Gubernatori, ac Vicario nostro in dicta vrbe in spiritualibus pro tempore existentibus, necnon vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, alijsq; in dignitate ecclesiastica constitutis personis, necnon Metropolitanarum & cathedralium ecclesiarum canonicis, ac dictorum Archiepiscoporum & Episcoporum Officialibus, ac Vicarijs in spiritualibus generalibus vbilibet constitutis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut aliquis eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quotiens pro parte Protectoris, administratorum, gubernatorum, rectorum, œconomorum, seruitorum, familiarium, ministrorum, puerorum, & puellarum ac personarum, & officialium prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in premissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia & singula firmiter obseruari, ipsosque Protectorem, Administratores, Gubernatores, Rectores, œconomos, seruitores, familiares, ministros, pueros & puellas, ac personas & officiales illis perpetuo pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper per Confraternitatem presbyterorum huiusmodi, seu dictos presbyteros, aut quoscunque alios, quauis auctoritate fungentes quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis huiusmodi. Non obstantibus priori voluntate nostra, ac alijs præmissis, ac Lateranensis Concilij nouissime celebrati, vniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentis, necnon nostra de non tollendo cuicquam ios quæsitum ac re.me. Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri, etiam qua cauetur, ne qui extra suam ciuitatem vel diœcesim, seu ne iudices a sede prædicta deputati extra ciuitatem vel diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices suas committere, aut aliquem vltra vnam dietam a fine diœcesis eorumdem trahere ad iudicium præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo aliquis vltra tres dietas auctoritate præsentium ad iudicium nó trahatur, & alijs apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis, etiam Cardinali sub cuius titulo ecclesia ipsa existit, seu ad cuius collationem illa pertinet, cuius nomen & cognomen pro expressis haberi volumus, ac dilectis filijs Populo Romano, illiusq; Conseruatoribus, ac Confraternitati seu Congregationi presbyterorum huiusmodi, ac prædictæ, & quibusuis alijs ecclesijs, monasterijs, & hospitalibus, illorumq; Confratribus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, ac sedem prædictam, etiam per modum generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu & scientia similibus, ac quauis instantia, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, approbatis, & innouatis, etiam si in eis caueatur expresse quod de beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura ad eiusdem Cardinalis collationem, seu quamuis aliam dispositionem ratione eiusdem tituli, seu aliarum ecclesiarum quomodolibet pertinentibus, quouis modo vacaturis, per alium quam per eundem Cardinalem, aut de eius consensu prouideri seu alias disponi nequeat. Quodque beneficia ecclesiastica dictæ Vrbis alijs quam Ciuibus Romanis, aut Originariorum Ciuium Romanorum filijs cóferri non possint, alias de illis etiam per sedem præfatam pro tempore factæ collationes, prouisiones, vniones, concessiones, & aliæ dispositiones nullæ sint: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut exquisita forma seruanda foret, & in eis etiam caueatur expresse, quod illa nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisq; contrarijs quibuscunque, aut si alicui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel alijs beneficijs ecclesiasticis dictæ Vrbis speciales vel generales dictæ sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: quas dudum literas, & processus habitos per easdem: ac inde secuta quæcunque, ad dictam parochialem ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum, præiudicium generari, & quibuslibet aliis indulgentijs, priuilegijs, & literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, & de quibus eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod dicta ecclesia propter vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas debitis non fraudetur obsequijs, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, sed eius congrue supportentur onera antedicta. Ac etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod adhibeatur fides plenaria attestationi consensus parochianorum prædictorum, ac transumptis præsentium, necnon priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & indulgentiarum, ac aliarum literarum huiusmodi manu notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdem Protectoris, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut alicuius curiæ ecclesiasticæ munitis, in iudicio & extra sicut præsentibus, ac super priuilegijs, indultis, exemptionibus, & indulgentijs huiusmodi confectis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, suppletionis, subiectionis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, dissolutionis, impositionis, concessionis, assignationis, vnionis, annexionis, incorporationis, indulti, extensionis, prorogationis, ampliationis, constitutionis, deputationis, statuti, ordinationis, elargitionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo, septimo Idus Februarij, Pontificatus nostri anno septimo.

Indulgentiæ porrigen. manus adiutrices & visitantibus Ecclesiã in Festo Visitationis B. Mariæ Virginis.

Quæ reuocata sunt a Pio V. vide infra in eius cóst. 30. Et si Dominici.

Executores istius const.

Clausulæ derogatoriæ.

De Concilio Lateran. habes sup. fol. 219 cóst. 19. Constitutu.

De Benef. ad Cardin. collationẽ spectã. habes sup. fol. 142 Clem. 7. cóst. 38. Sanctiss.

De hoc priuilegio Po. Rom. concesso circa beneficiorũ collationes habes sup. f. 166. in Leonis x. cóst. 8. Dũ singularẽ.

Cadit sub anno septimo.

XXXI

Spolia Prælatorum & aliarum Ecclesiasticarum personarum sine testamento, vel facultate testandi decedenrium ad Reu. Cam. Apost. spectare, & pertinere declarat.

De Materia vide concord. quas ponam infra in Greg. 13. const. 72. Cum sicut accepimus.

Quæ autem bona veniant sub nomine spoliorum. vide infra in Pij. V. const. 44. Romani & ibi notabo.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumspecta dubia quæ litium dispendia afferre possent, in suæ declarationis arbitrio tollit, ac desuper statuit & ordinat, prout rerum qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, a nonnullis nimium curiosis, qui iura Cameræ Apostolicæ vsurpare, ac Cameram præfatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res, & bona, spolia nuncupata Prælatorum, etiam Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, cæterarumque personarum ecclesiasticarum secularium & regularium, tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo quod Romano Pontifici pro tempore existenti, & Cameræ præfatæ reseruata fore, aliqua generali apostolica constitutione, forsan non caueatur ad Cameram prædictam iurelegitimo spectare, & pertinere debeant. Nos, & si satis euidenter constet, & appareat, prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, & nostram indubiam intentionem, & voluntatem semper fuisse, vt spolia huiusmodi, ad dictam Cameram, & non ad alios spectarent, & pertinerent, & quod pro eadem Camera exigerentur, & recuperarentur, cum prædecessores præfati diuersos dictorum spoliorum, vt ad Cameram prædictam spectanrium, & pertinentium collectores, & exactores in varijs prouincijs & locis deputauerint, & constituerint, & nos deputauerimus, & constituerimus, varia quoque literæ ab eisdem prædecessoribus, & a nobis super exactione aliquorum eorundem spoliorum in quibus spolia huiusmodi ad præfatam Cameram spectare expresse continebatur, emanauerint, ac semper de illis dicti prædecessores per plerasque alias literas, tamquam de rebus ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel transigendo, aut alias diuersimode disposuerint, & nos disposuerimus necnon ea ab antiquissimo tempore citra, dictæ Cameræ nostræ nomine exacta, & inter iura ipsius Cameræ connumerata fuerint: ne tamen præmissorum veritas deprimi, & mendacium desuper in præfatæ Cameræ præiudicium, locum sibi vendicare valeant: attendentes quod iniquum esset, si ex apostolicæ sedis benignitate, vel alia rationabili causa, ad singula quæque loca Collectores non destinantur, iura ipsius Cameræ propterea depereant, dubiũ huiusmodi enucleare, ac in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine declaramus res, & bona huiusmodi, spolia, vt præfertur, nuncupata, in quibusuis regnis, ac dominijs, tam citra, quam vltra montes, & maria consistentia, quæ pro tempore post obitus Prælatorum, & personarum prædictarum, quantumcunque etiam, vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, decesserunt, decedent, remanserunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandum aliqui Collectores deputati non fuerint, ad Cameram apostolicam, & non ad alios, etiam in quibusuis cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis, ac alijs ecclesijs, monasterijs, cæterisque beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine cura secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, vtcunque qualificatis successores illa in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi, seu accedendi, vel ingrediendi, concessum fuerit, spectasse, & spectare, illaque tamquam ad ipsam Cameram spectantia, perpetuo colligi, & recuperari potuisse, & posse, atque debere, ac ita, vt præfertur, eorundem prædecessorum, & nostram intentionem, & voluntatem semper fuisse, fidem facimus, & attestamur per præsentes. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque tam ordinaria, quam delegata & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas, vbique in quacunque instantia iudicari, diffiniri, & decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, interpretandi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate sciemer vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Guidoni Ascanro Sfortiæ sancti Eustachij Diacono Cardinali, Camerario nostro, eiusque in Camerariatus officio successoribus committimus & mandamus, quatenus exactioni, & recuperationi spoliorum huiusmodi incumbant, & illa ad Cameram apostolicam proueuire, ac præmissa ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciãt, nec permittaot Cameram ipsam, vel eius agentes desuper modo aliquo molestari, impediri, vel inquietari, contradictores &c. compescendo. inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, & quibusuis apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon quarumcunque ecclesiarum & monasteriorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, quibus illorum tenores, præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria apostolica, & Camera prædicta publicentur, & inter constitutiones extrauagantes ad perpetuam rei memoriam valituræ conscribantur. Nulli ergo &c. declarationis, attestationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono, tertio nonas Iannuarij, Pontificatus nostri anno octauo.

Dubitabatur an spolia personarũ Ecclesi. spectarẽt ad Reu. Ca. Apo.

Has literas hic non habes.

Ideo Põtifex declarat spolia ad Reu. Cam. spectare & pertinere.

Quod dicitur hic de Regularibus procedit cum in degentibus extra claustra, vt in Greg. 13. const. 44. Officij.

Executor istius const.

Clausulę derogatorię.

Hæc const. publicari debet in Ca. & posita publ.

Anno a natiuitate Domini 1542. die Lunæ, vigesima Martij, præsentes retroscriptæ literæ lectæ & publicatæ fuerunt in plena Camera apostolica & ex maturo ipsius decreto registratæ libro de curia &c.

Lecta & publicata fuit in Cancellaria Apostolica die 23. Martij 1542. anno Pont. D. N. octauo.

Et ego Laertius vidi in quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 340.

XXXII.

De Iurisdictione & Facultatibus Almæ Vrbis Vicarij Papæ.

De materia vide concord. quas posui supra fol. 322. const. 23. Clem. 7. Licet.

Vicarius Pontificis, nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Iacobus Sabellus Card. & eius Vicegerens est Reuerendiss. D. Vincentius Porticus, Lucen. Archiep. Ragusin. Et eius in ciuilibus locumtenens est R. P. D. Marius Martius Senen. Vtriusq. Signat. Referend. & locumtenens in Criminalibus est D. Benardinus Cotta Iurisconsultus de Terra Montis Sancti Diocesis Firmanæ.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili Fratri Philippo Episcopo Burgi S. Sepulchri, in nostra Vrbe ac eius suburbijs, & districtu nostro in spiritualibus Vicario, Salutem & apostolicam benedictionem.

LICET Ecclesiarum omnium vniuersalis cura & populi Christiani regimen, ad vigilantiam nos inducant, Romana tamen Vrbs inclyta, quam caput orbis diuina clementia stabiliuit, mentem nostram sollicitat, vt de ipsius ecclesiarum statu prospero & salubri, attentius ita procuremus, vt spiritualiter & temporaliter fælicioribus successibus congruum suscipiant incrementum. De tua ergo sincera laudabili vita, morum grauitate, probata fide, & circũspectione, alijsque virtutum donis, quibus personam tuam, etiam familiari experientia, præditam esse iamdudum etiam in magnis almæ Vrbis nostræ gubernio, ac fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe negotijs, & arduis causis tibi commissis, percepimus, firmam in domino spem gerentes, sperantesque, quod ea quæ tibi committenda duxerimus, prudenter & fideliter exequeris, Motu proprio, nõ ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa sciẽtia, Te etiam qui Prælatus domesticus, & in vtraque signatura Referendarius noster, ac ad eandem Fabricam per nos deputatus existis, necnon vnum ex officijs scriptoriæ literarum apostolicarum ex indulto apostolico obtines, in præfata Vrbe, eiusque suburbijs, & districtu in spiritualibus Vicarium nostrum, quamdiu vixeris, cum honoribus, & oneribus, redditibus, & emolumentis consuetis auctoritate apostolica, tenore præsentium constituimus & deputamus: tibique omnia & singula ecclesias, & monasteria, etiam monialium, necnon alia loca ecclesiastica, & regularia ordinum quorumcunque Vrbis, & eius districtus & religiosos quoscunque vtriusque sexus in illis commorãtes, & ad dictam Vrbem confluentes pro tempore & etiam Ecclesias S. Anastasij, S. Sebastiani, S. Pauli, & ad tres fontes, S. Agnetis, S. Laurentij, ac S. Sabbæ, & alia quæcunque Monasteria exempta, & non exempta, eorum quoque personas visitandi, ac in capite, & in membris reformandi, necnon earum, & cuiuslibet ipsarum excessus & crimina mulctandi, corrigendi, & puniendi, prout secundum Deum videris expedire: Necnon ædificia quæ in ecclesijs per te visitandis, videbis ruinis supposita, auctoritate propria demoliendi & demoliri faciendi: Rectores ad Ecclesiarum reparationes, per fructuum substractionem, vel alias prout tibi videbitur, cogendi, mulctasque ipsas, prout etiam tibi videbitur moderandi, & Cameræ Apostolicæ applicandi: Ac causas ciuiles, & ordinarias, videlicet in quibus non agitur de maiori summa redditus sexaginta Florenorum auri de Camera, aut illius summæ valoris extimationem communem non excedentis, etiam de locatione, euacuatione, & pensione, responsione, & deuolutione casalium, prædiorum, domorum, ac ratione vinearum, & mercedibus, etiam cuiuscunque summæ, & valoris existen. summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, cum aliquali petitione verbali, apud acta tamẽ redacta, seu per viam monitorij, nullis terminis seruatis, etiam qui stylo, seu ordinatione nostri Palatij apostolici seruari soliti sunt, alias vero more solito, & iuxta stylum, & consuetudinem Curiæ officij Vicariatus, ac alias iuxta illarum commissionum tenores, & formas, ac etiam criminales, per te, vel per te pro tempore deputatum Auditorem, audiendi, & fine debito terminandi: Hoc etiam adiecto, ad lites abbreuiandi, & partes a laboribus, & expensis releuandi, quod a processibus, & sententijs, a quinque ducatis infra, auditis, & intellectis partibus, & cuiuslibet ipsarum iuribus, in principali negotio, non possis per aliquem quomodolibet appellari, seu de nullitate prædictis, a omnibus alijs inde secutis non obstantibus, seruatis alijs seruandis, ad executionem dictarum sententiarum libere procedere possis: Necnon omnes & singulas causas alimentorum & aliarum miserabilium personarum, ac etiam aliorum quorumcunque, quæ non excedunt summam sexaginta ducatorum auri de Camera. summarie, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, manu regia, sine confectione registri, sicut tibi visum fuerit, cognoscendi, iudicandi, & fine debito terminandi. Dilationes, moratorias quascunque, etiam quinquennales, in causis mercedum, & alimentorum, censuum, pensionum, responsionum, & in causis mercedum, & alimentorum, censuum, pensionum, responsionum & in causis miserabilium personarum, viduarum, pupillorum, ecclesiarum, & piorum locorum, aut obligationes iuratoriarum reijciendi, & illis reiectis (nisi causa cognita concessæ fuerint, aut aliter a nobis, motu proprio, & ex certa scientia rescriptum fuerit) debitores ad soluendum, remedijs opportunis etiam per censuras ecclesiasticas, vel via executiua, prout tibi videbitur compellendum, Carceres quoque visitandi, votum dandi, ac de carceratorum liberatione, vel condemnatione, ad pecuniarum solutionem, cum carceris visitatoribus statuendi & ordinandi: Iudæos omnes, etiam vsurarios, banchariοs, quoscunque clericos, & beneficiatos Vrbis, & eius districtus, religiosos, etiam Mendicantes, ac Regulares omnes vtriusque sexus, etiã fraternitates, etiam laicorum Hospitalarios, omnesque in Ecclesijs, Monasterijs beneficiatos ac deseruientes, eorumque omnium res, & bona iudicandi, & tam ciuiliter, quam criminaliter cogendi, puniendi, vsurarios excessus etiam dictis Iudæis toleratos, ad honestissimum modum reducendi, Matrimoniorum causas, omnesque alias, quæ de iure ad Vicarium nostrum dignoscuntur pertinere, audiendi, & fine debito terminandi, Synodum in Romano Clero pro correctione malorum morum, & pro necessitate, iuxta temporum opportunitates, in Clero occurrentes, vbi & quando libuerit, celebrandi, & congregandi, statuta, & ordinationes, seu constitutiones

Vicarij Vrbis deputatio.

Loca Ecclesiastica & personæ Vicarij Iurisdictioni subiecta.

Facultas cognoscendi causas ciuiles & criminales.

Tu vide declarationem infra in Pij 4 constit. 73. Dilectos & Pij v. const. 30. cõsiderantes, & Greg. 13. const. 55. Ad generis.

Dilationes & moratorias reijciendi in causis hic expressis.

Carceresque Visitandi

De Visitatoribus Carcerum nota bo inf. in Pij V. const. 193. Reuerendi.

Iudæorũ & Clericorum ac aliorũ Religiosorum, & Matrimoniales causas cognoscẽdi.

Quo ad Religiosos stude quæ notaui sup. fol. 322. in Clem. 7. cõst. 23. licet Et Pij V. cõst. 117. Inter illa.

Quo ad Iudæos habes inf. Iul. 3. const. 59. Cum sicut accepimus

Quo ad Blasphematores habes infra Iul. 3. const. 43. In multis cũ ibi not.

Ordines Sacros conferendi.

Festiuis diebus vetita exercitia facientes puniẽdi.

Et procedendi in omnibus alijs in quibus cæteri Vicarij processerũt de stylo, iure vel vel priuilegio.

Vicarij Facultates coercendi cõtradictores.

stitutiones pro tempore obseruanda edendi: Necnon per te, vel aliquem catholicum Antistitem gratiam, & cõmunionem apostolicæ sedis habentem, quem ad hoc cum opus fuerit duxeris eligendum, & deputandum, ordines conferendi temporibus a iure statutis, ac alia ecclesiastica sacramẽta; Ecclesias Vrbis, ac illius districtus prædictorum, illorumque Cœmeteria consecrandi, ac polluta (aqua tamen prius per te, vel eundem, vel alium Antistitem, similes communionem & gratiam habentes, benedicta) reconciliandi. Ac eos qui festiuis diebus vetita a iure exercitia fecerint, compescendi & puniendi, blasphematores, vsurarios, iudæos, periuros, & quoscunque alios committẽtes crimen, quod ad Ecclesiasticum forum, & ad Curiam, & iurisdictionem Vicarij nostri etiam iuxta facultates tibi, & prædecessoribus tuis concessas simpliciter, vel mixtim, de iure, vel consuetudine, seu statuto pertineat, non obstantibus quibuscunque significationibus ab alijs iudicibus factis, seu faciendis, cognoscendi & puniendi: Ac tam pro vasis, Vestibus, Tunicellis Planetis, & similibus, quæ de necessitate ad diuinum officium, & honorem requiruntur, tã pro ordinibus sacris celebrandis, quã pro sustentatione Episcopi ordinantis, ministrorumque eius, ac notariorum, qui vt accepimus, pro sigillo nihil accipiunt, saltem pro meris laboribus persoluendi, & alijs quæ de necessitate ad curam & regimen tui officij fieri debere videbuntur, de pœnis in dicta Curia: omniaque & singula alia faciendi, gerendi, disponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad huiusmodi Vicariatus officium de iure, vel de consuetudine, aut alias quomodolibet pertinere dignoscũtur, & quæ omnes alij Vicarij Vrbis de stylo, iure, & consuetudine, vel priuilegio, dicere, facere, & ordinare potuerunt: Necnon contradictores, & facultati, potestatique tuæ huiusmodi contrauenientes, & illam perturbantes, ac rebelles quoscũq; quauis auctoritate fungentes, per censuras ecclesiasticas, & alias pecuniarias pœnas tuo arbitrio infligendas & moderandas, etiam per represalias, vbi & quando opus fuerit, correctionemque personalem iuris remedio opportuno, appellatione postposita compescendo, plenam, liberam, & omnimodam auctoritate apostolica tenore præsentium, facultatem concedimus. Et insuper quia licet, sicut accepimus, huiusmodi Officij vicariatus vigore, Vicario pro tempore existenti, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Clericorum Vrbis & eius districtus, matrimoniorum spiritualium, illorumque annexorum, Iudæorum quoque, & hospitalium, & hospitalariorum, necnon Confraternitatum, & laicorum quorumcunque, ac Collegiorum ecclesiasticorum, & aliorum quorumuis etiam forensium, & quorumcunque, ac in quibuscunque Monasterijs, Ecclesijs, & Capellis Vrbis prædictæ seruientium & residentium; locorum piorum, & religiosorum quorumcunque, vtriusque sexus, Fratrum, Monachorum, etiam Mendicantium quorumcunque tam in dicta Vrbe commorantium, quam ad illam pro tempore confluentium causis iurisdictio attributa fuerit: nihilominus super præmissis seu aliquibus eorum, per Gubernatorem, necnon Senatorem Vrbis, & Auditorẽ causarum Curiæ Cameræ apostolicæ generalem, Conseruatores Cameræ Vrbis, & diuersos alios Iudices & Officiales pro tempore existentes, dictum Vicariatus officium pro tempore obtinens, in illis sæpenumero, vt ipsi asserunt, per sedem apostolicam eis concessarum literarum prætextu perturbari, & impediri contingit, & ipsi aliquas ex huiusmodi causis ad se appropriare nituntur, in graue dicti Vicariatus officij iacturam & damnum: Nos ijs occurrere & obuiare; & dicti vicariatus officij indemnitati prouidere volentes, Motu simili, in præmissis, etiam actiue & passiue, tibi & pro tempore existenti Vicario, iurisdictionem huiusmodi hactenus semper competijsse & competere, ac te in singulis venditionis, permutationis, & alienationis rerum, & bonorum ecclesiasticorum causis, etiam per supplicationes apostolicas commissis & committendis, tam in Vrbe, quam illius districtu prædictis, Iudicem, & executorem, quamdiu vixeris, fore & esse, ac venditiones, permutationes, alienationes huiusmodi sine cognitione, & approbatione tuis pro tempore factas, non valere decernimus & declaramus, ac pro potiori cautela te, successoresq; tuos in dicto Vicariatus officio Vicarios in præmissis causis, & contra præmissa, competentem iudicem, quamdiu vixeris, vt præfertur, constituimus, & deputamus. Et in euentum in quem per nos, vel sedem prædictam huiusmodi tua iurisdictio præmissa, per præoccupationem, vel alias, tibi diminuta, abdicata, ac illa præfatis Gubernatori, aut Senatori, Auditori, Conseruatoribus, & quibuscunque alijs iudicibus, & Officialibus, quacunque auctoritate fungentibus attributa fuisset, exnunc motu simili, illa omnino restituimus, & plenarie reintegramus, ac omnes & singulos processus, & sententias, quos per Gubernatorem, vel Senatorem, seu Auditorem, & Conseruatores, seu quoscunque Iudices & Officiales præfatos, in præiudicium attributæ & concessæ tibi iurisdictionis prædictæ haberi & promulgari contigerit nullos, ac nullas, nulliusque roboris, vel momenti fore & esse, ac res & personas, sub tua & tui Vicariatus officij iurisdictione constitutas, alicui alteri Iudici, quacunque auctoritate, etiam Cardinalatus honore fungenti, ex quacunque occasione causa, vel contractu sub quauis forma celebrato, minime subesse, nec subijci posse, & ita per quoscunque Iudices, etiam causarum dicti Palatij apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales interpretari, sententiari, & declarari debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter interpretandi, sententiandi, & iudicandi facultate & auctoritate, ac quicquid secus super ijs a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane, eisdem motu & scientia, decernimus & statuimus per præsentes. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibusuis priuilegijs, indultis, & literis apostolicis super præmissis in præiudicium prædictæ per nos tibi, vt præmittitur, attributæ & concessæ iurisdictionis, aut coertionis, eisdem Gubernatori Senatori, Auditori, Conseruatoribus, ac alijs Iudicibus, & officialibus præfatis, ac quibuscunque alijs personis sub iurisdictione Vicariatus huiusmodi existentibus, in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenoribus, & formis, per nos & prædecessores nostros, ac sedem præfatam concessis, approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione, specifica & expressa, ac indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, sed de verbo ad verbum habenda mentio foret, eorumque tenores pro sufficienter expressis habentes, harum serie specialiter & expresse, motu simili, derogamus, & alijs præmissis, ac constitutionibus apostolicis, & ordinationibus contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus personis, aut Ecclesijs, Monasterijs, vel ordinibus, aut quibusuis alijs a prædicta sit sede indultum quod capi, detineri, aut interdici, suspendi, vel excommunicari, aut visitari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, & nostra propria manu non fuerint subscripta, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quoad præmissa, cuiquam nolumus aliquatenus suffragari: irritum quoque & inane, quicquid contra præ-

Causæ alienationum permutationum & vend. bonorũ Eccles. spectant ad Vicariũ, & illæ sine eius cognitione & approbatione nullæ sunt.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritans

Clausula derogatoria.

tra præmissa, vel aliquod præmissorum attentari contigerit, decernimus. Et vt officium prædictum melius & li berius prosequi valeas, mandamus omnibus & singulis ad quos spectat, cuiuscunque status, dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quatenus tibi in exequendis iis, quæ ad officium tuum prædictum pertinere dignoscantur, omnibus possibilibus auxilijs, & fauoribus assistant, tibique pariter obediant prout nobis. Quocirca discretioni tuæ per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus officium vicariatus huiusmodi deuote suscipiens, illud sic prudenter, sollicite, & fideliter exequaris, quod exinde optati fructus proueniant quos speramus, tuque præter æternæ retributionis præmium, nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam, vberius consequi merearis. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, tertio nonas Nouembris, Pontificatus nostri anno nono.

B. Beccalla.
B. Fetrarius.

X. X. XIII. I.

De Augmento Montis Fidei, quem erexit Clemen. 7. vt habes supra fol. 314. in eius constit. 17. illius qui.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DECENS esse censemus, vt quandoque secundum varietatem temporū statuta varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas aut alia rationabilis causa id exposcat, quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri testamento statuerat aliqua mutauit in nouo. Dudum siquidē postquam fœlicis record. Clemens Papa VII. prædecessor noster Montem fidei in alma Vrbe de fratrum suorum de quorum numero tunc eramus consilio & assensu erexerat instituerat ac deputauerat, & eidem Monti Dohanam Mercium S. Eustachij de summa duorum milium, & quingentorum ducatorum super illius emolumentis ad Collegium militum S. Petri spectantis eorundem militum, ad id expresso accedente consensu penitus cassata, & super emolumentis Salariæ dictæ vrbis assignata, ab alijs omnibus oneribus (exceptis quadringentis dilectis filijs Archiuij Roman. Curiæ & nonaginta ducatorum auri de Camera Secretariorum nostrorum, tunc suorum Collegijs persolui solitis annuatim) liberam, & immunem cum illius emolumentis iuribus, & pertinentijs, quæ sine duobus ducatis pro centenario Tesauribus assignatis singulo anno facto computo introitum decem annorum ad summam viginti millium ducatorum ascendere dicebantur, & ex quibus summam viginti millium ducatorum annis singulis inter personas quæ super dicto Monte pecunias posuissent æquis portionibus distribuendā perpetuo applicauerat, illisque qui in dicto Monte pecunias ad dictum effectum persoluissent, Dohanam ipsam omnibus illius iuribus, & emolumentis, ac illius liberam administrationem assignauerat, eosque loco dictæ Cameræ ita surrogauerat, quod Camera ipsa, & alij eiusdem prædecessoris pro tempore existentis Roman. Pontificis Officiales de dicta Dohana illiusque emolumentis exercitio, & administratione nullatenus se intromittere deberent, & quilibet eorum qui pecunias in eodem monte ponerent, eorumque filij, & hæredes, ac successores ex testamento, vel ab intestato quicunque etiam ex titulo venditionis, resignationis, & cuiuscunque alterius cessionis, vel alias ab eis super dictis pecunijs ius habētes, etiam si personæ inhabiles, & incapaces etiam si successiue de incapace ad incapacem pluries transirent, ex quocunque iure tam mares quam feminæ etiam viros habentes, aut vitam vidualem ducentes, & cuiuscunque dignitatis gradus etiam clericatus & presbyteratus ordinis etiam mendicantium fratres conuentuales, & alij religiosi & religiosæ, ac fratres hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani & cuiuscunque alterius militiæ forent, emolumēta ex Dohana Mercium & monte huiusmodi prouenientia quæ ratione cuiuscunque criminis etiam læsæ maiestatis præterquam in personam Roman. Pontificis seu alicuius ex S.R.E. Cardinalibus commissi minime confiscari. sed crimina perpetrantes etiam si vltimo supplicio traditi forent, ac alij supradicti de pecunijs per eos super dicto Monte positis ac emolumētis locis, & portionibus suis tanquam de alijs eorum bonis patrimonialibus vel alias temporalibus ex testamento vel alias inter viuos etiam coram Notario publico & testibus fidedignis seu per eorum propriam cedulam manu propria scriptam seu subscriptam etiam sine ipsius prædecessoris, & Roman. Pontificis pro tempore existentis vel alicuius alterius licentia signatura seu supplicatione aut apostolicis, vel Cameralibus literis desuper obtinendis aut compositione aliqua cum Datario vel quocunque alio Officiali eiusdem prædecessoris, seu dicti Roman. Pōtificis pro tempore existentis sieda seu etiam persoluenda ad eorum libitum libere disponere, & super dicto mōte a quinquaginta ducatorum supra quamcunque pecuniarum summam ponere, & pro pecunijs super dicto Mōte positis ad rationem decem pro centenario annis singulis, & singulo mense ipsorum ratam decem pro centenario huiusmodi habere deberent ipsæque personæ pecunias super dicto Monte ponentes Collegium montis fidei constituerent, & Collegialia iura atque insignia haberent, liceretque eis statuta atque ordinationes tranquillum, & prosperum statum personarum montis huiusmodi concernentia condere, & pro tempore condita restringere atque ampliare, & quotiens eis expedire videretur in totum delere, & cassare ac alia de nouo statuere, & ordinare, eaque sub pecuniarijs eidē collegio applicandis, & alijs etiam suspensionis perceptione emolumentorum distribuendorum arbitrio dicti collegij pœnis per deputandos per ipsum Collegium exigendis etiam interueniente Barisello siue alijs executoribus ab eisdem requisitis si eis videretur eos fore requirendos obseruari facere, Officiales quoque quot, & ad quod tempus vellent etiam speciales inquisitores cum potestate procedendi contra quoscunque Gabellas ipsas defraudantes, & corrigendi ministros ad exercitium dictæ Dohanæ pro tempore deputatos, & terminandi quascunque differentias ratione dictæ Gabellæ pro tempore exortas ita quod ab eis, & ab eorum præceptis seu sententijs præterquam ad Roman. Pont. appellari non posset, ac Gabellā ipsam defraudantes, & contra eam quomodolibet venientes pœnis etiam pecuniarijs iuxta ordinationes dictæ Dohanæ mercium puniendi, & pœnas ipsas exigendi creare, & deputare, ac Gabellam ipsam defraudantes eisdem Collegio ad interesse in vtroque foro teneri ipsamque Dohanam mercium omnibus, & singulis priuilegijs immunitatibus exemptionibus, & indultis illi, & alijs Dohanis vrbis tunc concessis, & in posterum concedēdis perpetuo gaudere debere, ipsamque, ac montis huiusmodi personas ab omni onere etiam decimis per dictum

Clem. 7. Literæ primæ erectionis istius Mōtis hic nō habes sed uide sup. fo. 314. in eius const. 17. illius.

Clem. 7. Montis Fidei erex ... hic.

Clementem

Clementem prædecessorem seu Roman. Pont. pro tempore existentes etiam ratione fidei, & expeditionis contra infideles Turcas, ac structis faciendis seu reficiendis perpetuo immunes esse debere decreuerat, & de eorundem fratrum consilio, & assensu etiam decreuerat, quod si mons prædictus ab eiusdem Clementis prædecessoribus extingueretur aut personæ quæ pecunias super dicto monte ponerent quominus emolumenta ipsius Gabellæ mercium eis assignata integre, & libere percipere potuissent quomodolibet impedirentur successores suos, & Cameram apostolicam huiusmodi ipsiusque Cameræ bona spiritualia, & temporalia personis montis huiusmodi pro tempore existentibus valide, & efficaciter obligatos fore ad soluendum, & satisfaciendum eisdem personis integram summam pecuniarum per personas ipsas solutam, & super dicto monte positam in quibus nullo modo computari deberent siue possent iura & emolumenta per eos interim percepta sed liceret eis, & eorum cuilibet tanquam iusto, & legitimo titulo, ac bona fide iura & emolumenta prædicta sibi acquirere, & vt sua retinere, ac quod literis ipsius prædecessoris desuper confectis veri contractus, & obligationis inter ipsum, & sedem apostolicam, ac eius Cameram ex vna, & personas mōtis huiusmodi partibus ex altera legitime initi vim, & robur obtinentibus per quascunque literas, & gratias per ipsum & successores suos concedendas derogari non posset. Ac idem prædecessor cum dicti montis institutionis validitati, ac eorum qui pecunias in dicto monte habebant securitati non videretur per dictas literas plene consultum fuisse, ac in illis derogationes, & cautelæ necessariæ pro perpetua securitate, & quiete assignationis Dohanæ mercium monti fidei factæ huiusmodi omissæ dicerentur de eorundem fratrum consilio, & consensu montis erectionem, & institutionem, ac Dohanæ mercium assignationem huiusmodi per alias suas literas approbauerat, innouauerat, & confirmauerat, ac pro potiori cautela ipsum montem fidei in dicta Vrbe denuo, & in eo vnum collegium tot personarum quot in eo pecunias ponerent vel haberent perpetuo erexerat, & instituerat, ac summam duorum millium, & quingentorum ducatorum auri de Camera aliàs super Dohanæ prædictæ emolumentis per piæ memoriæ Leonem X. quam prædecessorem nostrum collegio militum sancti Petri vt præfertur assignatam ab emolumentis Dohanæ & Gabellæ mercium huiusmodi collegij militum prædictorum ad id expresso accedente consensu abstulerat, & super Salariæ dictæ vrbis emolumentis posuerat, annuamque assignationem summæ duorum millium, & quingentorum ducatorum super Dohanæ, & Gabellæ mercium emolumentis prædicti per dictum Leonem prædecessorem factam huiusmodi cassauerat penitus, & extinxerat, ac mōtis fidei, & illius collegio præfatis Dohanam, & Gabellam mercium huiusmodi a quibusuis oneribus præterquam duntaxat a quadringentorum Archiuij Rom. Curiæ, & nonaginta ducatorum auri similium Secretariorum nostrorum collegijs solitæ annuæ solutione liberam immunem, & exemptam cum omnibus, & singulis emolumentis, ac libera, & omnimoda administratione necnon omnibus iuribus & pertinentijs suis perpetuo applicauerat & appropriauerat, ac Collegio montis fidei huiusmodi ad rationem mille ducatorum pro quolibet centenario emolumentorum Dohanæ mercium huiusmodi, quæ quidem emolumenta sine duobus ducatis pro centenario Triremibus assignatis singulo anno facto computo introitum decem annorum præteritorum ad summam viginti millium ducatorum auri de camera annuatim ascendebant, vendiderat, & assignauerat, ac voluerat quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis status gradus & conditionis existentes etiam si eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales forent, ac ecclesijs Metropolitan. & Cathedralibus, ac Monasterijs præessent, & quæcunque quotcunque & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinerent, ac in sacris & presbyteratus ordinibus constitutæ, & hospitalium, ac militiarum, necnon quorumcunque (non tamen mendicantium de obseruantia) ordinum religiosi, & religiosæ, ac mulieres cuiuscunque nominis qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque (præterquam duntaxat regularis professionis in aliquo mendicantium de obseruantia ordine) inhabiles, & incapaces existerent, super monte prædicto a quinquaginta ducatis supra quamcunque pecuniarum summam ponere, & pro pecunijs sic positis ad rationem decem pro quolibet centenario huiusmodi habere, & etiam si læsæ maiestatis, & alia quæcunque, quotcunque, & quantumcunque grauissima (præterquam duntaxat in personam Roman. Pont. aut alicuius dictæ Rom. Eccl. Cardinalis) crimina committerent, & propterea vltimo supplicio condemnatæ, & traditæ seu condemnandæ, & tradendæ, ac omnia eorum bona confiscata, & confiscanda forent, nihilominus de locis portionibus, & emolumentis sibi ex dicto monte spectantibus, & pecunijs per eos vel a quibus causam haberent super dicto monte positis, quæ nullatenus confiscari possent, sed ab intestato ad consanguineos, & affines vsq; ad quartū gradū inclusiue taliter decedēti cōiunctos trāsirēt ad eorū libitū testō seu codicillis aut vēditione, donatione, permutatione, seu cessione, vel alio quocūq; titulo, etiā per cedulā manu propria scriptā seu subscriptā, aut instrumētū vel alias in quorūcūq; etiam filiorū suorum illegitimorū ex quantūcunq; damnato coitu procreatorum, ea quibusuis mulieribus etiā monialibus, ac etiam vt præfertur, & longe magis incapacium personarum fauorem totiens quotiens de incapaci ad incapacem transirent libere, Rom. Pont. seu Cameræ apostolicæ vel cuiusuis alterius scriptura licentia seu confirmatione aut auctoritate desuper nullatenus requisita, quandocunque sibi placeret in totum vel in parte, simul vel separatim, ac in fauorem diuersorum & quamplurimorum disponeret, eisque in pecunijs per eos vel a quibus causam haberent positis, necnon locis, portionibus & emolumentis prædictis eorum filij vtriusque sexus, ac hæredes, & successores sicut in alijs eorum bonis patrimonialibus, & deficientibus filijs vel saltem in secundo gradu consanguineis, etiam eorū filij illegitimi ex quantumcunque damnato coitu procreati ab intestato succedere, & in locum suorum prædecessorum huiusmodi in monte fidei, & illius collegio huiusmodi admitti, & personæ pecunias super dicto monte habentes collegium montis fidei inter se constituere, & collegialia iura atque insignia habere, necnon auctoritate apostolica quotiens eis placeret, quæcunque statuta, & ordinationes tranquillum, & prosperum statum collegij, & montis huiusmodi ipsumque montem quomodolibet concernentia condere, alterare, & mutare, ac quascunque pecuniarias eidem collegio montis fidei, vel alijs si eis placeret applicandas pœnas in quoscunque contrauenientes etiā de dicto collegio non existentes apponere, necnon, quot, & ad quod tempus vellent officiales, & speciales inquisitores deputare, & ipsi officiales sic deputati omnes, & singulos cuiuscunque dignitatis gradus, & conditionis existentes Dohanam seu Gabellam mercium huiusmodi defraudātes, & ministros dictæ Dohanæ circa exercitium eis commissum delinquentes more solito, ac etiam grauius si eis videretur punire, ac quascunque differentias & causas ratione Dohanæ seu Gabellæ mercium huiusmodi, & ad ipsam Dohanam quomodolibet spectantium pro tempore occurrentes summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta manu regia terminare, necnon officiales, & collegium montis fidei huiusmodi ipsiusque colleg

gij

Clem. 7 per secundas eius literas (quas habes sup. fo. 314. const. 17. illius) melius consuluit validitati erectionis dicti Montis vt hic.

Leon. X. const. habes sup. fol. 247. const. 36 ...

De Archiuio Ro. Curiæ habes sup. fo. 176. in Leon. X. const. 6. et ...

gij personæ oībus & singulis priuilegijs facultatibus libertatibus exēptionibus immunitatibus, & indultis, quibus Dohana mercium hmôi, & illa per Camerā apostolicā pro tempore deputati ipsaq; camera quolibet vti potiri, & gaudere consueuerant vel poterant, necnon eis, & quibusuis alijs eiusdem Vrbis Dohanis tunc concessis, & in posterū concedendis vti potiri, & gaudere libere, & licite valerēt, & a terminatione seu præceptis siue sententijs officialium pro tempore collegij montis fidei hmôi existētium nullatenus præterquā ad Roman. Pon. appellari posset. Et fraudantes gabellam seu Dohanam mercium hmôi ad interesse in vtroque foro eidem collegio montis fidei oino teneri. Necnon Barisellum, & alios executores dictæ vrbis quotiens pro parte officialiū montis fidei hmôi desuper forent requisiti terminationes præcepta, & sententias officialium montis fidei seu Dohanæ mercium hmôi executioni debitæ demandare debere, & collegiū, ac montem fidei, & Dohanā mercū huiusmodi ipsiusq; collegij montis fidei personas ab omni litatarum, & decimarū per ipsum Clemente prædecessoré, & Rom. Pont. pro tempore existentem etia pro expeditione contra infideles, & in fauorem fidei pro tēpore impositarum perpetuo immunes, & exemptos esse, & censeri deberé, & etia si contingeret. quod pecuniæ quæ super dicto monte ponerentur pretium dictæ Dohanæ mercium ad rōnem, vt præfertur, mille pro quolibet centenario viginti millium ducatorum hmôi non constituerent, minusque ad eiusdem pretij medietatem, & longe ascenderent, & sic pro residuo pretij huiusmodi participarent, ac de gremio Collegij montis fidei hmôi illiusque maior pars existeret, nihilominus Camerā apostolica aut eius seu Rom. Pont. pro tēpore existētis officiales, vel alium quēcunque nisi lulsi dīta aut collegiū montis fidei hmôi de Dohanis, & Gabella mercū hmôi illiusq; emolumentis exercitio, & administratione, ac officialiū, & ministrorū deputatione. & alijs desuper opportunis ipsamq; Dohanā mercū quolibet concernentibus se intromittere nullatenus posse. Necno si mons prædictus a successoribus suis Rom. Pont. extingueretur aut personæ ipsius collegij montis fidei quominus emolumenta Dohanæ, & Gabellæ mercū hmôi integre, & libere percipere possent quolibet impediretur, eosdē ac alios successores suos, & Camera apostolicā ipsiusque cameræ spiritualia, & tēporalia bona quæcunque personis collegij montis fidei hmôi pro tēpore existentibus ad eis integra pecuniarū summa per eos, vel a quibus causam haberent super dicto monte fidei posita in quibus iura, & emolumenta per eos, & a quibus causam haberent inde percepta nullatenus computari possent statim soluendū, & satisfaciendū omnino teneri, ac valide, & efficaciter obligata, & hipothecata esse nec ad probandū quod pecuniæ in dicto monte positæ vel aliqua earum pars in vtilitatē aut necessitatem Rom. Eccl. conuersæ fuissent aliquē teneri, ac præmissis per ipsum Clemētē prædecessoré, & successores suos Rom. Pont. pro tempore existentes præfatos & quoscunq; aliū etiā eo prætextu quod pecuniæ in dicto monte positæ vel aliqua earū pars contra Turcas, & contra Tyrannum aut in vtilitatē seu necessitatē Sedis apost. nō fuissent expositæ vel alias, & literas primo dictas in his dūtaxat in quibus a posterioribus non discordabāt valere in oībus, & per oia perinde ac si in eis eædem posteriores literæ insertæ, & quæ a posterioribus literis hmôi discordabāt tacita oino fuissent nec in eis quicquā a posterioribus literis hmôi discordans aut Collegio montis fidei hmôi valens in aliquo præiudicare aliquatenus contineretur. Quinimo quo ad discordantia, & præiudicare valētia hmôi ipsas priores literas pro penitus infectis haberi debere, ac nullius roboris vel momēti existere, sicq; per quoscunq; etiam S.R.E. Cardinales, & quacunque tam ordinaria quā delegata, & mixta auctoritate fungētes Iudices, & personas vbiq; iudicari cognosci, ac decidi debere sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi cognoscendi decidendi, ac interpretandi facultate, necno irritū, & inane quicquid secus super his vel eorum aliquo a quoquam, quauis auctoritate etiam per dictū Clementē, & eius successores prædictos scienter vel ignoranter contingeret attentari decreuerat, & collegium, ac montem fidei hmôi in locum Cameræ apost. quoad ipsam Dohanam mercium. & illam quolibet concernentia quæcunque quotcunque, & qualiacunque forent oino posuerat, & surrogauerat aliasque, & alia voluerat, & ordinauerat prout in singulis eiusdē Clementis prædecessoris literis prædictis in quarum singulis recolendæ memoriæ Simachi, quæ incipit. Non liceat Papæ, ac aliorum Rom. Pont. prædecessorum suorum, etiam conciliaribus constitutionibus, & ordinationibus, ac capitulis in conclaui in quo ipse Clemens prædecessor ad summum apostolatus apicem assumptus fuerat factis, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis in fauorem Monialium monasterij conuertitarum de vrbe editis, ac alijs obstantijs, eorum omnium, & singulorum tenores pro expressis habens specialiter, & expresse derogauerat, plenius continetur. Nos vero postmodum cum causæ propter quas erectio institutio applicatio, & appropriatio huiusmodi per Clementem prædecessorem prædictum factæ fuerant, non solum tunc durarent, sed etiam auctæ essent & in dies augerentur, ac propterea de prouisione pecuniarum quibus periculis nobis, & dictæ sedi imminentibus occurrere valeremus cogitare coacti fuerimus, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in consistorio nostro secreto, post plures tractatus deliberatione matura, ac de illorum consilio, eorumque necnon dilectorum filiorum collegij, & personarum montis fidei prædicti consensu ex certa nostra scientia apostolica auctoritate per alias nostras literas quas vim initi, & stipulati contractus inter nos & sedem apostolicam ex vna, ac montem prædictum, illiusque collegium, & personas partibus ex altera habere volumus, & decreuimus ex prouentibus, & emolumentis Dohanarum, & Gabellarum grasciæ, & Ripæ, ac Ripetæ eiusdem vrbis, & cuiuslibet eorum insolidum, illarumque membris, ac dependentijs ad nos & dictam Cameram pertinentibus summam nouē millium ducatorū auri de Camera de Iulij decē pro quolibet ducato, ab omnibus restauris defalcationibus remissionibus, & quibuscunq; ordinarijs, vel extraordinarijs oneribus, ex quacūq; inexcogitabili causa liberā immunē & exemptā, quam ab ipsis grasciæ, ac Ripæ, & Ripetæ Dohanis, seu gabellis separauimus & abdicauimus, ac montifidei, & illius collegio præfatis vltra summā viginti milliū ducatorū similium super dictæ Dohanæ mercium prouentibus, vt præfertur applicatā, & assignatā pro tot alijs personis quot dicta summa nouē milliū ducatorū capere potuissent, quæ ipsarum pecunias super dicto monte ponerēt perpetuo applicauimus, appropriauimus, & incorporauimus, necnon montifidei, & illius collegio prædicto summam ipsam nouē millium ducatorū ad rationem mille ducatorum pro singulis septuagintaquinque ducatis similibus annuatim ex prouentibus, & emolumentis Dohanarum grasciæ, & Ripæ, ac Ripetæ, & cuiuslibet earum insolidum illarumque membrorumque, ac dependētium huiusmodi quæ ad summam ducatorum quinquaginta millium auri similium vna cum Dohana mercū prædicta tunc arrendatæ reperiebantur persoluendo. Ita quod quilibet eorū qui pecunias in ipso mōte rōne summæ nouē millium ducatorum huiusmodi persoluissent, eorumque hæredes, & successores quicunque pro pecu-

Pōt. iste per alias eius literas quas hic nō habes auxit Montē vt hic.

nijs super dicto monte positis ad rationem septem ducatorum cum dimidio alterius ducati similium pro quoli-
bet centenario Annis singulis videlicet Bimestri ratam septem ducatorum cum dimidio huiusmodi a Dohanarū

Et assignauit Emolumenta Mōtisfi ad rationē septē cum dimidio pro centenario soluen quolibet bimestri.

grasciæ Ripæ,& Ripetæ huiusmodi,& cuiuslibet earum insolidum conductoribus,seu earum prouentus,& emo
lumenta quocunque titulo vel iure pro tempore percipientibus,vel exigentibus quæ ad rationem septem duca
torum cum dimidio singulis annis,& ratam quolibet Bimestri,vt præfertur personis prædictis vel diminutionis
pretij gabellarum ex quacunque causa aut quouis casu vt præfertur aut alijs quibuscunque prætextibus etiā de
necessitate exprimendis quos tunc haberi volumus pro sufficienter expressis integre persoluere,& ad id æque
principaliter,& insolidum effectualiter in forma Cameræ apostolicæ obligare tenerentur,& qui ex tunc prout
ex die quo gabellas,& Dohanas huiusmodi conduxissent seu illarum prouentus,& emolumēta quocunque titu-
lo siue iure percipere vel exigere inchoassent,& econtra efficaciter & cum effectu obligati existerēt,& esse cē-
serentur percipere,& habere deberent,vendidimus,tradidimus,concessimus,& assignauimus,ac statuimus mō-
tem ipsum super dictis reddditibus , & emolumentis , etiam si euidens vtilitas ,& vrgens necessitas etiam pro
orthodoxæ fidei tuitione, & expeditione contra infideles id suaderent in futurum amplius augeri minime pos-
se,aliasq; & alia volumus decreuimus,statuimus, & ordinauimus,prout in nostris inde confectis literis plenius
continetur. Cum autem,etsi vt præfertur montem fidei huiusmodi vlterius minime augere statuerimus, nihilo-
minus propter euidens periculum quod Christianæ reipublicæ ab immanissimo Turcarum Tyranno qui succes-

Causa secūdi augmenti istius Mōtis.

su Hungarici belli elatus,& propter discordias inter Principes Christianos vigentes aduementе vere christiani
tatem cum vniuerso exercitu terra marique inuadere,& occupare minatur, cernimus imminere , necesse sit ad

De inuasione Regni Hugariæ habes sup. fol. 317. Clem 7 cōst. 18. si pro pauperū.

rempublicam Christianam, & hanc Almam Vrbem ad quam idem Tyrannus anhelat prout nostro pastorali offi
cio incumbit tuendam , ingentem pecuniarum quantitatem parare non habentes in præsenti ad id modum ali-
quem faciliorem,cogitauimus partē redditumn ordinariorum nostrorum quamuis exiles sint alienare, & exin-
de montem prædictum contra statutum nostrum prædictum augere. Et cum dilectos filios collegium montisfi-
dei huiusmodi per venerabilem fratrem nostrum Antonium Episcopum Albanen. Cardinalem sanctorum qua-
tuor nuncupatum eiusdem montis Protectorem,vt in hoc consentire vellet requiri fecerimus, & collegium ip-
sum dicti Antonij Cardinalis,& Protectoris opera,ac ex pia eorum erga nos, & Sedem apostolicam deuotione
consenserint , habita super præmissis cum venerabilibus fratribus nostris dictæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus in
consistorio nostro secreto deliberatione matura,ac de illorum consilio,eorumque,necnon collegij,& persona-
rum montis fidei huiusmodi consensu ex certa nostra scientia apostolica auctoritate tenore præsentium,quas
vim initi,& stipulati contractus inter nos,& sedem ac Cameram apost.ex vna,ac montem prædictum illiusque
collegium,& personas partibus ex altera habere volumus,& decernimus, summam annuam duodecim millium
ducatorum auri de Camera de Iulijs decem pro ducato duorum millium,& octingentorum videlicet ex reddi-
tibus,& emolumētis Dohanarum & gabellarum grasciæ Ripæ,ac Ripettæ alias septem officijs clericatuum ca-
meræ apostolicæ perpetuo applicatorum,& incorporatorum, quos a septem Clericatibus,& personis illos obti
nentibus eorundem clericorum ad id expresso accedente consensu perpetuo separamus,& abdicamus,illosque
cum omnibus,& singulis eorum iuribus cautionibus hipotecis cautelis priuilegis & indultis, ac reliquorum no
uem millium & ducentorum ducatorum huiusmodi summam ex reliquis Dohanarum & gabellarum grasciæ,ac

Et iterum auget dictum Montem vt hic.

Ripæ & Ripettæ prædictarum,necnon residui Dohanæ sancti Eustachij,ac directorum trium antiquorum in Do
hana Ripæ nec non vnius in dicta Ripa, & duorum aliorum pro quolibet centenario in Dohana Mercium exi-
gi solitorum alias apostolica auctoritate institutorum necnon extra ordinarij & duplicati in alma vrbe,ac aug-
menti pretij salis salinæ eiusdem vrbis,ac patrimonij beati Petri Campaniæ,& Maritimæ,Prouinciarum, Ciui-
tatumque & Communitatum Vrbis veteris & Tudertin. ac membrorum ab eis dependentium & cuiuslibet eo-
rum insolidum redditibus,prouentibus,& emolumentis ad Cameram apost.spectantibus ab omnibus & singulis
restauris defalcationibus remissionibus & quibuscunque ordinarijs oneribus,ac impositionibus,ac quibusuis ca
sibus etiam fortuitis solitis , vel insolitis , ac ea quacunque etiam inexcogitabili causa liberam immu-
nem & exemptam a Dohanarum directorum salariæ vrbis duplicati extraordinarij & augmenti salis huius-
modi Dohaneris seu conductoribus vel administratoribus,ac alijs ad quos pro tempore spectat perpetuo habē-
dam percipiendam & leuādam Montisfidei,& illius Collegio præfatis vltra viginti millium,ac nouem millium
ducatorum similium summas vt præfertur applicatas & assignatas pro tot alijs personis quot dicta summa duo
decim millsū ducatorum huiusmodi capere poterit,quæ ipsarum pecunias super dicto Monte posuerint, perpe
tuo applicamus, appropriamus , & incorporamus , necnon Montifidei & illius collegio præfatis ad rationem
mille ducatorum pro singulis septuaginta quinque ducatis similibus annuatim ex redditibus Prouentibus &
emolumentis Dohanarum grasciæ Ripæ,ac Ripetæ directorum duplicati extraordinarij & augmenti salis præ-
dictorum & cuiuslibet eorum insolidum eorumque membrorum,ac dependentium huiusmodi integre & libere
vt præfertur persoluendorum , ita quod quilibet eorum qui pecunias in ipso Monte ratione duodecim millium
ducatorum huiosmodi posuerint , eorumque hæredes & successores quicunque pro pecunijs super dicto Monte
positis ad rationem septem ducatorum cum dimidio alterius ducati similium pro quolibet Bimestri ratam se-

Et pariter emolumenta ad septem cum dimidio pro centenario Montisfidei assignat sol uen quolibet bimestri sed Clem. 7. assignauerat 8. pro centenario vt sup. fol. 315. in Clem. 7. cōst. 17. Illius.

ptem ducatorum cum dimidio huiusmodi a Dohanarum grasciæ Ripæ,ac Ripetæ huiusmodi necnon residuis
Eustachij , ac directorum & extraordinarij duplicati & augmenti salis huiusmodi & cuiuslibet eorum insolidū
conductoribus seu eorum prouentus & emolumenta quocunque titulo vel iure pro tempore percipientibus,vel
exigentibus qui ad rationem septem ducatorum cum dimidio singulis annis & ratam quolibet bimestri vt præ-
fertur persoois prædictis sine aliqua retentione sub prædictis,vel diminutionis precij gabellarum residui,& di-
rectorum,ac salariæ & membrorum , ac dependentium prædictorum aut illorum exactionis vel extinctionis in
toto vel pro parte ex quacunque causa, aut quouis casu vt præfertur aut alijs quibuscunque prætextibus etiam
de necessitate,ac specialiter & indiuiduo exprimendis quæ præsentibos haberi volumus pro sufficiēter expres-
sis integre persolui. Et conductores administratores , ac emolumenta percipientes huiusmodi , & ad ipse æque
principaliter & insolidum effectualiter in forma Cam.Apost.obligare teneantur, & quotiens gabellas & Doha
nas directa salariam & membra,ac dependentia hmōi conduxerint, seu earum prouētus & emolumenta quocū
que titulo sibi iure percipere vel exigere inchoauerint,exnūc prout extūc & econtra efficaciter & cū effectu ob
ligati existāt,& esse cēseātur cū oībus & singulis clausulis solitis & necessariis, ita quod cōductores seu admini
stratores

ſtratores pro tempore exiſtentes præfati Dohanæ reſiduum ſalariam extrordinarium duplicatum augmentum & directa prædicta pro ſumma duodecim millium ducatorum huiuſmodi tantum principaliter a dicto collegio illiuſque perſonis conduxiſſe, & eorum nomine principaliter adminiſtraſſe cenſeantur, nec aliquo modo ſub prætextu non vſus vel alias iuuari vel defendi poſsint percipere & habere debeant vendimus, tradimus, concedimus, & aſsignamus, ac volumus quod perſonæ pecunias in dicto Monte ratione ſummæ duodecim millium ducatorum huiuſmodi vt præfertur pro tempore ponentes & habentes, Clementis prædeceſſoris ac alijs noſtris literis prædictis, quas ac omnia & ſingula in eis contenta eorum tenores pro expreſsis habentes per præſentes innouamus & confirmamus, & approbamus, omnibuſque & ſingulis alijs priuilegijs facultatibus libertatibus immunitatibus exemptionibus conceptionibus, literis gratijs & indultis montisfidei & illius collegio & perſonis per eaſdem literas vel alias quomodolibet conceſsis cõfirmatis, & innouatis vti potiri & gaudere libere, & licite poſsint ac debeant in omnibus & per omnia perinde ac ſi in ipſis literis comprehenſæ fuiſſent, quinimo collegio & perſonis antiquis montisfidei huiuſmodi aggregato ſint & eſſe cenſeantur, nec inter ipſas nouas & antiquas perſonas aliqua differentia etiam verbalis exiſtat, ſed tam nouæ quam antiquæ perſonæ huiuſmodi pari poſſu ambulent tam in exactione prouentuum viginti milium primo & nouem milium ſecundo, quam duodecim millium ducatorum prædictorum nunc eidem Monti aſsignatorum exactione & diſtributione, ita quod prouentus huiuſmodi ſic exacti expenſis & oneribus alijs deducendis deductis iuxta ordinationem dicti Collegij in vnam maximam reducti, etiam ſi contingat reſiduum annui redditus quinque millium ducatorũ, in quo mons fidei illiuſque Collegium & perſonæ vigore literarum Clementis prædeceſſoris huiuſmodi creditores remanere dicuntur in totum vel in partem recuperari, cui quidem credito quinque millium ducatorum per augmentũ prædictum ac præſentes literas nullo modo præiudicare intendimus nec præiudicatum cenſeri volumus, æquis portionibus tam quo ad præterita quam futura credita diuidi debeant & tam antiqui quam moderni emptores locorum montis huiuſmodi eorumque hæredes ſucceſſores ac ab ipſis vel eorum aliquo cauſam pro tempore habentes vnum corpus vnicumque collegium duntaxat inter ſe faciant & conſtituant perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac montem fidei & illius collegium & perſonas tam antiquorum quam nouorum locorum ſeu iurium emptores eorumque hæredes & ſucceſſores & ab ipſis cauſam habentes huiuſmodi in loco dictæ Cameræ & ab ipſa cauſam habentium quo ad ſummam annuam duodecim millium ducatorum prædictorum liberorum immunium & exemptorum vt præfertur per ipſos vel ab ipſis deputãdos tam Clementis prædeceſſoris & aliarum noſtrarum prædictarum quam præſentium literarum vigore habendam exigendam & leuandam, ac illam quomodolibet concernentia quo ad omnia ponimus ſubſtituimus & ſurrogamus, poſitoſque ſubſtitutos & ſurrogatos eſſe, ac Montem fidei illiuſque collegium & perſonas huiuſmodi eorumque aſsignamenta & iura quæcunque tã per Clementem prædeceſſorem quam nos eis vt præferetur data etiam per nos & ſedem apoſtolicam aut ſucceſſores noſtros Rom. Pont. modo aliquo perturbari impediri vel inquietari aut aliqua grauamina ſeu ordinaria vel extraordinaria eis imponi. Nec non pro abundatiori Montisfidei illiuſque collegij & perſonarum cautela ac perpetua ſecuritate vltra alias obligationes & cautelas in literis eiuſdem Clemẽtis prædeceſſoris ac noſtris prædictis expreſſas quæ per præſentes nouari aut alterari nullatenus ſed in ſuo robore permanere & infraſcriptas illis addi & cumulari volumus & intendimus eiſdem Monti collegio & perſonis eorumque hæredibus præſentibus & futuris gratiæ ac reſiduæ & Ripæ Ripettæ, ac directorum dohanas ſeu Gabellas necnon duplicatum extraordinarium & augmentum ſalis huiuſmodi & eorum quodlibet & ab illis dependentia prædicta, illorumque ſingula emolumenta & prouentus, ac iura necnon quæcunque alia Cameræ & ſedis prædictarum bona immobilia ſpiritualia & temporalia in alma vrbe & extra, ac vbique exiſtentia etiam ſi talia ſint quæ in obligatione generali non comprehenderentur pro dicta ſumma duodecim millium ducatorum tantum perpetuo ſpecialiter expreſſe & inſolidum obligamus & hipotecamus ita, quod Collegium & perſonæ præfatæ aſsignamentorum per præſentes datorum in Sancti Euſtachij & gratiæ, ac Ripæ & Ripetæ Dohanis, necnon ſalaria vrbis prædictis corporalem poſſeſsionem propria auctoritate etiam abſque alio iuris ſeu iudicis miniſterio aut mandato Cameræ pro ſumma prædicta duodecim millium ducatorum capere & perpetuo retinere, aſsignamentiſque prædictis perpetuo frui & gaudere libere & licite poſsint, ac debeant, & conductores, ac adminiſtratores Dohanarum graſci ac reſidui directorũ extraordinarij duplicati & augmenti huiuſmodi nunc & pro tempore exiſtentes emolumenta ex illis prouenientia per ſimplex conſtitutum nomine ipſius collegij quo ad ſummam duodecim millium ducatorum huiuſmodi tantum recipere, & retinere cenſeantur. Decernentes quemquam ad probandum quod pecuniæ pro venditione augmenti Montis huiuſmodi prouenturæ vel aliqua earum pars in vtilitatem aut neceſsitatem Ro. Ec. ſeu Cameræ prædictarum vel fidei defenſionem conuerſæ ſint minime teneri, aut obligatũ eſſe, ſicque in præmiſsis omnibus & ſingulis per quoſcunque etiã S. R. E. Card. & quacunque tã ordinaria quã delegata & mixta auctoritate fungentes Iudices & perſonas ſublata eis quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate vbique iudicari et definiri debere, necnon irritum et inane quicquid ſecus ſuper iis a quoquam etiam per nos et ſedem apoſt. attentatum forſan eſt actenus vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſsis, ac omnibus alijs quæ idem Clemens prædeceſſor in ſingulis ſuis, ac nos in alijs noſtris literis prædictis quæ hic pro repetitis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus non obſtare volumus, quibus pro potiori cautela ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod augmentum duodecim millium ducat. huiuſmodi eiſdem modo, et forma quibus viginti millium ducatorum primo, et deinde nouem millium duc. mons præfatus redimi poteſt, a nobis, et ſede apoſtolica perpetuo redimi valeat, eiſdemque præſentium literarum tranſumptis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, et ſigillo eiuſdem collegij vel alicuius ipſius Defenſoris pro tempore exiſtentis munitis eadem prorſus tam in iudicio quam extra vbique fides adhibeatur, quæ præſentibus adhibeatur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo, omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum abdicationis, applicationis, appropriationis, incorporationis, venditionis, traditionis, aſsignationis, innouationis, confirmationis, approbationis, intentionis, ſtatuti, ordinationis, poſitionis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, obligationis, hipothecationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, Octauo Cal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno nono.

B. Motta.

Et Priuilegia & exēptiones Cle. 7. confirmat ad fauorem nouorũ Montiũ.

Et pro Montis aſſecuratiõe quęcunque bona R. Cameræ Apo. obligat.

Ponentes pecunias in hoc Monte declarat non teneri ad probandum verſas fuiſſe in vtilitatem Eccleſ.

Decretũ irritans

Clauſulæ derogatoriæ.

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episc. subsc.

Ego Ioan. Dominicus Episcopus Hostien. subsc.

Ego Martinus Episc. Tusculanus Card. Grimanus. subsc.
Ego Franciscus Episcopus Prænestinen. Cornelius. subsc.
Ego Ant. Episcopus Albanen. Card. Sanctorum quatuor, maior pænitentiarius.

Ego Benedictus Titu. S. Eusebij Card. Rauen. subsc.
Ego Philippus Card. de Bolonia. subsc.
Ego Io. Maria Card. de Monte. subsc.

Ego Ennius Card. Sancti Angeli Verulan. subsc.
Ego Rodulphus Cardinalis de Carpo. subsc.
Ego Ioannes Cardinalis Burgen. subsc.
Ego Petrus Cardinalis Bembus. subsc.
Ego Bartholomæus Cardinalis Guidiccionus subsc.
Ego Marcellus Cardinalis Sanctæ Crucis subsc.
Ego Marcellus Cardinalis Crescentius. subsc.
Ego Robertus Cardinalis de Pucijs subsc.
Ego Gregorius Cardinalis Cortesius subsc.
Ego Frater Thomas Cardinalis Sancti Siluestri. subsc.
Ego Io. Cardinalis de Saluiatis subsc.
Ego Nicolaus Cardinalis Rodulphus subsc.
Ego Augustinus Cardinalis Triuultius subsc.
Ego Franciscus Cardinalis Pisanus manu propria.
Ego Alexander Card. de Farnesio Vicecancellarius subsc.
Ego Guido Ascanius Card. Camerarius subsc.

Ego Iacobus Cardinalis Sabellus.

XXXIIII.

De Neophitorum & Catechumenorum, seu Iudæorum Conuersorum Hospitalis ac Monasterij, & Archiconfraternitatis, Erectione Indultis & Priuilegijs & Protectoris, ac Iudicis Iurisdictione, & Facultatibus.

De Materia vide concord. quas posui sup. fol. 415. const. 19. Cupientes.

Protector nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Gulielmus Sirletus Card. & Iudex deputatus est R. P. D. Gulielmus Bastonus Alexandrinus Vtriusque Signaturæ Referendarius.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.
ILLIVS, qui pro Dominici gregis redemptione in Ara crucis in pretium immolari non erubuit,
quique post eius mortem, & a mortuis resurrectionem præordinatis testibus sæpe sæpius apparens, tan
dem ascensurus ad patrem, suos nolens discipulos relinquere orphanos, Spiritus sancti paracleti conso
latione visitauit, & eos hospitales ad inuicem fore debere, charitatisq; dona, quæ omnes alias virtutes superat,
exorare præceperat, nos quamquam immeriti vices in terris gerentes, quamuis ea debito pastoralis officij mēs
nostra rerum pro tempore ingruentium occasione ad multiplices cogitatus se diuertat, incessanter curis affligi
mur assiduis, vt Iudæi, & Infideles ex eorum hebraica cæcitate ad veri luminis agnitionem conuerti, ac cōuersi
in catholica fide instrui, & ad id hospitaliaque deputata loca ad salubrem statum, & hospitalitatis obseruantiā
prouenire valeant, & vt ad præmissa cunctorum christifidelium vota concurrant, fideles ipsos per confraterni
tatis spiritualis tanquam membra suo capiti adhærentia neaum quibusdam spiritualibus, & allecturis munerī
bus prosequimur; vt exinde gratiæ diuinæ reddantur aptiores. Sane pro parte dilecti filij Ioannis de Iorano Re
ctoris Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis de Mercato Regionis Capitelli de Vrbe nobis nuper exhibita petitio cō
tinebat, quod cum ad omnipotentis Dei, & totius Curiæ Cœlestis laudem, & gloriam, & orthodoxæ fidei exalta
tionem, ac augmentum, nonnulli Hebræi, seu Iudæi diuinitus inspirati, tenebrosam cæcitatem, qua tunc detine
bantur, abiecerint, & ad veri luminis agnitionem se conuerterint, ac lauacro baptismatis baptizati fuerint, &
ob diuersa munera, & gratias ea sedis apostolicæ benignitate eis concessa quamplurimi alij Hebræi, & Iudæi si
mili desiderio accensi eandem cæcitatem abijcere, & ipsum verum lumen agnoscere cupiant, & in dicta Vrbe
nullus locus existat in quo ipsi Iudæi, & infideles ex Iudaica cæcitate ad fidem Christi conuersi recipi possint,
pro parte dicti Ioannis nobis fuit humiliter supplicatum, vt sibi prope dictam Ecclesiam vnum monasteriū pro
puellis, & vnum hospitale pro viris Iudæis conuersis construi faciendi licentiam concedere, ac alias in præmis
sis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur temporibus nostris tantam gratiam
ab altissimo diuino miraculo nobis meritis licet imparibus allatam fuisse reputantes, ac desuper eas, quas vale
mus gratias eidem altissimo agentes, ac de fide, & integritate, necnon bonorum operum zelo præfati Ioānis in
domino plurimum confidentes, huiusmodi supplicationibus inclinati præfato Ioāni facultatē erigendi monaste
riū, & hospitale prope dictam Ecclesiā in loco ad id designato, vnum monasteriū pro puellis, & vnū hospitale

Iudæi quam plurimi ad fidem venlebant ob diuersas gratias quas à Pontifice consequebātur.
De quibus habes sup. f. 415. cōst. 19. cupientes.

sub

sub sancti Ioseph seu alia de qua eidem Ioãni videbitur inuocatione pro viris Iudæis, ac Infidelibus quibuscũq; volentibus se sponte, & libere ad eandem fidem conuertere, in quibus recipi, & caritatiue tractari possint, ex bonis eidem Ioanni a Deo collatis, ac Christifidelium eleemosynis ad id concessis, & concedendis construendi, & ædificari faciendi, auctoritate apostolica tenore præsentium, ea certa nostra scientia de apostolicæ potestatis plenitudine licentiam & facultatem concedimus. Illaque postquam constructa fuerint, in monasteriũ, & hospitale eorundem Iudæorum conuersorũ sine alicuius præiudicio perpetuo erigimus, & instituimus, illisq; pro eorum dote bona quæcunque illis eroganda & relinquenda perpetuo applicamus, & appropriamus, ac in monasterio, & hospitali prædictis vnam Archiconfraternitatem, quæ caput omnium aliarum Confraternitatum, & hospitalium, & monasteriorum, & aliorum quorumcunque locorum eorundem Iudæorum, & Hebræorum, & Infidelium conuersorum vbilibet instituendarum, & instituendarum Confraternitatum erectorum, & erigendorum monasteriorum, hospitalium, & locorum Iudæorum, & Hebræorum huiusmodi immediate subijcimus, & facimus membra ab eis dependentia. Ita quod Confraternitates, monasteria, hospitalia, & loca illis subiecta ab eis dependentia huiusmodi ipsam Confraternitatem vti illorum in aliqua saltem reuerentia singulis annis cognoscere teneantur. Cuius Archiconfraternitatis præfatus Ioannes quoad vixerit, & eo vita functo vnus ex Confratribus clericis per eos tantum de triennio in triennium eligendus caput seu Rector Præpositus nũcupandus, ac duodecim clerici, seu presbyteri seculares, exemplaris vitæ, & religionis zelatores, quos præfatus Ioannes, ac ipsius Confraternitatis Præpositus pro tempore existens duxerit eligendos esse debeant, erigimus, & instituimus, & quod de numero eorundem Clericorum seu presbyterorum Confratrum nullus Prælatus, seu alicuius ordinis professor esse possit: Ipsique clerici, seu presbyteri Ioanni, ac pro tempore existenti præposito prædicto omnimodam & plenariam obedientiam & reuerentiam vti eorum superiori præstare, illumque in cura, & administratione monasterij, & hospitalis prædictorum coadiuuare, ipsique duodecim presbyteri, seu clerici, vt circa præmissa liberius attendere valeant, nulli alteri Confraternitati, seu societati aggregari, seu ad illam admitti valeant: Ac præfato Ioanne vita functo Præpositus Archiconfraternitatis huiusmodi per Confratres prædictos clericos tantum de triennio in triennium ex eorum gremio eligi, eorumque officium per triennium, & non vltra durare debeat. Et ipsi Confratres quoscunque Iudæos, seu Hebræos, & Infideles quoscunque, ad fidem catholicam conuerti volentes recipere, illisque victum, & vestitum ex ipsius hospitalis bonis assignare, & ipsi Iudæi, seu Hebræi, & Infideles quicunque ante eius conuersionem per vnum annum, seu aliud tempus de quo eidem Præposito videbitur, in ipso monasterio, & hospitali Cathecumeni manere, ac in dicta Ecclesia vti eorum parochia missas, & alia diuina officia audire, & Dominico, & alijs festiuis diebus solemnibus in ipsa ecclesia ad effectum audiendi verbum diuinum accedere teneantur, & nulla secularis, seu cuiuscunque ordinis regularis, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existens, & quauis auctoritate fungens, persona in monasterio, & hospitali prædictis, illorumque bonis, & rebus, atque administratione absque Confratrum prædictorum expresso consensu se intromittere, aut in illis aliquam auctoritatem, seu iurisdictionem exercere possit, & valeat: Et si pro tempore contigerit quod in ipsis monasterio, & hospitali charitatis opera non exerceantur, illorum fructus Archihospitalis incurabilium sancti Iacobi in Augusta eo ipso applicata sint, & esse censeantur, ipsumque Archihospitale, illiusque Rectores seu Guardiani bonorum prædictorum fructus, redditus, & prouentus vti eorum, & dicti Archihospitalis sancti Iacobi bona percipere, ac de illis in illius pauperum, & non alios vsus disponere libere, & licite valeant, nec ad id desuper per quoscunque molestari, perturbari, aut inquietari possint, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo statuimus, & ordinamus. Necnon eidem Ioanni Mappas, Touaglias, & reliqua altarium paramenta sacerdotalia & vestimenta quæcunque necessaria benedicendi licentiam, & facultatem similiter concedimus. Necnon Confratribus, monasterij, hospitali construendo, ac ecclesiæ prædictis, illorumque administratoribus, gubernatoribus, rectoribus, œconomis, seruitoribus, familiaribus, ministris, & conuersis, ac alijs personis in eis pro tempore existentibus, seu aliquam curam de illis, ac hospitalis, & monasterij prædictorum fabrica habentibus, necnon personis inibi pro tempore decedentibus, seu aliquid de bonis suis pro dictis operibus relinquentibus, quod omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentijs etiam plenarijs, ac peccatorum remissionibus, & alijs gratijs spiritualibus Imagini sancti Saluatoris de Sancta Sanctorum, & Charitatis, ac eidem Archihospitali sancti Iacobi in Augusta, & sancti Spiritus hospitalibus ac Corporis Christi, & sacramenti, ac Campi sancti, & alijs Confratribus Confraternitatum de Vrbe, necnõ eisdem Imagini, & hospitali sancti Spiritus, ac Campo Sancto, necnon fabricæ basilicæ principis apostolorum de Vrbe, illiusque deputatis, eorumque, necnon beatæ Mariæ de Populo, & Consolationis, ac sancti Ioannis Baptistæ Florentinorum, alijsque eiusdem Vrbis ecclesijs, ac illa, & illas visitantibus, vel benefacientibus, eorumque administratoribus, & guardianis, rectoribus, œconomis generalibus, alijs personis similem curam in eis sumentibus, ac Iudæis, & conuersis, ac quibuscunque eorum etiam per nos & quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & successores, ac sedem eandem concessis, & concedendis. Quæ omnia, & literas desuper confectas haberi volumus pro expressis, & quibus illæ, illi, & illa vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, Archicõfraternitas, illiusq; Confratres monasterium construendum, hospitale, ecclesia, illorumque administratores, rectores, familiares, ministri, œconomi, & aliæ personæ similem curam inibi sumentes, & illa visitantes, ac eis benefacientes ex nunc, & in perpetuum vtuntur, potiuntur & gaudent, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus & per omnia, perinde ac si monasterio, & hospitali, ac ecclesiæ, & Confratribus prædictis, illorumque rectoribus, administratoribus, gubernatoribus, œconomis, seruitoribus, familiaribus, ministris, & conuersis, ac alijs personis, ac illa visitantibus, & benefacientibus pro tempore specialiter, & expresse concessa fuissent, & in futurum cõcederentur: Necnon presbyteris prædictis, qui in monasterio, seu hospitali, aut ecclesia prædictis quocunque anni tempore celebrauerint, & pro quibus ijdem presbyteri inibi celebrauerint, & orauerint, easdem indulgentias, & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus in Scala cœli nuncupata, monasterium Trium fontium extra muros Vrbis Cistercien. ordinis, cum capella in Præsepe Domini, sita in ecclesia beatæ Mariæ Maioris de Vrbe, ac animabus pro quibus inibi ijdem presbyteri celebrauerint, & orauerint, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus, ac indulgentias, priuilegia indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias cõcessiones, ac remissiones huiusmodi, ad illos, illas, & illa extendimus, & prorogamus, ac ampliamus. Et quod Ioannes, ac pro tempore Præpositus, & administrator, rector, gubernator, œconomus, seruitores, fami-

liares,

Ideo Pont. pro Iudæis conuersis, Monasterium & Hospitale erigit & instituit ad supplicationem Ioannis Rectoris Ecclesiæ S. Ioannis de Mercato.

De Monasterio pro Puellis habes infra Pij V. cõst. 35. Sacrosancta.

Confraternitatẽ illis erigit in Archiconfraternitatem.

Præpositũ deputat ipsum Ioãnẽ, cũ facultate eligendi duodecim Clericos.

Præpositum per Confratres ad triennium eligi mandat.

Iudæi se cõuersuri victum & vestitum assignari, & ante cõuersionem in Monasterio, pro tẽpore Præposito bene viso instrui præcipit.

Si Cõfratres opera charitatis desierint exercere, fructus Archicõfraternitatis &c. applicat Archihospitali S. Iacobi Incurabilium de Vrbe.

De isto Archihospitali habes infra Pij 4. cõst. 8. Ad charitatis.

Indulgentiæ concessas & alias concessæ.

Tu vide reuocationem infra in Pij 4 const. 17. Cum nos & ibi nos.

Clericis istius Archicõfraternitatis celebrantibus & eis pro quibus celebratur indulg. de quibus hic cõcedit.

Ad quod vide Pij 4. const. 17. Cum nos.

liares, mioistri, & conuersi, ac aliæ personæ præfatæ, indulgentias, gratias, priuilegia, indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones, & remissiones huiusmodi, ac dies, & festa, io quibus, ac causas propter quas illa consequi debeant ad eorum beneplacitum publicare facere: Necnon eleemosyoas monasterio, & hospitali, ac conuersis, seu alias concedendas recipere, & ad illas recipieodas, & quærendas, ac iodulgentias huiusmodi publicaodas per dictam Vrbem, & alibi eosdem presbyteros seu clericos, aut alios quæstores, seu quascunque alias personas cuiusuis licentia mioime requisita deputare, & mittere. Et Ioaones, ac eo vita functo pro tempore præpositus prædictus quæcunque statuta, & ordinationes, licita, & honesta tamen, tã circa regimen, & tranquillum statum monasterij hospitalis, Confratrum, presbyterorum Iudæorum, Hebræorum, & conuersorum, ac diuinorum celebrationem, quam numerum, & qualitates, ætates, cappellanorum, confratrum, ac ministrorum, & habirum iudæorum, ac conuersorum prædictorum, eorumque personas, & monasterij, & hospitalis prædictorum oroamenta, ac bona mobilia, & immobilia, eorumque administrationes, & alia præmissa concernentia condere, & alterare, mutare, ac de nouo edere, quæ postquam coodita, alterata, mutata, & reformata fuerint, eo ipso Apostolica auctoritate confirmata sint, & esse censeantur, ac qualcunque pœnas io contrauenientes apponere: Ac quilibet coofrater, mioister, seu officiales, & personæ Archiconfraternitatis monasterij, & hospitalis huiosmodi quemcunque presbyterum sæcularem in suum posint eligere confessorem, qui eos, & eorum quemlibet, a quibuscumque casibus quantumcunque grauibus, etiam in quinterno Cancellariæ Apostolicæ in dictis literis expressis, ac etiam Apostolicæ sedi reseruatis absoluere, ac coofessionale, & altare portatile iuxta formam, & literas prædictas habere posint licentiam, & facultatem concedimus, & indulgemus. Ac vt ipsi Confratres, & rectores, administratores, gubernatores, œconomi, & aliæ personæ ab indebitis molestijs teleueotur, vnum ex S.R.E. Cardioalibus, quem ipsi ad id duxerint admitteodum, seu eligendum in eorum protectorem, & iudicem, cui & nulli alij subiecti existant, & coram quo seu ab eo deputando quæuis tam ciuiles, quam crimioales causæ per, & contra Archiconfraternitatem illorũ adminillratores, rectores, gubernatores, ministros, familiares, œconomos, & alias personas præfatas super bonis, & rebus cuiuscunque qualitatis existentibus, ad Archiconfraternitatem, mooasterium, & hospitale prædicta pertinentibus motæ, & pro tempore mouendæ iuata ordinariam iurisdictionem, seu facultatem Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori attributam cum omnibus, & singulis earum incidentibus dependentibus, annexis, & connexis cognoscere, ac fine debito terminare valeat, & debeat, constituimus, & deputamus, ipseque pro tempore protector per se, vel alium, seu alios quoscunque, quorum intererit, vel interesse poterit, tam in Romana Curia quam eatra eam, etiam per edictum publicum, constito sibi summarie, & eatraiudicialiter de non tuto accessu, ac quibusuis etiam in dicta Curia iudicibus, & personis, quibus, & quoties sub sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, de quibus eidem protectori videbitur, inhibendi, & in eueotum noo paritionis ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi, illarumqoe aggrauatiooem, ac alias iuxta stilum, & morem Curiæ dicti Auditoris in similibus seruari solitum procedendi, ac sententias executioni debitæ demandandi, seu demandari faciendi, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas appellatiooe postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, ac omnia & siogula alia in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, & eaequendi, plenam, & liberam licentiam, & facultatem cõcedimus. Decernentes præsentes literas, ac indulgentiam infrascriptam sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, modificatioobus, limitationibus, restitutionibus, repositionibus, & eaceptionibus similium literarum gratiarum, & indulgentiarum etiam per oos, & successores nostros Romanos Pontifices, ac sedem eandem, vel eius legatos, ac etiam per regulas Cancellariæ Apostolicæ pro tempore factas, etiam io fauorem fabricæ Apostolorum Principis de Vrbe, & expeditionis cootra iofideles nullatenus comprehensas, sed semper ab illis, & omnino exceptas esse, & censeri, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & reintegratas fore, ac eisdem præsentibus literis per quascunque literas, & quasuis clausulas generales, vel speciales etiam derogatorias efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborũ expressione io se continentes nullatenus derogari posse, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogationes consistorialiter etiam per trinas destioctas literas eundem tenorem continentes tribus similiter distinctis vicibus præposito, confratribus, & administratoribus prædictis legitime intimatæ, & insiouatæ fueriot, eorumque expressus ad id accedat assensus, & aliter factæ derogationes nemini suffragari, sicque per quoscunque iudices et personas, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicaodi, et interpretaodi facultate, et auctoritate iudicari, et diffioiri debere, irritum quoque, et inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et oihilominus de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate cõfisi vniuersis, & singulis eiusdem Archiconfraternitatis coofratribus pro tempore existentibus vere pænitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui in eiusdem saocti Ioseph, & Natiuitatis D.N. Iesu Christi, seu alijs per eosdem præpositum, tectores, admioistratores, & gubernatores ad id nominandis festis, seu diebus a primis vesperis vsque ad occasum solis sequentis diei monasterium, et hospitale, ac Ecclesiam huiusmodi deuote visitauerint, et pro præmissis operibus manus adiutrices iuata eorum arbitrium porrexerint, plenariam omoium peccatorum suorum indulgentiam, ac Iubilæum, et remissionem in Domino elargimur. Mandantes nihilominus dilectis filijs Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, alijsque io dignitate Ecclesiastica constitutis personis, necoon Metropolitanarum, et aliarum Cathedralium Ecclesiarum canonicis, ac venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, et Episcoporum Vicarijs in spiritualibus generalibus, et officialibus vbilibet constitutis, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se vel alium seu alios præsentes literas, et in eis cootenta quæcunque vbi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ioannis, ac pro tempore existentis, præpositi, et administratoris, rectoris, et gubernatoris prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos, et eorum quemlibet, ac alios quos præsentes literæ concernunt, illis pacifice frui, et gaudere, non permitteotes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, et alia iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, et pœ-

nas

Quæstuādi facultas, & confessorẽ aliū reuocauit. Pius 4. inf. in dicta eius const. 37 cum nos, & ibi not.

Protectorem, & Iudicem sibi eligunt, confratres coram quo causæ Archicõfraternitatis, & ministrorum cognoscūtur.

Protectoris, & iudicis iurisdictio, procedẽdi, iuxta facultates A. C. quas habes sup. fol. 238. Leon. x. const. 33. in ministerio, et sub. 377. istius Pont. const. 25. Grata.

Notarius Archiconfraternitatis est d. Franciscus Silla de terra Mõtis Meloni diocæsis Camerin.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritãs.

Indulgentias pro quibus porrigẽtibus manus adiutrices reuocauit, Pius V. inf. cõst. 30. Et si dominici.

Executores istius constitutionis.

nas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus de non concedendis indulgentijs ad instar, ac alijs apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscũq. Volumus autem quod præsentium literarũ, ac priuilegiorum, indultorum, exemptionum, indulgentiarum, ac aliarum huiusmodi transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdẽ literarũ Protectoris, aut alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut alicuius curiæ ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & extra eadem fides adhibeatur, quæ originalibus literis si forent exhibitæ vel ostensæ adhiberetur. eisdem præsentibus post viginti annos quoad indulgentiam plenariam, & remissionem prædictas nullatenus valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum concessionum, erectionum, institutionum, applicationis, appropriationis, statuti, ordinationis, ostensionis, prorogationis, ampliationis, constitutionis, deputationis, decreti, elargitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, vndecimo Calendas Martij, Pontificatus nostri anno octauo.

XXXV.

Declaratio quod Feudatarij Emphiteotæ & Censuarij in Ditione S. R. Ecclesiæ, Castra, & bona possidentes, etiam si nihil soluant Reu. Cameræ Apost. obligati tamen sunt soluere subsidium eis impositum, nisi probauerint in eos fuisse etiam translatum directum Dominicum.

Hoc idem quo ad solutionem subsidij triennalis decreuit Hic Pont. infra const. 36. Ex debito & ibi not.

Imo quo ad solutionem omnium Impositionum Cameralium extendit Pius V. infra in eius const. 9. Et si ea.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

SOLET Romanus Pontifex dubia, quæ ex literis apostolicis oriuntur in suæ declarationis arbitrio tollere, ac vt literæ ipsæ plenum sortiantur effectum opportune prouidere, prout rerum, ac temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Sane sicut accepimus postquam nos dudum vrgenti necessitate ducti, vnum subsidium necessarium a dilectis filijs Feudatarijs, necnon Emphiteotis, Censuarijs, & alijs personis canonem censum, siue aliam responsionem perpetuam, vel temporalem præstantibus ratione Feudorum, ac bonorum ecclesiasticorum in ditione ecclesiastica existentium, cum charitate exigendum, de venerabilium fratrum nostrum S. R. E. Cardinalium consilio. & assensu imposuimus, prout in literis desuper confectis, plenius continetur, nonnulli subsidij huiusmodi præstationem euitare, seu differre satagentes iactant illos Feudatarios, qui censum, vel aliam responsionem ratione castrorum & iurisdictionum quæ obtinent, non soluunt, necnon propter verba in proemio earundem literarum apposita, videlicet Feudatarijs, Emphiteotis, Censuarijs, & alijs personis, quos hactenus a subsidij huiusmodi præstatione præseruauimus, alios Feudatarios, Emphiteotas, & personas præfatos qui alia onera per nos imposita persoluerunt, in præfatis non comprehendi, & ad subsidij huiusmodi solutionem minime teneri. Nos etsi verba clariora sint ipso sensu, ac verissimum sit, Feudatarios, Emphiteotas, Censuarios, & alias personas huiusmodi a solutione charitatiui subsidij prædicti nouissime impositi præseruatos fuisse, cum simile subsidium nedum nunquam exactum, sed nec impositum in ditione sanctæ Romanæ Ecclesiæ fuerit, licet ea alijs nobis iminentibus necessitatibus, de iure imponi, & exigi antea potuisset. Nihilhominus ad obstruendum ora cauillantium, volentes in præmissis opportune prouidere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia tenore præsentium decernimus, & declaramus, quoscunque Feudatarios, qui castra, & iurisdictiones infra limites ditionis ecclesiasticæ possident, etiam quod nihil ratione castrorum, & iurisdictionum huiusmodi, sedi apostolicæ annuatim persoluant, nisi ipsi probauerint, etiam directum Dominium ab ecclesia in eos traslatum fuisse, necnon Emphitheotas, Cẽsuarios, & alias personas præfatos, etiam quod in solutione aliorum grauaminum contribuerint, sub literis dicti subsidij comprehendi, & ad illud effectualiter persoluendum, eos & eorum quemlibet sub pœnis, et censuris in eidem literis contentis cogi, et compeli posse. Et ne super intelectu literarum nostrarum prædictarum vlterius immurandum sit Dilectis filijs Guidoni Ascanio Sforciæ sancti Eustachij Diacono, de sancta Flora Camerario nostro, ac Marcello tituli sancti Marcelli Presbytero de Cresentijs nuncupatis S. R. E. Cardinalibus quæcunq; alia dubia super dictis literis nostris iam orta. & quæ in futurum oriri poterunt, auctoritate nostra tollendi, & declarandi, & literas ipsas secundum declarationes per eos fiendas inuiolabiliter obseruari faciendi, facultatibus eidem Guidoni Cardinali & Camerario, tam ratione sui Camerariatus officij, quam literarum nostrarum prædictarum vigore sibi competentibus semper saluis, plenam & omnimodam licentiam, & auctoritatem concedimus. Decernentes sic in præmissis omnibus & singulis, ac per dictos Cardinales declarandis per quoscunque, tam ordinaria quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, ac decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi. & interpretandi facultate, necnon irritum, & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac omnibus alijs, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, volumus, & apostolica auctoritate decernimus, quod earundem præsentium transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo dicti Camerarij munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Bononiæ sub annulo piscatoris, Die nono Maij, Millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus nostri anno nono.

Hæc const. nõ loquitur de subsidio triẽnali, quia illud fuit postea impositum, vt habe. infra in cõst. 37. Ex debito & const. 55. Nobis. Pont. ille p alias eius literas (quas hic nõ habe.) imposuit subsidium Feudatarijs, & nõ nulli recusabant soluere mouẽtes dubium de quo hic.

Pontif. ideo declarat Feudatarios omnes etiam nihil annuatim soluentes, teneri ad solutionẽ subsidij, nisi probauerint directum dominiũ in eos trãslatum fuisse.

Cardinalibus de sancta Flora, & de Cresentijs concedit facultatem declarandi alia dubia.

Decretũ irritã.

Clausula derogatoria.

Blo. El. Fulgin.

Declarat

XXXVI.

Declarat Pontifex, quod eius Officiales & Curiales tam sequentes Sanctitatem suam, in eius ab Vrbe discessu, quam in Vrbe remanentes, sunt vere Curiales, & omnibus Curialium priuilegijs, & prærogatiuis gaudeant. Et declarat etiam quid seruandum sit circa publicationem prouisionum Apostolicarum, & commisione, & decisiones causarum.

De Curialium Priuilegijs vide infra Pij 4. const. 32. Romanus, vbi ponam concord.

Discessurus Pont. ipse vt cum Carolo Imperatore & Francisco Francorum Rege se conferret, pro pace tractanda, vt infr. in const. 40. per quandam eius const. quam hic nō habes declarauit. Officiales & Curiales tam eum sequentes, quam in vrbe remanentes, Curialiū priuilegijs gaudere.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Paulus, diuina prouidentia Papa III. qui superioribus annis, vt se ad colloquium cum Serenissimo Carolo Romanorum Imperatore, & Francisco Christianissimo Francorum Rege, pro vniuersali pace tractanda, se conferret, et alias ad certum tempus ab Vrbe se absentare habens: Officialibus omnibus Rom. Cur. videlicet tam illis, qui Sanctitatem suam sequerentur, quam ijs, qui in dicta Vrbe remanerent, prouidere volens, per quandam eius Constitutionem seu Cancellariæ Apostolicæ regulam statuit, ordinauit, decreuit, et declarauit, eorum qui Sanctitatem suam sequerentur, et eorum qui in dicta Vrbe remanerent, tam S. R. E. Cardinalium, quam Officialium, et Curialium, et aliorum quorumcunque eandem Curiam sequentes vnam tantum Rom. Curiam, et non duas Curias existere, & singulos eorum omnibus, et singulis, ac illis prorsus antelationibus, prærogatiuis, declarationibus, indultis, facultatibus, concessionibus, & consuetudinibus, etiam quo ad acceptationes, & prouisiones beneficiorum ecclesiasticorum sub gratijs expectatiuis, collationum mutationibus, & extensionibus, ac alijs gratijs præuentiuis eis concessis, & concedendis comprehensorum, faciendas: quibus Cardinales, Officiales, Curiales, & alij prædicti, dum etiam Sanctitas sua, cum eadem Curia in dicta Vrbe residebat: de iure, & consuetudine vtebantur, potiebantur, & gaudebant, seu vti, potiri, & gaudere poterant, vti, potiri, & gaudere posse, & debere. Et quod publicationes huiusmodi acceptationum, & prouisionum per eos, qui in dicta Vrbe residerēt: ac etiam per illos, qui eandem Sanctitatem suam sequerentur: eorum, licet absentium, nomine, si maluissent, in ecclesia Vrbis solita, & per eosdem, qui Sanctitatem suam sequerentur, in loco, vbi Cancellariam Apostolicam residere cōtingeret, seu alio loco ad affixiones, seu lecturam rescriptorum Apostolicorum, seu citationes per edictum publicum faciendas, quem deputari contingeret, fieri, & publicari possent, validaque, & efficaces existerent, ac si illæ omnes in dicta ecclesia, vel temporibus feriarum, in Cancellaria Apostolica eadem Sanctitas sua residente in Vrbe prædicta, factæ essent; similiterque citationes, etiam per edictum publicum, aut etiam in contumaciam partium per audientiam Contradictarum faciendæ: per Auditores causarum Palatij Apostolici, seu locumtenen. & alios Romanæ Curiæ Officiales, & Iudices delegatos in dicta Curia, qui in dicta Vrbe residerent, in dicta ecclesia Vrbis, & Acie Campi Floræ, vt alias moris est. per Auditores vero, seu Locatenen. & alios supradictos qui eandem Sanctitatem suam sequerentur in causis, quas per eos ibidem forsan tractari cōtingeret, in loco Cancellariæ suæ, ad publicationem, vel lecturam rescriptorum Apostolicorum deputando, vt præfertur, fieri possent, & validæ existerent, ac si sua Sanctitas in dicta Vrbe fuisset, & ibidem legitime factæ extitissent.

Declarationem affert circa publicationes prouisionum Apost. De hac Materia vide inf. 1 Greg. 13 const. 87. Humano.

Idemque Sanctissimus Dominus Noster pro faciliori litigantium expeditione voluit, & mandauit, quod in causis tam criminalibus quam ciuilibus, tam in petitorio, quam possessorio, & alias super quibuscunque rebus, & iuribus cognoscendis, decidendis, & finali cum executione terminandis, & alijs vijs iuris, & remedijs intendendis Auditoribus prædictis, vel Locatenentibus suo nomine, vel tanquam subrogatis illorum Auditoribus, qui sanctitatem suam sequerentur. Commissionum distributio (vt moris est) fieri deberet, & tam in prædictis, quam in alijs sibi hactenus commissis causis, per eosdem procedi, sententiari, & executio debita fieri valeret, & tam in prædictis, quam alijs, necnon per dictum Auditorem Cameræ, seu eius Locatenen. in causis ad eius iurisdictionem ordinariam, vel etiam per Commissiones, tam factas, quam de cætero faciendas spectan. similiter procedi, iudicari, & quæuis executio fieri posset, periode, ac si ijdem Auditores, tam Palatij sui, quam Cameræ Apostolicæ Locatenen. & alij Iudices, & Commissarij præfati, cum Sanctitas sua in eadem Vrbe in Romana Curia, sicut ante discessum suæ Sanctitatis resedissent, & causas cognoscerent, & sua officia exercerent, & eandem Curiam censeri voluit, quo ad beneficia, quæ tam in dicta Vrbe, quam in Ciuitate, ad quam Sanctitas sua se contulisset, vel permansisset, & infra duas dietas a dicta ciuitate, in qua pro tempore fuisset, vacauissent, vt nullus de illis præter Sanctitatem suam, disponere posset. Constitutionem, seu Regulam huiusmodi a die recessus Sanctitatis suæ, etiam ante illius publicationem ligare: irritum quoque, &c. decreuit, prout in dicta Constitutione continetur, Cum denuo proponat ab eadem Vrbe, cum præfato Carolo Imperatore, pro nonnullis rebus Rempublicam Christianam concernentibus, loquendi causa, discedere: sicque eandem Sanctitatem suam, ab ipsa Vrbe, ad aliquod tempus abesse oporteat: volens etiam nunc dictis Officialibus, aliisque desuper opportune prouidere: Constitutionem, seu Regulam prædictam, cum omnibus clausulis, decretis, & verbis in ea contentis, innouauit, ac omnia, & singula in Constitutione, seu Regula huiusmodi contenta, de nouo statuit, ordinauit, decreuit, & declarauit.

Et etiam circa commisiones & decisiones causarū.

Reseruat Beneficia tā i Vrbe, quā in Ciuitate i qua cōmorabitur, & infra duas dietas vacantia.

Constitutio ista ligat à die discessus, etiā ante publicationē. Quā tamen posui.

Pont. iste iterum discessurus ab vrbe, et hic, eandē const. innouat.

Placet, publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula, siue Constitutio Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, Die vero Sabbati, vigesimaseptima mensis Augusti.

A. Lomellinus Custos.

XXXVII.

Impositio ad triennium vnius Decimæ partis fructuum Beneficiorum secularium, & Quartæ partis Beneficiorum Regularium in Vniuersa Italia consis centium.

Aliam similem Impositionem habes infra in const. 49. Ad intolerabiles, vbi notabo.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

EX Debito pastoralis officij nobis licet indignis ea alto commissi, ad ea, vt debemus, aciem nostræ mentis extendimus, per quæ Dominici gregis conseruationi valeat salubriter prouideri, Nec indignum ducimus subditos nostros pro illorum tutela quandoque grauare, nam optimi patris familias est potius parte vtendo totum conseruare, quam partem conteruando totum in discrimine ponere. Dudum siquidem vt communibus vtilitatibus, prout nostra interest prouideremus & ad sustinendum expensarum molem pro orthodoxæ fidei, & status S. R. E. ac eius subditorum conseruatione & defensione nobis omnino necessaria, subsidium trecentorum millium scutorum auri in auro Cameræ apostol. per dictos subditos seculares annis singulis per triennium Cal. Maij proximæ præteritis inceptum integre persoluendum (augmenti Salis, ac alijs extraordinarijs exactionibus pro dicto triennio sublatis) imposuimus. Cum autem dictis subditis propter incommoda, & iacturas, quæ male temporum conditiones attulerunt, hoc nimis honerosum videretur, illis ex nostra benignitate compatientes, subsidium ipsum ad summam ducentorum quadragiota milium scutorum similium, vel circa reducentes, ac ad releuandum vtilitates & necessitates cõmunes huiusmodi, quas tantas esse hoc tempore, quo potentẽ Turcarum Tyranni classem in visceribus Christianitatis habemus ac vndiq; bella inter principes Christianos parantur prospicimus, cum laicorum, vt præfertur, non suppetant facultates, subsidium huiusmodi per ecclesias conferendum duximus. Idcirco de venerabilium fratrum nostrorũ S. R. E. Cardinalium consilio & assensu, ac Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentiũ vnum subsidium vnius decimæ iuxta verum annuum valorem omnium & singulorum fructuum redditum, & prouentuum, quarumcunq; Cathedralium & Metropolitanarum ac Patriarchalium, & Collegiatarum Parochialiumq; & aliarum Ecclesiarum, ac Hospitalium, & piorum locorum, necnon quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura secularium vtcunque qualificatorum, & nuncupatorum, Necnon aliud subsidium quartæ partis veri annui valoris secundum communem extimationem arbitrandi oium, & singulorum fructuum, redditum, & prouentuum quorumcunque monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, domorum, & beneficiorum Cassinen. alias S. Iustinæ, & Montis Oliueti, necnon Camaldulen. S. Benedicti, ac Thusciæ, & Lombardiæ, Cisterciẽn. Lateranen. & S. Saluatoris, aliarumque congregationum S. Augustini, & Vallis Vmbrosæ, Cartusien. & Humiliatorum, ac S. Hieronymi, & aliorum ordinum quorumcunque, & Mendicantium in Italia vbilibet etiam in Regno Siciliæ vltra Pharum, Ac omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Patriarchis, Capitulis, Collegijs, Massis, Communibus, Vniuersitatibus, Rectoribus, & administratoribus, alijsque personis ecclesiasticis, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Prælatis, Commendatarijs, Conuentibus, & personis congregationum & ordinum prædictorum etiam quomodolibet exemptis (ipsius S. R. E. Cardinalibus, ac fratribus Hospitalis Hierosolymit. quoad beneficia dicti Hospitalis duntaxat exceptis) fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in Italia, & Regno Siciliæ prædictis respectiue habentibus & habituris cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, annis singulis in festo beatorũ Petri & Pauli Apostolorum (durante triennio tantum) in Rom. Curia, in manibus dilecti filij Depositarij nostri generalis integre, omni exceptione cessante persoluenda, tenore præsentium imponimus, ipsosque Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, Vniuersitates, Collegia, & personas ecclesiasticas, necnon Abbates, Priores, Præpositos, Prælatos, Commendatarios, & Conuentus ad dictorum subsidiorum, videlicet vnius decimæ, & quartæ partis fructuum solutionem respectiue, iuxta illorum impositionem huiusmodi efficaciter obligatos fore, & ad illorũ solutionem cẽsuris, & pœnis ecclesiasticis, etiam interdicti ecclesiastici appositione, & omnibus alijs iuris, & facti remedijs cogi & compelli posse, & dicto triennio durante, decimarũ onere minime grauari posse decernimus. Declarantes propterea quod omnes & singuli pensionarij, seu ij quibus loco pensionum fructus in totum, vel in partem reseruati sunt, cuiuscunq; conditionis, vel dignitatis existant (eiusdẽ S. R. E. Cardinalibus exceptis) ad huiusmodi subsidiorum præstationẽ in omnibus & per omnia, perinde ac si illud eis nominatim, & expresse per præsentes impositum fuisset, clausulis, & decretis in literis apostolicis reseruationum, pensionum, & fructuũ huiusmodi appositis, etiam quod dictæ pensiones ab omni decima, subsidio charitatiuo, & quouis alio onere tam ordinario, quam extraordinario, quauis auctoritate, etiam apostolica pro expeditione Turcarum, tã defensiua, quam offensiua, & alios infideles aut reipub. Christianæ ab illorum conatibus, quauis defensione, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia imposito vel imponendo exemptæ sint disponentibus nequaquã obstantibus, pro rata teneantur & efficaciter astricti sint. Quodq; Prælati, seu titulares monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, & beneficiorum super quorum fructibus sic reseruatæ, seu reseruari existunt, possint satisfacere ratam pensionariorum suorum, seu eorum quibus fructus sunt reseruati, ac libere postmodũ sua propria auctoritate penes se, seu pro se retinere totum illud quod pro ipsis pensionarijs, seu pro eis quibus fructus huiusmodi sunt reseruati persoluerint, & nihilominus pensionarios, ac eos quibus fructus hmõdi reseruati sunt, per agentes Cameræ Apost. ad solutionem subsidij quartæ partis pensionum, ac fructuum reseruatorum huiusmodi respectiue dicto triẽnio durante, iuris & facti remedijs opportunis cogi, & cõpelli posse volumus. Quo circa dilecto filio Guidoni Ascanio Sforciæ s. Eustachij diacono Cardinali de S. Flora Camerario nostro, quem vltra ordinariam sui Camerariatus officij auctoritatem, subsidiorum huiusmodi collectorem generalem, cũ facultate tempora solutionis prorogandi, ac super summis dictorum subsidiorum cõponendi, & concordandi facimus, ac deputamus, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios faciat præsentes literas, & in eis contenta quæcunq; plenum effectum sortiri, & inuiolabiliter obseruari. Contradictores, renitentes, ac rebelles, per prædictas & alias de quibus ei videbitur censuras, & pœnas, ac dicti interdicti appositionem & alia iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum monasteriorum prioratuũ,

Imposuit Pont. de anno 1541. subsid. ũ triennale trecẽtorũ millium scutorũ sed litera istius impositionis hic nõ inueniuntur.

Et modo imponit aliud triennale subsidiũ vnius decimæ annui valoris fructuũ beneficiorũ secularium.

Aliud et ũ subsidiũ imponit quartæ partis annui valoris fructuũ beneficiorũ Regularium totius Italiæ.

Quæ subsidia deinde prorogauit, vt ĩnf. in cõst. 53 Nouit.

Exẽptos quoscunq; ad solutionem istorũ subsidiorũ (exceptis Cardinalib. & Militibus Hyerosolimitanis) teneri declarat. Ad hoc vide cõst. sequẽ. cum ibi not.

Pensionarios & fructus reseruatos haben. ad soluendum subsidia exceptis Cardinalibus teneri decernit.

Titulares posse soluere pro pensionariis declarat.

Card. de S. Flora Camerarius, deputat Collectorẽ istorũ subsidiorũ cum potestate concordan. & cõponen. & contradictores coercen.

 præpositurarum,

Clausula derogationis.

præpositurarum,& congregationum,ac beneficiorum huiusmodi iuramento,confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis,statutis, & consuetudinibus,necnon quibusuis priuilegijs, indultis,exemptionibus, etiam in corpore Iuris clausis,immunitatibus,ac literis apostolicis eisdem ordinibus,& congregationibus,ac illorum locis,& personis generaliter,vel specialiter sub quibuscunq; verborum formis & expressionibus,ab eadem sede concessis quibus omnibus,necnon literis reseruationum,pensionum,& fructuum huiusmodi, necnon quibusuis obligationibus,etiam in forma Cameræ cum iuramento,& censurarum, & mandati executiui susceptione,vel alias desuper factis,etiã si de illis, eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, & in eis caueatur expresse,quod per huiusmodi clausulas generales,etiam specialem mentionem importantes,eis non derogatum censeretur,aut derogari videretur,nisi sub certis modo & forma in eis expressis, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque , aut si Episcopis, Archiepiscopis,.Patriarchis,Abbatibus,Prioribus,Præpositis,Prælatis,Conuentibus,Collegijs,Vniuersitatibus, & personis præfatis,vel quibusuis alijs cõmuniter,vel diuisim ab eadem sit sede indultum,quod ad solutionem vel præstationem alicuius subsidij,seu decimæ minime teneantur,& ad id compelli, aut quod interdici,suspendi,vel excommunicari, seu propterea grauari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem,& quibuslibet alijs priuilegijs,indulgentijs, & literis apostolicis generalibus.vel specialibus quorumcunque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa , vel totaliter nõ inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri,& de quibus quorumq; totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quoad præmissa volumus nullatenus suffragari. Vt autem præsentes ad communem omnium notitiam deducantur , eas in valuis Basilicarum principis apostolorum, & S. Io. Lateranen.de Vrbe affigi seu appendi faciemus , quæ se suo quasi sonoro præconio publicabunt , vt ij quos præmissa contingunt , quod ad ipsos non peruenerint , aut ea ignorauerint,nullam possint excusationem prætendere,seu ignorantiam allegare,cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum, quod tã patenter omnibus extiterit publicatum. Cæterum quia difficile foret præsentes ad singula loca,in quibus expediens fuerit deferre.Volumus,& auctoritate apostolica prædicta decernimus, quod earundẽ præsentium transumptis manu alicuius ex Cameræ Apost.notarijs subscriptis, & sigillo Camerarij nostri munitis, ea prorsus fides in iudicio . & extra in omnibus & per omnia adhibeatur , quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ impositionis declarationis,factionis,deputationis commissionis,mandati,derogationis,voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, sexto Idus Martij, pontificatus nostri anno decimo.

Publ. istius cõst. non inueni.

N. Casulanus.

Io. B. de Berardis.

Michelangelus.

XXXVIII.

Exemptos & Priuilegiatos quoscunque ad contributionem Triennalis subsidij ducentorum millium scutorum obligatos esse declarat.

Exemptiones etiam reuocauit Paul.4. infra in eius const.44. Cupientes,& Pius V.const.9. Et si ea.

Mendicantes autem Fratres & Moniales exemptas esse decreuit Pius Papa 4. infra const.x.De statu,& Pius V.const. 14. Dum ad Vberes,& 45. Romanus.

Militibus etiam sancti Ioannis Hierosolymitani exemptionem concessit Paul.5. constit.55. Nouit, & Pius V.const.76.Et si cuncta,& ibi notabo. Sed vide quæ notabo in dicta const.76.

Milites sancti Lazari habent exemptionem , vt infra in Pij v. const. 129. Iniunctum.

Aliorum exemptiones (præterquàm ex causa vere onerosa concessis) reuocauit Pius V. infra in eius const.9. Et si ea.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

EX debito Pastoralis officij,ad ea,vt debemus libenter intẽdimus,per quæ prouide ordinata seruentur,& vt plenum sortiantur effectum, opem, & operam impendimus efficaces. Dudum si quidem pro nostris,& Apostol. sedis necessitatibus,ac subditis nostris ab extorsionibus, & alijs grauaminibus, quæ per Commissarios Collectores onerum pro tempore impositorum , eis passim inferebantur , opportune subleuandis , Subsidium Trecentorum millium scutorum auri in auro , annuatim nobis , & Cameræ Apostolicæ (triennio tantum durante) per subditos ipsos persoluendorum , imposuimus , & interim ab exactione augmenti pretij Salis , ac quorumcumque aliorum onerum extraordinariorum abstinere decreuimus. Et vt

Imposuit Pont. subsidium trecentorum millium ducatorum sed literæ illius Impositionis non inueniuntur.

facilius

facilius subditi ipsi subsidium huiusmodi præstare possent, per alias nostras in forma breuis literas voluimus, & ordinauimus, quod omnes & singuli exempti, & priuilegiati seculares, vtcunque qualificati, ad contributionem subsidij huiusmodi omnino tenerentur, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem postmodum, sicut accepimus, nonnulli ea priuilegiatis, & exemptis præfatis, solutionem subsidij huiusmodi fugere volentes, causam & causas in Auditorio Rotæ, ac S. R. E. Cardinalibus, & forsan alijs iudicibus & personis in Romana Curia, & extra eam certis sub prætextibus commutti obtinuerint, & hoc modo subditos alios, deuote, & faciliter soluentes, contra mentem nostram litibus inuoluant, illosq; gratia per nos eis concessa, quod exempti in præstatione subsidij huiusmodi, pro communibus necessitatibus, vt nos, & nostros subditos præfatos a catholicæ fidei hostibus, quos ita propinquos habemus defendere possimus, impositi, contra publicam vtilitatem retardatur, ac volentes, vt par est, in præmissis opportune prouidere, Motu proprio, & ex certa scientia, apostolica auctoritate tenore præsentium, quascunque causas desuper pendentes ad nos aduocamus, & lites penitus extinguimus, quo ad ea, quæ contributionem subsidij huiusmodi tangunt duntaxat. Ac volumus, quod omnes, & singuli exempti, & quantumcunque priuilegiati seculares, etiam si Curiales ciuitatis nostræ Maceraten. existant, & regimini ciuitatum præsint, ac almæ Vrbis, & quorumcunque aliarum Ciuitatum, oppidorum, & locorum ciues, vel quicunq; nobiles barones feudatarij, aut alias etiam priuilegio iuris in corpore clauso, exempti, & capitulum collegium, vel vniuersitas, aut communitas sint, contributionem subsidij huiusmodi simpliciter, & omnino, Clerici vero pro bonis ad eos ex parentum & propinquorum, vel aliorum successione delatis, vel per eos acquisitis, ac clerici ipsi, & religiosi pro fructibus, & bonis mobilibus seque monētibus Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum quorumcunque [secularium], vel regularium, etiam si Archiepiscopali, Episcopali, aut alia maiori dignitate præfulgeant, in Gabellis adiuuandum, & facilitandum solutionem subsidij huiusmodi pro aliqua honesta parte dicti subsidij vniuersaliter impositis, vel imponi, aut augere permissis (dicto triennio durante) contribuere teneatur, & ad id cogi & compelli iuris, & facti remedijs necessarijs, & opportunis, possint, & debeant, quibusuis exemptorum clericorum, & religiosorum huiusmodi, priuilegijs, exemptionibus, concessionibus, fauoribus, declarationibus, sententijs gratijs, & indultis alias in suo robore permansuris. Decernentes sic & non aliter per quoscũque, etiam dictæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, & Rotæ Auditores, tam ordinaria quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari & diffiniri debere. Nos enim status huiusmodi, & quarumcunque aliarum, etiam ante impositionem huiusmodi subsidij quomodolibet introductarum litium, & causarum, ac priuilegiorum, indultorum, literarum, & scripturarum quarumcunque, occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores, causas, & effectus, nomina, & cognomina iudicum, & collitigantiũ aliaq; etiam si maiora sint expressis, de necessitate exprimenda, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, irritum & inane decernimus quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attentari. Quocirca dilecto filio Guidoni Ascanio Sfortiæ sancti Eustachij Diacono Cardinali de sancta Flora S. R. E. Camerario, (quem vltra sui Camerariatus officij facultatem super præmissis executorem generalem cum plena & libera auctoritate & potestate quoscunque citandi, ac illis, quotiens opus fuerit, etiam sub censuris & pœnis, etiam pecuniarijs, arbitrio suo infligendis, & applicandis, inhibendi, ac quæcũque dubia & difficultates circa præmissa, vel eorum aliquod ac illa, vel subsidium huiusmodi concernentia, & vltra præsentium, & aliarum literarum nostrarum prædictarum tenores tollendi, & remouendi & inuiolabiliter obseruari faciendi, facimus, creamus constituimus, ac deputamus) tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus præsentes literas, & alias prædictas, & in eis contenta quæcunque solemniter publicando faciat illa plenum effectum sortiri, & inuiolabiliter obseruari, nec permittat quemquam contra illarum tenores, vel mentem nostram præfatam quomodolibet perturbari impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per prædicta, & alia, de quibus ei videbitur, iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstant. præmissis, & apostolicis, ac prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, & ordinationibus, statutis & consuetudinibus, & nouis reformationibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis & literis apost. etiam per vlam legis & statuti perpetui, ac initi, & stipulati contractus, editis, concessis, confirmatis, & innouatis contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab apost. sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apost. non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ aduocationis, extinctionis, voluntatis, decreti, factionis, creationis, constitutionis, deputationis, commissionis, & mandati, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus nostri anno decimo.

Decreuit ergo alias sine literas quo hic cõfirmat, quod q. exempti tenerentur ad soluend. subsidij.

Nonnulli tamen lites desuper introduxerunt, quas Pontifex extinguit.

Decernitq; quoscunq; exẽptos ad subsidij contributionem teneri vt hic.

Quod ampliat & declarat Pius V. infra const. 9. in fin.

Decreti irritãs.

Cardinalem de sancta Flora Camerarium, executorem huius const. deputat cum facultate dubia quæq; in præmissis tollendi &c.

Clausulæ derogatoriæ.

Io. B. de Bernardis.

XXXIX.

Egidianas Constitutiones à Rodulpho Cardinali de Carpo reformatas, confirmat, & in Prouincia Marchiæ obseruari mandat.

De Materia vide supra fol. 380. const. 17. Officij, vbi notaui.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito pastoralis officij, meritis licet imparibus, nostris humeris impositi, ad ea etiam nos conuenit nostræ vigilantiæ curas adhibere, per quæ vniuersi populi, nostræ potissimum sollicitudini, etiam in temporalibus crediti, salubriter, & prospere dirigantur, & per quæ confusionibus extirpatis, ius æqua lance ministretur, & propterea nonnunquam his, quæ ad hoc prouide gesta comperimus, vt firma, &

illibata persistant, nostræ confirmationis munimen libenter adijcimus, prout temporum, & prouinciarum qualitatibus conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque (sicut accepimus) nuper cum constitutiones per bo. me. Egidium tunc tituli Sancti Clementis olim presbyterum Cardinalem, tunc in humanis agentem, & in certis ciuitatibus, & prouincijs S. R. E. subditis apostolicæ sedis de latere Legatum, & Vicarium generalem, salubrem directionem ciuitatum, & prouinciarum earundem concernentes: Necnon reliquæ leges, sanctiones, & ordinationes per diuersos alios ipsarum prouinciarum pro Romana Ecclesia prædicta Vicarios & Gubernatores editæ, & per eundem Egidium Cardinalem suis adiunctæ, & in sex libros redactæ, & partitæ, ob diuersarum aliarum sanctionum & decretorum per varios Gubernatores apostolicos, ac etiam per literas nonnullorum Romanorum Pōtificum nostrorum prædecessorum pro rerum & temporum qualitatibus, præsertim ad vsum prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ, postmodum editorum, & prædictis Egidianis adiunctorum, seu alligatorum dubia, repugnantias, absurditates, & confusiones in iudicijs, & negotijs inter dilectos filios dictæ prouinciæ homines in varios sensus interpretarentur, & minus clare intelligerentur, ex quo homines prouinciæ huiusmodi multiplicum litium inuolucris, dispendijs, & incommodis afficiebantur. & inuoluebantur: Dilectus filius noster Rodulphus tituli sancti Clementis, tunc sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis de Carpo nuncupatus, cupiens prouinciæ, & hominum prædictorum subleuamini prouidere, & litibus, ac differentijs pro posse iter præcludere, de mandato nostro etiam tunc dictæ prouinciæ agentibus id sæpius a nobis efflagitantibus, singularum etiam additarum constitutionum, ac extrauagantium prædictarum repurgationis, & repartitionis cognitione nonnullis curiæ generalis eiusdem prouinciæ peritis demandata illas repurgare, corrigere, & elucidiores, ac faciliores reddere, in librosque sua ordinatim redigere, & collocare, nonnullis suis opportune interpositis decretis optime curauerit: Nos laudabilem dicti Rodulphi Cardinalis operam in Domino plurimum cōmendantes, cupientesque prout nostro incumbit pastorali officio prouidere. quod constitutiones sic reformatæ & in faciliorem sensum redactæ, tanquam vtiles & necessariæ omnino adimpleantur, & in viridem transeant obseruantiam, easdem Egidianas cōstitutiones per præfatum Rodulphum Cardinalem, siue eius agentes, & ad id deputatos purgatas, emendatas, elucidatas, mutatas, alteratas, additas, & in dictos sex libros redactas, suisque locis, & ordinibus collocatas, omniaque, & singula alia in ipsis sex libris contenta, quæ præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, ac inde secuta quæcunque tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac rata, & grata habemus, præsentisque scripti patrocinio consolidamus Illaque omnia & singula in quibusuis causis etiam specialis commissionis vigore commissis, ac tribunalibus & iudicijs per quoscunque iudices, & personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, excellentiæ, & præeminentiæ existentibus, perpetuis futuris temporibus in eadem prouincia obseruari debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane fore decernimus, supplentes omnes. & singulos iuris, & facti defectus qui si forsan interuenerint in eisdem. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon dictæ prouinciæ statutis, & consuetudinibus, reformationibus, & capitulis etiam, vt præfertur, roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Perusiæ sub annulo piscatoris, die decima Septembris, Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, Pontificatus nostri anno decimo.

Egid. Constitutiones ob tantionem expressas, in varios sensus interpretabantur in prouincia Marchiæ.

Ideo Cardin. de Carpo illas reformauit.

Et Pont. illas confirmat.

Aliam confirmationem hab. su. fol. 38. const. 17. vbi not.

Et illas in dicta prouincia Marchiæ in quibuscunque causis seruari præcipit.

Decretū irritans

Clausula derogatoria.

Fab. Episcopus Spol.

XXXX.

Tridentini sacri œcumenici Concilij Indictio, Suspensio, Translatio, & Prosecutio.

Concilium Tridentinum fuit translatum ad Ciuitatem Bononiæ, vt hic in fine. Et per Iulium 3. ad Ciuitatem Tridentinam reuocatum, vt in eius const. 13. Cum ad tollendam, Et ibi per Pium 4. prosecutum, vt in eius const. 26. Ad Ecclesiæ, & per eundem clausum & confirmatum, vt in eius const. 96. Benedictus.

De Materia Concilij Tridentini ponam concord. infra in dicta Pij 4. const. 96. Benedictus Deus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

INITIO nostri huius Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem Dei omnipotentis prouidentia nobis commisit: cernentes iam tum in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum fere omnium nostra pastoralis solicitudo, & vigilia esset vocata, cupiebamus quidem mederi christianæ reipublicæ malis, quibus illa iamdudum vexata, & propemodum oppressa est. Sed ipsi etiam, vt homines circundati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam, & conseruandam a plurimis impendentibus periculis rempublicam, omnia inuenimus odijs, & dissentionibus plena. dissentientibus præsertim principibus ijs inter se, quibus summa rerum pene omnis a Deo permissa sit. Cum vnum ouile, & vnum pastorem dominici esse gregis ad integritatem christianæ religionis, & ad cælestium bonorum spem in nobis confirmandam necessarium duceremus, schismatis dissidijs, hæresibus erat christiani nominis diuulsa iam pene, & lacerata vnitas. Cum tutam, atque munitam ab infidelium armis, atque insidijs rempublicam optaremus, nostris erratis, nostraque cunctorum culpa, Dei videlicet ira, peccatis nostris imminente Rhodus fuerat amissa, Vngaria vexata, conceptum, & mediatum contra Italiam, contraque Austriam, & Illyricum, terra marique bellum, cum impius, & immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret, nostrorumque inter se odia, & dissensiones suam bene gerendæ rei occasionem duceret. Igitur (vt dicebamus) in tanta hæresum dissensionum, bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus, cum essemus ad moderandam, & gubernandam Petri nauiculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus, primū coniecimus in Domino cogitatus nostros, vt ipse nos nutriret, animumque

Exclamat Pont. iste quod tempore sui Pontif. Ecclesia Dei, Hæresū & bellorum tempestate vexetur, & principes Christiani inter se dissidrant.

De hoc habes su. fo. 117. in Clem. 7. cōst. 18. Si pro pauperum.

animumque nostrum firmitate,& robore,mentem consilio,sapientiaque instrueret. Deinde animo repetentes maiores nostros sapientia admirabili,& sanctitate praeditos saepe in summis christianae reipublicae periculis remedium optimum, atque opportunissimum oecumenica Concilia , & Episcoporum generales conuentus adhibuisse:ipsi quoque animum ad generale habendum Concilium adiecimus : exquisitisque Principum sententijs, quorum nobis videbatur vtilis in primis,& opportuna ad hanc rem esse consensio,cum eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere inuenissemus,oecumenicum Concilium,& genera omnium Episcoporum, aliorumque patrum,ad quos pertineret,conuentum in ciuitate Mantuae indiximus , anno incarnationis Domini (sicut literis, & monumentis nostris testatum est) millesimo quingentesimo trigesimo , Pontificatus nostri tertio decimo Cal. Iunij inchoandum. spem prope certam habentes fore , vt cum illic in nomine domini essemus congregati, ipse sicut promisit Dominus,in medio nostrum affuturus,& bonitate,ac misericordia sua omnes temporum procellas,omniaque pericula spiritu oris sui facile depulsurus esset. Sed vt semper insidiatur pijs actionibus humani generis hostis,primum contra omnem spem , & expectationem nostram denegata fuit nobis Mantuana ciuitas,nisi aliquas conditiones subiremus ab institutis maiorum nostrorum,& conditione temporum nostraque,ac huius sanctae sedis,ac nominis ecclesiastici dignitate,libertateque prorsus alienas,quas in alijs nostris literis expressimus. Quapropter alium inuenire locum,aliamque deligere ciuitatem necesse habuimus quae cum nô statim nobis occurreret idonea, & apta,ad sequentes calendas Nouembris prorogare Concilij celebrationem fuimus coacti. Interim saeuus, & perpetuus hostis noster Turca ingenti classe Italiam adortus , aliquot oppida in littoribus Apuliae cepit,vastauit,diripuit,praedas hominum adegit. Nos in maximo timore , & periculo omniû muniendis littoribus nostris,finitimisque auxilio iuuandi sumus occupati. Nec tamen interea destitimus consulere,& hortati christianos Principes,vt de idoneo ad habendum Concilium loco,quid sentirent , nobis exponerent:quorum cum essent incertae, varieque sententiae,tempusque diutius,quam erat opus , videretur extrahi, nos optimo animo,atque,vt arbitramur, etiam consilio,Vicentiam elegimus , Vrbem copiosam , & Venetorum qui eam nobis concedebant,virtute,auctoritate,potentia,cum aditum patentem , tum stationem omnibus liberam,atque tutam in primis in se habentem. Sed cum iam tempus longius progressum esset , nouaeque Vrbis electionem omnibus significari conueniret , iamque calendae Nouembris appetentes facultatem huius diuulgationis excluderent , hyemisque esset propinqua:rursus altera prorogatione tempus Concilij differre in proximum sequens ver,Maijque futuras calendas compulsi sumus. Quare firmiter constituta , atque decreta , cum & nos ipsos,& caetera omnia ad eum bene agendum Deo iuuante,celebrandumque conuentum pararemus, plurimum reputantes interesse cum celebrationis Concilij tum vniuersae christianae reipublicae Christianos Principes pace, inter se,& concordia consentire,Charissimos in Christo filios nostros Carolum Romanorum Imperatorû semper Augustum,& christianissimum Regem Franciscum duo praecipua christiani nominis firmamenta,atque subsidia orare,atque obsecrare institimus,vt ad colloquium inter se, & nobiscum vna conuenirent , quorum quidê apud vtrumque literis , Nuncijs , & a latere nostro missis ex venerabilium fratrum nostrorum numero Legatis saepissime egeramus,vt ex simultate,& dissidijs ambo in vnum foedus,& piam amicitiam vellent conuenire,labentibusque succurrere christianis rebus, quarum seruandarum cum esset illis potestas a Deo praecipue tributa, si id non agerent, & ad commune christianorum bonum sua côsilia non dirigerent,acris, & seuera ratio eidem Deo ab ipsis reddenda esset. Qui aliquando precibus nostris annuentes,Nicaeam se contulere, quo nos quoque longum iter,& senili aetati nostrae vehementer contrarium Dei,& pacis conciliandae causa suscepimus. Neque praetermisimus interea cum tempus Concilij praestitutum,calendae videlicet Maiae appropinquarent, tres legatos summae virtutis, & auctoritatis a latere nostro de numero eorundem venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Vicentiam mittere,qui initium concilij facerent,Praelatosque vndique venientes exciperent,& ea,quae iudicarent esse opus,agerent,& tractarent , quoad nos ab itinere, & negotio pacis reuersi omnia accuratius dirigere possemus. Interim vero in illud sanctum opus , maximeque necessarium, tractationem videlicet pacis inter Principes incubuimus,& quidem omni animi studio,omni pietate,ac diligêtia. Testis est nobis Deus,cuius freti clementia nosmetipsos itineris, & vitae periculo exposuimus. Nostra testis conscientia,quae nihil habet re quidem in quo nos arguat, aut praetermissae , aut non quaesitae ad pacificandû occasionis: Principes ipsi testes, quos iam saepe, tamque vehementer nuncijs,literis,legatis , monitis,hortatu, precibusque omnibus obsecraueramus,vt simultates deponerent,vt societatem coirent, vt christianae reipublicae in maximum, & propinquum iam adductae discrimen communibus studijs , & subsidijs opitularentur . Iam vero testes illae vigiliae,atque curae,illi diurni , nocturnique animi nostri labores , graues sollicitudines, quas ob hanc rem,& causam plurimas iam suscepimus:nec tamen ad optatum exitum nostra côsilia , & acta adhuc perducta sunt . Ita enim visum domino Deo est,quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benignius respecturum:ipsi quidem, quantum in nobis fuit,nihil quod esset nostro pastorali officio debitum, in hac re omisimus. Quod si qui sunt,qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem,dolemus quidem , sed tamen in dolore nostro gratias Deo omnipotenti agimus,qui ad exemplum,& doctrinam patientiae nostrae suos voluit Apostolos haberi dignos,qui pro nomine IESV,qui pax nostra est,contumeliam paterentur. Verum in illo côgressu,colloquioque nostro, quod Nicaeae habitum est , & si peccatis nostris impedientibus inter duos Principes vera,& perpetua pax non potuit confici,induciae tamen decennales factae sunt, quarum opportunitate nos sperantes & sacrum Concilium commodius celebratum iri , & deinde ex Concilij auctoritate perfici posse pacem apud Principes,institimus vt & ipsi venirent ad Concilium,& Praelatos suos praesentes ducerent , absentesque accerserent. Qui cum de vtroque se excusassent,quod & ipsis redire in regna sua tum necesse esset,& Praelatos quos secum habuissent,itinere,atque impendijs fessos,atque exhaustos recreari,& refici oporteret, nos hortati sunt vt aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilij decerneremus . Qua in re concedenda cum essemus aliquantum difficiles,literas interim a legatis nostris,qui Vicentiae erant accepimus,transacto iam , & longius praeterito Concilij ineundi die, vnum vix , aut alterum ex externis nationibus Praelatum Vicentiam se contulisse. Quo nuncio accepto cum videremus eo tempore nulla iam ratione haberi Concilium posse , ipsis Principibus concessimus,vt differretur tempus agendi Concilij,vsque ad sanctum Pascha, diemque festum futurae dominicae resurrectionis. Cuius nostri praecepti,expectationisque decretae literae Genuae anno incarnationis Domini millesimo quingentesimo trigesimo octauo, quarto Cal.Iulij factae, publicataeque sunt:atque hanc dilationem eo propensius fecimus, quod pollicitus est nobis vterque Princeps legatos suos Romam ad nos se missurum,

Pontifex ideo vt tot malis mederi posset, Conciliû generale Mātuae celebrandû & 10. Cal. Iunij 1537. inchoandû indixit per alias eius literas quas hic non habes. Idem fecit Leo X. qui ex tribus vrgentissimis causis Conciliû Lateran. indixit vt habes supra fol. 229 confiteo. [illegible]

Concilij tamen celebrationem prorogauit ad cal. Nouēbris quia ciuitatē Mātuae habere non potuit.

Vicentiae Ciuitatem Dominij Venetorum, elegit, Conciliumque dilatu[m] ad cal. Maij.

Interim procurauit conciliare Carolum Imper. & Franciscû Regem Francorum & ideo ipse & illi Nicaeam se contulerunt.

Interea legatos Vicentiam misit, vt initium Concilij facerent.

Induciae itaque decennales initae sunt inter Imperatorem & Regê mediante Pontifice.

Quae tamen duraturunt seruata solum vsque ad annos 1541 vt inf.

Concilium Pontifex prorogat ad festum Paschae rationib. hic assignatis.

furum, vt ea, quæ ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Nicææ ob breuitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ commodius coram nobis agerentur, & tractarentur. Et ob hanc rationem etiam a nobis ambo petierunt, vt hæc pacificationis procuratio Concilij celebrationi præponeretur, cum ipsum Concilium pace facta, multo deinde vtilius, & salutarius Christianæ reipublicæ futurum esset. Semper enim hæc pacis spes nobis iniecta, Principum nos volũtatibus assentiri hortata est. Quam spẽ vehementer auxit post discessum a Nicæa nostrum ipsorum duorum Principum inter se beneuola, amicaque congressio, quæ maxima nostra cum lætitia a nobis intellecta, confirmauit nos in bona spe, vt tandem aliquãdo nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cum & expectaremus, & vrgeremus, nec solum duobus antedictis Principibus, verum etiam charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Regi Romanorum videretur actionem Concilij, nisi pace facta, suscipi non oportere, cunctique a nobis per literas, suosque Oratores contenderent, vt alias rursus temporis prorogationes faceremus, præcipue autem instaret Serenissimus Cæsar promisisse se demonstrans his, qui a catholica vnitate dissentiunt, se operam suam apud nos interpositurum, vt aliqua concordiæ ratio iniretur, quod ante suam in Germaniam profectionem apte non posset fieri. Nos eadem semper spe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cum præsertim cerneremus ne ad dictum quidem Resurrectionis festum aliquos alios Prælatos Vicentiam conuenisse, prorogationis nomen iam fugientes, quod tam sæpe frustra fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilij ad nostrum, & sedis apostolicæ beneplacitum suspendere maluimus: itaque fecimus, & de suspensione huiusmodi literas ad singulos supradictorum Principum decima die Iunij millesimo quingentesimo trigesimo nono dedimus, sicut ex illis perspicue potest intelligi. Ea itaque suspensione necessario per nos facta, dum tempus illud magis idoneum a nobis, pacisque aliqua conclusio expectatur, quæ & dignitatem postea, frequentiamque Concilio, & christianæ reipublicæ præsentiorem salutem erat allatura, christianæ interea res in deterius quotidie prolapsæ sunt.

Deinde ex causis de quibus hic cõ... ad eius beneplacitũ suspendi per quasdam eius literas quas his non habes.

Vngaris Rege ipsorum mortuo Turcam vocantibus: Ferdinando Rege bellum in eos mouente: Belgis ad defectionem a Cæsare ea parte quadam incitatis, cuius defectionis comprimendæ causa per Galliam amicissime, & cum Rege Christianissimo concordissime magno beneuolæ inter eos volũtatis indicio transiens in Belgas Serenissimus Cæsar, & illinc deinde in Germaniam profectus conuentus Germaniæ Principum, & Ciuitatum tractandæ eius, quam dixerat, concordiæ causa habere cœpit. Sed cum spe pacis iam deficiente, ille quoque modus curandæ in conuentibus, tractandæque concordiæ ad maiores potius discordias concitandas aptus esse videretur, inducti fuimus ad pristinum Concilij generalis remedium, idque per legatos nostros S.R.E. Cardinales ipsi Cæsari obtulimus. Quod etiam postremo, & præcipue in Ratisponensi conuentu egimus, cum illic Dilectus filius noster Gaspar tituli Sanctæ Praxedis Cardinalis Contarenus summa doctrina, & integritate Legatum nostrum ageret. Nam cum id, quod ne accideret antea veriti eramus, ex eius conuentus sententia peteretur a nobis, vt ab Ecclesia dissentientium quosdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicum Concilium illi excuterentur, & deciderentur, idque nobis vt concederemus, neque Christiana, & Catholica veritas, neque nostra, & sedis Apostolicæ dignitas permitteret, palam potius Concilium, vt quamprimum fieret proponi mandauimus. Neque vero in alia vnquam sententia, & voluntate fuimus, quam vt primo quoque tempore Concilium œcumenicum, & generale congregaretur. Sperabamus enim ex eo, & pacem populo Christiano, & Christianæ Religionis integritatem posse recuperari: verumtamen id cum bona gratia, & voluntate christianorum Principum habere volebamus. Quam voluntatem dum expectamus, dum obseruamus (tempus absconditum, tempus beneplaciti tui o Deus) aliquando tandem decernere compulsi sumus omne esse tempus beneplacitum Deo, cum de rebus sanctis, & ad christianam pietatem pertinẽtibus cõsilia ineuntur. Quapropter videntes, maximo quidem animi nostri cum dolore, rem christianam quotidie in peius ruere, Vngaria a Turcis oppressa, Germanis periclitantibus, cæteris omnibus metu, mœroreque afflictis, nullius iam Principis consensum expectare, sed tantum Dei omnipotentis voluntatem, & christianæ reipublicæ vtilitatem attendere constituimus. Itaque cum Vicentiam amplius non haberemus, cuperemusque cum vniuersæ christianorum saluti, tum Germanicæ nationis incommodis in eligendo per nos nouo Concilij habendi loco consulere, aliquotque locis propositis ipsam Tridentinam ciuitatem ab ipsis desiderari videremus, nos etsi in citeriore Italia commodius omnia tractari posse iudicabamus, ad eorum tamen postulationes nostram voluntatem, paterna charitate deflexımus. Itaque Tridentum ciuitatem elegimus, qua in ciuitate œcumenicum Concilium ad proxime Calendas Nouembris haberetur, idoneum locum illum statuentes, quo ex Germania quidem, alijsq; Germaniæ finitimis nationibus facillime ex Gallia, Hispania, cæterisque prouincijs remotioribus non difficiliter Episcopi, & Prælati conuenire possent. Dies autem Concilij ea a nobis spectata est, quæ spatium in se haberet & publicandi per christianas nationes nostri huius decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quo minus autem annuum tempus præfiniremus mutando Concilij loco, sicut quibusdam constitutionibus alias præscriptum est, ea res fuit in causa, quod longius extrahi spem sanandæ aliqua in parte christianæ reipublicæ, quæ tot detrimentis, & calamitatibus affecta est, noluimus. Et tamen videmus tempora agnoscimus difficultates, quid sperari possit ex consilijs nostris incertum esse intelligimus. Sed quia scriptum est Reuela Domino vitam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: magis Dei clementiæ, & misericordiæ confidere, quã nostræ imbecillitati diffidere constituimus. Sæpe enim fit in bonis operibus incipiendis, vt quod humana consilia non valent, diuina virtus efficiat. Huius igitur ipsius Dei omnipotentis patris, & filij, & spiritus sancti, ac beatorum eius Apostolorum Petri & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur freti, atque subnixi, de Ven. item fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, sublata amotaque suspensione, de qua supra commemoratum est, quam per præsentes tollimus, & amouemus, sacrum œcumenicũ, & generale Concilium in ciuitate Tridentina loco commodo, & libero, omnibusque nationibus opportuno ad Calendas proximas Nouembris anni præsentis ab Incarnatione Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo incipiendum, prosequendum, & eodem Domino adiuuante, ad ipsius gloriam, atque laudem, & christiani totius populi salutem absoluendum, perficiendumque indicimus, annunciamus, conuocamus, statuimus, atque decernimus. Omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopus, Episcopos, & dilectos filios Abbates, quam alios quoscunque, quibus iure, aut priuilegio in Concilijs generalibus residendi, & sententias in eo dicendi permissa potestas est, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilominus eis in vi iurisiurandi, quod nobis, & huic sanctæ sedi præstiterunt, ac sanctæ virtute obedientiæ, alijsque sub pœnis iure,

Cum autem res Catholicæ reipublicæ quotidie in peius ruerent, pro laborẽtur, Conciliũ in Tridentina Ciuitate celebrãdum fore decreuit.

Indictio sacri cõcilij Tridentini ad cal. Nouemb. 1542.

Monitio & præceptum vt Prælati accedant ad Concilium.

nis iure, aut consuetudine in celebrationibus Conciliorum aduersus non accedentes ferri, & proponi solitis, mandantes, arcteque præcipientes, vt ipsimet (nisi forte iusto detineantur impedimento, de quo tamen fidem facere cōpellantur) aut certe per suos legitimos Procuratores, & Nuncios sacro huic Concilio omnino adesse, & interesse debeant. Supra autem dictos Imperatorem, Regemque christianissimum, necnon cæteros Reges, Duces, Principes, quorum præsentia, si alias vnquam, hoc quidem tempore maxime, sanctissimæ Christi fidei, & christianorum omnium saluti futura est salutaris, rogantes, atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius fidei veritas, & religio & intus, & extra grauiter iam oppugnatur, vt si saluam volunt christianam esse rempublicam, si se Domino obstrictos, & obligatos pro maximis illius erga se beneficijs intelligunt, ne deserant ipsius Dei causam, & negotium: ipsimet ad sacri Concilij celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas, atque virtus communi vtilitati, salutique suæ, ac cæterorum, & temporali, & æternæ plurimum est profutura. Sin autem (id quod nollemus) accedere ipsi non poterunt, at graues saltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui personam Principis sui quisque, & cum prudentia, & cum dignitate possint in Concilio referre. In primis vero vt id curent, quod ipsis facillimum est, vt ex suis cuiusque Regnis, ac Prouincijs Episcopi, & Prælati sine tergiuersatione, & mora ad concilium proficiscantur. Quod maxime quidem a Prælatis, Principibusque Germaniæ Deum ipsum atque nos impetrare æquum est, vt cum eorum præcipue causa, ipsisque cupientibus Concilium indictum sit, & in ea ciuitate indictum, quæ ab eis est desiderata non grauentur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare, & ornare. Quo melius, atque commodius, quæ ad integritatem, & veritatem christianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quæ ad christianorum inter se tam Principum, quam populorum pacem, vnitatem, concordiamque pertineant, & quæ ad repellendos impetus barbarorum, & infidelium, quibus illi vniuersam christianitatem obruere moliuntur, sint necessaria, Deo nostris consultationibus præeunte, & lumen sapientiæ suæ, ac veritatis mentibus nostris præferente, agi indicto sacro œcumenico Concilio, & conspirante omnium charitate consuli, tractari, confici, ad optatosque exitus deduci quamprimum, & quam optime possint. Atque vt nostræ hæ literæ, & quæ in eis continentur ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perueniant, neue quis illorum ignorantiæ excusationem prætendat, cum præsertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus, volumus, & mandamus, vt in basilica vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi cum ibi multitudo populi ad audiendam rem diuinam congregari solita est palam clara voce per curiæ nostræ cursores, aut notarios aliquos publicos legantur, lectæque in valuis dictarum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ apostolicæ portis, & Campi Floræ solito loco affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu expositæ pendeant. Cumque inde amouebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque huiusmodi, omnes, & quoscunque, quos antedictæ nostræ literæ comprehendunt, post spatium duorum mensium a die literarum publicationis, & affixionis ita volumus obligatos esse, atque astrictos, ac si ipsismet illæ coram lectæ, & intimatæ essent, transumptis quidem earum, quæ manu publici notarij scripta, aut subscripta & sigillo personæ alicuius ecclesiasticæ in dignitate constitutæ munita fuerint, vt fides certa, & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, annunciationis, conuocationis, statuti, decreti, mandati, præcepti, & obsecrationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, vndecimo Calendas Iunij, anno octauo. Blosius. Hier. Dand.

Hortatio vt Imperator Reges & Principes intersint Concilio per per se ipsos, aut legatos.

Forma publicationis constitutionis, quæ publicata fuit vt habetur in seq.

Const. ista ligat post duos mēses a die public.

Concilij Tridentini suspensio.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Et si cunctis quidem in rebus conficiendis si illæ statuto tempore terminari nequeunt, temporis opportunitatem attendere expedit, id tamen in grauioribus reipublicæ christianæ causis, & negotijs, & per Romanos Pontifices cum ad eum ipsorum negotiorum explicatio pertinet, maxime conuenit obseruari, vt per opportunitatem ipsam eadem negotia prosperum valeant habere successum. Quàm enixe nos semper œcumenici & generalis Concilij celebrationem concupiuerimus, & quo propterea studio & animi sollicitudine huic rei, ac inter christianos principes paci & concordiæ incubuerimus, tot labores per nos (præsertim cum ea de causa Niceam nos contulimus) suscepti, tot Nuncij & Legati ad eosdem Principes propterea a nobis missi, tot super ea re a nobis ad illos datæ literæ, totiens per nos denique in dictum Concilium huiusmodi, totque prælatis, & alijs, qui ad illud venire tenentur, vt omnino accederent, transmissa mandata & hortationes, reddunt testimonium veritatis. Concilium enim ipsum Mātuæ primo, deinde Vicentiæ ad quam propterea tres a latere nostro ex venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium numero legatos misimus, & nouissime Tridenti per nostras literas sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum vndecimo Kal. Iunij anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, in quibus ne idem reputamus, cur in Mantuan. & Vicentin. Ciuitatibus prædictis Conciliū huiusmodi celebrari nulla ratione valuerit, explicauimus, ad Kalendas Nouembris, quæ proxime præterierunt incipien. & prosequen. & Domino adiuuante ad ipsius gloriam, & laudem, ac christiani totius populi salutem absoluen. indiximus, annunciauimus, & cōuocauimus omnes ex omnibus locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, quam dilectos filios Abbates, & alios quoscunque, quibus iure, aut priuilegio in Concilijs generalibus residendi & sententias in eo dicendi permissa potestas est, requirentes, hortantes, & admonentes, ac eis in vim iuramenti nobis, & sedi apostolicæ prædictæ & virtute sanctæ obedientiæ, ac sub certis tunc expressis pœnis, mandantes, vt ipsimet, nisi forte iusto detinerentur impedimento, aut per suos procuratores, & nuncios huic sacro Concilio omnino adesse, & interesse deberent, Necnō Charissimos in Christo filios nostros Carolum Imperatorem semper Augustum, & Franciscum Regem Christianissimum cæterosq; Reges, Duces, & Principes, christianos, ne Dei causam & negotium desererent, sed ipsimet ad sacri huiusmodi Concilij celebrationem venirent, & si venire non possent, saltem graues viros legatos, cum auctoritate, qui personam Principis sui & prudentia, & dignitate possent in Concilio referre, mitterent, curarentque, vt ex suis cuiusque regnis & prouincijs Episcopi, & Prælati sine tergiuersatione & mora ad Concilium proficiscerentur, rogauimus, & obsecrauimus, sperantes œcumenici Concilij celebrationem huiusmodi, ad quam pro agri Dominici purgatione, sæpe antea deuenire (vt præfertur) frustra conati eramus, eo saltem tempore Dei benignitate,

Concilij Tridentini celebratione Pont. iste, ex Ædeli. (?) & procurauit.

Et illud indixerat per suas literas quas habes hic supra.

Et Prælatos, ac Imperatorē, Reges, & Principes ad Cōcilium cōuocauerat vt ibidem.

ac clementia

Iterum Carolus Imper. & Franciscus Rex Francorum, recesserunt ab inducijs mediante isto Pon. inter eos initis vt supra patet, & ad arma, deuenerunt, ad quos Pont. mittit legatos pro eorū pace componenda.

Et alios Card. legatos, ad Ciuitatem Tridentinā misit.

ac clementia omnino successuram esse. Literisque nostris prædictis publicatis, cum postquam nuncios nostros speciales pro pace inter dictos Principes tractanda destinaueramus, odia & simultates inter eosdem Principes augeri, & iam cum ab vnoquoque eorum per alterum ab inducijs nostro interuentu Niceæ inter eos factis discessum esse prætenderetur, arma tractari & bellum moueri cerneremus, duos summæ auctoritatis viros inter cætera animi ornamenta pacis studiosissimos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales a latere legatos ad eosdem Carolum Imperatorem, & Franciscum Regem misimus. Qui ipsis nostro nomine in quæ pericula ex eorum dissensionibus vniuersa respublica christiana breui esset ventura, exponerent, eosque per viscera Domini nostri Iesu Christi ad pacem inter se mutuo complectendam, & rempublicam christianam a tot, tantisque imminentibus periculis liberandam quam maxime possent hortarentur. Ac apparente iam die, pro qua (vt præfertur) Concilium indixeramus, quum in eodem proposito, & desiderio illud omnino celebrandi persisteremus, dilectos filios nostros Petrum Paulum sanctæ Balbinæ Parisium, & Ioannem sancti Vitalis Moronum, titulorum presbyteros, ac Reginaldum sanctæ Mariæ in Cosmedin, tunc sanctorum Nerei, & Archilei Diaconum, Polum, nuncupatos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nostros & dictæ sedis Legatos de latere summæ virtutis, doctrinæ, & auctoritatis viros ad ipsam Ciuitatem Tridentinam, vt Episcopos, Prælatos, & alios ad Concilium venientes exciperent, atque ea quæ ad Concilij celebrationem huiusmodi necessaria essent, seu opportuna facerent, destinauimus. Necnon quamplures ex eisdem Prælatis, singulis ad illos nostris datis literis admonuimus, vt frequentes Concilio huiusmodi interesse vellent. Demum cum spe pacis per dictos Legatos nostros inter eos componenda ex ijs quæ ab eisdem Legatis acceperamus, fere destitueremus, ne quod reliquum erat in facultate nostra omitteremus, præfatos Carolum Imperatorem, & Franciscum Regem diuersis nostris ad eos datis literis hortati sumus, vt pro concilianda inter eos aliqua concordia nobiscum in aliquo commodo loco ad quem ætati nostræ non parcentes, nos profecturos esse pollicebamur, conuenirent, vtque desiderium nostrum pacis colloquij, & Cōcilij celebrationis huiusmodi re ipsa comprobaremus, e nostra propria sede profecti Bononiam venimus,

Pontifex etiam Bononiam se cōtulit vt ibidem conuenirent cū Imperator & Rex, qui tamē conuenire noluerūt ex causis hic expressis.

Postea cum Imperatore in oppido Busseti conuenit: pro pace inducenda inter illū & Regem, sed nihil proficere potuit.

vt moris (quod speramus per appropinquationem nostram) ipsorum principum animis, concordiæ, statui, celebrationique ipsius concilij securius, & feruentius instari: & fluctuanti reipublicæ christianæ aliquod salutare remedium afferri posset. Iterumque post aduentum nostrum huiusmodi Prælatos prædictos per diuersas alias nostras literas admonuimus, vt exemplo quam plurium Prælatorum qui ex Vrbe nostra ad locum concilij de mandato nostro se contulerant, ad illud accedere amplius non tardarent. Cum autem dicti Carolus Imperator, & Franciscus rex suorum Regnorum, & dominiorum tuitioni intenti, cum se propter vigentia inter ipsos bella vacare oportere asserebant, nobiscū cōuenire recusauerint: ac licet postmodum Petrus Paulus, & Ioānes, ac Reginaldus Cardinales, & Legati prædicti, pro prædicto Cōcilio ad ipsam Ciuitatē accesserint, ac inibi sex mēses & vltra, non sine aliqua dictæ sedis indignitate expectando permanserint, nihilominus præter eos, qui ex alma Vrbe (vt præfertur) venerant, admodum pauci Prælati inibi conuenerint, quinimmo sicut prouinciarum diuersitas affert, diuersimode se excusauerint, & alij bellorum motus alij, itinera non tuta, ac viarum pericula, alij diuersa alia impedimenta attulerint: Nos propterea prædictos Petrum Paulum, & Reginaldum Cardinales, & Legatos, vt ab eis, quo in statu res essent, & quid super celebratione concilij sperari posset, intelligeremus, accersiuimus. Cumque eundem Carolum Imperatorem Germaniam petere, & per Italiam iter facturum esse intelligeremus, Nos apud eundem Carolum Imperatorem, cum quo in oppido Busseti conuenimus, tam per nos ipsos, quam per venerabiles fratres nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales qui tunc nobiscum aderant, pro pace huiusmodi omni cura, & diligentia, quod etiam cum præfato Francisco rege non minori studio antea pluribus literis egeramus, institimus. Cum vero nihil hactenus proficere potuerimus, & a Petro Paulo, & Reginaldo Cardinalibus, & Legatis prædictis, ac ex præfati Ioannis Cardinalis, & Legati, necnon cæterorum Prælatorum in dicta ciuitate Tridentina existentium literis, quorum fere singulorum super ea re sententiam exquisiuimus, cognouerimus, & nos ipsi clare perspiciamus, vigentibus tot in locis inter eosdem Principes bellis, ac immanissimo Turcarum Tyranno cum validissimo exercitu Vngariæ regnum inuadendum, eiusque copiosa, & munitissima classe iam mare inferum ingressa, cuius conatibus quantum vires nostræ (licet impares) suppetēt, resistere (vt tenemur) intendimus, non posse ad præsens (Domino forsan ob peccata nostra sic permittente) nostram super huiusmodi concilio intentionem impleri. Quinimmo eandem actionem Concilij in aliud opportunius, & commodius tempus, quo dignitas & frequentia Concilio, & reipublicæ christianæ præsentior salus afferri possit, differendam esse, sperantes ex Dei bonitate, & misericordia post tenebras lucem, & aliquando tandem, quod breui futurum speramus, & optamus, Concilium ipsum celebrari posse.

Pontifex idē ex causis hic expressis Concilium Tridentinum suspēdit.

Reuocationē tamen istius suspēsionis habes hic in fine.

Volentes interim generalē christianorum defensionem a periculis propter infidelium mare & terram infestantium impetus imminentibus quantum in nobis erit procurare, & almæ Vrbi sedi nostræ, ac orbis capiti omniumque perfugio, quæ nobis ab ea diutius absentibus, ob ipsorum infidelium incursiones non leue periculum subire posset, nostra præsentia, quod necesse est, cæterisque præsidijs succurrere, ac conscientijs, & commoditatibus Prælatorum, qui ad ipsum Concilium venire tenentur, ne propter ipsius Concilij celebrationis incertitudinem, molestia aut incommodo afficiantur, paterna charitate consulere, habita super his cum eisdem fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus matura deliberatione, de eorum consilio & assensu celebrationem concilij huiusmodi vsque ad aliud opportunius, & commodius tempus per nos declarandum, apostolica auctoritate tenore præsentium suspendimus, & suspensum esse nunciamus, ac pœnas contra Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios in posterioribus literis indictionis concilij huiusmodi comprehensos inflictas, vsque ad tempus prædictū, quo concilium ipsum omnino prosequi intendimus, relaxamus: Necnon eosdem Petrum Paulum, & Reginaldū Cardinales, Legatos, ac Ioannem Cardinalem, & Legatum præfatum ab eodem Concilio ad nos, & sedem prædictam reuocamus, ac Prælatis in eadem ciuitate occasione Concilij huiusmodi existentibus inde vsque ad tēpus per nos declarandum prædictum, quo eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, ac alios in literis posterioris indictionis Concilij huiusmodi comprehensos sub periurij, ac alijs in eisdem literis contentis pœnis Concilio prædicto iuxta formam ipsarum literarum adesse, & interesse volumus, recedendi licentiam concedimus.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

Decernentes ex nunc irritum & inane, si secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nos enim vt hæ nostræ literæ, & in eis contenta quæcunque ad notitiam omnium, quorum interest, perueniant, sciantque cuncti, se ad tempus declarandum prædictum quo Cō-

cilium

cilium huiusmodi prosequi,& continuare,ac dante Domino perficere intendimus praesto esse debere, & ad id sub poenis praedictus teneri,nec aliquis illorum ignorantiae excusationem praetendere possit;Volumus,& mandamus, vt in basilica sancti Petri de Vrbe, cum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, palam clara voce per Curiae nostrae cursores,aut notarios aliquos publicos legantur,lectaeque in dictae basilicae, necnõ Cancellariae apostolicae valuis affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu capositae pendeant. Cumque inde amouebuntur,earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa:transumptis quoque earum quae manu publici notarij scripta,aut subscripta, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munita fuerint, vt fides certa,& indubitata habeatur, pariter mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suspensionis,nunciationis,relaxationis, reuocationis,concessionis,decreti,voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Bononiae anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quadragesimotertio,Pridie nonas Iulij,Pontificatus nostri anno nono. Io. B. de Bernardis.

Forma publicandi hanc consti.

Quam publ. habes hic.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimotertio,indictione prima,die vero Mercurij decimanona mẽsis Sept. Põt. sanctiss. in Christo patris,& D.N.D.Pauli diuina prouidentia Papae III.anno nono, retroscriptae literae apostolicae lectae,publicatae, & affixae fuerunt in basilica principis apostolorum de Vrbe dũ diuina celebrarentur,& populi multitudo ad diuina audien. conuenerit & valuis, seu portis Cancellariae apostolicae,dimissisq; eisdem retroscriptis literis in eisdem locis per multum temporis spatium affixis dimissisque copijs earundem retroscriptarum literarum in eisdem valuis similiter affixis per nos Io.Doliatoris, & Mathurinum Menardi praelibati S.D.N.Papae Cursores. Dominicus Vaquer magister Curs.

Facultates Legatorum, transferendi Concilium.

PAVLVS Episcopus,seruus seruorum Dei,venerabili fratri,Ioanni Mariae, Episcopo Praenestino, & dilectis filijs Marcello tit.S.Crucis in Ierusalem Presbytero,ac Reginaldo S.Mariae in Cosmedin Diacono,Cardinalibus nostris,& Apostolicae sedis Legatis de latere,salutem & Apostolicam benedictionem. Regimini vniuersalis ecclesiae,meritis licet imparibus dispo[n]ẽte Domino,praesidentes,nostri officij partes esse putamus,vt, si quid grauius causa Reipublicae Christianae constituendum sit, id non modo tempore opportuno, verum etiam loco commodo,& idoneo perficiatur. Cum itaque nos nuper,postquam suspensionem celebrationis sacri oecumenici,& vniuersalis concilij,alias per nos in ciuitate Tridentina ex causis tunc expressis, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & assensu indicti, ex certis alijs etiam tunc expressis causis, vsque ad aliud opportunius,& commodius tempus per nos declarandum,de simili consilio,& assensu factam,audita pace inter carissimos in Christo filios nostros,Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Franciscum Francorum Regem Christianissimum,conciliata,pari consilio,& assensu sustuleramus,& amoueramus,nequeuntes ipsi tunc legitime impediti,ad dictam ciuitatem personaliter accedere, & eidem concilio interesse,vos nostros,& Apostolicae sedis Legatos de latere, in eodem concilio de simili consilio constituerimus & deputauerimus,vosque ad eandem ciuitatem,tanquam pacis angelos, destinauerimus, prout in diuersis nostris desuper confectis literis plenius continetur. Nos, ne tam sanctum celebrationis concilij huiusmodi opus ex incommoditate loci,aut alias quouis modo impediatur,aut plus debito differatur,opportune prouidere volentes,Motu proprio,& ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, parique consilio & assensu, vobis in simul,aut duobus ex vobis,reliquo legitimo impedimento detento,seu inde forte absente, quandocunque vobis videbitur,concilium praedictum de eadem ciuitate Tridentina ad quamcunq; aliam commodiorem, & opportuniorem,seu tutiorem ciuitatem,de qua vobis etiam videbitur,transferendi, & mutandi, ac illud in ipsa ciuitate Tridentina supprimendi,& dissoluendi,necnon Praelatis,& alijs personis concilij huiusmodi ne in eo ad vlteriora in dicta ciuitate Tridentina procedant,etiam sub censuris,& poenis ecclesiasticis inhibendi, ac idem concilium in alia ciuitate huiusmodi,ad quam illud transferri,& mutari contigerit, continuandi, tenendi,& celebrandi,& ad illud praelatos & alias personas concilij Tridentini huiusmodi etiam sub periurij & alijs in literis indictionis concilij huiusmodi expressis poenis reuocandi,eidemque sic translato & mutato concilio, nomine & authoritate praedictis, praesidendi, ac in eo procedendi, caeteraque in praemissis, & circa ea necessaria,& opportuna,alias iuxta priorum vobis directarum literarum continentiam & tenorem,faciendi,statuendi,ordinandi,& exequendi,plenam & liberam Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus potestatem, & facultatem,ratum & gratum habituri,quidquid per vos in praemissis factum,statutum, ordinatum,executumque fuerit,idque facturi,authore Domino,inuiolabiliter obseruari:Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscunque, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit; indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli,Apostolorum eius, se nouerit incursurũ. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo quadragesimo quarto,octauo Calen,Martij,Pontificatus nostri anno vndecimo.

Nomina Card. leg. in Concilio Tridentino.

Pontifex iste, post pacem factam inter Imperatorẽ, & Regem,suspensionem Concilij reuocauit et istos legatos destinauit Concilio Tridẽtino.

Et eisd. legatis dat facultatẽ trãsferẽdi Concilium ad aliam Ciuitatem.

Et die 11. Martij. 1547. in Concilio Trid. decretũ fuit, vt ad Ciuitatẽ Bononiae trãsferret, prout translatum fuit, & ibi prima sessio die 21 Aprilis 1547. celebrata fuit.

Clausula derogatoria.

Fab.Episcopus Spol. B.Motta.

XXXXI.

Censuum annuorum contractus super bonis immobilibus in Prouincia Marchiae licite fieri declarat.

Declarationem & formam creandi huiusmodi census habes inf.in Pij v.const.80.cum onus & de materia habes sup.fol. 72. Nicolai v.const.4.solicitudo.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei,dilecto filio prouinciae Marchiae Anconitanae nostro & sedis apostolicae legato de Latere salutem & apostolicam benedictionem.

DILECTVS filius Ioannes Baptista Ciappardellus sindicus vniuersitatis hominũ prouinciae nostrae Marchiae Anconitanae proponi fecit nuper coram nobis, quod cum in diuersis mundi partibus vt

KKK annui

Calix. 3. conftit. 168.

annui cenfus fuper bonis immobilibus perfonis tam ecclefiafticis quam fecularibus pro pretijs, ac cum pactis, & conuentionibus etiam de extinguendis cenfibus huiufmodi arbitrio contrahentium appofitis vendi poffint, de antiqua & approbata, hactenufque pacifice obferuata confuetudine obteorum. pacificeque obferuatum exiftat, incolæque eiufdem prouinciæ, vt ab Hebræorum vfurarum voragine fe liberare valeant, annuos cenfus huiufmodi emere, & vendere fimiliter intendant, dubitetur tamen fuper hoc a nonnullis nimium fcrupulofis, & iuriũ ignaris impediri poffe tempore procedente: qua de re pro parte ipfius Ioãnis Baptiftæ nobis fuit humiliter fupplicatum, vt eorundem incolarum indemnitati confulere, eifque in præmiffis opportune prouidere de benignitate apoftolica dignaremur. Nos igitur attendentes quod fe. re. Martinus quintus contractus emptionum, & venditionum annuorum cenfuum fuper huiufmodi bonis immobilibus fuo tempore celebratos, validos, & iuri communi conformes exiftere, illorumque venditores ad folutionem eorundem, remoto contradictionis obftaculo, obligatos fore, fua perpetuo valitura conftitutione, ex certa eius fcientia declarauit, certis executoribus cum poteftate contradictores & rebelles per cenfuras ecclefiafticas compefcendi defuper deputatis: ac fucceffiue recol. me. Califtus tertius Romanus Pontifex prædeceffor nofter veftigijs ipfius Martini inhærendo, eandem conftitutionem, & declarationem innouauit: huiufmodi fupplicationibus inclinati, circumfpectioni tuæ per apoftolica fcripta mandamus, quatenus contractus emptionum, & venditionum huiufmodi annuorum cenfuum inter eofdem incolas pro tempore celebratos & celebrandos, licitos, validos, & efficaces exiftere, illorumque venditores ad folutionem eorundẽ, quolibet contradictionis obftaculo penitus remoto, compelli poffe iuxta Martini & Califti prædictorum conftitutiones & declarationes auctoritate noftra nuncies & declares. Dat. Romæ, apud fanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millefimo quingentefimo quadragefimo quinto, pridie nonas Martij, Pontificatus noftri anno vndecimo.

Mart. V. conftit. 1. hic nõ habes

Calix. 3. conftit. 1. hic nõ habes

Declaratio iftius Pontificis.

XXXXII.

Prohibitio, ne quis bona naufragantia in Portibus & Ripis locorum Maritimorum S.R.E. aut in Mari vel Tyberim ad euitandum periculum tempeftatis iacta, diripiat vel occupet, etiam fub prætextu confuetudinis.

Hæc conftitutio declaratur inf. in conft. 57. Accepimus per, & Confirmatur & Ampliatur per Iul. 3. inf. in eius conft. 49. cum nobis, & Pium V. conft. 7. cum nobis.

Et eft cafus referuatus in Bulla cœnæ Domini vt inf. in Greg. 13. conft. 92. Confueuerunt.

PAVLVS Papa III. Ad perpetuam rei memoriam.

ACCEPIMVS Nuper, quod dudum, cum fe. re. Iulius Papa II. prædeceffor nofter, plurimorum lamentabili querela didiciffet, quibus chriftifideles maris periculo, fe & eorum merces exponebant, vt Curiæ Romanæ, & illius Curialium commodis, & mercibus, per eos ad eandem curiam mari aduectis, prouideretur: quia tamen quandoque eorum naues vegetibus vini, & alijs mercibus, rebus & victualijs onuftæ, contrarijs ventis impulfæ, & tempeftatibus actæ, miferabiliter naufragium patiebantur, ac fluctibus maris violenter eiectæ integre quandoque ad littus perueniebant, aut Terram alicuius Domini, etiam temporalis, attingebant, nonnunquam etiam aliquarum mercium, & rerum iactum faciebant, alleuiandæ nauis gratia, ne naufragium paterentur, animo illa recuperandi, non pro derelictis habentes, ac cum ab incolis & habitatoribus, ac Gubernatoribus ciuitatum, terrarum, & locorum, iuxta quorum littora naues ipfæ, naufragium huiufmodi patiebantur vel bona iactata peruenirent: fperent eorum calamitati auxilia meritoria præftari, ac in re tam luctuofa, & pietate & miferatione digna opem ferri, proprijs oculis cernebant in calamitatum fuarum confolationem, feipfos mercibus, ac vegetibus, quæ beneficio Dei, & maris periculo ad littus faluæ peruenerant, damnabili & execranda cupiditate fpoliari & priuari, ipfique fpoliantes & rapientes, & locorum domini, illa ad eos ex antiqua confuetudine fpectare, eaque licite retinere poffe affirmare præfumebant, quo fiebat, vt nautæ ipfi ab huiufmodi mercium ad vrbem noftram vectione retrahi cogebantur, non abfque Curiæ Romanæ & vrbis iactura, nifi defuper opportune prouideretur: Idem Iulius prædeceffor, confiderans, tam ciuili quam canonica lege licere vnicuique naufragium fuum impune colligere, ac iacta in mari, alleuiandi oneris caufa, recuperare, illaque diripientes furtum committere, & grauiter delinquere, ac chriftianos naufragium patientes, rebus fuis fpoliantes, diuerfis pœnis puniri: & propterea confuetudinem prædictam, tanquã contra regulã fidei, qua vnus alteri auxilio effe tenetur, merito corruptelam appellari, neminique fuffragari debere, cuiufcunque tẽporis curfu munitã: Volenfque (ficut eius incumbebat paftorali officio) omniũ mari terraque, ad almam Vrbem noftram venientiũ fecuritati & tranquillitati prouidere, periculifque huiufmodi obuiare, ac venientiũ ad almam Vrbem ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem, de neceffarijs cum opulentia prouidere, necnon animarum eorundẽ chriftifidelium faluti confulere, Motu proprio non ad alicuius fibi fuper hoc oblatæ petitionis inftantiam, fed de eius mera deliberatione, & ex certa fua fcientia: Confuetudinem capiendi, & retinendi bona, per naufragium vel iactum, leuiandi nauis gratia aut alia neceffitate vrgente, factum ad littora maris, ciuitatum, terrarum, & locorum Romanæ Ecclefiæ mediate vel immediate fubiectorum pertinentia, allegari non poffe, illamque nulli, in iudicio vel extra illud, fuffragari debere, auctoritate apoftolica decreuit & declarauit: Et vltra pœnas tam a lege, quam a canone contra tales fpoliantes bonis fuis chriftianos naufragium patientes, & raptores in littore maris, ciuitatum, terrarum, & locorum, Romanæ Ecclefiæ mediate vel immediate fubiectorum, hactenus inflictas, quas pro potiori cautela innouauit & confirmauit, talium fpoliantium cuiufcunque auctoritatis, & dignitatis forent, bona, & iura quæcunque præmiffa, confifcauit & publicauit, illaque Cameræ apoftolicæ confifcata, & publicata, & locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipfo fore decreuit, & etiam declarauit: Dictofque raptores in flagranti crimine repertos, vt latrones, & graffatores, puniri poffe, aliás vt fures (præterquàm fi nactis in manifefto naufragij & fubmerfionis periculo conftitutis) eorum opem, & auxilium implorantibus, & expofcentibus, non abfque vitæ difcrimine, in perfonarum, & rerum conferuatione auxilio

Iul. 2 (cuius conft. hic nõ habes) ac cepit quod nonnulli, bona naufragata diripiẽtes, ex antiqua confuetudine ad fe fpectare prætẽdebãt & occupare præfumebant vt habes etiã inf. in conft. 57. accepimus per.

Idem ipfe Iul. 2. talẽ confuetudinẽ nemini fuffragari poffe decreuit.

Et occupantibus bona naufragata, vltra pœnas eis inflictas, cõfifcationis bonorũ, et excommunicationis pœnã impofuit vt hic.

Quod procedit in Naufragijs fe(?) etiã in quocũq; Mari vt infra in Greg. 13. cõft. 92. Confueuerunt.

ne auxilio fuerint, vel alias ab imminentis, & præsentanei naufragij periculis, ipsorum labore, & omnia liberauerint, & saluos reddiderint, aut bona iam deperdita recuperauerint. His enim casibus eos statuto, & consuetudine iuuari, illaque allegari posse, ac illis stari debere decreuit. Et vt christifideles ad præmissa alliceerentur, ac ab eis naufragium huiusmodi patientibus, promptiora subsidia præberentur, Omnibus & singulis vtriusque sexus christifidelibus, qui auxilium, consilium, & fauorem, naufragium patientibus, in reparatione, & conseruatione suorum bonorum præstiterint decem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in domino relaxauit. Et nihilominus Camerario, Clericis, & Præsidentibus, ac Auditori Cameræ, præfatæ commisit, & mãdauit, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliũ, seu alios, præmissa, vbi, quoties, & quãdo opus foret, publicantes, facerent illa a quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus inuiolabiliter obseruari, ac pro illorum subsistentia firmiori, etiam scripturas desuper necessarias expedirent: Contradictores per censuram ecclesiasticam aliaque iuris remedia (appellatione postposita) compescendo, prout in literis apostolicis eiusdem Iulij prædecessoris nostri desuper confectis: plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut ex plurimorum Ripæ & Ripettæ almæ Vrbis nostræ mercatorum, ac etiam nautarum, nõ sine lamentabili querela, ac nostra molestia intelleximus, præinsertæ literæ a Iulio præfato prædecessore nostro editæ in abusum, in non modicum tam ipsorum mercatorum & nautarum, quam ciuium Romanorum, & Curialium, & dictam Vrbem incolentium, transiuerint: Quam ob rem nos vestigijs eiusdem Iulij prædecessoris nostri inhærere volentes, Motu, scientia, & potestate similibus, tenore præsentium, præfati Iulij prædecessoris nostri literas in omnibus & per omnia, ac sub pœnis & censuris de quibus in ipsis literis, & prout in eis continetur, quatenus opus sit, confirmantes, & innouantes, illas ab omnibus ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, ac spectare, & pertinere poterit in futurum, sub pœnis de quibus in eis, inuiolabiliter obseruari mandamus. Et nihilominus dilectis filijs nostro Guidoni Ascanio, S.R.E. Cardinali de Sancta Flora nuncupato, Camerario nostro, necnon Præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ, ac Dominico de Nigris, ad præsens dictæ Ripæ Præsidenti, seu Camerario, modernisque & pro tempore existentibus, quatenus literas Iulij prædecessoris nostri præfati inuiolabiliter, prout in eis continetur, ab omnibus ad quos spectat, illas per edictum publicum deniu publicantes, & publicari in locis eis visis mandantes, inuiolabiliter obseruari mandent & faciant. Contradictores quoslibet & rebelles, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis fuerint, per pœnas & censuras, de quibus in eis, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon priuilegijs, & indultis, quibusuis personis contra tenorem literarum Iulij prædecessoris huiusmodi forsan concessis, confirmatis, & innouatis: quibus, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, quoad effectum præsentium, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die tertiadecima Martij, millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Immo illi recuperatores, & auxiliatores, quarã partẽ bonorũ recuperatorum cõsequi possunt vt habetur int. Iulij. 37. Accepimus.

Naufragantibus auxiliũ præbenti Indulgẽtias cõcessit.

Idem fecerunt Iul. 3. & Pius v. in constit. citatis in rubr.

Et quia Iul. 2. cõstitutio non seruabatur, ideo hic Pont. illam innouat & obseruari præcipit.

Executoresque huius const. deputat.

Clausula derogatoria.

F. Soderinus.

F. de Torres.

Die vltima Iulij 1545 huiusmodi literæ admissæ fuerunt, & ex decreto Cameræ registratæ lib. D.

Et ego Laertius vidi descriptas in lib. Statutorum Ripæ fol. 25.

XLIII.

Familiares & Seruitores Prælatorum, Salaria & stipendia pro biennio tantum petere possunt, & infra annuum a die obitus illorum.

Hæc Constitutio Confirmatur & Declaratur infra in Pij V. constit. 33. Cupientes.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Sicut nobis nuper innotuit, sæpius contingat, vt decedentibus Cardinalibus, & venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Referendarijs nostris, necnõ causarum Palatij apostolici Auditoribus; & Clericis Cameræ apostolicæ Præsidentibus, ac literarum apostolicarum de maiori præsidentia Abbreuiatoribus; qui vt plurimum notabilem familiarium & seruitorum numerum tenere consueuerunt, familiares, & seruitores præfati contra eorum patronos iam defunctos insurgen. salaria & stipendia eorum familiaritatis & seruitutis pro toto tempore quo eorum familiares extiterint seu illis inseruiuerint, etiam quod de eis sibi satisfactum sit, etiam longo tempore post obitum ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Referendariorum, Auditorum, Clericorum, Præsidentium, & Abbreuiatorum, petant & efflagitent, ac quandoque eorum hæredes; qui vt plurimum de his non sunt informati, super salarijs & stipendijs huiusmodi etiam iudicialiter impetant, & molestent in ipsorum hæredum perturbationem, & non modicum detrimentum. Nos attendentes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Referendarios, Auditores, Clericos, Præsidentes, & Abbreuiatores præfatos, vtpote alijs maioribus negotijs distractos vt plurimum rationes & computa salariorum & stipendiorum familiarium, & seruitorum suorum in scriptis non redigere, & propterea eos non facile sed etiam difficile eorum hæredes de solutione salariorum & stipendiorum huiusmodi fidem facere posse: & insuper verisimile non esse, vt qui pro mensuali salario & stipendio alijs inseruiunt, exactionem eorum salariorum & stipendiorum vltra integrum annum differant: Volentes fraudibus quæ in præmissis fieri possent, occurrere, Motu proprio &c. statuimus, & ordinamus, quod de cætero nemo cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel cõditionis existat, ab hæredibus Cardinalis alicuius, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Referendarij, Auditoris, Clerici, Præsidentis, vel Abbreuiatoris defuncti, cuius familiaris extiterit, seu cui inseruiuerit, salariũ, seu stipendium familiaritatis, seu seruitutis suæ plus quã pro integro biẽnio per annũ a die obitus eius patroni petere aut exigere, seu desuper hæredes præfatos quouis mõ in iudicio vel extra impe-

Causæ illius est.

Familiares vel seruitores Prælatorũ, infra annũ a die obitus, & stipendium biennij tantum, petere posse decernit.

Quod ad verum & constet de mercede conuenta nihil petere possint vt inf. in Pii V. const. 31. Cupientes.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

impetere vel molestare posit, districtius inhibentes modernis & pro tempore existentibus almæ Vrbis Gubernatori, & Curiæ causarum dictæ Cameræ Auditori, ac nostro in eadem Vrbe & eius districtu in spiritualibus Vicario generali, necnon Senatori, ac quibusuis alijs tam dictæ Vrbis quam quorumcunque aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum iudicibus & officialibus, ne familiares, & seruitores præfatos super exactione salariorum & stipendiorum huiusmodi biennij, post annum a die obitus ipsius defuncti lapsum audire, aut ad eorum instantiam contra hæredes præfatos quouis modo procedere, aut ius dicere præsumant. Ac decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nō obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Vrbis, ciuitatum, terrarum, & locorum huiusmodi, etiam iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet Motu proprio. A.

Lectum, & publicatum fuit statutum & ordinatio Romæ in Cancellaria apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, die vero Martis vigesimaprima mensis Aprilis, Pontificatus prælibati S.D.N. Papæ anno vndecimo.

Et ego Laertius vidi in Quinterno eiusdem Cancellariæ registratum fol. 342.

XXXXIIII.

De Facultatibus & Iurisdictione Durantis Cardinalis de Durantibus in Prouincia Vmbriæ, legati de latere deputati.

De Materia vide supra fol. 377. constit. 16. Licet vbi notaui, & habes notata infra in Iul. III. constit. 8. Cum onus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Duranti basilicæ duodecim Apostolorum presbytero Cardinali de Durantibus nuncupato, nostro & apostolicæ sedis in nostris Spoletan. Camerinen. Interamnen. Narnien. & Reatinen. ciuitatibus, prouinciæ nostræ Vmbriæ, ac Spoletan. & Camerinen. Ducatibus, seu Comitatibus: Necnon de Cesis, Visso, & Cerreto Spoletan. diœcesis terris Legato de latere, salutem & apostolicam benedictionem.

Causa istius const.

CVM onus vniuersalis gregis Dominici superna dispositione nobis iniuncti diligenter attendimus, & debita meditatione pensamus, quod licet nobis sit potestatis plenitudo commissa, finem tamen humanæ possibilitatis excedere non valemus, ac vidētes quod nequimus circa singula per nos ipsos exoluere debitū apostolicæ seruitutis, nonnunquā ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus viros ex pluribus electos scientia præditos ac virtute, in quibus timor Dei sanctus permanet, in solicitudinis partem assumimus, ac ipsis vices nostras supplentibus, nos laudabili eorum cooperatione alleuiantes nostri grauitatem operis, ministerium nobis cōmissum diuina fauēte clementia facilius & efficacius exequimur. Sane licet ad cunctorū christifideliū prouincias, ciuitates, terras, castra, & loca intentæ mentis oculos paterna charitate dirigamus, prouincias tamē, ciuitates, comitatus, terras, castra, & loca nobis, & prædictæ sedi tam spiritualiter quam temporaliter subiecta, & ad nos, & eandem sedē spectantia, ac vniuersos illorum ciues, populos, & subditos tanquā spirituales nostros & dictæ Ecclesiæ filios & deuotos eo cordialius intuemur, quo super illorū felici regimine, ac statu pacifico & tranquillo affectamus specialius prouidere. Vnde attēdētes quod tu qui ingenio vales, probitate, moribus & doctrina cōmendaris, ac in maximis, arduisque rebus in quibus te etiā cum in minoribus constitutus esses, Ecclesiæ & sedi præfatis non minus vigilanter, & strenue, quā fideliter inseruiendo diuersimode exercuisti, longa pollea experientia, alijsque virtutum titulis, quibus te illarum largitor altissimus insigniuit multipliciter fulges, scies & poteris, Ac volentes prout indubitanter tenemur sedare fluctuantes rerū turbines, iustitiæ terminos colere, humiliare superbos, rebelles, & inobedientes compescere, ac errantes ad viam reducere veritatis, & cū nos erga vniuersalis Ecclesiæ regimen occupati curas omnes vt præfertur subire nequeamus spe ducimur quod tu assistēte tibi gratia diuina, quæcunque nostrum, & prædictæ Ecclesiæ statum atque honorē concernentia prudēter, & fideliter, ac cū diligentia exequeris. Hac igitur consideratione moti, habitaque prius super hoc hodie cū eisdē fratribus nostris in secreto consistorio nostro deliberatione matura, reuocantes ex nunc quoscunque in Spoletan. & Camerinen. Interamnen. Narnien. & Reatinen. ciuitatibus, ac Spoletan. & Camerinen. comitatibus, necnon de Cesis, Visso, & Cerreto Spoletanæ diœcesis terris, aut aliqua eorū parte constitutos Gubernatores, atque Rectores, circūspectionem tuā in eisdē ciuitatibus, & terris etiā si in nostra prouincia Vmbriæ consistāt, quæ a legatione ciuitatis nostræ Perusinæ, de dictorū fratrum consilio ad nostrū, & sedis apostolicæ beneplacitū segregamus, nostrum & eiusdem sedis Legatum de latere, ac pro nobis, & Romana Ecclesia in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem ad simile beneplacitum auctoritate apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, ordinamus, & deputamus. Dantes & concedentes eidem circumspectioni tuæ plenam, & liberam, ac omnimodam Legati de latere potestatem, & facultatem, nostro, & dictæ Ecclesiæ nomine ciuitates, comitatus, & terras huiusmodi recipiendi, regendi, & gubernandi, ac administrandi; Necnon illorum ciues, incolas, habitatores, & personas cuiuscuoque dignitatis, nobilitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam si ecclesiasticæ fuerint, prout cælestis gratiæ infusio, & tua prouidentia tibi monstrauerint reformandi, & corrigendi, necnon in eis tibi commissam iurisdictionem exercendi, & ciuiles, ac criminales, beneficiales, ecclesiasticas, spirituales, ac prophanas, & mixtas causas quaslibet infra terminos Legationis, ac Vicariatus huiusmodi, etiam quibusuis nullitatibus, non tamen citationis aut iurisdictionis, vel mandati, non obstantibus, refectis tamen expensis, seu illis constito de paupertate in fine litis reseruatis per te, vel alium, seu alios, etiam diebus feriatis, & etiam temporibus feriarum etiam messium, & mensis Augusti, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, etiam manu regia audiendi, cognoscendi, examinandi, discutiendi, & decidendi, seu earum cognitionem, discusionem, & decisionem alij vel alijs coniunctim vel diuisim, ac generaliter vel specialiter, tā intra terminos tuæ Legationis, & huiusmodi Vicariatus, quā extra illos etiam summarie, ac alias

Legatū de latere deputat in Prouincia Vmbriæ, Cardinalē de Durantibus cum facultatibus infrascriptis.

Iurisdictio cognoscen. causas ciuiles & criminales cum facultatibus, has explicat.

Et illas alijs committ. & deinde

vt præfertur,& prout tibi videbitur,committendi: Ac cum tibi placuerit a quibuscunq; iudicibus ordinarijs legatis & delegatis,etiam per nos,& sedem eandem deputatis,totiens quotiens opus fuerit,& in quocunq; statu, etiam si fuerit conclusum ad te aduocandi,& illas alijs committendi: Necnon additiones qualcunq; etiam per viam querelæ,& reclamationis,ac appellationes quaslibet tam iudiciales, quam extraiudiciales a quibusuis grauaminibus,& sententijs diffinitiuis per quoscunq; iudices tam ordinarios,quam delegatos pro tempore illatis, & latis ad te,vel sedem prædictam pro tempore interpositas recipiendi,& vt præfertur audiendi,cognoscendi, & terminandi,siue audiri,cognosci,& terminari mandandi,adiunctos quibusuis tam ordinarijs,quam per te delegatis iudicibus ex suspicionis,vel alia legitima causa dandi: Sententias qualcunq; quæ in rem iudicatam transiuerint,etiam in Romana Curia latas debitæ executioni demandandi,& demandari faciendi: Necnõ tuum adhibendi,& aliorum brachij secularis auxilium si opus fuerit inuocandi: Et insuper omnes,& singulas tam ecclesiasticas,& religiosas quam seculares personas cuiuscunque excellentiæ, nobilitatis,præeminentiæ, auctoritatis,status,ordinis congregationis,conditionis, dignitatis, & religionis existant, quas iustitia suadente puniendas cognoueris, contra quas procedere valeas, prout iustum fuerit puniendi,& castigandi ac suis dignitatibus, honoribus, comitatibus, baronijs,dominijs ciuitatibus,castris,feudis,locis,vicariatibus,officijs, iurisdictionibus,beneficijs gradibus iuribus,rebus, ac bonis omnibus priuandi, & destituendi, ac eos ab eis etiam realiter amouendi: Necnon ea omnia quæ tibi videbuntur dictæ ecclesiæ confiscandi applicandi,& incorporandi: In ciuitatibus quoque,comitatibus,& terris memoratis,& singulis eorum gubernatores,rectores,vicerectores,potestates,capitaneos,Vexilliferos,vicecomites,arcium castellanos custodes,iudices, & quoscunq; alios officiales, hactenus deputatos, speciales vel generales, cum expedire videbitur, ab eorum officio quocunq; nomine, vel titulo censeantur,& nuncupentur,suspendẽdi, & similiter etiam manu regia,ac alias vt præmittitur priuandi, & deponendi,aliosq; illorum loco fideles tamen,& idoneos creandi,& ordinandi,ac constituendi. Necnon culpabiles ciuiliter, & criminaliter per se, vel alium, seu alios puniendi,& querelas contra ipsos per quoscunque propositas,& proponendas,prout tibi videbitur expedire,summarie simpliciter & de plano,sine strepitu, & figura iudicij manuq; regia & alias vt præfertur audiendi,emendasq; & satisfactiones debitas fieri faciẽdi. Homagia quoq; & fidelitatis debita iuramenta nostro & dictæ Ro. Ecclesiæ nomine recipiendi: Necnon inter comites,barones,dominos temporales,nobiles,& personas alias seculares, necnon communitates,vniuersitates, populos,omnesq; alios & singulos discordes & diffidentes infra terminos tuæ legationis,etiam cũ quibuscunq; alijs dominijs tẽporalibus vniuersitatibus,& secularibus personis pro statu,& honore eiusdem ecclesiæ in confusionem hostium,& rebellium ipsius sub pactis,& conuentionibus, cõditionibus,capitulis, & pœnis de quibus ipsi tuæ circunspectioni videbitur expedire,pacem,& concordiam tractandi componendi,concludendi, & firmandi,treguas etiam indicendi,ipsosq; ad eorum obseruationem quibuscunq; pœnis, constitutionibus,sententijs,& censuris,sicut tibi videbitur compellendi: Ac homicidas quoscunq; pro pace,& concordia huiusmodi,ac ciuitatum comitatuum,& terrarum huiusmodi quiete absoluendi,& liberandi, ac in pristinum statum necnon ad honores,& bona restituendi concordesq; in vnitatis & caritatis vinculo confirmandi: Colligationes,cõfœderationes,pactiones,conuentiones,societates,& ligas contra dictam ecclesiam,vel contra bonum pacis ac statum illarum partium pacificum, sine præiudicio, siue damno ciuitatum commitatuum, & terrarum huiusmodi, ac ciuium,incolarum,& habitatorum eorumdem per quoscunq; initas,& iniendas cassandi,& annullãdi,ac pœnas illis adiectas,& adijciendas remittendi,& iuramenta præstita relaxandi: Occupata iniuste,& inique detenta ab illorum occupatoribus,& detentoribus quibuscunq; eripiendi, & recuperandi, eiectos, & expulsos a locis rebus,bonis,& iuribus suis quibuscunq; vel inique priuatos ad loca,res,bona,& iura eorum propria reducendi,restituendi,& reintegrandi: Necnon super quibuscunq; delictis,& rebellionibus per quascunq; vniuersitates & singulas personas commissis hactenus,seu legationis,& vicariatus huiusmodi tempore forsan committẽdis, disponendi concordandi,,& componendi: Ac quoscunq; processus,& condemnationes in totum vel in partem cassandi,annullandi,& irritandi,humiliter petentes etiam homicidas,& delinquentes pro pace, & tranquillitate ciuitatum comitatuum,& terrarum prædictarum,& alias ex quacunq; causa,quæ tibi videbitur ab illis absoluendi,infamiam abolendi, ac huiusmodi delinquentes ad nostras, & dictæ sedis gratiam, & obedientiam restituendi, & in pristinum statum reducendi, Super inhabilitatibus, & infamijs quas propterea incurrerunt,cum eisdem,ac quolibet ipsorum dispensandi,excessus pœnas,& mulctas, prout ad publicum spectare dignoscetur, remittendi: Ac vniuersitates,& personas huiusmodi ad honorem & statum pristinum restituendi: Generales insuper,& particulares exercitus in auxilium prædictæ ecclesiæ, ac pro tuitione status pacifici partium tuo regimini commissarum,ac nobis, & ipsi ecclesiæ,vt præmittitur,subiectarum contra quoscunque eiusdem ecclesiæ hostes,& rebelles,ac inde motos, & inobedientes,ac status hominum pacifici perturbatores,quæcũque,& quotiescunque tibi ex quauis causa videbitur, vt præfertur indicendi,faciendi, & congregandi, præsidia quorumcunque vicariorum dictæ ecclesiæ subiectorum ab huiusmodi exercitus: Necnon ad militaria,& quæcunq; alia per eos,aut aliquem eorum debita,& debenda seruitia,tam realia,quam personalia quotiens opus esse cognoueris requirendi,& conuocandi hostes quoq; & rebelles,ac contradictores quoslibet per amotionis, priuationis, depositionis,relegationis,& proscriptionis perpetuæ,vel temporalis sententijs, prout ad ipsam ecclesiam pertinuerit sublato cuiusuis appellationis obstaculo,compescendi. Parlamenta etiam generalia vel particularia in locis huiusmodi tuæ Legationis, seu aliquo illorum quotiescunque,et quandocunque pro statu, et honore nostro,ac memoratæ Ecclesiæ,pace quoque,& tranquillitate prouinciæ,ciuitatum,comitatuum,& terrarum prædictarum tibi,vt præmittitur commissarum, prout eidem circumspectioni tuæ videbitur expedire, conuocandi, ordinandi faciendi,statuendi,mandandi,,& exequendi: Omnia præterea,& singula alia huiusmodi Legatione, & vicariatu tuis durantibus gerendi,disponendi,mandandi,exercendi,ordinandi,terminandi,& executioni demãdandi,quæ ad huiusmodi Legationis & vicariatus officium de iure,vel cõsuetudine pertinent, & quæ in alijs ciuitates,comitatus,& terras huiusmodi gubernarunt,rexerunt,& administrauerũt,exercere,facere, & exequi potuerunt,seu etiam debuerunt, quæque ad nostrum, & dictæ sedis honorem,ac statum pacificum, & tranquillum ciuitatum, & comitatuum, & terrarum huiusmodi regimini tuo commissorum vtilia esse prospexeris, seu quomodolibet opportuna faciendi,& exequendi,tam in Romana Curia,quam extra: Et insuper omnes,& singulas causas criminales,& conuentionales,etiam ratione fractarum,treugarum, seu pacis per aduocationem, seu appellationem, aut concessionem, aut alias per commissionem specialem manu nostra signatam in Romana

Appellationes, a sententijs iudicum ordinariorum & delegatorum recipien.

Seculares, & Ecclesiasticos Dominos, Barones, &c. coercendi.

Gubernatores, & officiales remouendi, & alios constituendi.

Et inter Comites Barones Communitates, & alios pacẽ, vel treguas firmãdi, & ad obseruationẽ compellendi.

Homicidas absoluendi.

De Materia Bannitorum & Homicidarũ v de inf. Greg. 13 cõst. 46. ibi & ibi notabo.

Componendi & concordandi super quibuscunque delictis, etiã rebellionis, & cõfœderationis contra ecclesiam.

Hostes, rebelles, vel innobedientes coercendi.

Parlamenta etiã generalia conuocandi.

Et cætera quæcunque faciẽdi quæ ad Legationis officium pertinent quouis modo.

V... Curia,

Causas criminales in Curia per Pontificem commissas, aut alibi pendentes cognoscendi, & decidendi.

Curia, vel alibi indecisas pendentes, & ex nunc prout ex tunc quas in posterum pendere contigerit, quarum status præsentibus pro expressis haberi volumus, ad nos aduocantes, & in eis procedi non posse decernentes, & illas in terminis in quibus sunt, & pro tempore erunt cum earum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis reassumendas, & vlterius audiendas cognoscendas, & fine debito terminandas, cum potestate citandi, & inhibendi quibus, & quotiens opus fuerit circumspectioni tuæ committimus, vt illas tam per te ipsum, quã per tuos officiales termines, & decidas, ac terminare & decidere debeas. Declarantes causas prædictas criminales per commissiones, & inhibitiones quascunq; nisi manu nostra, auctoritate, & Motu proprio, ac ex certa nostra scientia nostris signatas, aduocatas, aut ad Ro. Curiam deuolutas non censeri. Quodque tu, aut tui officiales commissionibus, & inhibitionibus prædictis parere & obedire non tenearmini, sed causas ipsas, prout expedire videbitur, mediante iustitia terminetis, & decidatis: Ac vt pacis, & treguarum, seu iudiciarum fractores, & violatores alij pro maleficijs quibuslibet inquisiti, vel accusati subterfugijs, aut cauillationibus pœnas euadere non possint, volumus, & per præsentes statuimus quod in causis fractionis pacis, & treguarum, seu indiciarom, & aliorum quorumcunque maleficiorum ante condemnationem nemini modo aliquo appellare, vel recursum habere liceat. Et post condemnationem nullatenus audiri possint, nisi ipsis condemnatis in capitalibus in carceribus constitutis: Et in pecuniarijs facto actuali deposito condemnationis si appellari contigerit. Patresq; delinquentium in casibus in quibus iuxta tenorem constitutionum prouincialium, vel iurium municipalium legitima venit exigenda, eorum proprijs, vel filiorum nominibus nullatenus ad defensionem aliquam admittantur, nisi ipsa legitima actualiter soluta: Et si forte per nos manu, motu & scientia prædictis causas huiusmodi maleficiorum committi contigerit, decernimus, & declaramus quod nisi infra duos menses fuerint legitime expeditæ, prosequi vlterius non possint, & pro desertis, siue non commissis censeantur, & habeantur. Et insuper vestigijs fel. recordationis Iulij Papæ II. prædecessoris nostri inhærentes decernimus quod in treguis in quibuscunque locis tuæ legationis factis, & pendentibus, ac in posterum faciendis excusatio nouæ causæ allegari non possit, sed tam ipsi treugharum violatores, quam ipsorum fideiussores ad solutionem pœnarum ad quas se obligauerint compelli possint, & valeant: Ac etiam in delinquentium odium. & terrorem aliorum decernimus, quod a reatu homicidij, assassinij, latrocinij, vel aliorum criminum vbi pœna vltimi supplicij imposita esset, vel veniret imponenda, ab aliquibus communitatibus, seu alijs etiam a sede præfata priuilegiatis aliqui absolui non possint, sed tantum a te, vel vicelegato tuo, si a dicta sede ad id potestatem habueris, absolutio valeat obtineri. Decernentes irritum & inane quicquid in contrarium a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac legibus imperialibus, & consuetudinibus ciuitatum, commitatuum, & terrarum, ac prouinciæ supradictorum, ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, & religiosorum locorum, & ordinum, ac cõgregationum quarumcunque, & etiam exemptorum, atq; eisdem Romanæ Ecclesiæ, & sedi immediate subiectorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, præposituris, præpositatibus, religiosis locis, ordinibus, congregationibus huiusmodi per nos, vel sedem prædictam etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis etiam magis vrgentibus concessis, confirmatis, & innouatis, quibus (etiam si de illis eorumq; totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda sit, etiam si in eis caueatur expresse quod eis nullatenus, aut nisi sub certis inibi expressis modis, & formis etiam per nos, & sedem prædictam derogari possit) illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, eaque nullum alicui personæ etiam cuiuscunque excellentiæ, nobilitatis, præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel conditionis fuerit, aut collegio, vel vniuersitati volumus in hac parte suffragium afferre, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nos enim processus, sententias, censuras, & pœnas, quos & quas per te ferri, & promulgari, seu infligi, & promulgari, necnon omnia alia quæ in præmissis rite fieri contigerit, rata habebimus, & grata, illaque faciemus auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Vt autem prædicta omnia, & singula plenius, & liberius valeas exercere, vniuersis, & singulis gubernatoribus, rectoribus, vicerectoribus potestatibus, vicecomitibus, armigerorum, gentium, equitum, peditumque capitaneis, marescallis, & prouisionatis ad nostra, & prædictæ ecclesiæ stipendia militantibus, cæterisq; officialibus, & castellanis præsentibus & futuris: necnon quibusuis alijs communitatibus, & particularibus personis nobis, & eidem sedi subiectis, cuiuscunque etiam ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis status, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel conditionis existant, eisdem auctoritate, & tenore districtius iniungendo mandamus, quatenus tibi, ac deputatis a te Legationis, & Vicariatus huiusmodi officio durante, iuxta eidem circumspectioni tuæ concessam facultatem in omnibus, & per omnia plene, & efficaciter parere, & intendere: Necnon mandata tua reuerenter suscipere, & exequi studeant cum effectu. Tu igitur dilecte fili diuina gratia, & dictæ sedis fauore confisus onus hoc tam meriti negotij cum nostra benedictione, prompta deuotione, & læto animo suscipiens, ita in eius executione virtutum opere studiosum te exhibeas, quod ex fructuosis laboribus tuis cælesti gratia tibi fauente sperati fructus adueniant, tuq; per sollicitudinis tuæ ministerium vltra humanæ laudis præconium illam quæ pias causas gerentibus pro retributione impenditur palmam gloriæ consequi merearis. Volumus autem quod durante tua Legatione absque alio mandato nostro, seu Cameræ nostræ desuper faciendo prouisionem tuam per nos statuendam seu ordinandam a dictarum ciuitatum, comitatuum, & terrarum Thesaurario, seu Thesaurarijs percipere possis, & valeas, & sub pœnis, & censuris ecclesiasticis in euentum non solutionis præcipiendo, & iniungendo, vt prouisionem huiusmodi prout ijs qui hactenus dictam prouinciam rexerunt soluta fuit, omnino persoluant. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, quarto Calendas Nouembris, Pontificatus nostri anno vndecimo.

In causis Maleficiorum non admittitur appellatio ante condemnationem, & condemnati in capitalibus non audiuntur nisi in carceribus constituti, & in pecuniarijs, nisi facto actuali deposito. Hoc declaratur inf. Pij v. constit. Cum sicut.

In causis fractæ pacis, noua causa non potest allegari. Declaratur hoc a Pio V. infra in eius constit. Cum olim.

Assassini, Homicidij, latrocinij, & alterius criminis absolutio Pontifici, & Legato reseruatur.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Præcipit omnibus Officialibus vt Legato pareant.

Prouisionem solitam a Communitatibus legationis, exigendi facultatem legato concedit.

M. Cardinalis Crescentius.

Visa L. de Torres.

Fauste

Facultates eiusdem Legati.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Durant basilicæ duodecim Apostolorum presbyte
ro Cardinali de Durantibus nuncupato, nostro, & apostolicæ sedis in nostris Spoletan. Camerin. Interamnen.
Narnien. & Reatinen. ciuitatibus, ac Spoletan. Camerinen. Comitatibus prouinciæ nostræ Vmbriæ, necnon de
Cesis, Visso, & Cerreto Spoletanen. Diœcesis terris Legato de latere, salutem, & apostolicam benedictionem.
Cum nos hodie te in nostris Spoletan. Camerinen. Interamnen. Narnien. & Reatinen. ciuitatibus, ac Spoletan.
& Camerinen: Comitatibus nostræ prouinciæ Vmbriæ, necnon de Cesis, Visso, & Cerreto Spoletanen. diœce-
sios terris nostrum, & apostolicæ sedis Legatum de latere, ac pro nobis, & Romana Ecclesia in spiritualibus,
& temporalibus Vicarium generalem ad Dei, & præfatæ ecclesiæ laudem & honorem, vsque ad nostrum, & di
ctæ sedis beneplacitum auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio duxerimus destinandum: Nos cu-
pientes vt erga personas in locis tuæ legationis residentes, ac familiares continuos commensales tuos, ac alios
quoscunque ad te venientes in quocunque loco, extra tamen mœnia Vrbis constitutos, durante huiusmodi lega
tione te possis reddere gratiosum: Officium tabellionatus quibuscunque personis idoneis dictæ Legationis re-
cepto ab eis iuramento in forma solita, concedendi, illosque tabelliones creandi, & de dicto officio inue-
stiendi alias iuxta formam in quinterno Cancellariæ apostolicæ descriptam: Ac personas sufficientes, & idoneas
volentes ad doctoratus & magisterij, ac alios gradus in vtroque, vel altero iurium, ac theologia, & quacunque
alia licita facultate promoueri, in vtroque, vel altero iurium, ac theologia, vel alia licita facultate in qua stu-
duerint congruo examine præcedente, adhibitis duobus vel tribus doctoribus, aut magistris eorum votis iura-
tis ad doctoratus, & magisterij, ac licentiæ, & bacchalariatus gradus promouendi & insignia graduum in eisdē
facultatibus conferri solita eis conferendi, eisque quod priuilegijs, indultis, exemptionibus, & prærogatiuis
vniuersitatum in quibus studuerint, prout alij in eisdem vniuersitatibus gradus, & insignia huiusmodi recipien-
tes vtuntur, potiuntur, & gaudent perinde ac si in studio generali, ac alias iuxta constitutiones apostolicas pro-
moti fuissent, & requisita adimpleuissent, vti potiri & gaudere possint, concedendi: Necnon quoscunque poe-
tas laureatos, & comites palatinos aulæ, & palatij nostri Lateranen. militesque deauratos creandi, ac ipsos, &
quosuis alios in nostros, & dictæ sedis Notarios, ac Acoluthos, capellanos, recipiendi, ac aliorum poetarum
laureatorum, & comitum palatinorum ac militum, necnon nostrorum, & eiusdem sedis Notariorum, & Acolu-
torum, capellanorum numero & consortio, sine tamen Notariorum & Acoluthorū de numero participantium
nuncupatorum præiudicio aggregandi, ac recepto fidelitatis debitæ solito iuramento insignia officij & dignita
tis notariatus, acolutatus, comitatus, & deauratæ militiæ huiusmodi eis respectiue conferendi, eisque & eorum
singulis vt omnibus libertatibus, priuilegijs, gratijs, fauoribus, & indultis alijs notarijs, & acolutis, capellanis,
ac militibus deauratis, & poetis laureatis ac comitibus palatinis etiā quo ad hoc, vt ipsi comites palatini cum
quibuscunque etiam ex quocunque illicito, & damnato coitu procreatis, vt in bonis parentum, agnatorum, &
cognatorum suorum sine præiudicio venientium ab intestato succedere possint, dispensare valeant, & ipsi co-
mites quoscunque tabelliones, seu notarios publicos, recepto prius ab eis iuramento in forma in dicto quinter-
no annotata extra Romanam Curiam creare, & de huiusmodi notariatus & tabellionatus officio inuestire pos-
sint, & valeant concedendi: Ac quæcunque iuramenta ad effectum agendi, & excipiendi, vel etiam simpliciter,
si tibi videbitur expedire, dummodo alicui exinde magnum præiudicium non fiat relaxandi, Necnō quoscunq;
qui periurij reatum incurrissent ab illo absoluen. & ad priores honores, status, & famam restituendi ac plenarie
reintegrandi, omnemque inhabilitatis & infamiæ maculam siue notam præmissorum occasione contractam pe
nitus abolendi: Necnon interdicta quæcunque etiam ad instantiam creditorum quauis auctoritate apposita, sa-
tisfacto tamen prius eisdem creditoribus, vel de ipsorum consensu, prout iustum videbitur suspendendi, & tol-
lendi: Ac cum quibusuis personis ecclesiasticis, & ac aliquos sacros ordines ratione beneficiorum ecclesiasti-
corum curatorum, seu alias sacros etiam præsbiteratus ordines de iure, consuetudine, statuto, priuilegio, aut
alias requirentium, vsque ad quinquennium, dummodo infra primum biennium ipsius quinquennij ad subdia-
conatus ordinem promoueantur, seu promoueri facere minime teneantur, nec ad id inuiti compelli possint di-
spensandi. Quodque in decimo septimo anno ad subdiaconatus, & in decimo octauo ad diaconatus, in vigesi-
mo tercio vero suarum ætatum annis ob rationem beneficiorum per eos obtentorum arctati fuerint, vt ad presby-
teratus ordines, & tam ipsi, quam quicunque alij in ætate legitima constituti promoueri volentes, vt ad omnes
ordines prædictos, etiam extra tempora a iure statuta aliquibus diebus dominicis, siue festiuis, & si necessitas
exigerit ad duos ex ordinibus prædictis eadem die a proprio, seu a quo maluerint catholico Antistite gratiam
& communionem dictæ sedis habente, & in propria eius diœcesi residente, alias tamen rite promoueri libere,
& licite possint. Ac quoscunque per saltum, vel furtiue ad aliquos sacros ordines promotos ab executione, quam
propterea incurrerunt absoluen. ac cum eis, vt dictis ordinibus vti, & ad alios ad quos promoti non essent alias
rite promoueri libere & licite possint dispensandi. Absoluendi quoque omnes, & singulos, qui simoniæ labem
non tamen realem tam in beneficijs per eos habitis cuiuscunq; qualitatis fuerint, quàm in ordinibus per eos su
sceptis contraxerunt ab illa, ac excōmunicationis alijs sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis quas propte-
rea incurrerunt. Et super irregularitate si quam illis ligati missas, & alia diuina officia, non tamen in contēptum
clauium celebrando seu alias se illis immiscendo contraxissent dispensandi, omnemq; inhabilitatis & infamiæ
maculam siue notam per eos præmissorum occasione contractam abolendi: Ac etiam si forsan aliqua beneficia
ecclesiastica curata vel alias incompatibilia contra constitutionem fel. rec. Ioannis XXII. Papæ prædecessoris no-
stri, quæ incipit, Execrabilis, detinuissent & detinerent fructus percipiendo ex eisdem aut parochiales Ecclesias
vel alia beneficia ecclesiastica presbyteratus ordinem requirentia vltra annum pacifice possedissent, & etiam
postmodum detinuissent & detinerent, ad dictum presbyteratus ordinē legitimo cessante impedimento, nullaq;
per eos super hoc dispensatione obtenta non promoti, fructus etiam percipiendo contractam abolendi, eisq; de
nouo de parochialibus Ecclesijs, & beneficijs prædictis sic detentis (facta tamen per eos debita de fructibus ma
le perceptis cōpositione pro Camera apostolica) prouidendi: Ac quoscūq; qui in clericos & presbyteros, non
tamen pontificali dignitate præditos (citra tamen mēbri mutilationem, & mortem) manus violentas temere
iniecissent, ab excōmunicationis sententia quam propterea incurrerunt, si hoc humiliter petierint: Et etiā eos qui tē
pore bellorum rapinas, sacrilegia, furta, incēdia, & alia mala perpetrauerint, debita satisfactione præuia: Et etiā
illos, qui horas canonicas omiserint, vel debito tēpore non recitauerint, aut inaduertenter dixerint, cuiuscūque
dignita-

Facultas creandi tabelliones. Tu vide P. 4. constit. 113. in sacrosancta.

Doctorandique in vtroque iure, &c. Quam abrogauit Pius 4. inf. in constit. 39. Quamuis

Comites Palatinos, et creandi cū facultatib. dispensandi cum illegitimis Notariosq. creandi. Quoad primum vide in Pij 4. constit. 86. quamquis. Quoad secundū vide reuocationes in Pij 4 const. 112. Sacrosancta.

Facultas legati absoluēdi a periurio, & infamię maculam tollendi

Interdictaque suspendendi, &c.

Licentiam promouendi etiam extra tempora, & ad plures ordines eodem tempore, vt hic.

Simoniacosque absoluendi, de quibus habes infra in Pij 5 const. §. cum primum.

Absoluendique eos, qui in Clericos manus violētas iniecerunt.

Absoluendi quoque a reatu Apostasiæ, de quo vide Greg. 13. const. 71. sedes Apostolica.

dignitatis, qualitatis, ordinis, & conditionis fuerint, ab excessibus, & omissionibus huiusmodi respectiue: Necnon religiosos ordinum quorumcunque, qui ob sui habitus non delationem, aut alias reatum apostasiæ incurrissent, ab apostasia, ac etiam excommunicationis, alijsque sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propterea etiam iuxta instituta suorum ordinum, & regularium incurrissent, absoluendi: Ac rectoribus paro-

Parochianosque absoluendi auctoritatem absoluendi ab excessibus nō reseruatis.

chialium Ecclesiarum, vt quoscunque suos vtriusque sexus parochianos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis in casibus in quibus ordinarij locorum de iure, vel consuetudine, aut alias absoluere possint, & ab illis, qui dictæ sedi reseruati non fuerint absoluere: Et vota quæcunque per eos pro tempore emissa, præterquam eidem sedi reseruata in alia pietatis opera commutare valeant indulgendi: Ac eccle-

Votaque non reseruata commutandi.

siasticis secularibus personis, etiam in sacris ordinibus constitutis, & dignitates & alia beneficia ecclesiastica obtinentibus, vt leges, & artes audire, & in illis etiam in medicina studere, ac gradus consuetos suscipere pos-

Legesque & artes audiendi: quod vide quæ mox notabo de studijs.

sint cuiusuis licentia super hoc minime requisita; Et eum personis prædictis vt horas canonicas, & officium diuinum secundum morem Romanæ Ecclesiæ etiam nouiter impressum soli, aut cum vno, seu duobus socijs, vel familiaribus recitare; Ac ipsis, & eorum singulis vt quæcunque duo dissimilia, aut simplicia similia sub singulis

Et horas canonicas p se ipsos, vel cū alijs recitādi. Ad quod vide Pij 5 const. 138. & proximo.

eisdem tectis quarumcunque duarum ecclesiarum consistentia alias se inuicem compatientia, etiam si alterum eorum cum cura, aut canonicatus, & præbenda, dignitas, personatus administratio, vel officium in cathedrali etiam Metropolitana, vel collegiata, & dignitas ipsa in cathedrali, etiam Metropolitana post Pontificalem maior, aut collegiata ecclesia huiusmodi principalis fuerit. & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum si sibi alias canonice conferatur, aut eligatur, præsentetur, vel alias assumatur ad illa & instituatur in eis, recipere, & insimul

Et ad plura beneficia vt hic cum eis dispensandi.

quoad vixerit retinere, illaque simul, vel successiue simpliciter, vel ex causa permutationis quotiens eis placuerit dimittere, & loco dimissi, vel dimissorū aliud vel alia simile, vel dissimile aut similia vel dissimilia bene-

Reuocationes vide infra Pij 4. const. 65. adsistimus.

ficium, seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica duo duntaxat sub singulis eisdem tectis quarumcunque duarum ecclesiarum consistentia dissimilia vel simplicia similia (dummodo duo canonicatus & duæ præbendæ aut totidem dignitates, personatus, administrationes, vel officia sub vno, & eodem tecto non existant) similiter recipere, & insimul quoad vixerint, vt præfertur retinere libere, & licite valeant: Quodque in Romana Curia

Cum studētibus circa residentiam, & fructuum Benef. perceptionē dispensandi. Declaratorā habes infra 1 Pij 4. cōst. 113. sanctissimus.

vel altero beneficiorum suorum residendo, aut literarum studio in loco vbi illud vigeat generale insistendo, quoad vixerint fructus, redditus, & prouentus, quorumcunque suorum beneficiorum ecclesiasticorum obtentorum, & obtinendorum qualitercunque qualificatorum cum ea integritate (quotidianis distributionibus duntaxat exceptis) percipere valeas, cum qua illos perciperent si in ecclesijs, siue locis in quibus dicta beneficia obtinent, personaliter residerent, & ad residendum, ac primam personalem residentiam consuetam faciendam interim in eisdem, etiam ratione fundationis beneficiorum huiusmodi, aut statutorum ecclesiarum, siue locorum in quibus illa pro tempore obtinebunt, minime teneantur, dispensandi, ac eis indulgendi: prouiso quod sub eisdem tectis consistentia & alia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequijs & animarum cura in eis si qua illis immineat nullatenus negligatur, sed in quibus non resederint per bonos, & sufficientes Vicarios, quibus de illorum prouentibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur, & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis, ac ipsorum beneficiorum omnium congrue supportentur onera consueta: Necnon quorumcunq; beneficiorum ecclesiasticorum secularium, vel regularium resignationes simpliciter vel ex causa permutationis recipiendi, & admittendi, ac illis receptis, & admissis prædicta resignata: necnon quæcunque alia beneficia ecclesiastica secularia vel regularia per obitum quorumcunque etiam familiarium continuorum commensalium tuorum, aut alias infra metas tuorum legationis, & vicariatus pro tempore vacantia, etiam si

Beneficia quoque conferen. vt hic. Ad quod vide supra proxime notata.

dignitates maiores & principales, aut conuentuales, & alias, vt præfertur, qualificata, & eidem dispositioni ex quauis causa (præterquam vacationis apud sedem eandem ratione, aut familiaritatis continuæ commensalitatis vestræ generaliter reseruata seu affecta fuerint, quæ tamen dum in familiaritate tua, ac etiam antea non tamen in familiaritate alicuius alterius Cardinalis tempore vacationis huiusmodi in humanis agentis fuerint obtinuerint, & ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem aliorum eiusdem ecclesiæ Cardinalium huiusmodi non pertinuerint) personis idoneis etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus conferendi, & de illis promouendi: Ac super resignatorum beneficiorum huiusmodi, vel alijs fructibus redditibus, & prouentibus ecclesiasticis quascunque annuas pensiones tertiam partem fructuum non excedentes eisdem resignantibus, vel alijs personis: Et quæcunq; quotcunque & qualiacunque beneficia ecclesiastica, vt præfertur obtinentibus, & expectantibus annis singulis in locis, & terminis, ac sub excommunicationis, & alijs sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis in talibus apponi solitis, etiam per successores persoluendas, de consensu illas tunc soluere habentium, & legitima subsistente causa reseruandi, constituendi, & assignandi: Ac cum quibusuis tertio & quarto mistim, vel simplici quarto

Dispensandi quoque in 3 & 4. consanguinitatis, & affinitatis. & circa matrimonia sic per contracta. Limitationes vide in dicta Pij 4. const. 65. & seq.

consanguinitatis, & affinitatis gradu inuicem, seu cognatione spirituali, dummodo non inter leuantem & leuatum coniunctis, ac quocunque impedimento publicæ honestatis iustitiæ impeditis: Et qui per adulterium inuicem se polluerint, vt inter se matrimonialiter copulari, & in contractis per eos forsan matrimonijs etiam cum absolutione eorum, qui scienter contraxerint ab excessu, ac censuris, & pœnis propterea incursis iniuncta eis pro modo culpæ pœnitentia salutari remanere, seu ipsis inuicem separatis alia de nouo contrahere, prolem susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernendi: Necnon cum quibuscunque natalium, & oculi (non tamen canonis) & aliorum mēbrorum, ac ætatis defectus patientibus, ac super quibusuis irregularitatibus, etiam ab homicidio, non tamen voluntarie cōmisso, prouenientibus, vt illis non obstantibus ad ordines etiam sacros promoueri, & in per eos susceptis, & suscipiendis ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, & quæcunq;

Dispensandi quoque ad plura beneficia, & circa ætatis, & natalium defectus. Ad quod vide dictam Pij 4. cōst. 65.

quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia & regularia inuicem compatibilia, etiam si secularia dignitates etiam maiores & principales, non tamen quo ad illegitimos personatus, administrationes, & officia in cathedralibus etiā Metropolitanis, vel collegiatis recipere, & retinere: Ac cum triginta ordinum mendicantium professoribus, vt quotcunque beneficium curatum per clericos seculares teneri solitum, etiam si secularis ecclesia, vel perpetua vicaria; Et cum quibuscunque secularibus, & regularibus de quibus tibi videbitur, non tamen ordinum mendicantium huiusmodi, vt vnum vel duo, & cum alijs graduatis, & nobilibus personis ecclesiasticis, vt quæcunque tria ecclesiastica beneficia inuicem incompatibilia cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus, & præbendæ, ac dignitates etiam maiores, & principales, personatus, admi-

nistrationes,

ministrationes, & officia in præfatis Ecclesijs, aut personatus, præpositura etiam conuentuales, & officia etiam claustralia, seu duo ex illis parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ fuerint, si eis canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur, in eis recipere, & quo admiserint secularia in titulum, regularia vero in commendam, vel si regulares personæ fuerint unum regulare in titulum, & reliqua in commendam retinere libere, & licite valeant dispensandi. Necnon quibuscunque Episcopis, Prælatis, Capitulis, & alijs ecclesiasticis personis, & locis pijs, vt bona quæcunque immobilia mensarum, monasteriorum, dignitatum, administrationum, & officiorum, prioratuum, ac beneficiorum aliorum, ac piorum locorum quorumlibet cum euidenti vtilitate eorum vendere, permutare, & in emphiteosim perpetuam, vel temporalem concedere, & alias in euidentem vtilitatem alienare valeant licentiam: Et quibuslibet petentibus confessionale iuxta formam solitam Cancellariæ apostolicæ, concedendi: Et vt præfertur. factas venditiones, permutationes, concessiones, & alias alienationes, cum quorumcunque tam iuris, quam facti defectuum suppletione approbandi, & confirmandi: Ac omnibus & singulis christifidelibus vtriusque sexus, qui solemni benedictioni per te in Ecclesia cathedrali, seu principali cuiuscunque ciuitatis, & terræ famosæ, & populosæ in primo tuo ingressu faciendæ interfuerint, viginti annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pænitentijs misericorditer in domino relaxandi facultatem apostolica auctoritate, concedimus per præsentes. Decernentes te ex nunc in quibuscunque locis ad quæ eundo extra Romanam Curiam ad legationem, vel ex legatione huiusmodi ad dictam Curiam redeundo recta via, aut alias necessitate cogente te declinare contigerit temporali dominio præfatæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis extra ciuitates, terras, castra, oppida, loca, comitatus, territoria, & districtus, prædictæ legationis, ac vicariatus tuorum Legatum de latere, ac Vicarium fore, ac pleno Legationis, ac Vicariatus officio, & concessis tibi quibuslibet facultatibus, & auctoritatibus in commoditatem vndecunque in termino Legationis, & vicariatus tuorum huiusmodi ad te recurrentium, ac vndecunque, & pro tempore existentium familiarium continuorum commensalium tuorum vti posse: Ac te in literis, & concessionibus tuis tam gratiam, quam iustitiam concernentibus personas in quarum fauorem illæ emanauerint ad effectum a censuris & poenis quibus ligati forent quomodolibet, prout in literis apostolicis absolui consueuerunt, absoluere, ac beneficia ecclesiastica quæ obtinerent, ac in quibus, & ad quæ ius eis competeret tempore datæ tuarum literarum, & gratiarum huiusmodi quæcunque, quotcunque, & qualiacunque forent, prout in literis apostolicis solitum est fieri, pro expressis habere: Et omnia & singula alia, quæ Legati de latere in eadem prouincia facere, mandare, ordinare, & exequi possunt, & consueuerunt facere, mandare, ordinare, & exequi posse in ciuitatibus, comitatibus, & terris prædictis, in quibus Legatus, & Vicarius deputatus existis. Datum Romæ apud sanctum Petrum. anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, quartodecimo Calendas Nouembris, Pontificatus nostri anno vndecimo.

Licitiamque alij, circa alienationes bonorum eccles. in euidentem vtilitat. de hoc habes sup. fol. 88 Pauli 2. const. 20. & infra in Pij 5. const. 64. volentes.

Indulgentiasque concedendi interessentibus eius solemni.

Et suis facultatibus vtendi in locis ad quorum declinare eundo vel redeundo ad Rom. Curiam.

Et impetrantes in concessionibus absoluendi a censuris, ad effectum illis obtinendi, & faciendi alia quæcunque alij legati illius prouinciæ facere consueuerunt.

M. Cardinalis Crescentius.

L. de Torres.

Visa L. de Torres.

V. Bassa.

Registrata in Secretaria apostolica.

L. de Torres.

XLV.

Exemptiones ob numerum duodecim Filiorum declarat, & alias quascunque reuocat, quo ad solutionem Dohanarum Vrbis.

Hæc constitutio declaratur infra per Pium 4. const. 55. Quia licet.

Quo vero ad solutionem Subsidij Triennalis & aliarum impositionum vide supra fol. 434. const. 38. Ex debito, infra Pij v. const. 9. Et si ea, & ibi notabo.

De Materia Dohanarum vide infra Iul. 3. const. 55. Cum sicut, vbi notabo.

PAVLVS Papa Tertius Motu proprio &c.

CVM, sicut accepimus, Dilecti filij Sebastianus de Montecacuto, & Benuenutus Oliuerij, mercatores Florentini, a nobis in Camera nostra apostolica, dohanas almæ Vrbis nostræ, necnon Grasciæ, ac Ripæ, & Ripettæ, ad certum tempus nondum finitum, & pro certa annua notabili pecuniarum summa, ac cum pactis, & capitulis in instrumento desuper celebrato latius contentis, & inter cætera quod nullus præterquam S. R. E. Cardinales, ac Præsidentes, & Clerici Cameræ, & qui in dictis capitulis comprehenduntur, pro eorum vsu a solutione dohanæ huiusmodi sit exemptus, conduxerint, nonnulli etiam forenses, & qui in ipsa Vrbe cum eorum familia nequaquam habitant, sub certis coloribus, & præsertim quod plures filios procreauerint, & quandoque numerum duodecim filiorum suppleri, quandoque etiam defunctos filios in dicto numero duodecim connumerari satagentes, & nonnunquam numerum prædictum filiorum excedere asserentes, & siue sub prætextu paupertatis, siue ex alijs causis, & occasionibus, etiam per fauores, & mendicata suffragia, exemptiones, & immunitates a solutione pedagij, passus, & gabellæ almæ Vrbis prædictæ extorserunt, & in dies extorquere quamplures nituntur, & huiusmodi affectatas exemptiones, & pro rebus, etiã mercimonijs, ad almam Vrbem conductis, vt vendant, catendi, & sibi obseruari debere prætendunt: quo fit vt appaltatores prædicti cõtra formam dictorum capitulorum plures lites, & controuersias sustinere, & quandoq; etiam fiscum nostrum pro obseruatione capitulorum huiusmodi, & emendatione damnorum in iudicium trahere, & non modica damna sufferre, & expensas subire cogantur: idque tandem in nostrum & Cameræ nostræ apost. damnum redundare dignoscatur, tum ex huiusmodi refectione damnorum, tum etiam quod cessantibus huiusmodi molestijs, nisi prouentus dictæ dohanæ diminuti, sed illæsi, & intacti existerent, in futuris locationibus meliorem conditionem Cameræ

Causa istius const.

prædictæ pro subleuandis ipsius oneribus afferrent. Nos itaque cupientes quod ea quæ placita sunt, & dictis appaltatoribus etiam cum iuramento promissa, & in istrumentis, & capitulis quomodolibet, etiam successiue, & quandocunque cum Camera apostolica initis, & celebratis contenta, inuiolabiliter obseruentur, eorumque, & Cameræ nostræ apostolicæ prædictæ indemnitati quantum possumus consulere, ac ne etiam huiusmodi ea ogitantia artibus via fraudibus aperiatur, aliasque in præmissis opportune prouidere: Motu proprio, &c. ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine de præmissis certam notitiam haben. & habere testantes omnes & singulas causas huiusmodi ad nos aduocantes, illasque penitus extinguentes, declarantesque intentionis nostræ fuisse & esse, quod quo ad solutionem dictarum dohanarum, capitula, conuentiones, & pacta cum Camera nostra celebrata obseruentur: Exemptiones vero, & immunitates quæcunque hactenus quomodolibet concessæ, pro illis duntaxat, qui numerum duodecim filiorum superuiuentium habent, quouique in communi viuunt, ac in ipsa Vrbe cum eorum familijs continuo degunt, etiam pro vsu solum eorum, non autem pro mercimonijs, & alijs rebus, quæ ad ipsam vrbem vt vendant, per eos vehuntur, & seu vehi, & portari faciunt, pariter obseruentur: Omnes & singulas exemptiones, immunitates, & priuilegia alias a nobis concessa & emanata, quo ad dictas dohanas almæ Vrbis, illis alias in suo robore permansuris, reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro cassis, irritis, & nullis habentes, eis nullatenus suffragari: Sicque per quoscunque etiam sacri palatij apostolici causarum Auditores, & S. R. E. Cardinales, & alios, etiam Romanæ Curiæ officiales, & iudices, quocunque nomine nuncupentur, & dignitate fungantur, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere; Irritum quoque & inane quicquid secus a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, decernimus. Mandantes dilecto filio nostro Guidoni Ascanio Sforciæ S. R. E. Cardinali Camerario nostro, necnon Præsidentibus, & Clericis Cameræ prædictæ vt præmissa obseruent, & ab alijs inuiolabiliter obseruari faciant & mandent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs, indultis, & immunitatibus, ac literis apostolicis quomodolibet desuper concessis, tam sub plumbo, quam per breue, & sub quibusuis verborum expressionibus, & clausulis etiam fortissimis derogatoriarum derogatorijs, irritantibus & alijs decretis, ac singulorum præmissorumque omnium, & aliorum hic forsan latius generaliter, vel specialiter de necessitate exprimendorum tenores, nomina, & cognomina, qualitates, prærogatiuas singulorum in dictis priuilegijs comprehensorum, ac causas, & circumstantias, & compendia, perinde ac si specificatim, nominatim, & indiuidua, ac de verbo ad verbum expressio facta foret, & non per clausulas generales idem importantes, pro plene, & sufficienter expressis habentes, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Declaratio circa exemptionē ob numerum duodecim filiorum.

Aliā declaratio-nē habes in Pij 4 constitut. 155. quia licet.

Reuocatio aliarū exemptionū.

Decretū irritās.

Executores istius constit.

Clausula derogatoria.

Placet Motu proprio. A.

Publicationem istius const. vide infra in Pij 4. const. 155. Quia licet.

XLVI.

De Ministris Reuerendæ Cameræ Apostolicæ rationem administrationis fideliter, & integre non reddentibus, & eorum pœnis.

De reuisione Computorum vide infra Pij 4. const. 158. Romanum.

PAVLVS Papa tertius Motu proprio &c.

Cum, sicut accepimus, nonnulli prouinciarum status ecclesiastici Thesaurarij, Vicethesaurarij, mercatores, & nostræ seu Cameræ apostolicæ ministri, aliæque personæ computa administrationum, locationum affictuum partitorum, & exactionum reddere debentes, integra computa non exhibeant, partem introituum, & exactorum sub diuersis prætextibus, & coloribus retinen. putan. nil peius eis contingere posse, quam re detecta id quod penes eos fuerit, restituere: Nos malitiæ huiusmodi occurrere, ac indemnitati Cameræ opportune prouidere volentes, & vt præfati fideliter si non virtute saltem pœnæ timore procedere discant, Motu proprio &c. perpetuo statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli prænominati, & alij quicunque in Camera Apostolica computa reddere debentes, computa huiusmodi integre, videlicet integrum debitum, & integrum creditum describere debeant, nec audeant aliquid penes se, vel eorum ministros aut ab eis dependentes retinere seu retineri facere directe, vel indirecte quouis quæsito colore. Et si contingeret eos cogi per Cameram Apostolicam ad reddendum rationem de exactis, vel administratis ante tempus finitum, vel durante exactione, debeant totum id quod tempore dationis, rationis, seu computorum ad eorum, vel ministrorum, aut agentium suorum manus peruenit, integre describere, & tandem omnia diligenter, ac fideliter gerere, & adimplere, & si secus factum fuerit in præmissis, vel aliquo præmissorum, contrafacientes excommunicationis maioris, a qua nisi per nos, vel Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo, absolui nequeant, ac periurij, & falsi, necnon decupli cuiuslibet partitæ crediti Cameræ omissæ, seu non solutæ irremissibiliter exigendæ, & dictæ Cameræ applicandæ, necnon alias nostri arbitrij pœnas ipso facto incurrant, & ad decupli huiusmodi solutionem prius, & ante omnia, etiam non finitis vel solidatis computis, tamquam de re liquida cum alia re minime compensanda, iuris, & facti remedijs cogi, & compelli debeant, nec aduersus præmissa excusationem aliquam eis suffragari volumus, cum nulla excusatio locum habeat in casu in quo quis tenetur integra computa dare, & totum receptum vel ad manus eius, vel pro eo agentis delatum in computis non describit. Et sic per quoscunque, &c. iudicari &c. sublata &c. necnon irritum &c. decernimus, ac volumus quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique, tam in iudicio, quam extra fidem faciat absque alia literarum expeditione, quodque pro lege habeantur & sint, & postquam præsentes, vel illarum transumptum in valuis Cameræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerint, omnes arctent, ac si eis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon

Causa istius cōst.

Ministris R. Cameræ Apost. integre computa reddere tenentur.

Contrafacientiū pœnæ.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

statutis,

ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, ac literis apoſtolicis, ſtilo Cameræ, contrarijs vſibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Placet Motu proprio. A.

Die xxi. Aprilis 1 5 4 4. ſuprascriptæ literæ affixæ fuerunt in Camera Apoſtolica per me Nicolaum de Mattheis Curſorem.

Die lunæ xxi. Aprilis 1 5 4 4. ſuprascriptus Motus proprius admiſſus fuit in plena Camera Apoſtolica publicatus, & regiſtratus ad perpetuam rei memoriam, Michelangelus Collatinus.

X L V I I.

Facultatum & Iuriſdictionis D D. Conſulum Artis Mercantiæ Pannorum Vrbis, ac eius Statutorum Confirmatio.

Hæc conſtitutio declaratur, & ampliatur infra per Pium 4. conſt. 59. Volentes.

De Materia Mercatorum habes infra in Pij v. conſt. 148. In eam, vbi notabo.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

DVDVM antiqua temporis etiam immemorabili conſuetudine, ac per literas Martini Papæ V. prædeceſſoris noſtri Conſules artis mercantiæ pannorum almæ Vrbis pro tempore, in quaſi poſſeſſione ſunt lites, controuerſias, & cauſas iuxta ſeriem, & ordinem ſtatutorum ipſius artis de quibuſcunque debitis, & creditis vigore huiuſmodi artis, ac etiam de quibuſcunque alijs rebus ad præfatam artem, quomodocunque ſpectan. & pertinen. cõtra & aduerſus quaſcunque perſonas (ſeculares duntaxat) viden. cognoſcen. tractan. examinan. & finien. ac examinatas, & diffinitas per eorum ſententias perſonaliter, & realiter exequen. & quod vna via realis per aliam perſonalis executionis minime tolleretur: Necnon vt eorundem mercatorum codicibus, ac libris (dummodo ipſi mercãtiles, & mercatorum ordine, & more ſcripti, ac confecti, & tenti eſſent, & cum debitis circumſtantijs, rationabili ſuſpicione caren. ipſorum mercatorum, etiã ſcribentium circunſpecta vita & qualitate penſatis) vſque ad quantitatem viginti ducatorum auri incluſiue, occaſione mercantiæ, vel cuiuslibet alterius rei ad artem huiuſmodi pertinen. ita tamen quod agentium, & exigere volentium interueniret iuramentum, perinde plenam fidem adhiben. ac ſi legitime probatum eſſet, iudicandum, & decernendum extiterunt. Et licet (ſicut accepimus) etiã nunc præfati Conſules in poſſeſſione ſeu quaſi iuriſdiction. huiuſmodi iuxta earundem literarum tenorem exercen. ſint, ipſæque literæ in quodam eorundem mercatorum, ſeu Conſulum antiquo, & fide digno illorum ſtatutorum, & priuilegiorum libro fideliter deſcriptæ, & regiſtratæ exiſtãt, cum tamen ſæpe, ac ſæpius debitores conuenti volentes ſolutiones differre, iuriſdictionem dictorum Conſulum declinant, & more reorum debitorum ſubterfugiunt, Cõſules præfati illorum ſententias iuxta ipſarum literarum tenorem exequi non poſſunt in eorum mercatorum non modicum damnum & detrimentum. Nos igitur attendentes negotiationes ipſorum mercatorum non ſolum vtiles, ſed ad vitam humani generis neceſſarias fore, ac propterea præfatos mercatores ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, Motu ſimili &c. literas præfatas, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, ex certa noſtra ſcientia approbamus, & innouamus, ac modernis, & pro tempore exiſtentibus eiuſdem artis Conſulibus omnia, & ſingula in eiſdem literis contenta iuxta illarum tenorem & eorum ordinariam iuriſdictionem, ac ſtilum, & formam ſtatutorũ huiuſmodi procedere valeant, concedimus & indulgemus, ſine tamen præiudicio tribunalis Auditoris Cameræ in quacunque ſumma, & aliorum tribunalium vltra ſummam viginti. Decernentes præfatos Conſules ad docendũ alias, quam vt præfertur, de literis præfatis ad quas plene probandum veris exiſtentibus præmiſsis præſentes in iudicio, & extra ſufficiant, nec alterius probationis adminiculum requiratur, minime teneri. Sicque in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunque &c. & cauſarum palatij Auditores, ac ſublata &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. Non obſtantibus præmiſsis, ac quibuſuis cõſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegijs quoq; indultis, ac literis apoſtolicis, etiam motu proprio &c. etiam per nos, & ſedem, ac Cameram apoſt. conceſsis, confirmatis & innouatis. Quibus etiam ſi de illis &c. tenores &c. latiſsime derogamus, ac ſufficiẽter derogatum illaque aduerſus præmiſſa nullateous ſuffragari poſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Martini v. cõſt. hic nõ poſui cũ tamen vidi regiſtratã in lib. Stat. Vniuerſitatis fo. 96.

Martinus v. Conſulibus artis iuriſdictionem dedit cognoſcendi cauſas circa res ſpectan. ad artẽ.

Libriſq; eorum plenã fidẽ adhiberi decreuit vſq; ad ducatos 20. Et Pius 4. auxit ad 50. in eius cõſtit. 59. volentes.

Liber Stat. eſt penes d. Prodentiũ Iacobinũ Romanũ Notariũ Vniuerſitatis Merca.

Pau. iſte confirmat conſt. Martini V.

Tribunaliũ Vrbis & iudicũ facultates vide ſupra ſ. 159. conſt. 23. decet cum ibi not.

Decretũ irritãs.
Clauſulæ derog. totiẽ.

Fiat vt petitur. A.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c etiam in caſibus regulæ cum opportuna illius derogatione quatenus opus ſit latiſsime extendenda: Et quod tenores literarum prædictarum habeantur pro expreſsis, & latiſsime, ac de verbo ad verbum exprimi, & inſeri poſsint, & de approbatione, innouatione, poſſeſsione, indulto, decreto, derogatione, proceſſu, & alijs præfatis, de omnibus, & ſingulis præmiſsis, quæ hic pro repetitis habeantur perpetuo in forma gratioſa, & ex certa ſcientia. Et quod præſentium ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat regula contraria non obſtante, attento quod in Vrbe, ſeu ſi videbitur literæ deſuper, etiam cum deputatione executorũ qui aſsiſtant &c. Cum poteſtate pro illis, ac dictis Conſulibus citandi, etiam per edictum publico conſtito ſummarie extraiudicialiter de non tuto acceſſu, & inhibendi ſub pœnis pecuniarijs eorum arbitrio, præmiſſorum omnium, & ſingulorum, ac cum qualitatum aliorumque circa præmiſſa neceſſariorum maiori, & veriori ſpecificatione, & expreſsione per breue noſtrum ſimul, vel ſeparatim expediri poſsint.

Fiat. A.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſextodecimo Calendas Maij, anno duodecimo.

L. Marcellinus.

XLVIII.

Alumina de partibus Infidelium, ad partes Christianorum deferri, vendi, & mercari prohibet, & Contrauenientibus eorumque Complicibus poenas imponit.

Prohibitionem istam introduxit Iul. 2. optima ratione. Quam vide sup. fol. 248. in Leon. x. const. 36. Sicut.

Hæc Constitutio innouatur & confirmatur infra per Iul. 3. const. 42. Et si ea, Pium 4. const. 43. Ex apostolicæ, & Greg. 13. const. 21. Muneris.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Et si ea quæ a Romanis Pontificibus, ad dirigendum gregem in semitis veritatis & iustitiæ, reprimendumq; damnatorum nefarios conatus, edita sunt, plenam obtineãt roboris firmitatem, illis tamen quandoq; robur nostræ approbationis, & innouationis adijcimus, vt eo firmius illibata persistant, & inuiolabiliter obseruentur, quo sæpius fuerint apostolico præsidio communita, eaque etiam pro illorum subsistentia firmiori, de nouo edimus, improborum reprimendo audaciam, & furorem, eorumque temerarios ausus pluribus poenis, tam temporalibus, quam spiritualibus coercendo, vt quos Dei timor a malo non reuocat, temporalis saltem poena coerceat a peccaro. Sane licet fel. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster nonnullos, qui nefarij lucri cupiditate excæcati, contra sacrorum canonum decreta, diuersasq; apostolicas sanctiones, censuris ecclesiasticis spretis, Alumina infidelium ad partes christianitatis asportari, seu aduehi facere non verebantur, per suas sub plumbo literas anathematis sententiæ subiecerit, eosque omnibus eorum bonis priuauerit, alijsq; poenis contra similia perpetrantes, prout in literis huiusmodi latius continetur: Nihilominus hodies hominum crescente malitia christianæ reipublicæ hostes, decreta, & cohibitiones, & poenas huiusmodi pro nihilo habentes, Alumina prædicta ex infidelium partibus ad fideles temerarie asportare, & aduehi facere moliuntur, in eorum animarum damnationem, & Romanæ Ecclesiæ damnum, dedecus, iacturam, & scandalum plurimorum.

Iulius 2. cuius const. hic non habet, prohibuit asportari Alumina de partib. infidelium sub certis poenis vt habes sup. fol. 248. in Leon. x. const. 36. sicut vbi nota rationem prohibitionis.

Nos igitur desuper, iuxta nobis creditæ dispensationis officium, opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, literas dicti Iulij prædecessoris nostri prædictas harum serie confirmantes, & approbantes, illasque innouantes, omnes & singulos cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, eorumque socios, complices, familiares, & sequaces, qui de cætero Alumina huiusmodi ex Turcarum, aliorumq; Infidelium partibus ad partes christianitatis conducent, vendent, contrahent, ement, laborabunt, aut se in illis, vel circa ea quomodolibet immiscebunt, & eorum quemlibet, quorum nomina, cognomina, qualitates, status, gradus, & conditiones præsentibus pro expressis haberi volumus, omnes, & singulas poenas in decretis, & constitutionibus, ac literis dicti Iulij prædecessoris prædictis contentas, incurrere declaramus, ac pro eorum ampliori confusione, etiam de nouo, ex parte omnipotentis Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti, ac auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra, excommunicamus, anathematizamus, aggrauamus, reaggrauamus, & æternaliter maledicimus, intestabilesque, & vt publice repulsi, nullum inueniãt suæ malitiæ successorem cuiuslibet hæreditatis, etiam ab intestato, & quorumcunque officiorum publicorum incapaces reddimus, eisque quoscunque actus legitimos interdicimus, ita vt in iudicio, aut extra, stare, agere, vel audiri non possint: Ciuitatesque, terras, oppida, castra, villas, & loca quæcunque, terrestria, & maritima, ad quæ eos, & eorum quemlibet declinare contigerit, nisi infra terminum vnius diei, postquam de eis qualiscunq; notitia habita fuerit, ab illis eijciantur, ecclesiastico interdicto supponimus, a quibus excommunicationis, & anathematizationis, ac alijs censuris & poenis absolutionem, & interdicti relaxationem, etiam vigore quarumcunque facultatum siue confessionalium a nobis, vel apostolica sede, aut eiusdem sedis legatis sub quacunque verborum forma concessorum absolui non possint, nisi a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus, aut in mortis articulo constituti.

Pont. iste innouat & confirmat dictam cõst. Iul. 2. & declarat in illius poenas incurrere, conducẽtes vendentes, cõtrahentes &c.

Et insuper eosdem & alias poenas de quib. hic imponit.

Et ciuitates ad quas illi declinabunt interdicto ecclesiastico subijcit.

Absolutionemque sibi & successoribus reseruat.

Et nihilominus vt præmissa efficaciorem sortiantur effectum, motu, scientia, & potestate similibus, omnibus & singulis ciuitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, villarum, & locorum præmissorum dominis, cõmunitatibus, vniuersitatibus, magistratibus, officialibus, & priuatis personis, vt præfatos conducentes contrahentes, ementes, vendentes, laborantes, aut in eis se quomodolibet immiscentes, socios, familiares, complices, & sequaces præfatos, ac eorum quemlibet, quos ad loca præmissa declinare contigerit, infra dictum terminum ab eorum locis expellãt & eijciant, seu expelli, & eijci faciant, eisque & alijs personis fidelibus ne cum eis conuersationem, commercium, aut negotiationem aliquam trahant, sub excommunicationis latæ sententiæ poena mandamus.

Mandat etiã officialib. vt illos expellant de locis ad quæ declinabunt.

Necnon omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus quorumcunque monasteriorum, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis, singulisque Canonicis, & personis Metropolitanarum, Cathedralium siue Collegiatarum, ac parochialium Ecclesiarum rectoribus, seu locatenentibus, eorundem Vicarijs, perpetuis capellanis, etiam quorumcunque conuentuum religiosorum, etiam mendicantium, Prioribus, siue Guardianis, & eorum cuilibet insolidum, districte, sub diuini iudicij intermin̄atione, quatenus infra terminos trium dierum post præsentium notitiam, in ecclesijs suis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, non solum semel, sed quocunque dominico, vel festo die, præfatos Alumina infidelium ad infideles conducentes, ementes, vendentes, contrahentes, laborantes, & se immiscentes, socios, familiares, complices, & sequaces, ac alios præfatos, qui posthac cõducent, ement, vendent, contrahent, laborabunt, aut se immiscebunt, excõmunicatos, & anathematizatos fore, alijsque sententijs, censuris, & poenis prædictis subiacere, illasque incurrisse, & in futurum incurrere, & a cõmercio fidelium vitandos, ac ad diuina audienda minime admittendos, aliasque censuras & poenas præmissas incurrisse, ac incurrere publicent, denuncient, publicarique, & denunciari faciant, eisdem motu, scientia, & potestate præcipimus. Præsentesque ad plenæ, & certæ notitiæ nostræ præfatæ, aliorumque præmissorum omnium, & singulorum probationem vbiq; sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, eorumq; transumptis manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate

Episcopisque & alijs præcipit vt eosdem publicẽt excõmunicatos vt hic.

ecclesiastica

ecclesiasticæ constitutæ munitis, in iudicio & extra, fidem adhiberi, perinde, ac si originales literæ exhiberētur. Sicque per quoscunque iudices, tam ecclesiasticos, quam seculares, etiam palatij apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, in quacunque instantia, in Romana Curia & extra eam, in quocunq; foro, sententiari, decidi, interpretari, & iudicari debere. Sublata eis & eorum cuilibet, quauis alia sententiandi, decidendi, iudicandi, & interpretandi facultate. Ac irritum & inane quicquid super his, a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contingerit attentari, decernimus & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutisque & consuetudinibus municipalibus, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs, quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, declarationis, excommunicationis, anathematizationis, aggrauationis, reaggrauationis, maledictionis, redditionis, interdictionis, suppositionis, mandati, præceptionis, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, tertio nonas Maij, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Decretū irritās.

Clausula derogatoria.

B. Motta.

XLIX.

Impositio duarum Decimarum super Fructibus Beneficiorum &c. in Italia, & Regno Siciliæ, ac Insulis Corsicæ & Sardiniæ consistentium, pro Bello contra Hæreticos.

Similem Impositionem fecit Pius V. vt habes infra in eius constit. 104. Christiana & Greg. 13. constit. 3. Et si in crastinum & constit. 31. Quo in statu.

Aliam impositionem Decimarum istius Pont. habes supra fol. 433, constit. 37. Ex debito.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

AD intolerabiles impensas, & onera, quas vsque ab ipso Pontificatus nostri initio, tum pro resistendo maximis conatibus Turcarum tyranni, qui christianos omnes suo impio dominatui subicere moliebatur, tum pro Christi fidei, & Romanæ Ecclesiæ vnitate, & auctoritate, ab impiorū morsibus, eas scindere, & lacerare nitentium, defendendis, & ad pristinam integritatem, & dignitatem restituendis, subire coacti fuimus, & cogimur, hoc amplius oneris in præsentiarum accessit, quod cum hæreses, quæ in Germania iam diu pullularunt, & ex quibus tot & tanta mala, & ruinæ euenerunt, quot & quanta animus meminisse perhorrescit, non œcumenici concilij a nobis indicti auctoritate, per quam eas omnino extingui putabamus, non innumeris alijs remedijs, quibus aduersus illas frustra, propter ipsorum hæreticorū obstinationem, & duriciem, vsi sumus, sedari posse cognosceremus, & hoc vnum superesset remedium, vt res armis ageretur, remedium ipsum, ne quid medicinæ a nobis ad hunc morbum curandum omissum esse videretur, adhibendum, & pia arma sumenda esse duximus. Iamque ad hoc dilectum filium nostrum Alexandrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellariū Cardinalem Farnesium de latere Legatum, cum non mediocri exercitu, in ipsam Germaniam ad charissimum in Christo filium nostrum Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, qui sanctissimam prouinciam debellandi eos, per quos ipsæ hæreses nutriuntur & coalescunt non minus pio, quam forti animo suscepit, destinauimus, vt finis quandoque tantis malis imponatur, quod diuina confisi bonitate, quæ gregem suum diutius hoc morbo afflictari non sinet, fœliciter euenturum speramus. Cum autem non solum difficile, sed impossibile sit, vt impensæ, quæ pro tanto exercitu sustentando necessariæ sunt, ea apostolicæ sedis facultatibus, quæ supra quā credi possit, imminutæ sunt & exhaustæ, perferantur: Considerantesque ex debellatione ipsorum hæreticorum pacem, tranquillitatem, & commoda cunctis christianis præsertim ecclesiastici ordinis parari, æquum iudicamus, & necessarium, vt ecclesiasticæ personæ in supportatione tanti oneris, eorum ecclesiasticis prouentibus contribuant, & hoc pium opus adiuuent, quod eas libenter facturas pro earum pietate, & rei necessitate firmiter tenemus. Hac igitur ratione, & necessitate ducti, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, Duas integras decimas omnium, & singulorum fructuum, redituum, & prouentuum ecclesiasticorum, distributionumque quotidianarum in fructibus certis consistentium, veri annui valoris secundum communem æstimationem arbitrandi, quarumcunque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, ac Patriarchalium, aliarumque ecclesiarum, necnō monasteriorum, prioratuum, præceptoriarum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, ac canonicatuum, & præbendarum, massarum, communium, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac hospitalium bona, pro vsu hospitalis applicata, minime possidentium, aliorumque piorum locorum cum cura, & sine cura secularium, ac etiam S. Benedicti, S. Augustini, Cistercien. Cluniacen. Cartusian. Camaldulen. Vallisumbrosæ, Humiliatorum Præmonstraten. Cruciferorum S. Hieronymi, & aliorum quorumuis ordinū, necnon Casinen. alias S. Iustinæ, Montis oliueti, S. Saluatoris, & Lateranen. aliarumque congregationum regularium, necnon beatæ Mariæ Theutonicorum, & S. Lazari, & aliarum quarumuis militiarum, tā virorum, quam mulierum, etiam mendicantium, ex priuilegio, vel alias, bona immobilia, seu certos redditus habentium, in vniuersa Italia vbilibet, & in regno Siciliæ vltra pharum, ac Insulis Sardiniæ, & Corsicæ consistentium a singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs electis Administratoribus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Prælatis, Capitulis, Conuentibus, Clero, & personis ecclesiasticis secularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, regularibus, ex priuilegio, vel alias, bona stabilia possidentibus, aut certos redditus percipientibus, pro bonis & redditibus eisdem, exemptis & non exemptis (S.R.E. Cardinalibus, qui assidue pro his, & alijs grauibus causis vniuersam christianitatem tangentibus, nobiscum laborant, ac Prioribus, & Fratribus domorum hospitalis S. Ioannis Hierosolymitan. qui se, & sua, cōtra hostes

Pont. iste maximas substinuit expensas, vt Turcarū Tyranno resisteret, & ab Hæreticis fidem Catholicam defenderet.

Hæresesque in Germania ortas, multis modis extinguere curauit & quia non potuit, ad armorum remedium deuenit.

Et Alexandrum Farnesium Card. eius nepotē cum magno exercitu in Germania ad Carolum Imper. destinauit.

Pro substinēdis itaq; expēsis exercitus, imposuit duas Decimas vt hic.

Exemptos quoscunque exceptis Card. & Militib. Hierosolymitanis, ac Hospitalibus Hospitalitatem seruantibus) ad decimarū solutionē teneri declarat.

tra hostes christianæ fidei iugiter exponunt, quoad præceptorias, & loca dicti hospitalis, necnon hospitalibus hospitalitatem seruantibus duntaxat exceptis) fructus, redditus, & prouentus huiusmodi in Italia, & in Regno, & Insulis prædictis habentibus, & percipientibus, etiam quomodocunque priuilegiatis, in terminis, ac locis, ac modis, & formis, per dilectum filium Guidonem Ascanium S. Eustachij Diaconum Cardinalem de sancta Flora, nuncupatum, Camerarium nostrum quem dictarum decimarum cum plena, libera, & omnimoda facultate, Subcollectores, & Commissarios, quotquot sibi necessarij videbuntur, pro celeriori illarum exactione constituendi, & deputandi, eosque toties quoties opus fuerit, amouendi: Ac cum Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Capitulis, Conuentibus, Clero, & personis præfatis, desuper concordandi, & componendi, soluentesque quietandi, & liberandi: Et generaliter, omnia & singula alia, in præmissis necessaria, & opportuna, faciendi & exequendi, Commissarium, & Collectorem nostrum generalem, facimus, constituimus, & deputamus, statuendis, & declarandis & persoluendas, ac per Subcollectores, & Commissarios, per ipsum Guidonem Ascanium Cardinalem, & Camerarium deputandos huiusmodi, exigendas, & leuandas, imponimus, & impositas esse, ipsosque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Electos, Administratores, Abbates, Priores, Præceptores, Præpositos, Prælatos, Capitula, Conuentus, Clerum, & personas ecclesiasticas, ad decimarum earundem solutionem, iuxta illarum impositionem huiusmodi efficaciter obligatos fore, & ad illarum solutionem censuris, & pœnis ecclesiasticis, etiam interdicti appositione, ac omnibus alijs iuris & facti remedijs cogi & compelli posse, ac omnes, & singulos pensionarios, seu eos, quibus, loco pensionum, fructus, ecclesiastici, in totum, vel in partem, reseruati sint, cuiuscunque conditionis existant (Cardinalibus præfatis, ac illis, quibus super fructibus, redditibus, & prouentibus præceptoriarum, vel aliorum locorum dicti hospitalis S. Ioannis Hierosolymitan. pensionis huiusmodi seruatæ fuerint, exceptis) ad huiusmodi dictarum decimarum solutionem, in omnibus, & per omnia, perinde ac si illæ eis nominatim, specialiter & expresse impositæ fuissent, clausulis, ac decretis in literis apostolicis reseruationum pensionum huiusmodi appositis, etiam quod dictæ pensiones ab omni decima, subsidio, etiam charitatiuo, & quouis alio onere tam ordinario quam extraordinario, quauis auctoritate, etiã apostolica, etiam pro expeditione contra Turcas, & Infideles alios, aut reipublicæ christianæ, ab illorum conatibus, quauis defensione, ac etiam pro recuperatione Terræ sanctæ, seu fabrica basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, vel pro alia necessitate, etiam seculari instantia, etiam seu quacunque alia causa a Romano Pontifice pro tẽpore existente, etiam motu simili, & ex certa sciẽtia, etiã super pensionibus ipsis imposito, & imponendo exemptæ sint, disponentibus, nequaquam obstantibus, etiam si pensiones huiusmodi soluere debentes, ad solutionem ipsarum pensionum, etiam in forma Cameræ apostolicæ, etiam cum iuramento, susceptione censurarum, & alijs vinculis obligati fuerint, pro rata pensionum, & fructuum reseruatorum huiusmodi teneri, & astrictos esse, & si pensiones, seu fructus reseruati huiusmodi, exemptæ seu exempti fuerint, Prælatos seu Rectores ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum, super quorum fructibus pensiones reseruatæ fuerint, nisi pro rata pensionum, & fructuum reseruatorum huiusmodi teneri & astrictos esse, & si pensiones, seu fructus reseruati huiusmodi, exemptæ seu exempti fuerint, Prælatos seu Rectores ecclesiarum, & monasteriorum, ac beneficiorum, super quorum fructibus pensiones reseruatæ, seu quorum fructus reseruati fuerint, nisi pro rata, seu parte fructuum, quibus potiuntur, & gaudent, grauari non posse: Pro pensionibus vero, seu fructuum reseruationibus non exemptis, ipsos titulares pro pensionarijs, seu quibus fructus sunt reseruati, si forsan ipsi essent in mora, satisfacere posse, & debere, ac libere postmodum, sua propria auctoritate, penes seu pro se, totum illud quod pro ipsis pẽsionarijs, seu pro eis quibus fructus huiusmodi sunt reseruati, retinere posse decernimus, & declaramus. Dantes plenam, & omnimodam facultatem Collectoribus & Subcollectoribus, per dictum Guidonem Ascanium Cardinalem, & Camerarium, vt præfertur deputandis, qui in dignitate ecclesiastica constituti fuerint, illos quos ex defectu non factæ solutionis huiusmodi duntaxat, suspensionis, aut interdicti sententias, vel pœnas incurrere fortasse contigerit, ab eisdem, post satisfactionem factam absoluendi, & cum eis super irregularitate, si quam sic ligati Missas, & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium celebrando, seu illis se immiscendo contraxerint, dispensandi. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, ordinum, congregationum, & militiarum, ac capitulorum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, vsibus, & naturis, necnon quibusuis priuilegijs, indultis, exemptionibus, immunitatibus, & literis apostolicis, quibusuis (non tamen Prælatis in Concilio Tridentino residentibus) etiam dignitatibus, capitulis, & conuentibus, ac singulis supradictis ordinibus, & congregationibus, generaliter, vel specialiter, sub quacunque forma, & verborũ expressione, etiam a nobis, & dicta sede concessis, quibus omnibus, ac literis reseruationum, pensionum, & fructuum huiusmodi, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, & in eis caueatur expresse, quod per huiusmodi generales clausulas, etiam specialem mẽtionem importantes, eis derogatum non censeretur, nec derogari videretur, nisi sub certis modo & forma in eis expressis, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indultũ, quod ad similium decimarum solutionem non teneantur, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus expediens fuerit deferri, volumus, & apostolica auctoritate præfata decernimus, quod illarum transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo dicti Guidoni Ascanij Cardinalis & Camerarij, aut alicuius Curiæ ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra in omnibus & per omnia adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ factionis, constitutionis, deputationis, impositionis, decreti, declarationis, dationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Pridie Idus Augusti, Pontificatus nostri anno duodecimo.

A. Nunnez

Cardinalẽ de sancta Flora Camerarium, deputat collectorẽ Decimarũ cũ facultatibus necessarijs.

Pensionarios, & fructus reseruatos habentes, ad Decimarũ solutionẽ obligatos esse decernit, exceptis his reseruatis.

Titularesq; pro his Decimas soluere posse declarat.

Clausulæ derogatoriæ.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta, die vero decima sexta mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Pauli diuina prouidētia Papæ III. anno duodecimo, retroscriptæ literæ apostolicæ in forma solita sub plumbo expeditæ, intimatæ, publicatæ, & affixæ fuerunt in valuis principis Apostolorum sancti Petri de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ, ac in acie Campi floræ, vt moris est, in signum veræ & legitimæ executionis, & publicationis, per me Ioan. de sancta Cruce, prælibati Sanctiss. domini nostri Papæ Cursorem.

Io. Metis Magister Cursorum.

L.

De Erectione & Institutione Collegij Militum de Lilio, eorumque Priuilegijs, Indultis & Emolumentis.

De Augmento istius Collegij habes inf. Pauli 4. const. 25. ita est.

Moderationes, & Reuocationes Priuilegiorum habes in constitutionibus allegatis hic in Apostillis.

Quem autem locum & gradum habeant isti Milites apud Pontificem in Processione Sanctissimi Corporis Christi vide inf. in Greg. 13. const. 90. Omnibus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN beati Petri sede diuina dispositione locati, ad ea libenter intendimus, per quæ dominicus grex nostræ curæ commissus, securus reddatur a noxiis, & ad salutaria dirigatur: nihilque quod ad eius honorem ac vtilitatem attinet omittatur: ac nos, propter præmissa, diuersis oneribus, ac necessitatibus adacti, opportuno præsidio subleuemur: vtque Christi fideles, cum sede apostolica, pro eius necessitatibus subleuandis contrahentes, securi sint, ac rebus eis a dicta Sede concessis, omni sublato impedimento, libere fruantur & gaudeant, totis viribus procuramus. Cum itaque, rationabili causa suadente, nos inter cætera, quæ ad orthodoxæ fidei defensionē, & subditorum S.R.E. decus & status ecclesiastici conseruationem ordinauimus, vnum in Marchiæ Anconitanæ Lauretanorum, & aliud in Romandiolæ prouincijs nostris sancti Georgij nuncupata Militum Collegia, qui dictarum prouinciarum littora, & loca tuerentur & defenderent, cum ipsarū Prouinciarum incolarum securitate, ornamento, & necessitatum dictæ Sedis congrua subuentione, certis Militibus, super prouentibus Cameræ apostolicæ assignatis emolumentis & nonnullis concessis priuilegijs, & facultatibus erexerimus per diuersas alias nostras, sub plumbo expeditas literas, prout in illis plenius continetur. Cupientes Prouinciam nostram Patrimonij beati Petri in Tuscia, quæ cæteris eiusdem Romanæ Ecclesiæ Prouincijs almæ Vrbi nostræ, cui adiacet vicinior existit, claris & antiquis Ciuitatibus & locis refertam, & a qua multæ nobiles & antiquæ familiæ, ac domus nostra de Farnesio originem traxerunt, quæque ad illius securitatem, cum eius fines ad mare mediterraneum protendat, ab incursionibus, alijsque periculis defensione indigeat, & eo magis, talis defensio procuranda sit, quod per eam, velut antemurale quoddam eiusdem vrbs saluti non parum prouidebitur, simili Collegio Militum proportionabiliter decorari; Præmissionibus mature discussis, & salubriter consideratis: vnum Collegium Quinquaginta Militum, quod (cum dicta Prouincia adeo amœna iucunda, & cunctis dotibus ab illarum largitore Deo referta existat, vt merito Lilium appellari, & illi Lilio conuallis, quod sacra pagina commemorat, si cælestia humanis comparanda forent, quodam modo comparari valeat) de Lilio appellari & nuncupari voluimus, perpetuo instituere: ac Militibus ipsis, pro eorum honesta sustentatione, emolumenta congrua assignari deliberauimus: Et animo reuolentes, quibus curam huiusmodi demandaremus, inuenimus Collegium ipsum, viris inferius annotatis, qui nobis ex fidei, ac deuotionis synceritate qua nos, & dictam Roman. Reuerentur Ecclesiam, pro necessitatibus prædictis de summa viginti quinque Milium scutorum auri in auro, promptis animis, subuenire obtulerunt, merito constare posse, firma spe, fiduciaque conceptis, quod ipsi, eorumque in officijs Militum de Lilio huiusmodi successores, ex his quæ ad defensionem prædictam, ac deuotionem, & fidem seruandam pertinebunt, nihil omittent. Vnde habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, matura deliberatione: & eorundem vnanimi consilio & assensu: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium: vnum Collegium quinquaginta virorum Militum de Lilio participantium, vt præfertur, nuncupandorum, quorum nomina & cognomina inferius describentur, in dicta Prouincia patrimonij beati Petri perpetuo erigimus & instituimus: volentes vt ipsum Collegium, vnam mansionem stantiam nuncupatam, liberam & expeditam, in palatio Curiæ Ciuitatis nostræ Viterbien. ipsius prouinciæ capitis, in qua ipsum Collegium, pro congregationibus, & emolumentorum diuisionibus, alijsque actibus & negotijs, ad dictū Collegium pertinentibus, faciendis & pertractandis (totiens quotiens opus fuerit) conuenire possint, omnino habeant: illosque per dictæ Prouinciæ Legatum, seu Rectorem pro tempore existentem, vel alios ad quos spectat eis infra mensem a die requisitionis sibi factæ, in loco honorifico & conuenienti, assignari, & perpetuo manuteneri debere volumus: Decernentes Milites ipsos de Lilio, præsentes & pro tempore existentes, veros & indubitatos familiares, continuos commensales nostros, & Roman. Pont. pro tempore existentis, existere; ac in quibuscunque apostolicis, & alijs literis, scripturis, & actibus publicis & priuatis, se tales scribere & nominari, & ab alijs nominari posse & debere, ac eo ipso, quod ad officium Militiæ huiusmodi admissi fuerint & cuiuslibet eorum filium primogenitum natum vel nasciturum Nobiles de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranen. Comites, cum potestate, per se, vel alium, seu alios, in genere & in specie, quoties cuilibet eorum placuerit, seu delegandos vel deputandos ab eis, quoscunque, qui in iure canonico & ciuili, seu altero eorum, per diligentem

Pont. ipse p alias literas suas hic nō positas erexit Collegium Militū Lauretanorū & Collegiū Militū S. Georgij, ex causis hic expressis.

Et modo erigit Collegiū Militū de Lilio nū quinquaginta, & ponit rationē cur de Lilio appellari voluit.

Collegiū vero exposuit Papæ summā vigintiquinq; milliū ducatorū pro necessitatib. Ecclesiæ subleuādis.

Collegio assignat Papa honestā Mansionē in Ciuitate Viterbien.

Militesq; familiares Pont. esse declarat.

De Priuilegijs familiarium vide sup. fol. 307. in Clem. 7. cōst. 24. Romani.

Nobiles etiam & Comites, ac & eorū primogenitos esse decernit.

tem examinationem, scientia & moribus idonei & sufficientes inuenti fuerint, in vtroque vel altero iurium huiusmodi: Quos vero in Theologia, etiam cuiusuis ordinis, etiam Mendicantium professores existentes, etiam si alias superioris consensus requireretur, & habitus vel requisitus non fuerit, seu Artibus vel Medicina, aut alia licita facultate studuisse, & similiter per diligentem examinationem duorum, aut trium per eos eligendorum doctorum seu magistrorum facultatis in qua studuerint, coram eis vel aliquo eorum habenda, ad fidelem magistrorum, seu doctorum eorundem attestationem, eis faciendam, peritos, ac scientia & moribus ad hoc idoneos & sufficientes esse repererint; de eorundem doctorum seu magistrorum quo ad præmissa omnia, consilio & assensu, in Theologia, seu in artibus, vel medicina, aut alia licita facultate huiusmodi, ad Bacchalariatus licentiaturæ, Doctoratus, & magisterij gradus promouendi, & illis in eis legendi, interpretandi, disputandi, & alios actus, ad personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes, faciendi, auctoritatem concedendi: & ipsorum gradium solita insignia, eis conferendi: Necnon Iudices ordinarios, ac Notarios, & Tabelliones publicos creandi, & creatos, de iudicatus, Tabellionatus & Notariatus officijs huiusmodi, per pennã & calamare, vt moris est (recepto prius ab eis solito iuramento) inuestiendi. Cũ Spurijs, Bastardis, Manseribus, Incestuosis, & alijs ex quouis illicito & damnato coitu procreatis: vt in parentum, & aliorum bonis, tã ex testamento, quam ab intestato (sine præiudicio venientium ab intestato) succedere, & quoscunque actus legitimos exercere, & ad quosuis honores dignitates, & officia, publica vel priuata, assumi, illaque gerere & exercere, in omnibus & per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreti, libere & licite valeant, dispensandi: & quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, legibusque Imperialibus, etiam ex illis, quæ in vsibus feudorum & authenticorum habentur, etiam si de illis mentio specialis habenda foret, quæ haberi posset ad libitum voluntatis, statutis quoque & alijs ordinationibus in contrarium pro tempore editis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis quotiens eis placuerit, in quauis mundi parte, derogandi, Illosque ex eisdem Militibus de Lilio, qui clerici fuerint, in dictæ sedis Notarios, qui vero laici, in auratæ Militiæ Milites, ita quod, etiam si Milites, de Lilio participantes esse desierint, nihilominus Comites Aulæ Lateran. & Notarij dictæ sedis, ac Milites aurati respectiue, sine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito, esse non desinant, ex nunc prout ea tunc, & è contra, facimus, creamus, atque recipimus, aliorumque etiam de maiori nobilium genere, Nobilium & Aulæ Lateran. Comitum, & sedis apostolicæ Notariorum, ac militiæ prædictorum Militum numero & consortio, fauorabiliter aggregamus. Et insuper attendentes nonnulla bona, per laicos ecclesijs pie erogata & concessa fuisse, quodque in posterum laici ipsi, ad alia eroganda, & concedenda procliuiores fient, si ecclesiam ipsam erga se gratam & liberalem in aliquo esse cognouerint: cum quolibet ex dictis Militibus de Lilio pro tempore existentibus, tam in prouincia prædicta, quam extra eam etiam in Roman. Curia residentibus, etiam si meri laici & coniugati etiam Bigami & Illegitimi, vel alias quomodolibet incapaces fuerint: Cum Militibus vero clericis etiam quascunque pensiones annuas, super fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorũ, vel ipsos fructus redditus & prouentus, loco pensionum similium percipientibus etiam si eos pro tempore coniugatos & Bigamos fieri contigerit, vt illi quandiu officium militis de Lilio obtinuerint duntaxat, quascunque pensiones annuas vel fructus, redditus & prouentus loco pensionum huiusmodi, Centũ Duc. auri de Camera non excedentes quæ transeant ad successores in beneficijs, & a decimis subsidijs, & alijs oneribus pro tempore impositis, liberæ sint, etiam si ordinaria vel apostolica, aut alia auctoritate, ac sine causa videlicet, super Monasteriorum, etiam Consistorialium, Prioratuum, Præpositatuum, & aliorum quorumuis ordinum regularium, cum cura & siue cura, etiam si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, Canonicatus & præbendæ dignitates, etiam maiores & Principales, Personatus, Administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitan. Vel collegiatis ecclesijs, cuiuscunque annui valoris redditus & prouentus fuerint: Pensio seu pensiones annuæ, non tamen vltra tertiam partem fructuum cuiuslibet beneficij, & super quolibet beneficio, etiam, vt præfertur, qualificato, & vltra summam Centum ducatorum similium, in totum, pro vnoquoque Milite de Lilio, etiam a dicta Prouincia absente, etiam si in eadem nunquam fuerit vel venire contigerit, & quolibet officio reseruari, constitui, & assignari possit: Et quòd inferius descripti Milites de Lilio, vnam, vel plures pensiones, etiam vltra dictam tertiam & dimidiam partem habentes, super quibusuis Ecclesijs, Monasterijs, ac beneficijs prædictis, illas, etiam si matrimonium, etiam cum Bigama contraxerint, vsque ad summam prædictam centum Ducatorum & non vltra, retinere & assequi, nulla propterea compositione soluta. Et tam ipsi, quam eorum in ipsis officijs successores Milites de Lilio pro tempore existentes huiusmodi, similes pensiones & fructus, vsque ad summas & quantitates similes eis reseruatas, consequi & habere, ac eis reseruari facere: illasque, etiam quoad vixerint percipere, exigere, & leuare, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere (absque alia dispensatione, vel licentia desuper obtinenda) libere & licite possint & valeant. Et si similes de Lilio, etiam officium Militis S. Petri, & Sancti Pauli de Vrbe, ac Lauretan. & Sancti Georgij, obtinuerit, quo ad pensiones huiusmodi, officium incompatibile, non sit, sed vigore cuiuslibet officij, videlicet Militis S. Petri, Centum quinquaginta, & Militum S. Pauli Ducentorum assequi & retinere, ac Militis Lauretan. Centum, & Sancti Georgij Centum, ac de Lilio aliam Centum Ducatorum similium pensiones annuas, similiter assequi & retinere possit & valeat, donec & quousque officium prædictum obtinuerint, cum omnibus & singulis indultis, clausulis & cautelis, in similibus apponi solitis, in euentum non solutionis earum, etiam pensiones & fructus huiusmodi, in alios quoscunque per eos nominandos, & eorum fauorem, iuxta desuper eis concessam facultatem, transferendi, ita tamen, quòd huiusmodi pensiones & fructus percipientes laici Milites, qui in dicta Prouincia, aut Rom. Curia pro tempore erunt, non tamen absentes ab eis in habitu armatæ militiæ, viro equiti conuenienti, nos & Rom. Pontifices pro tempore existentes, in expeditionibus Cruciatæ, & concilijs, absque alio stipendio cum vno equo, ratione dictæ pensionis, sequi debeant, dispendio dispensamus, eisque ad hoc plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus. Ipsisque Militibus de Lilio, qui clerici fuerint, & officium huiusmodi per biennium continuum obtinuerint, vt etiam quascunque pensiones, super quibusuis ex dictis sæcularibus & regularibus beneficijs, eorumque prouentibus ecclesiasticis & fructus ecclesiasticos, etiã loco pensionum eis hactenus & pro tempore quomodolibet assignatos & concessos, & assignandos, ac concedendos, non tamen summam & quantitatem Centum ducatorum similium, nec medietatem fructuum, redditu & pro-

Doctorandi facultatem eidem cõcedit.

Quam abrogauit postea Pius V. const. 59. Quãuis.

Notarios creãdi.

Tu quod vide infra Pij 4. constit. 92. in sacrosancta.

Legitimandique illegitimos.

Limitationem habes in Pij 4. const. 86. quãuis vbi not.

Milites clericos, Notarios laicos vero, auratæ Militiæ Milites esse declarat.

Indulta Militũ, circa obtinendas & transferendas pensiones &c. Reuocauit Pius V. ...

& prouentuum beneficiorum huiusmodi, super quibus dictæ pensiones, seu fructus reseruari existant, etiam si Milites clerici huiusmodi simul, plura ex dictis officijs habuerint excedentes in dicta Rom. Curia, vel extra eã, etiam in mortis articulo, in clericum seu in clericos non coniugatos, per eos eligendos vel nominandos, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica & pensiones obtinentes & expectantes, in totum vel in partem, seu partes, etiam coram solo Notario etiam laico & testibus similibus, etiam sine consensu easdem pensiones soluere debentium etiam si illas alias transferendi facultatem non habuerint (regula Cancellariæ, de consensu in pensionibus requisito præstando hactenus, & pro tempore edita ac stylo in similibus reseruationibus hactenus obseruato, & pro tempore obseruando, non obstantibus) quandocunque transferre, ac translationes sic factæ valeant, & debitores ac eorum successores, ad soluendum illis, in quos dictæ Pensiones transferentur, sub excommunicationis sententia, & priuationis pœna, ac accessibus, regressibus, ingressibus, decretis, & alijs clausulis, in literis pensionum pro tempore contentis, omnino teneantur, etiam perinde ac si dictæ translationes, per nos de consensu debitorum, & aliorum interesse habentium, cum prædictis, & quibusuis alijs, in literis dictarum pensionum contentis clausulis, quæ in ipsis translationibus habeantur pro repetitis, factæ fuissent. Ipsisque Militibus de Lilio, etiam clericis, presbyteris, Prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis pro tempore existentibus, vt de quibuscunque eorum bonis, mobilibus & immobilibus, per eos, tam per ecclesiã seu ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam hospitalia, vel alia pia loca, cuiuscunque etiam priuilegiati ordinis, seu alterius militiæ fuerint, per eos obtenta & obtinenda, aut alias quomodolibet, ex ingenio & industria suis, seu alias quomodolibet acquisitis & acquirendis, etiam si iuxta fel. rec. Sixti IIII. & Iulij II. & Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostras desuper expeditas literas, immobilia bona nõ possederint, etiã in dicta Rom. Curia, & extra eam, testari, & de eis inter eorum vtriusque sexus liberos, etiam illegitimos, aut alias quascunque, etiam incapaces, quauis incapacitate personas, disponere, testari, codicillari, & ea etiam inter viuos erogare, concedere, & donare, & testamenta, dispositiones, & concessiones huiusmodi, etiam dimisso officio, libere & licite fiant & valeant, plenam & liberam, etiam vltra facultates, per præfatos prædecessores nostros, & nos Curialibus & Curiam Romanam sequentibus, in Vrbe ædificantibus, concessas, vsque ad summam seu valorem mille Ducatorum auri de Camera, quo ad bona per ecclesiam acquisita, quo vero ad alia, simpliciter, & vsque ad omnes eorum facultates & bona, licentiam & facultatem concedimus: Nec non illis, ex ipsis pro tempore existentibus Militibus de Lilio, qui illegitimi fuerint, vt de cætero, in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis, & literis gratiam & iustitiam concernentibus, per eos, seu eorum nomine, in posterum, a dicta sede, vel illius Legatis, etiam ratione dignitatum, etiam Episcopalium & Metropolitan. ac Monasteriorum, seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, aut alias qualitercunque impetrandis, vel eis, etiam motu proprio concedendis, de defectu natalium quem quoquomodo patiuntur, ac dispensationibus, ei desuper pro tempore concessis, nullam mentionem facere teneantur, nec propterea impetrationes, concessiones, dispensationes, gratiæ, indulta, & literæ huiusmodi, de surreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu, notari possint sed validæ & efficaces existant, de speciali gratia indulgemus. Eosdemque Milites de Lilio pro tempore existentes, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & bona, per eos pro tempore obtenta, ac quorumcunque ordinariorum locorum, & aliorum iurisdictionum potestate, superioritate, & dominio, etiam si alias sint Milites Hierosolymitan. qui exempti sunt a magno Magistro suo pro tempore, nisi beneficia Religionis, aut super eis pensiones, a Sede prædicta habuerint, etiam in his omnibus, cum alijs Militibus de Lilio antedictis in quibus eiusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium nuncupati de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti sint & esse censeantur: Necnon a solutione cuiuscunque pedagij, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris, vbique locorum eximimus & liberamus, ac iurisdictioni & potestati nostræ, & Sedis prædictæ immediate subijcimus: Insigniaque Collegii dictorum Militum de Lilio, esse volumus imaginem gloriosæ virginis Mariæ ad Quercum, cuius ecclesia, nimis deuota, prope dictam Ciuitatem Viterbien. consistit, ab vna parte alicuius pendentis aurei, & ab alia, vnum Lilium magnum cælestis coloris, in campo aureo locatum, cum his literis circumcirca, videlicet Pauli III. Pont. Max. munus, ad pectus, per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios, gestandi, ac Milites de Lilio, qui insignia huiusmodi detulerint, vt ensem, & alia arma in dicta Prouincia, & extra eam, quibusuis prohibitionibus, bannimentis nequaquam obstantibus deferre valeant pariter indulgemus. Censeantur quoque iidem Milites, eorumque successores, & omni fictione cessante habeantur & sint familiares nostri antiqui & descripti seruato inter eos, ad militiæ huiusmodi officia receptionis, ordine actu descripti, prout ex tunc, & econtra, quotiens descriptio ipsa fiet, describimus & annotamus in literis, quibus familiares, continui commensales nostri, & Cardinalium, ad Apostolatus apicem assumptorum, qui assumptionis tempore, nostris & illorum respectiue obsequiis, actu insistebant, ad effectum præcedendi alios in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, & earum mutationum, collationum, extensionum, & reualidationum duxerint acceptanda describuntur, ac describi, & annotari consueuerant, immediate ante penultimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum prædictorum, in eisdem literis annotatos & descriptos, ita vt ipsi, omnibus, & dicto penultimo antiquo descripto citra, absque tamen dictorum descriptorum, & aliorum Sedis & curiæ prædictarum officialium præiudicio, dictique Milites, literas gratiarum expectatiuarum, quotiens eas generaliter concedi contigerit, absque aliqua signatura desuper obtinenda, in prima earum expeditione, ad duas collationes, & duo beneficia, per eorum quemlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficiis, alias sub eorundem Militum gratiis expectatiuis, eorumue collationum mutationibus & extensionibus pro tempore comprehensis, dispositioni apostolicæ, ex quauis causa, præterquam ratione illius vacationis apud Sedem prædictã, aut familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, & tunc viuentis Roman. Pontificis, aut cuius tempore vacationis, ad id consensus requirendus foret, alicuius dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis generaliter reseruatum, vel ex generali apostolica reseruatione, aut alias quomodolibet affectum, & cuius beneficij reseruati, fructus, redditus, & prouentus Ducentorum florenorum auri de Camera, secundum communem æstimationẽ, valorem annuum non excedant expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum, vel affectum etiam si ipsi Milites in ipsis gratiarũ expectatiuarum literis, vel constitutionibus, siue regulis Cãcellariæ apostolicæ desuper pro tẽpore editis, specialiter & expresse excluderẽtur, aut alias eorũ gratia limitaretur, & tam illud, quã alia quæ-

Testandi facultas Militibus conceditur.
Quã limitat quo ad bona Eccles. Pius V inf. const. 71. sacrosanctã.
Quo ad illegitimos abrogauit Pius V. const. 120. quæ sordidus, & ibi not.
Six. 4. const. habes sup. fol. 97. nu. 4.
Iul. 2. const. habes sup. fol. 154 nu 7.
Leon. 10 const. habes sup. fol. 157. nu. 13.
Pontif. istius literas hic non habes.
Eximitque a iurisdictione ordinariorũ vt hic.
Exemptionẽ etiã circa solutionẽ impositionũ concedit.
Tu autẽ vide declarationes quas notaui sup. fol. 434. const. 38. in debito.
Insignia Militũ.
Milites descripti intelliguntur in literis in quibus veri familiares describuntur
Expectatiuas ad plura bñficia reuocauit Pius V. inf. in eius const. 71. sacrosanctã.

cunque, cum cura & sine cura, sæcularia & regularia, sub huiusmodi expectatiuis, & illarum mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationum, & reseruationibus, vnionibus, & alijs gratijs, eis pro tempore concessis, comprehensa beneficia ecclesiastica, pro tempore vacantia, tam in dicta curia præsentes, quam ab ea absentes, etiam in ipsa curia per procuratores speciales & generales, in genere acceptare, & de illis sibi, etiam in genere prouideri facere, ac illa consequi & habere, ac acceptationes & prouisiones huiusmodi ad beneficia particularia, etiam per procuratorem generalem specificare: Notarij quoque inde rogati, iuxta stylum Archiui Romanæ Curiæ, super acceptationibus instrumenta de beneficijs tunc vacantibus, cum pro parte ipsorum Militum pro tempore existentium, requisiti fuerint, conficere possint & debeant, ac acceptationes & prouisiones huiusmodi validæ & efficaces existant: ipsique Milites, ad satisfaciendum constitutionibus de publicandis acceptationibus & prouisionibus, ac illis intimandis possessoribus, æditis, & pro tempore æden-

Regulæ de publ. prouisionib. nō subijciuntur.

De quo vide in Greg. 13. cōst. 87. Humano.

dis minime teneantur. Ac omnibus & singulis priuilegijs, antelationum prærogatiuis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, concessionibus, & indultis, quo ad expectatiuas huiusmodi, alijs familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis & descriptis, & literarum apostolicarum Scriptoribus, & Cubiculariis nostris, & pro tempore existentis Roman. Pontificis, quomodolibet concessis & concedendis, non ad instar, sed pariformiter, & æque principaliter, sine vlla differentia prout ipsi antiqui & descripti familiares, & scriptores ac Cubicularij, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum (sine tamen eorum præiudicio) vtantur, potiantur, & gaudeant.

De familiaribus Apostolicis ac eorū priuilegijs habes sup. fol. 107. clem. 7. cōst. 14. Romani.

De scriptoribus vide inf. Pij 5. cōst. 86. in casum

De cubicularijs vide sup fo. 199. Leon. x. cōst. 14. Romanus.

Ac volumus, quòd dicti Milites de Lilio, qui pro tempore fuerint, de eorum officijs siue locis & emolumentis, quæ cum quibusuis alijs dictæ Romanæ Curiæ officijs compatibilia existant, & per quoscunque, nedum vnum, sed plura, simul vel successiue, etiam vltra decem, obtineri valeant, ac per solam signaturam concedi debeant, disponere, & illa in nostris, & dictorum successorum, seu Legati, aut Vicelegati, seu Gubernatoris dictæ Prouinciæ pro tempore existentis, quando ipsis Militibus de Lilio placuerit, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum, instar officiorum dictæ Curiæ, resignare, libere & licite valeant, ac resignationes huiusmodi, validæ & efficaces existant, & suos effectus sortiri debeant: ac pro signatura concessionis singulorum officiorum siue locorum huiusmodi, per resignationem pro tempore vacantium, Vigintiquinque florenos auri de Camera, in Romana Curia Datario, & in prouincia prædicta illius Thesaurario, soluant, ita tamen, quòd Milites infra nominati, & in expeditione, vel post expeditionem præsentium literarum nominandi, & in libro Collegij huiusmodi annotandi, vsque ad numerum Quinquaginta huiusmodi dumtaxat infrascripti videlicet, & alij postea nominandi, infra sex menses, a die qua quilibet eorum precium officij Militis huiusmodi exbursauerit, deputandos dumtaxat & non vltra, ipsum officium in quorumuis fauorem, in manibus nostris, & pro tempore existentis Roman. Pontificis, nulla compositione seu admissione solutis, nec consensu alibi præstando requisitis, pro vna vice dumtaxat, infra dictos sex menses dimittere, & supplicationes admissionum, resignationum, & concessionum huiusmodi, per solam signaturam, etiam sine registratura, expediri, & partibus consignari debeant & valeant, ac personæ, in quas dictæ dimissiones infra dictos sex menses, vt præfertur, fient, gratis, & absque aliqua admissionis solutione, recipi & admitti debeant.

Milites officia resignare possint, soluendo cōpositionem vt hic.

Necnon Collegium Militum huiusmodi, collegialia iura, & insignia, & auctoritate licentiaque, statuta & ordinationes, eorum statum tranquillum & prosperum concernentia, condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videbitur, in totum delendi, & alia de nouo ordinandi, eaque sub pecuniarijs eidem Collegio applicandis, & alijs etiam suspensionis, a perceptione emolumentorum distribuendorum, arbitrio dicti Collegij, pœnis, per deputandos per ipsum Collegium exigendis, obseruari faciendi, licentiam & facultatem tribuimus & elargimur.

Collegiū habet ius condendi statuta, & alia iura collegialia.

Eisdemque Militibus de Lilio pro tempore existentibus, vt singulæ pro eorum quolibet literæ apostolicæ, etiam sub plumbo, super omnibus & singulis expectatiuis, ac earum extensionibus ampliationibus, & alijs, eis per præsētes concessis gratijs, etiam per Cameram vel Cancellariam apostolicam, necnon quascunque expeditiones literarum in Cancellaria dictæ Prouinciæ, gratis expediri possint, indulgemus, ac ei partem armorum nostrorum, videlicet tria Lilia, cum vel sine cuiuslibet eorum proprijs armis, si ea habuerint, libere & licite ponenda, in veræ nobilitatis signum assignamus, & etiam insignia huiusmodi deferendo, vel non deferendo, nobilitate prædicta non careant.

Literæ apostoli. ca gratis pro eis expediuntur.

Insignia familiæ Farnesiæ, videlicet lilia tria lilia Militib. assignat

Ac præfatos Milites de Lilio, alios quoscunque, etiam S. Petri, & S. Pauli, ac Lateran. & S. Georgij non tamen participantes, etiam Regum, Principum, ac ordinum eorūdem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumuis Militiarum, & quorumcunque ordinum, & hospitalium ac etiam S. Ioannis Hierosolymitan. Milites & fratres in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore Roman. Pontifice, & in quibusuis locis præcedere, & quando nos, & Roman. Pontifices, sub Baldachino præcedent, Baldachinum huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen præcedentibus, deferre, quodque Milites de Lilio huiusmodi, & eorum successores, ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunque iurium, in dicta Camera, ratione officiorum Militum de Lilio huiusmodi, ipsis nunc & pro tempore concessorum, solutione & præstatione, omnino sint liberi & exempti, & clerici, ad Notariatus officium pro tempore assumpti, ad gestandum Notariatus habitum, non teneantur: & qui illum habere voluerint, a pro tempore existentibus Collegij dictorum Militum defensoribus recipiantur & in corū, vel alicuius corū manibus, solitū præstent iuramentum.

Militū præcedentia quod vide in Greg. 13. const. 90. omnibus.

Baldachini Pontificis delatio.

Exemptio a solutione iocalium.

Liceatq; ipsis defensoribus ipsius Collegij nomine, & sub cōmuni ipsius sigillo processus super officio Notariatus dūtaxat, in ea forma, quam executores in literis apostolicis, ad exhibendū insignia Notariatus huiusmodi pro tempore deputati, dare consueuerint, dare: processus, aut exemptiones, pro Notarijs huiusmodi per Camerā huiusmodi expediri solitos, a dicta Camera, iuxta morem solitum, recipere: Et pro eorum singulis cum illos habere voluerint, Iulios vigintiduos dumtaxat, etiam computatis iocalibus, & Camerarij sigillo, & non vltra prædictæ Cameræ persoluere teneantur. Cæterum cum infrascripti Milites, vigintiquinque Milia scuta auri in auro huiusmodi, pro nostris, & prædictæ Ecclesiæ necessitatibus subleuandis, & pro infrascriptorum eis assignatorum prouentuum precio, seu recōpensa, de proprijs eorum bonis, vt præfertur, obtulerint: ac in pecunia numerata, nobis cum effectu persoluere intendant: iustumque sit, & æquitati conueniat, vt eorundem Militum vtçæ adiumento, & indemnitatibus taliter consulatur, quod ex bono, & charitatiuo officio, quo in hoc, erga nos, & dictam Roman. Ecclesiam, iuxta solutionem faciēdam, vt supra sunt perfuncti: nullo vnquam tempore, ipsi, corū hæredes vel successores, iacturam, aut detrimentum sustineant: De cōsilio, & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis,

ctis, eisdem Militibus de Lilio, eorumque in militiæ officijs huiusmodi successoribus, in perpetuum annuum redditum trium Millium Scutorum auri in auro similium, eis per modernum, ac pro tempore existentem Thesaurariæ Prouinciæ Patrimonij huiusmodi conductorem, vel administratorem, & alios ad quos spectauerit, quandocunque in perpetuum, ex quibusuis dictæ Thesaurariæ, necnō Dohanarum, pascuorum dictæ Prouinciæ, tam modernum, quam futurum appaltum concernentibus, illarumque membrorum vbilibet constitutorum, necnon Ciuitatis, & Comitatus Vrbis veteris, etiam pœnarum maleficiorum, & tractarum frumentorum, per mare, vel per terram, necnon Cancellariæ eiusdem Prouinciæ, ac ratæ subsidij Trecentorum Milium Scutorum, Prouinciam, Ciuitatem, & Comitatum huiusmodi tangentis, nouissime impositi, eo durante, & si illud cessare contigerit, augmenti precij salis, & quorumcunque aliorum subsidiorum extraordinariorum per Sedem prædictā quomodolibet, in Prouincia, Ciuitate, & Comitatu prædictis, exigendorum pecunijs, necnon quibusuis alijs introitibus, ordinarijs vel extraordinarijs, singulo mense, ratam integre, & sine aliqua retentione persoluendi, perpetuo vendimus, tradimus, concedimus & assignamus. Et vt assignamentum huiusmodi, omni difficultate impedimentoque cessantibus, suum, vt par est, debitum sortiatur effectum, ex nunc, quæcunque salaria, prouisiones, & emolumenta, ordinaria & extraordinaria, dictæ Prouinciæ Patrimonij Legato, siue eius Vicelegato, aut Rectori nec non Gubernatori Vrbis veteris pro tempore existentibus, ac quibusuis alijs prouisionatis, super introitibus prædictis assignata, seu per Legatos, Vicelegatos, aut Rectores, Gubernatores, ac prouisionatos huiusmodi de iure, statuto, consuetudine, priuilegio, concessione, gratia, vel alias, percipi solita, extinguimus, & ab eis, eorumque officijs & personis, ac iuribus pro dicta summa trium Millium scutorum tantū, in totum abdicamus, & Cameræ apostolicæ præfatæ applicamus, & appropriamus, ita quòd ex illis, ac prædictis, & quibusuis alijs eiusdem Thesaurariæ, necnon Dohanarum, ac Ciuitatis, & Comitatus Vrbis veteris huiusmodi, introitibus, ordinarijs, & extraordinarijs quibuscunque summa annua trium Millium Scutorum auri in auro, pro rata, singulo mēse, Collegium Militum de Lilio huiusmodi, integre omnino percipiat, extrahi volumus atque mandamus. Et

Assignamentum pro Emolumentis Militum.

ne Legati, Vicelegati, seu Rectores, vel Gubernatores pro tempore existentes, ac prouisionati huiusmodi, sine emolumentis, ac salarijs remaneant, ac ex præmissis dispendium patiantur, ex nunc, eis tantum, super nouo subsidio prædicto, quod dicta Prouincia, necnon Ciuitas, & Comitatus prædicti, eidem Cameræ annuatim soluunt: Et illo deficiente, super augumento precij salis prædicto, quantum ad eorum satisfactionem deerit, ex causa abdicationis & applicationis huiusmodi assignamus, & per illos ad quos spectat, solui mandamus, decernentes nullo tempore, nullauè causa, assignamentum huiusmodi Militibus prædictis impediri posse vel debere, etiam si Legatus, Vicelegatus, Rector, Gubernator, aut Prouisionati huiusmodi, eorum salaria, prouisiones, & emolumenta, minime consequi possent: Et in omnem euentum, etiam si subsidium huiusmodi cessaret, nullatenus Legati, Vicelegati, Rectores, Gubernatores, aut prouisionati huiusmodi, ad eorum solita emolumenta, salaria, seu prouisiones redire possint, sed Thesaurarius apostolicus generalis pro tempore existens eis super alijs redditibus dictæ Cameræ opportune prouidere teneatur & debeat. Et vt facilius iura ipsius Collegij conseruentur, & præmissa omnino sortiantur effectum, volumus, quòd Thesaurarius generalis pro tempore existens præfatus: Collegij huiusmodi assignamenta, & iura quæcunque defendere, ac si nostra, & dictæ Sedis essent, in dicta Camera & vbique teneatur & debeat, quodque dilectus filius Christophorus Sauli, modernus dictæ Prouinciæ Thesaurarius, & Dohanarum prædictarum Conductor nunc, eiusque successores, Thesaurariam, & Dohanas Prouinciæ prædictæ, in appaltum administrationem, vel alias, quomodolibet obtenturi, antequam Thesaurariæ, & Dohanarum prædictarum possessionem capiant, seu in illis se quoquomodo immisceant, libere etiam proprijs nominibus, se Collegio Militum huiusmodi obligare, ac de soluendo ipsi Collegio summam trium Millium Scutorum huiusmodi annuatim, & singulo mense, ratam promittere debeant, alias ad officium Thesaurariæ huiusmodi, illiusque exercitium admitti nullatenus possint, nec debeant & appaltus administratio, vel concessio dictæ Thesaurariæ, & Dohanarum insolidum, ad quoscunque, cum hoc onere transeat, ita, quòd etiam si obligatio & promissio huiusmodi factæ non forent, veræ tamen, & non fictæ, factæ intelligantur. Et nihilominus, ad abundantem cautelam Collegio Militum huiusmodi, Thesaurariam prædictam, necnon Ciuitatis, & Comitatus Vrbis veteris, necnon Dohanarum prædictarum introitus, ordinarios & extraordinarios, ac iura & actiones quæcunque, præsentia & futura, necnon ratam dicti subsidij, & augumentum precij salis, ac quodcunque aliud subsidium, vel onus, quocunque nomine nuncupentur, Prouinciæ Ciuitati, & Comitatui prædictis impon. pro annua summa trium Millium scutorum auri in auro huiusmodi tantum, integre persoluenda, eisdem Collegio, & personis insolidum, specialiter & expresse, obligamus & hypothecamus, volentes, quòd si Thesaurariæ, & Dohanarum huiusmodi conductores vel administratores, vt præmittitur, se non obligauerint, vel Milites præfatos cautos non fecerint, aut per tres menses, a solutione dicti assignamenti cessauerint, liceat eisdē Collegio, Thesaurariæ, & Dohanarū ipsarum introitū, ac iurū huiusmodi possessionem corporalem, propria auctoritate, etiam absque alio iuris, seu iudicis ministerio, apprehendere, ac Thesaurariæ & Dohanarum huiusmodi administratores, Collectores, & Ministros quoscunque, propria auctoritate expellere, sine aliquo spolij vitio, & sibi ipsis satisfacere, & Thesaurariam, ac Dohanas retinere, donec eis fuerit integre satisfactum, ac sufficienter cautum de eorum assignamento huiusmodi, ea tunc in futurum soluendo. Et insuper, cuilibet ex dictis Militibus de Lilio, quolibet anno, quo tractæ frumentorum apertæ fuerint, pro singulis officijs Militum huiusmodi, per eum obtentis, etiam si vnus plura ex dictis officijs obtineat, tractam Quinquaginta salmarum frumenti per mare, vel per terram, ab omni tractæ, passus, Gabellæ & Buletini solutione, & quocunque alia onere, ordinario & extraordinario, imposito vel imponendo, francam, liberam, & exemptam concedimus. Et si contingeret tractam dictæ Prouinciæ claudi, illico, quòd dicta tracta aperiatur, vel aliqua gratia alicui quomodolibet, super dicta tracta, concedatur Milites prædicti, dictam quantitatem frumenti, gratis, vt præfertur, Thesaurarij, Legati, Vicelegati, Rectoris, seu Gubernatoris dictæ prouinciæ, vel alterius cuiusuis, licentia minime requisita extrahere possint. Volumusque, quòd emolumenta, & pecuniarum summa, vel annui redditus prædicti, dicto Collegio assignata, a Cal. mensis Septembris proxime futuri incipiant, & inter Milites, qui infra describentur, diuidantur, & in futurum continuando, inter eos, iuxta eorum ordinationes, distribuātur, quodque subsidij, seu onerum prædictorum pro tempore collectores, siue Thesaurarij, seu Vicethesaurarij dictæ Prouinciæ fuerint, siue non, pro annua summa trium millium scutorum huiusmodi, eisdem Collegio & Militibus, se, nostro & Cameræ præfatæ nomine, obligare, & in euentū in quē Milites ipsi, super solutione subsi-

Thesaurarius Papæ defendat assignamenta Militum.

Conductores Thesaurariæ & Dohanarū obligent se ad soluendum Militibus et hic.

Emolumenta Militum incipient currere die prima Septembris.

ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs declarationibus, & decretis, etiam talibus, quod illis nullatenus, vel nisi de eorum quorum interest, expresso consensu, & dictorum fratrum nostrorum consilio, etiam Consistorialiter habito, alijsq; modis & formis ibi traditis, vsquequaque seruatis derogari posit, etiam si inter alia caueatur expresse, quod si eis derogari contingat, derogatio huiusmodi non valeat, nisi talis intentio derogandi, aliquibus personis tunc expræsis, per diuersas in forma breuis literas, cum inteuallo vnius mensis, seu alterius temporis eis præsentata prius, ac intimata, & insinuata fuerit, necnon dictis clericis, & præsidentibus Cameræ, ac Fisco nostro concessis, & concedendis, & legibus Imperialibus, quibus cauetur in alienatione, rerum fiscalium, certam & exquisitam formam, cum interuallo temporis, & candela accensa seruanda fore, alias contractus sine nulli, & inualidi, & recipiens, ad restitutionem, vna cum fructibus teneatur; quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice, & ad effectum omnium præmissorum, harum serie, specialiter & expresse derogamus. cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes inuiolabiliter debeant obseruari, volumus, quod illæ in eadem Cancellaria apostolica, & Audientia literarum contradictarum nostrarum, ac in acie Plateæ Viterbien. ac valuis beatæ Mariæ ad Quercum, affigi & publicari debeant, vt ij, quos ipsæ literæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignoratiam allegare Et quia difficile forsan foret, earundem præsentium literarum notitiam, ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, eadem auctoritate apostolica volumus & decernimus, quod transumptis præsentium literarum, etiam per impressionem factis manu alicuius defensoris pro tempore dicti Collegij dictorum Militum de Lilio subscriptis, & sigillo Camerarij nostri præfati, necnon eiusdem Collegij sigillatis, quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus, si præsentarentur, vbique adhibeatur, tam in iudicio, quam extra illud, plena, & indubitata fides.

Clausulæ derogatorum

Forma publicationis

Nomina vero Militum huiusmodi sunt quæ sequuntur videlicet.

Nomina Militū de Lilio.

Stephanus Sauli, Clericus Genuen. pro vno officio Militum de Lilio huiusmodi. Et idem Stephanus Sauli pro alio. Ac Iulius Sauli, Clericus Genuen. pro vno. Et Christophorus Sauli, laicus Genuen. pro vno, ac idem Christophorus Sauli pro alio. Et Hieronymus Maphæus, ciuis Romanus pro vno. Ac Thobias Pallauicinus, laicus Genuen. pro vno. Et idem Thobias Pallauicinus, pro alio. Ac Lucas Iustinianus, laicus Genuen. pro vno. Et idem Lucas Iustinianus pro alio. Ac Ioannes Celsus de Nepe, ciuis Romanus pro vno. Et Bartholomæus Sauli, laicus Genuen pro vno. Ac Hieronymus Sauli, laicus Genuen. pro vno. Et Iulius Oliuerius Scholaris Romanus, filius Benuenuti Oliueri Mercatoris Florentin. pro vno. Ac Alamanus Alamani, laicus Florentin. pro vno. Et Laurentius Dominici Primi hominis, laicus Viterbien. pro vno. Siluester Berreta Laicus Florentin. pro vno. Et Gregorius Vicentij, Laicus Genuen. pro vno. Ac Baptista Cerbellus, laicus Nepesin. pro vno. Ac Cæsar Angeli de Catalanis, laicus Nepesin. pro vno. Et Hieronymus Schiattesius, clericus Romanus pro vno. Ac Prosper filius Stephani Canzachi, ciuis Amerin. pro vno. Et Sebastianus de Fano, laicus Tuschanellæ pro vno. Ac Paulus Vittorio Fani filius eiusdem Sebastiani de Fano, pro vno. Et Ascanius de IohanPaulo de Philippo, laicus Tuschanellæ pro vno. Ac Natalinus Ortentius laicus, Nepesin. Et Raphael Griselli, laicus Florentin. Ac Flaminius Cattalani, laicus Nepesin. pro vno. Et Alexander Cattalani laicus Nepesin. pro vno. Ac Ascanius Cattalani, Laicus Nepesin. pro vno. Et Alexander Fuscherius de Vrbino pro vno. Ac Paulus de Fossano laicus pro vno. Et Quirinus de Passamontibus, domic. Rom. pro vno. Ac Mucius de Passamont. domic. Ro. pro vno. Et Io. Hieron. Carduinus, clericus Tudertin. pro vno. Ac Hieronymus Tyrannus clericus Callien. pro vno. Et Io. Franciscus Gabutius, scolaris Ro. pro vno. Ac Scipio Viperischi de Corneto, laicus Rom. pro vno Et Sanres de Vitellensibus ciuis Rom. pro vno. Ac Bartholomæus de Vitellensibus scholaris Romanus pro vno. Et Paulus Pallelus scholaris Romanus, pro vno. Ac Alexāder Pallelus scholaris Romanus. Et Ioannes Baptista Perini, Laicus Floretin. pro vno. Ac Ioannes Baptista de Felicibus, laicus Terræ Campagniani Nepesin diœces. pro vno. Et Ioannes Falloppia clericus Mutinen. pro vno. Et Achilles de Grassis. clericus Bononiensis. Aduocatus Consistorialis pro vno. Ac Fabius quondam Francisci de Canteolis, clericus Burgi sancti sepulchri pro vno. Et Lelius de Ceri de Anguillaria clericus coniugatus pro vno. Ac Iulius Falcus, laicus Bononien. pro vno. Necnon Michael Zephirus de Lugnano. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, voluntatis, decretorum, factorum, creationis, receptionis, aggregationis, dispēsationis concessionis indultorum, exemptionis liberationis, subiectionis, descriptionis, annotationis, tributionis, elargitionis, assignationum. venditionis, traditionis, extinctionis, abdicationis, applicationis, appropriationis, mandatorum, obligationis, hypothecæ, declarationis, præceptionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, quarto nonas Augusti, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. ss.

† Ego Io. Do. Cardinalis Episcopus Ostien.
† Ego Philip. Cardinalis de Bononia Episcopus Tusch.
† Ego R. Cardinalis de Carpo.
† Ego P. Cardinalis Bembus.
† Ego V. Cardinalis de Gambara.
† Ego A Cardinalis Ariminen.
† Ego B. Cardinalis Guidiccionus.
† Ego Io. Cardinalis Moronus.
† Ego M. Cardinalis Crescentius.
† Ego R. Cardinalis de Puccijs.
† Ego G. Cardinalis Cortesius.
† Ego Franc. Cardinalis Amalfitan.
† Ego Fed. Cardinalis Cæsius.
† Ego N. Cardinalis Ardinghellus.
† Ego N. Cardinalis Gaddus.
† Ego G. Asc. Cardinalis Camerarius.

A. Moran.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Indictione quarta. die xxi. mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Anno eius duodecimo. retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ per me Nicolaum de Matthæis, Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem.

Io. Metis Magister Cursorum

Registrata in Camera Apostolica.

N. Casulanus.

LI.

Limitatio & Reuocatio Facultatum Fabricæ Basilicæ sancti Petri, & Archihospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe.

Alias reuocationes vide infra in Pij 4. const. 78. De commisso.

De Materia Fabricæ sancti Petri habes infra in Pij v. const. 97. Et si omnium,

De Materia sancti Spiritus vide infra in Greg. 13. const. 47. Si inter præcipuas, vbi notabo.

Causa istius const.

Facultates S. Spiritus, (de quibus habes supra fol. 372. in Leon. 10. const. 5. salutem) reuocat, exceptis indulgentijs & facultate quæstuandi.

Quas reuocauit postea Pius 4. infra in eius const. 78 De commisso & ibi not.

Facultates Fabricæ S. Petri (de quibus habes supra fol. 392. clem. 7. const. 8. admonet) limitat & hic. Tu vide dictam Pij 4. const. 78.

SANCTISS. in Christo Pater, & D N. D. Paulus diuina prouidentia Papa III. qui ex eminenti sibi apostolicæ solicitudinis studio, sedulo intendir abusibus, & scãdalis, quæ indies de nouo emergunt, quantum in eo est, prouidere: Et cui innotuit, quod tam sancti Spiritus in Saxia hospitalarij, Commendatores, seu Præsidentes, quam fabricæ principis Apostolorum de Vrbe Præsidentes, prætextu diuersorum priuilegiorum, facultatum, & indultorum, eis, & locis ipsis per diuersos prædecessores suos, ac Sanctitatem suam, & sedem apostolicam concessorum priuilegijs, & indultis prædictis abutendo, per se, & Commissarios suos, multa concedunt, a quibus Sanctitas sua abstinet, quod a ratione alienum videtur: Volens huiusmodi abusibus & scandalis obuiare, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, per hanc suam constitutionem, quam perpetuis futuris temporibus obseruari voluit, omnia & singula facultates, priuilegia, & indulta (indulgentijs circa peccatorũ remissioné, necnon quæstuandi facultate, duntaxat exceptis) Hospitali sancti Spiritus huiusmodi per quoscũq; Ro. Pontifices, & etiam Saoctitatem suam hactenus quomodolibet, etiam per communicationem, seu ad instar, seu alias concessa, confirmata, & innouata, cassauit, reuocauit, & annullauit. Facultates vero, priuilegia, & indulta prædicta fabricæ basilicæ Apostolorum de Vrbe huiusmodi concessa, quo ad hoc, vt illa per Commissarios vltra montes, dictis Præsidentibus, & fabricæ suffragentur, illisque vti valeant, citra montes vero illis ipsi Præsidentes, non per Commissarios, sed ipsosmet in Romana Curia tantum vti, ac illorum vigore petentibus vndecunque confluentibus gratias concedere, & non alias aliter, neque alio modo possint, reduxit & reformauit: Inhibens hospitalarijs ac fabricæ huiusmodi præfectis, & alijs quibusuis, ad quos spectat, sub excommunicatioois maioris latæ sententiæ, a qua non nisi per Sanctitatem suam (præterquam in mortis articulo) absolui possint, ac priuationis beneficiorum, & officiorum quæ obtinẽt, & in posterum obtinebũt, inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinenda, eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis, ne etiã prætextu dictorum, aut aliorum priuilegiorum, concessionum, & indultorum, contra dispositionem præsentis constitutionis quicquam facere audeant siue præsumant, sic absolutiones, dispensationes, concessiones, & alia quæcunque, per hospitalarios, ac fabricæ præfectos, eorumque deputatos, seu Quæstores huiusmodi, contra præsentis constitutionis dispositionem quomodolibet pro tempore facienda & concedenda, nulla & inualida, nullinsque roboris vel momenti fore, & illis quibus concessa fuerint, nullatenus in iudicio vel extra suffragari posse, sicque per quoscunque &c. sublata &c. iudicari &c. debere, irritum quoque &c. decreuit. Mandãs insuper vniuersis & singulis locorum ordinarijs, quatenus in suis ciuitatibus, & diœcesibus præsentem constitutioonem publicari, & inuiolabiliter, etiam per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia, obseruari faciant, & mandent: Neque permittant facultates, priuilegia, & indulta per præsentes reuocata, & limitata, in dictis eorum ciuitatibus, & diœcesibus per Commissarios huiusmodi, aut alias personas quomodolibet publicari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon hospitalis, & fabricæ prædictorum statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, illis vel aliqui ex eis per quoscunque Romanos Pontifices, etiam per Sanctitatem suam, sub quibusuis verborum formis, & etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam per viam legis, & statuti perpetui, ac in vim contractus, etiam ea quacunque, etiam vrgentissima, & iustissima causa concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus (etiam si in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari posit, & quoties illa reuocari contigerit, toties concessa censeantur, seu si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, specialis specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris) Sanctitas sua hac vice specialiter, & expresse derogauit, cæterisque contrarijs quibuscunque. Voluitque præsentium transumptis manu alicuius publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius prælati sigillatis fidem indubiam vbique locorum adhiberi.

Contrauenientibus pœnas hic expressas imponit.

Decretum irritans

Executores istius const.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet, publicetur, & describatur. A.

Lecta, & publicata fuit Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, Die vero Lunæ, vigesimo nono Mensis Nouembris, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pauli Papæ Tertij, Anno decimotertio.

Et ego Laertius vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancellariæ, fol. 344.

Priuilegia

LII.

Priuilegia Mercatorum Riparum Vrbis, & Camerarij Ripæ, & Iudices Ripettæ Iuri dictio, & Facultates, Ampliationem vide infra in Pij 4. const. 72. Cupientes, vbi notabo.

De Materia Omitto hic ponere concord. quia ponam infra in dicta Pij 4. const. 72. Cupientes.

Priuilegia omnia Mercatoribus Ripæ concessa, & concedenda, Clem. 7. concessit Mercat. Ripettæ, vt habes sup. fol. 281. in eius const. 3. Nuper.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM postquam per fel. rec. Innocentium VIII. Leonem X. Clementem VII. Romanos Pontifices prædecessores nostros, at nos etiam publicam vtilitatem præ oculis habentes, Mercatores in Ripa, & Ripetta Vrbis commercia exercendi promptiores ad vinum, frumentum, & alias merces pro vsu, & commodo incolarum, & curialium Vrbis necessarias, per mare, & terram, ad eandem Vrbem adducendas, & conuehi faciendas reddere studentes, eis inter alia priuilegia indultum, ac concessum fuit, ne sub prætextu moratoriarum, salinariarum, cessionis bonorum, dilationis quinquennalis, aut quarumuis commissionum, etiam a nobis desuper diuersis Romanæ Curiæ iudicibus extortarum per debitores ipsorum occasione huiusmodi commerciorum venditorum, crediti sui, & pretij inde prouenientis exactio retardaretur, seu quomodolibet impediretur, expresseque Camerario Ripæ & Ripettæ præfatæ pro tempore mandatum, vt moratorijs, & alijs præmissis non obstantibus debitores sic morosos ad satisfaciendum, & soluendum præfatis mercatoribus compelleret, aliaque faceret, & prout in diuersis desuper signatis motibus proprijs, quorum tenores, & compendia veriora pro plene expressis hic haberi volumus, latius continetur. Accepimus nuper nonnullos cauillosiores debitores, quod vna via reperitur prohibitum alia extorquere satagentes, clericos seu alios magis priuilegiatos existentes contra se præmissa indulta, & priuilegia locum non habere prætenden. beneficium decretalis Peruenit, seu decretalis Odoardus, impetrasse quotidie, prætextuque commissionum a nobis desuper extortarum, ac admissionum sibi illarum vigore concessarum per diuersorum Romanæ Curiæ iudicum sententias, quæ etiam in rem trāsiuisse iudicatam dicuntur, & beneficia præfata defraudasse eosdem mercatores, quo fit vt alibi etiam quam coram dicto Camerario ordinario eorum iudice, propter fraudes has excogitatas, ad diuersa tribunalia huiusmodi contra formam dictæ Ripæ constitutionum pro credito suo litigare coguntur: Necnon quod & si laudabili hactenus, & inueterata consuetudine fori eiusdem Ripæ introductum fuit, quod mercatoribus eisdem qui mercimonia prædicta, vt plurimum pretio minime præsenti interueniente, sed ad diem soluendo vendentes, notariosque præsto non habentes, seu alias pro maiori ipsorum commodo merces sic venditas aliter describi curare, nisi in eorum, & prosenetarum Ripalium libris cōscripti non sunt scriptura, & annotatio ad probandum, & consequendum creditum eorum in iudicio, & extra sufficiant: nihilominus a certo tempore citra ob frequentes debitorum decoctiones ortis litibus, & quæstionibus inter dictos mercatores, ac alios eorundem debitores, decoctorum creditores instrumenta publica, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ habentes, super discussione, ac prioritate in bonis debitorum coram varijs iudicibus aduersus consuetudinem huiusmodi in dubium reuocant, in graue ipsorum mercatorum præiudicium, qui tempus quod in exercenda mercatura consumpturi essent, in eorum creditis recuperandis conterere cogantur, ac Vrbis maximum incommodum, cuius vbertas propterea non parum minuitur. Nos quibus indemnitas dictorum mercatorum, ac almæ Vrbis nostræ commodum, non minori curæ nunc sunt, quam alias fuerint, inconuenientibus huiusmodi occurrere volentes, præsentium vigore, quas vim perpetuæ constitutionis habere decernimus, Motus proprios prædictos ad beneficia præfata extendentes, omnes & singulas commissiones, etiam expræssam mentionem de rebus Ripalibus continentes, & a nobis illarum vigore, seu alias quomodolibet inhibitiones significationes, decreta, & admissiones ad beneficia præfata quibusuis dictorum mercatorum occasione rerum Ripalium debitoribus, etiam dictis quantumcunque priuilegiatis per quoscunque iudices in posterum concedenda, & emananda, eisdem debitoribus nullatenus ad effugiendum, vel differendum solutionem debiti occasione præfati sic contracti suffragari debere decernimus. Et insuper eisdem mercatoribus, vt ad probandum plene in iudicio, & extra qualitatem, & quantitatem mercium prædictarum ab eis venditarum pro tempore, annotatio, & descriptio de illis in ipsorum, ac prosenetarum præmissorum libris in iudicio & extra plene probent, ac fidem indubiam faciant, executionemq; habeant, perinde ac si esset obligatio in forma Cameræ apostolicæ, & alias exequatur iudex, prout in Curia Ripæ &, Ripettæ executioni mandantur. Decernentes insuper quod si mercator vt supra Ripalis reperiat aliquando, vel in aliquo loco bona, quæ sua esse prætendant: illa ad se pertinere, & sua esse intelligantur, plene, & sufficienter probasse, si per testes docuerit, aut per prosenetam medio iuramento eiusdem prosenetæ, & alium idoneum testem, aut alias legitime probauerit iuxta consuetudinem dictæ Ripæ & Ripettæ, & sic obseruari volumus, & mandamus contra quoscunque iuxta præfatam consuetudinem, mercatoresque præfati in mercibus sic venditis penes debitores existentibus, etiam a quibusuis detentis quibuscunque alijs creditoribus, etiam expressam, & anteriorem hypothecam instrumenta publica in ampliori forma Cameræ Apostolicæ confecta, & stipulata creditum suum probantia habentibus, etiam clericis, S. R. E. Cardinalibus, & alijs quibusuis cuiuscunque gradus, vel conditionis existant præferri. In alijs vero quibuscunque debitorum bonis cum cæteris creditoribus hypotecam expressam, seu tacitam habentibus concurrere occasione debitorum propter merces Ripales venditas duntaxat contentarum: ac a duabus sententijs conformibus per Camerariū, ac Præsidentem pro tempore dictæ Ripæ & Ripettæ latis nullatenus appellari, vel prouocari etiam ad nos, & sedem apostolicam quas effectum rei iudicatæ habere debere, volumus: Et sic per quoscunque iudices, etiam S. R. E. Cardinales, ac causarū palatij apostolici Auditores, in quibusuis causis, negotijs, & controuersijs, sententiari, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque &c. decernimus. Mandantes propterea moderno, & pro tempore Camerario præfato, quatenus debitores ex causa præmissa obligatos, decretis, significationibus, admissionibus, & alijs

prædictis

Innoc. 8. cōst. habes sup. fol. 129. nu. 42. Quoniā. Leon. x. cōst. habes sup. fol 266. nu. 42. Dudum. Clem. 7. cōst. hic non habes. Istius Pont. cōst. istā hic nō hab.

Præfati Pōt. decreuerūt dilationes, non concedi debitoribus occasione rerum Ripalium.

Clerici vero admissi ad beneficium, cap. Peruenit, seu cap. Odoardus prætendebant non cōprehendi in const. dictorum Pont.

Pont. ideo extendit illas constitutiones, & declarat seruari debere contra quoscunque etiam si cōmissiones vel admissiones cū expressa mētione rerum Ripaliū obtinuerint.

Libris mercatorum Ripaliū cōcordātibus cum libris prosenetarum, plenā adhiberi fidem decreuit.

Executionemq; habere, sicut obligationes in forma Cameræ declarat.

In rebus extantibus, cæteris præferuntur, & res extantes suas esse probare possunt, tores Ripales.

In rebus non extantibus concurrunt cum creditoribus hypothecam habentibus.

Decretū Irritā.

prædictis non obstantibus, ad satisfaciendum mercatoribus antedictis de debitis sic contractis, ac eorundem debitorum bona detinentes, ad illa sibi dimittendum ad effectum consequendum satisfactionem integralem iis opportunis remedijs, ac alias iuxta stilum curiæ suæ compellat. Dantes eidem facultatem, ac omnimodam potestatem quibusuis iudicibus secularibus ecclesiasticis, ac omnibus Romanæ Curiæ tribunalibus, etiam sub censuris & pœnis pecuniarijs, suo moderandis arbitrio, ne exactionem debitorum ex causa præinserta contractorum quomodolibet impediant, in illis ue quouis quæsito colore, & mercatoribus prædictis præcipientes, ne soluere debentes alibi quam coram se intromittant inhibentes: Et si aliquas inhibitiones per alios quoscunque iudices Vrbis ad vxorum dictorum debitorum, aut aliarum quarumcunque personarum dominium vel hypothecam, seu quodlibet aliud ius in bonis in domibus dictorum debitorum existentium, seu per dictos debitores quouis modo possessis habere prætendentium factas inuenerit, per quas executio ad instantias dictorum mercatorum decreta in dictis bonis fieri prohiberetur inuenit, ne ex hoc facultas bona huiusmodi occultandi detur, eisdem inhibitionibus non obstantibus bona præfata describi, & de illis inuentarium confici, & penes aliquam idoneam personam deponi, quousque de iuribus partium discutiatur faciendi. Et si aliqui ex dictis debitoribus ab Vrbe affuerint, literas rogatorias eis qui in eis locis vbi dicti debitores moram traxerint iustitiæ ministrandæ præfuerint directas, vt eosdem debitores ad satisfaciendum dictis mercatoribus cõpellant, cum comminatione represaliarum, nisi id facient, decernentes, mittentes, & illarum præsentationis relatione habita, neq; infra terminum in illis præfixũ iustitia ministrata fuerit, represalias cõtra homines dictorum locorum illorumque res & bona iuxta stilum in Vrbe solitum decernentes, & exequentes, mandantes, & facientes. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, stilo palatij statutis, & nouis reformationibus Vrbis, priuilegijsq; indultis, & facultatibus prædictis, debitoribus, & alijs, & pro tempore Auditori Cameræ apostolicæ Gubernatori, Vicario, Senatori, quibusuis alijs iudicibus Vrbis, eorum curijs, etiam per nos concessis, innouatis, & approbatis, & concedendis: quibus omnibus. ac si eorum tenores &c. latissime hac vice duntaxat derogamus, præsentemq; nostram constitutionem, cui non derogatum per quamcunque signaturam, ac in qua omnia, & singula decreta, formas, & clausulas, in motibus proprijs prædictis contentas, & descriptas, & repetitas censeri debere volumus, in volumine statutorum dictæ Curiæ Ripæ & Ripettæ describi, & registrari, cui sola signatura in iudicio, & extra sufficiat, regula contraria non obstante mandamus.

Camerarius inuentariũ bonorũ debitorũ cõfici mãdat non obstãtibus significationibus cuiuscunque Iudicis.

Clausula derogatoria.

Nona const. vidi registratã in lib. statutorũ Ripæ.

Placet, & ita mandamus. A.

Die 26. Augusti 1547. cedula dicti Motus proprij admissa fuit ex decreto & collationata concordat.

Hier. de Tarano.

Registr. lib. 5. Diuers. fol. 118.

Visa Iulius Cameræ Apostolicæ Decanus, & Ripæ præsidens.

LIII.

Prælati & aliæ personæ Ecclesiasticæ testandi facultatem a Sede Apost. non habentes, decimam partẽ bonorum, locis Pijs donare, aut iure legati tantùmodo, relinquere possunt.

Hæc const. ponatur infra per Pium 4. const. 11. Graue, & Pium v. const. 75. Sacro sanctum.

De Materia autem ponam concord. infra in Pij 4. const. 31. Romanus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex, qui ea assueta sedis Apostolicæ benignitate in fauorem Ecclesiarum, hospitalium, & aliorum piorum locorum diuersa priuilegia concedere consueuit, si processu temporis tendunt in abusum, illa moderari, ac desuper opportune prouidere solet, prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Sane non absque animi molestia accepimus, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati, aliæque personæ ecclesiasticæ tam seculares, quam diuersorum ordinum, & militiarum regulares, non habentes de eorum rebus, ac bonis testandi, & disponendi facultatem, ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, quibus a dicta sede apostolica capiendi res, & bona ex testamento, vel alia dispositione illorum qui alias de rebus, & bonis eorum disponere non possent, facultas est concessa, hæredes instituunt, & in testamentis siue eorum dispositionibus plura legata, seu ordinationes in fauorem diuersarum personarum, ac alios vsus, in quos bona, & res huiusmodi transmittere non possent, faciunt. Hospitaliaque, Ecclesiæ, & loca pia huiusmodi siue eorum Rectores fidem testantium, seu disponentium insequen. legata ipsa, & in testamentis, seu alijs etiam inter viuos dispositionibus ordinata adimplent, ex quo Camera Apostolica circa res, & bona spolia nuncupata, per obitum Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum huiusmodi, absque testandi, & disponendi facultate decedentium remanentia in suis iuribus detrimentum patitur, & iacturam. Et quia nostrum est, in præmissis taliter prouidere quod ipsius Cameræ iurium debita ratio habeatur, Motuproprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, omnia, & singula priuilegia, facultates, gratias, literas, & indulta, quibusuis Ecclesijs, etiam Metropolitan. monasterijs, hospitalibus, etiam ab Archihospitalis Sancti Iacobi in Augusta de Vrbe dependentibus, seu causam habentibus, ac alijs pijs locis vbilibet constitutis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam, super capiendis, seu acquirendis hæreditatibus, rebus, ac bonis, ex testamento, donatione inter viuos, vel alia quacunque dispositione quorumcunque Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, secularium vel regularium, vtcunque etiam, vt præfertur, qualificatorum, & quauis præeminentia, ac dignitate, & auctoritate fulgentium, etiam si S. R. E. Cardinales fuerit, de hæreditatibus, rebus, & bonis

Prælati quidã testandi facultatẽ non habentes, instituebant hæredes, quandã loca pia, quæ ex indulto poterant consequi huiusmodi bona.

Et multa legata faciebant in fauorẽ eorũ ad quos bona deuenire non poterant.

huius-

huiusmodi facultatem disponendi non habentium, vel alias quomodolibet concessa, etiam si vsu recepta sint, moderantes. volumus, decernimus, & declaramus, quod Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, & personæ huiusmodi de rebus, ac bonis eorum, a nobis vel a dicta sede facultatem testandi, seu disponendi non habentes, decimam partem tantum rerum & bonorum eorundem mobilium, & immobilium, & se mouentium, ac pecuniarum ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, & pijs locis capiendi, & acquirendi facultatem huiusmodi habentibus tãtum, non per viam institutionis hæredum, seu donationis, vel legati in vita, seu in morte relinquere, & ecclesiæ, monasteria, hospitalia, & pia loca huiusmodi, seu illorum rectores, non nisi decimam partem huiusmodi capere, seu acquirere possint, & ad hoc ecclesiarum, & hospitalium, ac aliorum piorum locorum huiusmodi priuilegia, facultates, concessiones, gratias, literas, & indulta quæcunque reducimus, ac moderamur: Decernentes sic, & non aliter in præmissis, ac illa quomodolibet concernentibus, & quoad priuilegia, facultates, gratias, literas, indulta, etiam io forma breuis in futurum concedendas, per quoscunque tam ordinaria, quam delegata, & mista auctoritate fungentes, iudices, & personas, etiam dictæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, vbique iudicari cognosci, ac decidi debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoscendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac mandantes dilecto filio nostro Guiduni Ascanin Sforciæ s. Eustachij Diacono Cardinali eiusdem Romanæ Ecclesiæ Camerario, dictorum spoliorum generali collectori, quatenus res, & bona spolia nuncupata, quorumcunque Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, & aliarum personarum huiusmodi pro tempore absque facultate testandi, & disponendi, vt præfertur decedentium, per se vel alium, seu alios integre colligi, ac ecclesijs, monasterijs, hospitalibus. & alijs pijs locis, eorumq; rectoribus prædictis decimam tantum partem, si eis relicta fuerit ex rebus & bonis spolijs nuncupatis huiusmodi solui mandet, & faciat, nec aliquas facultates, seu literas, & indulta, etiam per nos concessa, & in posterum concedenda, aut testandi vel alias disponendi contra præsentium tenorem facta admittat, contradictores quoslibet & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; indultis, ac literis apostolicis, etiam in forma breuis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac cum quibusuis irritantibus decretis, ac fortissimis, & insolitis clausulis cõcessis, confirmatis, & innouatis, quibus (etiam si in illis caueretur, quod eis nullatenus, aut nisi sub certis modis & formis tunc expressis derogari possit, illorum omnium tenores, causas, & effectus, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes) hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse, motu, & scientia, ac auctoritate similibus derogamus, contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus cõmuniter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die xxviii. mensis Martij, millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Põtifex iõ declarat istos Prelatos iure tantũ legati vel donationis, decimã partẽ bonorũ relinquere posse alijs locis Pijs.

Cardinalem de s. Flora Camerariũ, & Spoliorum Collectorẽ deputat istius constit. executorem.

Clausulæ derogatoriæ.

Blo. el. Fulgin.

L I I I I.

Causam spoliarum Episcopi Sagunen. inter Reu. Cameram Apostolicam, & Principem Melphien. in ciuitate Neapolis verten. ad se aduocat, & in Camera Apostolica summarie cognoscendam, committit.

De Materia Spoliorum vide concord. quas ponam infra in Greg. 13. const. 72. Cum sicut accepimus.

Quæ autem bona veniant sub nomine spoliorum vide infra in Pij v. const. 44. Romani, & ibi notabo.

PAVLVS Papa III. Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis, Salutem & apostol. benedi. CVM alias spoliorum, ac iurium nostrorum, & Cameræ apostolicæ in Regno Neapolis collector generalis, quorundam creditorum, seu bonorum in eodem Regno existentium, quæ bo. mem. Imperialis Episcopus Sagonensis tempore obitus sui reliquerat, nostro & eiusdem Cameræ nomine possessionem cæpisset, & certos fructus ex dictis creditis, seu bonis, tunc extantes præcepisset, & postmodum dilectus filius nobilis vir Andreas de Auria, Princeps Melphien. in dictis creditis siue bonis ratione successionis, vel alias ius habere prætendens credita, seu bona huiusmodi contra omne iuris debitum, in nostrum, ac dictæ Cameræ præiudicium, de ordine, seu mandato dilecti filij nobilis viri dicti Regni Proregis, vel alias sequestrari obtinuisset: Nos licet tunc causarum spoliorum huiusmodi, quæ de sua natura Cameralis est, & in dicta Camera Apostolica & non alibi discuti, & terminari debeat, ad nos aduocare, & in eadem Camera terminan. committere debuissemus, nihilominus intuitu Cæsareæ maiestatis, quæ instanter desuper nos per suum apud nos oratorem rogari fecit, causam ipsam in ciuitate Neapolis per dilectos filios Achillem de Grassis causarum palati apostolicij Auditorem, tunc sacri cõsistorij aduocatum, quem ad hunc effectum Neapolim misimus, ac Hieronymum de Colle Regium consiliarium per agentes dicti principis nominatum coniunctim videndam, & fine debito terminandam per alias nostras in forma breuis literas commisimus: Et cum dictus Achilles per plures menses in dicta ciuitate Neapolis stetisset, & dicti Principis agentes, quos eiusdem Principis prætensa iura prõpta habere credebamus, postquam super cõmissione causæ huiusmodi, ac dicti Achillis ad dictam ciuitatem Neapolis destinatione tam instanter nos requisiuerant, nihil ex quo prætensa iura huiusmodi apparere possent, paratum haberent, dictus Achilles, qui forsan dicto Principe non probante ad absolutoriam in fauorem dictæ Cam. vna cum dicto Hieronymo eius collega procedere potuisset, benigne agens, vs dicto Principi remissoria ad probandum per

Collector Spoliorũ I Regno Neapolis cępit possessionẽ bonorũ, quæ reliquerat Episcopus Sagonensis.

Sed Prĩceps Melphien. de mãdato Proregis, illa sequestrari obtinuit.

Causam istã Põtifex cõmisit Achilli de Grassis, & Hieronymo de Colle, cognoscẽ. Neapoli.

eum deducta in Massan. & Ianuen. ciuitatibus vbi dictus princeps auctoritate, & fauore pollebat concederetur, consensit, & quia in executione remissoriæ huiusmodi non parum temporis consumi debebat, Achilles præfatus Romam remeauit, & interim nos illum ad sacrosanctam generalem synodum tunc Tridenti congregatam misimus.

Achilles post cõ-fectam Principi remissoriam, Romam remeauit, & ad Concilium Tridentinũ missus fuit a Pontifice.

Postmodum vero executa remissoria prædicta, nos iterum, vt alium qui causam spoliorum huiusmodi vna cum dicto Hieronymo de Colle in locum dicti Achilis expedire posset, Neapolim mitteremus instanter requisiti, credentes firmiter pro parte dicti Principis nihil vlterius deducendum, & probandum fuisse, ac propterea, quod ille quem in locum præfati Achillis mitteremus, illico posset cum dicto Hieronymo collega ad causæ expeditionem pro parte fouente iustitiam procedere, dilectum filium Ioannem Baptistam Olium vtriusque iuris doctorem notarium, & familiarem nostrum in locum dicti Achilis destinauimus Neapolim.

De quo Cõcilio habes supra fol. 41 6. constit. 40. initio.

Qui inibi post multos dies, & menses moratus, visis actis in huiusmodi causa factis, ac remissoria huiusmodi pro parte dicti Principis reproducta, cum eius collega se paratum, ad causam expediendam esse, immo vtriusque officium fore post tot moras causam ipsam iuxta allegata, & probata expedire dixisset, Agentes pro eodem Principe timentes iuxta deducta, & probata in processu sententiam in fauorem dictæ Cameræ, & contra dictum Principem proferendam esse secundam dilationem ad probandum præteosa eorum incumbentia petierunt, & licet, vt accepimus secunda dilatio huiusmodi danda non esset, nihilominus illam obtinuerunt, & examinatis pluribus testibus. cum dictus Ioannes Baptista cum eius collega super causæ expeditione conuenire, ac per se solum ad illius expeditionem procedere non posset, suscitato populari tumultu in eadem ciuitate Neapolis, & nihil per eum quod ad causæ terminationem spectaret omisso, tandem post septem menses Romam rediit, & licet ex his per agentes nostros nunquam stetisset quin causa huiusmodi pro iustitia terminaretur. immo agentes ipsius Principis verbo expeditionem, re autem nil minus desiderasse notorie constet, proptereaq; nihil perperam fieri vel aliquid in nostrum, & eiusdem Cameræ apostolicæ præiudicium in huiusmodi causa tentari debuisset: nihilominus, sicut accepimus, dilectus filius Ioannes Martialis Regius consiliarius in dicta ciuitate existens nulla auctoritate fretus, præcipue in hac causa, quæ ad iudicium Cameræ apostolicæ huiusmodi iure ipso spectat, vltra primum præiudicium per sequestrum, alias vt præfertur, appositum nobis illatum. ad secundum ipse procedens sequestrum ipsum leuauit seu relaxauit, & pecunias ex creditis seu bonis prædictis exactas, & in futurum exigendas dicto Principi tradi mandauit, licet nulliter, & de facto, & quod peius est, processum in causa huiusmodi coram iudicibus a nobis delegatis confectũ ad eius manus transportari fecit, & in causa ipsa ad vlteriora procedere se velle iactat, seu forsan processit, vel procedit.

Pontifex ideo in locũ illius Ioan. Baptistã Olium Neapolim misit,

Qui tamen causam expedire nõ potuit, & ideo Romam rediit,

Et quidã Ioannes Martialis interim pecunias ex bonis sequestratis exactas & exigen. Principi cõsignari mãdauit.

Et quamuis hæc ipso iure nulla, & notorie attentata existant, nihilominus ne etiam minima, præsertim in casu quo ex nostri parte cũcta, quæ benignitate, & gratia procedere potuerunt adimpleta sunt, spernere videamur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium causam huiusmodi in eo statu, quo coram præfatis nostris delegatis ad præsens reperitur, etiam quod instructa sit, ad nos, & sedem apostolicam aduocantes, illam vna cum incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis. quibuscunque in dicta Camera apostolica, vbi iure ipso, vt præfertur, causæ spoliorum terminari solent, & debent, per eam reassumendam, ac summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij audiendam, decidendam, & fine debito terminandam, committimus.

Põtifex ideo causam illã ad se aduocat. & in Cam. apostolicã terminãdam cõmittit.

Inhibentes dicto Ioanni Martiali, ac Hieronymo de Colle, & Ioanni Baptistæ Osio, necnon Principi prædicto, eiusque agentibus, & ministris, cæterisque alijs ad quos spectat, & in præsentium præsentatione nominandis, sub excommunicationis latæ sententiæ, & alijs nostri arbitrij pœnis, ne in causa huiusmodi modo aliquo procedere, seu processum, vel scripturas super præmissis cõfectos videre, aut in illis se intromittere, vel aliquam instantiam super causæ huiusmodi expeditione alibi, quam in eadem Camera facere audeant, vel præsumant, immo processum & acta huiusmodi ad Cameram prædictam remittant. Certificantes omnes si monitis, & inhibitionibus nostris huiusmodi non paruerint cum effectu, sententias, & pœnas ipsas irremissibiliter incursuros, ac in Camera prædicta ad vlteriora in causa huiusmodi, prout iuris fuerit procedendum fore. Nos enim ex nunc quæcunq; per dictum Io. Martialem in causa huiusmodi, seu circa illam quomodolibet facta, ordinata, & executa, necnon quæcunque alia attentata reuocamus, & annullamus, ac nullius roboris vel momenti fuisse, & esse; Ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali de duabus dietis edita, & quibusuis alijs apostolicis, ac prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, & ordinationibus, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis cæterisq; contrarijs quibuscunque.

Inhibetq. sub pœnis de quib. hic. Et attentata per Ioannem Martialem reuocat.

Decretũ irritãs.

Clausula derogatoria.

Volumus autem quod præsentium literarum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra habeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vltima Martij, millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, Pont. nostri anno quartodecimo.

Blo. el. Fulgin.

L V.

Secunda Prorogatio subsidij Triennalis, trecentorum millium scutorum, Ac Vnius decimæ fructuum Beneficiorum secularium, & quartæ partis Beneficiorum Regularium in Italia, & Regno Siciliæ, & Insulis Corsicæ, & Sardiniæ consistentium: Et vnius vigesimæ bonorum Hebræorum ditionis Ecclesiasticæ.

Aliam Prorogationem habes infra in Iul. 3. const. 24. Ab initio, & Marcelli 2. const. 1. His proximis.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

NOVIT ille qui nihil ignorat, quod a nostra mente semper alienum fuit nostros, & S. R. E. subditos, tam ecclesiasticos, quam seculares oneribus extraordinarijs prægrauare, tamen vrgenti necessitate coacti fuimus pro eiusdem S. R. E. status, conseruatione, & orthodoxæ fidei defensione illorum auxilijs vti, a quibus etiam nunc abstineremus, nisi eadem necessitas adhuc duraret: & quia notorium esse credimus, nos

eo in statu esse, quod onera nobis incumbentia perferre non possumus, absque subditorum eorundem subsidijs, speramus quod ipsi ea quæ pro eorum, ac dictæ S. R. E. tutela imposuerimus, libenti animo substinebunt. Sane cum nos alias de Anno millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, Pontificatus nostri anno decimo, animaduertentes ex varijs, & extraordinarijs onerum impositionibus tunc vigentibus, nihil aliud magis euenire, quam Commissariorum, & aliarum personarum, cum Camera apostolica contrahentium lucra, ac subditis ipsis innumerabiles expensas ipsis forsan principalibus oneribus grauiores: volentes in præmissis opportune prouidere, de venerabilium fratrum nostrorum dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, cum laudabili rei directione cunctis impositionibus extraordinarijs sublatis vnum vnicuique subsidium trecentorum millium scutorum per totam ditionem ecclesiasticam pro triennio soluendum, & exigendum imposuerimus; cumque subsidium huiusmodi spontanea subditorum voluntate acceptatum fuisset, & in effectu summa trecentorum millium scutorum huiusmodi ad Cameram præfatam annuatim exinde prouideri non posset, ad supplendum summæ deficienti aliud quartæ partis fructuum a congregationibus regularibus Italiæ, & aliud vnius decimæ a secularibus, ac aliud etiam quartæ partis fructuum a beneficijs regularibus, a congregationibus regularibus prædictis separatis per totam Italiam existentibus, necnon reliquum vnius vigesimæ ab Hebræis ditionis ecclesiasticæ exigenda subsidia, & per eos, & alios omnes ad quos spectaret triennio durante, Cameræ apostolicæ prædictæ annis singulis integre persoluenda imposuerimus, quæ quidem subsidia quiete, & sine aliquo Commissariorum, & expensarum grauamine, maximeque subditorum, & personarum, quæ illa soluerunt, cum satisfactione exacta fuerunt, & cum necessitatibus nostris, & apostolicæ sedis ne dum vigentibus, quin potius late crescentibus, ad aliud trienniũ prorogata fuerint, & finis secundi triennij non longe absit: Nos necessaria causa cogente non possumus subsidia prædicta ad aliud triennium non extendere, firma spe fiduciaq; conceptis quod subditi & alij ad quos spectat, onera huiusmodi non minus pro eorum commoditate, quam pro subueniendis necessitatibus prædictis, libenti animo, vt hactenus fecerunt, substinebunt. Idcirco de eorundem Cardinalium consilio, & assensu, ac motu proprio & ex certa scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium impositiones singulorum subsidiorum prædictorum, necnon conuentiones cum subditis, ac regularibus congregationibus, necnon personis ecclesiasticis, ac Hebræis præfatis per agentes nostros desuper respectiue factas, ac exactiones subsecutas de ordine, & mandato nostris processisse attestantes: Volumus, & mandamus, quod singula subsidia prædicta per aliud triennium a fine secundi dicti trienni computandum soluantur, ac per tempus huiusmodi prorogata, & extensa esse intelligantur, ac exegi, & ad dictam Cameram pro necessitatibus huiusmodi prouenire debeant, & quatenus opus sit, singularia subsidia huiusmodi in locis, & terminis, ac sub modis & formis quibus in primo, ac secundo triennijs imposita, & exacta fuerunt, singulis annis exigenda de nouo pro dicto tertio triennio imponimus, & imposita esse nunciamus. Quo circa dilecto filio nostro Guidoni Ascanio sancti Eustachij Diacono Cardinali de sancta Flora nuncupato, eiusdem Romanæ Ecclesiæ Camerario (quem vltra ordinariam sui Camerariatus officij auctoritatem, Collectorem generalem, cum facultate tot quot sibi necessarij videbuntur Commissarios ad singula subsidia prædicta exigendum deputandi, necnon quæcunque dubia declarandi, & quascunque compositiones, & concordias cum subditis, congregationibus, personis ecclesiasticis, ac Hebræis supradictis, etiam de nouo si sibi videbitur faciendi, ac ordinandi facimus, creamus, constituimus ac deputamus per præsentes) committimus, & mandamus, quatenus subsidium huiusmodi iuxta eius prouidam ordinationem exigi, & ad dictam Cameram Apostolicam peruenire faciat, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & pœnas etiam pecuniarias eius arbitrio infligendas, ac interdicti, & alia opportuna iuris, & facti respectiue remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis; ac decernentes subditos ditionis ecclesiasticæ, ac congregationes, & Hebræos, ac alios prædictos ad subsidia prædicta singulis annis, ac modis & formis, quibus duobus in triennijs antecedentibus soluerunt, dicto tertio triennio durante integre soluendum, omni contradictione cessante, teneri: Necnon omnes & singulos venerabiles fratres Archiepiscopos, Episcopos, Patriarchas, non tamen pro Concilij celebratione congregatos, necnon Capitula, Collegia, Massas Communes, Vniuersitates, Rectores, & administratores, aliasque personas ecclesiasticas, necnon Abbates, Priores, Præpositos, Prælatos, Commendatarios, Conuentus, & personas ecclesiasticas quomodolibet qualificatas ad vnius decimæ, iuxta verum annuum valorem, omnium & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum quarumcunque Cathedralium etiam Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & collegiatarum, parochialiumque, & aliarum ecclesiarum, ac hospitalium pro bonis hospitalitati minime applicatis, & piorum locorũ, necnon quorumcunque aliorum beneficiorum cum cura, & sine cura, secularium vtcunque qualificatorum, per totam Italiam huiusmodi, etiam in regno Siciliæ, vltra Pharum consistentium: Necnon quartæ partis veri annui valoris omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum quorumcunque monasteriorum, prioratuum, præposituraturum, domorum, & beneficiorum sancti Benedicti, Cistercien. sancti Augustini, & quorumuis aliorum ordinum regularium, etiam mendicantium a congregationibus regularibus supradictis separatorum, etiam in dicta Italia vbilibet, vt præfertur, existentium iuxta impositionem huiusmodi efficaciter obligatos fore, & ad decimæ, & quartæ partis fructuum huiusmodi solutionem omnes & singulos supradictos (dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui ad sustinendum onera vniuersalis Ecclesiæ nobiscum laborant, ac fratribus hospitalis Hierosolymitani quo ad beneficia dicti Hospitalis tantum duntaxat exceptis) censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac interdicti, & alijs remedijs prædictis, cogi, & cõpelli posse: Ac declarantes propterea quod omnes & singuli pensionarij, seu ij quibus loco pensionum fructus in totum vel in partem reseruati sunt, cuiuscunque conditionis vel dignitatis existant (dictis Cardinalibus exceptis) ad decimæ, & quartæ partis fructuum, tam congregationibus regularibus, quam beneficijs regularibus a dictis congregationibus separatis impositarum præstationem in oĩbus & per omnia perinde, ac si illa eis nominatim, & expresse per præsentes imposita fuissent, clausulis, & decretis in literis apost. conseruationum, pensionum, & fructuum huiusmodi appositis, etiam quod dictæ pensiones ab omni decima, subsidio charitatiuo, & quouis alio onere tã ordinario, quam extraordinario quauis auctoritate etiam apostolica pro expeditione tam defensiua, quã offensiua contra Turchas, & alios infideles, aut reipublicæ christianæ ab illorum conatibus quauis defensione, etiam pro recuperatione Terræ sanctæ, seu fabricæ basilicæ principis apostolorum de Vrbe, vel pro alia necessitate, seu inexcogitabili causa a Romano Pontifice pro tempore existente, etiam motu, & ex certa scientia similibus imposito, vel imponendo exemptæ sint, disponentibus, ne-

Pont. iste (per alias eius literas quas hic non habemus) anno 1543. imposuit subditis secularibus, subsidiũ trecentorũ milliũ scutorũ ad triennium.

Imposuitq. alia quatuor subsidia hic expressa ad triennium.

De quibus vide sup. fo. 434. colũ. 37. ex debito.

De impositione contra Hebræos hic non habes.

Hæc subsidia Pontifex prorogauit postea ad aliud triennium.

Et nũc ad aliud trienniũ progat.

Prorogauit etiã Iul. 3. inf. const. 22. ab initio & Marcel. 2. const. 3. his proximus, ita vt vsq. modo durent.

Cardinalẽ de sancta Flora camerariũ deputat Collectorẽ ipsorum subsidiorũ, cum facultate, dubia declarandi concordias faciẽ. & cõtradictores coercendi.

Et quoscunq. ecclesiasticos ad soluen. decimã fructuũ beneficiorum secularium.

Et quartã partẽ fructuũ beneficiorũ regulariũ.

Excipiuntur Cardinales & Milites Hierosolymitani.

Pensionarii & illi quibus fructus reseruati sunt tenentur (exceptis Card.) ad soluendum subsidij.

quaquam obstantibus, pro rata teneantur, & efficaciter astricti sint. Quodque Prælati, seu titulares monasteriorum, prioratuum præpositurarum, & beneficiorum super quibus pensiones, seu fructus sic reseruatæ, seu reseruati existunt, possint satisfacere ratam pensionariorum suorum, seu eorum quibus fructus sunt reseruati, ac libere postmodum sua propria auctoritate penes se, seu pro se retinere totum illud quod pro ipsis pensionarijs, seu pro eis quibus fructus huiusmodi sunt reseruati re ipsa & cum effectu persoluerint, & nihilominus pensionarios, ac eos quibus fructus huiusmodi reseruati sunt, per agẽtes dictæ Cameræ apostolicæ ad solutionem subsidij vnius seu quartæ partis pensionum, ac fructuum reseruatorum huiusmodi respectiue dicto tertio triennio durante, iuris & facti remedijs opportunis cogi & compelli posse volumus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, ac congregationum, & beneficiorum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus necnon quibusuis priuilegijs, indultis, exemptionibus etiam in corpore iuris clausis, immunitatibus, ac literis apostolicis eisdem ordinibus, & congregationibus, ac illorum locis & personis generaliter, vel specialiter sub quibuscunque verborum formis, & expressionibus ab eadem sede concessis, quibus literis omnibus reseruationum, pensionum, & fructuum huiusmodi, necnon quibusuis obligationibus, etiam in forma Cameræ cum iuramento, & censurarum, & mandati executiui susceptione, vel alias desuper factis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quauis alia expressio habenda foret, & in eis caueatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales, etiam specialem mentionem importantes eis non derogatum censeretur, aut derogari videretur, nisi sub certis modo & forma in eis expressis, tenores huiusmodi pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis Prælatis, Conuentibus, Collegijs, Vniuersitatibus, & personis præfatis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad solutionem, vel præstationem alicuius subsidij, seu decimæ minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu propterea grauari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibusuis alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad præmissa volumus nullatenus suffragari. Vt autem præsentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis basilicarum principis apostolorum, & sancti Ioannis Lateranensis de dicta Vrbe affigi, seu appendi faciemus, quæ se suo quasi sonoro præconio publicabunt, vt ij quos præmissa contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut ea ignorauerint nullam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extiterit publicatum. Cæterum quia difficile foret præsentes ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: volumus & auctoritate apostolica prædicta decernimus, quod earundem præsentium transumptis manu alicuius ex dictæ Cameræ apostolicæ notarijs subscriptis, & sigillo Camerarij nostri munitis ea prorsus fides in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ attestationis, mandati, impositionis, nunciationis, creationis, constitutionis, deputationis, declarationis, derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, decimo Calen. Iulij, Pont. nostri anno quartodecimo.

Titulares, q pro eis etiam soluere possunt.

Clausulę derogatiuę.

Forma publicandi hanc constit. Quam publ. habes hic in fi.

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Locus Sigilli.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

† Ego Io. Do. Episc. Ostien. Card. Tran. subscripsi.

Presbyteri Cardinales.

† Ego Io. Cardinalis Bellaius.
† Ego R. Cardinalis de Carpo.
† Ego R. Cardinalis de Lenoncourt.
† Ego G. Cardinalis Cortesius.
† Ego Georg. Cardinalis Armigniacus.
† Ego Fed. Cardinalis Cæsius.
† Ego B. Cardinalis de la Cueua.
† Ego Iac. Cardinalis Danebault.
† Ego M. Cardinalis de santa Cruce.
† Ego V. Cardinalis de Gambara.
† Ego A. Cardinalis de Mendon.
† Ego B. Cardinalis Guidiccionus.
† Ego M. Cardinalis de Sylua.
† Ego M. Cardinalis Crescentius

Diaconi Cardinales.

† Ego A. Cardinalis de Farnesio Vicecancell.
† Ego G. Aschanius Sforcia Card. Camerarius.
† Ego A. Cardinalis Cornelius.
† Ego Hier Cardinalis Sancti Georgij

Iulius de Grandis.

A. Lalata.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, indictione sexta, die vero veneris decima nona mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli diuina prouidentia papæ III. Anno eius decimoquarto, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & Ecclesiæ sancti Ioannis in Laterano per nos Io. Megtis, & Dominicum Vaguri, præfati sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Thomas Rogher Magister Cursorum.

Registrata in Camera Apostolica.

Hie. de Terano.

LVI.

Mancipia, seruos, siue sclauos licite in Vrbe retineri vendi & emi permittit & in Capitolium confugientes, & libertatem acclamantes, libertatem de cætero non consequi decernit.

Hæc const. reuocatur inf. per Pium V. const. 18. Dignum, & habes etiam sup. fol. 357. const. 2. Nouimus.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM, Sicut accepimus, dilecti filij Consilium almæ Vrbis nostræ publice (vt moris est) congregati, & attendentes dilectos filios Populum Romanum ob defectũ seruorum, tã Romani, quam forẽses varia, & diuersa in dies pati incõmoda, ac volentes incõmodis huiusmodi occurrere, inter alias statuerint, & ordinauerint, quod liceat de cætero vnicuique quoscunque seruos seu sclauos in ipsa Vrbe ad eius libitum publice tenere, & de eorum opera etiam his inuitis, prout alibi fieri consueuit, absque eo quod in Capitolium confugientes, & libertatem acclamantes, a nexu eorum seruitutis iuxta consuetudinẽ in eadem Vrbe hactenus obseruatã liberentur, prout in desuper cõfecto decreto publico, seu alia scriptura dicitur plenius contineri. Nos qui ex nostro Pastorali officio singulorum fideliũ cõmoda, quantum cum Deo possumus, libenter procuramus, attendentes quod ex multitudine seruorum patrimonia augentur, res rusticæ magis excoluntur, vrbes ampliantur: & propterea volentes eorundem Populi indemnitati occurrere, & cõmoditati consulere, Motu simili &c. statutorum, & ordinationum prædictarum, quorũ tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac pro vt illa concernunt, omnia, & singula in decreto seu in scriptura huiusmodi contenta & inde secuta quæcunque auctoritate apostolica, ex certa scientia approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdẽ supplemus, ac omnia suos plenarios effectus sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et nihilominus potiori pro cautela, quod de cætero omnes, & singuli vtriusque sexus personæ tam Romanæ, quam forenses, & tam sæculares, quam ecclesiasticæ, cuiuscunque dignitatis status, gradus, vel conditionis existant, quoscunque etiam vtriusque sexus seruos seu sclauos publice emere, & vendere, ac super eis cõtrahere, & prout alijs locis fieri consueuit, tam in dicta Vrbe, quam in eius districtu, seruos seu sclauos publice tenere, & eorum opera vti, ac eos ad operam ipsam sibi impendendam cogere, libere & licite valeant: Et quod serui seu sclaui in Capitolium confugientes, & libertatem acclamantes a nexu eorum seruitutis minime liberentur, sed fuga, & acclamatione huiusmodi non obstantibus, eorũ dominis in seruitutem reddantur, & si visum fuerit, vt fugitiui puniantur, apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus. Districtius inhibentes dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus Conseruatoribus dictæ Vrbis, ne eosdem seruos, seu sclauos etiam post seruitutem christianos effectos, vel in seruitute ex seruis etiam christianis ortos, iuxta iuris cõis dispositionem, vt præfertur, confugientes, & libertatem acclamantes, a nexu eorum seruitutis iuxta eorum facultates liberare præsumant. Ac mandantes eisdem Cõseruatoribus, vt in præmissis quibus opus fuerit fauorabiliter assistentes, faciant auctoritate nostra vos, & alios quorum interest, singulis statutis, & ordinationibus præfatis pacifice frui, & gaudere, ac singula statuta prædicta per quoscunque inuiolabiliter obseruari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac eis in præmissis non parẽtes, omnibus opportunis iuris remedijs, appellatione postposita compescẽdo. Nos enim eisdem modernis & pro tempore existentibus Cõseruatoribus, quod ipsi, & non quiuis alij Romani ciues officiales, seu ius dicentes, quauis auctoritate, & iurisdictione fungãtur, omnimodã tam contentiosam, quam voluntariam iurisdictionem inter seruos, seu sclauos hmói, io simul, vel eos, & eorum dominos, aut quoscunque alios occasione ipsorum seruorum, seu sclauorum vel rerum eis quolibet competentium, ciuiliter, vel criminaliter exercere, ac eorum cõtrouersias, quæstiones, & causas ciuiles, criminales, & mixtas summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vel alias, prout opus fuerit, audire, cognoscere decidere, & terminare, ac specialem notarium ad actus huiusmodi conficiendos, & annotãdos, ac quæcunque alia quæ desuper obuenerint describenda eligere, & deputare, libere & licite possint, dicta auctoritate apostolica de speciali gratia concedimus & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac legibus imperialibus, & dictæ Vrbis, etiam iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, & reformationibus, etiam quomodocũ nuncupatis, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros & nos, ac sedem apostolicam; necnon Romanos Imperatores, seu Reges sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet cõcessis &c. Quibus omnibus in literis latissime extendẽdis, etiã si de eisdem &c. illorũ tenores &c. hac vice dumtaxat derogare placet, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis & cõsuetis.

Fiat vt petitur. A.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. & de approbatione, confirmatione, adiectione, suppletione, decreto statuto, ordinatione, concessione, indulto, deputatione, & derogatione præfatis, ac alijs de & pro omnibus, & singulis præmissis, quæ hic pro repetitis habeantur perpetuo in forma gratiosa cũ opportuna executorũ deputatione, qui præmissis assistant, & sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis ac etiam pecuniariis arbitrio suo moderandis cum facultate illas aggrauãdi &c. inuocato & ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis latissime extendendi, & cum derogatione præfatorum, & quorumcunque aliorum statutorum, priuilegiorũ quoque, indultorum, & literarum apostolicarum quomodolibet contrariorum, quorum omnium tenores latissime exprimi possint ad effectum sufficientis derogationis eorum latissime extensis, & quod præmissorum omnium, & singulorum, & tenoris decretorum, seu scripturæ huiusmodi qualitatum, aliorumque in præmissis, & circa ea necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio fieri, ac totus tenor instrumenti, seu scripturæ huiusmodi etiam de verbo ad verbum omissis caracteribus, & signis impleri, seu pro expressis haberi possint in literis etiam per breue nostrum expedien.

Fiat. A.

Dat. Romæ apud sanctum Marcum, quinto idus Nouembris anno quadragesimo quinto.

Romani in Publico Cõcilio decreuerunt, quod sclaui in Capitolium confugientes, & libertatem acclamãtes, libertatem non cõsequantur.

Pontifex hoc decretum Popoli Rom. confirmat.

Et hoc idem ipse de nouo statuit, & super sclauis licite quæcunque contrahere permittit.

Contrarium voluit inf. Pius V. const. 18. dign.

Cons. Vrbis executores instituit & Iudices deputat, causarumque ciuilium quæ ex occasione sclauorũ, & eorũ honorũ vertuntur.

L.VII.

Qui tempore Naufragij, vocati a Patronis Nauium vel Barcarum, auxilium eis, ad bonorum præseruationem vel recuperationem præstiterint, quartam partem bonorum præseruatorum, aut recuperatorum lucrantur. Perturbatores autem & occupatores multas pœnas incurrunt.

Ad hoc vide sup.fol. 442.const.42.Accepimos noper.cum ibi notatis.

PAVLVS Papa III.Motu proprio &c.

ACCEPIMVS Per statuta nostræ Ripæ salubrem dispositionem factam extitisse, tenoris, quod si pro tempore Mercatores seu Nautæ mari nauigantes, & eorum naues & barcæ vinis, & aliis mercibus, rebus, & bonis, pro vsu Curialium, oneratæ versus nostram Almam Vrbem seu dictam Ripam ducentes, & miserabiliter casu inopinato naues & barcæ huiusmodi sic oneratæ naufragium paterentur, nauesque & barcas huiusmodi naufragas, seu bona in eis existentia, aliqui ab eorum dominis & patronis ad id requisiti, per se ipsos recuperauerint, vel in recuperatione auxilium præstiterint, tales recuperatores & auxiliatores quartam partem bonorum, & rerum mercantilium huiusmodi, in dictis nauibus & barcis, sic naufragium passis existentium, eorum ope & auxilio recuperatorum lucrarentur, & aliæ tres quartæ remanentes ad dominos & patronos dictarum nauium & barcarum spectarent & pertinerent, & hoc quidem per fe. re. Nicolai. V. prout in suis literis desuper confectis & in libris statutorum dictæ Ripæ registratis, plenius continetur concessum fuisse. Accepimus etiam quod temporis diuturnitate statutum, & gratia huiusmodi in dissuetudinem abierunt: Et Domini locorum, & Terrarum siue temporales siue ecclesiastici, ad quorum Terras, & loca, naues, & barcæ huiusmodi propter naufragium perueniebant, illas ad se ipsos appropriabant, & illorum domini bonis proprijs priuabantur, propter quod Mercatores, & Nautæ cum eorum mercibus ad dictam Ripam venire se retrahebant, & sic nostræ Almæ Vrbi, & illius Curialibus non modicum præiudicium inferri videbamus. Propterea huiusmodi inconuenientijs per aliam nostram gratiam proxime præinsertam opportune prouidimus, per quas si aliquam ex dictis barcis naufragium pati, vel propter violentiam maris ad loca prædicta casu peruenire, vel iactum bonorum alleuiandæ nauis gratia fieri pro tempore contingat, illis tantūmodo, qui a dominis nauium, & barcarū, illarum personis curam, & gubernium tantum habentibus super tali naufragio in auxilium vocati fuerint, huiusmodi personis, sic vocatis, si ab imminentis, & præsentanei naufragij periculo, aut bona iam deperdita recuperauerint, his casibus quartam partem bonorum, & rerum in huiusmodi barcis existentibus & illorum auxilio siue opera sic recuperatorum concessimus, & donauimus: Sed quia in dicta præinserta gratia nostra non fit mentio specifica de dicta quarta parte bonorum, sed quod dictæ personæ, sic vocatæ tantum statuta, & consuetudinē allegare possint continetur. Et propterea etiam accepimus quod non nulli iudicant, & dictam nostram gratiam praue intelligentes, ad personas etiam non vocatas extendunt, & sic intelligi debere prætendunt, & illam non habere locum nisi in casibus meri naufragij, & iactus, sed si naues & barcæ huiusmodi integræ vi tempestatis ad littus maris peruenerint, & terram dominorum aliquorum peruenerint, & attigerint, maxime si pro officialiū ipsorum præsentium & iussum eorum dominorum nomine sit illis auxilium præstitum, tunc præstari debere, loci consuetudine debere allegant, & sic intelligi debere satagunt. Nos volentes inconuenientijs huiusmodi obuiare. Motu proprio, & ex certa scientia, ac plenitudine potestatis, declaramus nostræ intentionis in concessione præinserta nostræ gratiæ fuisse, & esse quod tantummodo vocati, & requisiti ab illis dominis, & personis pro prædictorum recuperatione quartam partem, pro modo bonorum, & rerum recuperatorum, in dictis nauibus, siue barcis, sic naufragium passis, alleuiatis, siue aliter ad littus integre peruentis, & arenæ commissis, vel alio inopinato casu deperditis, existentium, & eorum opera, & industria, ac auxilio cum prædictis mercibus recuperatis, lucrentur, si tamen prædictæ recuperationi actualiter cūm eorum personis, non per præsentiam tantum incubuerint, & recuperauerint (aliis personis siue dominis locorum quocumq; titulo nuncupatis, siue Cardinales S.R.E. & prædictorum locorum officiales, & aliæ quæcunque personæ priuatæ, siue ecclesiasticæ, siue seculares sint, vel pro tempore fuerint, penitus exclusis) alias autem tres quartas remanentes, fuisse, & esse, ac restitui & remanere debere ipsorum dominorum, vt prius fuerant, Et pro pleniori firmamento de nouo talibus personis, tantummodo & forma quibus supra, & non aliter, quartam illam pro modo, & rata bonorum recuperatorum, a die dictæ præinsertæ gratiæ naufragium passorum, siue alleuiatorum, vel aliter integre ad littus peruentorum, & in futurum perueniendorum, alleuiandorum, & naufragium patiendorum, quoquomodo donamus, ac capiendi facultatem concedimus. Alias vero personas modo, & forma præmissis non vocatas quacunque dignitate etiam Cardinalatus honore & dignitate fulgentes, & ecclesiastica dignitate insignitas, quorumcunque locorum vel terrarum, mediate vel immediate S.tæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum fures raptores latrones, ac rebelles sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ esse censemus, ac penis, & censuris iuxta seriem & tenorem præinsertæ gratiæ aliarum literarum puniri mandamus. Decernentes irritum & inane quicquid in contrarium attentari contingerit in futurum: Volumus etiam quod præsenti nostro motui proprio per quamcunq; nostram signaturam etiam motu proprio emanatam, & in futurum emanandam etiam si de eorum clausulis derogatoriis mentio fiat nisi illius expressa mentio, de verbo ad verbum habeatur nullatenus derogatum censeatur. Præcipientes Clericis Cameræ apostolicæ, Gubernatori, Auditoribus sacri palatij, Senatori Vrbis, Cameræque nostræ Auditori, ac quibuscunque officialibus, & iudicibus quauis auctoritate fungentibus quatenus in præmissis, Dominis, & patronis, seu nautis nauium & barcarum, sic naufragio oppressorum, aduersus quascunque personas etiam ecclesiasticas, aliterque, vt præfertur, se gerentes, assistant, & pœnis dictis afficiant, cum inuocatione brachij secularis, quatenus opus fuerit: Constitutionibus & ordinationibus apostolicis nec non priuilegiis, & indultis ipsorum locorum statutis & consuetudinibus, quas tanquam corruptelas, & abusus iudicamus, indultisque quibuscunque personis specialiter concessis quibuscūque alijsq; in contrarium

Statuta Ripæ disponunt, quod recuperatores, aut auxiliū præstantes recuperationi bonorum naufragorum, lucretur quartam partem illorum.

Statutorū tamē dispositio in dissuetudinē abijt.

Et Domini locorū, ad quæ naues naufragium patientes perueniebant, bona occupabant, & ideo Nautæ ad Ripā venire recusabant, vt habes etiam sup fo. 442. constit. 42. Accepimus.

Ideo Pontifex per alias literas, quas habes sup. fol 442 concessit quartam partē huiusmodi recuperatorū, auxiliū præstātibus,

Sed non nulli varijs modis intelligebant.

Propterea Pontifex eius literas declarat vt hic.

Et idem de nouo statuit & decernit.

Et contra occupantes bonorum Naufrag. pœnas imponit.

Hic casus est de reseruatis in Bulla Cœnæ Domini vt in Greg. 13 cō stit. 90. Cōsueuerunt.

Decretū irritans

Clausulę præseruatiuæ.

Executores istius const.

Clausula derogatoria.

trarium facien. non obstan. omnium præmissorum tenores, & formas pro expressis habentes,

Fiat vt petitur. A.

Et quòd præsentis motus proprii sola signatura sufficiat, & ipsius simplex exhibitio & allegatio sufficiat, ac si esset in corpore iuris, & aliarum iuris Canonici constitutionum clausa, attento quod in fauorem Ripæ, & illius Mercatorum. Fiat. A.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum id. Martii anno nostri Pont. decimoquinto.

Visa Iulius Cameræ Apost. Decanus, & Riparum Præsidens.

Hanc const. Ego Laertius vidi descriptam in lib. stat. Ripæ fol. 10.

L V I I I.

Decreta et Statuta quæ in causis Pauperum et in Vrbe Carceratorum, RR. DD. Visitatores, ac Iudices, et alij seruare debent.

Hæc Statuta confirmantur in constit. sequen. et etiam infra per Pium IIII. constit. 85. Cum ab ipso.

De Visitatorum Carcerum Vrbis Facultatibus et Iurisdictione, ac de Materia Pauperum Carceratorum, ponam concord. infra in Pij V. constit. 193. Reuerendi.

PAVLVS Papa III. Ad perpetuam rei memoriam.

AD onus apostolicæ seruitutis superna dispositione vocati, si omnium christifidelium, & præcipue pauperum, ac miserabilium personarum iura illibata seruari, & ab omni grauamine, & dispendio illæsa fore cupimus, & ad id libenter nostræ solicitudinis studium adhibemus, multo magis equidem pro carceratis, & pauperibus in alma Vrbe nostra commorantibus protegendis, ex iniuncti nobis officij debito apostolicæ prouisionis partes tenemur impendere, ne indebitorum onerum, & grauaminum iniurias subeant, & detrimenta patiantur. Prauas itaque, detestabiles, & illicitas improborum cupiditates, ex quibus nostris subditis, & pauperibus damnosa possent prouenire dispendia, tollere cupientes, leges, decreta, & statuta infrascripta, quorum aliqua fe. re. Clementem prædecessorem nostrum pro eorundem pauperum, & carceratorum commodo, ad perpetuam rei memoriam, Motu proprio ex certa scientia, & potestatis plenitudine prouisa, & salubriter edita fuerunt, Motu, scientia, & potestate similibus in omnibus & per omnia, vt inferius describuntur, obseruari debere hac in perpetuum valitura lege statuimus, & mandamus: Decernentes irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Contrarijs etiam priuilegiis & constitutionibus (illorum omnium tenores pro latissime expressis habentes) non obstantibus quibuscunque. Quæ intimari & in locis publicis appendi volumus.

Ad fauorē Pauperū & Carceratorū i Vrbe hęc statuta.

Pōtifex seruari mandat.

Decretumq. irritans apponit,

Et Clausulas derogatorias.

In primis quod quotiens aliquis sine mandato officialium ad quos spectat capitur, præterquam si in flagranti crimine reperiatur, vel etiam si cum mandato captus, si culpabilis non sit repertus, vel indicia purgauerit, vel si iudici qui eum capi fecit etiam extra Visitam, aut si Præsidentibus Visitæ ex aliqua causa rationabili videretur, gratis sine aliqua capturæ, & carceris solutione, & sine manu executorum libere relaxetur.

Carceratus sine mādato Iudicis, vel culpabilis nō repertus, aut qui indicia purgauerit, relaxetur gratis.

Et si ad alicuius instantiam iniuste captus reperiatur, ipsius expensis captura, & carceris solutio fiat, & si à barisello vel executoribus contra præmissa aliquid exactum fuerit, capto restituantur ad omnem eius petitionem, & in omnibus prædictis casibus iudices in mandatis de relaxando, sub maioris excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, debeant apponere, vt gratis vbique relaxentur, neque possit aliquid a carceratis præfatis exigi, sub prætextu quod ab his qui eos iniuste capi fecerunt recuperare poterunt. Sed executores, & carcerū custodes debitas sibi mercedes ab illis exigant, qui iniuste carceratos detineri procurarunt. Dictique iudices omnes impensas etiam pro alimentis per præfatos carceratos factas eis etiam manu regia ab eisdem qui eos indebite capi, & detineri instituerunt, restitui & refici faciant.

Carceratus iniuste relaxetur gratis, & iniuste facientes soluant omnes impensas.

Capti etiam pro informatione causæ tanquam testes nihil capientibus soluant, nec in carceribus publicis aut secretis aliquo modo ponantur, sed incontinenti per iudices examinentur examinati ad sua negotia facienda relaxentur, alioquin Iudices pro qualibet vice pœna decem ducatorum pro subuentione carceratorum tantum applican. mulctentur, nisi Gubernatori, Auditori, Vicario, vel Senatori, eos carcerandos fore videretur ex causa quam Visitatoribus iustificare teneantur, & prædictis alimenta necessaria quamdiu in carceribus detinebuntur ab instigatore vel fisco præstentur.

Captus tanquā testis pro informatione Curiæ nō soluat capturā, nec carceretur, sed examinetur & dimittatur [illegible]

Dictique Iudices captum pro quouis crimine in secretis carceribus vltra triduum antequam examinetur retinere nullo modo possint, sed infra triduum carceratum huiusmodi examinent, & iuxta iuris dispositionem, aut relaxent si innocens reperiatur, vel ponant ad largam, vel in dictis secretis carceribus, prout facti qualitas expostulat, retineant, alioquin custos in prima Visita id Visitatoribus manifestare teneatur, sub pœna decem ducatorum applicandorum vt est supra scriptum, nisi de mandato nostro aliter fuerit ordinatum. De quo mandato ipsi Iudices Visitatoribus fidem facere teneantur, vel si dicti Iudices ex aliqua iusta causa aliter faciendum Visitatoribus notificauerint.

Carceratū infra triduū examinetur, & deinde relaxetur, ponatur ad largam, [illegible]

Iudices prædicti sine legitimis indicijs præcedentibus neminem capi mandent nisi Gubernatori ex legitima causa aliter visum fuerit, & tunc si capiendus sine indicijs sit aliquis, ducatur ad præsentiam eiusdem. Qui Gubernator instigatorem faciat cauere de damnis iniurijs, & interesse, & prout qualitas personæ carcerandæ expostulat, vel cogat eum ad cauendum de se præsentando, vel mittat ad carceres arbitrio suo. Verum si infra biduum indicia non superuenerint, relaxetur.

Sine Indicijs nemo capiatur [illegible]

Captum vero quemcunque ante torturam, seu antequam torturæ subiiciant, ad purgandum indicia contra eum laborantia legitime admittant, data indiciorum copia in forma boni extractus, & nō registri, cum expressione nominum testium, ad hoc vt inquisitus possit se defendere, præterquam in crimine hæresis, & aliis criminibus a iure exceptis, iuxta tamen iuris dispositionem. Etsi indicia purgata non fuerint (super quo tamen prius

Indiciorum copia detur ante torturam, nisi in criminibus exceptis.

audiatur

Tortura expediatur vt hic.

audiatur aduocatus pauperum, vel alius quicunque ad libitum ipsius rei) tunc torquendum cõtinuato actu tor turæ, non autem in tortura per longum temporis, spatium vnius aut plurium horarum, aut ad extraneos actus, etiam prandij aut cœnæ, diuertendo detineant, sed prout facti, & torquendæ personæ qualitas expostulat, in cõtinenti expediant: & examinatores claris verbis vtantur ad reperiendum veritatem, non ad implicandum constituti intellectum: & nullus torqueatur nisi legitimatis prius indiciis, & testibus pro indiciis examinatis repetitis, carceratis, & procuratore pauperum in legitimatione, & repetitione citatis: & pauperibus arbitrio iudicum, de quorum mãdato detinebuntur, indiciorum copia gratis tradatur, vel processus cum indiciis aduocato pauperum sine aliqua impensa ostendatur. Et si procurator fiscalis ad dandũ interrogatoria citatus illa infra terminum in citationibus contentum non dederit, testes pro carceratorum defensione examinari sine interrogatoriis debeant.

Testes pro habẽ. indiciis examinati repetantur.

Captus pro vno crimine, non interrogatur super aliis sine iudiciis.

Iidem Iudices captum pro vno crimine super alijs de quibus indicia aliqua non habent, nullo modo interrogare præsumant, sed tam in his quam alias in omnibus occurrentibus iuris communis dispositionem seruare teneantur, & debeant: ac iudices qui processerunt, dum causas in visita proponent, habeant secum processus, vt Visitatores intelligant & videant carceratum minus vel plus debito non grauari.

Verba rei, scribãtur per Notariũ illius idiomatis, quo prolata fuerunt.

Ac insuper ne literarum ignari ea mala notariorum in latinum translatione quandoque indebite damnum patiantur, decernimus quod verba super quibus interrogatur reus eo modo quo ipse illa profert, in latinum si latioe proferat, vel vulgari sermone per notarium scribantur, & si reus loquatur in vulgari adhibeatur notarius illius linguæ vel idiomatis cuius est reus, vel cum interprete illius linguæ.

Inditiorum copia detur in modum extractus.

Et si contingat reum indiciorum copiam petere velle, iidem notarii per modum extractus, & non registri, & literis minutis, & currentibus, & pro quolibet margine pleno triginta versus continente, tradant, ac pro quolibet centenario chartarum scriptarum non plus quam quinque ducatos recipiant, & sic pro rata in minori vel maiori chartarum numero, sub pœna prædicta irremissibiliter exigenda, & applicanda, vt præmittitur.

Si vero ad alium iudicem acta forent transportanda, tunc fiat registrum, & soluatur prout in curia eadem solui consueuit pro quolibet centenario foliorum registri.

Et si aliquis carceratus innocens reperiatur, & pro sua innocentia debeat relaxari, nihil ab eo in aliqua curia, etiam occasione cuiusuis affettamenti exigatur.

Custodes Carcerũ seruent decreta Cameræ.

Custodes vero carcerum decreta Cameræ alias edita seruare teneantur. Torris nonæ, pro quolibet clerico vltra carlenos veteres sex, pro laico vltra tres. Custos Turris de Sabellis vltra duos carlenos similes indifferenter tam pro clerico quam pro laico, etiam pro excarceratione vel liberatione non exigat. Et si vltra mensem sine culpa carceratorum ibi detineantur, nullo modo duplicatio fiat, prout hactenus obseruatum fuit.

Executores idem faciant.

Simili modo Barisellus, Marescalli, & Executores, pro mercede suæ excutionis decreta dictæ Cameræ seruare teneantur, sub pœna vigintiquinque ducatorum pro qualibet vice incurrenda, & vt supra applicanda.

Carceratorũ cibatio.

Pro honesta cibarione vltra vnum carlenum similem non exigant, ita tamen quod pro qualibet vice cibandi vltra dimidium carlenum non capiant, vt si de mane tantum cibatus fuerit, vel de sero dimidium, vt præmittitur. Verum pro temporis qualitate soluatur minus vel plus, dummodo non excedatur vnus grossus pro qualibet vice cibandi. Si vero nullo modo cibati fuerint, etiam si in carceribus aliquibus diebus in secretis detenti sint, nihil exigatur.

Custodes, non possunt petere expẽsas, vltra quinque dies a detentis in larga.

Detentus vero in larga faciat sibi expensas modo suo, & carcerum custodes non possint carceratos alimentorũ expensas nõ soluentes vltra quinq; dies in cameris detinere, quibus elapsis in publicis carceribus ponant.

Teneantur dicti custodes tempore visitæ omnes carceratos, nemine excepto, Visitatoribus præsentare, & in secretis detentos nunciare in scriptis, & postquam fuerint examinati, finito examine præsententur, & hoc sub pœna præmissa decem ducatorum pro qualibet vice contrauentionis.

Custodes præsentent Visitatorib. detentos in publicis, & notificent detentos in secretis carcerib. Arresta dẽtur per Iudices de cuius mandato est aliquis carceratus.

Et insuper dicti iudices carceratos per alios non arrestent in carceribus, sed si aliam causam habent contra carceratum, significetur iudici, de cuius commissione fuit carceratus, & ille in omnibus procedat contra carceratum, præter Gubernatorem qui possit arrestare ex causa delationis armorum.

Item si aliquis iudicum commisisset mandatum de capiendo aliquem, antequam Gubernator vel alius ex dictis iudicibus illud commiserit, nullus alius iudex possit de illo se impedire, dummodo in libro actorum cõstet de commissione talis mandati, & sub eadem die.

Dilationes seruẽtur per duos mẽses.

Item significationes factæ per Gubernatorem vel alios iudices, data idonea cautione, seruentur per omnes per duos menses, lapsis duobus mensibus non seruentur.

Item carceratus pro aliqua causa per vnum iudicem eo relaxato possit per alios iudices pro noua causa carcerari, sed non pro eadem nisi de mandato nostro, aut Camerarii.

Visitatores qualibet hebdomada Carceres visitẽt & eorũ decreta executioni mandẽt.

Item quod singulis hebdomadis Visitatores carcerum visitent omnes carceres semel in hebdomada, vel saltẽ bis in hebdomada duos carceres, nisi impediti fuerint, & relaxãdos relaxari faciant statim ante recessũ a visita.

Item id quod per commune Visitatorum votum deliberatum fuerit, semper obseruetur, & executioni mandetur, & custos carcerum eis parere debeat, sub pœna decem ducatorum, vt præfertur, applicanda, non obstantibus tertij contradictione, vel inhibitione, nec contradicenti, & alleganti post præstita vota fore mandatum nostrum vel Camerarij, nisi illud exhibeat, credatur, sed omnino relaxatio fiat.

Relaxandi ex decreto Visitæ nõ possunt arrestari.

Item quod facto decreto de relaxando, custodes non retineant carceratum vigore alicuius arresti, nisi fuerit subscriptum ad minus manu duorum Visitatorum.

Cõpositionũ pecuniæ deponant.

Item facta compositione omnes pœnæ consignentur penes depositarium nostrum distribuendæ, & soluendæ per mandatum nostrum, vel dicti Camerarii.

Elemosinæ quo modo distribuãt.

Item quod custodes carcerum non possint aperire capsas eleemosynarum pauperum carceratorum sine præsentiã alterius ex procuratoribus dictorum pauperum, & illæ pecuniæ nõ dentur magistris domus carceris, sed dispensentur inter illos qui non habent modum viuendi per eundem magistrum, cum interuẽtu Capitanei carcerum, & vnius ex procuratoribus pauperum.

Significationes concessa a Rev. Camera seruẽtur.

Item capti ex cuiusuis mandato non ducantur ad alium locum, nisi ad publicos carceres, ad quos Visitatores causa Visitæ accedere solent, aut ad castrum sancti Angeli de speciali mandato nostro.

Habentes significationes siue moratorias a Camera apostolica concessas propter paupertatem, & præstita cautione.

cautione, etiam ſint obligati in forma Cameræ, ad inſtantiam quarumuis perſonarum priuatarum non moleſtentur auctoritate ſeu mandato alicuius iudicis, ſub pœna arbitrio Cameræ declaranda.

Infirmi carcerati, ſi pro debito ciuili detinẽtur, facta fide per duos medicos de infirmitate graui, ita quod ſit periculũ vitæ præſtita cautione de redeũdo recuperata ſanitate, relaxentur. Si vero pro cauſa criminali ex qua veniret imponenda pœna mortis, ſi iam ſit confeſſus vel conuictus, vel pro aliis criminibus minoribus, præſtita cautione idonea, liberetur vt ſupra. Et ſi ſit pauper qui eam non reperiat, conſignetur hoſpitalis guardiano, qui quam primum conualeſcet, præſentare teneatur. *Infirmi detenti pro debito, habita fide Medicorũ & data cautione de ſe repræſentan. relaxentur, vel Guardiano alicuius Hoſpitalis conſignentur relaxandi cum cautione iuratoria ſi aliam non habent vt inf. in Pii V. conſt. 193.*

Bona, vel pecuniæ, quæ reperiuntur in poſſe carceratorum, conſignentur cum inuentario facto in præſentia carcerati, & coram duobus teſtibus cuſtodi carcerum, qui teneatur reſtituere integre ad mandatum iudicis, qui eum capi fecit. *Pecuniæ repertæ penes carceratos, deponantur penes Cuſtodẽ carcerũ.*

Cuſtodes carcerum non exigant nec ſponte recipiant ab arreſtantibus carceratos vltra quam exigatur a carcerato pro relaxatione.

Bariſellus non exigat aliquid a carceratis ratione expenſarum quas dicit ſe feciſſe pro exploratoribus.

Triremes viſitentur bis in anno, & facta viſitatione fiat verbum nobis, vel Pontifici pro tempore, & relaxandi ex mandato Viſitatorum ſine mora per Capitaneum triremium relaxentur, ſub pœna amiſsionis ſalarij. *Triremes Viſitẽtur bis in anno*

Carcerum cuſtodes carceratos ad alios carceres ſine iudicum de quorũ mandato detinentur licentia, transferre, nec a carceratis aliquid exigere, dum pro ſtipulanda aliqua obligatione per carceratos facienda eos a carceribus extrahunt, vel a compedibus liberant, non poſsint. *Carcerati non poſſunt transportari abſque duo Iudicis.*

Mareſcalchi, cæterique executores, in cauſis ciuilibus, & criminalibus Capitolij tabulam obſeruent. Et pro quibuſuis executionibus realibus & perſonalibus vſque ad ſummã quinq; ducatorũ, carlenũ vnũ, vſq; ad decẽ, duos, vſq; ad quinquaginta, quinq;, & ab inde ſupra, quæcunq; fuerit ſumma, ducatum vnũ, & non vltra exigãt. In executionibus vero pœnæ capitalis, vel ſanguinis, ducatum vnum. In caſibus vero in quibus eis quarta pars pœnarum ſecundum ſtatuta debetur, ſi ex gratia pœnæ moderentur, etiam ſi poſt executionem gratiam fieri contingat, quartam tantum eius recipiant quod ex gratia ſoluitur. *Executorum merces.*

Bariſellus vero in ciuilibus etiam illam obſeruet. In criminalibus autem, & extra Vrbem, in ciuilibus & criminalibus, id tantum capiat, quod per Cameram apoſtolicam ſeu Gubernatorem fuerit ordinatum, vbi inter eũ & partes diſſenſio ſuper hoc foret.

Pro mandato de relaxando in curia Gubernatoris, in cauſis criminalibus, non tamen grauioribus, ſoluatur notario tertia pars vnius Iulij, & pro ſigillo carlenus vnus.

Carcerati qui non acceperunt copiam proceſſuum, non teneantur aliquid pro carceribus ſoluere.

Pro iniurijs verbalibus, & altercationibus ſine armis, vel ſanguine factis, & in cauſis ciuilibus non excedentibus ſummam quinque ducatorum, & in ſimilibus aliis rebus minimis, nemo carceribus mancipetur. *Non carcerentur qui pro altercationibus, & iniurijs verbalibus, ſine armis vel ſanguine, nec pro ſumma non excedente quinque ducatos.*

Pauperes qui per ſententiam abſoluuntur, & diuites qui condemnati fuerint, pro nota ſententiæ, nec pro iudicum propinis, nec quibuſuis iuribus Fiſcalibus aliquid ſoluere teneantur. *De propinis.*

Carcerati in Ripa, in viſitatione Capitolij, Carcerati vero in Burgo, in viſitatione Turris Nonæ, præſententur. Et viſitationes, Camerario Ripæ, & Iudici Burgi, per procuratores pauperum, Capitolii, & Turris Nonæ, intimentur. *De carceratis Ripæ & i Burgo.*

Placet & ita mandamus. A.

L I X.

Confirmatio Decretorum pro Pauperibus & in Vrbe carceratis æditorum in præced. conſtitutione.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM alias nos ad ſubleuandum carceratos, & alios pauperes ab indebitis exactionibus, quæ per Cuſtodes carcerum, & Executores ac Notarios diuerſarum curiarum almæ Vrbis noſtræ fiebant, ac pro iuſtitia æque omnibus adminiſtranda nonnulla decreta, & ſtatuta perpetuo obſeruanda, ediderimus, illaque, & alia quæcunque decreta per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & Cameram noſtram apoſtolicam, circa hæc prouide facta perpetuo obſeruari mandauerimus. Et ſicut nuper non ſine animi noſtri diſplicẽtia percepimus illorum aliqua quandoque per incuriam, ſeu negligentiam, aut alias plene obſeruata non fuerint, ne propterea illa in deſuetudinem abiiſſe, aut per non vſum, ſeu contrarium vſum illis aliquatenus derogatum cenſeri, aut dici poſsit, illa omnia & ſingula, prout, ad perpetuam rei memoriam edita fuerunt, Motu proprio & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmamus, & quatenus opus ſit de nouo ſtatuimus, & ordinamus, perpetuoque in omnibus, & per omnia inuiolabiliter obſeruari, quocunque non vſu, ſeu contrario vſu in præteritũ non obſtantibus, ſtatuimus, & mandamus. Et pro præmiſſorum omniũ & ſingulorum obſeruatione, & executione committimus, & mandamus Epiſcopo Torcellan. Cameræ noſtræ apoſtolicæ Clerico, & ad præſens carcerum præfatæ Vrbis Viſitatori, & pro tempore eorundẽ carcerum alteri Clerico, per eandẽ Cameram deputando, vt decreta prædicta per quoſcunque eiuſdem Vrbis iudices, notarios, executores, carcerum cuſtodes, & alios ad quos pertinet, in omnibus, & per omnia inuiolabiliter obſeruari mandet, & faciat cum effectu, ac contrauenientes, & innobedientes quoſcunq; per cenſuras eccleſiaſticas, & pecuniarias, ac priuationis ſeu ſuſpenſionis ab officio, necnon carceris, & alias etiam perſonales, de quibus ei videbitur, pœnas, illas etiã aggrauando, & reaggrauando, mandata executiua deſuper decernẽdo, ac brachiũ ſeculare exercendo, quacunq; appellatione poſtpoſita coerceat, & compeſcat, pœnaſque prædictas exigat, & imponat, ac exigi, & imponi faciat, & mandet, tam ex eius officio quam ad inſtantiam Aduocati & Procuratorũ pauperum pro tempore exiſtentium, cum facultate citandi, & inhibendi, aliaque faciendi & exequendi, quæ in præmiſsis, & circa præmiſſa fuerint neceſſaria & opportuna Præmiſsis, necnon conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis priuilegiis quoque & indultis quomodolibet etiam vim contractus habentibus, & ex cauſa quantũcunque onerosa conceſsis, & confirmatis, quorum tenores pro expreſsis haberi volumus, perinde ac ſi de verbo ad verbũ de illis indiuidua mentio facta eſſet, quibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quatenus præmiſsis decretis, & ordinationibus obſtent, cæteriſque in cõtrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque.

Statuta ad fauorẽ pauperũ & carceratorũ habes i præced. conſt.

Confirmatio dictorũ ſtatutorũ.

Executor iſtius conſt. deputatur Clericus qui pro tempore eſt carcerum Præſidens

Clauſula derogatoriæ.

Placet Motu proprio. A.

L X.

Confirmatio & extensio constitutionis Iul. II. contra Officiales Reu. Cameræ Aposto. quomodolibet participantes in contractibus rerum Cameralium.

Quam const. Iul. II. habes sup. fol. 155. nu. 8. Percepimus.

Iul. 2. prohibuit Officiales Cameræ Apost. participare in contractibus Cameralibus sub pœnis hic & illic expressis.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

ALIAS fe. re. Iulius Papa II. Prædecessor noster, considerans æquum non esse, vt quis in rebus propriis iudex esset, cum interesse, quod in rebus ipsis habet, ei quod iniquum est, iustum quandoque videri faciat, & illius iudicium rectum esse non sinat: Motu proprio statuit & ordinauit, quod Præsidentes, & Clerici Cameræ apostolicæ, & quæcunque aliæ personæ, in dicta Camera, & loco camerali interuenientes, etiã si Episcopali, Archiepiscopali, ac maiori dignitate fulgerent: Dohanas, Thesaurarias, Salarias, & alios introitus, & res ad dictam Cameram spectantes, per se, vel alium, in totum, vel pro parte conducere, aut cum illorum cõductoribus societatem super eis inire, aut cum conductoribus ipsis quomodolibet participare possent: Dictisq; Præsidentibus, Clericis, & personis, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis quorumcunque officiorum per eos obtentorum pœnis, ipso facto incurrendis, inhibuit; ne contra præmissa quomodolibet venire præsumerent, prout in literis desuper in forma Motus proprij confectis, etiam manu dicti Iulij prædecessoris signatis, plenius continetur. Cum autem ea quæ innouantur, magis considerari, & obseruari soleant, præmissa innouanda duximus. Dictarum itaque literarum tenorem præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ac præsentes ad docendum de literis, & tenore prædictis, plene sufficere, & vbique fidem, in iudicio & extra, absq; alia illarum ostensione, vel documento facere, & per omnia, ac si illæ exhiberentur & ostenderentur, decernentes: Motu simili literas Iulij prædecessoris huiusmodi, cum inhibitionibus, pœnarum adiectionibus, & aliis in eis contentis clausulis, approbamus, & confirmamus. Et nihilominus, ea quæ idem Iulius prædecessor per dictas literas statuit & ordinauit, sub supradictis pœnis de nouo statuimus, & ordinamus. Et vt plenius in præmissis prouideatur, easdem literas ad hoc vt Clerici, Præsidentes, & personæ prædictæ, quarum consanguinei, vel affines, dictas Dohanas, Thesaurarias, Salarias & introitus conduxerint, seu conducere velint, in eisdem Camera, & loco camerali (dum de locationibus ipsis, & materiis, illas concernentibus, discutitur & tractatur) interuenire non possint, & extendimus & ampliamus per præsentes. Volentes præsentes supradictos Præsidentes, Clericos, & personas afficere, & contrauenientes præfatas pœnas incurrere, etiam si de supradictis literis Iulij prædecessoris nullo modo constet. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque cõtrarijs quibuscunque.

Pont. iste confirmat prohibitionem Iul. 2.

Et eam extendit vt hic.

Clausula derogatoria.

Placet, & ita innouamus, & inhibemus. A.

L X I.

Confirmatio Priuilegiorum & Indultorum Fratrum Ordinis Minorum Conuentualium S. Francisci.

De Priuilegijs istius Religionis ac tota Materia vide concord. quas ponam infra in Pij V. constit. 14. Dum ad Vberes.

PAVLVS Papa III. Dilectis filijs Generali & Prouincialibus Magistris, Vniuersisque fratribus Ordinis Minorum Conuentualium nuncupatorum. Dilecti filij salutem & apostolicam benedictionem.

EXHIBITA Nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod licet quamplura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratiæ, & indulta vobis & ordini vestro per diuersos Romanos Pontifices, & præsertim Sixtum IIII. per quasdam sub pridie Kalendas septembris, incipientes Vniuersalis Ecclesiæ, mare magnum nuncupatas, & Leonem. X. prædecessores nostros per alias super electione magistri Generalis eiusdem ordinis Vniuersalique vnione & concordia inter vos & fratres dicti ordinis minorum de obseruantia nuncupatorum initis, sub pridie Idus Iunij datis, eorum pontificatus quarto, & quinto, respectiue annis desuper confectas sub plumbo litteras, Bullam concordiæ nuncupatas concessa fuerint, & inter cætera vobis per sedem apostolicam indultum fuerit, quod in temporalibus bonis in quibus de iure succederetis si in seculo maneretis succedere. Nec non legata, relicta, eleemosynas, & quamcunque pecuniarum summam, aliaque bona quæ vobis in futurum relinqui vel elargiri contingeret recipere, tenere, & habere, ac in vestros vsus conuertere, omnibusque & singulis aliis priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis fratribus dicti ordinis minorum de obseruantia nuncupatis, & illorum ordini prædictis quomodolibet concessis vti, frui, & gaudere libere & licite possetis, prout in singulis prædictis & aliis desuper confectis litteris plenius continetur, Ipsaque priuilegia, exemptiones, immunitates, & libertates, gratiæ, indulta, & concessiones inuiridi sint obseruantia, cupitis tamen pro maiori animi vestri satisfactione priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & concessiones huiusmodi auctoritate nostra roborari. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, vt votis vestris huiusmodi annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quorumlibet christifidelium præsertim religiosorum qui salutiferos fructus in agro dominico continua eorum cultura producunt, votis quãtum nobis cum Deo licet annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & concessiones huiusmodi, & desuper confectas literas, quarum omnium tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, Decernentes ea (ita tamen quod temporalia

Six. 4. constit. hic non habes.

Leon. x. const. habes sup. fol. 324. nu. 21. omnipotens.

Confirmatio priuilegiorum &c.

bona

bona vobis per prædecessores nostros concessa de superioris vestri licentia tantum, in vestros vsus particulares conuertere possitis) inuiolabiliter obseruari & vobis suffragari debere. Sicque per quoscunque Iudices & cõmissarios quacunque auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretãdi facultate, iudicari & diffiniri debere: Irritum quoq; & inane si secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter vl ignoranter contigerit attentari: Eaque quatenus opus sit innouamus & de nouo concedimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non dictorum ordinum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis incontrarium forsan concessis vel concedendis. Quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa ac de verbo ad verbum mentio seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habẽtes, hac vice duntaxat, illis aliias in suo robore permãsuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus etiam quod præsentium transumptis manu notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris Die xxvij. Octobris, M. D. XXXX. Pontificatus nostri anno sexto.

Declaratio priuilegiorũ circa bona temporalia. Ad quod vide reuocationẽ Pii v. cõst. 61. ad xxxpandos.

Decretũ irritans. Clausula derogatoria.

Cadit sub ano 6.

Blosius.

L X I I.

Reuocatio dilationum concessarum ad soluen. annatas & iura Reu. Cameræ Aposto. & Prohibitio illas de cætero concedendi.

De Materia Annatarum &c. ponam concord. infra in Pauli I I I I. constit. 25. Incumbentia.

PAVLVS Papa III.

QVIA, Sicut accepimus, varij & diuersi tam de ecclesiis, monasteriis, quam aliis beneficiis ecclesiasticis prouisi, quorum & quarum vigore communia, annatæ, & iura Cameræ, & Officialibus participantibus debebantur & debentur, non contenti vna dilatione a nobis, seu dilectis filiis Præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ ad soluendum annatas, communia, & iura prædicta eisdem Officialibus propterea debitas & debita, sub variis coloribus & narratiuis aliam seu alias dilationes tã a nobis, quã a dictis Clericis, seu Præsidentibus in præiudicium dictorum Officialium extorserunt, & propterea dicta communia, annatas, & iura plus debito soluere distulerunt & differunt; Ideo volentes indemnitati eorundem Officialium, & Participantium, ac iuribus dictæ Cameræ prouidere, Motu proprio &c. nomina, & cognomina, ac gradus, & prærogatiuas, dignitates, numerum Prælatorum, & personarum quarumcunque, quæ & qui dictas dilationes obtinuerunt, & causas quas pro expressis habentes, & quæ exprimi possint, omnes & singulas secundas & vlteriores dilationes tam a nobis quam ab alio seu aliis personis cuiuscunque dignitatis, gradus, & prærogatiuæ existentibus, quomodolibet, & ex quacunque causa concessas & concessa, ac concedendas & concedenda in præiudiciũ dictorum Officialium, ac ad soluendum dicta communia, annatas, & iura, tam respectu principalium, quam fideiussorum, post duos menses a die publicationis in Cancellaria Apostolica faciendæ, reuocamus, cassamus, & annullamus, & illis non obstantibus, ac reiectis, contra dictos debitores, & eorum quemlibet, prout tenentur, ac fideiussores, si qui sint, dilectis filiis Præsidentibus, & Clericis Cameræ & aliis ad quos spectat, dictis secundis & alijs dilationibus, si quæ sint, datis & dandis, ad instantiam dictorum Officialium, prout in similibus, procedi mandamus, perinde ac si secundæ, & vlteriores dilationes non emanassent. Mandantes etiam eisdem dilectis filiis Præsidentibus & Clericis Cameræ, ne de cætero similes dilationes ad soluendum communia, annatas, & iura prædicta concedere præsumant nec audeant. Decernentes irritum & inane quicquid in contrarium factum fuerit. Ac volentes quod præsentis sola signatura sufficiat, ac in iudicio & extra fidem faciat, regula, ac in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Causa illius eff.

Reuocatio dilationũ concessarũ ad soluen. annatas & iura Cameræ Apost.

Prohibitio concedendi amplius illas dilationes.

Decretũ irritans

Placet, & ita mandamus. A.

Lectum & publicatum fuit suprascriptum Mandatum Romæ, in Cancellaria apostolica anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono, die vero Sabbati, decima tertia mensis Aprilis, Pontificatus autem prædicti Sanctissimi D.N. Papæ anno quintodecimo.

Et ego Laertius vidi descriptum in quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 307.

L X I I I.

Coniugatæ mulieres, non habitantes in aliquo honesto loco, cautiones de non offendẽdo a Maritis petere, aut ex alia causa cum illis litigare non possunt.

PAVLVS Papa III Motu proprio &c.

CVM, sicut accepimus, diuersæ mulieres coniugatæ almæ Vrbis, seu in ea commorantes tam Romanæ, quam forenses, forsan affectantes vitam ad earum libitum inhonestam ducere, vbi se ab earum maritis super earum inhonesta vita, aut prauis moribus argui vident, eos a quibus se amari sciunt, maritis suis in fideiussores quod ipsæ eos non offendẽt, nec offendi facient, pro diuersis pecuniarum summis etiã ex necessitatis iudicialiter, aut alias similem cautionem ab eisdem maritis suis exigant: & illis eam quandoque præstare nequeuntibus illos carceribus mancipari, & quandoque ad triremes delegari procurent & faciant, vel si earum mariti prædicti cautionem huiusmodi eis præstent, illius clypeo fretæ vitam ad earum libitum inhonestã ducant, in diuinæ maiestatis offensam, ac scandalum plurimorum. Nos volentes ex debito nostri officii pasto-

Coniugatæ mulieres nonnullæ, vt eorũ arbitrio viuere possẽt, contra Maritos agebant pro cautionibus de non offendendo, aut aliter litigabant.

ralis præmissis occurrere, Motu simili, modernis, & pro tempore existentibus almæ Vrbis prædictæ Gubernato-
ri, & Senatori, ac curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, & quibusuis alus Romanæ Curiæ offi-
cialibus seu iudicibus vel marescallis, quacunque auctoritate etiam seculari fungentibus, districtius inhibemus,
ne de cætero ad cuiusuis mulieris coniugatæ instantiam eius virum ad fideiubendum, & sibi sub aliqua quantita-
uis modica pecuniarum summa de eam non offendendo, nec offendi faciendo, cauendum cogere, aut monere,
seu ipsam mulierem coniugatam ad quouismodo cum viro suo quauis occasione litigandum admittere præsu-
mant, nisi ipsa mulier in loco honesto, aut apud mulierem honestam bonæ conditionis & famæ, aut in domo san-
ctæ Marthæ de Vrbe, in qua quælibet mulieres coniugatæ seu ob earum malam vitam & violarum thorum of-
fendi rimentes recipiuntur, & donec cum earum maritis reconcilientur, charitatiue tractantur, & sustentantur,
cum effectu habitauerit, & vixerit. Nos enim exnunc omnes & singulas cautiones & fideiussiones per maritos
vxoribus suis alibi quam in loco honesto, & apud mulierem honestam, seu in dicta domo S. Marthæ habitan-
tibus hactenus præstitas, vnica tamen præcedente monitione, & in posterum præstandas, nullas, irritas, & ina-
nes, nulliusque roboris vel momenti fore, & illarum, etiam si iuramento vallatæ sint, executionem fieri non
posse, ac dictos maritos, si qui in exilium relegati, vel ad triremes transmissi propter præmissa fuerint, dictos
triremes exire, & ad Vrbem libere redire posse, ac irritum &c. decernimus. Mandantes venerabili fratri Philip-
po Episcopo Salutiarum moderno, & pro tempore existenti nostro in eadem vrbe eiusque districtu in spiritua-
libus Vicario generali, quatenus inhibitionem & decretum nostrum huiusmodi perpetuis futuris temporibus
inuiolabiliter obseruari faciat cum effectu: contradictores quoslibet & rebelles, ac sibi in præmissis non paren-
tes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione post-
posita compescendo, ac censuras & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac stylo
palatij, & curiarum Gubernatoris, Senatus, & Auditoris Cameræ huiusmodi, necnon earundem curiarum etiã
iuramento &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis sub qui-
buscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet concessis,
& præsentium, etiam absque eo quod registrentur, aut illius data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbi-
que fidem facere in iudicio & extra, regula contraria non obstantibus, decernentibus.

Pontifex idco præcipit vxorem istas non audiri, nisi habitent in loco honesto.

Cautionem aliter præstitas vel præstandas, & cõdẽnationes Maritorum reuocat.

Decretũ irritans

Executor istius cõst. est Vicarius Papæ.

Clausula derogatoria.

Placet & ita mandamus. A.

Extracta fuit ex lib. actorum officii Malef. Gubernatoris Almæ Vrbis in quo proprium originale per me Nota-
rium registratum fuit, & collationatus concordat. Quod attestor ego claudius de Valle Notarius.

Et ego Laertius vidi in quodam libro constitutionum Aposto. impresso Romæ apud Antonium Bladum
impressorem Cameralem anno Domini M. D. LIX.

LXIIII.

Excommunicationes Sancti Eleutherij de cætero concedi vel publicari prohibet & concessas annullat.

De Materia Excommunicationum vide infra in Pij V. const. 183. Sanctissimus.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.
LICET nuper in Consistorio nostro secreto, de fratrum nostrorum consilio, ad euitanda scanda-
la, & abusus quæ ex cõcessione, & publicatione certarum excommunicationum S. Eleutherij nuncupa-
tarum, in diuersis mundi partibus oriebantur, huiusmodi excommunicationes deinceps minime fie-
ri, & publicari, omnino decreuerimus: ac propterea dilectus frater noster Bartholomæus presbyter Cardinalis
Guidicionus, cui ratione ecclesiæ Aprutinæ, cui præesse dignoscitur, huiusmodi excommunicationes conceden-
di cõpetere asserebatur, ab illarũ cõcessione (vt decebat) abstinuerit, & abstineat de præsenti, nihilominus (nõ
sine animi nostri displicẽtia) accepimus quod dilectus filius Pompeius Benenatus de Picolominibus præpositus
S. Eleutherij, sub prætextu, quod facultas dictas excommunicationes concedendi, ratione Præpositure huiusmo-
di, sibi cõpetat, illas passim, vbiq; locorũ, & forsan in alma Vrbe cõcedere, imprimere, & publicare licet forsan
monitus non desistit: Nos decretũ, in Consistorio nostro, matura deliberatione factum, omnino effectum sorti-
ri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari volentes, ac omnes, & singulas excõicationes huiusmodi hactenus cõ-
cessas, & publicatas, aut in futurum contra præsentium tenorem (quod absit) forsan concedendas, & publican-
das, nullas, & nullius roboris, & momenti existere, nec aliquos illis ligari, seu quomodolibet irretiri, & illis nul-
lam fidem adhiberi debere decernentes: Ac tam præfato Pompeio, & eius successoribus Præpositis S. Eleutherij
huiusmodi, quam aliis quibuscunque sub excommunicationis latæ sententiæ, ac priuationis omnium & singulo-
rum beneficiorum, & decem millium ducatorum auri Cameræ apostolicæ applicandorum poenis, ne deinceps
similes excommunicationes sancti Eleutherij concedere vel publicare, aut publicari, aut imprimere vel impri-
mi facere, seu illis quomodolibet vti audeant, seu præsumant, districtius inhibentes. Dilectoque filio Curiæ cau-
sarum Cameræ apost. generali Auditori, committimus & mandamus, quatenus decretum, ac inhibitionem no-
stram huiusmodi, vbique locorum publicet, & publicari, ac sub prædictis, & aliis, eius arbitrio applicandis, &
moderandis poenis, tam a præfato Pompeio, & successoribus, quam aliis quibuscunque, obseruari mandet, &
faciat cum effectu, cum potestate, si opus fuerit, tam Pompeium præfatum, & successores, quam alios quoscun-
que quacunque dignitate, etiam episcopali vel maiori, aut mundana, vel alia dignitate fungentes sub poenis
prædictis, etiam ad personaliter comparendum coram eo, si sibi videbitur, aut alias, etiam per edictum citan-
di, ac contrauenientes, & rebelles, vt præfertur, mulctandi, corrigendi, & puniendi, aliaque faciendi, gerendi,
& exercendi in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. Non obstantibus quacunque
litis pendentia, super facultate huiusmodi excommunicationes concedendi in Romana Curia, coram præfato,
aut aliis quibuscunque Auditoribus seu iudicibus inter præfatos Cardinalẽ & præpositũ, aut alios quoscũq; nec-
nõ constitutionibus & ordinationibus apostolicis quibusuis priuilegiis & cõsuetudinibus per quoscũq; Ro. Pont.
Prædecesso-

Causa istius cõst.

Prohibitio expediendi, concedẽdi vel publicãdi excõicationes S. Eleutherij.

Contrauenientium pœnæ.

Executores istius const.

Clausula derogatoria.

prædecessores nostros, & nos ipsos forsan emanatis, roboratis, & innouatis, cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, quibus specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus insuper motu & scientia similibus, quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & in iudicio & extra fidem faciat, regula contraria non obstante.

Placet & ita motu proprio mandamus. A.

L X V.

Magistrorum Viarum Vrbis Facultates, Iurisdictionem, & Priuilegia Confirmat, & Declarat.

De Materia vide const. sequen. & ponam alias concord. infra in Pij 4. const. 134. Inter multiplices, vbi notabo.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

INTER alias innumerabiles, & graues Pastoralis huius quod gerimus, officij curas, nobis ab initio suscepti per nos pontificatus, cordi semper fuit, Almæ Vrbis nostræ ornatus, & ampliatio, quod per viarum directionem, platearum constitutionem, priuatarum, publicarumque, & sacrarum ædium veterum scilicet instaurationem, & ornamentum, nouarumque constructionem, & multiplicationem, iussu quidem, & dispositione nostra, ministerio autem & diligentia dilectorum filiorum pro tempore existentium Magistrorum ædificiorum & stratarum Vrbis nuncupatorum fieri curauimus, & in præsentiarum per dilectos filios Dominicum de Nigris, & Thomam de Cauallerijs modernos & in futurum pro tempore existentes Magistros huiusmodi fieri debere curabimus. Vt igitur Dominicus & Thomas præfati & alij, qui essent pro tempore eorum in dicto officio successores, quæ eis per nos, & successores nostros in officium præfatum concernen. ordinata erunt vlterius exequi, officiumque ipsum efficacius exercere valeant, congruum existimamus, vt iurisdictio facultates, & priuilegia eisdem Magistris, & suo officio, per quod plures ex prædecessoribus nostris concessa, non solum intacta eis præseruētur, sed etiam omnibus obstaculis, seu impedimentis reiectis inuiolabiliter obseruentur, ac lata potius quod obiecta interpretatione ab omnibus recipiantur: propterea motu simili &c. quæcunque dictorum Magistrorum, & sui Magistratus officij, statuta & ordinationes, necnon priuilegia, & indulta eis, & eorum Magistratui per quoscunque prædecessores nostros, & per nos quomodolibet concessa, & innouata, & in illis contenta quæcunque auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus. Et insuper indultis, & priuilegijs prædictis inhærendo, & illa declarando volumus, & ordinamus, quod iuxta facultates ipsis Magistris per fel. rec. Martinum V. Eugenium IIII. Sixtum IIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros huiusmodi concessas ipsi Magistri in omnibus & singulis causis, litibus, differentijs, quæstionibus, & controuersijs ad eorum iurisdictionem & officium, tam ex forma statutorum & priuilegiorum præfatorum quā de consuetudine, aut alias quomodolibet spectantibus interquascunque personas, tam laicos, quam clericos, & religiosos, etiam collegia, & vniuersitates, ecclesias, monasteria, & loca pia quæcunque ipsorū soli ad quorumcunque petitionem, siue querelam, vel denunciationē, aut etiam ex eorum mero officio, non solum summarie simpliciter, & de plano per solam locorum inspectionem, testibus, etiam in locis ipsis examinatis, sed etiam per viam præceptorum & mandatorum pœnalium, prout hactenus facere consueuerunt procedere, & contra talium præceptorum inobedientes ad executionem illarum, & pœnarum in eis comminatarum deuenire, pœnasque ipsas in vsus publicos, & prout hactenus eis per facultates huiusmodi concessum extitit, & non alios vsus distribuere valeant. Et quod in causis mercedum debitarum quibuscunque operarijs operum ad ipsorum Magistrorum curam spectantium quantitatem vigintiquinque ducat. non excedentem, & in omnibus alijs causis summam quindecim ducatorum non excedere sententiarum per ipsos Magistros viarum latarum executio per appellationem non suspendatur, sed quacunque appellatione non obstantibus in causis prædictis ad suarum sententiarum totalem executionem libere procedere, & procedi facere possint. Et quod quæcunque appellationes ab alijs eorum sententijs summam quinquaginta ducatorum non excedentibus pro tempore interponendæ, nisi infra duos menses proximos illarum causæ per iudices, ad quos terminatæ fuerint illico, & eo ipso absque alia desuper facienda declaratione, lapsis duobus mensibus a die interpositæ appellationis computand. appellationes ipsæ desertæ remaneant. Ipsique Magistri quibuscunque inhibitionibus non obstantibus absque alia super facienda declaratione ad effectualem ipsarum sententiarum executionem procedere possint & valeant: Quodque vbicunque continget per viarum directionem, & domorum demolutionem, tam priuatarum personarū quam ecclesiarum, seu collegiorum, aut vniuersitatum, solum seu prius publicum, seu nunc priuatum per dictam demolitionem publici iuris factum, ac vicinis, seu alijs personis vendendum, aut in solutum per domibus diruersis. seu alijs quomodolibet conceden. esse ipsi Magistri solum loca quæcunque sic concedenda illi vel illis, cui vel quibus eis pro maiori publica vtilitate videbitur, & pro pretio per eos arbitrando, omni & quacunque appellatione remota concedere, & tradere, ac cui vel quibus tradendum, vel concedendum esse censuerint, de ibidem ædificando, liberam licentiam concedere possint, & valeant, ea tamen quæ in pari causa melior sit conditio vicinorum. Et quæ super præmissis, & quolibet præmissorum per dilectos filios, qui sunt ad præsens, & qui erunt pro tempore Cameræ apostolicæ Præsidentes & clericos, aut alios iudices illorum inhibitiones, aut præceptum impediri nullo modo possint. Ipsique Præsidentes & clerici in præmissis, seu alijs quibuslibet causis, & negotijs ipsorum Magistrorum officium concernentibus, præterquam in taxandis vna cum ipsis Magistris sommis dictorum nuncupatorum per singulares personas persoluendis, inti omittere se nequeant vllo modo, salua duntaxat in præmissis, & circa ea dilecti filij nostri, & S. R. E. Camerarij auctoritate, iuxta facultates suas sibi cōpetentes. Volumus nihilominus quod in causis clericorum, & personarum ecclesiasticarum, ac piorum locorū, si petitum fuerit in decisione ipsarum causarum tantum dilectus filius Vicarius nostræ Vrbis in spiritualibus generalis, seu eius Locumtenens iuxta eiusdē Alexandri prædecessoris dispositionē interuenire possit omnino, & debeat. Et quod præsentes de subreptione, obreptione, intentionis nostræ defectu, aut alias de nullitate, vel inualiditatis notari, vel quomodolibet impugnari nequeant,

Nomina Magistrorum viarum.

Horū prædecessorū cōst. indicabo, & ponemus infra.

Confirmatio Facultatum & Priuilegiorū Magistrorū Viarum.

Mart. 5. const. habes sup. fol. 61. Greg. 4. hic non habes.

Six. 4. habes sup. sup. fol. 103. Alex. 6. hēs sup. fol 235. & seq.

Iul. 2. hic non habes.

Leo. X. habes sucra fol. 297 & 298.

Facultas Magistrorū procedendi sommarie &c.

Tu vide Greg. 13 const. 25 quæ publice

In causis mercedū operariorum vsq. ad summā ducat. 25. & in alijs causis vsque ad duc. 15 appellatio prohibetur

De hoc habes & sup. fo. 298. Leo. X. const. 25. cum sequ.

Causæ appellationū non prosecutarū ab eorū sententijs in causis summā 50. duc. non exceden. infra duos menses determinari debent alias desertæ remanent.

Ad hoc vide inf. Greg. 13. const. 25. quæ publice.

In causis personarum Ecclesiasticarū & locorū piorū, Vicarius Papæ in decisione interueniat, si petatur.

Quod habes etiā sup. in Alex. 6. constit. 3. Volumus fol. 236.

neqneant, sed per quoscunque inuiolabiliter obseruari debeant. Eorundemque præsentium sola signatura, & absque data, vel registratione regula contraria non obstante, in iudicio & extra sufficiat, vt eis derogari per quæcunque rescripta non posit, nisi ipsis præsentibus de verbo ad verbum præinsertis, & si aliter fieri contingat fidem Magistri rescriptis, & derogationibus huiusmodi posthabitis, iuxta præsentium tenorem impune & libere procedere posint. Sicque & non alias in omnibus & singulis præmissis per dilectum filium S. R. E. Camerarium, & quoscunq; alios iudices & Cardinales in quacunque instantia sublata &c. iudicari debere, irritumq; &c. decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, & in fauorem vicinorum editis, statutisq; & cõsuetudinibus, & iuramento &c. roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque, quorumcunq; forsan latius exprimendorum tenores pro sufficienter expresßis habentes.

Clausula præseruatiua.

Decreti irritans

Clausula derogatoria.

Hanc const. habui ex lib. statuto Magistrorũ Viarum.

Placet Motu proprio. A.

LXVI.

Taxa seruanda per Magistros Viarum Vrbis in Impositionibus soluendis, pro Demolitione, siue Iectitis Domorum ab earundem Dominis, vel locatarijs.

De Materia Magistrorum Viarum habese tiam inp const. ræcedenti vbi notaui.

Prædecessorũ literas indicaui in const. præcedẽti.

PAVLVS Papa III. &c.

ET si per alias nostras literas, tam per prædecessores nostros, quam per nos editas, & confirmatas, dilectis filijs Magistris Viarum pro tempore existentibus, ad perpetuam Vrbis nostræ ampliationem, potestas, & omnimodum arbitrium concessum extitit, ne dum cloacas, vias, & plateas mundandi, sternendi, & ampliandi, verum etiam vbi, & quando opus fuerit eas de nouo construendi, & domnis domorum dirutarum, vel propterea diruendarum de eorum damno satisfaciendi, & similiter illis qui de ea re commodum sentiunt, taxas imponendi, impositasque moderandi, & moderatas exigendi, prout eis magis videbitur opportunum, semper eorum conscientiam desuper onerando, prout in dictis literis latius continetur. Sed cum omnia præuidere, & in vnum redigere difficillimum sit, & ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, cum itaq; ad aures nostras peruenerit, quod in demolitionibus huiusmodi nonnullæ sunt domus & loca sub proprietate, & annuo canone ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, collegiorum, vniuersitatum, personæ, vel alterius loci sacri, vel prophani, quorum multæ in perpetuum nonnullæ ad tertiam & quartam lineam, aliæ ad secundam generationem, vel nominationem, plerique ad vitam vnius tantum, aliæ ad longum vel modicum tempus locatæ, aliæ pignori datæ, aut pro dotibus hypothecatæ, & alias prout inter partes ipsas conueniri solitum est, quarum fere omni dominio vtili tantum translato, cum directo quandoquidem permiscendum, & ad ipsos proprietarios redeundum: & quoniam paria debent esse commoda & incommoda, nec legi æquum videtur, quod qui vtile tantum dominium habet, a quo breui, vel ob tempus iam lapsum, aut canonis non solutionem, aut alias ex quauis causa a iure suo decidendus est, integram taxam & impositionem soluere cogatur illius rei, de qua breue suscepturus est commodum, ad instar eorum, qui eiusdem rei veri & perpetui futuri sunt domini: & econuerso illi quibus res ipsa est pleno iure reuersura absque solutione, & aliquo eorum incommodo perpetuum suscipiant commodum: & similiter illi qui in principio locationis existunt, pari passu procedant cum illis, qui iam ad finem dictæ locationis perueniunt: qua de re multæ ortæ sunt, & oriuntur lites: & quoniam animi nostri est ne dum lites fouere, sed litium anfractus dirimere: Idcirco volumus, ac Motu proprio mandamus, quod præfati viarum Magistri, ad quos cognitio huiusmodi legitime constat, & spectat, constito eis etiam summarie, & quantum sufficit, de locationibus huiusmodi, ac earum qualitate & existentia, easdem ita per eos taxari, taxatas moderari, & moderatas exigi volumus, & mandamus hoc modo, videlicet. Quod illi qui perpetuas locationes habent, vel perpetuos soluunt census, integras taxas persoluant: qui autem ad secundam, tertiam, vel quartam generationem, vel nominationem, aut longum, vel modicum tempus, si in principio, & citra medium fuerint, duas tertias: si in medio vel prope medium, dimidiam: qui vltra medium, & prope finem, in tertiam grauetur reliquum vero soluat directus dominus. In his autem quæ pignori datæ, vel quoquomodo hypothecatæ fuerint, soluat ipse dominus. Mandantes propterea Magistris prædictis, quod impositiones & taxas huiusmodi inter vtiles & directos dominos ita modo præmisso distribuant, & cõpensent, habita prius inter eos matura consideratione rei, loci, temporis, & personæ, super quæ eorum conscientiam oneramus, & quicquid per eos ita desuper statutum, ordinatumue fuerit, ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Irritum & inane decernentes quicquid secus actum attentatumue fuerit, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Et ita volumus, & motu proprio mandamus.

Diuersæ erant quæstiones occasione Impositionum soluendarũ pro Iectitis Domorum vt his.

Pontifex ideo ponit taxam desuper seruandam.

Decreti irritãs.

Clausula derogatoria.

Placet & ita mandamus. A.

LXVII.

De his quæ seruare debent impetrantes Beneficia, tanquam certo modo vacantia &c.

SANCTISSIMVS in Christo Pater. & D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa III. qui in crastino assumptionis suæ ad summi Apostolatus apicem, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem imminebat vitæ periculum, impetrabant, vt illis decedentibus, tanquam collitigantes in illorum iuribus facilius surrogarentur, per quandam eius const. inter alia voluit, vt deinceps nullus in iure, vel ad ius, in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis, vel similibus impetrauit, aliquo modo surrogetur, ac surrogatio, & gratia si neutri, si nulli, seu nouæ prouisionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus suffragaretur: quod etiam stri

Hoc iste per aliã eius cõst (quam hic non habes) decreuit impetrationes beneficiorum defunctorum obesitas illo iuuetis &c. nullas esse

ctisime

districtissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum, per priuationem & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsque ad diffinitiuam sententiam, quæ tamen in rem non transiuisset iudicatam, processum foret. Ac per alias constitutiones suas, seu Cancellariæ apostolicæ regulas, voluit, statuit, & ordinauit, quod quicunque beneficium ecclesiasticum, tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenderet, ex tunc deinceps impetrasset, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possedisset, ac specificam, & determinatam, ea qua clare constare posset, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competeret, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamque ea tunc desuper, infra annum, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue prosequi deberet, & teneretur: alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde secuta, nullius existerent firmitatis, & idem impetrans, de damnis, & interesse possessorem prædictum propterea contingentibus ei satisfacere. Et si possessorem ipsum iniuste, friuole, & indebite molestasse repertus existeret, quinquaginta florenos auri persoluere Cameræ apostolicæ esset astrictus, nec aliud quam præmissæ vacationis modus, etiam per literas si neutri, aut surrogationis, vel alias, sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi ea vice consequi, vel obtinere valeret, quomodolibet suffragaretur, illudque nullatenus inantea litigiosum propterea censeretur. Et cui fidedignorum relatione innotuit quod huiusmodi voluntate, statuto, & ordinatione nō obstantibus, multi cæca cupiditate ducti, ad beneficia ecclesiastica, per alios, etiam quandocunque multo antea tempore canonice eis collata, & possessa, quos valetudinarios, seu senio confectos conspiciunt, aut alias certo modo, cito defecturos, vel eorum beneficia dimissuros sperant, improbe, ac per media illicita aspirantes, huiusmodi beneficia tanquam certo modo vacantia, & absque alio titulo, seu minus canonico detenta, a sede apostolica impetrabant, & illorum possessoribus, litem super dictis beneficijs sic possessis, mouebant, & causas huiusmodi contra eos committi faciebant, & alias illos nunc titulos fingendo, nunc crimina impingendo, in ipsis beneficijs inquietabant, & molestabant, nec causas ipsas (prout etiam iuxta constitutionem prædictam tenebantur) expediri facere curabant, sed in longum protrahebant, expectantes obitum dictorum possessorum, ut in iure eisdem possessoribus in dictis beneficijs, vel ad illa competente surrogarentur. Sicque per indirectum eisdem impetrantibus votum captandæ mortis dictorum possessorum præbebatur, ipsique possessores indebite vexabantur, ac laboribus & expensis fatigabantur. Et sæpenumero vexationem huiusmodi illicitis medijs redimere cogebantur, & quandoque destituti, seu desperati in anxietatem ducebantur, eorumque beneficia resignare, seu permutare, ac etiam illorum collatores, quominus de beneficijs per obitum dictorum possessorum vacantibus, & propter lites huiusmodi malitiose, & fraudulenter motas seu confictas, libere disponere, & sua ordinaria auctoritate in præmissis vti possent, impediebantur, in animarum ipsorum impetrantium periculum, & dictorum possessorum graue præiudicium, & ordinariæ potestatis huiusmodi collatorum læsionem: Attendentes malitijs hominum non esse indulgendum, sed potius obuiandum, ac volens ipsorum beneficia obtinentium quieti, & securitati prouidere, constitutionem prædictam innouando, & ad impetrantes beneficia illorum, qui aliquo euidenti impedimento detinerentur, quamuis senio confecti, aut infirmitate detenti non forent, extendendo, etiam voluit, statuit, & ordinauit, quod de cætero impetrantes beneficia ecclesiastica cuiuscunque qualitatis, per priuationem, & amotionem, vel alias propter commissa excessus, & crimina, vacantia vel vacatura in supplicatione desuper porrecta, excessus, & crimina ipsa, ac eorum qualitates, necnon modos, & causas tales, ex quibus de iure priuatio ipsa incursa, aut facienda censeatur, & similiter impetrantes etiam per modum deuolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, & ab alijs etiam non senio confectis, nec infirmitate, aut impedimento detentis, tanquam nullo seu minus canonico titulo possessa, modum vacationis illorum in supplicatione desuper porrecta, specifice, & determinate, & dispositiue exprimere teneantur, & antequam decretum citationis a iudice, cui causa commissa fuerit, per se vel procuratorem eorum petant, coram eo iuramentum, quod credunt ea, quæ sic expresserunt, vera esse, & posse ea probare, corporaliter præstare, & deinde excessus, & crimina, aut modum vacationis huiusmodi proponere, & deducere, & intra octo dies obseruationem termini ad articulandum, per eum, vel procuratorem suum, suo ordine, & loco, ita quod si ipse terminus sic non seruetur, dicti octo dies, post obseruationem termini secundo loco seruari, quicunque is fuerit, cucurrisse censeatur, factam immediate sequentes probare, necnon ex tunc infra annum similiter, a die impetrationis eorum computandum, causam contra eosdem possessores, vsque ad diffinitiuæ sententiæ prolationem inclusiue prosequi debeant, & teneantur. Quodque impetrationes de beneficia tanquam per priuationem, & amotionem, vel alias propter commissa excessus, & crimina vacantibus vel vacaturis, absque causæ seu causarum priuationis, & amotionis, aut excessuum, & criminum vacationem huiusmodi causantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum deuolutionis, absque modi vacationis specifica expressione, etiam prætextu quarumcunque clausularum quomodolibet implicitarum, & quantumcunque prægnantium, etiam quod causæ, & excessus, ac crimina, necnon modi vacationum huiusmodi in literis pro expressis habeantur, vel etiam dispositiue exprimi possint, disponentium in supplicationibus insertarum, eisdem impetrantibus nullatenus suffragentur, & quæcunque surrogationes per ipsos impetrantes de beneficijs, quæ etiam cum huiusmodi expressione impetrauerint, tanquam litigiosa, in iure, vel ad ius eorum quos huiusmodi excessus, & crimina perpetrasse, aut quorum beneficia per deuolutionem, aut alias, certo modo vacasse narrauerint, a sede apostolica, vel Legatis eius quomodolibet impetrandæ seu etiam Motu proprio concedendæ, nisi quod impetrantes excessus, & crimina, aut modum vacationis huiusmodi intra dictos dies obseruationem dicti termini ad articulandum per ipsos impetrantes, aut eorum procuratores, vt præfertur, non autem per eos, aut ipsorum procuratores factam, quo ad excludendos, post dictos dies ipsos impetrantes a probatione excessuum, seu criminum, aut modi vacationis prædictorum nihil operari volumus contra possessores beneficiorum, quæ impetrauerint, probauerint, etiam si alia excessus, & crimina, priuatione, aut priuationis declaratione digna, etiam ante lapsum dictorum octo dierum probauerint, nullius sint roboris vel momenti. Quodque surrogationes huiusmodi, si ij contra quos huiusmodi, impetrationes fient, in itinere propter id suscepto, quod post executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiam si de dictorum citatorum notitia aliter non apparuerit, propterea attentum præsumatur, defuncti fuerint, etiam si senes, aut valetudinarij, seu impediti, vt præfertur, non extiterint, aut etiam ij, contra quos huiusmodi impetrationes fient, morte violenta decesserint, licet nullum penitus argumentum, aut nulla coniectura habita fuerit, quod collitigans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, seu

conscius

Et per alias constit. (quas hic nō habes) statuit vt impetrantes beneficia ab alijs quādiu possessa, exprimerent quæ hic habentur.

Nihilominus multi impetrabant illa beneficia tanquam certo modo vacantia &c. Vnde mala hic expressa oriebantur.

Pontifex ideo ponit formam de cætero seruandā in impetrationibus beneficiorum

Et impetrationes aliter factas inualidas & nullas declarat.

conscius fuerit locumnon habeant. Et si post lapsum dicti annivel etiam eo durante, & istis octo diebus post dicti termini ad articu dum, absque probatione prædictorum excessuum, seu criminum, aut modi vacationis per ipsos impetrantes, veorum procuratores obseruationem elapsis, contingat possessores dictorum beneficiorum seu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia simpliciter, vel ex causa permutationis, aut alias quomodolibet in Romana Curia, velatra eam, vacare non censeantur propterea beneficia ipsa litigiosa, de huiusmodi beneficijs sic vacantibus prouideri, & alias libere disponi possit in omnibus & per omnia, ac si contra dictos possessores aliqua lis modo præmisso mota non fuisset. Et nihilominus impetrantes prædicti ad ambita beneficia huiusmodi obtinenda censeatur perpetuo inhabiles, necnon vexatæ parti omnia damna, interesse, & expensas persoluere teneantur, ac omnibus, & singulis beneficijs ecclesiasticis, per eosdē impetrantes obtentis, se triennio suspensos nouerint. Quibus si se in eis propria temeritate immiscuerint, ipso iure priuati sint, ac calumniose de periurio, iuxta canonicas sanctiones, puniantur. Decernens nouas prouisiones super impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapsi fuerint, ijs in quorum fauorem emanauerint, in fraudē huiusmodi constitutionis non suffragari. Et si ijs. qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia sic impetrata resignauerint, quandocunqe id fecerint, illis, quibus de beneficijs huiusmodi per resignationem de eis factam & admissam prouisum fuerit præsenti constitutioni subiacere, & in eodem statu in quo dictus resignans tempore huiusmodi resignationis erat, quo ad hoc censeri & esse. Sicque in præmissis omnibus iudicandum fore, sublata &c. irritum quoque &c.

Impetrantibus pœnas hic descriptas imponit.

Decretū irritans

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit in Cancellaria Apostolica die sabbati 27. Aug. & successiue vndecima Decembris anno Millesimo quingentesimoquadragesimo primo.

Iul. Gentilis procustos.

LXVIII.

Collegium Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, in eius causis, pro Registris & alijs scripturis, id tantum soluere tenetur, quod Procuratur Fiscalis R. Cameræ Apost. soluere solet.

De Materia vide in constit. seq.

PAVLVS Papa III Motuproprio &c.

EXTRAORDINARIAS expensas, quas (vt accepimus) dilecti filij Collegium, & deputati Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, illiusque œconomus, in diuersis litibus, quas aliquando extra eorum tribunal, occasione rerum & negociorum dictæ Fabricæ, ac pro iuribus & actionibus, ac rebus & bonis eiusdem Fabricæ defendendis, seu illis tanquam ad eam applicatis & deuolutis spectan. recuperandis & acquirendis, in dies subire coguntur, tollere omnino volentes. Motu simili, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus, omnes & singulas causas, coram quibuscunque Iudicibus, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aut in sacro Rotæ auditorio, nunc & pro tempore pendentes & dictam Fabricam quomodolibet concernen. nostras & sedis Apostolicæ esse, nostrumque & dictæ sedis interesse concernere: proptereaque Collegium, ac deputatos dictæ Fabricæ, illiusque modernum & pro tempore existentem œconomum, pro satisfactione, registrorum, instrumentorum, commissionumque, & aliarum scripturarum, in causis dictam Fabricam quomodolibet (vt præfertur) concernen. grauari non posse, nisi ad soluendum id, quod noster, & Cameræ Apostolicæ Procurator fiscalis in causis Cameralibus, ciuilibus, & Fiscum nostrum concernentibus, pro simili satisfactione soluere tenetur, & obligatur. Et nihilominus, vniuersis & singulis, tam Romanæ Curiæ, quam quarumcunque aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum nobis, & dictæ sedi mediate, vel immediate subiectorum, Notarijs, & Tabellionibus, atque scribis, etiam actuarijs, coram quibuscunque Iudicibus ordinarijs, seu delegatis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, seu Loc. tenentibus, in causis dictam Fabricam concernentibus scribentibus, & ad scribendum pro tempore deputatis, circa mercedes instrumentorum, & aliarum scripturarum, ac registrorum, seu extractuum, dum fieri contigerit a dicto œconomo, & officialibus dictæ Fabricæ, non vltra quam quod in causis Cameralibus, ac fiscum nostrum concernentibus, a Procuratore fiscali capere consuetum est capiant: Cursoribus etiam nostris, vt in redimendis ac recuperandis commissionibus, per vtranque signaturam pro tempore ad Collegij, & deputatorum, seu œconomi præfatorum instan. signatis, dictam tamen Fabricam illiusque negotia similiter cōcernen. ac commissionibus exequen. nihil prout nec à Fisco quicquam capere consueuerunt, a Collegio deputatis, & œconomo præfatis similiter capiant. Collegio vero, ac deputatis præfatis, vt præmissa omnia & singula inuiolabiliter obseruari mandent, & faciant sub eisdem censuris, sententijs & pœnis mandamus: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque indultis, singulis collegijs dictorum officialium, etiam in singulorum eorundem erectionem, & forsan successiue, sub quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs irritantibusque, & alijs decretis, quibus, illorum omnium & singulorum tenores, præsentibus pro sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisq; cōtrarijs quibuscunq. Volumus autē præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra: Regula in contrarium edita non obstan. Seu si videbitur literæ in forma breuis expediri possint, quodque præsentium transumptis, seu copijs etiam impressis, manu Secretarij Fabricæ præfatæ subscriptis, & sigillo eiusdem munitis, eadem prorsus fides adhibeatur: quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Causæ Fabricæ concernentes interesse sedis Apostolicæ.

Ideo collegium, pro registris & alijs scripturis tantum soluere tenetur, quantum Fiscalis procurator R. Cam. Apostolicæ in causis Ciuilibus suum interesse concernentibus.

Notarijs nihil vltra recipere possint.

Cursores pro commissionib. vtrius que sig. aturæ in causis Fabricam concernen. nihil recipiant.

Clausula derogatoria.

Datum Romæ. VIII. Aug. M. D. XLV.

LXIX.

Commissiones causarum tam Gratiæ quam Iustitiæ, interesse Fabricæ Basilicæ Sancti Petri concernentes, aliter quam manu Pontificis, & citato Iconomo signatæ, nullæ sunt.

Hæc constit. Confirmatur infra pro Iul. 3. constit. 30. Decet Romanum.

De Materia autem Fabricæ ponam concord. infra in Pij V. const. 97. & si omnium.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM diebus proxime elapsis nobis esset notum quòd nonnulli apostolicæ Sedis Legati de latere, ac Gubernatores & Commissarij in Prouincijs & locis R.E. immediate subiectis deputati, ac alij tam prouinciarum & locorum eorundem quàm etiam Vrbis & curiæ Rom. Iudices ordinarij eo prætextu quod ab Apostolica Sede indultum esset, quòd aliquibus causarum commissionibus iustitiã concernen. ac moratorijs nisi ille manu propria R. Pont. pro tempore existentis, vel alicuius eorũ nisi etiam motu proprio aut alias certis modis, ac formis, ac certis signis, contrasignis signatæ essent, parere minime tenerentur, quodq; quascunq; causas a quibusuis iudicibus aduocare, & illas alijs audien. & deciden. delegare & committere possent, in diuersis spiritualibus, prosanis, criminalibus mixtis, & alijs causis motis & mouen. commissionibus per bo. me. Laurentium Episcopum tunc Prædestin. S.R.E. Cardinalem de Campegio nuncupatum & pro tempore ad commissiones iustitiam concernentes nobis porrectas in præsentia nostra signan. deputatum, ac plenã & liberam facultatem per se vel alium ab ipso deputandum desuper haben. tam in præsentia quàm extra, scientia, & plena signatura iustitiæ etiã partibus auditis, & pro iustitiæ debito signatis & causarũ huiusmodi aduocationis. ac alijs etiam dictę R.E. Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus. cæterisque iudicibus tam in curia quàm in prouincijs prædictis cõmissarijs & literis apostolicis super commissionibus ipsis tam sub plumbo, quàm in forma breuis confectis, necnon inhibitionibus & mandatis illarum vigore decretis parere, nisi pro eorum voluntate non curabant immo contẽnebant & indebite recusabant, illisq; non obstantibus in causis ipsis etiam ab eis aduocatis ad vlteriora procedere, & inhibitiones decernere, sententiasq; & censuras promulgare, ac etiam diuersas causas, etiam auditoribus præfatis commissas & coram eis pendentes ad se aduocare, & alijs delegare præsumebant, propter quòd interdum in eadem causa & inter easdem partes per diuersos iudices, ac in dicta curia & extra eam procedebatur & partes diuersis expen. & grauaminibus afficiebantur. ac iurisdictiones confundebantur & diuersa inconuenientia subsequebantur, Nos præmissis salubriter prouidere volen. ex præmissis & certis alijs causis per quandam nostram constitutionem omnia & singula facultates, concessiones, indulta quibuscunque dictæ sedis Legatis etiam de latere etiam Cardinalibus, ac Gubernatoribus commissarijs, & alijs quibuscunque iudicibus quocũque nomine nuncupatis, & quauis etiam Pontificali dignitate fungen. tam Vrbis & Curiæ quàm prouinciarum & locorum prædictorum, sub quibuscunque tenoribus & formis, etiam per modũ statuti perpetui, & cũ quibusuis etiã reuocationibus, præseruation. clausulis, necnon irritan. & alijs decretis etiam motu simili & ex quibusuis causis per quoscunq; R. Pont. prædecessores nostros ac forsan per nos hactenus quomodolibet concessa & confirmata, quo ad hoc vt ipsi Legati, Gubernatores, commissarij & iudices cõmissionibus apostolicis, nisi manu R. Pont. ac etiam motu proprio & alias, sub certis modis & formis singnatæ essent parere tenerentur, ac quod quascunq; causas a quibusuis Iudicibus ordinarijs & extraordinarijs, etiam auctoritate sedis prædictæ delegatis etiam Rotæ Auditoribus aduocare, & illas alijs quibusuis modis & formis audiendas, decidendas, & fine debito terminan. delegare seu cõmittere possent dumtaxat reuocauimus, cassauimus, & annullauimus, & pro non concessis haberi volumus, eisdemque Legatis, Gubernatoribus, Commissarijs & iudicibus de cætero nullatenus suffragari posse, ac quicquid per eos prætextu facultatum & indultorum reuocatorum huiusmodi attentari contigerit, nullius roboris vel momenti existere decreuimus, quam in Cancellaria apostolica, sub die vigesima Septẽbris, anni Millesimi Quingentesimi trigesimi sexti proxime præteriti, publicari & describi fecimus, prout in constitutione huiusmodi quam præsentibus pro expressis haberi volumus, latius continetur. Cum autẽ sicut accepimus a nonnullis dubitetur ne per constitutionem nostram huiusmodi priuilegia & facultates quo ad præmissa dilectis filijs Collegio & Præfectis Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe per fe. re. Iuliũ II. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. prædecessores nostros concessa & per nos confirmata & innouata, reuocata, cassata, & annullata fuerint, nos cuius mentis est priuilegia & facultates dictæ fabricæ concessa, confirmata, & innouata potius augere quàm reuocare, motu simili &c. constitutionem reuocatoriam nostram prædictam ad priuilegia & facultates, indulta eidem fabricæ per dictos prædecessores cõcessa & per nos innouata non se extendere, sed illa a constitutione reuocatoria nostra prædicta omnino excepta esse decreuimus, & declaramus, priuilegiaq; facultates, & indulta eiusdem Fabricæ & Collegio prædictis concessa inuiolabiliter prout iacent obseruari mandamus, & quatenus opus sit priuilegia facultates & indulta eiusdem Fabricæ & illius Præfectis & deputatis per præsentes innouamus Ac de nouo quascunq; commissiones tam gratiæ quã iustitiæ interesse dictæ fabricæ quomodolibet cõcernen. aliter quàm manu nostra et successorum R. Pont. etiam adhoc vocato iconomo dictæ Fabricæ signatas nullius esse roboris vel momenti decernimus, Et ita per quoscunque iudices etc. sententiari et iudicari debere, sublata etc. Constitution. et ordination. Apostolicis ac. constitutione nostra prædicta cæterisque in contrarium facien. non obstan. quibuscunque, volumus autem quod præsentis sola signatura sufficiat, et quòd illius copijs seu transumptis manu secretarij Collegij dictæ fabricæ subscriptis, et sigilli eiusdem Collegij signatis eadem prorsus fides vbique in iudicio, et extra adhibeatur quæ adhiberetur si præsentes forent exhibitæ vel ostensæ regula in contrarium edita non obstante.

Officiales & Iudices nonnulli sub cuiusdam Indulti prætextu recusabant parere mandatis & inhibitionibus iudicũ quibus ex signatura causæ committebantur.

Imò illis non obstan. ad vlteriora procedebant.

Ideo Põtifex iste per aliam eius const. quam hic non habes talẽ dum Indultum reuocauit.

Dubitatum postea fuit an in reuocatione ista esset derogatum Indulto Fabricæ S. Petri, cuius causarum commissiones, nisi quæ manu Papæ, & citato Iconomo signatæ nullæ sunt.

C'em 7 cõst. habes sup. fol. 392. nu. §. Ad amouen. Aliorum autem const. hic nõ posui.

Pontifex igitur declarat tali priuilegio Fabricæ non fuisse derogatum.

Decretũ irritans

Clausulę derogatoriæ.

Placet et ita motu proprio declaramus et mandamus. A.

LXX.

Dilationes & Moratorias per quoscunque Iudices Debitoribus concessas reuocat, & in futurum illas concedi prohibet.

Similem prohibitionem & reuocationem fecit Iulius tertius, infra in eius constitu. 29. Nuper.

De Materia Dilationum, et etiam Discussionis vel Cessionis Bonorum, vide Concordantias quas posui supra fol. 335. in Clemen. 7. constitutio. 31. Cum ex multorum, & fol. 129. Innocent. 8. constitutio. 12. Quoniam.

Debitores ad effugiendum satisfactioné, à Iudicib. Vrbis dilationes côtra Creditores obtinebât.

Inde mala hinc expresse oriebâtur.

Ideo Pôtifex dilationes pês prçterquam ab ipso & eius signatura côcessas reuocat & annullat.

Inhibetque Iudicibus ne de cætero illas côcedant.

Imo exequi iubet mâdata executiua illis non obstantibus.

Clausulæ derogatoriæ.

PAVLVS Papa III Motu proprio &c.
CVM, sicut non sine animi nostri displicentia accepimus, nonnulli propriæ salutis, & honoris immemores, passim æs alienum in alma vrbe nostra, ac alijs terris, & locis, nobis, & Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, contrahere, ac merces, res, & bona, pretio in certam diem soluendo, emere, seseque varijs debitis inuoluere, ac propterea creditoribus suis diuersimode, & interdum in forma ampliori Cameræ apostolicæ cum iuramento, & renuntiationibus amplissimis se obligare minime vereantur, ac debitorum huiusmodi adueniente die, & interdum postquam litem diu sustinentes, à Magistratibus almæ vrbis sententias, & res iudicatas, mandataque exequutiua contra se reportarunt, sed ad effugiendam solutionem, & satisfactionem debitorum eorundem ad diuersa remedia moratoriarum dilationum in præiudicium creditorum suorum confugiunt, & si quando illas à nobis, & signatura nostra consequi nequeunt, ad diuersa eiusdem Vrbis tribunalia recurrentes, dilationes interdum ad longum tempus impetrare, illasque sæpius renouare, ac earum vigore iudicibus, & exequutoribus, ad quos spectat, inhiberi procurant, sicque creditores proprios eludentes, & varijs expensis, & laboribus fatigantes, ab eis quandoque debiti remissionem pro magna parte extorquent, & vt plurimum ad inhonestas compositiones, & concordias, ex indeque ad extremam paupertatem, & miseriam eosdem creditores suos deducunt. Hinc est quod mercatorum frequentes, decoctiones oriuntur, hinc commercium negotiatoribus impeditur, ac paulatim penitus tollitur, materiaque, & occasio fraudibus aperitur, iamque vix aliquis reperitur, qui nisi præsenti pecunia vendere, vel aliter credere velit, in maximum Romanæ Curiæ dedecus, ac mercatorum, & aliorum negotiatorum, & artificum in ea degentium subditorumque nostrorum perniciem, & iacturam. Nos præmissis pro nostri pastoralis officij debito, quantum cum Deo possumus, consulere, & prouidere volentes, omnes, & singulas moratorias, dilationes, significationes, saluos conductus, salinarias, & alias Inhibitiones, quocunque nomine nuncupentur, à quibuscunque, præterquam a nobis, & signatura nostra, a quibus tantum huiusmodi gratias impetrari posse volumus, quomodolibet concessas, post decem dies, a die publicationis præsentis in locis infrascriptis faciendæ computandos, harum serie reuocamus, & cassamus, annullamus, illasque nullius roboris, & momenti fore, ac nemini suffragari debere decernimus. Et insuper dilecto filio nostro Guidoni Ascanio sancti Eustachij Diacono Cardinali Camerario nostro, ac dilectis filijs Præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ, necnon Gubernatori almæ vrbis, & Curiæ dictæ Cameræ Generali Auditori, eiusdemque vrbis Vicario, & Senatori, & alijs quibuscunque dictæ vrbis iudicibus, & personis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna mandamus, ne de cætero dilationes, moratorias seu significationes, saluos conductus, salinarias, aut alias huiusmodi inhibitiones quouis modo nuncupatas, ad longum, vel breue tempus, alicui, vel aliquibus, quouis prætextu, vel occasione, directe vel indirecte, etiam si debita extra almam vrbem contracta fuerint, quomodolibet concedere audeant, vel præsumant, Irritum quoque &c. decernimus. Mandantes nihilominus quibuscunque magistratibus, seu iudicibus, coram quibus causas debitorum huiusmodi pro tempore pendere contigerit, seu a quibus sententiæ, & res iudicatæ, ac mandata exequutiua emanauerint, ne moratorias, dilationes, vel significationes, aut alias inhibitiones huiusmodi, etiam cum quibusuis clausulis, etiam iustificatiuis, contra præsentium tenorem forsan pro tempore quomodolibet concessas seruent, vel seruare teneantur, seu debeant, sed illis non obstantibus, etiam si in eis, quod de mandato nostro viuæ vocis oraculo facto concessæ esse dicerentur, ad totalem exequutionem sententiarum, & mandatorum suorum procedant, & procedi mandent, & faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, & indultis, magistratibus prædictis, & eorum Curijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, per quoscunque prædecessores nostros, aut etiam nos, contra præmissa quomodolibet concessis, quibus omnibus illorum tenores, &c. pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, harum serie Motu simili, & ex certa scientia, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentes nostræ affixæ in valuis Cancellariæ, & basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, necnon Aciæ Campi Floræ, omnes, & singulos iudices, & personas perinde arctent, ac si ipsis personaliter intimatæ fuissent, eorumque transumptis manu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ subscriptis, & sigillatis, talis adhibeatur fides, qualis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodque præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio, & extra, regula in contrarium non obstante.

Placet, & ita Motu proprio mandamus. A.

Iurisdi-

LXXI.

Iurisdictio & Facultates Archipresbyteri & Vicarij Iudicis, Canonicorum & Capituli Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe.

Confirmantur infra per Pium IIII. in const. 162. cum sicut accepimus.

Archipresbyter autem cum eisdem facultatibus nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Philippus Boncompagnus, Bononiensis Card. S. Sixti Maior Pœnitentiarius, & Sanctiss. D. N. Papæ Greg. XIII. ex Fratre Nepos.

Iudex autem deputatus est R.P.D. Cammillus Burghesius Romanus, vtriusque signaturæ summi Pontificis Referendarius, & istius Basilicæ Vicarius.

Iste Pont. in causis Capituli & Canonicorum, &c. S. Mariæ Maioris, Cardinalé de Cęsis olim Archipresbyterū dictæ Ecclesię Iudicem deputauit, per alias eius literas quas hic non habes.

Dubitatur tamē an Cardinalis Farnesius Modernus Archipresbyter, habeat eandē iurisdictionē.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM sicut accepimus ad parcendū sumptibus & expēsis collitigantium, & ne dilecti filij Canonici & Capitulū ac perpetui Capellani Venerabilis Ecclesiæ S. Mariæ Maioris, de Vrbe, pro rebus & negotijs dictæ Ecclesiæ coram diuersis Iudicibus litigare, & conueniri contingat & lites quascunq; præsentes & futuras tam contra ipsos quā per eosdem motas & mouendas, per alias nostras literas quas & illarum tenores pro expressis habere volumus, bo.me.D.Paulus de Cæsis dum uiueret.S.R.E.Cardinali prædictæ Basilicæ Archipresbytero commiseramus, & propterea vt creditur dilectū filiū nostrū secūdum carnem Nepotē R.D. Alexandrū Cardinalē Farnesium vulgariter nuncupatū tanquam dictæ Ecclesiæ Modernū Archipresbyterū in causis huiusmodi etiā Iudicē existere ad omne dubiū tollēdū ac dictæ Ecclesiæ & alijs cōsulendū, Motu simili & ex certa nostra scientia ac de sedis Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas causas interdictos Canonicos & Capitulū ac Cappellanos respectiue seu quēlibet eorū ex vna, & quascunq; alias personas, corā quibuscūq; Iudicib. Ordinarijs & extraordinarijs, cōmissarijs & executoribus etiā S.R.E.Cardinalib. & Rotæ Auditoribus, & locatenentibus, super quibuscumque rebus bonis & pecuniarum summis, verten. & perden. partibus ex altera, ad nos penitus aduocantes illamque & illas quatenus etiam opus sit denuo inchoatas & inchoandas, ac quascumque alias causas ciuiles & criminales & mixtas, per prædictos Canonicos ac Capitulū & Capellanos seu eorum quēlibet contra quascūque personas, quouis nomine nuncupatas, Collegium & Capitulum & Vniuersitatem respectiue motas & mouēdas, & sic actiue & passiue, super quibuscumq; pecuniarum summis, censibus canonibus responsionibus rebus & bonis, ad quamcumque summam pecuniarum numerum & quantitatem ad valorem ascenden. rebusq; alijs in actis causæ & causarū huiusmodi latius deductis, & deducen. & illorum occasione, cū omnibus & singulis suis inciden. dependen. & emergen. annexis & connexis eidem R D. Alex. moderno Archipresbytero tam coniunctim quam diuisim summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura Iudicij, sola facti veritate inspecta, ac quatenus opus sit executiue & manu regia, absq; terminorū substantialium & alicuius telæ Iudiciariæ obseruatione, sine confectione registri, siue extractus, quacumque appellatione postposita, audiendi cognoscendi decidendi sineq; debito terminandi, tenore præsentiū de nouo cōstituimus & mandamus Cum potestate dictas partes respectiue. Et omnes alios quos opus fuerit, & sua cōiter vel diuisim īteresse etiā in executione citationis nominan. in R. Curia, & extra eā, etiam per edictū publicum cōllito. summarie & extraiudicialiter de nō tuto accessu citandi, ac eisdē omnibus & singulis, etiā Iudicibus suprascriptis ac quib. & quoties opus fuerit etiā sub censuris ecclesiasticis, & pecuniarijs pœnis, suo arbitrio moderādis, & applicandis, etiā per simile edictū inhibendi, & in euentū non paritionis pœnas & cēsuras prædictas damnabiliter incurrisse declarandi, aggrauandi & reaggrauadi & brachij sæcularis auxilium inuocandi, locoue sententiæ seu sententiarum proferendarum mandatum seu mandata executiua, in forma solitā & consueta decernendi, illudque vel illa, & quicquid per te iudicatum fuerit exequendi, expensasque taxandi, & moderandi, omniaque alia & singula faciendi, gerendi, & exercendi, in præmissis necessaria seu quomodolibet opportuna. Non obstantibus præmissis, constit. & ordinat. apostolicis, stylo Palatij, regula Cancellariæ Apostolicæ, proh ben. mandata aliter quam sub plumbo expediri posse, facultatibus & iurisdictionibus supradictis sub quauis verborum forma etiam clausulis vrgētissimis per nos forsan concessis, & innouatis, quas seu illorum tenores, ac si de verbo ad verbum specialis hic mentio facta foret, pro expressis haberi volumus, cæterisque contrarijs quibuscumq;. Statum & merita causæ & causarum huiusmodi & nomina & cognomina & qualitates partium, & personarum prædictarum, necnon dictorum Collegij Capituli & Vniuersitatis, præmissorumque omnium & aliorum de necessitate exprimendorum tenores, pro plene ac sufficienter expressis habentes; Et quod præsentium sola signatura sufficiat & vbique fidem faciat. Fiat Motu proprio. A.

Pontifex ideo, casdē cūi Card. Farnesio, committit & ipsū deputat iudicem cum facultatibus hic expressis Ad quē uide etiam infra Pij. 4. const. 162. Cum sicut accepimus & habes etiam infra Declarationes & Ampliationes.

Qđ dicit hic de causis criminalibus intellige citra pœnam sanguinis, & corporis Afflictiuam, Quia ita declarauit Pius. 4. infra in eius cōst. 162. cū sicut accepimus.

Facultas procedēdi sūmarie &c. Appellationeque remota.

Et in Curia extra putan. Citandi & inhibēdi & in obedientes coercendi ut hic.

Clausula derogatoria.

Notarius istarū causarum est D. Alex. de Romanis Romanus, Vicarij Papæ Notarius a quo habui hanc const.

Et quod præsentis nostri Motus proprij, sola signatura sufficiat, & vbiq; in iudicio & extra illud fidem faciat, regula in contrarium edita non obstan. & literæ expediantur sub plumbo. Fiat. A.

Datum Romæ apud S. Petrum nono Calendas Decembris anno quinto.

BEATISSIME Pater. Quoniam super præmissis commissionibus causarum in Vrbe nūquam literas sub plumbo expediri solitum fuit, sed solam signaturam semper sufficere, compertum extitit, neque etiam tempore prædicti R. Card. de Cæsis, super dicta commissione sibi facta, fuere alias dictæ literæ expeditæ, Necnon ad obuian. fraudibus & malitijs collitigantium qui in causis huiusmodi nullū ius haben. vt illas immortales faciant, ac partes, varijs sumptibus & expensis defatigent, confictis quibusdam falsis causis, & imaginarijs suspitionibus, huiusmodi causas, à Reuerēdissimo Moderno Archipresbytero forte auocare curarent, Idcirco ad preces præfatorum Canonicorum ac Capituli & Capellanorū placeat eidem R. Moderno Archipresbytero committere & mandare vt in omnibus causis supradictis, iuxta tenorem præinsertæ in omnibus firmę remanentis, perinde ac si absque illorum verborum insertione, videlicet (& quod literæ sub plumbo expediantur,) signata foret procedere, illasque expedire & terminare, possit & valeat; Necnon concedere, vt præmissarum causarum auocationes, à prædicto Reuerendissimo Moderno Archipresbytero, seu aliquo ex eius successoribus (si illas forsan fieri contigerit) sint nullius roboris & momenti nisi de præmissis omnibus & singulis, in præinserta contentis

Hęc verba (& literæ expediātur sub plumbo) decreuit Pont. haberi pro nonappositis ut habes mox infra.

Dicitur hic (primus fit) quia hic Pontifex, primo has causas commisit Cardinali de Cæsis, & deinde Cardinali Farnesio sed primā commissionem hic non habes vt notaui sup. in prin.

Declaratio, quod præinserta dicat signata absq; illis verbis (& quod literæ &c.)

eorumque toto tenore, de verbo ad verbum, & non per clausulas generales, nec etiam derogatias, & derogatoriarum derogatorias, specialis & indiuidua mentio facta ac manu S. V. per Fiat & Motu proprio, specialiter signata fuerit, & ipso R. D. Archipresbitero, & prædictis Canonicis specialiter citatis. Præmissis, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat. A.

Facultas procedendi etiam in causis obligationum in forma Cameræ, & ferijs non obstantibus ac etiam iuxta facultates A. C.

A. C. facultates habes su. fol. 238 in Leon. x. const. 33. & fol. 377 in huius Pont. const. 65.

PATER Clementissime. Cum ex tenore primo loco præinsertæ manifeste dignosci videatur, etiam causæ instrumentales, seu quæ ex obligationibus etiam in forma Cameræ exoriri possunt, in eadem præinserta inclusæ, seu comprehensæ censeantur, attamen vt omnis penitus dubietas tollatur, & ne etiam causarum huiusmodi, præsertim censualium aut alias supradictæ Ecclesiæ interesse tangentium, propter superuenientiã quandocumque feriarum expeditio retardetur, supplicant humiliter oratores prædicti, quatenus prædicto R. Moderno Archipresbytero siue eius subdelegato, comittere & mandare, vt in causis huiusmodi, respectiue, iuxta formam primæ præinserta, ac etiam secundum facultates in similibus A. C. concessas, singulis diebus etiam feriatis præterquam in honoré Dei, perinde procedere, illasque terminare & decidere, prout ac si de eisdem, in eadem primo præinserta, specialis mentio facta foret, possit, & valeat: Et si alicui altero Iudici per eandem S. V. in secunda instatia contra oratores, causa alicuius prætensæ appellationis commissa foret, de & super rebus & bonis ad dictã Ecclesiam spectant. tunc etiam, vt supradictus ferijs non obstantibus, ad expeditionem causæ & causarum huiusmodi, procedi possit, quemadmodum ante indictionem dictarum feriarum, procedi potuisset. Et ne causarum locorum dependentium a dicta Basilica expeditio retardetur, ad Ecclesias etiam SS. Potentianæ & Eufemiæ, supradicto Archipresbyteratui vnitas, & accessorias, necnon ad omnes habitatores existentes in Franco supradictæ Ecclesiæ, qui ex causa huiusmodi & ob eorum paupertatem certis exemptionibus perfruuntur, vt ab expensis & litium anfractibus subleuentur, tanquam illius membra dependentia, porrigatur & extendatur, concedere & largiri dignetur. Non obstantibus præmissis, alias in omnibus firmis remanentibus, prædictisq; obligationibus iuratis, & in forma Cameræ celebratis, ferijs indictis & etiam indicendis, & cæteris alijs in contrarium facien. quibuscumque. Et quod super præmissis omnibus & singulis literæ sub plumbo expediri possint. Statum & merita causarum & omnium ac singulorum præmissorum, nomina & cognomina Iudicium & colligirantiũ, obligationum formas, causas, bona, resignationes, confirmation. dictorũ bonorum, omniumq; aliorum hic de necessitate exprimen. tenores pro sufficienter expressis haben.

Iudices quibus causa appellationum contra Canonicos &c committuntur, ferijs non obstantibus procedere possunt.

Facultates & Priuilegia extenduntur ad Ecclesias SS. Potentianæ & Eufemiæ, ac etiã ad habitatores Franci Basilicæ S. Mariæ Maioris.

De Mandato D. N. Papæ idem R. D. Cardinalis & alij Iudices procedant vt petitur ferijs non obstantibus.

Placet. A.

Clausulæ derogatoriæ.

BEATISSIME Pater. Quamuis credatur quod R. D. Guido Ascanius qui nunc supradictæ Basilicæ Archipresbyter existit, in vino præinsertæ quo ad omnia & singula, etiam Iudicia executiua, prout poterat prædictus R. Cardinalis Farnesius procedere facere & exequi possit, tamen vt omnis hæsitatio & dubietas tollatur, & vt ne magis suo, quam R. Cardinales Farnesij tempore, tam canonici & Capitulum, quam omnes alij & singuli oratores prædicti, per diuersa Tribunalia distrahantur, Sãctitati Vestræ humiliter supplicant oratores prædicti, quatenus, eidem R. D. Guidoni Ascanio moderno Archipresbytero committere & mandare dignetur, vt in omnibus & singulis supradictis, & omnibus & per omnia, perinde ac si eædem præinsertæ sibi directæ, ac per Dominationem suam Reuerendissimam impetratæ fuissent, partibus iustitiam ministrando procedat contra quoscumque, quomodolibet priuilegiatos, & exemptos etiam Religiosos, ac etiam tam ratione Beneficiorum & censuum, quam pensionum & responsionum vini ad Oratores respectiue quomodolibet spectan. & pertinen. ac alia quacunque occasione vel causa, etiam si de eorum totis tenoribus hic habenda foret mentio specialis. Cum potestate citandi & inhibendi, necnon à censuris & pœnis Ecclesiasticis quatenus oportuerit, absoluendi, Pœnitentiarios etiam ad audiendum confessiones, sufficientes & idoneos, ac timoratæ conscientiæ, supradictæ Basilicæ deputandi, alios etiam si in illa de præsenti existerent, pro vt sibi videbitur amouendi, & expellendi, omniaque alia & singula faciendi, exercendi, & exequendi in præmissis necessaria & opportuna. Non obstantibus præmissis, constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, priuilegijs, & exemptionibus, cum quibuscumque clausulis, etiam fortissimis, & derogatoriarum derogatorijs, etiam in vim Motus proprij, seu alias quomodolibet concessis cæterisque alijs quibuscunque. Et quod super præmissos omnibus eo singulis, literæ sub plumbo vt supra expediri possint.

Hic Guido Ascanius erat Diaconus Cardinalis S. Eustachij, ex Familia Sforzia, cognomento de S. Flora, & etiam Camerarius.

Facultas Archipresbyteri procedendi in causis Capituli &c. extenditurque contra quoscunque Religiosos & Priuilegiatos.

Clausula derogatoria.

De mandato D. N. Papæ, audiat Idem R. D. Cardinalis, citet, absoluat, deputet, & procedat vt petitur.

Placet. A.

LXXII.

Donat Fabricæ Basilicæ S. Petri de Vrbe, Flumen Anienis nuncupatum il Teuerone, vna cum eius Ripis, limitibus, lignaminibus & Arboribus, Et etiam omnes Minerias Triuertinorum & lapidum ac puteolanæ spectantes ad Reuerendam Cameram Apostolicam.

De Materia Fabricæ habes etiam sup. const. 68. & seq. vbi not. & de Minerijs lapidum habes etiam in const. seq. 2.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

INTER alias multiplices curas, quibus a tempore assumptionis nostræ ad summũ apostolatus apicem curæ illi potissimum continue intenti fuimus, vt dante domino Fabricam Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe a fœ. re. Iulio Papa II. prædecessore nostro inchoaram, & quam idem Iulius, necnon Leo x. Adrianus xj. & Clemens vij. etiam Ro. Pontifices prædecessores nostri morte præuenti & varijs obstantibus impedimentis perficere non potuerunt, omni conatu, & totis viribus nostris aggrederemur. Cum itaque nuperrime venerabilibus fratribus Paulo Iouio Nucerino, Francisco Pallauicinio Alerien. & Philippo Archinto Burgi Sancti Sepulchri Episcopis, ac dilecto etiam filio Raphaeli de Casalibus eiusdem Fabricæ præfectis & deputatis opus fabricæ huiusmodi aggrediendum commiserimus, ipsique opus Fabricæ huiusmodi aggredien-

Iul. 2. inchoauit Fabricam Basilicæ S. Petri, vt supra fol. 292. in Clem. 7. const. 8. admonet.

Nomina deputatorum Fabricæ.

gredendum commiſſerimus, ipſique opus Fabricæ huiuſmodi aggredi inceperint, & vt illud cum minoribus impenſis proſequi, & vſque ad finem perducere poſsint, exiſtimauimus non modo ipſi Fabricæ ſed etiam cæteris ędificare volentibus, valde vtile & commodum eſſe, ſi flumen Anienis alias il Teuerone hodie innauigabile effectum, per quod tempore Iulij prædeceſſoris præfati quia nauigabile effectum fuerat, multa ad vſum dictæ Fabricæ neceſſaria, ad vrbem conduci ſolebant, cum alijs iuribus noſtris & Cameræ apoſtolicæ ad vſum fabricandi pertinentibus, eidem Fabricæ concedamus. Quare tam dictæ Fabricæ quam publicæ vtilitati & commoditati prouidere volen, motu ſimili & ex certa ſcientia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eidem Fabricæ illiuſque præfectis & deputatis prædictis & pro tempore exiſtentibus ad commodum & vtilitatem dictæ fabricæ præfatum flumen Anienis inchoando a ponte Lucano prope & extra ciuitatem noſtram Tyburis vſque ad illius fauces, & illius introitum in Tyberim cum omnibus & ſingulis eiuſdem fluminis Anienis & in dicto flumine ac illius rupis & limitibus vtriuſque lateris exiſtẽtibus lignaminibus & arboribus, Nec non omnes & ſingulas excauationes ſiue minerias Triuertinorum & lapidũ cuiuſcũq; generis ac puteolanæ nobis & Cameræ apoſtolicæ pertinentes & quomodolibet ſpectantes harum ſerie gratioſe libereque abſolute & irreuocabiliter in perpetuum damus donamus concedimus & aſsignamus: Dantes & concedentes eidem Fabricæ & pro ea præfectis & deputatis prædictis plenam & omnimodam facultatem poteſtatem & auctoritatem flumen ipſum a dicto põte & vſque ad Tyberim pro eo nauigabili efficiendo ſumptibus dictæ fabricæ purgandum & mundandum, ac arbores cuiuſcunque generis & lignamina incidendum excauandum purgarique & incidi faciendum; Necnon quibuſcunque locis publicis & minerijs prædictis nobis ante hanc donationem & Cameræ apoſtolicæ ſpectantibus ad eorum libitum in vtilitatẽ dictæ fabricæ vtendi, ac in eis lapides & alia neceſſaria & ad dictam fabricam apta fodendum & excauandum, ac per dictum flumen Anienis conducendum & nauigandum ac omnia & ſingula præfata ad commodum & vtilitatem dictæ fabricæ conuertendum: Et inſuper quia ad flumen ipſum nauigandum neceſſarius eſt tranſitus per poſſeſsiones & prædia eidem flumini conuicina & adhærentia quæ etiã plena lignis exiſtunt & mundatione & extirpatione indigent & niſi mundentur expẽſe ad mundandum flumen prædictum fruſtratoriæ eſſent, quare deſuper opportune prouidere volentes, motu ſcientia & poteſtate ſimilibus omnibus & ſingulis hominibus & perſonis eccleſiaſticis quam ſecularibus quocunque nomine nuncupatis poſſeſsionum & prædiorum prædictorum dominis & arrendatoribus, ac poſſeſſoribus per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus infra terminum octo dierum a die publicationis præſentium inchoandum compareant coram præfatis deputatis & coram eis ſe obligent deſuperque fideiuſsionem præſtent, de mundando eorum poſſeſsiones & prædia præfata præfato flumini Anienis conuicina & adhærentia per quatuor cannas extra Ripa vtriuſque lateris a dicto ponte Lucano vſque ad Tyberim infra terminum eorum arbitrio præfigendum & ſub certa pœna per eos imponenda & fabricæ applican. quo termino elapſo niſi comparuerint ſeque vt præfertur minime obligauerint, & fideiuſsionem præſtiterint, liceat eiſdem deputatis poſſeſsiones & prædia prædicta per dictas quattuor cannas mundari facere, & omnia ligna incidenda, ſeu excauanda dictæ fabricæ applicare prout nos exnunc in dictum euentum applicamus, ſi vero comparuerint ſeque obligauerint & fideiuſsionem præſtiterint, vt præfertur, in termino vero eis præfixo non mundauerint, tunc contra eos ad executionem dictæ pœnæ, necnon ad mundationem poſſeſsionum & prædiorum prædictorum pro dicta Fabrica deputati ipſi procedant, & ad liberum tranſitum reducant quorumquidem prædiorum & poſſeſsionum vſum tantum ad effectũ prædictum per dictas quattuor cannas eidem Fabricæ & illis deputatis agentibus & miniſtris concedimus. Mãdan. omnibus & ſingulis hominibus & perſonis prædictis poſſeſsionum & prædiorum prædictorum dominis & patronis ac arrendatoribus & poſſeſſoribus quatenus ſub dictis pœnis obſeruent, architectoſque conductores & miniſtros ac agentes dictæ Fabricæ præmiſſa executioni mandare, ac per eorum poſſeſsiones & prædicta prædia libere pertranſire cum animalibus & vehiculis vel ſine permittant. Dilecto vero filio Guid. Aſca. Sfor. Sanctorũ Viti & Modeſti Diacono Cardinali noſtro, & Sanctæ Roman. Eccleſiæ Camerario, ac Theſaurario & Præſidentibus & Clericis Cameræ Apoſtolicæ quatenus & eiſdẽ deputatis in præmiſsis & quolibet prædictorum faueant & aſsiſtant, Contradictores quoſlibet auctoritate noſtra ſub cenſuris & aliis eorum arbitrio imponen. pœnis compeſcendo, inuocato ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, & nihilominus deputatis prædictis omnimodam iuriſdictionem circa præmiſſa prout in reliquis negotiis dictæ Fabricæ habent harum ſerie concedimus. Non obſtan. conſtitution. & ordination. priuilegiis quoque & indultis ac literis apoſtolicis quibuſcunque conceſsis cæteriſque cõtrariis quibuſcunque, Volumus autem quòd præſentiũ ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra regula contraria non obſtan. Et vt præmiſſa omnia melius omnibus innoteſcant, iubemus præſentes per vrbem ſolitis locis præconis voce ſolemniter publicari, & publicatio huiuſdi omnes, & ſingulos præfatos arctet, ac ſi præſentes eis quarum copiis, & ſigillo dictæ Fabricæ ſigillatis fidem adhiberi volumus, ac ſi perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Donat Fabricæ flumen Anienis cum eius Rupis & limitibus, lignaminibus & arboribus, & etiã Minerias lapidũ Puteolanæ.

Ad illud de Minerijs vide etiã in conſt. ſeq.

Deputatiſque facultatẽ concedit purgãdi dictum Flumen, vt nauigabile efficiatur.

Et vtendi Minerijs Cameræ apo.

Dominis & poſſeſſores prædiorum, flumini adhærentiũ. per quatuor cannas extra Ripam eorũ poſſeſsiones mundare debere iubet.

Executores illius conſt.

Clauſula derogatoria.

Fiat Motu proprio. A.

Et quod præſentis conceſsionis ſufficiat ſola ſignatura. Fiat. A.

L X X I I I.

Facultatem & licentiam concedit Deputatis Fabricæ Baſilicæ S. Petri de Vrbe, effodi faciendi pro vſu Fabricę, quoſcunque lapides Marmoreos, vel Triuertinos. Et licentias aliis quibuſcunque conceſſas reuocat.

De hoc habes etiam in conſt. præced.

PAVLVS Papa III. Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

VT Fabrica Principis Apoſtolorum almæ Vrbis noſtræ, quam nuper per dilectos filios præfectos, & deputatos eiuſdem Fabricæ ſumma diligentia aggredi fecimus, & quam deputati ipſi omni conatu proſequuntur, in quantum poſſumus ad optatum finem perduci poſsit, & pro qua perficienda, ac ornamentis lapideis,

Cauſa illius eſt.

deis,& marmoreis decorãda, per vniuersam vrbẽ prædictã, & alia loca extra eã lapides triuertinos nũcupatos, ac marmoreos quibus dicta Fabrica eget perquiri,& excauari,ac effodi facere cogimur. Quare præmissis prouidere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine quascunque licentias,& facultates effodiendi,& excauandi lapides huiusmodi tam in alma Vrbe quam extra eam,& in locis publicis,& ecclesiasticis quibusuis personis cuiuscunque status,gradus,ordinis dignitatis, & conditionis fuerint, etiam vniuersitatibus,& religiosis ac etiam Magistris stratarũ Vrbis tam per nos, & prædecessores nostros Ro. Pont. quam Camerã apostolicam hactenus concessas harum serie reuocantes,& ab eis amouentes, & abdicantes, præfatis deputatis dictæ Fabricæ,vt per se vel alium, seu alios in quibuscunque locis tam publicis quam ecclesiasticis,tam in alma Vrbe quam extra eam lapides tam marmoreos quam triuertinos etiam colũnas, & alterius cuiuscunque generis ad vsum & vtilitatem dictæ fabricæ libere,& licite effodere,excauare,ac effodi, & excauari facere possint,& valeant liberam & omnimodam concedimus facultatem, & auctoritatem,quibuscunque personis prædictis, & aliis ad quorum notitiam præsentes literæ peruenerint districtæ percipiendo mandantes ac expresse inhibentes ne de cætero etiam sub prætextu licentiarum, & facultatum prædictarum, vt præfertur concessarum,seu in posterum durante dicta fabrica,etiam per nos, aut successores nostros Ro. Pont. & dictam Cameram concedendarum absque expressa licentia dictorum deputatorum lapides huiusmodi effodere & excauare,aut effodi, & excauari facere sub indignationis nostræ, ac excommunicationis latæ sententiæ & mille duc.auri dictæ Fabricæ applicandorum audeant vel præsumant. Quinimmo si quos lapides cuiusuis generis fuerint qui in locis publicis & ecclesiasticis prædictis, ac etiam priuatis hactenus excauati, & nondum in aliquo opere positi,nec adhuc venditi fuerint,sed illorum domini & patroni si illos vendere intendant, non nisi prius eisdem deputatis requisitis vendere possint. Et si deputati ipsi lapides huiusmodi emere voluerint, domini & patroni huiusmodi pro rationabili precio per æstimatorem dictæ Fabricæ quoad lapides in locis publicis & ecclesiasticis effossos & excauatos, quo vero ad illos qui in locis priuatis excauati fuerint, pro concurrenti precio per duos viros communiter eligendos declarando, ipsis deputatis vendere teneantur. Mandantes dictis deputatis vt omnes & singulos contradictores & alios quomodolibet contrauenientes pœnis prædictis, & aliis de quibus eis videbitur afficiant,& ad illarum effectualem executionem procedant; Dilectis vero filiis Præsidentibus,& Clericis Cameræ Apostolicæ,vt præmissa omnia & singula per quoscunque ad quos quomodolibet spectat,quoties pro parte deputatorum prædictorum requisiti fuerint,obseruari mandent, & faciant,ac eisdem in præmissis faueant & assistant,consiliumque,auxilium & fauorem præstent, Irritum, & inane quicquid contra præsentium tenorem quomodolibet attentatum siue innouatum fuerit. Non obstan. præmissis,necnon constitutionibus & ordinationibus Apostolicis,priuilegiis quoque & indultis,ac literis Apostolicis,etiam Cameræ nostræ Apostolicæ,ac Populo Romano,& Magistris stratarum Vrbis,tam in genere quam in specie,etiam sub quacunque verborum forma quomodolibet concessis,confirmatis,& innouatis,statutis quoque, ac nouis reformationibus,& consuetudinibus dictæ Vrbis, quibus illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes,hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et vt præmissa omnia,& singula ad omnium notitiam deducantur,volumus,ac auctoritate, & tenore prædictis eisdẽ deputatis mandamus, quatenus præsentes per publica bannimenta per Vrbem publicari faciant,quæ sic publicatæ siue earum copiæ etiam impressæ, & per Secretarium dictæ Fabricæ subscriptæ,ac sigillo eiusdem Fabricæ munitæ in locis publicis solitis,& consuetis ipsius vrbis affixæ omnes & singulos ligent,ac si præsentes originales eisdem personaliter præsentatæ,& intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris Die 22.Iulij Millesimo quingentesimo quadragesimo,Pontificatus nostri anno Sexto.

Reuocatio licentiarum effodiendi lapides quibuscunque personis & etiam Magistris stratarũ concessarum.

Deputati Fabr. possunt effodi facere in quibuscunque locis quoscunque lapides tam marmoreos quam Triuertinos.

Lapides effossi in locis publicis & eccles. & in locis priuatis vẽdantur Deputatis vt hic.

Facultas Deputatorũ contra inobedientes.

Defensores deputatorum.

Decretũ irritans.

Clausula derogatoria.

Hæc const. ligat post publicationem.

Blosius.

LXXIV.

Casalia & alia prædia Rustica, in Vrbe & eius districtu existentia, & ad Pia loca Vrbis spectantia, nouis Colonis, meliori cum conditione affictari & locari possunt, antiquis non requisitis, & inuitis.

De locationibus autem & alienationibus Bonorum Ecclesiasticorum habes inf. in Pauli 4. constit. 2. Iniunctum & Pij IIII. constit. 124. Apostolicæ, & ibi not.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

SI Diffusis per orbem terrarũ ecclesijs, monasterijs, & piis locis, apostolica nos decet prouisione consulere,ampliori sollicitudine ecclesiis,monasterijs,& piis locis in Vrbe, & eius districtu cõstitutis, quorum cura strictiori iure nobis imminere dignoscitur, nos conuenit prouidere, ac illorum necnon eis præsidentium,& in eis diuinis obsequiis mancipatarum personarum, exacisis ab eis contentiosum dispendiis iugiter intendere. Sane,cum sicut accepimus,licet tam venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam Ostiensis & Portuensis Episcopi Cathedralium,ac Presbyteri, & Diaconi basilicæ principis Apostolorum,& S.Ioannis Lateranensis,ac beatæ Mariæ Maioris Archipresbyteratuum, necnon aliarum ecclesiarũ quibus præsunt titulorum,& diaconiarum,quam dilecti filij ipsarum basilicæ principis Apostolorum,& S.Ioannis, ac aliarum ecclesiarum prædictarum Capitula, necnon vniuersorum Monasteriorum quorumuis ordinum Abbates,& Conuentus,aliique Clerici sæculares beneficia ecclesiastica cum cura,& sine cura,in Vrbe consistẽtia obtinentes,ac piorum locorum Rectores,Gubernatores,siue Administratores, tenutas, siue casalia, & alia prædia rustica ad ecclesias archipresbyteratus,titulos,& diaconias,necnon monasteria,& mensas,tam Capitulares,quã Conuentuales,ac alia beneficia,& pia loca ipsius Vrbis spectantia,etiam ad longum tempus,vel alias pro annuis affictibus,siue responsionibus arrendari,seu in affictum concedi,vel locari solita,antiquis, siue tunc instantibus illorum Colonis,aut Inquilinis, vel alias ea tenentibus non interpellatis, siue requisitis aliis nouis Inquilinis, Colonis,siue alias nouiter conducere volentibus,cum pactis,& conditionibus de & pro quibus suæ ac ecclesiæ

Administratores piorũ locorũ colonis non requisitis,& etiã inuitis Casalia & prædia aliis colonis locabant.

ac ecclesiarum, mensarum, archipresbyteratuum, titulorum, beneficiorum, & piorum locorum prædictorum cõditionem efficere possint meliorem, arrendare, & locare, ac in affictum, & alias concedere consueuerint: ac arrendationes, locationes, & concessiones huiusmodi, etiam insciis, immo etiam inuitis antiquis Colonis, siue Inquilinis effectum habuerint, & sortitæ fuerint: Nihilominus a nonnullis dicatur prætendi, & asseri arrendationes, siue locationes, & in affictum concessiones, de tenutis, siue casalibus, & prædiis prædictis antiquis, siue tũc instantibus Colonis, vel Inquilinis, & alias tenentibus prædictis non requisitis factas non solum nullas, & inualidas existere, sed prout in palatiis, & domibus ipsius Vrbis, & aliis prædiis vrbanis receptum, siue statutum esse dicitur, hoc etiam in ipsis tenutis, seu casalibus, & prædiis, obseruari solitum esse, & obseruari debere, videlicet quod tales nouæ arrendationes, siue locationes, & in affictum concessiones, eisdem nouis Inquilinis, siue Colonis non interpellatis, siue requisitis antiquis, siue tunc instantibus Colonis, siue Inquilinis factæ pro eisdem pretiis, pactis, & conditionibus, eis illa acceptantibus, & habere volentibus, antiquis Colonis, vel Inquilinis censeantur, & intelligantur factæ. Ac propterea etiam super arrendationibus, siue locationibus, & concessionibus huiusmodi, nouis Inquilinis factis dictis antiquis non interpellatis, inter ipsos antiquos, & nouos Colonos, siue Inquilinos, seu Conductores quæstiones quandoque exortæ fuerint, & indies oriantur, ac in futurum maiores oriri formidentur: Nos quæstionum huiusmodi materiam succindere, & penitus amputare volentes, ea certa nostra scientia, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, pro potioris cautelæ suffragio, auctoritate apostolica, tenore præsentium, statuimus, & ordinamus, quod de cætero tam ipsi Episcopi, & alij presbyteri, ac Diaconi Cardinales, quam Abbates, & alii ecclesiarum Prælati, necnon quarumcunque ecclesiarum Capitula, & quorumuis ordinum Monasteriorum Vrbis huiusmodi, etiam conuentus, & Clerici in eadẽ Vrbe beneficia ecclesiastica obtinentes, necnon piorum locorum Rectores, & Administratores de tenutis, casalibus, prædiis, & aliis immobilibus bonis, & prædiis rusticis in dictæ Vrbis territorio, seu districtu existentibus antiquis Colonis, siue Inquilinis vel aliis ea tenentibus non requisitis, nec interpellatis, nouos arrendatores, seu concessiones, & in affictum locationes, nouis affictuariis, siue conductoribus, & habere volentibus pro pretio, & cum pactis, siue conditionibus de hac, pro quo vel quibus suam & ecclesiarum, mensarum, monasteriorum, archipresbyteratuum, titulorum, diaconiarum, beneficiorum prædictorum, conditionem efficere potuerit meliorem ad annum, vel aliud tempus, ita tamen, quod si agatur de maiori tempore quo ea dispositione iuris, vel fa. cris constitutionibus concedatur, licentia desuper a sede apostolica habeatur, dare, & cõcedere, ipsosque nouos affictuarios, siue conductores capere, recipere, & habere, ac assequi posse, nec nouæ arrendationes, concessiones, & locationes huiusmodi ipsis antiquis, siue tunc instantibus Colonis, aut Inquilinis, vel tenentibus, censeantur, vel sint factæ, sed ipsi antiqui Coloni, siue Inquilini, & alii tentores, finitis temporibus suarum arrendationum, siue locationum, & concessionum a tenutis, siue casalibus, & aliis prædictis, sint ipso facto omnino exclusi. Decernentes irritum & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter vel ignoranter contigerit attentari. Ac volentes præsentes, vt illæ omnibus innotescant, in acie Campi Floræ, & basilicæ principis Apostolorum, ac ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis prædictarum, necnon Cancellariæ apostolicæ valuis, per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, ac omnes & singulos arctare, & afficere, ac si eis singulariter, & personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisque cõtrariis quibuscunque. Nulli ergo &c. statuti, ordinationis, decreti, & voluntatis infringere &c. Si quis autẽ &c. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo sexto, tertio decimo Calendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Nonnulli tamẽ præsidebat istas locationes esse nul las, arguendo a prædiis Vrbanis ad prædia rustica &c.

Pontifex ideo declarat, de cætero tales locationes fieri posse, habita tamen dispensatione sedis Apo sto. in casibus de iure.

De quo vide etiã inf. Pauli 4. cõs. 2. iunctum.

Decretũ irritans

Forma publ. huc const.

Clausulæ derogatoriæ.

Cadit hæc const. sub anno 2.

LXXV.

Auditorum Rotæ & Palatii Apostolici, exemptio a Gabella Vini.

De Materia Auditorum habes concord. supra fol. 199. in Clem. 7. const. 12. Conuenit.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

ATTENDENTES Continuos labores quos dilecti filii causarum palatii apostolici Auditores, & eorum Locatenentes pro administranda iustitia personis ad sedem apostolicam ex omnibus mundi partibus confluentibus, ac in causis coram eis pro tempore vertentibus iugiter perferunt, ac propterea dignum reputamus vt illis gratiosos fauores & opportuna commoditatis auxilia impendamus. Volentes igitur eos specialibus fauoribus & gratiis prosequi, motu proprio, ac ea certa scientia nostra eisdem Auditoribus & Locatenentibus quos sicut accepimus fe. re. Clemens Papa VII. prædecessor noster inter alia priuilegia illis concessa a solutione & exactione quarumcunq; gabellarum & onerum liberauit et exemit, vt priuilegij huiusmodi plenarium consequantur effectum, quod ipsi & eorum quilibet ad nostrum & apostolicæ sedis beneplacitum singulis annis pro eorum vsu & victu quindecim vegetes cuiuscunque qualitatis vini quandocunque illis placuerit absque alicuius dohanæ seu gabellæ, ac aliorum onerum solutione, ea Ripa seu aliunde percipere et habere libere et licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium de speciali gratia indulgemus, ac licentiam et facultatem concedimus. Mandantes nihilominus modernis ac pro tempore existentibus Camerario nostro, et domus nostræ magistro, ac Clericis Cameræ apostolicæ et dohaneriis, omnibusque et singulis dohanæ nostræ officialibus, ac aliis ad quos quomodolibet spectat in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam si contrafecerint illos eo ipso incurrere volumus, quatenus de cætero in perpetuum, singulis Auditoribus et Locatenentibus prædictis quolibet anno quindecim vegetes vini huiusmodi absque aliqua gabellæ seu dohanæ, ac onerum solutione et gratis quandocunque ab eisdem Auditoribus seu eorum aliquo requisiti fuerint, tradant et tradi faciant nec ab eis aliquid præmissorum occasione exigant seu exigere præsumant, ac illis et eorum cuilibet quoties opportunum fuerit mandata ad id necessaria expediant et expediri faciant, omni mora et exceptione cessantibus, et per eos ad quos spectat sub pœnis etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis obseruari faciant. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus, ac locationibus etiam apostolica auctoritate factis et faciendis statutis et consuetudinibus etiam iuramento etc. roboratis, priuilegijs quoque indultis et litteris apostolicis Camerario, Magistro, dohaneriis, et officialibus, et dohanæ

Exemptio a Gabella vini pro quindecim vegetibus.

Inhibitio contra officiales Gabellæ & alios, ne de super molestentur contrafacientes.

Clausulæ derogatoriæ.

dohanæ huiusmodi ac quibusuis aliis locis, ac personis cuiuscunque conditionis gradus &c. existentibus, etiam motu simili, ac alias sub quibusuis tenoribus & formis &c. concessis & concedendis, quibus latissime extendẽ motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis. Volumus autẽ quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique tam in iudicio quam extra fidem faciat regula contraria nõ obstante. Placet & ita motu proprio mandamus. A.

LXXVI.

Iurisdictio & Facultates Archipresbyteri, & Vicarij Iudicis Canonicorum & Capituli Basilicæ S. Petri de Vrbe

Confirmantur inf. per Pium 4. const. 48. cum sicut accepimus.

Archipresbyter adhuc est Illustriss. & Reuerendiss. Alexander Card. Farnesius, Episcopus Ostiensis, & Collegij Card. Decanus.

Iudex autem est Reuerendiss. D. Io. Ambrosius Fliscus Ianuensis Episcopus Saonensis eiusdem Basilicæ Vicarius.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Dilectus filius Alexander S. Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis Farnesius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, secundum carnem Nepos noster, Archipresbyteratus Principis apostolorum de vrbe tunc certo modo vacan. assecutus fuerit, & nos eidem Alexandro dum alias Archipresbyteratus sanctæ Mariæ Maioris, de Vrbe obtineret, ne Canonici et Capitulum, ac Capellani dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris, pro rebus & negotiis suis & dictæ Ecclesiæ coram diuersis Vrbis Iudicibus litigare & conueniri contingeret, ac laboribus & expensis fatigarentur, omnes & singulas causas tunc præsentes, & futuras, tam contra ipsos quam per ipsos contra quascunque personas, quouis nomine nuncupatas, Collegium Capitulum & vniuersitatem motas & mouen. etiam ciuiles & criminales etiam super quibuscunque pecuniarum summis, censibus canonibus responsionibus etiam instrumentales etiam ex obligationibus in ampliori forma Cameræ apostolicæ orientes, coram quibuscunque Vrbis Iudicibus, & S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & Rotæ Auditoribus ad nos aduocan. illas prædicto Alexandro Card. etiã similiter summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura Iudicij sola facti veritate inspecta & quatenus opus esset extraiudicialiter audien. & deciden. commisissemus prout in aliis diuersis rescriptis etiam Motu proprio &c. manu nostra signatis, quas & illorum tenores totos & compendia ac si de verbo ad verbum præsenti inserta forent pro sufficienter expressis & insertis haberi volumus, ipseque Alexãder Cardinalis & Archipresbyter, in dicta basilica Venerabilem fratrem nostrum Franciscum Sfondratum Vicarium suum constituerit & deputauerit: Nos qui dictam basilicam Sancti Petri & illius Canonicos beneficiatos & Clericos & dictæ Basilicæ proprios Capellanos ac alios in eadem basilica deseruien. non minori dilectione quam prædictam Basilicam S. Mariæ Maioris prosequimur paremque etiam respectum ad dictum Alexandrum Cardinalem & Archipresbyterum haben. omnes & singulas iurisdictiones, potestates, auctoritates, & facultates, sibi alias tamquam de Basilicæ S. Mariæ Maioris Archipresbytero concessas ad eandem Alexandrum Cardinalẽ ad præsens Basilicæ prædictæ Archipresbyterũ suosq; in dicta Basilica successoribus extẽdimus & ampliamus. Et nihilominus motu, & scientia similibus oẽs, & singulas cãs etiã beneficiales prophanas, & mixtas & cõpromissas tam ciuiles quã criminales inter dictos Canonicos & Capitulum ac beneficiatos & clericos atque Capellanos respectiue seu quemcunque eorum ex vna & quascunque personas alias loca collegia vel Vniuersitates, siue inter dictos Capitulum & Canonicos vel eorum quemlibet & beneficiatos clericos seu Capellanos præfatos vel quemcunque eorum coram quibuscunque Iudicibus ordinariis extraordinariis, commissariis, & executoribus etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus, & Locatenen. super quibuscunque rebus bonis & pecuniarum summis verten. & penden. partibus ex altera respectiue ad nos per præsentes auocan. illamque & illas in statu & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, & quas in futurum moueri etiam de nouo contigerit, tam actiue quam passiue per Priores Canonicos Capitulum beneficiatos clericos & capellanos seu eorum quemlibet beneficiatos clericos contra quascunque personas quouis nomine nuncupatos Collegium capitulum & vniuersitatem societates hospitalia & loca quæcunque quantumcunque respectiue priuilegiatos & priuilegiata etiam per prædictos canonicos & capitulum contra beneficiatos clericos Capellanos prædictos super quibuscunque pecuniarũ summis beneficiis ecclesiasticis censibus canonibus responsionibus etiam vinearum rebusque & bonis ad quamcunque summam pecuniarum numerum quantitatem & valorem ascenden. rebusque aliis in actis causæ & causarũ huiusmodi latius deducis, & deducen. & illorum occasione, Cum omnibus & singulis suis inciden. dependen. emergen. annexis & connexis eidem Alexandro Archipresbytero & præfato Vicario necnon eiusdem Alexandro successoribus summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura Iudicii sola facti veritate inspecta & quatenus opus sit executiue etiam manu regia absq; terminis substantialibus & alicuius telæ iudiciariæ obseruatione sine cõfectione registri siue extractus quacũq; appellatione postposita etiã nõ friuola audien. cognoscen. deciden. fineq; debito terminan. tenore præsentium de nouo cõmittimus & mãdamus perpetuis tẽporibus duraturarũ, Cũ potestate dictas partes respectiue & oẽs alios, quos opus sit & sua cõiter vel diuisim interesse putan. in executione citationũ nominan. in Ro. Curia & extra eam etiã per ædictũ publicũ constito summariæ & extraiudicialiter de non tuto accessu citandi ac eisdem omnibus & singulis Iudicibus supradictis, et quibus, et quoties opus fuerit etiam sub cẽsuris ecclesiasticis et pecuniariis pœnis suo arbitrio moderan. et applican. etiam per simile edictum inhiben. et in euẽtum non paritionis pœnas et censuras prædictas dãnabiliter incurrisse, et incidisse declarandi aggrauandi reaggrauandi interdicen. et brachij secularis auxilium inuocan. loco ve sententiæ seu sententiarũ prolatarum, mandatũ et mandata executiua in forma solita et consueta decernendi illudque vel illa et quicquid per eos vel alterum vestrum Iudicatum fuerit exequendi, expensas quascunque taxandi moderandi, in causisque, et omnibus et singulis prædictis vel eorum quolibet seu quolibet præmissorum

Alex. Cardinalis Farnesius alias erat Archipresbyter S. Mariæ Maioris, vt habes supra fo. 483. in cõst. 71. cum sicut.

Et fuit deputatus Iudex Canonicorum & Capituli dictæ Ecclesiæ vrbis not.

Hæc rescripta habes sup. fol. 483.

Postea idẽ Card. Archipresbyteratum Basilicæ S. Petri cõsecutus fuit, & Pontifex ad ipsum easdẽ iurisdictionẽ & facultatem extẽdit.

Conceditque de nouo oẽs exemptiones facultates & Priuilegia.

Facultas procedẽdi summarie &c.

Appellationeq; postposita.

Et in Curia & extra citãdi & inhibendi &c.

missorum etiam singulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi, necnon Canonicos & Capitulum ac beneficiatos clericos, & capellanos prædictos, siue eorum quemlibet a vinculo iuramenti ad effectū agendi, alijsque censuris ecclesiasticis, & pœnis quatenus oportuerit absoluen. omniaque alia, & singula faciendi gerendi & exercendi in præmissis necessaria seu quomodolibet opportuna, Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus apostolicis stylo palatij regula Cancellariæ apostolicæ prohibentis mandata executiua alias quā sub plumbo expediri non posse, nec facultatibus & iurisdictionibus Cardinalibus & quibuscunque Vrbis Iudicibus, sub quauis verborum forma, & regulis vrgentissimis, per nos eisdem concessis, & innouatis, quas etiā & illarum tenores, ac si de verbo ad verbum specialis mentio facta foret pro expressis haben. cæterisque contrarijs quibuscunque. Statum &c. & merita causæ & causarum prædictarum, nominaque & cognomina, qualitates partium, & personarum prædictarum, necnon rerum Collegij & Capituli &c. præmissorumque omnium, & singulorum, ac aliorum de necessitate exprimen. tenores pro insertis, & sufficienter expressis haben. Et quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat. Clausulæ derogatoriæ.

Fiat Motu proprio. A.

Et quod præsentis Motus proprij sola signatura sufficiat & vbique in iudicio, & extra fidem faciat regula cōtraria edita non obstan. & de extensione, & noua commissione, & mandato prædictis, ad vitam prædicti Reuerendiss. Alexandri seu quamdiu Archipresbyteratum Basilicæ S. Petri obtinuerit tantum, & quoad causas criminales citra tamen pœnam sanguinis, & corporum afflictiuum, & quoad causas pendētes inter alias quam ipsius Basilicæ personas, pro rebus Canonicos, & Capitulum, ac beneficiatos S. Petri huiusmodi tangen. duntaxat. Notarius istarū causarum est d. Alexāder de Romaulis Romanus. Vicarius Papæ Notarius, a quo habui hanc const.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Cal. Nouembris anno nono.

LXXVII.

Causæ ciuiles, fisci interesse tangen. in Camera Apost. cognosci debent in quacunque instantia.

Declaratur & ampliatur inf. per Pium 4. const. 44. Cum sicut accepimus.

De materia Fisci ponam concord. inf. in Pij 4. const. 40. Cum sicut.

PAVLVS Papa III. Motu proprio &c.

NON Sine animi molestia accepimus causas feudales, & alias quæ inter Fiscum & priuatum versuntur, per diuersa Tribunalia almæ Vrbis, vigore commissionum specialium, aut alias, nō sine magno Cameræ Apostolicæ, & illius auctoritatis & iurisdictionis præiudicio, passim audiri & terminari, & quia causæ huiusmodi de sui natura in Camera apostolica & non alibi, tractari & diffiniri debent, volentes in præmissis oportune prouidere, nonnullorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, Motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium omnes & singulas causas feudales & alias qualcunque quæ inter Fiscum & priuatum in prima vel vlteriori instantia, in auditorio Rotæ, & coram almæ Vrbis Gubernatore, & Auditore Cameræ, & Senatore, ac alijs tribunalibus dictæ Vrbis, & aliquibus ex Clericis seu Præsidentibus particulariter & instructę pendent, quomodocunque & qualitercunque in petitorio, vel possessorio mero vel mixto introductæ sint, ad nos aduocantes, illas vnà cum quibusuis earum inciden. depen. emergen. annexis & connexis, tam coniunctim, quam diuisim penden. dilecto filio Camerario & Præsidentibus ac Clericis Cameræ apostolicæ per eos more Camerali, & iuxta formam concessionum, indultorum, & priuilegiorum ipsius Cameræ in plena Camera audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. cōmittimus & mandamus. Dantes eis plenam & liberam facultatem & auctoritatem prædictis & alijs quibusuis inhiben. fuerit, in Rom. Cu. & extra eam, etiam sub cen. & pœnis, & quo ad causas similes in futurum extra Cameram committendas, propria eorum auctoritate sine alio nostro mandato, vel signatura, inhiben. & in causis huiusmodi non obstan. quibusuis signaturis & inhibition. hactenus factis & in posterum facien. nisi commissiones in futurum præsentandæ, manu nostra cum præsentium de verbo ad verbum insertione, & illarum derogatione signatæ fuerint, proceden. citan. declaran. aggrauan. reaggrauan. interdictumque ponen. auxiliumque brachij secularis inuocan. cæteraque alia facien. dicen. geren. & exequen. quæ in præmissis, ac circa ea necessaria, seu quomodolibet oportuna fuerint. Non obstantibus præmissis & constitutionibus & ordinationibus apostolicis, clausulis statutis, & consuetudinibus, ac reformation. etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, quibus (illorum tenores causas, & effectus pro expressis & insertis haben. & capitaini ac de verbo ad verbum inseri posse, decernen.) latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. cū clausulis opportunis & consuetis: Volentes præsentium solam signaturam sufficere, & vbique tam in iudicio quā extra fidem facere absq; alia literarum expeditione. seu quod literæ in forma breuis ad perpetuam rei memoriam, cum maiori vera & ampliori specificatione omnium & singulorum præmissorum, & circa ea necessariorum; latissime exten. adeo quod contraria quæcunque penitus & omnino tollantur, & non obstent, De mandato D.N. Papæ audiant præfati Reuerendissimi DD. Cardinalis Camerarius Præsidentes, & Clerici Cameræ, caueant inhibeant, etiam sub cen. procedant, vt petitur, & iustitiam faciant.

Causa fisci in cā. — Auocat causas Fiscum tangen. & quascunq; incidentes, & illas Camerario, & clericis & Cameræ Apostol. cōmittit. — Et dat eis facultatē procedendi in illis causis, non obstan. cōmissionibus extra Cameram. — Clausulę derogatoriæ.

Placet, Motu proprio. A.

LXXVIII.

Familiares, & continui commensales Romani Pontificis, qui intelligantur.

Declaratur hæc const. in const. seq. & per Iul. 3. const. 44. Sanctissimus.

De Priuilegijs autem ipsorum habes sup. fol. 307. in Clem. 7. const. 14. Romani.

SANCTISSIMVS In Christo pater & D.N.D. Paulus diuina prouidentia Papa III. prouide considerans retroactis temporibus pluries dubitatum fuisse an Referendarij & alij Officiales ex palatio apostolico panem habentes, Secretarij apostolici, literarum apostolicarum Scriptores, Cubicularij, Milites sancti Petri, cæterique Officiales Sanctitati suæ, seu Romano Pontifici pro tēpore existenti in eodē Palatio

[illegible]

Panē habētes ex Palatio Pontificis, & alij in Palatio deseruientes, sunt eius veri familiares, & continui commensales.

Quod declaratur in const. seq. & p Iul. 3. const. 44. Sanctissimus.

deseruientes, aut custodiam facientes, fuerint & sint Sanctitatis suæ & Romanorum pro tempore Pontificum veri & indubitati & non per priuilegium familiares & continui commensales, eadem Sanctitas sua huiusmodi ambiguitatem in futurum tollere volens, ex certa scientia declarauit Referendarios & alios Officiales ex dicto Palatio panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolitos, Scutiferos, Secretarios, literarum apostolicarum Scriptores, Cubicularios, ac Milites sancti Petri, reliquosque Officiales eidem Sanctitati suæ & Romano Pontifici pro tempore existenti in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitauerint nec habitent nec forsan habitabunt, nec in Tinello comederint nec comedant nec in futurum forsan comedent, in posterum veros & indubitatos Sanctitatis suæ & Romanorum pro tempore Pontificum, & non per priuilegium nec ficte familiares continuos commensales censeri reputari & esse, ita vt regulis tam editis quam edendis de veris familiaribus & continuis commensalibus suæ Sanctitatis & Romanorum pro tempore Pontificum loquentibus in posterum potiantur & gaudeant, ac eis quoque quoad omnia subiiciantur, etiam ad hoc vt Sanctitas sua & alij Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum & obtinendorum qualitercunque qualificatorum per obitum eorundem in Romana Curia vel extra ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum & collatricum communiter vel diuisim pertinentium prouidere, & de illis disponere libere & licite valeant in omnibus & per omnia ac si Referendarij, Secretarij, Scriptores & alij Officiales huiusmodi, ac deseruientes supradicti in Palatio habitassent, & in Tinello vere & realiter comedissent, Et ita per quoscunque Iudices etiā Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & sacri Palatij apostolici causarum Auditores de cætero iudicari & interpretari debere statuit, sublata eis aliter interpretandi & iudicandi potestate. Decernens irritum & inane &c. Constitutionibus, ordinationibus, & regulis apostolicis, priuilegijs quoque & indultis tam ordinariis collatoribus quam quibuscunque alijs personis cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existen. concessis & cōcedendis, cum quibusuis clausulis derogatoriarum præseruatiuis, restitutiuis, irritatiuis, annullatiuis & alijs decretis, quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Decretū irritans

Clausula derogātoria.

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta constitutio siue declaratio in Cancellaria apostolica Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo quarto, die martis vigesima secunda mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D.N D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. anno primo.

Et ego Laertius vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 331.

LXXIX.

Declaratio præcedentis const. circa Familiares Romani Pontificis.

Aliam Declarationem habes inf. in Iulij III. const. 44. Sanctissimus.

De Priuilegijs autem ipsarum Familiarium, habes sup. fol. 307. in Clem. 7. const. 14. Romani.

SANCTISSIMVS In Christo Pater & dominus noster dominus Paulus diuina prouidentia Papa III. cui dudum postquam vnam constitutionem suam siue Cancellariæ regulam die vigesimasecunda mensis Martij, Pontificatus sui anno primo, in Cancellaria apostolica publicatam, Referendarios, & alios officiales ex palatio apostolico panem habentes, Protonotarios, Auditores Rotæ, Acoluthos, Secretarios, literarum apostolicarum Scriptores, Cubicularios, Scutiferos, & Milites sancti Petri, reliquosque officiales suæ sanctitati, & Romano Pontifici pro tempore existenti in palatio apostolico deseruientes, licet in eodem palatio non habitassent neque tunc, neque forsan in posterum habitarent, vel in Tinello comedissent, nec tunc neque forsan in posterum comederent, veros & indubitatos suos, & Romanorum pro tempore Pontificum, & non per priuilegium, nec ficte familiares continuos commensales censeri, reputari, & esse, ita vt regulis tam editis quam edendis de veris familiaribus, & continuis commensalibus suis, & Romani Pontificis pro tempore disponentibus in posterum potirentur & gauderent, & eis quoad omnia subiicerentur, etiam ad hoc vt sanctitas sua, & alij Romani Pontifices occurrentibus vacationibus beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum, qualitercunque qualificatorum etiam per obitum eorundem in Romana Curia vel extra eam ad collationem, prouisionem præsentationem, seu quāuis aliam dispositionem quorumcunque collatorum & collatricum communiter vel diuisim pertinentium prouidere, ac de illis disponere libere & licite valeant in omnibus & per omnia, perinde ac si Referendarij, & alij officiales, & seruientes prædicti in palatio apostolico habitassent, in Tinello vere & realiter comedissent, perpetuo declarauerat, etiam cum appositione decreti irritantis, inpotuit qualiter inter cæteros in eadē constitutione noīatos Referendarij, & Auditores, Referendariatus & Auditoriatus, ac nonnulli aliorum officiorum quæ obtinebant, ratione, vt singuli de ipsorum collegijs, necnon ex Scriptoribus vnus tanquam Referendarius officium actu exercens, & alius tanquam Decanus antiquitatis, & forsan in alijs collegijs vnus, vel duo, aut forsan plures, & non singuli ipsorum Collegiorum ratione, panem ex palatio apostolico habeant, tamen custodiam non faciunt a nonnullis asserebatur constitutionem prædictam in habentibus panem in palatio, & custodiam facientibus coniunctim locum habere, & effectum sibi vendicare, & non alias nec alio modo procedere: ambiguitatis dubium submouere volens, primo viuæ vocis oraculo declarauit, & decreuit constitutionem ipsam etiam in die publicationis illius intelligi, locumque vēdicare, & procedere posse & debere, siue dicti officiales, vel quicunque alij coniunctim & diuisim panem ex palatio haberent, & necnon eandem custodiam facerent, etiam si ijdem officiales & alij per quorum obitum beneficia, vt præfertur, vacauerint, panem non habuissent, nec in ipso palatio custodiā fecissent, ac beneficia per eosdem officiales & alios, vt præfertur, obtenta per obitum etiam eorundem officialium in dicta Curia vel extra eam vacarēt, & ad collationē, prouisionem,

Tenor const. præcedentis.

Primum dubiū ortum super verbis præcedentis const.

Declaratio primi dubij.

prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & quorumcũque aliorum collatorum & collatricum communiter vel diuisim spectarent, Postea accepit quod pro eo quod de posteriori declaratione huiusmodi alias non apparebat, adhuc aliquibus in dubium reuocaretur, quod cõtingere posset eos quibus de beneficijs huiusmodi per obitũ dictorum officialium, & aliorum sic, vt præfertur, vacantibus, per suam sanctitatem prouisum seu prouideri concessum extitit, aut in futurum prouideri concessum extitit, vel quod prouideretur concedi contingerit, desuper in futurum posse molestari, Motu proprio &c. per aliam suam constitutionem, quam & literas desuper expeditas, etiam quod in eadem Cancellaria lecta & publicata non esset, arctare voluit, sub Dat. decimonono calendas Septembris eiusdẽ pontificatus sui anno secundo, inter alia fidem fecit, & in verbo Romani pontificis attestatus fuit semper suæ incommutabilis mentis fuisse, & tunc esse, quod etiam posterior declaratio huiusmodi, etiam quod aliter in dicta Cancellaria lecta & publicata non foret, ab illius data valeret & ligaret, ac omnibus & singulis quibus de singulis aut pluribus beneficijs prædictis, vt præfertur, prouisum seu prouideri concessum extitit, aut in futurũ prouideri, seu quod prouideatur concessum fuerit suffragaretur etiam in omnibus & per omnia, ac si dicta die vigesima secunda Martij in dicta Cancellaria lecta & publicata fuisset, cum de sic iudicando, & alijs clausulis etiam irritantibus decretis in literis desuper confectis latius continetur, Cum sanctitati suæ etiam nouissime innotuerit ab aliquibus etiam plusquam conueniat sapere volentibus, prætendi constitutionem & declarationem prædictas forsan ad de numero participantes & alios non participantes, præsertim Romanorum Pontificum prædecessorum suorum, & etiam pontificatus sui tempore, etiam per S. R. E. Cardinales, etiam de latere & alios Legatos, siue Nuntios apostolicos, etiam facultatem Legatorum de latere habentes, quorum numerus nimis iam excreuisse asseritur, pro tempore creatos notarios apostolicos supernumerarios nuncupatos, & omnes alios officiales in dicta constitutione nominatos & expressos, qui in eodem palatio forsan non habitant, nec in posterum habitabunt, aut in tinello nunc non comedunt, neque forsan in posterum comedent, minusque sanctitati suæ deseruiunt, neque Romano Pontifici pro tempore existenti in futurum deseruient aut custodiã non faciunt, aut non faciẽt non extendi, neque eosdem comprehendere, neque in illis procedere, aut locum sibi vendicare, ad huiusmodi etiam vlterioris ambiguitatis dubium resecandum, constitutionem regulamque necnon declarationem prædictas etiam cum omnibus & singulis decretis & alijs clausulis quibuscunque in illis respectiue contentis & expressis pro insertis & expressis habens decreuit & declarauit, fidemque indubiam facit & attestatur mentis & intentionis suæ semper fuisse & esse tam a die editionis & publicationis singulorum constitutionum siue regulæ ac declarationis prædictarum quam etiam cuiuslibet ipsarum, tam de numero participantiũ quam nõ participantium notarijs prædictis ac etiam omnibus & singulis alijs officialibus in dicta constitutione siue regula & declaratione vt præfertur, nominatis intelligi, locumque sibi vendicasse, & processisse, ac vendicare, & procedere debere, etiam quod quicumque participantes, & non participantes, notarij alijque omnes, & singuli officiales prædicti in dicta constitutione, siue regula & declaratione quomodolibet nominati, & expressi panem ex palatio non haberent, non habuerint, & non habeant, & custodiam in eo non fecerint, & non faciant, aut aliter suæ sanctitati, & Romano Pontifici pro tempore existẽti in palatio apostolico vel extra aliquo modo non seruierint, neque seruiant, vel alias quomodolibet in palatio apostolico non habitauerint, & non habitent, & custodiam in eo non fecerint, & non faciant, & nihilominus singulas constitutiones, & declarationes prædictas, & ipsarum quamlibet, etiam cum omnibus, & singulis clausulis, & decretis in illis contentis illas pro expressis, & insertis habens, ad quoscunque non participantes notarios per eosdem Romanos Pontifices, & per sanctitatem suam creatos tantum restrinxit, & reduxit, ac restringit, & reducit, illasque minime ad non participantes, & supernumerarios notarios ab eisdem Cardinalibus de latere, & alijs Legatis, & Nuncijs apostolicis, etiam facultatem, & auctoritatem Legati de latere habentibus creatos, in eadem regula siue constitutione, & declaratione nullatenus contineri, nec comprehendi posse nec valere aut debere, ac si specialiter, & indiuidue expressa fuissent, perpetuis futuris temporibus valere, & obseruari debere, Et ita per quoscunque iudices etiam palatij apostolici causarum Auditores & alios quoscunque iudices, etiam in quibuscunque causis etiam pendentibus, & in quibuscunque inter omnes, & singulos iudicari, sententiari, & diffiniri debere statuit, voluit, decreuit, & ordinauit, sublata &c. præsenteque prout moris est in dicta Cancellaria legi, & publicari, & inter alias regulas Cancellariæ, vt moris est, describi, & annotari mandauit.

Secundum dubiũ ortum ob nõ publicationem declarationis. — *Declaratio 2. Dubij.* — *Tertium dubiũ.* — *Declaratio 3. Dubij.* — *Decretũ irritans.*

Placet publicetur & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula siue constitutio Bononiæ in Cancellaria apostolica anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, die Veneris decima octaua Maij.

Pont. supradictus obiit Romæ 4. id. Nouembris 1549. & sepultus fuit Romæ in Basilica S. Petri.

IVLIVS TERTIVS

Tuscus, ex Oppido Montis S. Sabini, Diœcesis Aretinæ, ex Familia de Monte, Coronatus Romæ, viij. Cal. Martii. 1550

I.

De Facultatibus & Authoritate Maioris Pænitentiarii S. R. E.

Pænitentiariæ Officium Reformatum fuit per Pium 4. inf. in eius constitu. 69. In sublimi, & Pium v. const. 85. In omnibus & ibi no.

Pænitentiarius Maior nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Philippus Boncompagnus Bononiensis, Card. S. Sixti.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. RATIONI Congruit & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ apostolicæ super illis confectæ nõ fuerint, suum consequantur effectũ. Dudum siquidẽ postquã a fe. re. Sixto Papa IIII. prædecessore nostro emanauerãt literæ tenoris subsequentis; Sixtus Episc. seruus seruorum, Dei ad perpetuã rei mem. Quoniã

Tenor constit. Six 4.

nonnulli iniquitatis filii elationis & pertinaciæ suæ spiritu assumpto potestatem Maioris Pœnitentiarii nostri per longissima tempora toti orbi notam, & a cunctis fidelibus inuiolabiliter obseruatam in dubium reuocare, & literis sub eius nomine per officium Pœnitentiariæ nostræ pro tempore expeditis contumaciter se opponere, illisque detrahere præsumunt, decet nos aduersus tales ea adhibere remedia per quæ ipsorum temeritate repressa eiusdem Pœnitentiarij auctoritas, & potestas præseruentur illesæ, illiusque literæ cum personarum illas pro tempore impetrantium quiete, & conscientiæ tranquillitate, semotis quibusuis obstaculis, votiuum sortiantur effectum. Dudum siquidem per nos accepto quod licet vniuerso pene orbi innotesceret inter alia officia Rom. Cu. fuisse dudum officium sacræ Pœnitentiariæ prouide institutum, & in aliquibus ex Maioris Pœnitentiarij illud pro tempore obtinentis literis, quæ ab eo ratione dicti officii pro tempore emanabant, sic contineretur videlicet (Auctoritate D. N. P. cuius Pœnitentiariæ curam gerimus) & in aliis (Auctoritate D. P. & de eius speciali mandato super hoc viuæ vocis oraculo sibi facto) in reliquis vero (dicta auctoritate D. P. & eius speciali, & expresso mandato) ac huiusmodi literis, & assertioni eiusdem Pœnitentiariæ, tam in iudicio quam extra absque eo, quod facultas desuper eidem Pœnitentiario per sedem apostolicam concessa in illis insereretur, fides indubia adhiberi consueuisset, & ab eodem tempore citra Maior Pœnitentiarius pro tempore existens ex ipsius officii stillo dum Episcopus Cardinalis existeret se Episcopum solum non autem Cardinalem nominare solitus esset, prout & reliqui Episcopi Cardinales in eorum literis faciebant, & literæ præfatæ cum antiquo per maiores pœnitentiarios qui pro tempore fuerant adhiberi solito sigillo oblongo in cera rubea & capsa ceræ albæ impresso pendente secundum dicti officii stylum antiquum sigillari, & sic expeditæ debitæ executioni absque vlla contradictione & exceptione mandari, ac ab omnibus in debitam obedientiam haberi essent solitæ. Quia tamen nonnulli iuris interpretes diuersarum partium volẽtes plus sapere quam oporteret, affirmare non erubescebãt, & in dubium reducere, an literis dicti officii cum verbis, & sigillo prædictis iuxta illius stylum approbatum, ac ab omnibus indifferenter seruatum fides esset adhibenda, & illis obedire haberent, affirmãtes assertioni prædictæ maioris Pœnitentiarii super auctoritate sui officii & Papæ speciali & expresso mandato prædictis non esse credendum: & pro eo quia venerabilis frater noster Iulianus Ostiensis olim Sabinensis Episcopus maior Pœnitentiarius noster post promotionem ad Sabinensem translationem ad Ostiensem ecclesias per nos factas de persona sua olim tituli sancti Petri ad vincula presbyter Cardinalis, se non Cardinalem sed Sabinensem prius & post translationem prædictam Ostiensem Episcopum nominabat, literas dicti officii dicto sigillo sigillatas indicæ auctoritatis existere, in dicti officij & eius Pœnitentiariis immo verius apostolicæ auctoritatis contemptum & scandalum plurimorum. Nos tunc prouide attendentes quod maior Pœnitentiarius ordinaria iurisdictione, & auctoritate fungeretur, & propterea in suis literis sicut alii ordinarii sui officii auctoritatem inserere non teneretur, quodque stylus vbilibet præsertim in Romana Curia literarum apostolicarum & aliarum quæ ab ea emanabant in tantum pro lege seruabatur, vt literæ præter stylum expeditæ falsitatis suspicione non carerent, ac volentes huiusmodi insolentium temerariis ausibus obuiare, & eorum quos literæ prædictæ concernebant, conscientiarum paci & tranquillitati, dictique officii honori & immunitati consulere, per alias nostras literas, Motu proprio & ex certa scientia decreuimus, & declarauimus, literis prædictis Pœnitentiariæ, tunc expeditis etiam quoad auctoritatem, & mandatum huiusmodi de quibus in eis fieret mentio, absque vlla auctoritatis & mandati huiusmodi in eis insertione plenam fidem adhiberi debere, & ad id probandum alterius probationis adminiculum non requiri. Mandantes omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus quacunque dignitate, & auctoritate fungentibus, sub excõmunicationis, aliisque censuris, & pœnis tunc expressis quatenus literis prædictis Pœnitentiariæ, secundum dicti officij stylum præfatum tunc expeditis, & quas pro tempore in perpetuũ expediri contingeret, crederent, & obedirent, ac parerent in omnibus & per omnia, perinde ac si in illis maioris Pœnitentiarij pro tempore existẽtis facultas, & potestas sibi a nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tẽpore existẽtibus ac se de prædicta cõcessa, quoad ea quæ in eisdẽ literis Pœnitẽtiariæ continerentur, sufficiens inserta foret, & per literas apostolicas de dicti maioris Pœnitentiarij auctoritate, & et facto speciali & expresso mandato viuæ vocis oraculo huiusmodi constaret, prout in eisdem literis nostris plenius cõtinetur. Cum autẽ sicut nuper non sine animi nostri molestia etiam accepimus, prædicti iuris interpretes, & alij præsumptores, & duræ ceruicis, huiusmodi literas Pœnitentiariæ dicti Pœnitentiarij nostri, necnon decreto, declarationi, & mandato nostris prædictis adhuc obtemperare contumaciter contemnant, ac ore sacrilego publice dicere & allegare non vereantur, literas Pœnitentiariæ huiusmodi solum, & duntaxat in foro cõscientiæ, non autem in foro iudiciali huiusmodi admitti debere, maiorisq; Pœnitentiarij huiusmodi potestatem ad forũ pœnitentiæ, & conscientiæ dũtaxat se extẽdere, & restrictã foræ, ipsumq; maiorẽ Pœnitentiarium licet in casibus iuxta facultatẽ sibi a sede prædicta concessam per se ipsum dispensare, & absoluere valeat, alijs tamen absoluendi, & dispẽsandi, aliasq; facultates sibi concessas per literas suas cõmittere non posse; eis quoq; an literæ quæ per præfatũ officium Pœnitẽtiariæ expediũtur, & expeditæ reperiuntur secundũ antiquum stilũ ipsius officij expeditæ fuerint, & expediantur minime constare, & propterea de earum validitate merito dubitari debere, plusibusq; alijs, ac exquisitis suggestionibus, & cauillationibus prædicti maioris Pœnitentiarii potestatẽ impugnare, & nihilominus eius literæ huiusmodi executioni debitæ demandentur, & personæ quas concernũt illarum votiuum, ac debitum effectum consequi valeant indebite & iniuste impedire, eisdemq; personis contra tenorem literarum prædictarum diuersa alia molestias, ac damna inferre non erubescant, in animarum suarum periculum, ac ipsius Pœnitentiarij, immo verius nostri, & sedis prædictæ contemptum, & vilipendium, ac personarum earum præiudicium non modicum, & grauamen, perniciosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum. Nos tantæ temeritati, & audaciæ, prout nostro incumbit officio, opportunis remedijs occurrere, ac maioris Pœnitentiarii, & officii, personarumque huiusmodi literas præfatas pro tempore expedientium, honori, indemnitati, & securitati consulere volentes; Motu simili non ad ipsius Iuliani Pœnitentiarii, vel alicuius alterius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & voluntate, & ex certa scientia auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus præfatum Iulianum, & pro tempore existentem maiorem Pœnitentiarium huiusmodi nõ solum per se ipsum in casibus iuxta facultates sibi a prædicta sede concessas dispensare, & absoluere, sed absolutiones, & dispensationes Christifidelibus impendendas huiusmodi in diuersis mundi partibus per suas literas alis committere libere, & licite potuisse, & posse, quodq. literæ quæcunq, per officiũ Pœnitentiariæ sub solito sigilo oblongo in cera rubea, & capsa ceræ albæ impressa,

Pœnitentiarius maior literas Officij, expediebat absque insertione facultatũ, cũ assertionibus, & sigillo, ac sub nomine Episcopi, licet esset Cardinalis, vt hic.

Quidam tamen his literis fidem non esse adhibẽdam asserebant.

Ideo Six. 4. per alias eius literas, quas hic non habet, illis plene credendũ esse statuit.

Sed literam asserebant illi, potestatem Pœnitentiarij ad forũ cõscientiæ tantũ se extendere, & ipsum non posse alijs committere facultates, sibi ab Apost. sede concessas.

impressæ pendente hactenus expeditæ, & quæ in posterum expediri continget, iuxta antiquum stilum dicti officij expeditæ intelligantur, nec ad hoc aliud probationis adminiculum requiratur, ipsæq; literæ vt præfertur expeditæ & expediendæ, illæ videlicet quæ forum conscientiæ in foro conscientiæ tantum, & quæ forū contentiosum concernunt, aut in quibus quod in contentioso, aut vtroque foro valeat appositum fuerit, tam in foro iudiciali, & contentioso ecclesiastico & sæculari, quam etiā in foro pœnitentiæ omnimodā fidem faciāt, & valeant illisque stari, & indubitanter credi debeat, ac personis prædictis qui illas impetrarint, & impetrabūt, in vtroq; foro huiusmodi prout eis concessū fuerit plenariè suffragarentur, & valeat. Volentes, ac motu, & sciētia similibus statuētes, quod omnes & singulæ personæ cuiuscunq; dignitatis status, gradus, nobilitatis, & præeminētiæ fuerint, & quacunq; ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeāt, quæ contra tenorē præsentium, ac priorum literarum nostrarum huiusmodi aliquid facere attētauerunt, & præmissis omnibus & singulis in totum, vel in partē non paruerint, omnes & singulas censuras, & pœnas in dictis prioribus literis nostris contentas eo ipso incurrāt. Et insuper vt præmissa omnia, tam in prioribus quā præsentibus literis nostris contenta plenius obseruentur, & contumacia, ac inobedientia illa contemnentiū facilius comprimatur, venerabili fratri moderno & pro tēpore existēti almæ Vrbis in spiritualibus Vicario nostro, & dilecto filio Curiæ causarū Cameræ apostolicæ generali Auditori, etiam pro tempore existenti, Motu scientia & auctoritate similibus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel alter eorum, vbi quando & quotiens super præmissis, vel aliquo præmissorum pro parte cuiuslibet personæ de cuius interesse pro tempore agi contingerit, fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, priores, & præsentes literas, ac omnia & singula in eis contenta solemniter publicantes, illasque, & illa per se, vel alium, seu alios inuiolabiliter obseruari facientes, omnes & singulos quos huiusmodi excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque censuras, & pœnas prædictas incurrisse eis constiterit, in ecclesijs, dū maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, & locis alias publicis de quibus eis videbitur, excommunicatos & sententia huiusmodi irretitos publice nuncient, & faciant nunciari ab alijs, ac ab omnibus arctius euitari, necnō legitimis super iis habendis seruatis processibus, eos & quemlibet eorum quotiens opus fuerit aggrauare, reaggrauare, necnon terras, & loca ad quæ eos & aliquem eorum declinare contigerit, ecclesiastico interdicto supponere, illudque strictissime obseruari facere procurent. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, illis præsertim quibus cauetur ne quis extra suam ciuitatem, vel diœcesim nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede deputati prædicta extra ciuitatem, & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra aliquem procedere, seu alij, vel alijs vices suas committere præsumant, & duabus dietis in Concilio generali editis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis prioribus literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, declarationis, statuti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ. MCCCCLXXXIIII. septimo idus Maij, Pontificatus nostri anno tertiodecimo. LICET, sicut felicis recordationis Paulus Papa III. prædecessor noster acceperat, ab inde citra literæ eiusdem Sixti prædecessoris absque vlla exceptione per vniuersum orbem obseruatæ fuissent, & tunc obseruarentur, & ea quæ a sede apostolica emanasse dignoscebantur, plenam roboris firmitatem obtinerent, cum tamen Romanus Pontifex, illa libenter approbaret, & innouaret, vt ea firmius perpetuo illibata persisterent, & iuxta ipsius Romani Pontificis intentionem, sublatis quibusuis litium, & calumniarum occasionibus suum debitum sortirentur effectum, firmiterque ab omnibus obseruarentur, ac ea firmiora censerentur, quæ apostolicæ confirmationis munimine sæpius corroborarentur, præfatus Paulus sub dat. videlicet tertio nonas Iulij Pontificatus sui anno Quintodecimo, Motu proprio non ad dilecti filij nostri tunc sui Raynutij tituli sancti Angeli presbyteri Cardinalis nostri, tunc sui maioris pœnitentiarij, seu alterius, pro eo eidem prædecessori super eo oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & ex certa scientia sua, ac de apostolicæ potestatis plenitudine decreta, declarationes, mandatum, voluntatem, & statutum, ac cum omnibus & singulis contentis in eis clausulis literas Sixti prædecessoris huiusmodi auctoritate apostolica approbauit, & innouauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & sub eisdem censuris, & pœnis vbilibet obseruari debere, illaque non obseruantes, seu illa aut eorum validitatem, seu præfati Raynutij moderni & pro tempore existentis dictæ sedis maioris Pœnitentiarij super præmissis, aut eorum aliquibus potestatem, seu auctoritatem, vel facultatem in dubium reuocantes, seu eundem Raynutij, & pro tempore existentis maioris Pœnitentiarij, literarum executionem qualitercunque impedientes, aut quominus dictæ literæ iuxta illarum formā, & tenorem debitæ executioni demandarentur, impedimentum, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstantes, prædictas, ac omnes & singulas alias contra impedientes literarum apostolicarum executionem in bulla, quæ quotannis in coena Domini legi consueuit, contentas, & latas sententias, censuras, & pœnas, eo ipso, absque aliqua alia declaratione desuper perficienda, incurrisse, & incurrere debere decreuit, ac declarauit. Et nihilominus potiori pro cautela præmissa omnia, & singula prout per eundem Sixtum prædecessorem declarata, decreta, mandata, & statuta fuerant, eisdem modo & forma, ac motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, de nouo decreuit, declarauit, & statuit, ac sub eisdem censuris, & pœnis, ac inhabilitate, priuatione, & confiscatione obseruari mandauit, Raynutij, & pro tempore existentis maioris pœnitentiarij præfati iuxta stylum prædictam, expeditas literas, quæ clausæ, & confessoribus directæ, in foro conscientiæ tantum, quæ vero aperte & sigillo prædicto, vt præfertur, pendente expeditæ fuerant, & in posterum expedirentur, nisi in eis verba (in foro conscientiæ tantum) apposita essent, in vtroque, tam pœnitentiali, quam iudiciali, & contentioso foro intelligi, & interpretari, ac illis quibus pro tempore concederentur suffragari. Sicque in præmissis omnibus, & singulis, per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & interpretari, atque diffiniri debere, necnon irritum, & inane si secus super iis a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, similiter decreuit, ac declarauit. Non obstantibus præmissis, & quibusuis apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac

patrium

Idro idem Six. 4. contrarium verū esse declarauit, & decreuit

Ad quod vide & hic infra declarationē Paul. 3.

Pœnasq; inobedientibus imponit. Quas ampliauit Paul. 3. vt habes etiam hic infra.

Executores istius const. deputat.

Clausula derogatoria.

Paulus autē III. eius literis (quas hic non posui) confirmauit constit. Six. 4.

Et inobedientibus, ac Pœnitētiarij literarum executionē impedientibus, infligit pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini, contra Impedientes executionē literarum Apost. Quam Bullā videbis inf. in Grego. 13. const. 92. consueuerunt.

Decretum irritans apponit.

Et Clausulas derogatorias.

partium illarum pragmaticis sanctionibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis quibusuis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis concessis, approbatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, idem Paulus prædecessor, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent, pro sufficienter expressis, & insertis habens illis alias in suo robore permansuris, ea vice duntaxat specialiter & expresse derogauit, illaque aduersus præmissa, nullatenus suffragari posse decreuit, necnon omnibus illis quæ idem Sixtus prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Et insuper quia difficile foret literas desuper conficiendas ad singula quæque loca in quibus de eis forsan fides facienda foret deferre, idem Paulus prædecessor voluit, ac motu scientia, & potestatis plenitudine præmissis pariter decreuit, quod earundem literarũ desuper conficiendarum transumptis manu notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ impressione munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus foret, eadem prorsus fides adhiberetur, quæ adhiberetur eisdem desuper conficiendis literis, si forent exhibitæ, vel ostẽsæ. Ne autẽ de approbatione, innouatione, decretis, declarationibus, noua concessione, statuto, mandato, & voluntate Pauli prædecessoris huiusmodi pro eo quod super illis, ipsius Pauli prædecessoris eius superueniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, & ij quorum interest, aut intererit quomodolibet in futurum illorum frustrentur effectu, volumus, & similiter apostolica auctoritate decernimus, quod approbatio innouatio, decreta, declarationes, voluntas, noua concessio, statutum, mandatumque Pauli prædecessoris huiusmodi, perinde a dicta die tertia nona Iulij suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius prædecessoris literæ sub eiusdem diei datæ cõfectæ fuissent, prout superius enarratur, quodque præsentes literæ ad probandum plene approbationem, innouationẽ, decreta, declarationes, nouam concessionem, statutum, mandatum, & voluntatem Pauli prædecessoris huiusmodi vbique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quocirca vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, necnon Metropolitan & aliarum Cathedralium ecclesiarum canonicis, ac modernis & pro tempore existentibus causarum Cameræ Apostolicæ Auditori, & nostro in alma Vrbe & illius districtu Vicario, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarijs, seu officialibus in spiritualibus generalibus, per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte illorum, aut alicuius eorum, quos ipsæ literæ concernunt, & concernent, solemniter publicantes, eisque, & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra omnes & singulos quos præsentes literæ quomodolibet concernunt, & concernent, vt præfertur, illis & in eis contentis quibuscũq; pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eorum aliquem desuper per locorum ordinarios, seu alios quoscũq; quomodolibet indebite molestari, perturbari, & inquietari, contradictores, quoslibet, & rebelles per prædictas, & quascũq; alias sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias illorum arbitrio moderandas, & applicãdas pœnas, aliaq; opportuna iuris remedia appellatione postposita compescẽdo, ac censuras, & pœnas prædictas legitimis super iis habendis seruatis processibus etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, ac mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctũ Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono, octauo Kal. Martij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Literæ tamen Apost. super tali cõfirmatione & decreto Pauli 3. eius superueniẽte obitu, expeditæ non fuerunt.

Hic igitur Pont. approbat const. Pauli 3. & valere decernit.

Executoresq; deputat.

Clausula derogatoria.

II.

Indictio Sancti Iubilei, pro visitantibus Basilicas SS. Petri & Pauli, & S. Ioannis Laterani, ac Beatæ Mariæ Maioris de Vrbe anno. 1550.

De Materia posui concord. supra fol. 94. in Pauli II. const. 9. Ineffabilis.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SI pastores ouium pro gregis sui custodia diu noctuque ad solem, & gelu vigilant, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morsibus deficiat, quanta cura nos qui pastores animarum permissione diuina facti sumus, circumspicere oportet, vt susceptum pastorale officium circa custodiam dominicarum ouium ita exerceamus, quod negligentiæ aut desidiæ argui nequeamus, sed potius vigilem mentis nostræ aciem intendisse dicamur, vt vniuersorum Christifidelium animarum saluti spiritualium gratiarum donis præsertim in sancto Iubilei, ac gaudij, & peccatorum remissionis anno salubriter consuleretur, ipsique Christifideles æterna beatitudinis præmia diuini fauoris suffragante præsidio consequerentur? Dudum si quidem cum fida relatio antiquorum haberet, quod accedentibus ad honorandam principis apostolorum de Vrbe basilicam magnæ concessæ fuerant remissiones & indulgentiæ peccatorum, felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster summo studio salutem appetens fidelium, & attenta cõsideratione recensens, quod per beatissimos christianæ fidei principes Petrum & Paulum, sacrosancta Romana & vniuersalis ecclesia primum susceperat exordium, & euangelium Christi Romæ primum resplendere cœperat, vt ipsi apostolorum principes gregis dominici pastores, & eiusdem ecclesiæ columnæ firmissimæ speciali veneratione, & honorificentia haberentur, ipseque prædecessor fidelibus ipsis incõparabilem salutis thesaurum aperiret, de fratrum suorum cõsilio voluit atque decreuit, quod omnes qui anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo, & quolibet anno centesimo ex tunc secuturo ad ipsorum apostolorum basilicas de Vrbe reuerenter accederent, ipsasque si Romani ad minus triginta, si vero peregrini aut alias externi forent, quindecim continuis vel interpellatis diebus saltem semel in die

Argu. Pontificis.

Bonif. 8. statuit quolibet centesimo anno celebrari iubileũ, & indulgentias concessit visitantibus Basilicas SS. Petri & Pauli.

vere

vere pœnitentes,& confessi personaliter visitarent, suorum omnium peccatorum remissionem,& veniam plenissimam obtinerent. Et deinde similis recordationis Clemens VI. ex præmissis,& nonnullis alijs animum suũ mouentibus causis Indulgentiam antedictam ad annum quinquagesimum prouida consideratione reducens auctoritate apostolica statuit,vt omnes Christifideles qui prædictas basilicas,& Lateranensem ecclesiã de quinquaginta annis in quinquaginta annos certo modo tunc expresso deuote visitarent , eandem peccatorum suorum veniam consequerentur . Ac succesiue piæ me. Gregorius XI.cupiens vt ecclesia beatæ Mariæ maioris de Vrbe cum eisdem basilicis, ac Lateranensi ecclesia priuilegio indulgentiæ huiusmodi decoraretur,ea certa sciẽtia voluit & statuit,ac auctoritate prædicta ordinauit quod quicunque Christifideles indulgentiam prædictam asse qui cuperent,eandem ecclesiam beatæ Mariæ maioris sicuti basilicas,& Lateranensem ecclesiã supradictas visitare deberent, & tenerentur . Et postmodum Vrbanus VI. in sua obedientia nuncupatus prouide considerans quod ætas hominum plus solito in dies laberetur pauciores,& cupiens quamplurimos eiusdem indulgentiæ participes fieri , cum ad annum quinquagesimum propter breuitatẽ vitæ plurimi non peruenirent, vt populorum augeretur deuotio,splenderet fides,& charitas amplius inualesceret , & ex alijs non minoribus causis de fratrũ suorum consilio annum quinquagesimum supradictum ad trigesimum tertium reduxit,& statuit, quod vniuersi fideles vere pœnitentes & confessi,qui in anno a natiuitate eiusdem Domini millesimo tricentesimo nonagesimo,& deinceps perpetuis temporibus de triginta tribus annis in triginta tres annos basilicas, & Lateranen. ac sanctæ Mariæ maioris ecclesias huiusmodi causa deuotionis modo præmisso visitarent , eandem consequerentur remissionem,& veniam peccatorum.Et subsequenter postquam similis memoriæ Martinus V. reductionem Vrbani huiusmodi ratam,& gratam habens,ipsam in sua firmitate persistere , & anno trigesimo tertio supradicto obseruari debere censuerat, & ad effectum deduci anno ingruente prædicto permiserat , recolendæ memoriæ Nicolaus V. eorundem prædecessorum vestigijs inhærendo literas Clementis prædecessoris huiusmodi de fratrum suorum consilio,& apostolicæ potestatis plenitudine innouauit, & approbauit , suique scripti patrocinio communiuit,indixitque,statuit,& ordinauit,vt omnes Christifideles vere pœnitẽtes,& confessi, qui iuxta formam in literis Clementis prædecessoris huiusmodi comprehensã in anno à natiuitate prædicta millesimo quadringẽtesimo quinquagesimo tunc futuro basilicas,& ecclesias antedictas visitarent , vt præfertur omnium peccatorum suorum plenissimam indulgentiam consequerentur. Et deinde paris memoriæ Paulus II.attendens humanæ conditionis fragilem statum ad peccandum procliuem, & ad declinationem velocem , ac peccatis hominum exigentibus crebras pestilentias,frequentes morbos , ac grauissimas Turcarum , & aliorum infidelium aduersus fideles persecutiones,ac plures,& diuersos casus,propter quos admodum pauci remissionum,& indulgentiarum huiusmodi participes fieri poterant,prouideque considerans minime nouum,nec a ratione alienum esse pro qualitate temporum antecessorum prædictorum statuta reduci ad breuioris temporis spatium,maxime pro salute animarum fidelium, ex præmissis,& quibusdam alijs non minoribus causis ad id animum suum inducentibus , annum trigesimum tertium huiusmodi de fratrum suorum consilio , & ipsius potestatis plenitudine ad annum vigesimum quintum auctoritate,& potestate præmissis reduxit, ordinauitque, vt ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus annus Iubileus plenariæ videlicet remissionis, & gratiæ , ac reconciliationis humani generis nostro pijssimo redemptori, cum omnibus,& singulis indulgentijs , & peccatorum remissionibus supradictis,de vigintiquinque annis in vigintiquinque annos cum gratiarum actione, & mentis iucunditate ab omnibus Christifidelibus frequentari,ac etiam celebrari deberet , vtriusque sexus Christifidelibus , qui tunc in anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto incipiẽdo a primis vesperis vigiliæ Natiuitatis prædictæ anni millesimi quadringentesimi septuagesimi quarti,& vt supra finiendo,& deinceps de vigintiquinque annis in vigintiquinque annos basilicas , & ecclesias prædictas aliàs iuxta ordinationem eorundem prædecessorum deuote visitarent,vt præfertur plenissimam omnium peccatorum suorum veniam largiens, ac rogans attente vniuersos fideles,qui rationem veritatis attingere poterant,vt meritorijs operibus peccata sua omni ex parte studerent expiare, vt saltem per hæc media,& largitionem remissionum , & indulgentiarum huiusmodi, quibus Christifideles omnes veluti data manu ad salutem perpetuam inuitarentur,necnon sanctorũ meritis , & intercessionibus adiuti ad æternam mererentur beatitudinem peruenire . Et successiue sanctæ memoriæ Sixtus IV. vniuersorum fidelium animarum saluti pariformiter consulere cupiens , literas Pauli prædecessoris huiusmodi cum illarum de verbo ad verbum insertione per suas literas de simili fratrum suorum consilio innouauit, approbauit,& confirmauit,suique scripti patrocinio communiuit,annumque Iubilei prædictum a vigilia natiuitatis prædictæ anni millesimi quadringentesimi septuagesimi quarti , quoad plenarias indulgentias antedictas a ipsis fidelibus consequendas incipere,& iuxta literarum Pauli prædecessoris huiusmodi continentiam,& tenorem finire,& indulgentias ipsas reuolutis singulis vigintiquinque annis,vim ac vigorem perpetuos obtinere decreuit , ipsasque indulgentias , & peccatorum remissiones ad abundantem cautelam vtriusque sexus fidelibus prædictis iuxta literarum Pauli prædecessoris huiusmodi tenorem etiam de nouo concessit, & elargitus fuit. Et subsequenter similis memoriæ Alexander VI. eorundem prædecessorum vestigijs inhærendo plenissimam dicti anni Iubilei peccatorum remissionem , literasque eorundem prædecessorum suorum desuper emanatas de fratrum suorum consilio approbauit & innouauit. Et postremo felicis commemorationis Clemens Papa VII. Romanus Pontifex etiam prædecessor noster literas Pauli,& Sixti,ac Alexandri prædecessorum huiusmodi eadem auctoritate de fratrum suorum consilio dicta auctoritate apostolica approbauit,& innouauit,annumque Iubilei prædictum a vigilia natiuitatis huiusmodi anni tunc currentis millesimi quingentesimi vigesimi quarti incipere & iuxta literarum Pauli prædecessoris huiusmodi continentiam , & tenorem finire decreuit , & declarauit, prout in diuersis eorundem prædecessorum super præmissis confectis literis plenius continetur . Cum autem similis commemorationis Paulus Papa III. similiter prædecessor noster , dum adueniente præsenti anno literas Pauli,& Sixti prædecessorum huiusmodi de fratrum suorum consilio de quorum numero tunc eramus, approbare,& innouare,ac annum Iubilei huiusmodi publicare intendit,sicuti domino placuit,rebus fuerit humanis exẽptus,Nos qui diuina disponente clementia ipsius Pauli III. successores facti vices Christi licet immeriti gerimus in terris,cupientes cunctos fideles populos nostræ vigilantiæ creditos hoc sacro Iubilei anno indulgentias a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vt præfertur , concessas pro suorum expiatione peccatorum promereri,ac sanctorum precibus , alijsque pijs operibus adiutos sarcina peccatorum deposita sanctorum eorundẽ suffragijs ad indeficientis beatitudinis visionem feliciter peruenire, & volentes ad id soletter intendere,

eorundem

Clemens 6. Iubileum anno quolibet 50. celebrari voluit,& visitari mandauit & Basilicã Lateran.

Greg. 11. statuit etiam visitari Ecclesiam B. Mariæ Maioris.

Vrb. 6. Iubileũ reduxit ad an. 33

Mart. 5. reductionem Vrbani confirmauit.

Nicolaus 5. idem statuit.

Paulus 2. (cuius consti habes sup. fol 94. nu. 9.) Iubileum quolibet anno 25 celebrari voluit.

Six. 4. Idem confirmauit.

Alexan. 6. (cuius consti. habes sup. fol. 241. n. 7.) iussit idẽ seruauit.

Cle. 7. (cuius cõs. habes su. fo. 296 nu. 9. inter) idẽ decreuit.

Paul. 3. annum Iubilei publicare simil. modo volebat sed morte ob.

eorundem prædecessorum vestigijs inhærentes singulas literas Pauli, & Sixti prædecessorum huiusmodi dicta auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, annumque Iubilei prædictum a vigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi proxime præterita incepisse, & iuxta literarum Pauli II. huiusmodi continentiam atque tenorem finire debere decernimus, & declaramus. Et ne propter aliarum indulgentiarum actenus a nobis, seu prædecessoribus nostris emanatarum concessionem populorum concursus ad basilicas beatorum apostolorum Petri & Pauli, qui mortem pro Christi nomine perpessi eius conspectui semper assistunt, & quorum corpora in eisdem basilicis requiescunt, ac Lateranen. & beatæ Mariæ maioris ecclesias prædictas terandentur, aut huius sanctæ remissionis, & gratiæ anni Iubilei celebritas minuatur, & fideles Christi tanti muneris reddantur expertes, omnes & singulas indulgentias plenarias etiā ad instar Iubilei, ac commutandi vota, necnon super eis, & male ablatis incertis, & per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, & componendi, aut illas sub certis modo, & forma remittendi, & deputandi confessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus apostolicæ sedi reseruatis, facultates, concessiones, & indulta a nobis, vel eadem sede, seu illius auctoritate quibuscunque ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, pijs locis, vniuersitatibus, & confraternitatibus quibuslibet tam in perpetuum quam ad certum tempus in vita, seu mortis articulo quouismodo, aut ex quauis causa quomodolibet concessas & concessa, & in posterum forsan concedendas & concedenda, apostolica auctoritate, & tenore prædictis de apostolicæ potestatis plenitudine vsque ad nostrum & eiusdem sedis beneplacitum suspendimus, illasque durante huiusmodi beneplacito suspēsas esse, nec interim alicui suffragari volumus, indulgentijs tamen basilicarum, & ecclesiarum dictæ Vrbis in suo plenario robore duraturis, districtius inhibentes alias quam anni Iubilei huiusmodi Indulgentias in locis publicis vel priuatis prædicari, aut nunciari, seu earum prætextu a quæstoribus aliquid exigi quomodocunque, quæstoresque, & prædicatores quoscunque per locorum ordinarios a prædicationibus, & quæstis huiusmodi faciendis, volumus & mandamus præsentium auctoritate coherceri sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, de quibus eis visum fuerit opportunum. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deduci possint, volumus etiam, & mandamus illas in valuis basilicæ principis apostolorum & ecclesiæ Lateranen. huiusmodi affigi, ac illarum transumptis manu publici notarij inde rogati subscriptis, & sigillo alicuius prælati, siue alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eam prorsus indubiam fidem adhiberi, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, communitionis, decreti, declarationis, suspensionis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono, sexto Calendas Martij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Hic igitur Pontifex Iubileum indixit iuxta literas Pauli 2. & Sixti 4.

Indulgētiis que alijs Pijs locis cōcessas ad beneplacitum suspendit.

Forma publ. huius const.

Blo. el. Fulgin.
R. de sanct. Marsal.

III.

De Curialium & Incolarum Vrbis priuilegijs testandi & aliter disponendi de eorum bonis in Vrbe consistentibus Ac de eorundem success. ab intestato.

Confirmatur hæc const. infra per Pium IIII. constit. 31. Romanus. Vbi ponam Declarationes, ac concord. istius Materiæ.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES vel alma Vrbs nostra, in qua beatus Petrus Apostolorum princeps sibi, & suis in Christo vicariatu successoribus sedem constituit, & ad quam veluti communem omnium fidelium patriam frequens est hominum accessus, spiritualibus fauoribus, & prærogatiuis decoretur, & qui illam pro tempore incolunt, seu Romanam Curiam sequuntur, tam in ijs quæ ad victum hominis pertinent, quam in suorum dispositione bonorum, & post eorum obitum heredes sui in eorūdem bonorum assecutione plena libertate fruantur, & Vrbis decori, ac curiæ prædictarum frequentiæ, necnon Vrbem incolentium, & curiam huiusmodi sequentium indemnitati consulere: Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa scientia nostris plurium Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum qui eandem Vrbem diuersis gratijs, & priuilegijs decorarunt vestigijs inhærendo, gabellam farinæ quæ dudum per fe. re. Clementem VII. imposita, & per Paulum III. Romanos Pontifices prædecessores nostros aucta fuit, ac innouationem, seu nouam impositionem gabellæ contractuum per eundem Paulum prædecessorem cum adiectione certarum pœnarum illam soluere differentes, & mandato vt ab omnibus rigorosissime exigerentur factam, & quæcunque super illis ab eisdem Clemente & Paulo prædecessoribus emanatas literas apostolicas, aut alias desuper confectas scripturas, auctoritate apostolica tenore præsentium, ex certa scientia reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis haberi volumus, ac de cætero farinæ nullatenus, contractuum vero gabellas huiusmodi solum ijs modo, & forma quibus ante dictum Paulum prædecessorē exigi solebat, exigi posse volumus, ipsasque gabellas in posterum per nos aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes innouari, vel de nouo imponi, seu ampliari non posse, & si innouentur, vel de nouo imponantur, aut amplientur, earum innouationes, vel de nouo impositiones, aut ampliationes nullas irritas, & inanes, ac nullius roboris vel momenti fore, & illis non obstantibus gabellas prædictas nullatenus vltra quā, vt præfertur, exigi posse decernimus. Et insuper auctoritate, & tenore præsentiū statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Vrbis incolæ, seu curiā huiusmodi sequentes, cuiuscūq; dignitatis, status, gradus ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel quauis alia ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, si eos in dicta curia, seu eius districtu decedere contigerit, de omnibus & singulis eorum immobilibus, mobilibus, & se mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta vrbe, & eius districtu pro

Clemen. & Pauli 3 constitutionem non ponit, cum Vectigali farinæ quod ille Pontifex imposuit moderata postea impositum, hoc tempore sanctiss. D. N. Greg. 13 sublatum fuerit.

Facultas Curialium disponēdi de eorum bonis in Vrbe consistentibus.

Ad quod videnota infra in Pij 4 const. 31. Romanus.

tempore

tempore consistentibus,& per eos etiam ex fructibus, redditibus,& prouentibus ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura,& sine cura sæcularium, & quorumuis ordinum regularium quomodocunque,& qualitercuoque qualificatorum per eos etiam ex quibusuis cõcessionibus,& dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam,aut administrationem, seu alias quomodolibet obtenrorum aut alias(licite tamen)acquisitis,cuiuscunque quantitatis,qualitatis, summæ,valoris, & pretij seu conditionis existant, etiam si talia sint,quæ sub generali verborum expressione non comprehendantur,sed speciali nota digna sint, tam donatione inter viuos,& causa mortis quam testamento,codicillis,fideicõmissis,legatis, & quauis alia vltima voluntate in fauorem consanguineorum, & affinium suorum,ac quarumuis aliarum personarum,etiam penitus extranearum,ac de iure incapacium seu alias prohibitarum,etiam diuitum,& potentium, ac oarorum suorum illegitimorum seu spuriorum ac collegiorum.& vniuersitatum, ecclesiarum, & piorum locorum, & non piorum disponere,ac in eis consanguineos,affines,& quasuis alias personas,ac natos etiam,vt præfertur, procreatos, necnõ collegia, vniuersitates, ecclesias,& pia loca,hæredes particulares, & vniuersales pro libito eorũ voluntatis instituere libere,& licite valeant.Quodque si Vrbis incolæ,aut curiam huiusmodi sequentes ab intestato decesserint,eorum bona pecuniæ, iocalia,iura,actiones, & res huiusmodi non ad nos,& pro tempore existentes Romanos Pontifices,aut Cameram apostolicam, sed ad ipsorum pro tempore decedentium proximiores agnatos, & alios qui eis oisi beneficiati essent de iure succedere debereot,alias iuxta iuris communis dispositionem liberæ deuoluantur,nec per Cameram præfatam,aut pro ea agentes,etiam prætextu quod hæredes præfati in curia tunc non existant, aut quod aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti in eadem Vrbe non reperiantur, vel alias temere dilapidationis bonorum, pecuniarum, iocalium, & rerum huiusmodi occupari, aut inuentariari possint, sed si hæredes præfati in curia non fuerint, aut aliqui eisdem pro tempore defunctis sanguine coniuncti in Vrbe non reperiantur, tunc, & eo casu bona, & pecuniæ, ac alia huiusmodi per ad id pro tempore deputat os singularum rationum,quarum ipsi defuocti fuerint,apprehendantur,& iuata iuris formam inuẽtarientur, & sub fideli custodia pro eisdem hæredibus conseruentur Districtius inhibentes dilectis filijs moderno, & pro tempore existenti Camerario nostro, & Clericis eiusdem Cameræ Præsidentibus, ac alijs nostris, & Vrbis, ac curiæ prædictarum officialibus, necnon ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum prælatis, capitulis, conuentibus, & rectoribus, ac illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncupentur, ne de bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actinnibus, & rebus per Episcopos pro tempore decedentes in dicta Vrbe vel infra eius districtum,vt præfertur, pro tempore relictis se intromittere, aut illa petere, seu vendicare, vel hæredes, & successores decedentium personarum huiusmodi illorum occasione impetere, seu alias quomodolibet molestare præsumant. Ac decernentes exnunc irritum, & inane si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoraoter contigerit attentari. Noo obstantibus constitutionibus,& ornationibus apostolicis,ac Cameræ, necnon ecclesiarum, & monasteriorum prædictorum etiam in quibus beneficia huiusmodi fuerunt, etiam iurameoto, confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,statutis,& consuetudinibus prioilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis eisdem Cameræ, ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, ac quibusuis alijs sub quibuscũque tenoribus,& formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogarorijs,alijsque efficacioribus,& insolitis clausulis,irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel io specie quomodolibet etiam Motu proprio concessis,ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis,specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum,nou autem per clausulas generales,idem importantes,mentio seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris,hac vice duntaxat specialiter,& expresse derogamus,& sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, voluntatis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, & derogationis infringere,vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono,sexto idus Martij, Pontificatus nostri Anno Primo.

Successio hæredũ in bonis curialiũ exclusa R. Cam. Apost. Ad quod necesse est videre materiã spoliorũ eius cõcord. ponam in Greg. 13. const 71. Cum sicut accepimus.

Inhibitio contra officiales R. Cameræ Apost. ino obedientes.

Clausula derogatoria.

M. Card. Crescentius. Blo. El. Fulgio. R. de Sanct. Marsal.

IIII.

Confirmatio Institutinnis,& Priuilegiorum,exemptionum,ac Prouentuum Collegij Militum S. Pauli,erecti per Paulum III. vt supra io eius const. 33. fol. 393.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CIRCVNSPECTA Romani Pontificis prouidentia,& gratiosa benignitas illam libenter amplectitur curam,per quam ea,quæ per prædecessores suos pro statu Romanæ Ecclesiæ, & orthodoxæ fidei,ac libertatis ecclesiasticæ conseruatiooe,alijsq; rationabilibus de causis facta fueruot,firma & illibata permaneant,ac sui & Apostolicæ Sedis Officiales io concessis sibi per sedem eandem priuilegijs, fauoribus, & gratijs cõseruentur:& propterea illa cũ expedit suæ approbationis munimioe roborat, vt ea firmiora persistãt,quo suarum literarum præsidio & auctoritate fuerint commuoita. Dudum siquidem fe.re.Paulus Papa III. prædecessor noster pro statu Romanæ Ecclesiæ,& fidei orthodoxæ, ac libertatis ecclesiasticæ conseruatione ineuitabili necessitate actus, pro certa magna & notabili summa pro suis & dictæ sedis tunc ingruentibus necessitatibus subuentiooe sibi tunc oblata, & postmodum soluta, & ex certis alijs causis tunc expressis de tunc Romanæ Ecclesiæ Cardinalium matura deliberatione, & eorum vnanimi consilio & assensu Collegium Ducentorum Militum S.Pauli participantium nuncuparorũ erexit,& instituit,ac illis pro eorum honesta sustentatione emolumẽta congrua assignauit,illisque & pro tempore existeotibus eiusdem S. Pauli Militibus diuersa priuilegia,facultates,exemptiones, gratias,coocessiones, immunitates, libertates,prærogatiuas, fauores, indulta aliaque tunc expressa concessit, prout in eiusdem prædecessoris desuper confectis literis plenius continetur. Nos igitur Milites ipsos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi, & plena securitate Officiorum eorum & aliorum præ-

Pauli. 3. Cuius const. habes sup. fol 393. const. 33. Romanus erexit Collegiũ Militũ S. Petri cum multis priuilegijs, & exemptionibus.

missorum gaudere volentes ac literarum earundem tenores præsentibus pro expressis habentes, ac Milites præfatos, & eorũ singulos aquibusuis excõicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, erectionem, institutionem, assignationem concessionem, priuilegia, facultates, exẽptiones, gratias, concessiones, immunitates, libertates, prærogatiuas, fauores, & indulta ac literas huiusmodi, & prout eas concernunt omnia & singula in eisdẽ literis qũlibet cõtenta, cũ omnibus & singulis in eis cõtentis clausulis, & inde secuta quæcunq; Apostolica auctoritate, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentiũ approbamus, & confirmamus, illaq; perpetuæ & incõcussæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiter obseruari debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis & quibusuis alijs per nos, & sedem prædictam in contrarium quomodolibet pro tempore concessis, ac omnibus illis, quæ dictus prædecessor in dictis literis voluit non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo nono, Duodecimo Calendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

Pont. iste confirmat institutiones dicti militis & ei priuilegia & prærogatiuas.

Clausula derogatoria.

Pro Reuerendiss. Domino Card. Crescentio Io. Barengus. Gal. Aquinas. Visa de Curia N. Cumin.
B. de Scaritijs. Registrata apud Galeatium Secretarium.

V.

Cardinales, quibus Gubernia Ciuitatum, iuxta Conclauis distributionem, a Pontifice committuntur, introitus Thesaurariarum, vel Communitatum, percipere non possunt.

Confirmatur hæc constitu. per Pium 4. Infra in eius constit. 3. Alias.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

LICET nos post nostram assumptionem ad Pontificatum, eas terras, quæ singulis Cardinalibus, dum in Conclaui essemus, iuxta distributionem desuper factam, sorte obtigerunt, per nostras in forma breuis literas separatim pro quolibet Cardinale expeditas, cuilibet Cardinali, etiam cũ iurisdictione, & forsan redditib. solitis cõcesserimus, ne tamẽ inter prouinciarũ Thesaurarios qui pro Camera Apostolica agũt, & terrarũ ipsarũ cõitates, seu vniuersitates, ac ipsos Cardinales aliqua differentia oriatur, auctoritate Apostolica, tenore præsentiũ declaramus mentis nostræ fuisse, & esse, quod per huiusmodi concessionẽ non præiudicetur in aliquo ijs introitibus, qui in appaltibus Thesaurariarum ipsis Thesaurarijs factis comprehenduntur, neque ijs, quos dictæ cõitates, seu vniuersitates quolibet habere solitæ sunt, cum præsertim ea dictis introitibus soluant onera Cameræ Apostolicæ debita etsubsidij triennalis, & tam Camerã quã coitates seu vniuersitates ipsas desuper per eosdẽ Cardinales minime molestari posse. Sicq; per quosuis iudices, sublata eis aliter iudicãdi facultate, iudicari debere ac irritum & inane quicquid secus a quoquã quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari. Literis in forma breuis prædictis ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs nõ obstantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima Aprilis millesimo quingentesimo quinquagesimo, Pontificatus nostri Anno primo. Blo. El. Fulgin.

Declaratio Pontificis.

Decretũ irritans.

Clausula derogatoria.

V I.

Hæreticos, & infideles quoscumque, præterquam sub generali Inquisitione Regnorum Hispaniæ, & Portugalliæ comprehensos, ad Catholicam Fidem reuocat, & redeuntes absoluit, ac impænitentibus pœnas imponit.

De Hæreticorum autem Regni Portugalliæ, & Algarbiorum reuocatione habes. sup. fol. 362. Pauli III. const. 7. Illius vices.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ILLIVS qui misericors, & miserator existens non solum septies, sed etiam septuagies septies ignosci debere mandauit, vices licet immeriti gerentes in terris, etiam ijs, qui à fide Christi aliquando aberrant, ianuam pietatis, & misericordiæ aperimus, ac pœnas, quas iuris seueritas in eos statuit, Apostolicæ sedis clementia moderamus, vt aberrantes huiusmodi dictæ sedis benignitate allecti, eorum erroribus abiuratis catholicæ fidei zelum, & obseruantiam in eorum cordibus firmius recipiant, & si in eorum falsis opinionibus perseuerare præsumpserint, in eos vehementius animaduertatur, quo obstinatiores se in erroribus suis præstiterint. Sane cum sicut nuper accepimus, diuersi fideles diabolica fraude decepti se in diuersas erroneas, & ab eadem fide alienas opiniones, paulatim deduci permiserint, & modo publicam pænitentiam abhorrentes, & potius placita huius sæculi quam salutem animæ suæ sectantes, ne infamia aspergantur, ad ouile Christi redire differant: Nos animarum saluti quantum cum Deo possumus consulere cupientes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris, omnes, & singulos vtriusque sexus, tam laicos, quàm clericos sæculares, & quorumuis ordinum, & militiarum regulares, tam milites, quàm presbyteros, non tamẽ sub generali inquisitione Hispaniæ, ac Portugalliæ regnorũ cõprehensos, de præmissis culpabiles cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel cõditionis, aut præeminentiæ existant, etiã si Pontificali, aut alia quacunq;, etiã maiori ecclesiastica, vel mondana dignitate præfulgeant qui infra tres mẽses, à die publicationis præsentium modo, & forma infrascriptis faciendæ, computãdos, coram inquisitoribus ciuitatum, in quibus ipsi degũt, se personaliter exhibuerint, & suas hæreses coram eis priuatim abiurauerint, & se ad pænitentiã priuatam eis per dictos inquisitores iniungendã adimplendum paratos obtulerint, eamq; postmodum cũ effectu

Infideles multi, ac Fidem redire differebant, quia publicam pænitentiã facere abhorrebant.

Ideo Pont. iste, quoscunque infideles, hæreses priuatim abiurantes, & priuatam pænitentiã agentes, termino hic assignato, absoluit.

De redeuntibus ad fidẽ habes su. fol. 8 Leo. 4 cõst. 4. vbi aut.

effectu adimpleuerint, ab omnibus, & singulis eorũ hæresibus, & à fide Christi apostasijs, ac quibusuis alijs in ea de fide erroribus, quantumcunq; grauibus, & enormibus, necnon excoicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, cēsuris, & pœnis tã ecclesiasticis, quàm tẽporalibus etiã bonorũ priuatiuis, & corporis afflictiuis, ac capitalibus ab iure, vel ab homine latis, & promulgatis (dũmodo hactenus inquisiti, aut in hæresim relapsi nõ fuerint) apostolica auctoritate, tenore præsẽtiũ, in vtroq; foro penitus, & omnino absoluimus, & liberamus: necnon cũ eis super irregularitate per eos præmissorũ occasione, etiã quia sic ligati forsan missas, & alia diuina officia, etiam forsan in contemptum clauiũ celebrarunt, aut illis alias immiscuerunt cõtracta. Quodq; ea, & alijs præmissis non obstantibus non promoti ad omnes etiã sacros & presbyteratus ordines promoueri & in illis tã ipsi, quàm qui iã etiam post incursam hæresim promoti existunt, etiam in altaris ministerio ministrare: Necnon tam clerici quàm laici, & vtriusq; sexus personæ, eorumq; filij, nepotes, & descendentes ad gradus, honores, ordines, officia, & alia quæcumq; assumi, illaq; suscipere, & exercere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus, eisq; pariter indulgemus: Necnon inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notã circa eos præmissorũ occasione quomodolibet insurgentẽ, penitus & omnino abolemus. Quod si forte culpabiles præfati infra dictum terminũ resipiscere, & ad cor reuerti noluerint, seu distulerint, ad hoc, vt eorũ notitia haberi, ipsiq; debitis pœnis affici possint, motu & deliberatione ac scientia prædictis. omnes, & singulas vtriusq; sexus personas etiã, vt præfertur qualificatas, de aliquibus ex hæreticis, seu aliàs culpabilibus prædictix quomodolibet notitiã habentes, seu eos hæreticos esse, aut fuisse scientes, dicta auctoritate tenore præsentiũ requirimus & monemus: ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & sub incursus hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis, tam ecclesiasticis, quam temporalibus sententijs, censuris, & pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra spatium triginta dierum terminum prædictum immediate sequentium, quorum decem pro primo, & alios decem pro secũdo, ac reliquos decem dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica, eis, & eorum cuilibet ijs scriptis assignamus, hæreticos, seu aliàs culpabiles prædictos, inquisitoribus hæreticæ prauitatis ciuitatũ suarum, si prius, vt præfertur, aut aliàs absoluti nõ fuerint denuntiasse, & notificasse debeant realiter, & cũ effectu. Et nihilominus venerabili fratri Ioan. Petro Episcopo Tusculan. Neapolitan. & dilectis filijs nostris Ioanni S. Clementis de Burgos, ac Marcello S. Crucis in Hierusalẽ, Ceruino, & Francisco S. Anastasiæ tt Sfondrato nuncupatis, presbyteris Card. inquisitoribus generalibus per sedem Apostolicã deputatis, per apost. scripta, & pari motu mandamus quatenus ipsi per se vel aliũ, seu alios eosdẽ requisitos, & monitos monitioni, & mãdato nostris prædictis nõ parentes; quos hæresim, & alias easdem censuras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiusmodi incurrere contigerit; ex nunc prout ex tunc, & econtra, hæreticos ac sententijs, censuris, & pœnis prædictis irretitos tadiu publice nuntient, & faciãt ab alijs nuntiari, donec ipsi hæresim huiusmodi abiurauerint, & rehabilitationis gratiã obtinere meruerint. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita cõpescendo: inuocato etiã ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstan. constitutionib. & ordinationibus apost. contrarijs quibuscunq; aut si aliquibus cõiter, vel diuisim ab eadẽ sit sede indultũ, quod interdici, suspendi, vel excõicari non possint per literas apost. non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterũ vt præmissa omnia ad eorum quorum interest, notitiam deducantur, nullusq; de eis ignorantiam iuste prætendere, aut se legitime excusare possit: Volumus & dicta auctoritate Apost. decernimus quòd præsentes literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores, in Basilica principis Apostolorũ de Vrbe, & Ecclesia Lateranen. dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari solet, plana, & clara voce legantur. & lectæ in earundem Basilicæ, & Ecclesiæ valuis, ac in porta cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, necnon in singularium cathedralium, & metropolitan. Ecclesiarũ Valuis affigantur, vbi ad lectionẽ, & notitiam cunctorũ aliquandiu affixæ pendeant, & cũ inde amouebuntur earũ exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quòdq; per lectionem. affixionem, & publicationẽ huiusmodi omnes, & singulæ personæ, sub præsentibus cõprehensæ post spatium triũ mensium, & triginta dierum huiusmodi respectiue, ita sint obligatæ & astrictæ, ac si illæ eis coram, & personaliter lectæ, & publicatæ essent. Et quòd earum transumptis manu Notarij publici subscriptix, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem quòd de personali exhibitione, & priuata abiuratione per dictos culpabiles, vt præfertur faciẽda, per scriptum à manu propria ipsiusmet se exhibentis & abiurantis, seu per publicũ Notarium confectam, ac ipsius inquisitoris, coram quo exhibitio, & abiuratio huiusmodi fieri continget manu subscripta, ita vt si ipsi culpabiles in eosdẽ, vel similes errores reinciderint, se lapsi omnino esse cēseantur, cõstare debeant, aliàs exdem præsentes, ac per eas dictis culpabilibus absolutio, & liberatio ac dispensatio, & indultũ concessa huiusmodi eis nullatenus suffragentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, liberationis, dispensationis, indulti, abolitionis, requisitionis, monitionis, mandati, assignationis, decreti, & volũtatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ M. D. L. Tertio Calen. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

M. Card. Crescentius. A. de Bartolis. Blosius Episcopus fulg.

Anno à natiuitate domini millesimo quingentesimo quinquagesimo inditione octaua die vero quinta mensis Iunij Pontificatus sanctissimi in Christi patris, & domini nostri domini Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno eius primo, retroscriptæ literæ apo. absolutionis, liberationis, & dispensationis ab hæresi, ac monitionis, & mandati palam publice alta, & intelligibili voce in basilica principis apost. de vrbe, dum ibidem diuina officia de mane celebrabãtur, & magna populi multitudo congregata esset, de verbo ad verbũ, per me Ioannem Roillard præfati sanctiss. domini nostri Papæ cursorem lectæ, & deinde affixæ, & publicatæ fuerunt. Et successiue eadem die in ecclesia sancti Ioannis Lateranen. etiam de verbo, ad verbum, hora vesperorum, per me eundẽ Ioannem cursorem lectæ affixæ, & publicatæ fuerunt, & postmodum eadem die affixæ, & publicatæ fuerũt in valuis, seu portis Cancellariæ apost. & in acie campi Floræ dimissis in suprascriptis valuis & locis per aliquod temporis spatium affixis, & deinde amotis copiam earundem literarum in valuis, & locis suprascriptis affigendo, & dimittendo per nos eundem Ioannem Roillard clericum coniugatum Virdunen. dioces. & Maturinum menandi clericum Cenomanen. diocesis prælibati domini nostri Papæ Cursores.

Ita est Ioannes Roillar. Cursor subscript. Ita est Maturinus Menandi cursor. Ita est Petrus gomes magist. curs.

Et super irregularitate cum eis dispensat.

Ipsosque & eorũ successores ad gradus & honores restituendi. De pœnis istorũ successorũ vide sup fol 7 in cõst. 3. Inno. 4. curs. tenentur quoque [illegible]

Impœnitentes an tenẽ inquisitoribus nunciari pre cipit.

Super inquisitores generales eos dem impœnitentes appellatione remota coerceri mandat.

Clausula derogatoria.

Forma publicandi istam constit. Quam pub. [illegible] in fi.

De comparatione & abiuratione prædictis, constare debet p scri ptum manu ppria ipsius culpabiles confectam, aut per publicũ Notariũ scriptũ, ac per inquisitorẽ subscriptum.

VII.

Libros de Fide Catholica suspectos legendi, & retinendi, licentias & facultates quibuscunque præterquam Inquisitoribus concessas reuocat. Et huiusmodi libros infra certum terminum, Inquisitoribus locorum, consignari præcipit.

Similem Const. fecit Paul. IIII. vt infra in eius const. 39. Quia in futurorum, & Pium IIII. const. 98. Cum pro munere.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Causa istius cost.

CVM meditatio cordis nostri ad id potissimũ tendat, vt fides Catholica vbique augeatur, & floreat: ad ea libẽter intendimus, per quæ omnis ab ea declinãdi occasio tollãtur. Sane cum sicut nobis nuper innotuit ea facultatibus, quæ aliquibus vt libros hæreticos aut de fide suspectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi tenere, & legere possent aliquando concessæ fuerunt, non ij qui sperabantur fructus hactenus prouenerint, quinimmo diuersa inconuenientia subsecuta sunt: Nos præmissis occurrere, & Christifidelium animarum saluti consulere cupientes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed de nostris certa scientia, & matura deliberatione, omnes, & singulas facultates, & licen-

Reuocatio facultatum & licẽtiarum legẽdi & tenendi libros de fide suspectos, quibuscunque concessarũ, exceptis Inquisitoribus.

tias legendi, & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos, quibusuis personis cuiuscũq; status, gradus, ordinis, vel cõditionis existentib. etiã si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu sæculari præeminentia præfulgeant (inquisitoribus, seu cõmissarijs super hæretica prauitate ab Apostolica sede pro tempore deputatis, durante ipsa deputatione dumtaxat exceptis) à quibusuis prædecessoribus nostris, ac nobis, & dicta sede Apostolica, seu eius legatis, etiam de latere, aut maiori Pænitentiario nostro, vel quibusuis alijs, sub quibuscunque verborum formis & expressionibus, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet etiam, motu, & scientia simi-

De quo vide infra Pij 4. const. 98 cum pro munere.

libus hactenus concessas, Apostolica auctoritate tenore præsentium reuocamus, irritamus, & annullamus, & pro reuocatis, irritis, & penitus infectis, quo ad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus: Districtius inhi-

Inhibitio contra eosdem libros tenẽtes aut legẽtes.

bentes personis præfatis sub sententijs, censuris, & pœnis contra similes libros tenentes, aut legentes, tam à sacris canonibus, quàm à nobis, & sede Apostolica hactenus inflictis, & promulgatis, ne de cætero facultatibus, & licentijs prædictis vti, aut earum prætextu, seu aliàs quomodolibet libros prædictos, aut quoscunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præsumant: Et insuper omnes, & singulos librorum Impressores, & Bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quascunque alias personas, libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam, aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis, & dicta sede quomodolibet reprobatos, ex quauis causa etiam ex nostra, & dictæ sedis speciali licentia, seu permissione penes se habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ existant, etiam si vt præfertur pontificali, aut alia quacunque etiam maiori ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis inquisitoribus, & cõmissarijs vt præfertur, exceptis) dicta Apostolica auctoritate, & earundem tenore præsentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub

Monitio contra Impressores librorũ & Bibliothecarios, & alios vt infra terminum hic expressum Inquisitorib. locorum, eosdem libros assignent.

incursu hæresis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs censuris, & pœnis districtæ præcipiendo mãdamus, quatenus infra spatium sexaginta dierum à die publicationis præsentium, modo, & forma infrascriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro secundo, ac reliquos viginti dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica eis, & eorum cuilibet in ijs scriptis assignamus: omnes & singulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu Lutheranam aut aliam falsam doctrinam in se continentes, vel à nobis, & dicta sede quomodolibet reprobatos penes se eos ex quauis causa, etiam mercaturæ & ex nostra ac eiusdem sedis permissione ac licentia etiã speciali, vt præfertur, existentes, inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi exi-

Inquisitores, generales, contra recusantes eos libros consignare, procedãt vt hic.

stunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Ioanni Petro episcopo Tusculan. Neapolitan. & dilectis filijs nostris Ioanni sancti Clementis de Burgos, ac Marcello Sanctæ Crucis in Hierusalem, Ceruino, & Francisco sanctæ Anastasiæ titulorum Sfondrato, nuncupatis, presbyteris Cardinalibus, inquisitoribus generalibus per sedem apostolicam deputatis, per Apostolica scripta pari motu mãdamus, quatenus ipsi per se vel alium seu alios eosdem requisitos, & monitos, monitioni, & mandato nostris prædictis non parentes, quos hæresim ac alias sententias, cẽsuras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiusmodi incurrere contigerit, ex nunc prout ex tunc, & è contra hæreticos ac sententijs, censuris, & pœnis prædictis irretitos tamdiu publice nuntient, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipsi omnes, & singulos libros Lutheranos aut alios hæreticos huiusmodi inquisitoribus præfatis in ciuitatib. in quibus libri huiusmodi, vt præfertur, existunt, consignauerint, & rehabilitationis gratiam obtinuerint. Contradictores per censuram ecclesiasticam appella-

Clausulæ derogatoriæ.

tione postposita cõpescendo: Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apost. contrarijs quibuscunq; aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum vt præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nul-

Forma publicandi istam const. Quam publ. posui hic in fine.

lusque de eis ignorantiam iuste prætendere aut se legitime excusare possit, volumus, & dicta auctoritate apostolica decernimus, quòd præsentes literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores, in Basilica Principis apostolorum, de Vrbe, & Ecclesia Lateranensi, dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari solet, palam, & clara voce legantur, & lectæ in earundem Basilicæ, & Ecclesiæ valuis, necnon in porta Cancellariæ apostolicæ, & in acie campi Floræ affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant; & cum inde amouebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quòdque per lectionem, affixionem & publicationem huiusmodi omnes, & singulæ personæ sub præsentibus comprehensæ post sexaginta dies huiusmodi respectiue ita sint obligatæ, & astrictæ, ac si eis coram, & personaliter lectæ, & intimatæ essent: & earum trãsumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis, ea

nitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Volumus autem quod ij, qui libros Lutheranos, seu alios prædictos infra spatium, & terminum huiusmodi dictis inquisitoribus consignauerint, nisi ipsi aliâs quam ea retentione librorum huiusmodi hæretici, seu de fide suspecti fuerint, eo ipso etiam absque aliqua desuper facienda abiuratione à censuris, & pœnis propterea forsan incursis, in vtroque foro absoluti sint, & esse censeantur, prout nos eos in euentum prædictum, ea nunc prout ea tunc (dummodo pœnitentiam, quam confessor per eos eligendus, eis propterea duxerit iniungendam, omnino adimpleant) absoluimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, requisitionis, monitionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quinquagesimo, Tertio Cal. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

Cōsignantes autē libros in termino præfixo, absque alia abiuratione, a pœnis incursis absoluti sunt, nisi ex alio quam ea retētione librorū de hæresi suspecti sint.

M. Cardinalis Crescentius.

Blosius. A. de Martholis.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo, Indictione viij. Die vero v. Mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Iulij, diuina prouidentia Papæ III. Anno eius primo, retroscriptæ literæ reuocationis, inhibitionis, & voluntatis palam, publice, alta & intelligibili voce in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, dum ibidem diuina officia de mane celebrabantur, & magna populi multitudo congregata esset, de verbo ad verbum, per me Ioannem Roillad, præfati S.D.N. Papæ Cursorem lectæ, & deinde affixæ, & publicatæ fuerunt, & sic affixas, per aliquod spatium dimisi, & successiue, eadem die in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, etiam de verbo ad verbum, hora vesperarum, per me eundem Ioannem Roillad, lectæ affixæ, & publicatæ fuerunt, & postmodum eadem die affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis, seu portis Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, dimissis in suprascriptis Valuis, & locis, per aliquod temporis spatium affisis, & deinde amotis copiam earundem literarum in quibuslibet Valuis, portis, & locis suprascriptis affigendo, & dimittendo per nos Ioannem Roillad, Clericum coniugatum, viridim diœcesis, & Maturinum menādi clericum, Cenomanensis diœcesis, præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Ita est Ioannes Roillad Cursor subscripsi.
Ita est Maturinus menandi Cursor.
Ita est Petrus Gomes, Magister Cursor.

VIII.

De Facultatibus & Iurisdictione Iacobi Cardinalis de Sabellis Romani, legati de Latere in Prouincia Marchiæ.

Hic Cardinalis nunc est Episcopus Portuen. & Vicarius Papæ ac supremus Inquisitorum.

De Materia autem Legatorum vide sup. fol. 377. Pauli III. const. 16. licet. vbi notaui.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Iacobo Sanctorum Cosmæ, & Damiani Diacono Cardinali de Sabellis nuncupato in Prouincia nostræ Marchiæ Anconitanæ, ac Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis Massæ, Trebariæ Præsidatus Farfen. necnon Asculi nostro, & Apostolicæ sedis de latere Legato Salutem & Apostolicam benedictionem,

Hic Card. est protector Mag. Conuētis Terræ Nuceriæ Patriæ meæ, & etiam meæ Familiæ de Cherubinis.

CVM onus vniuersalis gregis Dominici superna dispositione nobis iniunctum diligenter attendimus, & debita meditatione pensamus, quod licet nobis sit potestatis plenitudo commissa, finem tamen humanæ possibilitatis excedere non valemus, ac videntes quòd nequimus circa singula per nos ipsos exoluere debitum Apostolicæ seruitutis, nonnunquam ea venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Viros ea plurimis electos sciētia præditos, ac virtute, in quibus timor Domini sanctus permaneat, in sollicitudinis partem assumimus, ac ipsis vices nostras supplentibus, nos laudabili eorum cooperatione alleuiantes nostri grauitate operis ministerium, nobis commissum, diuina fauente clementia facilius & efficacius exequimur. Sane licet ad cunctorum Christi fidelium Prouincias, Ciuitates, Terras, Castra, & loca intenti mentis oculos paterna charitate dirigamus, Prouincias tamen Ciuitates, Castra, & loca nobis, & Apostolicæ sedi tam spiritualiter, quam temporaliter subiecta, & vt præfertur spectantia, ac vniuersos illorum ciues, populos, & subditos tanquā speciales nostros, & dictæ ecclesiæ filios, & deuotos eo cordialius intuemur, quo magis super illorum fœlici regimine, ac statu pacifico, & tranquillo affectamus salubriter prouidere, Vnde attendentes quod tu qui ingenio vales, probitate, moribus, & doctrina commendaris, alijsque virtutum titulis quibus te illarum largitor dominus insigniuit multipliciter fulges, scies & poteris, ac voles prout indubitanter tenemus, sedare fluctuantes rerum turbines, iustitiæ terminos colere, humiliare superbos, rebelles, & inobedientes compescere, ac errantes ad viam reducere veritatis, & cum erga vniuersalis ecclesiæ regimen occupati curas omnes, vt præfertur subire, nequeamus, spe ducimur quòd tu assistente tibi gratia diuina, quæcunque ad nostrum, & prædictæ ecclesiæ statū, atque honorem conferentia prudenter, & fideliter, ac cum diligentia exequeris? Hac igitur consideratione moti, habitaque prius consideratione super hoc hodie cum eisdem fratribus nostris in secreto consistorio nostro deliberatione matura, Reuocantes quoque ex nunc quoscunque in infrascripta prouincia, ac intra ipsius limites existentibus, Ciuitatibus, Terris, & locis, aut aliqua eorum parte constitutos Legatos, Gubernatores, atque Rectores circumspectionem tuam in Prouincia nostra Marchiæ, & Ciuitatibus, Terris, & locis intra ipsius limites existentibus nostrum, & eiusdem sedis Legatum de latere, ac pro nobis, & Romana Ecclesia in eisdem spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem vsque ad nostrum, & dictæ sedis beneplacitum auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, ordinamus, & deputamus. Dantes, & concedentes eidem circūspectioni tuæ plenam & liberam, ac omnimodam Legati de latere potestatem, & facultatem nostro & dictæ ecclesiæ nomine, Prouinciam, Ciuitates, & loca prædicta regendi, & gubernandi, ac administrandi, necnon Ciues,

Deputatio Iacobi Card. Sabelli legati in Prouincia Marchiæ, cū facultatibus infrascriptis.

incolas,

Incolas, Habitatores, & personas eorundem cuiuscunque dignitatis, nobilitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, ac prout cœlestis gratiæ infusio, & tua prudentia tibi monstrauerit, reformandi, & corrigendi. Necnon in eis tibi commissam iurisdictionem exercendi, & ciuiles, ac criminales, matrimoniales, beneficiales

Facultas cognoscendi causas summarie &c.

ecclesiasticas, & profanas causas quaslibet infra terminos legationis, & Vicariatus tuorum huiusmodi per te vel alium, seu alios, ac etiam diebus feriatis, ac tempore feriarum etiam messium, & mensis Augusti etiam simpliciter, summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta audiendi, cognoscendi, examinandi, & discutiendi etiã extraiudicialiter, necnon etiam manu regia decidendi, earumque cognitionem, discussionem, & decisionem, alij, vel alijs coniunctim, vel diuisim, ac generaliter, vel specialiter tam intra termi-

Et illas alijs committendi, & alias aduocandi.

nos tuæ Legationis, & huiusmodi Vicariatus, quàm extra illos summarie, ac alias vt præfertur, & prout tibi videtur committendi, ac ad te cum placuerit a quibuscunque iudicibus ordinarijs, Legatis, et delegatis, & per nos, & sedem Apostolicam deputatis quoties opus fuerit, & id quocunque statu et si fuerit conclusum in causa ad te aduocandi, & illas alijs committendi, Et insuper omnes, & singulas tam ecclesiasticas, & religiosas, quàm seculares personas cuiuscunque excellentiæ, nobilitatis, præeminentiæ, auctoritatis, status, ordinis, con-

Religiososque & Barones coercendi, & eorũ bona confiscandi.

gregationis, conditionis, & religionis existant, & in quauis conditione, seu dignitate constitutas quas iustitia suadente puniendas cognoueris contra quas procedere valeas prout iustum fuerit priuandi, & amouendi eosque & quoslibet ipsorum suis dignitatibus honoribus, Ciuitatibus, Baronijs dominijs, & Castris, feudis, locis, Vicariatibus, officijs, Iurisdictionibus, beneficijs, gradibus, iuribus rebus, & bonis omnibus destituendi, ac ea omnia quæ tibi videbuntur dictæ ecclesiæ confiscandi, applicandi, & incorporandi. In Ciuitatibus quoque Terris, & locis prædictis, & quoslibet ipsorum Gubernatores, Rectores, Vicerectores, Potestates, Capitaneos, Vexilliferos, Vicecomites, Artium Castellanos, Custodes, Iudices, & quoscunque alios officiales hactenus deputatos specia-

Gubernatores & & alios officiales suspẽdẽdi, remouendi, & alios deputandi, & querelas contra eos propositas, manu Regia expedien.

les vel generales cum expedire videbitur ab eorum officijs quocunque nomine vel titulo censeantur, & nuncupantur suspendendi, & similiter etiam manu regia, ac alias vt præmittitur priuandi, & deponendi, aliosque illorum loco fideles tamen, & idoneos creandi, & ordinandi, ac constituendi. Necnon culpabiles ciuiliter, & criminaliter per te, vel alium, seu alios puniendi, ac querelas contra ipsos per quoscunque præpositas, & præponendas prout tibi videbitur expedire summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, manuque regia, & similiter vt præfertur audiendi, emendasque, & satisfactiones debitas fieri faciendi, homagia quoque & fidelitatis debitæ iuramenta nostro, & dictæ Romanæ ecclesiæ nomine recipiendi; Nec non inter Comites, Barones, Dominos temporales nobiles, & personas alias seculares, necnon Communitates, Vniuersitates, populos, omnesque, & singulos discordes, & dissidentes infra terminos tuæ Legationis, ac etiam quibuscunque alijs

Discordias inter Barones, & alios sedandi, & treguas ac paces cõponendi.

dominijs temporalibus, Vniuersitatibus, & secularibus personis pro statu, & honore eiusdem ecclesiæ in confusionem hostium, & Rebellium ipsius, & pro illius temporalibus, ac sub pactis, conuentionibus, conductionibus, capitulis, & pœnis, & quibus ipsi tuæ circunspectioni videbitur expedire pacem & concordiam tractandi componendi, concludendi, & firmandi, treguas etiam indicendi ipsosque ad eorum obseruationem quibuscunque pœnis, constitutionibus, sententijs, & censuris sicuti tibi videbitur compellendi, homicidasque quosque pro pa-

Homicidas quoque absoluendi. De quorũ potestate vide inf. in Greg. 13. const. 66. tanta cum ibi not.

ce, & concordia huiusmodi ciuitatum, & locorum prædictorum quiete, absoluendi, liberandi, & in pristinũ statũ, necnõ ad honores, & bona restituẽdi, cõcordesq; in vnitatis, & charitatis vinculo cõfirmãdi. Collegationes, confederationes, pactiones, conuentiones, societates, & ligas contra dictam Ecclesiam, vel contra bonum pacis, ac statum illarum partium pacificum sine præiudicio, sine damno ciuitatum Communitatum, districtuum, & lo-

Confederationes contra R. manã Eccl. & tranquillũ statũ Prouinciæ factas, annullandi.

corum præfatorum, ac Ciuium incolarum habitatorum eorundem initas, & ineundas cassandi, & annullandi, ac pœnas in illis adiectas & adijciendas remittendi, & iuramenta præstita relaxandi. Occupata inique, & iniuste detenta ab illorum occupatoribus, & detentoribus quibuscunque eripiendi, & recuperandi, electos, & expulsos a locis rebus, bonis, & iuribus suis quibuscunque vel inique priuatos ad loca, res bona, & iura eorum propria reducendi restituendi & reintegrandi, Necnon super quibuscunque delictis, & rebellionibus, per quascun-

Sup. delictis Vniuersitatũ Sc aliorũ concordandi & componendi.

que vniuersitates, & singulas personas commissis hactenus, seu Legationis, & Vicariatus huiusmodi tempore forsan committendi, disponendi, concordandi, & componendi, ac quoscunque processus, & condemnationes in totum, vel in partem cassandi, & annullandi ac irritandi humiliter petentes, etiam homicidas, & delinquentes pro pace, & tranquillitate Ciuitatum, & locorum prædictorum, & alias, ex quacunque causa quæ tibi videbitur

Inhabilitatis & infamiæ maculas tollendi, & ad honorem & statũ pristinum restituendi.

ab illis, & etiam censuris pro re latis absoluendi, infamiam abolendi, ac huiusmodi delinquentes ad nostram, & dictæ sedis gratiam, & obedientiam restituendi, & in pristinum statum reducẽdi. Super inhabilitatibus quoque, ac infamijs quas propterea incurrerint cum eadem, ac qualibet ipsorum dispẽsandi, excessus, pœnas, & mulctas prout ad publicum spectare dignoscitur remittendi, ac vniuersitates, & personas huiusmodi ad honorem, & statum pristinum restituendi. Querelas insuper, & particulares exercitus in auxilium prædictæ ecclesiæ, ac pro tui-

Contra Ro. Eccl. hostes, & pacifici status perturbatores, bellum indicandi.

tione status pacifici partium tuo regimini commissarum, ac nobis, & ipsi ecclesiæ vt præmittitur subiectarum contra quoscunque eiusdem ecclesiæ hostes, & rebelles, ac indeuotos & inobedientes, ac status hominum pacifici perturbatores quandocunque & quotiescunque tibi ex quauis causa quæ tibi videbitur, vt præfertur indicendi faciendi, & congregandi, præsidium quorumcunque Vicariorum dictæ ecclesiæ subiectorum ad huiusmodi

Contradictoresq; coercen.

exercitus, necnon ad militaria, & quæcunque alia per eos, et aliquem eorum debita, & debenda seruitia, tam realia quàm personalia, quoties opus esse cognoueris requirendi, & conuocandi, Hostes quoque, & rebellos, et contradictores quoslibet per amotionis, priuationis, depositionis, relegationis, et proscriptionis perpetuæ, vel

Parlamenta quoque conuocandi.

temporales sententias, nec non excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliasque ecclesiasticas censuras, & etiam tẽporales pœnas prout ad ipsam ecclesiam pertinuerit sublato cuiusuis appellationis obstaculo compescendi, Parlamenta etiam generalia, vel particularia in locis huiusmodi tuæ Legationis, seu aliquo illorum

Conclusio quarũ cũque facultatũ alij legatis huius Prouinciæ cõcessarũ.

quotiescunque, et quandocunque pro statu, et honore nostro, ac memoratæ ecclesiæ pace quoque et tranquillitate Prouinciæ Ciuitatum Terrarum, et locorum prædictorum tibi vt præmittitur commissorum prout eidem circunspectioni tuæ videbitur expedire conuocandi, ordinandi, statuendi, faciendi, mandandi, et exequendi om-

Ad hoc vide sup. f. 383. Pau. 3. const. 49. cũ ibi not.

nia propterea, et singula alia huiusmodi Legatione, et Vicariatu tuo durantibus gerendi, disponendi, mandandi, exercendi, ordinandi, Terminandi, et executioni demandandi quæ ad huiusmodi Legationis, et Vicariatus officium de iure, vel consuetudine pertinent, et quæ alij Legati, et Vicarij, Prouinciam, Ciuitates, Terras, et loca prædicta gubernarint, rexerint, et administrarint exercere, facere, et exequi potuerunt, seu etiam debuerunt, quæque ad nostrum, et dictæ sedis honorem, ac statum pacificum, et tranquillum Prouinciæ Ciuitatum Terrarũ

et loco-

& locorum prædictorum regimini tuo commissorum vtilia esse prospexeris, seu quomodolibet opportuna, etiā ratione fractarum treguæ, seu pacis per auocationem, seu appellationem, aut concessionem, aut alias per commissionem in Romana Curia. vel alibi indecisas pendentes, & ex nunc prout ex tunc quarum status præsentibus haberi volumus pro expressis ad vos aduocantes, & in eis procedi non posse decernentes, & illas in terminis in quibus sunt, & pro tempore erunt cum eorum incidentibus emergentibus annexis, & connexis reassumēdas, & vlterius audiendas, cognoscendas, & fine debito terminandas. Cum potestate citandi, & inhibendi quibus, & quotiens opus fuerit circunspectioni tuæ committimus, vel illas tam per te ipsum quàm per tuos officiales termines, & decidas ac terminare, & decidere debeas, & vt pacis, & treguarum seu induciarum fractores, & violatores, ac alij pro maleficijs, & quibuslibet inquisiti, vel accusati subterfugijs, aut cauillationibus pœnas euadere non possint, volumus, & per præsentes statuimus in causis fractionis pacis, & treguarum, seu induciarū nullatenus modo aliquo appellare. vel recursum habere liceat. Et post condemnationem nullatenus audiri possint, nisi ipsis condemnatis in carceribus constitutis, & pecuniarium facto actuali deposito condemnationis si appellare contigerit, partesque delinquentium in casibus in quibus iuxta tenorem cōstitutionum prouincialiū, vel iurium municipalium legitima venit exigenda, eorum proprio, vel filiórum nominibus nullatenus ad defensionem aliquam admittantur, nisi ipsa legitima actualiter soluta, ac si forte per nos causas huiusmodi maleficiorum committi contigerit decernimus, & declaramus quod nisi infra duos menses legitime fuerint expedite his, quod id concernit, eas prosequi vlterius non possint, Et insuper vestigijs fe. re. Iulij Papæ Secundi prædecessoris nostri inhæren. declaramus & decernimus quòd in treguis in quibuscūq; locis tuæ Legationis factis, & pendētibus, ac in posterū faciendis excusatio nouæ causæ allegari non possit, sed tam ipsi treguarū violatores, quàm ipsorum fideiussores ad solutionem pœnarum ad quas se obligauerint compelli possint, & valeant ac etiā ad delinquentium, tedium, & terrorem aliorum decernimus a reatu homicidij, assassinij, latrocinij, vel aliorum criminū vbi pœna vltimi supplicij imposita esset, vel veniret imponenda ab aliquibus communitatibus, seu alijs etiam à dicta sede Apostolica priuilegiatis intra terminos dictæ Legationis existentibus aliqui absolui non possint, sed tantum a te, vel Vicelegato tuo si a dicta sede ad id potestatem habuerit absolutio valeat obtineri Decernentes irritum, & inane quicquid incontrarium a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus priuilegijs, & indultis apostolicis, ac in Prouincialibus, constitutionibus, & ordinationibus, consuetudinibus quoque Prouinciæ, Ciuitatum, Terrarum, & locorum suprascriptorum, ac Ecclesiarū, monasteriorum, Prioratuum, præpositurarum præpositatuum, & religiosorum locorum, & ordinum, ac congregationum quarumcunque etiam exemptorum, atque eidem Romanæ Ecclesiæ, & Sedi immediate subiectorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, ecclesijs monasterijs, prioratibus, præposituris, præpositatibus, religiosis locis, ordinibus, & congregationibus huiusmodi per nos, vel sedem Apostolicam prædictam etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, efficacioribus, & insolitis etiam magis vrgentibus concessis. Quibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus pro sufficiēti illorū derogatione specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū, non autē per clausulas generales idē importātes mentio, seu quæuis alia expressio habēda, aut alia exquisita forma seruāda foret etiā si in eis caueretur expresse quòd eis nisi sub certis ibi expressis modis, & formis ac alias per nos, & Sedem prædictā derogari possit, illorū omniū tenores, ac si de verbo ad verbū insererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, per quæ nullum alicui personæ etiam cuiuscunque excellentiæ nobilitatis præeminentiæ, dignitatis, status, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel conditionis fuerit, aut collegio, vel vniuersitati, volumus in hac parte suffragium afferri, & insuper processus, sententias, Censuras, & pœnas quos, & quas per te, vel alios a te deputatos ferri, & proferri, seu infligi, aut promulgari, necnon omnia alia quæ in præmissis rite fieri contigerit rata habebimus, & grata, illaque faciemus auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Vt autem prædicta omnia, & singula plenius, & liberius vaieas exercere, vniuersis, & singulis Gubernatoribus, Rectoribus, Vicerectoribus, Potestatibus, Vicecomitibus, Armigerorum Gentium, Equitum, Peditumque Capitaneis, Mareschallis, & prouisionatis ad nostra & prædicta ecclesiæ stipendia militantibus, cæterisque officialibus, & Castellanis præsentibus, & futuris, necnon quibusuis cōitatibus, & particularibus personis nobis, & eidē Ecclesiæ subiectis cuiuscunque etiam ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, status, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel conditionis existant, eisdem auctoritate, & tenore districtius iniungendo mandamus quatenus tibi, ac deputatis a te Legationis, & Vicariatus huiusmodi officio durante iuxta eidem circunspectioni tuæ concessam facultatem in omnibus, & per omnia plene, & efficaciter parere, & intendere, nec non mandata tua reuerenter suscipere, & exequi studeant cum effectu. Tu igitur dilecte fili diuina gratia, & dictæ sedis fauore confisus onus hoc tam meriti negocij cum nostra benedictione, prompta deuotione, & læto animo suscipiens, ita in eius executione virtutis opere studiosum te exhibeas, quod ex fructuosis laboribus tuis cœlesti tibi fauente gratia sperati fructus adueniant, Tuque per sollicitudinis tuæ ministerium vltra humanæ laudis præconium, illā quæ pias causas gerentibus pro retributione impenditur palmam gloriæ consequi merearis. Volumus autem quòd durante tua Legatione huiusmodi, absque alio Mandato nostro, seu Cameræ nostræ desuper faciendo prouisionem tuam a dictæ Prouinciæ Thesaurario percipere possis, & valeas, eidem sub pœnis, & censuris ecclesiasticis iniungendo, vt prouisionem huiusmodi prout ijs qui hactenus dictam Prouinciam rexerunt soluta fuit, omnino persoluat. Datum Romæ apud sanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo Duodecimo Calen. Martij Pontificatus nostri anno primo.

In causis Fractionis pacis, ac treguarum appellatio & recursus prohibetur. Et capitaliter condēnati non audiūtur nisi in carcerib. constituti, & in pecuniarijs, nisi facto deposito.

Quod declaratur sol. a Pio v. cōst. 180. Cum sicut.

In treguis noua causa non excusat.

Quod declaratur a Pio v. in eius const. x. cum ob homicidij assassinij & latrocinij absolutio Pontifici, & legato reseruatur.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

Approbatio gestorum.

Mandatur omnibus vt obediāt legato.

Exhortatio Papæ ad legatum.

Facultas exigēdi prouisionem suā.

S. Ceruien. Visa. C. Castello.

R. de Piscia.

Die decimitertio Aprilis Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, lectæ & publicatæ fuerunt in Ciuitate Maceratæ, & Palatio magno solitæ Residentiæ rectorum, ac in publica audientia, Registrataeque Registro bullarum, & breuium summorum Pontificum Pauli, & Iulij 112. fol. 49.

IX.

Beneficiorum fructus, tempore obitus Beneficiatorum in exacti, ad successores in Beneficijs spectant;

Et ornamenta Capellæ Cardinalis defuncti, eius hæredes, Capellæ Apostolicæ consignare, & pretium ducatorum 500. Anuli Card. Reueren. Cameræ Apostol. soluere tenentur.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM, Sicut nobis nuper innotuit, diuersi diuersorum beneficiatorũ etiam Episcoporum, Patriarcharũ, & aliorum Prælatorum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium pro tempore decedentium hæredes, nõ solum bona relicta spolia nuncupata sic decedentium Beneficiatorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, ac etiam Cardinalium verum etiam fructus &c. ecclesiasticos, ac pecunias & res alias per ipsos beneficiatos Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si eorum solutionis dies ante obitum ipsorum non aduenerit, sub eo forsan prætextu quod pro tempore ante obitum huiusmodi decurso debebantur exigere, & quandoque solutionem debitorum per ipsos beneficiatos, & Cardinales dum viuerent contractorum, & legatorum per eos in sua vltima voluntate etiam ad pias causas factorum subterfugere, ac hæredes Cardinalium huiusmodi paramẽta, & ornamenta capellæ ipsorum Cardinalium, quæ iam tanto tempore quod eius initij hominum memoria nõ habetur, capellæ apostolicæ, in qua missæ papales celebrantur, & ex qua pauperibus Prælatis ad Romanam curiam pro tempore cõfluentibus, & paramenta ecclesiastica cum quibus in processionibus. & alijs solẽnitatibus per Romanos Pontifices fieri solitis incedere possint, non habentibus subuenitur, deuolui consueuerunt, occupare, ac solutionem quingentorum ducatorum auri de Camera, qui post obitum singulorum Cardinalium pro pretio annuli eis in eorum ad Cardinalatum assumptione adhiberi soliti, Cameræ apostolicæ persoluuntur, declinare contendant, & satagant. Nos attendentes fructus &c. & pecunias ac res alias occasione ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore prouenientes, licet postquam ad manus Beneficiatorum peruenerunt, & cum alijs ipsorum Beneficiatorum fructibus &c. pecunijs, & rebus commisti, seu ipsis Beneficiatis incorporati, sunt non vlterius in ecclesiasticis, sed potius ipsorum Beneficiatorum proprijs, & ab eis acquisitis bonis iudican. & propterea quodãmodo pro secularibus, & profanis haberi, & de eis testandi aut alias disponen. facultas eisdem Beneficiatis per sedem Apostolicam concedi consueuerit, nihilominus donec in manibus eorum, qui illos tanquam ecclesiasticos, seu ex ecclesijs, monasterijs beneficijs prædictis prouenien. & pro talibus conseruant aut vt tales detinent, ipsique Beneficiati pecunias huiusmodi realiter non exegerint, & fructus &c. non perceperint, necnon alijs eorum bonis commiscuerint, & sibi incorporauerint, semper ipsarum ecclesiarum quarum ipsi Beneficiati sunt, ac vere ecclesiasticos esse & censeri debere, & propterea iuri non congruere, vt ipsi Beneficiati de rebus certis ipsarum ecclesiarum quæ omni iure alienari prohibentur disponere, etiam in eorum vltima voluntate possint, nec ipsis Beneficiatis etiam Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis & alijs, ac Cardinalibus pro tempore defunctis, eorum hæredes, qui vt plurimum sunt laici, in præiudicium successorum Beneficiatorum fructus, &c. ac res, & pecunias inexactos huiusmodi, os boui trituranti alligando exigãt, & hæredes Cardinalium mala malis addendo, bona capellæ apostolicæ debita occupent, seu quod Cameræ, & creditoribus, ac legatarijs debent, pro se retineant, Volentes in præmissis opportune prouidere, motu simili &c. declaramus nostræ intentionis nunquam fuisse, nec esse, quod quiuis quorumcunque Beneficiatorum etiam, vt præfertur, Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium vbilibet, etiam in Romana curia, aut districtu, pro tempore decedentium, siue ex testamento, per ipsos Beneficiatos etiam vigore facultatum quarumcunque eis in specie, vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, etiam nostrorum, sub quibusuis tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet concessorum condito, siue ab intestato hæredes, fructus &c. ac pecunias, & res alias per ipsos sic defunctos Beneficiatos, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & alios Prælatos, ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante obitum huiusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies Beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipsos beneficiatos, & Cardinales non steterit quominus illos exegerint, quinimmo omnẽ pro illorum exactione necessariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere; Aut cruces, candelabra, imagines, patenas calices, & alia cuiusuis sortis, tam aurea, quam argentea vasa, & iocalia, ac quæuis ornamenta, paramenta, & alia vtensilia capellæ singulorum Cardinalium pro tempore decedentium, cæteraque tam ad ipsam capellam, quam eius ministros circa altaris ministerium, & celebrationem missæ pertinentia pro se retinere, aut solutionẽ quingentorũ ducatorum huiusmodi euitare possint, sed quod de cætero perpetuis futuris tẽporibus fructus &c. ac pecuniæ, & res, vt præfertur, inexacti huiusmodi ad ipsorum sic defunctorum beneficiatorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum prælatorum, & Cardinalium in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs prædictis successores, qui ex illis, quorum solutionis dies ante obitum Beneficiatorum huiusmodi aduenerit, omnia ipsorum Beneficiatorum etiam, vt præfertur, Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium debita, & ad pias causas facta legata, si aliunde ex alijs ipsorum Beneficiatorũ bonis solui non possint, soluere teneantur, libere deuenire, & in posterum deueniant, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi possent, & in posterum possint, necnon cruces, candelabra, imagines, patenas, calices, vasa, iocalia, ornamenta, paramenta, vtensilia, & alia ad capellam singulorum Cardinalium, & eius ministros, vt præfertur, pertinentia & ad eandem capellam apostolicam pertinerent, & spectarent, ac in posterum pertineant, & spectent, & per agentes pro ea realiter, & cum effectu capi, & apprehendi possent, & deberent, ac in posterum possint, & debeant, Ac hæredes Cardinalium tam hactenus defunctorum, quam pro tempore decedentium quingentos ducatos huiusmodi eidem Cameræ persoluere tenerentur, & in posterum teneãtur, Et propterea successores in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs huiusmodi fructus &c. ac pecunias, & res per eorum successores non exactos, libere, & licite percipere, exigere, & leuare, ac solutis, si aliunde vnde soluant non erit, vt præfertur, debitis,

Hæredes Beneficiatorum fructus tempore eorum obitus inexactos exigebant, debita autem & legata eorundẽ, & pretiũ anuli Cardi. & ornamenta Capellæ, recusabant Cam. Sedi apost. cõsignare.

Pontifex ideo declarat, huiusmodi hæredes tã ex testã. quam ab intestato, fructus inexactos exigere non posse, sed illos spectare ad Benef. successores, qui inde debita & legata soluere debẽt, si aliũde persolui nequeant

Hoc autem mox infra declaratur

Ornamentaque Capellæ ad Reu. Cameram apost. spectare decernit

debitis,& legatis prædictis,quod residuum fuerit in suos vsus,& vtilitatem conuertere, Necnon agentes pro capella apostolica,cruces,candelabra,imagines,patenas,calices,vasa,iocalia,ornamenta,paramenta, vtensilia,& alis prædicta propria auctoritate libere capere.& apprehendere posse. Ac hæredes Cardinalium, tam hactenus defunctorum,quam aliorum pro tempore decedentium,ad cruces,candelabra , & alia prædicta agen. pro dicta capella apostolica realiter , & cum effectu consignandum. Et eosdem quingentos ducatos agentibus pro eadem Camera,vt præfertur,soluendum teneri,& obligatos esse,ac ad id omnibus iuris,& facti remedijs cogi, & compelli posse,sicque in præmissis omnibus,& singulis casibus ad præsens occurren.seu penden. per quoscunq; &c. in quauis causa,& instan.sublata &c.iudicari,& diffiniri debere, ac irritum &c.decernimus. Non obstantibus præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,statutis &c.priuilegijs quoque indultis,ac testandi, & alias de dictis rebus,& bonis disponendi facultatibus,capitulis,& literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus,& formis,ac cum quibusuis clausulis,& decretis,etiam per modum statuti, & ordinationis perpetuorum, Motu proprio &c.aut alias quomodolibet etiam per nos ac dictam sedem concessis,initis,& emanatis , quibus omnibus,etiam si de illis &c.eorum tenores &c.hac vice duntaxat specialiter,& expresse derogamus , & sufficienter derogatum esse decernimus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem hæredes ipsorum beneficiatorum qui iam ante præsentium publicationem pecunias , ac fructus per ipsos beneficiatos exactos huiusmodi exegerint,per successores in beneficijs huiusmodi amplius præsentium vigore molestari non posse, nec non præsentes in Cancellaria apostolica, vt moris est,publicari, & in illius quinterno inter alias constitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam describi. Placet motu proprio. I.

Anulique pretium Duc. 500. hæredes Card. Cameræ Apost. soluere debere declarat.

Decretũ irritans.

Clausula derogatoria.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula,constitutio,& ordinatio,Romæ,in Cancellaria apostolica , anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo,die vero vigesima sexta mensis Iunij, Pontificatus prædicti sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno primo.

A. Lomellinus Custos.

Et ego Laertius vidi registratam in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 345.

Prima declaratio dictæ constitutionis.

DVDVM ex certis tunc expressis rationabilibus causis per quandam constitutionem nostram perpetuo duraturam,inter alia Motu simili declarauimus,nostræ intentionis nunquam fuisse nec esse,quod quiuis quorũcunque beneficiatorum etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum,& aliorum Prælatorum,ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium vbilibet etiam in Romana curia aut eius districtu pro tempore decedentium siue ex testamento per ipsos Beneficiatos etiam vigore quarumcunque facultatum eis in specie vel in genere,etiam prætextu quorumcunque capitulorum ac statutorum,& ordinationum etiam nostrorum sub quibusuis tenoribus,& formis,ac alias quomodolibet concessorum condito,siue ab intestato, hæredes , fructus &c.ac pecunias,& res alias per ipsos sic defunctos Beneficiatos etiam Episcopos,Archiepiscopos,Patriarchas,& alios Prælatos,ac Cardinales ante eorum obitum non exactos,etiam si pro tempore ante obitum huiusmodi decursi deberentur,ac eorum solutionis dies Beneficiatis,& Cardinalibus viuentibus aduenissent, ac per ipsos Beneficiatos,& Cardinales non stetisset quominus illos exigissent, quinimmo omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam,etiam iudicialiter agendo fecissent,quoquo modo exigere aut etiam sponte oblatos percipere tunc,vel in posterum possent,sed quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c. ac pecuniæ,& res ,vt præfertur inexactos huiusmodi ad ipsorum sic defunctorum beneficiatorum etiam Episcoporũ, Archiepiscoporum,Patriarcharum,Prælatorum & Cardinalium in ecclesijs,monasterijs, etiam beneficijs ecclesiasticis,quorum fructus &c.ac pecuniæ & res huiusmodi essent successores , qui eis illis quorum solutionis dies ante obitum Beneficiatorum huiusmodi aduenissent , omnia ipsorum Beneficiatorum etiam Episcoporum , Archiepiscoporum,Patriarcharum,Prælatorum,& Cardinalium debita , & ad pias causas facta legata , si ea alijs ipsorum beneficiatorum bonis solui non possent soluere tenerentur,libere deuenirent, ac per eos & non hæredes prædictos exigi possent,& propterea successores in ecclesijs , monasterijs , & beneficijs huiusmodi fructus &c.ac pecunias,& res per eorum prædecessores non exactos libere & licite percipere,exigere,& leuare,ac solutis si aliunde vnde soluerentur non esset,debitis,& legatis prædictis,quod residuum foret in suos vsus,& vtilitatem conuertere posse,sicque in præmissis casibus etiam tunc occurrentibus,seu pendentibus iudicari,& desiniri debere,ac irritum &c.decreuimus,prout in eadem constitutione,quam in Cancellaria apostolica, vt moris erat,publicari, & in illius Quinterno inter alias constitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam describi voluimus, plenius continetur. Cum autem sicut plurium fidedignorum relatione nobis nuper innotuit, constitutioni nostræ prædictæ per Beneficiatos , ac hæredes prædictos diuersæ fraudes fieri possint per Beneficiatos videlicet fructus &c.ac pecunias & res alias,vt præfertur,non exactos,legatis per eos in extremo eorum vitæ,& dum vlterius viuere desperant,ad pias causas pro tempore factis absorbendo, per hæredes vero diuersa debita iam extincta,& de quorum extinctione successores in Beneficijs informati esse non possunt,pro validis,& veris supponendo , Sicque successores præfatos fructibus &c. ac pecunijs , & rebus alijs non exactis frustrando in animarum suarum periculum,& successorum prædictorum detrimentum non modicum. Nos fraudibus huiusmodi occurrere,& ne verbis & non rebus legem imposuisse videamur,prouidere volentes,Motu simili &c. Constitutionem nostram prædictam , solum legata quæ per ipsos Beneficiatos etiam Episcopos , Archiepiscopos,Patriarchas,Prælatos,& Cardinales dum in sanitate constituti extiterint,ad pias causas facta fuerint,& debita quæ occasione Beneficiorum ad quæ fructus &c.ac pecuniæ, & res inexacti huiusmodi pertinuerint,contracta extiterint,de quibus successores in beneficijs informationem verisimiliter habere possunt, & debent,comprehendere,& in eis tantum intelligi debere,ac successores præfatos ad aliorum quam,vt præfertur, ad pias causas factorum legatorum , & occasione ipsorum beneficiorum contractorum debitorum solutionem minime teneri,nec ad id etiam vigore constitutionis nostræ prædictæ cogi aut compelli posse , Sicque in omnibus & singulis etiam ad præsens occurrentibus seu pendentibus casibus per quoscunque &c.in quauis causa,& instan.sublata &c.iudicari & diffiniri debere,ac irritum &c.decernimus,& declaramus. Non obstantibus omnibus quæ in dicta constitutione nostra voluimus non obstare. Decernentes præsentes in dicta Cancellaria , vt præfertur,publicari & describi debere.

Placet & ita Motu proprio decernimus,& declaramus. I.

Hæc const. est § præcedit.

Tenor dictæ cõst.

Et ego vidi eam ibi descriptam fol. 345.

Causa istius declarationis.

Declaratio prædictæ const. circa legata, & debita.

Decretũ irritans.

Clausula derogatoria.

fundere valeăt. Sane dilectus filius modernus Generalis dicti ordinis, nobis nuper exponi fecit, quod licet alias fe. re. Paulus Papa. III. prædecessor noster omnibus & singulis professoribus congregationis ordinis fratrum minorum Capucinorum nuncupatorum sub excommunicationis alijsque diuersis censuris & pœnis tunc expresſis per diuersas eius in forma breuis literas, præceperit & mandauerit, ne dicti fratres Capucini quempiam ex fratribus ordinis fratrum minorum de obseruantia huiusmodi quouis prætextu, absque Prælatorum suorum licentia in scriptis habita, cuiusuis assertæ licentiæ viuæ vocis oraculo ab ipso prædecessore obtentæ, aut alio quouis prætextu recipere, & retinere, & dicti fratres de obseruantia ad eos se transferre præsumerent, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Tamen nonnulli professores Congregationis Capucinorum huiusmodi censuris & pœnis ac literis prædictis spretis quam plures ex dictis de Obseruantia professores ad eos confugientes absque Generalis seu Prælatorum prædictorum licentia huiusmodi recipere & retinere præsumpserint, & præsumant in ipsorum animarum præiudicium, & ordinis minorum contemptum, ac scandalũ plurimorũ, necnon antiquarum discordiarum, & litium inter ipsos de Obseruantia, & Capucinos fratres olim exortarum suscitationem. Quare pro parte præfati moderni Generalis nobis fuit humiliter supplicatum, vt præmisſis (ne illa deteriora parturiant) opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur literarum prædictarum veriores tenores pro expresſis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes & singulas receptiones fratrum de Obseruantia huiusmodi per ipsos Capucinos, absque huiusmodi Generalium seu Prouincialium licentia in scriptis habita, contra dictarum litterarum continentiam & tenorem, quouis prætextu, & colore faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris vel momenti fore. Sicque per quoscunque quauis auctoritate fungentes Iudices, & alias personas sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque & inane si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ad nostrum beneplacitum, decernimus. Necnon præfato moderno, ac pro tempore existenti Generali dicti ordinis de Obseruantia, vt præfatos fratres contra tenorem, & formam earundem literarum (vt præfertur) recipiendos repetere, & ad illorum Monasteria seu regularia loca dicti ordinis de Obseruantia in quibus ante receptionem huiusmodi existebant reducere, & ad id auxilium brachij secularis inuocare, ac alia ad id opportuna iuris & facti remedia adhibere, libere & licite valeat, licentiam concedimus, & facultatem. Ipsisque professoribus congregationis Capucinorum huiusmodi in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub censuris, & pœnis prædictis ipso facto incurrendis, ne de cætero quempiam, ex dictis de obseruantia professoribus, etiam si in seculari, vel cuiusuis alterius religionis habitu, ad eos cõfugerint quouis prætextu, absq; dicta licentia in scriptis habita, contra dictarum literarum continentiam, & tenorem, recipere seu retinere præsumant, districte præcipimus. Mandantes nihilominus venerabilibus fratribus Saluciarum, & Albinganen. Episcopis quatenus ipsi, vel alter eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quotiens, ac quando pro parte dicti Generalis requisiti fuerint, solemniter publicantes, eique in præmisſis efficacis defensionis præsidio asſistẽtes faciant auctoritate nostra literas ipsas suum plenarium effectum sortiri, ac singulos quos dictæ litteræ concernunt eis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper, per dictos Capucinos, seu quoscunque alios quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras & pœnas Ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & applican ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super ijs habendis seruatis procesſibus, censuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmisſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ viij, etiam prædecessoris nostri, de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas, aliquis auctoritate præsentium, ad iudicium, trahatur, & alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, eisdem Capucinis, eorumque Congregationi, & Prælatis, ac quibusuis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam Motu proprio, concesſis, confirmatis, & innouatis, quibus etiã si pro illorum sufficiẽti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expresſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expresſis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresſe derogamus. Necnon omnibus illis, quæ præfatus Paulus in eisdem suis literis voluit non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non posſint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium literarum transumptis. Sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo piscatoris. Die. xxv. Augusti. M. D. L. Pont. nostri anno primo.

L. Salernitan.

Paul. 3. (Cuius const. habes sup. fol. 481. nu. 96) præceperat Capucinis, ne reciperẽt Fratres de obseruantia, absque licentia suorum superiorum Et nihilominus contrauentum fuit.

Hic igitur Pont. receptiones contra formã d. const. ructionis factas annullat.

Generaliq; Fratrũ de obseruantia facultatẽ concedit, reducendi fratres ad eorum Monasteria.

Capucinisq; iterũ prohibet, receptionem d. dictorũ Fratrum.

Executores dãtur const.

Clausula derogatoria.

X I.

Ampliatio indultorum & Priuilegiorum, Cubiculariorum & Scutiferorum Apostolicorum.

Quorum Collegij erectionem, & Priuilegia habes supra fol. 199. in Leon. X. constit. 14. Romanus.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

LICET Ex debito summi Pastoralis officij nobis desuper iniuncti circa personarum quarumlibet commoda, & vtilitates, cum opus fuerit, nostræ liberalitatis dexteram extendamus, illas tamẽ ex eis quæ ad nostra, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ officia pro tẽpore deputatæ illa sollicite, fideliter, & vtiliter exercere nõ

quanto id eorundem officialium virtutibus, seru-
desinunt, tanto potioribus fauoribus, & gratijs prosequamur,
tijs, & meritis debite compensatis conspicimus in domino salubriter expedire. Dudum siquidem fe. re. Leo Pa
pa X. prædecessor noster ex certis tunc expressis causis de fratrum suorum eiusdem S.R.E. Cardinalium cōsilio,

Leo X. instituit collegiū 60. Cubiculariorum, & 140. Scutiferorū, vt habes sup. fol. 499. const. 1. 14. Romanus.

& assensu ad sedis apostolicæ decus, & ad eadm pro tempore accedentium honorem, & commodum Cubicula-
riorum ad sexaginta, & Scutiferorum de numero participantium Collegia ad numerum centum, & quadragin-
ta sub certis modo, & forma per suas literas perpetuo erexit, & instituit, ac Cubicularijs, & Scutiferis huiusmo
di pro tempore existentibus, quos, & quemlibet eorum familiares veros, & indubitatos continuos commensa-
les suos, & Romani Pontificis pro tempore existentis existere decreuit, & declarauit, diuersa priuilegia, gratias,

Priuilegiaque & indulta eisdē cōcessit & vestes de quibus hic est pleniss usus.

dispensationes, facultates, antelationes, prærogatiuas, decreta, declarationes, indulta, & exemptiones, Ac singu-
lis eorum qui obitus, & coronationis Romanorum Pontificum temporibus præsentes adessent, obitus vide-
licet lugubres, coronationis vero huiusmodi ratione rubeas vestes exhibendas, & assignandas esse, ac nonnul
la alia tunc expressa emolumenta concessit, & assignauit, prout in eisdem literis plenius continetur. Et licet a
piæ meoriæ Paulo Papa III. etiam prædecessore nostro certa pecuniarum summa Cubicularijs, & Scutiferis præ
dictis pro lugubribus obitus recol. me. Clementis Papæ VII. similiter prædecessoris nostri, & ipsius Pauli præde-
cessoris coronationis ratione debitis rubeis vestibus assignata fuerit; cum tamen eodem Paulo prædecessore ab

Paul. 3. p vestib. lugubribus, obitus Clem. 7. certas pecunias assignauit dictis Cu bic. & scutiferis.

humanis exempto nos diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti, ipsius Pauli prædecesso
ris ærarium ita exhaustum inuenerimus, vt lugubres Pauli prædecessoris obitus huiusmodi, & coronationis no-
stræ ratione debitas vestes eisdem Cubicularijs, & Scutiferis ob graues etiam nobis incumbentes necessarias ex
pensas prout optamus assignare nequeamus: Nos tam in eorundem vestium recompensam, sine tamen in futurū

Hic vero Pontifex tempore obitus Pauli 3. ærarium ita exhaustū inuenit, vt vestes illis assignare non potuit.

debendarum præiudicio, quam etiā ob continuos labores, & grata obsequia quæ ipsi Cubicularij, & Scutiferi
nobis, & dictæ sedi etiam sollicitis studijs impendunt, Dilectos filios modernos Cubicularios, & Scutiferos no-
stros de eodē numero, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ec
clesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomo
dolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolu
tos fore censentes, necnon earundem literarum veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu pro
prio, non ad eorundem Cubiculariorum, & Scutiferorum, seu alicuius illorum, vel alterius pro eis nobis super
hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia eosdem modernos, & pro
tempore existentes de dicto numero Cubicularios, & Scutiferos eo ipso quod illi ad Cubiculariatus, & Scutife-

Ideo in recompensam vestiū, & laborū eorundē primogenitos & illegitimos Nobilitate decorat.

ratus officia huiusmodi respectiue admissi fuerint, & cuiuslibet eorum primogenitum natum, seu nasciturum,
etiam quomodolibet illegitime natum, titulo etiam de maiori nobilium genere auctoritate apostolica tenore
præsentium decoramus, ac aliorum de maiori nobilium genere procreatorum numero, & consortio fauorabili
ter aggregamus, illisque & eorum cuilibet quod omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus,
& exemptionibus, quibus veri, & non per priuilegium de maiori nobilium genere nati de iure, vsu, & consuetu
dine, vel alias vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, vti, potiri, & gaude-
re possint, & valeant, eisdem auctoritate, & tenore concedimus. Necnon cum ipsis Cubicularijs, & Scutiferis,
pro tempore existentibus, ac eorum singulis, etiam qui mere laici, & coniugati, etiam bigami, & alias incapaces

Ipsosque Cubicularios, & Scutiferos etiam laicos coniugatos, & bigamos pensiones habere posse declarat.

Quod reuocauit Pius V. infra in eius const. 71. Sacrosanctum.

fuerint, cum Cubicularijs vero, & Scutiferis Clericis etiam quascunque pensiones annuas super fructibus, reddi
tibus, & prouentibus ecclesiasticis quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorū, vel ipsosmet fructus, redditus,
& prouentus, etiam si eos pro tempore coniugatos, & bigamos fieri contigerit, etiam postquam Cubicularij, &
Scutiferi officium respectiue dimiserint, quamcūque, & quascunque pensiones annuas, Cubicularij videlicet du
centorum, Scutiferi vero centum quinquaginta ducatorum auri de Camera nō excedētes, vel fructus, redditus,
& prouentus loco pensionum similis quantitatis, quæ transeant ad successores in beneficijs cum cura, & sine cu
ra, etiam taxatis, necnon canonicatibus, & præbendis, ac dignitatibus, etiam Pontificalibus, a decimis, & subsi-
dijs, ac alijs oneribus liberas, etiam ordinaria auctoritate, etiam sine causa, videlicet si super monasteriorū, etiā
consistorialium, prioratuum, præposFiturarum, & aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum se-
cularium & quorumuis ordinum regularium, etiam cum cura & sine cura fructibus, redditibus, prouentibus, ac
etiā distributionibus quotidianis eorundem canonicatuum, & præbendarum, etiam si dignitates ipsæ maiores,
& principales personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitan. vel collegiatis ec-
clesijs cuiuscunque annui valoris illorum fructus, redditus, & prouentus fuerint, pensio, seu pēsiones annuæ nō
tamen vltra summam ducentorum pro vno quoque Cubiculario, & centum quinquaginta ducatorum similium
pro quolibet Scutifero, & officio constitui possint. Quodque ipsi Cubicularij, & Scutiferi pensiones vltra tertiā,
vel dimidiā partem habentes super quibusuis ecclesijs, & monasterijs, illas etiam si matrimoniū, etiā cū bigama
contraxerint, vsque ad summam prædictam ducentorum videlicet pro quolibet Cubiculario, & centū quinqua-
ginta ducatorū similium pro quolibet Scutiferos, & non vltra retinere possint, & valeant, nulla propterea no-
bis, & successoribus nostris compositione soluta, quoad vixerint percipere, exigere, & leuare, ac in suos vsus, &
vtilitatem conuertere libere, & licite possint, & valeant, cum regressu, vel accessu ad beneficia huiusmodi pro
clericis non coniugatis in euentum non solutionis pensionum earundem, ac in euentum regressus, vel accessus
ad huiusmodi beneficia, ipsam commendam ad duos mēses obtinere, & deinde illa dimittere pro maiori, vel mi
nori, summam tamen ducentorum, & centum quinquaginta ducatorū huiusmodi respectiue non excedente pen
sione, vel illius loco fructuum reseruatione illis reseruanda, & assignanda, auctoritate apostolica & tenore, ac
scientia similibus, & apostolicæ potestatis plenitudine dispensamus. Ipsisque Cubicularijs, & Scutiferis, ac eorū

Testarique & disponere posse eodem de acquisitis, ex bonis eccl. etiam ad fauorē incapacium.

Quod reuocauit Pius V. infra in eius consti. 120. Quæ ordini.

singulis etiam Clericis, Presbyteris, Prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis pro tempore existētibus,
vt de quibuscunque eorum bonis mobilibus, & immobilibus per eos tam per ecclesiam, seu ecclesias, aut alia
beneficia ecclesiastica, etiam hospitalia, vel alia pia loca cuiusuis etiam priuilegiati ordinis fuerint, per eos
obtenta, & obtinenda, aut alias quomodolibet ex ingenio, & industria suis, seu alias quomodolibet acquisitis,
& acquirendis, etiam si iuxta similis memoriæ Sixti IV. & Iulij, ac Leonis, & Pauli, prædictorum aliorumque Ro
manorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, & nostras desuper expeditas literas immobilia bona nō
possederint, etiam in Ro. Curia vel extra eam etiam corā notario publico, & duobus testibus, etiam omissis solē
nitatibus a iure requisitis, vsq; ad quamcunque, & quātumcunq; notabilem summā testari, & de illis inter quos-
cunque, etiam incapaces personas quauis incapacitate, qui eo tempore absque aliqua dispensatione quoad hoc
capaces

capaces intelligantur,& existant,disponere,ac etiam inter viuos erogare,concedere,& donare, ac testamenta, dispositiones,& concessiones huiusmodi , etiam dimisso officio, facere licite possint,& valeant, plenam. & liberam etiam vltra facultates per prædictos prædecessores, & nos curialibus,& eandem curiam sequentibus in Vrbe ædificantibus concessas licentiam,& facultatem concedimus . Quodque Cubicularij , & Scutiferi prædicti,ac eorum singuli in expectatiuis reseruationibus,& alijs gratijs apostolicis illis pro tempore per nos,& successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes quomodolibet pro tempore concessis, earumque, & collationum mutationibus, & extentionibus illis pro tempore factis,& concessis, ac beneficijs sub illis comprehensis acceptandis,& obtinendis de idiomate,& extra nationem per nos,& successores prædictos editis & edendis Cancellariæ apostolicæ regulis,nullatenus subijciantur,ae in illis quod diuersæ nationis, seu idiomatis existant nullam mentionem facere teneantur,ac gratias expectatiuas in quibusuis partibus & nationibus, etiã in quibus idioma loci non intelligant , nec loqui sciant , habere , ae sub illis comprehensa beneficia acceptare, consequi,& obtinere absque alia in eis constitutionum huiusmodi mentione, aut derogatione facienda. Ac etiã postquam eorum officium dimiserint,omnibus,& singulis,ae illis prorsus similibus priuilegijs , antelationibus, prærogatiuis,decretis,declarationibus,suspensionibus,derogationibus,mandatis,voluntatibus, immunitatibus, concessionibus,dispensationibus,& indultis,quibus sancti Petri.& sancti Pauli, ac de Lilio, & Lauretan. Milites,& Referendarij,ac continui commensales nostri,etiam antiqui,& descripti, tam in expectatiuis,& alijs gratijs eorum,& beneficiorum sub illis comprehensorum assecutione,quam alias quomodolibet vtuntur, potiũtur, & gaudent , ac vti , potiri,& gaudere poterunt in futurum,non ad eorum instar,sed pariformiter, & æque principaliter,absque vlla penitus differentia vti potiri, & gaudere libere , & licite valeant , eisque similia priuilegia,antelationes, prærogatiuas,decreta,declarationes,suspensiones, derogationes, mandata, immunitates, dispensationes & indulta,præfati sancti Petri,& sancti Pauli,ac de Lilio,& Lauretan.Militibus,ac continuis commensalibus nostris,etiam antiquis,& descriptis,ac Referendarijs,tam per sanctæ memoriæ Paulum Papam III. sub Datum Romæ apud sanctum Marcum die trigesima Iulij,Pontificatus sui Anno Sexto , & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, quam etiam nos quomodolibet concessas, & concessa , & quorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis babere volumus , auctoritate apostolica , earundem tenore præsentium,etiam concedimus, & indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Balneoregien.& Cesenat. ac Albiganen.Episcopis,per apostolica scripta Motu simili mandamus,quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum,per se vel alium,seu alios auctoritate nostra , Cubicularijs, & Scutiferis prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes,faciant eos & eorum singulos etiam eorum officio,vt præfertur dimisso, ac eorum natos præfatos,& alios quos præsentes literæ concernunt, præmissis omnibus , & singulis pacifice frui , & gaudere,non permittentes eos,seu eorum aliquem per quoscunque desuper quomodolibet molestari,inquietari,aut perturbari,contradictores quoslibet,& rebelles cuiuscunque dignitatis, status,gradus,ordinis, vel conditionis existant, per censuras,& pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas , & applicandas,aliaque opportuna iuris,& facti remedia,appellatione postposita . compescendo , ac legitimis super his habendis seruatis processibus,censuras , & pœnas prædictas , etiam iteratis vicibus aggrauando , inuocato etiam ad hoc,si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus de idiomate , & extra nationem regulis prædictis editis,& edendis,ac etiam felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de vna,& Concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur & alijs apostolicis,ae prouincialibus,& synodalibus cõstitutionibus, & ordinationibus, necnon etiam iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,ac literis apostolicis , etiam disponentibus quod tertia pars bonorum eorum quibus huiusmodi facultates testandi pro tempore concessæ sunt,de quibus ipsi testati forent,Cameræ Apostolicæ applicaretur , & applicata censeretur eo ipso,priuilegijs,quoque indultis quibusuis,& sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque fortioribus,efficacioribus , & insolitis clausulis , irritantibusque,& alijs decretis,& declarationibus,etiam iteratis vicibus,ae motu simili, & alias quomodolibet editis, ac concessis, approbatis,& innouatis,quibus omnibus. etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis,specifica,& expressa,ac indiuidua,& de verbo ad verbum,non autem per clausulas generales idem importantes mentio , seu quæuis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,& forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis,& insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris,hac vice duntaxat harum serie specialiter , & expresse pari motu derogamus , cæterisque contrarijs quibuscunque . Volumus autem , & dicta apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium literarum transumptis,etiam per impressionem factis , & manu alicuius defensoris pro tempore existentis dictorum Collegiorum subscriptis,& sigillo Camerarij nostri,aut alicuius curiæ ecclesiasticæ,vel sæcularis,aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis,plena, & indubitata fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur , si forent exhibitæ vel ostensæ . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis,decorationis,aggregationis,dispensationis,cocessionum,indulti,mandati,derogationis,& decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri , & Pauli Apostolorum eius , se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum . Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo, quintodecimo Calendis Nouembris . Pontificatus nostri anno primo.

De Facultat. Cubiculariorum habes sup. fol. 496. in cõst. 3. vbi no.

In Impetrationibus Benefic. non ligantur Regulis Cancellariæ.

Indultis & Prærogatiuis de quibus hic gaudent etiã postquã officia dimiserint.

Militum S. Petri priuilegia habes supr. fol. 347. in Leon. 10. cõst. 36 sicut prudens.

Militum S. Pauli supra fol. 393. in Pauli. 3. const. 23. Romanum.

Militũ de Lilio, su. fol. 453. i Paul. 3. const. 50. in Beati.

Referendariorũ sup. fol. 409. in Pauli 3 const. 24 Debita.

Familiarium Põtificis su. fol. 507. in Clem. 7. cõst. 14. Romani

Clausula derogatoria.

De Gratis pro collegio Cubiculariorum,& Scutiferorum : Registrata in Secretaria Apostolica Leo de Fano.

XII.

De impedientibus Inquisitores Hereticæ prauitatis in eorum officio , aut se ingerentibus in crimine Hæresis cognoscendo.& eorum pœnis.

Concordantias istius Materiæ ponam infra in Pij V. const.83.si de protegendis.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. LICET à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris etiam per speciales constitutiones in corpore iuris insertas fuerit rite & salubriter sancitum atque decretum, vt sæculi potestates & Domini temporales ac prouinciarum ciuitatum , terrarum & locorum quorumcunque rectores , quibuscunque dignitatibus

Diuersorũ Pont. const. istas indicauero infra in Pij 5. const 83 si de protegendis.

nuncios significari fecit, vt sacrum oecumenicum generale cōcilium per felicis recordationis Paulum papā III. prædecessorē nostrum indictū, & per nos tunc Cardinalatus honore fungentes, atq; ipsius prædecessoris nomine, vna cū duobus alijs S.R.E.Card. ipsi concilio præsidentes inceptum, ordinatum, & cōtinuatum, in quo plures publicæ, & solemnes habitæ fuerunt sessiones, pluraq; tam in causa fidei, quā reformationis promulgata decreta, multaq; etiam ad vtramq; causam pertinentia examinata, & discussa, ad ciuitatē Tridentinā reducatur. Nos ad quos, & summos pro tempore Pontifices spectat generalia Concilia indicere, & dirigere, vt ecclesiæ pacem, & Christianæ fidei, atq; orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam procuremus, & quantū in nobis est tranquillitati ipsius Germaniæ, quæ sane prouincia retroactis temporib. in vera religione, ac sacrorum Conciliorum, & sanctorū patrum doctrina excolenda, exhibendaq; maximis Pontificibus Christi redemptoris nostri in terra vicarijs, debita obedientia, & reuerentia nulli christianorum prouinciæ fuit vnquam secunda, paterne consulamus, sperantes per ipsius Dei gratiam, & benignitatem futurum, vt Reges omnes, ac Principes Christiani iustis, pijsque nostris in hac re votis annuant, faueāt, atque assistant, venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, omnesque alios & singulos, qui de iure, vel consuetudine vel priuilegio, concilijs generalibus interesse debent, quosque idem prædecessor noster in suis indictionis, & alijs quibuscumque desuper confectis, & publicatis literis concilio interesse voluit, per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi hortamur, requirimus, & monemus, vt proximis futuris Kalendis Maij, quem diem ad ipsum concilium in eo, in quo nunc reperitur statu, resumendum, & prosequendum, præuia matura deliberatione, ex certa nostra scientia & de apostolicæ auctoritatis plenitudine, ac venerabilium fratrum nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, statuimus, decernimus, & declaramus, in ipsa ciuitate Tridenti legitimo cessante impedimento conuenire, & se congregare, ac ipsius Concilij continuationi, & prosecutioni, omni mora postposita, incumbere velint. Nos enim operam sedulo daturi sumus, vt eodem tempore, in eadem ciuitate nostri omnino adsint Legati, per quos, si per ætatem nostram, valetudinemque, & sedis apostolicæ necessitates personaliter adesse nequiuerimus, Spiritu sancto duce ipsi concilio præsidebimus, Quacumque ipsius concilij translatione, & suspensione, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque, ac præsertim illis quæ idem prædecessor noster in suis literis prædictis, quas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, & decretis in suo robore permanere volumus, atque decernimus, & quatenus opus sit innouamus, voluit non obstare. Irritum nihilominus decernentes & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum hortationis, requisitionis, monitionis, statuti, declarationis, innouationis, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo, decimo octauo Kal. Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Pau. 3. Idixit Cōciliū Tridentinū vt habes su fol. 436 in eius cōst. 40. Iulius vbi no tat.

Quod trāslatum fuit Bononiæ vt ibidem.

Ideo hic Pont. il lud reuocat ad ciuitatem Tridē.

Prælatosq; monet vt eius prosecutioni assistant.

Clausulæ derogatoriæ.

Decretū irritans

M. Card. Crescentius.

Rom. Amasæus.

R. de Sanct. Marsal.

Anno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo indictione nona, die vero prima mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno eius primo, retroscriptæ literæ alta, & intelligibili voce lectæ fuerunt in basilica sancti Petri de Vrbe, dum ibidem de mane diuina celebrabantur, & populi multitudo ad diuina audienda conuenerat, per me Ioannem Roillard præfati sanctissimi D. N. Papæ Cursorem, & deinde affixæ in valuis ipsius basilicæ per me eundem Ioannem, & Maturinum Menandi Cursores, & affixas per aliquod temporis spatium stare permisimus, & deinde amouimus, copiam earundem cum originali auscultatam affixam dimittendo.

XIIII.

Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, in Capella Romani Pontificis assistentium, Priuilegia, indulta, & exemptiones.

Moderationes autem & reuocationes vide in const. indicatas hic in apostillis.

IVLIVS Papa III. Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex ex sua circumspecta prouidentia eas consueuit personas condignis præcipue complecti fauoribus, & gratijs, quas sibi & apostolicæ sedi deuotas, & obsequiosas, ac plurimis cognoscit meritis adiuuari. Hinc est quod nos Venerabiles fratres Fabium Constantinopolitan. Christophorum Alexandrin. Christophorum Hierosolymitan. Ioannem Aquilegien. Patriarchas, & Andream Spalaten. Iacobū Corcyren. Franciscum Senen Ioannem Michaelem Matheran. Scipionem Tarentin. Thadæum Consentin. Ioannem Andream Messanen Bernardinum Surrentin. Cæsarem Taurinen. Archiepiscopos, ac Marcum Senogallien. Thomam Feltren. Philos Asculan. Philippum Salutiarum, Nicolaum Mariam Chatanien. Bernardinum Camerinen. Paulum Caturcen. Ioannem Nouiomen. Iacobum Niuernien. Leonem Foroiulien. Claudium Mirapicen. Cornelium Bitontin. Ioannem Baptistam Venefran. Ioannem Iacobum Aprutin. & Iodocum Lubicen. Episcopos, Prælatos domesticos nostros, & in Capella nostra assistentes, eorum meritis, & obsequijs exigentibus, condignis fauoribus, & gratijs prosequi, titulisque, & honoribus decorare volentes, Motu proprio, non ad ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & certa scientia, eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & eorum singulis (sine tamen quarumcunque dispensationum ad beneficia, ac indultorum de fructibus in absentia percipiendis, necnon exemptionum a superioritate, & iurisdictione eorum Ordinariorum sibi a sede apostolica, ante tamen Concilij Tridentini celebrationem concessorum, quorum omnium tenores pro expressis haberi volumus, & quæ illis tantum, quibus concessa sunt, minime denegari censeantur, sed in suo robore persistant, præiudicio) vt quandiu eorum quilibet Patriarchali, Archiepiscopali, &

De Patriarcharū gradibus habes supra fol. 68. in Eug. 4. const. v. latenter in fin.

Prælatis assistentibus in Capella Pontificis, priuilegium conced. conferendi beneficia de qbus hic

Episcopali

ecclesię præfuerit de qui
Episcopali cui nunc præesse dignoscitur, aut ad quam eum forsan transferri contigerit, bene
buscunque dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, cæterisque ec-
ficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, ac quorumuis ordinum regularibus, ad suam, ratione con
clesiæ cui præest, collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem Iunij,
iunctim, vel separatim spectantibus, & pertinentibus, quæ deinceps in antea in singulis Februarij, Aprilis, generaliter re-
Augusti, Octobris, & Decembris mensibus vacare contigerit (dummodo dispositioni apostolicæ vel
seruata, seu ex generali reseruatione apostolica affecta non fuerint,) etiam si præsentationes, nominationes, illius
electiones aliorum, quæ saluæ sint, procedere consueuerint, perinde ac si aliquæ à nobis, vel dicta sede, aut reseruandi,
legatis, gratiæ expectatiuæ, ac super illis reseruationes, vniones, annexiones & incorporationes, ac nullate-
vniendi, prouidendi & alias disponendi, mandata cum inhibitionibus, & irritantibus, & alijs decretis pro tem-
nus emanassent, vel in posterum emanarent, de illis videlicet ad suam, separatim per se solum vel eius præ
pore deputatum Vicarium, ad suam vero cum Capitulo ecclesiæ suę, coniunctim, collationem, prouisionem, si-
sentationem, electionem, & aliam dispositionem huiusmodi spectantibus, vna cum eisdem capitulo personis apostolica
bi gratis & alias idoneis prouidere, & alias disponere libere & licite possint & valeant, auctoritate Episcopos,
tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus. Ipsosq; Patriarchas, Archiepiscopos, & nec-
ac eorum singulos nobiles creamus, & facimus, ac nobilitamus, nobilitatisq; titulo & insignijs decoramus, re
non aliorum nobilium numero & consortio fauorabiliter aggregamus, ac pro nobilibus haberi, nominari, & exé-
reputari volumus atque mandamus, eisque vt omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, etiam
ptionibus, derogationibus, mandatis, dispensationibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij nobiles, con
de nobili Comitum genere, etiam qui illustres reputantur, etiam ex vtroque parente procreati de iure vel licite
suetudine, ac alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, etiam vti, potiri, & gaudere libere & parente
possint, & valeant, vere, & non ficte in omnibus & per omnia, ac si de illustrissimo genere ex vtroque peni-
procreati forent, ita quod inter eos & ipsos illustres quo ad nobilitatem & alia ad illam necessaria nulla &
tus sit differentia, nec fictio locum habeat, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus. Et in signum honoris nostro
nobilitatis huiusmodi eis & eorum cuilibet tres Montes & alteram ex laureis, siue coronis insigniorum per
rum, quibus eorum vnusquisque prout melius sibi videbitur vna cum insignijs suis, vel absque illis deinceps eo
petuo vti possint gratiose donamus, & impertimus. Ac eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, & aut
rum singulos a solutione cuiuscunque decimæ etiam per nos, & sedem prædictam pro tempore impositæ, loco-
cuiuscunque pedagij subsidij, gabellæ, & cuiuscunque alterius generis ordinarij, & extraordinarij vbique vectigal
rum, & ex quauis causa impositi, & imponendi, Necnon ad instar Referendariorum nostrorum circa exemptos
vini pro sex vegetibus duntaxat eisdem auctoritate & tenore eximimus, & liberamus, ac liberos & ec-
esse volumus. Et insuper eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & eorum singulis, vt monasteria Decanatuum,
clesias, & alia quæcunque beneficia ecclesiastica suarum ciuitatum & diœcesium ac infra limites con-
Archidiaconatuum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos ex quibusuis dispensationibus & co-
cessionibus apostolicis in titulum, & commendam & alias quomodolibet nunc, & pro tempore obtentorum be
rumque personas, in quibus sibi ratione ecclesiarum suarum, ac Decanatuum, Archidiaconatuum & aliorum personas
neficiorum prædictorum visitationis officium de iure, vel consuetudine competit, per vnam seu plures Archidiaco-
idoneas, quas ad hoc duxerint deputandas, quandiu ecclesijs prædictis præfuerint, ac Decanatus, & plura
natus, & alia beneficia prædicta obtinuerint, & quoties visitationis tempus ingruerit, etiam duo, tria, seu quæ-
ex eisdem monasterijs, ecclesijs, seu locis vna & eadem die visitare, & procurationis iura, & emolumenta qua-
cunque ratione visitationis huiusmodi sibi debita, etiam si summam triginta librarum Turonen. argenti, mona-
rum duodecim valeant vnum florenum auri de florentia pro die qualibet excedat, ab eisdem ecclesijs, singulos
sterijs, locis, & personis taliter visitatis in pecunia numerata recipere, & exigere: Necnon omnes, & quo-
fructus, redditus, & prouentus mensarum suarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, & Episcopalium, & quorum-
rumcunque monasteriorum & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & com
uis ordinum regularium per eos, ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum, & ac
mendam, aut alias pro tempore obtentorum quibusuis personis etiam laicis, cum quibus suam & mensarum, biennium
monasteriorum, beneficiorumque prædictorum conditionem efficere potuerint meliorem, vsque ad de
a die arrendationis desuper ab eis, vel suis procuratoribus faciendæ computandum, pro pretio seu pretijs, conce-
quo, vel quibus eis, vel procuratoribus suis videbitur, arrendare, seu ad firmam vel annuam pensionem re-
dere, Ac pretium seu pretia huiusmodi etiam vnico contextu, & anticipata solutione in pecunia numerata prouen
cipere, & habere ac de habitis, & receptis soluentes quietare, & liberare. Necnon fructus redditus, & arrenda
tus huiusmodi, ac se, & suos in ecclesijs, monasterijs, & beneficijs prædictis successores quoscunque ad ap-
tionis huiusmodi sic faciendæ obseruationem pro dicto biennio, cum clausulis, & obligationibus in talibus annuã
poni solitis obligare possint, dictæque personæ fructus, redditus, & prouentus prædictos ad firmam seu va
responsionem pro dicto biennio recipere, & leuare, ac in suos vsus, & vtilitatem conuertere libere, & licite Archiepi-
leant: Necnon vt de bonis suis mobilibus, & immobilibus, ac se mouentibus ab eisdem Patriarchis, qualiercunque
scopis, & Episcopis tam per prædictas & alias ecclesias, monasteria, & beneficia ecclesiastica necnon ex
qualificata per eos ex quibusuis dispensationibus apostolicis quomodolibet obtenta, & obtinenda, duo
ingenio industria, ac labore suis, & alias quomodolibet licite acquisitis, & acquirendis vsque ad summam inter
rum millium ducatorum auri in auro in quaslibet, etiam a iure interdictas, & reprobatas personas, tam viuenti-
uos, quam causa mortis pro libito eorum voluntatis, aut pro remuneratione laborum eorum, qui eis disponere,
bus inseruierint, siue sint consanguinei, siue alij, & alias in pios & non pios, alias tamen licitos vsus Necnon
& erogare libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus. inde-
eis, & eorum cuilibet omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus per eos ex horarum omissione, & alia
bita possessionis beneficiorum apprehensione, seu cuiuscunque criminis a iure, vel ab homine, aut quauis eorum
quantumcunque inexcogitabili causa indebite perceptos, etiam in vtroque foro remittimus, eosque ab poe-
restitutione liberamus. Necnon a quibusuis propterea quomodolibet forsan incursis sententijs, censuris, & inhabilitatis,
nis ecclesiasticis absoluimus, & liberamus, ac absolutos, & liberatos fore nunciamus, omnemque penitus
& infamiæ maculam, siue notam ex præmissis quomodolibet prouenientem ab eis, & eorum quolibet

abole-

Nobilitatisq; titulo decorat.

Et sua insignia eisdem donat.

Exemptio à solutione decimarũ & impositionũ. Cuius reuocationem habes infra in Pij.V.const.9 & si ea.

Referẽdariorum priuilegiũ istud habes supra fol. 403. in Pauli 3. const.24. Debita.

Facultas deputã di Visitatores.

Beneficiorumq; prouẽtus ad biẽniũ affictandi.

Disponendique de eorum bonis etiam acquisitis de rebus Eccles. & etiam ad fauorem incapacium Quod reuocauit Pius.V. infra in eius constit. 2am. quo ordine.

abolemus. Districtius inhibentes quibusuis gabellarum, pedagiorum, & honerum huiusmodi exactoribus, ne eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, vel eorum aliquem contra præsentium tenorem quoquo modo molestare, vel inquietare præsumant. Ac decernentes, quod si contingat eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos dicto durante biennio decedere, aut regimini & administrationi suarum ecclesiarum cedere, ac monasteria, & beneficia huiusmodi alias quomodolibet dimittere, nihilominus fructus, redditus, & prouentus prædictos pro dicto biennio obligatos remanere, & suos in ecclesijs, & monasterijs, ac beneficijs huiusmodi successores ad obseruationem earundem arrendationum teneri, ac si se ad id personaliter obligassent: Necnon testamenta, & dispositiones huiusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari debere: Præterea quod Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ac eorum cuilibet milites, & equites deauratos octo, ac ad instar sacri Palatij, & Aulæ Lateranensis Comitum, quoscunque notarios, & tabelliones publicos, ac iudices ordinarios extra Romanam Curiam creandi, & instituendi, ac eisdem militibus solita equitum deauratorum insignia concedendi, ipsosque notarios, & tabelliones de notariatus, tabellionatus, & iudicatus officijs huiusmodi per pennam & calamare, vt moris est inuestiendi: Necnon quoscunque vtriusque sexus spurios, manseres, bastardos, aliosque ex quocunque illicito & damnato coitu pro tempore procreatos, viuentibus, seu mortuis eorum parentibus disiunctiue, seu copulatiue, ita vt ad paternas & alias successiones quorumcunque admitti, & in illis (sine præiudicio illorum, qui ab intestato succedere debeant) & ad quæcunque officia publica & priuata admitti, illaque gerere, & exercere possint, perinde ac si de legitimo thoro procreati fuissent, legitimandi, ac omnem ab eis genituræ maculam abolendi, necnon eos ad primæua naturæ iura restituendi, & reponendi: Ac quoscunque idoneos, accitis, & in hoc sibi assistentibus duobus duntaxat Doctoribus, seu Magistris in facultate in qua promouendi erunt, quos duxerint eligendos in vtroque, vel altero iurium, ac Theologiæ, & Artibus, necnon Medicina, ac baccallariatus Licenciaturæ, vel Doctoratus, ac Magisterij gradibus respectiue cum solita insigniorum in talibus tradi solitorum exhibitione promouendi, & sic promotis quod omnibus, & singulis libertatibus, exemptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus alij Baccallarij, Licenciati, Doctores, & Magistri in vtroque, seu altero iurium, aut Theologia, vel Medicina huiusmodi in vniuersitatibus studiorum generalium promoti de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere possent, concedendi. Necnon quoscunque ad omnes, etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri cupientes alias idoneos a suis ordinarijs literas dimissorias, seu ab eadem sede licentiam habentes, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines huiusmodi etiam extra tempora a iure statuta, ac etiam extra eorum diœcesim, de consensu tamen diœcesanorum, & alias rite promouendi, & dictos ordines eis conferendi: Necnon per se, vel alium, seu alios contra omnes, & singulos criminosos, & qualitercunque delinquentes suarum ciuitatum, & diœcesium cuiuscunque dignitatis fuerint, etiam exemptos inquirendi, ac eos iuxta eorum demerita, ac criminum, & excessuum qualitatem, & exigentiam, prout canonicæ mandant sanctiones puniendi, ac super his etiam quandocunque opportunum cognouerint, auxilium brachij secularis inuocandi: Necnon ecclesias quascunque in eorum diœcesibus consistentibus etiam exemptas ecclesias visitandi, & vt quæ reparatione indigent, reparentur, & animarum cura, si illis immineat, alijsque debitis obsequijs non defraudentur, omnibus iuris, & facti remedijs prouidendi: Necnon cum vno assessore, seu iudice quascunque causas, etiam criminales cuiuscunque qualitatis existant audiendi, & absoluendi, vel condemnandi, prout iustitia suadebit, & secundum Deum, ac salutem animæ suæ cognouerint expedire, ita quod propterea nullam penitus irregularitatem, aut inhabilitatem, vel infamiæ maculam, siue notam, aut alias censuras, seu pœnas incurrant, aut incurrere censeantur: Necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia per eos, ex quibusuis dispensationibus, & concessionibus apostolicis in titulum, vel commendam, aut etiam inuicem, vel alijs beneficijs ecclesiasticis, ad eorum vitam vnita per eos, & eorum quemlibet, nunc & pro tempore obtenta simul, vel successiue simpliciter, aut pro alio, seu alijs simili, vel dissimili, aut similibus, vel dissimilibus beneficio, seu beneficijs, ecclesiastico, vel ecclesiasticis, cum quibusuis personis secum permutare volentibus ex causa permutationis huiusmodi (in qua tamen nulla illicita pactio, seu simoniaca prauitas interueniat) in quorumcunque ordinariorum locorum, aut canonicorum Metropolitanarum, vel aliarum cathedralium ecclesiarum, seu aliarum personarum in dignitate ecclesiastica constitutarum ad id per eos eligendarum manibus extra dictam curiam, præfatæ sedis, aut cuiusuis alterius licentia minime requisita resignandi, & commendis cedendi, ac vnionum huiusmodi dissolutioni consentiendi, ipsisque ordinarijs & canonicis, ac personis in dignitate ecclesiastica constitutis resignationes simpliciter, vel ex causa permutationis, ac commendarum cessiones extra dictam curiam recipiendi, & admittendi, vnionesq; huiusmodi dissoluendi: Necnon illa quæ simpliciter ipsi resignauerint, aut quorum commendæ cesserint, vel vnionum huiusmodi dissolutioni consenserint, idoneæ seu idoneis personis per eos nominandis, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, quæ vero ex causa permutationis ipsis compermutantibus personis, & quæ dictæ compermutantes personæ resignauerint, beneficia huiusmodi, etiam si, vt præfertur, qualificata, & per eos pro tempore quomodolibet obtenta ex quauis causa dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, seu affecta fuerint, eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis per eos quoad vixerint, etiam vna cum ecclesijs quibus præesse dignoscuntur, ac quibusuis monasterijs, & beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura secularibus, & quorumuis ordinum regularibus per eos ex quibusuis similibus dispensationibus & concessionibus apostolicis in titulum, & cõmendam, ac alias tunc, & pro tempore obtentis, iuxta tenorem dispensationum apostolicarum eis desuper concessarum, in titulum vel cõmendam retinenda conferendi, & de illis etiam prouidendi, omniaq; & singula alia in præmissis omnibus, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi, etiam si ipsi Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episc. tempore resignationum, seu cessionum, aut præstationis consensus dissolutionum vnionum huiusmodi in aliqua infirmitate, ex qua eos postmodum infra viginti dies decedere contingat constituti fuerint, plenam & liberam auctoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus. Et insuper eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & eorum singulis, quod postquam a dicta Cũria se absentauerint vsque ad quinquennium, ex tunc cõputandum, limina beatorum Petri & Pauli apostolorum (dummodo per procuratorem idoneum illa visitent) personaliter visitare minime teneantur, nec ad id a quoquam inuiti compelli, aut propterea periurij reatum incurrere possint: Necnon quod aliquem presbyterum secularem, vel cuiusuis ordinis regularem in eorum confessorem,

Notarios etiã & Milites ac Equites deauratos creandi.

Tu autem vide Pij 4. const. 112. In sacrosancta.

Legitimandique illegitimos sine præiudicio venientium ab intestato.

Quod limitatur infra in Pij 4. cõll. 75. Quãuis.

Doctoresque in vtroque iure &c.

Quod abrogauit Pius v. infra in cõll. 59. Quãuis.

Extra tempora ordines sacros cõferendi.

Contra quoscunque criminosos procedendi.

Ecclesias et ã exceptas visitandi.

Causasque criminales cum iudice, vel assessore cognoscendi absque incursu criminalitatis.

Indultum circa permutationes & resignationes Beneficiorum.

Ad quod vide notata inf. in Greg. 13. const. 87. Humano.

Confessores eligendi facultas. Tu vide reuocationem confessionalium infra in Pij 4. const. 119. in Principio Bullæ Cœnæ Domini habes inf. in Greg. 13. const. 92. Vniuersalis.

qui eos a quibusuis etiam maioris excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa pro tempore latis, & quibus etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam si illorum absolutio sedi prædictæ specialiter, vel generaliter reseruata fuerit, ac quorumcunque votorum, & iuramentorum, necnon ecclesiæ præceptorum transgressoribus, ieiuniorum, pœnitentiarum iniunctarum, & diuinorum officiorum in toto, vel in parte omissionibus, & quibusuis alijs peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam talibus de quibus esset sedes prædicta merito cõsulenda, videlicet in casibus dictæ sedi qualitercunque reseruatis (exceptis cõtentis in Bulla in die Cœnæ Domini legi consueta) semel duntaxat singulis annis, & etiam in dictis exceptis, ac in Bulla huiusmodi contentis in vero mortis articulo, in alijs vero eidem sedi non reseruatis casibus quoties opportuoum fuerit, confessionibus eorum diligenter auditis absoluere, ac eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere: Necnon vota quæcunque (quatuor maioribus duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & iuramenta (sine tamen tertij præiudicio) relaxare, ac omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & confessi fuerint, ter in vita, & in mortis articulo, etiam si tunc mors non subsequatur, plenariam remissionem, & absolutionem, ita vt huiusmodi plena remissio in dicto mortis articulo eis suffragetur auctoritate apostolica impendere possit, eligere libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus: Ac præsentes literas & in eis contenta quæcunque sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus, & Cancellariæ apostolicæ regulis ex quibusuis causis quantumcunque maximis, & vrgentissimis, etiam in fauorem fidei, & pro diuini cultus augmento, etiam consistorialiter nunc, & pro tempore factis, & editis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quotiens illæ emanabunt, totiens in pristinum statum restitutas existere, & censeri, ipsosq; Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præmissis omnibus, etiam eorum a dicta curia absentia, etiam postquam assistentes esse desierint, vti, potiri, & gaudere posse: Sicque in

Clausula præseruatiua.

præmissis omnibus per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Salutiarum, & Albiganensi ac Balneoregiensi Episcopis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum prædictorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari. Non permittentes eos desuper per quoscunque quauis auctoritate fungentes, contra præmissa, seu eorum aliquod quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo: Ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstãtibus nostra, per quã inter alia voluimus, quod si quis in infirmitate cõstitutus resignaret aliquod beneficium ecclesiasticum, & postea infra viginti dies a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, ex ipsa infirmitate decederet, ac beneficium ipsum conferretur, per resignationem sic factam collatio huiusmodi nulla esset, ipsumque beneficium nihilominus per obitum vacare censeretur, ac fel. rec. Gregorij X. & quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac quibusuis alijs apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac legibus imperialibus, necnon ciuitatum, & locorum quorumcunque, etiam municipalibus, ac prædictarum, & aliarum ecclesiarum in quibus secularia, ac monasteriorum, seu aliorum regularium locorum in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, seu a quibus ipsa regularia beneficia dependere contigerit, & ordinum quorum illa extiterint, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis quibusuis vniuersitatibus, etiam generaliũ, & Scriptoribus Archiuij dictæ Curiæ, & alijs collegijs, etiam motu, & scientia similibus, ac quauis etiam Imperiali, vel Regia consideratione, & ex quibusuis causis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, etiam disponentibus, quod naturales, & bastardi legitimari non possint, nisi de consensu legitimorum, & naturalium, & quod nullus ad baccallariatus, licenciaturæ, & doctoratus, ac magisterij gradus alibi, quam in vniuersitate in qua studuerit, promoueri possit, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Volumus autem quod dicti Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi pœnitentiam eis per confessorem, quem singuli eorum duxerint eligendum, eis pro præmissis iniungendam, adimplere omnino teneantur. Et ne, quod absit, dicti Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi propter huiusmodi gratiam, vel concessionem eligendi confessorem reddantur procliuiores ad illicita in posterum committenda, etiam volumus, quod si Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi præfati a sinceritate fidei, & vnitate dictæ Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & deuotione nostra, & successorum nostrorum canonice intrantium destiterint, aut ex confidentia eiusdem concessionis, vel remissionis aliqua forsan commiserint, concessio, & remissio prædictæ, & quo ad illas, præsentes literæ eis nullatenus suffragentur: Quodque si singulorum beneficiorum prædictorum simpliciter resignatorum fructus, redditus, & prouentus vigintiquatuor florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem

Decreti irritãs.

Executoriales cõstitu.

Clausula derog.

ñem valorem annuũ excedant, tam conferentes, quam illi quibus ipse collationes fient, & si ex causa permutationis resignationes huiusmodi fiant, ac fuorũ, & eis ex eadem causa collatorum beneficiorũ huiusmodi fructus, redditus, & prouentus inæquales fuerint, id etiam si ipsa inæqualitas vigintiquatuor florenos similes secundum extimationem prædictam non transcendat, similiter conferentes prædicti, & illi quibus beneficia maioris valoris huiusmodi collata fuerint de nominibus, & cognominibus personarum, & beneficiorũ eorundem, ac diebus factarum collationũ huiusmodi Agentes Cameræ Apostolicæ, aut collectores, vel subcollectores fructuum, redditunm, & prouẽtuum inde Cameræ debitorum in partibus illis pro tempore deputatos infra vnum si citra, vel si vltra montes collationes ipsæ factæ fuerint infra tres menses iuxta quasdam re. me. Sixti etiam IV. & Innocẽtij similiter VIII. Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum super hoc editas literas certificare procurent, alioquin beneficia ipsa sic collata vacare censeantur eo ipso. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsan faciẽda erit, deferri, etiam volumus, & eadem auctoritate apostolica motu, & scientia similibus decernimus, quod ipsarũ transumptis manu publici notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & alibi vbi opus fuerit eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus forent exhibitæ vel ostensæ. Six. 4. const. Alic non habes. Innocẽ. 8. const. habes sup f. 130. nu. 13. sicut bonus.

Forma autem iuramenti quod notarij, tabelliones, & iudices per dictos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, & eorum quemlibet creandi præstabunt, talis est.

Ego N. ab hoc antea fidelis, & obediens ero beato Petro, & S.R.E. ac Domino meo Domino N. Papæ N. suisq; successoribus Canonice intrantibus, Non ero in consilio, auxilio, consensu, vel facto, vt vitam perdant, vel membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi per se, vel literas aut nuntium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemini pandam. Si vero ad meam notitiam aliquid deuenire contingat, quod in periculum Romani Pontificis aut R. E. vergeret, seu graue damnum illi immineret, illud pro posse meo impediam, & si hoc impedire non potero, procurabo bona fide id ad notitiam D. N. Papæ perferri. Papatum Romanum, & regalia sancti Petri, ac iura ipsius ecclesiæ specialiter, si qua eadem ecclesia in ciuitate, vel terra de qua oriundus sum habeat, adiutor eis ero ad defendendum, & retinendum, seu etiam recuperandum contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigetur consensus partium fideliter faciã, nil addendo, vel imminuendo sine voluntate partium, quod substantiam contractus immutet. Si vero in conficiendo aliquod instrumentum vnius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam, vt scilicet nil addã, vel minuam, quod mutet facti substantiam contra ipsius voluntatem. Instrumentum non conficiam de aliquo contractu, in quo sciam interuenire, seu intercedere vim, vel fraudem. Contractus in Protocollum redigam, & postquam in Protocollum redegero, malitiose non differam contra voluntatem illius, vel illorum, cuius seu quorum est contractus super eo conficere publicum instrumentum, saluo meo iusto, & consueto salario. Sic me deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die sexta Aprilis millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus nostri Anno secundo.

G. Roiles. A. della Torre.

XV.

De Iudæorum Priuilegijs, & Indultis.

De Materia Iudæorum posui concord. sup. fol. 415. in Pauli III. const. 29. Cupientes.

IVLIVS Papa III. Vniuersis & Singulis Hebræis in Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Castris, & Locis, Prouinciarum, Campaniæ, maritimæ Latij, & Sabinæ ac Ciuitatibus Castellan. & Nepesinen. necnon Castris Fiani Scrofani Arignani Castri noui, & Formelli degentibus viam veritatis agnoscere & agnitã custodire. CVM sicut accepimus, vos ratam vigesimæ per Sedis & Cameræ Apostolicæ necessitatibus omnibus & singulis Hebræis totius status Ecclesiastici per nos nuper impositæ vos tangentẽ in dicta Camera integre persoluere promiseritis, & ad id sufficienter in eadẽ Camera per seniorem quõdã Benedicti de Ciuitalauinia & Salamonetũ Magistri Gaij de Mareno, ac Vitalẽ Manasci de Anania, necnon Sanctoiũ Appulũ habitatorẽ Carpineti Hebræos tanquã Procuratores vestros pro vobis de rato promittẽtes vos obligaueritis prout in Instrumẽto per dilectũ Filium Hieronymũ de Tarano ipsius Cameræ Notarium desuper rogato plenius dicitur cõtineri Nos volẽtes more pij patris benigne vobiscũ agere, vt nostrã mansuetudinẽ sæpius agnoscẽtes ad saniorẽ spiritũ aliquãdo redeatis, Vos & quẽlibet vestrũ ab omnibus & singulis criminibus excessibus & delictis quantuncunq; grauibus & enormibus homicidij & læsæ maiestatis, ac falsæ monetæ criminibus dũtaxat exceptis, per vos vel aliquẽ vestrum hactenus perpetratis etiã si de illis inquisiti seu condẽnati essetis, vel aliquis vestrũ inquisitus vel eõdẽnatus esset, dũmodo pœnæ propterea depositatæ seu exactæ nõ fuerint Apostolica auctoritate tenore præsentiũ absoluimus & liberamus atq; pœnas exinde per vos incursas quo ad fiscũ, vobis gratiose remittimus & relaxamus, & insuper oẽs & singulos Cõmissarios rã occasione criminũ & delictorum quã vigesimæ huiusmodi hucusque cõtra vos quomodolibet deputatos reuocamus & pro reuocatis haberi Volumus & mãdamus, Decernentes et ac statuentes quod de cætero contra vos & vestrũ quemlibet in causis criminalibus nisi iuxta formã iuris cõmunis ac constitutionum Prouinciarum Ciuitatũ & locorũ prædictorũ & per iudices cõpetẽtes procedi nequaquã possit. Quodq; nulla cõitas ac vniuersitas, vobis cõiunctim siue diuisim aliquas collectas datiuas aliaue onera ordinaria siue extraordinaria etiã per viam statuti consuetudinis imponere seu imposita a vobis exigere possit nec debeat, sed seruetur ibi & alibi vbique locorũ dictarũ Prouinciarũ Ciuitatum Terrarũ & locorum generalis consuetudo eorundẽ, & non alias. Quodq; cõmissarij seu officiales, & Iudices ac personæ etiam Episcopali aliaue ecclesiastica dignitate vel officio fungentes vos ad delationẽ alicuius signi per Hebræos gestari soliti cõtra tenorẽ vestrorum & cuiusq; vestrũ Capitulorũ & tolerantiarum nullo modo compellere seu molestare aut quicquam innouare, nec vos ad sibi præstandum seu commodandum equos, aut aliquod genus supellectilium cogere, seu vexare, nec ex dictis Prouincijs Ciuitatibus terris & locis expellere, nec vobis aliquem nouum viuẽdi modũ imponere, nec ad recipiendũ seu hospitandũ equos milites vel alios, nisi id tam christianis quam hebræis generaliter pro tempore imponatur, & necessitas vrgeat cogere & cõpellere præsumant, nec debitoribus

Absolutio Hebreorũ a quibuscunq; delictis, preterquam læsæ Maiestatis, Homicidij, & falsæ monetæ.

Contra eosdem procedatur in criminalibus, iuxta formam iuris & & constitutionũ locorum.

Collectæ extraordinariæ eis non imponantur.

Ad signi delationem non cogantur. Imo signũ glauci coloris eos palam deferre iussit Paul. 4. const. 5. Cum nimis.

Dilationes eorũ debitoribus non concedantur.

Quod generaliter statuit idem Pont. infra in const. 29. Nuper.

vestris & cuiuslibet vestrum qui modum eorum debita vobis satisfaciẽdi habuerint cessiones bonorum per eos pro tempore faciendæ nec dilationes moratoriæ aut saluiscõductus triennales vel ad aliud longius seu breuius tempus illis per nos seu alios superiores pro tempore concessis seu concedendis quas & quos pro expressis habentes ex nunc quo ad vos & vestrum quemlibet reuocamus. Ita quòd quo ad concessa reuocatio huiusmodi prius intimetur aliquo competenti termino vnum mensem non excedente debitori assignato nullatenus suffragentur. Et insuper Episcopis eorumque Vicarijs & officialibus, ac quibusuis alijs personis tam ecclesiasticis quã sæcularibus dictarum Prouinciarum ciuitatum & locorum sub suspensionis a diuinis, ac Mille ducatorum auri ipso facto per quemlibet ipsorum contrafacien. incurrendis & præfatæ cameræ applicandis pænis expresse inhibemus ne filios vestros tã mares quàm fœminas vobis inuitis violenter auferre seu subducere, nec præter formã sacrorum cannnum quomodolibet baptizare debeant vel præsumant, ac vobis & vestrum cuilibet, quod Notarij christiani de omnibus contractibus per vos tam inter chistianos quàm hebræos super rebus & negotijs vestris ex forma capitulorum vestrorum toleratis & permissis pro tempore faciendis absque alicuius conscientiæ scrupulo & pœnæ incursu ac iuata formam capitulorum, & tolerantiæ vobis desuper per nos seu cameram præfatam concessæ rogari & instrumenta desuper publicata conficere possint, necnon quod ad habitandum domus per dictas ciuitates Terras & loca passim inter christianos conducere valeatis, ac christiani ipsi vobis domus prædictas libere, & impune ac absque alicuius conscientiæ scrupulo locare possint concedimus, & nihilominus Legato Vicelegato seu Gubernatori dictarum Prouinciarum in virtute sanctæ obedientiæ ac sub indignationis nostræ Locatenentibus vero Potestatibus, Iudicibus ac alijs officialibus & personis ad quos spectat & pro tẽpore spectabit, necnon communitatibus & vniuersitatibus Ciuitatum terrarum & locorum prædictorum sub excommunicationis latæ sententiæ ac Mille ducatorum auri eidem cameræ applicandis pænis mandamus quatenus supradicta omnia, & singula vobis & cuilibet vestrum obseruent, & quãtum in eis fuerit ab alijs per dictas & alias de quibus sibi videbitur pænas obseruari faciant, & mandent, Præmissis ac cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis statutis & consuetudinibus Prouinciarum ac ciuitatum Terrarum & locorum huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & cõsuetudinibus, Priuilegijs quoque & indultis Apostolicis illis concessis confirmatis & innouatis, Quibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes hac vice duntaxat illis alias in suo robore permansuris specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die viiij. Iunij. M. D. L I. Pontificatus nostri Anno secundo.

Hebræis inuitis filij non subducantur.

Notarij Christiani possunt conficere instrumẽta inter Christianos & Hebræos.

Officiales obseruent istam cõst. sub pænis hic expressis.

Clausula derogatoria.

Rom. Amasæus.

X V I.

Cursores Papæ, & non alij Mandatarij citare debent in omnibus causis Rom. Curiæ etiam à principio ordinarijs, in quibus aliqua commissio Papæ præsentatur, Capitolinis duntaxat exceptis.

De Materia habes supra fol. 324. Clem. 7. constit. 24. Accepimus & fol. 332. eiusdem Clem. constit. 28. Cum de iuribus. Et fol. 374. Pauli 5. constit. 12. Alias & 375. eiusdem Pauli constitu. 14. Cum pastorali, & infra in Pij 4. constitu. 85. Cum ab ipso.

Præinsertæ sunt cõst. allegatæ hic in rub. & & cõst. Alex. 6. & Iul. 2. in illis enũciatæ.

Confirmatio præinsertarum.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM ea firmius illibata persistant, quæ frequentiori sunt apostolicæ præsidio pro tempore stabilita: Nos, singulas præinsertas, ac desuper respectiue confectas, & conficiendas literas, ac prout illas concernunt omnia, & singula in eis contenta, & inde sequuta quæcunque ex certa scientia nostra auctoritate apostolica tenore præsentium: cum opportuna si opus sit iuris & facti, ac quarumcunque solennitatum etiã requisitarum forsan omissarum defectuum suppletione, approbamus, confirmamus, & innouamus, ac inuiolabiliter obseruari: Necnon modernis, & pro tempore existentibus nostris, & eiusdem Romani Pontificis Cursoribus suffragari, eosque illis omnibus vti & gaudere, nec desuper per quoscunque quauis auctoritate præeminentia, aut superioritate fungentes molestari, perturbari, impediri, aut inquietari, vel eis in aliquo præiudicari, Sicque per quoscunque iudices &c. sublata &c. irritum quoque &c. decernimus. Necnon prout illis concessa sunt, in omnibus, & per omnia de nouo concedimus. Insuper vt de cætero perpetuis futuris temporibus in quibusuis causis, tam Capitolij, & Ripæ, ac Ripettæ, necnon Turris nonæ, & de Sabellis, ac Burgi S. Petri, quam quibusuis alijs almæ Vrbis curijs siue tribunalibus in quibus commissiones aliquas manu, vel de mandato nostro signatas præsentari contigerit, etiam si causæ ipsæ ordinariæ inchoatæ extiterint post ipsarum commissionũ præsentationem, citationes, & alia quæ inde sequentur per alios, quam eosdem Cursores fieri non possint, neque valeant. Sed dicti Cursores, citationes, & alia quæ inde sequentur in ipsis curijs & earum qualibet etiã si causæ in & pro quibus citationes, & alia fieri contigerit, commissariæ non fuerint, ad partium pro quibus citationes, & alia huiusmodi fient instantiam facere & exequi possint & valeant. Et solummodo mandatarijs dictarũ prænominatarum curiarum in causis ordinarijs in tribunalibus ipsarum curiarum prænominatarum, quarum mandatarij existunt, tantum citationes faciendi potestas remaneat, statuimus, & ordinamus. Districtius inhiben. quibusuis dictarum curiarum, & cuiuslibet ipsarum mandatarijs, & notarijs, ac alijs personis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis maioris sententiæ, a qua nonnisi per nos absolui possint, ac priuationis officiorum, & beneficiorum si quæ obtinent inhabilitatisque ad illa, & alia in posterum obtinen. pœnis, ne statuto, & ordinationi nostris huiusmodi in aliquo contrauenire quomodolibet audeant vel præsumant. Ac decernentes citationes per alios, quam præfatos Cursores in causis ipsis commissarijs etiam si a principio ordinariæ inchoatæ fuerint, de cætero in dictis & alijs quibuscunque tribunalibus, & in quauis instantia faciendi, & processus, & actus quoscunque illarum vigore formandos, nullos, inanes, & inualidos, nullusque roboris, & momenti fore, Sicque per quoscunque &c. decernimus. Mandantes causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, Guber-

Cursores & non alios citare posse decernit in causis in quibus superuenit cõmissio licet a principio ordinarijs.

Quod non est verum in causis capitolinis vt hic in fine a pac.

Contrauenientibus pœnas imponit.

Gubernatori, ac Senatori modernis, & pro tempore existentibus vt præmissa omnia & singula perpetuo sub præ fatis, & quibusuis alijs censuris & pœnis eorum arbitrio moderandis & applican. perpetuo inuiolabiliter obseruari faciant. Non obstan. quibusuis literis fe. re. Pauli prædecessoris nostri, ac quibusuis reformationibus, ac alijs dictarum curiarum statutis, & c. stabilimentis, vsibus, & naturis, etiam iuramento & c. roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis illi, & præfato Senatori, ac Populo Romano, & illius Conseruatoribus, ac mechanicarum, & aliarum artium, ac mercatorum Vrbis Consulibus: Necnon basilicarum, & aliarum ecclesiarum Vrbis Archipresbyteris, & Canonicis, alijsque personis etiam motu simili & c. in præiudicium seu contra formam præmissorum sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam per nos quomodolibet concessis & c. quibus omnibus, & singulis & c. etiam si de illis & c. tenores & c hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & ad plenum derogatum esse volumus: cæterisque contrarijs quibuscunque, cũ clausulis opportunis. Placet motu proprio. I.

Executores istius consti. deputat.

Clausula derog. Pauli 3. constit. illam habes sup. fol. 375.

Et cum absolutione a censuris ad effectum & c. Et cum approbatione, confirmatione, innouatione, noua concessione decreto, statuto, ordinatione, derogatione, & alijs de, & pro omnibus supradictis quæ hic pro sufficiẽter repetitis habeantur latissime extendendis. Cum opportuno decreto, quod præsens Motus proprius de subreptionis, vel obreptionis vitio seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus possit: sed illi stari, & secundum huiusmodi motum proprium nostrum iudicari, & interpretari, & diffiniri debeat. Et quod sola præsentis signatura nostra sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula contraria non obstante. Ac illius transumptis manu alicuius notarij Curiæ causarum dictæ Cameræ subscriptis, & sigillo ipsius curiæ Auditoris munito, in iudicio, & extra stari debeat, ac plenaria fides adhibeatur. Ac cum decreto quod præsentium aut illius transumptis copiæ affixæ in valuis curiarum præfatarum, aut aliorum locorum publicorum perinde arctent & afficiant, ac si personaliter intimatæ forent. Et de confirmatione, decreto, statuto, inhibitione, & alijs præmissis, remanente Mandatariorum Curiæ Capitolij tantum exercitio quoad causas ordinarias, etiam si in eis postmodum aliquas commissiones præsentari contingat. Datum Romæ apud sanctum Petrum sexto idus Iulij, Anno Secundo. Fiat. I.

Declaratio pro Mandatarijs Capitolij.

XVII.

De Rosario Beatæ Mariæ Virginis, & eius Indulgentijs.

De Materia habes sup. fol. 102. Six. 4. constit. 9. Ea quæ. Et fol. 356. Paul. III. constit. 5. Rationi. & alias concord. ponam infra in Pij V. const. 90. Consueuerunt.

IVLIVS Papa III. Dilecti filij salutem, & apostolicam benedictionem.

SINCERÆ deuotionis affectus, quo vnigeniti Dei filij & intemeratæ virginis Mariæ matris eiusdem cultũ, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ decorem prosequimini nõ immerito nos inducit, vt ea quæ in vestri fauorem & spiritualem consolationem concessa dicuntur, nostræ auctoritatis munimine roboremus. Hinc est quod nos deuotis vestris in hac parte supplicationibus inclinati omnia & singula priuilegia, immunitates, facultates, concessiones, indulta, & indulgentias ac peccatorum remissiones, vobis & Confraternitatibus vestris tam per felicis recordationis Sixtum IIII. Leonem X. Clementem vij. Paulum iij. & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, quam nos, & sedem apostolicam, seu illius legatos, ac alios ecclesiarum Prælatos, cõcessa & facta, necnon cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis desuper confectas literas illarum omnium veriores tenores, ac si de verbo ad verbum inferentur præsentibus, pro expressis habentes authoritate apostolica tenore præsentium, ex certa scientia approbamus, confirmamus & innouamus illaque omnia perpetuæ firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obseruari debere decernimus, supplentes omnes & singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ac ea omnia prout concessa fuerunt vobis & illis suffragari, vosque illis vti, potiri & gaudere posse decernimus. Non obstantibus quibusuis apostolicis ac Prouincialibus, & synodalibus constitutionibus & ordinationibus, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis quibusuis, & sub quibuscunque clausulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus, concessis approbatis & innouatis. Quibus omnibus illorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & dicta authoritate apostolica decernimus, quod præsentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ seu curiæ ecclesiasticæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris. Die 24. Augusti millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Pontificatus nostri anno secundo.

Sixti 4. constit. habes sup fol. 102. Leo & Clem. hic non habes. Pauli 3. habes sup. fol. 356.

Confirmatio Induig. & indultorum per p adecessores concessa rum.

Clausula derogatoria.

Gal. Aquinas.

XVIII.

Cathecumenorum & Neophitorum Almæ Vrbis exemptio a solutione Gabellarum & Datiorum.

De materia Neophitorum posui concord. sup. fol. 415. in Pauli 3. const. 39. Cupientes.

IVLIVS Papa III. Motu proprio & c.

AD aures nostras non sine animi displicentia peruenit, quod licet alias fel. rec. Paulus Papa III. Prædecessor noster vigore præmissi motus proprij Confraternitati, & domui Cathecumenorum pro rebus, & bonis pro vsu ipsorum, & familiarium eorũdem gratiam, & exemptionem omnium gabellarum, datiorum, angariarum concesserit, prout in præmisso Motu proprio latius continetur, deinde præfati Cathecumeni vigore

Pauli 3. hũc Motum proprium hic non habes.

Exemptionē a solutione Gabellarum & Datiorū a Paulo 3. Cathecuminis concessam, confirmat, & innouat.

Executores istius const. deputat.

Pœnarū irritatio.

gore eiusdē a dilectis filijs Guidone Ascanio nostro, & S.R.E. Camerario, ac præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ pro executione eiusdē motus proprij literas patentes seruatis seruandis obtinuerunt. Et licet nemini dubium sit quod ipsi nec a Duanerijs, nec ab alijs pro prætensis gabellis, & angarijs molestari non potuissent, nihilominus prædicto motu proprio non obstante præfati Cathecumeni contra illius formam ab eisdem Doanerijs quotidie indebite molestantur, non considerantes causam propter quam Paulus prædecessor noster exemption. prædictam eisdem Catechumenis concessit, fore & esse iuxtam. Propterea eorum indemnitati prouidere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de plenitudine potestatis, Motum proprium prædictum, & omnia in eo contenta approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit exemptionem prædictam eisdem Catechumenis de nouo concedimus. Mandantes insuper Guidoni Ascanio nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Præsidentibus, & Clericis Cameræ apostolicæ, quatenus sub indignationis nostræ pœna, Motum proprium supradictum, & omnia in eo contenta per quoscunque Duanerios, Gabellarios, Portinarios, & Datiarios cum omni opportuno iuris remedio obseruari mandent, & faciant: contra vero inobedientes ad declarationē & executionem pœnarum quacunque appellatione remota procedant, literasque patentes, ac mandata quæcūque desuper necessaria, & opportuna decernant, & relaxent. Si secus super &c. irritum &c. sublata &c. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutis, & reformationibus, priuilegijs, Motu proprio, capitulis, instrumentis, location. arendation. literis apostolicis Cameræ, Camerario, Præsidentibus, Clericis Cameræ apostolicæ ac etiam Gabellarijs, Doanerijs, Datiarijs, vsque in præsentem diem per nos siue prædecessores nostros concessis, & confirmatis quibuscunque, quibus omnibus. etiam si de illis &c. latissime &c. derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Fiat vt petitur I. Et cum absolutione a censuris ad effectum, & de exemptione, confirmatione, approbatione decreto, iuramento, & derogatione, & alijs præmissis, quæ pro sigillatim repetitis & expressis habeantur ad partem perpetuo, & in forma gratiosa & quod præsentis sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat regula contraria non obstante, & si videbitur literæ desuper, & cum executione, deputatione, & facultate citandi, & aggrauandi & præmissorum omnium, & singulorum, aliorumque circa præmissa exprimi necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio per breue nostrum expediri possint. Datum Romæ apud sanctum Petrum octauo Calendas Septembris anno primo. Fiat I. Motu simili prædictam Confraternitatem, & domum Catechumenorum ac eorundem familiares specialibus gratijs, & fauore prosequi volentes, ac exemption. & gratiam pro primo loco præsentium motum proprium eisdem omnibus, & eorum cuilibet per fe. re. Paulum Papā III. prædecessorē nostrum concessum & per nos confirmatum, seu quatenus opus sit de nouo datum per quamcunque reuocationem specialem, seu generalem, & alium quemuis Motum proprium nostrum præteritum, seu futurum reuocare nullatenus intendentes, exemptionem, & gratiam prædictam cum omnibus, & singulis in dictis præinsertis clausulis iterum confirmamus, & approbamus, eisdemque, & eorum cuilibet exemptiones, & alia præmissa modo, & forma præmissis iterum, & quatenus opus sit de nouo concedimus, ita vt nisi expressa mentio facta fuerit per quancunque reuocationem a nobis forsitan emanatam, seu emanandam, vel quemuis motum proprium in contrarium, hactenus præteritum, seu futurum quouis modo reuocatum minime intelligatur per quascunque regulas, & clausulas generales, vel speciales, &c. derogatorias, efficaciores, insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expressione in se continentes, nullatenus derogari posse nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus, & huiusmodi derogationes, suspensiones &c. consistorialiter, vel etiam per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus similiter distinctis vicibus præpositis Confratribus præfatorum Catechumenorum intimatæ, & insinuatæ fuerint, eorumque ad id accedat assensus, & aliter factæ derogationes minime suffragentur quinimmo in suo robore semper permansurum esse volumus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, & omnibus illis, quæ præfatus prædecessor, ac nos successiue in dictis præinsertis respectiue volumus non obstare. Decernentes præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidē facere, seu si videbitur literæ desuper per breue nostrum expediri possint. Fiat I. Datum Romæ apud sanctum Petrum decimo octauo Calendas Octobris anno secundo.

Clausula præseruatiua.

Clausula derogatoria.

XIX.

De Facultatibus & Iurisdictione, Curiæ causarum Reu. Cameræ Apost. Auditoris.

De Materia habes sup. fol. 164. Iul. 2. constit. 17. Ad eximiæ & fol. 170. Leon. x. constit. 3. Iniunctim. & 238. const. 33. Ministerio. Et f. 377. Pauli 3. const. 15. Grata, & alias concord. ponam infra Greg. XIII. const. 55. Ad generis.

IVLIVS Episcopus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Dilecto filio Magistro Francisco de Albericis Clerico Racanaten. Cur. Causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, V.I.D. Notario, & familiari nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD Eximiæ deuotionis affectum, quem cum fidei constantia, & sinceritate mentis ad nos & Romanā Ecclesiam gerere comprobaris, necnon literarum excellentiam, vitæque decorem, & morum honestatem, longæuamque, & solertem rerum experientiam in exequendis mandatis indefessam constantiam, & integritatem singularem, ac probitatis, & plurimarum virtutum merita, quibus personam tuam, etiam fidedignorum testimonijs, iuuari percipimus, nostræ dirigentes considerationis intuitum, ac propterea indubiam spem gerētes, quod ea, quæ tibi committenda duxerimus, summa cum prouidentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris, dignum quin potius debitum arbitramur, vt eandem personam tuam condignis honoribus, & gratijs prosequamur. Cum itaque officium generalis Auditoriatus, seu Audientiæ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ quod dilectus filius noster Io. Baptista Cicada. tt. S. Clementis presbyter Card. tempore assumptionis per nos nuper de persona sua ad Cardinalatus honorem factæ obtinebat, ex eo quod nos officium ipsum per assumptionem huiusmodi duntaxat harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens. Nos post longam super hoc habitam

Officium Auditoratus vacauit ob promotionē Io. Baptistæ Cicadæ Auditoris, ad Cardinalatus honorem.

discussionem

discussionem, & maturã deliberationem io te nostræ considerationis intuitum direximus, ac de tuis probitatis scientia,& singulari prouidentia,alijsque virtutibus,quas in te diuina propagauit clementia. sumentes in domino fiduciam specialem,ac sperãtes,quod tu qui Referendarius noster,ac literarum Apostolicarum corrector,& Cancellariæ Apostolicæ regens eaistis officium audientiæ causarum curiæ huiusmodi scies,voles,& poteris per te fideliter,& laudabiliter exercere,teque a quibusuis excommunicarionis,suspension. & interdicti alijsque ecclesiasticis seutentijs,ceosuris,& pœois,a iure, vel ab homine,quauis occasione,vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus eaistis ad effectum præsentium duntaaat consequen.harum seiie absoluentes,& absolutũ fore censentes Motu proprio non ad tuam,vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de nostra mera liberalitate,& ex certa nostra scientia officium Audientiæ,seu Auditoris Cam. huiusmodi, siue vt præmittitur,siue per liberam resignationem eiusdem Io. Baptistæ, Card.de illo quod tunc obtinebat in manibus nostris sponte factam, & per nos admissam, seu alias vacet, cum officio correctoriæ Archiuii Ro. Curiæ aliisq; illi annexis, necnon omnibus,& singulis illius honoribus,& oneribus,priuilegiis,iuribus, & emolumentis consuetis,ac facultatibus,& indultis,ac decretis etiam in ordine, & modo procedendi io causis eidem Io. Baptistæ Card. & aliis qui pro tempore fuerunt causarum curiæ huiusmodi generalibns Auditoribus etiam per fe.re.Iulium. II. Leonem.x.Clementem VII.Paulum.III.& alios quoscunq; Ro. Pont. prædecessores nostros, ac etiam per nos,& Sedem Apost.sub quibuscunque tenoribus,& formis,ac cum quibusuis clausulis,& decretis,tã sub plumbo quã in forma Breuis, & alias quomodolibet etiam super eaecutione obligationum in forma Cameræ concessis,approbatis.& innouatis,& quas,& prout dictus Io.Baptista Card. & sui in officio huiusmndi Auditoriatus prædecessores tam per literas eis expresse concessas, qnam hactenus de obseruara consuetudine habuerunt,ac quibus vsi fuerunt,vel vti potuerunt,tibi authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus,& assignamus, teque nostrum, & dilecti filij nostri Guidonis Ascanij Sfortiæ Sancti Eustachij Diaconi Card. moderni, ac pro tempore eaistentis Camerarij nostri, ac causarum curiæ huiusmodi Generalem Audirorem cum honoribus,oneribus,priuilegijs iuribus,emolumentis,& facultatibus,ac decretis prædictis constituimus,& deputamus,teque in locum dicti Io.Baptistæ Card. quoad huiusmodi Auditoriatus officium, eiusque eaercitium quoad vixeris constituimus,& subrogamus,Tibiq; per te,vel aliũ,seu alios. idoneũ seu idoneos Locumten.seu locumtenentes,ac Vicegerentes tuos,quos pro tempore,quotiens tibi placuerit,duaeris assumendos,vel deputandos de omnibus,& singulis criminibus & excessibus,& delictis in Rom. Cu.vel extra eam per quoscunque, tam Officiales Sedis Apostolicæ,ac alios Rom.Cu.sequen.quam a iurisdictione Ordinatiorum eaemptos,& Sedi Apostolicæ subiectos,cuiuscunque dignitatis ecclesiasticæ vel mundanæ,status,gradus,ordinis,vel conditionis fuerior,perpetratis, vel perpetrandis, tam ad Fisci nostri pro tempore existentis Procuratoris denuntiationem & promotionem,quàm etiam ad partiũ accusationem,& ex mero officio inquirendi,& super illis tam per inquisitionem huiusmodi,quam accusationem,seu denunciationem procedendi,ac repertos culpabiles iuxta excessuum perpetratorum exigentiam,& qualitatem puniendi. Necnon omnes,& singulas tam ciuiles,quam criminales,& miatas,spirituales,ecclesiasticas,& profanas, ac alias quascunque etiam commissarias causas coniũctim,vel diuisim,quomodocunque,vel qualitercunque in eadé Cu.motas,& mouendas, seu quomodolibet nũc, & in posterum inter quascunque partes, etiam per viam inquisitionis, aut ex officio pendentes, & quæ siue per appellationem interiectam a grauaminibus illatis, & inferri comminatis, ac sententijs etiam diffinitiuis a quibusuis ordinarijs iudicibus & arbitratoribus in dicta Vrbe (Gubernatore,Vicario vrbis,& Senatore, ac Iudicibus Capitolij duntaxat exceptis) latis,& promulgaris,& per alios quoscunque Iudices ordinarios,vel delegatos,seu arbitros,vel arbitratores,ac etiam Sedis prædictæ nunc, & pro tempore Legatos, ac Vicelegatos, seu Gubernatores in terris eidem Ro.Ec.mediate,vel immediate subiectis,& quibusuis in feudum, vel vicariatum,aut alias concessis,aut alias ad Sedem Apost.etiam per viam reclamationis iudicialis, vel eatraiudicialis, seu alias per viam nullitatis delatæ sint,vel in posterum deferentur: Eas, videlicet, in quibus oon ageretur de summa centum Florenorum auri de Camera,aut re illius summæ verum valorem eacedenre,prout præfatus Io. Baptista Card.Necnon illas inter, & contra Mercatores dictæ Cur. pro negotijs tamen & rebus mercantilibus coram eo vsque ad quamcunque summam pro tempore vertentes summarie,simpliciter,& de plano ac sine strepitu,& figura iudicij,sed sola rei,& facti veritate inspecta,etiam manu Regia nullisque terminis seruatis, etiã qui de stylo,seu ordinatione Palatij Apostolici,aut alias seruari soliti sunt,alias vero dictam summam centum, seu valorem illius excedentes,more solito audiendas,cognoscendas, & decidendas. Necnoo per te, & dictos Locumtenentes, & Vicegerentes tuarum, & aliarum quarumcunque in eadem Curia per quoscunque Iudices, etiam Sacri Palatij Apostolici Auditores,ac alios delegatos & subdelegatos, necnon quorumcunque processuũ generalium,tam in die Cœoæ Domini,quam alias cum censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitarum,ac etiam quarumcunque aliarum, tam per nos, quam per Ro. Pont. pro tempore existentes, siue in specie,siue in genere,aut alias quomodolibet latarum,& ferendarum sententiarum executiones,quas ẽt si delegatis ipsis,aut subdelegatis,seu alijs quibuscunque specialiter forsan per nos, & Sedem prædictam commissæ forent,aut committerentur pro tempore accumulatiue quo ad te,tuosque Locumten. præfatos, non autẽ priuatiue concessas fore deceroimus,& declaramus faciendi,illasque debitæ executioni, etiam cum inuocarione brachij secularis auxilij (si opus fuerit) demandandi. Ac prædictas,& alias, etiam eatra dictam Cu. degentes,tuæ tamen iurisdictioni ratione salarij in eadem Curia per quoscunque debiti.vel expensarum, aut mutui, siue contractus in eadem Curia initi,aut alias quouis modo,sponte,seu alias submissas,& submittendas,Vniuersitates,Collegia,& personas cuiuscunque status,gradus,dignitatis,ordinis, vel conditionis, etiam Pontificalis præeminentiæ,& alias in dicta Curia degentes personas ad instantiam quorum interfuerit,etiam pro expen.dãnis, & interesse io causis in quibuscunque contractibus passis pro quibus præfatus Io. Baptista Card. & alij sui in officio huiusmodi prædecessores potuerunt,& consueuerunt quotiens expedierit,monen.citandi, requirendi,suspendendi,& specialiter interdicendi.excommunicandi,ac iteraris vicibus aggrauandi,illasque, prout eapedierit,arrestan.incarcerandi,& dimittendi,pœnas,& mulctas pro delictorum,& excessuum,ac criminũ qualitate eis (citra tamen mortem,& membri mutilationem) iosligendi,& imponendi & ipsas,ac earum quamlibet a nemine etiam de partium consensu,& ad id specialiter delegato ad amputandas collusiones,præterquam abs te,tuisque Locumtenentibus absolui posse decernimus ab ipsis sententijs,pœnis,& mulctis spiritualibus,& temporalibus absoluen.& relaxandi,Et generaliter omnia alia,& singula gerendi,statuendi.disponendi, præcipiendi

Officium Auditoratus confert. Fráciscо de Albertis, cum honoribus, facultatibus & emolumentis consuetis.

Iul. & Leon. ac Pauli const. allegant sup. in rubrica.

A.C. Facultas cognoscendi causas delictorũ per Officiales sedis Apostolicæ. & Curiales, & exẽptos a iurisdictione Ordinariorũ, cõmissorum.

Causas quoque appellationum a sententijs iudicũ Vrbis (non tamẽ Capitolij Vicar. ĩ vel Gubernatoris) & etiam Iudicum totius statũ Ecclesiastici, interpositarum, audiendi.

Causasque non exceden. summã flor. 100. & inter Mercatores vsq. ad quamcunque summã, summarie. &c. cognoscendi.

Qd seruetur mõ etiã vsque ad ducatos. 200. vt infra Greg. 13. cõst. 55. ad generis.

Sententias ẽt in Curia latas exequendi.

Et procedendi contra degentes extra Curiã, pro negocijs contractis in Curia. & contra degentes in ea pro quibuscunque negotiis.

Et cætera omnia facien. quæ alij Auditores facere consueuerunt & potuerunt.

piendi, mandandi, exequendi, & exercendi, quæ ad huiusmodi Auditoriatus officium de iure, vel ex priuilegio, aut literis, & consuetudinibus prædictis, quas præsentibus pro expressis habentes approbamus, innouamus, & quatenus opus sit de nouo concedimus, quomodolibet pertinent, & quæ Auditores causarum dictæ Curiæ, qui pro tempore fuerunt, & ea concessis eis a præfata sede facultatibus facere, gerere, statuere, & disponere, præcipere, & mandare, exercere, & ordinare, ac exequi quomodolibet potuerũt, seu etiam debuerunt, aut soliti sunt, faciendi, gerendi, statuendi, disponendi, præcipiendi, mandandi, exercendi, ordinandi, & exequendi, ac vnũ, vel plures ad præmissa omnia, ipsumque Auditoriatus causarum curiæ officium exercendum quotiens tibi placuerit loco tibi substituen. & substitutos reuocandi, ac illos, vel alios iterum substituendi, & deputãd. plenam, & liberam dicta Apostolica authoritate concedimus facultatem, ac etiam potestatem habituri, processusque, & sententias, quos & quas tu, & substituti prædicti statueritis, & tuleritis in contradictores quoslibet, & rebelles, gratas, & ratas, illas facturi, authore domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, quibusuis communitatibus, vniuersitatibus eidem Sedi mediate, vel immediate subiectis, ac quibusuis alijs quacunque dignitate, etiam Cardinalatus honore fungentibus personis, ac etiam nostris, & Sedis prædictæ Nuncijs, & Legatis etiam de latere per nos, ac prædecessores nostros Ro. Pont. sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiã Motu simili concessis, quibus etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, illorumque tenores præsentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat harum serie Motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd antequam officium Auditoriatus Causarum Curiæ huiusmodi exercere inceperis de ipso fideliter exercẽdo in manibus præfati Camerarij nostri, seu eius Locumtenen. præstes solitum iuramẽtum. Tu igitur prædictum Auditoriatus Causarum Curiæ officium prompta deuotione exequaris, vt tua opera ad laudem, & gloriam earundem Ecclesiæ, & Curiæ vtcem publicam priuatorumque commoditatem, & exemplum laudabile reddãt, teq; apud nos per amplius commendent, vt speramus. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Pridie Non. Decembris, Pontificatus nostri, Anno Secundo.

S. Grolleti.

Clausulæ derogatoriæ.

Iuramentũ præstet Auditor, antequam incipiat officiũ exercere.

X X.

Doctores in Alma Vrbe, a Collegio Aduocatorum Consistorialium duntaxat, in iure ciuili, & Canonico creari possunt.

Doctorandi vero formam, & promouendi cuiuscunque artis vel scientiæ professores, vide inf. in Pij 4. const. 112. In sacrosancta.

Reuocationem autem quarumcunque facultatum Doctorandi, quibuscunque Officialibus Romanæ Curiæ, & Comitibus Palatinis, & alijs concessarum, habes inf. in Pij Quinti const. 59. Quamuis.

Doctorum quoque & Studentium priuilegia habes sup. fol. 33. in Bonif. 8. constit. x. In supremæ vbi posui concord.

IVLIVS Papa III. Dilecti filij salutem, & apostolicam benedictionem. CVM Sicut fidedignorum relatione nuper accepimus, multi iuris ciuilis, & canonici ignari ad Doctoratus gradum aspirantes indebite, sub prætextu quod in aliqua vniuersitate Studij generalis operam dando, in tantum profecerint, quod idonei existant, licentiam a nobis, & sede apostolica extorquent, vt ab aliquo Prælato, seu persona in dignitate ecclesiastica constituta, etiam de proprieijs extorquendo insignia doctoratus, in Romana curia suscipere valeant, ac eiusdem licentiæ prætextu, examine ad id requisito, & alijs necessarijs desuper minime adhibitis, contra sacrorum canonum statuta, & iuris dispositionem in ipsius doctoralis dignitatis opprobrium se ad illius gradum faciant promoueri. Vnde plura absurda sequuntur, & Clerus repletur indoctis multis aspirantibus ob priuilegia graduatorum beneficia assequi: & cum plures magistratus ex consuetudinibus, & statutis locorum per iuris Doctores debeant exerceri, a pluribus indoctis sic doctoratis sæpe illi adipiscuntur, cum iustitiæ supremo detrimento, sicque bonis etiam, & industrijs, literatisque Doctoribus animus concidit, cum pariter doctis, & indoctis gradus pateat dignitatis, iamque ex præmissis vilescat in populo doctoralis dignitas. Nos igitur præmissis, prout ex debito pastoralis officij tenemur, obuiare volentes, præsertim in Vrbe ea qua vtrumque ius prodiit, ac descendit, & a cuius exemplo orbis partes solent regulari, ac de literarum scientia, virtutibus & meritis vestris, quibus & vestro Collegio Doctores in vtroque iure Ciuili, & Canonico creandi, & illis insignia conferendi ex diuersis priuilegijs, & antiqua consuetudine ius, facultas, & potestas cõpetunt, & in quibus etiam potestas Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarij gymnasijque almæ Vrbis nostræ Cãcellarij pro tempore existentium repræsentatur, Motu proprio, & ex certa nostra scientia non ad vestram seu alicuius instantiam, sed de nostra mera deliberatione, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus nullus etiam prætextu cuiusuis licentiæ, seu facultatis sibi concessæ, seu priuilegiorum, indultorum, & literarum apostolicarum quibusuis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, conditionis, præeminentiæ, nobilitatis & excellentiæ existentibus, etiam Romanæ Curiæ officialibus, eorumq; Collegijs, ac quacunque dignitate, & honore fulgentibus, aut illorum contemplatione, seu intuitu, etiam motu, scientia, & potestate similibus, & ex titulo oneroso, ac ex quibusuis alijs etiam quantumcunque maximis, & vrgentissimis causis, sub quibusuis verborum formis, & expressionibus, ac cum quibusuis efficacissimis, & insolitis, etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, etiam talibus quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in eis contentis derogari possit, irritantibusque & alijs decretis per nos, & prædecessores nostros,

Multi iuris ignari licentias se doctorandi, vt hic, a sede Apost. obtinebant.

Vnde mala hic descripta oriebantur.

Pontifex ideo decernit, neminem de cætero Doctorẽ in Vrbe, creari posse, nisi a Collegio DD. Aduocatorum Consistorialium.

ac sedem

ac sedem eandem, seu alias pro tempore concessorum, ad gradum doctoratus in vtroque, seu altero iurium huiusmodi ab alio quam a vobis, & Collegio vestro in dicta Curia assumi, seu in vtroque, vel altero iuris Doctor creari possit, ac assumptiones, & creationis Doctorum, ac insignium doctoralium traditiones per vos faciendas huiusmodi validas & efficaces existere, suosque effectus sortiri, ac quascunque alias in vtroque, seu altero iuris huiusmodi Doctorum creationes, ac insignium prædictorum traditiones per alios quam per vos de cætero in ipsa Curia in futurum faciendas cum indesecutis irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti esse, & censeri, ac nemini suffragari, ipsique ab alijs quam a vobis ad gradum doctoratus huiusmodi assumpti pro non doctoribus haberi. Vosque quoscunque pauperes, vel egenos quos ad susceptionem graduum huiusmodi habiles, & idoneos repereritis, ad doctoratus in vtroque, seu altero iurium gradus huiusmodi gratis pro Deo, & absque aliqua pecuniarum solutione ab eis facienda assumere, seu doctores creare debere, Ac præsentibus ex quauis causa, vel occasione etiam per nos, & sedem prædictam in genere, vel in specie etiam per constitutiones apostolicas, seu Cancellariæ apostolicæ regulas editas, ac quascunque alias literas apostolicas etiam in forma breuis, etc. quod tenores, & formæ illarum habeantur pro expressis, seu alias clausulas, & decreta quæcunque in se continentes, etiam Officialibus, Collegijs, & personis præfatis pro tempore concessas, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extenden. in supplicationibus desuper pro tempore signatis apposita derogari seu illas reuocari, cassari, suspendi, aut in aliquo alterari minime posse, neque reuocatas suspensas, vel alteratas, & quotiens illa emanabunt, totiens easdem præsentes ab illis exceptas, & vobis concessas, ac in pristinum, & eum, in quo nunc, & ante reuocationem, & suspensionem huiusmodi erant, statum, restitutas, & repositas esse, & censeri, Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & interpretari debere, ac ex nunc si secus super his a quoque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Et nihilominus Camerario nostro, & curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori pro tempore existentibus per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, quando, & quotiens opus fuerit, ac pro parte nostra desuper requisiti fuerint, solemniter publicantes, faciant illas, & in eis contenta quæcunque integre, & inuiolabiliter ab omnibus obseruari, Non permittentes quicquam per quoscunque in contrarium attentari, Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras ac etiam pecuniarias, & de quibus eis videbitur pœnas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras & pœnas præfatas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã adhoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis prædictis, & quibusuis alijs cuiuscunque dignitatis, & præeminẽtiæ existẽtibus, & quacũq; etiã Episcopali Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate fulgẽtib. in contrarium quolibet concessis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, die sexta Februarij millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus nostri anno secundo.

Doctorũq. creationes ab alijs factas, irritas & inanes declarat.

Pauperes quoq. gratis Doctorandos debere, iubet.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretũ irritans.

Executores illius const.

Clausulæ derogatoriæ.

Romanus Amaseus.

XXI.

Suspensio omnium exemptionum, a solutione subsidij & censuum Reu. Cameræ Apost. debitorum, necnon quarumcunque prouisionum, & largitionum super eiusdem R. Cameræ prouentibus, quibuscunque personis assignatarum.

Exemptionum vero generalem reuocationem habes infra in Pauli IIII. constit. 44. Cupientes, & Pij V. constit. 9. Et si ea. Et vide etiam supra fol. 434. Pauli III. constit. 38. Ex debito, vbi not.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

LICET nos a nostræ ad summi Apostolatus apicẽ assumptionis die citra, ad importunam petitionem, seu alias etiã forsan Motu simili, diuersas prouisiones, & assignationes varijs personis super Cameræ apostolicæ introitibus, necnon remissiones, & relaxationes quasdam, ac vectigalium, & regalium nostrorum concessiones, forsan etiam in præiudicium eorum qui cum Camera nostra apostolica contraxerunt, nonnullis ciuitatibus, ac communitatibus sub certis modo, & forma, diuersisque respectibus concesserimus, & quod illæ suum sortirentur effectum, ac persisterent, nostræ intentionis semper fuerit: tamen quia postea Cameram apostolicam, & illius introitus, ob pessimas præteritorũ temporum cõditiones, valde exhaustos, & diminutos, æreque grauatos alieno, & hanc ob rem ne dum ad satisfaciendum creditoribus, verum ad nostram domusque & familiæ nostræ quotidianam sustentationem vix suppetere comperimus: Nos aliunde quam ex Cameræ introitibus huiusmodi modum non habentes, quo nostris, & sedis apostolicæ vrgentibus necessitatibus, his præcipue temporibus occurrere, nosque, & ipsam nostram familiam alere possimus, alijsque iustis causis animum nostrum mouentibus, ad infrascriptum prouisionis subsidium, contra mentis nostræ institutum, necessario deuenire cogimur. Omnes itaque, & singulas prouisiones, concessiones, assignationes, largitiones, remissiones, relaxationes, & alias gratias cuiuscunque quantitatis qualitatisque sint, ac exemptiones quascunque in dictæ Cameræ, & illius prouentuum quorumcunque, ac subsidij, & censuum in vigilia festi principis Apostolorum solui solitorum, damnum, & præiudicium, tam per fe. re. Paulum III. quam alios Romanos Pontifices præ-

Causa illius cõst.

Exemptiones a solutione subsidij, & cẽsuũ Re. Cameræ Apost. debitorũ, & assignationes prouisiones & largitiones super prouentibus eiusdẽ Cameræ, quibuscunque concessas, suspendit ad eius beneplacitum.

decessores nostros, quam etiam per nos quibuscunque communitatibus & personis cuiuscunque gradus, status, & conditionis, etiam si familiares nostri existant (exceptis tamen Cardinalibus) etiam in recompensam iurium cessorum vel ablatorum, ac remunerationem laborum, & obsequiorum sedi apostolicæ impensorum, & ex quacunque onerosa, vel alia causa sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam quod suspendi & reuocari nequeant, etiam Motu proprio & alias quomodolibet super Cameræ Introitibus, ac subsidio, & censibus prædictis, ac alijs quibuscunque bonis, & rebus factis, & concessas, & inde secuta quæcunque ad nostrum beneplacitum suspendimus, ac suspensas esse decernimus. Districtius inhibentes quibusuis Appaltatoribus, Thesaurarijs, Vicethesaurarijs, Depositarijs, Commissarijs, Exactoribus & cæteris agentibus dictæ Cameræ, & alijs ad quos spectat & pertinet, vt dicto durante beneplacito, prouisiones, concessiones, assignationes, & largitiones de cætero minime soluant, ac exemptiones huiusmodi non admittant, nisi quæ de manu Dilecti filij nostri Guidonis Ascanij tituli sancti Eustachij Diaconi Cardinalis moderni & pro tempore existentis Camerarij nostri, ac dictæ Cameræ Thesaurarij generalis coniunctim signatæ fuerint. Si secus soluerint vel admiserint, solutiones ipsas, & exemptiones, in eorum computis non admitti volumus atque mandamus. Præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque: præsentis Motus proprij solam signaturam sufficere, vel literas desuper in forma breuis expediri posse decernentes.

Inhibetq; Officialibus ne illas præterquã a Camerario signatas admittant.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet motu proprio. I.

Die vigesima tertia Februarij, Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, admissum & regestratum ex decreto Cameræ, libro tertio diuersorum S.D.N. Iulij Papæ III. apud me notarium fol. 37.

Hier. de Tarano.

Die vigesima quinta mensis Februarij 1551. retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cameræ apostolicæ, & acie Campi Floræ dimissis copijs affixis cum suis originalibus auscultatis per me Io. Metis Cursi

Humbertus Hollonius Magister Cursorum.

XXII.

Prorogatio subsidij Triennalis trecentorum millium scutorum, ac decimarum super fructibus Beneficiorum, & vigesimæ Hebræorum ditionis ecclesiasticæ, imposita a Paulo 3. vt habes sup. fol. 433. in const. 37. Ex debito, & 453. constit. 49. Ad intolerabiles & 466. constit. 55. Nouit.

Prorogauit etiam ad eius & Sedis Apost. beneplacitum Marcell. 2. inf. in eius constit. 1. His proximis. Et huiusmodi beneplacitum ad huc durat.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

AB Initio nostri huius Pontificatus, nobis licet immeritis diuina prouidentia commissi, nihil æque optauimus quam vt per temporis conditionem liceret nobis subditos nostros extraordinarijs oneribus eis extenus impositis leuare, idemque clare ostendimus diuersa ex oneribus huiusmodi, præsertim in hac alma Vrbe nostra tollendo, & abrogando. Verum cum omnibus fere ordinarijs Cameræ nostræ apostolicæ prouentibus per prædecessores nostros alienatis, & ærario ipsius Cameræ propter malas temporum conditiones non solum attrito, sed penitus exhausto, nõ habeamus vnde molem expensarum quæ pro orthodoxæ fidei defensione, & status S.R.E. conseruatione nobis indies ineuitabiliter subeunda sunt, sufferre possimus, votum consiliumque nostrũ mutare, & impositioné subsidij triennalis dudum ad certũ tunc expressum tépus factam, & deinde vsque ad Cal. mensis Maij proxime futuri prorogatã, in aliud tépus prorogare, & extendere cogimur, ne impositione prædicta per lapsum téporis extincta cogamur oĩa onera extraordinaria pro ea sublata de nouo imponere cũ maxima subditorũ nostrorum iactura, & perturbatione. Cum itaq; alias de anno videlicet millesimo quingentesimo quadragesimo tertio proxime præterito fe. re. Paulus Papa III. prædecessor noster animaduertẽs ex varijs, & extraordinarijs onerũ impositionibus tunc vigentibus nihil aliud magis euenire, quã Cõmissariorũ & aliarũ personarũ cum Camera apostolica contrahentiũ lucra, ac subditis ipsis innumerabiles expẽsas ipsis forsan principalibus oneribus grauiores, volens in præmissis opportune prouidere, de fratrum suorũ, de quorũ numero tũc eramus, cõsilio, cum laudabili rei directione cunctis impositionibus extraordinarijs sublãtis vnũ vnicumq; subsidiũ trecentorũ millium scutorũ, per totã ditionem ecclesiasticã pro trienoio soluendum, & exigendũ imposuerit, & cũ subsidium huiusmodi spontanea subditorũ voluntate acceptatum fuisset, & ea eo summa trecentorum millũ scutorum huiusmodi ad Cam. præfatam annuarim peruenire non posset ad supplendũ summæ deficienti, aliud quartæ partis fructuum a congregationibus regularibus Italiæ, & aliud vnius decimæ a secularibus, ac aliud etiam quartæ partis fructuum ecclesiasticorum a regularibus personis ab eisdẽ Congregationibus separatis per totam Italiam existentibus, necnon reliquum ex tunc vnius vigesimæ ab Hebræis ditionis ecclesiasticæ exigenda, & per eos, ac omnes alios ad quos spectabat triennio durante dictæ Cameræ apostolicæ annis singulis integre persoluenda subsidia etiam imposuerit, & subsidia huiusmodi ad aliud primo, & deinde ad reliquum ex tunc immediate subsecuta triennia prorogauerit, prout in diuersis ipsius prædecessoris desuper confectis literis plenius continetur, ipsaque subsidia quiete, & sine aliquo Commissariorum, & expensarum grauamine, & cum maxima subditorum, & personarum quæ illa soluerunt satisfactione exacta fuerint: Nos confidentes subditos, & Congregationes, ac Hebræos præfatos ea notorietate nostrarum, & dictæ sedis necessitatum onus subditorum eos exigentium, vt antea fecerunt, libenti animo subituros, habita desuper cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum vnanimi consilio & assensu, trecentorum millium scutorum his modo & forma, quibus vltimo loco exactum fuit, & quartæ partis fructuum congregationum regularium Italiæ, ac vigesimæ Hebræorum ditionis ecclesiasticæ subditorum impositiones huiusmodi, necnon conuentiones desuper cum eisdem subditis per nostros, seu ipsius prædecessoris agentes super præmissis factas, & initas, earum ac omnium & singularum superinde cõfectarum scripturarum tenores, ac si de verbo ad verbũ insererentur

Paul. 3. imposuit subsidiũ 300. millium scutorũ sed literę impositionis eius ad triennium, & primæ prorogationis ad aliud triennium, nõ tunc inueniuntur, sed literas secũdæ prorogationis habes sup. fol. 466 in const. 55. Nouit illa.

Decimarũ impositiones Pauli 3. habes supra fol. 433 & 453.

inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſsis habentes, ad aliud triennium a fine vltimo dicti triennij cõputandum, apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & prorogamus, ac eatenſas, & prorogatas, necnon trecentorum millium iuxta conuentiones prædictas, & quartæ partis fructuum congregationum, ac vigeſimæ Hebræorum huiuſmodi ſubſidia integre, & iuxta verum eorum valorem ad vltimo dictum triennium, vt præfertur, computandum ſolui, & exigi, ac ad Cameram prædictam pro neceſsitatibus huiuſmodi peruenire debere decernimus, & quatenus opus ſit ſingula vltimo dicta ſubſidia in locis, & terminis, ac ſub modis, & formis prædictis ſingulis annis exigenda pro vltimo dicto triennio de nouo imponimus, & impoſita eſſe decernimus.

Pont. iſte ex cauſis hic expreſsis, prorogat ſubſidia ſupradicta ad aliud Triennium

Quo circa dilecto filio Guidoni Aſcanio ſancti Euſtachij diacono Cardinali de ſancta Flora nuncupato Camerario noſtro, quem vltra ordinariam ſui Camerariatus officij auctoritatem, ſubſidiorum huiuſmodi collectorem generalem, cum facultate tot quot ſibi neceſſarij videbuntur commiſſarios ad ſingula vltimo dicta ſubſidia exigendum deputandi, necnon quæcunque dubia declarandi, & quaſcunque compoſitiones, & concordias cum ſubditis, congregationibus, & Hebræis ſupradictis, & de nouo ſi ſibi videbitur faciendi, & ordinandi conſtituimus, & deputamus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vltimo dicta ſubſidia iuxta eius prouidam ordinationem exigi, & ad dictam Cameram apoſtolicam peruenire faciat. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas etiam pecuniarias eius arbitrio infligendas, & applicandas, ac impoſitionem interdicti, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Decernentes ſubditos, ac congregationes, & Hebræos prædictos ad vltimo dicta ſubſidia ſingulis annis, ac modis, & formis præmiſsis vltimo dicto triennio durante integre ſoluendum omni contradictione ceſſante teneri. Ac declarantes quod omnes & ſinguli penſionarij cõgregationum earundem, ſeu ij quibus loco penſionum fructus congregationum huiuſmodi in toto, vel in parte reſeruati ſunt, cuiuſcunque conditionis vel dignitatis exiſtant (Cardinalibus prædictis, & venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Tridenti pro celebratione Concilij congregatis, necnon fratribus Hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis) ac ſubſidij quartæ partis fructuum huiuſmodi appoſitis, & quod penſiones, & fructus huiuſmodi ab omnium decima, ſubſidio charitatiuo, & quouis alio onere tam ordinario, quam extraordinario quauis etiã apoſtolica auctoritate, etiam pro expeditione tam defenſiua, quam offenſiua contra Turcas, & alios infideles, aut reipublicæ chriſtianæ ab illorum conatibus quauis defenſione, ac etiam pro recuperatione Terræ ſanctæ, ſeu fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, vel pro alia neceſsitate, ſeu inexcogitabili cauſa a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, etiam Motu & ſcientia ſimilibus impoſito, vel imponendo exempti ſint diſponentibus nequaquam obſtantibus, pro rata teneantur, & efficaciter aſtricti ſint. Quodque congregationes ipſæ ſuper quarum fructibus penſiones, ſeu quarum fructus ſic aſsignati, ſeu reſeruati exiſtunt, poſsint ſatisfacere ratam penſionariorum ſuorum, ſeu eorum, quibus fructus ſunt reſeruati, ac libere poſtmodum ſua propria auctoritate penes ſe ſeu pro ſe retinere totum illud quod pro ipſis penſionarijs, ſeu pro eis quibus fructus huiuſmodi ſunt reſeruati, re ipſa, & cum effectu perſoluerint. Et nihilominus penſionarios, ac eos quibus fructus huiuſmodi reſeruati ſunt, per agentes dictæ Cameræ apoſtolicæ ad ſolutionem quartæ partis penſionum, ac fructuum reſeruatorum huiuſmodi reſpectiue vltimo dicto triennio durante, iuris, & facti remedijs opportunis cogi, & compelli poſſe volumus. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon congregationum, & illarum ordinum huiuſmodi iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſuis priuilegijs, indultis, & exemptionibus, ac etiam in corpore iuris clauſis immunitatibus, & literis apoſtolicis eiſdem ordinibus, & congregationibus, ac illorum locis, & perſonis generaliter, vel ſpecialiter ſub quibuſcunque verborum formis, & expreſsionibus ab eadem ſede conceſsis. Quibus, & literis apoſtolicis reſeruationum, penſionum, ac fructuum huiuſmodi, necnon quibuſuis obligationibus, etiam in forma Cameræ cum iuramento, & cenſurarum, ac mandati executiui ſuſceptione, vel alias deſuper factis, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, ſeu quæuis alia expreſsio habenda ſit, & in eis caueatur expreſſe quod per huiuſmodi clauſulas generales, etiam ſpecialem mentionem importantes, eis derogatum non cenſeantur, nec derogari videatur, niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſsis, tenores hmôi pro expreſsis habentes, illis alias, in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi penſionarijs vel alijs percipientibus fructus congregationum huiuſmodi, ac ipſis congregationibus, & ordinibus vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad ſolutionem vel præſtationem alicuius ſubſidij minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari, ſeu propterea grauari non poſsint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quoad præmiſſa volumus nullatenus ſuffragari. Vt autem præſentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis baſilicarum principis Apoſtolorum, & ſancti Ioanois Lateranenſis de dicta Vrbe affigi, ſeu appendi faciemus, quæ eas ſuo quaſi ſonoro præconio publicabũt, vt ij quos præmiſſa contingunt, quod ad ipſos non peruenerint, aut ea ignorauerint nullam poſsint excuſationem prætendere, ſeu ignorantiam allegare, cum non ſit veriſimile apud ipſos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit publicatum. Cæterum quia difficile foret præſentes ad ſingula loca in quibus expediens fuerit deferre, Volumus & auctoritate apoſtolica prædicta decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis manu alicuius ex dictæ Cameræ apoſtolicæ notarijs ſubſcriptis, & ſigillo Camerarij noſtri munitis, ea prorſus fides in iudicio, & extra in omnibus & per omnia adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extenſionis, prorogationis, impoſitionis, conſtitutionis deputationis, commiſsionis, mandati, declarationis, derogationis, volũtatum & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, decimoſeptimo Calendas Aprilis, Pontificatus noſtri anno Tertio.

Collectorẽ deputat Card. de S. Flora Camerariũ, cũ facultate declarãdi dubia, & etiã concordãdi &c.

Penſionarios pro rata fructuũ teneri contribuere, declarat.

Soluentesque penſionarijs illorum ratam retinere poſſe, decernit.

Clauſula derog.

Forma publicandi hanc conſt.

XXIII.

Iudices Rom. Curiæ restitutionem in integrum partibus concedere possunt, ad Fatalia decursa, tempore Sedis Vacantis Pauli III.

Similem const. fecit Pius V. inf. in eius const. 163. Cupientes & Greg. 13. const. 17. Cupientes.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

MENTIS, & intentionis nostræ semper fuit litium anfractus, litigatorumque dispendia amputare, vt rei veritate patefacta, tergiuersationibus calumnijsque reiectis, ius suum vnicuique reddatur. Cum igitur propter obitum fe. re. Pauli Papæ III. prædecessoris nostri iustitium in Romana Curia omnibusque eiusdem tribunalibus vsque in crastinum coronationis nostræ fuerit etiam fere omnium consensu indictum, & propterea litigatores iusto impedimento io causarum tam in prima quam secunda & tertia, & forsan vlteriori instantia pendentium prosecutione fuerint impediti, dubitarique ceptum sit, vtrum huiusmodi impedimento durante instantiæ fataliaque sint decursa, & restitutio temporum præfatorum tanquam legitima subsistente causa concedi debeat, vel tempora prædicta nullo modo veniant computanda: & subinde nonnullæ oriantur, seu oriri posgint disputationes, & dispendia. Nos igitur cupientes litium compendijs, & litigatorum sumptibus consulere: Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus instantias, & fatalia quarumcunque causarum in quocunque foro tam ecclesiastico, quam seculari, ac coram quibuscunque iudicibus tam ordinarijs, quam extraordinarijs Vrbis nostræ indecisis quouis modo pendentibus, a die obitus præfati prædecessoris nostri vsque ad præsentis nostri Motus proprij datam, nullo modo cucurrisse, sed tempora prædicta fuisse & esse de medio tollenda, minimeque in instantijs, seu fatalibus causarum tam ciuilium quam criminalium, tam profanarum quam ecclesiasticarum, ac etiam feudalium fore & esse computanda, licereque propterea earundem causarum prosecutionem fieri, ac si tempus prædictum inter medium minime fuisset decursum, Et ita per quoscunq; iudices tam ecclesiasticos quam seculares, tam ordinarios quam extraordinarios pronuntiari & declarari debere, sublata aliter declarandi, & iudicandi facultate, irritum quoque, & inane decernentes quicquid in contrarium contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, stylo palatij, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique tam in iudicio, quam extra fidem faciat, & quod copiæ impressæ, etiam absque productione in indicio fidea adhibeatur, regula nostra in contrarium non obstante. Vel si magis placet, committatur eisdem iudicibus in Romana Curia existentibus, vt ad fatalia huiusmodi partes eorum arbitrio restituant De mandato D.N. Papæ præfati iudices procedant, vt in secunda parte petitur, & faciant.

Declaratio quod tempus sedis vacantis Pauli 3. in fatalib. causarū nō computetur. Imo Iudices ad fatalia restituant vt hic in fi.

Decretū irritans

Clausula derogatoria.

Placet de secunda parte. I.

XXIIII.

Contra detinentes scripturas spectantes ad Reu. Cameram Apost. ac scientes & non reuelantes.

Ampliatur hæc constit. inf. per Pium 4. const. 9. Pastoralis.

De materia autem posui concord. supra fol. 273. in Adriani vj. const. 1. Nuper.

Causa constit.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Acceperimus non sine animi molestia a quā pluribus annis citra plures libros Cameræ nostræ Apostolicæ, & illius ministrorum ac diuersas scripturas, instrumentaque publica, & priuata ad eādem Camerā spectātia per varias personas, tam ea officiis Notariorum quam ea archiuio dictæ Cameræ, & alijs locis elam subrepta, & occultata fuisse, ac etiam alias deperdita ad variarum personarum manus deuenisse, & per easdem personas occupata, & occulta detineri in animarum suarū periculum, dictæq; Cameræ, & diuersarū aliarum personarum interesse habentium damnum ac iacturam non modicam, Motu simili, & ex certa nostra scientia oēs & singulas personas, tam ecclesiasticas, quā seculares, & cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, etiam quauis amplissima dignitate fungentes, quæ aliquos libros, vel scripturas, seu instrumenta quæcunq; publica vel priuata ad prædictā Cameram quōlibet spectantia & pertinentia vndecunq; surripuerint, vel ab alijs subrepta, seu deperdita ad manus suas habuerint, & penes se detinuerint vel detineant de præsenti, aut illorum detentores sciuerint vel sciant, in domino mouemus, eisq; nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excōicationis maioris latæ sententiæ pœna a qua non nisi a nobis vel successoribus nostris Ro. Pontificibus præterquam in mortis articulo constituti absolui possint, priuationisque omniū & singulorū officiorū, & beneficiorū suorum si quæ obtinent, inhabilitatisque ad illa in postetū obtinenda iniungimus & mādamus, vt intra sex dietū proxime futurorum terminū quorū duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & perēptorio termino assignamus, libros, scripturas, & instrumēta prædicta qui illa & illas habent, dilectis filijs Petropaulo Attauanti eiusdē Cameræ Notario, & Archiuij dictæ Cameræ custodi seu Alexādro Pallantetio Cameræ prædictæ, & nostro Cōmissario generali restituant: alij vero scientes eos penes quos illa fuerint vel sint, dilecto filio Thesaurario generali nostro, seu eidem Cōmissario reuelent: nos enim qui libros, scripturas, seu instrumēta prædicta retinuerint, aut occultauerint, seu illa retinentes nō reuelauerint, dicto termino elapso ipso facto, & absq; aliqua citatione, & declaratione pęnas prædictas incurrisse, & ad illarum exequutionē deueniri posse, & debere decernimus, & declaramus. Mandātes nihilominus dilectis filijs almæ vrbis nostræ, & curiæ causarū Cameræ Apost. Auditori, ac dictæ Vrbis Vicario, & cuilibet ipsorū, vt elapso dictorum sex dierum termino contra detinentes libros, scripturas & instrumenta huiusmodi, ac illa & illas in dicto termino non restituentes, vel vbi illa sint scientes, & non reuelantes, tanquam contra fures iuxta eorum ordinarias facultates etiam ex officio, & per Inquisitionem ad illorūque carcerationem, & examina pro redimēda veritate,

Detinentes scripturas spect. ad Camerā Aposto. restituant sub pœnis hic expressis.

Scientes vero reuelent, sub eisdem pęnis.

Inobedientes autem coerceantur vt hic.

ac proue

ac prout iuris fuerit, eorum condemnationem, illiusq; & prædictarum pœnarum executionem, omnibusq; alijs iuris, & facti vijs & remedijs opportunis procedant. Vt autem hæc omnibus innotescant, præsentes quarum solam signaturam nostram sufficere volumus, in valuis Basilicæ sancti Petri de Vrbe, & Cameræ prædictæ, necnon Cancellariæ nostræ Apostolicæ, ac in acie campi Floræ per vnum ex nostris Cursoribus publicari mandamus, publicationemque huiusmodi eos quos præmissa concernunt afficere perinde, ac si vnicuique eorum personaliter intimatæ fuissent decernimus, cum eorum quæ tam publicæ notificantur nulli valeant probabilem ignorantiam allegare.

Forma publicandi hanc cōst. Quam publicationē posui hic in fi.

Placet I.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo qninquagesimo secundo, Indictione decima, die vero vltima mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Iulij, diuina prouidentia Papæ III. Anno eius tertio, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in suprascriptis locis pubicis, videlicet ad valuas seu portas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per me Thomam Roger, præfati S. D. N. Papæ Cursorem.

Hermanus Letus Magister Cursorum.

Registratus in Camera Apostolica in libro tertio diuersorum infrascripti Notarij fol. 46.

A. Peregrinus Cameræ Apostolicæ Notarius.

XXV.

Deputatio Iacobi de Puteo, Cardinalis tit. sancti Simeonis, ac Io. Baptistæ Cicadæ tit. sancti Clementis, ad reuidendum, & rescindendum alienationes bonorum Eccles. alienatorum, contra formam constit. Pauli 2. quam habes sup. fol. 91. nu. 6.

Similem Deputationem fecit Paulus 4. vt inf. in eius constit. 3. Cum nos, & Pius V. const. 98. Et si de singulis.

De Materia antem alienationis bonorum Eccles. posui concord. sup. fol. 35. in Ioann. xxii. const. 1. Inter cætera.

IVLIVS Papa III. Dilectis filijs nostris Iacobo sancti Simeonis de Puteo nuncupato, & Ioanni Baptistæ tt. sancti Clementis presbyteris Cardinalibus salutem, & apostolicam benedictionem.

CVM sicut accepimus a centum annis citra diuersa bona immobilia, & iura diuersarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarū, ac aliarum ecclesiarum, necnon monasteriorum, & prioratuum, tam virorum, quam mulierum, ac præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, necnon canonicatuum, & præbendarum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium & diuersorum ordinum regularium, ac hospitalium, & aliorum piorum locorum temporalis dominij S. R. E. præter, & contra formam constitutionis per fel. rec. Paulum Papa II. prædecessorem nostrum super alienatione bonorum ecclesiasticorum editæ, seu alias nulliter, vel illicite, & in euidens ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, ac canonicatuum, & præbendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, necnon hospitalium, & piorum locorum huiusmodi damnum varijs personis alienata, seu in emphyteosim perpetuam, etiam singulis viginti nouem annis renouandam, aut ad longum tempus, vel ad certas generationes, seu nominationes locata, & alias diuersimode occupata, & detenta fuerint, occupenturque, & detineantur etiam de præsenti, & exinde fructus, redditus, & prouentus ecclesiastici non modicum diminuti existant: Nos volentes iudemnitati ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, ac canonicatuum, & præbendarum, necnon beneficiorum, hospitalium, & locorum huiusmodi, vt ex debito nostri pastoralis officij tenemur opportune prouidere: Circonspectioni vestræ, quorum eximia integritas, singularis prudentia, exacta diligentia, & in rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes veteris experientiæ documento nobis iam dudum cognitæ sunt, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus per vos, vel alium, seu alios, qnos ad hoc cum simili, aut limitata potestate duxeritis deputandos, vocatis prout vobis videbitur eorundem bonorum possessoribus, vel detentoribus, super nullitate, & inualiditate alienationum, & locationum huiusmodi, ac exinde subsecutarum confirmationum, etiam apostolica auctoritate factarum, seu facultatum ad illas faciendas concessarum, necnon desuper confectorum instrumentorum, literarum, & aliarum scripturarum, ac indedita occupatione, & detentione bonorum, & iurium huiusmodi, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, auctoritate nostra diligenter inquiratis, ac bona, & iura quæ vocatis eisdem possessoribus, vel detentoribus præter, aut contra formam dictæ constit. seu alias nulliter, vel illicite & in euidens ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalinm, & piorum locorum prædictorum damnum alienata, seu locata, aut occupata, & detenta reperietis, ad ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, cannoicatuum, & præbendarum, ac beneficiorum, hospitalium, & piorum locorum quorum antea erant, ius & proprietatem reuocetis, & reducatis, ac eos qui bona, & iura huiusmodi indebite possederint, & detinuerint, ad satisfaciendum de indebite perceptis opportunis iuris remedijs cogatis, & cōpellatis. Nos enim vobis eos qui satisfecerint quietādi, & liberandi, ac cum eis qui satisfaciendi modū non habuerint, & alijs personis de quibus vobis videbitur super huiusmodi indebite perceptis, ac bonis, & iuribus præter, & contra formam dictæ constitutionis, seu alias nulliter vel illicite, aut in euidens damnum alienatis, seu locatis, tam eorum quorum bona & iura huiusmodi antea erant, quam etiam nostro, & pro interesse, quod in præmissis ratione fructuum, reddituum, & prouentuum indebite perceptorum habet, Cameræ apostolicæ nominibus componen. & quascunq; honestas compositiones, & concordias ineundi, & si vobis

Paulus 2. alienationibus bonorū Eccl. formā præscripsit vt s. f. 91. In eius cōst. 6 Ambitiosæ. Sed tamen multa bona contra formam suæ const. alienata fuerunt.

Ideo Pontif. iste deputat Card. Puteum. & Card. s. Clementis, vt dictas alienationes summariæ &c. reuideant.

&si vobis videbitur bona,& iura prædicta postquam ac ius, & proprietatem eorum quorum antea erant reuo-
cata, & reducta fuerint, eisdem possessoribus, seu detentoribus, aut alijs personis de consensu eorum quorum
intererit,& si requisiti consentire noluerint sine eorum consensu sub honesto annuo canone,siue censu, aut ali-
as prout vobis iustum esse videbitur, in euidentem vtilitatem ecclesiæ locandi, & concedendi; ac ad effectum
præmissorum omnes & singulos emphytheotas locatarios,& conductores,etiam perpetuos bonorum ecclesia-
sticorum,& alias personas ecclesiasticas,& seculares cuiuscunque dignitatis,status,gradus,ordinis,& conditio-
nis existentes , etiam exemptos , etiam per edicta locis publicis affigenda. ad exhibitionem titulorum quos in
eisdem bonis ecclesiasticis habent, sub sententijs, censuris, & pœnis de quibus vobis videbitur monendi,& re-
quirendi : Necnon aliquas idoneas personas per prouincias, ciuitates,terras, & loca dictæ ditionis cum simili,
aut limitata potestate , qui præmissa omnia exequantur, & vt laici, ac aliæ personæ , quæ diuersa eorum bona
maximi valoris ratione minimorum censuum ecclesijs obligata esset ægreferunt , aliquod commodum sine da-
mno ecclesiarum reportare posint, sed de his qui bona huiusmodi modico censu grauata ab illius præstatione,
& solutione liberare cupiũt,ac m odis, & conditionibus quas pro liberatione huiusmodi offerunt ad hoc, vt de
præmisis nos certos reddere possint.Eosq; superinde opportune prouidere possimus ad plenum informent,&
ad hoc si opus fuerit dominos directorum dominiorum euocent , subdelegandi,easque quando vobis videbitur
reuocandi, & alios eorum loco substituendi , ceteraque in præmisis,& circa ea necessaria, seu quomodolibet
opportuna faciendi plenam & liberam apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus faculta-
tem,& potestatem.Non obstantibus præmissis,& apostolicis,ac in prouincialibus,& synodalibus concilijs edi-
tis specialibus vel generalibus constitutionibus,& ordinationibus, ac ecclesiarum,monasteriorum,prioratuum,
præpositurarum , præpositatuum, hospitalium, & locorum, ac ordinum huiusmodi iuramento , confirmatione
apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque , indultis,exem-
ptionibus,& literis apostolicis eisdem ecclesijs,monasterijs, prioratibus,præposituris, præpositatibus, hospita-
libus,locis pijs,& ordinibus,ac eorum superioribus, & personis per quoscunque Romanos Pontifices similiter
prædecessores nostros, ac nos et sedem prædictam, etiam per viam generalis legis et statuti perpetui, ac initi,
et stipulati contractus , necnon motu proprio , et ex certa scientia , ac de apostolicæ potestatis plenitudine,
etiam consistorialiter, et alias sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum
derogatorijs alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et alijs decretis quomodolibet,
etiam pluries concessis, confirmatis,et innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illarum sufficienti derogatio-
ne de illis, earumque totis tenoribus specialis specifica , et indiuidua , ac de verbo ad verbum , non autem per
clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita for-
ma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso , & forma in illis
tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis, necnon modos,& formas ad
id seruandas pro indiuiduo seruatis habentes , illis alias in suo robore permansuris , hac vice dumtaxat harum
serie specialiter & expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Ceterum quia difficile foret præ-
sentes literas ad singula loca in quibus illas opus esset transmittere,etiam volumus.& dicta auctoritate decer-
nimus,quod literarum earundem transumptis, etiam per calcographos impressis. & manu notarij publici sub-
sciptis, ac sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, vel canonici Metropolitan. seu alterius Cathedralis ecclesiæ , aut
personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus
adhideretur si forent exhibitæ vel ostensæ . Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vi-
gesimatertia Maij,millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus nostri anno tertio.

Rom. Amasæus.

XXVI.

Confirmatio & Innouatio Constitutionum, contra Homicidas,eorumque fautores,
&c.æditarum.Et assertarum Franchitiarum Vrbis reuocatio,& prohibitio.

De Materia Homicidarum,& ipsorum complicum posui concord. supra
fol. 80. in Pij 2. const. 8. Ad retinendas .

Franchitiarum vero prohibitionem habes infra in Pij 4.const.62.
Inter cæteras,& Greg.13. const.20. Et ipsa ratio.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
CVM Ciuitates, & loca omnia , in quibus sanctissimum Christi nomen colitur , deceat esse facinorosis
hominibus expiata, atque purgata, nemo est qui non intelligat quam maxime oporteat almam Vrbem no-
stram Apostolorum Petri & Pauli ac tot martyrum sanguine consecratam,in qua summus Pontifex cum sa-
cro Cardinalium Collegio residet , & ad quam ex omnibus mundi partibus , veluti ad portum saluberrimum
gentes confluunt , quæ denique communis omnium patria censetur esse , ipsis facinorosis hominibus vacuam.
Sane cum a diuersis Pontificibus prædecessoribus nostris plures constitutiones aduersus homicidas, sicarios,la-
trones,sacrilegos,raptores,aliosque facinorosos homines,eorumque fautores,& receptatores,sine quibus de-
linquentes diutius latere non possunt, æditæ fuerint, quæ vel temporum iniquitate, vel ad senium, & occasum
vergentis seculi corruptela,aut magistratuum negligentia,minus custodiuntur,& obseruantur,ac fere in desue-
tudinem abierunt operepretium censuimus constitutiones ipsas approbare, & innouare,prout illas Motu pro-
prio,& ex certa scientia,cum omnibus & singulis censuris,& pœnis in eis contentis harum serie approbamus,
ac innouamus . Et insuper quia (sicur accepimus)quorundam eousque processit licentia,vt non solum homici-
das,& facinorosos,ac alios prædictos,contra iuris,& sacrarum constitutionum præfatarum prohibitionem re-
ceptare audeant,sed etiam domos suas,necnon vias publicas, & plateas quæ circa domos sunt, facinorosis ip-
sis tutum refugium,& quasi portum esse velint,signatis etiam franchisiarum nomine quodammodo limitibus in
via,quos iustitiæ ministris ingredi non liceat: Nos abhominabile,ac detestandum franchisiarum huiusmodi no-
men

Et eisdem facultatem concedit, eadem bona in euidentẽ Eccles. vtilitatem, de nouo locandi,& concedendi.

Clausulæ derogatoriæ.

Diuersorum Pōtificũ const. istas indicaui sup. fo. 80. in Pij 2. cōst. 8. Ad retinendas.

Confirmatio & innouatio earundem const.

men penitus abolemus, ac perpetuo abolitum fore decernimus. Volumus enim causarum capitalium iudicibus, barisellis, apparitoribus, & alijs iustitiæ præfectis & ministris, quascunque vias, & plateas, ædes, & domos, ad requirendos, capiendos, & debitis pœnis afficiendos facinorosos homines, die, noctuq; liberas, & apertas esse. Si quis autem post huius nostræ voluntatis declarationem, franchisias huiusmodi adhuc habere, & tueri, ac illarum prætextu, aut alias quomodolibet iustitiæ ministros, in executione eorum officii impedire præsumpserit, etiam si Baronus, Domicellus, Comes, Dux, Principis cuiusuis Orator, aut (quod futurum minime credimus) Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, aut etiam S. R. E. Cardinalis extiterit, nouerit se amissionis gratiæ, ac beneuolentiæ nostræ, necnon cohertionis, & emendationis, prout nobis iuxta circunstantiarum qualitatem videbitur, pœnas ipso facto incursurum. Si quis vero in tantam deuenerit audaciam, vt etiam violenter, & manu armata, ipsis iustitiæ ministris se opponere, & resistere ausus fuerit, tam facientes, quam mandantes, eo ipso crimen læsæ maiestatis incurrere declaramus, & pro illius condigna vltione, si vltra iustitiæ ministros maiori manu opus fuerit, præcipimus dilecto filio nobili viro Camillo Vrsino Domicello Romano, ac alteri cuicunque pro tempore militiæ nostræ temporalis generali Gubernatori, & custodiæ palatij nostri Ducibus tam pedestribus quam equestribus, ac Conseruatoribus, & Capitibus regionum ipsius almæ Vrbis, vt contra opponentes, & resistentes huiusmodi, tanquam iustitiæ, pacis, & quietis perturbatores, nostrosque, & huius sanctæ Sedis rebelles, acriter suo brachio seculari insurgant, ac eos manu regia, & nulla tela iudiciaria seruata, seuerissime puniendos capi, & carceribus mancipari faciant. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque, & indultis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Vt autem præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis de eis ignorantiam iuste prætendere possit, volumus & apostolica auctoritate decernimus, quod præsentes literæ per aliquos curiæ nostræ Cursores, ad basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & Ecclesiæ Lateranensis valuas dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, palam, & clara voce legantur, & lectæ in basilicæ & Ecclesiæ huiusmodi, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, necnon in acie Campi Floræ affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant, & cum inde amouebuntur earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quodque earum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, certa & indubitata fides adhibeatur, prout præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, abolitionis, decreti, voluntatis, declarationis, & præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, decimo Cal. Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

Franchisias tenentes, aut Curiæ in executione sui officij impedientes pœnas de quibus hic incurrunt.

Clausula derogatoriæ.

Forma publicandi hanc const. Quam publ. habes hic infra.

Barengus.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, indictione decima. die vero vigesimaseptima mensis Septembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. Anno Tertio, retroscriptæ literæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis retroscriptis, dimissis etiam inibi copijs affixis iuxta illarum formam, & tenorem per nos Iacobum Carra, & Hermanum Lætum Cursores.

Ita est Hermanus Lætus Cursor.

Thomas Roger Magister Cursorum.

XXVII.

Suppressio Præceptoriæ Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, & erectio Societatis pro regimine eiusdem Hospitalis.

Regitur nunc idem Hospitale per Præceptorem sicut antea. Et de Materia vide concord. quas ponam infra in Greg. 13. const. 47. Si inter.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ETSI Saluatoris nostri Domini Iesu Christi exemplo salubri omnium Orbis Hospitalium directioni, & prospero successui intendere teneamur, circa tamen Hospitale nostrum sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ordinis sancti Augustini, quod per prædecessores nostros in eorum fere oculis fundatum, & innumeris tam spiritualibus quam temporalibus gratijs decoratum extitit, nostræ considerationis aciem propensiori cura & studio adhibere cogimur, vt non solum prospere dirigatur, verumetiam vtilium personarum fulcitum præsidijs, superno suffragante auxilio, ad pauperum Christifidelium subuentionem, & piorum operum in eo exerceri solitorum augmentum salubribus proficiat incrementis. Hinc est quod cum præceptoria ipsius Hospitalis quæ conuentualis existit, & quam bo. me. Alexander Episcopus Adiacen. ex concessione & dispensatione apostolica in commendam dum viueret obtinebat, commenda huiusmodi per obitum ipsius Alexandri Episcopi, qui apud sedem apostolicam debitum naturæ persoluit, cessante, adhuc eo quo dum eidem Alexandro Episcopo commendata fuit, vacabat, modo ad præsens vacare noscatur, Nos attendentes quod licet Hospitale prædictum diuersis castris, & locis, ac alijs opulentissimis redditibus dotatum fuerit, nihilominus siue crebra præceptoris, per quem Hospitale ipsum regitur, mutatione, & quæ exinde causatur status eiusdem Hospitalis per multum temporis insitia, siue illius pro tempore præceptorum, siue commendatariorum incuria, aut eorum qui castris, & locis prædictis finitimi hactenus fuerunt potentia, seu iniustis, & illicitis castrorum, & locorum, ac redditum huiusmodi alienationibus, & distractionibus per pro tempore existentem Præceptorem, seu commendatarium, & dilectos filios conuentum eiusdem Hospitalis pro tempore factis, seu alias non solum diuersis ex castris, & locis, ac redditibus huiusmodi priuatum, verumetiam plurimo ære alieno oneratum fuit, ex quo magnum & notabile interesse quotannis soluere cogitur, & nisi præmissis aliquod efficax & vehemens remedium adhibeatur, verisimiliter formidari potest, ne ære alieno huiusmodi ex solutione ipsius interesse in dies crescente, Hospitale prædictum aliquam notabilem iacturam incurrat, cum maximo ipsius Hospitalis, & in eo pro tempore receptorum infirmorum, & pauperum, ac expositorum infantium præiudicio. Considerantes quod si

De Fundatione & gratijs istius Hospitalis, vide sup. in Leon. x. fol. 171. const. 5.

Hospitale vacabat per obitum Alexandri Episcopi Adiacen. Præceptoria.

eisdem

eisdem Hospitali aliquod certum & continuatum, ac nunquam deficiens regimen aliquod proborum & timoratæ conscientiæ virorum constitueretur & ordinaretur, exinde profecto res & negotia ipsius Hospitalis diligentius & solertius, ac cum maiori eorum notitia ad Dei laudem & honorem administrarentur, nec ipsum Hospitale expensis manutenendi præceptorem, qui vt plurimum prælatura fungi consueuit, grauaretur, indeque dictum æs alienum citius dilui, ac alias conuentibus prædictis facilius occurri, & curæ infirmorum & pauperum, ac infantium prædictorum efficacius insisti posset, cum spirituali tam ciuium, quam curialium huius nostræ almæ Vrbis consolatione. Præmissis itaque cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus mature discussis, & desuper diligenti consideratione præhabita, de eorum consilio & assensu præceptoriam prædictam, quæ caput aliarum præceptoriarum ad eodem Hospitali dependentium existit, cuiusque & illi annexorum fructuum, reddituum, & prouentum verum annuum valorem præsentibus haberi volumus pro expresso, quouis modo, & ex cuiuscunque persona, seu per liberam cessionem cuiusuis de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam aut constitutionem fel. rec. Ioannis Papæ xxii. prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assecutionem alterius beneficij ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacauerit quod eius collatio iuxta Lateranen. statuta Concilij ad sedem prædictam legitime deuoluta, ipsaque præceptoria dispositioni apostolicæ specialiter, vel ex quauis causa, etiam de necessitate exprimenda generaliter reseruata existat, & ad illam consueuerit quis per electionem assumi, eique cura etiam iurisdictionalis immineat animarum, super ea quoque inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo supprimimus & extinguimus, ac in Ecclesia dicti Hospitalis vnam Christifidelium Confraternitatem sub inuocatione eiusdem Sancti Spiritus auctoritate & tenore prædictis erigimus, & instituimus, ac illi ex nunc nos ipsos, & Cardinales præfatos, ac vniuersos & singulos venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, necnon dilectos filios Confratres Archiconfraternitatis Charitatis de Vrbe, qui nominatim illi aggregari, & in ea describi voluerint, ac quascunque alias personas, tam ecclesiasticas, quam seculares eam ingredi, & in ea describi volentes, eisdem auctoritate & tenore aggregamus, & incorporamus, ac quod de cætero perpetuis futuris temporibus Hospitale prædictum per sex, aut arbitrio eiusdem Confraternitatis plures, seu pauciores ab ea eligendos Confratres confraternitatis huiusmodi, quorum saltem vnus Prælatus, & aliqui in dignitate ecclesiastica constituti, ac reliqui omnino clericali caractere insigniti, & nullatenus coniugati existant & quorum dimidia, seu eiusdem Confraternitatis arbitrio alia maior pars singulis annis mutetur, & varietur, ita vt alicuius eorum officium vltra biennium durare nequeat, & aliqui ex prioris anni rectoribus & administratoribus cum nouiter electis, vt rerum notitia melius haberi possit, semper remaneant, cum ea quæ decet charitate curetur, regatur, & gubernetur, ac qui ex eis sic electis maiori dignitate præditus fuerit, se præceptorem Hospitalis prædicti inscribere, & denominare, ac ab alijs inscribi, & denominari, Necnon resignationes, seu cessiones, quæ de portionibus Montis Sancti Spiritus, super prouentibus ipsius Hospitalis constituti pro tempore fient, admittere, & patentes literas super ipsarum portionum concessione sub eius veluti dicti Hospitalis præceptoris nomine expedire, & subscribere, ac per seipsum in alma Vrbe, in alijs vero locis etiam per alium, seu alios idoneos ad id ab eo de consiljo & assensu reliquorum coelectorum, ac aliorum regimini, & administrationi ipsius Hospitalis præsidentium deputandos, omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia & quorumuis ordinum regularia, quæ ad pro tempore existentis præceptoris dicti Hospitalis collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, institutionem, seu quamuis aliam dispositionem hactenus quomodolibet pertinuerunt, conferre, & de illis prouidere, ac ad illa præsentare, & eligere, necnon in eis instituere, & de illis alias disponere, ac personis Hospitale prædictum ingredi. & habitum per fratres ipsius Hospitalis gestari solitum suscipere volentibus, habitum prædictum exhibere, & ab eis professionem regularem recipere, eosque ac alios quoscunque eidem Hospitali subditos visitare, corrigere, & reformare, ac iuxta qualitatem excessuum pro tempore commissorum punire, & si opus fuerit, ac iustitia id exegerit, etiam beneficijs per eos pro tempore obtentis priuare, & debitis poenis afficere, aliaque per pro tempore existentem præceptorem dicti Hospitalis in spiritualibus fieri & exerceri solita facere, & exercere libere, & licite valeat: Ac tam ipse, quam alij cum eo coelecti, ac reliqui in cura regimine & administratione prædictis secundo anno remanentes, singulis hebdomadis semel aut pluries, prout iuxta rerum, & negotiorum occurrentiam opus fuerit, in domibus ipsius Hospitalis conuenire, ac illius negotia & res insimul tractare, & expedire, necnon curæ regimini, & administrationi ipsius Hospitalis intendere, ac omnia & singula per pro tempore existentem præceptorem Hospitalis huiusmodi in temporalibus fieri, & exerceri solita, in eisdem temporalibus facere, & exequi possint, & debeant, ac omnino teneantur, ita quod quicquid per maiorem partem eorundem sic electorum, & deputatorum Confratrum in præmissis gestum & ordinatum fuerit, ratum & firmum existat, ac pro rato & firmo ab omnibus habeatur, de consilio fratrum huiusmodi auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus: Ac pro tempore existentibus confratribus Confraternitatis huiusmodi, quod pro ipsorum Confratrum, vt præfertur, eligendorum, & deputandorum electione, & deputatione, ac aliorum eorum loco singulis annis substitutione, & in euentum eorum mortis, vel infirmitatis, seu absentiæ aliorum in eorum locum subrogatione, necnon eiusdem Hospitalis Sancti Spiritus in temporalibus salubri directione, & prospero successu, ac Montis prædicti regimine & administratione, quæcunque statuta licita & honesta, ac sacris canonibus non contraria, etiam cum quarumcunque poenarum in contrauenientes appositione facere, & condere, ac facta, et condita reformare. & mutare, ac alia de nouo edere: Necnon priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs etiam plenarijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis, fauoribus, & gratijs spiritualibus & temporalibus pro tempore existentibus Confratribus dictæ Archiconfraternitatis, & Imaginis Saluatoris ad Sancta Sanctorum, ac sancti Iacobi in Augusta, & sancti Ioannis Baptistæ, necnon Sanctorum Cosmæ & Damiani nationis Florentinorum, & Campi Sancti de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella Confraternitatum, illarumque & Sanctæ Mariæ de Populo, etiam de Vrbe Ecclesijs, ac Christifidelibus illas visitantibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros communiter, vel diuisim, in genere, vel in specie quomodolibet concessis, & concedendis, quæ omnia & singula, ac quarumcunque literarum Apostolicarum desuper confectarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, etiam si in vsu non existant, aut per contrarium vsum abrogata fuerint, vti, potiri, & gaudere: Necnon si eis pro salubriori

ipsius

Pontifex igitur pro maiori vtilitate Hospitalis, supprimit illius Præceptoriã vacantem.

Ioann. xxii. constitutionem hic nõ habes.

De Concilio Lateranen. habes su. fol. 419. in Leon. x. constit. 19. Constituti.

Et Confraternitatẽ erigit, cui regimen, & curã Hospitalis committit.

Congregatio fiat qualibet hebdomada, & quod à maiori parte Deputatorum ordinatur, id executioni demandetur.

Deputatorum facultates.

ipsius Hospitalis directione, & gubernio faciendum esse videbitur, statutum, & decretum nostra huiusmodi reformare, & mutare, ac castra, & loca, ac alia bona ipsius Hospitalis hactenus indebite quomodolibet alienata, seu distracta, ad ius, & proprietatem eiusdem Hospitalis reducere, ac omnia & singula alia, quæ pro tempore existens præceptor Hospitalis huiusmodi in temporalibus facere, gerere, exercere, & exequi consueuerat, seu poterat, tam in dicta Curia, quam extra eam vbilibet locorum facere, gerere, exercere & exequi, ac pro eis in iudicio stare, & iudicialiter agere, & caperiri: Necnon procuratores, seu syndicos constituere, libere, & licite valeant, plenam, & liberam auctoritatem, & tenore prædictis facultatem, & potestatem concedimus. Decernentes ea nunc irritum quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et quia summopere cupimus vt Hospitale huiusmodi (quod in visceribus gerimus charitatis, & speciali dilectionis prærogatiua prosequimur) salubriter regatur, & feliciter gubernetur, pauperesque, & infirmi, ac ad illud pro tempore existentem ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decanum, dum in eadem Curia præsens fuerit, & eo absente antiquiorem Cardinalem in ea pro tempore præsentem in Hospitalis, & Confraternitatis, ac pauperum, & infirmorum, ac expositorum infantium, illorumque rerum, & bonorum vbilibet existentium protectorem, & defensorem, cum facultatibus, & auctoritate, & potestate alijs similibus Confraternitatum, & piorum locorum protectoribus, & defensoribus concedi solitis, auctoritate & tenore præmissis constituimus, & deputamus. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, & alijs apostolicis constitutionibus, ac Hospitalis, & ordinis sancti Augustini prædictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis, & innouatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Per præmissa autem non intendimus quod negotia Archiconfraternitatis cum negotijs Confraternitatis, aut Hospitalis sancti Spiritus huiusmodi aliquo modo confundantur, aut insimul misceantur, sed quod Archiconfraternitatis in eorum loco solito, Confraternitatis vero huiusmodi negotia in domibus dicti Hospitalis separatim, & particulariter tractentur, curentur, & expediantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, aggregationis, incorporationis, statutorum, ordinationis, concessionis, decreti, constitutionis, deputationis, & intentionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, vndecimo Calendas Nouembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Decreti irritans.

Decanus Cardinalium Defensor Hospitalis deputatur.

Clausulæ derogatoriæ.

Ia. Card. Puteus.

Gal. Suessanus.

Barengus.

XXVIII.

Furnariorum Vrbis Priuilegia, & D. D. Consulum Artis Facultates, & Iurisdictio.

Confirmatur & ampliatur hæc constititutio infra per Greg. 13. constitutio 77. Cum sicut accepimus.

IVLIVS Papa III. Dilectis filijs Consulibus, & Camerario, ac Vniuersitati Panatariorum, seu Furnariorum almæ Vrbis nostræ. Dilecti filij salutem, & apostolicam benedictionem.

CVM sicut nobis exponi fecistis, alias & retroactis temporibus vos, & prædecessores vestri, qui in alma Vrbe nostra Panatarij, siue Furnarij fuerunt, diuersis temporibus diuersas ordinationes, & statuta ipsius artis fidele, & solicitum exercitium, ad personas ad exercitium huiusmodi aptas, illarumque salaria, modos, & formas obseruandas, ac macinaturam, & macinaturæ pretium concernentia, & alia ad artem huiusmodi necessaria in vno libro descripta ediderint, fecerint, & ordinauerint, illaque omnia, prout facta fuerant, per eos qui conditorum statutorum, & ordinationum huiusmodi temporibus fuerunt ipsius Vrbis Senatores, & Conseruatores respectiue approbata, & confirmata fuerint, vosque Consulatum habeatis, in quo Panatarijs, siue Furnarijs pro rebus artem huiusmodi tangentibus ius redditur, & nouissime inter cætera statueritis, & ordinaueritis, quod vestri Consules ius, & rationem inter homines artis, & pro causis ad artem huiusmodi spectantibus vsque ad quamcunque summam reddere valerent: & si aliquis ipsius artis conueniret in iudicio aliquam aliam personam, quæ non esset eiusdem artis, dummodo foret pro re ad artem ipsam spectante, dicti Consules iurisdictionem contra tales conuentos vsque ad summam viginti scutorum, & non vltra haberent, & personæ sic conuentæ iurisdictionem huiusmodi vsque ad dictam summam inclusiue declinare non possent, & casu quo illam aliqui declinare vellent, nihilominus ipsi Consules illis licentiam dare non possent, neque id pati deberent sub pœna duorum scutorum ex eorum salario pro qualibet vice retinen. si secus facerent, ac declarauerint id quod per eosdem Consules fieret esse validum, firmum, & efficax, cum statutum huiusmodi factum foret pro eorundem Panatariorum, seu Furnariorum tranquillitate, ne ipsi per diuersa eiusdem Vrbis tribunalia pro rebus artem huiusmodi concernentibus discurrere haberent, seu discurrendo non possent publico, prout deceret, inseruire, quæ quidem, & alia vltimo dicta, ordinationes, & statuta per dilectos filios modernos ipsius Vrbis Senatorem, & Conseruatores tanquam rationi consonantia approbata, & confirmata fuerunt. Necnon felic. record. Leo Papa X. prædecessor noster prouide attendens Panatarios, seu Furnarios maxime esse

Furnariorum Vniuersitas condidit varia statuta, artem concernentia.

Consulesque artis vigore eorundem statutorum inter homines de arte, vsque ad quamcunque summam, & contra alias vsque ad summam scutorum 20 ius reddebant, de rebus spectantibus ad artem.

Leo x. suis literis illas hic non habe. decreuit Debitores pro pretio panis ad dilationes, seu cessiones bonorum non admitti.

omnibus necessarios, volens indemnitatibus tunc & pro tempore existentium in eadem Vrbe Panatariorum
seu Furnariorum indemnitatibus consulere, quod ex tunc de cetero in perpetuum nullæ, etiam ab eo, etiam
iuxta dictæ Vrbis statutum super debitis cum ipsis Furnarijs præsentibus, & ex tunc futuris ratione panis ab
eis accepti in parua, vel magna quantitate contractis dilationes, etiam in sal conficiendo, aut alterius cuiusci
us, & quantumcunque necessarij visus fauorem, & per specialia rescripta, etiam in forma saluiconductus, a
etiam ad modicum tempus, & Motu proprio, ac ex certa scientia quibusuis personis cuiuscunque status, gra
dus, vel conditionis existerent, etiam cum derogatione literarum dicti Leonis ex tunc concedendis alicui suf-
fragarentur, sed eo ipso quod per præoccupationem, vel importunitatem, aut alias quomodocunque ab eo,
& pro tempore existentis Romani Pontificis emanarent, illico reuocata essent, nec locum contra dictos Fur-
narios habere, aut eorum aliquem cessio bonorum impedire valeret, quominus contra personas debitorum,
seu creditorum procedi posset. Quodque pro tempore existentes dictæ Vrbis Gubernator, Senatores, Con-
seruatores, Vicarius, & Auditor Cameræ, ac alij iudices ordinarij, eorumque locatenentes in quibusuis causis

Et in causis panis, a quocunque Iudice summarie &c. procedi ordinauit.

coram eis per dictos Furnarios, seu eorum aliquem contra eos ratione panis per eos pro tempore crediti
duntaxat debitorea, & per viam reconuentionis pro tempore mouendis summarie, simpliciter, & de plano,
nulla iudiciaria tela seruata, sed sola facti veritate inspecta, absque alicuius scripturæ confectione, & alias

Iul. 2. cõst. istam hic non habes.

prout in causis mercedum, & salariorum per piæ memoriæ Iulium Papam II. etiam prædecessorem nostrum
statutum fuerat, procedendum fore per suas literas statuerit, & ordinauerit, prout in eisem literis plenius con-
tineri dicitur. Vosque, sicut eadem expositio subiungebat cupiatis statuta, & ordinationes, ac literas Leonis
prædecessoris huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori, nostro & Sedis apostolicæ munimine roborari, pro
parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, vt omnia & singula statuta, & ordinationes tranquillum sta-
tum, & directionem ipsius artis concernentia, ac literas Leonis huiusmodi approbare, & innouare, aliasque
in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ad plenum informati

Furnariorũ Vniuersitas petit ab isto Pont. confirmationem prędictorum.

huiusmodi statuta, & ordinationes ad tranquillum statum, & directionem eiusdem artis facta rationi confor-
na, ac literas prædictas perutiles fuisse, & esse, vos & vestrum quemlibet a quibusuis excommunicationis, su-
spensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis oc-
casione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium duntaxat conse-
quendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, ac specialibus fauoribus, & gratijs prosequi

Pont. ideo eorũ ordinationes, ac literas Leon. x. confirmat.

volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium, ex certa nostra
scientia omnia & singula præsertim vltimo dicta statuta, & ordinationes, ac literas Leonis prædecessoris hu-
iusmodi, & in illis contenta quæcunque auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, confirma-
mus, & innouamus, ac singula in eisdem literis contenta, prout per ipsum Leonem prædecessorem concessa
fuerunt, vobis & pro tempore existentibus Panatarijs, seu furnarijs dictæ Vrbis iuxta literarum earundem con-
tinentiam, & tenorem de nouo concedimus: Ac omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui for-
san interuenerint in eisdem, ac solemnitates si quæ omissæ fuerint supplemus. Ita quod vestri, & pro tempo-

Cõsulibusq. vniuersitatis, iurisdictionem, de qua hic concedit.

re existentes eiusdem artis Consules super huiusmodi, & in specie super statuto de iurisdictione contra alegare,
iuxta illius tenorem exercenda, quoad personas de arte huiusmodi (firma manente iurisdictione iudicum, ad
quos spectat, & quod summarie, & sine strepitu sola facti veritate inspecta procedatur) per præfatos mo-
dernos, & pro tempore existentes Vrbis Gubernatorem, & Senatorem, ac Cameræ prædictarum Auditorem,
vel alios eiusdem Vrbis Iudices prætextu obligationum in forma Cameræ apostolicæ impediri, vel alias mo-
lestari, seu inhiberi non possint, neque valeant. Et propterea quod nullæ dilationes moratoriæ & cessiones

Dilationesq. & cessiones bonorum debitoribus ex causa panis nõ suffragari decernit.

bonorum, siue indebitæ quinquennales, vel admissio ad beneficium Capituli Odoardus, etiam a nobis & pro
tempore existente Romano Pontifice, siue Senatore præfato, seu dilectis filijs Camerario, Clericis, & præsi-
dentibus Cameræ, aut Salinarijs huiusmodi, etiam cum præsentium insertione, & totali derogatione, cuiuis
personæ ecclesiasticæ, vel seculari contra præsentium, & Leonis prædecessoris huiusmodi literarum tenorem
suffragentur, hoc expresse addito, quod idem ius per omnia seruetur, & hominibus dictæ Vrbis moratoriæ,
dilationes, salinariæ, & alia prænarrata nullatenus suffragentur. Et ita per eosdem Gubernatorem, Senato-

Decretũ irritãs.

rem, & Auditorem, ac alios quoscunque Iudices, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales quauis auctori-
tate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate
iudicari, interpretari, atque diffiniri debere, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-

Clausulæ derogatoriæ.

nibus apostolicis, ac Vrbis, & Cameræ prædictarum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmi-
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis eisdem Gu-
bernatori, Auditori Cameræ, & Senatori, & quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum
quibusuis clausulis, & decretis, etiam super iurisdictione in omnem vniuersitatem in eadem Vrbe facientes
quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti deroga-
tione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non
autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia

Præsentario istius cõst. vim validæ inhibitionis obtinet.

exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, & for-
ma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis
alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, necnon

Notarius istius Vniuersitatis est D. Fabritius [illegible] Ciuis Romanus.

omnibus illis quæ dictus Leo prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrarijs
quibuscunque. Volumus autem, & dicta apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium literarum per
vnum Mandatarium, seu aliquem Furnarium ad quem pro tempore spectabit facta præsentario, vim validæ
inhibitionis habeat, Ac irritum, & inane si secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die secunda Decembris, mille-
simo quingentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Dilationes

XXIX.

Dilationes & Moratorias Debitoribus a Iudicibus & alijs concessas, reuocat, & de cætero concedi prohibet, præterquam per Visitatores carcerum Vrbis, sub cautione, saltim de se repræsentando.

Declaratur hæc const. infra in const. 54. Cum nuper.

Similem constitutionem fecit Paulus 3. quam habes sup. fol. 482. nu. 70. Cum sicut. Et ibi indicaui concord. Materiæ Dilationum.

De Materia autem Visitatorum Carcerum Vrbis, & pauperum carceratorum ponam concord. infra in Pij V. const. 193. Reuerendi.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

NVPER nonnullis rationabilibus causis ad id animum nostrum mouentibus, omnes & singulas moratorias, dilationes, saluosconductus, ac alias huiusmodi gratias quocunque nomine nuncupatas reuocauimus, cassauimus, & annullauimus, & quod de cætero nonnisi a nobis sub certa tunc expressa forma impetrari posse apostolica auctoritate statuimus, & ordinauimus, necnon quibuscunque Romanæ Curiæ iudicibus, & alijs personis quacunque dignitate, & auctoritate fungentibus, & functuris, ne de cætero præmissa concedere quouis prætextu, vel occasione auderent, in virtute sanctæ obedientiæ, sub indignationis nostræ pœna districte præcipientes mandauimus, ac alia fecimus, prout in motu proprio desuper manu nostra signato latius continetur. Cum autem, sicut accepimus, aliquæ moratoriæ post publicationem dicti nostri motus proprij forsan ad importunã petentium instantiam præter & contra nostram intentionem extortæ fuerint, & forsan in futurum extorqueri possint: Nos arbitrantes indignum fore, vt quod cum tanta maturitate ad publicam omnium vtilitatem consulto decreuimus, debitæ executioni non demandetur, Motu simili, ac ex certa scientia nostra, & de apostolicæ potestatis plenitudine Motum proprium prædictum, ac omnia & singula in eo contenta, cum omnibus & singulis decretis, ac derogationibus in eo appositis, auctoritate prædicta præsentium tenore approbantes, & innouantes, ac moratorias huiusmodi post illius publicationem, vt præfertur concessas, cassantes, & annullantes, ac nullas, & inualidas esse, ac nemini suffragari debere decernentes: Volumus, & eadem apostolica auctoritate mandamus, quod dilectus filius noster, & Curiæ causarum Cam. Apost. generalis Auditor, & quilibet Romanæ Curiæ Iudex illis non obstan. ac omnino reiectis, post viginti dies a die publicationis præsentium computandos ad executionem totalem contra illos, qui ea obtinuerunt, eorumq; fideiussores procedant, ac si nullatenus emanassent. Et nihilominus vt saltem metu pœnæ huiusmodi abusus aliquando tollatur, omnibus & singulis iudicibus, & alijs personis prædictis quacunque auctoritate, & dignitate, vt præfertur, fungentibus, aut functuris, sub excommunicationis latæ sententiæ, ne moratorias, dilationes, & significationes, saluosconductus, salinarias, aut alias huiusmodi gratias quouis nomine nuncupatas, etiam si hactenus illas concedere quomodolibet consueuerint, de cætero concedere, debitoribus vero, ac fideiussoribus sub quingentorum ducatorum fisco nostro applicandorũ ipso facto respectiue incurrendis pœnis, ne illas ab eis impetrare audeant, vel præsumant, districtius præcipiendo mandamus. Ac insuper modernum, & pro tempore existentem Cam. Apost. Auditorem si sibi videbitur contra inobedientes ad declarationem incursus pœnarum prædictarum illarumq; exactionẽ, necnon illis non obstantibus contra præfatos debitores eorumq; fideiussores ad executionem procedere, illasq; nihilominus nullas, & inualidas, ac subreptitias, & obreptitias declarare auctoritate nostra posse, ac debere volumus, & mandamus. Ac irritum & inane &c. decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijsque, & indultis, ac consuetudinibus prædictis quibus &c. habentes, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse declaramus, ac illis omnibus quæ in dicto Motu proprio voluimus non obstare, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod carcerum visitatores miserabilibus personis carceratis duntaxat, si eis ex relatione iudicis ad cuius instantiam carceratæ fuerint, suis creditoribus satisfacere nõ posse constiterit, postquam carceres huiusmodi aliquod notabile tẽporis spatium sustinuerint aliquam moderatam dilationem eorum arbitrio sub cautione saltem de se repræsentando, & non alias, concedere possint.

Placet Motu proprio. I.

Georgius de Itinere curiæ causarum Cameræ apostolicæ Notarius ex originali de mandato sumpsit.

Die decimasexta Decembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo suprascriptæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ apostolicæ, & acie Campi Floræ vt moris est, per me Io. de sancta Cruce sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Maturinus Magister Cursorum.

Pontifex per alias eius literas, quas hic non habes, dilationes & moratorias reuocauit, & inhibuit Iudicibus, ne illas de cætero cõcederent.

Confirmat modo eius literas, & dilationes postea concessas annullat.

Inhibetque Iudicibus & alijs, ne amplius concedant.

Inobedientes per A.C. coerceri mandat.

Decretũ irritans

Clausula derogatoria.

Visitatores carcerum Vrbis dilationes concedere possunt miserabilibus carceratis, saltem cum cautione de se repræsentando.

Quod declaratur infra in cõst. 54. Cum nuper.

XXX.

Commissiones causarum tam Gratiæ quam Iustitiæ, interesse Fabricæ Basilicæ Sancti Petri de Vrbe concernentes, aliter quam manu Pontificis, & citato Iconomo signatæ, nullæ sunt.

Hoc idem statuit Paul. 3. sup. fol. 481. in eius const. 69. Cum diebus, & ibi notaui.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem ea quæ in Basilicarum, & Ecclesiarum quarumlibet, illarumque fabricarum, ac ipsarum fabricarum collegiorum præfectorum, & deputatorum fauorem & commodum concessa fuerunt, & quæ aliquando cassata, & annullata fuisse dicuntur, suæ approbationis atque innouationis robore solidare, ac de nouo disponere, ac alias taliter prouidere quod Basilicæ, Ecclesiæ, Fabricæ, Collegia, Præfe-

cti, & Deputati huiusmodi, prout par est, possint de cætero illis pacifice frui, & gaudere. Cum itaque postquam fel. rec. Paulo III. prædecessori nostro notum fuerat, quod nonnulli apostolicæ Sedis Legati de latere, & Gubernatores, & Commissarij in prouincijs, & locis Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis deputati, ac alias, tam prouinciarum & locorum eorundem, quam etiam Vrbis, & Romanæ Curiæ Iudices ordinarij prætextu, quod ab eadem Sede illis indultum erat, quod aliquibus causarum commissionibus iustitiam concernentibus, ac moratorijs, nisi illæ manu propria Romani Pontificis pro tempore existentis, vel alicuius eorum, etiam Motu proprio, aut alijs certis modis & formis, ac certis signis & contrasignis signatæ essent, parere minime tenerentur, Quodque quascunque causas a quibusuis Iudicibus auocare, & illas alijs audiendas, & decidendas delegare, & committere possint in diuersis spiritualibus, profanis criminalibus, mixtis, & alijs causis motis, & mouendis commissionibus per bon. mem. Laurentium Episcopum tunc Prænestinen. S. R. E. Cardinalem de Campegio nuncupatum, & pro tempore ad commissiones iustitiam concernen. eidem prædecessori porrectas in eius præsentia signandas deputatos, ac plenam & liberam facultatem per se vel alium ab eo deputandum desuper habentes, tam in præsentia, quam ex certa scientia, & in plena signatura iustitiæ, etiam partibus auditis, & pro iustitiæ debito signatis, & causarum huiusmodi auocationis, ac alijs dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus cæterisq; iudicibus, tam in Curia, quam in prouincijs prædictis Commissarijs, & literis apostolicis super commissionibus ipsis, tam sub plumbo, quam in forma breuis confectis, necnon inhibition. & mandatis illarum vigore decretis parere, nisi pro eorum voluntate non curabant, immo contemnebant, & indebite recusabant, illisque non obstan. in causis ipsis, etiam ab eis auocatis ad vlteriora procedere, & inhibitiones decernere, sententiasque & censuras promulgare, ac etiam diuersas causas, Auditoribus præfatis commissas, & coram eis pendentes ad se auocare, & alijs delegare præsumebant, propter quod interdum in eadem causa, & inter easdem partes per diuersos Iudices, ac in dicta curia, & extra eam procedebatur, & partes diuersis expensis, & grauaminibus afficiebantur, ac iurisdictiones confundebantur, & diuersa inconuenientia subsequebantur. Idemque prædecessor ex præmissis, & certis alijs causis, per quandam suam constitutionem, quam in Cancellaria apostolica publicari, & describi fecerat, omnia & singula facultates, concessiones, & indulta quibuscunque dictæ Sedis Legatis etiam de latere, etiam Cardinalibus, ac Gubernatoribus, Commissarijs, & alijs quibuscunque Iudicibus quocunque nomine nuncupatis, & quauis etiam pontificali dignitate fungentibus, tam Vrbis & curiæ, quam prouinciarum, & locorum prædictorum sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam per modum statuti perpetui, & cum quibusuis etiam reuocationum præseruationibus, ac alijs clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis, etiam motu simili, & ex quibusuis causis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, ac forsan eundem prædecessorem eatenus quomodolibet concessa, & confirmata, quo ad id, vt ipsi Legati, Gubernatores, Commissarij, & Iudices, Commissionibus apostolicis, nisi manu Romani Pontificis, ac etiam motu proprio & alias sub certis modis signatæ essent, parere tenerentur, ac quoad quascunque causas a quibusuis Iudicibus ordinarijs, & extraordinarijs, & auctoritate Sedis prædictæ delegatis, etiam Rotæ Auditoribus auocare & illas alijs quibusuis modis, & formis audiendas, decidendas & fine debito terminandas delegare, seu committere possent duntaxat reuocauerat, cassauerat, & annullauerat, ac pro non concessis haberi voluerat, eisdemque Legatis, Gubernatoribus, Commissarijs, & Iudicibus ex tunc de cætero nullatenus suffragari potuisse, ac quicquid per eos prætextu facultatum, & indultorum reuocatorum huiusmodi attentari contingeret, nullius roboris, vel momenti existere decreuerat. Et cum a nonnullis dubitaretur, ne per constitutionem suam huiusmodi priuilegia & facultates quo ad præmissa dilectis filijs Collegio, & præfectis fabricæ Principis apostolorum de Vrbe per piæ me. Iulium II. Leonem X. Adrianum V. & Clementem VII. prædecessores suos, concessa, & per eundem Paulum confirmata, & innouata, cassata, & annullata forent, Idem Paulus prædecessor, cuius mentis erat priuilegia, & facultates dictæ fabricæ concessa, confirmata, & innouata potius augere, quam reuocare, motu simili, & ex certa scientia, suam constitutionem reuocatoriam prædictam, ad priuilegia, facultates, & indulta eidem fabricæ per Iulium, Leonem, Adrianum, & Clementem concessa, & per Paulum prædecessores præfatos confirmata, & innouata non se extendere, sed illa a constitutione sua reuocatoria omnino excepta esse decreuerit, & declarauerit, priuilegiaque, facultates, & indulta fabricæ & collegio concessa huiusmodi inuiolabiliter, prout iacebant, obseruari mandauerit, & quatenus opus esset, priuilegia, facultates, & indulta eisdem fabricæ, ac illius Præfectis & deputatis concessa prædicta innouauerit, ac de nouo quascunq; Commissiones, tam gratiæ, quam iustitiæ interesse dictæ fabricæ quomodolibet concernen. aliter quam manu sua, & successorum suorum Romanorum Pontificum, etiam ad hoc vocato Iconomo dictæ fabricæ signatas nullius esse roboris, vel momenti: Et ita per quoscunq; Iudices sententiari, & iudicari debere decreuerit, prout in supplicatione desuper manu eiusdem Pauli prædecessoris motu proprio signata, cuius solam signaturam quoad id sufficere voluit, plenius continetur. Nos cupientes, vt omnia, & singula priuilegia, facultates, & indulta fabricæ, collegio, & deputatis præfatis per prædictos, & alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus & formis concessa, approbata, & innouata perpetuo durent, & illibata præseruentur, ac firmiter obseruentur, necnon fabrica, collegium, & deputati præfati in eis manuteneantur, motu simili non ad ipsorum collegij, & deputatorum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate decretum, & declarationem Pauli prædecessoris huiusmodi, & prout eisdem fabricæ, collegio, & deputatis concessa sunt, omnia & singula priuilegia, facultates, & indulta prædicta, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illaque innouamus, ac inuiolabiliter obseruari debere. Necnon sub quibuscunque reuocationibus, suspensionibus, alterationibus. aut derogationibus per nos & quoscunque Romanos Pontifices successores nostros, ex quibusuis causis quomodolibet pro tempore factis minime comprehensa sed semper ab illis excepta esse, & censeri, Et nihilominus pro potiori cautela, quascunque Commissiones tam gratiæ, quam iustitiæ interesse dictæ fabricæ quomodolibet concernentes aliter, quam manu nostra propria, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum, etiam ad hoc vocato Iconomo dictæ fabricæ quomodolibet pro tempore signatas nullius roboris, vel momenti existere, ac præsentes de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus posse. Et ita per quoscunque Iudices & Comissarios, etiam causarum palatij Apostolici huiusmodi Auditores etiam S. R. E. Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, sententiari, & diffiniri

Officiales & Iudices nonnulli, sub eius sdam indultis, prætextu, recusabant parere mandatis, & inhibitionibus Iudicum, quibus ex Signatura causæ committebãtur.

Immo illis non obstan. ad vlteriora procedebãt.

Ideo Paulus 3. per quandã eius const. quam hic non habet, ista indulta reuocauit, vt habes sup. fol. 481. in eius cõst. 29. Cum dietim.

Dubitatum postea fuit an per talem reuocationẽ ille Põt. derogasset priuilegio Fabricæ, cuius causarum cõmissiones a solo Papa, & citato Iconomo signari debent.

Et ideo ille Põt. declarauit tali fabricæ Indulto derogatum non fuisse, vt in dicta eius const. 69.

Et decretum irritans apposuit.

Pont. iste confirmat dictã Pauli iii. declarationẽ.

Et illud idem de nouo statuit.

& diffiniri debere, de nouo decernimus & declaramus. Et nihilominus omnes & singulas causas quæstiones & controuersias hactenus inter Icooomum dictæ Fabricæ, & quasuis alias personas super quibusuis rebus quomodolibet tam actiue, quã passiue præter & contra facultatum, priuilegiorum, & indultorum, necnon Decreti, & declarationis Pauli prædecessoris huiusmodi formam, cõtinentiam & tenorem, coram quibusuis Iudicibus etiã Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in quauis iostantia commissas, motas, & iodecisas pendentes, quarum status & merita ac nomina & cognomina Iudicum & collitigaotium præsentibus haberi volumus pro eapressis in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur, harum feriæ ad nos aduocantes, illas cum omoibus & singulis suis incidẽtibus, dependen. emergen. anneais & cõoeais eisdẽ præfectis, & deputatis iuata priuilegiorũ, facultatum, indultorum, decreti, & declarationis eorundem tenorem reassumendas, audiendas, cognosceodas, decidendas fineque debito terminandas per præsentes committimus & mandamus. Districtius inhiben. dilectis filijs Angelo Sanctæ Potentianæ de Medicis, & Hierooymo sancti Martini in Montibus, Verallo nuncupatis presbyteris, & quibusuis alijs eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardioalibus aut alijs ad supplicationes tam gratiæ, quã Iustitiæ vel alterius earum tam in præsentia, quam ea certa scientia nostris ac in plena signatura Iustitiæ signandas ounc & pro tempore deputatis ac etiam vtriusque signaturæ nostræ Referendarijs, ne sub inobedientiæ & indignationis nostræ pœnis aliquas commissiones, seu supplicationes aliquod interesse, damnum vel præiuditium dictæ Eabricæ concernentes signare, referendare, seu in eis manum apponere, aut alias expedire quoquomodo audeant, seu præsumaot. Ac Decernen. ex nunc irritum & ioane, si secus super præmissis seu aliquo præmissorum a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Noo obstant. præmissis ac stylo Palatij, necnon quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ præfatus Paalus prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub annnulo Piscatoris. Die 20. Iulij, Millesimo quingentesimo quinquagesimo secuodo Pontificatus nostri anno tertio.

Gal. Aquinas.

Aduocatio causarũ fabricæ a quibusuis Iudicib. & cõmissio earũ dñ Deputatis præfatæ fabricæ.

Inhibitio Cardinalibus ad signaturam iustitiæ & gratiæ deputatis & vtriusq. signaturæ Referendarijs, ne signẽt aliquas cõmissiones interesse Fabricę concernentes.

Decretũ irritãs.

Clausulæ derogatoriæ.

XXXI.

Impositio subsidij siue Gabellæ, vnius Quatreni, pro quolibet libra carnis, in Statu Ecclesiastico per quinquennium ab emptoribus exigen.

Declaratur hæc impositio vt non comprehendat carnes hædorum, & soluatur a quibuscunque etiam exemptis vt inf. in const. 34. Dudum ea certis, & Prorogatur ad noueonium, & eatenditur etiam ad loca Baronum per Paul. 4. constit. 17. Graues Et in Alma Vrbe, & Ciuitate Bonooiæ, eaigi non solet vt io Paul. 4. const. 6. Cum sicut accepimus diuersæ & Pij 4. const. 4. Cum sicut accepimus annis. Et de reductiooe quo ad libras quinquaginta carnis Suioæ vide Grego. XIII. constit. 14. Si præsentis vbi not.

IVLIVS Papa III. Dilectis filijs Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Commissarijs, seu locatenentibus omnium prooiociarum, Ciuitatum, ad locorum nobis, & sanctæ Apostolicæ sedi immediate subditorum salutem & apostolicam benedictionem.

NVPER cupientes a certis grauibus extraordinarijs impensis, quas subire coacti sumus pro ecclesiastici status nostri, populorumque nobis commissorum in his armorum tumultibus, & propinqui belli periculis tuitione, & custodia, per eosdem subditos nostros leuari: per alias oostras in forma breuis litteras die xj. Martij datas, proposuimus quendam modum subsidij, scilicet eatensionis vnius quatreni pro qualibet libra carnis minutatim vendenda, ab omnibus qui emerint, per quinquennium persoluendi, & per deputatos a dilecto filio Thesaurario nostro generali exigendi: arbitrantes præfatum modum omnium qui proponi possent, faciliorem, & populis ipsis nostris leuiorem fore: Quare etiam tunc omnibus vobis, & vestrum cuilibet commisimus, vt vocatis omnium ciuitatum, & locorum Prioribus, seu Antianis, seu quocunque oomine appellentur locorum præfatorum nobis subditorum ciuilibus Magistratibus opinionem ipsorum perquireretis, & sciscitaremini, an præfatus subsidij modus extensionis vnius quatreni pro qualibet libra carnis minutatim vẽdenda Cameræ Apostolicæ persoluendi omnium aliorum, ipsorum etiam iudicio esset facilior, prout io præfatis oostris literis plenius continetur. Nunc vero cum intellexerimus, per complures ciuitates, & plurima prouinciarum nostrarum loca præfatum subsidij modum probari, facilioremque, & commodiorem maiori parti præfatorum subditorum nostrorum videri, omnesque præfatos subditos nostros magnam ad nos ab huiusmodi onere subleuandos, oon obedientiam solum, sed etiam promptitudinẽ, atque alacritatem ostendisse. Idcirco eorundem studium gratissimum habentes, & ex plurium opinionibus nos etiam præfatum subsidij modum omnibus alijs præponentes, & ne, si qui fortasse ab hac opinione discreparent, aliqua aut confusio, aut inæqualitas oriri posiit, sed vt idem modus vbique pro maiori omniom commoditate, & æqualitate seruetur: Nos (prius tameo declarantes mutuũ superiore anno propter illius temporis difficultates nobis, & Sedi Apostolicæ per eosdem subditos nostros factum, vt per præfatas litteras oostras etiam promisimus in futuri temporis coosequentium, aut in ordinariam deinceps impositionem nolle trahere: quioimo mutuum ipsum restitutis statuto tempore pecunijs, in perpetuũ eatinguere intendeotes, ac illud ex nunc prout ea tunc eatinguentes) præfatum subsidium vnius quatreni pro qualibet libra carnis minutatim vendenda, Cameræ Apostolicæ per quoscunque emptores solueodi, prout de præsenti soluitur, & eaigitur in hac alma Vrbe nostra, ad omnes præfati Ecclesiastici oostri status, ciuitates, oppida, castra, villas, & loca, nobis & Apostolicæ Sedi subiecta ad quinquennium præfatum eatendimus & indicimus, ac quatenus opus sit, de nouo imponimus. Volentes vt per dilectum filium Thesaurarium nostrum generalem, aut per modestas, & circunspectas personas ab eo ad id deputandas eaigi posiit & debeat. Atque ad ita exequendum, atque exigendum ab omnibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Potestatibus, reliquisque eiusdem status nostri Officialibus, ac Ministris eisdem Thesaurario, aut per eum deputãdis, auxilium, & fauores opportunos dari, atque ita per eosdem inuiolabiliter obseruari volumus præcipimus, & iubemus.

Hic Pont. per alias eius litteras, quas hic nõ habes, imposuit subsidiũ siue Gabellã vnius quatreni, p qualibet libra carnis minutatim vẽdẽdæ, per emptores soluendã.

Mutuũ recipit a subditis anno pcedenti, quod no trahatur in ordinariam impositionẽ, extinguit.

Subsidiũq unius quatreni extẽdit ad quinquennium durare decernit. Durat tamẽ etiã ad præsens.

Exactorem deputat eius Thesaurarium generalem

Clausulæ derogatoriæ.

Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,statutis, consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu eiusdem Thesaurarij nostri generalis subscriptis,& ipsius sigillo munitis,eadem prorsus fides adhibeatur,quæ originalibus ipsis adhiberetur,si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Aonulo Piscatoris. Die 4. Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio,Pontificatus Nostri anno quarto.

P. Sadoletus Carpent.

XXXII.

Contra Subditos sine licentia militantes,& stipendia dantes,promittentes,& recipientes. Et illos scientes, & non reuelantes.

Similem constit.fecit Clem.7.quam habes sup.fol.309.in const. 15. Et si speramus.

IVLIVS Papa III.Ad futuram rei memoriam.

VIDENTES nos ecclesiastici nostri status,terras,atque loca fortibus, ac strenuis militibus, qui eidē pro temporum exigentia præsidio esse possint,in dies magis exhauriri: necnon considerantes nostræ ætatis hominum astutiam ac malignitatem,ad omne malitiæ,& temeritatis genus esse procliuem: ac,tametsi constanti nos atque obfirmato animo decreuerimus, neminem vnquam velle lædere, quin potius totis & animi, & consilij,& auctoritatis nostræ viribus,omnipotentis Dei auxilio, ac benignitate adiuti, ad vniuersalem miseræ atque afflictæ christianitatis pacem procurandam simus propensi, passim tamen non deesse, nec qui actiones nostras calumnientur,nec qui etiam statui atque honori nostro insidientur. Volentes eam, quæ prouidi est principis,in his temporum difficultatibus cautionem adhibere,statuimus,ordinamus, atque præcipimus, vt nullus tam nostræ almæ vrbis Romæ,quam omnium ciuitatum,oppidorum, locorumque status nostri ecclesiastici,ciuis,habitator, aut incola cuiusuis gradus,præeminentiæ,aut cōditionis existat, posthac apud aliquem, prætetquam apud Duces, Capitaneosque nostros, nisi de nostra vel prouinciarum nostrarum Legatorum, seu vbi Legati non sint,Gubernatorum expressa licentia,stipendia accipere, & militare, sub pœnis in alijs nostris similibus ordinationibus contentis, ac alijs etiam grauioribus,etiam corporis afflictiuis, etiam rebellionis & confiscationis bonorum,arbitrio præfatorum Legatorum,aut Gubernatorum,personarum qualitatibus, ac cæteris circunstantijs consideratis,infligendis,ac ipso facto incurrendis pœnis,audeat vel præsumat. Ac similiter statuimus,ordinamus,& præcipimus,vt nullus tam in hac alma vrbe, quam in reliquis omnibus ecclesiastici nostri status locis,cuiusuis gradus,præeminentiæ,dignitatis,aut conditionis existat,clam atque occulte pecuniam stipendij nomine,vt milites paratos habeat,dare,aut promittere,siue eam accipere, vel se aut verbo, aut fide, aut quouis modo tam accepta pecunia,quam alias cuipiam in militiam addicere,aut se ad dantium aut promittentium nutum,ac voluntatem occulte obligare audeat atque præsumat,sub rebellionis, & confiscationis bonorum tam per eos qui pecunias dederint aut promiserint,quam per eos qui acceperint,aut se,vt præfertur,obligauerint, ipso facto incurrenda pœna, necnon punitionis iuxta leges, ac constitutiones temporales aduersus Principis sui proditores,ac rebelles, & reos læsæ maiestatis in primo capite promulgatas. Quod si continget, eum qui contra hanc ordinationem nostram pecunias dederit,aut promiserit,aut occulte,ac quouis quæsito colore,milites tam ex hac vrbe nostra,quam ex reliquis status nostri terris, ad sui requisitionem paratos, ac sibi obligatos habere,vt supradictum est procurauerit,personam etiam ecclesiasticam quauis, aut quantumuis eminenti ac sublimi dignitate præditam decernimus eum,vltra præfatam rebellionis pœnam,excommunicationis insuper latæ sententiæ,& priuationis omnium suorum graduum,officiorum,ac beneficiorum pœnam ipso facto incurrere. Qui vero huic ordinationi nostræ præceptoque contrauenientes reuelauerint, amplum suæ fidelitatis,ac diligentiæ præmium iuxta personarum,aut aliarum qualitatum circunstantiam largiter a nobis consequētur Et rursus qui huiusmodi contrauenientium notitiam habuerint,& eos reuelare neglexerint, in ære,& in corpore;ipsorum inobedientiæ meritam pęnam seuere recepturos declaramus. Volumus etiam, vt si qui forte supradicto modo pecunias aut dederint,aut promiserint, aut acceperint, aut se obligauerint, intra biduum post præsentium publicationem se se nobis,aut locorum nostrorum Rectoribus, aut Gubernatoribus manifestantes, ab illiusmodi promissionibus, aut obligationibus retrahere se impune, & libere possint. Post quorum dierum terminum,qui se interea,vt præmittitur,manifestare neglexerint, in prædictas pœnas irremissibiliter incurrisse censeantur. Datum Romæ apud S.Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimanona Aprilis millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio,Pontificatus nostri Anno Quarto.

Subditos suos militare sine licētia prohibet.

Stipendia occulte dari,promitti, & recipi, prohibet.

Reuelantibus contrauenientes,præmium pollicetur & non reuelantibus pęnam imponit.

Notificantes se ipsos inf. biduū, impunes erunt.

Pau. Sadoletus Carpent.

XXXIII.

Contra retinentes Beneficia Ecclesiastica,seu eorum possessiones apprehendentes, literis Apostolicis desuper prius non expeditis.

Ad hoc habes sup.fol.151.Iul.2.const.4.Romani.& fol.320.Clem.7.const.20.Sanctissimus, & fol 360.Pauli 3. const.5.cum nobis.

SANCTISSIMVS in Christo pater,& D.N.D.Iulius diuina prouidentia Papa III.Cui nuper innotuit quod licet alias fe. re. Gregorius X.in generali Concilio Lugdunen. sua generali constitutione sanciuerit quod nullus extunc de cætero administrationem dignitatis ad quam electus esset priusquam celebrata de ipso electio confirmaretur sub œconomatus,vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus vel temporalibus per se,vel per alium pro parte vel in totum gerere vel recipere aut illis se immiscere præsumeret,Omnes illos qui secus fecissent,iure,si quod illis per electionem quæsitum foret decernens eo ipso priuatos. Et piæ me. Bonifacius VIII. etiam sua perpetua valitura constitutione sanciuerit, vt

Greg.x const.15. a hic nō habes.

Episcopi,

Episcopi,& alij Prælati,Superiores, necnon Abbates, Priores, & cæteri monasteriorum regimina exercentes quocunque nomine censerentur,qui apud sedem apost.promouerentur,aut confirmationis,consecrationis, vel benedictionis munus reciperent,ad commissas eis ecclesias,& monasteria, dictæ sedis literis eorum promotionem,confirmationem,consecrationem,seu benedictionem huiusmodi continentibus non confectis,accedere,vel bonorum ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumerent, nullique eos absque dictarum literarum ostensione reciperent,aut eis parerent,vel intenderent. Quod si forsan contra præsumptum fuisset, quod per Episcopos,Prælatos,Abbates,Priores,& alios monasteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret,irritum haberetur,nec quicquam interim ijdem Episcopi,vel Prælati,Abbates,Priores,vel regimina exercentes de ecclesiarum vel monasteriorum eorundem prouentibus perciperent. Et re. me. Paulus III. Rom.Pont.prædecessores nostri quibuscunque tabellionibus publicis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibuerit,ne ex tunc de cætero de transumptis supplicationum præterquam habentium clausulam,quod earum sola signatura sufficeret,ac decreto,& concessione literarum,seu mandatorum possessionem beneficiorum ecclesiasticorum vigore supplicationum huiusmodi apprehendi,rogari deberent,neue illa scribere,vel subscribere,aut quouis modo auctenticare,vel partibus tradere præsumerent,volens,& apostolica auctoritate statuens inter cætera,quod partes transumptis,seu literis,aut mandatis huiusmodi,ex tunc deinceps vtentes, ac illorum prætextu possessionem huiusmodi apprehendentes,fructus quos ex illis pro tempore perciperent, suos non facerent. Quinimmo ad beneficia in eisdem transumptis, & literis, ac mandatis expressa efficerentur ipso facto perpetuo inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis pro tempore perceptorum in vtroque foro tenerentur. Decernens sic iudicari debere, ac irritum &c. Et successiue sanctitas sua,attendens quod ante confectionem literarum gratia apostolica est informis,inter alia voluerit,statuerit,& ordinauerit, quod iudices in Romana Curia vel extra eam pro tempore existentes,etiam si essent S.R.E.Cardinales, vel causarum palatij apostolici Auditores,aut quicunque alij iuxta supplication.super impetration.signatarum tenores,& formas iudicare deberent,etiam decreto irritanti adiecto. Nihilominus diuersi Episcopi,& alij Prælati superiores,& Abbates literis super dispensation.retinendi beneficia per eos antequam promouerentur, aut eorum electiones confirmarentur obtenta per prædictam sedem pro tempore concessis minime confectis, beneficia per eos obtenta prædicta retinere, & diuersæ aliæ personæ ecclesiasticæ possessionem beneficiorum ecclesiasticorum eis dicta auctoritate conferri,seu commendari,vel in eorum fauorem vniri,aut alias disponi concession.literis apostolicis desuper non expeditis,apprehendere præsumunt,inhabilitatem,& alias pœnas in sanctionibus, & inhibitione, ac voluntate,& statuto prædictis contentas damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum. Volens periculis animarum huiusmodi latius occurrere,sanctiones,& inhibitionem,ac voluntatem,& statutum huiusmodi,quorum tenores sanctitas sua, ac si de verbo ad verbum insererentur haberi voluit pro expressis, approbans,& innouans,ac perpetuo obseruari debere decernens, & sanctiones ipsas ad inferiora beneficia ecclesiastica quæcunque,& quomodocunque qualificata amplians,& extendens, hac sua in perpetuum valitura constitutione statuit,& ordinauit,quod omnes & singulæ personæ ecclesiasticæ tam seculares,quam quorumuis ordinum regulares,cuiusuis status,gradus,ordinis,vel conditionis existant,etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali,aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quod de cætero literis super dispensation. retinendi beneficia per eos antequam promoueantur,aut eorum electiones confirmentur obtenta,eis per sedem eandem pro tempore concessis minime confectis,beneficia ipsa retinere,aut possessionem alicuius, seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, vel sine cura secularium vel quorumuis ordinum regularium quæcunque,& qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate apostolica conferri,seu commendari, aut in eorum fauorem,& commodum vniri,seu alias disponi concession.literis apostolicis super collatione, seu commenda, aut vnione,seu alia dispositione huiusmodi non expeditis per se,vel per alium, seu alios eius nomine,etiam supplicationum seu sumptorum vel transumptorum huiusmodi, aut collationum eis postmodum de ipsis beneficijs tanquam etiam tunc certo modo in supplication.expresso vacantibus, ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu,apprehendere præsumpserint,aut per alios apprehensam ratam, & gratam habuerint, ipsorum beneficiorum non possessores,sed meri, & nudi detentores, ac violenti, & sine aliquo titulo in eis intrusi censeantur,& pro talibus habeantur,& reputentur, nec fructus suos faciant, sed ad illorum restitutionem, vt præfertur, teneantur, & obligati existant, constitutiones seu dictæ Cancellariæ regulæ de annali, & triennali possessore in illis locum non habeant,nec eisdem detentoribus,& intrusis in aliquo suffragentur,quinimmo beneficia per eos tempore promotionis suæ,aut eorum electionis,confirmationis,obtenta, literis super dispensatione ea retinendi sibi concessa non expeditis retinentes, aut possessionem beneficiorum literis apostolicis super illis non confectis apprehendentes,seu per alios apprehensam ratam,& gratam habentes, beneficia sic retenta,aut apprehensa,& omne ius quod in illis,vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint,eo ipso amittant, illisque, & illo priuari, ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli,aut nouæ commendæ,vel vnionis, seu alterius dispositionis, etiam apostolica auctoritate facta assequi valeant,sed beneficia ipsa tanquam de iure,& facto vacantia alijs conferri,seu commendari,& per quosuis tam ab eorum ordinarijs collatoribus,quam a sede prædicta libere impetrari possint,& si beneficia ipsa litigiosa fuerint,collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut possessionem apprehendentibus huiusmodi in eisdem beneficijs,vel ad illa quomodolibet competebat,aut competere poterat, eo ipso absque aliquo iuris,aut hominis ministerio surrogentur & surrogati esse censeantur,ac in eorũ fauorem causa desuper pendens aduocata, & lis extincta fuisse, & similiter esse censeantur. Quodque de cætero supplicationes,etiam manu nostra,& motu proprio signatæ,nisi habuerint clausulam, quod eorum sola signatura sufficiat,nullam aliam quam per literarum super illis conficien.fidem aut probationem faciant,seu præstent,nec vlla eis in aliquo alio casu fides adhibeatur, aut adhiberi possit. Decernentes sic & non aliter tam in eadem curia,quam extra eam,& in partibus per quoscunque iudices, ac commissarios quauis etiam apostolica auctoritate prædicta fungentes, etiam causarum palatij huiusmodi Auditores, & ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa,& instantia,Sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c.

Bonif. 8. constitutionem istam hic nõ habet, eam tamen refert Iul. 2. sup. fol 151. const. 4. Romani.

Pauli 3. const. habes sup. fol 360. nu v. Cum nobis & ibi notaui.

Hic Pontifex, prohibet assecutionem, seu retentionem Beneficiorũ literis Apostol. petitis non expeditis.

Ad quod habes etiã prohibitione Iul. 2. sup. fol. 151. const. 4. Romani.

Et contrauenientibus pœnas hic descriptas imponit.

Decretũ irritans

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta

Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, die vero Sabbati vigesimaseptima mensis Maij, Pontificatus prælibati sanctissimi in Christo patris, & D.N.D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. anno quarto.

Et ego Laertius vidi descriptam in Quinterno eiusdem Cancellariæ fol. 354.

XXXIV.

Declaratio quod Gabella quatreni carnis, non comprehendit carnes Hædorum. Et quicunque etiam exempti, ipsam Gabellam soluere tenentur.

De impositione istius Gabellæ, & eius declarationibus posui concord. sup. in constit. 31. Nuper cupientes.

IVLIVS Papa III. Dilectis filijs Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Commissarijs, & Locumtenentibus omnium prouinciarum, ciuitatum, & locorum, nobis & sanctæ sedi apostolicæ immediate subditorum, salutem & apostolicam benedictionem.

Huius primæ impositionis subsidij siue Gabellæ quatreni carnis literas hic non habes.

Huius extensionis literas habes supra in constit. 31. Nuper cupientes.

Carnes hædorũ exemptæ sunt a solutione dictæ Gabellæ vel subsidij.

DVDVM cum ex certis rationabilibus, & necessarijs causis tunc expressis, in hac alma vrbe nostra subsidium vnius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendendæ a quibuscunque illius emptoribus per officiales nostros exigendi per certas sub plumbo confectas literas imposuissemus, cupientes a certis grauibus extraordinarijs impensis, quas pro status nostri ecclesiastici, populorumque nobis commissorum in his armorum tumultibus tuitione, & custodia subire cogebamur, prout etiam ad præsens cogimur, leuari, præfatum subsidium prout tūc soluebatur, & exigebatur in dicta Vrbe, ad omnes præfati ecclesiastici status, ciuitates, oppida, castra, villas, & loca nobis & eidem sedi subiecta, ad quinquennium per alias nostras in forma breuis literas extendimus, & quatenus opus esset, de nouo imposuimus, volentes vt per dilectum filium Thesaurarium nostrum generalem, aut per modestas, & circunspectas personas ad id ab eo deputandas exigi posset, & deberet, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem extensionem, & nouam impositionem huiusmodi eo animo fecerimus, vt sicuti in dicta Vrbe subsidium ipsum soluebatur, & exigebatur, ita & in dicto statu solueretur & exigeretur, & nuper in eadem Vrbe hædos, pro quibus etiam subsidium prædictum soluebatur, ab eodem subsidio exceperimus: Volentes personas ipsius status ecclesiastici simili gratia prosequi, per præsentes decernimus, & declaramus exceptionem hædorum huiusmodi in toto statu ecclesiastico locum habere, & effectum suum sortiri debere, ac prætextu hædorum in eo pro tempore quomodolibet emptorum subsidium quatreni huiusmodi exigi non posse neque debere, districtius inhibentes exactoribus subsidij huiusmodi, & alijs ad quos spectat, ne subsidium ipsum occasione eorundem hædorum exigere quomodolibet præsumant. Ac volentes, & apostolica auctoritate statuentes, quod sicut in eadem Vrbe fieri cōsueuit, ita & in quibusuis ciuitatibus, oppidis, castris, villis, & locis status huiusmodi subsidium prædictum, etiam ratione Agninæ, Ouinæ, Suinæ, Vitulinæ, & Vaccinæ, ac cuiuscunque alterius sortis, aut generis vel speciei, præter carnem hædorum, carnis etiam si agni, oues, sues, vituli, & vaccæ, ac quæuis alia præter hædos, animalia, ad effectum illa etiam pro eis statim consumendis, & comedendis, aut sale condiendis mactandi viua seu integra, aut frustatim, & (vt vulgo dicitur) assquarto aut alias quomodolibet concisim in nundinis, seu mercatis, aut macellis empta, seu ex proprijs armentis vel gregibus abducta fuerint, aut alias quomodolibet, etiam ex dono prouenerint, etiam si in proprijs domibus pro domestico victu statim, vt præfertur, consumenda, aut sale cōdienda mactata extiterint, a singulis personis tam ecclesiasticis, quam secularibus quantumuis exemptis, & priuilegiatis, etiam si eorum exemptio, aut priuilegium ex iure resultet, aut ipsi curiales ciuitatis nostræ Maceraten. existant, seu regimini ciuitatum præsint, vel feudatarij sint, omnino soluatur, & per ipsum Thesaurarium seu personas ab eo, vt præfertur, deputandas exigatur. Ac mandantes vobis, & vestrum singulis, necnon quibusuis alijs locorum Rectoribus, Potestatibus, & reliquis dicti status Officialibus, & ministris, vt tam gratiam exceptionis hædorum, quam voluntatem, & statutum nostrum huiusmodi a quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentibus, & quauis quantumuis priuilegiata exemptione, & immunitate fungentibus inuiolabiliter obseruari faciatis, ac eidem Thesaurario, & personis per eum pro tempore deputatis ad præmissa omnia plene exequendum, ac subsidium ipsum modo, & forma prædictis exigendum, opportunum auxilium, & fauorem præstetis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibusuis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, exemptionibus, immunitatibus, & literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro insertis habentes hac vice derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium exemplaribus, etiam impressis, manu dicti Thesaurarij subscriptis, & eius sigillo munitis ea prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si originaliter exhiberentur, vel ostenderentur. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die prima Iunij millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus nostri Anno quarto. Io. Larinen.

Exempti omnes tenentur soluere Gabellam quatreni carnis. Quod voluit etiã Pius V. infra in eius constit. 9 Et 6 ea.

Clausula derog.

XXXV.

Sal exterum in Ciuitatibus & locis S. Romanæ Ecclesiæ mercari prohibetur.

Hoc idem statuit Greg. 13. inf. in eius const. 5 2. Ex incumbenti.

IVLIVS Papa III. Ad perpetuam rei memoriam.

EX Incumbenti nobis apostolicæ seruitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ subditorum nostrorum commoditatibus, & Cameræ Apost. indemnitati opportune consulatur. Cum itaque, sicut accepimus, quantitas Salis quod in Salinis ciuitatis nostræ Ceruiæ ob necessariam dilectorũ filiorum illius Ciuiũ, & incolarum substentationem quotannis conficitur, & a Camera Apostolica certo conuento pretio emi con-

Causa istius cõst.

suevit.

creuit, adeo aucta sit, vt non nisi longæui temporis spatio distrahi possit, & ex hoc nisi remedium opportunum adhibeatur, vel ipsos Ciues, & incolas ab vlteriori eiusdem Salis fabrica, non sine graui eorum dispendio cessare, vel ipsam Cameram pecuniarum recuperatione, quas pro dicto pretio erogat, frustrari oporteat. Nos cupientes (vt par est) non solum commoditati eorundem Ciuium, & incolarum, quos paterna beneuolentia prosequimur, verum etiam indemnitati eiusdem Cameræ oportune prospicere. Motu proprio & ex certa scientia nostra quod de cætero in ciuitatibus, terris, & locis sanctæ sedi Apostolicæ immediate subiectis nulli prorsus locorum vniuersitati, Collegio, Communitati, vel priuatis personis, quauis dignitate, etiam Archiepiscopali, Cardinalatus, vel maiori ecclesiastica vel laicali dignitate fulgentibus, sal exterum, & illud præsertim quod ab oris Valmatiæ seu orientalibus, vel meridionalibus, ac alijs mundi regionibus aduehitur, in publicos vel priuatos vsus mercari liceat, sub excommunicationis latæ sententiæ, & quo ad communitates aut vniuersitates mille, & quo ad reliquas priuatas personas, & collegia personarum ecclesiasticarum centum ducatorum auri de Camera, cameræ prædictæ applicandorum, ipso facto per quemlibet contrauenientem, & pro qualibet contrauentione incurrendis pœnis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & decernimus. Mandantes dilectis filijs Legatis prouinciarum, & illorum Locatenentibus ac locorum Gubernatoribus, & alijs officialibus ad quos pertinebit, in virtute sanctæ obedientiæ, vt statutum & decretum nostra huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant, contemptores, & inobedientes per opportuna facti & iuris remedia compescendo. Non obstantibus præmissis, & fe.re. Bonifacij Papæ VIII prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis tam generalibus quam prouincialibus, necnon etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem atque decernimus, quod præsentium transumptis, manu alicuius Cameræ Apostolicæ Notarij subscriptis, & sigillo dilecti filij Guidonis Ascanij Sanctæ Mariæ in via lata Diaconi Cardinalis de Sancta Flora nuncupati Camerarij nostri munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Viterbij sub annulo piscatoris, Die vndecima Iunij, millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio. Pontificatus nostri anno quarto.

Prohibitio mercandi sal exterũ in locis S.R.Ecc.

Executores istius const.

Clausulæ derog.

XXXVI.

Reuocatio quorumcunque Priuilegiorum transumptandi, non adhibitis solemnitatibus Statutorum Vrbis, instrumenta defunctorum Notariorum in Matricula Capitolina descriptorum.

Solemnitates autem seruandas in huiusmodi transumptionibus, habes in Antiquorum statutorum Vrbis libro 1. cap. 70. & in Nou. lib. primo cap. 36.

De Materia autem Curiæ, Capit. vide concord. quas ponam inf. in Pij 4. const. 73. Dilectos.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

SAEPENVMERO accidit, vt qui importunis partibus apud nos supplicantes, proprium commodũ & vtilitatem affectant, maximum ac irrecuperabile reipublicæ nostræ, communeque aliorum damnum, periculum, & incommodum contra mentem nostram procurent. Cum itaque per statuta Vrbis, & generales constitutiones a Ro. Pontificibus confirmata prouisum reperiatur, quod Notariorum defunctorum instrumẽta certo modo, ad euitandum errores & fraudes quæ interuenire possent, transumptari deberẽt, videlicet parte interesse habente legitime citata, iudice & correctoribus transumptari mandantibus, & in illis eorum manus apponentibus recognita Notarij defuncti manu per duos testes, dictisque instrumentis cum originalibus collationatis, ita quod omnis fraus & dolus qui interuenire possent, penitus cessent, euenit quia nonnulli prætensi hæredes Notariorum defunctorum pro maiori facilitate præmissis non consideratis, certa priuilegia a nobis & sede apostolica de transumptandis dictis instrumentis, solemnitatibus prædictis non adhibitis, sed propria eorum auctoritate certo modo transumptandi extorserunt, in maximum tam priuatorum quã etiam reipublicæ nostræ damnum & irreparabile præiudicium, ex quo multa transumptantur quæ nullatenus de iure transumptari deberent, præsertim cum non recognita manu Notarij defuncti possent omnes cartulæ fraudulenter dolose, & falsę conscriptæ pari modo transumptari, prout etiam de præmissis multi conquesti fuere, hincque ad immortales lites & multoties ad arma partes prorũpunt, dictiq; hæredes indebitas mercedes nulla taxa officialium vt moris est præcedente, pro libito extorquẽt. Nos igitur cupientes vtilitati reipublicæ nostræ, ac omniũ nostrũ & aliorũ interesse habentiũ benigne prouidere, scãdalisq; fraudibus & alijs quæ interuenire possent opportune obuiare, ac statuta prædicta seruari debere, & pessimos abusus tollere, & ne etiam Collegium, & officiales Capitolini fori solitis iurisdictionibus in eiusdem Collegij detrimentum penitus priuentur, Motu simili etiam & ex certa nostra scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine omnia & quæcunque nostra priuilegia etiã Motu proprio nostro, & prædecessorum nostrorum quomodolibet & sub quibusuis verborũ formulis, clausulis, & cautelis vtcunque fortissimis, quibuscunq; hæredibus Notariorum defunctorũ, seu alijs ad quorum manus eorũ Notariorũ scripturæ peruenerint, super transumptandis instrumentis prædictis alio modo quã ex forma statutorũ prouisum reperiatur, quomodolibet concessa seu innouata reuocamus cassamus & annullamus, & pro reuocatis cassatis & annullatis haberi volumus, prætensisq; instrumentis sic transumptatis, non adhibitis dictis solẽnitatibus statutorum, nullam fidẽ adhiberi in iudicio nec extra, per præsentẽ nostrũ Motũ propriũ decernimus, & declaramus. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, prætensis priuilegijs, vt supra per nos vel a prædecessoribus nostris cõcessis aut innouatis, etiam si de illis expressa mẽtio de verbo ad verbũ fieri deberet. Quodque dubitantes de reuocatione dictorum priuilegiorum aliqui ex dictis hæredibus causam forsan commiserint, cuius causæ statu, & inhibitione forsan subsecuta, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque: quorum

Statuta Vrbis antiqua lib. 1. c. 70. disponebãt, certo mõ prætum pari deberi instrumẽta Notariorũ defunctorũ vt hic Noua etiã stat. idem disponunt lib. 1. cap. 36.

Hæredes vero priuilegia transumptandi non seruatis illis solẽnitatib⁹ impetrabant, Vnde mala hic descripta oriebantur.

Pont. ideo reuocat & annullat dicta priuilegia. Similem cõstitutionem habes in stat. Vet. lib. 5. cap. 39.

Clausulæ derogatoriæ.

omnium priuilegiorum formas qualitates & tenores,ac hæredum dictorum defunctorum nomina, aliorumque hic forsan latius de necessitate exprimendorum tenores pro expressis habemus. Et quod præsens Motus proprius per quemcunque aliom reuocatus non censeatur,nisi de verbo ad verbum præinseratur,& nisi citatis coerectoribus dictæ Curiæ Capitolij obtentus fuerit, alias vero nullius sit roboris vel momenti, & quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat,& vbique fidem faciat in iudicio & extra, & in futurum tantum.

Clausulæ præseruatiuæ.

Placet. I. A.Auinionen.

XXXVII.

De Indultis Cardinalium circa Beneficiorum collationes.

Eandem const.fecit Clem.7.quam habes sup.fol.342.in eius constit.38. Sanctissimus.

Reuocationem vero & declarationem istorum Indultorum vide infra in Pij V.const.34.Sanctissimus.

De Materia autem Cardinalium ponam concord.inf.in Pij V.const.93.In fœlicis.

SANCTISSIMVS in Christo pater & D.N.D.Iulius diuina prouidentia Papa III.Cui nuper innotuit quod propter diuersitatem indultorum S.R.E.Cardinalibus tam ordinarijs quam non ordinarijs collatoribus super conferendis per se vel alios beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura,Secularibus, & regularibus,ad eorum,siue aliorum collationem,prouisionem, præsentationem, Institutionem seu quamuis aliam dispositionem,communiter,vel diuisim pertinentibus,etiam dispositioni Apostolicæ,specialiter vel generaliter reseruatis seu affectis,extra Rom.Cu.vacantibus,perinde ac si gratiæ expectatiuæ, speciales vel generales reseruationes, ac regulæ, & constitutiones beneficiorum reseruatoriæ dispositionesque a Ro.Pont.de illis sic vacantibus nullatenus emanassent. Ac consensu eorundem Cardinalium vel procuratorum suorum ad prouisiones, & quasuis alias dispositiones de illis in dicta Curia vacantibus per Ro.Pont. faciendas in expeditione literarum desuper præstando,concessorum,& varias clausulas in literis super huiusmodi indultis confectis adiectas,diuersæ confusiones,& lites oriuntur.Et non solum ipsi ordinarij collatores grauati esse noscuntur,verum etiam dispositiones apostolicæ de huiusmodi beneficijs etiam per resignationem apud Sedem apostolicam vacantibus sæpius impediuntur. Volens super hoc (vt decet) prouidere,ac huiusmodi indulta ad rectitudinis semitâ iustitia suadente reducere,& in melius reformare, vestigijs fe.re.Clementis PP.vij.prædecessoris sui in hoc inhærendo,Statuit & ordinauit quod Cardinales ipsi quoad vixerint,soli per se, vel alium vel alios, quem vel quos ad hoc duxerit deputandum seu deputandos, etiam quando & quoties eos de licentia sua a dicta curia etiam vbilibet & vltra montes abesse contigerit, de quibuscunque beneficijs ecclesiasticis cum cura vel sine cura,secularibus & quorumuis ordinum regularibus,quæ ad collationem,prouisionem, præsentationem electionem,institutionem,seu quamuis aliam similem vel dissimilem dispositionem suam de iure,vel consuetudine, tā ratione titulorum suorum Cardinalatuum, ac Cathedralium etiam Metropolitan. quibus eos præesse contigerit,quam aliarum etiam ecclesiarum,ac quorumcunque Monasteriorum,etiam consistorialium,prioratuū,Præpositurarum,Præpositatuum,dignitatum,personatuum, administrationum & officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium,& quorumuis ordinum regularium, quæ ex concessione & dispensatione apostolica in titulum & commendam,vel administrationem,aut quocunque alio titulo obtinent,& in posterum obtinebunt,communiter vel diuisim quomodolibet & quocunque iure vel titulo pertinent vel spectant,aut in futurum pertinebunt vel spectabunt,seu quorum collatio,prouisio,præsentatio,electio,institutio, seu quæuis alia similis vel dissimilis dispositio eisdē Cardinalibus ratione cessionis regiminis & administrationis ecclesiarum seu cōmendæ monasteriorum,prioratuum,personatuum,administrationum,officiorum, & beneficiorum prædictorum in manibus Sanctitatis suæ aut alicuius prædecessoris vel successoris sui factæ apostolica auctoritate reseruata existit,aut in futurum reseruabitur,etiam si secularia,canonicatus,& præbendæ,dignitates etiam maiores seu principales,personatus,administrationes vel officia in Cathedralibus etiam Metropolitan.vel collegiatis ecclesijs,Regularia vero beneficia huiusmodi Monasteria (non consistorialia) Prioratus,Præpositurę, Præpositatus, dignitates etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiam claustralia fuerint, & ad prioratus,præposituras,præpositatus,dignitates,personatus administrationes vel officia,canonicatus, & præbendas cæteraque beneficia huiusmodi consueuerint qui per electionem aut quęuis alium modū assumi, eisque cura immineat animarum,ac beneficia huiusmodi ex eo, quia illa obtinētes aliquorum prædecessorum suorum Rō Pont.aut S.R.E. Cardinalium etiam viuentium familiares continui commensales aut dictæ sedis Notarij,Subdiaconi,Accoliti,Capellani,literarum Apostolicarum Abbreuiatores,& Scriptores,Cubicularij, Nuncij alijque Ro.Cu.officiales,quocunque nomine nuncupati fuerint,seu ex quauis alia causa dispositioni apostolicæ specialiter vel alias,præterquam ratione familiaritatis continuæ commensalitatis familiarium suorum cōtinuorū cōmensalium,qui nunc sunt,seu alias dum Cardinalatus honore fungebatur,fuerunt,aut quādiu regimini,militantis ecclesia præerit erunt,generaliter reseruata,vel ex generali reseruatione apostolica affecta existant,seu fuerint, quæ extra dictam curiam quomodolibet,etiam illorum commendis cessantibus,vacare contigerit, Quibusuis personis,de quibus sibi videbitur,etiam quæcunque & qualiacunq; beneficia ecclesiastica cū cura,& sine cura obtinentibus & expectantibus prouidere,& illa eis conferre, ac de illis alias disponere libere & licite valeant,perinde ac si collationes & commendæ,siue expectatiuæ gratiæ,speciales reseruationes,vniones, annexiones & incorporationes,mandata etiā de prouidendo & vniendo,etiam quæuis aliæ dispositiones, etiam eisdē S.R.E.Cardinalibus etiam motu proprio,vel ad eorū instantiam hactenus concessa vel in posterū concedēda, tā per S.suam seu Ro.Pont.pro tempore existentem,quam legatos de latere & Cardinales quoscunq;, etiam motu simili & ex certa scientia, ac cum quibusuis prægnantibus & efficacissimis ac insolitis clausulis nō emanassent, seu emanarent,Et quod regulæ Cancellaria apostolicæ dignitatum maiorū,& principalium,aliorūq; beneficiorū etiam Cardinaliū aut Ro.Pont.(non tamen S. suæ) familiarium continuorū cōmensalium seu eorundem & dictæ Sedis officialium, seu alias quouismodo reseruationes generales vel speciales continentes siue inducentes constitutiones aut alias quomodolibet affectionem facientes ad dicta Monasteria Prioratus, Præposituras, Præpositatus,dignitates,person..tus,administrationes,officia,Canonicatus, & præbendas,aliaq; beneficia nullatenus

Causa istius cōst.

Clem.7.const habes sup. fol. 342. nu.38 Sanctissimus.

Cardinales quæ beneficia conferre valeant.

Regulæ Cancellariæ Aposto.reseruationem aut affectionem beneficiorum inducentes, non se extendunt ad istas collationes Card.

ctus se extenderent,sed de ipsis, quæ pro tempore quomodolibet extra curiam prædictam, etiam cessantibus a commendis aut vnionibus dissolutis vacare contigerit, vt præfertur,libere disponant,perinde ac si collationes & commendæ siue gratiæ expectatiuæ, speciales & aliæ reseruationes,affectiones, vniones, cõstitutiones & mãdata huiusmodi non apparerent.Si vero in dicta curia per obitum,vel promotionem,aut quãuis aliam dimissionem.seu amissionem,præterquam per resignationem in manibus S suæ aut successorum suorum Ro.Pont.vacare,& de illis sic vacantibus vel vacaturis per eandem S.suam vel sedem prædictam dispositioni contigerit, etiã si beneficia hmõi ex quauis causa etiã ex eo,quod illa obtinẽtes pro tẽpore dictæ sedis Notarij,Subdiaconi Acoliti,Capellani,Cubicularij Nuncij,Abbreuiatores & scriptores seu alij officiales,aut quauis alia qualitate aliquã aliã generalem reseruationem vel affectionem inducente qualificati aut prædecessorum suorum Ro. Pont. seu aliorum eiusdem Ro.Ec. Cardinalium etiam tunc viuentium,non tamen sui (vt præfertur) familiares continui commensales fuerint. vel existant dispositioni Apostolicæ generaliter reseruata fuerint, & ipsi officiales ac familiares beneficia huiusmodi commendæ vel vnionis,aut quouis alio titulo obtinuerint quod in expeditione literarum apostolicarum super illorum collatione & prouisione huiusmodi, ac commenda, aut quauis alia dispositione (Ecclesijs tamen Cathedralibus, & Monasterijs Consistorialibus exceptis) ipsorum Cardinalium si in eadem curia tunc præsentes fuerint per seipsos,si vero eos ab illa etiam pro sua voluntate vbilibet, etiam vltra montes de licentia S.suæ abesse contigerit, eorum ad id per eos deputati procuratoris expressus accedat assensus,alioquin gratiæ,& literæ desuper conficiendæ nullius sint roboris vel momenti Decernens affectiones, reseruationes,regulas,constitutiones,ordinationes, collationes,& commendas,gratias expectatiuas, reualidationes,extensiones,mutationes nominationes,facultates,vniones,& mandata ac decreta in illis cõtenta,quoad impediendum dictos Cardinales,quominus in præmissis sua ordinaria auctoritate vti valeant, vt præfertur,pertinentia,nullatenus se extendere, ac per quoscunque etiam sedis prædictæ legatos, etiam de latere & Nuncios nunc & pro tempore deputatos quauis etiã speciali facultate fungentes de beneficijs prædictis nullatenus prouideri vel disponi posse, Ac irritum & inane, si secus super præmissis a quoquã quauis auctoritate etiam per S. suam & dictos Legatos, & Nuncios, scienter vel ignoranter contigerit attentari volens nihilominus quod si quibus ijdem Cardinales aliqua beneficia ecclesiastica reseruata vel affecta,quorum fructus &c.24. Ducatorum au.de ca.se.co.ex.va.an. excedent. Indultorum huiusmodi vigore per se vel alium contulerint infra quatuor, si citra,& si vltra montes collationes ipsæ fiant,infra octo menses a tempore habitæ poss.eorundem beneficiorum computandos nouas prouisiones super beneficijs ipsis sic conferendi a Sede prædicta impetrare, & literas desuper in totum expedire,ac annatam propterea Cameræ Apostolicæ debitam cum effectu soluere teneatur, alioquin eisdem mensibus elapsis,beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso, possintque per alios a Sede prædicta dũtaxat,libere impetrari,nisi illi, quibus collata fuerint, legitimo sint impedimento detenti, vel ipsis petentibus huiusmodi nouas prouisiones,& protestantibus,ac per eos nõ stet,contigerit illas sibi denegari. Et insuper quæcunque indulta eisdem Cardinalibus super conferendis beneficijs ecclesiasticis & eorum consensu in dispositionibus illorum apud Sedem prædictam vacantium requirendo, per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores suos ac Sanctitatem suam,tam sub plumbo,quam in forma breuis & motu simili,& ex certa scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine,& cum quibusuis prohibitorijs, ac derogatoriarum derogatorijs, & alijs etiam quantumcunque efficacissimis & insolitis clausulis,irritantibusque & alijs decretis, hactenus concessa, quo ad ea,quæ præsenti constitutioni contrariantur,aut sub illa non comprehenduntur,quorum omnium tenores, formas,effectus,Sanctitas sua haberi voluit pro sufficienter expressis,reuocauit,& annullauit ac quicquid ipsorum sic reuocatorum indultorum prætextu per ipsos Cardinales fieri & attentari contigerit,nullius roboris vel momenti fore decreuit.Statuto,ordinatione,decreto,& declaratione suis in crastinum assumptionis suæ editis quibus voluit Cardinales in cõstitutionibus per eum in posterum edendis & publicandis non comprehendi, nisi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipsæ constitutiones de eorundem Cardinalium vel maioris partis eorum consilio editæ forent,nequaquam obstantibus.

Decretũ irritans

Prouisio Cardinalibus de beneficiis valoris vltra duc. 24. nouas prouisiones a Sede Apost. & literas desuper expedire & Annatam soluere tenentur.

Reuocatio indultorum Cardinalibus concessorum in his quæ huic const. contrariantur.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet publicetur, & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ.Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto die vero Martijs secunda mensis Octob.Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri Domini Iulij Papæ Anno quinto. A. Lomellinus Custos.

XXXVIII.

Confirmatio & Ampliatio constitutionum Pij 2.Pauli 2.Innoc.8.& Iul.2.æditarum contra non soluentes Reuerendæ Cameræ Apostol. Annatas &c.

Declaratur siue moderatur hæc const. infra in constit.45. Cum sicut non. Et Confirmatur per Paul.4. inf.10 eius const.9.Quoniam sicut.

De Materia vero habes concord.infra in Pauli 4.const. 25. Incumbentia.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CVPIENTES Cameræ apostolicæ,ex qua non modo S. R. E. verum etiam toti reipublicæ christianæ subsidium prouenit,& Collegij venerabilium fratrum nostrorum S.R.E.Cardinalium,ac Officialium sedis apostolicæ indemnitati consulere,& eorum iura,vt tenemur,illæsa praseruare, his quæ a prædecessoribus nostris ad hoc prouide emanarunt,libenter adijcimus nostri muniminis firmitatem, aliasq; desuper disponimus prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem postquam fe.re. Pius Papa II. prædecessor noster accepto quod numerus debitorum dictæ Cameræ plurimum auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum ecclesiasticorum quæ apostolica auctoritate assecuti fuerant, excommunicationis sententiam in eos latam quam non soluendo in termino eis præfixo ipso facto incurrebant, minime curare videbantur, vnde

Pius 2 (cuius est illa [illegible] hic [illegible] habes) pœnas his [illegible] impositas non soluentibus Annatas [illegible]

 animabus

animabus sic illaqueatis periculum imminebat,& continue eidem Cameræ damna subsequebātur: Cupiens tam
saluti animarum,quam indemnitati Cameræ huiusmodi salubriter prouidere,per suas ordinauerat,quod omnes
qui ex tunc de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum dictæ Cameræ se obligarent, si infra terminos
eis præfixos dictæ Cameræ, aut collectoribus fructuum, & prouentuum eidem Cameræ debitorum in
illis partibus existentibus satisfacere deficerent, ipso facto lapsis terminis prædictis non solum sententiam ex
communicationis inciderent,sed etiam beneficiis pro quibus se in ipsa Camera obligassent,omnino priuati es-
sent,ij vero qui se pro annatis huiusmodi non per se sed pro aliis vt principales obligarent, si in terminis non
satisfacerent,vltra sententiam excommunicationis huiusmodi, essent omnibus beneficiis ecclesiasticis per eos

Pauli 3. const. habet sup. fol. 93. nu. 8. Decet.

obtentis,eo ipso priuati,possentque talia beneficia, per quoscunque libere impetrari. Et piæ me. Paulus etiam
PP. II. prædecessor noster cum tam ipse quam dictus Pius prædecessor, ac recol.me.Martinus V. Eugenius IV.
Nicolaus etiam V.& Calixtus III.Romani Pontifices prædecessores nostri tunc sui,quam plura diuersorum or-
dinum monasteria,prioratus,præposituras,& præpositatus,conuentuales,necnon dignitates maiores in Cathe-
dralibus,etiam Metropolitanis & principales in collegiatis ecclesijs,administrationes quoque,officia,& bene-
ficia ecclesiastica, etiam dispositioni apostolicæ generaliter reseruata inuicem vel alijs Cathedralibus, etiam
Metropolitanis,seu collegiatis ecclesijs,ac earum,siue capitularibus mensis,aut monasteriis,dignitatibus,colle
giis,vniuersitatibus,& beneficiis,ac congregationibus canonicorum regularium S. Augustini Lateranensium,&
& de Scopeto, seu S.Saluatoris nūcupatorum,monachorum S.Iustinæ Paduan.& Montis Oliueti,S.Benedicti Ci
stercien.Vallis Vmbrosæ, & Cartusien.ordinum, presbyterorum quoque S. Georgij in alga Venetiarum, atque
aliis monasteriis,domibus,hospitalibus,fabricis,& piis locis vtriusque sexus personarum,sub diuersis modis, &
formis dicta auctoritate vniuissent,aonexuissent,incorporassent,& submisissent.Et propterea monasteria, prio-
ratus, præposituras, dignitates, administrationes, officia, & beneficia vnita huiusmodi amplius vacare non
sperarentur,& exinde Camera,ac Collegium huiusmodi, & Officiales sedis apostolicæ detrimentum non modi-
cum paterentur:volens,vt par erat,quod vniones,annexiones,incorporationes,applicationes, & submissiones
prædictæ,si alias rite & rationabiliter processerant, ita in sua firmitare permanerent, quod eorum quibus vnæ
cum suis oneribus vnita fuerant commodis deseruirent,& aliorum iura propterea non læderentur, per suas sta
tuerat,& ordinauerat,atque decreuerat quod omnia & singula monasteria,illa videlicet quorum fructus reddi

Idem Paul. statuit annoctā solui, singulis quindecim annis Cameræ Aposto. de Beneficiis & Monasteriis vnitis,de cætero nō vacan.

tus & prouentus ad summam centum floreonrum auri de Camera secundum communem extimationem ascen-
debant annuatim siue in libris eiusdem Cameræ taxati reperiebantur,communia,& minuta seruitia,ac alia iu-
ra debita,& consueta,tam Cameræ,& Collegio,quam Officialibus prædictis,reliqua vero monasteria, priora-
tus,præposituræ,præpositatus,dignitates,personatus,administrationes,officia,& beneficia,vt præfertur, vnita,
pro quibus prædictæ Cameræ annata,seu alia iura solui consueuerant, vel debebant temporibus retroactis, &
de soluendo singulis certis futuris temporibus obligatio in eadem Camera per inaduertentiam facta non fue-
rat,annatam siue medios fructus vnius anni in posterum,& singulis quindecim annis perpetuo secuturis eidem
Cameræ omnino soluere tenerentur,& deberēt.Et quod de omnibus monasterijs,prioratibus,præposituris,præ
positatibus,dignitatibus,personatibus,administrationibus,officijs,& beneficijs supradictis,vt præfertur,vnitis,
a quorum vnionum temporibus postquam illæ fuerant sortitæ effectum,anni quindecim effluxerant, infra annū
proxime secuturum communia minuta,& alia iura,seu annatas,& medios fructus huiusmodi soluere astringerē-

Et obligationes de illis soluēdis, in Camera fieri debere decreuit, sub pœnis hic expressis.

tur,etiam singulis quindecim annis in futurum,prout multi alij similes vniones, & gratias obtinentes faciebā,
& facere consueuerant, & ad id ij quorum intererat infra ipsius anni spatium se in eadem Camera efficaciter
obligare deberent cum effectu, alioquin si a solutione aut obligatione præmissis cessare præsumpsissent, vnio-
nes,annexiones incorporationes,applicationes,& submissiones prædictæ haberētur penitus pro infectis & sic
vnita monasteria,prioratus,præposituræ,præpositatus,dignitates,personatus,administrationes,officia,& cuius-
uis qualitatis, aut generis beneficia tanquam vere vacantia possent a dicta sede libere impetrari, & canonice
obtineri,ac si vniones ipsæ & super eis confectæ literæ,ac processus habiti per easdem,& quæcunque inde secu-
ta nullatenus emanassent: Ac similis memoriæ Innocētius Papa VIII.similiter prædecessor noster accepto,quod

Innocētius viij. (cuius const habes sup. fol. 106. nu. 1 Apostolicę) confirmauit cōstit. Pij 2.

ex ordinatione Pij prædecessoris huiusmodi a tunc certo tempore citra optatus fructus non prouenerat, quia
nonnulli qui beneficia ecclesiastica per huiusmodi priuationem vacantia impetrauerant super illis agendo, &
alij qui excipiendo priuationem huiusmodi in iudicium deduxerant corā causarum Palatij apostolici Auditori-
bus,& alijs Ro.Curiæ iudicibus asserentibus ordinationem huiusmodi receptam,& moribus vtentium compro-
batam non fuisse,auditi, non fuerant, & quod creuerat crescebatque indies numerus debitorum eorundem, in
animarum non soluentium periculum,& prædictæ reipublicæ christianæ præiudicium:ordinationem, & literas
Pij prædecessoris huiusmodi,ac omnia & singula in illis cōtenta per suas approbauerat,& perpetuæ firmitatis
robur obtinere decreuerat.Ac voluerat,& statuerat quod illi qui extunc in posterum se obligarent, excōicatio
nis,& priuationis pœnas prædictas iuxta ordinationem Pij prædecessoris huiusmodi omnino incurrerent,& im
petrantes beneficia per huiusmodi priuationem vacantia,& similiter contra illos sic priuatos de priuatione hu-
iusmodi excipientes,possent & deberent per quoscūque Auditores audiri. nec prætextu quod ordinatio huius-
modi,non fuisset recepta,& moribus vtentium comprobata repelli: tenerenturque Auditores & Iudices quicū
que tam in dicta curia,quam extra eam secundum ordinationem huiusmodi iudicare, nec prodessent eisdem ob
ligatis,quietationes quas a collectoribus,vel subcollectoribus haberent,quæ publico non probarentur instrumē
to.Sanctæ memoriæ Iulius similiter Papa II. & prædecessor noster eorundem prædecessorum vestigijs inhæren-

Iulij 2 hanc primam const. hic non habes.

do,Motu proprio,& ex certa scientia ordinationes,statuta,decretum, & voluntatem prædecessorum huiusmo-
di per quasdam innouans,per constitutionem suam perpetuo valituram declarauit,decreuit,statuit, & ordina-
uit quod ordinationes,statuta,decretum,& voluntates prædecessorum huiusmodi,& quoad cēsuras, & pœnas,
etiam priuationis in eis expressas quoad futura in omnibus & per omnia iuxta illorum tenores inuiolabiliter
perpetuis futuris temporibus obseruarentur,Et quod illi quos pro annatis huiusmodi dictæ Cameræ teneri cō-
staret,etiam si illas soluere non promitterent,seu ad illarum solutionem se specialiter non obligarent, dummō
do beneficia ipsa realiter assequerentur,ad solutionem annatæ,& iurium prædictorū efficaciter tenerentur. Et

Hanc vero ferendam const. habes sup. fol. 150. nu. 9. ex debito, in qua approbauit const. Pauli 2.

deinde accepto quod ex prædictis & quæ postea tam per dictum Innocētium, quam per similis memoriæ Sixtū
IV. & Alexandrum VI.Romanos Pontifices pariter prædecessores nostros tunc suos eatenus factæ fuerant per-
petuis vnionibus,& applicationibus,ac ex negligentia,siue malitia multorū qui dictis literis parere eatenus cō-
tempserant,

temperant, dicta Camera in suis iuribus non mediocrem patiebatur iacturam, tam statutum, ordinationem, decretum, & declarationem Pauli prædecessoris huiusmodi, quam omnia & singula alia in illius prædictis literis contenta per alias suas literas approbauit, & innouauit, ac inuiolabiliter obseruari debere, ac omnes, & singulos cuiuscunque qualitatis, gradus, & conditionis forent qui se postea obligauerant, aut alias ratione monasteriorum, ac aliorum beneficiorum sic vnitorum ad valorem centum florenorum similium communi extimatione ascendentium, vel quorum fructus, redditus, & prouentus, in eisdem libris ad similem summam taxati reperiebantur, eidem Cameræ soluere tenebantur ad integram solutionem eidem Cameræ de præmissis faciendam infra certum tunc expressum tempus iuxta tenorem literarum Pauli prædecessoris huiusmodi, & sub pœnis in illis contentis, vt par erat omnino teneri, obligarique decreuit, prout in singulis literis prædecessorum huiusmodi plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, malitia, & auaritia hominum in dies crescente ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declaratio Pij, & Pauli, ac Innocentij, & Iulij prædecessorum huiusmodi ad præsens plene non obseruentur, & a tempore ipsius Alexandri prædecessoris citra, tam per ipsum Iulium, quam etiam felic. record. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. ac Paulum III. Romanos Pontifices prædecessores nostros ac nos, diuersæ aliæ vniones, annexiones, incorporationes, & applicationes perpetuo factæ, & concessæ fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, seu alias obligationes de soluendis communibus, & minutis seruitijs, ac annatis. seu medijs fructibus, aut alijs iuribus solui debitis, & consuetis factæ non fuerint, & quæ factæ sunt executioni non demandentur, in eorum ad quorum commodum vniones, annexiones, incorporationes, & applicationes prædictæ factæ fuerunt in animarum periculum, & Cameræ, ac Collegij Cardinalium, & Officialium detrimentum, necnon reipublicæ huiusmodi non leue præiudicium: Nos volentes in præmissis opportune prouidere, prædecessorum huiusmodi vestigijs inhærendo, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera deliberatione, & certa scientia nostris ordinationes, statuta, voluntates, decreta, & declarationem Pij, & Pauli, ac Innocentij, & Iulij prædecessorum huiusmodi, necnon desuper confectas literas, ac omnia & singula in eis contenta apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & a quibuscunque tam in eisdem literis nominatis, quam non nominatis, virorum & mulierum, secularibus, & quorumuis ordinum regularibus congregationibus, ac omnibus alijs sub singulis prædictis, & præsentibus nostris literis comprehensis personis, tam pro præterito, quam futuro tempore inuiolabiliter obseruari, eaq; omnia, ac censuras, & pœnas in singulis literis huiusmodi contentas contra omnes congregationes, & personas prædictas, quoad omnia & singula monasteria, & beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia & quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter possident, etiam si de iure patronatus laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum nobilium, etiam illustrium, aut dummodo per ipsas congregationes possideantur, tam in Romana Curia, quam extra eam inter quoscunque litigiosa existant vigere, & locum habere, totalique & plenariæ executioni demandari debere, decernimus. Necnon ea omnia quæ singuli prædecessores prædicti voluerunt, eisdem auctoritate, & tenore volumus, ac præmissa omnia prout per ipsos prædecessores ordinata, statuta, decreta, & declarata fuerunt, de nouo ordinamus, statuimus, decernimus, & declaramus, eaque omnia ad quascunque, tam seculares, quam regulares virorum, & mulierum congregationes quantumuis priuilegiatas, & exemptas, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus. Decernentes præsentes literas de intentionis nostræ defectu notari, aut prætextu, quod in aliquibus locis non recipiantur, aut moribus vtentium non comprobentur impugnari, aut in desuetudinem adiri dici non posse: Sed ex die earum publicationis modo infrascripto faciendæ quoscunque ligare: Sicque & non aliter in præmissis omnibus. & singulis per quoscunque Iudices, & commissarios quauis etiam dicta apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis quæ singuli prædecessores prædicti in singulis eorum literis voluerunt non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes nostræ literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nullusque deinceps possit aliquam in præmissis excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare, auctoritate, & tenore prædictis, volumus, & mandamus, quod literæ huiusmodi in valuis Cancellariæ Apostolicæ tribus diuersis diebus, dum ipsa Cancellaria tenebitur, per aliquem ex Cursoribus nostris affigantur, & donec illa durauerit affixæ teneantur, exindeque in quinterno Cancellariæ, vbi similes constitutiones describi consueuerunt, per eos ad quos spectat ad perpetuam rei memoriam describantur, & registrentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, posteriorum ordinationis, statuti, declarationis, extensionis, ampliationis, decretorum, voluntatum, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, quintodecimo Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Post supradictas Pont. constitutiones, multæ vniones factæ sunt, & in Camera nõ fuerunt receptæ obligationes de soluendis annatis, &c.

Pont. ideo innouat & confirmat cõstit. prædictas. Tu vide declarationes infra in const. 45. Cum sicut.

Ampliatque vt hic.

Clausulæ præseruatiuæ.

Ligat a die publ.

Decretũ irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma publicandi hanc cõst. Quam habes hic in fine.

Et ego Laertius vidi descriptam in quinterno Cãcellariæ, fol. 356.

Barengus.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, indictione duodecima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ Tertij, Anno eius Quarto, retroscriptæ literæ apostolicæ in valuis Cancellariæ apostolicæ tribus diuersis diebus, dum ipsa Cancellaria tenebatur, & donec illa durauit, videlicet diebus Martis nona, necnon Iouis vndecima, & Sabbati decimatertia mensis Ianuarij, iuxta ipsarum literarum tenorem affixæ, & publicatæ fuerunt per me Vmbertum Hollonium prælibati Domini Nostri Papæ Cursorem.

Io. Freile Magister Cursorum.

Confirmatio

XXXVIII.

Confirmatio & Innouatio Statuti Dohanæ, seu Gabellæ Mercium almæ Vrbis, circa solutionem duorum ducatorum pro qualibet salma Serici.

De Materia Dohanæ vide in constitutione sequenti. & in constitutione 55. Cum sicut, vbi notabo.

Statutū Dohanæ tenor.

Cōfirmatio & innouatio statuti.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CRESCENTIBVS indies nostris, & apostolicæ sedis necessitatibus, cogimur abusibus, qui in nostrum, & Cameræ nostræ apostolicæ præiudicium quotidie introducuntur, efficaciter occurere. Cum itaque sicut nobis nuper innotuit, licet in constitutionibus siue statutis Dohanæ mercium terræ almæ Vrbis nostræ inter alia expresse statutum sit, quod nemo cum aliquibus salmis serici alias setæ per passus ipsius Vrbis extra, vel intra illam, nisi prius earum dohanam ad rationem duorum ducatorum pro qualibet salma, realiter. & cum effectu persoluerit, sub pœna vigintiquinque librarum, & amissionis ipsius Serici, ab eis auferendi, & certo tunc expresso modo applicandi, transire præsumat, & statutum huiusmodi longissimo tempore inuiolabiliter obseruatum fuerit, nihilominus a certo tempore citra, introductum fuerit, vt pro qualibet salma serici huiusmodi solum sex Iulij persoluantur, in nostrum & eiusdem Cameræ graue detrimentum: Nos indemnitati eiusdem Cameræ consulere & temerariam introductionem. seu corruptelam huiusmodi de medio tollere, & penitus abolere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia statutum prædictum, & pro illud concernunt omnia & singula in scriptura super eo confecta contenta, apostolica auctoritate per præsentes approbamus, & innouamus, ac de cætero perpetuis futuris temporibus tam in passibus eiusdem Vrbis extra vel intra illam, quam in quibuscumque alijs locis totius status ecclesiastici a Mari Tyrrheno, vsque ad Mare Adriaticum, ita tamen, quod Dohana huiusmodi, nonnisi in vno ipsius status loco soluatur, sub pœnis prædictis inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Præmissis, ac alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimaoctaua Decembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Io. Laurinus.

XXXX.

Faui Mellis, qui mercimonij causa ad Vrbem afferuntur, Dohanæ siue Gabellæ mercium solutioni suppositi sunt.

De Materia Dohanæ vide in constitutione præcedenti.

Causa istius constitutionis.

Faui mellis venales, ad solutionē Dohanæ suppositi sunt.

Clausula derogatoria.

Hæc const. ligat post bannimentorum publicationem, aut affixionem ad valuas Dohanæ.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

VOLENTES vt tenemur vectigalia Vrbis, sine quibus Camera Apostolica onera sibi incumbentia sufferre non posset, quantum cum Deo possumus a fraudibus tueri: Et accepto quod mella & ceræ, quæ ad Vrbem aduehuntur iuxta frequentem Dohanæ mercium vsum ordinarijs ipsius vectigalibus addita sunt, & ea soluunt: & quod nonnulli mercatores, prætendentes fauos mellis venales ab eisdem ordinarijs Dohanæ vectigalibus immunes esse, vt ceræ, & mellis consueta vectigalia huiusmodi effugiant, fauos prædictos ad Vrbem afferunt, & ex eis vtranque speciem, tam mellis, quam ceræ conficiunt: Iccirco ne sub huiusmodi prætextu via fraudibus pateat, & ordinarij dictæ Cameræ redditus per callidas artes eludantur: Motu simili, & ex certa scientia, quod de cetero faui mellis, qui per dictos mercatores, seu alias personas cuiuscunque conditionis, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis existant, non pro vsu domestico, & familiæ, sed mercimonii causa ad Vrbem afferuntur, ad præfatam soliti vectigalis solutionem, prout aliæ merces suppositi sint, & illorum allatores, siue conductores ad solutionem huiusmodi teneantur, tenore præsentium auctoritate apostolica statuimus, & decernimus. Mandantes dilectis filijs eiusdem Dohanæ mercium gubernatoribus, seu administratoribus, quatenus pro dictis etiam fauis mellis venalibus ordinarias Dohanæ solutiones exigant, & solui faciant. Præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, consuetudinibus, ac statutis, etiam iuramento vallatis, litisque forsan desuper motæ pendentia, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Decernentes præsentium, etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, & earum transumptis, etiam impressis dilecti filij Guidonis Ascanij Sanctæ Mariæ in Via Lata, Diaconi Cardinalis de Sancta Flora nuncupati, Camerarij nostri sigilli impressione munitis, & manu alicuius ex Notarijs dictæ Curiæ subscriptis plenariam & eam omnino fidem adhiberi, quæ præsentibus adhiberetur si ostensæ forent, easdemque præsentes postquam per banna publica publicatæ, & illæ, seu illarum transumptum huiusmodi in ipsius Dohanæ valuis affixæ, & dimissæ, seu affixum, & dimissum fuerint, seu fuerit, omnes & singulos mercatores, & personas suprascriptas afficere, & ligare, perinde ac si personaliter intimatæ, & notificatæ illis fuissent.

Placet & ita Motu proprio decernimus, ac mandamus. I.

Camerarius

XXXXI.

Camerarius & Thesaurarius Executores deputantur Constitutionum Apostolicarum æditarum circa Annatas & Quindennia soluenda R.Cameræ Apost. ob prouisiones & vniones Beneficiorum.

Quas const. vide sup.fol. 339. in const.38. Cupientes, vbi notaui in Apostillis.

Camerarius modo est Illustriss. & Reuerendiss. Philippus Vastauillanus Bononiensis, Sanctiss.D. N. Papæ Greg.XIII. ex sorore Nepos. Et Thesaurarius est Reuer. D. Rodulphus Bonfiolus Bononien.

IVLIVS Papa III. Dilecti filij salutem, & Apostolicam benedictionem.

CVM nos nuper diuersa ordinationes, statuta, decreta, & declarationes per fe.re.Pium II. & Paulum etiam II.ac Innocentium VIII. & Iulium similiter II. Rom. Pontifices prædecessores nostros, contra pro tempore obligatos in Cam.nostra Apost. ratione annatarum, semel tantum, aut de quindennio in quindennio soluendarum, & alios quæcunque beneficia ecclesiast.absq; eo quod annatam præfatam soluerint, pro tempore possidentes, ædita, & facta, ac singulas ipsorum prædecessorum superinde confectas literas, omniaq; & singula in eis contenta, per alias nostras sub plumbo confectas literas approbauerimus, & innouauerimus, ac a quibuscunque, tam in singulis literis prædecessorum huiusmodi nominatis, quam non nominatis virorum, & mulierum, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, congregationibus, ac omnibus alijs sub singulis prædecessorum, & nostris literis huiusmodi comprehensis personis, tam pro præterito, quam pro futuro tempore inuiolabiliter obseruari, eaque omnia, ac censuras, & pœnas in singulis literis prædecessorum huiusmodi contentas contra omnes congregationes, & personas prædictas quo ad omnia & singula monasteria, & beneficia ecclesiastica, cum cura & sine cura, secularia & quorumuis ordinum regularia, quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter possident, etiam si de iure patronatus laicorum etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum nobilium, etiam Illustrium, aut dummodo per ipsas congregationes possideantur, tam in Ro.Curia quam extra eam inter quoscunque litigiosa existant vigere, & locum habere, totaliq; & plenariæ executioni demandari debere decreuerimus, necnõ ea omnia, quæ singuli prædecessores præfati voluerunt, voluerimus, & ea omnia prout per ipsos prædecessores ordinata, statuta, decreta, & declarata fuerunt, de nouo ordinauerimus, statuerimus, decreuerimus, & declarauerimus, ac ad quascunq; tam seculares, quam regulares virorum & mulierum congregationes, quantumuis priuilegiatas, & exemptas extenderimus, & ampliauerimus, prout in eisdem literis nostris plenius continetur. Nos cupientes singulas literas huiusmodi suum plenarium consequi effectum, vobis per præsentes cõmittimus, & mandamus, quatenus coniunctim procedentes per vos, vel alium seu alios singulas literas, tam nostras quam prædecessorũ huiusmodi & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit solemniter publicantes, faciatis auctoritate nostra easdem literas nostras & prædecessorum huiusmodi debitæ executioni demãdari, & a quibuscunq in eis comprehensis vbiq; locorum inuiolabiliter obseruari, quos opus fuerit tam in Ro.Curia, quam extra eã, etiam per edictum publicum in locis publicis & circunuicinis, de quibus sit verisimilis coniectura quod ad eorum notitiam peruenire deceat affigendum, constito summarie & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, citãdo, & eis, ac alijs quibus & quoties opus fuerit, etiam sub sententijs censuris & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, arbitrio tuo, fili Camerari, vel personæ ecclesiasticæ a te pro tempore substitutæ, ferendis, & statuendis, ac moderandis, & applicandis, simili edicto inhibendo, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes, per contentas in singulis literis prædictis, & alias de quibus tibi fili Camerari, vel personæ ecclesiasticæ a te pro tempore substitutæ videbitur, sententias, censuras, & pœnas similiter, vt præfertur ferendas, statuendas, moderandas, & applicandas, ac alia opportuna iuris & facti remedia, etiã more Camerali procedendo, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas præfatas, etiam iteratis vicibus aggrauando. etiam per te fili Camerari, vel personam ecclesiasticam a te pro tempore substitutam, inuocato etiam seu adhibito ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus piæ me.Bonifacij Papæ viii. etiam prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus cõmuniter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die quinta Ianuarij, millesimo quingẽtesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Io. Larinen.

Horum Pontif. constit. indicaui sup fol. 339 in Apost const.38. Cupientes, in apostillis.

Cõfirmationem, & innouationem istam habes in dicta const.38.

Deputatio executorum constitutionum Apostol. æditarum, circa Annatas & Quindennia.

Declarationem autem habes inf. in cõst. 45. Cum sicut nos.

Facultates Executorum.

Clausula derogatoriæ.

XXXXII.

Alumina de partibus Infidelium ad partes Christianorum deferri, & mercari prohibet, & contrauenientibus, eorumque complicibus pœnas imponit.

Similem const.fecit Paul.3.quam habes su.f.452.nu.48.Et si ea.& Pius 4.inf.const.43.Ea Apostolicæ, Quas confirmauit Greg.13.in eius constit.21.Muneris, vbi notabo concor.Materiæ.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

ETSI ea quæ a Romanis Pontificibus ad reprimendum temerarios improborum conatus semel edita sunt, plenam, per seipsa obtineant roboris firmitatem, illis tamen quandoque robur nostræ approbationis & innouationis addijcimus, vt eo firmius illibata persistant, & inuiolabiliter obseruentur, quo sæpius fuerint apostolico præsidio communita, eaque etiam pro illorum subsistentia firmiori de nouo edimus, eorundem im-

proborum

proborum reprimendo audaciam & furorem, eorumque temerarios ausus pluribus pœnis, tam temporalibus, quam spiritualibus coercendo: vt quos Dei timor a malo non reuocat, temporalis saltem pœna coerceat a peccato. Sane licet fel. rec. Iulius Papa II. prædecessor noster nonnullos qui Alumina Infidelium ad partes Christianitatis importari, seu aduehi facere non verebantur, per suas sub plumbo literas anathematis sententiæ subiecerit, eosque omnibus eorum bonis priuauerit, aliasq; pœnas contra similia perpetrantes promulgauerit, prout in literis huiusmodi latius continetur: Nihilominus indies hominum crescente malitia, nonnulli nomine tantum Christiani, sed re ipsa Christianæ reipublicæ hostes decreta, constitutiones, & pœnas huiusmodi pro nihilo habentes, Alumina prædicta ex infidelium partibus ad fideles temerarie importari & conuehi facere moliuntur, in eorum animarum damnationem, & Ro. Ecclesiæ damnum, dedecus iacturam & scandalū plurimorum. Nos igitur desuper iuxta nobis creditæ dispensationis officium, opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine dicti Iulij, necnon piæ mem. Pauli III. qui per similes suas literas, in omnes & singulos contrafacientes prædictos diuersas censuras & pœnas statuit & fulminauit, & aliorum prædecessorum nostrorum præmissorum occasione editas literas harum serie confirmantes, & approbantes, illasque innouantes, omnes & singulos cuiuscunq; status, gradus, ordinis, & conditionis existētes, eorumq; socios, complices, familiares, & sequaces, qui de cætero Alumina huiusmodi ex Turcarum, aliorumq; Infidelium partibus ad partes Christianitatis conducent, seu conduci facient, aut cōducta & aduecta vendent, ement, laborabunt, aut se in illis, vel circa ea etiam, vt vulgariter dici solet, assecurando Naues & Alumina ipsa, seu alias de illis quomodolibet se immiscebunt, & eorum quemlibet, quorum nomina, cognomina, qualitates, status, gradus, & conditiones præsentibus pro expressis haberi volumus, omnes & singulas pœnas in literis dictorum Iulij & Pauli & aliorum prædecessorum contentas incurrere declaramus. Ac pro eorum ampliori confusione, etiā de nouo ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac auctoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra excommunicamus, anathematizamus, aggrauamus, reaggrauamus, & æternaliter maledicimus, intestabilesque, & vt publice repulsi nullum inueniant suæ malitiæ successorem cuiuslibet hæreditatis, etiam ab intestato, & quorumcunque officiorum publicorum incapaces reddimus, eisq; quoscunque actus legitimos interdicimus, ita vt in iudicio, aut extra stare, agere, vel audiri non possint. Ciuitatesq; Terras, Oppida, Castra, Villas, & loca quæcunque terestria, & maritima ad quæ eos & eorum quemlibet declinare contigerit, nisi infra terminum vnius diei postquam de eis qualiscunque notitia habita fuerit, ab illis eijcientur, ecclesiastico interdicto supponimus: a quibus excommunicationis & anathematis, ac alijs censuris & pœnis absolutionem, & interdicti relaxationem, etiam vigore quarumcunque facultatum, siue confessionalium, a nobis, vel apostolica sede, aut eiusdem Sedis Legatis sub quacunque verborum forma concessorum obtinere non possint, nisi a nobis, vel successoribus nostris Ro. Pontificibus canonice intrantibus, aut in mortis articulo constituti. Et nihilominus vt præmissa efficaciorem sortiantur effectum, Motu scientia & potestate similibus omnibus, & singulis Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum Villarum & locorum prædictorum dominis, communitatibus, vniuersitatibus, magistratibus, officialibus, & priuatis personis, vt præfatos conducentes, ementes, vendentes, laborantes, aut in eis se quomodolibet immiscentes socios familiares, complices, & sequaces præfatos, ac eorum quemlibet quos ad loca præmissa declinare contigerit, infra dictum terminum ab eorum locis expellant, & eijciant, seu expelli, & eijci faciant, eisque & alijs personis fidelibus ne cum eis conuersationem cōmercium, aut negociacionem aliquam trahant, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna mandamus. Necnon, omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus quorumque monasteriorum, Decanis, Archidiaconis, Presbyteris, Præpositis, singulisq; Canonicis & personis Metropolitan. Cathedralium siue Collegiatarum, ac Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenentibus eorundem, Vicarijs perpetuis, etiam Capellanis, ac quorumcunque Conuentuū religiosorum, etiam Mendicantium Prioribus, siue Guardianis, & eorum cuilibet in solidum districte sub diuini officij interminatione, quatenus infra terminum trium dierum post præsentium notitiam in ecclesijs suis cum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, non solum semel, sed quocunque Dominico, vel festiuo die præfatos Alumina infidelium ad fideles conducentes, ementes, vendentes, laborantes, & se de illis immiscentes socios, familiares, complices, & sequaces, ac alios præfatos qui posthac conducent, seu conducta ement, vendent, contrahent, laborabunt, assecurabunt, & alias quomodolibet se immiscebunt, excōmunicatos, & anathematizatos fore alijsq; sententijs, censuris, & pœnis prædictis subiacere, illasque incurrisse, & in futurum incurrere, & a cōmercio fidelium vitandos, & ad diuina audienda minime admittendos, illasque censuras, & pœnas præmissas incurrisse & incurrere publicent, denuncient, publicarique, & denunciari faciant, eisdem Motu, scientia, & potestate præcipimus. Præsentesq; ad plenæ & certæ notitiæ nostræ præfatæ aliorumq; præmissorum & singulorum probationem vbique sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri: earumque transumptis manu publici Notarij subsciptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis in iudicio & extra fidem adhiberi perinde, ac si originales literæ exhiberentur. Sicq; per quoscunque Iudices, tam ecclesiasticos, quam seculares in quacunque instantia in Ro. Curia, & extra eam in quocunque foro sententiari, decidi, interpretari, ac iudicari debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter sententiandi, decidendi, iudicandi, & interpretandi facultate. Ac irritum & inane quicquid super his a quoquamquauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutisque & consuetudinibus municipalibus iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, declarationis, excommunicationis, anathematis aggrauationis, reagrauationis, maledictionis, redditionis, interdictionis, suppositionis, mandati, præceptionis, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, tertiodecimo Calendas Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Registrata apud Io. Barengum.

Io. Larnen.

Barengus.

Iul. 2 (cu⁹ 68. hic non habes) prohibuit Alumina de partib⁹ Infidelium, ad partes Christianorum deferri, vt habes sup. fol. 248. in Leone X. cōst. 36. § cet. vbi nota rationem prohibitionis.

Paul. 3 (cuius const. habes sup. fol. 452. nu. 48. Et si ea) confirmauit const. Iul. 2 & in contrafacientes & complices statuit multas pœnas & censuras.

Hic Pont. confirmat const. Iul. 2. & Paul. 3. & censuras, & pœnas de nouo imponit, vt hic.

Et loca ad quæ illi declinabunt, interdicto Eccl. supponit.

Mandatque Officialibus, & alijs vt eos expellant de locis, ad quæ declinabunt.

Præcipit etiā Episcopis & alijs, vt hanc cōst. publicent, & contrauenientes denuncient excommunicatos, vt hic.

Decretū irritans.

Clausula derogatoria.

De pœnis

XLIII.

De poenis Blasphemantium omnipotentem Deum, Patrem, vel eius Filium, siue Spiritum Sanctum, aut B. Virginem Mariam, siue alios Sanctos. Et de poenis eos non Reuelantium. Ac de prohibitione Ludorum & Barattariarum.

Alias autem pęnas imposuerat Leo x. sup. fol. 194. in eius const. 11. Supernæ, Et alias imposuit Pius v. inf. in eius const. 5. Cum primum & ibi not.

IVLIVS Papa III. Ad futuram rei memoriam.

IN MVLTIS Deprauatis moribus, vitiosisque consuetudinibus, quæ in nostram hanc Almam Vrbem, propter eius amplitudinem magnumque aduenarum vndique in eam concursum, simul cum pluribus eximijsque virtutibus, atque egregijs veræ pietatis exemplis irrepserunt, ad quas nos tollendas, & extirpandas, omnem aciem mentis, & cogitationis nostræ intendimus: nihil est quod animum nostrum magis exulceret, & confodiat, quam horribilis, atque impia, & christianis auribus intolerabilis, diuini nominis blasphemia. Cum audimus sacratissimum Dei & IESV CHRISTI Domini nostri nomen, quod super omne nomen cœlestia venerantur, terrestria adorant, inferna contremiscunt (quod ne temere quidem a quopiam, propter eius sublimitatem, ac maiestatem, vsurpandum sit) passim prauorum efferatorumque hominum vocibus scindi, vnaque cum eius sanctissimæ, & immaculatissimæ Genitricis, & venerabilium sanctorum, & amicorum ipsius summi Dei nomine, detestandis blasphemijs maledictisque lacerari, vt minime mirandum sit, si a christianis populis in tantis calamitatibus constitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoueantur, propterea quod iuxta sapientis dictũ, A viri multum iurantis domo, non discedet plaga. Quare nos, huiusmodi execrandum abusum simul cum cæteris oĩbus, quantum cum eiusdem Dei adiutorio fieri poterit, extirpare volentes, vt hanc ipsam Vrbẽ domiciliũ, ac sedem Spiritus sancti, oĩbus inquinamentis mundatam, ac perpurgatã, domino Deo per omnia placentẽ exhibeamus, in hũc qui sequitur modum, quo ad præfatũ horrendũ blasphemiæ crimẽ, motu proprio, ex certa nostra scientia, & voluntate, inuocata Dei omnipotentis iustitia, decernimus, statuimus, & ordinamus, Blasphemantes scilicet Deum patrem omnipotentẽ, vel eius filium vnigenitum Dominũ, & redemptorem nostrum Iesum Christum, seu Spiritum sanctũ, vel particulariter, & explicite, vel generaliter, & implicite attribuendo diuinæ maiestati quæ illi minime cõueniunt, vel remouendo quæ eam decent, primo conuicti, si diuites fuerint, cõpellantur ad soluendũ scuta auri quadraginta, si vero pauperes, soluant decẽ, quæ si nequeant numerare, luant in corpore. Secunda vice conuictis, nobilibus siue diuitibus, siue pauperibus duplicetur pęna pecuniaria proportionabiliter ad primam huiusmodi mulctam. Atque insuper incurrant infamiã, & inhabilitatẽ ad beneficia quæcunque ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. Vilibus conuictis perfodiatur lingua. Tertia vice conuictis nobilibus, tã diuitibus, quam pauperibus, triplicetur pęna pecuniaria respectiue vt supra. Vlterius sint ipso iure priuati beneficijs ecclesiasticis, & officijs quibuscũque, dignitatibus, titulis, magistratibus, honoribus, sint intestabiles tã actiue, quam passiue. Sint inhabiles ad ferendũ testimonium. Sint banniti publice per trienniũ ab Vrbe. Vilibus imponatur fustigatio aut deportatio ad triremes per trienniũ, & exulent perpetuo. Idem seruetur contra blasphemantes ipsius D.N. Iesu Christi matrem beatissimam semper virginẽ Mariam. Blasphemi in sanctos vel sanctas Dei, corrigantur seuere arbitrio. DD. Iudicum, habita ratione qualitatis, & grauitatis criminis, cum cæteris circunstantijs iure attendendis. Volumus autem, & statuimus, vt omnes pœnæ pecuniariæ exigendæ, applicentur, tantummodo sustentationi Orphanorum vtriusque sexus Catechumenorum, & puellarum. Iudices vero tã horrendi, & impij criminis, deputamus, & instituimus RR. DD. Inquisitores nostros generales, quos volumus posse addere præstitutis pœnis, & maxime in corpore, si modus blasphemiæ ob grauitatẽ, impietatem, vel malitiam, id exposcat. Partes eorundẽ DD. Iudicum erunt, declarare si dubium occurrat, qui nobiles, qui plebei, qui diuites, qui pauperes sint habẽdi. Insuper ne sacrilega, & mortifera hæc pestis, si lateat, minus curari vel præcidi possit, ea omnipotentis Dei auctoritate mandamus omnibus, & singulis cuiuscunque sint gradus, & cõditionis, qui sciuerint aliquos blasphemasse vt supra, quod eos denuncient infra triduum Reuerendiss. Iudicibus, vel per se ipsos, vel per chirographum, modo & ordine inferius exprimendo. Sicque oẽs, & singulos in districto Dei iudicio requirimus, & eorum conscientias aggrauamus. Monendo tamen eos, quod si constiterit, aliquẽm scientem noluisse denunciare, cuiuscunque fuerit status, dignitatis, & conditionis, præter vltionem iustitiæ diuinæ, quam ei annunciamus, & præter culpam mortalem, quam incurret ob inobedientiam, & ob neglectum honorem Dei, puniantur eisdemmet pœnis, quibus blasphemi, & sic eos mulctari præcipimus: non enim solum digni sunt pœna aut supplitio qui ea faciunt, sed & qui non corrigunt facientes. Cupientes denunciare secrete, scribant, in chirographo nomen Blasphemi, speciem, locum, & diem blasphemiæ, & si placuerit apponere nomẽ proprium, addant duos vel saltem vnum testem, si vero maluerint ipsi denunciantes supprimere nomina propria, adscribent tres vel saltem duos in chirographo qui sint testes de blasphemia, & illud per religiosam personam, per spiritualem patrem, cui confidant, mittant vni cui voluerint ex Reuerendiss. Iudicibus ordinatis, quibus ita ad deferendum electis, præcipimus in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, quod nemini habeant reuelare denunciantes, testes, vel denunciatos, nisi tribunali iam decreto, in quo volumus seruari omnino secretos, tum denunciantes, tum testes non secus ac seruantur in causa fidei. In condemnando pro hoc execrabili scelere, stabitur duobus testibus fidedignis, poterit haberi loco testis vnius denuncians si medio iuramento denunciet, diligenter obseruata qualitate, integritate, & reliquis circunstantijs tum denunciantis, tum alterius testis. Si qui (quod Deus auertat) inuenti fuerint denunciantes, vel attestantes falso, subeant pœnas blasphemorum, & illomet ordine, & nihilominus seuerissimis, & grauissimis pœnis, etiam in corpore, affligantur, ac ad triremes perpetuo deputentur. Blasphemis non accusatis, nec denunciatis, si seipsos humili & contrito corde accusent, si de eorum iniquitate veniam petant, cõdonamus omnes pœnas a nobis impositas, interim tamen lachrimis, orationibus, & cæteris voluntarijs pęnitentijs, peccatũ maxime detestabile redimãt in misericordia Domini. Quia vero cõpertũ habemus, ludos quos baratarias vulgus appellat, præter multas iniquitates quibus causam præbent,

Causa istius const.

Pœnæ Blasphemantium, Deũ & eius Matrem virginẽ Mariam, aut alios sanctos. Sed Pius v. alias pęnas imposuit in eius constit. 5. cum primum.

Pœnarũ applicatio Orphanis & Catechumenis. Sed Pius V. applicauit tertiam partẽ accusatori, & residuum locis piis generaliter id. eius cõst.

Iudices deputantur, Inquisitores Generales Hæreticæ prauitatis. Sed Pius v. illud decreuit procedi per quoscunque Iudices competentes.

Scientes reuelent Blasphematores, alias incurrunt eorum pœnas.

Falsi denunciatores vel testes, Blasphematorum pęnas incurrunt.

Blasphemantes seipsos accusantes & veniam petentes, quibus remittuntur pęnæ.

blaſphemiam maxime enutrire, gignere, & euomere, ideo auctoritate noſtra in ſpiritu Domini, præſenti decreto noſtro, & Motu proprio amouemus, damnamus, prohibemus omnes huiuſmodi baratarias tanquam ſeminaria plurium impietatum. Et qui in poſterum auſi fuerint eas manutenere vel exercere, volumus ac iubemus eos carceribus mancipari de facto, & puniri pœnis a iure contra Aleatorès ſtatutis. Et inſuper arbitrio DD. Iudicum præfatorum &c mulctari grauiſsime pro tranſgreſsione huius noſtræ prohibitionis, a qua nullum excipimus, cuiuſcunque ſit gradus, dignitatis, vel conditionis & pro hac cauſa duntaxat caſſamus, irritamus annullamus quācunque prætenſam licentiam, vel exemptionem. Volumus autem quod præſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur tam in iudicio, quam extra, quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die prima Februarij, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, Pontificatus noſtri anno quarto. Pau. Sadoletus Carpent.

Baratariarum & inuentio prohibitio.

Hæc conſt. ligat quoſcunque etiā exēptos. Et ligat in Vrbe tantum vt ex prohemio, & Deputatione Iudicum, & applicatione pœnarum colligitur.

XLIIII.

Eccleſiarum Prælati, ex Palatio Apoſtolico panem habentes veri Familiares & continui commenſales Pontificis eſſe declarantur.

De Priuilegijs autem Familiarium, & qui ſint veri Familiares, vide ſup. fol. 489. in Pauli III. conſtit. 78. Sanctiſsimus, vbi not.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & dominus noſter Dominus Iulius, diuina prouidentia Papa III. Cui nuper innotuit, quod a nonnullis vertitur in dubium, an Eccleſiarum Prælati panem ex palatio apoſtolico ratione perſonæ ſuæ & non alterius officij per eos pro tempore obtenti quotidie habentes ſint Sanctitatis ſuæ veri & indubitati & non ficti aut per priuilegium, prælati domeſtici & continui commenſales, conſiderans panem huiuſmodi eis non niſi ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis exhiberi. Et propterea volens dubium huiuſmodi, ſuæ declarationis Oraculo, de medio tollere, declarauit omnes & ſingulos Eccleſiarum Prælatos qui ſolum ratione perſonæ ſuæ, & non alicuius officij per eos pro tempore obtenti panem ex Palatio Apoſtolico quotidie habent, ſeu habere poſſunt & in poſterum habebunt ſeu habere poterūt, licet in eodem palatio non habitent, & vltra panem alia victui humano neceſſaria non habeant, nec in poſterum habituri ſint, Sanctitatis ſuæ veros & indubitatos, & non ficte, aut per priuilegium prælatos domeſticos, & continuos commenſales eſſe, ac in poſterum fore & pro talibus & vt tales cenſeri & reputari debere, ita vt ſub regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, & alijs conſtitutionibus ſuis tam editis, quam edendis de veris familiaribus continuis commenſalibus Sanctitatis ſuæ loquentibus comprehenſi & illis quo ad omnia ſubiecti ſint. ipſiſque illis vti, potiri & gaudere poſsint, Et Sanctitas ſua de beneficijs Eccleſiaſticis, per eos pro tempore obtentis qualitercunque qualificatis & ad collationem prouiſionem præſentationem electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunque collatorū, etiam San. Ro. Eccl. Cardinalibus etiam indultum ſpeciale ſuper conferendis beneficijs ad eorum collationem prouiſionem præſentationem electionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus a Sanctitate ſua, aut Sede apoſtolica habētium communiter vel diuiſim ſpectantibus quæ per eorum obitum in Rom. Cu. vel extra eam in poſterum vacabunt, tanquam Sanct. ſuæ ratione familiaritatis & continuæ commenſalitatis huiuſmodi generaliter reſeruatis prouidere & de illis diſponere libere & licite poſsit in omnibus & per omnia perinde ac ſi ipſi Prælati in dicto palatio habitarent. & vltra panem alia victus humano neceſſaria haberent. Sicque per quoſcunque &c. etiam Cardinales prælatorum ac cauſarum palatij apoſtolici Auditores in quauis cauſa, & inſtantia ſublata &c. Iudicari & diffiniri debere, ac irritum &c.

Cauſa iſtius conſt.

Declaratio quod Eccleſiarum Prælati panem habētes ex Palatio Ap. ſint veri familiares & continui Commenſales Pontificis.

De iſtis Card. indultis vide ſup. fol. 538. in conſt. 37 Sanctiſsimus, vbi not.

Collatio Beneficiorū iſtorū Prælatorū, ipſi Pontifici reſeruatur.

Decretū irritans

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, die vero Martis xiij. menſis Februarij. Pontificatus præfati S.D.N.D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij anno quarto. A. Lomellinus Cuſtos.

XLV.

Declaratio circa ſolutionem Annatarum & Quindenniorum. Et remiſsio fructuum indebite perceptorum ab his, qui Annatas debitis temporibus R. Cameræ Apoſt non ſoluerunt.

Ad quod vide ſup. fol. 539. conſt. 38. Cupientes cum ibi not.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Sicut non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, dilectis filijs Officialibus Romanæ Curiæ de annatis eis pro parte ſuorum emolumentorum in erectione eorum Collegiorum aſsignatis participantibus annatas eis & Cameræ noſtræ apoſtolicæ de quindennio in quindennium, ratione vnionum &c. perpetuarum per ſedem apoſtolicam hactenus factarum pro tempore debitas non indagantibus, & earum exactionis poſſeſsionem, ſeu quaſi adipiſci, ac eas congruis temporibus exigere non curantibus, ac in mora & negligentia eas exigendi diutius permanentibus, factum ſit, vt quamplures ex annatis huiuſmodi, in obliuionem & deſuetudinem iurium dictæ Cameræ deuenerint, & exinde Officia dictæ curiæ eorum occurrente vacatione, longe minori emolumento in alios transferri oportuerit, & adhuc oporteat, in ipſius Cameræ & aliorum quorum intereſt præiudicium, & detrimentum non modicum, Et inſuper debitores annatarum huiuſmodi eas non ſoluentes ſententias & cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam diſſolutionis vnionum &c. huiuſmodi pœnas, in conſtitutionibus a diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ſuper perſoluendis dictis annatis editis contentas incurrerint, & vnionibus &c. prædictis vt præfertur diſſolutis, in ipſis beneficijs antea vnitis intruſi remanſerint, & fructus eorundem beneficiorum ſuos non fecerint,

Conſtitutiones Apoſt. editas contra non ſoluētes Annatas vide ſupra fol. 539. conſt. 38. Cupientes

sint, quinimo ad eorum restitutionem nobis & dictæ Cameræ teneantur. Nos qui superioribus diebus vt Cameræ & Officialium prædictorum, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium iura præseruaremus, ac eorum indemnitati consuleremus, quascunque constitutiones antea per dictos prædecessores pro annatis prædictis, & communibus ecclesiarum, & monasteriorum quorumcunque semel tantum, aut de quindennio in quindennium persoluendis editas, per nostras sub plumbo confectas literas approbauimus, & innouauimus, Volentes cum debitoribus annatarum & communium huiusmodi non iuxta iuris rigorem, sed paterno affectu agere: Motu simili &c. fructus, redditus & prouentus beneficiorum vacatorum huiusmodi per debitores annatarum & communium prædictorum, vt præfertur, indebite perceptos, & propterea nobis & præfatæ Cameræ debitos, eisdem debitoribus, (dummodo infra decem dies a die publicationis præsentium in acie campi Floræ, & valuis Cancellariæ apostolicæ faciendæ computandos, de omni & toto eo de quo occasione annatarum, & communium huiusmodi vsque in præsentem diem etiam pro rata temporis decursi, debitores existunt præfatæ cameræ, cui annatas & communia prædicta, quæ officiales præfati per decem annos a lapsu primi quindennij computandos exigere quoquomodo cessarunt, loco fructuum &c. indebite perceptorum, ac nobis & præfatæ Cameræ, vt præmittitur, debitorum, ac in recompensam expensarum quæ pro recuperatione annatarum & communium huiusmodi, & satisfactione mercedis ministrorum ad recuperationem annatarum & communium prædictorum necessario deputandorum faciendæ erunt, ac refectione damnorum & interesse quæ ob negligentiam Officialium huiusmodi eidem Cameræ hactenus obuenerunt, & alijs rationalibus causis animum nostrum mouentibus, apostolica auctoritate per præsentes applicamus, appropriamus, & incorporamus, si realiter & cum effectu satisfaciant pro tempore præterito) omnibus, & singulis priuilegijs, indultis facultatibus, iuribus, & gratijs, quæ eisdem Officialibus, ac eorum Collegijs super perceptione annatarum, & communium huiusmodi quomodolibet competit eis saluis, & integris, ac in suis robore & efficacia quo ad futura remanentibus,) perpetuo dicta auctoritate gratiose remittimus, & elargimur, eosque ab illis etiam perpetuo liberamus & absoluimus. Mandantes dilectis filijs Guidoni Ascanio sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali de sancta Flora nuncupato, Camerario, & Magistro Francisco Mallario de Aspra generali Thesaurario nostris, per nos alias ad dictarum literarum nostrarum & contentorum in eis executionem per alias nostras in forma breuis literas deputatis, quatenus, coniunctim, & alias iuxta dictarum literarum in forma breuis continentiam, & formam procedentes, per se ipsos vel alias personas ad hoc ab eis deputandas, annatas, & communia huiusmodi exigant, & exigi faciant. Nos enim eisdem Guidoni Ascanio Cardinali & Camerario, ac Francisco Thesaurario pro effectu exactionis annatarum & communium huiusmodi omnes & singulos illorum debitores, sub singulis literis nostris prædictis comprehensos, etiam per edictum publicum constito summarie &c. de non tuto accessu tam in curia quam extra eam citandi, monendi, & requirendi, ac eis & alijs quibus & quoties opus fuerit, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis ac etiam pecuniarijs, arbitrio eiusdē Guidonis Ascanij Cardinalis & Camerarij, seu alterius personæ ecclesiasticæ ab eo deputandæ ferendis, statuendis, moderandis ac applicandis, & simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad solutionem annatarum & communium, in quorū exactionis possessione seu quasi eosdem Officiales a dictis decem annis citra non fuisse repererint, vel si annatas & communia huiusmodi in dicto termino non soluerint, fructuum, redditi uum, & prouentuum per eos, vt præfertur, indebite perceptorum, per sententias & censuras ecclesiasticas etiam interdicti tam localis quam personalis per eundem Guidonem Ascanium Cardinalem & Camerarium, seu alias personas ecclesiasticas ab eo vt præfertur deputandas, quotiens opus fuerit, ferendas & promulgandas, necnon quascunq; pœnas & alia iuris & facti remedia, tam per Guidonem Ascanium Cardinalem & Camerarium, quam Franciscum Thesaurarium præfatos statuenda & ordinanda, etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis cogendi, & compellendi, ac cum eisdē debitoribus super eo quod ratione annatarum & communium huiusmodi debebunt pro ea rata & quantitate quæ eisdem Camerario & Thesaurario videbitur, etiam citra medietatem debiti transigendi & componendi: & eos pro eo quod soluerint, ac etiam pro vniuerso debito si illud soluerint, aut super quo vt præfertur transegerint & composuerint, plenissime quietandi: & in quibuslibet prouincijs & locis vnam, seu plures personas idoneas cum simili aut limitata potestate substituendi ac in præmissis omnibus & singulis summarie & simpliciter, ac alias more Camerali procedendi: aliaque in præmissis & circa ea quomodolibet necessaria vel opportuna faciendi, gerendi, & exercendi: necnon eisdem Camerario per se, aut personas ecclesiasticas ab eo vt præfertur deputandas, omnes & singulos qui sententias & censuras prædictas vt præmittitur incurrerint, ab eisdē sententijs censuris & pœnis præuia satisfactione aut compositione absoluendi, & liberandi, amplissimam facultatem & potestatem concedimus per præsentes. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres aliquis auctoritate præsentium nō trahatur, & quibusuis alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisque contrarijs quibuscunque.

Approbationem dictarum consti. habes ibidem.

Publicationē habes hic in ho.

Multi qui Annatas non soluerūt, fructus beneficiorum Ca. Apostolicæ restituere tenebantur.

Eos tamen illis Pont. remittit, dūmodo soluāt Annatas vt hic.

Camerario & thesaurario (qui sunt executores constitutionum c. p. [illegible] Annatas editarum, deputatis supra in const. 41. cum nota?) mandat, vt annatas & quindennia exigant.

Et facultates hic expressas, eisdem concedit.

Clausula derog.

Placet & Ita Motu proprio applicamus, remittimus, & mandamus.

Die septima mensis Aprilis. 1554. Præsentes retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis Cancellariæ Apostolicæ ac in acie Campi Floræ, iuxta tenorem retroscriptarum literarum per Medardum Nicolai S. D. N. Papæ Cursorem. Germanus Letus Magister Cursorum.

XXXXVI.

Contra Hebreos retinentes libros Thalmudi & alios, in quibus nomen IESV Saluatoris nostri, cum blasphemia, aut alias ignominiose nominatur.

Concordat prima constitutio Innoc. IIII. sup. fol. 5. Et Greg. 13. const. 73. Antiqua & ibi not.

De Materia Iudæorum posui concord. sup. fol. 415. In Pauli 3. const. 29. Cupientes.

VNIVERSIS & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, ad dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, Salutem & apostolicam benedictionem.

CVM SICVT Nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet alias venerabiles fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuersa republica Christiana Inquisitores generales certum Hebraicorum librorum volumen Ghemarot Thamud nuncupatum, nonulla indigna, & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato

Inquisitores Generales sub die 9. Septembris 1553. oẽs libros Thalmudi, aliosque Hebraos Vrbis cōgestos, comburi fecerunt. Et deinde per publicũ edictũ (quod ego Laertius legi) mandarũt Episcopis & alijs, vt idẽ exequerentur in eorũ Dioces. & insinuarent Hebræis vt tales libros infra certum tempus Officialibus assignarent.

Hic Pontifex modo præcipit vt elapsis quatuor mensibus a die insinuationis, intimationis, tenentes libros huiusmodi, coercerent pœnis, imponitis Apostatantibus a fide.

Quas pœnas vide sup. fol. 9. in 8. const. Inno. 4. Cum aduersus Et ibi not.

Clausula derogatoria.

nostro damnauerint, & igne comburi fecerint; nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diuersi libri diuersas contra Christum redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen, & honorem blasphemias, & ignominias continentes, Nos in præmissis opportune prouidere volentes, vobis, & vestrum cuilibet per præsentes committimus, & mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum infra limites iurisdictionis vestræ cōsistentibus ex parte nostra intimetis & notificetis, quod elapsis quatuor mẽsibus a die intimationis, & notificationis huiusmodi, oẽs & singuli libri, in quibus nomen IESV Saluatoris nostri, quod semper honore dicitur, cum blasphemia, aut alias ignominiose nominatur, tam in eorum Synagogis, & locis publicis quam priuatis domibus, & alias vbique locorum diligentissime exquirantur, & qui libros huiusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecuniarijs, & confiscationis bonorum, quam si eorum contumacia, aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam vltimi supplicij, ac alias prout a fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur; & nihilominus eisdem quatuor mẽsibus elapsis per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni quos diligentia inquiratis, & studiose inuestigatis, inquirique & inuestigari faciatis, & eos, quos libros huiusmodi penes se habere repereritis, pœnis quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cætero eosdem Hebræos (qui in memoriam passionis Dominicæ a sancta matre Ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra allecti ad verum Christi lumen diuino afflante spiritu, conuertantur) a quibusuis etiam apostolica auctoritate fungentibus occasione cuiusuis sortis librorum apud eos existentium, (dũmodo blasphemiam, vt præfertur, non contineant) nisi de nostro expresso mandato; quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quoslibet & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas ac etiã pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia oportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac ipsorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis & innouatis, Quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hmõi mẽtionem: Et quia difficile foret, præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri; volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis præsentium manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxix. Maij Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Claudius de Valle Sanctissimæ Romanæ Vniuersalis inquisitionis Notarius.

XLVII.

Deputatio & Facultates Cardinalis Putei, & Card. S. Clementis, liberandi bona emphiteotica, & census canones &c. quarumcunque Ecclesiarum & Piorum locorum in Dominio Sanctæ Ro. Ecclesiæ consistentium.

Declaratur & ampliatur hæc const. infra in const. 50. Dudum ex certis.

Similes autem constit. in hac materia indicaui sup. fol. 317. in Clem. 7. constit. 18. Si pro pauperum.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Iacobi sancti Simeonis Puteo nuncupato & Ioanni Baptistæ sancti Clementis titulorum presbyteris Cardinalibus, salutem & apostolicam benedictionem. QVANTIS. Dispendijs vrgeatur ad præsens sedes apostolica, omnibus manifestum esse non ambigimus, in hac enim calamitosa temporum conditione non modo quouis ordinario prouentu, sed etiam in multos annos spe orbata existit, vnde ad vrgentissimas necessitates, quibus in tanta perturbationum mole premimur, subleuandas, ad exosum grauissimarum exactionum remedium recurrendũ erat, & iam recursum fuisset, nisi natura nostra ab his, quæ subditis nostris vel grauia vel incommoda existunt, quam maxime semper abhorruisset. Quamobrem diu multumque in hanc cogitationem incumbentes, qua ratione sine cuiusquam damno, ex his tot incommodis, nos, & dictam sedem vtcumque possemus explicare, tandem iudicauimus liberationem bonorum emphyteoticorum ecclesiarum, & piorum locorum, ac beneficiorum ecclesiasticorum temporalis dominij S.R.E. mediate vel immediate subiectis, a fe. re. Paulo Papa III. prædecessore nostro dudum inchoatã, si modo & forma infrascriptis fiat, non solum ecclesijs, & locis, ac beneficijs ipsis, & bonorum eorũdem possessoribus, nullum detrimentum, sed vtrisque commodum & vtilitatem, ac dictæ sedi aliquam subuentionem allaturam esse. Cum itaque olim ab eodem prædecessore emanarint literæ tenoris subsequentis, videlicet. Dilecto filio Ioannimariæ

Omittitur tenor istius const. quia posui supra fol. 419. in Pauli 3. const. 28. Periculis.

NOS habita super his matura deliberatione, de apostolicæ potestatis plenitudine, vobis quorũ integritas, prudentia, & diligentia, ac in rebus gerendis dexteritas, aliæque præclaræ virtutes veteris experientiæ documento nobis iamdudum cognitæ sunt, & quos ad hæc omnia Commissarios nostros constituimus, & deputamus, per vos, seu alium, vel alios ad id a vobis deputandos omnia, & singula in toto temporali dominio Sanctæ

Romanæ

> Deputatio & facultates Cardinalis Puteï, & Car. S. Clementis, affrancandi & liberādi bona emphiteotica Ecclesiarum, sive census, canones &c. cum recompēsa Dominis assignāda, & aliqua pecuniarū summa R. Cameræ Apostol. soluen.
>
> Quod declaratur inf. in const. 50. Dudum.

Romanæ Ecclesiæ tam immediate, quam etiam mediate subiecto consistentia alias sub præinsertis literis com-
prehensa bona (castris exceptis) & aquas, necnon venandi, & piscandi, ac quæcunque alia iura quarumcunque
cathedralium, etiam metropolitan. & collegiatarum, ac parochialium, & aliarum ecclesiarum, necnon tam viro
rum, quam mulierum monasteriorum, domorum, prioratuum, præpositurarum, præpositatuum dignitatuum, per
sonatuum, administrationum, & officiorum, canonicatuum, & præbendarum, capellaniarum, & portionum, cæte
rorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis etiam mendicantiū
ordinum, & congregationum ac militiarum regularium, necnon aliorum religiosorum, & piorum locorum,
etiam quantumcunque priuilegiatorum, & exemptorum etiam in generali expressione, nisi seruatis certis mo-
dis, & formis non venientium nec comprehensorum, in dicto dominio consistentium, etiam si per ipsius Roma-
næ Ecclesiæ Cardinales in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alias obtineantur, vel eorum ad
ministratio tam in spiritualibus, quam in teporalibus eisdem Cardinalibus dicta auctoritate reseruata existat,
quibusuis ecclesijs, seu monasterijs, vel pijs locis, ac personis tam secularibus, quam ecclesiasticis, etiam regulari
bus, necnon collegijs, Communitatibus, & vniuersitatibus in emphyteosim perpetuam, vel in tertiam, aut aliam
quamcunque generationem, etiam singulis viginti nouem annis, aut singulis tribus generationibus, vel nomina
tionibus, seu certis alijs temporibus renouandam, pro quocunque annuo, vel alio canone, seu censu, aut respon-
sione, vel recognitione in pecunia, vel alijs etiam minimis, & honorarijs rebus cōsistente, ecclesijs, monasterijs,
domibus, prioratibus, præposituris, præpositatibus, administrationibus, officijs canonicatibus, & præbendis, ca-
pellanijs, portionibus, beneficijs religiosis, & pijs locis prædictis, ac eorum personis soluendo, etiam sub caduci-
tatis, & quibusuis alijs pactis, conditionibus, obligationibus, modis, & formis concessa, & locata, etiam si ob nō
solutionem canonis, seu census, aut responsionis, vel recognitionis, aut alias quomodolibet ad dominos directos
deuoluta, aut etiam inter ipsos dominos ea vna, & possessores bonorum, aquarum, & iurium huiusmodi ea al-
tera partibus, super deuolutione huiusmodi litigiosa existant, dummodo eisdem dominis incorporata non sint,
nec super litigiosis in fauorem dominorum iudicatum existat, vocatis dominis directis huiusmodi, quicunque
illi fuerint, & quacunque præfulgeant dignitate, pro vna, quæ ad emptionem aliorum bonorum immobilium,
& iurium, quorum prouentus quantitatem integrorum canonum, siue cēsuum, aut responsionum, vel recognition
num huiusmodi, & cuiuscunque alterius emolumenti, vel commodi ex renouatione concessionum, & locatio-
num huiusmodi per eosdem dominos percipi soliti, illud totum in singulos annos pro rata diuidendo, & si cano
nes, siue census, aut responsiones, vel recognitiones huiusmodi in alia re quam pecunia numerata extiterint, rē
ipsam ad communem æstimationem habito respectu ad quinque annos tunc proxime præteritos reducendo, &
insuper quintæ partis ipsorum canonum, siue censuum, aut responsionum, vel recognitionum constituant com-
muni æstimatione, sufficiat pro prædictis dominis, & pro alia de qua vobis vel ad id a vobis deputandis videbi-
tur pecuniarum summis, pro necessitatibus Cameræ huiusmodi, sine aliqua causæ cognitione, & nullis præcedē-
tibus tractatibus, nullisue desuper habendis, vel seruandis solennitatibus, ac sine requisitione consensus rectorū,
seu dominorum directorum huiusmodi, aut aliorum quorumuis, qui de iure consentire deberent, seu quorū cō-
sensus desuper habendus esset, a præstatione, & solutione canonum, & censuum, ac responsionum, & recognitio
num huiusmodi, necnon caducitatis, & deuolutionis, ac quouis alio periculo & superioritate, alioque iure ec-
clesiastico, perpetuo liberandi, & affrancandi; Ac quascunque annales, seu alias temporales locationes bonorū,
aquarum, & iurium huiusmodi ad tempus de quo vobis videbitur, prorogandi, & extendendi, necnon ad huius-
modi effectum quæcunque instrumenta, contractus, scripturas, & alia documēta inter dominos directos, & pos-
sessores præfatos desuper quomodolibet celebrata, & superinde etiam a dicta sede impetratas licentias, & con
firmationes, ac alias concessiones, etiam in forma si in euidentem, cum omnibus inde secutis, quacunque tem-
poris præscriptione non attenta, cassandi, & abolendi, seu renouandi, & reficiendi, ac ad vnam seu plures gene-
rationem, seu generationes, vel nominationes, aut in masculinam, vel etiam si vobis videbitur femininam, alias
tamen legitimam, & naturalem, ac de legitimo matrimonio, seu etiam illegitimam, & ea quotcunque damnato
coitu pro tempore prouenientem, cum augmento quintæ partis huiusmodi extendendi, & perpetuandi; Necnō
bona, aquas, & iura prædicta sic liberata, & affrancata ab omnibus & singulis decimis, quartis, medijs fructibus,
alijsque ordinarijs, & extraordinarijs oneribus ecclesiasticis quocunque nomine nuncupatis, quibus illa tanquā
bona ecclesiastica pro tempore quomodolibet obnoxia essent, perpetuo eximendi, & liberandi, ac exempta. li-
bera, & immunia esse decernendi, & quod illorum vtiles domini, eorumque hæredes & successores ac ab eis cau
sam habentes, etiam naturales, & illegitimi, ac alias incapaces illa in perpetuum vti veri, ac directi, & vtiles do
mini, ac iure pleni dominij, necnon tanquam mere laicalia & profana, ac non aliter quam reliqua eorum bona
propria paterna, & auita habere, tenere, & possidere, donare, transferre, vendere & alienare libere, & licite va
leant perpetuo concedendi: Quodque illa de cætero ob quoduis delictum aut crimen, præterquam rebellionis,
aut læsæ maiestatis, confiscari non possint statuendi & ordinandi, prout etiā nos ex nunc prout ex tunc in euen
tum liberationis, & affrancationis prædictarum, & econuerso, per præsentes eximimus, & liberamus, ac exem-
pta, libera, & immunia esse decernimus, Et quod illa, vt præfertur, haberi teneri, possideri, donari, transferri,
vendi, & alienari possint: nec alias quā vt præmittitur confiscari possint concedimus, statuimus, & ordinamus;
Necnon quascunque idoneas personas per prouincias, ciuitates, terras & loca dominij huiusmodi, cum simili,
aut limitata potestate, & facultate subdelegandi, easque quando vobis videbitur reuocandi, & alios iterum sub
stituendi, ac omnia in eisdem literis contenta, cæteraque in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet
opportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus fa
cultatem. Decernentes per viam generalis legis, & statuti perpetui liberationes, affrancationes, cassationes, abo
litiones, exemptiones, decreta, concessiones, statuta & ordinationes, cæteraque omnia & singula per vos aut
dictos subdelegandos desuper facienda, valida, & efficacia fore, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere. Necnō
vtiles dominos præfatos eorumque hæredes, & successores ac nominandos, cæterosque quos illa quomodolibet
concernent, ac quorum intererit aut interesse poterit in futurum modo aliquo contra literarū per vos aut sub-
delegandos præfatos super præmissis conficiendarum continentiam, & tenorem molestari, vexari, vel perturba
ri, aut bona, aquas, & iura liberanda prædicta propter non solutionem censuum, aut canonum, seu responsionū,
vel recognitionum huiusmodi, aut ex quauis alia causa ad ecclesias, monasteria, domos, prioratus, præposituras,
præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbēdas, capellanias, portiones,
beneficia,

> Dummodo bona deuoluta, directis Dominis incorporata non sint, vel iudicatū non fuerit ad fauoré eorundem.

> Facultas procedendi absq; causæ cognitione, & solennitatibus.

> Locationesq; prorogandi.

> Bona etiā sic liberata, eximendi a solutione cuiuscunque oneris, ad quod tenerentur tanquam bona Ecclesiastica.

> Et statuēdi vt illa nō possint cōfiscari, nisi pro crimine læsæ Maiestatis, aut rebellionis, & libere vendi & alienari valeant.

beneficia, & loca prædicta vllo vnquam tempore deuolui, aut alicui caducitati subijci, ac dominos directos pro tempore existentes, omnesque alios qualitercunque sua interesse putantes, præmissis se se opponere, aut ab illis appellare, seu reclamare, vel beneficium restitutionis in integrum, seu reductionem ad viam iuris, aut quoduis aliud remedium, etiam enormis, & enormissimæ læsionis quouis prætextu petere, vel impetrato vti non posse, sed possessores præfatos eorumque hæredes, & successores, aut nominandos in perpetuum bona, aquas, & iura liberanda, & affrancanda prædicta sicut præmittitur immunia, & exempta, ac priuilegiata perpetuo pacifice habere, tenere, & possidere, ac de eis ad eorum libitum disponere posse; Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, vbique iudicari, sententiari, & diffiniri debere: necnon irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Ac mandantes Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, ac alijs in præinsertis literis nominatis, vt ipsi & eorum quilibet per se vel alium seu alios ad executionem præsentium literarum nostrarum iuxta earundem præinsertarum continentiam, & tenorem procedant. Non obstantibus omnibus quæ dictus Paulus prædecessor in suis præinsertis literis voluit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod si contingat eodem tempore quo fient liberationes, & affrancationes huiusmodi, non reperiri recompensam censuum, aut canonum seu responsionum, vel recognitionum pro tempore extinctorum, pecuniæ ex liberationibus, & affrancationibus huiusmodi prouenientes penes aliquam personam fide, & facultatibus idoneam, quæ erga ecclesias, monasteria, domos, prioratus, præpositturas, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, cannonicatus, & præbendas, capellanias, portiones, & beneficia, & loca prædicta de pecunijs ipsis in recompensam huiusmodi conuertendis se obliget, realiter & cum effectu deponantur. Ceterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca in quibus de eis fides facienda erit deferri, etiam volumus, & dicta auctoritate apostolica decernimus, quod earum transumptis etiā per calcographos impressis, & manu notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis deputationis, exemptionis, liberationis, statuti ordinationis, concessionum, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, quarto Calendas Iunij, Pontificatus nostri Anno Quinto. Barengus.

Appellatio, restitutio in integrū, aut reductio ad viam iuris, & reclamatio a præmissis, prohibetur.

Decretū irritās.

Clausulæ derogatoriæ.

Recompensa censuum &c. si tempore liberationis vel affrancationis non reperiatur, deponantur pecuniæ vt hic.

Statu autem quod Montes a Pontificibus erecti etiam recompensam assignari possunt in d. constit. 50.

XXXXVIII.

Iudæi in Vrbe & alijs locis Status ecclesiastici decem ducatos pro qualibet earum Sinagoga, quolibet anno in Festo omnium Sanctorum, Hospitali Cathacumenorum Vrbis soluere tenentur.

Declaratur & Ampliatur hæc const. infra in Paul. 4. const. 14. Dudum.

De Materia vero Cathecumenorum, & etiam Iudæorum posui concord. sup. fol. 415. in Pauli 3. constitut. 19. Cupientes.

IVLIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PASTORIS æterni vices licet immeriti gerentes in terris, curis vrgemur assiduis, & continua meditatione pulsamur, vt oues in vmbra mortis sedentes, ad ouile Dominicum vndecunque deducantur, & deducti pascua sibi necessaria inueniant in Domino, confoueantur, & spiritualibus proficiant incrementis. Cū itaque, sicut accepimus, in quamplurimis locis nobis, & Romanæ Ecclesiæ subditis, quædam bona, seu redditus pro pauperum Hebræorum sustentatione, & alijs eorum operibus, seu cerimonijs deputata sint, seu ipsi Hebræi ad huiusmodi cerimonias, & opera exercendum certas contributiones facere soleant, ac prouentus domus, seu hospitalis Catechumenorum Vrbis in quo ipsi Hebræi ad Christi fidem pro tempore conuersi, & fonte baptismatis renati caritatiue recipiuntur, ac in fide catholica instruuntur, ita exigui, & tenues existant, vt ad ipsorum Catechumenorum sustentationem, & aliorum piorumque ibi exercentur manutentionem non suppetant. nos quibus Christifidelium eorumque animarum vniuersalis cura imminet, attendentes ex huiusmodi conuersione Iudæorum, illorum vniuersitati, cum ab expensis quibus eosdem pauperes Iudæos qui pro tempore conuertuntur ante eorum conuersionem sustentare deberent, releuentur, non modicum proueniat commodum, & propterea congruum esse censentes, quod dicti Iudæi ad eorundem Catechumenorum sustentationem contribuere debeāt, bonorum redditαuum contributionum, & locorum prædictorum qualitates, quantitates, situationes, nomina, & cognomina valores etiam annuos pro expressis habentes: Motu proprio non ad ipsorum Catechumenorum, vel alicuius eorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, auctoritate apostolica tenore præsentium volumus, statuimus, & ordinamus, quod quælibet Vniuersitas, seu Congregatio eorundem Iudæorum, seu Hebræorum tam in Vrbe nostra, quam in alijs ciuitatibus terris & prouincijs, ac alijs locis nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, nunc, & pro tempore consistens pro quolibet eorum loco Synagoga, seu alias nuncupato in Vrbe, ac alijs ciuitatibus, terris, prouincijs, & locis prædictis existente, in quo eorum superstitiones, seu cerimoniæ fieri solent, summam decem ducatorum auri de Camera hospitali seu domus Catechumenorum Vrbis huiusmodi, aut illius pro tempore deputatis pro eorundem Catechumenorum sustentatione in festo omnium sanctorum singulis annis soluere debeat, & teneantur. Ita tamen quod repartitio summæ decem ducatorum huiusmodi iuxta singularum Synagogarum cuiuslibet prouinciæ facultates fiant, grauando vnam plus alia iuxta illius facultates, & ditior pro paupere Synagoga prouinciæ huiusmodi contribuere, & proportionabiliter soluere debeat. Decernentes Vniuersitatē, seu Congregationem Hebræorum huiusmodi vnam plus alia prout illius facultates suppetunt grauari posse, & debere.

Causa istius const.

Iudæi pro qualibet Synagoga, quolibet anno soluant ducatos decem Hospitali Cathecumenorum.

Hæc declaratur & ampliatur infra per Paul. 4. in constitu. 14. Dudum.

bere ipsiq; vniuersitatem seu congregationem ad solutionem decem ducatorum huiusmodi pro qualibet Synagoga teneri,& efficaciter obligatam fore,& ad solutionem eandem, vt præfertur, faciendam tam per dilectos filios nostros Ioannem Michaelem tituli sanctæ Mariæ in Aracæli presbyterum,& Innocentium sancti Honofrij diaconum Cardinales modernos,quam pro tempore existentes Hospitalis seu domus huiusmodi Protectores, & locorum ordinarios,ac alios quoscunque iudices,& personas,censuras & pœnas,ac bonorum,redditiuum, & locorum prædictorum priuationis,& inhabilitatis ad illa omnibusque aliis iuris,& facti remediis cogi,& compelli posse ,necnon præsentes literas firmitatis robur obtinere,& inuiolabiliter obseruari, Sicque per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices & personas, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,interpretari,atque decididebere,irritum quoque,& inanc si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes nihilominus eisdem protectoribus,& locorum ordinariis,eorumque Vicariis,& Officialibus, ac eorũ singulis quatenus eisdem Catechumenis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes,vt præsentes literas in eisdem ciuitatibus,terris,prouinciis,& locis publicent,& obseruent,ac sub similibus censuris,& pœnis publicari,& obseruari faciant,necnon vniuersitatem,seu congregationem Iudæorum, seu Hebræorum huiusmodi ad solutionem prædictam,vt præfertur,faciendam cogant, & compellant, contradictores quoslibet,& rebelles per censuras, & pœnas prædictas,ac etiam pecuniarias aliaque opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras, & pœnas præfatas aggrauando , inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis ac fel.re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna,& in Concilio generali de duabus dietis edita,dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur,ac quibusuis aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis necnon & consuetudinibus,ac reformationibus, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegiis,quoque,indultis,exemptionibus, & literis apostolicis, ac etiam Cameralibus eisdem vniuersitati,& Iudæis,ac quibusuis alijs etiam ex conuersis, & aliis causis quibuscunque sub tenoribus, & formis,ac cum quibusuis, etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijsquẽ fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis,irritantibusque,& alijs decretis,& alijs quomodolibet concessis,confirmatis,& innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum omnium sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis,specifica,expressa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso,& forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis,& insertis habentes,illis alias in suo robore permansuris,hac vice duntaxat harum serie pari motu derogamus. Illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse decernimus,contrariis quibuscunque,seu si aliquibus communiter,vel diuisim ab apostolica sit sede indultum,quod interdici,suspendi,vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret easdem præsentes literas ad singula quæque loca in quibus de eis fides forsan facienda foret deferri,etiam volumus,& dicta apostolica auctoritate decernimus,quod præsentium transumptis manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ,seu curiæ ecclesiasticæ munitis ea prorsus fides adhibeatur in iudicio & extra,quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti,ordinationis,mandati,derogationis,voluntatum, & decretorum, infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto,pridie Calen. Septembris, Pont. nostri, Anno Quinto.

Decretũ irritãs.

Executores istius constit.

Clausula derogatoriæ.

XXXXIX.

De Pœnis impedientium Nautas & alios naufragium patientes, vel occupantium merces & bona naufragata in locis S.R.E. Et de facultate Consulis & Protectoris subditorum Caroli Imperatoris circa recuperationem ipsorum bonorum.

Similem const.fecit Pius V.vt habes inf.in eius const.7. Cum nobis.

De Materia vide sup.fol.445.in Pauli 3.cost.42.Accepimus vbi notabi.

IVLIVS Papa III. Motu proprio,&c.

CVM nobis nuper ex parte dilecti filij Martini de Ayala Romæ commorantis,Consulis,Protectoris,& Defensoris,ac Generalis Procuratoris in rebus maritimis & mercantilibus Nationis Hispanorum, & cæterorũ subditorum Carissimi in Christo filij nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti, in Alma Vrbe nostra ac Ripis & Portubus terrarum & locorum S.R.E. subiectorum expositum fuerit, non sine maxima nostra displicentia, quod retroactis temporibus, cum maximo damno & periculo miserorum Nautarum & mercium conductorum, Naues & Nauilia diuersis mercibus onusta,propter Maris infortunium, fugamq; ab infidelibus & alijs inimicis arreptam,& alios inopinatos casus,naufragium passa fuerunt in portibus plagiis & ripis locorum maritimorum S.R.E. non sine maximo damno patronorum nauium & nauiliorum prædictorum & mercium conductorum,ac detrimento terrarum & locorum dictæ Romanæ Ecclesiæ,ad quæ dictæ naues & nauilia cum suis mercibus sæpissime tendebant, & ibidem in beneficio, & abundantia ipsarum terrarum exponenda erant,& quod occurrentibus ad loca prædicta nautis,& conductoribus mercium prædictarum pro salute eorum,necnon nauium & mercium ipsorũ nanciscenda, expectantibus; inter Christianos , & amicos, confesqui opem & fauorem fratrum amicabilem (prout ratio & æquitas id postulat,& prout in alijs locis in similibus infortunijs fit) per dictorum locorum maritimorum incolas & habitatores,ac Officiales,non solum penes eos non reperiebant auxilium prædictum,quinimmo magis impedimentum,quia contra omne ius diuinum , & humanum addendo talibus naufragium patientibus damnum damno,& afflictis afflictionem,cum maxima Dei, & nostra,ac proximi offensa,ab eisdem habitatoribus,& Officialibus Terrarum præfatarum damnum & tribula-

Nautarum Naufragantium bona diripiebantur vt hic, & in Pauli 3 cõst.42 sup.fo. 445 & const. 57. fol.470.

tio illata fuit, etiam cum minis, & comminationibus, & illis naufragantes ab eisdem eorum bonis & mercibus, Deo permittente a tali infortunio liberarunt animo diabolico & peruerso priuati fuerunt, dicta bona & merces occupando, & detinendo, ac si essent infidelium, Barones dominique temporales & Ecclesiastici Officiales talium locorum sub prætextu naufragij & specie prætensionis & directi iuris illa ad se expectare & pertinere, vsurpando dictas naues mercesque quas auferunt a proprijs patronis, in scandalosum, peruersum & iniquum exemplum, quod non solum repugnat religioni Christianæ præsertim in terris S.R.E. quæ omnes ad se venientes benigne amplectitur, verum etiam contra omnem humanam, & ciuilem legem, & iuris æquitatem, mentemque nostram, quæ est vt omnes Christifideles qui in dictis terris S.R.E. contractabunt, sint patroni suorum bonorum, & de illis possint libere disponere, sintq; bene & amicabiliter tractati, & non debeant modo aliquo vexari. Quapropter nos prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, volentes præmissis occurrere, damnisque & scandalis ne eueniant quantum possumus obuiare, Motu simili &c. auctoritate apostolica & ea certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine ad perpetuam rei memoriam statuimus, & ordinamus, firmiterque & inuiolabiliter obseruari mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnis, quatenus in Vrbe Roma suisque portibus & ripis alijsque omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris, ripis, portibus, & plagus dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiectis, etiam Prælatorum, Dominorum temporalium, & Baronum dictarum Terrarum io quibus est commercium maritimum, persona aliqua cuiuscunque gradus ecclesiastici vel secularis communiter vel diuisim Officialis aut priuatus etiam Cardinalatus honore fulgen. deinceps non audeat vel permittat præbere impedimentum aut genus aliquod molestiæ præstare dictis Nautis & mercium conductoribus subditis Imperatoris, qui cum bono aut iniquo tempore infortunium aut naufragium patiatur in dictis ripis, aut prope ripas uel intra mare seo io aliqua parte illius, aut portibus seu plagijs (quod Deus auertat) aut quouis alio uoluntario necessitato infortunato aut pacifico modo eos inibi applicare contingat in quamcunque ripam portum aut plagiam dictarum Terrarum, quinimmo illi fauore, & opere gratiosis recipiantur & benigne tractentur, restituendo & restitui faciendo res & bona eorum in talibus nauilijs cōducta, si ea per aliquem vel aliquos detineri & occupari contingat, vel in posterum occupabuntur aut detinebuntur, ad effectum vt stante huiusmodi bona comparitione eorum querelæ cessent, & illi libentiori animo conducant ad loca prædicta se & eorum merces. Et licet alias per nostrum motum proprium in forma breuis concesserimus dicto Martino Consuli auctoritatem recuperandi, & recipiendi libere nauilia naues & merces naufragium passas a dictis subditis nostris, & illas proprijs patronis restituendi & restitui faciendi ab illis personis illa occupantibus: propterea approbantes, & confirmantes dictum Breue & motum proprium, ac omnia in eis contenta, illisque in suo robore permanentibus, non obstante quacunque concessione ordinatione & decreto in contrarium forte emanato, quacunque via & modo, & ad instantiam quarumuis personæ, aut personarum cuiuscunque status, gradus ordinis & conditionis existentium, quorum tenores pro plene & sufficienter expressis haberi uolumus, ac si hic de verbo ad verbum inserti essent, quibus expresse derogamus, per præsentes concedimus & impartimur facultatem, & auctoritatem dicto Martino Consuli, vt ipse tanquam talis Consul & Protector ac Generalis Procurator nationum prædictarum, repræsentando personas interesse habentes in talibus nauilijs nauibus & mercibus, possit per se suosque ministros in societate dictorum patronorum præsentibus, aut illis absentibus, & etiam ipsi patroni in absentia dicti Martini consulis coniunctim vel diuisim possint exigere & recuperare nauilia, & naues ac merces prædictas naufragium passas in mari & extra mare portibusque & plagijs atque ripis alioquoquouis loco vbi reperirentur. Et si contingat ab aliqua persona seu personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existente, & nostram monitionem huiusmodi ignorante in toto vel in parte detineri merces res & bona aliqua in eis conducta furtiue aut coacte, aut prætextu prætensionis naufragij, eadem nihilominus dictus Martinus possit recipere exigere & recuperare, & a detinentibus personis illa restitui facere dictis patronis absque aliqua exactione seu detractione prætextu dictæ prætensionis naufragij, aut alio quæsito colore, aut solutione, aliquibus personis ecclesiasticis vel secularibus Baronibus, Communitatibus, aut triremium Capitaneis, Castellanis, Gubernatoribus, Commissarijs, seu cuicunque alteri cuiuscunque conditionis seu præeminentiæ sit, facienda. Quibus expresse in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis prædictis mandamus, quatenus dimittant prædictos patronos nauium, & nauiliorum nationum prædictarum, dictumque eorum Consulem & ministros illa omnia recuperare, & alias de eorum nauibus mercibus & bonis conductis libere disponere absque aliqua molestia, vel impedimento illis directe vel indirecte præstando, nec debeant se intromittere in dictis rebus naufragatis, nec naufragio prædicto nisi in eo ad quod per dictos patronos Consulem & ministros erunt requisiti & vocati pro eorum ope & fauore, ne sub aliquo prætextu vel colore dicto Martino de Ayala consuli, aut eius ministris seu deputatis prædictis in libero exercitio sui officij Consulatus huiusmodi aliquod impedimentum molestiam aut perturbationem præstent seu præstari permittant, quinimo ei & eis omne auxilium consilium & fauorem in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna, quæ prædicti nostri subditi quotiescunque pro parte supradictorum patronorum, & consulis ac ministrorum in licitis & honestis erunt requisiti præstare teneantur. Et ut Christifideles ad præmissa alliciantur, ac ab eis naufragium huiusmodi patientibus promptiora subsidia præbeantur, omnibus & singulis vtriusque sexus Christifidelibus qui auxilium consilium & fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conseruatione suorum bonorum præstiterint decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxamus. Et nihilominus pro obseruatione præmissorum motu & scientia nostris prædictis præcipiendo mandamus Dilecto filio Guidoni Ascanio Sfortiæ Camerario, necnon Clericis Præsiden. Cameræ Apostolicæ ac Prælatis etiam Cardinalatus honore fulgentibus, necnon vniuersis & singulis tam almæ Vrbis quam aliarum quarumcunque S.R.E. mediate vel immediate subiectarum prouinciarum terrarum & locorum Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus Potestatibus, Iudicibus, & alijs quibus nomine nuncupatis iusdicen. & iustitiæ ministris, necnon Illustribus & Magnificis viris Dominis Ducibus, Marchionibus, Baronibus, Domicellis, Nobilibus, Castellanis, triremiumque Ducibus, & Capitaneis, ac quorumcunque locorum communitatibus seu vniuersitatibus, omnibusque & singulis alijs particularibus personis ad quas quomodolibet spectat seu in futurum spectabit vel spectare poterit, eidem S.R.E. mediate vel immediate subiectis quatenus præmissa omnia & singula ita inuiolabiliter obseruent & obseruari faciant sub pœnis & censuris antedictis, necnon rebellionis, ac priuationis omnium & singulorum officiorum, & be-

Prædecessorum constit. hic non habet, nisi ipsius Pauli 3.

Non Pontifex prænat hic defecti pias Ibonis impedientibus Nautas naufragium patientes. Alias pœnas vide in dictis constit. Pauli 3. & in Bulla cœnæ Domini Greg. 13. constit. 92. Contuuenerit

Hunc Motum proprium hic non habes.

Martino Consuli Protectori & Procuratori subditorum Caroli Imperatoris, facultatem concedit, bona naufragata a quocunque recuperandi, & patronis restituendi.

Baronibusque & Gubernatoribus ac alijs præcipit, ut in præmissis eidē Martino auxiliū & fauorem præstent.

Naufragantibus auxilium præstantibus Indulg. concedit. Eā̄d Indulg. concessit Pius V in eius const. 7 Cum nobis.

Executores istius const.

Facultates Executorum.

& beneficiorum, ac confiscationis & publicationis quorumcunque bonorum per eos & ipsorum quemlibet ob tentorum, contradictores &c. Cum amplissima facultate, potestate, & auctoritate dictos raptores grassatores & latrones in fragranti delicto seu crimine repertos puniendi, & castigandi, ad effectū vt huiusmodi iustis querelis cessantibus, dicti mercatores, & nautæ eo libētius cum suis nauigijs, nauibus & mercibus ad Vrbem ipsam locaque prædicta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ securius, & tutius accedant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac concessionibus apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, etiā municipalibus & prouincialibus quarumcunque terrarum, & locorum incontrarium forsan editis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentis nostri Motus proprij literas in forma breuis expediri posse, & sufficere, plenamque, & indubitatam in iudicio & extra fidem facere.

Clausula derog.

Placet, & ita mandamus. I.

Die vigesima secunda Octobris millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto. Ex decreto Cameræ apostolicæ admissa, & registrata fuit hæc Motus proprij cedula. Raynerius de Cæsis.

L.

Declaratio constitutionis editæ circa liberātionem bonorum Emphiteoticorum, quarumcunque Ecclesiarum, & Piorum locorum in Dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consistentium.

Quam constitutionem habes sup. f. 549. nu. 47. Quantis, & ibi notaui.

IVLIVS Papa III. Dilectis Filijs nostris Iacobo Sancti Simeonis Puteo nuncupato, & Ioanni Baptistæ sancti Clementis titulorum Presbyteris Cardinalibus, ac venerabili fratri Annibali Archiepiscopo Auinionē. seu duobus ex eis. Dilecti filij nostri, & venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

DVDVM Ex certis tunc expressis vrgentissimis causis per nostras sub plumbo confectas literas, inter alia vobis, quos tunc ad infrascripta omnia Commissarios nostros constituimus, & deputauimus, per vos ipsos, seu duos ex vobis, omnia, & singula in quibusdam in dictis litteris nostris insertis, felicis recordationis Pauli Papæ III. in forma breuis confectis litteris comprehensa bona, & aquas, necnon venandi, & piscandi, ac quæcūque alia iura (castris duntaxat exceptis) quarumcunque basilicarum, & collegiatarum, ac parochialiū, & aliarum ecclesiarum, necnon tam virorum, quam mulierum, monasteriorum, domorum, prioratuum, præpositurarū, dignitatum, personatuum, administrationum, & officiorum, canonicatuum, & præbendarum, capellaniarum, & portionum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis etiā mendicantium ordinum, & congregationum, ac militiarum, regularium, necnon religiosorum, & piorum locorum, ac confraternitatum, etiam laicorum, ad pietatis, & charitatis opera in ecclesijs, seu alibi institutarum, in alma vrbe, eiusque suburbijs, & districtu existentium, etiam si per sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in titulum, vel commendam, aut administrationem, seu alias obtinerentur, aut eorum administratio tam in spiritualibus, quam in temporalibus, eisdem Cardinalibus apostolica auctoritate reseruata existerent, quibusuis ecclesijs seu monasterijs, vel pijs locis, ac personis tam secularibus quam ecclesiasticis, etiam regularibus, necnon collegijs, communitatibus, & vniuersitatibus in emphyteusim perpetuam, vel tertiam, aut aliam quancunque generationem etiam certis tunc expressis temporibus renouandam, pro quocunque annuo, vel alio canone, seu censu, aut responsione, vel recognitione in pecunia, vel alijs etiam minimis, & honorarijs rebus consistente, etiam sub caducitatis, & quibusuis alijs pactis, conditionibus, obligationibus, modis, & formis, concessa, & locata, vbicunque etiam extra districtum prædictum consisterent, etiam si ob non solutionem canonis, seu census, aut responsionis, vel recognitionis, aut alias quomodolibet ad Dominos directos deuoluta, aut etiam inter ipsos Dominos ex vna, & possessores bonorum, aquarum, & iurium huiusmodi ex altera partibus, super deuolutione huiusmodi litigiosa existerent, dummodo eisdem Dominis incorporata non essent, nec super litigiosis in fauorem dominorum iudicatum existeret, vocatis dominis directis huiusmodi quicunque illi forent, & quacunque præfulgerent dignitate, pro vna, quæ ad emptionem aliorum bonorum immobilium, seu iurium, quorum prouentus quantitatem integrorum canonum, seu censuum aut responsionum, vel recognitionum huiusmodi, & cuiuscunque alterius emolumenti, vel commodi ex renouatione concessionum, & locationum huiusmodi per eosdē Dominos percipi soliti, illud totum in singulos annos pro rata diuidendo, & si Canones, siue census, aut responsiones, vel recognitiones huiusmodi in alia re quam pecunia numerata existerent, rem ipsam ad communem extimationem, habito respectu ad quinque annos tunc proxime præteritos reducendo. Et insuper quintæ partis ipsorum canonum, siue censuum, aut responsionum vel recognitionum, & emolumenti, seu commodi huiusmodi constituerent, communi extimatione sufficeret pro prædictis Dominis: & pro alia de qua vobis, seu duobus vestrum videretur pecuniarum summis, & alias modis, & formis, tunc expressis, a præstatione, & solutione canonum, & censuum, ac responsionum, & recognitionum huiusmodi, necnon caducitatis, & deuolutionis, ac quouis alio periculo, & superioritate, alioque iure ecclesiastico, perpetuo liberandi, & affrancandi, ac quascunque annales, seu alias temporales etiam ad vnam, seu plures generationes, aut nominationes factas locationes bonorum, aquarum, & iurium huiusmodi in perpetuum, vel aliud tempus, de quo vobis, aut duobus vestrum videretur, alias modo & forma tunc expressis prorogandi, & extendendi, nec non personis quæ liberationes, & affrancationes ipsas obtinere vellent, super earundem liberationum, & affrancationum validitate, & obseruatione, omnia & singula res, & bona mobilia & immobilia, præsentia, & futura, non solum basilicarum, ecclesiarum, monasteriorum, domorum, prioratuum, præpositurarum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum, & præbendarum, capellaniarum, portionum, beneficiorum, locorum, & confraternitatum, quorum canones, siue census, aut responsiones, vel recognitiones huiusmodi forent, verumetiam ipsius Romanæ Ecclesiæ, & Cameræ apostolicæ specialiter & expresse obligandi, & hypothecandi, ac certa alia tunc expressa faciendi, plenam & liberam facultatem concessimus, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, super præmissis diuersa sint exorta dubia, & pro securitate personarū liberationes & affrancationes huiusmodi desiderantium, illa declaranda sint, & facultas vestra in aliquibus ampliāda veniat: nos

Pauli 3. const. habes sup. fol. 413. nu. 28. Periculis.

Istius Pont. literas habes supra fo. 549. in const. 47. Quantis.

Tenor ipsius obs.

Dubia orta sunt circa dictam const. 47.

Declaratio, vt illa constitutio procedat etiam quo ad bona caducitati vel deuolutioni non subiecta.

indemnitati contrahentium in præmissis, & expeditioni negocij huiusmodi consulere volentes, Motu proprio, & ea certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine. Volumus, & per præsentes decernimus, & declaramus, quod in facultate vobis attributa, & super illa confectis literis nostris prædictis, non solum ea, quæ in emphyteosim concessa fuerunt, & periculo caducitatis in casibus à iure & pactis inter cõtrahentes firmatis expressis subiacent, verum etiam alia quæcũq; bona, quæ sub mero annuo censu in perpetuum concessa extiterunt, & in quibus timor deuolutionis seu caducitatis cessat, omnino cõprehendantur: ita quod census super illis constitutos cassare, & extinguere possitis, Et quod omnes & singuli Montes per nos & quoscũq; Romanos Pontifices prædecessores nostros in dicta Vrbe hactenus erecti, & forsan erigendi, appellatione iurium, in recompensam liberationum & affrancationum huiusmodi assignandorum veniant, vt illi pro recompensa prædicta libere assignari possint, & eorũ assignatio huiusmodi pro idonea recompensa censeatur, & censeri debeat, ipsiq; Montes si vacabiles existant, pro ea parte, quæ in recõpensam huiusmodi assignabitur, vacabiles esse desinant, & eis, quibus in recompensam eandem pro tempore assignabuntur, perpetuo cedãt, in omnibus & per omnia, perinde ac si præmissa omnia in facultate vobis attributa, & litteris nostris prædictis specialiter expressa fuissent. Et insuper vobis, seu duobus vestrum præmissa omnia, etiamsi in instrumentis inter Dominos directos, & possessores bonorum, aquarum, & iurium huiusmodi factis specialibus, pacto, & conuentione, ac præcedente solemni stipulatione cautum sit, quod ipsi possessores bona, aquas, & iura eis, (vt præfertur) concessa, absque eorum consensu, etiam vigore quarũcũq; literarum apostolicarum eatenus editarum, vel in posterum edendarum, aut alia quauis facultate, eis à iure, vel ab homine, quõlibet attributa liberare, & affrancare nequeant, alias iuxta earũdem literarum nostrarum continentiam & tenorem exequendi, & ad effectum executionis huiusmodi pacta, & conuentiones prædicta, etiã si forsan iuramento, & auctoritate apostolica roborata, & confirmata forent, cassandi, & annullandi. Necnon quotiens, & quando vobis, aut duobus vestrum videbitur, Dominis directis loco quintæ partis quæ ex forma litterarum nostrarum prædictarum, vltra solitum canonem, seu censum, aut responsionem, siue recognitionem, & pro reliquis quibuscũq; emolumentis, quæ ecclesijs quõcũq; obuenire possent, eis assignãda erat, quintam partem totius illius pecuniæ, & emolumenti, quæ & quod vltra pretium, seu extimationẽ soliti canonis, ea liberatione & affrancatione, ac prorogatione, & extinctione prædictis, eidẽ Cameræ apostolicæ occasione compositionis cum ea desuper faciendæ pro tempore proueniet, in vtilitatem ecclesiarum, seu locorum quorum bona liberata, & affrancata, seu perpetuata huiusmodi erunt, vna cum recompensa soliti canonis, seu census, aut responsionis, vel recognitionis conuertendã, assignandã. Et ne contra liberationes, & affrancationes vigore literarum nostrarum huiusmodi faciendas per Dominos directos, super deuolutione bonorum pro tempore liberandorum, & affrancandorum litigantes, aut Iudices, coram quibus causæ ipsæ pro tempore pendebũt ex præcipitata sententiæ prolatione, fraus committi possit, Dominis directis, & Iudicibus præfatis, ne in causis huiusmodi pendente tractatu liberationis, & affrancationis per vos, aut duos vestrum faciendarum, ad vlteriora procedant, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac irritanti decreto inhibendi, ac in euentum in quem liberatio, & affrancatio huiusmodi subsequantur, causas ipsas aduocandi, & lites ipsas penitus extinguẽdi, ac super illis perpetuum silentium partibus imponẽdi, plenam, & liberam dicta auctoritate per præsentes cõcedimus facultatem, & potestatem. Reuocantes ea nunc, ac irritantes, & annullantes omnes & singulas alias facultates, & licentias bona immobilia liberandi, & affrancandi, per piæ memoriæ Leonem X. & quoscunq; alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, etiam in fauorem ædificare volentium, aut alias quõlibet concessas. Non obstantibus literis nostris, & alijs præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ nos, & dictus Paulus prædecessor in singulis literis prædictis voluimus non obstare, cæterisq; cõtrarijs quibuscũq;. Et ne super præmissis processus iudiciarios facere cogamini, volumus, & auctoritate apostolica decernimus, quod super vocatione Dominorum directorum ad præmissa (vt præfertur) faciẽda, vestræ, aut duorum ex vobis, simplici assertioni stetur in omnibus, & per omnia, perinde ac si de illa iudicialiter constaret. Quodq; transumptis præsentium manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Octobris millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto. Pontificatus nostri Anno quinto.

Et Montes in recompensam liberationis assignari possunt.

Declaratio, vt eadem const. habeat locum, etiam si inter partes sit conuentum, bona illa affrancari nõ posse, vigore literarum Apost.

Declaratio circa applicationẽ recompensæ.

Inhibetur sub pœnis & censuris ac decreto irritanti, Iudicibus & partibus, ne procedant in causis pẽdente tractatu liberationis & affrancationis.

Reuocatio quarumcunq; facultatum liberandi bona Ecclesiastica. Super quo vide sup. f. 197. Leo X. const. 19. Inter cæteras & f. 337. Cl. 7. const. 18. Si pro pauperum cura nos.

Io. Larinen.

LI.

Aromatariorum Vrbis Priuilegia, & DD. Consulum, eorum Collegij & Vniuersitatis Facultates & Iurisdictio

Declarationem circa Priuilegium eorum prælationis & potioritatis inter Creditores, vide infra in Pij V. const. 205. Quia sicut.

Aromatarij exponunt Põtifici, quod alias Vicarius Papæ & Cõseruatores Vrbis, eorum Consulibus concesserunt Iurisdictionem, cognoscendi causas, contra quoscũq; seculares de rebus spectantibus ad artem.

BEATISSIMAE Pater. Exponitur S. V. pro parte deuotorum illius Oratorum Consulum, & Vniuersitatis artis Speciariorum Almæ Vrbis, Quod alias pro tunc Consulum, & vniuersitatis artis huiusmodi parte bo. mem. Sancto Episcopo Tiburtino, fel. rec. Martini Papæ V. in Alma Vrbe, & eius districtu in spiritualibus Vicario generali, ac tunc eiusdem Vrbis Apostolicæ Sedis Legati, & in temporalibus Vicarij generalis Locumtenen. necnon tunc Conseruatoribus auctoritate dictæ Vrbis sacri Senatus officium exercen. exposito quod cum hominibus dictæ artis quasi necessitate compulsus quotidie esset necesse res ad artem eorum huiusmodi pertinen. diuersis personis, & illis præsertim, quæ de eorum arte non erant credentiam concedere, & dare, & sic sine ratione præfata multos eos habere oportebat debitores, quos cũ vellent in eorũ Curia pro satisfactione debitorum huiusmodi conuenire, aliqui forum Curiæ supradictæ declinabãt, alii qui vero debitum in totũ aut in parte inficere non verebantur, scripturæ librorũ suorum, in quibus dicta debita erant descripta, fidẽ nolentes quõlibet adhibere ex quo dum credebant (vt par erat) cõmodum reportare, incõmoda nõ modica patiebãtur, & si in ordinario iudicio vellent debitores ipsos pro cõsecutione eorũ iuriũ conuenire possent dẽ leui succũbere, aliter quã per dictos libros probare debita nõ valen. præfati Vicarius, Locũtenẽs & Cõseruatores Senatus officiũ huiusmodi exercẽtes, volẽtes ĩ præmissis de opportuno fauoris remedio prouidere,

dere, Cõſulibus, & alijs Officialibus dictæ artis qui tunc erant, & pro tẽpore eſſent, in quibuſcũq; cauſis in eorũ Curia pro tẽpore motis per quoſuis artẽ Speciariorum præfatam in Vrbe, vel quaſi quomodolibet exercentes, contra quaſcũq; perſonas, ſeculares duntaxat eis, vel eorum alicui ratione rerum ad eandẽ artem ſpectantium, etiam ſi tales conuenti de dicta arte non forent, dum tamen in libris dictorum Speciariorum, aut alicuius eorum deſcripti apparerent, ratione rerum huiuſmodi debitores, in & ſuper quibus dictos Conſules, & Officiales Iudices perpetuo decreuit competentes, viſis libris, in quibus dicta debita, & debitores apparerent, vt præmittitur, annotata, & recepto à creditoribus iuramento, quod eis petita quãtitas debeatur, ſine alterius onere probationis ſiendæ eo modo, eaque forma, quibus inter homines dictæ artis procedebatur alias, procedendi, & cauſas ſine debito terminan. Ac contra dictos debitores executionem realem, & perſonalem, vſq; ad ſatiſfactionẽ integram vſque ad finem debitam deducendi, licentiam & omnimodam facultatem, & auctoritatem ſuorũ Officiorum huiuſmodi conceſſerunt. Decernentes, & ſtatuentes, ac perpetuo ſancientes edicto quod in talibus cauſis nemini liceret, nullusque poſſet à dicta Curia Conſulum prædictorum, eorumq; forum quomodolibet declinare, & ſi declinare vellet ad declinationem huiuſmodi nullatenus admitteretur, imo quilibet teneretur ſequi forum Curiæ ſupradictæ in his videlicet rebus omnibus, quæ ad dictam artem pertinerent, & ſpectarẽt. Quodq; dictis libris Speciariorum credentias huiuſmodi continentibus, illis præſertim, quibus diſcretioni Conſulum dictæ artis, qui pro tempore eſſent, fidem adhiberi debêre videretur, qualitate conſiderata ſcribentis, fides adhiberetur perinde ac ſi ſcripti manu perſonæ publicæ ſolemniter apparerent. Et ſucceſsiue bo. etiam me. Aſtorgius Archiepiſcopus Beneuentanus, tunc eiuſdem Vrbis in ſpiritualibus Vicarius generalis, & in temporalibus Gubernator pro fe. re. Eugenio PP. iiij. etiam prædeceſſore noſtro auctoritate, ſui tam Gubernatoriatus quam Vicariatus officij priuilegium & conceſsionem huiuſmodi approbauit, prout in patentibus eorum deſuper confectis literis, quarum tenores, &c. plenius continetur. Cum autem Pater ſancte præfati Oratores cupiant præmiſſa pro eorum ſubſiſtentia firmiori Apoſt. ſedis munimine roborari, ſupplicant humiliter S. V. præfati Oratores, quatenus eorum deſiderio in hac parte fauorabiliter annuentes, ipſosq; ſpecialis gratiæ fauore proſequentes, licentiam, facultatem, & conceſsionem, necnon decretum, & ſtatutum, ac ſubſecutam approbationem huiuſmodi, aliaque ſupradicta, attento quod in vſu, & prout illa concernunt omnia & ſingula in dictis literis patentibus quomodolibet contenta, & indeſecuta quæcunque, licita tamen, & honeſta, Apoſtolica auctoritate confirmare, & approbare, & ſi opus ſit innouare, ac per omnes & ſingulos quos quomodolibet concernunt, & concernent in futurum inuiolabiliter obſeruari, & perpetuam roboris firmitatem ſuſcipere, ſuosq; plenarios effectus ſortiri. Et inſuper quoniam a nonnullis Aromatarijs emulis forſan, & maleuolis abſq. mandato, & conſenſu Collegij dictorum Aromatariorum, iam decem annis elapſis, vel circa per fe. re. Paulum PP. iij. quod elapſo anno crediti, libris Aromatariorum dictorum non daretur, nec haberetur fides, conceſſum fuit, quæ conceſsio potius redundaret in damnum debitorum quam Aromatariorum, quia debitores priuantur dilatione & commoditate temporis, & ipſi Aromatarij non poſſunt illis credere, ſtante conceſsione facta per eundem Paulum, Supplicant etiã S. V. quod Collegium, & officiales Aromatariorum velleque poſſe accommodare, & dilation. mercatoribus, & debitoribus ſuis facere ad beneplacitum ipſorum Aromatariorum creditorum, & quod ipſorum libris adhibeatur plena, & indubitata fides in iudicio & extra, & quod æqua lance, & paſſu eant, & cum obligationibus in ampliori forma Cameræ factis, etiam in cauſis diſcuſſion. adiecta tamen conditione quod Aromatarij ipſi, & eorum quilibet ad tollendam omnem ſuſpicionem fraudis teneantur, & obligati ſint tenere in eorum apothecis tres infraſcriptas ſcripturas & computa, videlicet, Intilztam, Diurnale, & librum grandem nuncupatum inſimul concordantia, concedere, & indulgere, Et ſic per quaſcunque iudices &c. ſublata &c. Irritum quoque &c. decernere, & declarare, omneſq; & ſingulos tam iuris, quam facti, ſi qui forſan in præmiſsis interuenerint, defectus ſupplere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis &c. etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, etiam literis apoſtolicis quibuſuis quomodolibet & cum quibuſcunque clauſulis, & decretis conceſsis, confirmatis, & innouatis, etiam iteratis vicibus, quibus latiſsime extenden. etiam ſi de illis &c. tenores illorum &c. hac vice placeat derogare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis, & conſuetis.

De mandato Domini noſtri Papæ præfati Præſidentes, & Clerici procedant arbitrio ſuo, & iuſtitiam faciant.

Placet arbitrio Cameræ. I.

Eorũq; libris, vel publicæ Scripturis, fidẽ adhiberi.

Et Archiepiſcopum Beneuentanum dictam conceſsionem confirmaſſe.

Petit modo ipſi Aromatarij Sedis Apoſtolicæ confirmationem ſuper prædictis.

Petunt etiam ſibi concedi vt non obſtante conſt. Pauli 3. (quam hic non habes) eorum libris credatur, etiam elapſo anno crediti & eorum credita concurrant cum obligationibus I. forma Cameræ.

Aduerte quod licet nõ legatur in hac conſt. & decreto Cameræ, hec fuiſſe conceſſum Aromatarijs, eos tamen hec priuilegia habere apparet Pij V. conſt. 205. Q. ra ſeue.

Pontifex autem mandat expediri Motũ proprium arbitrio Cameræ.

Decretum R. Cameræ Apoſtolicæ.

GVIDO Aſcanius Sforcia, miſeratione diuina S. Euſtachij Diaconus Cardinalis de Sancta Flora S. R. E. Camerarius, Dilectis nobis in Chriſto Conſulibus, & vniuerſitati artis Aromatariorum Almæ Vrbis Salutem in Domino ſempiternam. Romanæ Eccleſiæ Camerariatus officio Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia præſidentes, inter ceteras officij noſtri curas in hoc potiſsimum vigilanti ſtudio operam damus, vt non ſolum totius Reip. verum etiam priuatorum indemnitati ſimul, & tranquillitati ſemper conſulatur, & artificibus Almæ Vrbis noſtræ, præſertim pharmacopolis, ſiue Aromatarijs, quibus vniuerſum Reipub. corpus neceſſario ad beneuiuendum ſummopere eget, de rebus per eos creditis maxime quæ ad bonam corporis reſtituendam tuendamq; valetudinem faciant, vt æquum eſt ſatisfiat, nec tempus, rem omnium longe pretioſiſsimam, quod publicæ ſeruiẽdo vtilitati impendere deberent ac vellent, in rerum & bonorum à ſe bona fide creditorum pretijs recuperan. litigando fruſtra conterere cogantur. Nuper ſi quidẽ pro parte veſtra coram nobis in Camera Apoſtolica exhibita fuit quædã papiri cedula in forma Motus proprij ſuper priuilegijs artis veſtræ, quæ cõfirmari valde cuperetis, varie diſpon. manu Sanctiſs. D. N. D. Iulij eius nois diuina prouidẽtia Papæ III. ſignata, quã nos, ea qua decuit reuerentia recepimus huiuſmodi ſub tenore Videlicet. BEATISSIME Pater. Exponitur S. V. &c. Poſtquã quidẽ motus proprij cedulã nobis præſentatã, & per nos, vt præfertur, receptã pro parte veſtra Nobis & Reu. Patribus dominis Præſidentibus, & Clericis Cam. Apoſt. in Camera hora audientiæ conſueta pro tribunali ſeden. fieret hæc propoſita, & primo ſub die decimatertia præſentis menſis videlicet, Pro Vniuerſitate Aromatariorũ Vrbis, admitti motum propriũ Sanctiſs. ad relationem D. Decani informati. Cui quidem propoſitioni per eoſdem Præſidentes & Cameræ Clericos tale factum eſt decretum, ſcilicet, Ad D. Decanum informatũ. Deinde ſub die decimaſexta eiuſdẽ menſis Nouẽbris altera pro eadẽ parte veſtra in eadẽ Camera facta fuit propoſitio huiuſmodi ſub tenore videlicet Pro Vniuerſitate Aromatariorũ expediri Motum propriũ ad Camerã remiſſum ad relationem Domini Decani, ſcribente Reu. Patre Domino Hieronymo Melchiorio Cameræ Apoſtolicæ Cle-

Omittitur tenor quia hic ſup. habes.

Fuit ipſius ſ Cameræ Apoſt. diſcuſſum ſuper cõceſsione Motus proprij prædicti. Et fuit reſolutũ vt expediretur vt infra.

rico. Qui quidem Reuerendi Patres Domini Præsidentes, & Clerici Cameræ in eadem Camera de more pro causis audiendis cameraliter congregati dicta Motus proprij ced.ula ex qua decuit reuerentia recepta, lecta, & mature considerata, alteram pro parte vestra petitionem, seu propositionem hoc quod sequitur secundo continerit decreto, scilicet, Ad Dominum Decanum qui expediat. Nos igitur quibus, & Reuerendis Patribus Dominis Præsidentibus Clericis Cameræ Sanctiss. Dominus noster negotium vestrum huiusmodi discutiendum, & dispone. remisit, indemnitati vestræ securitatique consequendi a debitoribus vestris res, & bona per vos ipsis credita consulere, vobisque in præmissis desuper opportune prouidere volentes, De mandato Sanctiss. Domini nostri Papæ viuæ vocis oraculo super hoc nobis facto, & auctoritate nostri Camerariatus officij ac ex decreto in eadem Camera Apostolica matura deliberatione desuper præhabita facto tenore præsentium dicta motus proprij cedula matura deliberatione in Camera Apostolica considerata, & disposita, Vobis Consulibus, Vniuersitatique vestræ quod perpetuis futuris temporibus libris vestris more mercantili bene, & secundum statuta artis tentis plena, & indubitata fides adhibeatur in iudicio, & extra, hoc modo videlicet, Contra præsentes in Vrbe, vsque ad annos quinque, in casu vero quo personæ debentes infra dictos quinque annos fuerint iudicialiter requisitæ & interpellatæ ad amputandum, & saldandum, & steterit per eos, vel infra eosdem quinque annos ab Vrbe recesserint, & steterint absentes, vel decesserint, & contra hæredes, vel alias personas agendum sit, tunc fides eorum libris non claudatur nec arctetur aliqua temporis determinatione, nisi quantum determinetur a iure communi, vel forma statutorum Vrbis, in casu quo libris mercatorum ex consuetudine fides adhibetur, statuimus, & ordinamus. Et insuper, vt magis ac facilius vos Aromatarij personis ægrotantibus medelas subministrare habeatis, decernimus, & ordinamus, vt in casibus in quibus discussio bonorum alicuius defuncti, vel decocti, vel alias, non soluendo, vel prioritatis, & potioritatis creditorum medelæ deducantur ex bonis eiusdem, & non veniant in aliqua discussione cum alijs, & prædicta omnia locum habeant de creditis Aromatariorum tam de præterito, quam de futuro, ita tamen, quod respectu præteritorum quinquennium currere incipiat a die præsentis decreti, & ordinationis. Et vt libri magis canonice, & a personis magis idoneis & legalibus de cætero teneantur, statuimus pariter, & ordinamus quod libri non habeant fidem in iudicio, nec extra, nisi fuerint approbati per fidem Consulum pro tempore dictæ artis manu Notarij Consulatus dictæ artis. Insuper quod nemo possit de cætero aperire apothecam Aromatariæ in Vrbe, nisi habuerit in Aromataria quam velit aperire corpus æstimationis Quingentorum scutorum auri in auro ad minus, & nisi præuia æstimatione dicti corporis cum interuentu Consulum dictæ artis fienda: Et pro præmissis in vtroque casu Consules nullam mercedem recipere possint. Et quod Aromatarij pro tempore dictæ Artis debeant, & teneantur seruare Statuta eiusdem artis sub pœna quinquaginta ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applican. de mandato, & auctoritate similibus statuimus & ordinamus. Qui circa vniuersis, & singulis Almæ vrbis Gubernatori, Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, Sanctissimi Domini nostri Papæ in Alma Vrbe Vicario, eorumque Locatenen. Magnifico, & Illustrissimo D. Curiæ Capitolinæ Senatoris eiusque primo & secundo Collateralibus, necnon quarumcunque prouinciarum S.R.E. Legatis, Vicelegatis, & aliorum eiusdem S.R.E. mediate, vel immediate subiectorum ciuitatum, oppidorum, & locorum Gubernatoribus, Potestatibus, Locatenentibus, Vicarijs, & quibusuis alijs iudicibus, & officialibus quouis nomine nuncupatis modernis, & pro tempore existentibus, tenore præsentium cōmittimus, & mandamus, quatenus dicta statuta, & ordinationes, & alia per nos vobis concessa, sub excommunicationis, ac mille ducatorum auri (exceptis Reuerendissimis Dominis Legatis) Cameræ Apostolicæ in casu contrauentionis applican. pœnis vobis inuiolabiliter obseruent, ac ab alijs, quibus opus fuerit sub pœnis prædictis ad vnguem obseruari mandent, & faciant, Et contra illorum & illarum trangressores, & non obseruatores ad pœnæ condemnationem quoties pro parte uestra, seu alicuius vestrum desuper requisiti fuerint, irremissibiliter procedant, procedique mandent, & faciant: Vobisque fauores, & auxilia sua desuper opportuna pro obseruatione præmissorū statutorū, & ordinationū, ac oīum & singulorū in eis contentorū semper exhibeant, & præstent, Non permittentes propterea vos a quoquam quouis modo molestari, inquietari, impediri, seu perturbari. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem, & testimonium has nostras patentes præsentes literas fieri, & per infrascriptum nostrum, & dictæ Cameræ Apostolicæ Notarium subscribi, sigillique dictæ Cameræ quo in talibus vtimur, iussimus, & fecimus appensione communiri. Dat. Romæ in Camera Apostolica, sub anno a Natiuitate Domini, 1551. Indictione Nona, Die vero 16. mensis Nouembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ III. Anno Secundo.

Camerariatus et decreto Cameræ decernit, Aromatariorum libris fidem adhiberi, vsque ad annos quinque, sicut pigno... &c.

Et ipsos anteriores esse alijs creditoribus defuncti uel decocti, pro medelis eis subministratis, & non veniant in discussione. Libri tamen per Consules approbari debent, alias nihil probant. Statuta artis per eidem seruari debent.

Executores assumpti.

Clausula derog.

Huius Collegij & Vniuersitatis Notarius est D. Antonius Paldus Romanus.

Visa A. Bononien. Cameræ Apostolicæ Decanus.
Visa A. Floren. Cameræ Apostolica Clericus.
Visa C. Cincius Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa Ag. Belhomo Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa I. Soderinus Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa Iulius Sauli Cameræ Apostolicæ Clericus.
Visa H. Melchiorius Cameræ Apostolicæ Clericus,
Alexander Peregrinus.

L I I.

De Pœnis Exulum & Banditorum quorumcunque locorum, & maxime Regni Neapolitani, in Alma Vrbe, & Statu Ecclesiastico commorantium, Et etiam eos receptantium.

Hæc const. Declaratur in const. seq.

De Materia vero Banditorum posui concord. sup. fol. 8 in Pij 2. const. 80. Ad retinendas & vide infra in Pij V. const. 13. Ex supernæ.

IVLIVS Papa III. Ad futuram rei memoriam.

DIGNVM & congruum esse videtur vt hæc Alma Vrbs nostra Beatorum Apostolorum Petri & Pauli sanguine consecrata, & in qua est insignis & venerabilis curia togatorum & Ecclesiasticorum, ad ipsius securitatem,

securitatem, & honestatem expurgata sit exulibus facinorosisque & scandalosis hominibus, propterea statuimus & ordinamus, & ordinando præcipimus, & districte mandamus, vt omnes quorumcunque locorum exules, ac præsertim Regni Neapolitani, quod feudum est S. R. E. & a quibusuis Principibus condemnati siue banditi, debeant per totum sequentem diem post præsentium publicationem ex ipsa Alma Vrbe nostra, & infra quatuor dies immediate sequentes, ex toto dominio Ecclesiastico recessisse, sub pœnis per eorum Principes, seu illorum Magistratus & Officiales contra eos declaratis siue declarandis. Ita vt prædictis terminis elapsis, quicunque in locis ditionis nostræ reperti fuerint, ij in manibus suorum Principum tradi & consignari, sub pœnis contra eos (vt præfertur) declaratis siue declarandis, etiam in prætatis ditionis nostræ locis, subijci debeant. Et vlterius a quocunque etiam priuato in bonis & in persona impune capi & offendi possint. Et eorum receptatores pœnas receptantium Banditos & rebelles nostros ipso facto incurrant. Contrarijs non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Maij millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Exules quorumcunque locorum & maxime Regni Neapolitani, pœnas hic descriptas incurrunt, si reperti sint in locis status Eccl. post publicationem istius const. Publicationem licet hic non habeas, tamé de ea habetur mentio in const. seq. Receptantes, illos pœnas receptantium Banditos status ecclesiastici incurrunt. Quas pœnas vide in const. allegata in sub.

LIII.

Declaratio præcedentis Constitutionis.

IVLIVS Papa III. Ad futuram rei memoriam.

NVPER Volentes Ecclesiastici nostri status, & præsertim huius Almæ Vrbis nostræ securitati honestatique prospicere, prauorumque & scandalosorum hominum periculosum permistionem, a bonorũ & quietorum commercio prohibere, per nostrum edictum vigesima quinta præsentis mensis datum, præcepimus & mandauimus, vt omnes quorumcunque locorum exules, & ab ipsorum Principibus damnati seu bãditi per totum sequentem diem post ipsius edicti nostri publicationem, debeant ex prædicta Alma Vrbe nostra, & infra quatuor dies immediate sequentes ex toto Dominio Ecclesiastico recessisse sub pœnis in præfato edicto nostro contentis. Cum autem post eius edicti publicationem ad nostram plurimorum relatu notitiam deuenerit, multas difficultates super ipsius edicti intelligẽtia, propter ipsius generalitatem, fuisse subortas, & alias suboriri posse, cum non nulli ex alijs Terris & prouincijs oriundi, in Ciues Romanos ascisi sint, multi domicilium in hac Alma Vrbe nostra contraxerint, alij ratione officiorum vel beneficiorum in ea resideant, alij ecclesiasticis ordinibus sint insigniti, qui forte a suis Principibus originarijs, vel alijs banniti fuerunt, vel quos in posterum ab eisdẽ bannire contingeret: multi etiam qui olim exules seu banniti notorie fuerunt, deinceps absolutionem, quæ non ita notoria sit, ab ipsorum Principibus obtinuerint: nonnulli præterea sint qui solum in contumaciam, vel nulliter, & inique, & nullo iuris seruato ordine, vel leuibus interdũ de causis, & ad breue etiã tẽpus condẽnati bãniti que fuerint, aliqui etiam qui saluumconductum, & securitatem in eadem Alma Vrbe, & alijs ditionis nostræ terris commorandi, a nobis ipsis habuerint: quia durum quippe esset, & a mente nostra valde alienum, illiusmodi edicto indifferenter & indistincte comprehendi. Quare ad tollendas super ijs omnes ambiguitates, & captiones, periculaque, quæ ex eo aliquibus fortasse innocentibus creari possent, tenore præsentium declaramus mentis nostræ fuisse, & esse, præfato edicto nostro nullatenus comprehendi, nec illius pœnis subijci ciues Romanos quamuis non originarios, neque in hac ipsa Alma Vrbe nostra domicilium habentes, neque ratione officiorum, aut beneficiorum in ea residentes, neque ecclesiasticis ordinibus insignitos, etiam si sint a suis Principibus originarijs, seu alijs banniti, vel condemnati, vel eos in posterum condemnari vel banniri contingeret: neque etiã quouis alios comprehendi, quorum prius condemnationes, & banna, coram Gubernatore prædictæ Almæ Vrbis nostræ producta, & per eum examinata, atque exulibus, & bannitis ipsis intimata, & in locis publicis eiusdẽ Vrbis affixa & publicata non fuerint. Nos enim hos omnes præfato nostro decreto, pœnisque in eo contentis minime comprehensos esse, & ita ab omnibus censeri debere declaramus, decernimus, & iubemus. Non obstantibus præmissis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima nona Maij, millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Pau. Sodoletus Carpent.

Hoc edictum est in const. praeced.

Dubia exorta super intelligentia præcedentis const.

Declaratio dubiorum.

Clausula derogatoria.

LIIII.

Dilationes, a Visitatoribus Carcerum Vrbis, pauperibus carceratis concessas, eorum Fideiussoribus non suffragari decernit.

De materia Visitatorum & Carceratorum, ponam concord. infra, in Pij Quinti constit. 193. Reuerendi.

De Materia vero dilationum debitoribus non concedendarum, notaui sup. fol. 129. in Innoc. 8. constit. 12. Quoniam & fol. 339. in Clem. 7. const. 31. Cum ex multorum.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Nuper ex rationabilibus causis quibuscunque Romanæ Curiæ Iudicibus, & alijs personis quacunque dignitate, & auctoritate fungentibus, ne aliquas moratorias dilationes, aut saluosconductus, seu significationes, vel quouis alio nomine nuncupatas gratias, concedere quouis prætextu, vel occasione audeãt, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna præceperimus, verum quod carcerum visitatores miserabilibus personis carceratis duntaxat, si eis ex relatione iudicis ad cuius instantiam carceratæ fuerunt, suis creditoribus satisfacere non posse constiterit, postquam carcerem per aliquod notabile temporis spatium sustinuerint, aliquam moderatam dilationem eorum arbitrio, sub cautione saltem de se repræsentando, & non alias concedere possint, voluerimus, prout in motu proprio desuper manu nostra signato primo, & deinde innouato latius continetur. Et quandoque, vt accepimus, præfati Visitatores dilationes per eos carceratis pauperibus huiusmodi concessas, etiam illorum fideiussoribus suffragari debere decreuerint, quod quidem valde absurdum, & inconueniens

His Pont. fel. rec. const. 29. quã habes sup. fol. 331. dilationes debitoribus, per Iudices vrbis & alios concedi, prohibuit, præterquã per Visitatores Carcerum, sub cautione de repræsentan.

Visitatores nō dilationes cōcedās principalibus carceratis, eorum autem fideiussoribus suffragati decreuerunt.

ueniens videtur, cum non ob aliud fideiussores accipiantur, nisi vt si principalis debitor tempore conuento soluere nequeat, illi persoluant, conuenientiusque sit vt illi, qui pro debitore promiserunt eum expectent, quā creditor qui ipsorum fideiussorum fidem est sequutus aliter debitori non crediturus: Idcirco nos motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine Motum proprium nostrum prædictum iterum si opus sit innouan. illique adden. apostolica auctoritate eisdem Visitatoribus carcerum, vt dilationes huiusmodi non nisi carceratis duntaxat, ac modo, & forma præmissis seruatis, concedant, neque illas aliquo modo ad eorundem carceratorum fideiussores extendant, aut illis suffragari quouis modo decernant, præcipimus & mandamus. Et si aliqua decreta per eos in fauorem aliquorum qui carcerati non fuerint, seu etiam carceratorum, contra formam prædictam, aut eorum fideiussorum, aut quoluis alios, præter & contra intentionem nostram fieri forsan contigerit, illa nulla, inualida, & irrita esse, & nemini suffragari debere: Ac illis non obstan. sed penitus reiectis, dilectum filium nostrum, & Curiæ causarum Cameræ apostolicæ generalem Auditorem, & alios Romanæ Curiæ iudices, ad executionem contra eos in quorum fauorem facta extiterint, omnes & singulos, ac si illa nullatenus emanassent, procedere posse, & debere decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Ideo Pontifex mandat Visitatoribus, vt de cetero id nō faciant.

Clausula derogatoria.

Placet Motu proprio. I.

L V.

Confirmatio statutorum seu Capitulorum Dohanæ Mercium Vrbis.

De Materia Dohanæ & Exemptionum ab eius solutione vide sup. fol. 537. constit. 38. Ad aures & fol. 542. constit. 39. Crescentibus & f. 542. constit. 40. Volentes, & in Pauli III. const. 45. Cum sicus accepimus fol. 449.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Sicut accepimus dilectus filius Magister Franciscus de Aspra Generalis Thesaurarius noster pro reformandis ordinibus Dohanæ mercium huius nostræ Almæ Vrbis nonnulla statuta, & ordinationes, seu capitula partim per mercatores, & alios eorū merces, & bona ad ipsam vrbem pro tempore conducentes, seu conduci facientes, & partim per ministros ipsius Dohanæ obseruanda materno sermone seu vernacula lingua ediderit, & in scriptis redegerit huiusmodi sub tenore &c. Nos de statutis, & ordinationibus, seu capitulis huiusmodi ad plenum informati, cupientes illa de cætero inuiolabiliter obseruari, Motu simili &c. statuta, & ordinationes, seu capitula huiusmodi, ac prout illa concernunt omnia, & singula in scriptura desuper confecta contenta, licita, & honesta, ac sacris canonibus non contraria, & inde secuta quæcunque, apostolica auctoritate per præsentes approbamus, & confirmamus, ac illis plenum, & perpetuum firmitatis robur adijcimus, supplentes omnes, & singulos iuris & facti, ac etiam iurisdictionis defectus si qui forsan interuenerint in eisdem, eaque omnia & singula suos plenarios effectus sortiri, & ab omnibus sub pœnis in illis contentis firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, ea omnia prout per dictum Franciscū Thesaurarium, vt supra dictum est, edita fuerunt, de nouo statuimus, & ordinamus, ac sub eisdem pœnis obseruari volumus, & mandamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis personis cuiuscunque dignitatis &c. etiam Cardinalibus, etiam a iure communi, aut alias quomodolibet cōcessis &c. quibus omnibus, etiam si de eis &c. illorum tenores &c. hac vice specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernentes præsentium, etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra, & earum transumptis etiam impressis, manu dilecti filij Guidonis Ascanij S. Mariæ in Vialata Diaconi Cardinalis de sancta Flora nuncupati Camerarij nostri, & eius sigilli impressione munitis, plenariam, & eam omnino quæ præsentibus adhiberetur fidem adhiberi debere, easdemque præsentes postquam per banna publica publicatæ, & illæ seu earum transumptum huiusmodi in ipsius Dohanæ, & singularum portarum eiusdem Vrbis valuis affixæ, & dimissæ, seu affixum, & dimissum fuerint seu fuerit, omnes & singulos in statutis, & ordinationibus, seu capitulis præfatis comprehensos, etiam ad effectum incursus pœnarum prædictarum afficere, & ligare in omnibus & per omnia, perinde ac si illis personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

Confirmatio Statutorū siue Capitulorū Dohanæ.

Clausula derogatoria.

Sola Signatura sufficit.

Forma publicandi hanc const. Quā nō inueni.

Placet, & ita Motu proprio confirmamus, & statuimus. I.

L V I.

De pœnis Homicidarum, Bannitorum, Brigosorum, ac Duellantium, eorumque complicum & fautorum.

De materia Duelli vide sup. fol. 298. Clem. 7. constit. 11. Consueuit & infra Greg. XIII. constit. 82. Ad tollendum, cum ibi not.

De Materia vero Homicidarum & Bannitorum posui concord. sup. in Pij II. constit. 8, Ad retinendas fol. 80. Et vide infra Pij constit. 13. Ex supernæ.

Pij 2 cōst. habes sup fol. 80. nu 8. Ad retinendas. Pauli 2. habes sup. fol. 90. cōst. 5 Motus. Sixt 4. habes sup. fol. 99. constit. 7. Perniciosam & fol. 103. constit. 10 Deo. Innoc. 8 habes fol. 121 cōst. 5 Et si de cunctarū, & fol. 128. cōst. 12. licet ea.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Sicut accepimus licet alias fe. re. Pius II. Paulus etiam II. Sixtus IIII. Innocentius VIII. Iulius similiter II. & Clemens VII. & forsan alij Romani Pontifices prædecessores nostri inter alias pro Almæ Vrbis, & totius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ temporalis status quiete, & tranquillitate susceptas curas, & factas prouisiones

ſiones contra homicidas,& in capitalibus inimicitijs perſeueran.brigoſos nuncupatos,pacis aut tregue fractores, ſine Romani Pontificis aut Officialium ſuorum licentia caualcatas ſeu armatorum collectas facien. ius ſibi ipſis dicen.alioſque tunc expreſſos delinquentes, ipſorumque homicidarum , & aliorum prædictorum , ſeu pro quocunque alio capitali crimine condemnatorum receptatores,aut illis , necnon quibuſcunque perſonis ſingulari certamine,quod Duellum appellant,pugnare volentibus,locum,auxilium,fauorem, & cõſilium directe vel indirecte,per ſe vel alium,publice.vel occulte præſtantes,diuerſas ediderunt conſtitutiones & leges,cum diuerſarum cenſurarum eccleſiaſticarum & aliarum pœnarum comminatione, & impoſitione , prout in ſingulis eorundem prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur,& a certis annis citra,ſicut etiam facti notorietate eſt omnibus cognitum, nonulli inobedientes contra tam ſalutiferas prædeceſſorum huiuſmodi literas ordinationeſque inhibitiones,& decreta in illis contenta elata ceruice temerarioque auſu venire,& facere præſumpſerint,cenſuras,& pœnas prædictas in eiſdem literis contentas damnabiliter incurrendo:attamen qui pro tempore fuerunt Iudices,ad quorum officium ea cura ſpectabat,pro dictarum literarum obſeruantia, & publicæ quietis manutẽtione cõtra eos procedere neglexiſſe,ſeu remiſsius egiſſe reperiuntur,Nos conſiderantes quãta cum maturitate a prædeceſſoribus noſtris literæ prædictæ emanauerint , & quantum publico bono illarum obſeruantia ſit profutura, & propterea nolentes vllo pacto quantum in nobis eſt tolerare quod illarum executio negligatur , literas prædictas , quarum omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſsis haberi volumus,& in eis contenta quæcunque approbantes,& innouantes Motu proprio & ex noſtra certa ſciẽtia,ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Venerabili Fratri Phylos Epiſcopo Aſculan. moderno, & pro tempore exiſtenti Almæ Vrbis Gubernatori , vt poſt ſolemniter in publicis conſuetis Vrbis locis , prout ipſi Phylo Gubernatori videbitur,præſentis cedulæ faciendam publicationem,omni vlteriori mora,& quocunque alio reſpectu poſtpoſitis & ceſſantibus,contra omnes & ſingulas Communitates,Vniuerſitates,necnon Duces,Marchiones,Comitea,Barones,Domicellos,& Dominos temporales,armorum Capitaneos. Ciueſque , incolas,& particulares perſonas quaſcunque ciuitatum oppidorum,terrarum,caſtrorum,villarum,& aliorum locorum eidem Romanæ Eccleſiæ mediate , & immediate ſubiectorum in dictis literis expreſſorum , qui ſingulis prædeceſſorum prædictorum literis prædictis, & contentis in eis hactenus quomodolibet contra iuerunt , ſiue fecerunt,in futurumque (quod abſit) contra ibunt,vel facient , ad declarationem executionemque cenſurarũ, & prædictarum pœnarum rigoroſe,& irremiſſibiliter procedant,& ipſorum quilibet procedat , præſentium tenore in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus,& mandamus. Et ne de modo citandi,& procedendi,probationibuſque faciendis dubitari,aut per diſputationum ſubtilitates , & plerumque etiam cauillationes dictorum Prædeceſſorum,& noſtra circa publicam tranquillitatem huiuſmodi fruſtretur intentio,volumus,& etiam per modum legis perpetuo valituræ ordinamus,quod Contra communitates,Vniuerſitates,& alios prædictos dictarum literarum tranſgreſſores, & quemlibet eorum tam per viam inquiſitionis ſeu denunciationis,& ex officio Curiæ,quam per viam accuſationis ſeu querelæ,a quocunque proponendæ,procedi valeat,poſsintque ipſi contra quos fuerit procedendum citari per edictum hoc modo publicandum , videlicet. Vt contra Roman.ciues ſeu incolas ab Vrbe abſentes,necnon Barones,Domicellos, Communitates , Vniuerſitates,Collegia,perſonas quaſcunque locorum intra quadraginta milliaria ſitorum, debeant originales cedulæ edicti per nuncium,ſiue mandatarium,aut curſorem,vel præconem publicum affigi in valuis Curiæ Capitolij hora qua Senator cũ ſuis Collateralibus pro iura reddendo in aula ipſius Curiæ more ſolito ſedebunt , & poſtquam ita perfecerint,in ingreſſu ſiue ianua aulæ prædictæ alta voce legi & publicari , & deinde cedula ipſa eodem modo affigatur,& publicetur ad valuas Domus habitationis cuiuſlibet citandi ſi in vrbe habitationis domum habuerit,alioquin ad valuas curiæ Gubernatoris præfati hora ſimili qua ipſe Gubernator, vel ſuus Locũtenens pro iure reddendo ſedebit . Contra alios vero locorum diſtantiorum citandos quoſcunque ſimilis affixio,& publicatio fiat in valuis eccleſiæ ſancti Petri ac Cancellariæ apoſtolicæ,& in audien publica literarũ cõtradictarum diebus videlicet quibus audien.lectio celebrabitur, alijs vero diebus eiuſdem audiẽtiæ loco in acie Campi Floræ. Non enim veriſimilis eſſe poterit,neque excuſabilis ignorantia rei tam patẽter notificatæ,ideoque volumus quod huiuſmodi citatio ipſos ſic citandos reſpectiue arctet atque afficiat perinde ac ſi perſonaliter per nuncium ſeu per literas citati fuiſſent,etiam aliter non docto quod ad eos eorumue perſonas ſeu domos tutus non pateat acceſſus , dummodo in quolibet edicto terminus ad comparendum apponatur congruus , ita quod poſſit ad locum ex quo quilibet reus citabitur,ipſius edicti notitia veriſimiliter peruenire,& deinde citatus arrepto itinere commode comparere . Neminem autem putamus dubitaturũ fore quod congruus ſit terminus,ſi pro locis intra quadraginta milliaria ab Vrbe ſitis octo dies aſsignentur,& pro diſtantioribus locis ſi pro ſingulis viginti milliaribus diſtantiæ dictis octo diebus,duo dies addantur , præſumaturque illico præterito termino huiuſmodi ipſius edicti propoſitio , & publicatio ad eorundem citatorum notitiam perueniſſe , ita quod non recipiatur probatio in contrarium . Loca autem ex quibus rei citari , & diſtantia prædicta computari debeat:volumus & decernimus eſſe illa in quibus per receptionem homicidarum,bannitorum, aliorumque prædictorum aut alias prædeceſſorum huiuſmodi literis contrauentum ſeu contrafactum fuiſſe proponetur , etiam ſi ipſi rei citandi tunc ibi non habitent,neque reperiantur,ſeu etiam a multo ante propoſitionem edicti huiuſmodi præterito tempore citra aut ibi nunquam fuerint neque habitauerint,cum eis ſit imputandum, qui in talibus locis deliquerunt, & quoniam temeritatis , & delicti fomitem ibi habuerint ,ac etiam de re ſolliciti eſſe debebunt,nec digni ſunt , qui alibi quærantur , maxime poſtquam præſenti lege publicata , intelligent quo ſit modo contra eos proceden. Volumus præterea quod in quolibet proceſſu contra ſic citatos facien. procedatur ſummarie ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij, nulla terminorum qui in Curia ſubſtantiales appellantur,aut alias iudiciaria obſeruatione interueniẽte,ſed ſola facti,& contrauentionis literarũ prædictarum veritate inſpecta.Et ne etiam ſuper culpa,vel excuſatione ipſorum citatorum forſan ignoran.factæ contrauentionis literarum huiuſmodi allegantes diſputan. literis prædictis prædeceſſorum ac noſtra inten. publicæque tranquillitati huiuſmodi per prauas malorum aſtutias,& fucata media fraus aliqua fiat,Declaramus , & volumus vt quo ad illos qui hactenus deliquerunt circa præſumendam vel probandam eorum ſcientiam,ſi ad ſe defendendum prout citati erunt comparuerint , ſequetur qualiſcunque ſit iuris communis diſpoſitio : quo vero ad illos qui in futurum deliquiſſe dicentur,etiam alijs contra eos probationibus non factis præſumantur,intelligantur, & iudicentur,ſcienter literis prædictis (quantum attinet ad receptationẽ,conſilij,auxilij,victualiũ.loci,& fau-

Iul.3.fol.172 cõſtit 9 cum homĩnes & fol.175.cõſtit. 9. Regis & Clem 7.fol 198. cõſt.11.cõſeruan.

Confirmat iſte Pont.conſtitutiones a ſupradictis Pont.editas,contra Homicidas & Bannitos, Duellãtes,ac Brigoſos

Et committit Vrbis Gubernatori vt contra tranſgreſſores procedat etiam ex officio Curiæ &c. citando etiam per edictum vt hic.

Contrauentores quando poſsunt ignorantiam allegare.

ris præstationem) contra iuisse, pœnasque in illis contentas incurrisse, quicunque aliquem in Alma Vrbe seu in alia qualibet ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis Ciuitatibus, Terris, & locis pro quocunque crimine capitali per ipsius Vrbis aliarumque Ciuitatum ac terrarum & locorum iudices publice bannitum, receptauerit, seu illi consilium victualia auxilium fauorem ac pro singulari certamine facien. locum præstiterit, seu præstari iusserit, curauerit, vel promiserit, aut aliquid aliud de præmissis in dictorum prædecessorum literis prohibitis fecerit, & per cuius, etiam absentis, & ignorantis, vassallos, officiales, ministros, agētes, & homines quoscunque talia facta aut permissa fuerint, æque enim peccare arbitramur, qui per se ipsum facit, & qui non curat ne fiat per eos quos ipse cohibere potest, alioquin facile esset literarum præfatum effectum illudere, si illis qui scire, & curare per se ipsos debent, ignorantiæ propriæ culpæque alienæ permitteretur allegatio, nisi forte de receptione facta delati fuerant publici hospitatores, quoniam suorum hospitum conditionem explorare non tenentur, nolumus censeri esse in culpa nisi probetur quod scienter peccauerint. Volumus quoque præsentis cedulæ solam signaturam etiam absque eo quod datata, & registrata fuerit, & tam ipsam originalem, quæcunque constitutione, vel regula forsan contraria non obstantibus, quam eius exempla per Notarium curiæ præsentis, & pro tempore futuri Gubernatoris subscripta vbique fidem facere. Non obstantibus omnibus illis quæ dicti prædecessores in suis literis prædictis voluerunt non obstare, alijsque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, statutisque, & consuetudinibus iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis, quibusuis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. & alijs quibusuis quacunque tam mundana quam ecclesiastica auctoritate fulgen. personis concessis, & innouatis, illorum tenores etiam si pro sufficienti illorum derogatione totalis expressio seu insertio, vel alia certa forma requireretur; pro sufficienter expressis habentes, cæterisque contrarijs quibuscunque.

In publicis Hospitatoribus scientia & culpa non præsumitur.

Clausula derogatoria.

Placet, & ita Motu proprio præcipimus, & ordinamus. I.

L V I I.

Prohibitio impediendi aut aliquid exigen. ab Affidatis conducentibus eorum animalia in Dohanam Patrimonij.

Hoc idem, prohibuit Pius II. sup. fol. 82. in eius const. 10. Inter cæteras, & Leo x. fol. 232. in eius const. 28. Quoniam & Greg. 13. inf. in eius constit. 46. Decet Romanum vbi not.

IVLIVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM Sicut nuper accepimus non sine animi nostri displicentia licet diuersi Romani Pontifices & præcipue fe. re. Pius II. & Alexander VI. Prædecessores nostri prouide cōsiderantes, vt fructus & introitus Cameræ apostolicæ præseruarentur illæsi, & Camera præfata quotidianas impēsas & onera grandia pro Romanæ Ecclesiæ statu cōseruādo iugiter incūbentia, facilius tolerare valeret, Quoniā introitus & prouētus Cam. præfatæ ea Dohana pecudū Patrimonij Maritimæ & Cāpaniæ prouenien. qui inter primarias haberi cōsueuerāt, per dāna & impedimēta quā plurima, quæ cōducētibus animalia diuersi generis ad pascuandū in Dohanā prædictā per Cōitates Vniuersitates Comites Barones Dominos Castellanos ac alias particulares personas inueniēdo & redeūdo in personis aīalibus bonis ac rebus eorū inferebantur plurimū dāni contingebat, ac plurimi, in graue ipsius Cameræ damnū & præiudiciū, timentes hmōi damna eorū animalia transmittere nolebant) inter cætera priuilegia dictæ Dohanæ & Affidatis concessa, prospicien. quod dicti Affidati sub fide publica & clypeo ipsius Cameræ, ad dictam Dohanam vndique concurrunt, & debitum Dohanæ persoluunt mandauerint & ordinauerint omnibus & singulis Communitatibus, Populis Vniuersitatibus Comitibus Dominis Baronibus Nobilibus, particularibusque personis tūc præsentibus & futuris S. R. E. subiectis mediate & immediate, cuiuscunque status gradus ordinis vel conditionis aut dignitatis essent, Clericis & Laicis etiam Capitulis, Collegijs, & quibusuis alijs Vniuersitatibus, quatenus ex tunc de cætero prætextu alicuius prætensæ consuetudinis, aut quauis alia ratione, occasione vel causa, directe vel indirecte, conducentibus huiusmodi animalia ad pascuandum sub fide in Dohanam prædictam, damnum molestiam aut quoduis aliud impedimentum in personis animalibus rebus & bonis eorum in veniendo stando & redeundo nullatenus inferre auderent, aut præsumerent, sed huiusmodi animalia conducentes benigne reciperent, & beneuole pertractarent, ac sine iniuria prorsus vel alio impedimento reali vel personali per eorum Ciuitates Terras loca & tenimenta libere transire permitterent, sub refectionis omnium & singulorum damnorum expensarum & interesse partibus læsis reficien. ac etiam dupli extimationis damnorum prædictorum illatorum Cameræ apostolicæ applican. pœnis, quas pœnas quamcunque Communitatem in cuius locis terris & tenimentis damnum huiusmodi sic illatum fuerit, incurrere voluerint eo ipso, & pro pleniaria obseruatione etiam tunc & pro tempore existentibus Dohanerijs facultatem amplā in præmissis proceden. concesserit, & quod exinde etiam piæ mem. Leo x. prædecessor noster accepto ex crebris Affidatorum querelis quod animalia huiusmodi in Dohanam acceden. & affidata in itineribus varijs in locis intercipiebantur, & pastores impediebantur Gabellisque passagijs oneribus, & quod peius erat, abactis pecoribus & aliquando violenter ablatis, verebantur, in non modicum etiam Dohaneriorum damnum, ac sedis Apostolicæ & Cameræ contemptum, certum Commissarium deputauerit, vt ad omnia & singula loca, Arces, Ciuitates, Oppida, & Terras in quibus opus esse duceret, accederet, & illius literas vt nullo vnquam tempore illarū ignorantiam quisquā allegare posset, intimaret, ac mādaret, prout ipse prædecessor per dictas literas sub excommunicationis, interdicti, & quingentorum Ducatorum auri de Camera ipso facto incurrendis, & respectiue Cam. Apost. applicandis pœnis, mādabat & inhibebat, ne dicta aīalia, pastores & famulos, vel ministros, impedirent, vexarent, seu pro ipsis Gabellis passagium porticum pedagium vel aliquid aliud exigerent, seu edulos peterent, aut acciperent, sed liberos & exemptos iuxta formam & tenorem priuilegij Dohanarum, fide nuncupatæ, ire, & redire, stare & pernoctari permitterent. Decernendo ea tunc huiusmodi impedientes, absque alia declaratione, præfatas pœnas incurrisse, quas etiam per viam repræsaliarum illas ex tunc contra delinquentes personas, earumque Communitates, res, & bona relaxatis, per dictum Commissarium & S. R. E. Officiales exigi debere

Pij 2. const. habes sup. fo. 82. nume. 10. Inter cæteras.

Alex. 6. cōst. istā hæc non habes, sed habes aliam in materia sup. f. 237. nu. 5. Romani.

Tenor const. Pij 2. & Alex. 6.

Leo x. const. habes sup. fol. 232. nu. 28. Quoniā.

Tenor constit. Leo x.

Mandando

Mandando omnibus & singulis Legatis, Gubernatoribus, Potestatibus, prioribus, Barisellis & alijs publicis, & priuatis personis S. R. E. mediatè, vel immediatè subiectis, Baronibus, & Ductoribus Gentium, & armorum, quatenus in præmissus appositione fauorem præstarent, ac executionem realiter, & personaliter in contrauenientes facerent. Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam prouincialibus, priuilegijs, indultis, consuetudinibus quorumcunque, & qualitercunque introductis, ceterisque non obstan. quibuscunque. Et postremo etiam per Cam. apostolicam super indebitis huiusmodi molestijs, & impedimentis, videlicet quod Affidati cum eorum animalibus, rebus, & bonis, iuxta formam, & seriem Affidæ solitæ sibi pro tempore concessæ, priuilegijs, & indultis, ac immunitatibus vti, frui, & gaudere, quodque in itinere per triduum in quibuscunque locis publicis, & priuatis pascuare possent, vtque viæ strictæ ampliarentur, per visum extiterit, & alias prout latius in literis singulis, tam sub plumbo, quam per breue prælibatorum Pij, Alexandri, & Leonis prædecessorum nostrorum, ac patentibus Cameralibus latius constat, & apparet. Nihilominus nonnulli iniquitatis filij in prauum tendentes, etiam temporibus his varias molestias, & grauamina in præmissis Affidatis inferre non cessant, & Vniuersitates etiam Castellani, & Gabellarij præsertim, & aliæ priuatæ personæ inter alios contra dictos Affidatos adeo insolescunt, probibendo pascua, capiendo edos, & ciauanos, aliaque ab illis extorquendo, licet indebite, ac animalia, res, & bona deprædando, & depredata occultando, & diuersimode damnificando, & personas offendendo, vt ipsi Affidati merito pertimescant, nisi de opportuno remedio prouideatur, ad ipsam Dohanam cum animalibus eorum attendere, sicque ipsius Cameræ introitus quotidie diminuuntur. Nos itaque attendentes æquũ esse, vt ipsis Affidalis, qui propterea debitum Dohanæ persoluunt, priuilegia, & immunitates, ac eorũ fidæ obseruentur, & in contrarium tentantes, si non virtutis amore, saltem metu pœnæ coerceantur, Cupientesque in præmissis opportune prouidere, prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine. literas præfatas Pij, Alexandri, & Leonis, ac patentes Camerales, ac in eis contenta quæcunque, & alia prædicta, de præmissis certam notitiam habentes & illarum omnium & singularum tenores pro expressis, & insertis habentes, approbamus, cõfirmamus, & nostro, & Sedis apostolicæ munimine roboramus, & innouamus, & de nouo concedimus. Supplentes quatenus opus sit omnes & singulos, tã iuris, quam facti defectus, si qui forsan in eisdem interuenissent: Et nihilominus omnibus & singulis Cõmunitat. Baronibus, Domicellis, Dominis, Castellanis, Vicarijs, Potestatibus, & alijs quibuiuis etiam priuatis personis cuiuscunque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, tam clericis, quam laicis, etiam capitaneis, & alijs quibuscunque sub indignationis nostræ, ac interdicti, et quingentorum ducatorum auri Cameræ apostolicæ applican. ipso facto inuiolabiliter incurren. pœnis districtius inhibendo harum serie præcipimus, & mandamus, vt de cætero non audeant, vel præsumant, seu eorum aliquis audeat, vel præsumat contra dictos Affidatos, seu eorum aliquem, vel eorum animalia, res, & bona inueniendo ad ipsam Dohanam stando, & redeundo, aliquam molestiam afferre, seu se opponere, quo minus iuxta præmissa pascuis cum eorum animalibus, priuilegijs, immunitatibus, & alijs præmissis, ac alijs in eorum fida contentis libere vti, frui, & gaudere valeant, & præsertim ne audeant hedulos, ciauarros, agnos, vel quicquam aliud ab eis ratione passagij, gabellæ, pedagij, seu quauis alia causa, & occasione extorquere, vel petere, seu accipere: Quinimmo tutè, & libere absque aliqua molestia, & iniuria pascuare, transire, ire, & redire omnino faciant, & permittant: Et vt præmissa facilius exequantur, & ipsi Affidati sincero animo, & ilari mente absque aliqua trepidatione ad ipsam Dohanam accedere valeant: dilectis filijs Præsidentibus, & Clericis nostræ Cameræ apostolicæ tenore præsentium committimus, & mandamus, vt præmissa obseruent, & ab alijs obseruari faciant, & totiens, quotiens sibi visum fuerit vnum ex præfatis Clericis deputent, qui vna cum moderno, & pro tempore existenti Dohanerio, de rebus ipsius Dohanæ informato, vnum, vel plures commissarios deputent, & transmittant, qui ad Cimtates, Terras, Castra, & arces, & loca quæcunque nobis, & S. R. E. ad quæ sibi pro præmissis exequen. expedire videbitur accedant, & tam per se, quam substituendos ab eis præmissa, & singula Vniuersitatibus, Baronibus, Domicellis, Potestatibus, Castellanis, Vicarijs, & alijs præfatis intiment, & intimari faciant, & quatenus aliqui culpabiles existant, irremissibiliter ad executionem dictarum pœnarum per dictos Commissarios, ac Dohanerium, necnon Cameram apostolicam, & pro tempore deputandum ab ea, & alios quoscunque S. R. E. Officiales, tam coniunctim, quam diuisim procedi volumus, etiam per viam represaliarum, quas exoune, etiam contra Vniuersitates, & homines locorum, in quorum territorijs damnum dari, & in præmissis delinqui, seu contra præmissa quicquam fieri, vel attentari contingat, decernimus, & relaxamus: decernentes conducentibus ipsa animalia, quo ad damna illata, agnosque, seu alia animalia, pecuniarum summas, res, & bona eisdem ablata, illorumque extimationem, valorem, & quantitatem, & qualitatem, vel loca damnorum sibi illatorum, & bonorum ablatorum, medio iuramento plenam fidem adhiberi in iudicio, & extra: Ac volumus quod intimatio per dictos Commissarios, seu substituendos ab eis, vel quos elegerint publicos notarios, seu iuratos nuncios faciendo, facta in persona alicuius ex Prioribus locorum, vel Potestatis, vel Massarij, vel Vicarij, aut Castellani, aut dimissa copia collationata ad valuas loci, seu locorum, vbi homines congregari pro eorum negocijs publicis solent, perinde efficiat, ac si personaliter omnibus, & quibuscunque, ac in pleno, & generali Concilio intimata foret. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus quarumcunque Ciuitatum, Prouinciarum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subditis mediatè, & immediatè præfatis Commissarijs nostris, & substituendis ab eis in præmissis faueant, & assistant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, etiam prouincialibus statutis iuramento, seu quauis alia firmitate roboratis, ac priuilegijs, & indultis, alijsque quæ in dictis literijs Pij, Alexandri, & Leonis prædecessorum nostrorum placuit non obstare, cæterisque in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque, Volumusque quod sola signatura præsentium sufficiat, & in iudicio, & extra plenam fidem faciat, regula contrariæ non obstante, vel si dicto Commissario videbitur, literæ etiam in forma breuis expedire valeant, cum opportuna omnium, & singulorum derogatione in amplissima forma extendenda, & alijs clausulis opportunis, & consuetis.

Placet Motu proprio. I.

Bbbb Ciues

Camera apostolica concessit Affidatis vt in itinere per triduum pascuare possent, & viæ strictæ ampliarentur. Hoc declaratur per Greg. 13. cõst. 46. Decet Rom.

Non obstantibus prohibitionibus prædictis Affidati impediebantur, & molestabantur.

Ideo Pontif. Confirmat cõst. Pij 2. Alex. 6. & Leonis 10. ac patentes Cam. earũq; defectus supplet

Præcipitque Affidatos non molestari aliquo modo, sub pœnis hic expressis.

Et Executores deputat clericos Cameræ apostol. & Dohanerium.

Executorum facultates contra inobedientes.

Quo ad damna illata conducentibus animalia medio iuramẽto creditur.

Intimatio huius const. contra vnũ ex Prioribus aut Potestati, vel Massario locorũ personaliter facta ad valuas loci dimissa copia, obligat, prout si personaliter intimata foret.

Decretũ irritãs.

Haec const. vidẽ registratã in lib. statut. Dohanæ fol. 63.

LVIII.

Ciues Romani non Originarij Fidam Dohanæ Patrimonij soluere tenentur, sicut Forenses.

Hoc idem habes supra fol.76.in Pij 2. const.4. Circunspecta, & fol. 133. in Innocen.8. constit.15.Cum sæpe.& fol.137.Alexand.6.const.5.Romani. Et declarationem vide infra in Greg. 13. constit. 46. Decet Romanum.

[illegible]

De Materia autem huius Dohanæ posui concord. supra fol.87. in Pauli 2.const.1. Quoniam.

IVLIVS Episcopus &c. Motu proprio &c.

CVM inter alios Cameræ apostolicæ redditus diuersis etiam Romanæ curiæ Officialium Collegijs sint annui redditus,qui ea Dohana Patrimonij vulgariter nuncupata percipiuntur, conueniatq; non solum pro officialium prædictorum,sed etiam pro ipsius Cameræ,quæ officialibus prædictis obligata existit, interesse redditus huiusmodi non solum manuteneri,sed etiam pro posse augeri. Et licet inter alias tenutas in pertinentijs patrimonij existentes ad diuersas personas,Collegia,Vniuersitates,Ecclesias,& loca pia spectantes vsui dictæ Dohanæ, ex cuius prouentibus earundem tenutarum dominis certæ annuæ pecuniarum summæ solui consueuerunt fuerit,& sic quadam tenuta, vulgariter nuncupata Montis Romani & pro manutentione dictæ Dohanæ fel.rec.Innocentius Papa Octauus prædecessor noster,ad obuiandum fraudibus quæ plerumque in præiudicium Dohanæ prædictæ fiebant,statuerit,& ordinauerit, quod omnes per priuilegium, seu alias quomodolibet facti Romani Ciues,non obstante acquisita Ciuilitate huiusmodi, & illius priuilegijs, nihilominus ad soluendum consuetum Dohanæ prædictæ obligarentur, & licet etiam insuper secundum decretum alias in plena Camera factum pro veruecibus Castratis nuncupatis, qui vltra duos menses, intra eiusdem Dohanæ pertinentijs permanserint,eidem Dohanæ debitum sit persoluendum,nihilominus non desunt, qui indies Dohanarijs,& agentibus Dohanæ prædictæ, in præmissis se opponere, eosque impedire satagant. Nos igitur pro officialium, & Cameræ præfatæ indemnitate,modernorumque,& qui erunt pro tempore eiusdem Dohanæ Dohaneriorum quiete oppositiones,& impedimenta huiusmodi penitus remouere,& tollere volentes,Motu simili &c. omnes & quascunque lites,& causas super præmissis,& quolibet præmissorum inter Dohanerios,seu etiam Cameram præfatam ea vna,& quoscunque alios ex altera parte forsan pendentes ad nos aduocamus,& penitus extinguimus,partibusque ipsis desuper perpetuum silentium imponimus.Volumusque,statuimus,& ordinamus quod de cetero in perpetuum omnes illæ tenutæ, quæ fuerint vsui dictæ Dohanæ. vt præfertur,deputare, eisdem modo, & forma permanere,& perseuerare, nec ab illorum dominis desuper quicquam innouari, aut plusquam sit eos per Dohanarios solui consuetum, peti possit. Quodque circa exemptionem Ciuium Romanorum non originariorum, et circa solutionem debiti Dohanæ præfatæ ordinatio Innocent.prædecessoris, et decretum Camerale prædictum respectiue inuiolabiliter obseruari debeāt. Mandantes dilectis filijs Guidoni Aschanio sancti Eustachij Diacono sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Camerario nostro,et Thesaurario generali, Præsidētibusq; et Clericis Cameræ, vt præmissa obseruent, et ab alijs inuiolabiliter obseruari faciant, et mandent: Præsentiumq; quarum solam signaturam Regula contraria non obstante sufficere, et vbique in iudicio, et extra fidem facere, volumus,de subreptionis,obreptionis,intentionis nostræ defectu,seu alio vitio infringi, notari, et redargui nullatenus posse. Sicque per prænominatos, et alios quoscunque Iudices,quacunque præfulgeant dignitate,et auctoritate fungantur, etiam sacri nostri palatij apostolici causarum Auditores, et sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos sublata etc.ac irritum,et inane etc.iudicari,et interpretari debere decernimus. Præmissis,ac constitutionibus,et ordinationibus apostolicis,priuilegijs quoque, indultis, ac literis apostolicis, tam sub plumbo,quam per breue,sub quibusuis verborum expressionibus, et alijs quantumcunque fortissimis, et insolitis derogatoriarum derogatorijs,irritantibusque,et alijs decretis illorum, ac præmissorum, et aliorum omnium et singulorum,sic forsan latius generaliter,vel specialiter de necessitate exprimendis, tenores, perinde,ac si specifica indiuidua mentio, ac de verbo ad verbum expressio facta foret, non per clausulas generales idem importantes,pro plene, et sufficienter expressis,et supradictis, Ceterisque in contrarium facien. non obstantibus quibuscunque,cum clausulis opportunis, et consuetis.

Placet Motu proprio. I.

Innoc. 8. const. habes su. fo. 137. nu. 5. Cum sæpe.

Extinctio litium super præmissis vertēt.

De Tenutis comprehensis in Dohana vide declarationem inf. in Greg. 13. cōst. 46. Romanū decet.

Confirmatio dictæ const. Innoc. § Quod Ciues Romani non originatu soluant idem sicut forenses.

Deputatio Executorū istius cōst.

Decretū irritans Clausula derogatoriæ.

Hanc constitut. Vidi registratam in lib. Statut. Dohanæ fol. 18.

LVIIII.

Iudæorum Vrbis causas ciuiles & criminales Vicarius Pontificis duntaxat recognoscere potest.

Quod non procedit quo ad Iudæos Bancherios, quia eorum causæ circa capitula Bancheriorum spectant ad Camerarium vt habes infra in Greg. 13.const.43.Cum sicut accepimus aliās.

De iurisdictione Vicarij Vrbis posui concord. sup. in Clem.7. const.53. Licet Ecclesiarum.fol.352.

De Materia vero Iudæorum vide sup.fol.415.in Pauli 3.const.29. Cupientes, vbi notaui.

IVLIVS Papa III. Motu proprio etc.

CVM sicut accepimus vniuersitatem Hebræorum Vrbis, et homines illius particulares contra omnem iuris ordinem, ac bullas, et priuilegia dilecto fratri nostro Philippo Archinto Salutiarum Episcopo, nostræ Vrbis, ac illius districtus Vicario generali in præfatos Hebræos priuatiuæ iurisdictionis per felicis recordationis Paulum Papam Tertium prædecessorem nostrum concessa, et per nos confirmata, diuersimode sine iurisdictione,et de facto coram alijs Vrbis tribunalibus, tam per vniuersitates, quam particulares plerumque ex officio curiæ,et ad querelam,ac petitionem vel Hebræorum,seu Christianorum respectiue molestantur,inquietantur, perturbantur, quo fit vt iustitia non solum circa ciuiles, verum etiam criminales causæ suum debitum non sortiatur effectum, et iurisdictio eiusdem Vicarij ab alijs indebite vsurpetur, cum actiue,& passiue præfati Hebræi iurisdictioni dicti Vicarij Vrbis subijciantur, Idcirco volentes sicut ordo iuris,et æquitatis suadet,

Pauli 3. constit. istam hic nō habes, sed habes aliam quam vide sup. fol. 322. nu. 32. Licet, & ibi notaui.

[illegible]

vt dicta

ut dicta iurisdictio Hebræorum sit eiusdem Vicarij, & ab alijs præter mentem nostram non vsurpetur, Motu simili, & ex certa nostra scientia non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, ac de apostolicæ potestatis plenitudine dictas bullas, & priuilegia sic, vt præmittitur, prædicto fratri nostro Philippo Vicario in Hebræos concessa actiue, & passiue inter ipsos, inter alios passiue tantum confirmamus, & approbamus, ac roboris firmitatem quatenus opus sit adijcimus. Mandantes nunc, & pro tempore existentibus almæ Vrbis Gubernatori, Auditori Cam. Senatori. Cam. apost. præsidentibus, & clericis, omnibusque alijs Vrbis Iudicibus, tam ordinarijs, quam delegatis quacunque iurisdictione & auctoritate fungentibus, & functuris, ne in causis Hebræorum tam vniuersitatis, quam particularium ciuilibus, & criminalibus, ac mixtis se de cetero intromittant, immo illas ad eundem Vicarium nostrum iuxta formam dictarum facultatum, ac priuilegiorum remittant, inhibitionesque, ac significationes per alios, quam a dicto Vicario a præfatis Hebræis obtentas, & in posterum obtinendas, per præsentes annullamus, ac pro nullis haberi volumus, & mandamus. Non obstantibus facultatibus, ac priuilegijs, & bullis, ac literis apostolicis, seu motibus proprijs per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos dictis Gubernatori, Auditori Cam. Senatori, Præsidentibus, & Clericis Cameræ Apost. omnibusque alijs tam delegatis, quam ordinarijs Iudicibus circa iurisdictionem concessis, ceterisq; contrarijs, non obstantibus quibuscunque. Cum facultate præfatis Gubernatori, Auditori Cam. Senatori, Clericis, & præsidentibus Cam. apost. ac omnibus alijs Vrbis nostræ iudicibus, vniuersitati prædictæ, ac particularibus illius hominibus, & personis, barisello, ac omnibus alijs Vrbis executoribus, & subexecutoribus sub pœnis pecuniarijs, & censuris ecclesiasticis imponendis, & applicandis inhibendi, illasq; in euentum contrauentionis, tam per dictos iudices, quam executores, & iustitiæ ministros, ac quoscunque alios incurrisse, declaran. aggrauan. interdicen. auxiliumq; brachij secularis inuocan. ceteraq; omnia & singula in præmissis, & præmissorum quolibet faciendi, dicen. geren. exercen. & plenariè exequendi: Ac quicquid secus factum, seu innouatum, vel attentatum per dictos iudices, & quoscunq; fuerit, irritum, & inane decernentes, cum clausulis necessarijs, & opportunis.

Confirmatio facultatũ Vicario concessarum, circa causas Iudæorum.

Inhibitio Iudicibus Vrbis, ne in causis Iudæorum se intromittant.

Clausulæ derogatoriæ.

Facultates Vicarij pro obseruatione istius cõst.

Decretũ irritans

Placet. I.

LX.

De Religiosis extra claustra Religionum vagantibus, & Iurisdictione, & Facultatibus Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Auditoris, procedendi contra.

De Materia vide infra Pauli 4. const. 29. Postquàm vbi notabo.

IVLIVS Papa Tertius, Motu proprio &c.

CVM sicut non sine graui animi nostri displicentia accepimus quamplures vtriusq; sexus diuersorum ordinum regulares, & professæ personæ, propriarum animarum salutis immemores, extra suorum ordinum regularia loca diuagantes, diuersis prætensis prætextibus, vtpote declaratoriarum quod religioni, & ordini suis astrictæ non existant, ac standi extra eiusdem sui ordinis regularia loca, deseruiendique beneficijs ecclesiasticis, & illa obtinendi tam a suis superioribus, quam a sede apostolica licentiarum, & dispensationum per eos sub falsis assertionibus, & narratiuis obtentarum, & etiam multis suffulti licentijs, & dispensationibus, immo temeritate propria, vt apostatæ partim in suo habitu, & partim illo dimisso commorantur, & diuinorum officiorum celebrationi, & curæ animarum exercitio, licet apostatæ, & alias ad id inhabiles, necnon secularibus, & mecanicis negocijs se immisceant, & alioquin etiam scãdalosè vitam degant, excõmunicationis, aliasq; censuras, & pœnas in tales promulgatas incurrendo, in diuinæ maiestatis offensam, ac religionis obbrobrium, & animarum suarum damnationis periculum, perniciosum quoque exemplum, & scãdalum plurimorum. Nos opportunis remedijs, prout nostro incumbit officio, in præmissis opportune prouidere volentes, Motu simili, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate apostolica dilecto filio curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori, coram quo multi ex religiosis præfatis culpabiles reperti fuerunt, tenore præsentium committimus, & mandamus, ac desuper plenam, liberam, & omnimodam potestatem, facultatem, & auctoritatem concedimus, vt tam ex officio suo, & curiæ, quam etiam instante procuratore Fiscali, omnes & singulas vtriusque sexus, cuiusuis ordinis religiosas personas extra suorum ordinum regularia loca, & in seculo cum vel sine habitu regulari, tam in alma Vrbe, quam extra commorantes, cuiuscunque dignitatis, status gradus ordinis, vel conditionis, ad literas, processus, testium dicta, & depositiones, necnon sententias desuper latas, aliaque iura, & munimenta, quorum vigore extra regularia loca in seculo huiusmodi permanere, ac beneficijs deseruire, & illa obtinere posse se prætendunt, ostendendum, & exhibendum sub censuris ecclesiasticis, necnon priuationis officiorum, dignitatum, beneficiorum per eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, alijsq; de quibus ipsi Auditori videbitur, etiam pecuniarijs arbitrio suo moderandis & applicandis pœnis moneat, & requirat, ac moneri, & requiri mandet, & faciat, ac non comparentes, seu alias monitionibus, & requisitionibus huiusmodi non parentes, censuras & pœnas huiusmodi incidisse, & incurrisse, etiam summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedendo, declaret, aggrauet, reaggrauet, & auxilium brachij secularis inuocet. Ipsas vero personas comparentes si illas nullatenus, aut minus legitime declaratas, vel dispensatas, siue eorum iura processus, literas, sententias, scripturas, & munimenta minus legitime expedita sint surreptitia, vel obreptitia, vel nulla, & inualida, siue ipsas personas licet legitime dispensatas, inhonestæ tamen, seu scandalosæ vitæ esse repererit, ad redeundum ad suos ordines, & illorum regularia loca, & male viuentes ad honestam vitam, iuxta literarum per eas obtentarum continentiam ducendam, & seruandam per easdem censuras, & pœnas, quã alia iuris, & facti remedia, de quibus sibi videbitur, opportuna (facto verbo, & communicato negotio cum Protectoribus, seu generalibus Ordinum, quorum fuerint) cogat, & compellat, ac beneficia per eos pro tempore obtenta, per eorum incapacitatem, & inualiditatem vacauisse, & vacare, & tanquam sic vacantia alijs conferri posse, simili modo procedendo, prout iustum fuerit decernat, & declaret: Necnon ad cor reuertentes, & de per eas commissis pœnitentes, & ad regularia suorum ordinum loca redire, & vitam inhonestã huiusmodi mutare volentes, a quibusuis censuris, & pœnis, quas propterea incurrerunt, apostasiæ nota, & excessibus quibuscunque per eos commissis in vtroque foro absoluat, & cum eis super ir-

Religiosi quamplures sub varijs prætextib⁹ extra claustra Religionum vagabant. Vnde mala hic expressa oriebantur.

Ideo Pont. committit A. Ca. vt eos moneat ad ostenden. eorũ iura, quorum vigore extra claustra stare prætendunt.

Et inobedientes coerceat, vt hic.

Comparentes autem cogat ad redeundum ad loca Religionis, si eos cognouerit minus legitime fuisse dispensatos, vel esse vitæ scãdalosæ

Pœnitentesque: & ad religionem redeuntes absoluendi.

regularitate per eos quomodolibet contracta: quodque præmissis non obstantibus, & susceptis etiam per eos sacris etiam presbyteratus ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare possint, dispenset, eosque in pristinum, & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant statum restituat, & reintegret: dictam quoque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam per eos contractam, ab eis aboleat: necnon in suis regularibus locis per eorum superiores sub eisdem censuris & pœnis recipi, & charitatiue tractari realiter, & cum effectu, etiam simili modo procedendo, mandet, & faciat: Cum potestate in Romana curia, & extra eam, & in partibus citandi, ac quibusuis, & quotiens opus fuerit, etiam sub similibus censuris, & pœnis inhibendi &c. ac declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, & auxilium brachij secularis, si opus fuerit inuocandi. Nos enim Motu simili &c omnes & singulas appellationes, prouocationes, & reclamationes, per easdem religiosas, & alias quascunque personas, a quibusuis decretis, sententijs, & ordinationibus ac mandatis, pro tempore per dictum Auditorem super præmissis latis, & factis, alijsque gestis pro tempore interpositas eorundem per quascuoque, etiam per nos & sedem apostolicam pro tempore factas commissiones, & illarum vigore inhibitiones, alias quam vigore commissionum manu nostra propria signatarum, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, & momenti fore, irritum &c. decernimus Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, stylo palatij, & aliarū curiarum spiritualium, & temporalium, etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis quorumuis ordinum, quibusuis superioribus, & prælatis, & alijs iudicibus, & personis, etiam de non recipiendis, & acceptandis apostatis, & regularibus personis, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, hac vice specialiter, & expresse derogamus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscuoque, præmissorum omnium, & singulorum, & aliorum hic forsan latius de necessitate exprimendorum tenores, continentias, atque formas, pro plene, & sufficienter expressis habentes. Volumus autem quod præsens motus proprius vim perpetuæ, & irrefragabilis constitutionis habeat, illiusque sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, regula contraria non obstante.

Facultas A.C. citandi &c.

Appellatio non admittitur nisi ex rescriptis signatis manu Papæ.

Clausula derog.

Placet Motu proprio. I.

L X I.

Officia Militum de Lilio, & aliorum, quorum Collegia in Prouincijs Marchiæ, Romandiolæ, Vmbriæ, & Patrimonij erecta fuerunt, in manibus Pontificis tantummodo resignari, & ab ipso impetrari, debent: Et noui Milites a Collegio in Vrbe duntaxat admitti possunt.

De erectione Collegij Militum de Lilio habes sup. fol. 455. in Pauli III. constit. 50. in Beati. & de illius Augmento vide infra Pauli IIII. constit. 25. Ita est.

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

DVDVM fe. re. Paulus Papa III. prædecessor noster imminentibus necessitatibus ductus, ac pro statu Romanæ Ecclesiæ, & orthodoxæ fidei, ac libertatis Ecclesiæ tutela, & seu tunc alijs expressis causis, habita desuper cum fratribus nostris, de quorum numero tunc eramus, matura deliberatione, ac de eorum vnanimi consilio & assensu, quam plura Collegia in Vrbe, & extra eam, & inter alia in prouincijs nostris, tunc suis, videlicet Marchiæ Anconitanæ, vnum Lauretanorum centū quinquaginta, vnius Romādiolæ, aliud sancti Georgij centum quinquaginta, ac etiam aliud Patrimonij beati Petri in Tuscia de Lilio quinquaginta virorum Militum participantium nuncupatorum, perpetuo erexit, auxitque respectiue pariter, & instituit, & eisdem singulis collegijs, & eorum Militibus certos tunc expressos redditus ac diuersa priuilegia, gratias, dispensationes, prærogatiuas, facultates, & indulta, præsertim inter alia, quod ipsorum officia in ipsius prædecessoris, & successorum suorum Romanorum Pontificum, seu Legati aut Vicelegati, seu Rectoris dictarum singularum prouinciarū manibus, vbi, & quando eis placeret, etiam in fauorem personarum, per eos nominan. ad instar aliorum officiorum Romanæ Curiæ resignare, aut illa etiam per obitum, vel per resignationem, seu alias quouismodo vacantia a Romano Pontifice & successoribus, seu Legato, aut Vicelegato, vel Rectore prædictis impetrare possent, Quodque resignationes seu impetrationes huiusmodi validæ, & efficaces existerent, suosque plenarios effectus sortiri deberent, Necnon quod ipsi milites pro singulo quoque respectiue Collegio mansionem seu stantiam in Palatijs singularum Ciuitatum nostrarum, tunc suarum Maceraten. Cesenaten. & Viterbien. in qua pro congregatione prædicta singulorum Collegiorum, ac diuisione emolumentorum suorum, & alijs negotijs inter eos pertractandis, eiusq; singulis Collegijs, & eorum Militibus collegialia iura, statuta, constitutiones, & ordinationes eorum statum tranquillum & prosperum concernentes condendi & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quoties expedire videretur illa in totum delendi, & alia de nouo ordinandi sub pœnis etiam pecuniarijs singulo Collegio, & eorum militibus per contrauenientes applicandis, licentiam, facultatem, & auctoritatem, & nonnulla alia tunc expressa concessit, & assignauit, prout in diuersis ipsius prædecessoris desuper cōfectis, & sub plumbo pro quolibet Collegio expeditis literis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, de Officijs huiusmodi tam in Prouincijs prædictis, quam extra eas per obitum, vel resignationē, aut alias quouismodo vacantia nullum verum computum in Romana Curia haberi possit, vnde grauia damna, & iacturæ sedi, & Cameræ apostolicæ oriri dignoscantur, & propterea æquum videatur & magis conueniens sit, quod resignationes Officiorum huiusmodi in nostris tantum, & successorum nostrorum manibus fiant, & Officia huiusmodi per obitū, aut per resignationē, seu alias quouis modo vacantia a nobis tantum, & successoribus præfatis impetrentur, & obtineantur, ac admissiones nouorum Militum singulorum collegiorum huiusmodi, etiam in alma Vrbe tantum, & in aliquo loco congruo, vt de eisdem bonum computum haberi possit, in facie Principis habeantur, & fiant: Nos itaque præmissa attendentes, ac indemnitati, & interesse sedis, & Cameræ apostolicæ prædictæ opportune prouidere cupientes, Volumus, & auctoritate apostolica, ac ex certa scientia nostra statuimus, decernimus, ordinamus, & declaramus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus milites ipsi eorum officia,

Pauli 3 const. circa erectionē collegij Militū de lilio posui sup. fol. 455 nu. 50. in beati, aliorum autem Collegiorum non posui, quia sunt extincta.

Paul. 3 concessit Militibus facultatem resignandi officia tā in manibus Pontificis, quā Gubernatorum Prouinciarum, & ab eisdē impetrandi.

Et vnā stantiam singulis eorū Collegijs assignauit in locis Prouinciarum, pro eorū negotiis pertractandis.

cum

eam illa pro tempore resignare voluerint, in alterius quam nostria, aut successorum nostrorum manibus tantú, alias, tamen iuxta literarum prædecessoris huiusmodi prædictarum tenorem resignare, & illa sic per resignationem, vel obitum, aut alias quouis modo vacantia a nobis tantum, aut successoribus præfatis impetrare, & seu obtinere, ac Milites qui ea a nobis, aut successoribus præfatis obtinuerint, ad eorum officia, seu perceptionem fructuum & emolumentorum suorum per alios, quam defensores, & milites singulorum Collegiorum prædictorum in Romana Curia residentes admitti. Quibus per præsentes præcipimus, & mandamus, quod congregationes in dicta Vrbe, & in Cancellaria apostolica, ac loco per dilectum filium Alexandrum sancti Laurentij in Damaso, aut alium pro tempore existentem S.R.E. Vicecancellarium, eis ad instar Collegiorum aliorum Officialiú dictæ Vrbis assignando, seu alio per Milites vniuscuiusque singuli Collegij in dicta Vrbe residentes eligendo, pro nouis Militibus ad eorum officia, & fructuum, seu emolumentorum suorum officiorum perceptioné admittendi, de quibus sic admissis bonum computum teneant, & cum ab ipsis postulabitur, Datario nostro rationem reddant, necnon pro diuisione emolumentorum suorum facientes, ac etiam pro priuilegijs, gratijs, dispensationibus, prærogatiuis, facultatibus, indultis, cæterisque immunitatibus, & exemptionibus, omnibus, & singulis eorundem Militum singulis Collegijs concessis, & concedendis, & defendendis, manutenendis, & confirmandis, seu confirmari faciendis, alijsque singulorum Collegiorum eorundem negotijs pertractádi, & executionis mandandis faciant, & celebrent. Collegialia vero iura, statuta, constitutionem, & ordinationem eorundem singulorum collegiorum militum statum tranquillum, & prosperum concernentia, quibus alios milites a Romana Curia prædicta absentes, etiam in singulis prouincijs residentes vel extra eas existentes volumus omnino parere pariter, & obedire, pœnisque in eisdem contentis subiectos esse, condi, & pro tempore condita, stringi, & ampliari, illaque cum opus fuerit in toto vel parte deleri, & de nouo etiam sub pœnis pecuniarijs eisdem singulis Collegijs, & eorum Militibus applicandi ordinari, alibi quam in dicta vrbe, & Cógregationibus ibidem per Milites, vt præfertur, celebrandis fieri, & pertractari non possint, neque debeant. Inhibentes propterea prædictis, & pro tempore existentibus Legato, Vicelegato, ac Rectori singularum prouinciarum prædictarum, ne resignationes aliquas admittere, illaue per resignationem seu per obitum, aut alias quouismodo vacantia alijs concedere, vel assignare: Necnon Militibus, & Defensoribus singulorum Collegiorum huiusmodi in singulis Prouincijs præfatis existentibus, ne nouos Milites ad Officia, seu perceptionem fructuum, vel emolumentorum officiorum suorum huiusmodi quamuis ea a nobis, aut successoribus præfatis obtinuissent, alibi quam in dicta Vrbe, & loco Militibus in ea residentibus vt præfertur assignando, vel ab eis eligendo, prætextu literarum eiusdem prædecessoris prædictarum quouis modo, vel quouis quæsito colore respectiue admittere audeant, seu præsumant, sub pœna excommunicationis, & mille ducatorum auri de Camera, per quemlibet contrauenientem mediatim Cameræ apostolicæ, & mediatim Congregationi Romanæ applican. Ac decernen. exnunc quascúque resignationes, concessiones, & assignationes de dictis officijs, & Militibus in futurum, & Militum nouorum huiusmodi admissiones alias quam in nostris & successorum prædictorum manibus, ac per nos, & eosdem successores, necnó per defensores, & Milites in dicta Vrbe residentes, aliaque contra tenorem præsentium facienda, immo verius attentanda nulla, & inualida esse, nulliusque roboris vel momenti existere, nullumque per eas cuiquam ius acquiri, sed de officijs ipsis, quomodolibet vacantibus per nos, & successores præfatos tantum disponi, & nouos Milites ad eorum Officia per defensores & Milites Romanæ congregationis tantum admitti posse. Mandantesque venerabili fratri nostro Episcopo Balneoregiensi, ac pro tempore existenti Datario nostro præfato, vt omnia, & singula per præsentes expressa debitæ mandet executioni, processus cum intimationibus, & inhibitionibus, ac alijs necessarijs quatenus opus sit desuper fulminando. Milites vero, & defensores singulorum collegiorum prædictorum in singulis prouincijs præfatis residentes, & seu existentes, mansiones, & seu stantias, in singulis respectiue Ciuitatibus prædictis, in quibus reliqua negotia singulorum Collegiorú prædictorum per præsentes nó expressa eorumque consuetudines peragere, & pertractare possent, vt prius habeant, & teneant, alias iuxta prædictarum singularum prædecessoris nostri literarum tenorem, & continentiam, ad quas recursus habeatur, ac quibus in reliquis nullo modo intendimus præiudicare, sed easdem, ac omnia, & singula, in eisdem contenta, & superius nó expressa, cum defectuum suppletione confirmare, approbare, & innouare prout per præsentes confirmamus, approbamus, & innouamus. Volumus insuper, quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat, seu quod literæ, etiam per breue nostrum ad perpetuam rei memoriam latissime extéden. desuper si videbitur expediri possint, & vna cum ipsius, vel ipsarum literarum singulis transumptis etiam per impressionem factis, & manu Datarij nostri prædicti, vel alicuius notarij publici subscriptis, vbique in Romana curia, & extra eam, ac in iudicio, & extra illud, regula contraria non obstante, fidem faciat. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices &c. etiam S.R.E. Cardinales, & Camerarium &c. iudicari &c. sublata &c. iudicari debere, irritumq; &c. decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnó omnibus alijs quæ in dictis singulis literis prædecessoris nostri, quas perinde valere volumus, ac si præsentes in illis insertæ forent, volumus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Sed Pontifex iste ex causis hic expressis, impetrationes officiorū a Pontifice tantū, & in eius manibus resignationes fieri mandat

Et eis assignari mandat stationem in Cācellaria apostolica pro negotijs collegij pertractandis.

Collegij Militū facultates.

Prohibitio Legatis & Prouinciarū Gubernatoribus vt a resignationibus & concessionibus Officiorum se abstineant.

Resignationes & concessiones aliter factæ nullæ sunt.

Inhibitio vt extra Curiam non admittantur Milites per Officiales Collegij.

Executores illius const.

Decretū irritās.

Clausulæ derog.

Placet, & ita motuproprio mandamus. I.

Die tertiadecima mensis Februarij, millesimo quingentesimo quinquagesimo primo supradictus Motusproprius Sanctissimi Domini Nostri Iulij diuina prouidentia Papæ Tertij admissus fuit plena Camera Apostolica, & ex illius decreto registrari mandatus fuit præsenti libro meo diuersorum folio 81. & collationatus concordat.

Ioannes Grimaldus.

L X I I.

Singuli Artifices & Opifices Almæ Vrbis, quolibet trimestri iulium vnum pro expurgatione viarum Vrbis, soluere teneantur exactori Magistrorum Viarum.

De Materia Magistrorum Viarum ponam concord. inf. in Pij 4. const. 134. Inter multiplices,

IVLIVS Papa III. Motu proprio &c.

CVM Inter alias, quas ad summi Apostolatus apicem, diuina fauente Clementia assumpti, bonas consuetudines antiquas in desuetudinem iuisse inuenimus, illa existat, quod licet antiquitus Rom. Pontifices prædecessores nostri salubritatis aeris, & decoris Vrbis, curam gerentes introduxissent, vt ipsius Vrbis Viæ,

Publicæ

Publicæ a luto & puluere, & alijs ipsarum viarum immunditijs, purgatæ manutenerentur, & pro manutenenda expurgatione huiusmodi vnus carlenus singulis duobus mensibus, a singulis tabernis, siue apothecis opificum, & aliorum in apothecis ipsis res venales habentium, exigerentur, eiusq; exactionis cura, ad Magistros pro tempore viarum Vrbis pertineret: Tamen a multis annis citra, licet pecuniæ prædictæ exigerentur, in vsum expurgationis viarum prædictarum non conuertebantur, & deinde proximè præteritis annis, etiam ipsarum pecuniarum exactio destituta fuit. Nos igitur considerantes quanta S. R. E. Cardinalibus, Prælatis, & alijs Curialibus, vniuersisque Ciuibus, Incolis, & Aduenis Vrbis, ex immundicia viarum huiusmodi, tam hyemali, quam æstiuo tempore proueniant incommoda, & plerumque etiam propter vapores & fetorem, aeris infectio, & pestilentes corporum infirmitates. Volentesque omnino quantum in nobis est, salubritati aeris, commoditatique personarum, & decori Vrbis prædictæ prouidere, vsumque continuandæ expurgationis huiusmodi in statum antiquum restituere, seu etiam si numquam in vsu fuisse reperiatur, introducere, & pro illius restitutæ, seu introductæ duratione prouidere, habita desuper tam cum dilectis filijs Latino Iuuenali de Maonettis, & Dominico de Nigris, modernis viarum ipsius Vrbis Magistris, quam etiam cum diuersis alijs similium rerum peritis, matura consideratione, Motu simili &c. Statuimus & ordinamus quod de cætero perpetuis futuris temporibus, singuli quique apothecas, siue tabernas, banchum, seu domum rationis mercatorum Ro. Cu. sequentium, fundacum, magazenum, diuersoria, hospitia, tabernas vinarias, æstuaria, furnos, aut pro rebus venalibus, aut quacunque arte, & opificio exercendo cuiuscunque generis, domum in ipsa Vrbe habentes, & quomodolibet tenentes, & quamcumque artem quomodolibet exercentes, etiam si sub Palatijs S. R. E. Cardinalium, & ecclesiarum Baronum, & aliorum quorumcunque, quacunque dignitate & potestate fungentium existerent, singulis tribus mensibus, ad vsum & effectum faciendæ expurgationis prædictæ, vnum Iulium, & sic quatuor Iulios quolibet anno soluere omnino teneantur. Et vt pecuniæ sic exigendæ, in prædictum, & non in alium vsum conuertantur, Similiter volumus, & ordinamus, quod exactioni huiusmodi prædicti, & qui erunt pro tempore viarum Magistri sint præpositi, curatores, & superintendentes, ita tamen quod ipsi Magistri nullatenus pecunijs manus apponentes, teneantur deputare, ad eorum, & pro tempore existentium Magistrorum nutum, & arbitrium, amouibiles officiales, ministros, & executores, videlicet si, & prout eis melius visum fuerit, vnum qui habeat curam exigendi pecunias præfatas, alterum vero, qui sit illarum exigendarum, & exactarum depositarius, fide, & facultatibus idoneum, & alium qui sit præpositus exequutioni, & negocio faciendæ expurgationis, assiduè vias & loca Vrbis inspiciendo, & carracteris, alijsq; dictæ expurgationis operarijs, & ministris assistendo, illosq; sollicitando, & vndecunque opus fuerit immundicias prædictas asportari faciendo, fimum, & immundicias stabulorum, ruinas murorum, terras ex ædificiorum fundamentis, & cellis vinarijs, effusiones, & alias immunditias quascunque ex priuatis Palatijs, & domibus prouenientes, in ijs nullatenus comprehendendo. Quos officiales, ministros, & exequutores ipsi Magistri pro eorum arbitrio, & cum competenti salario per eos statuendo deputare, & eligere possint, & valeant: recepto tamen ab vnoquoque eorum iuramento, de fideliter exercendo officium eis demandatum, & quo ad ipsos exactorem, & depositarium, vltra iuramentum, recepta etiam idonea cautione de etiam fideliter tenendo, & in fine cuiuslibet anni, seu in fine officij (si ante finem anni officium eorũ finiretur) computa pecuniarum præfatarum in Camera Apost. illius Præsidentibus, & Clericis, vt moris est, reddendo, & reliqua restituendo. Personæ autem carrecteriorum, & aliorum quorumcunque ad faciendum expurgationem præfatam necessariorum, similiterq; equi, muli, aut alia iumenta necnon currus, seu carrectæ, & alia quæcunque instrumenta ad effectum expurgationis præfatæ pro tempore necessaria, per ipsos Magistros prout eisdem melius visum fuerit, prouideantur, & deputentur, eisque salaria, & mercedes, eorumdem Magistrorum arbitrio, constituantur. Quæ quidem salaria tam ipsis officialibus, & ministris prædictis, quam carracterijs, & alijs personis deputandis huiusmodi, per dictum depositarium solui debeant, exceptis tamen desuper mandatis, per ambos ipsos Magistros, & Clericum Cameræ præfatæ, pro tempore deputatum subscriptis, & non aliter, alias nec alio modo. Et ne in exactione præfata, cõfusio, aut deceptio fieri possit, volumus quod dictus Exactor teneatur in suo libro separatim describere regiones, contradas, & vias, & deinde seriatim, ac per ordinem secundum vnamquamque viam, prout vna, alteri contiguæ fuerint, apothecas, siue tabernas, fundacos, Magazena diuersoria, hospitia, tabernas vinarias, æstuaria, furnos, & alias quascunque domos, ex quibus exiget, distribuendo etiam nomen vniuscuiusque patroni, siue maioris apothecæ, tabernæ, fundaci, magazeni diuersorij, hospitij, tabernæ vinariæ, æstuarij, furni, vel domus, a quo exiget, & artem siue exercitium, quam vel quod ille exerceat, sub pœna per ipsos Magistros imponenda, si & quoties hunc ordinem non seruauerit. Et ne contingat dictum exactorem vltra singulorum trimestrium tempus, in exigendis singulis Iulijs prædictis, distrahi, & propterea expurgationis opus impediri, aut retardari, Volumus quod quandocunque dictus exactor Iulium ipsum ab vnoquoque petierit, si non fuerit persolutus, liceat ei propria auctoritate, & absque citatione, ac manu regia ab vnoquoque recusante & differente soluere, conueniens pignus capere, & illud successiue, vt moris est per subhastationem vendere, sub pœna arbitrio ipsorum Magistrorum imponen. illis, qui exactori volenti, vt præfertur, pignus capere resistentiam facere, seu illum impedire conabuntur. Mandamusque propterea Latino & Dominico prædictis, & pro tempore existentibus Magistris viarum huiusmodi ac dilecto Guidoni Aschanio sancti Eustachij Diacono Cardinali nostro & S.R.E. Camerario, & Clericis prædictæ Cameræ Præsidentibus pro tempore existentibus, vt statutum ordinationem, & deputationem nostram huiusmodi firmiter obseruent, & exequantur, & ab alijs obseruari, & exequi faciant. Ipsique Guido Aschanius Cardinalis & Camerarius, ac Clerici Præsidentes, & pro tempore, vt præfertur, existentes, eisdem Magistris faueant, & assistant, nõ permittentes eos desuper per aliquos impediri quomodolibet vel molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac sibi in præmissis non parentes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, etiam more Camerali compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis &c. priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessis &c. Quibus omnibus, etsi de eis &c. Illorum tenores &c. hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentium etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra fidem facere decernentes, vel si videbitur literæ etiam per breue nostrum expediri possint.

Placet et ita Motu proprio mandamus. I.

Causa istius edi.

Nomina Magistrorum viarum Vrbis.

Artifices omnes, apothecas, fundacum, vel banchum &c. in Vrbe tenentes, singulo trimestri Iulium vnum soluere tenentur, pro expurgatione viarũ Vrbis.

Exactionis cura ad Magistros viarũ spectat vt hic.

Depositarius pecuniarũ idoneã cautionẽ dare debet.

Computa reddẽda sunt in Camera Apostol.

Ministri expurgationis viarum deputãtur a Magistris, cum salarijs eis bene visis.

Salaria soluet depositarius, receptis mãdatis subscriptis per Magistros viarum, & Clericũ viarum Præsidentem.

Exactor inexactionibus annotandis seruet ordinẽ hic traditũ.

Exactor auctoritate propria capit pignum recusanti soluere.

Exactori resistentiã facientes arbitrio Magistrorum puniantur.

Executorũ istius constit. deputatio, & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit vt in iudicio & extra fidem faciat.

Hic Motus

Hic Motus proprius ex decreto Cameræ admissus fuit die nona Ianuarij 1 5 5 1. & in libris ipsius Cam. Apostolicæ, videlicet lib. 2. diuersorum. fol. 173. apud me Notarium registratus.

Hieroymus de Tarano Notarius.

Pont. supradictus obijt Romæ decimo Cal. Martij 1 5 5 5. & sepultus fuit in Basilica S. Petri.

MARCELLVS SECVNDVS

Tuschus, ex Ciuitate Montis Politiani, et Familia Ceruina Coronatus Romæ Quarto idus Aprilis. 1 5 5 5.

1.

Subsidij Triennalis trecentorum millium scutorum, ac decimarum super fructibus Beneficiorum & vigesimæ Hebræorum status Ecclesiastici a Paulo 3. impositi, Prorogatio ad Triennium, & deinde ad beneplacitum.

Prorogauit etiam Paulus Quartus ad Nouennium; vt infra in eius const. 13. Superioribus. Et de Materia vide supra fol. 433. in Pauli 3. const. 37. Ex debito & 453. const. 49. Ad intolerabiles, & 466. constit. 55. Nouit, & fol. 522. in Iul. 3. constit. 22. Ab initio.

MARCELLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. HIS proximis diebus quibus fel. rec. Iulius Papa Tertius prædecessor noster, sicut Domino placuit rebus est humanis exemptus, Camera Apostolica ea inegestate reperta fuit, vt neque ipsius Prædecessoria exequiæ modo solito, neq; Conclauis expensæ commodè fieri potuerint, quinimmo ad eas satis remisse faciendas oportuerit multum æs alienum cum graui ipsius Cameræ iactura contrahere. Verum cum ex ordinarijs eiusdem Cameræ redditibus huiusmodi dissolui, & moles expensarum, quæ pro orthodoxæ fidei defensione, & status S. R. E. conseruatione nobis in dies subeundæ sunt, sustineri nequeant, cogimur ad solita præfatæ Cameræ subsidia, præter mentis nostræ institutum recurrere. Cum itaq; alias de anno videlicet millesimo quingentesimo quadragesimo tertio proximè præterito piæ mem. Paulus Papa Tertius, etiam prædecessor noster animaduertens ex varijs, & extraordinarijs onerum impositionibus, tunc vigentibus nihil aliud magis euenire, quam Commissariorum, & aliarum personarum cum Camera apostolica contrahentium lucra, ac subditis ipsis innumerabiles expensas, ipsis forsan principalibus oneribus grauiores: Volens in præmissis opportune prouidere, de fratrum suorum de quorum numero tunc eramus consilio, cum laudabili rei directione cunctis impositionibus extraordinarijs sublatis vnum vnicunque subsidium trecentorum millium scutorum per totam ditionem ecclesiasticam pro triennio soluendum, & exigendum imposuerit, & cum subsidium huiusmodi spontanea subditorum voluntate acceptatum fuisset, & ex eo summa trecẽtorum millium scutorum huiusmodi ad Cameram præfatam annuatim peruenire non posset, ad supplendum summæ deficienti, aliud quartæ partis fructuum a congregationibus regularibus Italiæ, & aliud vnius decimæ a sæcularibus, ac aliud etiam quartæ partis fructuum ecclesiasticorum a regularibus personis ab eisdem congregationibus separatis per totam Italiam existentibus, necnon reliquum vnius vigesimæ ab Hebræis ditionis ecclesiasticæ exigenda, & per eos, ac omnes alios ad quos spectabat triennio durante dictæ Cameræ apostolicæ annis singulis integre persoluenda subsidia, etiam imposuerit: Et subsidia huiusmodi Paulus primo ad duo successiue, & deinde Iulius prædecessores præfati ad reliquum extunc immediate subsecuta triennia prorogauerint, prout in diuersis ipsorum prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur, ipsaque subsidia quiete, & sine aliquo commissariorum, & expensarum grauamine, & cum maxima subditorum, & personarum quæ illa soluerunt satisfactione exacta fuerint: Nos confidentes subditos, & congregationes, ac Hebræos præfatos ex notorietate nostrarum, & dictæ sedis necessitatum onus subsidiorum eos tangentium, vt antea fecerunt, libenti animo subituros, trecentorum millium scutorum his modo, & forma quibus vltimo loco exactum fuit, & quartæ partis fructuum congregationum regularium Italiæ, ac vigesimæ Hebræorum ditionis ecclesiasticæ subsidiorum impositiones huiusmodi, necnon conuentiones desuper cum eisdem subditis per ipsorum prædecessorum agentes super præmissis factas, & initas, earum, ac omnium, & singularum superinde confectarum scripturarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserenrentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ad aliud triennium a fine vltimo dicti triennij computandum, & deinde necessitatibus nostris prædictis durantibus ad nostrum, & apostolicæ sedis beneplacitum, apostolica auctoritate, tenore præsentium extendimus, & prorogamus, ac extensas, & prorogatas, necnon trecentorum millium, iuxta conuentiones prædictas, & quartæ partis fructuum congregationum, ac vigesimæ Hebræorum huiusmodi subsidia integre, & iuxta verum eorum valorem ad vltimo dictum triennium, vt præfertur, computandum solui, & exigi: ac ad Cameram prædictam pro necessitatibus huiusmodi peruenire debere decernimus, & quatenus opus sit singula vltimo dicta subsidia in locis, & terminis, ac sub modis, & formis prædictis singulis annis exigenda pro vltimo dicto triennio, & ad beneplacitum huiusmodi de nouo imponimus. & imposita esse decernimus Quocirca dilecto filio Guidoni Aschanio, sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de sancta Flora nuncupato, Camerario nostro (quem vltra ordinariam sui Camerariatus officij auctoritatem subsidiorum huiusmodi Collectorem generalem, cum facultate tot quot sibi videbuntur necessarij Commissarios ad singula vltimo dicta subsidia exigendum deputandi, necnon quæcunque dubia declarandi, & quascunque compositiones, & concordias cum singulis congregationibus, & Hebræis supradictis, etiam de nouo, si sibi videbitur

Paulus 3. (cuius const. illam hic nõ habemus) Primo fuit subsidiũ hoc expressa de anno 1543.

Idem Paul⁹ bis prorogauit illa subsidia ad Triennium, sed hic habes solummodo secundã prorogationem sup. fol 466. in eius const. 55. Nouit ille.

Iul. 3. etiam prorogauit ad triennium, vt habes sup fo. 522. cõst. 22. Ab initio.

Hic autem Põt. prorogat ad aliud triennium & deinde ad beneplacitum. Quod vsque modo nõ fuit reuocatum.

Collectorẽ istorum subsidiorũ deputat Camerarium.

debitur faciendi,& ordinandi,constituimus,& deputamus,) per præsentes committimus,& mandamus, quattenus vltimo dicta subsidia iuata eius prouidam ordinationem exigi,& ad dictam Cameram apostolicam peruenire faciat,contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & pœnas, etiam pecuniarias eius arbitrio infligendas,& applicandas,ac appositionem interdicti,aliaque opportuna iuris,& facti remedia appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Decernentes subditos, ac congregationes, & Hebræos prædictos ad vltimo dicta subsidia singulis annis, ac modis, & formis præmissis vltimo dicto triennio,& beneplacito huiusmodi dnrantibus integre soluendum, omni contradictione cessante teneri.

Pēsionarios pro rata fructuū teneri contribuere hic declarat.

Ac declarantes quod omnes,& singuli pensionarij Congregationum earundem,seu ij quibus loco pensionum fructus Congregationum huiusmodi in toto vel in parte reseruati sunt, cuiuscunque conditionis,vel dignitatis existant(S. R. E. Cardinalibus,& dilectis filijs fratribus hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) ad subsidij quartæ partis fructuum huiusmodi præstationem in omnibus, & per omnia perinde, ac si illa eis nominatim, & expresse per præsentes imposita fuissent, clausulis, & decretis in literis apostolicis reseruationum, pensionum, & fructuum huiusmodi appositis,etiam quod pensiones, & fructus huiusmodi ab omni decima,subsidio charitatiuo, & quouis alio onere, tam ordinario, quam extraordinario quauis etiam apostolica auctoritate, etiam pro expeditione tam defensiua, quam offensiua contra Turcas, & alios Infideles,aut reipublicæ christianæ ab illorum conatibus quauis defensione, ac etiam pro recuperatione Terræ Sanctæ,seu fabricæ basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, vel pro alia necessitate, seu inexcogitabili causa a Romano Pontifice pro tempore existente,etiam motu,& scientia similibus impositis,vel imponendis,exempti sint, disponentibus nequaquam obstantibus pro rata teneantur, & efficaciter astricti sint.

Soluentesq; pro pensionarijs illorum ratas retinere posse declarat.

Quodqne congregationes ipsæ super quarum fructibus pensiones,seu quarum fructus sic assignati,seu reseruati existunt,possint satisfacere ratam pensionariorum suorum, seu eorum quibus fructus sunt reseruati, ac libere postmodum sua propria auctoritate penes se,seu pro se retinere totum illud quod pro ipsis pensionarijs, seu pro eis quibus fructus huiusmodi sunt reseruati re ipsa,& cum effectu persoluerint. Et nihilominus pensionarios,ac eos quibus fructus huiusmodi reseruati sunt, per agentes dictæ Cameræ apostolicæ ad solutionem quartæ partis pensionum, & fructuum reseruatorum huiusmodi respectiue vltimo dicto triennio durante, iuris, & facti remedijs opportunis cogi,& compelli posse volumus.

Clausula derog.

Non obstantibus præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,necnon congregationum, & illarum ordinum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis,& consuetudinibus,ac quibusuis priuilegijs,indultis,& exemptionibus, ac etiā in corpore iuris clausis immunitaribus,& literis apostolicis eisdem ordinibus,& congregationibus, ac illorum locis, & personis generaliter,vel specialiter sub quibuscunque verborum formis & expreisionibus ab eadem sede concessis. Quibus,& literis apostolicis reseruationum,pensionum,ac fructuum huiusmodi,necnon quibusuis obligationibus, etiam in forma Cameræ cum iuramenti, & censurarum, ac mandati executiui susceptione, vel alias desuper factis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quæuis alia expræsio habenda sit, & in eis caueatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales, etiam specialem mentionem importantes eis derogatum non censeatur,nec derogari videatur,nisi sub certis modo,& forma in eis expressis,tenores huiusmodi pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus,contrarijs quibuscunque. Aut si pensionarijs,vel alijs percipientibus fructus congregationum huiusmodi,ac ipsis congregationibus, & ordinationibus,vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum,quod ad solutionem,vel præstationem alicuius subsidij minime teneantur,& ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari,seu propter ea grauari non possint per literas apostolicas non facientes plenā,& expressam,ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis generalibus,vel specialibus quorumcunque tenorum existant,per quæ præsentibus non expressa,vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quoad præmissa volumus nullatenus suffragari.

Forma publicandi hanc constit. quam publicat. habet hic in fine

Vt autem præsentes ad omnium notitiam deducantur, eas in valuis Basilicarum principis Apostolorum, & sancti Ioannis Lateranen. de dicta Vrbe affigi, seu appendi faciemus,quæ eas suo quasi sonoro præconio publicabunt,vt ijs quos præmissa contingunt,quod ad ipsos non peruenerint,aut ea ignorauerint,nullam possint excusationem prætendere,seu ignorantiam allegare,cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum,quod tam patenter omnibus extitit publicatum. Cæterum quia difficile foret præsentes ad singula loca in quibus expediens fuerit deferre,volumus, & auctoritate apostolica prædicta decernimus, quod earundem præsentium transumptis manu alicuius ex dictæ Cameræ apostolicæ Notarijs subscriptis,& sigillo Camerarij nostri munitis,ea prorsus fides in iudicio & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur,quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ,vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis, prorogationis,impositionis,constitutionis,deputationis,commissionis, mandati,declarationis, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ,millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, quartodecimo Calendas Maij,Pontificatus nostri Anno Primo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Barengus.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertiadecima, die vero vigesimatertia mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Marcelli, diuina prouidentia Papæ Secundi Anno Primo, retroscriptæ literæ affixæ,appensæ,ac notificatæ fuerunt in valuis earundem tenorem in principis Apostolorum, & sancti Ioannis Lateranensis de Vrbe Basilicarum valuis per me Antonium Clericum, prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Franc. Munoz Magister Cursorum.

Pontifex supradictus obijt Romæ Cal. Maij 1555. & sepultus fuit in Basilica sancti Petri.

Paulus

PAVLVS QVARTVS

Neapolitanus Ex Familia Caraffa, Coronatus Romæ Septimo Calenda Iunij, 1555.

I.

Artifices Vrbis fraudes committentes, pœnis hic expresſis, per Conſeruatores, & (illis negligentibus) per Gubernatorem plecti debent.

De Materia autem Conſeruatorum, & Curiæ Capirolinæ ponam concord. infra in Pij 4. conſtit. 73. Dilectos.



PAVLVS Papa Quartus, Motu proprio &c.

CVM Sicut accepimus, in ac Alma Vrbe noſtra hactenus fit vſitatum, vt fraudes quæ per illius pranos artifices, tum ponderi detrahendo, & ſtatuta pretia augendo, tum vnum pro alio vendendo, ſæpius committuntur, dum per illarum eaploratores a pro tempore eaiſtentibus Conſeruatoribus Cameræ dictæ Vrbis deputari ſolitos deprehenduntur, ſemper eadem pecuniaria pœna puniantur, & inde fiat, vt artifices ipſi ſcientes ſe grauiori pœna nunquam affici, furtis quæ ex eiſdem fraudibus fiunt, aſſueſcant, tantum quotidie furando, quod non ſolum ad ſolutionem præteritæ pœnæ, verum etiam futuræ, ſi in fraude deprehendantur, ſoluendæ ſufficiant, & inſuper aliquid eis ſubminiſtret, qua vitam ad ſui libitum furtis operam nauantes, ducere poſsint, ſicque inuentiones fraudum huiuſmodi bono regimini eiuſdem Vrbis, ad quo ſtatutæ ſunt, potius noceant, & obſint, quam conducant, aut proſint. Nos cupientes præmiſsis inconuenientibus ſalubriter occurrere, Motu ſimili, &c. ſtatuimus, & decernimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus dilecti filij moderni, & qui pro tempore erunt Conſeruatores Cameræ Vrbis prædictæ, ſummam diligentiam adhibeant, vt exploratores fraudum huiuſmodi ab eis pro tempore deputati, earum inuentioni totis viribus inuigilent, & eis ſic inuentis, teſtes, ſi opus fuerit, adhibeant, & vt poſtmodum veritati teſtimonium perhibere poſsint, adeſſe compellant, & ſtatim fraudes ipſas, per eos pro tempore inuentas, præfatis Conſeruatoribus referant, Quodque ijdem Conſeruatores, artifices pro tempore delinquentes, pro prima vice, ſiue pro vno delicto, ſiue pro pluribus condemnandi fuerint ſolita pœna pecuniaria, & pro ſecunda duplo ipſius pœnæ, ac ſuſpenſione exercitij artis ſuæ per menſem cum effectu puniant. Si vero præfati artifices tertia vice, vt ſupra, deliquerint, & in fraude, ſeu fraudibus deprehenſi fuerint, triplicata pœna pecuniaria mulctentur, ac tres ictus funis ſuſtineant, & ab exercitio artis ſuæ ad tres menſes ceſſare cogantur: Quod ſi quarta vice deliquerint, quadruplum ſolitæ pœnæ pecuniariæ ſoluere, & quatuor ictus funis pati, ac poſtquam per Vrbem palam fuſtigati fuerint, ab eadem Vrbe ad quadriennium exulare compellantur, nec vlterius artem, in qua toties fraudem commiſerint, exercere permittantur, & ſi de cætero artem eandem exercere, aut dicto durante quadriennio ad Vrbem redire præſumpſerint, ad triremes perpetuo relegent. Et vt tam exploratores, quam Conſeruatores præfati ad eorum officium diligentius exercendum inducantur, volumus quod eiſdem exploratoribus de ſolita eorum mercede reſpondeatur, & ſi introitus inuentionum fraudum huiuſmodi ſic diminuti fuerint, vt ea his quæ ſibi iuxta antiquam conſuetudinem percipere ſolebant, commode vitam ducere non poſsint, cuilibet eorum quatuor ſcuta auri ſingulis menſibus ea pecunijs pœnarum fraudum huiuſmodi ad Cameram noſtram apoſtolicam ſpectantibus integre perſoluantur: Quodque ſi Conſeruatores, ſtatutum, & decretum noſtrum huiuſmodi exequi neglexerint, pro tempore exiſtens ipſius Vrbis Gubernator illud exequatur, & præfati Conſeruatores quoties in hoc deliquerint, pro qualibet negligentia pœnam centum ſcutorum auri ab eis irremiſsibiliter per eundem Gubernatorem exigendorum, & Fiſco noſtro inferendorum, eo ipſo incurrant. Et ſi ipſe Gubernator de his certioratus hoc noſtrum decretum exequi neglexerit, ad duplum condemnetur, & denunciatori quarta pars applicetur. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon ipſius Vrbis, etiam iuramento &c. roboratis ſtatutis, reformationibus etiam nouiſsimis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis, & literis apoſtolicis eiſdem Conſeruatoribus, & quibuſuis alijs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam pari motu, aut alias quomodolibet conceſsis, quibus omnibus etiam ſi de eis &c. illorum tenores &c. hac vice derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Præſentium etiam abſque eo quod regiſtrentur, aut illis data apponatur, ſolam ſignaturam ſufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra decernentes. Et ne quorum intereſt de præmiſsis ignorantiam prætendere, aut excuſationem aliquam allegare poſsint, eaſdem præſentes in valuis Palatij dictorum Conſeruatorum, & acie Campi Floræ affigi, & poſt quam inibi affixæ aliquandiu ſteterint, illis amotis, earum exemplum inibi dimitti, ad hoc vt eorum quaſi ſonoro præconio eædem præſentes omnibus innoteſcant, cum non ſit veriſimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus fuerit publicatum.

Notes in the right margin:

- Cauſa iſtius cõſ.
- Cõſeruatores Vrbis curent, vt Exploratores hãc Artificum, eorũ officium diligenter exerceãt.
- Et Artifices delinquentes puniant vt hic.
- Ad quod vide noua Vrbis ſtatuta. lib. 3. ca. 3. & ſeq.
- Exploratorũ ſalarium.
- De quorum officio vide inf. in dicto lib. 3. Stat. cap. 19.
- Conſeruatores ſi neglexerint exequi pœnã hic expreſſã incurrũt, & Gubernator exequitur.
- Clauſulæ derogatoriæ.
- Sola ſignatura ſufficit.
- Forma publicandi hanc conſtit. quam nõ inueni

Placet Motu proprio. I.

II.

Rescissio, & annullatio Alienationum quorumcunque bonorum Ecclesiasticorum, in damnum Ecclesiarum, aut non seruatis solemnitatibus factarum.

Executor autem istius constitutionis A. Ca. deputatur in const. sequenti.

Hæc const. reducta fuit ad terminos iuris communis per Pium 4 infra in eius const. 19. Prouida, sed postea per eũdem Pium 4. cost 125. Apostolicæ innouata fuit, quo ad alienationes Terrarum, & locorum Ecclesiæ Romanæ, ac Sedis, & Cam. Apostolicæ. Et generaliter quo ad alienationes quorumcunque bonorum Ecclesiasticorum, innouata fuit per Pium V. in eius constitutione 98. Et si de singulis.

De Materia autem ponam concord. infra in Pij V. const. 35. Admonet.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

INIVNCTVM nobis desuper, meritis licet imparibus, apostolicæ seruitutis officium, mentem nostram continua pulsat instantia, vt bona ecclesiastica, quæ cæca hominum cupiditate occupata detinentur, nostræ operationis ministerio, ad ius, & proprietatem eorum, quorum antea erant, omnino reducantur. Cum itaq; (sicut nobis innotuit) licet alias fe. re. Symmacus Papa prædecessor noster prædium Ecclesiæ pro aliqua necessitate quouis modo alienari, aut iura ecclesiæ in vsufructuum dari prohibuerit, & lege huiusmodi omnes Custodes astringi, ac donatorem, ac censuatorem, & vẽditorem honorem perdere, & qui præmissis subscriberet, anathema esse cum eo, qui daret, siue reciperet, nisi restituerentur, & quaslibet ecclesiasticas personas contradicere, & cum fructibus alienata reposcere posse, hocque non solum in Ecclesia Ro. conseruari, verumetiam in vniuersis per prouincias ecclesijs conuenire voluerit. Et piæ me. Paulus Papa 2. etiam prædecessor noster omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipsorum dominiũ transferretur, ac concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphiteoticum, præterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphiteosim ab antiquo cõcedi solitis fieri prohibuerit. Et si quis contra huius posterioris prohibitionis seriem de bonis, & rebus eisdem quicquam alienare præsumeret, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino essent roboris, vel momenti, & tam qui alienaret, quam qui alienatas res, & bona reciperet, sententiam excõmunicationis incurreret, & nihilominus res, & bona alienata huiusmodi ad ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ antea pertinebant, libere reuerterentur. Nihilominus a nonnullis annis citra diuersæ personæ, tam seculares, quam ecclesiasticæ cõplura castra, terras, oppida, ciuitates & loca, tam Romanæ prædictæ, quam diuersarum cathedralium, etiam metropolitan. & aliarum ecclesiarum, necnõ monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, ac hospitalium, & aliorum piorum locorum, prætextu diuersarum alienationum, eis de castris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis prædictis in euidens damnum ecclesiarum, monasteriorum, domorum, hospitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum, seu alias non seruatis solemnitatibus a iure requisitis factarum occupauerint, & occupata detinuerint, & detineãt de præsenti, ac exinde factũ sit, vt non solum ecclesiarum, monasteriorum, & domorum Prælati, ac hospitalium, & aliorum regulariũ, & piorum locorum huiusmodi Rectores, qui ex fructibus, redditibus, & prouentibus castrorum, terrarũ, oppidorum, ciuitatum & locorum huiusmodi ecclesias, monasteria, & domos, hospitalia, & alia loca prædicta gubernabãt, & illustrabant, ac eorum ministris alimoniam præbebant, notabiliter fiant damnificati, verumetiam Ro. Pont. qui antea egenis, & miserabilibus personis, præsertim nobilibus ad hanc almam Vrbem pro tempore confugientibus alimenta abunde subministrare consueuerat, vix se, & familiam suam sustentare, ne dum alijs alimenta subministrare possit, in diuinæ maiestatis offensam, & ordinis clericalis opprobrium, ac plurimorum Christifideliũ scandalum. Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, quinimmo cupientes eis, quantum cum Deo possumus, opportunum remedium adhibere, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine; omnes & singulas alienationes, & in emphyteosim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes, hipothecas, & obligationes de quibusuis castris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus, & iuribus, tam spiritualibus, quam temporalibus eiusdem Romanæ, & quarumcunque cathedralium, etiam metropolitan. & aliarum ecclesiarum, necnon monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium, necnon hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoscunque etiam Ro. Pont. prædecessores nostros, seu eorum auctoritate, vel mandato Camerarios suos, & clericos Cãm. apost. præsidentes, ac quoslibet ecclesiarum, monasteriorum, & domorum prælatos, & beneficiatos, necnon hospitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum Rectores, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore pollerent, in damnum Ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus a iure requisitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus superinde sub quibusuis formis, & verborum expressionibus habitos & celebratos, etiam si iuramento vallati existant & quantumuis longa temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, ac ipsius Romanæ Eccles. fauorem, aut commodum concernant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium rescindimus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus omnino euacuamus, ac pro rescissis irritis, cassis, & nullis, ac penitus infectis haberi volumus. Ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, ciuitates, & loca occupata, ac bona, res. & iura prædicta Rom. & cathedralibus, etiam metropolitan, ac alijs ecclesijs, necnon monasterijs, domibus, hospitalibus, & beneficijs, ac regularibus, & pijs locis relaxandum, & de fructibus, tam hactenus perceptis, quam in posterum percipiendis realiter satisfaciendum teneri, & ad id

Symmacus Papa (cuius const. hic non habetur) bona ecclesiastica alienari prohibuit.

Paulus 2. (cuius const. habes sup. fol. 91. nu. 6.) Ambitiose, alienationes bonorum ecclesiasticorũ, & vltra triennium locationes & infeudationes.

Alienationes cũ multæ factæ sint cũ in damnũ ecclesiarum vel non seruatis solemnitatibus.

Ideo hic Pont. illas rescindit, & annullat.

Detentoresq; debere relaxare bona occupata, & fructus restituere declarat.

etiam

etiam sententijs, censuris, & poenis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, omnibusq; alijs opportunis iuris, & facti remedijs cogi, & compelli posse. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, & ipsius Ro. Eccles. Cardinales, ac eorum collegium in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritũ & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ rescissionis, irritationis, cassationis, annullationis, euacuationis, voluntatis &, decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem oĩpotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apost. eius se nouerit incursurum. Dat. Ro. apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Pridie Idus Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

Decretũ irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

I I I.

Deputatio, & Iurisdictio Auditoris Cameræ in causis alienationum bonorum Ecclesiasticorum, de quibus in præcedenti constitutione.

PAVLVS Papa IIII. Motu proprio &c.

CVM nos nuper iustis causis, tunc expressis, omnes & singulas alienationes, & in emphyteosim, seu censum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel cõcessiones, seu permutationes, hypothecas, & obligationes de quibusuis castris, terris, oppidis, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus & iuribus, tam spiritualibus, quam temporalibus S. R. E. & quarumcunque aliarum cathedralium, etiam metropolitanarum, & aliarum ecclesiarum, necnon monasteriorum, domorum, & aliorum regularium locorũ, & quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum, secularium, & regularium, necnon hospitalium, & aliorum piorum locorum quorumlibet, per quoscunque, etiam Ro. Pont. prædec. nostros, seu eorum auctoritate, vel mandato Camerarios, & Clericos Ca. apost. ac quosuis ecclesiarum, monasteriorum, & domorum prælatos, & beneficiatos, necnon hospitalium & aliorum regularium, & piorum locorum Rectores cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, etiã si Cardinalatus honore pollerent, in damnum ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus a iure requisitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus superinde habitos, & celebratos, apost. auctoritate resciderimus, irritauerimus, cassauerimus, & annullauerimus: ipsosque detentores ad castra, terras, oppida, ciuitates, & loca occupata, ac bona, res, & iura prædicta Rumanæ, & alijs ecclesijs, necnon monasterijs, domibus, hospitalibus, beneficijs, ac regularibus, & pijs locis præfatis relaxandum, & de fructibus tam hactenus perceptis quam in posterum percipiendis realiter satisfaciendum teneri, & ad id etiam sententijs, censuris, & poenis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs omnibusq; alijs opportunis iuris, & facti remedijs cogi, & cõpelli posse per nostram constitutionem vim perpetuæ legis habituram decreuerimus; illiusq; vtpote vtilissimæ, & sanctissimæ constitutionis executionem summopere cupiamus, ne de iurisdictione, & modo circa prosecutionem huiusmodi procedẽdi dubitari contingat, Dilecto filio Curiæ causarum Cam. apost. generali Auditori, coram quo, vt accepimus, tam cõstitutio nostra prædicta, seu illius sumptum productum reperitur, vt tam ad dilecti filij procuratoris nostri fiscalis pro ijs quæ Romanam eccl & sedem, & Cam. apost. concernunt, quam ad singulorum aliorum ecclesiarũ, monasteriorum, domorum, hospitalium, beneficiorum, & piorum locorum prædictorum, qui coram eo ad executionem huiusmodi petendam comparebunt Prælatorum, seu procuratorum, sindicorum, œconomorum, aut alias quomodolibet ad id faciendum mandatum, seu potestatem legitimam habentium instantiam, singulos castrorum, terrarum, oppidorum, ciuitatum, & locorum, aliorumque bonorum immobilium, seu rerum, & iurium prædictorum detentores ad illos, illas, & illa, respectiue relaxandum, & de fructibus prædictis satisfaciendum, vel quamobrem id facere non teneantur dicendum, sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon pecuniarijs ipsius Auditoris arbitrio moderandis, & applicandis, necnon rebellionis, & indignationis nostræ poenis, etiam per edictum publicum, constito summariè &c. de non tuto accessu, moneat, & requirat, & elapso tempore, & termino in singulis monitorijs huiusmodi per eum statuendo, illisq; non comparentibus illico, seu illis etiam comparentibus, & vt præfertur nõ ducentibus seu alias constito sibi summariè, simpliciter, & de plano sine vlla terminorũ substancialium nuncupatorum, aut alterius cuiuscunque telæ iudicialis obseruatione, de alienationibus, seu locationibus, permutationibus, hypothecis, vel obligationibus prædictis, & qualibet earum, & quod in damnum ecclesiæ, seu loci, a quo, vel quo factæ fuisse prætenduntur, tenderent, aut tendant. seu non seruatis solemnitatibus a iure requisitis, aut alias nulliter factæ fuerint, & quatuor terminis consuetis ad dicendum tam nostris, quam ipsius Auditoris monitorialibus literis, vt præfertur. decernendis paruisse constat, & aduersus ipsos non parentes ad declarationem incursus censurarum, & poenarum prædictarum, & post declarationem huiusmodi ad earundem censurarum, & poenarum aggrauationem reaggrauationem, necnon interdictum, & brachij secularis inuocationem, etiam vnico contextu, ac simul, & semel procedat, & totaliter exequatur, ac exequi mandet, & faciat quacunque appellatione remota, præsentium tenore committimus, & mandamus, cum potestate non solum detentores ipsos præsentes, sed etiam anteriorum detentorum, si qui fuerint, pro fructibus perceptis & alios quoscunque, tam in decretis, quam in executionibus decernendarum monitorialium literarum huiusmodi nominandos, etiam per simile edictum monendi, & requirendi, ac quibus & quotiens opus fuerit, etiam sub similibus censuris, & poenis inhibendi, & contra inobedientes, seu contrauenientes simili modo, vt supra procedendi, & illos si qui ex monendis prædictis pupilli, aut minores fuerint ad legitimè comparendum, citand, & eis non comparen. etiam absentibus, & non petentibus de curatore ad litem huiusmodi, vt moris est, prouidendi, & in præmissis etiam singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, ac alias iuxta ordinarium curiæ suæ in similibus stylum, & in omnibus & singulis præmissis, tam per seipsum, quam per suum in ciuilibus locumtenentem, seu alium ab eo subdelegandum procedendi, alijsque facultatibus necessarijs & opportunis. Non obstan. omnibus illis quæ in constitutione nostra prædicta voluimus non obstare, & quibuscunq; clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibusque, & alijs decretis in contractibus, & literis forsan etiam apostolicis super singulis alienationibus, locationibus, & alijs prædictis dispositionibus expeditis, con-

Tenor const. præcedentis.

A. C. deputatur executor præcedentis constit. & Iudex causarum alienationũ bonorum Ecclesiæ.

Iudex autem ordinarius istarũ causarum in Vrbe, & eius districtu est, est Vicarius Papæ, vt habes sup. fol. 523. in Clem. 7. const. 23. Licet eccles. Sed Pius v. oẽs istas causas commisit Collegio fabricæ sancti Petri, vt inf. in eius const. 95. Etsi de singulis.

Facultates A. C.

Clausulæ derogatoriæ.

firmatis, & innouatis cuiuscunque tenoris existant, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus expressa mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, ferijs generalibus de mandato nostro vsque ad Calendas Octobris indictis, & in futurum indicendis, ac quacunque pendentia litis inter ipsas partes, & quamlibet ea eis super eisdem rebus in petitorio, vel quocunque possessorio, seu alienationum aliorumque contractuum, & concessionum prædictarum inualiditate, aut alias quomodolibet coram quibuscunque alijs iudicibus, & palatij nostri causarum Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus introductæ, & in quacunque instantia pendentis, per quas lites dictæ nostræ constitutionis executioni, & iudicijs præsentium vigore mouendis nullatenus præiudicari, neque executionis & iudicij executiui huiusmodi cursum impediri posse decernimus: necnon quibuscunque locorum statutis, & priuilegijs fori etiam de ciuilibus ad alia tribunalia, & alia loca non trahendis, etiam Ciuibus Romanis, & curiæ Capitolij concessis cuiuscunque tenoris existant, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque, omnium, & singulorum prædictorum, aliorumque forsan latius exprimendorum tenores pro sufficienter expressis habentes.

Clausula derogatoria.

Placet Motu proprio. I.

IIII.

Confirmatio & Ampliatio Priuilegiorum, Indultorum, & Exemptionum Fratrum, & Monialium Ordinis Minorum sancti Francisci de Obseruantia, ac sanctæ Claræ, & Tertij ordinis de Pœnitentia.

Aliam Confirmationem habes infra in Greg. 13. constit. 35. Ex benigna, vbi ponam concordantias Materiæ.

Alia priuilegia vide infra in Pij V. constit. 14. Dum ad vberes, cum ibi notatis.

Reformationem verò Tertij Ordinis de Pœnitentia habes infra in Pij V. constit. 63. Ea est officij.

PAVLVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX Clementi Sedis apostolicæ prouisione, necnon personarum Deo deuotarum profectu sub regulari castimonia Domino militantium, pia deuotione prouenire dignoscitur, vt Romanus Pontifex quandoque per prædecessores suos Romanos Pontifices, pro religionis conseruatione, & augmento, ac personarum earundem quiete, & commodo concessa, approbet, & innouet, ac approbata & innouata apostolica auctoritate communiat, vt eo firmiora persistant, quo sæpius fuerint eiusdem sedis auctoritate circumfulta. Sane pro parte dilecti filij Clementis de Monelia, Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum regularis obseruantiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum inter operarios qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth, Dei gratia, ordo ipse magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit & quotidie afferre conetur, ac exinde pro suis sanctis studijs, honestisque laboribus, proque salute animarum, ab apostolica sede, cuius continue pacem, & dignitatem ordo idem fortiter tutatus est, tam spiritualia, quam temporalia subsidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus & sancta sua officia, ac vitam suam regularem, facilius, atque expeditius exequi, & transigere possint, & cæteræ religiosæ personæ, ordinesque alij, exemplo ipsorum, promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur. Cumque etiam ex ipsius Sedis prouisione, ac benigna dignatione prouenire dignoscatur, vt Romanus Pontifex, quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, ac innouationem, & reuocationem restauret, & apostolica auctoritate innouata, & restaurata muniat, & fulciat, ac in pristinum statum reponat, & reducat. Et propterea nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prerogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones declarationes, facultates, ac omnia, & singula priuilegia, & indulta, tam spiritualia, quam temporalia, etiam per solam signaturam, aut per oracula viuæ vocis, vel alias etiam contra apostatas, tam pro foro conscientiæ, quam foro fori, tam prædictis Fratrum Minorum, quam sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus illorumque superioribus, fratribus, monialibus, & sororibus, ac vtriusque sexus personis, & monasterijs, domibus, ecclesijs, & locis quibuscunque dictorum ordinum, nunc & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, siue extensionis priuilegiorum inter se, ac etiam cum alijs quibuscunque ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus. Et fœlicis recordationis Gregorius 9. Bonifacius 8. Alexander 4. Nicolaus 3. Clemens v. Eugenius etiam 4. Leo x. Clemens 7. Paulus similiter 3. ac Iulius etiam 3. ac alij Romani Pontifices prædecessores nostri, & sedes apostolica, tam super exemptionibus, etiam ab ordinariorum locorum, & legatorum, etiam de latere, ac hereticæ prauitatis inquisitorum, iurisdictione, visitatione, & correctione, quam etiam ab omni impositione, collecta, decima, subsidio, quarta & quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagijs, & gabellis, ac alio quocunque grauamine per sedem eandem pro tempore impositis, concesserint: ac piæ mem. Martinus 4. etiam prædecessor noster, qui considerans, quod fratres ordinis Minorum regularis obseruantiæ huiusmodi, pro nulla re temporali, iuxta eorundem professionem, & regularia instituta possunt in iudicio experiri, vt exclusis quibuscunque sollicitudinibus, liberius, & quietius diuinis possent vacare obsequijs, & offerentium donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium, ordini fratrum Minorum, vel illius fratribus prædictis aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur, ac hæredum, & executorum negligentijs obuiari posset, ac vt ipsi fratres secundum modos licitos & congruos, ipsi ordini relictis sibi in testamentis non frandarentur, inter alia disposuit, quod Generalis & Prouinciales Ministri ac custodes vniuersi pro tempore ipsius ordinis fratrum Minorum possent nominare speciales personas, quæ non essent de dicto ordine, pro locorum indigentia singulorum, quas personas taliter per ipsos nominatas pro tempore, in ijs legitimam administrationem, & generalem, & liberam gerere, & ipsos veros & legitimos administratores economos, sindicos, & actores esse, & de plenitudine potestatis constituendo, auctoritate apostolica decreuit, qui res ipsas, & rerum prædictarum precium, & prædictas eleemosynas nomine Romanæ ecclesiæ (ad quam

Minister Generalis Ordinis Minorum de obseruantia, huic Pontifici exposuit, quod multi Prædecessores plurimas exemptiones & indulta ipsis fratribus de Obseruantia concesserunt, vt hic videlicet.

Leo x. const. habes sup. fol. 317. nu. 17 Dum intra, & fo. 321 const. 30. Ite & vide & fol. 324 const. 44. Omnipotens. Clem. 7. const. 43. Sedis, habes sup. fol. 550. Pauli 3. const. habes sup. fol. 569. nu. 10. Cupientes. & fol. 433 const. 26 Romani. Iul. 3. const. 10. Officij habes sup. fol. 506.

Mart. 4. (cuius const. hic nō habes) concessit, vt fratres ipsi, quibus aliquod siebat legatū, specialem personam nominare possent quæ illud exigeret, & de eo disponeret vt hic.

Quod declarat hic Pont. motu proprio.

rerum

rerum mobilium & immobilium, quibus fratres vti possunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio spectat) reciperent per eosdem in fratrum ipsorum vtilitates, prout eis licet ex regula, vel declaratione regulæ conuertenda, sicut & quando a Generalibus, & prouincialibus Ministris, & custodibus prædictis, & eorum singulis pro tempore in prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdem fratribus de assensu eorum, eatitissent requisiti, ac eædem personæ petendi, exigendi recipiendi, alienandi prædicta, transigendi quoque, & paciscendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia vitanda, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præstandi, cum illis & contra illos qui huiusmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemosynas fratribus in testamentis occuparent, vel violenter auferrent, siue contra voluntatem fratrum quomodolibet obtinerent. Et generaliter in omnibus causis, rebus, & locis huiusmodi ad ipsam ecclesiam spectantibus, ipsorum fratrum vsui concessis, Necnon pro immunitatibus, libertatibus, & iuribus, ac priuilegijs, & indulgentijs eorundem sine cuiuslibet satisdationis, & cautionis onere plenam, generalem, & liberam haberent, apostolica auctoritate præfata in iudicio, & extra iudicium, potestatem, reuocandi quoque personas easdem, & earum quamlibet, ac alias eis subrogandi, & vel nominandi per supradictum modum nominationis, quotiens opportunum foret, quæ eandem in prædictis, vel similem haberent potestatem plenam, & liberam, per suas, sub Datum apud Vrbem Veterem, quintodecimo Calendas Februarij, Pontificatus sui anno secundo, auctoritate apostolica præfata, etiam concessit facultatem. Et licet recolendæ mem. Ioannes Papa XXII. similiter prædecessor noster constitutione, quæ incipit. Ad conditorem, per quam ministris, & custodibus, & fratribus prædictis, ne literis, & concessione Martini prædecessoris huiusmodi sine apostolicæ sedis præfatæ licentia vterentur, inter cætera prohibuerit nihilominus prohibitione huiusmodi non obstante sanctæ mem. Martinus V. similiter prædecessor noster, voluit, & eadem auctoritate apostolica concessit Ministris, & custodibus, & fratribus prædictis, quod ipsi, & eorum singuli literis Martini IIII. prædecessoris, ac omnibus in eis contentis huiusmodi libere, & licite vti valerent, tandiu & quousque per sedem prædictam aliud in præmissis eidem ordini vtilius foret ordinatum, ac etiam fel. mem. Eugenius etiam Papa IIII. pariter prædecessor noster. ius huiusmodi eidem ordini per alias suas literas tenore literarum Martini IIII. prædecessoris huiusmodi in eis præinserto, vt dicitur, concessit conseruari, Necnon etiam piæ mem. Nicolaus V. & Sixtus IIII. etiam prædecessores nostri super confessionibus audiendis omnium personarum extranearum, & forensium quarumcunque diœcesum per fratres Minores ordinis, & obseruantiæ regularis huiusmodi ad hoc a suis superioribus, vt moris est deputatos, necnon pro absolutionis beneficio illis impendendo, ac sacratissimæ Eucharistiæ Sacramento, eis taliter confessis, omni tẽpore, præterquam in die Resurrectionis Dominicæ, licite administrando, per diuersas eorum literas, eadem auctoritate apostolica facultatem concesserunt, ac idem Eugenius & diuersi alij Romani Pontifices prædecessores nostri facultatem absoluendi huiusmodi sub certis modis & forma, ac etiam in diuersis Conuentibus ordinis huiusmodi tunc expressis (etiam viuæ vocis oraculo vt præfertur) ampliarunt, & extenderunt prout in singulis concessionibus, & literis eorundem prædecessorum plenius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, ea quæ sæpius apostolica auctoritate præfata munita existunt maiorem obtineant roboris firmitatem, dictusque Clemens Minister cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispensationes, & singulas alias gratias huiusmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari, Pro parte eiusdem Clementis Ministri, nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus conseruatorijs, declarationibus, facultatibus dispensationibus, gratijs, concessionibus, indulgentijs, & indultis pro illorum obseruantia viridiore nostræ approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui omnium votis præsertim illis quibus sub suaui religionis iugo diuinis laudibus, & christianæ professionis augmento incumbentium personarum, tranquillitati commoditatibus & honori consulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus inclinati præmissa, ac omnia & singula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab inquisitoribus præfatis libertates, prærogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia etiam per modum comunicationis, & extensionis inter se, & cum alijs ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eiusdem fratrum Minorum regularis obseruantiæ, ac sanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus, etiam in congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorundem superiorum ordinis Minorum regularis obseruantiæ huiusmodi obedientia degentibus, ipsorumque superiorum fratribus, monialibus sororibus, ac vtriusque sexus, etiam singularibus personis, necnon Monasterijs, domibus, ecclesijs, & locis quibuscunque in genere & in specie, etiam per solam signaturam etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur. aut alias tam per præfatos, ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem prædictam, quam Imperatores, Reges & alios Principes sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, Necnon cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, singulas desuper confectas literas, & in eis contenta (etiam prout largius in aliquibus earum eis concessum est) interpretando, & inde secuta quæcunque illorum omnium tenores & formas, datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate apostolica, tenore præsentium ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, & innouamus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obseruari, necnon Ordinibus Fratrum Minorum regularis obseruantiæ, & sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam In congregatione sub obedientia fratrum Minorum obseruantiæ huiusmodi degentibus superiobus, fratribus, monialibus, etiam tertiarijs nuncupatis sororibus, personis, monasterijs, domibus, ecclesijs, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extensionis huiusmodi suffragari, illisque frui, vti, & gaudere quando, & quoties opus fuerit posse, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conscientiæ in omnibus & per omnia perinde, ac si specialiter & expresse eisdem fratrum Minorũ, ac sanctæ Claræ, & tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, concessa fuissent, decernimus. Supplentes omnes & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & nihilominus pro potiori cautela, & ampliori dono gratiæ, illa omnia & singula quæ per præfatos prædecesores nostros, ac Imperatores, Reges, & principes ac nos, & sedem eandem, cõcessa, statuta, & ordinata fuerunt, etiam iuxta ampliorem, & fauorabiliorem illorum intelligentiam, & interpretationem, & præsertim vt exclusis quibuscunque sollicitudinibus

Sed Ioan. 22. prohibuit Fratribus ne vterentur dicta cõcessione Mart. 4.

Mart. autem 5. voluit, vt eadẽ concessionẽ vti possent.

Eugenius 4. concessionẽ Mart. 5. confirmauit.

Nicol. 5. & Six. 4. concesserunt facultatem audiendi confessiones, & administrandi Sacramẽtum Altaris.

Quod ampliarũt mox infra.

Pontifex idem confirmat omnia indulta, & priuilegia Fratribus de obseruantia concessa.

Supplet quoque defectus constitutionum prędecessorum.

liberius

liberius & quietius diuinis possint vacare obsequijs fratres minorum reg. obser. huiusmodi & animarum saluti peramplius proficere, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in vltima volũtate relinquentium ordini prædicto. vel fratribus ordinis minorum huiusmodi aliquid propter Deum, pia intentio non fraudetur ac heredum & executorum negligentijs obuietur, ac vt ipsi fratres secundum modos licitos & congruos ipsi ordini relictis sibi in testamentis mobilibus & immobilibus bonis, & alijs etiam pecuniarijs sibi quomodolibet oblatis, concessis, legatis, & donatis pro tempore, etiã pro missis, & alijs diuinis officijs, eleemosynis, & alijs rebus non fraudetur, quod Generalis de per se in toto ordine, & singuli Prouinciales, ministri, ac custodes vniuersi pro tempore existentes ipsius ordinis fratrum minorum in suis Prouincijs, & custodijs respectiue, & ad hoc ab eis respectiue deputati fratres pro tempore, possint nominare speciales personas, quæ non sint de dicto ordine minorum pro locorum indigentia singulorum, quando & quotiens opus fuerit in singulis eorum Conuentibus, quas personas taliter nominatas pro tempore, in ijs administrationem legitimã, & generalem, ac liberam gerere, & ipsos veros, & legitimos administratores, Economos, Syndicos, & actores esse de potestatis plenitudine cõstituendo, eadem authoritate etiam decernimus, qui res ipsas, & rerum ipsarum precium, & prædictas eleemosynas nomine Romanæ Ecclesiæ (ad quam rerum omnium mobilium & immobilium, quibus fratres vti possunt, ius, proprietas & dominium nullo medio spectat) recipiant & recipere possint & debeant per eosdem in fratrum ipsorum vtilitates etiam pro victu, & vestitu eorum, ac reparatione conuentuum, & aliarum rerum, locorum, conuentuum, & fratrum huiusmodi necessitatibus pro tempore conuertenda, sicut & quando a dictis Generali in toto ordine, & Prouincialibus ministris, ac custodibus prædictis, & eorum singulis, pro tempore in prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdem fratribus de assensu eorum extiterint requisiti, Ac eedem personæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, transigendi quoque, paciscendi, conueniendi, compromittendi, commutandi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calũnia, & veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius iuramentum præstandi cum illis, & contra illos qui huiusmodi res mobiles & immobiles, aut preciũ earum, vel relictas eleemosynas fratribus in testamẽtis, aut alias eis donatas & concessas occuparent vel violenter auferrent, siue contra voluntatem fratrum quomodolibet retinerent, Et generaliter in omnibus causis pro rebus, & locis huiusmodi ad ipsam Ecclesiam spectantibus, ipsorum fratrum vsui concessis, necnon pro immunitatibus, & libertatibus iuribus & priuilegijs, ac indulgentijs eorundem, sine cuiuslibet satisdationis & cautionis onere, plenam generalem, & liberam habeant authoritatem, præfata authoritate Apostolica in iudicio, & extra illud, potestatem concedimus. Reuocandi quoque personas easdem, & earum quamlibet, ac alias subrogandi, vel nominandi per supradictum modum nominationis quoties opportunum fuerit, quæ eandem in prædictis, vel similem habeant potestatem, plenam & liberam, etiam Generali, ac Prouincialibus ministris, ac custodibus huiusmodi, & eorum singulis, vt præfertur, eadem authoritate facultatem etiam concedimus: Nec propter præmissa fratres minores huiusmodi contra regulam sancti Francisci quam professi sunt, & profitentur in futurum, siue contra statuta regularia sui ordinis huiusmodi in aliquo facere, nec fecisse, immo cum illius obseruatione quo ad hoc, & pura, & sana conscientia sine alicuius conscientiæ scrupulo vixisse eatenus, & in posterũ viuere. Et sic per quoscunq; iudices, sublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Et insuper, vt pro tempore deputatos confessores fratres ordinis minorum obseruantiæ huiusmodi omnium quarumcunque diœcesium vtriusque sexus Christifidelium ad eos pro tempore recurrentium cõfessiones audire: eosque etiam in casibus, & censuris, quibus eis per priuilegia sedis Apostolicæ, etiam per modum communicationis, & extensionis quorumcunq; ordinum etiam minimorũ hactenus concessum est, posse absoluere, & singuli ordines etiam minorum (quorum priuilegia eidem ordini minorum sunt cõmunicata, & extensa) absoluere consueuerunt, absoluendi ac pœnitentiam salutarem iniungendi, & omni tempore præterquam in die resurrectionis Dominicæ sacramentum Eucharistiæ tam illis quam alijs quibusuis personis licite ministrandi, Apostolica authoritate prædicta, indulgemus, ac de nouo cõcedimus in omnibus, & per omnia. Ita quod ordines superiores fratres, moniales, sorores, personæ, Monasteria, domus, Ecclesiæ, & loca predicta, illis tam in genere quam in specie, concessis, vt præfertur, vti potiri & gaudere possint & debeant. Ac ab ipsis inquisitoribus, impositionibus, grauaminibus, oneribus decimis, quarta, & quinta etiam funeralium, & aliorum quorumcunque eis legatorum, & oblatorum ac concessorum pro tempore, necnon pedagijs, & Gabellis, ac omnibus, & singulis alijs supradictis, libera penitus, immunia, & exempta autoritate Apostolica, & tenore prædictis, etiam concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus. Et nihilominus Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopo Conchensi, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apost. auditori, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium seu alios faciant authoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta quæcunque plenum effectum sortiri, illisque omnes quos concernunt pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper per quoscũque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebeles etiam per quascunque (de quibus eis videbitur) censuras & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo. Ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando. Inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus Super cathedram, Bonifacij, & dudum Viennensis concilij, ac Clementinæ Religiosi de priuilegijs, & Dudum de sepulturis, ac etiam Ex frequentib. de sentẽtia excommunicationis, ac extrauagante, ad Conditorem Ioannis xxij. cum alijs constitutionibus eandem materiã prædictæ extrauagantis tangentib. seu concernentib. ac regulis cãcellariæ Apostolicæ, iam editis, & in futurum edendis, ac piæ memo. Bonifacij. PP. viij. etiam prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali de duabus dietis editis (dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium nõ trahatur) & alijs Apostolicis, ac Prouincialibus, capitularibus, generalibus, & specialibus constitutionibus & ordinationibus, etiam in vltimo generali concilio Lateranensi celebrato, & alijs concilijs editis, necnon statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione. Apost. vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoq; indultis & literis Apos. etiam in forma breuis per Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iulium etiam III. præfatos, ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros. ac sedem eandem, etiam motu proprio, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorũdem

reuocatiuis,

Concessit facultatem deputandi Syndicos & Actores bonorum eleemosinarum Monasteriorum.

Syndicorum & Actorum facultates.

Decretum irritans.

Ampliatio facultatum audiendi confessiones & administrandi sacramenta. De his habes sub Leon. X. cõst. 27. Dum intra.

Exemptio a Pedagijs et Gabellis.

Quod declaratur & ampliatur inf. per Pium V. in eius const. 14. Dũ ad vberes, & ibi notabo.

Executores istius const.

Clausula derog.

re inocatiuis, restrictiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarũ derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibuiuis personis, & ordinibus in contrarium forsan concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret. Et in eis caueatur expresse, quòd illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit. Tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterisque contrarijs quibuscunque. Verum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca (in quibus forte opus esset) deferri. Volumus, & pariter Apostolica authoritate decernimus quod illarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris, die prima Iulij. 1555. Pontificatus nostri Anno primo.

Clausulæ derog.

Cæ. Glor.

V.

Ordinationes circa Iudæorum viuendi modum.

Hæc constitutio immutata fuit per Pium IIII. infra in eius const. 63. Dudum à fel. re.
Sed postea approbata & innouata fuit per Pium V. in eius constit. 5.
Romanus Pontifex & Greg. XIII. constitu. 71. Alias piæ me.

De Materia Iudæorum posui concordan. supra in Pauli III. constitu. 29. cupientes fol. 415.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM nimis absurdum, & inconueniens existat, vt Iudæi, quos propria culpa perpetuæ seruituti submisit, sub prætextu quod pietas Christiana illos receptet, & eorum cohabitationem sustineat, Christianis adeo sint ingrati, vt eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro seruitute, quam illis debẽt, dominatum vendicare procurent. Nos ad quorum notitiam nuper deuenit eosdem Iudæos in alma vrbe nostra, & nonnullis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus, terris, & locis in id insolentiæ prorupisse, vt non solum mixtim cum Christianis, & prope eorum Ecclesias nulla intercedente habitus distinctione, cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus ciuitatum, terrarum, & locorum, in quibus degunt, vicis, & plateis conducere, & bona stabilia comparare & possidere, ac nutrices & ancillas aliosque seruientes Christianos mercenarios habere, & diuersa alia in ignominiam, & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiam Romanam eosdem Iudæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ, & ad hoc vt ipsi sedis apostolicæ pietate, & benignitate allecti, errores suos tandẽ recognoscant, & ad verum catholicæ fidei lumen peruenire satagant, & propterea conuenire, vt quandiu in eorum erroribus persistunt, effectu operis recognoscant se seruos, Christianos vero liberos per Iesum Christum Deum & Dominum nostrum effectos fuisse, iniquumque existere, vt filij liberæ filijs famulentur ancillæ. Volentes in præmissis, quantum cum Deo possumus, salubriter prouidere, Hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus tam in dicta Vrbe, quam in quibusuis alijs ipsius Romanæ Ecclesiæ ciuitatibus, terris, & locis Iudæi omnes in vno & eodem, ac si illẽ capax non fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot satis sint, contiguis, & ab habitationibus Christianorum penitus seiunctis, per nos in Vrbe, & per Magistratus nostros in alijs ciuitatibus, terris, & locis prædictis designandis vicis, ad quos vnicus tantum ingressus pateat, & quibus solum vnicus exitus detur, omnino habitent. Et in singulis ciuitatibus, terris, & locis in quibus habitauerint, vnicam tantum Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de nouo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quinimo omnes eorum Synagogas, præter vnam tantum demoliri, & deuastare Ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos magistratus præfigendum, Christianis vendere. Et ad hoc vt pro Iudæis, vbique dignoscantur, masculi biretum, fœminæ vero aliud signum patens, ita vt nullo modo celari, aut abscondi possit, glauci coloris palam deferre teneantur, & astricti sint, nec super non delatione bireti, aut alterius signi huiusmodi prætexto cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari, aut per eiusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Cameræ Apostolicæ Clericos, seu alias illi præsidentes personas, aut sedis apostolicæ Legatos, vel eorũ Vicelegatos quouismodo dispensari, aut absolui possint. Nutrices quoque, seu ancillas, aut alios vtriusque sexus seruientes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere, seu Dominicis, vel alijs de præcepto Ecclesiæ festis diebus in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquo modò grauare, aut contractus fictos, vel simulatos celebrare seu cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conuersationem habere nullatenus præsumant. Nec in libris rationum, & computorum, quæ cum Christianis pro tempore habebunt, alijs, quam latinis literis, & alio, quam vulgari Italico sermone vti possint, & si vtantur, libri huiusmodi contra Christianos nullam fidem faciant, Iudæi quoque præfati soli arte strazzariæ, seu cenciariæ (vt vulgo dicitur) contenti aliquam mercaturam frumenti, vel ordei, aut aliarum rerum vsui humano necessariarum facere, Et qui ex eis medici fuerint, etiam vocati, & rogati, ad curam Christianorum accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se a pauperibus Christianis dominos vocari patiantur. Et menses in eorum rationibus, & computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, & dies, qui ad numerum triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus, quot in effectu fuerint, computentur, & iuxta ipsorum dierum numerum, & non ad rationem integri mensis eorum credita exi-

Iudæi habitent in locis certis, in positis à Christianorum habitationibus.

Synagogam vnicam habeant in terris in quibus permanent, & alias destrui faciant.

Immobilia Christianis vendant.

Signum glauci coloris deferãt. Contrarium antea statuerat Iul. 3. in eius cõst. 15 quã habes su. fol. 515

Nutrices & seruientes Christianos non retineant. Hoc idem voluit Inn. 4 in const. 4 supra fol. 5.

Imò contrauenientes puniuntur per inquisitores vt in Greg. 13. const. 71. Antiqua.

Libris eorum nõ scriptis vulgari italico sermone, fides non adhibeatur.

Mercaturã Frumenti & similes non exerceant.

Medici Iudæi, de Christianorũ cura non accedant.

Quod declaratur & ampliatur per Greg. 13. in eius const. 71. Alias piæ me.

dita exigant. Ac pignora eis pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius à die, quo illa eis data fuerint, decem & octo integris mensibus vendere nequeant, & postquam menses prædicti effluxerint, si ipsi Iudæi pignora huiusmodi vẽdiderint, omnem pecuniam, quæ eorum credito superfuerit, domino pignorum consignare, Et statuta ciuitatum, terrarum, & locorum, in quibus pro tempore habitauerint, fauorem Christianorum concernentia inuiolabiliter obseruare etiam teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quomodolibet defecerint, iuxta qualitatem delicti in Vrbe per nos, seu Vicariũ nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in ciuitatibus, terris, & locis prædictis per eosdem magistratus, etiam tanquam rebelles, & criminis læsæ maiestatis rei, a toto populo Christiano diffidati, nostri, & ipsorum Vicarij, ac deputandorum, & magistratuũ arbitrio puniri possint. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis tolerãtijs, seu priuilegijs, & indultis apostolicis eisdem Iudæis per quoscunque Romanos Põtifices prædecessores nostros, ac sedem prædictam aut illius Legatos, vel ipsius Romanæ Ecclesiæ Camerarios, & Cameræ apostolicæ Clericos, seu alios illis præsidentes sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis (quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma, in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus) ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Pridie idus Iulij Ponificatus nostri Anno Primo.

Io. Barengus.

Pignora ante lapsum 18. mẽsiũ non vendant.
Hoc idem habes 1 d. cõs. Greg. 13.
Statuta locorum obseruent.
Inobedientesq; coerceant ut hic
Clausulę derog.

V I.

Subsidium vnius Quatreni pro qualibet libra carnis, à Iulio III. in toto statu Ecclesiastico ad quinquennium impositum, mandat extra Vrbem exigi durante dicto quinquennio.

De Extentione, Prorogatione, & Declaratione huius Impositionis notaui sup. in Iul. III. const. 31. Nuper cupiente fol. 533.

PAVLVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

CVM, sicut accepimus, diuersæ Communitates, ac vniuersitates & personæ ciuitatum & locorum status nostri ecclesiastici, subsidium vnius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendẽdæ a quibuscunque illius emptoribus exigendi alias a fe. re. Iulio III. prædecessore nostro in alma Vrbe nostra tunc sua impositum, & postmodum ad omnia & singula præfati status Ciuitates, & loca pro quinque annis, ex tunc immediate sequentibus extensum diuersimode subterfugiendo soluere cessent, & forsan recusant: Nos licet pro ea cupiditate, quam habemus, nostrorum & S. R. E. subditorum commodis consulendi, maluissemus dictum subsidium sic extensum, si per necessitates, quibus ad præsens premimur, licuisset, penitus & in totum remittere, quam exigi mandare: nihilominus considerantes eiusdem subsidij prouentum superioribus mensibus sede apostolica per ipsius Iulij prædecessoris, & successiue piæ me. Marcelli Papæ II. etiam prædecessoris nostri obitum vacante, nonnullis mercatoribus Romanam Curiam sequentibus, qui Collegio venerabilium fratrũ nostrorum S.R.E. Cardinalium de quorum numero tunc eramus, & Cameræ apostolicæ pro tunc vrgentibus ipsorum Collegij, & Cameræ necessitatibus notabilem pecuniarum summam mutuarunt, pro tempore ex dictis quinque annis restanti, & deinde quandiu ad integram summæ eisdem mercatoribus occasione dicti mutui debitæ satisfationem opus, esset, assignatum extitisse: Et sperantes infra tempus quinquennij huiusmodi necessitates prædictas, dante Domino, cessare debere, & tunc subsidium ipsum cum commodo nostro remitti posse: Ne interim mercatores præfati assignamenti sibi concessi effectu frustrentur, & sub fide publica decipiantur, aut de modo exactionis ipsius subsidij dubitetur, prouidere volentes, apostolica auctoritate tenore præsentium, statuimus atq; decernimus dictum subsidium in præfato statu extra Vrbem pro toto tempore ex dictis quinque annis restanti, alias iuxta declarationes, & ordinationes desuper in præfata Camera die sextadecima mensis Nouembris proxime præteriti æditas ab emptoribus carnis minutatim vendendæ huiusmodi administratori dictæ Gabellæ, & ab eo deputatis, ad effectum eisdem mercatoribus satisfaciendi, omnino solui. Sicque per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate & facultate, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea dilecto filio Guidoni Ascanio sanctæ Mariæ in Vialata Diacono Cardinali de sancta Flora nuncupato Camerario nostro, vt subsidium prædictũ modo præmisso cum ea qua decet diligentia exigi curet. Vniuersis vero & singulis ciuitatum, & locorum prædictorum Gubernatoribus, Locatenentibus, Prætoribus, Vicarijs, & alijs quouis nomine nuncupatis iustitiæ ministris sub indignationis nostræ pœna ne dicti subsidij exactores, aut alios ministros circa illius exactionem pro tempore deputatos, quominus illud, vt præfertur, exigere possint, vllo modo, vel obtentu impediant, vel molestent, immo illorum nomine requisiti, illis desuper opportune adsint, & faueant. Non obstantibus illis, quæ idẽ Iulius prædecessor in suis impositionis & extensionis subsidij huiusmodi literis voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca in quibus de eis fides facienda erit, deferri, Volumus & eadem auctoritate decernimus, quod transumptis earundem literarum, etiam impressis, dummodo manu alicuius ex notarijs Cameræ huiusmodi subscripta, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita sint, eadem

Iul. 3. de anno 1553. imposuit subsidium vnius Quatreni pro qualibet libra carnis in toto statu Eccles. ad quinquennium, vt habes sup. in eius const. 31. Nuper cupiente fol. 533.
Hic autem Pontifex iubet illud exigi extra Vrbẽ quinquennio durante.
Decretũ irritãs.
Camerarius deputatur exactor.
Clausula derog.

fidea

fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus literis huiusmodi adhiberetur, si exhiberentur, vel ostenderetur. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo piscatoris, die vigesima quarta Iulij. millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Pontificatus nostri Anno primo.

Io. Barengus.

VII.

Contra negantes Trinitatem aut diuinitatem Iesu Christi aut eius Conceptionem de spiritu sancto, aut eius mortem vt nos redimeret, aut virginitatem Beatissimæ semper Virginis Dei genetricis Mariæ.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM quorundam hominum prauitas atque iniquitas eo vsque nostris temporibus processerit, vt ex ijs, qui a catholica fide aberrant & desciscunt, plurimi quidem non solum diuersas hæreses profiteri, sed etiã ipsius fidei fundamenta negare præsumant, & eorũ exẽplo multos in interitum aĩę deducãt: Nos cupientes, pro nostro pastorali officio & charitate huiusmodi homines, quantum cum Deo possumus, à tam graui & pestilenti errore auocare, ac ceteros ne in talem impietatem labantur, paterna seueritate admonere, omnes & singulos, qui hactenus asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & incomposita omnino indiuisaque vnitate substantiæ, & vnum vnamet simplici diuinitatis essentia Aut Dominum nostrum Iesum Christum non esse verum Deum eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu sancto Aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de Spiritu sancto, sed sicut ceteros homines ex semine Ioseph. Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum non subijsse acerbissimam Crucis mortem, vt nos à peccatis & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret. Aut eandem beatissimam Virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritu sancti, Apostolica auctoritate requirimus & monemus, quatenus infra spatium trium mensium a publicatione præsentium in Romana Curia, quo ad residentes in ea, modo infrascripto: extra eam vero, quo ad alios in illa non residentes, modo & forma per diœcesanos statuendis, faciendã incipiendorum, quos pro primo, secundo, & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica eis & eorum cuilibet assignamus, ab eorum assertione, dogmatibus, & credulitate huiusmodi, ac quibuscunque alijs in fide prædicta erroribus, in quos hactenus lapsi sunt resipuisse, & ad vnitatem Ecclesiæ redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatem, ac alios errores huiusmodi in manibus inquisitorum hæreticæ prauitatis, ciuitatum, & locorum, in quibus ad præsens degunt, realiter & cum effectu abiurasse, & infra alios tres menses à die abiurationis huiusmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, dictæ hæreticæ prauitatis inquisitoribus generalibus plenam fidem fecisse debeant: Nos enim eiusdem Dei omnipotentis exemplo, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, omnes & singulos, qui, vt præfertur, ab assertione, dogmatibus & credulitate, ac alijs erroribus prædictis resipuerint, & ad vnitatem Ecclesiæ redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatem, ac alios errores huiusmodi sponte abiurauerint, & de eadem abiuratione præfatis inquisitoribus generalibus fidẽ fecerint, ac pœnitentiam priuatam per dictos particulares inquisitores eis iniunctam cũ effectu adimpleuerint, à prædictis & quibusuis alijs quantumuis grauibus & enormibus hæresibus, & à fide Christi apostasijs, ac in eadem fide erroribus: necnon excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque sententijs, censuris & pœnis tam ecclesiasticis, quàm temporalibus etiam bonorũ priuatiuis & corporis afflictiuis, ac capitalibus in tales à iure, vel ab homine latis & promulgatis, & per eos præmissorum occasione incursis (dummodo delati, aut inquisiti, seu relapsi non sint) dicta auctoritate, tenore præsentium in vtroque foro absoluimus & liberamus, ac cum eis super irregularitate, quam propterea contraxerint etiam si sic ligati Missas & alia diuina officia, etiam forsan in contemptum clauium celebrauerint, aut illis alias se immiscuerint, Quódque ea ipsa irregularitate, & ceteris præmissis, non obstantibus qui promoti non fuerint, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipsi, quam qui iam etiam post incursam hæresim promoti fuerint, in altaris ministerio ministrare: Necnon tam clerici, quàm laici, & vtriusque sexus personæ, eorumque filij nepotes, descendentes, ad gradus, honores, ordines, & officia, ac alia quæcunque assumi, illaque suscipere, & exercere libere & licite valeant, auctoritate & tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus, eisque pariter indulgemus, necnon omnem inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam circa eos præmissorum occasione quomodolibet insurgentem ab eis penitus & omnino abolemus. Et insuper cum errores, quos supra narrauimus, ità graues & nefandi sint, vt illi, qui in eos deciderunt, excusationem non habeant, sed subuersi potius atque immanes, quam hæretici merito dici possint: Hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quòd tam illi, qui hactenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra supradictum terminum non resipuerint, & ea, quæ supradiximus non adimpleuerint, quàm omnes & singuli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabentur, cuiuscunque dignitatis status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, pro subuersis & relapsis in hæresim habeantur, & vt relapsi Curiæ seculari tradi, & per ipsam Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præmissa omnia ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque de illis ignorantiã prætendere, ac se legitime excusare possit, Volumus & dicta auctoritate decernimus, quòd præsentes literæ, seu earum transumptum, cui, si manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitum fuerit, eam prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi statuimus, quæ ipsis literis adhiberetur, si originaliter exhiberentur, in eadẽ Curia per aliquos Cursores nostros in Basilicæ principis Apostolorũ, & Ecclesiæ Lateranen. de Vrbe, ac Cancellariæ apostolicæ Valuis, & Acie cãpi Floræ, vt moris est: extra Curiã vero prædictã, modo & forma per venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, ac alios ecclesiarũ prælatos, quibus in virtute sanctæ obedientiæ per easdẽ præsentes mandamus, vt literas, siue transumptũ huiusmodi vbiq; per eorum prouincias, diœceses & ecclesias sincera charitate publicẽt & publica-

Causa istius edit.

Negantes Trinitatem aut diuinitatem Iesu Christi &c. eorum erroris abiurens & de abiuratione doceant coram Inquisitoribus.

Abiurantes & perfectam pœnitentiam consequuntur, dummodo delati, inquisiti, aut relapsi non sint.

De pœnis istorum filiorum & descendent à vide notata sup in Pion 4. const. 2. exhibita fol. 32.

Impœnitentes eorum & alij de cœtero errantes, pœnas relapsorũ incurrunt.

Clausula derog.

Forma publicandi hanc constit.

Publ. in Vrbe factam posui his in fine.

ri faciant.

ri faciant, statuendis, publicetur, earum exemplo in singulis locis, in quibus publicatio ipsa fiet, affixo, & dimisso. Nulli ergo oino hominum liceat hãc paginã nostræ requisition. monition. assignation. absolution. liberation. dispensationis indulti, abolitionis, sanctionis, voluntatis, decreti, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aotem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Septimo Id. August. Pontificatus nostri Anno Primo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Io. Barengus.

Barengus.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini M. D. L V I. Indictione xiiij. Die vero xxij. Mensis Iulij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno eius secũdo, præsentes retroscriptæ literæ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas, seu portas Basilicarum Ecclesiarum Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ. dimissis copijs affixis, vt moris est, per me Thomam Roger præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem.

Petrus Gomes magister Cursorum.

VIII.

Decanatus Collegij Cardinalium deuenit ad Episcopum Cardinalem antiquiorem, in Curia præsentem tempore illius vacationis, aut ex causa publica absentem, & per Pontificem extra Curiam destinatum.

De Materia Cardinalium ponam concordan. infra in Pij V. constitut. 93. Infælicis.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Cardinales sunt membra Pontificis, & ideo in Curia residere debent, & residentes, præferuntur absentibus in optionibus titulorum, & sex Ecclesiarum Cathedralium.

Hic Pont. tempore creationis erat Decanus Cardinalis & deinde Decan⁹ fuit Cardinalis Bellayus cuius Locumtenens in Ciuitate Velitern̄a fuit D. Io. Baptista Cherubinus pater meus, vt dixi sup. fol. 167. in apostilla j. cõst. Leon. x.

CVM venerabiles fratres nostri S.R.E. Cardinales in partẽ solicitudinis vocentur, vt pro tempore existenti Romano Pontifici assistant, ipseque Romanus Pontifex eorũ consilio agenda disponat, & idem Cardinales sint pars corporis, & membra ipsius Romani Pontificis, ac diuersis almæ Vrbis nostræ Parochialibus Ecclesijs pro eorũ Cardinalatus titulo, seu denominatione præficiantur, & in eis Episcopalem iurisdictionem habeant, & propterea in Romana Curia residere debeant, præsentesq; in dicta Curia magis digni, & priuilegiati existant, quam absentes, & in optationibus titulorum, ac sex Ecclesiarum cathedralium, quibus Cardinales pro eorum Cardinalatus titulo præfici solent, absentibus etiã ante eos in Cardinales assumptis præferantur, & si vni ex dictis Ecclesijs cathedralibus præfecti fuerint, ex post semper alios non Episcopos Cardinales in quibusuis actibus, & sessionibus præcedant. Nos ex præmissis, & diuersis alijs causis animum nostrum mouentibus, & inter cetera, vt eosdem Cardinales absentes ad residendum in Curia aliquibus vberioribus fauoribus & prærogatiuis alliceremus, Decanatus Collegij Cardinalium huiusmodi, quem nos dum in minoribus constituti essemus, obtinebamus, & ad quem propter nostram continuam in eadem Curia residentiam ante alios Cardinales nobis in Cardinalatu antiquiores tunc ab ipsa Curia absentes perueneramus, per nostram ad summi Apostolatus fastigium assumptionem vacante, habita super his cum fratribus nostris in consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu venerabilem fratrem nostrum Ioannem Episcopum Ostien. S. R. E. Cardinalem de Bellayo nuncupatum, de nobis & sede apostolica optime meritum, Decanum Collegij huiusmodi declarauimus, eumque ipsius Collegij Decanum vocauimus, & Decanatum ipsum sibi concessimus, prout etiam per præsentes declaramus, vocamus & concedimus. Et insuper ne in posterum Decanatus prædictus illius occurrente vacatione in aliquem Cardinalem ex voluntate sua, & non ex causa publica absentem, & propter absentiam suam huiusmodi quandoque de negotijs dictæ sedis minus informatum in iniuriam aliorum Cardinalium tunc præsentium & Romani Pontifici assistẽtium, ac propterea de negotijs prædictis melius informatorum deueniat, aut super eodem Decanatu aliquæ controuersiæ, seu dissensiones inter ipsos Cardinales oriantur, prouidere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuó valitura constitutione sancimus, quod Decanatus huiusmodi de cetero perpetuis futuris temporibus nonnisi ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præsentem, aut ex causa publica absentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem destinatum, deuenire possit, & quod Episcopus Cardinalis antiquior in Curia præsens, aut vt præfertur absens, & extra Curiam destinatus, postquam Decanatus huiusmodi ad eum deuenerit, omnes alios Cardinales, etiam antiquiores, semper in quibusuis sessionibus, & alijs actibus publicis præcedat nec per alios Episcopos Cardinales etiam antiquiores tunc absentes, etiam si postmodum incontinenti ad eandem Curiam se conferant, & in ea continuo resideant, super ipso Decanatu, aut illius sessionibus, vel alijs actibus seu negotijs ad eum pertinentibus impediri, aut molestari valeat. Decernentes sic & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices & commissarios, quauis etiam apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici auditores, ac eorundem Cardinalium Collegium, in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate & facultate, iudicari, & diffiniri debere, Ac irritum & inane si secus super his a quoquam quauis Auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac stilo palatij, & consistorij nostri, necnon ipsius Collegij, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, vocationis, concessionis, sanctionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, vndecimo Calendas Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

Decanatus de cetero spectabit ad Episcopũ Card. antiquiorem in Curia præsentem, aut per Pontificem extra Curiã destinatum.

Decretũ irritans.

Clausula derogatoria.

Confirma-

VIIII.

Confirmatio constitutionum Iulij III. & aliorum prædecessorum, æditarum contra non soluentes Annatas & Quindennia R. Cameræ Apostolicæ.

Alias confirmationes habes infra in const. 14. Cum alias postquam. & in const. 25. Incumbentia, vbi ponam concord. Materiæ, & confirmauit etiam Pius V. in eius constitu. 174. Apostolicæ.

PAVLVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

QVONIAM sicut accepimus, postquam fe. re. Iulius Papa III. prædecessor noster qui diuersas constitutiones, statuta, decreta, & declarationes per fe. re. Pium II. Paulum II Innocentium VIII. & Iulium II. ac diuersos alios Romanos Pontifices contra pro tempore ratione Annatarum semel tantū, aut de quindennio in quindennium soluendarum obligatos, & alios quoscunque beneficia ecclesiastica absque ea quod annatam soluissent possidentes edita, & facta, ac singulas ipsorum prædecessorum desuper confectas literas, & in illis contenta approbauerat, & innouauerat, ac a quibuscūque tam in singulis prædecessorum literis huiusmodi nominatis quam non nominatis virorum & mulierum secularibus, & quorumuis ordinum regularibus congregationibus, & collegijs, omnibusque alijs sub dictis prædecessorum & ipsius Iulij III. literis comprehensis personis, tam pro præterito, quam pro futuro tempore inuiolabiliter obseruari, & ea omnia necnon censuras & pœnas in ipsis literis cōtentas, contra omnes congregationes, & personas prædictas, quoad omnia & singula monasteria, & beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & quorūuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quouis modo possidebant vigere, & locum habere, totalique executioni demandari decreuerat. Eaque omnia & singula de nouo statuerat, & ordinauerat, ac ad quascunque tam seculares, quam regulares vtriusque sexus congregationes & collegia quantumuis priuilegiata, & exempta extenderat. Et deinde vt literæ suæ prædictæ suum effectum facilius consequi possent diuersos desuper iudices, & executores, etiam cum facultate tam in Romana Curia, quam extra, vnum vel plures subdelegādi deputauerat, & per eosdem deputatos nonnulli commissarij subexecutores extra ipsam Curiam missi, & subdelegati fuerant. Postremo cum earundem literarum executores, diuersarumque particularium causarum inter agentes pro Camera apostolica ex vna, & diuersas religiosorū & regularium congregationes ex altera parte introductarum iudices essent, Dilectus filius noster Ioannes Baptista tituli sancti Clementis presbyter Cardinalis, & venerabilis frater Hieronymus Episcopus Maceraten. ad hoc à dilecto filio nostro Guidone Ascanio Sanctæ Mariæ in Vialata Diacono Cardinali Camerario subdelegato, in eisdem causis ad plures actus respectiue processo, citra tamen causæ conclusionem, sicut altissimo placuit dictus Iulius prædecessor rebus humanis fuit exemptus. Nos igitur ad Pontificatum diuina fauente clementia assumpti, volentes dictæ Cameræ indemnitati, vt tenemur, consulere, singulas Iulij III. & aliorum prædecessorum prædictorum literas super præmissis emanatas harum serie approbantes, & innouantes, illarumque omnium & singularum exequutionem, omnesque & singulas causas coram Io. Baptista Cardinali, ac Hieronymo Episcopo, & Guidone Ascanio Camerario prædictis, & alijs quibuscunque iudicibus præmissorum occasione quomodolibet pendentes, in statu, & terminis quibus reperiuntur ad nos harum serie aduocamus, illasque Dilectis filijs nostris Io. Michaeli tt. sanctæ Mariæ in Araceli Saraceno, & Fabio tt. sancti Siluestri Mignaneiln nuncupatus S.R.E. præsbyteris Cardinalibus, in eisdem statu, & terminis reassumendas, ac modo & forma in certis dicti Iulij III. literis in forma breuis, & Motu proprio desuper emanatis, & prioribus iudicibus prædictis directis, aliasque summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, sola rei veritate inspecta, audiēdas, cognoscendas decidēdi, ac fine debito terminandas cōmittimus, & mandamus. Cum potestate quoscunque opus fuerit; etiam congregationes, & collegia tam virorū, quam mulierum, & tam secularium, quam regularium, etiam per edictum publicum, constito summarie de non tuto accessu, citandi, seu etiam sub censuris ecclesiasticis & pecuniarijs eorum & cuiuslibet eorum arbitrio moderandis pœnis ad satisfaciendum de his quæ debent monendi, & requirendi, ac quibus, & quoties opus erit, etiam sub similibus censuris, & pœnis inhibendi. Et in euentum non paritionis, seu contrauentionis in singulos casus, & euentus, prædictos inobedientes contrauenientes, & non parentes, censuras & pœnas prædictas incidisse & incurrisse declarandi, & deinde etiam vnico contextu aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxilium brachij secularis inuocandi, ac seinuicem vsque ad sententiam inclusiue pro faciendis processibus subdelegandi, commissarios, & subexecutores, si & quoties eis videbitur deputandi, ac in causis prædictis etiam singulis diebus, & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedendi, & terminandi, alijsque facultatibus necessarijs, & opportunis. Non obstantibus præmissis, constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, quibuscunque feriis tam generalibus quam specialibus, tam nunc in dictis, quam in posterum indicendis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Statum, merita & tenores singularum causarum, & literarum aliorumque prædictorum, & forsan latius exprimendorum pro sufficienter expressis habentes.

Iul. 3. confirmauit & ampliauit cōstitutiones Pij 2. Pauli 2. Inn. 8. & Iul. 2. contra nō soluentes Annatas & quindēnia vt habes in eius const. 18. cupiētes fol. 119. & ibi notaui.

Hic autem Pont. confirmat cōstitutiones Iul. 3.

Clausula derog.

Placet motu proprio. I.

X.

Deputatio, & Facultates Hieronymi Archiepiscopi Ianuen. Thesaurarij, & Io. Baptistæ Osij Episcopi Reatin. Datarij, executorum constitutionum Apostolicorum circa Annatas, & Quindennia æditarum, vt in præced. constit.

PAVLVS Papa IIII. Venerabilis frater, & dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem.

CVM nuper postquam fe. re. Iulius Papa III. prædecessor noster diuersas cōstitutiones, statuta, decreta, & declarationes per piæ me. Pium II. & Paulum etiam II. Innocentiū VIII. Iulium similiter II. ac diuersos alios Romanos Pontifices contra pro tempore obligatos ratione annatarum communiū,

Tenor præcedentis constitutionis.

ac aliorum iurium semel tantum, aut de quindennio in quindenniũ ob perpetuas beneficiorum ecclesiasticorum vniones a sede apostolica obtentas soluendorum, & alios quæcunque beneficia ecclesiastica, absque eo quod annata communia vel alia iura prædicta soluissent, possidentes eatenus edita & facta, ac singulas ipsorum prædecessorum desuper confectas literas, & in illis contenta approbauerat, & innouauerat, ac a quibuscunque tam in singulis literis huiusmodi nominatis, quam non nominatis mulierum & virorum secularibus & quorumuis ordinum regularibus congregationibus, & collegijs, omnibusque alijs sub dictis, & Iulij III. ac aliorum prædecessorum literis huiusmodi comprehensis personis tam pro præterito, quam pro futuro tempore inuiolabiliter obseruari, & ea omnia, necnon censuras, & pœnas in ipsis literis contentas contra omnes congregationes, & personas prædictas, quoad omnia, & singula monasteria, & beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quouis modo possidebant vigere, & locum habere, totalique executioni demandari debere decreuerat, eaque omnia, & singula de nouo statuerat, & ordinauerat, ac ad quoscunque tam seculares, quam regulares vtriusque sexus congregationes, & collegia quantumuis priuilegiata, & excepta extenderat, & deinde vt ipsius Iulij III. prædecessoris literæ prædictæ suum facilius consequerentur effectum, Dilectos filios Guidonem Ascanium, Mariæ in Vialata Diaconum Cardinalem de sancta Flora Camerarium nostrum, & Franciscum Massatium de Aspra, tunc suum, & dictæ Cameræ Thesaurarium generalem, iudices, & executores ad literas prædictas inuiolabiliter obseruari faciendum constituerat, & deputauerat, prout in singulis suis literis desuper confectis plenius cõtinetur. Nos præfato Iulio III. prædecessore postmodum sicut Domino placuit hac vita functo, ad Pontificatum diuina maiestate volente assumpti, singulas Iulij III. & aliorum prædecessorum literas huiusmodi approbauimus, illarumque omnium & singularum executionem, ac omnes & singulas causas coram dilecto filio nostro Ioanne Baptista tituli S. Clementis presbytero Cardinali, ac venerabili fratri Hieronymo Episcopo Maceratensi ad hoc à præfato Guidone Ascanio Cardinale subdelegato, & quibusuis alijs iudicibus præmissorum occasione quomodolibet pendentes, in statu, & terminis in quibus reperiebantur ad nos aduocauimus, illaque dilectis filijs nostris Io. Michaeli S. Mariæ in Aracæli Saraceno, & Fabio S. Siluestri Mignanello respectiue nuncupatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ titulorum presbyteris Cardinalibus in eisdem statu, & terminis reassumendas, & modo & forma in certis dicti Iulij III. prædecessoris in forma breuis, & Motu proprio desuper emanatis, & prioribus iudicibus prædictis directis audiendas & cognoscendas, & fine debito terminandas commisimus, prout in quodam Motu proprio manu nostra signato plenius continetur. Cumque dictus Franciscus desierit Thesaurarius esse, ipseque Guido Ascanius Camerarius pluribus alijs implicitus negotijs præmissorum executioni vacare nequeat, Nos ne propterea executio huiusmodi in non modicum dictæ Cameræ præiudicium prætermittatur, aut differatur, ac alias eiusdem Cameræ indemnitati consulere volentes, omnem auctoritatẽ & potestatem Guidoni Ascanio Camerario, & Francisco præfatis per dictum Iulium prædecessorem coniunctim in præmissis attributam ab eis harum serie abdicantes, & reuocantes, Vos de quorum erga nos, & sedem apostolicam deuotione, fide, integritate, & experiẽtia, singularem in Domino fiduciam gerimus, ad omnia & singula quæ per dictarum Annatarum communium, & aliorum iurium de quindennio in quindennium, vt præfertur, soluendorum exactione pro tempore necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna vbique locorum executioni demandandum, ac demandari faciendum, in Guidonis Ascanij Camerarij, & Francisci prædictorũ locum apostolica auctoritate tenore præsentium sufficimus, & deputamus, Vobis expresse mandantes, quatenus coniunctim procedentes per vos seu alium vel alios singulas tam ipsius Iulij III. quam aliorum prædecessorum desuper confectas literas prædictas, & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit solemniter publicantes, illas, necnon quicquid per eosdem Ioan. Michaelem, & Fabium Cardinales in præmissis causis conclusum & decisum fuerit, auctoritate nostra debitæ executioni demandari, & a quibuslibet inuiolabiliter obseruari faciatis. Nos enim vobis ipsarum annatarum communium, & aliorum iurium debitores, & alios quos opus fuerit, tam in Romana Curia quam extra eam, etiam per edictum publicum in locis publicis, & circumuicinis, ex quibus si vero similis coniectura quod ad eorum notitiam perueniat, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu citandi, ac eis, & alijs quibus, & quotiens opus fuerit, etiam sub censuris ecclesiasticis, & pœnis pecuniarijs vestro arbitrio ferendis, statuendis, ac moderandis, & applicandis, etiam simili edicto inhibendi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes per contentas in singulis literis prædictis, ac alias de quibus vobis videbitur sententias, censuras, & pœnas, vt præfertur, ferendas, statuendas, moderandas, & applicandas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, etiam more camerali procedendi, & manu regia quacunque appellatione postposita compescendi, & legitimis super his seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas præfatas, etiam iteratis vicibus aggrauandi, inuocato etiam, seu adhibito ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, ac in quibusuis prouincijs, regionibus, terris, & locis in quibus ipsarum annatarum communium, & aliorum iurium debitores esse, aut alias præmissorum executio quomodolibet fieri contigerit, vnum vel plures Cameræ apostolicæ ministros ad exigendum, & recuperandum, ac præmissa omnia debitæ executioni demandandum cum simili, & limitata facultate, & præsertim cum potestate quod ipsi alios similiter in sui locum substituere valeant substituendi, ac subdeputandi eosque ad vestri animi libitum reuocandi, & amouendi aliaque omnia & singula quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequẽdi, plenam & liberã dicta auctoritate tenore præsentium facultatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus piæ me. Bonifacij Papæ viij. etiam prædecessoris nostri, de vna, & concilij generalis de duabus dietis, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis. necnon omnibus illis quæ dictus Iulius iij. prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo piscatoris, die prima Octobris millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto. Pontificatus nostri Anno primo.

Hic Motus proprius est qui immediate præcedit.

Deputatio modernorum Thesaurarij, & Datarij in executorem constitutionũ Apost. circa Annatarũ & quindẽniorũ solutiones, in locum Camerarij & Thesaurarij.

Facultates eorundem executorũ.

Clausula derog.

Forma

X I.

Forma contrahendi Societates Officiorum nuncupatas.

Hæc constitutio abrogata fuit per Pium 4. in eius constit. 160. Cum sicut accepimus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER ceteras curas, quibus ex ministerio apostolatus nobis diuinæ gratiæ munere commissi, assidue premimur, illa nos maxime vrget, vt prauæ consuetudines & abusus, quos in hanc almam Vrbem nostram malitijs hominum irrepsisse cernimus, nostra diligentia tollantur. Cum itaque (sicut fidedignorum relatione nobis innotuit) diuersæ vtriusque sexus personæ, tam ipsius Vrbis Ciues, seu originarij, quam Romanam Curiam sequentes, sub prætextu, quod in dicta Curia super illius Officijs societates ad rationem duodecim, & quandoque plurium pro centenario passim fiant, & societates huiusmodi licitæ reputentur, propterea quod officia ipsa fructus suos verisimiliter ad eandem rationem reddant, & pecunias ipsas in societatem recipientes, si illas dantes, aut singuli alij tunc ab eis nominati moriantur, sortem principalem pecuniarum per eos in societatem receptarum lucrentur, & econtra si recipientes pecunias in societatem moriantur, pro eo quod officia super quibus societates huiusmodi contractæ fuerint, ipsis morientibus deficiant, eorum heredes, aut fideiussores sortem receptam restituere cogantur pecunias suas sub nomine societatis, non tamen super aliquo eiusdem Curiæ officio mutuent, & duodecim, & quandoque plura pro centenario nomine quidem fructuum ipsius societatis, sed re vera pro vsuris pecuniarum per eos mutuatarum exigant, vsurariam prauitatem committendo, & diuersi præfatæ Curiæ Officiales super officijs, per eos pro tempore obtentis, diuersas societates cum diuersis personis etiam vltra valorem ipsorum officiorum, & cum pactis aliquando minus licitis sæpius ineant, & singulis personis pecunias suas eisdem officialibus intra valorem eorundem officiorum absque eo quod vnam aliam sciat credentibus, tam pro sorte principali, quam pro fructibus dictarum societatum fideiussionem præstent aliorum officialium, qui officia sua alijs pro maiori pecuniarum summa, quam illa valeant, obnoxia, & hypothecata habent, & exinde fiat, vt officia ipsa quandoque vltra decuplum eius, quo vendi possent, obligata reperiantur. Et tam principales debitores, quam fideiussores non solum fidem fallant, & creditores suos pecunijs, quas illis eisdem officialibus eorum, & fideiussorum suorum fidem sequentes credunt, priuent, frustrentur, etiam iuramentis per eos in societatibus huiusmodi præstitis temere contraueniendo, verumetiam facilitate societatis huiusmodi clam ineundi, seipsos & suam familiam depauperent, suamque & illorum substantiam dissipent, & annihilent in animarum periculum, & eiusdem Curiæ ignominiam, ac complurium, qui in præmissis non delinquunt, detrimentum. Nos cupientes, quantum cum Deo possumus, animarum periculis obuiare, & alijs inconuenientibus prædictis occurrere, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, per præsentes decernimus, & declaramus omnes, & singulas societates ad rationem certæ & determinatæ pecuniarum summæ quolibet mense vel anno, aut alio statuto tempore soluendæ, etiam sub periculo mortis alicuius, alias quam super officijs præfatæ Curiæ de cetero faciendas illicitas, & iniustas fore, & vsurariam prauitatem continere, & ex eis aliquod ius, aut actionem acquiri non posse. Et insuper hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, atque statuimus, & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus, tam in dicta Curia quam in tota ditione ecclesiastica Officialis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ existat, aliquam societatem super officio, vel officijs ad nostri, seu sedis, vel Cameræ apostolicæ, vel Camerarij, Vicecancellarij, Pænitentiarij maioris, & causarum palatij apostolici Auditorum dispositionem quomodolibet pertinente, seu pertinentibus, quæ vendi consueuerint, per eum pro tempore obtentis, cum aliqua, seu aliquibus persona, seu personis, communi, collegio, vel vniuersitate vltra dimidium valoris officij, seu officiorum huiusmodi, & nisi præcedente signatura a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente obtenta, in qua substantia rei, ad hoc vt discerni possit an licita sit, vel illicita, facere præsumat. Et quod societates super officijs huiusmodi aliter factæ non valeant, nec viribus subsistant, earumque prætextu nullatenus agi possit. Nos enim signaturas huiusmodi quas absque aliarum literarum expeditione, regula contraria non obstante, sufficere volumus, per nostrum Datarium ad instar resignationum officiorum huiusmodi expediri, & pacta in ipsis societatibus pro tempore apposita, ad hoc vt licita tantum statuantur, examinari, ac societates ipsas, vt omnibus innotescere possint, nec vltra dimidium pretij ipsorum officiorum fiant, in aliquo particulari libro apud ipsum Datarium annotari, & pro expeditione signaturæ, & annotatione huiusmodi dimidium vnius pro quolibet centenario per partes ipsas præfato Datario solui. Et vt fraudes, ac pacta illicita in præmissis hactenus facta detegantur, ac illis in tempore occurri possit, societates hactenus factas, & adhuc vigentes eidem Datario, seu ab eo pro tempore deputatis cum opportuna specificatione eorum, qui illas tam actiue, quam passiue fecerunt, & officiorum super quibus ac pecuniarum pro quibus, & temporis de quo, & ad quod factæ fuerint, infra tres menses a die publicationis præsentium modo infrascripto faciendæ, computandos notificari volumus, & mandamus, ac nisi, vt præfertur, notificatæ fuerint eas ijsdem tribus mensibus elapsis penitus, & omnino extinctas esse, nec ius, aut actionem aliquam tribuere posse, Sicque & non alias in præmissis omnibus & singulis per quoscunque etiam Auditores præfatos, ac Cameræ huiusmodi Clericos in quauis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & diffiniri debere ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritū & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium, quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, notitiam deducantur, nec vllus se aduersus eas excusare, aut ignorantiam prætendere possit, Volumus easdem literas in valuis Cancellariæ apostolicæ, & audientiæ literarum nostrarum contradictarum, ac Cameræ apostolicæ, & acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris legi, & publicari, ac affigi, affixasque inibi aliquo temporis spatio dimitti, & posimodum tolli,

Societates Officiorū sine officijs fiebant, ad rationem 12. pro centenario.

Et super officijs et contrahebātur societates vltra valorem officiorum, & cū pactis illicitis.

Vnde mala hic descripta eueniebant.

Pontifex igitur societates aliter quā super officijs ad certam per eipa tionem fructuū fieri prohibet, & hoc tn̄ hodie seruatur.

Officialesque super officijs pecuniā vltra dimidium valoris recipere, & societates contrahere nō posse decernit. Et in hoc seruatur dicta constit. Pij 4. 160.

Societatesque Contractas Datario notific. mandat.

Decretū irritans

Clausula derogatoria.

Forma publicandi hanc const.

tolli, earum exemplo cum originali collationato loco illarum affixo, & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, declarationis, sanctionis, statuti, ordinationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Nonis Octobris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Io. Barengus.

XII.

Montis Nonennalis non vacabilis erectio, & eius Collegij Priuilegia, Exemptiones, & Emolumenta.

Hic Mons auctus fuit, & eius Emolumenta & fructus moderati fuerunt per Piũ V. inf. in eius const. 77. cũ sel. re.

Administrator autem istius Montis est Thesaurarius Generalis, vt in const. sequen.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

SVPERIORIBVS mensibus fel. rec. Iulio Papa Tertio prædecessore nostro, sicut Domino placuit rebus humanis exempto, Camera apostolica, non solum multo ære alieno grauata, verumetiam pecunia adeo exhausta comperta fuit, vt pro ipsius prædecessoris exequijs etiam satis remisse celebrandis, & parando, muniendoque, atque custodiendo conclaui nouum æs alienum cum graui ipsius Cameræ interesse contrahendum fuerit. Et superueniente inde ad paucos dies piæ mem. Marcelli Papæ II. etiam prædecessoris nostris obitu cum eædem celebrandarum exequiarum, & instruendi conclauis impensæ reiterandæ essent, aliæ pecuniæ ab Vrbis mercatoribus cum simili, & forsan maiori interesse sumendæ fuerunt. Ita vt debitum

Causæ istius constitutionis.

præmissorum occasione contractum, & pro quo intolerabile interesse soluitur, summam centum milium scutorum auri transcendat. Verum cum ordinarij eiusdem Cameræ prouentus qui admodum tenues, & pro maiori parte etiam ad multos annos diuersis personis insolutum assignati, seu venditi, aut obligati reperiuntur, ad solutionem interesse huiusmodi, ac nostri, & familiæ nostræ sustentationem non sufficiant, nec humano iudicio reperiri possit, quo nam pacto debitum huiusmodi dissolui, & moles expensarum, quæ pro orthodoxæ fidei defensione, & status Romanæ Ecclesiæ conseruatione, nobis subeundæ sunt, sustineri valeant, præsertim cum decreuerimus bona, aut prouentus ipsius ecclesiæ, perpetuo non alienare, nec subditos nobis vectigalibus grauare, cogimur ex aliquorum eiusdem ecclesiæ prouentuum quantitate ad aliquod tempus summam centum &

Paul. 3. imposuit a triennium subsidium quartæ partis fructuũ beneficiorũ Regularium Cõgregationum, vt in eius cõst. 17. Ex debito. fol. 433.

octuaginta septem millium scutorum similium, ex qua præmissa & aliqua alia cum diuersis inferioris sortis hominibus, qui nisi id quod præfatæ Cameræ crediderunt breui recuperent, vitam ducere non posse videntur, & propterea nos, & domus nostræ ministros singulis fere horis super hoc molestant, cum effectu soluere, nosque & dictam Cameram ab huiusmodi grauioribus interesse liberare, ac molem expensarum per nos, vt præfertur, subeundarum sustinere possimus, minori quo fieri possit ipsius Cameræ detrimento exquirere. Cum itaque alias rec. mem. Paulus etiam III. similiter prædecessor noster ea certis tunc expressis causis vnum subsidium quartæ partis fructuum a congregationibus regularibus Italiæ ad triennium exigendum, & per eas præfatæ Cameræ triennio huiusmodi durante annis singulis integre persoluendum imposuerit, & subsidium huiusmodi

Paul. 3. Iul. 3. & Marcell. 2. prorogarũt, vt in eius const. 1 His prox. mis, fol. 567. Hic Pont. etiam proroga: per totum annũ 1564.

Paulus primo ad duo successiue, & deinde Iulius ad aliud, & postremo Marcellus prædecessores præfati ad reliquum ex tunc immediate subsequuta triennia, ac necessitatibus in quibus dictus Marcellus prædecessor tunc constitutus erat durantibus, ad Sedis apostolicæ beneplacitum prorogauerint, prout in diuersis ipsorum prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur. Nos beneplacitum præfatum per totum annum a Natiuitate Domini computandũ millesimum quingentesimum & sexagesimum quartum quomodolibet cessare, aut expirare non posse decernentes, & quatenus opus sit subsidium huiusmodi, etiam per totum dictum annum millesimum quingentesimum sexagesimum quartum prorogantes, & extendentes, habita super his cum venerabi-

Mõtẽq; Nouennalem erigit centum & octuaginta septem millium scutorum, & ponentibus in eo pecunias, assignat octo pro centenario, de redditib. dicti subsidij.

libus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi consensu, ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine vnum Montem Nouennalem nuncupandum & infra nouem annos proxime futuros extinguendum, in hac alma Vrbe nostra pro tot personis, quot pecunias suas in eo vsque ad summam centum & octuaginta septem millium scutorum auri, ad rationem decem Iuliorum pro quolibet scuto posuerint, auctoritate apostolica, tenore præsentium ad nouennium tantum, & non vltra erigimus, & instituimus, ac illi sic erecto, & instituto præfatum subsidium quod vigore conuentionum per agentes pro eadem Camera cum ipsis congregationibus initarum, triginta millia scuta similia annuatim reddit, pro summa quatuordecim millium & noningentorum sexaginta scutorum similium

Pius autẽ V. ampliauit hũc Mõtem ad maiorẽ pecuniarũ quantitatem, sed fructus ad septẽ pro centenario redux, vt in dicta eius cõst. 77. Cũ alias, fel. re.

ab omni onere, impositione, grauamine, restauro, & quocunque casu fortuito, etiam quantumcunque inexcogitabili libera, immunia, & exempta, ac integre, & sine aliqua diminutione inter personas Montis huiusmodi annis singulis, & quolibet bimestri pro rata distribuenda, & diuidenda, ad dictum nouennium tantum, ita quod eo durante de ipso subsidio aut quauis eius parte, nisi satisfacto prius personis Montis huiusmodi, aut pro tempore existenti earum Depositario de eisdem quatuordecim millibus & noningentis sexaginta scutis disponi nequeat, pro dictis centum & octuaginta septem millibus scutis, vt præfertur, ponendis, vendimus, tradimus, concedimus, & assignamus, ac applicamus, & appropriamus. Necnon Montem ipsum, & illius personas, ac collegium

Depositariũ quoque dicti Montis, ac exactorẽ subsidij deputat Thomam de Marinis, vt quolibet bimestri Montistis soluat debitos fructus, & finito Nouennio extinguat sortes principales.

in nostrum & ipsius Cameræ locum, quoad summam quatuordecim millium & noningentorum sexaginta scutorum huiusmodi, & illius exactionem pro eisdem nouem annis tantum ponimus, substituimus, & subrogamus, ac pro potiori eorum cautela dilectum filium nobilem virum Thomam de Marinis Terræ Casalis Maioris Cremonen. diœces. in temporalibus dominum, fide & facultatibus idoneum, & pro tali apud omnes notum, eiusdem subsidij nõ solum quoad quatuordecim millia & noningenta sexaginta, vt præfertur, vendita, sed etiam quoad reliqua quindecim millia & quadraginta scuta huiusmodi exactorem, ac eiusdem Montis, & illius Collegij depositarium, ad hoc vt exinde summam quatuordecim millium & noningentorum sexaginta scutorum huiusmodi inter personas præfati Montis, annis singulis, & quolibet bimestri eorum ratam, secundum distributionem per pro tempore existentem Thesaurarium nostrum desuper faciendam, distribuere, & diuidere, ac pro extinctione ipsius Montis, infra eosdem nouem annos, aut incontinenti illis finitis dicta centum & octoginta septem

ptem millia scuta, personis eiusdem Montis persoluere possit. Et hæc omnia promittat, ac se bonaque sua omnia superinde, in ampliori forma Cameræ apostolicæ cum renunciationibus, promissionibus, submissionibus, cautelis, & clausulis in similibus apponi solitis, efficaciter obliget, auctoritate, & tenore prædictis, constituimus, & deputamus, Volentes, & eadem auctoritate statuentes, ac decernentes, quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & ecclesijs cathedralibus etiam metropolitan. aut quibusuis monasterijs præsint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtineant, necnon in sacris, & presbyteratus ordinibus constitutæ, & Hierosolymitan. vel quorumuis aliorum hospitalium, & militiarum, ac quorumcunque nō tamen mendicantium ordinum religiosi, & religiosæ, ac mulieres cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque (præterquam duntaxat ratione regularis professionis in aliquo ordine mendicantium, inhabiles, & incapaces existant) in ipso Monte quascunque pecuniarum summas, non tamen infra centum scuta similia, vsque ad summam centum & octuaginta septem millium scutorum huiusmodi, & non vltra ponere, & tam ipsæ personæ, quam earum hæredes, & successores, aut alij ab eis causam habentes, pro pecunijs sic positis ad rationem octo pro centenario, singulis annis, & quolibet bimestri ratam eorundem octo, sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu restitutionis onere percipere, & habere: Ac etiam si læsæ maiestatis, aut alia quæcunque, quotcunque, & quantumcunque grauissima crimina, præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existentis, aut alicuius eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis commiserint, & propterea siue in eorum non comparentium contumaciam siue legitime conuictæ in poenam vltimi supplicij condemnatæ, seu etiam illi realiter traditæ, seu condemnandæ, & illi tradendæ, ac omnia eorum bona confiscata, aut confiscanda fuerint, nihilominus de pecunijs in ipso Monte eorum nomine existentibus, ac emolumentis eis ex eodem Monte spectantibus Romani Pontificis, seu præfatæ Cameræ, vel cuiusuis alterius licentia seu auctoritate, confirmatione, vel scriptura desuper nullatenus requisita, dicto nouennio durante, quibuscunque eis placuerit in toto, vel in parte, simul vel separatim, & in fauorem cōplurium (dummodo in personam vnius de minori quam centum scutorum simil. um summa non disponatur) testamento, seu codicillis, aut venditione, donatione, permutatione, cessione, vel quocunque alio titulo, etiam per simplicem cedulam manu sua scriptam, vel subscriptam, aut publicum instrumentum, seu alias in quorumcunque etiam filiorum suorum illegitimorum, ex quocunque, quantumcunque damnato coitu procreatorum, aut aliarum, & magis incapacium personarum fauorem, etiam si plures de incapaci in incapacem disponi contingat, ad eorum libitum libere disponere posse: & pecunias in eodem Monte existentes, ac emolumenta exinde pro tempore prouenientia etiam si personæ Montis huiusmodi ex læsæ Maiestatis, aut alijs criminibus præfatis, vt præfertur, condemnatæ, & vltimo supplicio traditæ seu cōdemnandæ, & supplicio huiusmodi tradendæ, ac alia eōrum bona confiscata sint, aut confiscanda veniant, confiscari nullatenus posse. Et si personæ Montis huiusmodi intestatæ, aut de pecunijs eiusdem Montis & emolumentis huiusmodi aliter non dispositæ decesserint ab intestato, ad eorum vtriusque sexus liberos & alios descendentes, seu ascendentes, consanguineosque, & affines, salua graduum prærogatiua, ad instar aliorum bonorum patrimonialium, secundum communem iuris dispositionem transire posse, & debere: Ac personas Montis huiusmodi Collegium inter se constituere, ac collegialia iura, & insignia habere, necnon quæcunque statuta, & ordinationes prosperum, & tranquillum statum Montis huiusmodi concernentia, dicta auctoritate apostolica concedere, & condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, Ac quascunque poenas etiam pecuniarias, Monti, seu illius Collegio huiusmodi, vel quibus illi placuerit applicandas, in quoscunque illi contrauenientes infligere: Necnon omnibus & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, literis, & indultis, quibus Collegium, & personæ Montis Fidei almæ Vrbis vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, eisdem nouem annis durantibus tantum, vti, potiri, & gaudere libere, & licite posse: Necnon Montem huiusmodi, & illius personas, ac Collegium ratione pecuniarum, quas in eodem Monte habuerint, ab omni stratarum, & decimarum, ac etiam mesatæ nuncupatæ, & aliarum impositionum, per nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, & etiam pro ipsius fidei defensione, ac status eiusdem Romanæ Ecclesiæ conseruatione, quomodolibet impositarum, solutione immunes, & exemptos fore, ac censeri debere: Necnon Montem, & illius personas, ac Collegium huiusmodi, & Thomam præfatos, eorumque hæredes, & successores, & causam ab eis habentes, super subsidio huiusmodi, & illius exactione, etiam per nos, dictam sedem, vel successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quouismodo perturbari, impediri, molestari, aut aliquo grauamine seu onere, etiam si euidens vtilitas, & vrgens necessitas, etiam pro eiusdem fidei tuitione, & contra infideles expeditione, id suaderent grauari, vel onerari: Ac Montem ipsum vltra eosdem nouem annos, in toto, vel in parte prorogari, aut innouari non posse: Et aliquem ad probandum quod centum & octuaginta septem millia scuta huiusmodi, vel aliqua eorum pars in vtilitatem, aut necessitatem ecclesiæ, seu sedis, aut Cameræ prædictorum, conuersa sint, minime teneri, nec obligatos esse. Necnon præsentes literas robur veri, & validi contractus, ac obligationis inter nos, & Sedem, ac Cameram præfatas ex vna, & eos qui pecunias super Monte præfato posuerunt, aut ab eis causam habebunt, ex altera partibus, legitime initi, & stipulati, obtinere: Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque etiam Cardinales prædictos, ac Palatij nostri Auditores, & alios quacunque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Iudices & personas vbique iudicari, cognosci, & decidi debere sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi aut interpretandi facultate. Necnon irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nos enim pro potiori Montis, & illius personarum, ac Collegij, & Thomæ prædictorum cautela, & securitate, de eorundem fratrum consilio & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, quolibet bimestri ratam eorundem quatuordecim millium & nongentorum sexaginta scutorum, & infra eosdem nouem annos, aut incontinenti illis finitis, eadem centum, & octuaginta septem milia scuta personis eiusdem Montis persoluere, ac eundem Thomam, hæredesque, & successores suos, a promissione, & obligatione per eum, vt præfertur, faciendis indemnem & penitus sine damno conseruare, ac pro eodem subsidio triginta millia scuta præfata, quæ anno quolibet Calend. Nouembris a congregationibus prædictis persolui debent, ipsi Thomæ pro nouem annis, & nouem integris solutionibus, quarum prima sit ea quæ debebitur Calend. Nouembris anni proxime futuri millesimi quingentesimi quinquagesimi sexti, per easdem congregationes persolui, ita tamen quod ipse Thomas bimestres

Quemlibet etiā religiosum pecunias in Monte ponere posse declarat.

Et de illis disponere posse indulget, non obstantibus quibuscunque condemnationibus, &c. & etiam ad fauorē illegitimorum. De quibus vide infra in Pij V cō stit. 120. Quæ ordinat.

Illaque confiscari non posse concedit.

Et per in test. nō va ... ad ... .

Montistas Collegium ... facultatibus ... posse ... .

Priuilegia Montis Fidei ... concedit. Quæ vide sup. Clem. 7. cō stit. 47. ... fol. 314.

Exemptionemque a decimis, & impositionibus cō cedit.

Ad quod vide Pij V. const. ... & ... const. 466. ...

Montis non prorogari neque innouari.

Sed Pius V prorogauit, & innouauit, vt sup.

Decretū irritans ...

Promissio Pontificia.

stres solutiones prædictas nihilominus facere teneatur. Et si aliquo casu ex eodē subsidio summa triginta millium scutorum huiusmodi quolibet anno, vsque ad finem dicti anni millesimi quingentesimi sexagesimi quarti confici non possit, eam summam, quæ de triginta millibus scutis pro tempore deficiet, ex subsidio triennali, & signatei ea eo quod in prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ exigitur, suppleri, necnon coronam Pontificiam preciosam, Regnum nuncupatam, quam nonnulli Mercatores de Olgiate, & Vbaldinis, ex causa certi contractus cum eis per Collegium Cardinalium sede vacante facti in pignus habent, eidem Thomæ consignari facere promittimus, & ad hæc non solum singula subsidia præfata, sed etiam nos ipsos, & successores nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, ac omnia nostra, & illorum, necnon Ecclesiæ, Sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia & immobilia, ac se mouentia, spiritualia, & temporalia, præsentia, & futura, etiam si regaliæ, aut alias talia forent, quæ in generali obligatione bonorum non comprehenderentur, ex quibus in defectum subsidiorum prædictorum, Thomæ, & suis prædictis integre satisfieri possit, & debeat, necnon loco pignoris iocalia, seu gemmas, quæ seu quas idem Thomas ratione depositariæ generalis, & alia qualibet ratione, vel causa, a nobis, & dicta sede in pignus habet, postquam ab obligatione sibi de illis dictæ depositariæ, vel alia qualibet ratione, & causa facta, liberata, seu liberatæ fuerint, specialiter & expresse, in simili forma Cameræ obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac congregationum earundem, & ordinum quorum illæ sunt, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis quibusuis personis, & congregationibus præfatis, ac eorum ordinibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem eandem, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac Motu proprio, scientiaque, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus quomodolibet approbatis, & innouatis, (quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda sit, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium tenores, necnon quorumcunque instrumentorum, conuentionum, & scripturarum, occasione præmissorum, quomodolibet confectarū, tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos, & formas ad id seruandos pro indiuiduo seruatis habentes hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expresse derogamus & derogatum esse decernimus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem & auctoritate prædicta decernimus, quod primo anno noueni huiusmodi elapso, quandocunque nobis, seu successoribus nostris, aut agentibus pro ipsa Camera videbitur, Mons huiusmodi pro ea parte quæ nobis, aut ipsis placuerit, eo tamen prius personis de quorum interesse tractabitur, per mensem ante intimato, & restitutis per dictū Thomam, aut suos hæredes, & successores, vel alios nomine ipsius Cameræ eodem mense transacto, personis ipsis pecunijs, quas in eodem Monte habuerint, vna cum emolumentis eis propterea debitis libere extingui possit, ita vt in fine eiusdem nouennij Mons ipse in totum extinctus sit, nec vlterius reuiuiscere, aut propagari possit. Quodque transumptis præsentium manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Collegij Montis huiusmodi, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prorogationis, extensionis, erectionis, institutionis, venditionis, traditionis, concessionis, assignationis, applicationis, appropriationis, positionis, substitutionis, surrogationis, constitutionis, deputationis, statuti, promissionis, obligationis, hypothecationis, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, decimo Calendas Nouembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Clausulæ derogatoriæ.

Mons extingui possit, vt hic.

XIII.

Deputatio, & Facultates Thesaurarij Generalis, circa Administrationem Montis Nonennalis nuper erecti, vt in præcedenti constitutione.

Hoc idem voluit Pius V. in eius constit. 77. Cum alias fel. re.

PAVLVS Papa Quartus.

CVPIENTES vt Mons Nonennalis nuncupatus per nos nuper pro vrgentibus apostolicæ Sedis necessitatibus, super subsidio quartæ partis fructuum per fel. re. Paulum III. congregationibus regularibus Italiæ ad triennium imposito, & per eum, ac Iulium etiam III. ac Marcellum II. omnes prædecessores nostros, successiue sæpius, & semper ad simile triennium, ac per ipsum Marcellum post vltimum triconium, ad apostolicæ sedis beneplacitum prorogato, erectus, & institutus, ac desuper confectæ literæ nostræ celeriorem, & feliciorem consequantur effectum, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie decernimus, & mandamus, quod venerabilis Frater Hieronymus Archiepiscopus Genuensis, cuius fidem, probitatem, solertiam, & multiplicem rerum experientiam, iamdiu abunde compertas habemus, aut alius pro tempore existens noster, & eiusdem Cameræ generalis Thesararius, pecunias in eodem Monte imponentibus, pro eorum securitate, patentes literas sua manu subscriptas, & sigillo ipsius Montis munitas, quodque etiam post completam Montis huiusmodi distributionem, ne illis qui loca eiusdem Montis acquisiuerint, cedentibus, vel decedentibus, aut de locis ipsis aliter disponentibus, qui in eisdem locis successerint, sint in incerto futuri, eis cum primum de successione huiusmodi coram ipso Thesaurario, etiam extraiudicialiter, & quantum ipsi Thesaurario satis esse videbitur docuerint, super eiusdem successione similes literas conficere, & tradere, Collegium vero dicti Montis, seu illius officiales pro tempore existentes ad quos spectabit, statim

Erectionē istius Montis habes in const. præceden.

Deputatio Thesaurarij, & eius facultates.

bit, statim visis huiusmodi literis, eos pro quibus illæ emanauerint, in numerum participum eiusdem Collegij recipere, ac eis per Depositarium. & alios officiales ipsius Collegij ad quos similiter spectabit, de omnibus, & singulis ipsius Montis emolumentis respondere facere, respectiue teneantur, & debeant. Nos enim eidem Hieronymo Archiepiscopo, & alij pro tempore existenti Thesaurario præfato, pro præmissorum effectu, et executione, præmissa omnia, et singula faciendi, ac quascunque cessiones de locis Montis huiusmodi, illorumque fructibus recipiendi, et admittendi, desuperque similes literas patentes expediendi, et expediri faciendi, ac eiusdem Montis quotquot sibi necessarij videbuntur ministros, cum honoribus, oneribus, auctoritate, potestate, salarijs et emolumentis sibi beneuisis, constituendi, et deputandi, ceteraque quæ sibi desuper necessaria, & opportuna videbuntur faciendi, & exequendi, plenam & omnimodam facultatem concedimus. Præterea vt felici eiusdem Montis directioni, & futurarum illius personarum commoditati, quoad possumus consulamus, earundem tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus, ac indulgemus, quod quæcunque personæ, tam eiusdem Montis pro tempore creditrices, quam etiam ex illius locis, per cessionem, vel alias etiam per primæuam pecuniarum in illo impositionem acquirentes, ad loca ipsius Montis quasuis personas, sub quarum nominibus loca ipsa cantent, nominare, & sibi ipsis quoad vixerint, tam ipsorum locorum, quam etiam fructuum illorum omnimodam dispositionem, illa interim personis nominatis huiusmodi penitus interdicta. ac cum alijs sibi beneuisis, alias tamen licitis et honestis pactis, et cõditionibus reseruare possint, et valeant. Non obstantibus omnibus illis, quæ nos in eisdem nostris erectionis literis voluimus non obstare, necnon ipsis erectionis literis, quatenus in aliquo obstent, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volentes, & decernentes quod quotiescunque contingeret dictum Hieronymum Archiepiscopum, aut alium Thesaurarium præfatum a Romana Curia abesse, tunc existens eiusdem Cameræ Præsidens a nobis deputari solitus (ipsius Thesaurarij absentia durante) in eius locum subrogatus sit, & esse censeatur, prout nos ex nunc illum, in dictum absentiæ præfati Thesaurarij euentum, cum paribus facultate, potestate, & auctoritate subrogamus, ac earundem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra plenam fidem facere, regula contraria non obstante.

Montista possit ad loca Montis alios nominare, reseruata sibi locorũ, & fructuũ dispositione.

Clausulæ derogatoriæ.

Præsidens Cameræ subrogatur, in locum absentis Thesaurarij.

XIIII.

Confirmatio Constitutionum Apostolicarum circa Annatas, & Quindennia Reuer. Cameræ Apostolicæ debita ædita[rum].

Alias Confirmationes habes sup. in const. 9. Quoniam sicut, fol. 579. & infra in const. 25. Inobedientia, vbi notabo concord. Materiæ. Et infra in Pij V. cum constitutione 174. Apostolicæ.

PAVLVS Papa Quartus, Motu proprio &c.

CVM alias postquam fel. re. Iulius Papa III. prædecessor noster, diuersas constitutiones, statuta, decreta, & declarationes per bo. me. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII. & Iulium similiter II. aliosque diuersos Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros contra pro tempore in Camera apostolica, aut alias ratione annatarum, semel tantum, aut de quindennio in quindennium soluendarum obligatos, & alios quoscunque beneficia ecclesiastica, absque eo quod annatam prædictam soluisset pro tempore possidentes, edita, & facta, ac singulas ipsorum prædecessorum desuper confectas literas, omniaque, & singula in eis contenta per quasdam suas sub plumbo literas approbauerat, & innouauerat, Ac a quibuscunque tam in singulis prædecessorum literis huiusmodi nominatis, quam non nominatis virorum & mulierum secularibus, & quorumuis ordinum regularibus congregationibus, ac omnibus alijs sub eisdem singulis tam suis, quam dictorum prædecessorum literis comprehensis personis, tam pro præterito, quam pro futuro tempore inuiolabiliter obseruari, eaque omnia, ac censuras & pœnas in eisdẽ literis contentas contra omnes congregationes, & personas prædictas, quoad omnia, & singula monasteria, & bẽneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes præfatæ quouis modo quomodolibet possidebant, etiam si de iure patronatus laicorum, etiam Imperatoris, Regum &c. forent, aut dũmodo per ipsas congregationes possiderentur, tam in Ro. Curia, quam extra eã inter quoscunque litigiosa essent, vigere, & locum habere, totaliq; & plenariæ executioni demandari debere decreuerãt. Necnon ea omnia & singula quæ dicti prædecessores voluerant, etiam & ipse Iulius III. prædecessor voluerat, & ea omnia prout per eos ordinata, statuta, decreta, & declarata fuerant, de nouo statuerat, ordinauerat, decreuerat, & declarauerat, ac ad quascunque tam seculares, quam regulares, vtriusq; sexus congregationes quantũuis priuilegiatas, & exemptas extenderat. Et deinde, vt literæ suæ prædictæ suum effectum facilius consequi possent, Dilectos filios Guidonem Ascanium S. Mariæ in Via lata, tunc S. Eustachij Diaconum Cardinalem de sancta Florã nuncupatum Camerarium nostrum, & tunc suum, & Franciscum Massarium de Aspra, tunc Cam. apostolicæ Thesaurarium generalem illarum coniunctim executores per alias suas in forma breuis literas deputauerat. Et per eum postmodum accepto, quod Romanæ Curiæ officialibus de annatis pro parte emolumentorum suorum in erectione eorum Collegiorum assignatis participantibus, annatas eis, & dictæ Cameræ de quindẽnio in quindennium ratione vnionum &c. perpetuarum per sedem apostolicam eatenus factarum pro tempore debitas non indagantibus, & earum exactionis possessionem, seu quasi adipisci, ac eas congruis temporibus exigere non curantibus, necnon in mora eas exigendi diutius permanentibus eorum negligentia, & in curia factũ erat, vt quamplures ex annatis huiusmodi in obliuionem, & desuetudinem iurium dictæ Cameræ deuenerant, & exinde officia eiusdem Curiæ eorum occurrente vacatione longe minori emolumento in alios transferri oportuerat, & tunc oportebat. Et insuper quod debitores annatarum huiusmodi eas non soluendo, sententias, & censuras ecclesiasticas, ac etiam dissolutiones vnionum pœnas in diuersis Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus contentas incurrerant, & vnionibus dissolutis in ipsis beneficijs antea vnitis intrusi remãserant & fructus illorum suos non fecerant, quinimo ad eorum restitutionem eidem Cam. tenebantur, idem Iulius III. prædecessor fructibus, redditibus, ac prouentibus vnitorum beneficiorum huiusmodi per debitores annatarum, & communium prædictorum, vt præfertur, indebite perceptis, & propterea sibi, & præfatæ Cameræ debitis eisdem debitoribus, dummodo infra decem dies a die publicationis suarum literarum in Acie Campi Floræ,

Iul. 3. confirmauit, & ampliauit cõstitutiões Pij 2. Paul. 2. Innoc. 8. & Iul. 2. cõtra non soluẽtes Annatas, & quindẽnia, vt habes sup in eius const. 18. Cupientes, fo. 539 & ibi notaui.

Idẽ Iulius 3. deputauit Executores Camerarium & Thesaurariũ, vt in eius const. 41 fol. 543.

Eeee &valuis

Et deinde multis qui debitis temporibus illa non soluerunt, annatas remisit, & fructus beneficiorũ condonauit, dũmodo Annatas soluerent in termino assignato, vt in eius const. 43. fol. 546.

& valuis Cancellariæ apostolicæ faciendæ computandos, de omni & toto eo quod occasione annatarum & communium huiusmodi, eatenus etiam pro rata temporis decursi debitores erant, realiter & cum effectu eidem Cameræ satisfacerent gratiose remisis, & elargiis, annatas, & communia prædicta in quorum exigendi possessione, vel quasi officiales prædicti nunquam fuerunt, & a quorum, seu quarum primo quindennio decem anni præterierint, præfatæ Cam loco dictorum fructuum indebite perceptorum, ac in recõpensam expensarum, quæ pro recuperatione annatarum & cõmunium huiusmodi, & satisfactione mercedis ministrorum ad recuperationem annatarum, & communium prædictorum necessario deputandorum faciendæ erant, ac resectione damnorum, & interesse, quæ ob negligentiam, & incuriam dictorum officialium eidem Cameræ obuenerant, ex præterito tantum applicauit, appropriauit, & incorporauit, Guidone Ascanio Cardinale & Camerario, ac Francisco præfatis, etiam executoribus deputatis. Et deinde cũ intellexisset, tunc Camerarium Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, ac Collegia præfatorum officialium posquam Guido Ascanius Cardinalis, & Camerarius, ac Franciscus præfati ad præmissorum executionem procedentes, omnes & singulas virorũ, & mulierum congregationes, & alios huiusmodi annatarum debitores ad eas soluendas in dicta Curia citauerant, & monuerant, ac in partibus commissarios ad illas leuandum, & exigendum deputauerant, sub prætextu quod annatæ ipsæ ad eorundem Cardinalium collegium spectarent, & pertinerent. congregationibus, & alijs debitoribus præfatis ne illas soluerent, ac Guidoni Ascanio Cardinali, & Francisco prædictis ne ad vlteriora procederent inhibuisset, eoque dictarum suarum literarum executionem impediri, & retardari, omnesq; & quascunque inhibitiones, etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis, ac pecuniarijs, tam a præfato Cardinalium Camerario, quam quacunque alia persona, quauis alia auctoritate, & honore etiam Cardinalatus fulgente, in præiudiciũ iurisdictionis dictorum executorum circa præmissa, sub quibuscunq; tenoribus & formis emanatas tunc, & forsan emanãdas, ac inde secuta quæcunq; ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine per quendam alium motũ proprium, etiã manu sua signatum reuocauerat, cassauerat & penitus irritauerat, illaque præfatis congregationibus, & alijs debitoribus, quominus executores præfati contra eos ad vlteriora procedere possent, in aliquo suffragari, aut iurisdictionem dictis executoribus in præmissis attributam in aliquo lædere, vel impedire nõ potuisse, quinimmo eisdem inhibitionibus, ac appellationibus, & alijs impedimentis quibuscunque non obstan. nec attentis, præfatos executores ad vlteriorem dictarum suarum literarum executionem, absq; alicuius censuræ, seu pœnæ incursu libere, & licite procedere potuisse, & posse, & sic per quoscunque iudices, & cõmissarios &c. sublata &c. irritum quoque &c. decreuerat, & declarauerat: Ac executores, necnon congregationes, & alias personas sub dictis suis literis comprehensas, a quibusuis censuris & pœnis, quas inhibitionum, & aliorum impedimentorum præfatorum prætextu, ob illarum non paritionem, tunc incurrisse, aut in futurum incurrere, forsan censeri potuisset, quatenus opus esset, extunc prout ex ea die, & econtra, absoluerat, & absolutos fore cẽsuerat, prout in singulis motibus proprijs prædictis plenius continetur. Nos præfato Iulio III. prædecessore interim (sicut Domino placuit) de medio sublato ad summi Apostolatus apicẽ, meritis licet imparibus diuinitus assumpti

Et vltimo reuocauit Inhibitiones Camerarij Cardinalium, qui prætẽdebant quod Annatæ ad eorum collegiũ spectarẽt, sed hæc constit. hic non habes,

Hic autem Põt. confirmauit postea dictas const. Iul. 3. & prædecessorum, & Executores illius deputauit, vt hic, & sup. in cõst. 9. & seq. fol. 579.

singulas Iulij III. & aliorum prædecessorum literas huiusmodi approbauimus, illarumq; omnium, & singularum executionem, ac omnes & singulas causas coram dilecto filio nostro Io. Baptista tt. S. Clemẽtis presbytero Cardinali, ac venerabili fratre nostro Hieronymo Episc. Maceraten. a præfato Guidone Ascanio Cardinale subdelegato, & quibusuis alijs iudicibus præmissorum occasione quomodolibet tunc pendentes, in statu, & terminis in quibus reperiebantur, ad nos aduocauimus, illasque dilectis etiam filijs nostris Io. Michaeli sanctæ Mariæ in Aracæli Saraceno, & Fabio S. Siluestri Mignanello, respectiue nuncupatis S.R.E. titulorum presbyteris Cardinalibus in eisdem statu, & terminis reassumendas, ac modo & forma in certis dicti Iulij III. prædecessoris in forma breuis literis, & motu proprio desuper emanatis, & prioribus iudicibus prædictis directis, audiendas, cognoscendas, & fine debito terminandas commisimus. Et postremo cum dictus Franciscus esse Thesaurarius desijsset, ipseque Guido Ascanius Cardinalis, & Camerarius pluribus alijs implicitus negotijs præmissorum executioni vacare nequiret, ne propterea executio huiusmodi prætermitteretur, aut differretur, omnem auctoritatem & potestatem Guidoni Ascanio Cardinali, & Francisco præfatis per dictum Iulium III. prædecessorẽ in præmissis coniunctim attributam abdicando, & reuocando, venerabiles fratres nostros Hieronymum Archiepiscopum Ianuen. modernum nostrum, & dictæ Cameræ generalem Thesaurarium, ac Ioannem Baptistam Osium Episcopum Reatin. Datarium nostrum tunc in minoribus constitutum, ad omnia & singula quæ pro dictarum annatarum & communium, & aliorum iurium de quindenio in quindennium, vt præfertur, soluendorum exactione pro tempore necessaria forent, seu quomodolibet opportuna, vbique locorum executioni demandandum, ac demandari faciendum, in Guidonis Ascanij Cardinalis & Francisci prædictorum locorum suffecimus, & deputauimus, eisq; mandauimus quatenus coniunctim procedentes, per se, vel alium, seu alios singulas tam ipsius Iulij III. quam aliorum prædecessorum literas prædictas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus foret solemniter publicantes illas, necnon quicquid per Io. Michaelem, & Fabium Cardinalem prædictos in præmissis causis conclusum. & decisum foret, auctoritate nostra debitæ executioni demandari, & a quibuslibet inuiolabiliter obseruari facerent, & ad huiusmodi effectum contra ipsarum annatarum communium, & aliorum iurium prædictorum debitores, & alios quoscunque opus foret amplissimam auctoritatem, & potestatem eisdem concessimus, prout in motu proprio, manu nostra signato, & nostris in forma breuis desuper confectis literis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, pro præmissorum omnium, & singulorum potiori validitate, & liberiori, faciliorique executione plurimum intersit & necessarium existat, vt tam Iulij III. prædecessoris, quam nostræ literæ, ac motus proprij huiusmodi per nos innouentur, approbentur, & confirmentur: Nos igitur singularium literarum, & cuiuslibet motus proprij, tam a Iulio III. prædecessore, quam a nobis, vt præmittitur, emanatarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plene & sufficienter expressis, & insertis haberi volentes, illas, & illos, necnon omnia, & quæcunque, quæ per iudices, & executores præfatos, & ab eis subdelegatos, ipsorumque subdelegatorum substitutos, ac alios ministros in præmissis, & circa ea hactenus quomodolibet gesta, conclusa, & executa reperiuntur, ac inde secuta quæcunque, ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine approbamus, & confirmamus, ac rata, & grata habemus. Necnon illis perpetuæ, & irrefragabilis firmitatis robur adijcimus, illaq; inconcusse obseruari debere decernimus, & declaramus: Omnesq; & singulos tam iuris, quam facti, ac etiam solennitatum forsan omissarum, & alios quoscunque defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & qui etiam necessario exprimi deberent, motu, scientia,

Et modo iterũ literas Iul. 3. & suas approbat, & gesta per dictos executores cõfirmat, supplendo omnes defectus.

ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus ſupplemus,illaſq; literas, & motus proprios quatenus opus ſit innouamus,necnon illos,& illas etiam ad hoc,vt annatæ,& cōmunia prædicta,in quorum,ſeu quarum exigendi poſſeſsione,ſeu quaſi etiam dictorum Cardinalium Collegium nunquam extitit,& a quorum,ſeu quarū primi quindennij perſoluen.die decem anni præterierint, loco dictorum fructuū indebite perceptorum, ac nobis & dictæ Cam.debitorum,ac in recompenſam expenſarum, quæ pro recuperatione annatarum cōmunium, & aliorum iurium faciendæ ſunt,ac ſolutione mercedis miniſtrorum ad illorum recuperationem neceſſario,vt præfertur,deputandorum,necnon refectionem damnorum,& intereſſe,quæ dictæ Cam.ob negligensiam,& ceſſationem exactionis huiuſmodi obuenerunt,eidem Cam.applicata,appropriata,& incorporata ſint,& eſſe cenſeantur,extendimus,& ampliamus,prout illa ex prædictis,& alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum inducētibus,eiſdem motu,ſcientia,& poteſtatis plenitudine,pro tempore præterito duntaxat applicamus, appropriamus,& incorporamus,omnibus & ſingulis priuilegijs, indultis,facultatibus,iuribus,& gratijs eidem Cardinali, & Collegio ſuper perceptione annatarum,& cōmunium,ac aliorum iurium prædictorum quomodolibet competentibus,ſaluis,& integris,ac in ſuo robore,& efficacia,quoad futura remanentibus.Et inſuper fructibus,ac prouentibus beneficiorum antea vacatorum, vt præfertur, indebite perceptis eiſdem annatarum , vel communium debitoribus, dummodo eas,vel ea infra triginta dies a publicatione præſentium computādos, realiter,& cum effectu eidem Cam. ſatisfecerint,gratioſe remiſsis,& elargitis. Mandantes Hieronymo Archiepiſ. & Theſaurario,ac Io.Baptiſtæ Oſio Epiſc.& Datario prædictis quatenus coniunctim,& alias iuxta poſteriorum literarum noſtrarum prædictarum continentiam,atque formam procedentes per ſeipſos,vel alias perſonas ad hoc per eos deputandas,annatas,cōmunia & iura prædicta,vbicunque locorum in Curia,vel extra eam pro dicta Cam.recuperent, & exigant,recuperariq; & exigi faciant,& procurent.Nos enim eidem Hieronymo Archiepiſc.Theſaurario ac Io.Baptiſtæ Epiſc.& Datario pro illorum exactione omnes & ſingulos illorum debitores ſub ſingulis literis prædictis comprehenſos,etiam per edictum pubicum conſtito ſummarie &c.tam in dicta Curia,quam extra eam citandi, monendi, & requirendi,ac eis,& alijs quibus,& quotiens opus fuerit,etiam ſub prædictis,& alijs ſententijs,cenſuris,& pœnis eccleſiaſticis,ac etiam pecuniarijs eorum,ſeu alterius ab eis deputandæ perſonæ eccleſiaſticæ arbitrio ferendis,ſtatuendis,moderandis & applicandis, etiam ſimili edicto inhibendi, ipſoſq; debitores ad ſolutionem annatarum communium,& aliorum iurium huiuſmodi,in quorum exigendi poſſeſsione,vel quaſi præfatos Curiæ officiales,necnon dictorum Cardinalium Collegium nunquam fuiſſe,& a quorum ſeu quarum primo quindennio completo decem anni præterierint, vel ſi annatas,& cōmunia huiuſmodi in prædicto termino triginta dierum non ſoluerint fructuum,reddituum,& prouentuum per eos indebite perceptorum,per ſententias, ac cenſuras eccleſiaſticas,etiam interdicti tam localis,quam perſonalis per eoſdem Hieronymum Archiepiſ & Io.Baptiſtam Epiſc.ſeu alias perſonas eccleſiaſticas ab eis deputandas,quotiens opus fuerit ferendas,& promulgandas,necnon quaſcunque pecuniarum pœnas,fructuumque,reddituum,& prouentuum,quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum,quæ ipſi debitores poſsidebunt,pro quantitate eorum debiti ſequeſtrationem,& alia opportuna iuris,& facti remedia,etiam cum inuocatione auxilij brachij ſecularis cogendi, & compellendi : Ac cum eiſdem etiam quibuſuis alijs debitoribus annatarum,& cōmunium huiuſmodi eidem Cam. quomodolibet debitorum ſuper eo quod ratione annatarum communium. & iurium quorumcunque debebunt ,pro ea rata & quantitate,quæ eiſdem Hieronymo Archiepiſc. & Io.Baptiſtæ Epiſc. videbitur, etiam citra medietatem debiti tranſigendi,& componendi,ac pro eo quod ſoluerint, ac etiam pro vniuerſo debito ſi illud ſoluerint, aut ſuper eo,vt præfertur,tranſegerint,& compoſuerint,cum pacto de rem habitam vlterius nō petendo,noſtro,& dictæ Cam.nomine pleniſsime quietandi:Ac in præmiſsis omnibus,& ſingulis,etiam ſummarie & ſimpliciter,ac alias more camerali procedēdi,ac eos qui ſententias,cenſuras,& pœnas præfatas,vt præmittitur,incurrerint ab eiſdem cenſuris,& pœnis præuia ſatisfactione, aut compoſitione abſoluendi, & liberandi, in priſtinumq; ſtatum reſtituendi,& reintegrandi:Necnon in quibuſuis prouincijs,regionibus,terris,& locis in quibus dictarum annatarum,& communium debitores eſſe,aut alias præmiſſorum executio quomodolibet fieri contigerit, vnum,ſeu plures Cam.apoſt. miniſtros ad eam exigendum,& recuperandum,ac præmiſſa omnia debitæ executioni demandandum cū ſimili,vel limitata poteſtate, & præſertim quod ipſi alios ſimiliter in ſui locum ſubſtituere valeant, ſubſtituendi,ac ſubdeputandi,illoſq; ad eorum animi libitum reuocandi,& amouendi: Aliaq; in præmiſsis omnibus,& circa ea neceſſaria,vel quomodolibet opportuna faciendi,gerendi,& exercendi, pleniſsimam facultatem,& poteſtatem concedimus,& elargimur.Non obſtantibus fe.re.Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri,de vna,& duabus dietis,& alijs conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis. necnō omnibus illis quæ dictus Iulius III prædeceſſor,& nos.in ſuis,& noſtris literis præfatis volumus non obſtare,ceteriſq; contrarijs quibuſcunque.Volentes præſentis motus proprij ſolam ſignaturam ſufficere,& illius tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,plenam vbique fidem adhiberi,quæ adhiberetur ſi præſens Motus proprius huiuſmodi exhibitus foret,vel oſtenſus.Quacunq; regula in contrarium edita non obſtāte.Aut literas deſuper in forma breuis cum clauſulis neceſſarijs,& opportunis,& latiſsime extendendis expediri poſſe. Placet Motu proprio. I.

Executoris facultates.

Clauſulæ derogatoriæ.

Sola Signatura ſufficit.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum,ſextodecimo Calend.Decembris,Anno Primo.

X V.

De priuilegijs,& Iuriſdictionibus Incliti Populi Romani.

De Materia Populi Romani,& Curiæ Capitolinæ habes ſupra Leon.x.conſt.5. Dum Singularem, fol.165.& habes alias Pontificum conſt.quas indicauero inf.in Pij.4.conſt.73.Dilectos.

PAVLVS Papa IIII. Motu proprio &c.

SINCERA fides,& ſingularis deuotio, quas dilecti filij Populus Romanus erga hanc ſanctam Sedem continuo geſsiſſe comprobantur promerentur ,vt ea quæ eis, & almæ Vrbis noſtræ commodo,& vtilitati futura conſpicimus,benigno concedamus affectu . Hinc eſt quod nos Populum ipſum ſpecialibus fauoribus,& gratijs proſequi volentes,ex certa noſtra ſcientia,& apoſtol.poteſtatis plenitudine,Gabellam

Gabellam Quatrini carnis hic Pōt. Reuocat. De qua habes supra const. 6. Cum sicut, fol. 576.

carnis (la gabella del quattrino nuncupatam) ac quascunque exemptiones, dilectis filijs Tabernarijs Vrbis in præiudicium dohaneriorum gabellæ studij præfatæ Vrbis: Necnon bullam, seu capitula cum potestate res furtiuas emendi, & super illis pecunias mutuandi, ac rerum ipsarum dominos volentes illas recuperare, ad pretium restituendum cogendi vniuersitati Hebræorum dictæ Vrbis, ac omnes & singulas moratorias, alternatiuas, significationes, & dilationes quascunque, præterquam iuxta formam iuris quibusuis tam per fel. rec. Iulium Papam III. prædecessorem nostrum, quam quoscunque Ro. Pontifices, etiam prædecessores nostros sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam quod nullo vnquam tempore ex quacunque causa etiam vrgenti, & vrgentissima reuocari non possint, illorum omnium tenores, formas, datas ac decreta in illis apposita, præsentibus pro sufficienter expressis habentes concessimus & concedimus, ac omnia & singula monopolia, quæ statutis, ac etiam iure prohibentur reuocamus, cassamus, & annullamus, & quod deinceps res aliquas grasciam concernentes, vltra vsum, & necessitatem familiæ suæ, per biennium consumendas, absque consensu, seu licentia Populi Romani emere, vel aliquo modo contractare possit, statuimus, & decernimus.

Exemptiones Tabernarijs concessas in præiudicium Gabellæ Studij Vrbis annullat. De qua hab. [illegible] cōst. Cū sicut accepimus nuper.

Hebræorum licētias emendi res furtiuas, & desuper pecunias mutuandi reuocat.

Dilationes debitoribus cōcessas annullat. De quibus habes etiam sub Iul. 3. const. 19. Nuper. fol. 516.

Et iusque et iurisdictionem curiæ Capitolij dictæ Vrbis in totum reintegramus, ita quod Romani Ciues ciuiliter alibi conueniri non possint, iuxta formam Motus proprij Pauli Papæ III. prædecessoris nostri desuper concessi, Motu proprio reuocatorio ab eodem Iulio prædecessore emanato, necnon alio per dilectum filium nobilem virum Ascanium della Corgna, olim Burgi Gubernatorem, vel etiam alio per quemlibet alium prædicti Burgi Gubernatorem obtento, seu obtinendo non obstante. Præterea eosdem Po. Romanum, ad Tiburtinam Ciuitatem, ac ipsius arcem, necnō emolumenta, Castellano assignari solita, ac omnia & singula honores, onera, & emolumenta consueta, remanente censu dilecto filio Ioanni Baptistæ de Consiliarijs Præsidenti Cameræ nostræ apostolicæ ad eius vitam cōcesso, restituimus, reponimus,

Monopolia prohibet.

& plenarie reintegramus, ac restitutos, repositos, & plenarie reintegratos esse, ita quod liceat eis ciuitatem, & arcem prædictam prout antea habebant, habere, illamque regere, & gubernare, illarumque corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, cuiusuis licentia desuper minime requisita, etiam decernimus, & declaramus.

Iurisdictionem Curiæ Capitolij reintegrat iuxta formam const. Pauli 3. quam habes sup. fol. 371. nu. 34. Cum pastorali, Tu autē vide declarationem Pij 4. cōst. 95. Dilectos.

Præterea eisdem Po. Romano, quod Conseruatores dictæ Vrbis pro tempore deputati in eorum ordinaria iurisdictione per pro tempore existentes Cameræ apost. Præsidentes, iuxta constitutionem piæ me. Iulij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, desuper editam, & per re. me. Leonem X. similiter prædecess. nostrum confirmata, nullo pacto impediri possint minusque per quodlibet aliud Tribunal. Et ne in criminali iudicio per iudices, fiscales, procuratores, notarios, carcerumque custodes extorsiones fiant, quod Motus proprius ab eodem Paulo III. Prædecessore super illorum mercedibus emanatus, iuxta illius tenorem omnino seruetur. Quodque Barisellus, omnesq; alij iustitiæ executores dictæ Vrbis quolibet anno de indebitis extorsionibus, & simonijs quibuscunque, iuxta aliam bullam præfati Iulij II. prædecessoris desuper æditam sindicari.

Ciuitatē Tiburtinam Po. Ro. restituit. Hoc idem fecit Iul. 2. in eius const. 25. Si officiatum. fol. 364. & Leo X. cōst. I. Illum singulari fol. 365.

Necnon repræsaliæ a præfato Paulo prædecessore sublatæ, iuxta formam statutorum dictæ Vrbis relaxari, & exequi debeant, duntamen facta prius notificatione communitatibus, contra quas repræsaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ. Et quod propter antedictas repræsalias pro tempore decernendas nullo modo impediantur afferentes grasciam cuiuscunq; generis ad Vrbem, ac omnia & singula Romana officia detracta imbussulari, & extrahi iuxta dispositionem bullæ præfati Leonis prædecessoris desuper concessæ. Necnon Magistri stratarum, & ædificiorum dictæ Vrbis, Sindicique Senatoris eiusdem ex bussula extrahi debeant, ac ipsi Magistri stratarum Vrbis nullo vnquam tempore pro ampliandis, seu nouiter construendis stratis in dicta Vrbe aliquod gectitum absq; consensu, & interuentu Capitis illius regionis, in qua gectitum

Conseruatores Vrbis in eorum iurisdictione reponit, iux. a cōs. Iul. & Leon. prædictorum.

imponetur, & illius trium consiliariorum imponere minime possint, ac gectitum huiusmodi a capite & tribus consiliarijs præfatis subscribi, & pecuniæ ex dicto gectito percipiendæ apud aliquem probum virum in dicta regione commorantem depositari, & per illius manus de mandato Magistrorum stratarum solui debeant. Ac quod de cetero alternatiuæ, significationes, & dilationes quæcunque, nisi iuxta dispositionem iuris, ac formam statutorum dictæ Vrbis concedi nullatenus possint, & qui illas obtinuerint, & in futurum obtinebunt semper birretum viride portare teneantur. Idque Senator, & Conseruatores dictæ Vrbis pro tempore existentes stricte sub pœna eis beneuisa seruari facere debeant, & curent. Ipsæq; alternatiuæ, significationes, & dilationes per quodcunque tribunal in concernentibus grasciam cuiuscunque sit generis concedi minime valeant.

Motus proprius Pauli 3. circa mercedes Iudicū et notariorum &c. seruetur. Tu autē hic non habes nisi cōst. 58. Ad onus. fol. 471.

Repræsaliæ relaxari possunt a Ro. Pont.

Mandantes modernis, & pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Vicario, & Gubernatori dictæ Vrbis necnon generali Auditori Cameræ ac Præsidentibus, & Clericis ipsius Cameræ, ac omnibus & singulis alijs cuiuscunque dignitatis status, gradus & præeminentiæ fuerint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, quatenus ipsi, & eorum singuli præfato Populo Romano in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos, & illorum singulares personas reuocatione, cassatione, annullatione restitutione, reintegratione, repositione statuto, ordinatione, & singulis alijs præmissis, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari.

De Syndicorum electiōe vide infra Greg. 13. cōst. 18. Ad summas.

Ac districtius inhibentes eis, & quibuscunq; alijs in virtute sanctæ obediētiæ, & nostræ indignationis, ac decē millium ducatorū auri pro vna videlicet Cameræ prædictæ, & altera medietatibus fabricæ Palatij Capitolij huiusmodi in euentum contrauentionis irremissibiliter applicand. pœnis, ne Po Romanum huiusmodi super præmissis, seu eorum aliquo quouis prætextu, seu quauis occasione, vel causa molestare, perturbare, aut inquietare quoquo modo audeant, seu præsumant:

De Magistrorum Viarum officio, & facultatibus vide Greg. 13. cōst. 25. Quæ publicæ.

Ac decernentes præsentes, & desuper conficiendas literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus similium, vel dissimilium gratiarum, & concessionum ex quauis causa quomodolibet pro tempore factis, ac de surreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, seu impugnari nullatenus posse, sed semper validas, & efficaces existere & suum plenarium effectum sortiri debere: Et ita per quoscunque iudices etiam causarum palatij apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. decernimus.

Officiales Vrbis in præmissis Po. Ro. non molestent, sed ei faueant, & assistant.

Clausulæ præseruatiuæ.

Non obstantibus præmissis ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis statutis &c. reformationibus, declarationibus, & decretis etiam iuramento &c. roboratis, necnon priuilegijs, indultis & literis apostolicis Camerario, Gubernatori, Vicario, Auditori Præsidentibus, & Clericis præfatis, ac etiam dilecto filio Hippolyto S. Mariæ in Aquiro Diacono Card. de Ferraria nuncupato, super cōcessione gubernij dictæ ciuitatis, seu alias quomodolibet, ac quibusuis alijs etiā motu simili, & alias quomodolibet concessis &c. quibus oībus in literis latissime extendēdis etiam si de illis &c. tenores &c. hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & si opus sit constitutionibus nostris

Decretū irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

nostris de non tollendo iure quæsito, ceterisq; contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Hanc const. vide in antiq. stat. Vrbis. fol. 20. Et in Non. fol. 43.

Fiat motu proprio. I.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. cum reuocatione, cassatione, irritatione, annullatione, restitutione, repositione, reintegratione, statuto, ordinatione, derogatione, & decretis, ac alijs de, & pro omnibus & singulis supradictis quæ hic pro sufficienter repetitis habeantur latissime extendendis, & quod præsentis motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, etiam si videbitur absque illius registratura, quacunque regula, seu constitutione apostolica contraria non obstantibus, seu si videbitur literæ desuper per breue nostrum, seu officium contradictarum, cum præmissorum omnium, etiam veriores tenores singularum exemptionum, bullarum, capitulorum & aliarum concessionum prædictarum maior, vera, & amplior specificatio, & expressio fieri, ac tenor huiusmodi de verbo ad verbum inseri, seu in loco vel parte exprimi, seu etiam pro expressis haberi possint in literis simul vel separatim super quolibet præmissorum in non non facta mentione de alijs si videbitur expediendis.

Sola signatura sufficit.

Fiat. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum quarto Calen. Decembris Anno Primo.

XVI.

Dispensationes matrimoniales in secundo gradu non conceduntur contrahentibus matrimonia scienter in gradibus prohibitis.

Hoc idem generaliter prohibuit Clem. 7. in eius const. 7. Quia plerumque.

De Materia dispensationum non pono hic quia habebis infra in Pij V. const. fol. 292.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AB ea ipsa die, qua diuina bonitas nos (licet tanto oneri impares) regēdæ vniuersalis eius Ecclesiæ præficere dignata est, nunquā cessauimus cogitare, quo pacto singuli abusus nostra diligentia tollerentur, diuersas superinde constitutiones, iuxta casuum exigentiam quotidie promulgādo, & publicando. Hinc est quod cum (sicut nobis nuper innotuit) a nonnullis annis citra introductum sit, vt qui matrimonium in secundo consanguinitatis, vel affinitatis gradu contrahere anhelant, scientes se dispensationem a sede apostolicā super huiusmodi matrimonio contrahendo obtinere nō posse, sub fiducia illam super eodē matrimonio, postquam contractum fuerit, reportandi, matrimoniū ipsum de facto contrahant & carnali copula consument, excōmunicationis sententiam in Concilio Vienen. contra matrimonia in gradibus prohibitis scienter contrahentes promulgatā damnabiliter incurrendo. Et deinde sub prætextu, quod si diuortium fieret inter eos, grauia exinde inter eos & eorum cōsanguineos, & affines scandala possent verisimiliter exoriri, & mulier perpetuo diffamata remaneret, absolutionē necessariam, & dispensationem opportunam, quas sibi debitas concedi expostulent, sicque absolutionem, & dispensationem (quas alias non obtinerent) eo prætextu vt plurimum reportent in scandalum plurimorum. Nos considerantes præmissa causam tribuere delinquendi, & incestum committendi, ac ex delicto, loco pœnæ, commodum & appetitus satisfactionē reportari, malitijs hominum occurrere volētes, per has nostras omnibus innotescere volumus, quod nos lapso tempore, infra quod notitia præsentium in partibus, ex quibus similes dispensationes peti continget verisimiliter haberi potuerit, absolutiones, & dispensationes huiusmodi ex prætextu prædicto, etiam si proles ex matrimonio sic contracto subsecuta fuerit, nullatenus, sed solū ex causa vrgentissima pro bono publico, & a iure considerata, per nos tantum, & non alium approbanda, concedemus, & quod dispentiones ex alia causa nostris temporibus perpetuo exulabunt, quod nobis licere non patimur, nostris successoribus indicantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Idibus Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Matrimoniū cōtrahere volentes in secundo, matrimonia de facto contrahunt, sub fiducia obtinendi postea dispensationes vt hic.

Ideo hic Pontifex declarat se has dispēsationes de cetero concedere nolle etiam si proles secuta esset nisi ex causa vrgentissima.

Ferd. Card. Cæsius. Io. Barengus.

XVII.

Prorogatio ad nouennium, Subsidij vnius Quatreni pro qualibet libra carnis, à Iulio III. impositi. Et extensio ad loca Baronum.

Declarationes circa hoc subsidium notani supra in Iul. III. constitu. 31. Nuper cupientes fol. 533.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

GRAVES & ferme intolerabiles impensæ extraordinariæ, quas pro status nostri ecclesiastici conseruatione, populorumque nobis commissorum securitate, iugiter necessario subimus, ad ea potissimū remedia nos cogunt, & quidem contra mentis nostræ institutum recurrere, quæ minus grauia futura sint, & ab alijs prædecessoribus nostris alias imposita fuerint, ne noua aliqua vectigalia excogitare, & imponere cogeremur. Dudum si quidem fe. re. Iulius Papa III. prædecessor noster ex causa similium expensarum subsidium vnius quatreni ex qualibet libra carnis minutatim vendendæ, per quoscunque illius emptores soluendi, à se antea in alma Vrbe nostra, tunc sua, impositum, ad omnia & singula præfati status ciuitates, & loca in eis pro rata quæ tunc in ipsa Vrbe exigebatur, exigendum, ad quinque annos tūc proximos extēdit, & quatenus opus sit de nouo imposuit, prout in eiusdem Iulij prædecessoris literis desuper in forma breuis expeditis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, plenius continetur. Et licet nos pro paterna in subditos nostros

Iul. 3. de anno 1553 Iposuit subsidiū vnius Quatreni pro qualibet libra carnis in toto statu Eccle. ad quinquenniū vt habes sup. in eius const 31. Nuper cupiētes fol. 533

tos nostros dilectione non solum nollemus eis imposita onera adaugere, sed exoptaremus eos ab oneribus ipsis penitus liberare, tamen liquido perspicientes id nobis per easdem expensas, & alias quæ nos vndique circunstãt necessitates, minime licere sperantesque eosdem subditos nostros dilectioni vt puta quos putamus optime compertam habere eam nostram erga seipsos voluntatem hac in re pro eisdem necessitatibus nequaquam graui esse nobis, cum simus tum promptitudine cum etiam alacritate obsequuturus. Idcirco auctoritate apostolica tenore præsentium subsidium prædictum, vt præfertur, impositum, & successiue eatenus, ad nouem annos Calendis Aprilibus proxime venturis inchoandos, & vt sequitur finiendos, & ad quæuis ciuitates, oppida, & loca quibusuis comitibus, vicecomitibus, baronibus, vicarijs, domicellis nobilibus, & alijs dominis temporalibus quacunque etiam quantumlibet maiori auctoritate seu dignitate fungentibus, & functuris, nobis & S.R.E. subiectis, & Populo nostro Romano subdita, & quibusuis alijs personis in quauis ecclesiastica dignitate constitutis, etiam eiusdẽ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ad vitam vel ad tempus commendata vel alias concessa, etiam in territorio eiusdem Vrbis sita prorogamus, & extẽdimus, ac quatenus opus sit, de nouo imponimus & indicimus, Decernentes illud ab omnibus & singulis quos prædesignatæ eiusdem Iulij prædecessoris, & præsentes nostræ literæ comprehendunt, omni exceptione, tergiuersatione, & appellatione remotis, omnino solui debere, eosque ad illud soluendum per censuras ecclesiasticas, & pœnas pecuniarias, aliaque opportuna iuris, & facti remedia cogi, & cõpelli posse. Sicque per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate, & dignitate fungentes, etiam Cardinales præfatos, & palatij nostri causarum Auditores, Cameræque apostolicæ Præsidentes & Clericos, in quauis causa, & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, irritumque & inane si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandãtes dilecto filio Guidoni Ascanio sanctæ Mariæ in Vialata diacono Cardinali Camerario nostro eiusque Vicecamerario, Præsidentibus, & Clericis Cameræ, vt subsidium præfatum cum omni qua decet diligentia exigi, & ad eandem Cameram peruenire curent. Nos enim eidem Camerario, Vicecamerario, Præsidentib. & Clericis antedictis id faciendi, ac ipsi & Cameræ præfatis dubia quælibet si quæ inde exoriri continget, dilucidandi & declarandi, ac lites, causas, & differentias quaslibet inde resultantes, summarie & Camerali more decidendi, & terminandi, ceteraque faciendi, & exequendi in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna, plenam & liberam facultatem concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius in singulis suis tam impositionis, quam extensionis subsidij huiusmodi literis voluit non obstare, necnon quibuslibet exemptionibus, priuilegijs & indultis quibusuis personis quacunque auctoritate, seu dignitate fungentibus quomodolibet, & ea quibusuis, etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibus & alijs decretis concessis, confirmatis, & sæpius innouatis (quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica & expressa mentio habenda esset, tenores illorum præsentibus pro sufficienter expressis habentes hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter & expresse derogamus) ceterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret, easdem præsentes ad singula quæque loca, prout opus esset deferri, volumus & eadem auctoritate decernimus, earundem præsentium transumptis, etiam impressis, & manu alicuius ex notarijs dictæ Cameræ subscriptis, & sigillo eiusdem Camerarij nostri, aut alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si exhiberentur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, die decimaquinta Martij, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno Primo.

Hic autem Pon. prorogat dictum subsidium ad nouennium, & extendit ad loca ibi omnia.

Decretũ irritans.

Camerari⁹ & Clerici Cam. Apost. collectores hui⁹ subsidij deputãtur.

Clausulæ derogatoriæ.

Io. Barengus.

XVIII.

Iurisdictio & Facultates, Protectoris & Iudicis Catechumenorum & Neophitorum. Et declaratio quod eorum Hospitali in Vrbe, Iudæi status Ecclesiastici soluere debeant quolibet anno ducatos decem, pro qualibet Synagoga etiam demolita & alienata, vel demolienda ac alienanda.

Protector autem ipsorum Catechumenorum & Neophitorum est nunc Illustriss. & Reuerendiss. Gulielmus Syrletus Calaber, Cardinalis, & Iudex ab eo deputatus est R.P.D. Gulielmus Bastonus Alexandrinus Vtriusq; signaturæ Referendarius.

De Protectoris & Iudicis Facultatibus habes etiam supra in Pauli III. const. 34. Illius, fol. 418.

De impositione ista per Iudæos soluenda, habes sup. in Iulij III. const. 48. Pastoris, fol. 550.

De Materia vero Catechumenorum, Neophitorum & Iudæorum posui concordan. supra in Pauli III. const. 29. Cupientes, fol. 415.

PAVLVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

DVDVM postquã PP. fe. re. Iulius III. prædecessor noster inter alia statuerat, & ordinauerat, quod quælibet vniuersitas, seu congregatio Iudæorum tam in alma vrbe, quam alijs ciuitatibus, terris, prouincijs, & locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis pro tempore consistentes, pro quolibet eorum loco, Synagoga, aut alias nuncupato in Vrbe, ac alijs ciuitatibus, terris, prouincijs, & locis prædictis existente, in quo eorum superstitiones, seu cerimoniæ fieri solebant, summam decem ducatorum auri de Camera hospitali, seu domui Catechumenorum dictæ Vrbis, aut illis pro tempore deputatis, pro eorundẽ Catechumenorum sustentatione in festo omnium Sanctorum singulis annis soluere deberent, & tenerentur, Ita tamen quod repartitio summæ huiusmodi iuxta singularum Synagogarum cuiuslibet prouinciæ facultates, & ditior pro paupere Synagoga prouinciæ huiusmodi contribuere, & proportionaliter soluere deberent, Ac eiusdem domus, seu hospitalis protectorem, & iudicẽ in omnibus, & singulis eorum causis ciuilibus, & criminalibus dilectos filios nostros

Iul. 3. statuit Iudæos Stat⁹ Ecclesiastici soluere debere quolibet anno in Festo omnium Sanctorum, decem ducatos pro qualibet Synagoga, Hospitali Catechumenorũ Vrbis vt in ei⁹ cõst. 48. Past. fol. 550.

Io. Michae-

Io. Michaelem tt. Sanctæ Mariæ in Aracæli presbyterum Saracenum, & Innocentium S Honofrij diaconum de Monte nuncupatos Cardinales, per quasdam eius literas constituerat, & deputauerat. Nos ex certis causis, quod de cætero perpetuis futuris temporibus ipsi Iudæi in singulis ciuitatibus, terris, & locis vnicam tantum Synagogam habere deberent nec alias de nouo construere possent, quinimmo omnes alias eorum Synagogas, præter vnam tantum, demoliri, & deuastare tenerentur, & astricti essent, per alias nostras literas, seu constitutionem sanciuimus, & ordinauimus, prout in literis, seu constitutione huiusmodi plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, a nonnullis prætendatur, seu prætendi posset vniuersitatem, seu congregationem Iudæorum eorundem, cum tantum vnicam Synagogam in singulis ciuitatibus, & terris ac locis prædictis habere possit, prætertu nostrarum literarum, seu constitutionum huiusmodi ad solutionem dictorum decem ducatorum pro quolibet loco, & vbi dicta Synagoga consistit tãtum teneri & obligatos esse, ipsosque deputatos eosdem decem ducatos ex vna Synagoga cuiuslibet loci, & non amplius percipere posse & debere, Nos quorum intentionis nunquam fuit, nec est per easdem nostras literas, seu constitutionem, vniuersitatem, seu congregationem Iudæorum huiusmodi à dicta solutione decem ducatorum pro qualibet eorum Synagoga, etiam destruẽda exhonerare, aut ipsis Catechumenis, quo ad perceptionem, & exactionem dictæ summæ decem ducatorum pro qualibet Synagoga, etiam in vim dictarum nostrarum literarum, seu constitutionis destruenda præiudicare, Attendẽtes solutionem decem ducatorum huiusmodi cuiuslibet dictarum Synagogarum, non tanquam locorum in quibus ipsi Iudæi ad dictas eorum superstitiones, seu cerimonias exercendas congregabantur, sed ipsorum Hæbræorum personis, & cuiuslibet ipsorum vniuersitati, & congregationi, quæ etiam sub Synagogæ nomine continetur, cum Synagoga Iudæorum congregatio dicatur, per ipsum prædecessorem constitutam fuisse ad eorundem pauperum Catechumenorum sustentationem, ac illasmet causas, & rationes quibus ipse prædecessor ad dictæ summæ solutionem, vt præfertur, faciendam motus fuerat, ob Synagogarum prædictarum demolitionem, vel ad vnius duntaxat Synagogæ reductionem, non solum non cessare, sed etiam huiusmodi locis demolitis cessantibus, vel ad vnum etiam redactis adhuc subsistere, & vigere magis, & eo magis quo in dies dictorum Catechumenorum numerus auctus fuit, & augetur, qui vna cum alijs Hebræis qui eorum Iudaica cæcitate abiecta, & ad veri luminis cognitionem conuersi, & fonte baptismatis renati in dicto hospitali seu domo charitatiue fuerint recepti, & quotidie recipiuntur, ac in fide catholica instruuntur, ita quod ipsi Hebræi vltra quamplurimas quas sentiunt commoditates in literis prædecessoris huiusmodi expressas, releuantur etiam a sumptibus, & expensis quas pateretur etiam ipsa vniuersitas Iudæorum, vel Hebræi ipsi, qui Catechumenos illos si conuersi non essent, & pauperes existerent, etiam alere tenerẽtur. Et propterea cũ etiam prouentus ipsius hospitalis seu domus ita adeo tenues, & exigui existant, quod ad præmissa, & alia pia opera exercenda suppetere nequeant, Et propterea eorundem Catechumenorum indemnitatibus prouidere, & quascunque dubitationes tollere cupientes, auctoritate apostolica, tenore præsentium per præsentes fidem facimus, & in verbo Romani pontificis attestamur nostræ intentionis, seu mentis, etiam tempore datæ nostrarum literarum, seu constitutionis huiusmodi nunquam fuisse nec esse per easdem nostras literas seu constitutionem, vniuersitatem, seu congregationem Iudæorum, aut Hebræorum huiusmodi a dicta solutione decem ducatorum pro qualibet Synagoga Iudæorum huiusmodi, tam in alma Vrbe quam alijs ciuitatibus, terris, & prouincijs, & locis prædictis tempore publicationis nostrarum literarum, seu constitutionum existentibus sub prætextu quod demolitæ seu alienatæ fuerint seu demolientur aut alienentur dictam summam decem ducatorum ab vniuersitate, seu congregatione Iudæorum huiusmodi exigere, & illos ad solutionem dictæ summæ ipsi vniuersitati & cõgregationi, ac in eadem vrbe faciendam compellere possint, præiudicare voluisse seu velle. Et nihilominus potiori pro eorundem Catechumenorum cautela volumus & apostolica auctoritate statuimus & ordinamus, quod quælibet vniuersitas seu congregatio Iudæorum seu Hebræorum huiusmodi pro qualibet eorum Synagoga tam publica quam priuata, & temporali, quæ in Vrbe, & alijs ciuitatibus, terris, prouincijs, & locis præfatis tempore publicationis nostrarum literarum seu constitutionem huiusmodi fuit, etiam si illa demolita, seu alienata fuerit, seu etiam alienari seu demoliri contigerit, summam decem ducatorum huiusmodi hospitali seu domui Catechumenorum, aut illius deputatis præfatis in dicto festo omnium Sanctorum in hac nostra alma vrbe singulis annis, etiam pro tempore præterito, & alias iuxta literarum prædecessoris huiusmodi continentiam, & tenorem soluere teneatur & obligata sit, & ad id cogi & compelli possit, etiam in omnibus & per omnia, perinde ac si nostræ literæ, siue constitutio huiusmodi publicatæ, aut aliqua ex dictis Synagogis quæ tempore prædecessoris huiusmodi existebat, demolita, seu deuastata, aut alienata non fuisset neque esset, seu non fuerit, neq; erit. Quodque vnaquæque vniuersitas seu cõgregatio Iudæorum, seu Hebræorum huiusmodi tam in alma Vrbe quam Bononien. Ferrarien. Vrbin. Camerin. & alijs ciuitatibus, & terris ac prouincijs, & locis nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate, vt præfertur, subiectis, nunc & pro tempore consisten. pro alia vniuersitate seu congregatione aut Synagoga Iudæorum seu Hebræorum huiusmodi ad solutionem decem ducatorum, vt præfertur, hic in Vrbe singulis annis in festo omnium Sanctorum faciendam, in solidum & in ampliori forma Cameræ Apostolicæ teneatur & obligata sit prout nos eos, & eorum quemlibet, illorumque res & bona vbilibet existentia specialiter & expresse ad inuicem obligamus, & obligata esse, sicque obligatam cogi & compelli posse & debere volumus. Quodque omnes & singuli Commissarij aut ministri, seu factores earundem Vniuersitatum seu congregationum dictos decem ducatos pro qualibet synagoga etiam demolita, seu alienata singulis annis absque aliqua requisitione, seu monitione in ipsa Alma Vrbe, eademque domo seu Hospitali Catechumenorum in dicto festo integre ac realiter, & cum effectu soluere & satisfacere debeant, & ad id cogi & compelli possint, & quod illi omnes & singuli congregationes & vniuersitates huiusmodi ac Iudæos & Hebræos vbilibet commorantes ad solutionem huiusmodi faciendam iuxta singularum Synagogarum, seu congregationum cuiuslibet prouinciæ facultates grauando vnam plus alia iuxta illius facultatem, & ditiorem pro paupere Synagoga prouinciæ huiusmodi, ac alias iuxta literarum prædecessoris huiusmodi continentiam & tenorem, inuocato etiam ad hoc si ei videbitur, auxilio eiusdem Ioannis Michaelis Cardinalis, ac pro tempore existentis dictorum Catechumenorum protectoris cogere & compellere, ac propterea eos vnica duntaxat citatione præcedente coram eodem Protectore conueniri possint, & valeant: Ac hospitale seu domum Catechumenorum huiusmodi ac dictos Catechumenos Neophitos, & conuersos quoscunque etiam in vrbe, & extra eam commorantes, ipsosque deputatos administratores & alios officiales, & personas, necnon eorũ res & bona nunc & pro tempore vbilibet existentia a quorumcunque iudicum,

& aliorum

Hic autem Pont. decreuit, Iudæos vnicam tantum Synagogam in locis in quibus degunt habere posse, & alias demoliri, vt in eius const. 5. Cũ nimis fol. 575.

Hinc orta est dubitatio an solutio esset etiam facienda pro quolibet Synagoga & demolita vel demolienda.

Ideo hic Pont. declarat Iudæos teneri ad solutionem dictorũ decem ducatorum pro qualibet Synagoga etiam demolita vel alienata aut demolienda vel alienanda.

Omnesq; Cõgregationes Iudæorum insolidum esse obligatas p tali annua solutione.

Ministri Congregationum Iudæorum, tax aut istius solutionis iuxta cõgregationum facultates imponere, & ad soluendum cogere possunt.

& aliorum dictæ Vrbis, ac aliorum locorum ordinaria iurisdictione, subiectione, potestate, auctoritate, & dominio penitus & omnino eximimus, & totaliter liberamus, ac præfati Ioannis Michaelis Cardinalis, & pro tempore existentis protectoris iurisdictioni, auctoritati, & dominio subijcimus & supponimus. Necnon omnes & singulas tam ciuiles quam criminales & mistas causas inter Catechumenos, Neophitos, & conuersos, deputatosque & alios præfatos, seu quemcunque eorum ex vna, & quasuis alias personas, & loca, collegia & vniuersitates coram quibusuis iudicibus ordinarijs & extraordinarijs, ac executoribus super quibusuis etiam bonis vertentes & pendétes partibus ex altera respectiue ad nos aduocantes, illasque in eo statu & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, & quas in futurum moueri de nouo contigerit, tam actiue quam passiue, cum omnibus & singulis suis incidentibus dependentibus annexis & connexis eidem Ioanni Michaeli Cardinali, & pro tempore existenti protectori summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit executiue & manu regia absque terminis substantialibus ac alicuius telæ iudiciariæ obseruatione, quacunque appellatione remota etiam friuola audiendas, cognoscendas, decidendas ac fine debito terminandas committimus, etiam cum potestate citandi etiam in Romana curia & extra eam etiam per edictum publicum constito summarie de non tuto accessu, ac quibusuis inhibendum fuerit inhibendi etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis, atque etiam pecuniarijs, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, & super quibus plenam & liberam facultatem, & auctoritatem eidem protectori concedibus. Et insuper literas Iulij prædecessoris huiusmodi, necnon omnia & singula priuilegia, exemptiones, prærogatiuas, libertates, indulta, indulgentias, & alias gratias hospitali seu domui illiusque ecclesiæ ac Catechumenis, Neophitis, administratoribus præfatis, illorumque personis & bonis per dictum Iulium tertium, ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & sedem apostolicam, & cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis desuper confectas literas sub quibuscunque tenoribus concessa confirmamus, approbamus, et innouamus, illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, et inuiolabiliter obseruari, ac hospitali, et Catechumenis, Neophitis, administratoribus, et alijs præmissis suffragari debere. Sicque per quoscunque iudices, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, et causarum palatij apostolici Auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et interpretari debere. Necnon quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus, illaque omnia et singula eis et eorum cuilibet prout concessa et ordinata fuerunt, de nouo concedimus. Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, et Concilij generalis de duabus dietis dummodo non vltra tres, et quibusuis alijs constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis, priuilegijs quoque indultis, et literis apostolicis eisdem iudicibus & quibusuis personis etiam sub quibuscunque tenoribus et formis ac irritantibus decretis concessis, confirmatis, & innouatis (Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus) necnon omnibus illis quæ præfatus Iulius prædecessor in suis literis voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima tertia Martij, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno primo. V. Macharanus.

Catechumenos, & Neophitos in Vrbe & extra commorantes eorumque bona, & officiales a iurisdictione quorumcumque iudicum.

14 Eorumque iudices & protectores deputat Car. Saracen.

Et de eius facultatibus vide sup. Pauli 3. const. 34 Illius qui. fol. 428.

Confirmatque omnia priuilegia & exemptiones Catechumenorum & Neoph.

Clausula derog.

XIX.

Deputatio et facultates Cardinalium et aliorum Deputatorum, ad cognoscendum et terminan. quæcunque negotia Almæ Vrbis et totius status Ecclesiastici.

De Materia autem legatorum in Vrbe, et alibi, aliàs deputatorum vide supra Pauli III. const. 16. licet Potestatis, fol. 377. cum ibi no.

PAVLVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nos ingrauescente iam ætate nostra, et diuersis grauissimis curis, præsertim reformationis Christifidelium curæ nostræ diuinitus commissorum, plurimum impediti, omnia negotia, quæ ad nos ratione tam huius almæ Vrbis quam totius status ecclesiastici deferuntur, per nos ipsos discutere, examinare & expedire nequeamus: volentes indemnitati partium negotia prædicta pro tempore prosequentium opportune consulere: et confidentes de fide, integritate, et prudentia, ac longo rerum omnium vsu dilectorum filiorum nostrorum Bernardini S. Matthæi Tranen. Ioannis S. Ioannis ante portam Latinam titulorum Romani Presbyterorum, Ioan. Baptistæ S. Nicolai in Carcere Diaconi Consiliarij nuncupatorum Cardinalium, motu simili, etc. eosdem Bernardinum, Ioannem, et Io. Baptistam Cardinales ad (cum consilio, et voto dilecti filij nobilis viri Io. Antonij Vrsini, Domicelli Romani, et venerabilis fratris Aloysij Lippomani Episcopi Bergomensis,) pro nobis, et nomine nostro, et auctoritate nostra, omnia et singula negotia tam ecclesiastica, & spiritualia, quam ciuilia, et criminalia, aut mixta, gratiam, vel iustitiam, aut pœnam sanguinis, et vltimi supplicij ac confiscationis omnium bonorum concernentia, dictæ Vrbis et totius status ecclesiastici nobis, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subiecti, etiam in quibusuis casibus et causis beneficialibus, aut matrimonialibus, et vsurariis, coram eis pro tempore proposita etiam si talia fuerint, quod a nobis tantum audiri, discuti, examinari, et expediri possint, seu debeant, audiendum, discutiendum, examinandum, expediendum et terminandum, et quæ in præmissis concedenda videbuntur, concedendum, ac quæ expediuerint, et terminauerint, seu concesserint debitæ exequutioni demandandum, et demandari faciendum, Necnon omnia et singula, quæ nos ipsi etiam circa absolutionem, et remissionem, aut gratiam, et liberationem, vel compositionem homicidiorum, et falsitatum, etiam literarum Apostolicarum, ac falsæ monetæ, et quorumuis aliorum delictorum, et criminum, et quæuis alia etiam expressis longe maiora, et nobis specialiter, vel generaliter reseruata agere, exequi,

Clausula illius obl.

Deputatio & facultates Cardinalium & aliorum Deputatorum ad terminandum negocia Vrbis & Status Ecclesiastici.

exequi, & concedere possimus, etiam manu regia, & absque eo quod de illis vllo vnquam tempore nobis vel successoribus nostris rationem reddere teneantur, libere agendum & exequen. & conceden. ita quod ratione negotiorum Criminalium, aut alio quouis modo ex præmissis aliquam irregularitatem, aut infamiæ maculam siue notam non incurrunt, Apostolica authoritate, tenore præsentium ex certa scientia, constituimus & deputamus, eisque in præmissis omnibus & singulis, ea omnia agendi & exequendi, concedendi, plenam & liberam concedimus facultatem & potestatem. Decernentes sic & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque &c. in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum &c. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis, ac statutis &c. Priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis Clausulis & decretis etiam pari modo aut alias quomodolibet concessis &c. Quib. oib. eorum tenores pro expressis haben. illis alias in suo robore permansuris. hoc vice dumtaxat specialiter expresse derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus, ceterisque censuris quibuscunque præsentium etiam absque eo quod registrentur aut illis data opponatur, solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in Iudicio & extra regula contraria non obstan. seu literas desuper etiam cum præmissorum omnium & singulorum maiori & veriori expressione etiam per hunc nostrum expediri posse decernentes.

Deputatio irregularitatem non incurrunt & rationem gestorum reddere non tenentur.

Decretũ irritans

Clausula derogatoriæ.

Sola signatura sufficiat.

Placet Motu proprio. I.

X X.

Impositio duarum Decimarum super fructibus anni 1556. quorumcunque Beneficiorum Ecclesiasticorum, status Ecclesiastici.

De similibus Impositionibus vide supra Pauli III. constit. 49. Ad intolerabiles, fol. 453. vbi notaui.

PAVLVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

ET si in mente gerimus subditos nostros ab extraordinarijs oneribus immunes præseruare, idque necessitate cessante, præstare intendimus, tamen grauitas impensarum quas pro huius almæ Vrbis, & totius status ecclesiastici conseruatione, & securitate, in dies sustinere necesse est, nos cogit, vt de vniuerso Clero & ecclesiasticis personis status huiusmodi fiduciam sumamus, speremusque eos de facultatibus suis huic operi libenter contributuros, vt potius partem erogando, totum conseruetur, quam partem conseruando, totum in discrimen ponatur. Hac itaque consideratione inducti, Motu proprio & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine, duas integras decimas omniũ & singulorum fructuum, redditũ, & prouentuum ecclesiasticorum præsentis anni, secundum verum annuum valorem, quarumcunque cathedralium etiam Metropolitan. & aliarum ecclesiarum, ac monasteriorum, prioratuum, & beneficiorum ecclesiasticorum sæcularium, & quorumuis ordinum ac militiarum (non tamen Sancti Ioannis Hierosolymitani) regularium, in nostro statu ecclesiastico nobis mediate, vel immediate subiecto existentium, a venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Commendatarijs, & Abbatibus, Prioribus, Præpositis Prælatis, Capitulis, Conuentibus, ceterisque personis ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus, exemptis & non exemptis, etiam Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cistercien. Cluniacen. Præmostraten. Cartusien. Camaldulen. Montis oliueti, Humiliatorum, Vallis vmbrosæ, Cruciferorum, Monachorum eremitarum sancti Hieronymi & aliorum quorumcunque ordinum etiam mendicantium si certos quoquomodo redditus habeãt, ac etiam Casinen. aliss Sanctæ Iustinæ de Padua, Montis olieueti, Sancti Bernardi, Lateranen. & Sancti Saluatoris aliarumque congregationum, tam virorum, quam mulierum, in eodem statu ecclesias, monasteria & alia beneficia ecclesiastica obtinentibus, seu fructus huiusmodi beneficiorum, & pensiones annuas quantumcunque exemptas, & sub quibusuis obligationibus etiam in forma Cameræ, & iuramento etiam de non contraueniendo, ac forsasse etiam de non impetrando aliquas gratias in contrarium, & eis concessis non vtendo, alijsque cautelis, decretis, & clausulis, super eisdem fructibus etiam medio cedularum, Banchi, seu in forma depositi percipientibus, & intra præsentem annum percepturis, cuiuscunque præeminentiæ, status, gradus, ordinis & religionis existant, quibus aut quorum aliquibus vlla priuilegia, aut indulgentias, sub quacunque verborum forma, aut expressione concessa, quo ad hoc suffragari nolumus (S. R. E. Cardinalibus. & fratribus dicti hospitalis sancti Ioannis, quo ad beneficia eiusdem hospitalis duntaxat exceptis) integre persoluendas, & per venerabilem fratrem Hieronymum Episcopum Torcellanum Thesaurarium nostrum generalem, de cuius fide, & probitate plenam in Domino fiduciam obtinemus, & quem generalem decimarum huiusmodi collectorem per præsentes constituimus, & deputamus, intra terminos per ipsum Hieronymum Episcopum, & Thesaurarium statuendos, exigendas, ac in opus prædictum conuertendas, apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus. Ac eidem Hieronymo Episcopo, & Thesaurario decimas sic, vt præfertur, impositas, a præfatis Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Prælatis, Capitulis Cõuentibus, & personis ecclesiasticis, exceptis supradictis, petendi, exigendi, & colligendi, eisque tam in genere quam nominatim, & in specie, vt illas soluant, sub censuris ecclesiasticis, etiam priuationis beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum, aliisque de quibus sibi videbitur pœnis etiam pecuniarijs, mandandi, necnon soluere recusantes, seu differentes, & generaliter contradictores quoslibet & rebelles, ac sibi in præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas prædictas & alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendi, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Soluentes vero de eo, quod soluerint, quietandi, & liberandi, ac a sententijs, censuris, & pœnis quas dicta occasione quomodolibet incurrerint, absoluendi, & generaliter omnia & singula in præmissis & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, & exequendi. Ac pro earundem decimarum faciliori exactione, vnum, vel plures subcollectores cum simili, aut limitata potestate, loco sui substituendi, & substitutos amouendi, ac alios eorũ loco, toties quoties sibi videbitur, surrogandi, plenam & liberam, auctoritate & tenore prædictis, concedimus facultatem & potestatem. Non obstantibus quibusuis Apostoli-

Impositio duarũ Decimarũ super fructibus Beneficiorum Ecclesiasticorum status Ecclesiastici.

Cardinales, & Milites Hierosolymitani excipiuntur.

Deputatio & facultate Thesaurarij Generalis exactoris & collectoris Decimarũ.

Clausula derog.

stolicis, ac in prouincialibus & synodalibus concilijs editis specialibus vel generalibus, constitutionibus & ordinationibus contrarijs quibuscunque, aut si eisdem Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Commendatarijs, Capitulis, Conuentibus & ceteris prædictis vel quibusuis alijs cómuniter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod ad solutionem alicuius decimæ minime teneantur, & ad id compelli aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari, seu extra, vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, eiusque toto tenore, ac proprijs ipsorum locorum, ordinum, & personarum nominibus, & cognominibus, mentionem, ac quibuscunque priuilegijs, & exemptionibus etiam in corpore iuris clausis, necnon literis apostolicis prædictis & quibusuis alijs dignitatibus, & ordinibus, ac congregationibus specialiter, vel generaliter sub quacunque forma, & expressione verborum concessis, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum pro eorum sufficienti derogatione habenda sit mentio specialis quæ eis quoad præmissa nolumus in aliquo suffragari, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod iuxta ordinationem in concilio Vienen. super hoc editam, calices, libri, & alia ornamenta ecclesiarum, monasteriorũ, beneficiorum, & piorum locorum diuino cultui dedicata, ex causa pignoris, vel alias occasione solutionis dictarũ decimarum nullatenus capiantur, distrahantur, vel occupentur. Quodque præsentium literarum transumptis ipsius Hieronymi Episcopi, & Thesaurarij, aut alicuius alterius Prælati ecclesiastici sigillo, & publici notarij subscriptione munitis eadẽ prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Petrum sub annulo piscatoris, die vigesima Iulij, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno secundo.

Ornamẽta Ecclesiarum nõ distrahãtur occasione solutionis illarũ Decimarum.

Io. Barengus.

XXI.

Cancellariarum seu Notariatuum status Ecclesiastici, Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Applicatio Et ordinationes circa Officium Cancellariorum siue Notariorum.

Hæc const. Confirmatur & Ampliatur infra per Pium IIII. in eius const. 107. Superna prouidentia. & ibi notabo & const. 127. Continua.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. ROMANVS Pontifex nonnumquam secundum varietatem temporum statuta mutat humana, & alias desuper disponit, prout euidens subditorum vtilitas, & aliæ rationabiles causæ id exposcũt. Cum itaque sicut nobis nuper innotuit, officia Notariatus, seu Cancellariæ in criminalibus, ciuitatum & terrarum Nobis & Romanæ Ecclesiæ subiectarum & per Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, & alios officiales ex commissione Apostolica regi & gubernari solitarum, propter diuersas salariorum ex eisdem officijs percipi solitorum inter alias personas diuisiones, diuersa onera, & grauamina patiantur: & exinde fiat vt ipsi Notarij, seu Cancellarij sæpius subditos ciuitatum & terrarum earundem diuersis & iniustis exactionibus afficiant, & in illis causante contributione huiusmodi manuteneantur, & quod peius est, propter recessũ, & diuersas mutationes eorundem Notariorum seu Cancellariorum acta, sententiæ, condemnationes, instrumẽta, & aliæ scripturæ officiorum huiusmodi cum ea, quæ decet diligentia non conseruentur, & sæpius per eosdem Notarios & Cancellarios in diuersas mundi regiones asportentur, in graue subditorum eorũdem, & Fisci, ac Cameræ apostolicæ damnum, præiudicium, & iacturam. Nos præmissis quantum possumus obuiare volentes, ac singulas prouisiones, concessiones, & quasuis alias dispositiones de prædictis Notariatus & Cancellariæ officijs in criminalibus, ac vbi ciuilia negotia per Notarium, seu Cancellarium exerceri solent, etiam de huiusmodi officijs quæ non sint ad dispositionem Communitatis loci etiam in ciuilibus: necnon etiam de officijs Notariatus Ciuilium causarum prouinciarum nobis & dictæ sedi subiectarum, quæ per deputatos a Legatis, & Vicelegatis pro tempore hactenus exerceri solita sint, & ad præsens exercentur, quibusuis personis cuiuscunque dignitatis existentibus per quoscunque Romanos Pontifices, ac etiam nos, & eosdem Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, ac alios officiales perpetuo vel ad tempus alias quam ex causa onerosa factas, eorum veriores tenores, datas, & decreta etiam irritantia in eis opposita, ac causas, propter quas factæ & concessæ fuerunt, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, harũ serie reuocãtes, & annullantes & reuocatas, & annullatas esse, nullasque & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti existere, & nemini suffragari, aut prodesse posse decernentes, ipsaque officia quibusuis Legationibus, Gubernijs, Potestarijs, & alijs officijs penitus & omnino perpetuo dismembrantes, & separantes, ac pro tempore existẽtes Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, potestates & alios officiales vlterius in eisdem officijs Notariatus, & Cancellariæ se intromittere, aut alias de illis aliquo modo disponere nullatenus posse, neque debere, illaque exercentes ab illis amouendos esse, & amoueri debere decernentes, ac eadem officia Cameræ prædictæ applicantes, & ad Cameram ipsam in futurum perpetuo spectare declarantes, venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Torcellanum modernum & pro tempore existentem Thesaurarium nostrum generalem totius status Ecclesiæ, & Cameræ huiusmodi Commissarium generalem ad omnia & singula Notariatus, & Cancellariæ in criminalibus, & vbi causæ ciuiles & criminales mixtim & per vnum & eundem Notarium exerceri solent, etiam in ciuilibus quarumcunque ciuitatum, terrarum, & castrorum totius status Ecclesiastici: necnon notariatus similium causarum prouinciarum huiusmodi, etiam sub Legationibus quorumcunq; Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut ipsorum Cardinalium vel aliarum personarum ad vitam, seu alias eis concessarum comprehensa cum eorum scripturis, si quæ reperiantur, necnon honoribus, oneribus & emolumentis: ac cum obligationibus, clausulis, cautelis, decretis, & capitulis infrascriptis, necnon pactis & conditionibus & pro precio, seu pretijs dicto Thesaurario beneuisis in vtilitatem ipsius Cameræ conuertendis, & applicandis, ad vitam quibusuis personis vendendũ & alienandum nomine eiusdẽ Cameræ, & in illius vtilitatem Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium constituimus, & deputamus. Dantes & concedentes illi plenam & liberam facultatem, auctoritatem, & potestatem Cameram ipsam præmissorum occasione in amplissima forma obligãdi, aliaq; in præmissis, & circa ea necessaria & opportuna faciendi, & exercẽdi, ac vnum, & plures Commissarios cũ eisdem facultate potestate, & aucto-

Causa istius cõst.

Reuocat hic Põ. quascũq; concessiones Cancellariarum præterq̃ ex causa onerosa factas.

Inhibet q̃ officiales illius status, ne de cætero de eis disponant. Ad qđ vide dictam cõs. Pij 4.

Et Cam. Apost. applicat.

Thesaurarium q; deputat ad illas alienandũ ad vitã tantummodo.

Imo etiam ad locandum vt in d. Pij 4. const. 127. Continua.

te, & auctoritate, ac aliàs, prout sibi videbitur, ad præmissa deputandi: Ac decernentes quascunque venditiones, alienationes, concessiones de eisdem officijs per eundem Thesaurarium, & Commissarios per eum pro tempore deputatos nomine eiusdem Cameræ faciendas perpetuis futuris temporibus validas & efficaces existere, & ad omnia quæ per eos fieri super præmissis contigerit, Cameram ipsam omnino teneri, & obligatam esse, nec personas ipsas, quibus officia huiusmodi emptionis titulo per Thesaurarium, seu Commissarios ipsos concedentur, per Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, potestates, & alios officiales præfatos pro tempore existentes quouis modo directe, vel indirecte, quouis quæsito colore, vel ingenio desuper molestari, seu impediri posse, neque debere: Sed si ipsos desuper molestari, aut impediri contigerit, Cameram ipsam ad illos defendendum, & manutenendum omnino teneri. Sicque per quoscunque iudices, & Commissarios etiam dictæ Ro. Ecclesiæ Cardinales & causarum palatij Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & interpretari debere, ac ea nunc irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Volumus autem quod singulorum prædictorum officiorum quando per illa obtinentiũ resignationes, aut obitus, seu quamcunque aliam dimissionem, vel amissionem vacare contigerit, expeditiones fiant per supplicationem in omnibus & per omnia, prout alia officia Ro. curiæ vacabilia expediuntur & expediri solita sunt. Quodque huiusmodi officia possint vendi per ipsum Thesaurarium pro eo meliori precio quod reperitur, literasque patentes desuper expedire, & per mortem illa obtinentium vacent, nisi prius hic in alma Vrbe nostra aut extra eam ad instar aliorum officiorum vacabilium vendita, aut cessa fuerint, quæ venditiones, seu cessiones expediri debeant more solito per supplicationes exhibendas pro tempore existenti nostro, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum Datario. Et super huiusmodi officijs liceat accipere pecunias in societatem, prout accipitur super alijs officijs vacabilib. seruata tamen forma moderationis per nos vltimo factæ. Et quod nemini prouincialium liceat emere officia notariatuum generalium illius prouinciæ, quæ intelligi debeat omnis ea regio, quæ per vnum Legatum, seu Gubernatorem regi est solita. Alia vero officia particularia ciuitatum, terrarum, & locorum a quouis emi possint, dummodo talis emptor non sit illius ciuitatis, terræ seu loci, eiusque territorij, & districtus. Et insuper ipsi notarij vtantur, potiantur, & gaudeant omnibus immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, honoribus, & priuilegijs, quibus notarij dictæ curiæ vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac si in dicta Vrbe residerent. Sitque eorum iudex eiusdem Cameræ Auditor generalis excepto in rebus ab eorum officijs dependentibus. Ipsique notarij habeant facultatem quæcunque arma gerendi per totum statum ecclesiasticum, & quo ad prædecentiam cum alijs loci notarijs, ac etiam quoad immunitates & exemptiones seruetur id quod seruari consueuerat ante venditionem huiusmodi officiorum, nec ipsi notarij, & Cancellarij teneantur neque sint obligati lucra eorum participare, seu diuidere cum ipsis Legatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Locatenentibus, aut alijs superioribus siue Cõmunitatibus, sed totum id, quod secundum taxas infrascriptas lucrabuntur, sit eorum liberum. Et econtra Legati, seu Gubernatores, aut alij prædicti non teneantur præter voluntatem eorum victum præstare Cancellarijs & notarijs ipsis, sed tantum habitationes eis dari solitas consignent. Sigillum tamen excipitur, cuius emolumentum sit Superioris. Et secretariæ prouinciarum sint reseruatæ. Nullusque alius notarius tam in curijs generalibus, quàm in particularibus ciuitatibus, terris, & locis possit rogari, & scribere acta seu contractus cautionis, pacis & induciarũ, aut alias scripturas, & præcepta causarum criminalium aut aliarum per similes Cãcellarios & notarios criminales rogari solitarum. Decernen. irritum & inane quicquid per alios esset scriptum, aut receptum. Quodque ipsi notarij siue Cancellarij criminales possint etiam rogari de quibuscunque contractibus ciuilibus, dummodo non sit expresse prohibitum per statuta, ordinationes, siue priuilegia illius loci. Solutiones vero recipere non possint, nisi secundum taxas in scriptis æditas in quouis loco, & vbi non essent taxatæ, vel taxæ per desuetudinem abrogatæ essent, secundum consuetum, quod consuetum cum interuentu Gubernatoris, aut alterius officialis, declarare & taxare, easdemque taxas scribere, aut typis excudi facere, & publicare possint & debeant Communitates locorum, adeo vt omnibus notæ sint. Et talis notarius accipiens vltra debitum prima vice teneatur ad restitutionem parti soluenti, & quadruplum dictæ Cameræ Apostolicæ. Secunda vice vltra restitutionem, & vltra quadruplum teneatur ad pœnam quinquaginta ducatorum auri de Camera applicandorum ipsi Cameræ. Tertia vice vltra restitutionem ad arbitrium Iudicis possint priuari eorum officijs. Nec possint ipsi Cancellarij, & notarij reuelare aliquod examen cuiuscumque rei, pro quauis causa, aut illius copiam dare, nisi prius a Iudice decretum fuerit quod dari debeat, sub pœna amissionis officij, super quo procedi possit contra eos criminaliter, & accusator lucretur quartam partem. Teneanturque & obligati sint dicti Cancellarij & notarij tenere infrascriptos libros, videlicet. Vnũ cartæ membranæ coopertum corio, in quo simul ac rogati fuerint de aliqua sententia tam condemnatoria, quàm absolutoria auctenticam extendendo cum subscriptione & signo suo infra tres dies scribere debeant sub pœna viginti quinque ducatorum eidem Cameræ applicandorum. Et alium cartæ papyri, in quo teneatur scribere omnes inquisitiones, denuncias, & querelas. Ac alium similem in quo testium examina scribantur. Necnon alium similem in quo scribantur omnes actus ordinarij occurrentes cum productis scripturarum quarumcunque, tam pro Fisco quam pro alijs, neque aliquam scripturam restituere debeant, nisi prius in eodem libro registrata fuerit. Ac alium similem in quo scribantur omnia examina facta pro informatione curiæ, & quæuis alia informatio, quæ daretur contra quemcunque reum, & omnia examina seu constituta ipsorum reorum. Et alium similem librum in quo scribantur omnes cautiones induciarum, & pacis, ac alterius cuiuscunque generis instrumenta tam ad officium, quàm ad particulares personas spectantia de quibus rogabuntur. Reliquum vero similem librum in quo scribantur omnes supplicationes gratiarum cuiuscunque generis, aut commissionum, quæ venirent super causis criminalibus, siue mixtis, nec aliquem processum cassare possint etiam de mandato superioris sine supplicatione, nec antequam in dicto libro sit registrata, & si secus fiet, irritum sit inane, ac Cancellarius siue notarius pro qualibet vice cadat in pœnam quinquaginta scutorum præfatæ Cameræ Applicandorum, à qua pœna se excusare non valeat sub præcepto alicuius superioris, præterquam Romani Pontificis: necnon in eodem libro teneantur scribere omnia inuentaria simul ac fient sub eadem pœna, quæ inuentaria pro causis criminalibus, aut mixtis, nec scribi, nec fieri etiam de mandato superioris possint ab alio, quam à prædicto notario, & cancellario, sine eius substituto. Quodque omnes præfati libri sint titulari secundum ipsorum continentiam, & carticulati, ac bullati per ordinem paginarum cum signo Communitatis illis hoc

Decretũ irritans.

Cãcellariæ vacet per mortem.

Cancellariæ Prouinciarũ nõ possint emi à Prouincialibus, neq; Cancellariæ aliorum locorum, ab originarijs.

Sed Piũ 4. in d. eius cõst. 137 cõtrariũ decreuit.

Cancellariorum Priuilegia.

Cancellarij habitationẽ à Gubernatorib. habere debent & de emolumẽtis Officialibus alijs, nihil respondere non tenentur. Quod de ciarãt idẽ Piũ 4. ibidem.

Sigilli emolumẽ tũ sunt Guber.

Cautionis, Pacis, Induciarum & aliarum rerum Criminal. scripturæ per Cancellarios tantum rogari possunt.

Cancellarij seruẽt taxas quo ad eorũ solutiones, aliàs pœnas h. descriptas incurrunt.

Copias examinum non dent nisi præuio Iudicis decreto sub pœnis hic expressis.

Libros septẽ tenere debent vt hic.

Processus cassare non possunt nisi habita & registrata supplicatione, sub pœnis hic notatis.

in quo libro infra octo dies à die rogitus, seu præsentationis, aut productionis computandos describantur, & registrentur, & in publicā formam redigantur, & subscribantur, sub pœna arbitrij sindicatorum. Item teneantur & sint obligati quotiescunque mutabitur Gubernator, vel Potestas, siue alius quiuis iudex aut superior qui in huiusmodi officio inseruiuerint stare sindicatui, vna cum eodem superiore sub eisdem net sindicatoribus, ac siue cesserint, siue renūciauerint huiusmodi officium consignare oēs scripturas, & libros per inuentarium subscriptū à cedente, & emente, ac Cancellario Communitatis illius loci, absque reseruatione alicuius scripturæ, quod inuentarium ad euitandas fraudes seruetur penes dictum Communitatis Cancellarium, Idemque fiat si officium vacauerit per priuationem & si vacauerit per mortem, hæredes teneantur facere huiusmodi consignationem. Possintque prædicti Cancellarij & notarij huiusmodi officia exercere per substitutos eiusdem sufficientiæ ab ipsis eligendos, dummodo non sint eiusdem prouinciæ si officiæ fuerint generalia, sed si fuerint particularium Ciuitatum, & locorum substituti, sint earum qualitatum, quæ per præsentia capitula requiruntur in Cancellarijs, & notarijs principalibus qui substituti admitti non possint, nisi prius in Camera ipsa ideoneas cautiones præstiterint de fideliter exercendo dicta efficia, & de stando sindicatui, sicut superius est ordinatum de notarijs principalibus sub poenis prædictis, cum hac declaratione quod casu quo huiusmodi substituti, & eorum cautiones non fuerint idoneæ, aut non soluerint pœnas contentas in præsentibus capitulis, pro eis notarius principalis teneatur ad omne damnum, & interesse, siue restitutionem per dictos substitutos fiendam, & sub pœna amissionis officij in casibus prædictis, præterquam si substituti huiusmodi soluerent ipsi summam æquiualentem officio, & quæ de notarijs ad criminalia dicta sunt, & ordinata, seruare teneantur respectiue etiam notarij ad ciuilia, quorum officia iuxta supradicta vendi & alienari possunt. Non obstantibus quibusuis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac Ciuitatum & terrarum ac prouinciarum huiusmodi statutis, & consuetudinibus, necnon quibusuis facultatibus & indultis, quibusuis Legatis, Vicelegatis Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs personis per quoscunque Romanos Pontifices & Cameram ipsam, ac etiam nos, necnon quibusvis donationibus, concessionibus, & alijs dispensationibus quibusuis personis de huiusmodi officijs quomodolibet factis, dummodo non ex causa onerosa, quæ tamen infrascriptis legibus, ac ordinationibus subiacere intelligantur, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Prouincijs, Ciuitatibus, & Terris per prædecessores prædictos, ac etiā nos, & eandem Cameram etiam Motu proprio, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quas & quæ illorum omnium vim effectum, datas, & tenorem pro expressis habentes ad effectum præmissorum reuocamus, irritamus, & annullamus, illisque specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dismembrationis, separationis, applicationis, declarationis, constitutionis, deputationis, dationis, concessionis, voluntatis, decretorum, reuocationum, irritationis, annullationum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Calendis Septembris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Syndicatui stare tenentur vna cū Gubernatoribus tempore eorum [illegible]. Po[illegible] vero sindicādi habes sup. in Clem. 7. const. 13. Dudum fol. 325

Scripturas per inuentarium tenentur finito officio reconsignare successoribus Vt in d. cōst. 107 Pij 4.

Officia exercere valent per substitutos vt hic sed tu vide declarationem Pij 4.

Clausula derogatoria.

Ferd. Card. Cæsius. Barengus.

H. Cumyn.

Registrata apud Ioan. Secretarium.

XXII.

De Augumento Collegij Militum de Lilio, à Paulo III. erecti.

De Erectione autem Collegij istorum Militum & eorum priuilegijs habes sup. Pauli III. constitut. 50. In beati, Petri vbi notaui. fol. 455. Et habes etiam in const. seq.

De Resignationibus verò Officiorum habes supra Iulij III. constit. 61. Dudum fel. record. fol. 564.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ITA est præsentium temporū conditio, vt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ status, nisi militari præsidio defendatur secure conseruari non posse videatur. Quapropter cōsiderantes hoc ipsum sine maximo pecuniarum profluuio effici non posse, cogimur extraordinaria subsidia, ordinarijs ad hoc nequaquam sufficientibus, quamuis inuiti, exquirere, & securitati ipsius status, quo minori possit Cameræ Apostolicæ dispendio, prouidere. Dudum siquidem fel. recor. Paulus Papa III. prædecessor noster cupiens prouinciam nostram, tunc suam Patrimonij beati Petri in Tuscia, quæ quo almæ Vrbi vicinior erat, eo maiori defensione indigebat, Collegio militum, qui ipsius prouinciæ littora, & loca tuerentur, & defenderent, prout in Marchiæ Anconitanæ, & Romandiolæ prouincijs nostris, tunc suis, etiam factum fuerat, decorari, habita super his cum fratribus suis Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, matura deliberatione de eorum vnanimi consilio, & assensu, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, vnum Collegium Quinquaginta virorum Militum de Lilio nuncupandorum, in dicta prouincia Patrimonij sub certis, tūc expressis honorib. & honerib. per suas sub plūbo confectas literas, perpetuò erexit, & instituit, ac inter cætera Collegium ipsum eiusque singulos Milites diuersis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis, tam temporalibus quàm ecclesiasticis, decorauit, Ac voluit, quòd dicti Milites de Lilio qui pro tempore forent, de eorum officijs siue locis, & emolumentis, quæ cum quibusuis alijs dictæ Romanæ Curiæ officijs compatibilia existerent, & per quoscunque, nedum vnum, sed plura simul vel successiue etiam vltra decem obtineri valerent, ac per solam signaturam concedi deberent disponere, & illa in manibus suis, & successorum suorum Romanorum Pontificū pro tempore existentium, seu Legati, aut Vicelegati, seu Gubernatoris dictæ prouinciæ pro tempore existentis quando ipsis Militibus de Lilio placeret, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum ad instar officiorum dictæ Curiæ

Paul. 3. erexit collegiū Quinquaginta Militū de Lilio cum priuilegijs & honoribus vt in eius const. 50. In beati fol. 455.

ex Curiæ resignare libere & licite valerent, ac resignationes huiusmodi validæ & efficaces existerent, & suos effectus sortiri deberent, ac pro signatura concessionis singulorum officiorum, siue locorum huiusmodi per resignationem pro tempore vacantium viginitiquinque florenos auri de Camera, in Romana Curia Datario, & in prouincia prædicta illius Thesaurario soluerent: Necnon Collegium Militum huiusmodi collegialia iura & insignia cum auctoritate, licentiaque, statuta, & ordinationes eorum statum tranquillum & prosperum concernentia condendi, & pro tempore condita, restringendi, ampliandi, & quotiens expedire videretur in totum delendi & alia de nouo ordinandi, eaq; sub pecuniarijs eidem Collegio applicandis & alijs etiam suspensionis a perceptione emolumentorum distribuendorum arbitrio dicti Collegij pœnis per deputandos per ipsum Collegiũ exigendis obseruare faciendi licentiam, & facultatem tribuit, & elargitus est. Et cum dicti Milites vigintiquinque millia scuta auri in auro pro ipsius Pauli prædecessoris, & prædictæ ecclesiæ necessitatibus subleuandis de proprijs eorum bonis obtulissent, ac in pecunia numerata sibi cum effectu persoluere intenderent, de consilio & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis eisdem Militibus de Lilio, eorumque in militiæ officijs huiusmodi successoribus in perpetuum annuum redditum trium millium scutorum auri in auro similium eis per tunc, & pro tempore existentem Thesaurariæ prouinciæ Patrimonij huiusmodi conductorem, vel administratorem & alios ad quos spectaret quandocunque in perpetuum ex quibusuis dictæ Thesaurariæ, necnon Dohanarum, pascuorum dictæ prouinciæ, tam tunc vrgentem, quam futurum appaltum concernentibus, illarumque membrorum vbilibet consistentium, necnon Ciuitatis, & Comitatus Vrbisueteris, etiam pœnarum maleficiorum, & tractarum frumentorum per mare, vel per terram necnon Cancellariæ eiusdem prouinciæ ac ratæ subsidij trecentorum millium scutorum prouinciam, Ciuitatem, & Comitatum huiusmodi tangentis tunc nouissime impositi, eo durante & si illud cessare contingeret augmenti pretij salis, & quorumcunque aliorum subsidiorum extraordinariorum per sedem prædictam quomodolibet in prouincia Ciuitate, & Comitatu prædictis exigendorum pecunijs, necnon quibusuis alijs introitibus ordinarijs, vel extraordinarijs singulo mense ratam integre, & sine aliqua retentione persoluendum perpetuo vendidit, tradidit, concessit, & assignauit, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem postmodum nostra, & ministrorum nostrorum diligentia Dohanarum pascuorum huiusmodi ad duodecim millium, & Dohanarum seu gabellarum almæ Vrbis prouentus, & emolumenta ad octo millium scutorum similium quantitatem vltra solitum excreuerint, & quinquaginta Milites per dictum Paulum prædecessorem, vt præfertur, instituti ad tutelam, & defensionem littorum, & locorum prædictorum minime sufficiant, expediatque, tam pro tutela, & defensione huiusmodi, quam nostra, & sedis, ac Cameræ prædictarum commoditate Collegium ipsum augeri, & ampliari, ac personæ inferius descriptæ se in Collegium prædictum coaptari desiderent, & ad hoc nobis summam centum & quinquaginta millium scutorum similium dummodo Dohanarum pascuorum in totum & Dohanarum, seu gabellarum Vrbis huiusmodi pro summa sex millium scutorum similium augmenta eis, & alijs quinquaginta Militibus præfatis modo quo summa trium millium scutorum huiusmodi illis per dictum Paulum prædecessorem concessa fuit, per nos concedatur in prompta, & numerata pecunia persoluere obtulerint. Nos habita super his omnibus cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione de eorum vnanimi consilio, & assensu, motu, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus Collegium Militum de Lilio participantium huiusmodi ad alios trecentos Milites de Lilio participantes nuncupandum, qui præmissis omnibus & singulis, ac quibusuis alijs, tam per literas Pauli prædecessoris huiusmodi quas, & in eis contenta, quæcunque eorum omnium veriores tenores præsentibus pro expressis habentes harum serie approbauimus, & innouauimus, quam alias quomodolibet Collegio & Militibus de Lilio huiusmodi concessis, & in posterum concedendis priuilegijs, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, gratijs, & indultis, ac quibus Collegium & singuli illius Milites huiusmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere possunt, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere libere & licite possint, & debeant in omnibus & per omnia perinde, ac si a principio in literis Pauli prædecessoris huiusmodi cum eisdem quinquaginta Militibus descripti, & annotati fuissent, apostolica auctoritate, tenore præsentium extendimus, & ampliamus, & per præsentes, quas vim validi, & efficacis contractus inter nos, & sedem, ac Cameram præfatas ex vna, ac personas huiusmodi ex altera partibus, initi, & stipulati habere volumus, & decernimus prouentus, & emolumenta Dohanarum pascuorũ huiusmodi, vsque ad duodecim millium, Dohanarum vero seu gabellarum Vrbis huiusmodi, vsq; ad sex milium scutorum similium summas, ab omnibus restauratis defalcationibus, remissionibus, & quibuscunque ordinarijs, vel extraordinarijs oneribus ex quacunque etiam inexcogitabili causa, pro tempore contingentibus, seu impositis, liberas immunes, & exemptas a Thesauraria Camera prædictis separamus, & segregamus: Ac Collegio Militum Lilij huiusmodi vltra summam trium millium scutorum eis, vt præfertur, venditam, pro trecentis alijs militibus de Lilio nuncupandis prædictis perpetuo applicamus, appropriamus, & incorporamus ac vendimus, tradimus, concedimus, & assignamus ac Collegium ipsum, eiusque tam antiquos, quam nouos milites huiusmodi in locum Thesaurariæ, & Cameræ prædictarum quoad summas duodecim & sex millium scutorum huiusmodi, vt præfertur, liberas, immunes & exemptas per eos, vel ab eis deputandos a modernis, & pro tempore existentibus Dohanarum pascuorum, & Dohanarum, seu gabellarum Vrbis huiusmodi appaltatoribus habendas, exigendas, & leuandas, ac vna cum alia summa trium millium scutorum huiusmodi inter ipsos, tam nouos, quã antiquos Milites æquis portionibus distribuẽdas quoad omnia ponimus, substituimus, & surrogamus, positosq; substitutos, et surrogatos esse decernimus. Volentes ac de consilio, et assensu, necnon motu, et scientia, ac potestatis plenitudine similibus statuentes, et decernentes, quod trecenti Milites præfati quinquaginta Militibus antiquis, et eorum Collegio huiusmodi aggregati sint, et esse censeantur, et inter ipsos quinquaginta antiquos, et trecentos nouos Milites huiusmodi aliqua quantumuis leuis, et minima, aut etiam verbalis differentia non existat sed tam trecenti noui, quam quinquaginta antiqui Milites huiusmodi in exactione, et distributione emolumentorum eis, vt præfertur, assignatorum, ac ceteris omnibus pari passu ambulent, et vnum corpus vnicumque Collegium inter se perpetuo faciant, et constituant: Quodque Milites infra nominati infra sex menses a data præsentium computandos, officium seu officia Militum huiusmodi per eos obtenta in quorumuis fauorem in manibus nostris, et pro tempore existentis Romani Pontificis nulla compositione, seu admissione solutis, dimittere possint, et supplicationes amissionum, resignationum, et concessionum huiusmodi per solam signaturam, et sine registratura expediri, et partibus consignari, ac personæ in quas dictæ dimissiones infra eosdem sex menses, vt

Idē Paulus Militibus cōcessit facultatem resignandi officia in manibus Pontificis & etiam Gubernatorum [illegible]

Sed [illegible] resignationes in manibus Pontificis [illegible]

Et eisdem Militibus assignauit annuum redditum trium millium scutorum, quæ ipsi [illegible] fuerunt [illegible] quinque millia scuta.

Hic autem Pōt. auget Collegium ad alios trecentos Milites qui ei soluerunt centum quinquaginta millia & eis assignat redditus 18. millium scutorum, & cōfirmat eorum priuilegia.

Milites infra sex menses in fauorem quorumcunque officia resignare possunt, absque cōpositione, & resignatarij [illegible] admittuntur gratis.

ses, vt præfertur, fiant gratis, & absque aliqua admissionis solutione recipi, & admitti debeant. Quodque assignamenta, & iura Collegio, & Militibus huiusmodi, tam per Paulum prædecessorem, quam nos, vt præfertur, data, & assignata, etiam per nos, vel dictam sedem, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes modo aliquo auferri, vel impediri, aut super eis aliqua grauamina, seu onera imponi non possint. Nec non pro abundantiori Collegij Militum huiusmodi perpetua securitate vltra alias obligationes, & cautelas in literis Pauli prædecessoris huiusmodi contentas, quas nullatenus innouari, aut alterari, sed in suo robore permanere, & infrascriptas illis addi, & cumulari volumus, & intendimus, eisdem Collegio, ac tam nouis, quam antiquis Militibus præsentibus, & futuris Dohanam pascuorũ, ac Dohanas, seu gabellas Vrbis huiusmodi, & quaslibet earum in solidum, earumque emolumenta, prouentus, & iura, necnon quæcunque alia earundem Cameræ, & sedis bona mobilia, & immobilia, spiritualia, & temporalia, etiam si talia sint, quæ in obligatione generali nõ

Hypoteca super bonis Cam. Apostolicæ.

comprehendantur specialiter, & expresse obligamus, & hypotechamus, perpetuoque obligata, & hypotecata esse, & censeri, & aliquem ad probandum quod pecuniæ ea præmissis prouenturæ, vel aliqua earum pars in vtilitatem, aut necessitatem Romanæ ecclesiæ, aut sedis, seu Cameræ huiusmodi conuersæ sint minime teneri, aut obligatum esse. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices, & commissarios quauis au-

Decretũ irritãs.

ctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & eorum Collegium, ac causarum palatij apostolici Auditores in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoran-

Clausulæ derog.

ter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis quæ dictus Paulus prædecessor in eius literis prædictis voluit non obstare. Quibus omnibus eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat pro potiori cautela specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præ-

Forma publicandi hanc const. Quam habes hic in fine.

sentes literæ ad notitiam omnium deducantur, & per omnes inuiolabiliter obseruentur, Volumus quod illæ in Cancellaria apostolica, & acie campi Floræ, ac valuis basilicæ principis Apostolorum de Vrbe affigantur, & publicentur, vt ij quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere quomodolibet poterunt in futurum, quod ad eorum notitiam non peruenerint nullam possit excusationem prætendere, vel ignorãtiam allegare. Et quia difficile foret easdem præsentes literas ad singula quæque loca in quibus de eis fides facienda erit deferri, Volumus & eadem apostolica auctoritate decernimus, quod earum transumptis, etiam per impressionem factis manu alicuius defensoris pro tempore existentis dicti Collegij subscriptis, & sigillo eiusdem Collegij sigillatis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nomina vero Militum nouorum huiusmodi sunt quæ sequuntur, videlicet.

Nomina Militũ

Sempronius de Consiliarijs Romanus, Christophorus de Ioannis, Bartholomæus Piparis Episcopus Montis Regalis, Annibal Bozzutus Archiepiscopus Auinionen. Bernardus Aldrobandinus, Octauius Ioannis Michaelis Palauicinus Comen. Hieronymus Boscus Saonen. Dominicus Mazzeus Romanus, Franciscus Francisci de Negro, Carolus Mutius Romanus, Horatius de Oricellarijs, Marcellus Melchiorius, Bartholomæus Bassotus, Franciscus Frumenti, Thomas de Bardis, Ioannes Delphinus, Iac. Matthæus Romanus, Antonius Palauicinus, Castellinus de Auria, Ioannes Baptista Petronus, Cathelanus Triuulcius, Iulius de Grandis pro duobus, Barnabeus Garzia Tirasonen. Hieronymus de Auila Romanus, Ludouicus Matthæus Romanus, Paulus Drago Romanus. Io. Baptista Alicornus, Fabius Acorambonus, sacræ Rotæ Decanus, Petrus Franciscus Ferrerius Episcopus Vercellen. Ioannes de Viasco, Horatius Celsus, Gabriel de Sinibaldis Romanus, Camillus Piperarius, Antonius Maninus, pro duobus, Alexander Glorierius, Bernardinus de la Cruce Episcopus Comen. Nicolaus Baronus, Mar. Antonius Ruberti Vbaldini, Euangelista Argenti de Cesis, Bartholomæus de Albericis, Lelius Barengus, Antonius Lucranus Perusinus, Benedictus Bulzona, Sebastianus Antonij Sperelli Perusinus, Petrus Puccinus, Marius Ceruinus, Antonius Butius de Angnano, Andreas Contarenus, Petrus Antonius Bandinus, pro tribus, Monaldus Clementinus, Carolus de Maximis, & dilectus filius Franciscus electus Gebennen, Datarius noster pro reliquis ducentis & quadraginta quinque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, extensionis, ampliationis, voluntatis, decreti, applicationis, appropriationis, incorporationis, venditionis, traditionis, concessionis, assignationis, substitutionis, & surrogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, duodecimo Calend. Septẽbris, Pontificatus nostri anno secũdo.

† Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. ff.

† Ego Ioannes Bellaius Episcopus Ostien.
† Ego Rodulphus Card. de Carpo Episcopus Portuen.
† Ego F. I. Card. Compostellan. Episopus Tusculan.

† Ego Io. Card. Moronus.
† Ego Geor. Card. Darmignaco.
† Ego Fed. Card. Cæsius.
† Eo Pe. Card. Seguntin.
† Ego R. Card. S. Angeli Maior pœnitentiarius.
† Ego Io. A. Card. de Medicis.
† Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
† Ego Ia. Card. Pureus.
† Ego P. Card. Fanensis.

† Ego Fab Card. Mignanellus.
† Ego Bernardinus Card. Tranen.
† Ego Diomedes Caraffa Card. Arian.
† Ego Io. Card. Reomanus.
† Ego Io. Ant. Capozuccus Card. S. Pancratij.

† Ego G. Asc. Card. Camerarius.
† Ego Io. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. S. Georgij.
† Ego In. Card. de Monte.
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego Hier. Simoncellus Card.
† Ego Rob. Nobilis Card.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Indictione decimaquarta, die vero vigesimasecunda mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno eius Secundo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt

fuerunt in locis retroscriptis per me Nicolaum de Matthæis, præfati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursorem.
Io. de sancta Cruce Magister Cursorum.

XXIII.

Officia Militum de Lilio, hactenus concessa, & de cetero vsque ad annum extensionis Collegij concedenda, non vacant.

De Extensione autem Collegii habes in præceden. constit.

PAVLVS Papa Quartus, Motu proprio &c.

CVM nos super Collegium quinquaginta virorum Militum de Lilio nuncupatorum, dudum per felic. rec. Paulum Papam III. prædecessorem nostrum in prouincia nostra, tunc sua, Patrimonij beati Petri in Thuscia de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus consilio erectum, ad alios trecentos Milites de Lilio participantes nuncupatos extenderimus, & ampliauerimus, ac officia Militum huiusmodi diuersis personis concesserimus, & assignauerimus, ac concessuri, & assignaturi simus. Nos personas huiusmodi specialis fauore gratiæ prosequi volentes, Motu simili, &c. eisdem personis quod officia per nos eis hactenus concessa, & in posterum ex eorum primeua erectione concedenda, vsque ad annum a die extensionis, & ampliationis prædictarum computandum per obitum, aut alias quomodocunque vacare non possint; sed ad hæredes eorũdem Militum, etiam ab intestato ad instar eorum bonorum patrimonialium, cum simili priuilegio, quod dicto anno, vt præfertur, computando, durante non vacent, nec vacare censeantur, cum effectu transeant. Ita tamen quod ante finem ipsius anni ad dicta officia vnus, seu iuxta eorum numerum, plures Milites nominentur, qui ea ex tunc de cetero obtineant, & quorum facto vacare possint, apostolica auctoritate, tenore præsentium, de speciali gratia indulgemus. Decernentes sic, & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque &c. in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum &c. — Tenor constit. præcedentis. — Officia per annũ nõ vacãt, vt hic. — Decretũ irritans.

Placet Motu proprio. I.

XXIIII.

Cathecumenorum Vrbis Collegio applicantur ducentum annui ducati, quos Hebræi soluebant Iacobo Giraldini, pro salario sibi a Iulio 3. constituto, vt libros Hebræos reuideret, & expurgaret.

Reuocationem huius facultatis expurgandi libros Hebreos habes infra in const. 37. Apostolicæ.

De Materia autem Iudæorum, & Catechumenorum posui concord. supra in Pauli 3. const. 29. Cupientes, fol. 415.

PAVLVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM sicut accepimus dudum fel. rec. Iulius Papa III. prædecessor noster, volens quendam Iacobum Giraldini, qui, vt accepimus, in Italia linguæ, & legis Hebraicæ professor existebat, & de Iudaica cæcitate ad veri luminis agnitionem sacrum baptisma suscipiendo, diuina dispositione peruenerat, vt commodius in religione christiana sustentari valeret, speciali prosequi fauore, eidem Iacobo, vt omnes, & quoscunque libros, scripturas, & documenta Hebræorum vbilibet commorantium, seu incolarum existentia, quoad viueret, reuidere valeret, apostolica auctoritate inter alia sub salario ducentorum ducatorum auri de Camera sibi singulis annis ab eisdem Hebræis, & eorum vniuersitate persoluendo concessit, concessioque dicti Iulij prædecessoris nuper certo modo cessauerit: Nos proinde considerantes numerum catechumenorum in alma Vrbe nostra, diuina id efficiente gratia indies magis, ac magis augeri, & propterea eorum necessitatibus in aliquo subuenire volentes, ex certa nostra scientia, maturaque deliberatione salarium annuum ducentorum ducatorũ huiusmodi præfato Iacobo durante, concessione sibi facta prædicta persolui solitum, Collegio Cathecumenorum dictæ Vrbis pro eorum sustentatione, auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo applicamus, & appropriamus, ac applicatum, & appropriatum esse, ipsique Collegio, & illius pro tempore Rectoribus, seu administratoribus, vel deputatis de cetero perpetuis futuris temporibus per communitates seu vniuersitates Hebræorum in toto statu, & dominio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro rata, & secundum ratam solutionum nobis, & Cameræ apostolicæ pro tempore faciendarum, singulis annis persolui volumus, & mandamus: Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, necnon quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœnis, dilectis filijs modernis, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, & Cameræ apostolicæ Thesaurario, quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes nostras literas, & in eis contenta, quæcunque vbi, & quando, ac quotiens pro parte eorundem Catechumenorum, seu eiusdem Collegij rectoris administratorum, vel deputatorum fuerint requisiti solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eos applicatione, & appropriatione, necnõ volũtate, mandato, decreto, & alijs prædictis pacifice frui, & gaudere, ac de salario annuo ducentorum ducatorum auri de Camera per communitates, seu vniuersitates Hebræorum huiusmodi modo & forma prædictis integre responderi, Non permittentes eos per quoscunque indebite quomodolibet molestari contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus

Iacobus Giraldinus Iudæus ad fidem conuersus deputatus fuit a Iul. 3. reuisor. & expurgator librorum Hebræorũ cum salario, 200. ann. ducatorum. Quod habes cũ inf. in const. 37. Apostolicæ. — Hoc salariũ Põt. iste applicat Collegio Cathecumenorum Vrbis. — Decretũ irritans. — Executores istius constit. Deputatio & facultates executorum.

præmissis

præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Hebræorum, & eorum communitatum, vel vniuersitatis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis eisdem quomodolibet, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibus, & alijs decretis, etiam Motu proprio concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expresse derogamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimaoctaua mensis Septembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Pontificatus nostri Anno secundo.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.
V. Macharanus.

XXV.

Contra Occupatores Terrarum & bonorum, ac debitores Censuum Annatarum Quindenniorum Reuerend. Cameræ Apostolicæ.

De Materia Occupantium loca & bona Reuerendæ Cameræ vide supra Leon. x. const. 12. Inter graues, & ibi notaui, fol. 195. & vide etiam Alexand. 6. const. 1. Nuper, fol. 273. Clem. 7. const. 1. Cogitur. fol. 281. Iul. 3. const. 24. Cũ acceperimus, fo. 524. & infr. Pij. 4. const. 9. Pastoralis, & in Bulla Cænæ Domini, Gre. 13. cõst. 92. Consueuerunt.

De Materia censuum, & aliorum Iurium Reuerend. Cameræ apost. perxstan. habes supra in Innocen. 8. const. 16. Decet, Fol. 133. & Alexand 6. const. 6. Cum ex relatione, fol. 139. & Greg. 13. const. 64. Ad Romani.

De Materia Annatarum & Quindenniorum vide sup. Paul. 2. cõst. 8. Decet, fol. 93. Innoc. 8. const. 1. Apostolicæ, fol. 106. Iul. 2. const. 3. Ea debitum, fol. 150. & const. sequen. & Clem. 7. const. 39. Cum sicut nobis, fol. 343 Paul. 3. const. 62. Quia sicut, fol. 475. Iul. 3. const. 38. Cupientes, fol. 539 & const. 41 Cum nos nuper, fol. 545. & const. 45. Cum sicut non sine fol. 546. & sup. in const. 9. Quoniam sicut, & const. seq. f. 579 & cõst 14. Cum alias postquam. fol. 585 & inf in const. 41. Decens, & const. 43. Apostolicæ, & Pij v. constit. 574. Apostolicæ.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INCVMBENTIA nobis, & Cameræ nostræ apostolicæ in dies grauiora onera nos admonent & cogunt, vt indemnitati ipsius Cameræ quantum cum deo possumus diligenter intendamus. Nam licet fel. rec. Gregorius XII. vniuersis, & singulis cuiuscunque gradus status, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existant, etiam si Pontificali, aut Regali, vel Reginali, seu quauis alia ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant, etiam si fuerint S. R. E. Cardinales districtius inhibuerit, ne aliquid de bonis mobilibus, & stabilibus, quæ ad dictam Cameram quomodolibet pertinuerint directe vel indirecte, quouis quæsito colore, inuadere, capere, detinere, aut occupare præsumant, alioquin personæ talia præsumentes, nisi infra decem dies a præsumptionis tempore proxime enumerandos, ea restituerint, aut reuelauerint agentibus eiusdem Cameræ vel alijs per quos ad Romanum Pontificem pro tempore existentem perueniat, pœnam dupli, & si bona occupata valorem decem florenorum auri transcenderint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua non nisi certis tunc expressis modo & forma absolui possint, & vltra pœnam, & sententiam præfatas, si personæ ecclesiasticæ fuerint omnibus prælaturis, dignitatibus, & beneficijs ecclesiasticis, quæ obtinent, absq. aliquo hominis ministerio sint priuati, & inhabiles ad illa, vel alia in posterũ obtinenda: si vero laici extiterint, omnibus feudis, & bonis quæ in terris ipsius Romanæ, aut aliarum ecclesiarum obtinent, etiam sint priuati, & feuda ad dominos deuoluta, & bona huiusmodi eidem Cameræ confiscata. Et Alexander V. per vnam statuerit, & decreuerit, quod illi quibus in futurum de Patriarchalibus, seu Metropolitanis, vel alijs cathedralibus ecclesijs, aut monasterijs, seu prioratibus conuentualibus, etiam in administrationem, vel commendam, seu alias quomodolibet prouideri contingeret, sub pœna priuationis ecclesiarum, monasteriorum, & prioratuum huiusmodi, ac omnis iuris eis ex prouisionibus præfatis quomodolibet acquisitis, quam quemlibet negligentem incurrere voluit eo ipso, ac eius ecclesias, monasteria, & prioratus ex tunc prout ex ea die vacare, & sedis apostolicæ dispositioni specialiter reseruata esse decreuit, & declarauit, tenerentur, & deberent infra annum a die prouisionis computandum literas super eorum prouisionibus huiusmodi in totum vsque ad earum receptionem inclusiue expediri fecisse, & interim sub eadem pœna per se, vel alios absque literis ipsis de regimine, & gubernatione, seu administratione ecclesiarum, monasteriorum, & prioratuum præfatorum, vel alicuius eorum, seu bonorum eorundem in spiritualibus, vel temporalibus, nullatenus se ingerere, vel aliter se immiscere, aut super his, vel eorum aliquo, seu dependentibus, vel connexis iurisdictionem aliquam quomodolibet exercere præsumerent, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigeret attentari.

Greg. 12. (cuius cõst. hic non habetur) pœnas hic expressas imposuit occupantibus bona Rev. Cameræ apostolicæ.

Alexan. v. (cuius const. hic nõ habetur) decreuit, vt prouisi de ecclesijs expediri facerent super prouisionibus literas apostol. infra annum. & literis nõ expeditis regimini eccl. se nõ ingererent.

attentari. Ac Pius II. per aliam statuerit,& ordinauerit,atque decreuerit,& declarauerit,quod omnes & singulæ obligationes, quæ ea illa die super annatis quorumcunque beneficiorum in dicta Camera reciperentur,intelligerentur quod obligati si infra eis præfixos terminos Collectoribus Cameræ in partibus pro tempore eaistentibus satisfacere defecissent, ipso facto, lapsis ipsis terminis, tam sententiam eacommunicationis incurrerent, quam beneficijs pro quibus in dicta Camera se obligassent, omnino priuati esse censerentur. Illi vero qui non pro se, sed pro alijs super huiusmodi annatis se obligarent, vltra incursum sententiæ eacommunicationis huiusmodi, si in termino constituto dictæ Cameræ, vel eius Collectoribus non soluissent, omnibus beneficijs, quæ obtinerent ipso facto priuati esse intelligerentur, & eorum beneficia huiusmodi possent in euentum præfatum per quemcunque licite & libere impetrari. Et Innoc. VIII. per reliquam constitutionem suam ordinationem Pij, omniaque & singula in ea contenta comprobauerit,& statuerit, quod illi qui dictæ Cameræ se ea tunc obligarent sententiam eacommunicationis,& pœnam priuationis huiusmodi iuata ordinationem Pij huiusmodi omnino incurrerent,& impetrantes beneficia per priuationem eandem vacantia,vel contra eos de ipsa priuatione eacipientes per quoscunque auditores audiri deberent, nec eo prætextu quod ordinatio præfata non fuisset recepta aut moribus vtentium comprobata,repelli possent. Et insuper voluerit,quod quietātiæ quas præfati obligati a Collectoribus,seu Subcollectoribus Cameræ apost.haberent, nullam fidem facerent, nisi per publicum probarentur instrumentum. Necnon Iulius etiam II. Romanus Pontifex prædecessor noster sua constitutione perpetuo valitura declarauerit, decreuerit, statuerit,& ordinauerit, quod constitutiones Aleaand Pij, & Innocen. prædecessorum huiusmodi, etiam quoad censuras & pœnas etiam priuationis in eis eapressas quoad futura in omnibus,& per omnia iuata illarum tenores omnino inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obseruarentur,& quod illi quos pro annatis huiusmodi dictæ Cameræ teneri cōtingeret, etiam si illas soluere non promisissent,seu ad illarum solutionem se aliter specialiter non obligassent si literas apostolicas aliqua machinatione,vel fraude adhibitas,absq; solutione annatæ,aut obligatione in eadem Camera recepissent,dummodo beneficia ipsa fuerent realiter assecuti, ad solutionem annatæ,& iurium prædictorum efficaciter tenerentur. & nisi infra quatuor si citramontani,& octo menses si vltramontani forent, de annata debita satisfacerent eidem Cam. vel eius collectoribus,& de satisfactione huiusmodi per instrumentum publicum constaret,lapso termino præfato beneficijs pro quibus de annata soluenda tenerentur, omnino essent & intelligerentur eo ipso priuati.

Pius 2. (cuius const. hic nō habes) statuit obligatos ad solutionem Annatarum, non soluentes in termino præfixo, pœnas de quib⁹ hic incurrere.

Innoc 8 (cuius const. habes sup. fol. 3c6. nu 2) confirmauit cōst. Pij 2.

Iul 2. declarauit & ampliauit cōst. Alex. 6. Pij 2 & Innoc 8 sed nō habes hic istam const. sed aliam de qua sup fol. 550. nu. 3. Ex dono.

Et demum dilectus filius Aleaander Pallenterius noster & Cam. nostræ apost. procurator Fiscalis,coram dilectis filijs Guidone Ascanio S Mariæ in Via lata,Diacono Cardinali nostro,& S. R. E. Camerario, ac præsidentibus, & Clericis ipsius Cam. tunc insimul coadunatis,& congregatis,omnes caducitates,deuolutiones,priuationes iurium,amissiones instrumentorum, & contractuum resolutiones, & eatinctiones,ac legales, conuentionales, & quaslibet alias pœnas per quoscunque feudatarios,vassallos emphiteotas,censuarios,commendatarios,liuellarios,& conductores,ac alios quoscunque etiam ratione monasteriorum ecclesiarum,beneficiorum,& congregationum regularium,seu eaemptionum eis concessarum Cameræ apost. præfatæ responden. vel soluen. aut aliquid ab ea recognoscen. seu aliter soluere obligatos, aut aliquid ab ea recognoscen. seu aliter soluere obligatos, aut debitores incursas,tam declaratas quam non declaratas. Necnon iura quæcunque dictæ Cam.& sedi apost. iam quæsita,vel ex facto tunc præterito,aut nūc præsenti,seu alias quomodolibet quærenda siue realiter,siue in spetantum & tam ea,quæ ipso iure,& facto quærerentur,seu quæsita fuissent,quam illa quæ declaratoriam,seu sententiam requirerent,acceptauerit,ac specialiter,& expresse declarauerit,reputaueritque omnes & singulos qui eatenus non responderant,& integraliter non adimpleuerant ab ipsis debita,& promissa,ac conuenta,& aliter qualitercunque contrauenerant, tam in omittendo, quam in committendo, ab eorum prætensis iuribus,& contractibus, necnon feudis, censibus, liuellis, monasterijs, & monasteriorum commendis, ac quibuscunque alijs rebus, & iuribus cecidisse, & decadutos, priuatosque esse,& eorum commendas cessasse, & consequenter omnes eorum prætensas concessiones, omnesque contractus finitos, sopitos, & extinctos in fauorem ipsius Cameræ esse, protestatusque fuerit, aliquem cuiusuis status, gradus, qualitatis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ essent, etiam si Imperiali, Regali,aut alia mundana, seu ecclesiastica, vel quacunque alia dignitate,quæ specialem,& eapressam requireret mentionem præfulgeret,admitti non debere ad solutionem,vel satisfactionem alicuius census,canonis,responsionis,vel recognitionis,aut cuiuslibet alterius rei promissæ,vel debitæ,aut aliter etiam pro vsu prærogatiuarum, & eaemptionum,ac bonorum,rerum,ac iurium eis forsan concessorum, & illorum fructuum redditiuum,& prouentuum dandæ,seu soluendæ,nisi conditionaliter,scilicet sine præiudicio quorumcunque iurium sedi & Cameræ præfatis, ac Fisco nostro quomodolibet acquisitorum, & competentium,vel quæ eis acquiri,& competere possent quomodocunque, & quandocunque, ea quauis ratione & causa & particulariter ea eo quod Regna, Ducatus, Ciuitates, castra, oppida, terræ, villæ, tenimenta, casalia, lacus, siluæ, proprietatea, monasteria, ecclesiæ, hospitalia, beneficia, prioratus, præpositatus, dignitates, & alia quæcunque bona,& iura corporalia, & incorporalia, ac alterius cuiuscunque generis in feudum Ducale, & Regale,seu alias quomodolibet nobile,& gentile,seu ignobile,vel census,& emphyteosim perpetuam,seu ad tempus,ad generationem,& nominationem respectiue, aut alias quomodocunque, & qualitercunque data, vel responsionis, seu cuiusuis alterius debiti non factam, aut non perfectam, seu non congruo loco & tempore, aut per illegitimam personam subsecutam, vel ob contrauentionem,& inobseruantiam contractuum, & capitulorum,seu alias quomodolibet,& ex quacunque causa etiam inualiditatis concessionum,& titulorum, & illorum finis, aut resolutionis, seu alia quæ de iure, vel de facto dici, & excogitari possent, essent deuoluta,& seu venirent deuoluēda. vel spectarent,& pertinerent,ac spectare,& pertinere possent,aut deberent,seu quia eaemptiones,& immunitates præfatæ essent finitæ,& eatinctæ.

Fiscus igitur in Camera apost. acceptauit omnes deuolutiones, & caducitates per quoscunque aliquid soluere obligatos incursas, &c.

Ac successiue Clerici Cameræ huiusmodi per eorum diffinitiuam sententiam declarauerint, & pronunciauerint omnes & singulos feudatarios, vassallos,emphyteotas, censuarios, commendatarios monasteriorum etiam consistorialium, ac aliorum beneficiorum, necnon liuellarios,conductores, & alios præfatæ Cameræ respondentes, & soluentes, aut aliquid ab ea recognoscentes, seu aliter soluere obligatos,& debitores,qui eatenus non soluerant,vel non responderant, seu integraliter non adimpleuerant ab ipsis debita,vel promissa,aut conuenta,seu aliter qualitercunque contrauenerant, tam in omittendo quam in cōmittendo,& eorum quemlibet pro contumacibus,& vt contumaces reputandos esse, eosque sic contumaces sententiam excommunicationis ac alias censuras & pœnas etiam priuationis in literis Gregorij,& Alexandri prædecessorum huiusmodi,ac piæ me. Pauli Papæ III. prædecessoris nostri contra non soluen-

Camera autē declarauit tales nō soluentes incidisse in dictas pœnas.

tes,& respondentes præfatæ Cameræ,& ad quæ tenentur emanatis contentas damnabiliter incidisse, & incurrisse ipsos feudatarios,vassallos,aut emphyteotas,censuarios,commendatarios,liuellarios,& conductores,aliosque dictæ Cameræ respondentes,vel soluentes,aut ab ea aliquid recognoscentes,vel alias soluere obligatos, & debitores,qui eatenus non soluerant,aut non responderant,vel non adimpleuerant ab eis debita,vel promissa,aut conuenta seu aliter quomodocunque contrauenerant, tam in omittendo, quam in committendo ab eorum iuribus, contractibus, feudis,censibus,liuellis,monasterijs, prioratibus, ecclesijs, & beneficijs, ac ipsorum monasteriorum commendis,prærogatiuis,& exemptionibus, ac immunitatibus, necnon Regnis,Ducatibus,ciuitatibus,castris,oppidis,terris, villis,tenimentis,casalibus,lacubus, siluis,hospitalibus, præpositatibus, & quibuscunque alijs bonis, & iuribus corporalibus, & incorporalibus, aut cuiuscunque alterius generis in feudum Ducale,Regale,& alias quomodolibet nobile,seu ignobile, aut in censum emphyteoticum perpetuum,vel temporale,seu ad generationem & nominationem respectiue, vel alias quomodocunque,& qualitercunque datis, vel concessis cecidisse,& priuatos fuisse,illorumque commendas cessasse, dictaque monasteria, etiam consistorialia,& beneficia vacare,& eorum concessiones, ac contractus omnes in fauorem Cameræ apostolicæ finitos, sopitos,& extinctos esse:necnon eosdem emphyteotas, censuarios,commendatarios, liuellarios, conductores, et alios quoscunque præfatæ Cameræ respondentes , vel soluentes, aut ab ea aliquid recognoscentes , vel alias soluere obligatos, aut debitores, qui eatenus iura eisdem sedi, & Cameræ non soluerant, aut non responderant,& integraliter non adimpleuerant ab ipsis debita promissa vel conuenta,aut alias qualitercunque contrauenerant , tam in omittendo, quam in committendo, iuribus,contractibus,feudis,immunitatibus,exemptionibus,& prærogatiuis prædictis vlterius frui,& gaudere nō posse,& eis super illis perpetuum silentium imponendum esse. Nihilominus occupatores bonorum huiusmodi ea restituere,aut reuelare,& hi de quorum personis Patriarchalibus, seu Metropolitanis, vel alijs cathedralibus ecclesijs, seu monasterijs pro tempore prouisi literas super eorum prouisionibus huiusmodi expediri facere non curant , quinimmo literis ipsis non expeditis , & ad se non receptis,seu non solutis annatæ iuribus Cameræ debitis,de regimine & gubernatione,seu administratione ecclesiarum,monasteriorum,prioratuum,& aliorum beneficiorum huiusmodi se intromittere,& iurisdictionem eisdem ecclesijs,monasterijs prioratibus,& beneficijs incumbētem exercere, ac præfati occupatores feuda, census,liuellos,monasteria,& alias res,& iura a quibus,vt præfertur,cecidisse declarati fuerunt,detinere,ac cōcessionibus eis factis,necnon contractibus iam,vt præmittitur,finitis,& sopitis,ac immunitatibus,& exemptionibus iam resolutis,& cessantibus vti præsumunt,sententias,censuras, & pœnas prædictas damnabiliter incurrendo, & in eis more aspidis surdæ insordescendo,in animarum suarum periculum, & dictæ Cam. dispendium non modicum. Nos tam animarum saluti,quam eidem Cameræ indemnitati prouidere volentes,tam generales quæ anno quolibet in vigilia,& festo sanctorum apostolorum Petri & Pauli fiunt, quam alias contra nonnullos particulares debitores,qui postmodum per eosdem clericos ad solutionem eorum debitorum condemnati fuerunt,in specie factas monitiones, & protestationes, necnon protestationem Alexandri procuratoris huiusmodi admittentes,& sententiam prædictam, & in ea contenta quæcunque approbantes,& confirmantes, necnon eorundem prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes,motu proprio nō ad ipsius Alexandri procuratoris, aut alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam,sed de mera deliberatione,& ex certa scientia nostra constitutiones Gregorij,Alexandri,Pij,& Innocentij,necnon Iulij prædecessorum huiusmodi cōtenta,apostolica auctoritate,tenore præsentium approbamus,& innouamus, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere decernimus. Volentes,& apostolica auctoritate præfata, sine tamen præiudicio sententiarum in præfata Camera, vel alio tribunali contra particulares debitores latarum , & quarumcunque litium, & causarum super huiusmodi debitis, vel aliquo eorum indecisarum pēdentium, ac iurium Fisco nostro, aut ab eo causam habentibus in præmissis quomodolibet competentium,quibus nullo modo præiudicare,sed ea omnia in suis statu, gradu, robore,& terminis in quibus de præsenti reperiuntur,remanere,& esse volumus. Statuentes quod nisi infra duos menses a publicatione præsentium computandos quacunque præscriptione etiam centenaria,& vltra prætensa,vel prætendenda non obstante,occupatores,seu detentores bonorum Cam.& sedis prædictarum,ac Rom. Ecclesiæ ea restituerint, & feudatarij, vassalli,emphyteotæ, censuarij,ac monasteriorum,etiam consistorialium,& prioratuum commendatarij, liuellarij, conductores , & alij præfatæ Cameræ respondentes, seu alias etiam ratione exemptionum, libertatum, & immunitatum eis concessarum,vel annatarum, seu Quindenniorum, aut aliter qualitercunque,& quomodocunque aliquid soluere obligati, seu in aliquo debitores de eo in quo Cameræ,sedi, & Ecclesiæ præfatis tenentur integre satisfecerint, & præmissa,seu conuenta, aut alias ab eis debita non adimpleuerint,omnes & singulas sententias, & pœnas, tam ecclesiasticas, quam temporales, in singulis literis prædecessorum, & protestatione Alexandri procuratoris, ac sententia clericorum huiusmodi contentas,& etiam priuationis feudorum,& aliorum bonorum,& monasteriorum,etiam consistorialium,quorum occasione , etiam propter eorum exemptionem , & immunitatem soluunt , ac eorundem monasteriorum commendarum cessationis eo ipso incurrant , & absque alia declaratione desuper fienda incurisse censeantur, feudaque & bona ad nos deuoluta, & monasteria ipsa per alias a nobis , & dicta sede libere impetrari possint, prout etiam nos tenore præsentium eos omnes sententijs, censuris,& pœnis prædictis expresse innodamus, ac priuatos esse,commendasque cessasse ex nunc decernimus,& declaramus, & nihilominus ad satisfactionem Ca. apostolicæ omnino teneantur. Decernentes eos ab alio quam Ro. Pontifice,præterquam in mortis articulo constitutos,& præuia debita satisfactione absolui non posse, Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices,& commissarios,quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales,ac eorum Collegium in quauis causa,& instāria,sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac si secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter,vel ignoranter contigerit attentari,irritum & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus apostolicis ac omnibus illis quæ singuli prædecessores præfati in singulis eorum literis voluerunt nō obstare,ceterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur,nullusq; deinceps aduersus eas aliquam excusationem prætendere,aut ignorantiam allegare valeat,volumus & auctoritate apost. tenore præsentium decernimus eas in valuis Cameræ apostol. tribus vicibus, & tribus diuersis diebus, dum ipsa Camera fiet, per aliquem ex cursoribus nostris affigi, & affixas inibi dum ipsa Camera durabit dimitti,affixionemq; huiusmodi omnes præfatos afficere in omnibus,& per omnia,perinde

Nihilominus occupatores bonorum. Rev. Cam. essent, vt hic illa restituere, & prouisi de ecclesijs ingerūt se ad ministrationi illarū, literis apostolicis non expeditis, & non soluta Annata.

Hic igitur Pont. confirmat dictā sententiam Clericorum,& constitutiones Prædecessorum.

Occupatores bonorū. seu debitores R. Cam apost non restituentes vel soluentes infra duos menses a die publicationis (quem pouā in fine) pœnas in sententia, & constitutionibus prædictis contentas incurrunt.

Alias maiores pœnas imposuit Pius 4. infra in eius const. 9. Pastoralis.

Decretū irritans

Clausulæ derogatoriæ.

ſta, perinde ac ſi ipſis & eorum cuilibet perſonaliter literæ huiuſmodi intimatæ forent, ipſaſque demum literas noſtras in libro Cameræ prædictæ ad perpetuam rei memoriam reſcribi, & regiſtrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, ſtatuti, innodationis, declarationis voluntatum, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, octauo Calendas Nouembris, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Forma publicandi hanc conſtit. Quam publicationem ponam in hac.

Fed. Card. Cæſius.

Io. Barengus

Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione decimaquarta, Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto patris, & domini noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ Quarto, Anno eius Secundo, diebus vero tribus diuerſis vicibus, & diebus, videlicet xxvi, & xxx. menſis Octobris proximè præteritis, & die tertia præſentis menſis Nouembris 1556. præſentes retroſcriptæ literæ apoſtolicæ in forma expeditæ affixæ, & publicatæ fuerunt in plena Camera apoſtolica, vt moris eſt, in diebus ſuperius nominatis in plena Camera apoſtolica, dum ſtarent ad iura reddendum in forma ſolita, cum omnibus ſolemnitatibus in ſimilibus ſolitis fieri, & conſuetis per me Thomam Roger præfati Sanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſorem.

Publicatio.

Io. Freile magiſter Curſorum.

X X V I.

Deputatio Theſaurarij Generalis in Collectorem & Iudicem Spoliorum Italiæ.

De Materia Spoliorum ponam concord. infra in Greg 13. conſt. 72. Cum ſicut accepimus nonnulli.

PAVLVS Papa Quartus, Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVM ſicut accepimus, nonnulli res & bona mobilia, ac ſemouentia ex fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum acquiſita per obitum prælatorum, & aliarum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ extra Romanam Curiam deceſſerunt, remanentia, & relicta, quæ tanquam ſpolia alias felicis recordationis Paulus Papa Tertius, prædeceſſor noſter ad Cameram apoſtolicam ſpectare, & pertinere decreuit, & declarauit, indebite occupare, & ſpolijs huiuſmodi dictam Cameram defraudare præſumpſerint, & præſumant, in animarum ſuarum periculum, ipſiuſque Cameræ præiudicium non modicum. Nos pro noſtri Paſtoralis officij debito volentes temerarios auſus comprimere, & ne in futurum ſpolia prædicta diſsipentur opportune prouidere, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & quoſcunque dictorum ſpoliorum per totam Italiam hactenus quomodolibet etiam per nos, ſeu de mandato noſtro deputatos, etiam ſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Camerarius fuerit, collectores, & ſubcollectores primitus, & ante omnia reuocantes, omnemque illis deſuper attributam auctoritatem, & poteſtatem abdicantes, Te, de cuius fide, probitate, & diligentia plurimum in Domino confidimus, noſtrum, & dictæ Cameræ in vniuerſa Italia ſpoliorum ad ipſam Cameram pertinentium huiuſmodi collectorem generalem, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium ad beneplacitum noſtrum conſtituimus, & deputamus. Dantes tibi plenam, & omnimodam poteſtatem, & auctoritatem omnia, & ſingula res, & bona quæcunque mobilia &, immobilia, ac ſe mouentia per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium beneficia non ſimplicia, ſed adminiſtrationem habentia obtinentium, & quoad beneficia ſimplicia, niſi ex priuilegio Apoſtolico eis conceſſo, ſeu ex conſuetudine legitime præſcripta in loco vigeoti teſtari valentium, & quorumuis ordinum regularium, quauis etiam Pontificali auctoritate fulgentium in vniuerſa Italia, extra tamen hanc almam Vrbem, pro tempore decedentium remanentia, & relicta cuiuſcunque qualitatis generis, & ſpeciei fuerint, etiam gemmas, & pretioſa, ac pecuniarum ſummas noſtro, & prædictæ Cameræ apoſtolicæ nomine colligendi, & recuperandi, & tam ſuper illis, quam alijs quibuſcunque ſpolijs, quæ hactenus in ipſa Italia per ſimilium perſonarum obitus remanſerunt, & indebite vſurpantur, omnibus vijs, & modis inueſtigandi, & inquirendi, Ac pro faciliori inquiſitione huiuſmodi quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint, etiam exemptas, ad præteritos collectores, & ſubcollectores, ac alias perſonas, ad coram te comparendum, necnon de adminiſtratis, & receptis per eos computum, & rationem tibi reddendum. Illoſque quorum teſtimonio te indigere cognoueris, ad ſe examini ſubijciendum, ac ſpoliorum huiuſmodi occupatores, & detentores ad ipſa ſpolia relaxandum, & tibi conſignandum, & ſoluendum ſub cenſuris & pœnis eccleſiaſticis fulminandis, ac etiam pecuniarijs arbitrio tuo moderandis & applicandis monendi, & compellendi, Contradictoreſque & renitentes cenſuras & pœnas prædictas incurriſſe declarandi, & illas aggrauandi, & reaggrauandi, interdictumque eccleſiaſticum inuiolabiliter obſeruandum apponendi, & auxilium brachij ſecularis ad hoc, ſi opus fuerit, inuocandi & ſuper eiſdem ſpolijs pro dicta Camera componendi, & concordandi, necnon ſoluentes de per eos ſolutis, & receptis, quietandi, & abſoluendi, & ad cor reuerſos, ſi id a te humiliter petierint, a cenſuris & pœnis, quas incurrerint, præuia ſatisfactione abſoluendi, & liberandi, ceteraq; omnia & ſingula faciendi, gerendi & exequendi, quæ in præmiſsis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna. Non obſtantibus præmiſsis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis quoque & conſuetudinibus etiam iuramento roboratis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decimaquarta Nouembris, milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Bona perſonarum eccleſiaſticarum abſque licentia teſtandi decedentium, ex fructibus beneficiorum acquiſita tanquam ſpolia ad Cameram apoſt. pertinent, vt habetur ſup. in Paul. 3. conſt. 33 Romanus, fol. 464

Deputatio Theſaurarij in collectorem ſpoliorum totius Ital. cum facultatibus hic expreſsis.

Clauſula derog.

Sequitur Deputatio Theſaurarij in Iudicem cauſarum ſpoliorum Italiæ.

Paulus Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam. Vt exactio ſpoliorum, tam ſtatus S. R. E. quam aliarum partium Italiæ celerius, & facilius fiat, nec miniſtrorũ multitudine confundatur, Motu prop. & ex certa noſtra ſcientia omnes & ſingulas lites, cauſas, & controuerſias, quæ coram quocunque iudice ordinario, vel delegato, præ-

terquam Dilecto filio Christophoro Cincio Thesaurario nostro generali, & eorundem spoliorum in tota Italia collectore generali per nos deputato, & illius ministris, ac sul stitutis super quibuluis ipsorum spoliorum negotijs in Italia huiusmodi indecisæ pendent, earum status, & merits, ac nomina, & cognomina iudicum, & colligantium præsentibus pro expressis habentes, ad nos harum serie aduocamus, illasque ac ipsa negotia in statu, ac terminis, in quibus reperiuntur, eidem Christophoro Cincio per se, vel eius ministros iuxta tenores suarum Facultarum cognoscendas, & fine debito terminandas, apostolica auctoritate, tenore præsentium remittimus, & quatenus oporteat, de nouo committimus, Et quod de cetero lites, & causæ huiusmodi a nullo alio, quam eodem Christophoro, seu ab eo super dictis spolijs pro tempore deputatis collectoribus cognosci, nec alteri, nisi per commissionem manu nostra signatam, vel per eiusdem Christophori Cincij literas committi, vel delegari possint, & citato dilecto filio Sigismundo Martignone nostro, & Cameræ Apostolicæ Commissario generali, Quodque citationes, inhibitiones, vel mandata, quæ aliter quam ea commissionibus, vt præfertur, manu nostra signatis, eodemque Commissario citato, vel literis eiusdem Christophori emanauerint, quo ad earum causarum introductionem, & litis pendentiam, seu iurisdictionis, ac processuum prædicti Christophori, & eius ministrorum impedimentum, vel retardationem, nullius sint roboris, vel momenti, dicta auctoritate per easdem præsentes statuimus, & ordinamus, Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid aliter a quoquam cuiusuis auctoritatis, & præeminentiæ, & quacũque etiam legationis de latere, vel alia dignitate, ac potestate fungente quomodolibet contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima prima Octobris, millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Et cõmittit Thesaurario in statu & terminis i quibus reperiuntur.

Et alteri iudici committi prohibet, nisi per commissionem ipsius Papæ manu signatam.

Decret. irritam.

Clausulę derog.

Io. Barengus.

XXVII.

De Facultatibus & Iurisdictione Caroli Carafæ Cardinalis, ad omnes Italiæ Principes, Legati de Latere destinati.

De Materia Legatorum vide supra in Pauli 3. const. 16. Licet potestatis, fol. 377. vbi posui concord.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Carolo sancti Viti in Macello Martyrum, Diacono Cardinali Carafæ nuncupato, salutem & apostolicam benedictionem.

CVM nos hodie te ad quoscunque in Italia Principes, & potentatus, ac vniuersa eorum regna, status dominia, & singula, ad quæ te declinare contigerit loca, pro nonnullis nostris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, totiusque reipublicæ christianæ arduis negotijs nostrum, & apostolicæ sedis legatum de latere, tanquam pacis Angelum, ad Dei laudem, & præfatæ Ecclesiæ exaltationem, de fratrum nostrorum consilio duxerimus destinandum: Nos cupientes, vt erga personas Regnorum, Statum dominiorum, & singulorum locorum huiusmodi, & alios ad te vndecunque confluentes, & venientes, vbicunque habeant domicilium, & vndecunque originem trahant, necnon familiares continuos commensales tuos, ac tuis obsequijs insistentes, aut alias tibi seruientes, te gratiosum reddere possis, circumspectioni tuæ, de qua in his & alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, matrimoniales, beneficiales, & alias ecclesiasticas, ac spirituales, & prophanas causas quascunque ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, tam primæ, quam secundæ, & vlterioris instantiæ, ac appellationum quarumcunque a quibuscunque iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam ad nos, & sedem prædictam, seu quoscunque alios etiam de latere Legatos, & iudices pro tempore interpositarum, & durante tua legatione interponendarum, etiam summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta per te, vel alium, seu alios, audiendi, cognoscendi, decidendi & fine debito terminandi, & alijs, vt præfertur, etiam cum potestate citandi, & etiam sub sententijs, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs tuo, vel delegatorum tuorum arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, etiam per edictum publicum constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu, ac sequestrum iuxta formam Concilij Viennen. decernendi, audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas delegandi, illasque etiam si per nos, aut alios auctoritate apostolica delegatæ fuerint, seu alias coram quocunque pependerint, cum tibi placuerit, ad te aduocandi, & vt præfertur, audiendi, cognoscendi, decidendi, & fine dedito terminandi, seu alijs, vt præmittitur, cum simili aut limitata potestate audiendas, cognoscendas, decidendas, & fine debito terminandas, committendi, & delegandi, & personas quascunque aduersus quaslibet sententias, & res iudicatas, ac contractus & læsiones in integrum, prout iuris fuerit, restituendi. Necnon officium Tabellionatus quibuscunque personis idoneis, recepto prius ab eis in forma solita iuramento, concedendi, illosque Tabelliones creandi, & de notariatus officio inuestiendi, alias iuxta formam in quinterno Cancellariæ apostolicæ descriptam: Ac Milites deauratos, Comitesque Palatinos, necnon Poetas laureatos, & personas sufficientes, & idoneas ad doctoratus, seu licenciaturæ, ac baccalariatus in vtroque, vel altero iurium, & etiam ad magisterij, tam in Theologia, quam in artibus ac medicina, vel alios gradus promouendi, & eis insignia solita, & debita conferrendi, & exhibendi, seu exhiberi, & conferri faciendi: Eisque quod omnibus, & singulis gratijs, priuilegijs, libertatibus immunitatibus, exemptionibus, & indultis, quibus alij Milites aureati, Poetæ laureati, & Comites Palatini per nos, & sedem apostolicam creati, & instituti, necnon ad huiusmodi gradus in vniuersitatibus studiorum generalium, iuxta illorum ritus, & mores, ac seruatis seruandis promoti vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & debeant indulgendi: Ac cum vere nobilibus aut in aliqua vniuersitate famosa, seu collegio approbato, seruato illius ritu graduatis, vt quæcunque duo curata, seu alias inuicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, quæ vltra viginti milliaria inter se non distent etiam si dignitates, personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel Collegiatis, ac dignitates ipsæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, seu Collegiatis ecclesijs huiusmodi principales, aut parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ fuerint, ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi consueuerint qui per electionem assumi, eisque cura immineat animarum. Necnon quæcunque duo dissimilia, vel simplicia similia, sub vno, vel duobus tectis dictarum, vel aliarum quarumcunque ecclesiarum consistentia, ac cum

Cardinalis Carafa destinatur legatus de Latere ad Principes Italiæ cum multis facultatibus.

Facultas cognoscendi causas tum motu &c. & illas alijs cõmittendi & etiã auocãdi.

Notarios creandi. Ad quod vide inf. in Pij. 4. cõst. 112. In sacrosancta.

Doctorãdi quoque & Milites auratos, Comitesque Palatinos creãdi.

Renouationem vide infr. in Pij 5. const. 59. Quibus.

quibusuis

quibusuis quorumuis,non tamen mendicantium, ordinum regularibus personis de vere nobili genere procrea-
tis,aut graduatis,vt quæcunque duo beneficia ecclesiastica cum cura,vel sine cura,regularia,etiam si prioratus
præpositur æ præpositatus, dignitates,personatus, administrationes, vel officia fuerint, & ad illius,illas, vel illa
consueuerint qui per electionem assumi,eisque cura immineat animarum,si eis alias canonice conferantur, aut
eligantur,præsententur,vel alias assumantur ad illa, seu instituantur in eis,recipere, & insimul quoad vixerint,
seculares videlicet ambo in titulum, regulares vero vnum ea regularibus beneficijs huiusmodi , quod malue-
rint,etiam si conuentuale,vel claustrale fuerit in titulum,& reliquum,quod conuentuale. vel claustrale non sit,
& cōmendari consueuerit in commendam retinere, ac de ipsius in commendam retinendi beneficij fructibus,
redditibus,& prouentibus disponere,& ordinare sicut illud in titulum pro tempore obtinentes de illis dispone
re,& ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt , alienatione tamem quorumcunque boonorum immobilium, &
pretiosorum mobilium dicti beneficij in commendam retinendi eis penitus interdicta : Necnon cum patienti-

Dispēsandi quoque circa defectum natalium pro obtinendis ordinibus sacris.

bus defectum natalium, vt ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri, ac quæcunque,quot-
cunque,& qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura,& sine cura se inuicem incompatientia, etiam si cano
nicatus,& præbendæ,aut dignitates in cathedralibus. etiam Metropolitanis, non tameo post pontificales maio
res,vel non tamen principales in collegiatis ecclesijs huiusmodi, ac alias, vt præfertur , qualificata fuerint . Et

Et etiā circa defectum ætatis.

cum patientibus ætatis defectum, etiam regularibus, si, vt præfertur graduati fuerint, vt ad effectum prouisio-
nis tantum in vigesimoquarto suæ ætatis anno seculares seculare, & regulares regulare quodcunque curatum,
vel alias incompatibile, etiam si seculare, dignitas ,personatus, administratio,vel officium in cathedrali etiam
Metropolitana,aut collegiata,& dignitas ipsa in cathedrali, etiam Metropolitana,post pontificalem maior, &
collegiata ecclesia huiusmodi principalis , seu parochialis ecclesia , vel eius perpetua Vicaria fuerit , & ad di-
gnitates, personatus, administrationes, vel officia huiusmodi, tam secularia,quā regularia cōsueuerint qui per
electionem assumi,eisq; cura immineat aoimarū,si eis alias canonice cōferantur aut ipsi eligantur,præsentētur
vel alias assumantur ad illa,& instituātur in eis recipere,& quoad vixerint retinere:Quodq; constitu.i in deci-
moseptimo,vt ad subdiaconatus & in decimonono,ad diaconatus, & in vigesimosecundo, si seculares fuerint,
& ad id superiorum suorum licentia accesserit , alij vero in vigesimo quarto suarum ætatum annis, si ratione
beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorum arctati fuerint , ad presbyteratus ordines,& tam ipsi, quam
quicunque alij in ætate legitima constituti,& similiter arctati promoueri volentes, vt ad omnes ordines prædi
ctos etiam extra tempora a iure statuta,quibusuis diebus Dominicis, vel alias festiuis, etiam a quocunque ma-
luerint catholico Antistite gratiam, & communiooem Sedis Apostolicæ habente,alias tamen rite de licētia sui
Diœcesani,vel eius Vicarij,aut officialis promoueri libere & licite possint:Quodque obtinētes beneficia eccle
siastica curata,seu alias sacros,& presbyteratus ordines huiusmodi tam à iure quam ex statuto,fundatione,vel
alias requirentia,vt ratione illorum ad annum,vel si literarum studio in loco, vbi illud vigeat generale , insti-
terint ad quinquennium a fine anni eis a iure præfixi computandum,ad ordines huiusmodi(dummodo i fra nti
mum dicti quinquennij biennium ad dictum subdiaconatus ordinem promoti fuerint) se promoueri facere mi-
nime teneantur,nec ad id a quoquam quauis auctoritate inuiti valeant coarctari, dispensandi, & cum taliter
dispensatis quinquennium huiusmodi ad annum tantum,& non vltra prorogandi:Et cum quibusuis personis ter

Dispensandique in tertio,& quarto gradu , circa matrimonia cōtracta & cōtrahēda Qđ reuocauit Pius 4 in const. 65. sanctissimus.

tio,& quarto mistim etiam multiplici consanguinitatis, vel affinitatis gradibus inuicem coniunctis,& quocun-
que impedimento publicæ honestatis,aut cum his,qui per adulterium se polluerint(dummodo in mortem defun
cti coniugis quicquam machinati nō fuerint)vt inuicē matrimonialiter copulari possint dispensari,ac eos, qui,
vt præfertur,coniuncti matrimonium,inter se scienter contraxerint, si illud carnali copula consummauerint, a
toto,& mutua cohabitatione separari & a reatu incestus,ac tam eos,quam alios, qui matrimonium ipsum cun
consummauerint,si id humiliter petierint,ab excessibus per eos in præmissis commissis,ac quibusuis sententijs,
censuris,& pœnis ecclesiasticis,ac temporalibus,iniuncta inde eis pro modo culpæ , & copia facultatum sua-
rum pœnitentia salutari,quæ si pecuniaria fuerit,in constructionem,aut reparationem ecclesiarum,aut hospita-
lium loci,ex quo ipsi absoluendi erunt oriundi,aut emptionem ornamentorum ecclesiasticorum, seu pauperum
puellarum dotem,vel alios pios vsus in ipso loco omnino conuertatur,in vtroq; foro absolui,& si ipsi absoluen
di pœnitentiam eandem reuerenter acceptauerint,& ex die eorum absolutionis separati vixerint,ac pœniten-
tiam ipsam peregerint,& id Diœcesanis locorum,seu eorum Vicarijs,vel officialibus generalibus ex aliqua iu
sta causa honestum videatur ,cum eisdem sic absolutis,vt impedimentis huiusmodi non obstantibus matrimoniū
inter se de nouo contrahere,& in facie ecclesiæ solennizare, ac in eo postmodum ad eorum vitam remanere
libere,& licite possint dispensari,ac prolem exinde susceptam legitimam decerni per eosdem Diœcesanos,seu
Vicarios,vel officiales,ita tamen quod per eos propter hoc aliquid non exigatur,super quo ipsorum Diœcesa-
norum,ac Vicariorum,& officialium conscientia oneretur,& si quid per eos exactum, vel etiam a sponte offe-
rentibus receptum fuerit,absolutio,& dispensatio,aliaque præmissa nulla sint,& irrita, ac pro infectis habean-
tur,ipsique absoluti in pristinas sententias, censuras , & pœnas,reincidant, diœcesani vero ingressu ecclesiæ in
terdicti,ac Vicarij,& officiales excommunicationis seotētia innodati eo ipso sint auctoritate nostra mandandi:
Necnon personis quibuscunque ecclesiasticis, secularibus,& regularibus , vt literarum studio in loco vbi illud

Cum studentib. etiam dispensandi circa redditus & fructuum perceptionem Declarationē habes inf. in Pij 4 cōst. 113. Sublimitatis.

vigeat generale insistendo,fructus,redditus, & prouentus omnium , & singulorum beneficiorum ecclesiastico-
rum cum cura,& sine cura,quæ in quibusuis ecclesijs,siue locis pro tempore obtinebunt,etiam si (vt præfertur)
qualificata fuerint,ad quinquennium tantum cum ea integritate (distributionibus quotidianis duntaxat exce-
ptis)libere percipere valeant,cum qua illo perciperent, si in eisdem ecclesijs,siue locis personaliter residerent,
& ad residendum interim in eisdem minime teneantur,nec ad id a quoquam inuiti valeant coarctari : prouiso
quod beneficia prædicta debitis propterea non fraudentur obsequijs , & animarum cura in eis , quibus illa im-
minet , nullatenus negligatur, sed per bonos, & sufficientes Vicarios, quibus de ipsorum beneficiorum prouen
tibus necessaria congrue ministrentur,diligenter exerceatur, & deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis: Ac qui
buscunque personis nobilibus, vel graduatis,aut in sacerdotio constitutis,vt liceat habere altare portatile cum
debitis reuerentia,& honore,super quo in locis ad hoc congruentibus , & honestis sine alicuius iuris præiudicio,
& cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit,etiam antequam illucescat dies , circa tamē
diurnam lucem , ita quod id eis, nec sacerdoti taliter celebranti ad culpam valeat imputari , Et cum ad loca
quæcunque interdicto ecclesiastico ordinario auctoritate supposita eos declinare contigerit, in illis clausis ia-
nuis,

nuis, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce possint etiam per se ipsos si ad presbyteratus ordinem rite promoti fuerint, aut per proprium, vel alium sacerdotem missas, & alia diuina officia in sua, & familiarium suorum ac domesticorum præsentia celebrare, & celebrari facere, dummodo ipsi vel illi causam non dederint interdicto, nec ab ipsis, vel alijs contigerit specialiter interdici: prouiso etiam quod parce huiusmodi concessione ante diem celebrandi, & celebrari faciendi vtantur, quia cum in altaris ministerio immoletur Dominus noster Iesus Christus Dei filius, qui candor est lucis æternæ, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce: Ac quibuscunque personis, vt confessorem, seu cōfessores idoneos eligere possint, qui eos, & eorum quemlibet iuxta formam in quinterno dictæ Cancellariæ annotatam absoluere possint indulgendi: Ac quibuscunque mulieribus honestis, vt quæcunque monasteria, & domos monialium quarumcunque, etiam obseruantiæ regularis, exempta, & non exempta, quomodocūque reclusa, cum aliquibus matronis etiam honestis, de consensu eorum qui dictis monasterijs, & domibus præfuerint dummodo inibi non pernoctent, deuotionis causa bis in anno ingredi valeant: Ac Rectoribus parochialium ecclesiarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum curatorum, vt per se ipsos tantum quoscunque eorum parochianos vtriusque sexus ab omnibus & singulis eorum peccatis, & criminibus, in casibus, in quibus ordinarij locorum de iure, vel consuetudine absoluere possunt, & in illis, quæ sedi prædictæ reseruata non fuerint absoluere, & vota quæcunque per eos pro tempore emissa, præterquam sedi prædictæ reseruata, in alia pietatis opera commutare valeant: Ac quibuscunque personis vtriusque sexus secularibus, & ecclesiasticis, necnon religiosis, etiam mendicantibus, quæ zelo deuotionis accensæ sepulchrum Dominicum, & alia pia loca, & oratoria terræ sanctæ desiderant personaliter visitare, quibusuis prohibitionibus apostolicis in contrarium factis non obstantibus, sepulchrum, & alia prædicta visitare & vt butyro, & caseo de cætero, & infirmi de vtriusque medici consilio carnibus vesci, & licite vti valeant indulgendi: Necnon quæcunque iuramenta ad effectum agendi, ac etiam simpliciter, vt tibi videbitur, dummodo alicui exinde magnum præiudicium non fiat, relaxandi: Ac quoscunque, qui periurij reatum incurrerint, ab illo absoluendi, & ad priores honores, statum, & famam restituendi, & plenarie reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam præmissorum occasione contractam penitus abolēdi. Necnon quascunque personas ecclesiasticas, quæ homicidij casualis reatum incurrerint, si hoc a te humiliter petierint, ab huiusmodi excessibus, & homicidiorum reatibus, ac excommunicationis, alijsque ecclesiasticis sententijs, & pœnis propterea quomodolibet incursis auctoritate nostra, etiam in vtroque foro absoluendi in forma ecclesiæ consueta, iniuncta inde eis pro modo culpæ pœnitentia salutari, & alijs quæ de iure fuerint iniungenda, ac cum eis super irregularitate, si quam propterea, etiam censuris huiusmodi ligati, Missas, & alia diuina officia celebranda, aut alias contraxerint. Quodque ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque cum cura, & sine cura se inuicem compatientia beneficia ecclesiastica recipere, ac illa, & per eos obtenta retinere possint dispensandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam per eos eadem occasione contractam penitus abolendi. Ac quoscunque per saltum, vel furtiue, aut alias minus rite ad aliquos sacros ordines promotos, ab excessu quem propterea incurrerint absoluendi, & cū eis, vt ad reliquos ordines, ad quos promoti non essent, alias rite promoueri libere & licite possint dispensandi. Absoluendi quoque omnes, & singulos, qui simoniæ labem, tam in beneficijs per eos habitis cuiuscunque qualitatis fuerint, quam ordinibus per eos susceptis contraxerint, ab illa, & excommunicationis, alijsque censuris, & pœnis ecclesiasticis, quas propterea incurrerint, & super irregularitate si quam illis ligati Missas, & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrando, seu alias se immiscendo contraxissent dispensandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam similiter per eos dicta occasione, ac etiam si forsan aliqua beneficia ecclesiastica, curata, vel alias incompatibilia post, & contra constitutionem fe. re. Ioannis Papæ XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, detinuissent, & detinerent, fructus ex eisdem percipiendo contractam, abolendi, dictaque beneficia eis denuo conferendi, & eos, qui etiam parochiales, vel alia beneficia ecclesiastica, presbyteratus & alium ordinem requirentia vltra annum pacifice possedissent, & ea postmodum detinuissent, & detinerent, ad dictum presbyteratus ordinem, legitimo cessante impedimento, nullaque per eos desuper dispensatione obtenta, non promoti fructus etiam percipiendo, absoluendi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notam similiter per eos dicta occasione contractam abolendi, & tollendi, eisque denuo de beneficijs prædictis sic detentis prouidendi. Ac quoscunque, qui in clericos & presbyteros, citra tamen membri mutilationem, & mortem, manus violentas temere iniecissent, ab excommunicationis sententia, quam propterea incurrerint, si hoc humiliter petierint, & etiam illos, qui tempore bellorum, rapinas, sacrilegia, furta, & alia mala perpetrauerint, debita satisfactione præuia, & etiam illos, qui horas canonicas recitare omiserint, & debito tempore non recitauerint, aut inaduertenter dixerint, cuiuscunque qualitatis, ordinis, & conditionis fuerint, ab excessibus, & omissionibus huiusmodi respectiue. Necnon etiam quoscunque religiosos ordinum quorumcunque, qui ob sui habitus non delationem, aut alias reatum apostasiæ incurrerint, ab ipso, ac etiam excommunicationis, alijsque similibus censuris, & pœnis ecclesiasticis, quas propterea etiam iuxta instituta suorum ordinum regularia incurissent absoluendi. Et super irregularitate quacunque, præterquam homicidij voluntarij, aut bigamiæ quouis modo etiam per sententiā sanguinis, & vltimi supplicij inde secuti aut mutilationis membrorum contracta, ad omnes etiam sacros ordines, citra tamen altaris ministerium & ad beneficia ecclesiastica sine cura quæcunque, quotcunque, & qualiacunque se inuicem compatibilia alias canonice conferenda dispensandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam siue notam etiam inde contractam penitus abolendi. Ac contra quoscunque tam clericos, quam laicos literarum apostolicarum, supplicationum, & commissionum falsarios, & schismaticos, hæreticos, vsurarios, raptores, & aliorum quorumcunque criminum ad forum ecclesiasticum pertinentium reos, cuiuscunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis existentes, inquirendi, & procedendi, ac reos iuxta criminum, & excessuum exigentiam, prout canonicæ sanctiones requirunt, & tue videbitur conscientiæ expedire, puniendi, Contradictores quoslibet & rebelles per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia, appellatione postposita compescendi, & si opus fuerit, auxilium brachij secularis inuocandi, seu præmissa fieri faciendi, & si ad cor reuersi suum errorem recognouerint, ac de præmissis doluerint, ipsique id humiliter postulauerint, seu super eo supplicauerint, & tibi videbitur, eos a criminibus, & excessibus, ac sententijs, censuris, & pœnis huiusmodi, quas propterea incurrerint, absoluendi, ac cum eis ad ordines, honores, & dignitates, ac beneficia ecclesiastica quæcunque, quotcunque, & qualiacunque dispensandi, eosque in pristinum

Et dandi facultatem eligēdi confessores. In vide reuocationem confessionalium in Pij 4. cōst. 19. In Principio.

Et licentiam cōcedēdi, Monasteria ingrediendi. Ad quod vide Greg. 13. const. 95. Dubiis.

De casibus reseruatis vide Greg. 13. const. 92. cum fructuosi.

Iuramenta quoque relaxandi, & a reatu periurij absoluendi.

Homicidasq; absoluendi pro homicidijs casualibus.

De eorum materia habes sup. fol. 80. in Pij 2. const. 8 Ad tollendas.

Simoniacos etiā pœnas remittēdi. De quibus habes in Pij V. cōst. 5. Cum primum.

Et eos qui manꝰ violentas in Clericos iniecerunt, vel tempore bellorū delicta hic expressa commiserunt &c. absoluendi.

Apostatis quoq; remittendi pœnas incursas. De quibus vide ipsius const. 29. Postquam.

Falsificatores literarum Apost. & Hæreticos &c. puniendi, & absoluendi.

De his habes in Bulla Cœnæ Domini in Greg. 13. const. 92. Consueuerunt.

statum restituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & iofamiæ maculam, siue notam per eos præmissorum occasione contractam etiam penitus abolendi, & cũ dictis vsurarijs super male ablatis incertis dispensandi.

Visitandi quascũq; Ecclesias & Collegia etiam exempta & alia reformandi.

Ac quascunque ecclesias, monasteria, domos, vniuersitates, & collegia ac pia loca quæcunque, etiam eaempta, & sedi apostolicæ immediate subiecta, per te, vel alium, seu alios idoneos visitandi, & quæ ex eis correctione, & emendatione, tam in spiritualibus, quam temporalibus indigere cognoueris, tam in capite, quam in membris reformandi, prout secundum Deum, & canonicas sanctiones, & regularum suarum instituta noueris expedire. Ac quæcunque statuta, & ordinationes ecclesiarum, & vniuersitatum, etiam studiorum generalium, monasteriorum, ordinum, & conuentuum, quæ tameo libertatem ecclesiasticam non confundant, aut illi derogent, vel repugnent, confirmandi, & approbandi, Supplendique omnes & siogulos defectus, si qui forsan interuenissent io eisdem, illaque, si tibi videbitur eapedire, moderandi, corrigendi, addendi, & in melius iuxta temporum eaigentiam reformandi. Necnon quotcunque tibi videbitur in nostros, & dictæ Sedis Acolythos, Capellanns, & Notarios, absq; eo quod aliqua exemptione propter hoc potiantur, Apostolica auctoritate recipiendi, & aliorum nostrorum, & dictæ sedis Acolythorum, capellanorum, & notariorũ numero, & consortio faborabiliter aggregandi, Ac eis, quod oĩbus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, indultis, honoribus, & gratijs vtantur, potiantur, & gaudeant, quibus vtuntur, potiuntur, & gaudẽt, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum alij nostri, & dictæ sedis notarij, exhibendi quoque, seu exhiberi faciendi eis insignia notariatus huiusmodi, accepto tamen prius, ab eis solito iuramẽto:

Testãdi quoque licentiam concedendi personis Ecclesiasticis. De quo hēs sub. in Pij 4. cõst 32. Rom. Pontifex.

Ac quibusuis personis ecclesiasticis etiam prælatis secularibus, & regularibus vtriusque sexus, de quibusuis bonis suis iuxta formam quinterni cancellariæ huiusmodi, ac aliàs quomodolibet (dummodo bona ipsa ratione prælaturarum, seu beneficiorum extra limites tuæ legationis situatorum acquisita oon siot) testandi licentiam: ac cooseruatoriam ad vitam, aliàs iuxta formam in eodem quinterno descriptam, pro familiaribus tuis, continuis commensalibus duntaxat, cum commissione omnibus, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs in dignitate ecclesiastica constitutis facienda, concedendi.

Resignationes beneficiorum & cessiones recipiẽdi, ac Beneficia conferendi &c. Reuocationē vero habes sub. in Pij 4. const. 65. Sanctissimus.

Ac etiam per te, vel alium, seu alios quorumcunque beoeficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, etiam, vt præfertur, qualificatorum secularium, & regularium, etiam quæ dictæ sedi ex quauis causa generaliter reseruata fuerint, resignationes simpliciter, vel ex causa permutationis, ac commendatorum, & litigiosorum tã in Romaoa Curia, quam extra eam, cessiones litis & causæ, ac iuris, & commendarum recipiendi, & admittendi, ac, quoad cedentes tantum seu de consensu eorum, quorum intererit, causas desuper pendeotes aduocandi, & lites huiusmodi penitus extinguendi, dictaque beneficia tam simpliciter, quam ea eadem causa, & alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque etiam per obitum, seu aliàs quouis modo extra Romanam Curiam infra limites dictæ Legationis tuæ siue Prouinciæ, ad quam eundo, vel redeundo te peruenire cõtigerit, & quoad tuos familiares continuos commensales, etiam eatra dictos limites, vbicunque existentes, vacantia, & vacatura, dummodo illa, quæ per obitum vacauerint ratione familiaritatis continuæ commensalitatis nostræ, vel alicuius Cardinalis viuentis generaliter reseruata oon fuerint, etiam si de iure patronatus laicorum, ac dignitates maiores, & principales, & beneficia etiam regularia maoualia, & aliàs quomodolibet qualificata fuerint, personis idoneis etiam quæcunque, quotcuoqne, & qualiacuoq; beneficia ecclesiastica obtioentibus & expectantibus, etiam secularibus, vel regularibus conferendi, & de illis etiam prouidendi. Monasterijs, tam virorum quam mulierum ordinum quorumcunq; Legatioois prædictæ, quorum tamen virorum videlicet fructus, redditus, & prouentus in libris Cameræ Apostolicæ taxati oon sint, aut ducentorum florenorũ auri de Camera secundum communem extimationem valorem anouũ non eacedant, nunc, & pro tempore vacantibus, de Abbatibus, & Abbatissis prouidendi, ac monasteria, & beneficia huiusmodi, quæ solita fuerint commendari, quibusuis per eos ad vitam, vel ad tempus tenenda, regenda, & gubernanda. Itaquod liceat eis debitis, & consuetis illorum, iuxta formam Lateranensis Cõcilij nouissime celebrari, supportatis oneribus de residuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus disponere, & ordinare, sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt (alieoatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, & pretiosorum, mobilium monasteriorum, & beneficiorum prædictorum eis penitus interdicta) commendandi, necnon vniones, annexiones, & incorporationes temporales dissolueodi, ac beneficia secularia, & regularia per dissolutionem huiusmodi vacantia, vt præfertur, cooferendi, seu si solita fuerint commendari, commendandi. Ac in quibusuis cathedralibus & metropolitanis ac collegiatis ecclesijs canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus administrationes, & officia, necnon oratoria, cum decreto quod oon possiot erigi in titulum beneficij ecclesiastici, seu impetrari, erigendi, & iostituendi, ac bona pro eorum dote assignanda, eis perpetuo applicandi, & appropriãdi. Necnon quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac sacris canonibus non cõtraria condendi, facultate concedendi. Necnoo tempus præfixum executoribus vltimarum voluntarum ad illas exequendum prorogandi. Ac quascuoque concordias licitas & honestas cum suppletione defectuum iuris, & facti approbandi, & confirmandi, ac firmiter obseruare debere decernendi. Ac canonicos supernumerarios ad effectum obtinendi dignitates duntaxat creandi, Et ad sententiarum rerum iudicatarum, eaecutorialium & ceosurarum per resignantes, seu cedentes in Auditorio nostri palatij, seu alibi vbicunque habitarum prosecutionem, illos in quorum fauorem resignaueriot, vel cesserint admittendi, seu admitti faciendi, & mandandi, & ad vlteriorem, executionem vsque ad realem paritionem contra quoscunque, etiam pontificali præditos dignitate, procedendi. Ac verum & vltimum vacatioois modum, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio resulter, pro expresso habendi. Ac super illorum, & quorumcũque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, & prouentibus quascuoque pensiones annuas, non tamen medietatem fructuum, reddituum, & prouentuum huiusmodi excedentes, ac fructus, redditus, & prouentus huiusmodi vsque ad dictam medietatem loco pensionis prædictis resignantibus, vel cedentibus, aut alijs personis idoneis quoad vixeriot, per prædicta beneficia pro tempore obtinentes, & eorum successores annis singulis io locis & terminis statuendis, sub priuationis, & alijs pœnis, ac sententijs censuris ecclesiasticis in talibus apponi solitis, persoluendas etiam cum regressu, ingressu, vel accessu, ob non solutionem, vel inualidam assignationem earum io forma solita, de consensu illorum, qui dictas pensiones persoluere habuerunt, reseruandi, constituendi, & assignandi: ac easdem, & alias hactenus, & deinceps reseruatas, & reseruandas pensiooes, de coosensu, etiam anticipata solutiooe aliquorum annorum, cassandi, extinguendi, & annullandi: Ac quoad illos, qui traosferendi facultatem habuerint, easdem pensiones, & fructus de eorum consensu, etiam in quoscunque per eos nominatos transferendi, & tam de nouo reseruandis, quam transferendis

pensio-

penſionibus, & fructibus huiuſmodi clauſulam, quod earum literæ per te concedendæ pro intimatis habeantur, de conſenſu illorum, qui ſoluere habebunt, apponendi, ac perſonas prædictas ad effectum gratiarum prædictarum, quas pro tempore eis concedi contigerit, ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati fuerint, abſoluendi, & abſolutos fore cenſendi. Necnon quaſcunque literas expectatiuas, ſpeciales reſeruationes, vniones, annexiones, & incorporationes, nominationes nominandi, & conferendi, facultates, & mandata per nos, & ſedem prædictam, aut legatos eiuſdem in fauorem quarumcunque perſonarum, etiam cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentium, ſub quibuſcunque verborum formis, ac clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus & inſolitis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, aut quauis conſideratione intuitu, vel reſpectu, etiam quantumcunque grandi, & inexcogitabili, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum, & prælatorum factas, & conceſſas, ac faciendas, & concedendas in poſterum, illorumque vim, & effectum, quo ad reſignationes, & ceſsiones in manibus tuis pro tempore faciendas, duntaxat omnino ſuſpendendi.

Indulgentias etiam concedendi. Reuocationē vide in Pij v conſt. 90. Etſi dominici.

Ac viſitantibus quaſcunque eccleſias ſeculares, vel regulares, & illarum fabricas, ſeu pro conſeruatione, vel inſtauratione earundem manus porrigentibus adiutrices, in duabus feſtiuitatibus duntaxat, ſeptem annos, & totidem quadragenas, vel infra dictum tempus illud quod tibi videbitur, de iniunctis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxandi. Ita quod perpetuo, vel ad tempus prout tibi videbitur durare habeat, vna vice tantum pro qualibet eccleſia largiendi, Ac quibuſuis perſonis dictæ Legationis, & etiam familiaribus prædictis, vt bona immobilia eorundem monaſteriorum, dignitatuum, prioratuum, adminiſtrationum, & officiorum, aliorumq; beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ obtinent, ſeu durante legatione huiuſmodi obtinebunt, in euidentem eorum vtilitatem permutare, vendere, & ad tempus longum locare, ſeu in feudum, & emphyteoſim, ſeu cenſum, vel affictum concedere valeant:

Bonaq. eccleſiaſtica vendendi, & locandi licentiā dādi. De hoc habes ſup. in conſt. 2. Iniunctum fo. 570.

Necnon regularibus perſonis vtriuſq; ſexus, vt de eorum monaſterijs, domibus, & locis ad alia monaſteria, domos, & loca etiam aliorum ordinum in quibus par, aut arctior vigeat obſeruantia regularis, & beneuolos inuenerint receptores ſe transferre, & noua loca recipere:

Et transeundi ad alios ordines facultatem concedendi.

Ad hoc vide Pij v. conſt. 91. Quæcunque.

Ac perſonis cuiuslibet eccleſias monaſteria, & domos huiuſmodi ordinum mendicantium, & beneficia eccleſiaſtica quæcunque de nouo fundare, & dotare, & collapſa reparare volentibus, vt illa in locis ad hoc honeſtis, & commodia fundare, et dotare, ac reparare, et in fundatione huiuſmodi licita, et honeſta onera, illa pro tempore obtinentibus imponere valeant, reſeruato eis, et eorum poſteris iure patronatus, et præſentandi perſonam idoneam ad beneficia ſecularia dum vacabunt, licentiam concedendi, Ac locationes, et alienationes de bonis immobilibus eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, adminiſtrationum, vel officiorum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum factas, ſi in euidentem vtilitatem illorum ceſſerint, confirmandi, et approbandi, ac ſingulos defectus, ſi qui interuenerint in eiſdē ſupplendi: Ac iuri patronatus laicorum ad effectum prouiſionum, et cōmendarum, ac vnionum prædictarum, ea vice pro medietate, et ſi beneficia ex cauſa permutationis vacauerint, vel lis ſuper eis pendeat, aut ius patronatus ex fundatione, vel dotatione acquiſitum non ſit in totum derogandi.

Facultas faciendi omnia quæ Maior Pœnitentiarius facere poteſt.

De Pœnitentiarij facultatibus & officio habes conſ. in Pij 4 cōſ. 69. In ſublimi.

Ac omnia et ſingula, quæ maior Pœnitentiarius noſter in dicta curia ex ſpeciali, vel alia ſibi conceſſa facultate quomodolibet facere poteſt, et ſolitus eſt, et quæ in prædictis, et circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, ordinandi, et decernendi per te, vel alium, ſeu alios, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, concedimus facultatem. Decernentes te omnibus, et ſingulis facultatibus prædictis, in quibuſcunque partibus, regnis, et prouincijs, terris, et locis prædictis, et alijs, ad quæ te declinare contigerit, et cum perſonis illorum, et alijs diſpoſitionibus de beneficijs in tuis manibus reſignandis per te faciendis, narratiuæ tuæ, abſque alia mandatorum procurationum exhibitione ſtari, nec alterius probationis adminiculum requiri debere.

Clauſula derog.

Non obſtantibus defectibus et alijs prædictis, ac Generalis Lateranen. Vienen. Pictauien, et aliorum Conciliorum, necnon de vna, vel duabus dietis in Concilio generali, et quibuſuis alijs apoſtolicis, ac in prouincialibus et ſynodalibus concilijs editis generibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, et ordinationibus, ac Cancellariæ apoſtolicæ regulis, ſtatutis quoque et conſuetudinibus, necnon ordinum quorumcunque etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam ſi de illis ſeruandis, et non impetrandis literis contra illa, et illis etiam ab alio, vel alijs impetratis, ſeu alias quouis modo conceſsis non vtendo, perſonis, quibus indultum de percipiendis fructibus in abſentia huiuſmodi conceſſum fuerit, præſtiterint hactenus, vel in poſterum forſan eos præſtare contigerit iuramentum, et quibuſuis priuilegijs & indultis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque etiam Ciſtercien. et Cluniacen. ordinum, quæ in præmiſsis quouis modo obſtare videantur, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ quo ad hoc, nolumus in aliquo cuiquam ſuffragari. Quibus omnibus, et fundationibus quibuſcunque, prout expediet, ſecūdum rei, et caſus exigentiam, vt tibi placuerit, valeas derogare. Quodque aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis ſuper huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel Legatorum eius literas impetrauerint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, et decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus perſonas, quibus per te de beneficijs prædictis prouidebitur, in eorum aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis, quoad executionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, ſeu ſi locorum ordinarijs, et collatoribus, vel quibuſuis alijs cōmuniter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ad receptionem, vel prouiſionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excōmunicari poſsint. Quodque de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem coniunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouideri, ſeu commenda fieri per literas apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus literarum tuarum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mētio ſpecialis.

Literis Legati credatur abſque inſertione iſtarum facultatum.

Et quia difficile eſſet præſentes in ſingulis literis tuis ſuper præmiſsis cōcedendis inſeri volumus, & decernimus earum tranſumptis, etiam per impreſsionē factis, & tuo ſigillo munitis, & manu tui Secretarij, aut Regentis Cancellariæ tuæ ſubſcriptis, dictiſque literis tuis abſque earundem præſentium in toto, vel in parte inſertione, eam vbique fidem in iudicio, vel extra adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur,

adhiberetur si originaliter exhiberentur. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, tertiodecimo Calend. Ianuarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Card. Cæsius.

Io. Barengus.

XXVIII.

Facultates Cardinalis de Carpo Protectoris ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, contra vagantes extra Claustra Religionis.

Similes constitutiones habes etiam supra in Clem. 7. const. 43. Sedis apostolicæ, fol. 350. & Pauli 3. const. 2. Cupientes. fol. 369. & Iulij 3. const. 60. Cum sicut non sine fol. 563. Et de Materia vide in constit. sequenti.

PAVLVS Papa Quartus, Venerabilis frater noster salutem & apostolicam benedictionem. CVPIENTES abusus regularium personarum, quæ propriæ salutis immemores, Deiq; timore postposito, ex diuersis quandoque iuridicis, sed confictis, & falsis, & quandoque minus iuridicis causis etiam prætextu apostolicarum, aut Pænitentiariæ apostolicæ literarum domos suas regulares exeunt, & interdum habitu regulari abiecto, & aliquando retento, in seculo vagantur, in maximum Christifideliũ scandalum, opportune prouidere, fraternitati tuæ, quæ totius ordinis fratrum minorum Protectoris, Correctoris, & Gubernatoris munere apud nos, & sedem apostolicam fungitur, per præsentes cõmittimus, & mandamus, quatenus statim, receptis præsentibus, omnes & singulos, tam generales, quam prouinciales dicti ordinis, tam conuentualium, quam de obseruantia, aut alias quomodolibet nuncupatorum Magistros, & Ministros, ex parte nostra moneas, & requiras, eisq; in virtute sanctæ obedientiæ mandes, & præcipias, vt in singulis prouincijs, in quibus ipsi Magistri, aut Ministri iurisdictionem, aut superioritatem exercent, vel exercere possunt, omnes & singulos eiusdem ordinis, tam conuentualium, quam de obseruantia, aut alias quomodolibet nuncupatorũ professores, qui ex quauis causa quantumcunque iuste, & iuridica apparente, propria temeritate, aut prætextu quorumuis etiam nostrarum, & prædecessorum nostrorum, etiam in forma breuis, vel sub plumbo confectarum, seu Pænitentiariæ nostræ literarum, quorumcunque tenorum existant, & quascunque etiam derogatoriarum derogatorias, aliasq; efficaciores & insolitas clausulas, necnon irritantia, & quæuis alia decreta in se continentium, extra domos suas regulares, eorum habitu regulari, siue retento, siue abiecto degunt, & in posterum degent, etiam per iudices & ministros seculares personaliter comprehendi, & detineri faciant (dummodo infra modicum tempus eorundem Magistrorum & ministrorum arbitrio moderandum eosdem comprehensos, & detentos ipsis Magistris & ministris consignare debeant, eorumque, qui prætextu literarum huiusmodi domos ipsas exiuerint, literas tam apostolicas, quam Pænitentiariæ ipsi Magistri, & ministri videant, discutiant, & examinent) & tam super veritate, quam sufficientia causarum in literis ipsis expressarum, & narratarum diligenter inquirant, & tam eos, qui falsum narrasse, aut causam minus sufficientem expressisse, vel in seculo inique versatos esse, quam eos, qui propria temeritate domos regulares prædictas exiuisse compererint, perpetui carceris perpetuo, vel ad tempus, seu alijs pœnis debitis puniant, & compescant, ac qui ex vera causa per eos approbanda, literas ipsas ad tempus impetrauerint, si impedimento prædicto sublato, aut alias ad claustrum redire voluerint, nec aliquod canonicum obstet, eos benigne recipiant, & charitatiue tractent. Nos enim pro frænanda personarum apostatarũ huiusmodi pertinacia, & vt præmissa facilius executioni demandentur, Magistris & ministris prædictis, vt omnia & singula prædicta absque alicuius irregularitatis, seu infamiæ, vel censurarum ecclesiasticarum incursu liberè & licitè exequi possint, apostolica auctoritate, tenore præsentium de speciali gratia concedimus & indulgemus. Ac insuper omnibus & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, & ecclesiarum Prælatis, necnon dominis temporalibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existant, nobis subditis videlicet, in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, reliquos vero nobis in temporalibus non subditos requirimus, & hortamur in Domino vt pro tollendo abusu Apostatarum huiusmodi eisdem Magistris & ministris in præmissis efficaciter intendant, & eorum iussa, & mandata diligenter & celeriter prosequantur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ad dicti ordinis iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis eidem ordini, & illius superioribus, & fratribus, ac personis per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam sedem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, aut consistorialiter, seu alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, necnon quibusuis literis apostol. aut Pœnitentiariæ eisdem apostatis pro tempore concessis, etiam quascunque sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, vel temporales in se continentibus (quibus omnibus, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus ceterisque) contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit deferri, volumus, & dicta auctoritate apostolica decernimus, quod earum tenori in literis tuis inserto, seu ipsarum præsentium transumptis manu tui Secretarij subscriptis, & sigillo tuo, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitis, ea prorsus fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus literis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima nona Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Io. Barengus.

Hic Pont. committit Cardinali de Carpo, vt Magistros, & Ministros ordinis Minorum moneat quatenus cõtra fratres extra claustra Religionis vagantes procedant, vt hic.

Magistri & Ministri occasiõe præmissorũ irregularitatem non incurrunt.

Ordinarij locorum, & alij ostẽ ipsis desuper fauẽant, & assistãt.

Clausula derog.

XXVIIII.

De Religiosis extra Claustra vagantibus, & Apostatis, ac translatis ad alios Religionum ordines, eorumque, ac ipsorum fautorum pœnis.

Hæc Constitutio moderata, & declarata fuit per Pium 4. in eius const. 8. Sedis apostolicæ solertia.

De Materia Apostatarum habes etiam Clem. 7. const. 43. Sedis apostolicæ, sup. fol. 350. Pauli 3. const. 10. Cupientes, fol. 369. & Iul. 3. const. 60. Cum sicut non sine, fol. 563. & infra in Greg. 13. const. 44. Officij nostri, & in alijs constitutionibus mox citandis.

De Translatis autem, & facultatibus transeundi ad alios ordines habes in eisdem const. & in Martini v. const. 2. Viam ambitiosæ, fol. 56. & infra Pij. v. const. 91. Quæcunque, & Greg. 13. const. 74. Sedes apostolica.

Habes etiam in Materia Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 11. de Reformatione, & sess. 25. cap. 19. De Regularibus. Quod Concilium confirmauit Pius 4. infra in eius const. 96. Benedictus Deus.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

POSTQVAM diuina bonitas, nos (licet immeritos) ad summi apostolatus fastigium assumere dignata est, nunquam cessauimus abusus, qui in Ecclesia Dei, seu nimia sedis apostolicæ indulgentia, seu hominum malitia irrepsisse cernuntur, pro viribus tollere, & Ecclesiam ipsam in pristinum candorem restituere, diuersas ad hoc saluberrimas constitutiones edendo, & inuiolabiliter obseruari mandando. Verum cum non omnia vno & eodem tempore excogitari, ne dum perfici potuerint, quinimo circa ea fit nobis singulis ferme diebus aliquid enitendum, abusui Apostasiæ, quæ per regulares personas sub diuersis falsis prætextibus quotidie incurritur, vlterius parcendum non esse censuimus. Nam licet diuersi Romani Pontifices prædecessores nostri, per eorum constitutiones complura contra Apostasiam huiusmodi ediderint statuta, & ordinationes, nondum tamen est plenum contra eam adinuentum remedium. Quinimo diuersi diuersorum etiam Mendicantium ordinum religiosi, propriæ salutis immemores, Deique timore postposito, sub prætextu, alij videlicet, quod religioni & ordini in genere ob varias confictas causas astricti non sint, & superinde sententiam declaratoriam obtinuerint, Alij quod beneficium ecclesiasticum curatum assecuti sint, Alij quod extra regularia sui ordinis loca standi, & alicui beneficio ecclesiastico deseruiendi a suis superioribus licentiam habeant, & alij diuersis alijs confictis coloribus, Alij vero nullo suffulti prætextu, sed temeritate propria contra proprium iuramentum per eos in eorum professione præstitum, & regularia sui ordinis instituta extra claustra suorum regularium locorum degunt, & in seculo aliqui habitu sui ordinis retento, aliqui illo abiecto in habitu presbyterorum secularium, & complures in habitu laicali temere vagantur. Et postquam Deo fidem fallere non sunt veriti, cætera omnia quantumuis grauissima, & detestanda, leuia & licita reputantes, Alij parochianos eorum curæ commissos falsam doctrinam docere, & prauis opinionibus, ac hæresibus replere, alij vxores ducere, alij siue paupertate eos cogente, siue diabolico instinctu secularibus, & mecanicis negotijs se dare, Alij seditionibus popularibus, coniurationibus contra Principes, & alios, ac quibusuis alijs sceleris actibus se implicare, & cetera omnia nequissima facere præsumunt, in grauissimam diuinæ maiestatis offensam, & religionis opprobrium, ac animarum suarum perniciem, & aliorum Christifidelium scandalum. Quamobrem considerantes Apostatas huiusmodi infinitis erroribus in eadem Dei ecclesia causam præstare, & propterea volentes contra apostasiam ipsam plenius prouidere, & eam, quantum nobis ex alto conceditur, de medio tollere, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos, qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos, in aliquo approbato, etiam militari ordine pure, & libere emissam, vel si ante ætatem legitimam professi fuerint, post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos pure & libere ratam, & gratam habitam temeritate propria, aut quouis prætextu, vel causa, etiam si se religioni & ordini non astrictos esse sine causæ cognitione, & his quæ a iure requiruntur, seruari omissis, vel nõ legitime probatis, declarari obtinuerint, aut beneficium ecclesiasticum, etiam curatum non procedente legitima dispensatione possideant, vel alicui beneficio ecclesiastico, etiam curato alterius nomine deseruiant, extra claustra suorum regularium locorum degunt, aut in posterum degent, omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus, aut sui, vel cuiusuis ordinis regularibus, per eos quomodolibet obtentis, & de cetero obtinentibus cuiuscunque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis, eis quomodolibet reseruatis, seu assignatis, necnon Baccalariatus, Licenciaturæ, Doctoratus, & Magisterij, ac quibusuis alijs in Iure canonico, vel Ciuili, aut Theologia, seu Medicina, vel artibus, aut quauis alia facultate gradibus, per eos etiam antequam religionem ingrederentur obtentis, seu assecutis, necnon quocunque ministerio ecclesiastico, apostolica auctoritate, tenore præsentium penitus & omnino priuamus, ac ad illa, & alia quæcunque, & qualiacũque in posterum obtinenda, seu fructus, redditus, & prouentus ecclesiasticos percipiendos, aut gradus assequendos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quorumcunque ecclesiasticorum, etiam sacrorum, & præsertim Presbyteratus ordinum, necnon omni ministerio ecclesiastico prædicto perpetuo suspendimus, priuatosque, & inhabiles, ac suspensos esse, Necnon beneficia ipsa de iure, & de facto, etiam ad hoc vt eorum ordinarij collatores ea alijs libere conferre possint, & nisi ea infra tempus a Lateranensi Concilio statutum contulerint, collatio beneficiorum eorundem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad nos, ac pro tempore existentem Rom. Pont. deuoluatur, Patroni quoque eorundem beneficiorum personas idoneas infra tempus a iure statutum ad ipsa beneficia præsentare possint, & nisi præsentauerint, quorum libera collatio ad ordinarium spectet, & pertineat, vacare, ac reseruationes fructuum, redditum, & prouentuum huiusmodi expirare decernimus, ita vt de cetero ipsi apostatæ, quamdiu vixerint, aliqua beneficia ecclesiastica obtinere, vel aliquod officium ecclesiasticum exercere,

Prædecessorum constit. indicantur hic in rubr.

Religiosi diuersorum ordinum sub varijs prætextibus extra claustra Religionis degunt, & Apostasiæ notas incurrunt, & errores multos committunt.

Ideo hic Pont. declarat, vt qui in legitima ætate professionem fecerint, aut antea factam probauerint, si extra claustra Religionis vagabuntur, pœnas hic expressas incurrant.

aut fructus,redditus,& prouentus ecclesiasticos,seu super illis pensiones annuas percipere,vel exigere, seu curam animarum,vel aliquod ministeriũ ecclesiasticum eaercere,aut sacramenta ecclesiastiea ministrare,seu missam celebrare,aut prætextu ordinum in quibus constituti erunt,aliquid facere vel exequi nequeant,& prouisiones,seu commendæ,ac reseruationes fructuum,redditum,& prouentuum ecclesiasticorum, necnon assignationes pensionum annuarum eis etiam dicta auctoritate,etiam cum præsentium toto earum tenore inserto plenaria derogatione pro tempore factæ nullæ sint,& irritæ,ac viribus omnino careant, nec aliquod eis ius,aut titulum beneficia possidendi,aut fructus,redditus,& prouentus,seu pensiones huiusmodi exigendi, vel percipiendi tribuant.Ipsiq; sic priuati inhabiles,& suspensi fructus suos nõ faciant, sed ad illorum restitutionem teneantur. Et nihilominus si curam animarum eaercere,vel ecclesiastica sacramenta ministrare seu missam celebrare,aut prætextu ordinum suorum prædictorum aliquid facere, aut aliquod ministerium ecclesiasticum exequi præsumpserint,tanquam suspensi ab eaecutione ordinum suorum, & in illis contra suspensionem ipsam, & in contemptum clauium ministrantes condignis pœnis omnino puniantur. Et vt omnis vagandi occasio apostatis huiusmodi tollatur,volumus,& sancimus,quod quæuis tam ecclesiasticæ, quam seculares personæ cuiuscunq; status, gradus,ordinis,conditionis,& præeminentiæ eaistant,etiam si Archiepiscopali,Patriarchali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate,etiam Cardinalatus honore,seu mundana, etiam Marchionali,Ducali, aut alia maiori auctoritate,seu eccellentia præfulgrant,aliquẽ Apostatarum eorundem receptare, seu nutrire, vel illis quominus ad eorum monasterium,seu domum,vel alium locum regularem redeant fauorem aut auailium, seu consilium præstare non præsumant,& si eos receptauerint,vel illis vt præfertur,fauerint,sur auailium,seu consilium præstiterint,& per Ordinarium loci sub quo moram trahent commoniti a præmissis non destiterint,sententiam excõmunicationis eo ipso incurrant.Et si patroni alicuius beneficij ecclesiastici siue sint laici,siue clerici,aliquem ex eisdem Apostatis ad beneficium de eorum iure patronatus existent tunc vacans præsentauerint,præsentationes huiusmodi sint eoipso nullæ,irritæ,& inanes,ac viribus careant,& ipsi patroni iure præsentãdi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati eaistant.Quodq; superiores Ordinum quos ipsi professi fuerint,& ordinarij locorum in quibus ipsi Apostatæ pro tempore degent,tam coniunctim,quam diuisim eosdem Apostatas vt ad eorum monasteria redeant requirere,& si ad dicta monasteria redire cessauerint,distulerint,vel recusauerint,eos secundum ordinis disciplinam monitione præuia,per censuras ecclesiasticas, & pœnas etiam corporis afflictiuas ad redeundum cogere,& compellere possint,inuocato etiam ad hoc si opus fuerit,auxilio brachij secularis.Quod si regularis ordo hoc non patiatur,auctoritate nostra prouidere valeant,vt talibus apud eadẽ monasteria in locis competentibus,si absq; graui scandalo fieri poterit, alioquin in alijs religiosis domibus eiusdem ordinis ad agendam inibi pænitentiam vitæ necessaria ministrentur.Si vero apostatæ huiusmodi se in his inobedientes præstiterint,sint etiam auctoritate nostra maioris eacõmunicationis sententia eoipso innodati,& superiores sui eos eacommunicatos esse declarent,& nuncient, ac vt tales ab omnibus suis subditis nunciari,& publicari faciant.Teneanturque ipsi Apostatæ cuiuscunque ordinis,congregationis, & habitus fuerint,Biretum nigrum duabus lineis albis ea tela confectis, & digito humano latis ab vna eatremitate ad aliam extremitatem circunductis distinctum,& per totam eius circunferentiam simili linea alba sufultum,ita vt omnes lineæ præfatæ oculis intuentium manifeste appareant,continue gestare.Et si sine bireto huiusmodi deprehensi fuerint possint pro huiusmodi inobedientia non solum per suos superiores,verum etiam per quoscunque. tam ecclesiasticos,quam seculares Iudices, & Magistratus condignis pœnis puniri, & ad delationem ipsius Bireti, vt præfertur, distincti, & suffulti omnino compelli. Decernentes quod de cetero,qui aliquem ordinem approbatum , vt præfertur,tacite,vel eapresse professus fuerit,& se illi ordini non astrictũ esse contenderit,vel alias quouis modo,siue retento,siue dimisso habitu eatra regularia loca ipsius ordinis de iure aliquo casu stare posse putauerit, vel quauis ratione, aut prætextu super hoc postulauerit, seu supplicauerit,literas quas a nobis seu officio Pænitentiariæ nostræ obtinebit,Cardinali Protectori,seu viceprotectori ipsius ordinis in curia residenti,& procuratori generali ordinis dirigi,& præsentari facere,ac coram eo in hoc negotio,cum plena causæ cognitione procedere teneatur,alias omnia & singula,per ipsum professum in præmissis gesta,nullius sint roboris, vel momenti.literæq; alijs directæ nullam iurisdictionem tribuant. Quodque omnes & singulæ translationes de Apostatis ipsis ad alium ordinem etiam per nos,aut prædecessores nostros,vel per officium Pœnitentiariæ huiusmodi hactenus factæ , & quas deinceps fieri contigerit, nisi ad arctiorem, vel parem ordinem factæ fuerint , & ipsi sic translati, in monasterijs in quibus regularis obseruantia vigeat , actu maneant, nullæ sint, & irritæ, ipsique sic translati ad pristinum ordinem etiam si in ordine ad quem translati fuerint professionem in eo emitti solitam emiserint,redire teneantur. Et si post vnam & secundam monitionem sibi a Prælatis, seu superioribus ordinum a quibus translati sunt,factam,redito distulerint, aut neglexerint, liceat ipsis Prælatis, seu superioribus procedere contra eos modo,& medijs contra Apostatas statutis. Et nihilominus præfatos sic translatos,& vt præfertur, non redeuntes, administratione cuiuscunque ecclesiastici beneficij, seu officij, & prælaturæ perpetuo priuamus,& priuatos esse,necnon bona quæcunque mobilia,seu immobilia,ac census,redditus,& prouentus,iura, & actiones per eosdem fratres,iam egressos,& eiectos.quam ad alium ordinem,vt præfertur,translatos,seu de licentia suorum superiorum eatra eorum monasteria stantes , tempore quo extra monasteria sui ordinis steterint acquisita, etiam si acquisitiones huiusmodi ab ipsis fratribus ex redditibus beneficiorum ecclesiasticorum cum cura ab ipsis obtentorum, seu detentorum, aut ea propria industria, seu artificio,mercatura, vel ex testamento,seu successione ab intestato quorumuis consanguineorum,affinium,vel amicorum suorum,aut quorumcunque aliorum factæ sint,non Fisco nostro, aut Cameræ nostræ apostolicæ,sed religioni,aut monasterijs in qua seu quibus primo professi fuerint,eoipso applicata esse,& censeri debere decernimus,& declaramus, ita vt iuxta regularia religionis,seu monasteriorum huiusmodi instituta omnino distribui, & dispensari, Nec super illis per protectores,aut superiores religionis,& monasteriorum prædictorum, aut quosuis alios quacunque auctoritate fungentes aliqua compositio, seu concordia, aut remissio fieri possit , Sicque & non alias aliter nec alio modo in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios , quauis etiam dicta Apostolica auctoritate fungentes , etiam causarum Palatij Apostolici Auditores , & S. R. E. Cardinales in quauis causa,& instantia,sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate,& facultate iudicari,& diffiniri debere,ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus . Et quoniam experientia rerum magistra docente, cognouimus

Apostatarumq; receptatores , & fautores,per locorum ordinarios moniti, & non desistentes excommunicatos declarat.

Præsentantes Apostatas ad aliquod Beneficium Iuris patronatus, priuantur iure præsentãdi alios pro ea vice,& præsentationes nullæ sunt.

De Materia Iurispatronatus vide sup. Innoc 8. const. Cum ab Apostolica. fol. 167.

Apostatæ biretũ de quo hic gestare tenentur.

Professi,qui prætendũt extra claustra stare posse, procedere tenentur, vt hic.

Translationes de Apostatis nullæ sint , nisi ad parem,vel arctiorem ordinem & translati in obseruãtia maneãt.

Translati ad ordinem neq; parẽ neque arctiorem ad loca suorum ordinũ redeant alias ab eorũ superioribus, tamquam Apostatæ coerceãtur, & ab illis pœnis illeraque expressas incurrant.

Ad hoc vide const. de Greg. 13. cõst. 74. Sedes apostolica.

Decretũ irritans.

priuilegia cunctis fere ordinibus concessa recipiendi professos aliorum ordinum in eorum monasterijs, domibus, & regularibus locis materiam præstare apostatis huiusmodi per seculum euagandi, præsertim cum dicti ordinum huiusmodi superiores Prælati apostatas huiusmodi recipiant, & postquam illis eorum habitum regularem exhibuerint, eis standi extra monasterium licentiam concedant: nos abusui huiusmodi occurrere volentes, omnia & singula priuilegia, & indulta apostolica quibusuis ordinibus monasterijs, & domibus, seu alijs regularibus locis (Cartusiensis & Eremitis Camaldulēsi eremo realiter degentibus duntaxat exceptis) super recipiendis Canonicis regularibus, seu Monachis, vel fratribus aliorum ordinum per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros sub quibusuis verborum formis, & tenoribus, & etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessa, etiam Mare magnum nuncupata, quoad facultatem recipiendi eosdem canonicos regulares, seu Monacos, & fratres penitus, & omnino reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, & viribus penitus, & omnino vacuamus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque Diœcesanis, & locorum ordinarijs, vt ipsi per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando, ac quotiens opus fuerit, solenniter publicantes, faciant dicta auctoritate nostra easdem præsentes literas plenariæ, & totali executioni demandari, eos qui illis contrauenerint, iuxta ipsarum literarum continentiam, & tenorem condignis pœnis plectendo & puniendo, ac contradictores quoslibet, & rebelles, eisque in præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato ad hoc etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, & aliorum regularium locorum, necnon ordinum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, etiam Marimagno, seu bulla aurea, aut alias quomodolibet nuncupatis, seu per officium pœnitentiariæ huiusmodi expeditis, eisdem Apostatis, seu translatis, ac nostro sancti Spiritus in Saxia de Vrbe ordinis sancti Augustini, & quibusuis alijs Hospitalibus, necnon B. Mariæ redemptionis captiuorum, & de Mercede, ac quibusuis alijs monasterijs, & regularibus locis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas se excusare valeat, dicta auctoritate apostolica statuimus, atque decernimus, vt ipsæmet literæ, vel earum transumptum (cui manu Notarij publici subscripto, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munito eam prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi debere volumus, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si facto & realiter exhiberentur) in basilicæ principis Apostolorum, & ecclesiæ S. Ioan. Lateran. ac Cancellariæ apostolicæ valuis, & acie campi Floræ per aliquos ex cursoribus nostris publicentur, earum exemplo in singulis valuis, & acie prædictis affixo, & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ priuationis, inhabilitationis, suspensionis, sanctionis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, mandati, derogationis, statuti, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, tertiodecimo Calend. Augusti, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Priuilegia recipiēdi fratres aliorum Ordinū reuocantur.

Aliam reuocationem habes infra in Pii v. const. 91. Quæcunque.

Locord ordinarij publicēt hāc const. illamq; obseruari faciant.

Clausula derog.

Forma publicationis hanc constit. Quā publicatio nem nō lateat.

Io. Barengus.

Barengus.

XXX.

S. Dominici Festiuitatem, singulis annis, die 4. Augusti, sub duplici Officio solemniter vbique celebrari mandat

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Gloriosus in sanctis suis Deus, qui omnia operatur in omnibus, quosdam in ecclesia sua posuit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam Doctores, quosdam Martyres, & quosdam Confessores, quos per anni circuitum, die vt plurimum qua eos ad cælestia regna migrare contingit, sancta veneratur vniuersalis ecclesia, vt Christifideles eorum venerationi per exercitium bonorum operum vacantes, pijs ante thronum diuinæ maiestatis eorum suffragijs adiuuari, & exinde Deo propitio vitam æternam facilius consequi valeant. Verum cum hoc in eximio Chisti Confessore Dominico, qui octauo Idus Augusti migrauit ad Dominum, non obseruetur, quinimmo eius memoria Nonis Augusti, qua die & festum beatæ Mariæ a Niuibus, quæ ea die de cælo hic in Vrbe in ea Montis Exquilini parte, in qua nunc templum eiusdem beatæ Mariæ Maioris visitur, volente Domino, ceciderunt, sub officio diplici celebramus, forsan ea eo quod ipsa die octauo Idus Augusti, Transfigurationem Domini, & redemptoris nostri Iesu Christi sub simili officio duplici veneramur, diem eius obitus præueniendo recolatur. Nos considerantes ecclesiam venerationi ipsius Virginis Dei genitricis Mariæ in memoriam miraculi Niuium huiusmodi plurimum occupatam, celebrationi Festiuitatis huius almi Dei Confessoris Dominici plene vacare nequire: & exinde facile obuenire posse, vt memoria ipsius beati Dominici, qui ordinem Fratrum Prædicat. inspirante Domino, fundauit, & instituit, ac inter quem plurima sanctitatis opera, & virtutis signa, quibus in carne positus claruit, diuersorū curatis lāguoribus, loquelam mutis, visum cœcis, surdis auditum

Sanctorum Festa sub die eorū mortis celebrari solent.

Sancti Dominici vero festum celebratum est vsq modo sub die 5. Augusti, & non sub die 6. qua mortuus est, quia tunc Transfiguratio Domini recolitur.

Sancti Dominici Miracula.

auditum, gressum paralytici & sanitatem pristinam languentibus restituit, in mentibus fidelium tepescat, & volentes in præmissis opportune prouidere, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi consensu Festiuitatem ipsam pridie Nonas Augusti singulis annis, perpetuis futuris temporibus in vniuersis orbis ecclesijs sub duplici officio solenniter celebrari volumus, statuimus, & mandamus. Necnon de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus & singulis vtriusque sexus christifidelibus vere pænitentibus & confessis, qui in die Festiuitatis huiusmodi ecclesiam alicuius ex domibus dicti Ordinis a primis vesperis, vsque ad occasum solis eiusdem Festiuitatis deuota visitauerint, & pro pace confirmanda, & vnitate Ecclesiæ catholicæ, Domino nostro Iesu Christo preces pie effuderint, decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pænitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit deferri, volumus, & auctoritate apostolica decernimus, quod earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur vbique locorum in iudicio & extra, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ipsius Ordinis etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, mandati, relaxationis, voluntatum, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, sexto Idus Augusti, Pontif. nostri anno quarto.

Hic autem Pôt. mandat Festum s. Dominici celebrari de cet. die 4. Augusti, quia die 5. est Festum S. Mariæ a Niuibus.

Indulgentias christifidelibus ea die aliquam ecclesiã ordinis Fratrum Prædicatorum concedit.

Clausula derog.

Franciscus Aragonia.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Indictione secunda die vero trigesima Iulij, retroscriptæ literæ affixæ, et publicatæ fuerunt ad valuas, seu portas Ecclesiæ Lateranen. et principis Apostolorum de Vrbe, et Cancellariæ Apost. ac in acie campi Floræ, vt moris est, dimissis copijs affixis in locis solitis et consuetis, vt moris est, per me Thomam Rogeri Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursorem, et sanctæ Inquisitionis per nos Thomam Roger, et Medardi Nicolai prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Iacobus Carra Magister Cursorum.

XXXI.

Confiscationes bonorum, et aliæ pœnæ Maleficiorum, in locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ commissorum a viginti quinque annis citra, non exactæ, Fisco Reuerendæ Cameræ Apostolicæ applicantur.

De Materia autem Fisci ponam concordantias infra in Pij 4. constit. 240. Cum sicut accepimus Commissarij.

PAVLVS Papa IIII. Dilecto filio Magistro Christophoro Cincio Cameræ Apostolicæ Clerico Thesaurario, et Commissario nostro. Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

CVM sicut experientia rerum magistra docente cognouimus, impunitas delictorum incentiuum tribuat delinquendi, & dilecti filij Communitates Ciuitatum & Vniuersitates Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum, quibus apostolica auctoritate, aut alias legitime indultum existit, vt confiscationes bonorum, & alias maleficiorum quæ inibi pro tempore perpetrantur, pœnas in reparationem mœnium, aut alios etiam pios eorum vsus conuertere possint, sæpius vel metu reuerentiali, vel amore, aut prece, vel pretio, seu alijs respectibus, bona cõfiscata apprehendere, & pœnas maleficiorũ huiusmodi exigere differant, & negligant, & quandoque super eis pro minimo quoque pretio componant, & exinde confiscaciones bonorum, & aliæ pœnæ prædictæ inexactæ obliuioni mandẽtur, & delicta remaneant impunita, & delinquentium crescat temeritas, & præsumptio, pacificusq; status Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum huiusmodi perturbetur, in fidelium illarum partium perturbationem, confusionem, & scandalum, Nos præmissis inconuenientibus occurrere, & vt delicta debitis pœnis coerceantur, prouidere volentes, omnes & singulas confiscationes bonorum, & alias maleficiorum, quæ in quibusuis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis a vigintiquinque annis citra perpetrata fuerunt, pœnas, quæ inexactæ remanent, Fisco nostro dicta auctoritate tenore præsentium applicamus, et appropriamus: Teque, de cuius solicitudine, prudentia, probitate, et rerum gerendarum notitia plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad cõfiscationes bonorum, & alias pœnas maleficiorum huiusmodi, quæ per vigintiquinque annos exactæ non fuerunt, ad Fisci nostri commodum, vsum, & vtilitatem reducendum, & bona confiscata huiusmodi pro eodem Fisco apprehendendum, ac vendendum, & alienandum, pretiumque exinde prouenient ad Cameram nostram apostolicam transmittendum, nostrum, & apostolicæ sedis Commissarium generalem, & specialem auctoritate & tenore prædictis, ad beneplacitum nostrum constituimus, & deputamus, ac tibi, quod omnes & singulas Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, & loca nobis & dictæ ecclesiæ, vt præfertur, subiecta, nomine nostro visitare, & libros maleficiorum in illis a dictis vigintiquinque annis citra perpetratorum coram te exhiberi facere, ac pœnas quas in eis ab eisdem vigintiquinque annis citra inexactas remansisse repereris, exigere, & recuperare, necnon bona confiscata pro ipso Fisco apprehendere, & vendere, atque alienare, ita vt eorum pretium ad nos, & Cameram prædictam omnino transmittas. Contradictores quosque, & rebelles, ac tibi in præmissis non parentes, opportunis iuris remedijs compescere, & ad si opus fuerit, auxilium brachij secularis inuocare, ceterisque in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna facere, & exequi possis, plenam & liberam, auctoritate & tenore præmissis, concedimus facultatem & potestatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ciuitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, & locorum huiusmodi, etiam iuramento, cõfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, illis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem

Causa illius edit.

Confiscationes bonorum, & aliæ pœnæ maleficiorum cõmissorũ in locis S. R. E. & non exactæ applicantur Fisco Re. Cameræ apost.

Deputatio Thesaurarij in Cõmissarium, & exactionem dictarum pœnarum, & eius facultates.

Clausula derog.

eandem

eandem sub quibuscunq; tenoribus,& formis,ac cum quibusuis clausulis,etiam irritantibus decretis,etiam motu proprio,aut alias quomodolibet concessis,etiam iteratis vicibus approbatis,& innouatis,quibus omnibus,illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris,die vigesimasexta Octobris,millesimo quingentes quinquages.octauo, Pontific. nostri anno quarto.

Io. Barengus.

XXXII.

In solutionibus Reuerend.Cameræ Apostol.debitis,solui debet vnus ducatus auri de Camera, loco decem Iuliorum.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio &c.

CVM omnibus notorium existat Cameram nostram apost. non modo pecunijs exhaustam, verum etiam multo ære alieno grauatam existere,& illius ordinarios prouentus ex diminutione valoris Iuliorum in ditione ecclesiastica codi solitorum,quorum decem,nondum effluxere quadraginta anni, vnum ducatum auri de Camera constituere solebant,& ad præsens vix duodecim illum constituunt, vltra sextam partem diminutos esse:et propterea ad nostri,& familiæ nostræ substentationem,& ordinariorum, aliorumq; sedi apostolicæ pro tempore incumbentium extraordinariorum onerum supportationem, ne dum ad ipsius æris alieni satisfactionem non sufficere.Nos considerantes etiam vltra præmissa maiorem partem prouentuum Cameræ huiusmodi officijs,& montibus in alma vrbe,& alijs ipsius ditionis ecclesiasticæ Prouincijs,Ciuitatibus,Terris,& locis superioribus annis erectis applicatam,& sic in commodum,& vsum priuatorum redactam fuisse:volentes eandem Cam.aduersus diminutionem valoris Iuliorum restituere,& reintegrare,ac confusionem,quæ ex reductione ipsorum Iuliorum ad solitum verum valorē inter subditos nostros facile oriri posset,euitare,nec subditos ipsos impositione noui oneris grauare,Motu simili,& ex certa scientia nostra,ac de apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes statuimus,& ordinamus,quod de cætero in omnibus & singulis solutionibus,quæ Cameræ prædictæ aut agentibus pro ea, tam in dicta Vrbe, quam alibi vbiuis locorum occasione Dohanarum, & aliarum,etiam equorum,& vini gabellarum,ac taxarum equorum mortuorum nuncupatarū,necnon salararum, thesaurariarum.statutariarum maleficiorum pœnarum, censuum, tractarum grani, *alearum, affictuum etiam lacuum,appodissarum,collectarum,sindicatuum,capisoldorum,custodiarum,& triennalis,aliorumq; tam clericorum,quam laicorum. & Hebræorum subsidiorum, & quorumuis aliorum vectigalium, & ipsius Cameræ prouentuum vndecunque prouenientium, seu quacunque alia causa per quascunque personas quantumuis qualificatas, & priuilegiatas pro tempore faciendæ erunt, loco decem Iuliorum, qui iuxta antiquam consuetudinem vnum ducatum auri de Camera constituere deberent, & de præsenti ab illius valore in sexta parte deficiunt, soluatur vnus ducatus auri similis,qui decem Iulios valoris antiqui non excedere dinoscitur, vel eius verus valor,& vbi summa minor decem Iulijs soluenda fuerit,soluatur ad ratam,pro quinque videlicet Iulijs dimidium vnius ducati similis,& pro duobus Iulijs cum dimidio. quarta pars ducati similis,ita vt quilibet Iulius computetur ad rationem non decem,sed duodecim baiochorum monetæ eiusdem Vrbis, & sic decimæ partis vnius ducati auri similis. Quodq; ipsius Cameræ ea quauis causa debitores,nisi soluerint vnum ducatum auri similem,seu illius verum valorem pro singulis decem Iulijs per eos debitis, & alias ad ratam prædictam, ab eorum debitis non liberentur,nec integre satisfecisse censeantur,sed omnes pœnas,quas ipsius Cameræ debitores non integre soluentes quomodolibet incurrunt, omnino incurrant, Et sic & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque &c.etiam pro tempore existentes Camerarium nostrum, & ipsius Cameræ Clericos,& alios Præsidentes in quauis causa,& instantia sublata &c.iudicari,& diffiniri debeat,ac irritum &c.existat.Mādantes eisdem Camerario,Clericis,& Præsidentibus,vt præsentes in libris ipsius Cam.describi,& registrari.ac vbiuis locorum dicti status ecclesiastici inuiolabiliter obseruari faciant. Contradictores quoslibet & rebelles,eisque in præmissis non parentes, per sententias,censuras,& pœnas ecclesiast.ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas,& applicandas,aliaq; opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo,ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias,censuras,& pœnas prædictas, etiam iteratis vicibus agrauando inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis.Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus apost.ac Vrbis & prouinciarum, ciuitatum,terrarum, & locorum prædictorum etiam iuramēto &c.roboratis,statutis,& consuetudinibus,necnon capitulis inter eos & nos,ac dictam sedem quomodolibet firmatis & initis,ceterisq; contrarijs quibuscunq.Decernen.præsentium,etiam absq; eo quod registrentur, aut illis data apponatur,solam signat.sufficere,& vbiq; fidem facere in iudicio & extra,regula cōtraria non obstāte.

Causa istius constitutionis.

In solutionibus debitis Cameræ apostol.soluatur vnus ducatus auri de Camera,loco decem Iuliorum.

Debitores ita nō soluentes incurrunt pœnas impositas non soluentibus debent Cameræ apost. De quibus vide infra Greg 13. const 64. Ad Romani.

Decretū irritās.

Deputatio Executorum.

Clausulæ derog.

Placet & ita Motu proprio statuimus. I.

Admissa,& registata fuit in Camera apostolica die vigesimasexta mensis Nouembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo. Hieronymus de Tarano Notarius.

XXXIII.

Contra eos, qui pro obtinendis beneficijs, seipsos pro alijs in examine supponunt, vel annuas pensiones offerunt,aut beneficia impetrant pro alijs, vt:eis aliquid consequantur,vel pro seipsis,vt alijs postea cum pensione resignent.

Similem const.contra supponentes se pro alijs, vt literarum apost. expeditionem gratis consequantur,fecit Leo x. quam habes su.fo.226.nu.22.Inhærendo.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio &c.

INTER ceteras curas,quibus ex apostolatus officio assidue vrgemur, & premimur, ea continue animo nostro fixa fuit,vt beneficia ecclesiastica,præsertim curam animarum habentia, personis conferantur idoneis,quæ vellent, & possent apud ea personaliter residere, scirentque eis laudabiliter deseruire. Et ad hoc dilectus filios nostros Bernardinum sancti Matthæi Tranen. & Scipionem sanctæ Potentiæ de

Pisis,

Pisis, ac Ioannem sancti Ioannis ad portam Latinam titulorum Reumanum, nuncupatos presbyteros Cardinales, qui vna cum venerabili fratre Francisco Episcopo Gebenen. Datario nostro distributioni & prouisioni beneficiorum huiusmodi præessent, iam dudum deputauimus. Verum cum audiamus eosdem Cardinales, & Datarium, licet in his eam, quam possunt, maiorem semper adhibuerint, & indies adhibeant diligentiam, personas quibus beneficia ipsa conferenda sunt, super literatura examinando, de eorum vita, & moribus, ac beneficijs per eos obtentis, alijsq; ad præmissa facientibus accuratè inquirendo, diuersimode tamen circumueniri, & falli, ac diuersas eis fraudes in præmissis fieri, aliquibus se alios esse simulantibus, & tamquam tales se in examine supponentibus, alijs beneficia pro personis sibi cognitis, & id ignorantibus, vt postmodum cum eis beneficia, etiam per simoniacam prauitatem contractare, & super eis pacisci possint, alijs beneficia, tam pro se, quam alijs personis cum oblatione diuersarum pensionum annuarum diuersis personis, etiam familiaribus, continuis commensalibus nostris, aut alijs quos ipsi nobis gratos, & acceptos esse existimant, annuatim persoluendarum, & sic simoniacam hæresim incurrendo, alijs beneficia huiusmodi pro diuersis alijs, sub spe pensionem annuam aut aliud commodum temporale, ab eis consequendi, alijs beneficia ipsa pro seipsis animo & intentione, & interdum pacto expresse firmato, de eis postmodum in fauorem aliorum qui aliquando minus idonei, & non benemeriti existunt, cum simili pensione, aut commodo aut sine illa, vel illo resignandis, & dimittendis maxima cum instantia obtinere procurantibus. Nos præmissis fraudibus, & dolis, ac hæresi simoniacæ quantum cum Deo possumus efficaciter occurrere volentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, atque decernimus, quod de cætero omnes & singuli, qui post publicationem præsentium in locis infrascriptis faciendam, occasione beneficiorum obtinendorum se alios esse simulauerint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro alijs cum oblatione alicuius, pensionis annuæ, aut pro alijs, cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumuismodicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro seipsis principaliter, animo & intentione ea postmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, etiam si Episcopali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, vel Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præeminentia præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam a qua nisi a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti absolui nequeant, necnon priuationis omnium & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium per eos in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnam eoipso absque alia desuper facienda declaratione incurrant, ita vt constito solum summariè, & extraiudicialiter, quod ipsi contra tenorem præsentium, aliquid fecerint, per curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalem Auditorem, seu Viceauditorem, vel eius locumtenentem pro talibus, & vt tales publicari possint: & nihilominus, sic, vt præfertur, obtentæ prouisiones, & commendæ, aliæque dispositiones nullæ sint, irritæ, & inanes, nullumq; alicui ius in ipsis beneficijs, vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutionem teneantur, possintq; beneficia, tam sic impetrata quam per eos antea obtenta, tanquam modo præmisso vacantia a nobis, & Ro. Pontifice pro tempore existente duntaxat liberè impetrari. Volumusq. statutum, ordinationem, & decretum nostra huiusmodi, etiam quoad monasteria monialium, & alia beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri solita locum habere. Non obstant. constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis priuilegijs, indultis & literis apostolic. quibusuis personis, etiam, vt præmittitur, qualificatis, etiam in forma confessionalis, & quod interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant, quomodolibet concessis, quæ eis contra præmissa in aliquo suffragari nō posse decernimus, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Cæterum ne quispiā statuti, & ordinationis, ac decreti nostri huiusmodi ignorantiam prætendere possit, volumus præsentes quarum solam signaturam sufficere decernimus, in ædium residentiæ præfati Datarij, & Cancellariæ apost. valuis, & acie campi Floræ per aliquem ex cursor. nostris publicari, & earum exemplum inibi, affigi, & dimitti, publicationemq; & affixionem huiusmodi omnes & singulos arctare perinde, ac si eædē præsentes illis personaliter intimatæ, & insinuatæ fuissent, contrarijs nō obstan. quibuscunq;

Placet Motu proprio. L.

Affixus fuit supradictus Motus proprius die 27. Nouembris 1557. Triphon Victorellus Magister Cursorū.

Hic Pōt. vt beneficia pronis idoneis conferātur, eorum distributioni deputauit Cardinales Tranen. de Pisis, ac Reomanum, vna cum Datario.

Nihilominus multi occasione beneficiorū pro alijs in examine se supponunt, & beneficia pro seipsis impetrant, vt cum pensione, alijs postea resignent, aut pro alijs, vt aliquod ab eis commodū consequantur.

Ideo Pōtifex iste pœnas hic expressas illis imponit.

Dispositionesq; & prouisiones desuper obtentas, nullas esse declarat.

Clausula derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Facta publ. hāc const. Quā publ. inuenit, & posui.

Publicatio.

XXXIIII.

Regentis Cameræ Apostolicæ Officij erectio, & illius Iurisdictio, & Facultates, & Auditoratus Cameræ apostolicæ suppresio.

Hoc officium concessum fuit Alfonso Carafæ Cardinali, vt in const. sequenti, & ab illo postea resignatum Pio 4. Qui illud extinxit, & officium Auditoratus in pristinum statum reposuit, vt infra in Pij 4. constit. 38. Ad eximiæ,

De Facultatibus verò, & Iurisdictione Auditoris Cameræ ponam inf. in Greg. 13. cōst. 55. Ad generis.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SI ex præcepto Domini Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi, qui iudicant terram, iustitiam diligere tenentur, quanto magis nos, qui dispositione diuina, meritis licet imparibus, in supremo iustitiæ Throno constituti sumus curare debemus, vt iustitiæ administrandæ viri præficiantur idonei qui quod suum est, vnicuique tribuere, & superinde omnibus absque personarum acceptione ius dicere sciant, velint, & possint, & apud quos nihil fauor vsurpet, nihil timor extorqueat, nulla premij expectatio iustitiam subuertat? hanc officio generalis Auditoratus Curiæ causarum Cameræ apostolicæ, quo nullum in Romana Curia antiquius, aut nobilius iurisdictione existit, & quod quondam Franciscus Albericus de Recanato, Curiæ causarum huiusmodi generalis Auditor, dum viueret obtinebat, quodque pro tempore obtinens pro tempore existentis Romani Pontificis Auditor generalis, & dictæ Curiæ Iudex ordinarius existit, per obitum eiusdem Francisci,

qui extra

Auditoratus Cameræ apost. officium per obitũ Francisci Alberici Auditoris vacauit.

De ipsius officio & facultatib. habes sup. in Iul. 3. const. 19. Ad eximia, fol. 518.

qui extra dictam cur. diem clausit extremum vacantem: Nos qui concessionem officiorum iurisdictionem præsertim ecclesiasticam & spiritualem habentium, pretio, & pecunia fieri semper abhorruimus, & propterea nulla commodi nostri ratione habita, nonnulla iurisdictionem & dignitatem habentia eiusdem curiæ officia personis non quæ pecuniam soluerint, sed quæ illa virtutibus promeruerint gratiose concessimus. Considerantes nobilitatem ipsius officij Auditoratus, & eius ac negotiorum quæ ad illud in dies deferuntur grauitatem, & quod decens est, vt nobiliora ipsius Curiæ officia per S. R. E. Cardinales, qui vnum corpus cum Romano Pontifice, & nobiliora eius membra existunt, regantur, & gubernentur, Volentes exemplo diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorũ, qui Camerariatus, Vicecancellariatus, & Pœnitentiariæ officia trecentis abhinc annis per alios quam Cardinales obtineri, & exerceri solita in sacrum Cardinalium collegium multa cum prouidentia transtulerunt, ea quo factum est, vt abinde citra eorum singula singulis Cardinalibus concessa fuerint, officium Auditoratus huiusmodi, quod dilectus filius Magister Paulus Odescalcus Notarius noster, & literarum nostrarum contradictarum maioris & minoris iustitiæ corrector, ad hoc a nobis ad beneplacitum nostrum deputatus, a die illius vacationis citra exercuit, in personam vnius ex eisdem Cardinalibus, qui lateri nostro assiduè assistunt, ad hoc vt quæ circa salubrem ipsius officij directionem in dies contingunt nobis commodè referre posit: Ita vt sicut persona ipsius Auditoris quæ antea simplicis Clerici erat, in personam Cardinalis mutatur, ita & nomen Auditoris Curiæ causarum huiusmodi in excellentius nomen Regentis S. R. E. Cameræ apostolicæ conuertatur, perpetuo stabilire: Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris ipsius R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu beneplacitum nostrum prædictum cessare, & expirare decernentes, officium Auditoratus huiusmodi eius nomine Auditoratus in perpetuum suppresso & extincto: ita vt de cætero officium ipsum non Auditoratus Curiæ causarum Cameræ apostolicæ, & illud pro tempore obtinent, non Auditor generalis Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, sed Regens Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cameræ apostolicæ denominetur, & existat, cum officio correctoriæ Archiuij ipsius curiæ, & alijs illi forsan annexis in officium Regentis S. R. E. Cameræ huiusmodi, quod ad instar officij Camerariatus huiusmodi perpetuum existat, ac etiam sede apostolica vacante duret pro vno dictæ Rom. Ecclesiæ cuiusuis ordinis Cardinale, qui in nostris & pro tempore existentis Romani Pontificis manibus præstet fidelitatis debitæ iuramentũ, & officium Regentis huiusmodi sibi per nos aut Romanum Pontificem præfatum concessum, absque dispensatione apostolica ad eius vitam obtineat, & per se, aut Viceregentem ab eo pro tempore deputatum, ac suos in ciuilibus & criminalibus Locumtenentes exerceat. sitque in dicta Curia noster, & præfati Romani Põtificis iudex ordinarius generalis, ac idem Tribunal, & eosdem Notarios quot & quos ipse Franciscus Auditor dum viueret habebat, ita quod de cætero Tribunal & Notarij huiusmodi Regentis, & non Auditoris prædicti sint, & dicantur. Habeat etiam in ipsa Camera, ac vbique locorum paribus facultate, voto auctoritate, potestate, iurisdictione, etiam dicta sede vacante, quibus pro tempore existens eiusdem S. R. E. Camerarius ratione officij Camerariatus huiusmodi quomodolibet fungitur, & quæ habet, seu fungi, & habere potest, etiam vna cum eodem pro tempore existente Camerario pariformiter, & æque principaliter fungatur. Ac tam in dicta Camera, quam extra eam tot, & talia, quot & qualia ipse pro tempore existens Camerarius ratione officij Camerariatus huiusmodi percipit, & habet, seu percipere, & habere potest, regalia percipiat, & habeat. Ac in quibusuis rebus & negotijs Cameralibus, etiam pecuniarijs, ac contractibus, & alijs scripturis in eadem Camera per personas Camerales, etiam de mandato nostro, aut pro tempore existenti Rom. Pont. quomodolibet conficiendis, per se, vel Vicegerentem ab eo pro tempore deputatum intersit, & proprium ipsius Regentis sigillum habeat, & eo in quibusuis per eum etiam ordinaria auctoritate, aut vigore alicuius specialis commissionis expediendis citationibus, monitorijs, mandatis, inhibitionibus, & quibusuis alijs patentibus literis, seu scripturis, loco sigilli ipsius Camerarij, vel Cameræ, quo in officio Auditoratus huiusmodi vti solitum erat vtatur, & taxam, ac prouentus, & emolumenta eidem Camerario ratione dicti sigilli dari, & per eum percipi solita pro se ipso percipiat, nec cum eodem Camerario aut quouis alio de eisdem taxa, prouentibus, & emolumentis cõmunicet, neque communicate, vel eius sigillo vti debeat, aut teneatur. Necnon electioni, seu creationi Conseruatorum Cameræ almæ Vrbis, & aliorum officialium Capitolinorum, seu Populi Romani, & eorum bussulæ confectioni, & imbussulationum, eorumque ex ipsa bussula extractioni, & præstationi iuramenti, tam per eo, quam clericos dictæ Cameræ, & alias personas Camerales subeundi: Ita vt Conseruatores, & alij Officiales præfati eidem Regenti non secus, ac Camerario in omnibus & per omnia obedientiam præstare teneantur, ac quibusuis alijs actibus, quibus pro tempore existeos Camerarius prædictus interesse consueuit. Et etiam dicta sede vacante vna cum eodem pro tempore existente Camerario fractioni annuli piscatoris, & plumbi bullariæ nostræ, ac pro tempore defuncti Romani Pontificis cum pari facultate, & auctoritate interesse, & vna cum vno ex Notarijs suis confectioni inuentarij, & custodiæ, ac conseruationi iocalium, & aliorum eorumdem Pontificis, & Cameræ bonorum mobilium: Necnon tam cum eodem pro tempore existente Camerario, quam cũ t..bus prioribus in ordine Cardinalibus ad curam regimen, & administrationem vrbis, & status ecclesiastici prædictorum deputati solitis, curæ, regimini, & administrationi prædictis, ac negotijs Conclauis, tam faciendi, quam postquã factum fuerit, & Cardinales illud pro electione noui Pontificis ingressi fuerint, ipseq; Regens in eo extiterit, ita vt Camerarius, & tres Priores in ordine Cardinales huiusmodi nihil in præmissis, seu eorum aliquo aut circa ea sine interuentu eiusdem Regentis facere possint intendere, ac inter eosdem Regenté, & pro tempore existeotem Camerarium in ipsa Camera quoad præcedentiam, etiam in sedendo, ac processionibus & quibusuis alijs actibus ordo inter Cardinales in Consistorio seruari solitus seruari debeat, auctoritate apostolica, & de nostræ apostolicæ potestatis plenitudine transformamus, & quatenus opus sit in illud cum omnibus & singulis honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, salarijs, & emolumentis, quæ eidem officio Auditoratus hactenus competierunt: Necnon quibusuis facultatibus, indultis, iurisdictionibus, & decretis dicto Francisco Auditori, & bo. mem. PetroPaulo sanctæ Balbinæ Parisio cuncupato, & dilecto filio nostro Io. Baptistæ sancti Clementis titulorum presbyteris Cardinalibus, tunc in minoribus constitutis, & curiæ causarum huiusmodi Auditoribus, ac cæteris qui officium Auditoratus huiusmodi hactenus obtinuerunt, seu exercuerunt, etiam per fel. rec. Innocentium VIII. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. & Iulium etiam III. ac alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictam, etiam super cognitione, & executione obligationum in forma Cameræ apostolicæ, ac ordine & modo procedendi in causis, seu alias quomodolibet concessis &

Et Paulus Odescalcus ab isto Pont. deputatus officiũ illud sic vacans exercuit.

Et modo hic idẽ Pont. officiũ Auditoratus supprimit, & de cætero officium Regentis Cameræ denominari, & vni ex Cardinalibus cõferri debere decernit, ad instar officij Camerariatus.

Paremque Iurisdictionem & Facultates Regenti Cameræ, & Camerarium habere declarat, vt hic.

Et eidem Regenti concedit quascunque facultates per prædecessores, Auditoribus concessas.

Quas facultates Indicabo infra I Greg. 13. cõst. 35. Ad generis in tabe.

cessis,& factis ad instar dicti officij Camerariatut erigimus,& instituimus: Ac pro tempore obtinen. officiũ Regentis huiusmodi, quod vnum Viceregentem,qui in dicta Camera interueniat, & in ea pari voto & facultate cum dictæ Vrbis Gubernatore fungatur,& post ipsum Gubernatorem immediate in absentia Camerarij,eo vero præsente,& Regente absente ex opposito eiusdem Camerarij,& ante ipsum Gubernatorem,ac quosuis alios Camerales, in Capella autem nostra & quibusuis sessionibus, aut congregationibus, & vbique locorum post Gubernatorem ipsum immediate,etiam ante Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, ac quoscunque alios Prælatos, ac etiam Imperatoris, & Regum, cæterorumq; Principum omnium Oratores incedat, & sedeat, & congregationibus per correctores,& scriptores ipsius Archiuij de more fieri solitis,prout antea Auditor Cameræ intererat, intersit,& præsit,atq; officia,magistratus, & honores per alios correctores sortiri solita sortiatur, illaq; gerat,& exerceat,atque emolumenta exinde prouenientia percipiat,& pro quo omnes & singulæ literæ apost.tam iustitiæ, quam gratiæ ipsius Viceregentis personam, aut commodum tangentes, seu continentes gratis vbique & in omnibus,tam Cancellariæ,quam Cameræ apostolicæ officijs expediri debeant. Quoq; ad solutionem annatarum,seu mediorum fructuum,aut iocalium minime teneatur,sed ab illis, & a solutione quarũuis taxarum officialibus Cancellariæ,aut Cameræ apost.huiusmodi soluendarũ etiam in materijs consistorialibus, aut officijs dictæ curiæ omnino liber,immunis,& exemptus existat, & vna cum alijs Cameralibus de regalibus præfatæ Cam.facta diuisione proportione dignitatis, & personarum participet,ac omnibus & singulis honoribus, priuilegijs,indultis,iuribus facultatibus,exemptionibus,libertatibus,immunitatibus,regalibus, præeminentijs,emolumentis,& gratijs,quibus Franciscus Auditor,& Petrus paulus,ac Io.Baptista Cardinales,& quicunq; alij eorum in officio Auditoratus huiusmodi prædecessores ratione eiusdem officij, tam literarum eis nominatim concessarum,quam cuiusuis consuetudinis vigore vsi,potiti, & gauisi fuerunt,seu vti,potiri,& gaudere potuerunt,seu etiam debuerunt,vti,potiri,& gaudere,ac duos Locumtenentes,vnum videlicet in ciuilibus,& alterum in criminalibus causis cũ simili,aut limitata potestate,quoties sibi videbitur constituere,& deputare,eosq; reuocare,ac alios eorum loco substituere,& surrogare. Necnon de omnibus & singulis obligationibus in forma Cameræ,vbiuis locorum,& inter quascunque personas factis,& faciendis(eis dumtaxat exceptis,quæ in eadem Camera per eius Notarios,aut coram alijs Iudicibus inde pendentibus a litibus & causis coram eis pro tempore introductis factæ,seu receptæ fuerint) ita vt quascunque causas quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem curia super ipsis obligationibus in alio quam præfati Regentis Tribunali motæ fuerint, in illarum statu,gradu,& terminis in quibus reperientur sua ordinaria auctoritate reassumere,etiam Iudicibus coram quibus illæ pendebunt,ne in eis,aut de illis quoquo modo,aut quouis quæsito colore directè vel indirectè se intromittere præsumant, etiam sub sententijs,censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs suo arbitrio moderandis,applicandisq; inhibere, ac quicquid secus super his contigerit attentari, irritum & inane decernere, ac solus censuras ecclesiasticas promulgare: Necnon omnes & singulas spirituales,& ecclesiasticas etiam beneficiales,& profanas, ac quorumuis eiusdem S.R.E. Cardinalium, eorumq; & nostrorum familiarium continuorum commensalium,necnon quorumcunque prælatorum in ipsa curia degentium,ac etiam Imperatoris,Regũ, & aliorum principum oratorum, ac communitatum, & vniuersitatum,necnon dictæ curiæ officialium, & eandem curiam sequentium,ac ipsius Regentis olim curiæ causarum huiusmodi Auditoris Notariorum, & eorum familiarium,campsorum quoque,& quorumuis mercatorum,ac pensionum annuarum super fructibus,redditibus,& prouentibus ecclesiasticis assignatarum,etiam si earum solutio non in ipsa curia sed in partibus sit facienda,& quascunque alias etiam commissarias causas,tam ciuiles: quam criminales, & mixtas coniunctim, vel diuisim in eadem curia quomodocunque & qualitercunque motas, & mouendas, & inter quascunque partes, etiam per viam inquisitionis aut ex officio quomodolibet pendentes, ac quæ per appellationẽ a grauaminibus illatis & inferri cominatis,seu sententijs diffinitiuis, vel interlocutorijs a quibusuis iudicibus ordinarijs, & arbitris,atq; arbitratoribus in curia & Vrbe prædictis (Vicario nostro,ac Gubernatore,& Senatore Vrbis prædictæ,& Iudicibus Capitolinis duntaxat exceptis)& extra eas a quibuscunque iudicibus ordinarijs vel delegatis, seu arbitris,vel arbitratoribus,ac etiam dictæ sedis Legatis & eorum Vicelegatis in Terris eidem ecclesiæ Ro. mediate,vel immediate subiectis,& quibusuis in feudum,vel Vicariatum,aut alias quomodolibet concessis pro tempore latis & promulgatis interpositæ,seu alias ad eandem sedem etiam per viam reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis,aut nullitatis hactenus deuolutæ sunt,& in posterũ deuoluentur,eas videlicet in quibus non agetur vltra summam ducentorum ducat.auri de Camera, aut de re verum summæ prædictæ valorem non excedente,seu quæ inter & contra mercatores dictæ curiæ pro negotijs & rebus mercantilibus ad quamcunque summam ascendant,& inter ac contra Notarios suos,& eorum familias pro tempore vertentur,summarie simpliciter & de plano,sine strepitu & figura iudicij sola veritate inspecta,etiam manu regis,& absq; obseruatione terminorum,qui de stilo,seu ordinatione Palatij apostolici,aut alias obseruari consueuerunt,alias vero dictam sũmam, aut illius valorem exceden. & inter ac contra alios quam mercatores, aut inter ipsos mercatores super alijs quam mercantilibus rebus & negotijs vertentes,seruatis terminis,prout in beneficialibus & alias summarie,prout in eisdem beneficialibus,etiam per affixionem citationum pro tempore faciendarum ad valuas habitationis ipsorum citandorum,quoad obligatos in forma Cameræ,quoad alios vero aliter obligatos, vbi nõ agetur de maiori quam viginti ducat. summa,audire,cognoscere,decidere,& fine debito terminare, Necnõ de omnibus & singulis criminibus,excessibus,& delictis,tam in Vrbe & curia præfatis,quam extra eas per quoscunq; tam eiusdem sedis officiales,quam dictam curiam sequentes & alios etiam a iurisdictione ordinariorum exemptos,& præfatæ sedi immediate subiectos,cuiuscunq; ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis. status,gradus, ordinis,vel conditionis fuerint perpetratis,vel perpetrandis,tam ad procuratoris Fiscalis denunciationem & promotionem,quam etiam partium accusationem, seu ex mero officio inquirere, & super illis tam per inquisitionẽ,quam accusationem,seu denunciationem huiusmodi procedere, & culpabiles repertos iuxta suorum excessuum exigentiam,& qualitatem punire,Necnõ quascunq; literas apost.generales,aut particulares,tam sub plumbo,etiam per officium audientiæ literarum nostrarum contradict. expeditas, quam in forma breuis,& quarum solam signaturam sufficere cõcessum fuerit,supplicationes per nos & pro tempore existen.Ro.Pont. aut in eius seu nostri præsentia signatas;Necnon literas pro tempore existentium Camerarij, & Pœnitentiarij Maioris nostrorum(dummodo in illis & literis apost. prædictis alij executores deputati non fuerint)solus: in quibus vero executores deputati erunt accumulatiuè cum illis exequi,& super illis processus debitos in forma solita etiam

Facultas deputandi Viceregentem.

Viceregentis Iurisd. & indulta.

Facultas cognoscendi causas obligationũ in forma Cameræ.

Censurasq; ecclesiasticas promulgandi.

Appellationesq; interpositas a sententijs latis in curia (præterquam a Vicario, Gubernatore, & Iudicibus Capitolinis) & latis etiam extra curiam a Iudicibus ordinarijs,& arbitris, in terris S.R.E.

Summarieq; procedendi, I causis nõ excedentibus valorem 200 ducatorũ, aut Mercatorũ, vel Notariorum officij Regentatus.

Causas etiam delictorum in curia, & etiã extra per officiales sedis apostolicæ, & alios curiam sequentes & inquirendi.

 cum promul-

cum promulgatione censurarum in similibus promulgari solitarum decernere: Ac suarum & per suos Viceregentem, & Locumtenentes, seu quosuis alios etiam Capitolinos Iudices, tam delegatos, quam subdelegatos, &

Sententiasque in Curia latas executioni demandandi.

etiam causarum dicti Palatij apostolici Auditores, vel nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem, tam in specie, quam in genere, & alias quomodolibet in eadem curia pro tempore latarum sententiarum, necnon quorumcunque processuum generalium, tam in die cœnæ Domini, quam alias cum censurarum, & pœnarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorum executionum, quas etiam si delegatis, aut subdelegatis prædictis, vel quibusuis alijs etiam specialiter per nos, & sedem prædictam commissæ fuerint, dicto Regenti accumulatiue, & non priuatiue commissas esse volumus, & decernimus, seruatis terminis in tribunali huiusmodi seruari solitis, etiam singulis diebus & horis, prout in ordinarijs, consuetum erat facere, illasq; & illos debitæ executioni, etiam si opus fuerit cum auxilio brachij secularis inuocatione demandare.

Et procedendi contra degentes extra Curiam pro debitis vel negotijs in Curia contractis, & contra degẽtes in Curia pro quibuscumque negotijs.

Et qualcunque communitates, vniuersitates, collegia, & capitula, necnon etiam extra dictam curiam degẽtes personas pro debitis per eos in eadem curia contractis, aut salario, seu contractu in dicta curia inito; degentes vero in eadem curia, seu curiales ecclesiasticos seculares, vel regulares etiam ab ipsa curia absentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, etiam Pontificalis conditionis, vel præeminentiæ existentes, pro quibusuis rebus, & pecuniarum summis ad quorumuis etiam absentium, quorum pro tempore intererit instan. quoties expedierit, etiam per edictum publicum, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum de eorum debitis & præstan. ea ad quæ pro tempore tenebuntur monere, & citare:

Et in vim Eugenianæ, inhibendi volẽtibus Curiales trahere extra Curiam ad litigandum. Vide Eug. 4. cõst. 5. fol. 66.

ac etiam in vim Eugenianæ in fauorem curialium emanatæ, & illius extensionis inhibere; ac monitoria, & citationes, ac inhibitiones, ad partes etiam per simile edictum decernere eos quoq; arrestare, & incarcerare, ac si sibi videbitur dimittere, & relaxare: Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, a diuinis suspendere, & specialiter interdicere ac sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas per eum, & Viceregentem, ac locumtenẽtes suos pro tempore latas, etiam iteratis vicibus agrauare, pœnas, & mulctas pro excessuum delictorum & criminum qualitate quibusuis pro tempore delinquentibus per suos Locumtenentes, etiam vsque ad pœnam sanguinis, & mutilationes membri, ac capitale supplicium,

Et pœnas sanguinis, & capitalis supplicij, absque irregularitatis incursu imponẽdi.

absque eo quod propterea Locumtenentes sui prædicti aliquam irregularitatem, seu infamiæ maculam, siue notam incurrant, præcedente tamen ipsorum delinquentium, si clerici fuerint, debita ab eorum ordinibus degradatione imponere, & infligere: Et quod ab eo, vel Viceregente, aut Locumtenentibus suis pro tempore excommunicari, seu alias censurari, ab alijs quam a Regente, aut Viceregente, vel Locumtenentibus prædictis, etiam de partium consensu, præterquam in mortis articulo constituti, absolui non possint, ad euitandas collusiones statuere, & cum ei visum fuerit expedire, comunitates, vniuersitates, collegia, capitula, & personas quascunque, a quibusuis sententijs, censuris, & pœnis, ac mulctis ecclesiasticis spiritualibus, vel temporalibus absoluere, ac sententias, censuras, pœnas, & mulctas huiusmodi eis relaxare; Necnon obligationes in forma Cameræ etiam post mortem debitoris quoad illius bona tantum exequi, & executioni demandari facere: Et generaliter, omnia & singula alia quæ ad officium Auditoris curiæ causarum huiusmodi de iure, vel ex priuilegio, aut vsu, seu literis, & consuetudinibus præfatis olim spectabant, & quæ qui pro tempore fuerunt curiæ causarũ

Et cætera oĩa faciẽdi, quæ Auditores Cameræ olim facere poterãt, vel consueuerũt.

huiusmodi Auditores ex concessis eis facultatibus facere, decernere, mandare, statuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterant, seu consueuerant, facere, dicere, mandare, statuere, ordinare, & exequi: Necnõ solus etiam absque procuratore Fiscali pro tempore existente quascunque etiam corporis afflictiuas pœnas, in pecuniarias pœnas prout sibi videbitur commutare, & illis rationabiliter commutatis reos & delinquentes a quibuscunque

Pœnasque remittendi, & commutandi.

per eos commissis delictis & excessibus quantumcunque grauibus, & enormibus, ac incursis pœnis, non tamen capitalibus absoluere, & totaliter liberare, ac pœnas prædictas remittere & condonare, ac quartam partem omnium pecuniarum, & aliarum quæ in pœnas pecuniarias pro tempore commutatæ fuerint pœnarum ad dictam Cameram, illiusq; Fiscum quomodolibet pro tempore pertinentium percipere, & exigere, ac in suos vsus & vtilitatem conuertere:

Notariosq; creandi.

Ad hoc vide Pij 4. cõst. 114. in § statuendo.

Et tam in eadem curia, quam extra eam, vbiuis locorũ quoscunq; in literatura idoneos Notarios & Tabelliones publicos, ac Iudices ordinarios, recepto prius ab eis de Notariatus & Tabellionatus, ac Iudicatus officijs huiusmodi fideliter exercendis solito iuramento alias iuxta formã in quinterno Cancellariæ apostolicæ annotatam creare, eosque de Notariatus & Tabellionatus, ac Iudicatus officijs huiusmodi per pennam & calamare, vt moris est inuestire:

Doctorandi quoque, & ad alios gradus promouendi.

Reuocationẽ habes in Pij v. cõst. 59. Quamuis.

Ac Milites aureatos, Comitesque palatinos, necnõ Poetas Laureatos etiam creare, & aliorum Militum aureatorum, & Comitum palatinorum, & Poetarum laureatorum numero & consortio fauorabiliter aggregare; Necnon personas sufficientes & idoneas ad Doctoratus, seu licentiaturæ, vel Baccalariatus in vtroque, vel altero iurium ac magisterij, tam in Theologia, quam in Artibus, & Medicina, vel alios gradus promouere, & eis solita insignia conferre, & exhibere, seu conferri, & exhiberi mandare,

Illegitimosque legitimandi.

Tu autẽ ad hoc vide Pij 4. cõst. 86. Quamuis.

eisque omnibus & singulis gratijs, & priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, & indultis, quibus alij Milites aureati, Comites palatini, ac Poetæ laureati per nos & sedem eandem creati, necnon ad gradus prædictos in Vniuersitatibus studiorum generalium iuxta illorum ritus, & mores, ac seruatis seruandis promoti, de iure vel consuetudine, seu ex priuilegio vtuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere libere & licite possint, indulgere: Et quoscunque vtriusq; sexus spurios, manseres, nothos bastardos, ac incestuosos, aliosq; ex quocunque, quantũcunque illicito & damnato coitu procreatos præsentes, vel absentes, viuentibus, vel mortuis eorum parentibus, copulatiue vel disiunctiue, etiam ad hoc, vt ad parentum, & quorumuis aliorum in quibuscunque etiam allodialibus, feudalibus, emphitheoticis, & alijs bonis successiones admitti, & illa consequi, ac in illis, sine tamen præiudicio venientium ab intestato, succedere: Necnon ad quæcunque officia secularia publica, & priuata etiam admitti, illaq; gerere, & exercere possint in omnibus & per omnia, perinde ac si de legitimo matrimonio procreati essent legitimare, & ab eis omnem genituræ maculam abolere, eosque ad primæua naturæ iura, ac veræ ingenuitati, iustisque natalibus plenarie & efficaciter restituere:

Et concedendi licentiam testandi ad fauorẽ etiã incapacium.

Et quibusuis personis ecclesiasticis secularibus tantum etiam prælatis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, etiam Patriarchalis, aut præeminentiæ existentibus, vt de quibusuis bonis mobilibus & immobilibus per eos ex successione, aut hæreditare, vel legato parentum, agnatorum, & cognatorum suorum ac quarumuis aliarum personarum acquisitis, seu ad eos deuolutis cuiuscũq; qualitatis & conditionis fuerint, ac in quibusuis rebus cõsistant, in fauorem quorumcunque etiam incapacium totiens quotiens eis videbitur testari, & tam inter viuos, quam causa mortis disponere, eaq; donare, & legare, libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem concedere:

Moderationem vide Pij v. cõst. 90. Quæ ordini.

Necnon quibusuis personis ratione debitorum, seu excessuum & delictorum

delictorum per eos vbilibet contractorum & perpetratorum, etiam si banniti fuerint saluum conductum, & fidem publicam ad tempus, de quo sibi videbitur, aut ad beneplacitum suum cum dilicta eorum, cui sibi videbuntur dierum, tam in eadem Vrbe, quam in quibusuis status prædicti ciuitatibus, terris, oppidis, castris & locis, ita vt tempore seu beneplacito huiusmodi durante tibi tute, seu secure, & absque aliquo impedimento degere, nec ab aliquo molestari possint, arbitrio suo etiam concedere liberè, & licitè valeat plenam, liberam, & omnimodam apostolica auctoritate, & apostolicæ potestatis plenitudine prædictis de simili consilio, & assensu concedimus facultatem & potestatem, habituri ratos, & gratos processus, & sententias, quas Regens & Viceregent ac Locumtenentes sui prædicti pro tempore habuerint, & tulerint, ac reliqua omnia quæ in præmissis, & circa ea, ac quodlibet eorum fecerint, dixerint, mandauerint, statuerint, & ordinauerint, & faciet ea omnia auctore Domino ab omnibus vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Et saluum conductum concedendi pro debitis, & de lictis etiam Bannitis.

Hoc prohibuerat Pius 2. in eius const. 8. Ad reimendas. f. 80.

Et insuper eisdem auctoritate, & potestatis plenitudine, tam literas Leonis, & aliorum prædecessorum huiusmodi, quam omnia & singula priuilegia, indulta, facultates, iurisdictiones, & gratias officio Auditoratus, & Auditoribus prædictis quomodolibet concessa, ac cum omnibus & singulis in eisdem contentis clausulis, singulas desuper confectas literas, quorum omnium, ac singularum literarum prædictarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis, approbamus, confirmamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & inuiolabiliter obseruari debere, decernimus. Illaque omnia & singula ad officium Regentis, & Regétem huiusmodi, perinde ac si eis specialiter & expresse concessa, & pro eis seu in illorum fauoré statura, & ordinata fuissent, extendimus & ampliamus.

Confirmatio constitutionis Leonis & aliorum prædecessorum, & omnium priuilegiorum alias Auditoribus Cam. concessorum, & extensio ad officium Regentis.

Necnon statuimus, decernimus, & ordinamus, quod Capitolini & quicunque alij ipsius curiæ Iudices, etiam Cardinales causas in tribunali Regentis huiusmodi pro tempore introductas ad instantiam actoris, qui causam eandem inchoauerit, aut rei nisi sit origine Roman. & tunc nisi ante litis contestationem aut alios actus, qui pro litis contestatione habeantur, reassumere non possint, & alij qui propter incolatum, aut alias se priuilegio Romanorum gaudere prætendent, nisi opposita declinatoria fori infra octo dies a die primæ citationis. & docto de priuilegio, nequaquam audiantur. Nec eidem Regenti, seu Viceregenti in quibusuis tam ciuilibus, quam criminalibus causis adiunctus per signaturam Iustitiæ, aut Visitatores carcerum, seu alias quouismodo quam per signaturam nostram, aut pro tempore existentis Ro. Pontificis, & per commissionem nostram, aut illius manu propria signatam, Quodque cap. Odoardus, & cap. Peruenit, ac quæuis alternatiuæ, seu moratoriæ, & dilationes, etiam salmariæ per quoscunque etiam eiusdem Ro. Ecclesiæ Cardinales pro tempore decretæ obligato in forma Cameræ quoad bona nullatenus prosint, quinimo obligationes in forma Cameræ quoad bona tantum debitæ executioni demandentur, etiam post mortem debitoris, non obstante quacunque appellatione, & superinde obtenta commissione aut discussione hæreditatis vbilibet pendente, si per creditores data fuerit idonea cautio in forma depositi de restituendo id quod receperint prioribus & potioribus creditoribus in euentum succumbentiæ.

Causæ Romanorum & Incolarum non reassumantur a curia Regentis Cam. vrb. c.

Ad hoc vide Pij 4 const. 73. Dudum.

Dilationes & alternatiuæ non prosunt obligatis in forma Cameræ.

De Materia vide Clem. 7. const. 31. Cum ex multorum. fol. 335.

Et quod modernus, ac pro tempore existens dictæ vrbis Gubernator eidem Regéti obsequium & reuerentiam, Viceregenti vero & Locumtenentibus prædictis in auxilium in ijs quæ officium Regentis huiusmodi concernent, necnon Viceregens & Locumtenentes præfati debitum, & dictæ Vrbis Barisellus de parendo eidem Regenti in ipsius Regentis manibus iuramentum præstare teneantur, Necnon idem Regens, & Viceregens, ac Locumtenentes (quam donec ipsius Regentis obsequijs institerint) omnes eius familiares continui commensales, eorumque res bona, officia & beneficia quæcunque a quorumcunque etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, & aliorum ordinariorum eiusdem Ro. Eccl. Cardinalium, etiã Legatorum de latere, eorumque vicariorum, officialium, locumtenentium, & vicelegatorum, necnon vicarij nostri, & Gubernatoris, ac Senatoris Vrbis huiusmodi, & quorumuis aliorum, tam in dicta curia, quam extra eam iudicum visitatione, correctione, iurisdictione, superioritate, dominio & potestate, necnon solutione, & exactione quarumuis decimarum, etiam per nos & dictam sedem pro tempore impositarum, & cuiscunque Pedagij, & gabellæ, ac alterius, tam ordinarij, quam extraordinarij oneris vbiuis locorum, & ex quacunque quantumcunque vrgentissima causa, etiã dicta auctoritate apostolica impositi, & imponendi penitus exempti, & totaliter liberi existant. ita vt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ Ordinarij, Cardinales, Legati, Vicarij Officiales, Locumtenentes, Vicelegati, Vicarius noster, Gubernator, Senator, & alij Iudices præfati nullam in eos, aut eorum res bona, officia & beneficia etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agetur, vbicunque committatur delictum, vel ineatur contractus, aut res ipsa consistat, iurisdictionem, correctionem, visitationem, superioritatem, dominium vel potestatem exercere, aut excõmunicationes, vel alias sententias, censuras, & pœnas proferre, Necnon Collectores aut exactores decimarum gabellarum, pedagiorum, & onerum huiusmodi eos ad aliquam solutionem coarctare præsumant, sed Regens nobis immediate Viceregens vero, ac Locumtenentes etiam familiares continui commensales præfati, solum eidem Regenti subiecti existant, & processus contra præsentium tenorem pro tempore habiti, & excommunicationis, ac quæuis aliæ sententiæ desuper pro tempore latæ nullæ sint, & inualidæ, nulliusque roboris vel momenti.

Barisellus vrbis iuramentum præstare debet de parendo Regenti.

Regens Cameræ & eius Viceregens, locumtenentes, & familiares, & eorum bona a iurisdictione ordinariorum, & quorumcunque Iudicum exempti sunt.

Et etiam a solutione pedagiorum & impositionum.

Reuocationem habes in Pij 4 const. 9. Et si ea.

Quodque vt persona pro tempore existentis Regentis Cameræ huiusmodi ad instar Camerarij, & Vicecancellarij, ac Pænitentiarij prædictorum, qui diuersa Rom. curiæ officia dum pro tempore vacant personis siue beneuisis libere concedunt, peramplius honoretur, & sibi de alicuius subuentionis auxilio prouideatur ex decem officijs Notariatuum curiæ causarum huiusmodi, quæ ad nostram & pro tempore existentis Romani Pontificis dispositionem hactenus spectarunt, Quinque officia per dilectos filios Ioannem Sauium, Felicem de Romaulis Adam de Inuidia Ludouicum Reidetum, & Ioannem Barginum curiæ causarum Cameræ huiusmodi Notarios obtenta, ad meram & liberam pro tempore existentis Regentis Cameræ huiusmodi dispositionem de cætero perpetuis futuris temporibus pertineant, & spectent, Ipseque pro tempore existẽs Regens Cameræ per se, vel deputatum ab eo quinque Notariatuum officia huiusmodi cum primum per cessum vel decessum, aut priuationem, seu promotionem ipsorum Ioannis Sauij, Felicis de Romaulis, Adam de Inuidia, Ludouici Reydeti, & Ioannis Bargini Notariorum, & aliorum, qui illa obtinent, aut alias quomodolibet pro tempore obtinebunt, vacauerint, quibusuis personis de quibus sibi videbitur, per suas patentes literas, sigillo officij sui Regentis signatas concedere, & assignare: ac resignationes eorundem quinque Notariatuum officiorum huiusmodi recipere & admittere, ac officia ipsa siue per resignationem, siue per obitum illa pro tẽpore obtinentium vacauerint, soluta sibi quoad officia per resignationem vacantia huiusmodi solita cõpositione alijs, vt præfertur, etiam concedere, & assignare, ac personas ipsas ad Notariatuum huiusmodi officia recipi, & admitti facere possit, Personis quoque quibus officia Notariatuum huiusmodi per ipsum Regentem seu Vicere-

Officia quinque Notariatuum curiæ Regentis ad ipsius Regentis dispositionem spectant.

gentem,aut alium ab eo deputatum pro tempore concessa,& assignata fuerint, ab eadem officia Notariatuum absque alia nostra,aut pro tempore existentis Romani Pontificis concessione,seu assignatione,ita vt concessio & assignatio eis per ipsum Regentem, seu Viceregentem, aut alium ab eo deputatum pro tempore factæ valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis suffragentur in omnibus & per omnia, perinde ac si per

Officiales nō molestēt Regentem in præmissis.

nos ipsos,aut Romanum Pontificem prætatum factæ fuissent, recipi, & admitti debeant. Mandantes,& districtius inhibentes Camerario, Senatori, Vicario, Clericis, Procuratori Fiscali,& Barisello præfatis,eorumque singulis,ac Locumtenentibus,& Auditoribus,necnon quibusuis alijs iudicibus,& personis quocunque nomine nuncupatis,ac quouis priuilegio munitis,etiam si eiusdem S. R. E. Cardinales fuerint,sub indignationis nostræ poena,ac interdicti,necnon excommunicationis sententijs,quas si secus fecerint,eoipso incurrant, & a quibus præterquam in mortis articulo constituti, alias quam a Romano Pontifice absolui non possint, ne in obligationibus in forma Cameræ illarúmque executione, aut alijs præmissis contra earundem præsentium tenorem quomodolibet se intromittere,aut Regentem,seu Viceregentem, aut Locumtenentes præfatos super præmissis molestare præsumant.

Decretū irritās.

Ac decernentes ex nunc de similibus consilio & assensu,ac potestatis plenitudine irritum & inane,ac nullius roboris vel momenti quicquid secus super præmissis, aut circa ea quauis auctoritate, etiam a nobis,aut successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, absque expresso pro tempore

Clausula derog.

existentis Regentis consensu & licentia scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac vltimo celebrati Lateranensis Concilij, & recol. Memoriæ Innocentij IIII. contra exemptos, quæ incipit, Volentes:ac Alexandri VI. prædecessorum nostrorum, tertiam partem omnium bonorum,de quibus per quascunque personas vigore quarumcunque facultatum eis concessarum testari, vel alias disponi contigerit, eidem Cameræ pro illius necessitatibus, vel alias applicari debere disponente, ac de non tollendo ius quæsitum, & alijs ipsius Cancellariæ regulis editis & edendis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ curiæ,& palatij apostolici stylo,necnon Vrbis,& Cameræ,ac Capitolij huiusmodi, & quarumuis aliarum ciuitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, ac dilectorum filiorum Collegij scriptorum Archiuij huiusmodi, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac reformationibus,etiam nouis & nouissimis,ac decretis,& ordinationibus,ac ipsius sigilli,illiusque taxæ & emolumentorum eisdem Camerario, & Camerariatus officio applicationibus, & appropriationibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis, tam moderno, & pro tempore existenti Camerario præfato,ac scriptorum huiusmodi,& alijs dictæ curiæ officialium collegijs,quā quibusuis alijs etiā dictæ Vrbis domicellis,& baronibus,ac feudatarijs, necnon nostris, & dictæ sedis Legatis,etiam de latere, vel eorum Vicelegatis, aut nostris vbilibet existentibus Nuncijs,& ciuitatum,terrarum,oppidorum, & locorum prædictorum Gubernatoribus, ac communitatibus, vniuersitatibus,& studiorum generalium,& personis,ipsiusque Vrbis Gubernatori, vicario,& senatori,ac Capitaneis,& alijs Iudicibus,ac Procuratori Fiscali,& alijs personis quacunque dignitate ecclesiastica præditis, etiam Episcopis, vel Archiepiscopis,aut Cardinalatus honore,seu mundana & Marchionali,Ducali,Regia,vel Imperiali auctoritate,& præeminentia pollentibus,necnon Populo Romano,ac quibusuis ecclesijs,monasterijs,hospitalibus,locis,ordinibus,militijs,ac decimarum, & onerum huiusmodi exactoribus,ac quibusuis alijs per eosdem Innocentium,Iulium,Leonem,Clementem,Paulum, & Iulium,ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem eandem, etiam super applicationibus, & appropriationibus sigilli,seu illius taxæ,& emolumentorum huiusmodi Camerariatus officio, & Camerario præfatis,sub quibuscunque tenoribus & formis,ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus & insolitis clausulis,necnon irritantibus,& alijs decretis, etiam motu proprio,& ex certa scientia,ac de simili potestatis plenitudine,seu alias quomodolibet etiam in eorum inuestituris, etiam de non trahendo illos & illorum subditos extra loca, seu dominia eorum, aut alibi quam coram eorum Iudicibus, & Conseruatoribus, ac etiam super exactione decimarum,& gabellarum ,ac aliorum onerum huiusmodi, & alias quomodolibet concessis,& approbatis,ac etiam iteratis vicibus innouatis, & in posterum concedendis,approbandis,& innouandis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica,expressa,& indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes

Clausula derog.

mentio,seu quæuis alia expressio, aut alia exquisita forma seruanda foret,tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,& forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expræssis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus. Necnon sigilli,ac taxæ,& emolumentorum applicationes,ac appropriationes reuocamus,cassamus,& annullamus, ac sufficienter derogatum, ipsasque applicationes, & appropriationes reuocatas, cassatas, & annullatas esse,illasque aduersus easdem præsentes nullius roboris vel momenti fore, & esse decernimus, Necnon omnibus illis quæ dicti prædecessores in eorum literis præfatis voluerunt non obstare, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ transformationis, erectionis, institutionis, concessionis,approbationis,confirmationis, innouationis,extensionis,ampliationis, statuti,ordinationis,mandati,inhibitionis,derogationis, reuocationis, cassationis, annullationis, voluntatum, & decretorū infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, Quatto Calendas Decembris, Ponificatus nostri Anno Quarto

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Locus Signi.

Dominus mihi adiutor.

† Io.Bellayus Episcopus Ostien.	† Ego Ful.Card.Perusin.
† Ego R.Card.de Carpo Episcopus Portuen.	† Ego Io.Mi.Card.Saracenus.
† Ego F.Card.Pisanus Episcopus Tusculan.	† Ego Io.Card.Sancti Vitalis.
† Ego Fed.Card.Cæsius Episcopus Prænest.	† Ego Io.Card.Puteus.
† Ego P.Card.Episcopus Albanen.	† Ego Hie.Card.Imolen.
† Ego R.Card.S.Angeli Maior pænit.	† Ego B.Card.Tranen.
† Ego T.Card.Crispus.	† Ego Diomedes Card.Arian.

† Ego Scipio

† Ego Sripio Card. Pisarum.
† Ego Io. Card. Reomanus.
† Io. Ant. Card. S. Pancratij.
† Ego Tha. Card. Gaddus.
† Ego Vit. Card. de Spoleto.
† Ego F. Michael Card. Alexandrinus.
† Ego Clem Monilianus Card. Aræc.
† Ego G. Asc. Diaconus Card. Camer.
† Ego N. Card. de Sermoneta.
† Ego Ia. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. s. Georgij.
† Ego Io. Card. de Monte.
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego C. Card. Carafa.
† Vitellotius Card. Vitellius.
† Io. Baptista Card. Consiliarius

Io. Barengus.

Registrata apud Io. Secretarium.

Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, die sexta Martij, retroscriptæ literæ per me Io. Franciscum Bareogum clericum Mediolanen. Sanctitatis suæ Secretarium domesticum in eius Consistorio secreto, coram Sanctitate sua, & Reueuerendiss. D. Cardinalibus inibi consistorialiter coogregatis publicatæ, ac de verbo ad verbum lectæ fuerunt. Publicatio.

Ita est. Io. Frandiscus Barengus, qui supra.

Admissæ & registratæ in Camera apostolica ex decreto præfatæ Cameræ apud me Nicolaum Doria, die octauo mensis Martij, millesimo quingeotesimo quinquagesimo oono a Natiuitate.

Nicolaus Doria.

X X X V.

Regentis Cameræ apostolicæ Officiom nuper erectum, confertur Alfonso Carafæ Cardinali de Neapoli nuncuparo.

Ad quod vide constitutionem præcedentem.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Alfonso sancti Nicolai inter imagines Diacono Cardinali de Neapoli nuncupato S. R. E. Cameræ apostolicæ Regenti, salutem & apostolicam benedictionem.

EXIMIA tuæ circunspectioni fides & iotegriras, necnon iustitiæ cultus, domus Dei zelus, ac probata modestia, & io omnes humanitas, atque in rebus gerendis dexteritas, ceteræque virtutes, quibus personam tuam illarum largitor altissimus multipliciter iosigniuit nobis spem præstant indubiam, quod ea quæ tibi duxerimus committenda, fideliter, diligenter, & prudenter exequeris. Sane officio S. R. E. Cameræ apostolicæ Regentis, quod hodie pro vno ipsius Romanæ ecclesiæ cuiusuis ordinis Cardinali, qui in nostris & pro tempore existentis Romani Pontificis manibus fidelitatis debitæ præstaret iuramentum, & officium ipsum sibi per nos, seu dictum Romanum Pontificem pro tempore concessum, absque dispensatione apostolica ad eius vitam obtineret, & per se, seu Viceregentem ab eo pro tempore deputatum, ac in ciuilibus & criminalibus Locumtenentes exerceret, De venerabilium fratrum nostrorum eiusdem Romanæ ecclesiæ Cardinalium coosilio & vnaoimi assesu, apostolica auctoritate creaimus, & instituimus, prout in oostris inde confectis literis plenius continetur ab eius primæua erectione & iostitutione huiusmodi vacante: Nos cupientes officium huiusmodi tali committere personæ, quod per eius laudabile studium salubriter regatur, & feliciter gubernetur, & sperantes quod tu, qui etiam noster secundum carnem pronepos existis, officium ipsum gratia tibi assistente diuina, pruderter diligenter & fideliter reges, & gubernabis, Habita super his cum eisdem fratribus nostris matura deliberatione de similibus consilio & assensu officium prædictum sic vacans cum officio correctoriæ archiuij Romanæ curiæ & alijs illi aoneais, necnõ omnibus, & singulis illi concessis, & attributis honoribus, oneribus, priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, iuribus, obueotionibus, & emolumeotis, tibi per te quoad vixeris, & Viceregentem, ac Locumtenentes prædictos exercendum, apostolica auctoritate, & de apostolicæ potestatis plenitudine concedimus, & assiguamus: teque in Regentem S. R. E. Cameræ apostolicæ assumimus, creamus, constituimus, & deputamus, ac tibi curam, regimen, & administrationem, ac liberum exercitium officium Regentis huiusmodi plenarie committimus. Quo circa tibi per apostolica scripta mandamus, quatenus onus regiminis, & administrationis officij Regentis huiusmodi prõpta deuotione suscipiens officium ipsum, iuxta datam tibi a Domino prudentiam per te & Viceregentem, ac Locumteneotes tuos, sic exercere studeas solicite, fideliter & prudenter, quod officium Regentis huiusmodi gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeat se commissum, & quos speramus optati fructus inde succedant: tuque præter æternæ retributionis præmium nostram, & apostolicæ sedis benedictionem & gratiam vberius consequi merearis. Necnon omnibus & singulis ad quos spectat, vt te ad officium Regentis S. R. E. Cameræ huiusmodi recipiant, & admittant, tibique tanquam vero eiusdem S. R. E. Cameræ Regenti, in omnibus ad officium ipsum spectao, pareant, & obediant, ac de iuribus, obuentionibus, & emolumentis præfaris integre respondeant, & responderi faciãt. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Cameræ iuramento, confirmatiooe apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & coosuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod antequam officium Regentis huiusmodi exerceas, iuramentum prædictum in manibus nostris vt præfertur, præstare tenearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, assumptionis, erectionis, constitutionis, deputationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atteotare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorom Petri & Pauli apostol. eius se oouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, anno Iucarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quarto Cal. Decemb. Pontif. nost. anno quarto.

[Margin notes: E erit hic Pont. Officium Regentis Cameræ apost. & vni ex Cardinalibus conferri Ratum in preced. constit. — Et modo idem Officium cõfert Alfonso Carafa Cardinali. — Clausula derog.]

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Locus Signi.

Dominus mihi adiutor.

† Ego Io. Bellayus Episcopus Ostien.
† Ego R. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
† Ego F. Card. Pisanus Episcopus Tusculan.
† Ego. Fed. Card. Cæsius Episcopus Prænest.

Ego P.

† Ego P. Card. Episcopus Albanen.
† Ego R. Card. S. Angeli, Maior Pœnit.
† T. Card. Crispus.
† Ego Ful. Card. Perusin.
† Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
† Ego Io. Card. sancti Vitalis.
† Ego Ia. Card. Puteus.
† Ego Hie. Card. Imolen.
† Ego B. Card. Tranen.
† Ego Diomedes Card. Arian.
† Ego Scipio Card. Pisarum.
† Ego Io. Card. Reomanus.
† Ego Io. Ant. Card. sancti Pancratij.
† Ego Ta. Card. Gaddus.
† Ego Vit. Card. de Spoleto.
† Ego F. Michael. Card. Alexandrin.
† Ego Clem. Mnnialius Card. Arac.
† Ego G. Asc. Diaconus Card. Camer.
† Ego N. Card de Sermontea.
† Ego Ia. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. sancti Georgij
† Ego In. Card. de Monte.
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego C. Card. Carafa.
† Ego Vitellocius Card. Vitellius.
† Ego Io Baptista Card. Consiliarius.

Io. Barengus.

Barengus.

Registrata apud Io. Secretarium.

Publicatio in cōsistorio.

Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, die sexta Martij retroscriptæ literæ per me Io. Franciscum Barengum Clericum Mediolanen. Sanctitatis suæ Secretarium domesticum in eius Consistorio secreto, coram sanctitate sua, & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus inibi consistorialiter congregatis publicatæ, ac de verbo ad verbum lectæ fuerunt. Ita est Io. Franciscus Barengus qui vt supra.

XXXVI.

Reuocatio regressuum & accessuum Cardinalibus ad plures Ecclesias Cathedrales, & Declaratio circa possessionem coram vigore capiendam

Aliam reuocationem habes infra in Pij v. const. 136. Romani Pontificis prouidentia.

Prohibitiones verò de cætero illus concedendi, extendendi, aut transferendi habes in Conc. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 7.

PAVLVS Papa Quartus, ad futuram rei memoriam.

AD Romani Pontificis auctoritatem pertinet, vt quæ per eum consulto fiunt, suum plenarium consequantur effectum, nec prætextu ignorantiæ, aut alias quomodolibet cauillentur. Nuper siquidem in Consistorio nostro secreto, venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus astantibus, & audientibus decretum fecimus tenoris subsequentis. Sanctissimus Dominus noster attendens nonnullos ea S. R. E. Cardinalibus, qui ea decreto fel. rec. Pauli Papæ III. Sanctitati suæ prædecessoris, vltra ecclesiam tituli, seu denominationis suæ vni tantum ecclesiæ Cathedrali præesse, aut eam in administrationem obtinere permittuntur, ad plures cathedrales, etiam Metropolitanas, & Patriarchales ecclesias regressum, seu accessum in diuersos euentus sibi apostolica auctoritate concedi obtinuisse, & indies obtinere, ad hoc vt regressu, seu accessu huiusmodi effectum sortiente, regimini, & administrationi ipsarum ecclesiarum, seu earum regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi non habita, iuri & facultati regrediendi, seu accedendi huiusmodi in fauorem personarum eis gratarum, & acceptarum ad eorum libitum cedere possint, in ordinis ecclesiastici confusionem, & dicti decreti eneruationem, atque ecclesiarum, quæ interdum personam magis vtilem, & idoneam requirunt, læsionem, ac Christifidelium scandalum non modicum. Et propterea volens, quantum cum Deo potest, præmissis salubriter occurrere, statuit decreuit, & ordinauit, quod de cætero perpetuis futuris temporibus alicui Cardinali non nisi vnus regressus, seu accessus ad Patriarchalem, seu Metropolitanam, vel aliam cathedralem ecclesiam concedi possit. Et qui ex eisdem Cardinalibus ad præsens regressum, seu accessum ad plures cathedrales ecclesias habent, si præsentes in curia existunt, infra quindecim dies, si vero extra eam in Italia degunt, infra vnum, reliqui vero in Gallia, Germania, aut Hispania commorantes, infra duos menses proximè futuros vnam ecclesiam cathedralem, ad quam vigore regressus, seu accessus sibi ad illam concessi, in illius euentum regredi seu accedere malint eligere, & nominare, electionemque, & nominationem huiusmodi manu propria subscriptam, & sigillo suo munitam Senescallo, seu Custodi Cancellariæ apostolicæ, per eum in quinternum ipsius Cancellariæ de verbo ad verbum describendam transmittere, ac postquam regressui, seu accessui prædicto locus fuerit, infra vnum mensem ea tunc computandum, si alteri ecclesiæ cathedrali præfuerint, aut aliam ecclesiam cathedralem in administrationem obtinuerint, eam vel aliam ad quam regressum seu accessum habuerint in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, absque vlteriori sibi desuper concedendo regressu, vel accessu, ne hereditariam possessionem ipsius ecclesiæ vsurpare velle videantur, realiter, & cum effectu dimittere omnino debeant quod si non dimiserint, ambæ ecclesiæ eo ipso vacent, & vtrique earum de præsule idoneo per ipsum Romanum Pontificem prouideri possit. Reuocans, cassans, & annullans ea nunc omnes & singulos regressus, & accessus ipsis Cardinalibus ad quamcunque, præterquam per eos, vt præfertur, eligendam & nominandam cathedralem ecclesiam, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis efficacissimis, etiam motus proprij, & certæ scientiæ, ac plenitudinis potestatis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet concessis, ac decernens ea nunc irritum & inane quicquid illorum prætextu contra præmissa scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et licet decretum ipsum per infrascriptum secretarium nostrum eisdem Cardinalibus alta & intelligibili voce in dicto consistorio lectum & publicatum fuerit, quia tamen postmodum recognouimus per illud incommentibus, quæ occasione regressuum, & accessuum huiusmodi contingunt, præsertim in eo quod facultatem tribuunt possessionem, seu quasi regiminis & administrationis ecclesiarum sub ipsis regressibus, seu accessibus comprehensarum propria auctoritate apprehendendi plene prouisum non esse, cum sæpius possessionem huiusmodi etiam inscio Romano Pontifice, ad quem ecclesiarum omnium vniuersalis

pertinet

Pauli 4. decretū istud hic non habes.

Statuit hic Pōt. quod Cardinales regressum vel accessum ac vnicā tantum ecclesiā habere possint, & habētes ad plures, vnam eligāt, & alias dimittāt vt hic.

Imo de cætero concedi prohibuit conc. Tridē. sess. 25 de Reformat. cap. 7.

Reuocat itq. regressus & accessus ipsis Card. cōcessos ad alias ecclesias.

pertinet cura, apprehendant: Nos incouenientibus prædictis occurrere, & decretum nostrum, quo ad hoc ampliare volentes statuimus, decernimus, & ordinamus, quod nullus Cardinalis de cætero vigore cuiusuis regressus, seu accessus et ad quamcunque Cathedralem, seu Metropolitanam, vel Patriarchalem ecclesiam quomodolibet concessi, etiam si id sibi ea tenore ipsius regressus, seu accessus libere permittatur, possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis eiusdem ecclesiæ absque expressa nostra, seu pro tempore existentis Romani Pontificis licentia in scriptis obtenta, apprehendere præsumat. Decernentes ea nunc prout ex tunc, si possessio ipsa absque licentia huiusmodi apprehendatur, eandem ecclesiam eo ipso vacare, & nihilominus irritum & inane quicquid secus superinde a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et vt decretum ac literæ huiusmodi ad communem omnium interesse habentium notitiam deducantur, volumus easdem præsentes litteras decretum ipsum, cui fidem adhiberi volumus, vt præfertur, continentes, in valuis basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ, ac acie campi Floræ per aliquos ea cursoribus nostris affigi, & publicari, vt decretum & literas huiusmodi quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicent, nec ij quos illa contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ea ignorauerint, vllam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, quod eis remaneat incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die quarta Decembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Et modo prohibet eisdem ne vigore cuiuscunq. regressus possessionem ecclesiarum capiant absq. licentia Pontificis.

Decretū irritans

Forma publicandi hanc constit. Quā publicatio nem posui hic.

Io. Barengus.

Publicata fuit die 7. Decembris, locis supradictis per nos Martinum N. & Thomam Reger Cursores.

Publicatio.

XXXVII.

Reuocatio facultatum reuidendi, & expurgandi Libros Hebræos, quibuscunque concessarum.

De Materia autem Hebræorum posui concord. sup. in Pauli 3. const. 29. Cupientes, fol. 415.

PAVLVS Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam.

APOSTOLICAE Sedis prouidentia circunspecta nonnunquam ea quæ consulte statuerat, ex saniori iudicio consultius reuocat, prout ex rerum euentu conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem fel. rec. Iulius Papa III. prædecessor noster, dilecto filio Iacobo Giraldini laico Maceraten. qui, vt dictus prædecessor acceperat, in Italia linguæ & legis Hæbraicæ professor existebat, & de Iudaica cæcitate, ad veri luminis agnitionem sacrum Baptisma suscipiendo, diuina dispositione peruenerat, in honorem & augmentum religionis Christianæ, & vt dictus Iacobus quoad viueret in ea commodius sustentari valeret, omnes, & quoscunque, nullis prorsus exceptis, libros, scripturas, & documenta Hebræorum, tam in Synagogis, & archiuijs, quam alijs publicis, & priuatis locis almæ Vrbis, & aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum eidem prædecessori, & S. R. E. mediate vel immediate subiectorum existentia, tam manuscripta, quam impressa, & ex tunc de cætero imprimenda, reuidere posset, apostolica auctoritate concessit, eumque in quacunque controuersia, seu differentia, quæ in expurgatione dictorum librorum inter Christianos & Hebræos occurrere, interpretem elegit, & deputauit, necnon sub excommunicationis pœna vnicuique etiam in libris, seu lingua huiusmodi perito, ne in reuisione, & interpretatione huiusmodi se intromittere, aut dictum Iacobum quouis quæsito colore impedire, vel perturbare auderet, vel præsumeret inhibuit, ac tunc & pro tempore existenti Cameræ apostolicæ Thesaurario mandauit, vt omnibus iuris & facti remedijs Hebræos huiusmodi, & illorum superiores, atque vniuersitatem, tam coniunctim, quam diuisim ad libros, scripturas, & dogmata sua hebraica in medium exhibendum. Et eidem Iacobo de salario competenti, seu alij sibi alias pro lectura in Ciuitate Maceraten. assignato simili respondendum cogeret, prout in nostris inde confectis literis, cum dictus prædecessor antequam eius literæ desuper conficerentur, sicut Domino placuit, rebus fuisset humanis exemptus, plenius continetur. Cum autem inconueniens & periculosum existat, vt reuisio & expurgatio librorum huiusmodi particulari personæ committatur, præsertim cum aliqui inde occasionem arripere possint, præsumendi quod errores, superstitiones, & deliramenta in ipsis libris contenta, si per expurgationem huiusmodi abolita non fuerint, per nos, & dictam sedem approbentur. Nos præmissis occurrere volentes, prædictas & quascunq; alias similes concessiones, electiones, & deputationes quibusuis alijs, tam christianis, etiam clericis secularibus, vel quorumuis ordinum regularibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis dignitatis, & præeminentiæ existentibus, quam Hebræis etiam ad fidem Christi conuersis per dictum prædecessorem, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem eandem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet factas, earum & literarum super eis confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis & insertis habentes, dicta auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, & pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis, viribusque penitus vacuis habemus, & ab alijs haberi, easq; nemini suffragari posse, aut debere decernimus. Districtius inhibentes Iacobo & alijs tam Christianis, quam Iudæis Præfatis, ne concessionibus, electionibus, & deputationibus huiusmodi vti, aut in aliquo se iuuare, vel earum prætextu aliquid facere, aut attentare præsumant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die quartadecima Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Iacobus Giraldini Iudæus ad fidem conuersus est

Iliq. Iulius 3 dedit facultatem reuidēdi, & expurgandi libros Hebræos, & assignauit eisdem salarium. Quod erat ducat. 200. & iste Pont. assignauit Catheeumenorum Vrbis Collegio, vt hab. sup. in const. 24. Cum sicut accepimus dudum, fol. 599.

Hic autem Pōt. ex causis hic expressis reuocat dictas facultates Iacobo, & alijs concessas.

Io. Barengus.

Die vigesimaquarta mensis Aprilis millesimi quingentesimi quinquagesimi noni, præsentes literæ apostolicæ in forma Breuis expeditæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, & ad valuas, seu portas Palatij Sanctæ Inquisitionis, ac in acie campi Floræ, vt moris est, dimissis copijs affixis in locis supradictis per me Thomam Roger Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem.

Publicatio.

Honofrius Montargull. Magister Cursorum.

De Ambientibus

XXXVIII.

De Ambientibus Papatum, aut viuente Papa, de futuro Pontifice eligendo tractantibus, eorumque & complicum, ac fautorum pœnis.

De Materia autem electionis Pontificis habes supra in Iul. 2. constit. 2. Cum tam diuino, fol. 149. & infra in Pij 4. constit. 81. In Eligendis.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM secundum apostolum, nemo debeat sibi honorem assumere, sed qui tanquam Aaron vocatus a Deo, facile ab omnibus iudicari potest, quam grauiter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores, quam superiores dignitates ecclesiasticas, & ipsam denique beati Petri sedem, ac apostolicæ dignitatis culmen & apicem a Deo Optimo Maximo, a quo omnia bona procedunt, nulla prorsus humana ope, nec cuiusuis auxilio, consilio, vel fauore interueniente, prouenire non arbitrantur, sed illas tamquam venales, aut alias in dispositione mortalium constitutas, diuersis modis, & medijs ambire, & assequi, seu potius vsurpare præsumunt. Nam vt Romanæ & cuiuslibet alterius, tam ante, quam post Domini Dei, & Redemptoris nostri Iesu Christi in terris aduentum, benè institutæ reipublicæ de ambitu, & contra ambitus reos sanctissimè promulgatas, & inuiolabiliter obseruatas leges, ad præsens omittamus, nonne huiusmodi detestabile ambitus scelus, etiam iure diuino grauissimè punitur, cum Absalon, qui regnum genitoris sui adhuc viuentis ambiebat, ex mulo cui insederat eleuatus, capillis capitis sui quercui suspensus remansit, & a Ioab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud sacrorum Conciliorum a sancta Dei Ecclesia receptorum, & approbatorum auctoritas diuersimodè detestatur, & punit, cum quemcunque presbyterum, aut diaconum, seu clericum, qui Papa incolumi, & eo inconsulto subscriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pictatia promittere, seu sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis, aliquid deliberare, & decernere præsumpserit, loci sui dignitate, & communione priuandum, anathematisque pœna plectendum censeat, & propter occultas fraudes, & coniurationum huiusmodi secretas insidias, si quis harum actionum particeps, consilia eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam ecclesiæ deferat, & rationali probatione conuincat, eum non solum ab omni culpa purgatum remanere, verumetiam remuneratione non indigna subleuari velit, & statuat, & exinde non modo sacrorum canonum, sed etiam secularium legum interpretes peritissimi & probatissimi, ambientes Papatum, aut super eo Papa viuente, & inconsulto, tractantes, seu conuenticulas facientes, crimen læsæ maiestatis in primo capite, & simoniacæ hæreseos incurrere decreuerint, non sine clara, & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis, eo non consentiente, ab vtroque iure prohibeatur, & reprobetur, præsertim cum inde præstetur votum captandæ mortis, quod sacri canones, & venerandæ leges passim abhorrent, & detestantur. Accedit quod cum inter Pontificem, & ecclesiam contrahatur spirituale coniugium, quod fortius est carnali, grauissimæ pœnæ ex vtriusque

Causa istius constitutionis.

iuris censura imponuntur ijs, qui constanti matrimonio, de alio coniuge tractare præsumunt. Quare cum peccatis exigentibus, plures indies beati Petri sedem, nobis viuentibus, & inconsultis, ambire, & conuenticulas superinde facere dinoscantur, & ad hoc suffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodam modo subharrare procurent, & satagant; Nos cupientes huiusmodi detestabile ambitus, & illi coniuncta simoniacæ hæreseos, & læsæ maiestatis crimina, non solum nostris, sed etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium temporibus perpetuo abolere, & non solum ex vsu, sed etiam ex mentibus hominum, præsertim in electione Romani Pontificis, qui Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi in terris Vicarius existit, radicitus euellere, & in præmissis pro tantæ rei necessitate, & periculi magnitudine, vt tenemur, salubriter prouidere, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris ipsius S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, hac nostra perpetuo valitura constitutione, apostolica auctoritate, & de

Confirmatio, & innouatio pœnarum quomodolibet promulgatarum, contra ambientes papatum &c.

nostræ apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & pœnas dudum a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut sacris Concilijs, seu sanctorum Patrum nostrorum decretis, statutis, capitulis, canonibus, constitutionibus, & ordinationibus contra sic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas, approbamus, & innouamus, ac perpetuo obseruari, & in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere. Necnon quoscunque in præmissis, tam nostro, quam successorum nostrorum prædictorum tempore, publicè, vel occultè, aut alias quomodolibet delinquentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, seu Cardinalatus honore, vel mondana, etiam Ducali, Regali Reginali, aut Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorũ quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, vt quos Dei timor a malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem coherceat seueritas disciplinæ, de similibus consilio, & assensu, ac auctoritate, & plenitudine potestatis volumus, & declarando statuimus, ordinamus, & decernimus, quod sententijs, censuris, & pœnis prædictis in suis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus, omnes, & singuli, tam clerici, quam vtriusque sexus laici, qui per se, vel alios no-

Pœna tractantiũ de eligendo futuro Pontifice viuente, & inconsulto Papa.

bis viuentibus, & inconsultis, verbis, vel scriptis, aut nuncijs cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hactenus tractarunt, vel tentarunt, seu in posterum, Romano Pontifice viuente, & inconsulto tractabunt, vel tentabunt, etiam si, vt præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi existant, sint ipso iure, & facto, absque alia desuper ferenda sententia excommunicati excommunicatione maiori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione, & maledictione huiusmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in mortis articulo, absolui non possint, incurrerintque, & incurrant respectiuè crimen simoniacæ hæreseos, & læsæ maiestatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Episcopalis, Archiepiscopalis, & Patriarchalis, ac cuiusuis alterius maioris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, ac omnium & singularum ecclesiarum cathedralium, etiam Metropolitan. & Patriarchalium, monasteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, ac

quorumuis

quorumuis ordinum regularium per eorum quemlibet obtentorum, necnon quorumuis fructuum, redditiuum, &
prouentuum ecclesiasticorum ac pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus re-
seruatorum, & assignatorum, ac Regnorum, Dominiorum, feudorum, & bonorum spiritualium, & temporalium,
vel mistorum, etiam patrimonialium, & allodialium, necnon iurium patronatus & iurisdictionum quarúcumq;
careantq; voce actiua, & passiua, ac effecti sint, & efficiantur respectiue perpetuo inhabiles & incapaces omniũ
dignitatum, honorum, bonorum, iurium, & legitimorum actuum, perpetuaq; infamia vbique gentium sint nota-
ti, & notentur respectiue, nec infamia huiusmodi ab eis aboleri, neq; ipsi vllo vnquam tempore ad vocem, digni-
tates, honores, bona, iura, & actus huiusmodi, nisi ex speciali verbo, & mandato nostro, seu Romani Pontificis
pro tempore existentis, nostra, seu illius manu propria subscripto, ac specifica, & indiuidua reatus, & culpæ suæ
qualitate expressa restitui possint. Quodq; similes sententias, censuras, & pœnas respectiue incurrerint, & in-
currant ipso iure & facto, ac sine alicuius sententiæ prolatione, omnes, & singuli, etiam vt præmittitur, qualifi-
cati, & dignitatibus huiusmodi præditi, cuiusuis sexus, & ordinis existant, qui per se, vel alium, seu alios a die no- Pœna eorũ complicũ & fautorũ.
stræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis vsq; in hanc diem in præmissis, aut eorum aliquo quoduis au-
xilium, consilium, vel fauorem, seu operam verbis vel scriptis, aut re, vel facto, seu promissione, pollicitatione,
suasione, vel his omnibus insimul, aut quouis alio modo directe vel indirecte, principaliter vel incidentaliter
præstiterunt, seu in futurum quouis etiam successorum nostrorum Romanorum Pontificum tempore præstabũt,
aut in præmissis mediatores, proxenetæ, nuncij, mandatarij, procuratores, seu trapezitæ fuerunt, vel in posterum,
vt præfertur, erunt seu alias se in præmissis quouis modo intromiserunt, vel immiscuerunt, seu in posterum etiã
tempore successorum huiusmodi habebunt, nisi ea nobis, aut successoribus nostris, quorum tẽpore id continget,
vel alteri, cui id per nos, vel successores prædictos commissum fuerit, per se, vel alium seu alios cum primum cõ-
mode potuerunt reuelauerint, etiam si in præmissis aliquod aliud auxilium, consilium, vel fauorem, aut opem
non præstiterint, Nos enim iis qui præmissa reuelauerint, etiam si complices fuerint, non solum veniam, sed etiã Præmia reuelantium.
gratiam, & præmia pollicemur, prout etiam successores nostros præfatos facturos esse confidimus, ad hoc vt eo-
rum iudicio, participes tanti criminis valeant coerceri: Et si quis vllo vnquam etiam dictorum successorum no- Pœna dicentiũ de iniustitia, vel inualiditate huius constit.
strorum tempore præsentes literas, & in eis contenta quæcũque iniusta, illicita, vel iniqua existere, aut in toto,
vel in parte non valere, seu aliquo tempore non valitura esse, vel à nobis sic fieri non potuisse, aut non debuisse,
ausu temerario asserere præsumpserit, cuiuscunq; dignitatis existat, etiam si Cardinalatus honore, aut Regia, vel
Imperiali præeminentia, & excellentia præfulgeat, ipso iure & facto anathematis mucrone percussus sit, & con
tra eum, tanquam vere schismaticum, & hæreticum, inquiri, & tanquã talis puniri, eiusq; memoria damnari pos-
sit. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon cuiusuis conclauis capitulis, etiam
iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Clausula derog.
Apostolicis sub quibuscũq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq;
efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, quibusuis personis sub præsentibus com
prehensis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam etiam motu
proprio, & ex certa scientia, ac simili potestatis plenitudine, aut consistorialiter seu alias quomodolibet cõces-
sis, & etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis (Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti deroga-
tione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non au
tem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita
forma seruanda esset, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita
obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dũ-
taxat specialiter & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus) ceterisq; contrarijs qui-
buscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, nec aliquis earum
ignorantiam prætendere valeat, volumus eas in basilicæ principis apostolorum de Vrbe & Cancellariæ apo-
stolicæ valuis, ac acie Campi Floræ, per aliquos ex Cursoribus nostris publicari, earumque copiam inibi affi- Forma publicandi hãs cõst. quã his uen habet.
xam dimitti, necnon publicationem, & dimissionem copiæ affixæ huiusmodi sufficere, & omnes quos eædem
litteræ tangunt arctare perinde, ac si eis personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, declarationis, statuti, ordinationis, deroga-
tionis, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præ-
sumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-
surum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo quinqua-
gesimo octauo, decimoseptimo Kal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno quarto.

Barengus.

XXXIX.

Reuocatio licentiarum legendi libros hæreticos, & reprobatos, & Prohibitio illos tenendi, legendi, imprimendi, aut venales habendi.

De hac materia vide infra in Pij 4. const. 108. Cum inter crimina. vbi notabo.

PAVLVS Papa Quartus Ad futuram rei memoriam.

QVIA in futurorum euentibus adeo humani fallitur incertitudo iudicij, vt quod verisimili conie-
ctura vtile videbatur, progressu temporis damnosum appareat: nonnunquam Roman. Pontifex, quod
consulte statutum esse videbatur, consultius reuocat, prout temporis, & personarum qualitate pensa-
ta in Domino conspicit salubriter expedire; Innotuit siquidem nobis quod diuersi tam clerici seculares, & di-
uersorum ordinum regulares, quam laici, qui se Lutheranis, & alijs huius seculi hæreticis resistere, & eorum
errores, ac falsas opiniones confutare posse præsumebant, & ad hoc ipsorum hæreticorum libros legendi fa-
cultatem sibi a sede Apost. concedi extorserant, se lectioni librorũ huiusmodi ita dederũt, vt propriæ innitẽtes Causa istius constitutionis.
prudentiæ, & a recta Domini via aberrantes, ipsorũ hæreticorum fallacijs, & superstitiosis, ac falsis adinuentio-
nibus irretiti remanserint, & qui alios ab erroribus reuocare temere arbitrabantur, ipsi in puteũ interitus pro-
lapsi sint. Nos cõsiderãtes, quod Spũs vbi vult spirat, & quod sine eius numine nullũ bonũ prouenit, propterea sa

 cius

tius esse cum simplicitate cordis ad eum recurrere, & cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis & a sancta Romana Ecclesia approbatis libris exquirere, quam falsitates Hæreticorum per lectionem eorum librorum detegere velle, volentes præmissis inconuenientibus, quantum cum Deo possumus, occurrere, & ne similia de cætero contingant, opportune prouidere, omnes & singulas licentias, & facultates legendi libros hæreticorum, seu de hæresi suspectos, aut a nobis, seu generalibus hæreticæ prauitatis in fide ... specialibus, aut Regnis deputatis Inquisitoribus damnatos & reprobatos quibuscunque tam clericis secularibus, ut præfertur, regularibus, quam laicis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ ... etiam si Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali Patriarchali, primitiali, aut alia maiori ecclesiastica ... dignitate, seu etiam Cardinalatus honore, vel mundana etiam Marchionali, Ducali, Regia, vel Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant (generalibus Inquisitoribus præfatis duntaxat exceptis) per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos etiam viuæ vocis oraculo, & sedem prædictam, seu eius Pœnitentiarium maiorem, vel quosuis ordinarios aut diœcesanos, seu alios, etiam per literas apostolicas in forma breuis, seu sub plumbo expeditas, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, ac ex quibuscunque causis, seu prætextibus, etiam motu proprio, & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine, & alias quomodolibet concessas, apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, & pro reuocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, easque nemini suffragari posse, aut debere decernimus, Omnibus & singulis clericis, & laicis etiam, vt præfertur, qualificatis, non tamen generalibus inquisitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos specialiter iniunctum fuerit, S. R. E. Cardinalibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ alijsque sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, & etiam temporalibus in legentes libros huiusmodi hactenus latis & promulgatis, a quibus non nisi a nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu singulis inquisitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo absolui possint, districtius inhibentes, ne libros huiusmodi ex quauis causa, vel prætextu, publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere præsumant: ac mandantes eisdem sub censuris, & pœnis prædictis, vt infra terminum eis a singulis inquisitoribus huiusmodi per eorum publicum edictum locis affigendum publicis statuendum libros ipsos officio inquisitionis hæreticæ prauitatis huiusmodi omnino consignent: Et qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, aut venales habentes sciuerint, id quod sciuerint, ac nomina & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum prædicto officio omnino reuelent, & notificent. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest notitiam deducantur, eas in basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ valuis, ac acie campi Floræ per aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, ac earum copiam inibi affixam dimitti volumus. Et nihilominus omnibus & singulis venerabilibus fratribus Episcopis, Archiepiscopis Patriarchis, & Primatibus, alijsque locorum ordinarijs & diœcesanis in virtute sanctæ obedientiæ iniungentes, & mandantes, vt in eorum diœcesibus, ciuitatibus, & prouincijs absque aliqua requisitione eis desuper facienda præsentes literas, seu earum transumptum manu notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curiæ ecclesiasticæ munitum publicent, & publicari faciant, ad hoc vt nemo earum ignorantiam prætendere, aut contra eas excusationem aliquam afferre valeat, Nos enim transumpto sic, vt præfertur, subscripto & sigillo munito, eam prorsus fidem adhiberi volumus, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si originaliter exhiberentur. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima prima Decembris, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, Pontificatus nostri anno quarto.

Io. Barengus.

Reuocatio licentiarum legendi libros reprobatos quibuscunque, præterquam Inquisitoribus generalibus concessarum.

Prohibitio legendi eosdem libros aut tenendi, imprimendi, ac venales habendi, sub pœnis hic expressis.

Monitio vt iidem libri Officio Inquisitionis consignentur.

Et inobedientes reuelentur a scientibus.

Clausulæ derog.

Forma publ. huius const. Quæ publ. non inueni.

Ordinarii publicent hanc const. in eorum Diœces.

XXXX.

De Festiuitate Cathedræ sancti Petri Apostoli Romæ, singulis annis die 18. mensis Ianuarij sub duplici officio solemniter vbique celebranda.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INEFFABILIS diuinæ prouidentiæ altitudo, quæ nullis inclusa limitibus, cœlestia pariter, & terrena disponit sui recti censura iudicij, voluit vt beatus Petrus Apostolorum Princeps, cui prius a Saluatore nostro Domino Iesu Christo dictum fuerat, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, postquam Antiochiæ aliquandiu resederat, Romam veniens, Cathedram in ea construeret episcopalem, eamque viginti quinque annis regeret, & demum Simonis Magi detectis fallacijs, & elusis præstigijs, ipsoque Simone Mago superato, idem Petrus, & cum eo gloriosus Coapostolus suus Paulus vas electionis Romanam Ecclesiam plantarent, & suo sanguine consecrarent, vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, & vbi gentilium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morarentur, & quæ prius erat magistra erroris, fieret magistra veritatis, essetque ibi gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & Regia, & per sacram beati Petri Cathedram ipsa Vrbs caput orbis effecta latius præsideret religione diuina, quam antea præsedisset dominatione terrena. Verum licet Vrbs ipsa multo plus debeat eidem Petro, qui eam per Cathedram Episcopalem in ea constitutam regnis cælestibus condidit, quam illis, quorum studio prima mœnium suorum fundamenta iacta fuerunt, ex quibus is, qui illi nomen dedit, fraterna eam cæde fœdauit, festiuitatem tamen ipsius Cathedræ, quæ iuxta antiquissimorum sanctorum Patrum nostrorum testimonium quinto decimo Calend. Februarij fuit, & in diuersis orbis Christiani, & præsertim Galliæ, & Hispaniæ partibus dicta die solemniter celebratur, minime obseruet, celebrerque solum festiuitatem Cathedræ Antiochenæ, quæ Octauo Calendas Martij iuxta eorundem Patrum testimonium fuit, tamquam idem Saluator noster qui sæpius infirma elegit, vt fortia quæque confundat, non respiciens imbecillitatē nostram, festiuitatem Cathedræ, qua ipse Petrus Apostolus Romæ primum sedit, nostris temporibus celebrandā seu potius antiquæ

Sanctus Petrus, Cathedram Episcopalem Romæ constituit, eamque rexit per annos 25. & tandem cum Paulo, Vrbem martyrio consecrauit, & ideo Magistra veritatis & Orbis caput illa effecta est.

Hoc idem hab. sup. in Clem. 7 const. 8. Admonet fol. 492.

illas antiquæ celebritati restituendam reseruauerit. Quamobrem considerantes quod si in hac Vrbe Cathedram Ecclesiæ Antiochenæ pie & solemniter veneramur, iustum est etiam & conueniens, vt festiuitatem Cathedræ, qua præfatus apostolus Romæ primum sedit, eo solemnius, & magis pie celebremus, qua magis Vrbs ipsa illi tenetur, & debet, non dedignantes etiam inferiores ecclesias in hoc immitari, festiuitatem Cathedræ, qua idem beatus Petrus Romæ primum sedit, eadem die quintodecimo Calendas Februarij non solum in hac alma Vrbe verumetiam in vniuersis orbis ecclesijs, etiam in quibus illa ad præsens celebratur, sub duplici officio annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari volumus, statuimus, & mandamus, Festiuitati alterius Cathedræ, quæ dicta die Octauo Calendas Martij celebratur, nihil propter hoc detrahendo, sed illam iuxta laudabilem hactenus superinde obseruatam consuetudinem celebrari debere decernendo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo, septimo, octauo Ius Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ideo hic Pōt. festiuitatē Cathedræ. Petri Romæ, sub duplici officio celebrari iubet, sub die 18. Ianuarij singulis annis. Cathedræ autem Antiochenæ festum sub die 22. Februarij. Et ego posui in Indice festorum Palatij, quē nuper imprimi feci.

Fed. Card. Cæsius.

Io. Barengus.

Barengus.

XXXXI.

Quæcunque beneficia Pijs locis perpetuo vnita, de cætero non vacantia, Quindennia Reu. Cameræ Apostolicæ soluere teneantur, quibuscunque exemptionibus non obstantibus.

Hoc idem confirmat, & declarat Pius v. infra in eius const. 574. Apostolicæ.

De Materia autem vide notata supra in const. 25. Incumbentia, fol. 600.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECENS esse censemus, & æquum, vt qui alios in sua iustitia confouemus, Cameræ nostræ apostolicæ iura non negligamus, quinimo ea vsurpare satagentibus opportunis remedijs, etiam medio declarationis nostræ occurramus, nec patiamur illa cauillationibus, aut calumniosis litibus ea debentium in discrimen, aut dubium aliquod deduci. Nuper sane accepimus, quod licet communium seruitiorum, & annatarum exactio in recognitionem vniuersalis dominij introducta sit antiquissima, ita vt etiam peritissimi, & probatissimi iuris interpretes, qui tempore Concilij Viennensis, iam ducentis quadraginta, & vltra annis celebrati, & post illud scripserunt, expressam de ea fecerint mentionem, & asseruerint eam in dicto Concilio corroboratam fuisse & in Concilio Constantien. ante centum & quadraginta annos celebrato statutum fuerit, vt de ecclesijs, & monasterijs virorum vacantibus, & vacaturis soluerentur pro fructibus primi anni a die vacationis summæ pecuniarum in libris Cameræ apostolicæ taxatæ, quæ communia seruitia, etiam tunc nuncupabantur, de cæteris autem dignitatibus, personatibus, officijs, & beneficijs secularibus, & regularibus valorem viginti quatuor florenorum de Camera excedentibus quæ auctoritate sedis apostolicæ, non tamen vigore gratiarum expectatiuarum aut ex causa permutationis conferrentur, vel de quibus prouideretur, solueretur annata, seu medij fructus, iuxta taxam solitam. Ac fel. rec. Eugenius IIII. & Calixtus III. Ro. Pontifices prædecessores nostri super solutione mediorum, seu integrorum fructuum primi anni dictæ Cameræ ratione monasteriorum, & prioratuū, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vnitorum facienda disposuisse legātur, Et piæ memoriæ Paulus Papa II. etiam prædecessor noster, cum tam ipse, quam dicti Eugenius, & Calixtus prædecessores, ac recolendæ mem. Martinus V. & Nicolaus etiam V. ac Pius etiam II. Romani Pontifices similiter prædecessores nostri tunc sui complura diuersorum ordinum monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates, administrationes, officia, & beneficia ecclesiastica collegiatis ecclesijs earumque capitularibus mensis, seu collegijs, vniuersitatibus, & congregationibus Lateranen. & de Scopeto, seu sancti Saluatoris, ac monachorum sanctæ Iustinæ de Padua, & Montis Oliueti, sancti Augustini Canonicorum regularium, & sancti benedicti, ac Cistercien. Vallis vmbrosæ, Cartusien. ordinum, presbyterorum quoque sancti Georgij in Alga Venetiarum, & alijs domibus, hospitalibus, fabricis, & pijs locis vtriusque sexus personarum sub diuersis modis & formis apostolica auctoritate vniuissent, annexuissent, & incorporassent, applicassent, & submisissent: Et propterea monasteria, prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates administrationes, officia, & beneficia vnita huiusmodi amplius vacare non possent, & exinde dicta Camera, & collegium tunc sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ac sedis apostolicæ officiales detrimentum non modicum paterentur, per suas statuerit, ordinauerit, & decreuerit quod omnia & singula monasteria, illa videlicet quorum fructus, redditus, & prouentus ad summam centum florenorum auri de Camera secundum communem extimationem ascendebant annuatim, siue in libris eiusdem Cameræ taxati reperiebantur communia & minuta seruitia, aliaque iura debita & consueta, tam Cameræ & collegio, quam officialibus prædictis, reliqua vero monasteria, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, & beneficia, vt præfertur, vnita, pro quibus dictæ Cameræ annatas, seu alia iura solui consueuerant, vel debebant, annatam siue medios fructus vnius anni eidem Cameræ soluere tenerentur, & deberent, & quod de vnionibus monasterijs, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, & beneficijs, vt præfertur, vnitis, a quorum vnionum tempore postquam illæ fuerant sortitæ effectum, quindecim anni effluxerant, infra annū tunc secuturum, & singulis quindecim annis in futurum communia, minuta seruitia, & alia iura, seu annatas, & medios fructus huiusmodi soluere astringerentur, & ad id ij, quorum interérat, infra ipsius anni spatium se in eadem Camera efficaciter obligare deberent cū effectu, alioquin si a solutione, & obligatione præmissis cessare præsumpsissent, vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & submissiones prædictæ haberētur penitus pro infectis, & sic vnita monasteria, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates, personatus, administrationes, officia, & cuiusuis qualitatis, aut generis beneficia tanquā vere vacantia possent a dicta sede libere impetrari & canonice obtineri, ac si

Annatarum exactio in recognitionem dominij introducta fuit antiquitus.

Concilium Vienen. & Constantien. talem exactionem approbarunt.

Eugen. 4. & Calixt. 3. idem fecerunt.

Paul. 2. statuit de beneficijs pijs locis vnitis, & de cætero non vacan. quindennia solui Cam. apost. vt in eius const. 8. Decet, fol. 55.

vniones ipsæ,& super eis confectæ literæ, ac processus habiti per easdem,& quæcunque inde secuta nullatenus emanassent, Et sanctæ mem. Iulius Papa similiter II. prædecessor noster, accepto quod ex prædictis, & alijs, quæ postea per similis memoriæ Sixtum IIII. Innocentium VIII. & Alexandrum VI. etiam Romanos Pontifices prædecessores nostros tunc suos eatenus factæ fuerant perpetuis vnionibus,& applicationibus, negligentia siue malitia multorum, qui literis Pauli prædecessoris huiusmodi parere eatenus contempserant, dicta Camera in suis iuribus non mediocrem patiebatur iacturam, tam statutum, ordinationem, & decretum Pauli prædecessoris huiusmodi, quam omnia & singula alia in illius literis prædictis contenta per quasdam approbauerit, & innouauerit, ac inuiolabiliter obseruari debere necnon omnes & singulos cuiuscunque qualitatis, gradus, & conditionis forent, qui se postea obligauerant, aut alias ratione monasteriorum, & aliorum beneficiorum sic vnitorum, quorum fructus, redditus, & prouentus ad valorem centum florenorum similium dicta extimatione ascenderent, vel in eisdem libris taxari reperirentur, eidem Cameræ soluere tenebantur ad integram solutioné præfatæ Cameræ de præmissis faciendam infra certum tunc expressum tempus, iuxta tenorem literarum Pauli prædecessoris huiusmodi,& sub pœnis in illis contentis omnino teneri,& obligari decreuerit, & deinde etiam illos, quos pro annatis eidem Cameræ teneri constaret, etiam si illas soluere non promisissent, seu ad illarum solutionem se specialiter non obligassent, dummodo ipsa beneficia quomodolibet assequuti fuissent, ad solutionem annatæ, & iurium prædictorum efficaciter teneri per alias suas literas voluerit, ac statuerit. Et sanctæ mem. Iulius Papa pariter III. prædecessor noster accepto quod ordinationes, statuta, decreta, & declaratio Pauli, & Iulij II. prædecessorum huiusmodi plene non obseruabantur,& a tempore ipsius Alexandri prædecessoris vsque in eam diem tam per ipsos Iulium II.& Iulium III. quam fel. rec. Leonem X. Adrianum VI.& Clementem VII. ac Paulum pariter III. Rom. Pontifices prædecessores nostros tunc suos diuersæ aliæ vniones annexiones, incorporationes,& applicationes perpetuæ factæ,& concessæ fuerant,& ea incuria agentium pro ipsa Camera, seu alias obligationes de soluendis communibus & minutis seruitijs, atque annatis, seu medijs fructibus, vel alijs iuribus solui debitis & consuetis factæ non fuerant, & quæ factæ erant, executioni non demandabantur, ordinationes, statuta, decreta, & declarationem Pauli, & Iulij II. prædecessorum huiusmodi, necnon desuper confectas literas, omniaq; & singula in eis contenta, per suas approbauerit,& innouauerit, ac a quibuscunque, tam in eisdem literis nominatis, quam non nominatis virorum,& mulierum secularibus,& quorumuis ordinum regularibus congregationibus, omnibusque alijs sub singulis prædecessorum, & suis literis huiusmodi comprehensis personis, tam pro præterito, quam pro futuro tempore inuiolabiliter obseruari, eaq; omnia, ac censuras & pœnas in singulis literis præfatis contenta, contra omnes congregationes, & personas huiusmodi, quoad omnia & singula monasteria,& beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia,& quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes præfatæ quomodolibet communiter possidebant, etiam si de iure patronatus laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum nobilium, etiam Illustrium, aut (dummodo per ipsas congregationes possiderentur) tam in Romana curia, quam extra eam litigiosa existerent, vigere,& locum habere, totalique,& plenariæ executioni demandari debere decreuerit: Necnon præmissa omnia, prout per ipsos prædecessores ordinata, statuta, decreta & declarata fuerant, de nouo ordinauerit, statuerit, decreuerit, & declarauerit, eaque omnia ad quascunque, tam seculares, quam regulares virorum & mulierum congregationes, quantumuis priuilegiatas,& exemptas extenderit,& ampliauerit, ac literas suas de intentionis suæ defectu notari, aut eo prætextu, quod in aliquibus locis non reciperentur, aut moribus vtentium non comprobarentur impugnari, aut in desuetudinem abire dici non posse, sed ea die publicationis certo tunc expresso modo faciendæ quoscunque ligare, sicq; & non aliter iudicari,& diffiniri debere, ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attentari, irritum & inane decreuerit. Et postremo nos præmissa omnia per papyri cedulam manu nostra motu proprio signatam approbauerimus,& innouauerimus, prout in singulis literis prædecessorum, & cedula huiusmodi plenius continetur: Nihilominus tam sancti Georgij in Alga, sub prætextu quod dictus Eugenius prædecessor Rectores, & Canonicos ipsius congregationis sancti Georgij, a sententijs, censuris, & pœnis quibus ob non solutionem mediorum, seu integrorum fructuum primi anni monasteriorum,& beneficiorum per ipsum Eugenium prædecessorem, vel dictam sedem, eorum monasterijs, prioratibus, ecclesijs,& beneficijs, siue locis eatenus vnitorum innodati erant, per suas literas absoluerit, & quascunq; obligationes per eos dictæ Cameræ propterea factas, ac medios seu integros fructus huiusmodi eis liberaliter remiserit,& de illis, & alijs quibuscunq;, quæ præfatæ Cameræ eatenus soluere quomodolibet obligati erant, generalem quietantiam fecerit, decernens eos ad illorum solutionem nó teneri, nec ad id cogi posse, ac irritum & inane quicquid ex tunc contra tenorem earundem literarum scienter vel ignoranter contingeret attentari: Et Casinen. alias sanctæ Iustinæ de Padua huiusmodi sub prætextu quod dictus Leo prædecessor ipsam congregationem Casinen. illiusq; monasteria & loca, ac Abbates & conuentus ad solutionem annatarum communium, minutorum seruitiorum, & aliorum iurium Cameræ Collegio, & officialibus prædictis, ratione quorumuis monasteriorum, prioratuum,& beneficiorum congregationi Casinen.& illius monasterijs, seu locis prædictis eatenus perpetuo vnitorum, super quibus nulla obligatio in eadé Camera reperiebatur, aut ad obligationem de eis soluendis facienda minime obligatos fuisse, nec ad illas condemnari aut cogi posse,& literas Pauli ac Iulij II. aliorumq; prædecessorum suorum huiusmodi, ac super illis,& illorum prætextu decreta, monitoria,& mandata quoad ipsam congregationem Casinen.& illius monasteria, & personas locum sibi vendicare non potuisse, omnesq; & singulas de monasterijs,& locis congregationis Casinen. huiusmodi tanquam per dissolutionem vnionum prædictarum, aut priuationem de illis vel alias ob non solutioné annatarum communium & aliorum prædictorum, vel ob non factam obligationem huiusmodi vacátibus factas prouisiones, commendas, vniones,& alias dispositiones, & inde secuta quæcunq; nulla, irrita, & inania fuisse, & esse, Monasteriaq;,& loca Congregationis Casinen. huiusmodi ob non solutionem annatarum communium & iurium, ac non factam obligationem huiusmodi nullatenus vacasse, nec in futurum vacare attestatus & interpretatus fuerit, ac decreuerit,& declarauerit. Necnon procuratori Fisci,& agentibus pro Camera, ac Cardinalibus, & officialibus præfatis silentium desuper imposuerit, Et paris memoriæ Clemens VII. pariter prædecessor noster literas Leonis prædecessoris huiusmodi cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, per suas literas approbauerit & innouauerit, ac perpetuæ roboris firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari debere, Necnon congregationem Casinen. præfatam,& illius prælatos,& personas contra tenorem literarum Leonis prædecessoris

Margin notes:

Iul. 2. cófirmauit const. Pauli 2. vt sup. fol. 130. col. 3. Ex debito.

Iul. 3. confirmauit,& ampliauit Pij 2. Pauli 2. & Iul. 2. cóstitutiones, vt habes sup. in eius const. 38 cupientes, f. 539.

Hic Pont. etiam approbauit Iul. 3 & prædecessorum constit.

Nihilominus quædam Congregationum prætendunt ad huc, nó teneri ad solutionem Annatarú. et cet.

decessoris huiusmodi nulliter iniuste & indebite molestatos,& perturbatos fuisse,& sic iudicari debere. Et si secus cótingeret attentari irritum,& inane decreuerit,quam diuersæ aliæ regularium; & forsan secularium personarum congregationes, & forsan aliæ personæ forsan ea eo quod a nonullis nimium scrupulosis,& plusquam oportet sapere contendentibus hæsitetur, ao vniones ante ipsum Martinum prædecessorem per alios Romanos Pontifices prædecessores suos factæ,sub literis Pauli prædecessoris huiusmodi comprehendantur , & forsan diuersis alijs prætextibus communia minuta seruitia.annatas & alia iura Cameræ,& collegio,ac officialibus prædictis ratione vnionum eis de monasterijs,prioratibus,& alijs beneficijs ecclesiasticis hactenus factarum debita persoluere recusent,censuras, & pœnas io singulis literis prædictis contentas damnabiliter incurrendo in animarum suarum periculum,& Cameræ ac collegij,& officialium prædictorum detrimentum. Nos considerantes præfatum Eugenium prædecessorem per eius literas successoribus suis Romanis Pontificibus,cum par in parem non habeat imperium,& per consequens Collegio Cardinalium, & officialibus Romanæ Curiæ causam ab ipsis Romanis Pontificibus habentibus præiudicare non potuisse,& propterea ius nostrum,& Collegij,ac officialium prædictorum illæsum remansisse,& remanere, ac literas Leonis, & Clementis prædecessorum huiusmodi , cum contra ordinationes,statuta,decreta,& declarationem Pauli,& Iulij I I.prædecessorum huiusmodi, ac causa nó cognita,& non vocatis,nec auditis quorum intererat,emanauerint, & per eas ius tertij contra tenorem constitutionum per eos editarum manifeste tollatur,effectum sortiri non debere,omnium & singularum literarú prædictarum veriores tenores,ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, ac singulas literas Eugenij,& Leonis,ac Clementis prædecessorum huiusmodi ad viam,& terminos iuris reducentes, & reductas esse decernentes , motu proprio,non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam , sed ex certa scientia,ac de mera deliberatione nostra omnes & singulas vniones,annexiones, incorporationes, applicationes & submissiones de quibusuis monasterijs.prioratibus,præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus,administrationibus,officijs,& beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura,secularibus, & quorumuis ordinum,seu militiarum regularibus quibuscúq; collegiatis ecclesijs,seu earum mensis capitularibus seu collegijs,vniuersitatibus, & vtriusq; sexus congregationibus tam secularibus quam regularibus, etiam Sancti Georgij in Alga,& Casinen.prædictis,ac Montis Oliueti,& Camaldulen.necnon domibus,fabricis, hospitalibus,& alijs pijs locis, quæ ea eorum perpetuitate non vacant per quoscunque Romanoa Pontifices prædecessores nostros quocunque tempore,etiam ante ipsum Martinum prædecessorem, ac nos sub quibuscúq; tenoribus & formis,ac cum quibusuis clausulis & decretis perpetuò factas,& de cetero tam per nos, quam successores nostros similiter perpetuo faciendas, sub literis Pauli prædecessoris huiusmodi comprehendi, & includi, Et propterea tam Casinen.& Montis Oliueti,ac Camaldulen.necnon sancti Georgij in Alga,& quascunque alias congregationes,quam quosuis alios,in quorum fauorem vniones,annexiones,incorporationes, applicationes, & submissiones huiusmodi factæ fuerint,etiam si se superiode in Camera non obligauerint,ad solutionem communium, & minutorum seruitiorum,ac annatarum,& aliorum iurium prædictorum eisdem Cameræ,Collegio,& officialibus ratione earundem vnionum,annexionum,incorporationum,applicationum,& submissionú singulis quindecim annis a die quo illæ suum effectum sortitæ fuerint,alias iuxta tenorem literarum Iulij I I I.prædecessoris huiusmodi faciendam teneri,& obligatos esse,& ad id necnon ad se communibus, & minutis seruitijs,ac annatis,& alijs iuribus prædictis de quindecim annis in quindecim annos realiter & cum effectu soluendis in forma solita obligandum,etiam per sententias,censuras,& pœnas,etiam priuationis, & dissolutionis vnionum, annexionum,incorporationum,applicationum, & submissionum prædictarum in literis Pauli, Iulij I I. ac Iulij I I I. prædecessorum huiusmodi contentas cogi,& compelli posse,necnon monasteria,prioratus, præposituras, præpositatus,dignitates,personatus,administrationes.officia, & beneficia vnita huiusmodi onus solutionis communiú,& minutorú seruitiorú,ac annatarú,& aliorum iurium prædict. sēper habuisse,& ad præsens habere,Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscúque iudices & commissarios quauis etiam dicta auctoritate Apostolica fungentes,etiam causarum palatij Apostolici Auditores,& dilectos filios nostros Io.Michaelem S.Anastasiæ Saracenum, & Virgilium S.Simeonis tt.de Spoleto nuncupatos presbyteros,quibus alias oés,& singulas causas occasione præmissorum pendentes commisimus , & quosuis alios S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia,sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate, & facultate iudicari,& diffiniri debere,ac si secus super his a quoquam quauis auctoritase scienter vel ignoranter contigerit attentari,irritum & inane decernimus, & declaramus. Mandantes eidem Io.Michaeli,& Virgilio Cardinalibus,vt omnes & singulas causas coram eis inter dilectos filios procuratorem nostrum Fiscalem & officiales præfatos ea vna,& quascunque congregationes,seu alias personas ea altera partibus, super solutione communium & minutorum seruitiorum. ac annatarum & aliorum iurium prædictorum,vel eorum occasione pro tempore pendentes,iuxta præsentium tenorem terminent,& decidant. Et insuper,vt ratio communium minutorum seruitiorum ac annatarum, & aliorum iurium prædictorum clara habeatur,nec vlterius in ambiguo,aut obscuro versetur,volumus,& auctoritate apostolica præfata decernimus,statuimus,& ordinamus,quod omnes & singuli in quorum fauorem vniones,annexiones,incorporationes,applicationes,& submissionea huiusmodi emanarunt, necnon cathedralium etiam Metropolitanarum, seu collegiatarum ecclesiarum capitula, & tam virorum quam mulierum seculares,& quorumuis etiam exemptorum ordinum regulares congregationes. & collegia,ac hospitalia,& alia pia loca,quibus a sede prædicta indultum est.vt abbates,seu priores,vel alios prælatos suos ad tempus,& non ad vitam eligere possint,seu quorum abbates,vel priores,aut alij prælati non ad vitam, sed ad tempus eliguntur,seu etiam ad vitam electi absque confirmatione eiusdem sedis administrant,infra terminum eis a præfatis Io.Michaele,& Virgilio Cardinalibus præfigendum,omnia & singula monasteria,prioratus,præposituras,præpositatus,ecclesias,capellanias, & alia beneficia ecclesiastica,quæ possident,& ea specifice & expresse quæ facultatem,& indultum huiusmodi habent,seu quorum abbates, seu priores,vel alij prælati, ad tempus eliguntur,seu ad vitam electi, sine confirmatione prædicta administrant , vna cú illorum fructuum, redditiuum,& prouentuum vero annuo valore præfatis Io.Michaeli.& Virgilio Cardinalibus notificasse,et intimasse debeant,et ad id per sententias,censuras,et pœnas in singulis literis prædictis contentas cogi,et compelli possint. Non obstantibus literis Eugenij, Leonis,& Clementis prædecessorú huiusmodi, et alijs præmissis,ac quibusuis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis,necnon priuilegijs,indultis et literis apostolicis congregationi Camaldulen.Eremit.et sancti Michaelis de Murano Torcellan.dioc. per dictum Leonem prædecessorem

Declarat igitur hic Pōt. omnes Congregationes & alios ad quorum fauorem beneficia vnita fuerunt, teneri ad solutioné Annatarum, et cetera, & ad se obligandum de illis soluendis.

.Hoc idé voluit Pius v. in dicta eius constit. 134.

Decretū irritās.

Cardinalis Saracenus, & Cardi. de Spoleto Iudices istarum causarum procedāt iuxta formam istius constit.

Beneficiaqua indultum non soluendi Quindennia habēt,notificentur Cardinalibus prædictis.

Clausula derog.

forem in eius erectione & institutione sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expresso habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus & sufficienter derogatum esse decernimus, necnon omnibus illis quæ singuli prædecessores præfati in singulis eorum literis voluerunt non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, declarationis, mandati, voluntatis, statuti, ordinationis, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, decimo Calendas Februarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Clausula derogationis.

XXXXII.

De Hæreticorum & Schismaticorum, eorumque Fautorum pœnis.

De Materia habes supra in Innocen. 4. constit. 3. Ad extirpanda, fol. 5. & const. 8. Cum aduersus, fol. 9. & Nicol. 3. const. 5. Nouerit, fol, 30. & Honor. 4. const. 2. Exhibita, fol. 32. & infra in Pij v. const. 83. Si de protegendis. & Greg. 13. const. 68. In Ecclesijs, & const. 92. Consueuerunt.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ex apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur pro fideli illius custodia, & salubri directione, more vigilis Pastoris, assidue vigilare, & attentius prouidere, vt qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitiosis, ac fictitijs adinuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ ecclesiæ vnitatem & inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continuent, qui discipuli veritatis esse contemnunt: Nos considerantes rem huiusmodi adeo grauem, & periculosam esse, vt Romanus Pontifex, qui Dei & Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, & super gentes, & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc seculo iudicandus, possit si deprehendatur a fide deuius redargui, & quod vbi maius intenditur periculum, ibi est plenius & diligentius consulendum, ne pseudoprophetæ, aut alij etiam secularem iurisdictionem habentes simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele propheta in loco sancto videre, cupientes quantum cum Deo possumus pro nostro munere pastorali vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & pœnas a quibusuis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris aut pro talibus habitis etiam per eorum literas extrauagantes, seu sacris Concilijs ab ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis, & statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contra Hæreticos, aut schismaticos quomodolibet latas, & promulgatas, apostolica auctoritate approbamus, & innouamus, ac perpetuo obseruari, & in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere, necnon quoscunque qui hactenus a fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu (quod Deus pro sua clementia, & in omnes bonitate auertere dignetur) in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cuiuscunque status, gradus, ordinis conditionis, et præeminentiæ existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, et apostolicæ sedis vbiuis locorum, tam perpetuæ, quam temporalis legationis munere, vel mundana etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse vt qui virtutis amore a malis nō abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, et quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, et Imperatores, qui alios docere, et illis bono exemplo vt in fide catholica contineantur, esse debent. præuaricando grauius ceteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verumetiam alios innumerabiles populos eorū curæ et regimini creditos, seu alias eis subditos, secum in perditionem et puteum interitus trahant, de similibus consilio et assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, et diffinimus, quod sententijs, censuris et pœnis prædictis in suis robore et efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus omnes et singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, excitasse, vel commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, et in posterum deuiabunt, aut in heresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, et deuiasse,

Causa istius est.

Confirmat & innouat Pont. iste omnes pœnas contra Hæreticos, & schismaticos quomodolibet latas.

De quorum pœnis vide in locis adnotatis in rubrica.

Quinimo prælatis & Regibus et cæt. a fide catholica deuiantibus, alias etiā pœnas hic expresse imponit.

seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehẽdentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cum in hoc inexcusabiliores cæteris reddantur, vltra sententias, censuras, & pœnas prædictas, sint etiam eo ipso absque aliquo iuris, aut facti ministerio suis ordinibus, & cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus ecclesijs, ac Cardinalatus honore, & cuiusuis legationis munere, necnon voce actiua & passiua, omnique auctoritate, ac monasterijs, beneficijs, & officijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum, commendam & administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus annuis super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus eis reseruatis, & assignatis. Comitatibus quoque, Baronijs, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum perpetuo priuati, & ad illa de cetero inhabiles, & incapaces habeanturque pro relapsis, & subuersis in omnibus & per omnia perinde, ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publicè abiurassent, nec vllo vnquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales Metropolitanas, Patriarchales, & Primatiales ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem actiuam vel passiuam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint, quinimmo secularis relinquantur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis veræ pænitentiæ indicijs, & condignæ pænitentiæ fructibus, ex ipsius sedis benignitate & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendum perpetuam in pane doloris & aqua mœstitiæ pænitentiam retrudendi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omnique humanitatis solatio destitui debeant. Et qui ius patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales etiã Metropolitanas, & Patriarchales ac primatiales ecclesias seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica per priuationem huiusmodi vacatia habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sed de seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas infra tempus a iure, vel ex eorum concordatis seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis seu pro tempore existenti Romano Pontifici præsentare, alioquin tempore huiusmodi elapso plena & libera ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio ad nos, & Romanũ Pontificem prædictum eo ipso pleno iure deuoluatur. Et insuper qui ipsos sic deprehensos, aut confessos, vel conuictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, seu eorum dogmata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica, seu priuata officia, aut consilia, seu synodum, vel concilium generale, vel prouinciale, nec conclaue Cardinalium, aut aliquam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium perhibendum admittantur, nec admitti possint. Sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant: nullus præterea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsan iudices extiterint, eorum sententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ causæ ad eorum audientiam deducantur: et si fuerint aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint instrumenta confecta per eos nullius sint penitus roboris, vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis ecclesijs, etiam Cathedralibus, Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monasterijs, beneficijs, & officijs ecclesiasticis, etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis: & tam ipsi, quam laici, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis præditi quibuscunque Regnis, Ducatibus, dominijs, feudis, & bonis temporalibus per eos possessis priuati existant eo ipso, Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficiantur que iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, si in sinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac sub nostra, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium obedientia fuerint. Adijcientes quod si vllo vnquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo seu Patriarcha, vel primate se gerentem, aut prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, etiam vt præfertur, Legatum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem, seu Romanum Pontificem assumptionem a fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, vel excitasse, aut commisisse, promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionem muneris, consecrationis, aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Romani Pontificis inthronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cuiusuis temporis in præmissis cursum conualuisse dici, aut conualescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte habeatur, nullamque talibus in Episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas aut primates promotis, seu in Cardinales, vel Romanum Pontificem assumptis in spiritualibus, vel temporalibus administrandi facultate tribuisse, aut tribuere censeatur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, gesta, & administrata, ac inde secuta quæcunque viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec ius alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, & assumpti, eo ipso absque aliqua desuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio & potestate priuati: liceatque omnibus & singulis sic promotis, & assumptis, si a fide antea non deuiassent, nec hæretici fuissent, neque schisma incurrissent, aut excitassent, vel commisissent, subditis personis, tam clericis secularibus & regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea a fide deuij, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu alias consenserint, & ei obedientiam præstiterint, eumque adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus etiam almæ Vrbis nostræ, & totius status ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautione obligatis, & obnoxijs ab ipsorum sic promotorum, vel assumptorum obedientia & deuotione impune quandocunque recedere, eosque vt magos, ethnicos, publicanos, & hæresiarchas euitare, eisdem subditis personis fidelitati, & obedientiæ futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, & Romani Pontificis canonicè intrantis nihilominus astricti remanẽtibus, & ad maiorem ipsorum sic promotorum, & assumptorum, si eorum regimen, & administrationem continuare voluerint,

Iuspatronatus aut nominandi habẽtes ad beneficia ecclesiastica propter hæresim vacãtia, teneãtur infra legitima tẽpora præsentare alias p̃sonas idoneas, aliòquin dispositio eorum ad Pontificẽ deuoluatur.

De beneficijs autem propter hæresim vacantibus habetur sup. in vi. v. const. 39. Cum ex apostolatus. Fautoresq. Hæreticorum pœnas hic descriptas incurrunt.

De aliis illorum fautorum pœnis vide in locis indicatis supra eadem rubrica.

Prælati & Pontifices qui ante eorum promotionem apparuerit a fide catholica deuiasse, eo ipso priuati sunt, omni auctoritate & officio & promotio nulla est, & nullo pacto conualidari potest.

A ⁊ecte autem quod Pius 4. exãstras in minoribus scripseras ꝑ cõcilio Tridẽtino vt habes sup. in const. 11. To. n̄. 1. in orthod. fol. 83. & postea Pontifex factus.

Subditiq. eorum licent ab obediẽtia & deuotione impune recedere. Hoc idem licere permisit Pius v. subditis Elisabeth Reginæ Angliæ Hæreticæ, vt infra in eius constit. Regnãs.

fuerint, confusionem, contra eosdem sic promotos, & assumptos auxilium brachij secularis implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum, & assumptorum fidelitate, & obedientia, præmissorum occasione recedentes, tanquam runicæ Domini scissores aliquarum censurarum, seu pœnarum ultioni subiaceant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Primatibus, & Cardinalibus, ac quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ac etiam in corpore iuris clausis, necnon quibusuis capitulis, conclauis, etiam iuramento, aut confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis & per nos ipsos iuratis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes literæ ad omnium quorum interest, notitiam deducantur, volumus eas, seu earum transumptum (cui mano Notarij publici subscripto & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in basilicæ principis apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ valuis, atque in acie campi Floræ per aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiam ibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimissionem huiusmodi sufficere, & pro solemni & legitima haberi, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, sanctionis, statuti, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, quinto decimo Calendas Martij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

Clausula derog.

Forma publ. hic conft. Quam post. hic nō habes

Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus ff.
Locus signi.
Dominus mihi adiutor.

† Ego Io. Bellayus Episcopus Ostien. ff.
† Ego Io. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
† Ego F. Card. Pisanus Episcopus Tusculan.
† Ego Fed. Card. Cæsiua Episcopus Prænestin.
† Ego P. Card. Episcopus Albanen.
†
† Ego R. Card. S. Angeli Maior Pænit.
† Ego T. Card. Crispus.
† Ego Fuluius Card. Perusinus.
† Ego Io Mich. Card Saracenus.
† Ego Io. Card. S. Vitalis.
† Ego Ia. Card. Puteus.
† Ego Hier. Card. Imolen.
† Ego B. Card. Tran.
† Ego Diomedes Card. Arianen.
† Ego Scipio Card Pisarum.
† Ego Io. Card. Reomanus.
† Io. Ant. Card. S. Pancratij.
† Ego Tha. Card. Gaddus.
† Ego Vit. Card. de Spoleto.
† Ego F. Michael Card. Alexandrin.
† Ego Clem. Monilianus Card. Arac.
† Ego G. Asc. Diaconus Card. Camer.
† Ego N. Card. de Sermoneta.
† Ego Ia. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. Sancti Georgij.
† Ego In. Card. de Monte.
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego C. Card. Carafa.
† Ego Alfon. Card. Neapolitan.
† Ego Vitellotius Card. Vitellius.
† Io. Baptista Card. Consiliarius.
Io. Barengus.

Barengus.

XLIII.

Capitula Ecclesiarum Collegiatarum, congregationesque, & pia loca indicare tenentur beneficia quæ possident, & titulum possessionis, infra terminum eis præfigendum a Commissarijs exactionis Quindenniorum Reuerendæ Cameræ Apost. soluendorum.

Hæc constitutio confirmatur, & ampliatur per Pium V. in eius const. 174. Apostolicæ.

De materia autem Quindenniorum, &c. notaui sup. in const. 25. Incumbentia. fol. 600.

PAVLVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

APOSTOLICAE sedis poscit auctoritas, vt quæ prouide per Roman. Pontifices statuta fuerunt, debitæ executioni demandentur. Quocirca, vt annatarum, communium, & aliorum iurium singulis quindecim annis ob perpetuas beneficiorum Ecclesiasticorum vniones persoluendorum, quæ alias fe. re. Iulius Papa III. prædecessor noster ob negligentiam officialium Ro. Curiæ ea indagare, & exigere non curantium, per suas literas in forma Motus proprij desuper æditas, & per nos confirmatas ex præterito dumtaxat Cameræ Apostolicæ applicauit, eo celerius exactio contingat, quo faciliori via Commissarijs, & ministris dictæ Cameræ super exactione huiusmodi deputatis ad prædictas vniones inueniendum facultas tribuatur, & illorum debitoribus subterfugiendi tollatur occasio, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium volumus, ac statuimus, quod omnia, & singula cathedralium etiam Metropolitanarum, seu collegiatarum Ecclesiarum capitula, necnon tam virorum quam mulierum seculares, vel quorumuis ordinum regulares congregationes, seu collegia, ac etiam pia loca, prædictarumque congregationum tam generales, quam particulares prælati infra certum conuenientem terminum à præfatis Commissarijs, vel alijs iudicibus competentibus eis præfigendum omnia, & singula Monasteria, Prioratus, Præpositura, Præpositatus, Parochiales Ecclesias, Capellanias, & alia quæcumque beneficia Ecclesiastica, quæ ipsa capitula, congregationes, & pia loca prædicta possideant, & quo titulo illa obtinuerint, medio eorum iuramento, & in scriptis eisdem Commissarijs, & ministris profiteri, & iudicare teneantur, & debeant, & ad id per

De hac Iul. 3. ordinatione, & huius Pont. confirmatione habes sup. in const. 41. Decens esse.

Collegia Ecclesiarum collegiatarum & cæt. indicent beneficia quæ possident & titulum possessionis atque illa notare teneantur.

Id per censuras Ecclesiasticas, ac fructuum, & redditaum dictorum beneficiorum possessorum sequestrationem cogi, & compelli possint. Ita quod si ex eis quæ possideant, aliqua indicare, aut illorum titulum docere, capitula, seu congregationes prædictæ contempserint, illico beneficia huiusmodi vacare censeantur, & à quocunque impetrari, & canonicè obtineri possint. Mandantes dilectis filijs nostris Ioanni Michæli sanctæ Mariæ in Ara cæli Saraceno, & Fabio sancti Siluestri Mignanello respectiuè nuncupatis, S. R. E. titulorum presbyteris Cardinalibus, & per nos alias ad lites & causas, quæ occasione exactionis dictarum annatarum, & communium inter præfatam Cameram ex vna, & easdem congregationes partibus ex altera indecisæ penderent cognoscendum, & terminandum iudicibus delegatis, necnon venerabilibus fratribus Hieronymo Episcopo Torcellano Thesaurario generali, & Francisco Episcopo Gebennensi Datario nostris, ac literarum præfati Iulij prædecessoris, & nostrarum prædictarum executoribus, quatenus idem Io. Michael & Fabius Cardinales præfati, in ipsis vel quibusuis alijs causis, quæ fortan inter prædictas, vel quascunque alias personas occasione præmissa de nouo orientur: Hieronymus vero & Franciscus Episcopi prædicti in executione, vt præfertur, illis iniuncta iuxta facultatem, seriem, & continentiam priorum nostrarum literarum procedentes, præsens hoc nostrum decretum & statutum ab omnibus & singulis capitulis, congregationibus, collegijs & pijs locis, ac ipsarum congregationum generalibus, vel particularibus Prælatis prædictis inuiolabiliter obseruari, & executioni demandari auctoritate nostra mandent, et faciant, præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ferijsque tam generalibus, quam specialibus, præterquam in honorem Dei indictis, vel indicendis, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volentes præsentis motus proprij solam signaturam sufficere, et illius transumpto manu publici Notarij Cameræ apostolicæ subscripto, vbique locorum tam in iudicio, quam extra fidem adhiberi, ac si præsentes forent exhibitæ vel ostensæ.

Executores istius constitutionis.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio I.

XXXXIIII.

Reuocatio Exemptionum quibuscunque concessarum a solutione subsidij triennalis trecentorum millium scutorum a Paulo 3. impositi.

Alias reuocationes habes supra in Pauli 3. const. 38. Ex debito, fol. 434. et Iul. 3. const. 21. Licet nos, fol. 522. et infra in Pij V. const. 9. Et si ea.

PAVLVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

CVPIENTES indemnitati Cameræ apostolicæ, quæ vt omnibus notum est, multo ære alieno grauata existit, quantum cum Deo possumus consulere quæ in eius grauamen emanasse cōperimus, de medio tollere curamus, vt exinde suum, prout decēs est & honestum, consequi possit. Nuper sane nobis innotuit, quod licet alias fel. rec. Paulus Papa III. prædecessor noster, de fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus consilio, cunctis impositionibus extraordinarijs sublatis, vnum & vnicunque subsidium trecentorum millium scutorum per totam ditionem ecclesiasticam pro triennio soluendum, & exigendū imposuerit, & impositio huiusmodi de triennio in triennium successiue prorogata, & semper exacta fuit, nihilominus exactio huiusmodi cautantibus diuersis exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus a solutione ipsius subsidij diuersis communitatibus, & vniuersitatibus, ac particularibus personis, necnon ciuitatibus, terris, oppidis, & locis nostri status ecclesiastici concessis, & factis, diuersarum portionum eiusdem subsidij donationibus, seu remissionibus vix ad dimidium summæ trecentorum millium scutorum huiusmodi ascendit, ex quo eidem Cameræ quæ aliunde non habet vnde onera illi indies incumbentia sufferre possit, & illius creditoribus qui sua credita ab ipsa recuperare nequeunt, maximum succedit detrimentū. Quapropter præmissis occurrere, & vt tam Camera, quam creditores præfati, quod suum est consequi possint, prouidere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas exemptiones, libertates, & immunitates a solutione subsidij huiusmodi quibusuis communitatibus, & vniuersitatibus, ac particularibus personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentibus, necnon ciuitatibus, terris, oppidis, & locis dicti status, sub quocunque etiam Comitali, Marchionali, Baronali, vel Ducali, aut quouis alio, tam maiori, quam inferiori titulo, vel per aliquem S. R. E. Cardinalem regantur, & gubernentur, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis sub quocunque titulo, vel colore, ex quibusuis quantumcunque vrgentissimis causis, & quocunq; etiam Comitum, Marchionum, Ducum, & quorumuis aliorum Principum, seu etiam ipsius Ro. ecclesiæ Cardinalium intuitu, & contemplatione per quoscunque Ro. Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem apost. etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, aut alias quomodolibet concessas, & factas, quarumuis ipsius subsidij portionum donationes, seu remissiones, vel alias gratias, ac quascunq; superinde, tam sub plumbo, quam in forma breuis confectas literas, earum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, apostolica auctoritate, tenore præsentium reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus penitus euacuamus, necnon pro reuocatis, cassis irritis; & nullis, ac viribus penitus & omnino vacuis haberi, & nemini superinde suffragari posse volumus, Cameramq; ipsam aduersus exemptiones, libertates, immunitates, donationes, et remissiones prædictas, ad pristinum, et eum in quo antequam illæ emanarent quomodolibet erat, statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, restitutamq; repositam, & plenariè reintegratam esse decernimus, in omnibus & per omnia ac si exemptiones, libertates, immunitates, donationes, remissiones, & gratiæ huiusmodi numquam emanassent. Mandantes Thesaurarijs prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum dicionis, & status prædictorum, ac quibusuis alijs ipsius subsidij exactoribus, ac ceteris ad quos spectat, ut subsidiū prædictum, iuxta illius impositionis continētiam & tenorem a communitatibus vniuersitatibus, personis, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiusmodi integre exigant, & exigi curent & faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die decimaquinta Aprilis, millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus nostri Anno quarto.

Barengus.

Paul. 3. imposuit subsidium triennale trecentorum millium scutorum, vt habes supra in eius const. 33. Nouit, fol. 468.

Et post. iste reuocat exemptiones quascunque concessas a solutione dicti subsidij.

Clausulæ derogatoriæ.

Augustinum etiam Sauli Mercatorem Genuen. qui tanquam a dicto Bendinello ad hoc nominatus Alumerias ipsas pro simili affictu, seu censu in locationem, & arrendam aliquamdiu tenuit, & tenet & de præsenti opera & personatione dilecti filij, & secundum carnem nepotis nostri Caroli S. Viti in Macello martyrum Diaconi Cardinalis Carafæ nuncupati affictum, seu censum huiusmodi ad sexdecim millia scuta auri ad rationem decem Paulorum pro quolibet scuto auxisse, & ad solutionem dictorum sexdecim millium scutorum vltra annuum affictum, seu censum prædictum, annis singulis durante tempore locationis & arrendæ huiusmodi faciendam se, & bona sua in forma Cameræ apostolicæ efficaciter obligasse, seu de proximo obligaturum esse. Et propterea nos eisdem sexdecim millibus scutis ad subleuationem onerum nostrorum prædictorum æquissimè vti posse, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, vnum Montem Alumeriarum nuncupan. cuius loca, seu portiones resignabilia seu resignabiles, & post annum a data præsentium computandum, vacabilia, seu vacabiles, ad instar officiorum Ro. curiæ existant in alma Vrbe prædicta pro tot personis, quot pecunias suas in eo vsque ad summam centum & triginta trium millium ac trecentorum triginta trium scutorum, ad rationem prædictam, & vnius tertij alterius similis scuti posuerint, apostolica auctoritate, & apostolicæ potestatis plenitudine erigimus, & instituimus, ac illi sic erecto, & instituto vniuersos redditus Alumeriarum huiusmodi, vsque ad summam eorundem sexdecim millium scutorum, ab omni onere, impositione, grauamine, restauro, & quocunq; casu fortuito, etiam quantumcunque inexcogitabili liberorum, immunium, & exemptorum, & non vltra, sine tamen præiudicio Collegiorum Officialium Romanæ curiæ, & aliorum super ipsis Alumerijs hypothecam anteriorem habentium, ita quod satisfacto eis omnibus ex redditibus prædictis de portionibus, quas ipsi ex eisdem redditibus ad præsens percipiunt, Mons prædictus, & illius Collegium, cæteris omnibus, qui aliquam ipsorum redditu um portionem percipiunt, & hypothecam anteriorem non habent, omnino præferantur, nec tamen propter hoc alijs portionem redditu um huiusmodi vltra Collegia officialium, & alios hypothecam anteriorem, vt præfertur, habentes, percipientibus in aliquo præiudicetur, quominus ipsi post solutionem dictorum sexdecim millium scutorum prædicto Monti, & aliarum portionum hypothecam anteriorem habentibus factam eorum solitas portiones percipere possint per dictum Augustinum modernum & pro tempore existentem dictarum Alumeriarum locatarium, & arrendatariū annis singulis quolibet bimestri illius ratam, incipiendo primam solutionem in primis Calend. Ianuarij Monti prædicto, & illius Collegio, seu personis, vel depositario integrè & sine aliqua diminutione persoluendam, & inter personas Montis huiusmodi quolibet bimestri pro rata, iuxta ordinationem dilecti filij moderni & pro tempore existentis Thesaurarij nostri generalis distribuendam pro dictis centum & triginta tribus millibus, ac trecentis triginta tribus scutis, & vno tertio alterius scuti similis super ipso Monte, vt præfertur, ponendis, vendimus, tradimus, concedimus, assignamus, applicamus, & appropriamus, Necnon Montem ipsum, & illius personas, ac Collegium sic vt præfertur, in nostrum & eiusdem Cameræ locum quoad redditus prædictos pro summa sexdecim millium scutorum huiusmodi tantum, & illorum exactionem ponimus, substituimus, & surrogamus, ac pro maioris Montis personarum, & Collegij huiusmodi cautela, & securitate, vltra ipsos redditus, vt præfertur, assignatos, omnia & singula alia dictæ Cameræ & sedis apostolicæ bona mobilia & immobilia, spiritualia, & temporalia, præsentia, & futura, tam in prouincia nostra Patrimonij beati Petri, quam alibi vbilibet existentia, etiam si regalia, aut aliàs talia sint, quod in obligatione generali non comprehendantur, & præsertim subsidium triennale eiusdem Prouinciæ, sine tamen præiudicio eorum, quibus subsidium ipsum hactenus obligatum, & hypothecatū existit eis specialiter & expresse, ac insolidum obligamus, & hypothecamus, obligataq; & hypothecata esse decernimus, statuentes, & dicta auctoritate apostolica ordinantes quod dictus Augustinus modernus & pro tempore existens Alumeriarum huiusmodi locatarius, & arrendatarius antequam ad possessionem earundem Alumeriarum admittatur, de soluendo Monti, & personis, ac Collegio, seu Depositario dicta sexdecim millia scuta, & quolibet bimestri eorum ratam, hic in Vrbe promittere, ac se, & bona sua omnia superinde in ampliori forma Cameræ apostolicæ cum renunciationibus, promissionibus, submissionibus, cautelis, & clausulis in similibus apponi solitis, efficaciter obligare teneatur: Ac volentes, & eadem auctoritate apostolica statuentes, & decernentes quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & ecclesijs cathedralibus, etiam Metropolitan. seu monasterijs præsint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtineant, & in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, ac Hierosolymitan. vel quorumuis aliorum hospitalium & militiarum, ac quorumcunque, non tamen mendicantium ordinum religiosæ quibus a iure, vel priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, necnon qualitercunque, præterquam ratione regularis professionis in aliquo ordine mendicantium, duntaxat inhabiles & incapaces existant, quascunque pecuniarum summas, non tamen infra centum scuta similia, vsq; ad summam centum, & triginta trium millium, ac trecentorum & triginta trium scutorum, & vnius tertij huiusmodi, & non vltra in ipso Monte ponere, & tam ipsæ personæ, quam alij ab eis causam habentes, quoad vixerint pro pecunijs sic positis ad rationem duodecim pro centenario, singulis annis, & quolibet bimestri eorum ratā sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu restitutionis onere percipere, & habere: Ac singula loca & portiones Montis huiusmodi habentes, in sanitate tamen constituti, & alias prout in resignationibus officiorum Curiæ huiusmodi obseruantur, in vnius vel plurium prout eis placuerit, fauorē liberè resignare possint. Quodq; resignationes huiusmodi, necnon emolumenta ex eodem Monte pro tempore prouenientia, etiam si læsæ maiestatis, aut alia quæcunque, quotcunque, & qualiacunque grauissima crimina (præterquam in personam Ro. Pontificis pro tempore existentis, alicuiusue eiusdem R. E. Cardinalis) commiserint, & propterea sint legitimè conuicti, siue in eorum non comparentium cōtumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnati, seu condemnandi, & illi tradeti, seu tradendi, atq; omnia bona eorum confiscata, aut confiscanda fuerint, nullatenus confiscari, aut ad instantiam creditorum, vel alias quouismodo sequestrari, seu impediri possint. Sed loca & portiones Mōtis huiusmodi pro tempore obtinentes, quoad vixerint, fructus, & emolumenta locorum, & portionum huiusmodi per eos obtentorum, omni impedimento cessante percipere, Et de illis, necnon locis & portionibus prædictis, in quorumuis etiam filiorum suorum illegitimorum ex quocunque, quantumcunq; damnato coitu procreatorum, aut aliarum etiam magis incapacium personarum fauorem, dummodo in personam vnius de minori quam centum scutorum similium summa non disponatur, libere nulla alia dispensatione desuper obtenta, in toto vel in parte simul

Alumeris affictu locatis pro annuo affictu vigintiocto millium & trecentorum triginta trium ducatorum & noue auctus est affictus ad alia scuta sexdecim millia.

Et Pont. iste erigit Montē Alumeriarū vacabilem centum triginta millium ac trecentorum triginta trium scutorum Et ponentibus in eo pecunias assignat duodecim pro centenario, de dictis sexdecim millia scutis, augmenti affictus Alumeriarum.

Aduerte autem quod Mons effectus est non vacabilis, & eius fructus reducti sunt ad quinq; pro centenario, vt in Const. 13. couit. 301. Cā alias fel. rec.

Et obligat omnia bona sedis apostol. pro maiori securitate Montistarum.

Quemlibet etiā religiosū in Monte isto pecunias ponere posse declarat.

Et loca dicti Montis resignari posse decernit.

Et non cōfiscari aut sequestrari posse concedit.

Et de illis libere disponi posse indulget, etiam ad fauorem illegitimorum.

Ad quod vide infra Pij v. const. 130. Quæ ordine

 vel suc-

vel successiue per viam resignationis huiusmodi libere disponere possint. Ita vt ipsi resignatarij in pecunijs per resignantes, vel eos a quibus ipsi causam habuerint positis, necnon locis & portionibus, atq; emolumentis prædictis per eandem resignationem succedere, & ad illa admitti debeant. Quodque personæ Montis huiusmodi

Montistæq; Collegium cũ facultatibus hic expressis constituere posse declarat.

Collegium inter se constituere, & collegialia iura, & insignia habere, necnon quæcunque statuta, & ordinationes prosperum & tranquillum statum Montis huiusmodi concernentia condere, & condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, ac quascunque pœnas etiam pecuniarias Monti, seu Collegio huiusmodi, vel quibus eis placuerit applicandas in quoscunque statutis, & ordinationibus prædictis contrauenientes infligere, necnon omnibus & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, literis, & indultis, quibus

Priuilegiaq. Montis Fidei eisdem Montistis conceduntur, vt hic. Quæ vide fo. 10 Clem. 7. const. 17. Illius fol. 314.

Collegium & personæ Montis fidei eiusdem almæ Vrbis (excepta tamen illius locorum, seu portionum perpetuitate, & successione) vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè & licitè possint: Et quod Mons Alumeriarum, & collegium, ac personæ huiusmodi ratione pecuniarum, quas in eodem Monte habuerint, ab omni decimarum, & etiam mesatæ nuncupatæ, ac quarumcunque aliarum impositionum, per nos & pro tempore existentem Romanum pontificem, etiam pro defensione fidei, & augmento cultus diuini, ac conseruatione status eiusdem Romanæ ecclesiæ quomodolibet

Exemptosque a decimis & impositionibus esse declarat.

impositarum solutione liberi, immunes, & exempti existant, & censeri debeant, nec super prædictis redditibus, pro summa sexdecim millium scutorum huiusmodi eis, vt præfertur, assignata, aut exactione ipsius summæ, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu dictam sedem quouis modo perturbari, impediri, aut molestari, seu aliquo grauamine, vel onere, etiam si euidens vtilitas, & vrgens necessitas, etiam pro eiusdem fidei tuitione, & expeditione contra infideles id suaderint onerari, seu grauati pos-

Ad quod vide infra Pij V. const. 9. Et si ea sit, & cõs. 566 Et seq.

sint, & ad probandum quod pecuniæ in dicto Monte positæ, vel aliqua earum pars in vtilitatem, aut necessitatem Romanæ ecclesiæ, aut sedis, vel Cameræ prædictarum conuersæ fuerint, minime teneantur: Quodque præsentes literæ vim, & robur veri & validi contractus, ac obligationis inter nos, & Cameram, ac sedem easdem ex vna, & eos qui pecunias super ipso Monte Alumeriarum posuerint, aut ab eis causam habuerint ex altera

Decretum irritans.

partibus legitimè initi, & stipulati obtineant, & obtinere debeant. Sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque etiam Cardinales prædictos, & causarum Palatij apostolici Auditores, & alios quacunque etiam dicta apostolica aut ordinaria, vel delegata, seu mista auctoritate fungentes, in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, diffiniríque debeat, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper cupientes vt Mons Alumeriarum huiusmodi, & præsentes literæ suum

Thesaurarius generalis deputatur administrator, siue Rector ipsius Montis.

celeriter & feliciter consequantur effectum, harum serie statuimus, & ordinamus, atque decernimus, & mandamus quod dictus modernus & pro tempore existens Thesaurarius noster generalis, personis pecunias in eodem Monte Alumeriarum pro tempore ponentibus, seu aliqua eiusdem Montis loca, & portiones ab eis acquirentibus pro earum securitate patentes literas eius manu subscriptas, & sigillo ipsius Montis Alumeriarum munitas, tam hac prima vice, quam quotiens loca & portiones huiusmodi per resignationem vacare contigerit, conficere, & tradere. Collegium vero Montis huiusmodi, seu illius officiales pro tempore existentes ad quos spectabit statim visis literis huiusmodi, eos pro quibus illæ emanauerint in numerum participum ipsius Collegij recipere, ac eis per depositarium, & alios officiales eiusdem Collegij, ad quos similiter spectabit, de omnibus, & singulis dicti Montis Alumeriarum emolumentis responderi facere respectiuè teneantur. Nos enim prædicto Thesaurario pro præmissorum effectu, & executione præmissa, omnia & singula faciendi, & quascunque resignationes de locis, & portionibus Montis Alumeriarum huiusmodi, illorumque fructibus recipiendi, & admittendi, ac desuper similes literas patentes expediendi, & expediri faciendi, ac eiusdẽ Montis Alumeriarum quotquot sibi videbuntur necessarios ministros cum honoribus, oneribus, auctoritate, potestate, salarijs, & emolumentis sibi beneuisis constituendi, & deputandi, cæteraque desuper necessaria & opportuna faciendi, & exequendi, plenam & omnimodam facultatem & potestatem concedimus. Præterea vt futurarum Montis Alumeriarum huiusmodi personarum commoditati quantum possumus consulamus, etiam harum serie volumus, & apostolica auctoritate prædicta decernimus, atque indulgemus, quod perpetuis futuris temporibus quæcunq; personæ tam eiusdem Montis Alumeriarum pro tempore creditores, quam etiam aliqua ex illius locis & portionibus prædictis per resignationem, vel alias etiam per primæuam pecuniarum in illo impositionem acquirentes, ad

Montistæ possunt ad loca Montis quasuis personas nominare, reseruata sibi ipsis locorum & fructuũ dispositione.

loca ipsius Montis quasuis personas sub quarum nominibus loca ipsa cantent, nominare, & sibi ipsis quoad personæ nominandæ vixerint, tam locorum & portionum, quam eorum fructuum & emolumentorum huiusmodi omnimodam dispositionem illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, ac cum alijs sibi beneuisis, alias tamen licitis & honestis pactis, & conditionibus reseruare possint ita tamen quod per obitum ipsarum sic nominatarum personarum nisi prius resignauerint, omnino vacent, Quodque quotiescunque contingat Thesaurarium eundem ab ipsa alma Vrbe abesse, tunc existens ipsius Cameræ Præsidens a nobis deputari solitus, in locum prædicti Thesaurarij, eius absentia durante, quoad præmissa surrogatus sit, & esse censeatur, prout nos ex nunc eum in euentum absentiæ eiusdem Thesaurarij cum pari auctoritate, facultate, & potestate surrogamus.

Clausula derogatoria.

Non obstantibus fel. rec. Symachi, & Pauli II. Rom. Pontificum etiam prædecessorũ nostrorũ de rebus ecclesiasticis nõ alienandis, & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ Cameræ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis quibusuis personis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem eandem, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, ac motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus (etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma seruanda sit, & in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit) illorum omnium, necnon quorumcunque instrumentorum, contractuum, & scripturarum occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad hoc seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter & ex-

presse

presse hac vice duntaxat derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, & eadem auctoritate apostolica decernimus, quod transumptis præsentium literarum manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Collegij Montis Alumeriarum huiusmodi, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Quodq; loca & portiones huiusmodi cum primum per obitum illa obtinentium, aut alias quouis modo, præterquam per resignationem vacauerint, per nos, aut Rom. Pontificem pro tempore existentem alijs concedi, seu in alios transferri non possint, sed eo ipso extinguantur, & expirent, nec quoad ea sic extincta summa sexdecim milium scutorum huiusmodi vlterius exigatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ erectionis, institutionis, venditionis, traditionis, assignationis, applicationis, approbationis, positionis, substitutionis, obligationis, hypothecationis, statutorum, ordinationum, mandati, concessionum, indulti, surrogationum, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Idibus Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

Loca Māris quæ vacauerint supprimuntur.

XXXXVII.

De Lenonum, & eorum complicum pœnis.

Ex ordine, & de mandato Reuerendissimi Domini Saluatoris Pacini huius almæ Vrbis Gubernatoris, per præsens bannimentum, & proclama omnibus denunciatur, & intimatur, quod Sanctiss. D. N. D. Paulus diuina prouidentia Papa Quartus, volens sceleribus, quæ ex vitio, & luxuria carnis in dicta Vrbe indies patrantur, quantum cum Deo potest occurrere, viuæ vocis oraculo statuit, & decreuit, ac sua irrefragabili constitutione sanciuit, quod omnes & singulæ vtriusq; sexus personæ, quæ aliquam puellā, aut aliā iuuenculam ex eius patria, aut alio loco in quo tunc honeste viueret, velles, aut alia id genus bona eis pollicendo, seu quauis alia corruptione seduxerint, & ad ipsam Vrbem adduxerint, easque, aut aliquem puerū in eadem Vrbe quomodolibet prostituerint, tanquam omni priuilegio cuiuscunque ordinis, vel dignitatis (iuxta constitutionem fel. rec. Innocentij Papæ Quarti prædecessoris sui, quæ incipit, Pro humani generis) priuati, & nudati, ac per leges seculares ipso iure & facto condemnati per ordinarios sanctitatis suæ iudices seculares, nulla ab eadem sanctitate sua desuper expectata declaratione, seu mentis suæ intentione, irremissibiliter hoc modo puniantur, Lenones videlicet, & lenæ, circa prostitutionem masculorum versantes, & cum eis circa prostitutionem ipsam agentes, vel consentientes, necnon Lenones, & lenæ puellam, seu aliam iuuenculam inuitam assumentes, & ad necessitatem nutrientes, ac postmodū prostituentes, & lucrum ex eius prostitutione captantes, quotquot fuerint, vltimo supplicio afficiantur. Hi vero qui corrupto comite stuprum puero suaserint, aut puellam virginem super violatione eius pudicitiæ interpellauerint, seu ad hoc ei quicquam donauerint, vel pretium, vt id assequerentur dederint, aut domum ad hoc eis comodauerint, seu quicquid aliud ad effectum præmissorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœna plectantur, eo autem imperfecto, in aliquam Insulam deportentur, & inibi perpetuo relegentur, & qui in præmissis comites corrupti fuerint, eisdem pœnis subiaceant. In cæteris vero casibus Lenones, & lenæ huiusmodi qui de cætero lenocinij artem exercuerint, fustibus per Vrbem publice cæsi, ab hac Vrbe perpetuo exulare cogantur. Et qui domos suas eisdem Lenonibus vel lenis de cætero scienter locauerint, vel si ignoranter id fecerint, nisi postquam hoc eis notificatum fuerit illos expulerint, domum sic locatam eo ipso amittant, & ea realiter, & cum effectu priuentur, & spolientur & insuper pœnam mille scutorum auri ab eis auferendorum, & in pios vsus conuertendorum ipso facto incurrant. Voluit quoque eadem sanctitas sua, & præfato Gubernatori simili viuæ vocis oraculo mandauit, vt statutū & decretum, ac sanctionem suam huiusmodi, quæ perinde, ac si sub nomine sanctitatis suæ in scriptis redactæ, & per eandem sanctitatem suam motu proprio subscripta, & signata forent, & literæ apostolicæ desuper sub plumbo confectæ essent, plenariam fidem facere, & eis indubiam fidem adhiberi debere decreuit, per publicum bannimentum, & proclama omnibus quorum interest denunciari, & intimari faceret, decernens denunciationem, & intimationem huiusmodi eos omnes ligare, & arctare, perinde ac si præmissa omnia eis ex parte sanct. suæ, aut per literas apost. personaliter intimata, & notificata, ac de verbo ad verbum recitata fuissent, in contrariū facien. non obstan. quibuscunq.

Hic Pōt Mandauit Gubernatori Vrbis, vt pœnas hic descriptas cōtra Lenones & cōplices promulgaret, per publicū proclama, prout fecit.

Lenonum & cōplicum pœnæ.

Locantes scienter domos lenonibus, aut post quā scienti eos inde non expellentes domum amittit & pœnam scutorum mille incurrent.

Hoc decretū habet vim constitutionis motu proprio expeditæ p Pontificem.

Denūciatio ista per proclama ligat, prout si personaliter intimata foret.

XXXXVIII.

Lites & causæ inter Cardinales quomodolibet vertentes summi Pontificis decisioni reseruantur.

De Materia autem Cardinalium ponam concordantias infra in Pij V. constitutione 93. Infelicis.

Paulus Papa Quartus Motu proprio &c.

Cum sæpius etiam dum in minoribus eramus in mente reuoluentes quam indecens & scandalosum foret inter S. R. E. Cardinales iudicialiter coram alio, quam summo Pontifice experiri. & postmodum ad summi apostolatus apicem assumpti cū diuersis S. R. E. Cardinalibus colloquendo, conceptum & intentionem nostram præfatam explicantes huiusmodi nostrum propositum collaudauerint, & ad inueniendum modum, per quem præmissis prouideretur nos exhortati sint, Nosque etiam in publica signatura mentem nostram fore, quod causæ huiusmodi per nos tantum terminarentur publice declarauimus, licet super hoc aliqua scriptura confecta non fuerit. Ac volentes omnino declarationem nostram huiusmodi plenum effectum sortiri debere, tenore præsentium, omnes & singulas lites & causas inter quoscunque S. R. E. Cardinales super quibusuis rebus & bonis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, necnon ecclesijs, monasterijs, prioratibus hospitalibus, & pijs locis, ac alijs quibuscunque beneficijs ecclesiasticis secularibus, vel quorumuis ordinum regularibus, seu

bus, seu illorum spolio, vel attentatis, aut innouatis, rebusque alijs, & illorum occasione coram quibusuis Iudicibus, etiam eiusdem S. R. E. Cardinalibus, aut palatij apostolici causarum Auditoribus in quauis instantia, ac etiam in negotio executiuo, vel restitutionis in integrum quomodolibet vertentes, & pendentes, etiam si ad illarum instructionem & conclusionem sit processum. Quorum omnium status, &c. pro expresis haberi volumus ad nos in eisdem statu & terminis in quibus reperiuntur aduocamus, cognitionemque & decisionem illarum nobis reseruamus. Decisionique & terminationi per nos super illis faciendæ appellatione quacunque etiam alias de iure admissibili reiecta & postposita, stadum, acquiescendum, & patienter omnino parendum, & obediendum fore, statuimus, & ordinamus. Ac similiter in litibus & causis, quæ de cætero inter eosdem S. R. E. Cardinales exoriri contigerint, obseruari volumus, & mandamus: Inhibentes omnibus & singulis Iudicibus, tam ordinarijs, quam delegatis ac quacunque auctoritate fungentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, ne in causis inter Cardinales prælatos pendentibus, ipsisque ordinarijs ne in illis quæ de cætero coram eis introducerentur, ad aliquem actum, absque speciali rescripto, manu nostra signato procedere, aut aliquid attentare audeant, vel præsumant: irritum quoque & inane quicquid in contrarium fieri contigerit, sublata eis alias iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate decernimus. Præsentesque in Cancellaria apostolica publicari, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque, & indultis eisdem S. R. E. Cardinalibus per quoscunque Romanos Pontifices, ac nos in genere, vel in specie concessis, confirmatis, & innouatis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus expressa, ac de verbo ad verbum mentio specialis facienda foret, quorum omnium & singulorum tenores continentias & formas pro expressis haberi volumus, & cæteris contrarijs quibuscunque.

Aduocat ad se Pō tifex ille causas omnes inter Cardinales coràquocunq; Iudice vertentes, in terminis in quibus reperiuntur, earūq; cognitionem sibi reseruat.

Idque extendit etiam ad causas futuras.

Decernit irritās.

Publicatio facta 3 Cācellaria, quæ est hic in fine.

Clausulæ derogatoriæ.

Placet Motu proprio. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, die vero Iouis, nona mensis Ianuarij.

Publicatio.

XXXXVIIII.

Deputatio & facultates Fabij Mignanelli, & Ioannis Reomani Cardinalium, Iudicum causarum ob inuasionem Vrbis exortarum super locationibus, & pensionibus, Casalibus ac domorum et cetan Vrbe, & eius districtu existentium.

Similem constit. fecit Clem. 7. Quam habes sup. fol. 328. nu. 36. Cum post huius.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio &c.

CVM ob inuasionem nonnullorum castrorum & locorum nobis, & Romanæ ecclesiæ subiectorum nuper a militibus Hispanis, seu Regis, aut proregis Neapolitan. factam multæ lites & differentiæ inter diuersas, tam seculares, quam ecclesiasticas, & diuersorum ordinum religiosas vtriusque sexus personas super locationibus, conductionibus, sublocationibus, subconductionibus, pensionibus, venditionibus, retrouenditionibus, censibus, & responsionibus, ac affictis casalium, domorum, vinearum, aliorumque locorum, & pertinen. in ipsa Vrbe, illiusque districtu & territorio consisten. sub certis pretijs, ac etiam ad longum tempus, ac censum etiam perpetuum, ac alias diuersimode concessorum factis exoriri possent, & forsan exortæ fuerint, Nos considerantes diuersa damna & calamitates propter inuasionem huiusmodi, per quamplures passa esse, vt dictæ Vrbis habitatores in pace & quiete viuere possint, & vt lites, ac differentiæ ipsæ sine tela iudiciaria decidantur, & terminentur, ac sumptibus, & expensis obuietur, omnes & singulas lites, & inter personas præfatas, etiam quomodolibet, & qualitercunque priuilegiatas coram curiæ causarum Cameræ apostolicæ Auditore, seu Locumtenente, & alijs quibusuis etiam specialiter deputatis ordinarijs, vel extraordinarijs Iudicibus delegatis, & commissarijs, ac etiam S. R. E. Cardinalibus, & Rotæ Auditoribus, super locationibus, conductionibus, sublocationibus, subconductionibus, pascuis, laborerijs, herbagijs, siluis, nemoribus, illorumque, & lignorum incisionibus, emptionibus, venditionibus, retrouenditionibus, censibus, responsionibus, etiam ratione melioramentorum damnis, & deteriorationibus, affictis, ac casalium, &cet. ob non solutionem censuum, &c. deuolutione, ac illorum occasione, seu ratione, super quibusuis alijs rebus, ac bonis, & pecuniarum summis, seu alijs dummodo ea supradicta causa inuasionum, & belli verten. & penden. in quibusuis instantijs, etiam si in eis censuræ, seu etiam mandata executiua, vigore obligationum, & in forma Cameræ apostolicæ a die ipsius inuasionis citra concessa, seu etiam relaxata, aut deposita, metu similium censurarum, & mandatorum in vim earundem obligationum, & decretorum facta fuerint, ad nos penitus aduocamus, ipsisque iudicibus, &c. ne in illis ad vlterius procedant, seu exequantur inhibemus, ac irritum &c. decernimus. Necnon dilectos filios nostros Fabium tituli sancti Siluestri Mignanellum, & Ioannem tituli sancti Ioannis ante portam Latinam Reomanum nuncupatos, presbyteros Cardinales dictarum differentiarum, & litium Iudices constituimus, designamus, & deputamus illisque omnes, & singulas causam, & causas prædictas in statu & terminis in quibus ad præsens reperiuntur, necnon quam, & quas in futurum dicta occasione moueri de nouo contigerit, tam actiuè, quam passiuè, etiam per præfatas personas seu earum quamlibet, & contra quascunque alias personas, collegia, societates, capitula, vniuersitates, hospitalia, & alia etiam pia, & religiosa loca quæcunque, quantumcunque respectiuè priuilegiata, etiam certos, & deputatos Iudices, & conseruatores habentia super locationibus, conductionibus, sublocationibus, subconductionibus, emptionibus, venditionibus, retrouenditionibus, censibus, affictis, damnis datis, & deteriorationibus, ac affictuum, &c. ac aliorum præmissorum in totum, vel in partem, tam pro præteritis a die ipsius inuasionis quam pro futuris temporibus remissionibus, & defalcis, ac præmissorum ratione pecuniarum summis, alijsque rebus, in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occasioni cum omnibus, & singulis suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola veritate inspecta, manu regia, absque terminorum, etiam substantialium, & alicuius telæ iudiciariæ obseruatione, seu cōfectione registri, siue extractus, appellatione postposita, audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi committimus, cum potestate dictas personas respectiue, omnesque & singulos alios, etiam quomodocunque priuilegiatos, etiam capitulatos etc.

Ob inuasionē Vrbis a militibus Hispanis factam multæ differētiæ super locationibus & pēsionibus casalium, domorum et cet. ortæ fuēt.

Ideo Pont. istas vt dictæ differentiæ summariè et cet. decidantur, ad se auocat oēs causas desuper vertētes.

Et illas cōmittit Cardinali Mignanello, & Car. Reomano cum facultatibus hic expressis.

eos, etc. ac S. R. E. Cardinales, sua communiter, vel diuisim interesse putan. & in executione citationis nominan. in Romana curia, vel extra eam citandi, ac prædictis omnibusque, & singulis alijs iudicibus, etc. & alijs quibusuis, ac quibus & quotiens oportuerit, & opus fuerit, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, eorum arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, ac declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, & auxilium brachij secularis inuocandi, loco sententiæ, et sententiarum mandata executiua in forma solita, sub eorum paruo sigillo, regula contraria non obstante decernendi. illudque, & illa, ac quicquid per eos iudicatum fuerit, prout iuris fuerit, exequen. expensas taxandi, & moderandi, in causisque prædictis, ac omnibus & singulis alijs præmissis, etiam singulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi, curatorem ad lites quibusuis minoribus, & infantibus, etiam non peten. & inuitis quatenus citanti ad comparendum legitimè, cessent legitime comparere deputan. necnon personas præfatas a vinculo iuramenti ad effectum agendi, alijsq; sententijs, censuris & pœnis, quatenus oportuerit eorum arbitrio absoluendi, omniaqs alia & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu alias quomodolibet opportuna, faciendi, gerendi, & exercendi. Non obstantibus præmissis, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, S. Petri, & aliarum basilicarum & ecclesiarum dictæ Vrbis, & alijs prædictis, & quibusuis alijs concessis et cet. ac certorum Iudicum, et Conseruatorum deputatio. quibus etiam si de illis, etc. latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunq; Habentes statum et merita causæ et causarum huiusmodi, ac nomina et cognomina Iudicum, et collitigantium ac tenores, obligationes, pactorum, iuramentorum, et instrumentorum huiusmodi pro expressis, ac de verbo ad verbum exprimi, et inseri posse. Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, et vbicunque etiam absque illarum registratione fidem facere. *Clausula derog.* *Sola signatura sufficit.*

Placet Motu proprio. I.

L.

Carcerati, qui aut crimen confessi, aut ex indicijs forsan torquendi sunt, non relaxentur sub cautionibus, nisi Fisco desuper audito.

Consonat constit. Pij v. 184. Cum sicut accepimus. Visitatores.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio etcet.

LICET ex iuris communis dispositione satis prouisum sit, vt de aliquo crimine inquisitus, dum super indicijs contra eum existentibus discutitur, an torturæ in eius persona iure locus sit, personaliter in carcere detineatur, et vt crimen confessus in quem nihil, nisi vt pœnam soluere cogatur, agendum restat, quousque ille debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen vt nuper accepimus, rei criminum torturæ supponendi, sub cautione de se repræsentando et confessi sub simili cautione, seu etiam sub cautione de stando iuri, et iudicatum soluendo, plerumque relaxantur, quo fit vt illis extra carcerem positis expeditionem non procurantibus, causæ huiusmodi differantur, et demum obliuioni tradantur, aut varijs vijs rei ipsi, post aliquod tempus, cautiones præstitas liberari procurent, sicque ipsi pœnas debitas effugiant, et delicta remaneant impunita, in graue scandalum, et pessimum cæterorum exemplum. Nos itaque huic abusui occurrere volentes, motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium decernimus, statuimus, & ordinamus, vt nullus, qui ex indicijs contra eum laborantibus iure torquendus veniat seu de quo dubitetur dum de indicijs huiusmodi, an ad torturam sufficientia sint disputatur, quousque aut per torturam indicia ipsa purgauerit, aut eum torturæ subijciendum non esse cognitum fuerit, nisi procuratore Fisci nostri ad hæc omnia citato, & interueniente, sub quauis cautione a carcere relaxetur, neque super ijs extra carceres audiatur. Nullus etiam qui crimen in iudicio confessus fuerit, contra quem nullæ sunt partes Iudicis, nisi in exequendo, etiā si pro crimine huiusmodi pecuniaria pœna plectendus veniat, & quamcunque cautionem de illa soluendum præstare offerat, a carcere relaxetur, nisi pœna ipsa, præfato Fisci procuratore de super audito, debite persoluta, sicque per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes, iudicari, diffiniri, & obseruari debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, irritūq; & inane quicquid contra præsentium tenorem a quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, decernimus. Volumusque præsentium solam signaturam nostram sufficere, & vbique in iudicio, & extra illud fidem facere, quacunque regula Cancellariæ, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. *Causa illius obi.* *Carcerati confessi, vel forsan ex indicijs torquendi non relaxantur sub cautionibus.* *Decretū irritans* *Sola signatura sufficit.*

Placet Motu proprio. I.

LI.

Deputatio trium Auditorum pro causis criminalibus, & aliorum trium pro causis ciuilibus in Curia Almæ Vrbis Gubernatoris cognoscendis.

Hæc constitutio reuocata fuit a Pio 4. vt infra in eius constit. 16 r. Licet nos in ipso.

De Facultatibus autem ipsius Gubernatoris ootabo infra in Greg. 13. const. 85. Sperantes.

PAVLVS Papa Quartus Motu proprio &c.

CVPIENTES vbilibet & præsertim in hac alma Vrbe nostra, ad quam veluti piam matrem, & omnium magistram, ex omnibus mundi partibus fideles confluunt, cunctis indifferenter iustitiam ministrari, cum plus videant oculi quam oculus, & quod plurium iudicio terminatur, & deciditur id libentius admittatur, & acceptetur. Volentes vniuersitati causarum, quæ coram dilecto filio moderno & pro tempore existente almæ Vrbis prædictæ pro nobis, & Romana Ecclesia Gubernatore, inter quascunque vtriusque sexus personas, etiam Domicellos, & Ciues Romanos, ac forenses, & Romanam curiam sequentes ciuiliter vel criminaliter, etiam ex officio pro tempore ventilantur, de opportuno circa præmissa remedio, etiam particulari nostro dispendio prouidere, Motu simili &c. per præsentes statuimus, & ordinamus, atq; decernimus, quod de

cetero

cetero perpetuis futuris temporibus præsens Gubernator in vno amplo & spatioso Palatio in ipsa Vrbe sumptibus nostris conducendo, continuo habitet, in quo ad minus sint duæ diuersæ, & ab inuicem separatæ & distinctæ aulæ magnæ & capaces, quarum altera pro Ciuilibus, & altera Criminalibus causis deputentur, Et quod singulis diebus iuridicis summo mane dilecti filij Petrus Bellus, Marcellus Bentiuegnus Tudertinus, & Antonius Paganellus vtriusque Iuris Doctores, quo ad criminalium, & Petrus Guicciardinus, Organtinus Scarola de Tauerna, ac Candidus Zitellius de Nursia similiter vtriusque Iuris Doctores, quoad Ciuilium coram eodem Gubernatore, seu eius Auditoribus, tam ciuiliter, quam Criminaliter hactenus introductarum, & in posterum introducendarum causarum cognitionem, & decisionem, cum annua prouisione quingentorum scutorum auri cuilibet eorum, pro vna tertia parte quolibet quarto mense persoluendorum, ad vnum annum tantum, & deinceps ad nostrum beneplacitum apostolica auctoritate, tenore præsentium deputamus, Volentes vt prædicti tres Iudices ciuiles pro ciuilibus causis deputati in vna Aula, in altera vero alij tres Iudices pro criminalibus causis deputati conueniant, & inibi tribus horis continuis, prima videlicet Aduocato pauperum, qui cum ea Aduocatis Consistorialibus deligi, & in Camera nostra apostolica sedere consueuit, in vtraque Aula cum eisdem Iudicibus sedere, & Iudices ipsos informare, ac votis in ciuilibus, non autem in criminalibus causis per eosdem Iudices ferendis interesse habeat: reliquis vero duabus horis, ceteris partibus, ac earum procuratoribus, & aduocatis audiendis, & causis quæ introductæ fuerint inter eos proponendis, notandis, & decidendis intendere debeant, reliquas vero partes, quæ eos super causis huiusmodi informare voluerint, diligenter audiant, & quod in fine anni omnes ipsi Iudices sindicatui coram Gubernatore, & subsequentibus Iudicibus stare debeant. Quodque Gubernator causas ad eius tribunal pro tempore delatas singulis videlicet ciuilibus, criminales vero criminalibus Iudicibus præfatis audiendas, & de ceterorum ciuilium quoad ciuiles, & criminalium quoad criminales causas Iudicum voto terminandas, committat, & deleget, ac sumpto prandio per se, vel Iudices ciuiles, prout sibi placuerit omnes & singulas mercedum, & id genus similes causas audiat, & manu regia decidat, & terminet. Volumus insuper, vt dictus Gubernator, tam ad ciuiles, quam ad criminales Iudices, in eorum Aula pro tribunali sedentes, prout expedire cognouerit, libere accedat, & cum eisdem Iudicibus interueniat, ac illis præsit, eos sæpius monendo, & hortando, ac quandoque etiam nomine nostro mandando, & præcipiendo, vt in causis coram eis pendentibus, solum Deum, & iustitiam præ oculis habeant, votum tamen in eisdem causis non ferat: Et omni tempore vnam vni ciuili, & alteram vni Iudici criminali cameras in dicto palatio consistentes, ac vtrique eorum alimenta iuxta consuetudinem per Gubernatores, qui hactenus fuerunt, obseruari solitam spacio vnius mensis tantum præstet, ita vt mense vno reuoluto, & primis duobus Iudicibus præfatis ex ipso Palatio exeuntibus, alij duo ex Iudicibus præfatis, vnus videlicet ciuilis, alter vero criminalis, in loco exeuntium quo ad cameras, & alimenta succedere habeant, sicque successiue de mense in mensem fiat. Quodque tam Gubernator, quam singuli Iudices præfati sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis eorum officij pœnis, ab exigendis, aut etiam sponte oblatis, quoquomodo recipiendis propinis, quæ nunc passim exhibentur, ac ab omni genere muneris, etiam quod esculenta, & poculenta sint, præter paucos fructus, penitus & omnino abstineant, Et quolibet die Sabbati omnes & singuli, tam ciuiles, quam criminales Iudices præfati in altera earundem aularum, pro sententijs in causis ciuilibus per eos ferendis, a notarijs earundem causarum alta & intelligibili voce in omnium ipsorum iudicium & Gubernatoris pro tribunali sedentium, & quorumcunque aliorum inibi tunc astantium præsentia publicandis, & legendis, non autem prout in cedula, vti hactenus obseruabant, conueniant, & congregentur, aliasque in tractandis, & cognoscendis causis huiusmodi quoad dilationes, & terminos stilum qui ad præsens in curia ipsius Gubernatoris seruatur, omnino obseruent, & quod Procurator Fiscalis modo vnam, modo aliam aulam, prout interesse Fisci requiret, liberè ingredi, & cum Iudicibus ipsis, prout ad præsens in dicta Camera facit, sedere possit. Quodque pro sententijs & decretis, tam ciuilibus, quam criminalibus, nihil omnino ab ipsis Iudicibus exigatur, Eorum vero salaria singulis mensibus Depositarius gabellæ Studij, solutis mercede statuta Lectoribus, & Conseruatoribus, alijsque Officialibus Capitolij, prout per nos in reformatione eiusdem gabellæ a nobis facienda declarabitur, ante omnia pro rata ipsis Iudicibus soluat. Et si quid defuerit, ex prouentibus maleficiorum curiæ Gubernatoris huiusmodi suppleatur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac stylo palatij, necnon singulorum tribunalium eiusdem Vrbis fundationibus, & erectionibus, si in aliquo obstent, ceterisque contrarijs quibuscunque, præsentium etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra fidem facere decernentes, regula contraria non obstante.

Pontifex supradictus obijt Romæ xv. Calendas Septembris 1559. & sepultus fuit in Basilica sancti Petri: & deinde ad Ecclesiam sanctæ Mariæ supra Mineruam translatus.

Gubernator Vrbis conducit palatium pretium curiæ sumptibus Cameræ apost.

In curia Gubernatoris, tres Auditores deputantur pro causis criminalibus, & alij tres pro ciuilibus vt hic.

Hoc reuocauit Pius 4. vt in sua rubrica.

Salarium dictorum Auditorum.

Syndicatui stare debent ipsi Auditores.

Contrarium statuerat Leo x. vt in eius const. 7. fol. 385. Et id seruatur.

Gubernator causas suis Iudicibus committit.

Votum tamen in eis non præstat.

Gubernator datur tenetur duobus ex dictis Auditoribus cameras, & alimenta.

Propinas non recipiat eius.

Ad hoc autem vide const. Pii 4. [illegible] Cum ab ipso.

Congregatio fiat quolibet die Sabbati pro decisione causarum ciuilium, & criminalium.

Nunc autem quolibet die Martis fit congregatio, in qua Gubernator & Iudices criminales, & procurator Fiscalis conueniunt, pro resolutione causarum criminalium [illegible].

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

PIVS QVARTVS

Mediolanensis, ex Familia Medicea, coronatus Romæ Octauo Idus Ianuarij. 1560.

I.

Iurisdictio, & Facultates Protectoris, & Iudicis causarum Archihospitalis Incurabilium Sancti Iacobi in Augusta de Vrbe.

Protector nunc ad Illustrissimus & Reuerendissimus Ioannes Franciscus Gambara, Brixiensis, Episcopus Prænestinus.

Iudex vero deputatus est D. Euangelista Recchia Iure consultus Romanus

IVS Papa Quartus, Ad perpetuam rei memoriam.

AD CHARITATIS & misericordiæ opera Christi pauperibus in archihospitali Incurabilium Sancti Iacobi in Augusta de Vrbe, quæ maxima, & continua sunt, sine detrimento, vel intermissione exercenda, æquum est prouidere, vt illud, ac pro eo famulantes a noxis quantum potest liberentur. Cum itaque, sicut accepimus, Archihospitale ipsum ob lites, & quæstiones, quibus ad diuersa Vrbis Tribunalia, occasione locationum, censuum, donationum, hæreditatum, legatorum, & diuersarum aliarum rerum eiusdem, tam tangendo, quam defendendo, iugiter implicitum existit, quam plurima damna, & incommoda patiatur, & impensæ litis, valores rei de qua ex tempore agendi sæpe numero exuperent, Nos Archihospitale ipsum in quo pijssima charitatis, & misericordiæ opera pauperibus Christi continuo impendi spectantur, ab huiusmodi dispendijs quantum possumus subleuare volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas causas, inter dictum Archihospitale, siue dilectos filios Custodes, Officiales, ac Ministros Societatis eiusdem Archihospitalis, & quascunque alias etiam singulares personas, vniuersitates, societates, & loca coram Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Regente, Præsidente, & Clericis Cameræ Apostolicæ, necnon Vicario, Gubernatore, Senatore Vrbis, illiusque Primo, & Secundo Collateralibus, ac Appellationum causarum Curiæ Capitolij eiusdem Vrbis Capitaneo, & alijs quibuscunque Iudicibus ordinarijs, & delegatis, & causarum Palatij Apostolici Auditoribus, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, nunc & pro tempore pendentes, super quibuscunque locationibus, venditionibus, donationibus, legatis, fideicommissis, testamentis, executionibus, reuocationibus, bonis, rebus, iuribus, & actionibus, Archihospitale, & societatem, officiales, litis consortes, & alios prædictos, tam coniunctim, quam diuisim, ac tam actiuè, quam passiuè concernentibus, & ad Archihospitale, & Societatem quomodolibet spectantibus, in quacunque instantia, inter illos, necnon alia æque, vel magis pia loca, Vniuersitates, & Collegia quomodocunque priuilegiata, seu viduas, pupillos, & alias personas etiam exemptas cuiuscunque qualitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, & naturæ existant, etiam præmissis expressis maiores, quarum omnium statum, & merita, ac iudicum, & collitigantium nomina, & cognomina, & qualitates, ceteraque etiam de necessitate exprimenda, præsentibus haberi volumus pro expressis, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, dummodo instructæ non sint, harum serie ad nos aduocamus dilectum filium nostrum Bartholomæum, tituli sanctæ Crucis in Hierusalem, Presbyterum Cardinalem della Cueua nuncupatum, modernum, & pro tempore existentem Protectorem, eiusdem Archihospitalis Iudicem ordinarium, & perpetuum, ad prædictas, necnon quascunque alias similes, vel dissimiles causam & causas, ciuiles, criminales, & mixtas, ad Archihospitale, & Societatem huiusmodi pertinentes, tam per eos, quam contra eos, & inter eos, ac personas, vniuersitates, collegia, seu loca etiam priuilegiata, & exempta, tam actiuè, quam passiuè, pro tempore mouendas, iuxta ordinariam iurisdictionem, seu facultatem, tam Gubernatori, quam Regenti Cameræ Apostolicæ, seu Vicario præfatis, & eorum cuilibet attributas, ac prout rerum qualitas exegerit, seu postulauerit, cum omnibus, & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, summariè, simpliciter, & de plano, & sola facti veritate inspecta, & absque aliquorum terminorum substantialium obseruatione, aut alicuius Registri confectione, per se, vel alium, seu alios, audiendas, & fine debito terminandas, auctoritate apostolica, tenore præsentium per prædicta constituimus, & deputamus, & ad hunc effectum illi, etiam per alium, seu alios quoscunque, tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam per edictum publicum, constito sibi prius, etiam summariè de non tuto accessu, citandi, & monendi, eisdemque & prædictis, & quibuscunque alijs eiusdem Vrbis Curiarum Iudicibus, & personis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, quibus & quoties opus fuerit, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, quibus sibi, siue ab eo pro tempore deputando Auditori videbitur inhiberi, & in euentum non paritionis, contra inobedientes, ac rebelles, ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi, illarumque aggrauationem, & alias iuxta stilum, & morem dictarum Curiarum in similibus seruari solita, ac alias prout sibi videbitur proceden. sententiasq; siue sententias debitè executioni demandandi

Causæ litium, & quæstionum. (margin)

Aduocatio causarum coram quocunq. Iudice vertentiũ, Archihospitale S. Iacobi Incurabilium de Vrbe, & eius Officiales quomodolibet concernentium. (margin)

Commissio dictarum causarũ Cardinali pro tẽpore Protectori dicti Archihospitalis. (margin)

Facultas Protectoris & Iudicis procedendi summariè & c. (margin)

Et in Curia & extra citandi, & inhibendi. (margin)

Mmmm siue

siue demandari faciendi, contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & poenas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias, aliaque iuris, & facti opportuna remedia appellatione postposita compescendi, auxiliumque brachij secularis, ad hoc si opus fuerit inuocandi, omniaque & singula alia in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam licentiam, seu facultatem concedimus. Decernentes archihospitale Societatem, ac eius Officiales, & personas huiusmodi, ex nunc deinceps occasione praemissorum alibi, quam coram Bartholomeo Cardinali, & pro tempore Protectore praedicto conueniri, aut ad alios conueniendum, constringi non posse: Ac processus, sententias, & decreta per alium, seu alios, tam ordinarios, quam delegatos in causis praedictis, quomodolibet pro tempore formatas, latas, & factas, cum inde sequutis quibuscunque, nulla, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore. Praesentes quoque literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & exemptionibus, similium, vel dissimilium gratiarum, etiam per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices, & Sedem praedictam, vel eius Legatorum, & per regulas Cancellariae Apostolicae, pro tempore factas, etiam in fauorem fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis penitus & omnino exceptas esse, & censeri, nec eisdem praesentibus, per quascunque literas, & etiam quasuis regulas generales, & speciales, & derogatariarum derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expressione in se continentes, derogari posse, & si illis vllo vnquam tempore ex aliqua, etiam quantumuis necessaria, & vrgenti causa derogari contingat, nisi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil omisso insertus, & huiusmodi derogatio consistorialiter facta, & per trinas, & distinctas literas, eundem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus, Administratoribus, siue Custodibus, Gubernatoribus, Rectoribus, & Oeconomis Archihospitalis, & Societatis huiusmodi legitimè intimata, & innouata fuerit, eorumque ad id expressus accedat assensus, derogationem huiusmodi nemini suffragari. Sicque per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes, etiam praedictae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate fungente, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, & felicis recordationis Bonifacij Papae Octaui praedecessoris nostri de vna in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate praesentium, ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus apostolicis, necnon fabricae praedictae, & Hospitalium, Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum quorumcunque locorum, & ordinum, etiam exemptorum, iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis, conseruatorijs, exemptionibus, & literis apostolicis eisdem, ac dilectis filijs Populo Romano, necnon Iudicibus, Curijs, & Tribunalibus, eorumque personis, per quoscunque Romanos Pontifices praedecesores nostros, ac nos, & dictam Sedem, etiam scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, necnon reformationibus, etiam nouiter facientibus, ac paribus motu, & scientia approbatis, etiam disponentibus, quarum causae huiusmodi ad forum, seu Curiam Capitolij reassumi debeant, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per regulas generales idem importantes mentio, seu quaeuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores habentes, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie, specialiter, & expresse, ac eisdem motu, & scientia, & potestatis plenitudine derogamus, ac sufficienter derogatum esse decernimus, contrarijs quibuscunque, aut si praedictis vel quibusuis alijs, coniunctim, vel diuisim, ab eadem sit sede indultum, quod interdici, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca Curias, & Tribunalia, ad Iudicium trahi non possint, per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, ac quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus, non expressa, aut totaliter non inserta, iurisdictionis ipsius Protectoris explicatio impediri valet quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Et quia difficile foret praesentes literas ad singula loca, quibus illis pro tempore opus fuerit, deferre, volumus, & praedicta auctoritate decernimus, quod illorum transumpti, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Protectoris, vel Societatis huiusmodi, seu personae in dignitate ecclesiastica constitutae, vel curiae etiam secularis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur eisdem praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima secunda Mensis Ianuarij, millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno Primo.

Clausula praeseruatiua.

Decretum irritans.

Clausula derog.

B. Melchiorius.

A. Lilius.

Confirmatio

II.

Confirmatio Indultorum & Priuilegiorum a Paulo Tertio, Iulio Tertio, & Paulo Quarto concessorum Neophitis & Catechumenis.

De Materia vide concordantias, quas notabo infra in Pij v. const. a 5. Sacro sanctæ.

PIVS Papa Quartus, Ad perpetuam rei memoriam.

SALVATORIS Domini nostri Iesu Christi qui vt miseros mortales in profunda errorum caligine demersos, ad lucem veritatis attolleret, ac tanquam oues quæ perierant, a cœlesti patria longe aberrantes, ad beatorum gregem reduceret, ad hæc infima descendere, & mortale corpus induere dignatus est, vices licet immeriti gerentes in terris, Neophitis quibuslibet, ac præsertim ea Iudaica perfidia ad Christi fidem conuersis, libenter nos gratiosos, ac beneuolos exhibemus, ac prouide quæ in ipsorum commodum, & vtilitatem per Romanos Pontifices prouide gesta, & ordinata comperimus, vt perpetuo firma, ac inconcussa permaneant, apostolicæ confirmationis munimine roboramus. Sane pro parte dilectorum filiorum nostrorum Ioannis Michaelis tit. S. Anastasiæ presbyteri Cardinalis Saraceni nuncupati, ac moderni protectoris, & confratrum archiconfraternitatis conuersorum, & Catechumenorum de Vrbe nobis expositum fuit, Quod alias fel. rec. Paulus Papa Tertius prædecessor noster postquam intellexerat nonnullos Iudæos seu Hebræos diuinitus inspiratos tenebrosam cæcitatem, qua tunc detinebantur, abiecisse, & ad veri luminis agnitionem conuersos, & baptizatos fuisse, & ob diuersa munera & gratias ea sedis apostolicæ benignitate, eis concessa quam plurimos alios Hebræos seu Iudæos, simili accensos desiderio eandem cæcitatem abijcere, & ipsum verum lumen agnoscere desiderare. Cumque in alma Vrbe nostra nullus locus existeret, in quo ipsi ex iudaica cæcitate ad Christi fidem conuersi recipi valerent, idem Paulus prædecessor supplicationibus sibi pro parte dilecti filij Ioannis de Torano, tunc Rectoris parochialis Ecclesiæ sancti Ioannis de Mercato, regionis Campitelli de dicta Vrbe desuper porrectis inclinatus, dicto Ioanni prope ecclesiam sancti Ioánis præfatam, in loco ad id tunc designato, vnum monasterium pro puellis, & vnum hospitale sub sancti Ioseph, seu alia de qua dicto Ioanni videretur inuocatione, pro viris Iudæis, alijsque infidelibus pro tempore conuersis cóstrui faciendi, ea bonis eidem Ioanni a Deo collatis, eleemosynisque christifidelium ad id tunc concessis, & concedendis, licentiam & facultatem concessit, & postquam constructa fuissent, in monasterium, & hospitale eorundem Iudæorum conuersorum sine alicuius præiudicio, perpetuo erexit, & instituit, illisque pro eorum dote bona quæcunque illis eroganda & relinquenda perpetuo applicauit, & appropriauit, Ac in monasterio & hospitali prædictis, vnam Archiconfraternitatem, quæ caput omnium aliarum confraternitatum, & hospitalium, monasteriorumque, & aliorum locorum conuersorum huiusmodi vbilibet pro tempore institutorum & erectorum immediate subiecta, & membra ab eis dependentia fecit. Ita quod confraternitates, monasteria, hospitaliaque, & loca huiusmodi ipsam archiconfraternitatem in aliqua saltem reuerentia singulis annis recognoscere tenerentur: Eiusdemque Archiconfraternitatis dictus Ioannes quoad viueret, eoque vita functo, vnus ex confratribus clericis duntaxat, per eos tantum de triennio in triennium eligendus, caput seu Rector Præpositus tunc nuncupandus, & duodecim clerici seu presbyteri sæculares exemplaris vitæ, & religionis zelatores, quos idem Ioannes, & ipsius archiconfraternitatis præpositus pro tempore existens duceret eligendos esse deberent, etiam erexit, & instituit. Quodque de numero eorundem clericorum, seu presbyterorum confratrum, nullus prælatus, seu alicuius ordinis professor esse posset. Ipsique clerici seu presbyteri pro tempore existenti Præposito obedientiam, & reuerentiam præstare, nullique alij cófraternitati seu societati aggregari valerent, ac dicto Ioanni vita functo, præpositus archiconfraternitatis huiusmodi per confratres prædictos clericos tantum ex eorum gremio de triennio in triennium eligi, eorumque officium per triennium, & non vltra durare debere. Et ipsi confratres quoscunque Iudæos seu Hebræos & infideles conuerti volentes recipere, & illis victum & vestitum ex ipsius hospitalis bonis assignare, ipsique Iudæi seu Hebræi & infideles ante eorum cóuersionem, per vnum annum, seu aliud tempus eidem Præposito beneuisum, in monasteria & hospitali catechumenorum manere, & in dicta ecclesia vti eorum parochia missas, & alia diuina officia audire, & Dominico alijsque festiuis solemnibus diebus ad ipsam ecclesiam ad effectum audiendi verbum diuinum accedere tenerentur, & nulla sæcularis, vel regularis persona in monasterio & hospitali prædictis, illorumque bonis, rebus, & administratione, absque dictorum confratrum consensu se intromittere, aut in eos aliquam auctoritatem, seu iurisdictionem exercere posset. Et si pro tempore cótingeret in monasterio, & hospitali prædictis charitatis opera non exerceri, illorum fructus hospitali incurabilium S. Iacobi in Augusta de Vrbe, eo ipso applicatos esse statuit, & ordinauit, Necnon confratribus monasterio, hospitali, ac ecclesiæ prædictis, illorumque administratoribus, gubernatoribus, rectoribus, œconomis, ministris, conuersisque, & alijs personis in eis pro tempore existentibus, seu aliquam curam de illis, ac hospitalis, & monasterij prædictorum fabrica habentibus, necnon personis inibi pro tempore decedentibus, seu aliquid de bonis suis, pro dictis operibus relinquentibus, quod omnibus & singulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentijs, etiam plenarijs, ac peccatorum remissionibus, & alijs gratijs spiritualibus imagini S Saluatoris ad Sancta Sanctorum, & Charitatis, ac eidem archihospitali S. Iacobi in Augusta. Necnon sancti Spiritus hospitalibus, ac Corporis Christi, & Sacramenti, ac Campi Sancti, & alijs confratribus confraternitatum de Vrbe præfata, necnon eisdem imagini, & hospitali S. Spiritus, ac Campo Sancto, necnon fabricæ basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, illiusque deputatis, eorumque, necnon B. Mariæ de populo, & Consolationis, ac S. Io. Baptistæ Florentin. alijsque eiusdem Vrbis ecclesijs, ac illa, & illas visitantibus, vel benefacientibus, eorumque administratoribus, guardianis, rectoribus, œconomis generalibus, & alijs personis similem curam in eis sumentibus, ac Iudæis & conuersis quibuscunque eorum, etiam per eundem Paulum prædecessorem, & quoscunque Ro. Pontifices prædecessores & successores suos, ac sedem eandem concessis, & concedendis, quæ omnia & literas desuper confectas haberi voluit pro expressis, & quibus ille, illi, & illa vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, archiconfraternitas illiusque confratres, monasterium, tunc construendum hospitale, & ecclesia, illorumque administratores, rectores, familiares, ministri, œconomi huiusmodi, & aliæ personæ similem curam inibi sumentes, & illa visitantes, ac eis

Pau. 3 cócessit Ioanni de Torano facultatem erigendi monasterium & hospitale pro Iudæis, vt in eius const. 34. Illius, qui, fol. 428.

Archiconfraternitatem quoque ibi erexit, vt ibidem.

Præpositumque Archiconfraternitatis deputauit eundem Ioan. & [illegible] [illegible] aliquem [illegible] libet. [illegible] eligi mandauit.

Iudæisque & conuertendis victum & vestitum assignauit, & [illegible] [illegible] mandauit.

Et in euentum in quo caritatis opera inibi non exercerentur, fructus monasterii & hospitalis huiusmodi applicat hospitali S. Iacobi Incurabilium de Vrbe. De qua habes in const. præcedenti.

Indulgentiasque Confratribus & alijs concessit, vt hic.

Ad quod vide in. fra in const. 57. cum nos, et const. 60 [illegible] cæteras.

bene facientes, ex tunc, & in perpetuum vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valerent in omnibus & per omnia, perinde ac si monasterio, & hospitali, ac ecclesiæ, & confratribus prædictis illorumque rectoribus, administratoribus, gubernatoribus, œconomis, seruitoribus, familiaribus, ministris, & conuersis, ac alijs personis, ac illa visitantibus, & benefacientibus pro tempore specialiter, & expresse concessa fuissent, & in futurum concederentur, necnon presbyteris prædictis, qui in monasterio, seu hospitali, aut ecclesiæ prædictis quocunque anni tempore celebrarent, & pro quibus ijdem presbyteri inibi celebrarent, & orarent, easdem indulgentias & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus in Scala cæli, nuncupata, Monasterij trium fontium extra muros Vrbis Cistercien. ordinis, ac in Capella ad Præsepe Domini, sita in ecclesia beatæ Mariæ Maioris de Vrbe prædicta, ac animabus pro quibus inibi ijdem presbyteri celebrarent, & orarent, concessit, & indulsit. Et indulgentias, priuilegia, & indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones, & remissiones huiusmodi, ad illos, illas, & illa extendit, & prorogauit, & ampliauit. Quodque pro tempore existentes præpositus, & administrator, rector, & gubernator, œconomus, ministri, conuersi, aliæque personæ prædictæ indulgentias, gratias, priuilegia, indulta, exemptiones, immunitates, libertates, aliasque concessiones, & remissiones huiusmodi, & dies, ac festa in quibus, & causas propter quas illa consequi deberent, ad eorum beneplacitum publicari facere, & eleemosynas ipsis concedendas recipere, & personas desuper deputare. Necnon pro tempore præpositus quæcunque statuta, & ordinationes licita & honesta, circa regimen, & tranquillum statum monasterij, hospitalis, confratrum, presbyterorum & conuersorum, diuinorumq; celebrationem, aliaque præmissa concernentia condere, & mutare, ac de nouo edere. Et quilibet confrater, aliaque persona archiconfraternitatis, monasterij, & hospitalis huiusmodi quemcunq; presbyterum secularem in suum possent eligere confessorem, qui eos, & eorum quemlibet, a quibuscunque casibus quantumcunque grauibus, etiam in quinterno Cancellariæ apostolicæ in dictis literis expressis, & etiam apostolicæ sedi reseruatis absoluere, & confessionale, ac altare portatile iuxta formam, & literas prædictas habere possent, licentiam, & facultatem concessit. Atq; vt ipsi confratres, rectores, administratores gubernatores, œconomi, aliæque personæ ab indebitis molestijs releuarentur, vnum ex S. R. E. Cardinalibus quem ipsi ad id ducerêt eligendum, seu admittendum in eorum protectorem, & iudicem, cui & nulli alij subiecti essent, & quorum qui, seu ab eo deputando quæuis tam ciuiles quam criminales causæ per, & contra archiconfraternitatem, illorum administratores, rectores, gubernatores, aliasque personas præfatas, super bonis & rebus cuiuscunque qualitatis existentibus tunc motæ, & pro tempore mouendæ iuxta ordinariam iurisdictionem curiæ causarum Cameræ apostolicæ generali Auditori attributam, cognoscere, & finire posset, constituit, & deputauit, Eiusdemque archiconfraternitatis confratribus pro tempore existentibus, vere pœnitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus, qui in eiusdem sancti Ioseph, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, seu alijs per præpositum, rectores, administratores, & gubernatores ad id nominandis festis, seu diebus a primis vesperis vsque ad occasum solis sequentis diei monasterium & hospitale, ac ecclesiam huiusmodi deuote visitarent, & pro præmissis operibus manus adiutrices, iuxta eorum arbitrium porrigerent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac iubileum & remissionem in Domino misericorditer, per suas literas, quarum & priuilegiorum, exemptionum, indulgentiarum, & indultorum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdem protectoris, aut alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu alicuius curiæ ecclesiasticæ munitis eadem fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ, eisdem tamen post viginti annos quo ad indulgentiam plenariam, & remissionem prædictam minime valituris elargitus est, prout in dicti prædecessoris sub plumbo expeditis literis, sub dat. vndecimo Calend. Martij, Pontificatus sui anno nono plenius continetur.

Et deinde idem prædecessor Domum Catechumenorum prædictam, & quæcunque illius mobilia & immobilia tunc acquisita, & acquirenda bona & res ab omnibus & singulis oneribus realibus & personalibus, ac introitibus portarum, alijsque dacijs & gabellis tam maris, quam terræ, angarijs, collectis, grauaminibus, & præstationibus quomodolibet impositis & imponendis, ac solui solitis exemit, & liberauit, prout in motu proprio ipsius prædecessoris in Camera apostolica recepto, & admisso, & per piæ mem. Iulium Papam III. etiam Prædecessorem nostrum confirmato plenius dicitur contineri. Postmodum idem Iulius prædecessor noster de dicti Ioannis tunc carcerati demeritis ad plenum informatus ecclesiam prædictam aliaque beneficia ecclesiastica per ipsum Ioannem tunc obtenta archiconfraternitati prædictæ viuæ vocis oraculo, Dilecto filio nostro tunc suo Innocentio sancti Honofrij Diacono Cardinali de Monte nuncupato, archiconfraternitatis huiusmodi tunc protectori desuper facto apostolica auctoritate vniuit, annexuit, & incorporauit, & ecclesiæ, ac beneficiorum huiusmodi fructus redditus, & prouentus, pecunias, & bona quæcunque mobilia & immobilia ex testamento quondam Antoninæ præsidentis monasterij, seu domus fœminarum Catechumenarum dicto Ioanni, & post eiusdem Ioannis obitum in certos tunc expressos euentus monasterio Monialium sancti Ioseph montis Albani relicta, & ad dictum Ioannem quomodolibet, & ex quacunque causa tunc spectantia, etiam per sententiam Iudicum contra dictum Ioannem tunc ferrendam vacantia, ac procuratori Fiscali, & Cameræ apostolicæ incorporata, & incorporanda, eidem archiconfraternitati applicauit, & appropriauit, prout in attestatorijs dicti Innocêtij Cardinalis manu propria subscriptis, & eius sigilli appensione munitis. Idéque Iulius quod qualibet vniuersitas, seu congregatio eorundem Iudæorum seu Hebræorum, tam in dicta Vrbe quam in quibuscunq; ciuitatibus, terris, & prouincijs, alijsq; locis Ro. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, tûc & pro tempore consistens pro quolibet eorum loco. Synagoga, vel alias nuncupato in Vrbe, ciuitatibus terris, prouincijs, & locis prædictis existente in quo eorum superstitiones seu cærimoniæ fieri solent summam decem ducatorum auri de Camera hospitali seu Domui Catechumenorum Vrbis in festo omnium Sâctorum singulis annis soluere deberent, & tenerentur. Ita tamen quod repartitio summæ decem ducatorum huiusmodi, iuxta singularum Synagogarum huiusmet prouinciæ facultates fieret grauanda vna plus alia, iuxta illius facultates, & ditior pro paupere Synagoga prouinciæ huiusmodi contribuere, & proportionabiliter soluere deberet, voluit, statuit, & ordinauit, prout in ipsius Iulij prædecessoris sub plumbo expeditis literis etiam plenius continetur.

Necnon insuper postquam recol. mem. Paulus Quartus similiter prædecessor noster, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus, ipsi Iudæi in singulis ciuitatibus, terris, & locis vnicam tantum Synagogam habere deberent, nec alias de nouo construere possent, quinimo omnes alias eorum Synagogas præter vnam tantum demoliri, & deuastare tenerentur, per quasdam suas literas, seu constitutionem desuper confectas, seu editam,

Præpositum quoq. & alijs familiares concessit publicari faciendi, Indulgentias, & eleemosynas recipiendi.

Sed in videtur reuocationem facultatum quarûdam in con. 57. Cûm nos. et Pij v. reuocationem indulg. pro quibus porrigendis sunt manus adiutrices in eius const. 30. Et si dominici.

Præposi. q. regimen monasterij & hospitalis cômisit.

Côfratres & alijs personis eligere côfessore. Au quod vide infra côst. 57. Cum nos. et const. 60. Cum inter.

Protectoremque & iudicem eligendi facultatē côfratribus & alijs concessit.

Indulgētias quoque eisdem elargitus est, si vere pœnitentes, & côfessi visitauerint ecclesias hospitalis & monasterij & manus porrexerit adiutrices. Sed Pius v. reuocauit Indulgentias pro quibus manus adiutrices sunt porrigendæ, vt in dicta sua const. 30.

Idemq. Paul. exemptionem a solutione gabellarum concessit, sed eius côst. illi his non habes.

Iul. 3 confirmauit hanc exêptionem, vt in eius const. 18 Ad [illegible] fol. 517.

Et beneficia omnia per eundem Ioannem obtenta archiconfraternitati applic.

Et pro qualibet Synagoga Iudæorum in statu eccles. existente, Iudæos soluere iussit quolibet anno ducatos decê dicto hospitali in festo omniû Sanctorum. vt in eius const. 45 Pastoris. fol. 550.

tam,

tam, prout in illis plenius dicitur contineri, sancierat, & ordinauerat, Acceperatque quod a nonnullis prætendebatur, seu prætendi posset vniuersitatem, seu congregationem Iudæorum, cum tantum vnicam Synagogam in singulis ciuitatibus, terris, & locis prædictis habere possent, prætextu literarum, seu constitutionis huiusmodi ad solutionem dictorum decem ducatorum pro quolibet loco, & vbi dicta Synagoga consistebat tantum teneri, & obligatos esse, attendens solutionem decem ducatorum prædictorum cuiuslibet earundem Synagogarum, non tanquam locorum in quibus ipsi Iudæi ad dictas eorum superstitiones, seu cerimonias exercendum congregabantur, sed ipsorum Hebræorum personis, & cuiuslibet ipsorum vniuersitati & congregationi per eundem Iulium constitutam fuisse, ad eorundem pauperum Catechumenorum sustentationem, ac illasmet causas & rationes, quibus ad dictæ summæ solutionem, vt præfertur, faciendam, idem Iulius prædecessor motus fuerat adbuc tunc subsistere, & propterea eorūdem Catechumenorum indemnitatibus prouidere & quascunque dubitationes tollere cupiens, fidem fecit, & in verbo Romani Pontificis attestatus est suæ intentionis ac mentis, etiam tempore datæ literarum, seu constitutionis huiusmodi nunquam fuisse, nec tunc esse, reducere easdem literas, seu constitutionem vniuersitatem, seu congregationem Iudæorum aut Hebræorum huiusmodi a dicta solutione decem ducatorum pro qualibet Synagoga, seu loco etiam tunc destruendo releuare, aut hospitali, seu domui, ac Catechumenis & eorum deputatis præfatis, quin illi pro qualibet Synagoga Hebræorum huiusmodi, tam in alma Vrbe, quam ciuitatibus, terris, & locis prædictis, tempore publicationis ipsius Pauli Quarti literarum, seu constitutionis existentibus sub prætextu demulitionis dictam summam decem ducatorum ab vniuersitate, seu congregatione Hebræorum huiusmodi exigendas, & illos ad solutionem eiusdem summæ in eadm Vrbe faciendas compellere possent, præiudicare voluisse. Et pro potiori eorundem Catechumenorum cautela voluit, statuit, & ordinauit quod quælibet vniuersitas, seu congregatio Iudæorum seu Hebræorum huiusmodi pro qualibet eorum Synagoga, tam publica, quam priuata & temporali quæ in Vrbe & ciuitatibus terris, prouincijs prædictis tempore publicationis literarum, aut constitutionis huiusmodi erat: etiam si illa demolita, seu alienata fuisset, seu eam demoliri & alienari contigisset, dictam summam decem ducatorum hospitali seu domui Catechumenorū, aut deputatis præfatis in eodem festo omnium Sanctorum in Vrbe singulis annis, etiam pro tempore tunc præterito, & alias iuxta literarum Iulij prædecessoris nostri, tunc sui, continentiam & tenorē soluere teneretur, & obligata esset, & Iudæos seu Hebræos huiusmodi ad id obligari, & ad id cogi posse, & debere voluit. Necnon hospitale seu domum Catechumenorum, ad Catechumenos, Neophitos, & conuersos quoscunque etiam in Vrbe & extra eam cōmorantes, ipsosque deputatos, administratores, & alios officiales, ac personas, eorumque res & bona tunc & pro tempore vbilibet existentia a quorumcunque Iudicum & aliorum dictæ Vrbis aliorumque locorum ordinaria iurisdictione, subiectione, potestate, auctoritate, & dominio penitus & omnino exemit, & totaliter liberauit: Necnon dilecti filij nostri, tunc sui, Ioannis Michaelis tituli sanctæ Mariæ in Ara cæli presbyteri Cardinalis Saraceni nuncupati, tunc & pro tempore existentis dictæ Archiconfraternitatis Protectoris iurisdictioni, auctoritati, & dominio subiecit, & supposuit. Necnon causas quascunque audiendi, plenam & liberam facultatem eidem Protectori concessit, ipsiusque Iulij prædecessoris literas omniaque & singula priuilegia, exemptiones, prærogatiuas, libertates, indulgentias, indulta, aliasque gratias hospitali, seu domui illiusque ecclesiæ, ac Catechumenis, administratoribus præfatis illorumque personis & bonis per dictū Iulium prædecessorem, et quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores suos, et etiam per ipsum Paulum Quartum, et sedem apostolicam, et literas desuper confectas, sub quibuscunque tenoribus concessa, confirmauit, approbauit, et innouauit, illaque perpetuo firmitatis robur obtinere decreuit aliasque et alia fecit, prout in alijs in forma breuis, Et postremo idem Paulus Quartus prædecessor noster, per eum accepto, dudum antea eundem Iulium Tertium, etiam prædecessorem nostrum cuidam Iacobo Giraldino in Italia linguæ, et legis hæbraicæ tunc professori, et de Iudaica cæcitate ad veri luminis agnitionem, sacrum Baptisma suscipiendo, diuina dispositione præuento, vt commodius in religione christiana sustentari valeret, vt omnes et quoscunque libros, scripturas, et documenta hebræorum vbilibet commorantium seu incolarum quoad viueret reuidere posset, inter alia, sub salario ducentorum ducatorum auri de Camera sibi singulis annis ab eisdem hebræis, et eorum vniuersitate persoluendo concessisse, concessionemque dicti Iulij prædecessoris tunc certo modo cessasse, prouidè considerans numerum Catechumenorum in alma Vrbe nostra diuina id efficiente gratia in dies magis ac magis augeri, & propterea eorum necessitatibus in aliquo subuenire volens, ex certa eius scientia, ac matura deliberatione, salarium annuum ducentorum ducatorum huiusmodi eidem Iacobo durante concessione sibi facta prædicta persolui solitum, collegio Catechumenorum dictæ Vrbis, pro eorum sustentatione perpetuo applicauit, & appropriauit, ac appropriatum & applicatum esse, dictoque Collegio, & illius pro tempore Rectoribus, seu Administratoribus, vel deputatis perpetuis futuris temporibus, per Cōmunitates seu vniuersitates Hebræorum in toto statu & dominio S. R. E. prædictæ pro rata, & secundum ratam solutionum Cameræ apostolicæ pro tempore faciendarum singulis annis persolui voluit, & mandauit, prout in alijs ipsius Pauli prædecessoris desuper in forma Breuis expeditis, & in præfata Camera admissis latius dicitur contineri. Quare pro eorundem Ioannis Michaelis Cardinalis, & Confratrum, ac Catechumenorum parte nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus Motu proprio, & literis prædictis, pro illorum subsistentia firmiori robor apostolicæ confirmationis adijcere aliasque in præmissis opportune prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui omnes gentes a catholica fide alienas, ac præsertim Hebræos ceteris longe pertinaciores ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium propositis præmijs inuitare, & allicere cupimus huiusmodi supplicationibus inclinati singulas Pauli tertij, Iulij etiam tertij, ac Pauli quarti prædecessorum prædictorum literas prædictas, illarumque omnium veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, necnon omnia & singula in eisdem literis contenta, dicta apostolica auctoritate, tenore præsentiū approbamus, & confirmamus, ac etiam innouamus, necnon omnes, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, & solemnitates omissas supplemus, illaque omnia perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac per omnes quos literæ ipsæ concernunt inuiolabiliter obseruari, Necnon hospitali, & Catechumenis, Neophitis, & administratoribus, & alijs præmissis suffragari, Ac ita per quoscunque Iudices, etiam dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Palatij apostolici causarum Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, Necnō si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus bo. mem. Bonifacij Papæ octaui, pariter prædecessoris nostri, qua cauetur ne quis extra

Pau. 4. declarauit Iudæos teneri ad dictam annuam solutionem, etiā pro Synagogis demolitis, vt in eius cōst. 15. Dudum postquam, fol. 590.

Catechumenosq; & Neophitos, ac eorū bona, & officiales a quorūcunque iurisdictione exemit.

Protectoremque & Iudicem ipsorum deputauit Card. Saracenū, sed hodie è Card. Sabellus.

Cōfirmauit et. eorundem priuilegia, & exēptiones.

Et eisdem applicauit annuum salarium, quod Iudæi soluebant Iacobo Giraldino, vt in eius cōst. 24. Cum sicut accepimus fo. 599.

Hic autem Pius omnes concessiones Pauli 3. Iul. 3. & Pau. 4. confirmat, supplens quoscunque defectus.

Decretū irritans.

Clausula derog.

extra suam Ciuitatem, vel diœcesim nisi ex certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a sede prædicta deputati, extra ciuitatem, vel diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas a fine suæ diœcesis non trahatur, ac alijs apostolicis constitutionibus contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimatertia Ianuarij, millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno primo.

Tullius Lupus Notarius.

A. Nobilis.

V. Macharanus.

III.

Cardinales non possunt percipere introitus comprehensos in Appaltibus Thesaurariarum neque redditus Communitatum locorum, quorum gubernia eis commissa sunt.

Hoc idem statuit Iul. 3. in eius const. 5. Licet nos, sup. fol. 498.

PIVS Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam.
ALIAS a fel. rec. Iulio Papa III. prædecessore nostro in sui Pontificatus initio emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Iulius Papa Tertius, Ad futuram rei memoriam. Licet nos.

Omittitur tenor istius const. quam habes sup fol. 498. nu. 5.

Cardinales non possunt percipere introitus Thesaurariarum, seu Communitatum locorum, eorum Gubernio commissorum.

Nos itaque considerantes literas prædictas ad obuiandum dubijs & differentijs, quæ tunc sæpe oriri poterant, ab eodem Iulio prædecessore editas fuisse & propterea rationabilibus causis ipsius Iulij prædecessoris vestigijs, ad tollendas similiter controuersias iam forsan desuper ortas, seu quæ in dies oriri posse verendum est, inhærere volentes, Ne inter dictos Cardinales, quibus gubernia Ciuitatum, & Terrarum status nostri ecclesiastici iuxta Conclauis, in quo diuina fauente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, distributionem, seu alias per nos concessa fuerunt, & Thesaurarios prouinciarum nostrarum nomine ipsius Cameræ nostræ apostolicæ agentes, ac communitates & vniuersitates ciuitatum, & terrarum prædictarum aliqua differentia oriatur, motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium declaramus, atque attestamur mentis nostræ fuisse & esse, quod per huiusmodi concessiones de dictis gubernijs eisdem Cardinalibus, quomodolibet a nobis factas, non præiudicetur, neque præiudicari possit in aliquo ijs redditibus, & introitibus qui in appaltibus Thesaurariarum nostrarum eisdem Thesaurarijs factis comprehenduntur, neque illis, quos dictæ communitates & vniuersitates quomodocunque habere solitæ sunt, ex quibus onera dictæ Cameræ apostolicæ debita, ac etiam subsidium triennale soluere consueuerunt. Et idcirco neque Cameram apostolicam præfatam, neque etiam communitates & vniuersitates huiusmodi a dictis Cardinalibus, seu eorum agentibus vllatenus quouis prætextu aut quæsito colore super præmissis perturbari, aut molestari posse, neque debere: Sicque per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis concessionibus dictis Cardinalibus, vt præmittitur, factis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium nostrarum literarum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio quam extra adhibeatur, quæ eisdem originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die nona Februarij, millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno Primo.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Cæ. Glorierius.

IIII.

Confirmatio Declarationum & ordinationum Reuerendæ Cameræ Apostolicæ circa exactionem subsidij Quatreni pro qualibet libra carnis, in toto statu ecclesiastico, exceptis Alma Vrbe, & Ciuitate Bononiæ exigen.

De Materia vide notata supra in Iulij 3. Const. 31. Nuper cupientes, fol. 533.

PIVS Papa Quartus.
CVM Sicuti accepimus annis superioribus Dilecti filij præsidentes, & Clerici Cameræ nostræ Apostolicæ super subsidij Quatreni carnis nuncupati per fel. rec. Iulium Papam Tertium impositi, & per recolendæ mem. Paulum Papam Quartum prædecessores nostros ad nouem annos tunc proximè futuros prorogati, ac ad Baronum loca extensi, & in toto statu nostro ecclesiastico (Alma Vrbe, & Ciuitate Bononiæ, nostris exceptis) exigi soliti exactione ipsiusque exactionis modo ad præcidendas occasiones contentionum, & litium quæ desuper oriri poterant, complures declarationes, & ordinationes ediderint, prout in diuersis capitulis desuper sub die decima sexta Nouembris 1554. & vigesima prima Martij 1556. ac decima nona Ianuarij 1558. mensium diebus respectiuè confectis, quorum omnium & singulorum tenores & effectus præsentibus pro expressis & insertis haberi volumus, plenius dicitur contineri. Nos æquum censentes quæ a præfata Cameræ prouidè emanarunt rata fore, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine præsentium tenore dictum subsidium, etiam in ciuitate nostra Camerini, eiusque comitatu & districtu, tam pro præterito, quam pro futuro temporibus illo duratore exigi debere decernentes, supradictas, declarationes & ordinationes, ac præfata desuper confecta capitula, & signanter ex illis quæ sub die decimasexta Nouembris 1554. edita sunt, septimum capitulum de interioribus, & capitibus, aliisque animalium partibus,

Iul. 3 de anno 1553 imposuit subsidium vnius Quatreni pro qualibet libra carnis ad quinquennium vt in eius const. 31. Nuper f. 533.

Paul. 4. illud prorogauit ad nouennium, & extendit ad loca Baronū, de anno 1558 vt in eius const. 17 Cupientes fol. 589.

tractans

tractandi, necnon quintum ex eis quæ sub die vigesima prima Martij 1556. emanarunt, animalium extra dictum Statum, terrasque Baronum, ac de loco ad locum, deque territorio ad territorium eductionem, seu extractionem prohibens; ac omnia & singula in vniuersis & singulis capitulis suprascriptis contenta, & inde secuta quæcunque approbamus, & confirmamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adijcimus; Supplentes omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, eaque omnia inconcussè firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari debere, easdemque præsentes de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ vel alio defectu notari argui, vel impugnari nullatenus posse. Sicque per quoscunque Iudices &c. Sublata &c. iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque &c. decernimus. Mandantes propterea dilectis filijs Camerario nostro, necnon eisdem Clericis præsentibus & futuris, cæterisque ad quos spectat, seu in futurum spectabit, vt easdem præsentes in dicta Camera admittant, & in illius libris describi, & registrari, & inuiolabiliter obseruari faciant, desuperque patentes literas, mandata, inhibitiones, & alias scripturas opportunas expedrant, & expediri mandent. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis quomodolibet editis, necnon priuilegijs, & indultis eisdem Cameræ, ac Fisco nostro, & quibusuis alijs quomodolibet concessis &c. ac eiusdem Cameræ statutis, stilo, & consuetudinibus etiam iuramento &c. roboratis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis &c. tenores &c. illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem earundem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra plenam fidem facere, seu si Appaltatoribus eiusdē subsidij videbitur, super illis literas etiam in forma breuis, vel sub plumbo, etiam cum omnium & singulorum præmissorum ampliori specificatione, & expressione, ac præsignati instrumenti ad verbum si videlicet insertione, alijsque clausulis verbis & cautelis necessarijs & opportunis. Adeo quod contraria quæcunque penitus tollantur, & non obstent simul vel separatim, etiam sub data mensis Februarij, millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno Primo, vel alia data expediri posse. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Calendis Martij, Anno Primo.

Cameræ autē apostolica circa modum illud exapēdi multas facit ordinationes, quas hic pōtifex confirmat supplen. oīs defect°.

Decreti irritans

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. L.

V.

De Erectione Collegij Militum Piorum, ac eorum Indultis, Priuilegijs, & emolumentis.

De Augmento autem huius Collegij habes infra in constit. 16. Cum nos pro.

De istorum Militum præcedentia in Processione Corporis Christi in Vrbe vide infra in Greg. 13. const. 90. Oībus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PII Patris altissimi, qui sua pietate immensa impium humanæ naturæ lapsum, per vnigeniti filij sui sanguinis aspersionem expiauit, nosque per eum veræ pietatis & iustitiæ cultum, ac vniuersam mysticæ domus suppellectilem, partim ad illius ornatum, partim ad necessarios vsus, prouida moderatione dispensare docuit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, circa commissum nobis apostolicæ sollicitudinis officium exercendum, inter multiplices, arduasque curas, quæ nos, horum temporum difficultate causante, vehementer exercent, eam in præsentia amplecti cogimur, per quam, exiguorum sedis apostolicæ prouentuum reliquias, non solum in necessarios domus, & familiæ nostræ vsus, verumetiam in antiquorum dictæ sedis debitorum solutionem, quantum ipsa rerum patitur angustia, conuertamus, ac interea sedis eiusdem decori, in suis officialibus, familijsque obiter adaugendis, nec minus illorum qui cū ipsa sede, pro necessitatibus eius subleuandis, bona fide cōtrahunt, indemnitati pariter & securitati consulamus. Sane, cum nuper, post nostram ad summi apostolatus apicem, superna pietate fauēte, assumptionem, sedem ipsam, & Cameram apostolicam, cuius omnes fere redditus, & proprietates a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel in perpetuum, vel certè ad tempus distracti fuerunt, non solum illis exinanitam, & plane inopem, verumetiam propter expensas his, & proximè præteritis belli, sterilitatis, ac longiusculæ sedis huius vacationis temporibus factas maxima æris alieni mole oppressa inuenerimus. Ac propterea prouentus necessarij, quotidiano familiæ nostræ alimento non suppetant, tantum abest, vt debita antiqua, pro quibus maximum interesse soluitur, eadem dissolui valeant, nec sit aliud, quod pro cautione mercatorum, aut aliorum pecunias subministrare volentium, hipothecari, seu obligari possit, præter infrascripta. Nos tali necessitate coacti, volentes, creditoribus satisfaciendo, pro illa parte ab æris alieni huiusmodi, & interusuriorum, seu interesse quæ propterea soluuntur, onere sedem, ac Cameram præfatas liberare, & necessitatibus nostris, absque subditorum vlteriori grauamine prouidere, Considerantesque, quod tam fel. rec. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & Iulius etiam III. quam etiam Paulus IIII. Romani Pontifices prædecessores nostri super sedis, & Cameræ præfatarum introitibus, partim perpetuos, partim temporales erexerunt Montes, & Officiorum Collegia, perceptis pro illorum pretijs diuersis etiam notabilibus pecuniarum summis. Hinc est quod nos, habita super his cum venerabilibus fratribus nostris ipsius Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, vnum Collegium trecentorum septuaginta quinque virorum Militum Piorum, participantium nuncupandorum, quorum nomina & cognomina in calce nostrarum literarum describentur, in alma Vrbe perpetuo erigimus, & instituimus. Decernentes ipsos Milites Pios pro tempore existentes veros & indubitatos familiares, continuos commensales nostros, & Romani Pontificis pro tempore existentis existere. Ac in quibuscunque apostolicis, & alijs literis scripturis, & actibus publicis, & priuatis se tales scribere, & nominare, & ab alijs nominari posse, & debere. Ac eo ipso, quod ad officium Militiæ huiusmodi admissi fuerit, eos & cuiuslibet eorum filium primogenitum natum, vel nasciturum nobiles, etiam de maiori nobilium genere, ac Aulæ Lateranensis comites cum potestate per se, vel alium, seu alios, in genere, & in specie, quoties cuilibet eorum placuerit, seu delegandos, vel deputandos ab eis, quoscunque, qui in iure canonico & in ciuili, seu altero eorum, per diligentem examinationem scientia, & moribus idonei, & sufficientes inuenti fuerint, in vtroque, vel altero iurium huiusmodi, Quos vero in Theologia, etiam cuiusuis ordinis, etiam Mendicantium professores existentes, etiam si alias superioris consensus requireretur, & habitus, vel requisitus non fuerit, seu artibus, vel medicina, aut alia licita facultate studuisse, & similiter per diligentem examinationem duorum, aut trium per eos eligendorum

Causæ erectionis Collegij Militū Piorum.

Leo x. erexit tria Collegia, vt habes sup. fol. 199. et 247 et 267.

Clem. 7 erexit Mōtem Fidei, vt ha. sup fol. 314.

Paulus. 3 erexit duo Collegia fo. 391. & 451.

Iul. 3 const. ipsā hic non habes.

Paulus 4 erexit duos Montes, fo. fol. 582 et 634.

Hic autem Pōt. erigit Collegiū 375. Militū Piorum, sed postea addidit alios 160 vt inf. in cōst. 16.

Milites ipsos familiares suos declarat.

De quorū familiarium priuilegijs vide su. Clemen 7. const. 14. Roman. fo. 307.

Nobiles quoque creat.

Doctorandique alios in Iure canonico, & ciuili, & alijs facultatibus authoritatem ijsdem Militibus concedit.

Quod reuocauit Pius v. infra in const. 39. Quamuis.

doctorum

doctorum,seu magistrorum facultatis,in qua studuerint,coram eis vel aliquo eorum habendam, ad fidelem magistrorum,seu doctorum eorũdem attestationem eis faciendam peritos,ac scientia,ac moribus ad hoc idoneos, & sufficientes esse repererint,de eorundem doctorum,seu magistrorum quoad præmissa omnia, consilio, & assensu in Theologia,seu Artibus,vel Medicina,aut alia licita facultate huiusmodi, ad Baccalariatus, Licenciaturæ,Doctoratus,& Magisterij gradus promonendi,& illis in eis eligendi,interpretandi,disputandi,& alios actus ac personas in huiusmodi gradibus constitutas quomodolibet pertinentes, faciendi, auctoritatem concedendi, & ipsorum graduum solita insignia eis conferendi.

Notariosque creandi.
Ad hoc autẽ videas infra cõst. 223 In sacrosancta.

Necnon Iudices ordinarios, ac Notarios, & Tabelliones publicos creandi,& creatos,de Iudicatus, Tabellionatus, & Notariatus officijs huiusmodi per pennam & calamare, vt moris est, recepto prius ab eis solito iuramento, inuestiendi.

Legitimandique illegitimos,
Quod limitatur infra const. 36. Quamuis.

Cum spurijs,bastardis, manserijs, incestuosis, & damnato coitu procreatis, vt in parentum, & aliorum bonis,tam ex testamento, quam ab intestato (sine præiudicio tamen venientium ab intestato) succedere,& quoscunque actus legitimos exercere,& ad quosuis honores,dignitates,& officia publica,vel priuata assumi,illaque gerere, & exercere in omnibus & per omnia,ac si de legitimo matrimonio essent procreati, libere & licite valeant dispensandi. Et quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, legibusque Imperialibus,etiam ea illis,quæ in vsibus feudorum, & authenticorum habentur,etiam si de illis specialis mentio habenda foret, quæ haberi posset ad libitum voluntatis,Statutis quoque, & alijs ordinationibus in contrarium,pro tempore editis,etiam iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis, quoties ei placuerit,in quasuis mundi partes derogandi.

Milites clerici efficiuntur Notarij sedis Apost. laici vero Milites auratæ Militiæ.

Illosque ex eisdem Militibus Pijs,qui clerici fuerint,in dictæ sedis Notarios,qui vero laici,in auratæ militiæ Milites. Ita quod etiam si Milites pij participantes esse desierint,nihilominus Comites Aulæ Lateranen. & Notarij dictæ sedis,ac Milites aurati respectiue,sine tamen præiudicio participantium,etiam cum dicto filio primogenito, esse non desinant,ea nunc prout ex tunc,& econtra,facimus,creamus,atque recipimus, Ac aliorum etiam de maiori nobilium, & aulæ Lateranen. Comitum, & sedis Notariorum, ac militiæ præfatorum Militum numero & consortio fauorabiliter aggregamus. Et insuper attendentes nonnulla bona per laicos ecclesijs piè erogata, & concessa fuisse, quodque in posterum laici ad alia eroganda, & concedenda procliuiores fient, si ecclesiam ipsam erga se gratam,& liberalem in aliquo esse cognouerint,

Pensiones super fructibus beneficiorum obtinere, & in alios transferre possunt.
Quod reuocauit Pius V. infra in eius const. 72. Sacrosanctum.

cum quolibet ex dictis Militibus Pijs, pro tempore existentibus,tam in Romana Curia,quam extra eam residentibus, etiam si meri laici, & coniugati,etiam bigami,& vel alias quomodolibet incapacium, cum Militibus vero clericis,etiam quascunque pensiones annuas super fructibus,redditibus,& prouentibus quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum,vel ipsos fructus,redditus,& prouentus,loco pensionum similium percipientibus etiã si eos pro tempore coniugatos, & bigamos fieri contigerit,vt illi quamdiu officium militiæ huiusmodi obtinuerint duntaxat,quascunque pensiones annuas,vel fructus, redditus, & prouentus, loco pensionum huiusmodi, centum quinquaginta ducatorum auri de Camera summam non excedentes quæ transeant ad successores in beneficijs,& a decimis,subsidijs,& alijs oneribus pro tẽpore impositis,liberæ sint,etiam si ordinaria,vel apostolica,aut alia auctoritate,ac sine causa reseruatæ,super monasteriorum,etiam consistorialium,prioratuum,præpositurarum,præpositatuum, & aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum,secularium, & quorumuis ordinum regularium cum cura & sine cura, etiam si parochiales ecclesiæ,vel earum perpetuæ vicariæ,canonicatus, & prabendæ, dignitates etiam maiores,& principales,personatus,administrationes,vel officia in Cathedralibus,etiam Metropolitan.vel collegiatis ecclesijs, cuiuscunpue annui redditus,& valoris,& prouentus fuerint,pensio, seu pensiones annuæ, non tamen vltra tertiam partem fructuum cuiuslibet beneficij,super quolibet beneficio,etiam,vt præfertur,qualificato,& vltra summam centum quinquaginta ducatorum similium in totum, pro vno quoque Milite Pio, etiam a Romana Curia absente,etiam si in eadem nũquam fuerit,nec in eam venire cõtigerit,& quolibet officio,ita quod, etiam vnus qui plura officia præfata obtinuerit, maiorem summam pensionis,videlicet pro quolibet officio summam centum quinquaginta ducatorum,etiam simul, vel separatim consequi, ac eidem reseruari, constitui, & assignari possit. Et quod inferius descripti Milites Pij vnã, vel plures pensiones,siue fructus, etiam vltra dictam tertiam & dimidiam partem habentes,super quibusuis ecclesijs,monasterijs,& beneficijs præfatis,illam etiam si matrimonium, etiam cum bigama contraxerint, vsque ad summam præfatam centum quinquaginta ducatorum pro quolibet officio, vt præmittitur, & non vltra retinere,& assequi, nulla præterea compositione soluta. Et tam ipsi quam eorum in ipsis officis successores, Milites Pij pro tempore existentes, huiusmodi similes pensiones, & fructus vsque ad summas & quantitates similes eis reseruatas,seu reseruandas,consequi,& habere, ac eis reseruari facere.illasque etiam quoad vixerint,etiam,vt præmittitur,ab Vrbe absentes,percipere,exigere,& leuare, ac in suos vsus & vtilitates conuertere absque alia dispensatione,vel licentia desuper obtinenda,liberè,& licitè possint,& valeant,etiam si Miles Pius, etiam officium Militis sancti Petri & sancti Pauli de Vrbe, ac Lauretan.& sancti Georgij,& de Lilio obtinuerit,quo ad pensiones huiusmodi,officium incompatibile non sit,sed vigore cuiuslibet officij videlicet Militis sancti Petri, centum quinquaginta retinere, & Militis sancti Pauli ducentorum assequi,& retinere,& singulorum Militis Lauretan.& sancti Georgij,ac de Lilio,centum ducatorum, ac pro quolibet officio Militis Pij, centum quinquaginta similium, pensiones annuas similiter assequi, & retinere possit & valeat,donec & quousque,officium præfatum obtinuerint,cum omnibus & singulis indultis,clausulis & cautelis in similibus apponi solitis, in euentum non solutionis earum, Et pensiones, & fructus huiusmodi,etiam in alios quoscunque per eos nominandos,& in eorum fauorem,iuxta desuper eis concessam facultatem,transferendi,ita tamen,quod huiusmodi pensiones, & fructus percipientes laici Milites, qui in dicta Romana Curia protempore erunt,non tamen absentes ab ea in habitu armatæ Militiæ viro equiti conuenienti nos & Romanos Pontifices, pro tempore existentes in expeditionibus Cruciatæ, & generalibus Concilijs, absque alio stipendio,expensis tamen sedis apostolicæ,cum vno equo,ratione dictæ pensionis,sequi debeant,dispensamus,eisque ad hoc plenam & liberam licentiam, & facultatem concedimus. Ipsisque Militibus Pijs, qui clerici fuerint, & officium huiusmodi per biennium continuum obtinuerint, vt etiam quascunque pensiones super quibusuis ex dictis secularibus,& regularibus beneficijs,eorumque prouentibus ecclesiasticis,& fructus ecclesiasticos.etiam loco pensionum eis hactenus,& pro tempore quomodolibet assignatos,& concessos, & assignandos.ac concedendos (non tamen summam & quantitatem centum quinquaginta ducatorum similium pro quolibet officio præfato,nec medietatem fructuum,redditũum, & prouentuum beneficiorum huiusmodi super quibus dictæ pensiones,seu fructus reseruati existunt,excedentes) in dicta Romana Curia,vel extra eam, etiam

in mortis

in mortis articulo in clericum, seu clericos non coniugatos per eos eligendos, vel nominandos, etiam quæcunq; quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & pensiones obtinentes, & expectãtes in totum, vel in partem seu partes, etiam coram solis Notario, etiam laico, & testibus, etiam sine consensu easdem pensiones soluere debentium, etiam si illas alias transferendi facultatem non habuerint, regula Cancellariæ, de consensu in pensionibus requisito præstando, hactenus, & pro tempore edita, ac stilo in similibus reseruationibus, hactenus obseruato, & pro tempore obseruando, non obstantibus quandocunq; transferre. Ac translationes sic factæ valeant & debitores, ac eorum successores, ad soluendum illis, in quos dictæ pensiones transferentur, sub excommunicationis sententia, & priuationis pœna, ac accessibus, regressibus, & ingressibus, decretis, & alijs clausulis in literis priorum pensionum pro tempore contentis omnino teneantur, etiam perinde, ac si dictæ translationes per non de consensu possessorum, seu debitorum & aliorum interesse habentium, cum præfatis & quibusuis alijs in literis dictarum pensionum contentis clausulis, quæ in ipsis translationibus habeantur pro repetitis, factæ fuissent. Ipsisq; Militibus Pijs, etiam clericis, presbyteris, prælatis, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis pro tempore existentibus, vt de quibuscunq; eorum bonis mobilibus & immobilibus per eos, tam per ecclesiam seu ecclesias, aut alia beneficia ecclesiastica, etiam hospitalia, vel alia pia loca cuiusuis, etiam priuilegiati ordinis, seu alterius militiæ fuerint, per eos obtenta & obtinenda, aut alias quomodolibet acquisitis, & acquirendis, etiam si iuxta fel. rec. Sixti IIII. & Iulij II. & Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, desuper expeditas literas mobilia bona non possederint, etiam in dicta Romana Curia, & extra eam testari, & de eis inter eorum vtriusque sexus liberos etiam illegitimos, aut alias quascunque etiam incapaces quauis incapacitate personas disponere, testari, codicillari, & ea etiam inter viuos erogare, concedere, & donare, & testamenta, dispositiones, & concessiones huiusmodi etiam dimisso officio liberè & licitè fiant, & valeant. plenam & liberam etiam vltra facultates per præfatos prædecessores nostros, & nos curialibus Rom. Curiam sequentibus, in Vrbe ædificantibus concessas, vsque ad summam, seu valorem millium ducatorum auri de Camera, quo ad bona per ecclesiam acquisita, quo vero ad alia simpliciter, & vsque ad omnes eorũ facultates, & bona licentiam, & facultatem concedimus. Necnon illis ex ipsis pro tempore existentibus Militibus Pijs, qui illegitimi fuerint, vt de cetero in quibuscunque impetrationibus, concessionibus, dispensationibus, gratijs, indultis & literis gratiam, & iustitiam concernentibus per eos, seu eorum nomine in posterum a dicta sede, vel illius legatis, etiã ratione dignitatum, etiam Episcopalium & Metropolitan. ac monasteriorum, seu aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, aut alias qualitercunque impetrandis vel eis, etiam motu proprio concedendis defectu natalium quem quoquo modo patiuntur, ac dispensationibus desuper pro tempore concessis nullã mentionem facere teneantur. Nec propterea impetrationes, concessiones, dispensationes, gratiæ, indulta, & literæ huiusmodi de surreptionis & obreptionis, ac nullitatis vitio, seu intentionis defectu notari possint, sed validæ & efficaces existant, de speciali gratia indulgemus. Eosdemq; Milites Pios pro tempore existentes, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica, & bona per eos pro tempore obtenta a quorumcunq; Ordinariorum locorum, & aliorum iurisdictione, potestate superioritate, & dominio, etiam si aliàs sint Milites Hierosolimitani, qui exempti sunt a Magno Magistro suo pro tempore (nisi beneficia religionis, aut super eis pensiones a sede præfata habuerint) etiam in his omnibus cum alijs Militibus Pijs antedictis, in quibus eiusdem sedis Notarij, etiam de numero participantium nuncupati, de iure, priuilegio, consuetudine, & alias exempti sint, & esse censeantur. Necnon a solutione cuiuscunq; pedagij, collectæ, aut cuiusuis alterius oneris. vbique locorum eximimus, & liberamus, ac iurisdictioni & potestati nostræ, & sedis prædictæ immediatè subijcimus Insigniaq; Collegij dictorum Militum Piorum esse volumus imaginem beati Ambrosij Episcopi ab vna parte alicuius pendentis aurei, & ab altera insignia nostra, vel pro tempore existentis Pontificis, cum clauibus desuper, & Tiara Pontificia impendenti, per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios gestãdi. Ac Militibus Pijs qui insignia huiusmodi detulerint, vt ensem, & alia arma in dicta Vrbe, & toto statu ecclesiastico, & extra eã, quibusuis prohibitionibus, & bannimentis nequaquam obstãtibus, deferre valeant, pariter indulgemus. Censeantur quoq; ijdẽ Milites, eorumque successores, & omni fictione cessante habeantur, & sint familiares nostri antiqui descripti seruato inter eos ad militiæ huiusmodi officia receptionis ordine actu descripti, sicut ex nunc, prout ex tunc, & e contra quotiens descriptio ipsa fiet, describimus, & annotamus in literis quibus familiares nostri continui cõmensales, & Cardinalium ad apostolatus apicẽ assumptorum, qui assumptionis tempore nostri, & illorum respectiue obsequijs, actu insistebant, ad effectum præcedendi alios in assecutionibus beneficiorum ecclesiasticorum, quæ vigore gratiarum expectatiuarum, & earum mutationũ, collationum, extensionum, & reualidationum duxerint acceptandam, describuntur, ac describi, & annotari consueuerunt, immediate ante penultimum antiquorum familiarium pro tempore descriptorum præfatorum in eisdem literis annotatos, & descriptos, ita vt ipsi omnibus a dicto penultimo descripto citra, (absq; tamen dictorum descriptorum, & aliorum sedis & Curiæ præfatarũ officialiũ præiudicio) dictiq; Milites literas gratiarum expectatiuarum, quotiens eas generaliter concedi cõtinget, absq; aliqua signatura desuper obtinẽda, in prima earũ expeditione ad duas collationes, & duo beneficia, per eorum quẽlibet eligendas, etiam si vnum ex dictis beneficijs alias sub eorumdẽ Militum gratija, expectatiuis, earumue collationũ mutationibus, & extensionibus pro tempore comprehensis, dispositionis apostolicæ, ex quauis causa, præterquã ratione illius vacationis apud sedem præfatã, aut familiaritatis continuæ cõmensalitatis nostræ, & tunc viuentis Ro. Pont. aut eiusdẽ tempore vacationis, ad id consensus requirendus foret alicuius Cardinalis dictæ Ro. Ecclesiæ generaliter reseruatũ, vel ex generali apost. reseruatione, aut alias quomodolibet affectũ, & cuius beneficij reseruati fructus, redditus, & prouentus ducentorũ floren. auri de Cam. secundum cõmunem extimationẽ valorem annuum non excedant expedire, & ipsum beneficium sic generaliter reseruatum, vel affectum, etiã si ipsi Milites Pij in ipsis gratiarũ expectatiuarum literis, vel constitutionibus, siue regulis Cancel. apost. desuper pro tempore editis, specialiter & expresse excluderentur, aut alias eorũ gratia limitaretur, & tam illud, quã alia quæcunq;, cũ cura, & sine cura, secularia & regularia, sub hmõi expectatiuis, & illarũ mutationibus, extensionibus, & reualidationibus collationũ & reseruationibus, vnionibus, mãdatis & alijs gratijs eis pro tẽpore cõcessis comprehensa beneficia eccl. pro tempore vacantia, tam in dicta Cu. præsentes, quã ab ea absentes, etiã in ipsa Cu. per procuratores speciales & generales in genere acceptare & de illis sibi etiã i genere prouideri facere, ac illa cõsequi, & habere, ac acceptationes & prouisiones hmõdi ad benefic. particularia, etiã per procuratorem generalẽ specificare. Notarij quoq; inde rogati iuxta stilũ archiuij Ro. Curiæ super acceptatio-

Testandique facultatem habet de bonis acquisitis, ex benefic. &c. Reuocauit autẽ Pius V infra in eius const. 71 sacrosanctum.

Milites illegitimi in quibuscunque impetrationibus defectum Natalium exprimere non tenentur, & nihilominus gratiæ valide sint.

Exempti in Militum à iur. &c. Ordinariorum.

Exemptio eorũdem à solutione collectarum, &c. Ad quod vide infra Pii V. const. 9. hic si ea.

Insignia Milit.

Licentia deferendi arma.

Milites descripti sunt in litteris, in quibus veteri familiares sic describuntur.

Repertorium que vt hic obtinere possint.

Reuocationẽ vero habes in Pio V. const. 71 sacrosanctum.

nibus instrumenta de beneficijs tunc vacantibus, cum pro parte ipsorum Militum Piorum pro tempore existentium requisiti fuerint, conficere possint, & debeant, ac acceptationes & prouisiones huiusmodi validæ & efficaces existant.

Constitutionibus de publicandis prouisionibus Milites non ligantur.

Ad quod vide Greg. 13. cõst. 87. Humanae.

Ipsiq; Milites ad satisfaciendum constitutionibus de publicandis acceptationibus & prouisionibus ac illis intimandis possessoribus editis, & pro tempore edendis, minime teneantur. Ac omnibus & singulis priuilegijs, antelationibus, prærogatiuis, decretis, declarationibus, suspensionibus, derogationibus, mandatis, voluntatibus, immunitatibus, concessionibus, etiam indultis, quo ad expectatiuas huiusmodi alijs familiaribus nostris continuis commensalibus, etiam antiquis, & descriptis, literarum apostolicarum Scriptoribus, & Cubicularijs nostris, & pro tempore existentis Ro. Pont. quomodolibet concessis, & concedendis non solum ad instar, sed pariformiter, & æque principaliter, sine vlla differentia, prout ipsi antiqui & descripti familiares, & Scriptores, ac Cubicularij vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, (sine tamen eorum præiudicio) vtantur, & gaudeant.

Et gaudent omnibus priuilegijs concessis Scriptoribus, & Cubicularijs Apostolicis.

Ac volumus quod dicti Milites Pij, qui pro tempore fuerint de eorum officijs, siue locis, & emolumentis, quæ cum quibusuis alijs dictæ Ro. Curiç officijs, compatibilia existant, & per quoscunque, ne dum vnum sed plura simul, vel successiue, etiam vltra decem obtinere valeant, ac per solam signaturam concedi debeant disponere, & illa in nostris & nostrorum successorum pro tempore existentis, quando ipsis Militibus Pijs placuerit, & in fauorem personarum per ipsos nominandarum, ad instar officiorum dictæ Curiæ manibus resignare, liberè & licitè valeant, Ac resignationes huiusmodi validæ & efficaces existãt, & suos effectus sortiri debeant.

Milites eorum officia ad fauorem quorumcũque personarum per eos nominandarum in manibus Pontificis resignare possunt.

Ac pro signatura concessionis singulorum officiorum, siue locorum huiusmodi per resignationem, siue per obitum pro tempore vacantium, vigintiquinque Datario, pro admissione vero Collegio Militum huiusmodi decem ducatos similes pro expensis Collegij soluant, ita tamen quod Milites infra nominati, & in expeditione, & post expeditionem præsentium liter. nominandi, & in libro Collegij huiusmodi annotan. vsq; ad numerum trecentorum septuaginta quinque huiusmodi duntaxat, ij videlicet qui in calce nostrarum literarum tantum erunt descripti, infra sex menses a die qua ipsi milites descripti, ad participationem emolumentorum suorũ huiusmodi officiorum admissi fuerint, computãdos, sua officia militiæ huiusmodi in manibus nostris, & pro tempore existentis Ro. Pont. nulla compositione, seu admissione solutis, nec cõsensu alibi præstando requisitis, pro vna vice tantum, infra dictos sex menses, dimittere.

Compositiones soluendæ in concessione officij.

Et supplicationes admissionum huiusmodi per solam signaturam, etiam sine registratura expediri, & partibus consignari debeant, Ac personæ in quas dictæ dimissiones infra dictos sex menses, fieri contigerit, gratis & absq; aliqua cõpositionis, & admissionis solutione recipi, & admitti debeant.

Collegium Militum facultates.

Ac Collegio Militũ huiusmodi ministros quoscunq; deputandi, ac deputatos amouendi, collegialia iura, & insignia, & auctoritatem, licentiãq; statuta, & ordinationes, eorumq; statum tranquillum & prosperum concernentia condendi, & pro tempore condita restringendi, ampliandi, & quoties expedire videbitur, in totum delendi, & alia denuo ordinandi, eaq; sub pecuniarijs eidem Collegio applicãdis, & alijs etiam suspensionis, ac perceptione emolumentorum distribuendorũ arbitrio dicti Collegij pœnis per deputandos per ipsum Col. exigendis, obseruari faciẽdi licẽtiam, & facultatem tribuimus, & elargimur.

Literæ Apostolicæ gratis pro militibus expediuntur.

Eisdemq; Militibus Pijs pro tempore existentibus, vt singulæ pro eorum quolibet, literæ apost. etiã sub plumbo, super omnibus & singulis expectatiuis ac eorũ extensionibus, ampliationibus, & alijs eis per præsentes concessis gratijs, etiã per Cam. vel Cancel. Apostolicam gratis expedire possint indulgemus.

Militum præcedentia.

Ad quod vide inf. Greg. 13. cõst. 90. Omnibus.

Ac præfatos Pios, alios quoscunque etiam s. Petri & s. Pauli, ac Lauretanos, & s. Georgij, non tamen participantes, etiam Regum, Principum, & ordinum eorundem Regum, etiam Imperatoris, ac quorumuis militiarum & quorumcunq; ordinum, & hospitalium ac etiam s. Io. Hierosolymit. Milites, & fratres in incedendi ordine, etiam coram nobis, & pro tempore existente Ro. Pont & in quibusuis locis præcedere, & quando nos, & Ro. Pont. sub baldachino præcedent, baldachinum huiusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen præcedentibus, deferre.

Exemptio eorundem a solutione iocalium, & aliorum iurium Cameræ Apost. debitorum.

Quodq; Milites Pij huiusmodi, & eorum successores ab omni iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcunq; iuriũ in dicta Cam. ratione officiorum Militum Piorum huiusmodi, ipsis nunc & pro tempore concessorum solutione & præstatione omnino sint liberi, & exempti. Et clerici ad notariatus officium pro tempore assumpti ad gestandum notariatus habitum non teneantur, Et qui illum habere voluerint, a pro tempore existentibus Collegij dictorum Militũ defensoribus recipiant, & in eorum vel alicuius eorum manibus solitũ præstent iuramentũ. Liceatq; ipsis defensoribus, ipsius Collegij nomine, & sub cõmuni ipsius sigillo, processus super officio notariatus duntaxat in ea forma, quam executores in literis apost. ad exhibendum insignia notariatus huiusmodi pro tempore deputati dare cõsueuerint, dare, processus, aut exemptiones protonotarijs huiusmodi per Cam. expediri solitos, a dicta Cam. iuxta morẽ solitum recipere, & pro eorũ singulis, cum illos habere voluerint, iulios viginti duos duntaxat, computatis etiam iocalibus, a Camerarij sigillo, & non vltra, præfatæ Cam. soluere teneantur.

Milites soluerũt Põtifici centum octuaginta septẽ millia, & quingẽta scutorum in auro.

Ceterum cum infrascripti Milites centum octuaginta septem millia & quingenta scuta auri in auro pro nostris, & præfatæ ecclesiæ necessitatibus prædictis subleuan. & pro infrascriptorum eis assignatorum prouentuũ pretio, seu recompensa, de proprijs eorum pecunijs, vt præfertur, obtulerint, ac in pecunia numerata nobis cum effectu persoluere intendant, iustumq; sit, & æquitati conueniat, vt eorundem Militum vitæ adiumento, & indemnitatibus taliter consulatur, quod ex bono & charitatiuo officio, quo in hoc erga nos, & dictam Ro. Eccles. iuxta solutionem faciendã, vt supra sunt perfuncti, nullo vnquam tempore ipsi, eorumue successores, iacturam, aut detrimentum sustineant, de consilio, & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine supradictis, eisdẽ Militibus Pijs, eorumq; in militiæ officijs huiusmodi successoribus in perpetuũ Gabellam quatreni carnis, in sta Ecclesiast. (alma Vrbe, & ciuitate Bononiæ duntaxat exceptis) impositam (cuius impositionem perpetuo durare volumus, decernimus, & declaramus) ad scuta triginta quatuor millia de Iulijs decem annuatim arrendatam, & pro summa scutorum decem & octo millium, ac trecentorum septuaginta quinque similiũ duntaxat Monti Pio, per nos hodie erecto assignatã, pro alijs scutis duodecim millibus centum viginti quinque, de Iulijs decem pro scuto, ac Thesaurariam ciuitatis Camerini omnesq; ipsius ciuitatis, & illius territorijs, eiusdem Thesaurariæ, fructus, redditus, & prouentus, ad Cam. apost. pertinentes, pro alijs scutis octo millibus, & quingentis annuatim, & singulo mense ratam integrè, & sine aliqua retentione persoluendis perpetuo vendimus, tradimus, concedimus, & assignamus, ita quod dictum Collegium oibus alijs, pro dicta summa scutorum octo millium quingentorũ ex dicta Thesauraria percipienda præferatur, Et vt assignamentum omni difficultate, impedimentoq; cessantibus suum, vt par est debitum sortiatur effectum volumus quod dilecti filij Baptista Thomæ de Caualcantibus (quem Baptistam fide, & facultatibus idoneum, dicti Collegij Militum Depositarium deputamus) & alij Gabellæ præfatæ condu-

Et Pont. eis concedit assignamẽta de quibus hic Et postea concessit alia, de quibus inf. in dicta const. 26.

ta conductores, necnon Iufredus Francus, & Petrus Ioannes de Gradis, dictæ Thesaurariæ Thesaurarij nunc, ac in futurum Gabellam & Thesaurariam huiusmodi respectiuè in appaltum administrationem, vel alias quomodolibet obtenturi, antequam Gabellæ & Thesaurariæ prædictarum possessionem capiant, seu in illis se se quoquo modo immisceant liberè, etiam proprijs nominibus, se Collegio Militum huiusmodi, obligare, ac de soluendo ipsi Collegio summas respectiuè præfatas annuatim, & singulo mense ratam promittere, Ac futuri Gabellæ & Thesaurariæ conductores idoneas cautiones bancharias in alma Vrbe desuper præstare debeãt, alioquin ad Gabellam & Thesaurariam prædictas, ac illarum redditùum perceptionem admitti nullatenus possint, nec debeant, & appaltus administratio, vel concessio dictarum Gabellæ & Thesaurariæ, ad quoscunque cum onere transeant, ita quod etiam si obligatio & promissio huiusmodi factæ non forent, verè tamen & non fictè factæ intelligantur. Volentes quod si huiusmodi conductores vel administratores, vt præmittitur se non obligauerint, vel Milites Pios præfatos cautos non fecerint, aut per tres menses a solutione dicti assignamenti cessauerint, liceat eidem Collegio Thesaurariæ, & quoad scuta duodecim millia centum viginti quinque huiusmodi Gabellæ præfatæ (sine tamen præiudicio Collegij Montis præfati, respectu summæ ei assignatæ) introituum ac iurium huiusmodi possessionem corporalem, propria auctoritate etiam absque alio iuris, seu iudicis ministerio apprehendere, ac Thesaurariæ & Gabellæ huiusmodi administratores, collectores, & ministros quoscunque, propria auctoritate expellere, sine aliquo spolij vitio, ac sibi satisfacere, & Thesaurariam ac Gabellam prædictas retinere, donec eis fuerit integre satisfactum, ac sufficienter cautum de eorum assignamento huiusmodi ex tunc in futurum soluendo. Et ad maiorem Collegij & Militum Piorum huiusmodi securitatem, eisdem Collegio & Militibus Pijs specialiter & expresse, ac in solidum obligamus & hippothecamus subsidium triennale Prouinciæ Vmbriæ (sine tamen præiudicio aliorum Collegiorum, quibus pars dicti subsidij hipothecata existit) ita quod in omnem euentum deficientiæ assignamentorum eidem Collegio, vt supra datorum, & venditorum, seu alicuius eorum partis, pro parte sic deficiente Collegium & Milites Pij præfati possint etiam propria auctoritate ad subsidium præfatum recurrere, & super eo se releuare. Volumusque quod emolumenta & pecuniarum summæ, vel annui redditus præfati dicto Collegio assignata, a Calendis mensis Aprilis proximè futuri incipiant, & inter Milites qui infra describentur, diuidantur, & in futurum continuando, inter eos iuxta eorum distributiones & ordinationes distribuantur. Et ad probandum dicta scuta centum octoginta septem millia & quingenta in necessariam vel euidentem vtilitatem ecclesiæ & sedis earundem conuersa fuisse, minime teneantur. Decernentes præsentes literas, quas vim & robur contractus, & obligationis inter nos & sedem præfatam, ac dictam Cameram ex vna, & Milites Pios ipsos ex altera partibus legitimè initi & stipulati obtinere. Ac pro præmissorum omnium & singulorum obseruatione nos ac sedem & Cameram apostolicam, eiusque bona quæcunque, etiam preciosa, ac census, etiam in vigilia & festo beatorum Petri & Pauli apostolorum, dictæ Cameræ debitos, eisdem Collegio & Militibus Pijs præfatis, obligamus, & hippothecamus, Et per quascunque literas & gratias per nos, & dictos successores nostros, desuper edendas, seu faciendas, & concedendas, derogari, clausulaque cum eorum vel earum, seu præsentium derogatione latissimè extendenda, ac quod eædem præsentes literæ, earumque tenores pro expressis habeantur in quibusuis supplicationibus & contractibus inter, & per nos, & successores nostros, & Cam. Appaltatores, & alios conductores præfatos, & alias quascunq; personas pro tempore signatis & initis, pro tempore apposita, nihil penitus operari, Et illius vigore in literis apost. super ipsis obligationibus conficiendis quicquam, vltra quam in supplicationibus huiusmodi specificè sit expressum, narrari non posse, Sicque per modernos & pro tempore existentes eiusdem Ro. ecclesiæ Cameram, & dictæ Cam. Clericos, & præsidentes præfatos, ac alios quoscunq; Iudices & Cõmissarios, etiã causarũ Palatij apo. Auditores, & præfatæ R. E. Cardinales in quibuscunque causis super præmissis, vel eorum aliquo pro tempore motis, iudicari & diffiniri, ac sententiari debere, Sublata eis & eorum singulis quauis aliter faciendi, & iudicandi omnino facultate, & auctoritate, Necnon irritum & inane, quicquid secus super his vel eorum aliquo per eos & alios quoscunq; quauis auctoritate, etiam per nos & successores nostros præfatos scienter vel ignoranter contigerit attentari. Necnon mandantes eisdẽ Camerario, Præsidentibus, & Clericis nunc & pro tempore existentibus, ac omnibus, & singulis alijs ad quos quomodolibet spectat & spectabit, vt summam scutorum centum octoginta septem millium & quingentorum huiusmodi gratis ad ordinarium introitũ dictæ Cameræ ponentes, & describentes, scripturasq; necessarias & opportunas, & obligationes desuper conficientes, ac contractum per nos sic celebratum & bonam fidem nostram recognoscentes, & sequentes, faciant eisdem Militibus Pijs super præmissis, & eorum singulis plena, inuiolabilique obseruatione quodcunquè instrumentum publicum obligatorium bonorum spiritualium, & temporalium Ro. Ecclesiæ, & Cameræ præfatarum ad ipsorum Militum Piorum requisitionẽ, prout etiam nos facimus per præsentes. Et in aliquo ex dictis euentibus absque alterius declarationis, seu mandati expectatione de præmissis debitam & integram eis satisfactionem impendant. Volumusque quod idem Camerarius, ac vniuersi & singuli Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate ecclesiastica cõstituti, in dicta Curia & extra eam residentes, ac per Collegium Militum Piorum huiusmodi, & eorum singulus eligendi, & eorum singulis per se vel alium, seu alios, auctoritate nostra dictis Militibus in præmissis efficacis assistant præsidio defensionis, faciantq; eos & eorũ singulos, eorumq; filios, ac in quorum cõmodum, iuxta infrascriptum indultum, testati fuerint, aliosq; supradictos quotiens pro ipsorum parte super hoc fuerint requisiti omnibus & singulis præfatis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoscunq; desuper quomodolibet indebitè molestari, inquietari, aut impediri, contradictores quoslibet & rebelles cuiuscunq; status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per easdẽ censuras ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas, aliaq; iuris & facti quæuis opportuna remedia, appellatione postposita, omnino compescendo. Non obstan. Lateranen. Concilij nouissimè celebrati, tam super habitu per nostros & dictæ sedis Notarios, sub pœnis inibi expressis gestãdo, quam bonis Ecclesiæ Ro. & sedis earundem non alienandis, Ac etiam sanctæ mem. Simachi (Non liceat Papæ) & Innocentij IIII. (Volentes) incipientibus, ac Pauli II. & Pauli IIII. aliorumque Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum etiam contra exemptos editis & præfatis & alijs, etiam de non acceptandis, vigore gratiarum expectatiuarum, beneficijs dispositioni apostolicæ generaliter reseruatis, ac in fauorem ordinariorum, & alijs nostris, & Cancellariæ huiusmodi pro tempore editis Regulis, & alijs Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis, generalibus, & specialibus cõstitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs, indultis, & literis apostolicis Cantorum, Capellanorum, & Abbreuiatorum, etiam de maiori par-

Depositarius Militũ Baptista de Cauallerijs deputatur.

Gabellæ & Thesaurariæ prædictarum conductores teneantur assecurare Milites de eorũ emolumentis.

Assecuratio militum super redditibus subsidij triennalis.

De quo vide supra Paul. 3 const. 55. Nouis iis, fol. 466.

Milites nõ teneantur probare illas pecunias Pontifici solutas conuersas fuisse in vtilitatem sedis apostolicæ.

Obligatio omnium bonorum sedis apost. pro assecuratione Militũ.

Clausula præseruatiua.

Decretũ irritans.

Camerarius & alij ponant ad introitum Cameræ summã scutorũ centum octoginta septem milliũ & quingentorum per Milites solutam, & faciant quæcunq. instrumenta obligatoria pro militum assecuratione.

Deputatio & facultates defensorum istorum militum.

Clausulæ derogatoriæ.

co, & Scriptorum, ac Cubiculariorum præfatorum, & aliorum sedis & Cameræ huiusmodi officialium Collegijs, eorumque personis per nos, vel quoscunque prædecessores nostros, etiam in vim contractus, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine similibus, ac cũ quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & alijs declaratoribus, & decretis, etiam talibus, quod illis nullatenus, vel nisi de eorum quorum interest expresso consensu, & dictorum fratrum nostrorum consilio, etiam consistorialiter habito, alijsque modis & formis ibi tradi.tis, vsquequaque seruatis, derogari possit, etiam si inter alia caueatur expresse, quod si eis derogari contingat, derogatio

Clausula derogatoria.

huiusmodi non valeat, nisi talis intentio derogandi aliquibus personis tunc expressis per diuersas in forma breuis literas, cum interuallo vnius mensis, seu alterius temporis eis præsentata prius, ac intimata, & insinuata fuerit, ac dictis Clericis, & Præsidentibus Cameræ, ac Fisco nostro concessis, & concedendis, & legibus Imperialibus, quibus cauetur in alienatione rerum Fiscalium certam & exquisitam formam, cum interuallo temporis, & candela accensa seruandam fore, alias contractus sint nulli, & inualidi, & recipiens ad restitutioné vna cum fructibus teneatur. Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat, & ad effectum omnium præmissorum, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus etiam quod per trienoium a data præsentium inchoandum, Officia præfata minime per obitum vacent, sed ad hæredes, dicto triennio durante, decedentes deueniant, & hæredes præfati, officia huiusmodi absque aliqua impensa retinere, vel resignare, & precium officiorum præfatorum recipere possint, & resignationes præfatæ per nos, & nostros successores admitti debeant. Quodque Milites in nostris literis nominandi duntaxat, & non alij, etiam post trienninm possint de medietate precij officij, seu officiorum Militum Piorum per ipsos, vt infra dicetur, obtenti, seu obtentorũ, etiam in mortis articulo, etiam a Romana Curia absentes, etiam solummodo coram Notario, & duobus testibus, tam ex causa resignationis, quam vltimæ voluntatis, disponere Et si etiam non disposuerint, dicta medietas ad hæredes Militum infra describendorum transeat, & hæredes præfati de dicta medietate disponere possint. & iuxta dispositiones huiusmodi resignationes, & prouisiones per Datarium pro tempore existẽtem expediri debeant, ita tamen quod si in Italia infra tres, si vero extra infra sex menses, hæredes, seu successores præfati id Secretario Collegij debeant notificare. Vt autem præsentes literæ ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes inuiolabiliter obseruentur, volumus quod illæ in eadem Cancellaria apostolica, & audientia literarum contradictarum nostrarum, ac in acie campi Floræ, ac Valuis basilicæ principis apostolorum affigi, & publicari debeat, ne ij, quos ipsæ literæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, etiam si ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, nihilominus illos arctent, perinde ac si eis personaliter intimatæ forent, aliquam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile foret earundem literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbique illas præsentare, eadem auctoritate apostolica volumus, & decernimus, quod transumptis præsentium lit. etiam per impressionem factis, manu alicuius Defensoris dicti Collegij dictorum Militum Piorum subscriptis, & sigillo Camerarij nostri præfati, ac eiudem Collegij sigillatis, plena, & eademmet fides, quæ adhiberetur præsentibus literis originalibus si præsentarentur, vbique adhibeatur tam in iudicio, quam extra illud. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, creationis, receptionis, aggregationis, dispensationis, concessionum, subiectionis, indultorum, descriptionis, annotationis, declarationis, venditionis, traditionis, assignationis, deputationis, hypothecæ, mandati, positionis, recognitionis, factorum, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si Quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentes. quinquages. nono, Tertio Idus Martij, Pont. nostri anno Primo.

Officia Militum non vacent per triénium ab hodie incohandũ.

Milites infra describendi possint etiam post triennium de medietate Officiorum disponere

Illorum Militũ nomina descripta sunt infra in const. 16. Cum nos pro.

Forma publ hæc const.

Quam publ hic ab nobis fuit hic locum! Pont. in const. 16. testatur publicatam fuisse.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. ff.

Ego F. Card de Turnon. Episcopus Ostien.
† Ego Rodulp. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
† Ego F. Card. de Pisanis Episcopus Tusculanen.
† Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Prænestinen.
† Ego Io. Card Moronus Episcopus Albanen.
†
† Ego Chistophorus Card Tridentinus.
† Ego Georg. Card. de Armignaco.
† Ego Otho Card. Augustanus.
† Ego B. Card. de la Cueua.
† Ego R. Card. S. Angeli maior Pœniten.
† Ego Tiberius Card. Crispus.
† Ego Fuluius Card. Perusinus.
† Ego Io Mi. Card. Saracenus.
† Ego Io. An. Card. S. Vitalis.
† Ego Io. Ant. Card. Messanen.
† Ego Ia. Card. Puteus.
† Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
† Ego B. Card. Tranen.
† Ego Diomedes Card. Arianen.
† Ego Scipio Card. Pisarum.
† Ego Io. Card Reomanus.
† Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
† Ego Thadeus Card. Gaddus.
† Ego Laurentius Card. Strotius.
† Ego Io. Card. Senonen.

† Ego Fr. M: Card. Aleaandrinus.
† Ego Clem. Monil. Card. Aracæli.
†
† Ego I. Card. Sabellus.
† Ego Hier. Card. S. Georgij.
†
†
†
†
† Ego A. Card Farnesius Vicecancellarius.
† Ego G. Asc. Card. Cameratius.
† Ego N. Card. de Sermoneta.
† Ego Hyp. Card. Ferrarien.
† Ego Iu. Card. Vrbinaten.
†
† Ego Aloy. Card. Cornelius.
† Ego Hier. Card. Simoncellus
† Ego Carolus Card. Carafa.
† Ego Alfon. Card. Neapolitanus Regens.
† Ego Vitellotius Card. Vitellius.
† Ego Caro. Card. Borromeus.
†
†
†
†

Barengus.

Regist. ata in Camera Apostolica per me Alexandrum Peregrinum.

Confirmatio

V I.

Confirmatio Capitulorum Gabellæ pro manutentione Studij Almæ Vrbis impositæ super Vino forensi, quod Romæ in Tabernis venditur.

De Hac Gabella vide infra in const. 122. Cum sicut accepimus nuper, cum ibi not.

PIVS Papa Quartus Motu proprio &c.

CVM sicut accepimus, alias postquam fel. rec. Eugenius IIII. vt ad donum sapientiæ, doctrinæque ministeria gregem sibi creditum salubriter curaret & fidelibus singulis, ad quærendum literarum studia, per quæ diuini nominis, orthodoxæque Fidei cultus prouehitur, iustitia colitur, tam publica, quam priuata res geritur, omnisque prosperitas humanæ conditionis augetur, fauores gratiosos impendere, ac commoditatis auxilium impartiri volens, quod in alma Vrbe nostra, tunc sua perpetuis futuris temporibus generale studium vigeret, quodq; pro doctorum ad legendum in eo conducen. salario, ac alijs ipsius Studij occurren. pro Gabella vini forensis, quod in tabernis, venditur, certam pecuniarum quantitatem tabernarij venditores soluere tenerentur statuerat, & ordinauerat, ac per re. me. Sixtum IIII. & Iulium II. etiam prædecessores nostros præmissa confirmata, & approbata. Necnon Gabella huiusmodi per bo. me. Leonem X. similiter prædecess. nostrum adaucta, & per dilectos filios Po. Romanum, seu eiusdem Vrbis Conseruatores ac nonnullos capita regionum Rectores, & Reformatores de quindennio in quindennium plus offerenti locari, & concedi solita fuerit, prout in eorundem Eugenij, Sixti, & Leonis prædecess. præfatorum literis desuper confectis, ac instrumentis locationum pro tempore factarum quarum tenores &c. latius dicitur cõtineri. Cumq; sicut etiam accepimus, moderni eiusdem Po. Romani Conseruatores & Officiales considerantes quod per Populum huiusmodi, ac dictæ Vrbis incolas Gabella prædicta in emptione vinorum, quæ a Tabernarijs seu hospitibus venduntur, persoluitur, quodq; dicti Tabernarij, seu alij vinum ad minuta vendentes innumerabiles fraudes in ipsius Gabellæ, & consequenter ipsius Studij præiudicium indies committunt, ita vt debita emolumenta quæ ea vini venditione Gabellæ huiusmodi prouenirent, in eorum proprios vsus, absque ipsorum emolumentorum debita solutione conuertant. Proptera Conseruatores & Officiales præfati ad fraudibus huiusmodi obuiandum, & ne ipsa Gabella suis debitis emolumentis spoliata remaneat, Gabellam prædictam de mense Decembris proximè præteriti 1559. ac alio postmodum subsequuto tempore inter alia sub nonnullis capitulis, & conditionibus modum Gabellam prædictam fraudandi ac fraudes ipsas tollendi, & destruendi, & præsertim quod Tabernarij, & alij vinum ad minutum vendentes præfati ipsi Gabellæ vinum huiusmodi per eos emptum intra 24. horarum spatium consignare, quodque similiter Barrilarij & Fachini, ac alij vectigales vinum ea porta Ripæ, & Ripettæ ad Tabernarios, & alios præfatos deferentes, in eorum transitu ad passum, seu locum deputatum ipsius Gabellæ Officialibus inibi residentibus vinum ipsum cum illius qualitate & quantitate, ac illud vendentium, & ementium veris, & non fictis nominibus denunciare, Similiterq; muliones, & alij vinum huiusmodi per terram vehentes Portinarijs, & alijs Officialibus portarum dictæ Vrbis inibi deputatis modo præmisso vt præfertur denunciare, & notificare teneantur, ac alias tunc expressis cum valde notabili augmento pretij vltra solitum vigore capitulorum fraudibus obuiantium huiusmodi ad quinquennium tunc proximè futurum locarunt, & concesserunt, & deinde præmissa obseruari per publica banna, seu bannimenta mandarunt, & voluerunt, ac publicari, & notificari fecerunt, prout in instrumentis, capitulis, conditionibus, ac bannis, seu bannimentis huiusmodi latius dicitur contineri. Nos attendentes quod fraudibus est semper obuiandum, quodq; ex augmento huiusmodi Gymnasium eiusdem Vrbis melius manu teneri, & egregiorum doctorum pro tempore in eo legentium stipendia cõmodius persolui poterunt, ac indemnitati ipsius Gabellæ, contra quã ipsius Appaltatores vigore locationis, & concessionis per ipsos Conseruatores, & Officiales eisdem factæ, si eis promissa non adimpleantur, defalcationem dicti pretij habere possunt consulere, ac Po. Romanum prædictum specialis gratiæ fauore prosequi volentes, Motu simili, & ex certa scientia &c. locationem, concessionem, instrumenta, capitula, conditiones ac banna, seu bannimenta, fraudibus huiusmodi in genere & in specie obuiantium tantum prædicta, ac prout illam concernunt omnia & singula in eis contenta, & inde sequuta quæcunque, apostolica auctoritate confirmamus, & approbamus & quatenus opus sit de nouo concedimus, omnesque & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, ac solemnitates omissas, si quæ omissæ sint supplemus, ac omnia & singula præmissa in instrumentis, capitulis, & bannis, seu bannimentis prædictis contenta, & inde sequuta quæcunque valida & efficacia fore, & esse, & per Tabernarios, & alios vinum ad minutum vendentes, ac barrilarios, facchinos, muliones, & alios vinum huiusmodi deferentes, aliosque quos illa quomodolibet concernunt, & in futurum concernent, inuiolabiliter obseruari debere, eosq; ad illorum obseruationem teneri, cogi, & cõpelli posse, sicq; per quoscunque Iudices &c. iudicandum fore, sublata eis &c. ac irritum & inane &c. decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac literis prædecessorum nostrorum, necnon statutis &c. priuilegijs quoque &c. Quibus omnibus etiam si de illis &c. latissime derogamus. Ac præsentis nostri Motus proprij solam signaturam sufficere, & vbique, tam in iudicio, quam extra fidem facere, regula contraria non obstantibus volumus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum, vndecimo Calend. Aprilis, Anno Primo.

Placet Motu proprio. I.

Eug. 4. Studium generale in Vrbe introduxit, & Gabellam vini forensis quod in Tabernis venditur imposuit pro solutione salarij Lectorum, vt habetur in eius const. 2. Ad supernæ fol. 25.

Six. 4. & Iul. 2. eã firmarunt, Quã Iul. 2. cõst. habetur fo. 538. nu. 12.

Gabella ista per Populum Romanum plus offerenti vendi solet.

Et quia varijs modis Gabella illa defraudabatur ideo quædam capitula hic expressa edita fuerũt.

Pontifex autem dicta capitula cõfirmat, suppletque omnes defectus.

Decretũ irritans

Clausula derog.

V I I.

Equorum taxæ à quibuscunque Communitatibus & personis exigantur.

Exemptiones vero à solutione istarum taxarum reuocauit Pius v. infra in eius const. 9. Et si ea sic.

PIVS Papa Quartus, Ad futuram rei memoriam.

VOLENTES ex rationabilibus causis ad id animum nostrum mouentibus, & præsertim præmentibus rerum vndique, sicut omnibus notum est, necessitatibus, Taxas Equorum in vniuerso statu nostro Ecclesiastico, etiam a tempore, quo fel. rec. Paulus Papa Quartus, immediatus prædecessor noster per suas in forma breuis literas earundem Taxarum Equorum exactionem fieri ordinauit, atque mandauit pro

Paul. 4. mandauit exigi taxas equorũ, sed eius cõst. hic non habes.

Camera

Camera nostra apostolica exigi,& recuperari,auctoritate apostolica, tenore præsentium, statuimus, ac decernimus,quod omnes & singulæ Taxæ Equorum prædictorum in toto statu nostro ecclesiastico præfato, incipiendo a dicto tempore,quo idem Paulus prædecessor illas, vt præfertur,exigi mandauit (attento quod exactio huiusmodi tunc exequutioni demandata non fuit)citra,& sic successiuè in futurum ab omnibus personis,Communitatibus,& Vniuersitatibus illas soluere habentibus iuxta Taxam antiquam ex libris eiusdem Cameræ extractam(quæ quidem Taxa Commissarijs super exactione huiusmodi deputandis a dilecto filio Francisco Odescalco dictæ Cameræ Præsidente manu eius subscripta dabitur)pro eadem Camera omnino exigantur, & cum effectu recuperentur. Nos enim eidem Francisco Præsidenti eas Ciuitates,Terras,& loca, de quibus Taxa per eos soluenda huiusmodi non reperietur,aut alios forsan de eadem Taxa non apparebit, de nouo iuxta ratam aliorum locorum taxandi,& Taxam debitam,& conuenientem eis imponendi,ita vt quælibet Communitas & Vniuersitas indifferenter Taxas huiusmodi soluant , & quoscunque earundem Taxarum debitores ad illarum solutionem iuris & facti remedijs cogendi,& compellendi, aliaque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi plenam & liberam auctoritate,& tenore prædictis concedimus facultatem. Non obstantibus quibusuis concessionibus,gratijs, liberationibus, remissionibus, suspensionibus, & alijs contrarijs dispositionibus per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,ac etiam nos & sedem apostolicam quomodolibet factis,non tamen ea causa onerosa,videlicet emptionis dictarum Taxarum, & pretij illarum realis, & effectualis solutionis occasione , dummodo de ipsius pretij solutione clare constet, concessis, ceterisque cōtrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis , & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat.Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris,die decima quinta Martij,milesimo quingentesimo sexagesimo,Pontificatus nostri Anno Primo.

Pont. iste easdem taxas à quibuscunque communalis exigi iubet.

Clausula derog.

Cæ.Glorierius

VIII.

Moderatio , & Declaratio Constitutionum Pauli Quarti editarum contra Religiosos extra Claustra vagantes,Apostatas,& translatos ad alios Religionum ordines

Quas constitutiones Pauli Quarti habes supra nu. 28. Cupientes, fol.609.& nu 29. Postquam,fol.610.,& ibi posui concordantias Materiæ , quas vide.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

SEDIS Apostolicæ solertia dum ad salutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentum vergere conspicit,ne quod illis profuturum maturitate summa prodijsse comperitur, noxium incauto ministerio efficiatur,celeris prouisionis opem afferre consueuit,prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum si quidem postquam fel.rec. Paulus Papa Quartus prædecessor noster tumore quodam apostasiæ in plerisque ordinis Fratrum Minorum professores inualescentis excitatus , per quasdam suas in forma breuis literas venerabili fratri nostro,tunc suo, Rodulpho Episcopo Portuen. Cardinali de Carpo nuncupato dicti ordinis protectori dederat in mandatis, vt ipsius ordinis Magistros & Ministros moneret,eisq; præciperet, quod in singulis prouincijs eorum iurisdictioni subiectis ,omnes & singulos eiusdem ordinis professores, qui ex quauis causa quantunque iusta , & iuridica apparente propria temeritate , aut prætextu quarumuis etiam dicti Pauli,& aliorum prædecessorum nostrorum in simili forma,vel sub plumbo confectarum,seu Pænitentiariæ apostolicæ literarum quorumcunque tenorum existerent, extra domos suas regulares eorum habitu regulari,siue retento,siue abiecto degebant, vel ex tunc in posterum degerent,etiam per iudices & ministros seculares personaliter apprehendi & detineri facerent,dummodo infra modicum tempus eorundem Magistrorū & Ministrorum arbitrio moderandum dictos apprehensos , & detentos ipsis Magistris & ministris consignare deberent,eorūq; qui prætextu literarum huiusmodi domos ipsas exiuissent, tam Apostolicas, quam pænitentiariæ literas prædictas præfati Magistri & Ministri viderent,discuterent, & examinarent, ac tam super veritate, quam super sufficientia causarum in dictis literis expressarum , & narratarum diligenter inquirerent, & tam eos quos falsum narrasse,aut causam minus sufficientem expressisse , vel in seculo inique versatos esse, quā eos quos propria temeritate domos regulares prædictas exiuisse comperissent,perpetui carceris vel ad tempus,seu alijs pœnis debitis punirent,& compescerent,& qui ex vera causa per eos approbanda literas ipsas ad tempus impetrassent,si impedimento sublato,seu alias ad claustrum redire vellent,nec aliquod canonicum obstaret,eos benignè reciperent,& charitatiuè tractarent,Dictus Paulus prædecessor quod diuersorum Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum constitutionibus,contra Apostatas editis deerat supplere studens,& apostasiæ morbo peramplius mederi intendens, Motu proprio,& ex certa scientia sua,ac de apostolicæ potestatis plenitudine certis alijs suis literis per quarum posteriores priores quo ad ea in quibus posterioribus aduersabantur, reuocauit omnes & singulos cuiuscunque religionis , seu ordinis regulares , qui post professionem per eos in ætate legitima constitutos in aliquo approbato etiam militari ordine purè & liberè emissam , vel qui ante ætatem legitimam professi fuissent post illam per eos in ipsa ætate legitima constitutos purè & liberè ratam, & gratam habitam, temeritate propria,aut quouis prætextu vel causa, etiam si se religioni & ordini non astrictos esse sine causæ cognitione,& illis quæ a iure requiruntur,quo ad easdem seruari omissis, vel non legitimè probatis,declarari obtinuissent,aut beneficium ecclesiasticum,etiam curatum non præcedente legitima dispensatione possiderent vel alicui beneficio ecclesiastico, etiam curato alterius nomine deseruirent,extra claustra suorum regularium locorum degebant , aut ex tunc in posterum degerent , omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis per eos quomodolibet obtentis cuiuscunque qualitatis forent , & ex tunc de cetero obtinendis, ac fructibus,redditibus, & prouentibus ecclesiasticis eis quomodolibet reseruatis,& assignatis , Necnon quibusuis in quacunque facultate gradibus per eos etiam antequam religionem ingrederentur assecutis,necnon quocunque ministerio ecclesiastico penitus & omnino priuauit , ac ad illa & alia quæcunque & qualiacunque ex tunc in posterum obtinenda , seu fructus , redditus , & prouentus ecclesiasticos percipiendos , aut gradus assequendos perpetuo inhabilitauit,& ab executione quorumcunque ecclesiasticorum etiam sacrorum,& præsertim presbyteratus

Paul.4 commisit Card. d. Carpo Protectori ord. Fratrū minorū vt cōtra Fratres extra claustra religionis vagantes procederet,vt in ipsius const. 28. cupiētes abusus, fol. 609..

Idemque Paul. 4. vt contra apostatas plenius prouideret , aliā edidit cōst. quā habes sup. n. 29. Postquam. f.610

Tenor dictæ cōst. Paul 4. Vide igitur quæ ibi annotaui.

teratus ordinum, necnon omni ministerio ecclesiastico prædicto perpetuo suspendit, priuatosque & inhabiles, ac suspensos esse, necnon beneficia ipsa de iure & de facto, etiam ad hoc vt eorum ordinarij Collatores ea alijs libere conferre possent, & nisi ea infra tẽpus à Lateranen. Concilio statutum contulissent, collatio beneficiorũ eorundem ad immediatum illorum superiorem, & demum ad eum pro tempore existentem Rom. Pontificẽ deuolueretur, patroni quoque eorundem beneficiorum personas idoneas infra tempus a iure statutum ad ipsa beneficia præsentare possent, & nisi præsentassent, eorum libera collatio ad ordinarium spectaret & pertineret, vacare, ac de illis solum per eum & sedem præfatam disponi posse, necnon reseruationes fructuum reddituum & prouentuum huiusmodi extingui & expirare decreuit, Ita vt extunc de cætero ipsi Apostatæ quandiu viuerent aliqua beneficia ecclesiastica obtinere, vel aliquod officium seu ministerium ecclesiasticum exercere vel exequi, aut fructus redditus & prouentus ecclesiasticos vel super illis pensiones annuas percipere vel exigere, seu curam animarum exercere, aut sacramenta ecclesiastica ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinũ in quibus constituti forent aliquid facere vel exequi nequirent, & prouisiones seu commendæ, ac reseruationes fructuum reddituum & prouentuum ecclesiasticorum, necnon assignationes pensionum annuarum eis etiam apostolica auctoritate, etiam cum dictarum literarum toto earum tenore inserto plenaria derogatione pro tempore factæ, nullæ essent & irritæ, ac viribus carerent nec aliquod eis ius aut titulum beneficia possidendi, aut fructus redditus & prouentus, seu pensiones huiusmodi exigendi vel percipiendi tribuerent, ipsique sic priuati inhabiles & suspensi fructus suos non facerent, sed ad illorum restitutionem tenerentur: Et nihilominus si curam animarum exercere vel ecclesiastica sacramenta ministrare, seu missam celebrare, aut prætextu ordinum suorũ prædictorum aliquid facere, vel aliquod officium seu ministerium ecclesiasticum exequi præsumerent, tanquam suspensi ab executione ordinum suorum, & in illis contra suspensionem huiusmodi & contemptum clauiũ ministrantes, condignis pœnis omnino punirentur. Voluitque & sanciuit quod quæuis tam ecclesiasticæ quam sæculares personæ cuiuscunque status aliquem Apostatarum eorundem receptare, seu nutrire, vel illis quominus ad eorum monasteriorum seu domum vel alium locum regularem redirent, fauorem auxilium seu consiliũ præstare non præsumerent, & si eos receptarent seu nutrirent, vel illis, vt præfertur fauerent seu auxilium vel consilium præstarent, & per ordinarium loci sub quo moram traherent commoniti a præmissis non desisterent, sententiam excommunicationis eo ipso incurrerent, & si patroni alicuius beneficij ecclesiastici siue laici siue clerici aliquem ex eisdem Apostatis ad beneficium de eorum iurepatronatus existens tunc vacans præsentarent, præsentationes huiusmodi essent eo ipso nullæ irritæ & inanes ac viribus carerent, & ipsi patroni iure præsentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati existerent, quodque superiores ordinũ quos ipsi professi forent, & ordinarij locorum in quibus ipsi Apostatæ pro tempore degerent tam coniunctim quam diuisim eosdem Apostatas vt ad eorum Monasteria redirent, si eis expedire videretur, charitatiue requirere, et si ad dicta Monasteria redire cessarent different vel recusarent, eos secundum ordinis disciplinam monitione præuia per censuras ecclesiasticas & pœnas etiam quoad penultimo dictas literas corporis afflictiuas ad redeundũ cogere & compellere possent, inuocato etiam ad id si opus foret auxilio brachij sæcularis. Quod si regularia ordo id non pateretur, auctoritate sua prouidere valerent, vt talibus apud eadem Monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo fieri posset, alioqui in alijs religiosis domibus eiusdem ordinis ad agendum inibi pænitentiam vitæ necessaria ministrarentur. Si vero Apostatæ huiusmodi se in ijs inobedientes præstarẽt essent Apostolica auctoritate prædicta maioris excommunicationis sentẽtia eo ipso innodati, & superiores sui eos excommunicatos esse declararent & nunciarent, ac vt tales ab omnibus suis subditis nunciari & publicari facerent. Tenerenturque ipsi Apostatæ cuiuscunque ordinis congregationis & habitus forent Birretum nigrũ cum duabus lineis albis sub certa ibidem expressa forma consertum continue gestare, & si sine birreto huiusmodi deprehensi forent, possent pro huiusmodi inobedientia non solum per suos superiores, verum etiam per quoscunque tam ecclesiasticos quam sæculares Iudices & Magistratus condignis pœnis puniri, & ad delationem ipsius birreti omnino compelli. Decernens quod ex tunc de cætero qui aliquem ordinem approbatum, vt præfertur, tacite vel expresse professus foret, & se illi ordini non astrictum esse contenderet, vel alias quouismodo siue retento siue dimisso habitu extra regularia loco ipsius ordinis de iure aliquo casu stare posse putaret, vel quauis ratione vel prætextu desuper postularet vel supplicaret literas quas ab eo, seu officio dictæ pænitentiariæ obtineret Cardinali protectori seu Viceprotectori ipsius ordinis in curia residenti & procuratori generali eiusdem ordinis dirigi & præsentari facere, ac coram illis in eo negotio cum plena causæ cognitione procedere teneretur, alias omnia & singula per ipsum professum in præmissis gesta nullius essent roboris vel momenti, literæque alijs directæ nullam iurisdictionem tribuerent. Quodque omnes & singulæ translationes de Apostatis ipsis ad alium ordinem etiam per ipsum Paulum vel alios prædecessores nostros, seu per Officium pænitentiariæ huiusmodi extunc factæ, & quas extunc deinceps fieri contingeret, nisi ad arctiorem vel parem ordinem factæ forent, & ipsis sic translatis in Monasterijs in quibus regularis obseruantia vigeret actu manerent, nullæ essent & irritæ, ipsique sic translati ad pristinum ordinem, etiam si in ordine ad quem trãslati forent professionem in eo emitti solitam emisissent, redire tenerentur, & si post vnam & secundam monitionem sibi a prælatis vel superioribus ordinum e quibus translati erant factam redire differrẽt, aut negligerent liceret ipsis prælatis aut superioribus procedere contra eos modo & medijs contra Apostatas statutis. Et nihilominus præfatos sic translatos, & vt præfertur, non redeuntes administratione cuiuscunq; beneficij ecclesiastici seu Officij & prælaturæ perpetuo priuauit & priuatos esse: Necnon bona quæcunque mobilia seu immobilia, ac census redditus & prouentus iura & actiones per eosdem fratres tam egressos & eiectos quam ad alium ordinem vt præfertur translatos, seu de licentia suorum superiorum extra eorum monasteria stantes, tempore quo extra Monasteria sui ordinis stetissent acquisita etiam si acquisitiones huiusmodi ab ipsis fratribus ex redditibus beneficiorum ecclesiasticorũ cũ cura vel sine cura ab eis obtentorum seu detentorum, aut ex propria industria seu artificio, mercatura, vel ex testamento aut successione ab intestato quorumuis consanguineorum affinium vel amicorum, aut quorumcunque aliorum factæ essent nõ fisco suo aut Cameræ Apostolicæ, sed religioni aut monasteriis in qua seu quibus primo professi forent eo ipso applicatas esse & censeri debere decreuit & declarauit, Ita vt iuxta regularia religionis seu monasteriorum huiusmodi instituta omnino distribui & dispensari deberent, nec super illis per protectores aut superiores religionis & monasteriorum prædictorum seu quosuis alios quacunq; auctoritate fungentes aliqua cõpositio, seu concordia, aut remissio fieri posset, Sicq; & non alias aliter nec alio modo in præmissis omnibus

bus & singulis per quoscunque iudices & commissarios quauis etiam dicta apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostolici auditores, & S.R.E. Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decreuit. Necnon omnia & singula priuilegia & indulta apostolica quibusuis ordinibus, monasterijs, & domibus, seu alijs regularibus locis (Carthusien. & Eremitis Camaldulen. in Eremo realiter degentibus duntaxat exceptis) super recipien. canonicis regularibus seu monachis vel fratribus aliorum ordinum per quoscunque Rom. Pont. similiter prædecessores nostros, sub quibusuis verborum formis & tenoribus etiam motu simili, vel alias quomodolibet concessa etiam Maremagnum nuncupata, quo ad facultatem recipiendi eosdem canonicos regulares seu monachos vel fratres penitus & omnino reuocauit, cassauit, irritauit, annullauit, & viribus penitus & omnino euacuauit, Vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris tunc suis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs diœcesanis & locorũ ordinarijs vniuersarũ literarum huiusmodi executionem mandando, ac cõstitutionibus, ordinationibus, statutis cõsuetudinibus, priuilegijs, indultis, & literis tunc expressis derogando, prout in singulis ipsius Pauli prædecessoris literis prædictis respectiue plenius cõtinetur.

In executione autem dictæ const. Pauli 4. multæ lites & scandala orta fuerunt, ex causis hic expressis.

Cũ autem, sicut accepimus, licet singulæ literæ prædictæ a zelo religionis eiusdem Prædecessoris emanauerint, nihilominus cum post illarũ publicationem per ordinarios locorum ad earum executionem procedi cæptum foret, maximi in omnibus regnis & prouincijs rumores, lites, & contentiones, ac grauia scandala multipliciter exorta fuerint, cum propter maximum ipsorum Apostatarum, & translatorum numerum, tum etiam ex quo multi prætenderent vel prætendebatur damnati in dictis literis omnes fere vniformiter nulla inter causã & cãm, ac leprã & leprã differẽtia & distinctione habita damnabantur, cum tamen plerique eorũ prævijs dispensationibus, & indultis, ac licentijs ab eorum superioribus, & a sede apostolica ex iustis & rationabilibus causis concessis muniti forent, & nihilominus quamplures ex eis zelo conscientiæ aut pænitentia ducti literis prædictis parere, & ad monasteria a quibus egressi fuerant redire sese paratos exhiberent, sed ab eorum superioribus nullatenus reciperentur, sicque ob earundem literarum rigorem magnis confusionibus inuoluti, ac miserijs & calamitatibus oppressi, omnibus remedijs destituti, ac perpetuis censuris innodati, ciboque spirituali & temporali priuati remanerent, ita quod vel fame perire, aut in extremam desperationem adduci cogerentur, alijque Christifideles ob magnam dictorum Apostatarum multitudinem vix eorum conuersationem effugere, & exinde excommunicationis incursum euadere possent, & propterea verisimile sit, quod si bonitati diuinæ eiusdem prædecessoris vitã paulo vlterius prorogare placuisset, ipsemet literas suas huiusmodi zelo charitatis, ut par erat, ad iustam moderationis formam & æquitatem reduxisset.

Ideo hic Pont. absoluit omnes Apostatas & translatos in sæculo vagantes, a censuris, & pœnis incursis ob non paritionem dictæ const. Pauli 4.

Nos igitur pro pastoralis officij nostri debito omnibus ius & iustitiam, vt decet, ministrare, neminique iniuriam inferre, aut quemquam suis iuribus, ac legitimis defensionibus priuare, aut alias indebite molestare volentes, sed singulorum christifidelium animarum saluti ante omnia perspicere cupientes, singularum literarum prædecessoris huiusmodi tenorem ac si de uerbo ad uerbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, habita super his cum nonnullis venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus super hoc negotio specialiter deputatis deliberatione matura, Motu simili ac ex certa scientia nostris & de simili potestatis plenitudine omnes & singulos Apostatas seu translatos in dictis literis comprehensos & adhuc in sæculo vagantes, cuiuscunque ordinis fuerint, a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alijs sententijs, censuris & poenis quas ob non paritionem literarum prædictarum, seu alias quomodolibet incurrerũt, hac vice duntaxat, specialiter & expresse absoluimus & liberamus.

Et super irregularitate per eosdẽ contracta dispensat.

Necnon super irregularitate per eos contra tenorem dictarum literarum missas celebrando seu alias se diuinis immiscendo forsan contracta, dummodo in contemptum clauium id non egerint, misericorditer in domino dispensamus, ac absolutos & liberatos ac dispẽsatos fore censemus, singulasque literas prædictas ac in eis contenta & inde sequuta quæcunque ad formam iuris & sacrarum constitutionum reducimus, & reducta fore,

Et dictam Pauli 4. const. ad formam iuris, & sacrarũ constitutionum reducit.

Sicque ab infrascriptis & quibusuis alijs iudicibus ac prædictis auditoribus & Cardinalibus, sublata eis & eorum cuilibet quauis iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & interpretari debere, ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane decernimus, Et nihilominus omnes & singulas lites & causas hactenus coram quibusuis ordinarijs vel delegatis iudicibus etiam in Ro. Cu. introductas, & in quacunque instantia contra dictos Apostatas vel translatos vel alias inter quasuis personas præmissorum occasione pendẽtes, etiam si instructæ sint, ad nos aduocamus, ac causas tam ad nos aduocatas in statu & terminis quibus reperiuntur reassumendas, necnon quam & quas quæcunque personæ ecclesiasticæ & regulares ac etiam sæculares, necnon conuentus, collegia, & vniuersitates dicta occasione sua in præmissis communiter vel diuisim interesse putantes, contra dictos Apostatas, vel trãslatos, aut alios quoscunque actiue vel passiue ciuiliter vel criminaliter, ac realiter & personaliter vel mixtim habent & mouent, aut habere vel mouere volent & intendent, cũ omnibus & singulis incidentibus dependen. emergen. annexis & connexis totoque negotio principali, quo ad professos videlicet in alma Vrbe & eius districtu & alios in ea præsentes dilecto filio nostro Iacobo tituli S. Mariæ in Cosmedin presbytero Cardinali Sabello nuncupato nostro in dictis Vrbe & districtu Vicario generali, seu eius locumtenenti, extra Curiam vero Ordinario loci, ac Superiori monasterij in quibus prima & originaria professio per quemlibet ex Apostatis & translatis prædictis emissa asseritur, necnon obtinenti primam dignitatem in ecclesia cathedrali, seu Metropolitan. vel alij superiori loci huiusmodi, seu antiquiori canonico pro tempore residenti per eos coniunctim, visis in primis & diligenter inspectis & examinatis dispensationibus, facultatibus, licentijs, & indultis per eosdem Apostatas & translatos quomodolibet obtentis, ac processibus desuper habitis, & causis in eis allegatis mature discussis, ac prout iustum & æquum fuerit, verificatis & probatis, summarie simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, ac sola veritate inspecta, appellatione postposita audien. cognoscen. & iuxta iuris & sacrarum constitutionum dispositionem sine debito terminan. committimus & mandamus, Ac eisdem iudicibus omnes & singulos prædicta occasione citandos etiam per edictum publicum, constito etiam summarie & extraiudicialiter de non tuto accessu citandi, necnon illis & alijs quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam sub sententijs, censuris, & poenis ecclesiasticis ac etiam pecuniarijs eorum arbitrio imponendis moderandis & applicandis etiam per edictum simile inhibendi, Necnon quoscunque Apostatas & translatos huiusmodi qui sine canonica dispensatione, aut licentia in sæculo vagari reperti fuerint, ad monasteria a quibus exiuerũt, aut alia regularia, vel alia honesta loca, prout melius pro

Aduocat etiam ad se omnes causas, contra eosdẽ coram quibuscũque iudicibus introductas, easque summarie, & iuxta dispositionẽ Iuris & sacrarũ constitutionem cognoscendas committit Vicario Vrbis, & respectiue Ordinarijs locorum & superioribus Monasteriorũ &c.

ipsorum animarum salute eis visum fuerit, super quo ipsorum Iudicum conscientiam oneramus, reuerti seu intrare faciendi & compellendi, ac quæcunque alia quæ per eos in præmissis statuta & ordinata fuerint debitæ executioni demandandi, ac quascunque executiones per quosuis iudices ordinarios vel delegatos in vim literarum prædecessoris huiusmodi alias contra iuris formam factas causa cognita retractandis & annullandis, & in pristinum statum reducendis, contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita compescendi, nec non censuras & pœnas prædictas incurrisse declarandi, atque illas legitimis desuper habendis seruatis processibus etiam iteratis vicibus aggrauandi, interdictum ecclesiasticum ponendi, & auxilium brachij sæcularis, si opus fuerit, inuocandi, ceteraque in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi & exequendi plenam & liberam concedimus facultatem. Nõ obstantibus præmissis literis prædecessoris, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis quotiescunque, & per quoscunque, ac quibuslibet, & ex quibusuis causis, necnon intuitu consideratione cõtemplatione, & ad instantiam quorumuis, aut etiam motu scientia ac plenitudine similibus, etiam quod nonnulli ex dictis ordinibus professores se de causis eis per sedem ipsam delegatis, nisi sub certis modo & forma ibidem cõtentis intromittere minime teneantur, concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorũ tenores præsẽtibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad præmissa duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod singuli Apostatæ & translati huiusmodi, vt præfertur, absoluti, pœnitentiam per eorum confessorem sibi pro excessibus prædictis iniungendam facere omnino teneantur, Quodque ante quã sententiæ seu declaratoriæ per supradictos iudices a nobis deputatos ferendæ paruerint, a celebratione missarum & quocunque altaris ministerio omnino abstineant. Volumus autem quod infra sex menses a die publicationis præsentium ipsi Apostatæ seu translati licentias eorum ac dispensationes & indulta supradictis iudicibus præsentent, & sententiam declaratoriam desuper ab eisdem promulgari, ac causam realiter & cum effectu totaliter expediri faciant, quo termino elapso & causa, vt præfertur non expedita, dicti Apostatæ, & translati in easdem censuras & pœnas in quibus ante publicationem præsentiũ erant, reincidisse eo ipso censeantur, nisi per ipsos iudices steterit, aut alio legitimo impedimento per ipsos iudices arbitrando dicti Apostatæ & translati detenti fuerint. Cæterum quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca in quibus eis vtendum erit deferri, volumus similiter & prædicta Apostolica auctoritate statuimus atque decernimus, illarum transumptis siue impressis siue manu scriptis, dicti Vicarij sigillo, & illius, seu publici notarij subscriptione munitis eandẽ prorsus fidem vbiq; locorum in iudicio & extra adhibendã fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostræ absolutionis, liberationis, dispensationis, reductionis, aduocationis, commissionis, mandati, onerationis, concessionis, derogationis, voluntatum, statuti, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, tertio nonas Aprilis. Pontificatus nostri anno Primo.

Clausulæ derogatoriæ.

Apostatæ, & translati absoluti pœnitentiã a Confessoribus iniũgẽdam facere debeant.

Apostatæ & translati dispensationes & indulta iudicibus præsẽtare & cãm expedire debent infra sex menses, alias in censuras antea incursas reincidãt.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, indictione Tertia, die vero sexta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & domini nostri domini Pij Papæ Quarti Anno primo, retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas basilicarum ecclesiarum S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ apostolicæ, dimissis inibi copijs illarum affixis per nos Bernardinum Andreutium, & Triphonem Victorellum Cursores.

Publicatio.

Io. Andreas Panizza Magister Cursorum.

IX.

¶ Contra detinentes iocalia & alia quæcumque bona ad Sedem Apostolicam spectantia, ac scientes & non reuelantes.

De Materia posui concord. supra in Pauli 4. const. 25. Incumbentia fol. 600.

PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. PASTORALIS Officij auctoritas nos admonet, & ordo rationis exposcit, vt circa ea potissimũ versemur, per quæ res, & bona Rom. Ecclesiæ præsertim vsui & ornatui Romani Pont. pro tempore existentis, & sacri Palatij Apostolici deputata ab impiorum insultibus, & rapinis præseruentur, & ab eis ausu sacrilego, aut alias quomodolibet abinde asportata & distracta nostræ operationis ministerio, cum anima rum salute eorum qui cæca cupiditate ducti in non paruam Sanctæ Matris Ecclesiæ iniuriam, & ipsorum animarum perniciem, Dei timore postposito ea surripere, seu sibi appropriare, aut istinc diuertere ausi fuerint, eidem Romano Pontifici pro tempore existenti restituantur, & taliter in præmissis prouideatur quod cæteris cedat in exemplum. Cum itaque, sicut non sine graui animi nostri molestia accepimus, tam tempore infirmitatis diuersorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ex qua, sicut domino placuit, ab humanis decesserunt, quam exinde diuersarum Sedium vacantium, quam plura etiam pretiosa iocalia, ornamenta, & alias res & bona vini præfato vt præfertur deputata, & alias ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem, & Cameram apostolicam spectantia & pertinentia tam ea dicto Palatio quam alijs quibusuis locis ablata & distracta fuerint, & a diuersis eorum proteruia inualescente detineantur in nostrum & eiusdem Põtificis pro tempore existentis non solum detrimentum, sed etiam Sedis apostolicæ ignominiam, & ipsius auctoritatis diminutionem, necnon illa detinentium animarum perniciem atque periculum non modicum. Nos huiusmodi inconuenientibus & animarum periculis quantum in nobis est obuiare, & alias in præmissis, prout par est, prouidere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia, omnes & singulas censuras & pœnas ecclesiasticas per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros contra talium perpetratores, ac alias bonorum apostolicorum vsurpatores, raptores, receptores & possessores, ac detinentes & non restituentes, ac scien-

Causa huius constitutionis.

Prædecessores (quos indicaui sup. in Adr. 6 ad § t. 1. Nuper sol. 273.) detinentibus bona Cameræ Apostolicæ, vel notitiam habentibus multas pœnas imposuerunt.

tes & non reuelantes sub quibusuis verborũ formis promulgatas, quarum & literarum apostolicarum desuper
confectarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi uolumus pro expresis, auctori
tate apostolica tenore præsentium approbamus & innouamus, ac ad infrascriptos extendimus & ampliamus.
Et nihilominus Motu & scientia similibus, omnes & singulas tam sæculares quam ecclesiasticas, ac etiam mili.
tiarum & ordinum quorumcunque religiosas, etiam quacunque Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali seu
superiori ecclesiastica etiam Cardinalatus honore, ac etiam Comitali, Marchionali, aut Ducali dignitate fungẽ
res, ac alias mundanas personas, nullas penitus excipientes, cum dignitas qualiscunque sit in peccatis nemini ex
culationem præbere debeat, quæ iocalia, oruamenta, aurum, argentum monetatum & non monetatum, gemmas,
margaritas, lapides pretiosos quocunque nomine nũcupatas pecunias, vestes, pannos, & tam manuscriptos, quã
quosuis alios libros, scripturas, necnon equos, mulos, mulas, imagines aureas, argenteasque, ac æneas, & marmo
reas, ac supellectilia, & alia quæcunque res & bona mobilia & immobilia, spiritualia & profana cuiuscunque
generis, qualitatis, & quantitatis, seu pretij existentia pro vsu & commoditate Romani Pontificis pro tempore
existentis, & ornamento Palatij huiusmodi deputata, ac ad eundem Romanum Pontificem pro tempore existen
tem spectantia & pertinentia, tempore infirmitatis cuiusuis Romani Pontificis prædecessoris nostri, ex qua post

Hic autem Pontifex monet detentores & scientes ut in termino hic assignato, bona restituant, & reuelent.

modum decessit, ac etiam dictæ Sedis propterea vacantis, necnon per annum ante obitum & vacationem huius
modi ex dicto Palatio & alias vndecunque & quocunque asportarunt, subtraxerunt & occultarunt, seu præten
so titulo donationis vel remissionis quietantiæ, vel alio quouis prætextu detinent, seu sciunt ea per alios possi
deri vsurpari & detineri, aut occupata fuisse, & ad eorum manus peruenisse requirimus & monemus, eisque di
stricte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium, quorum duos pro primo, duos pro secũdo
& reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet pro canonica monitione asigna
mus, omnia & singula iocalia, ornamenta, aurum, argentum gemmas, margaritas, lapides pretiosos. pecunias, ve
stes, pannos, libros, equos, mulos, mulas, imagines, supellectilia, & alias res, & bona huiusmodi dilecto filio Fran
cisco Odelcalco dictæ Cameræ Præsidenti cum effectu restituant & consignent, & si donationem vel remissio
nem, aut quietantiam desuper sibi factã prætendant, illam seu illas videndas, vt decet & examinandas exhibeãt
& producant, ac illorum raptores, vsurpatores, seu detentores vel occupatores scientes reuelent. Alioquin lap
sis diebus huiusmodi omnes & singuli præfati Episcopali vel Archiepiscopali, aut Patriarchali, ac etiam Cardi
nalatus honore seu dignitate præditi, interdicti ingressus ecclesiæ pœnam, alij vero excommunicationis & ma
ledictionis æternæ sententiam quam alias in eos in his scriptis ferimus, & a quibus nisi a nobis & eodem Roma

Inobedientibusque pœnas hic expressas infligit.

no Pontifice pro tempore existente, ac satisfactione præuia, præterquam in mortis articulo constituti, relaxatio
nis & absolutionis beneficium obtinere non possint, eo ipso incurrant, & si Pontificali aut Cardinalatus hono
re seu dignitate præditi sub interdicto huiusmodi per octo dies præfatos, sex immediate sequentes permanere,
alij vero inferiores ab eis eandem excommunicationis sententiam animo, quod absit, indurato sustinere non for
midauerint, extunc elapsis dictis octo diebus, Pontificali & etiam Cardinalatus honore seu dignitate præditi a
regimine Ecclesiarum eis commissarum, eo ipso suspensio, ac tam ipsi si alia beneficia ecclesiastica obtineant,
quam inferiores ab eis omnibus & singulis monasterijs, prioratibus, dignitatibus, administrationibus, canonica
tibus & præbendis, cæterisque beneficijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, sæcularibus ac ordinum quorumcũ
que regularibus, quæ in titulum vel commendam seu administrationem, aut alias quomodolibet etiam ex qui
busuis concessionibus seu dispensationibus apostolicis obtinent, ac etiã Officijs Romanæ Curiæ per eos obtẽtis
Sæculares vero Feudis, Vicariatibus, Dominijs & alijs iuribus, ac priuilegijs quibuscunque eis per Romanam Ec
clesiam aut Sedem præfatam seu alios quoscunque etiam quacunque alia auctoritate etiam Imperiali, vel Rega
li eis concessis, etiam eo ipso priuati existant, & ad similia beneficia, feuda, priuilegia, vicariatus, dominia & iu
ra obtinenda, necnon ad quoscunque actus legitimos exercendos inhabiles, ac etiam intestabiles similiter eo ip
so fiant, possintque beneficia, officia, ac vicariatus & feuda, aliaque iura huiusmodi tanquam vacantia absque
alia declaratione desuper facienda a nobis & Sede præfata, ac alijs ad quos pertinet illa concedere & dare li
bere impetrari, Scituri quod si ipsi, aut eorum aliqui suæ salutis immemores in præmissis morosi fuerit, seu præ
missa adimplere non curauerint, aut contempserint, hoc eis pro graui crimine & delicto imputabitur, & Iusti
tia mediante contra eos ad grauiores & tales pœnas absque vllo respectu procedetur, quod illorum coercio
eis perpetuo cedat ad noxam, & alijs in exemplum, absque spe alicuius veniæ inde consequendæ, si vero se humi
les, & ad satisfaciendum, aut confitendum promptos exhibuerint, cum omni mansuetudine & respectu excipien

Scientibus quoque & reuelantibus retributionẽ promittit.

tur, & ex eorum spontanea restitutione seu confessione eis salutaris misericordiæ & gratiæ amplexus exuberã
ti Sedis præfatæ in singulos pœnam pietate prouenient. Ac singulas donationes eis desuper factas, prout iusti
tia suadebit & ordo dictauerit rationis, admittemus, Ac vt prætertur, scientes & reuelantes, vltra cæleste præ
mium, a nobis condignam mercedem & retributionem recipient, cum eorum omnium grata satisfactione. Non

Clausulæ derogat.

obstantibus constitutionibus & ordinationibus, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis præfatis, necnõ
donationibus concessionibus, & alijs dispositionibus de bonis rebus & alijs præmissis, etiam Cardinalibus & a
lijs prædictis, etiam per dictos prædecessores, aut eorum aliquos ex quacũque causa factis, & quibusuis alijs sub
quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficaciori

Forma publ. istĩ const.

bus & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis, etiam Motu & scientia paribus concessis confirmatis
& innouatis, quibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habẽtes, illis alias in suo robore per

Quam tamen non inseruit.

mansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & quo ad hoc eis nolumus aliquatenus suffraga
ri, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod interdi
ci, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de
verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod cum primum præsentes literæ, qua
rum transumptis manu Notarij publici subscriptis sicuti ipsis originalibus literis fidem plenam adhiberi debe
re decernimus, in valuis Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, & Ecclesiæ Lateranen. ac acie campi Floræ e
tiam de Vrbe per vnum ex Cursoribus nostris affixæ fuerint, perinde singulos quos concernunt quo ad præmissa
omnia arctent, ac si eædem præsentes literæ eis singulariter et personaliter insinuatæ et intimatæ fuissent. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ approbationis, innouationis, extensionis, ampliationis, re
quisitionis, monitionis, præcepti, mandati, lationis, admissionis, derogationis, voluntatis et decreti infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,

ac

ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum. Anno Incarna
tionis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, Tertio nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

X.

Exemptio Monialium a solutione Decimarum, Subsidiorum, & aliorum onerum,

Ampliationem & Declarationem istarum exemptionum pro Monialibus Religionis Mendicantium habes infra in Pij v. const. 14. Dum ad vberes, & const 192. Cum sicut non sine graui. Tu autem vide etiam Greg. 13. const. 51. Cum nos nuper.

De Clausura autem Monialium vide infra Pij v. const. 8. Circa pastoralis, vbi notabo.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
DE statu Ecclesiarum & Monasteriorum quorumlibet curæ nostræ diuina dispositione commisso-
rum paterna diligentia cogitantes, ad ea per quæ illorum, ac personarum præsertim fæminei sexus in il
lis sub regulari castimonia Altissimo famulantium statui & opportunæ subuentioni valeat salubriter
prouideri, ipsæque personæ semotis perturbationibus vniuersis in pacis, & quietis amænitate diuinis officijs li-
berius vacare valeant libenter attendimus, ac in ijs nostri pastoralis officij partes fauorabiliter impartimur.
Hinc est quod nos motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra — Exemptio a solutione Decimarum & subsidiorum, ac aliorum onerum.
mera liberalitate omnes & singulas Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores quorumcunque
Monasteriorum, Domorum, & regularium locorum Monialium, & Sororum quorumuis Cistercien. Præmon-
straten. sanctæ Claræ, necnon sancti Benedicti, & sancti Augustini, ac Tertij ordinis sancti Francisci, & alio-
rum quorumuis ordinum, etiam sub cura & regimine, ac secundum regularia instituta Fratrum Minorum de
Obseruantia nuncupatorum, & Eremitarum eiusdem sancti Augustini degentium in Lombardia, & quibus-
cunque alijs Italiæ partibus consistentium, ipsaque monasteria, domos, & loca deductis quatuordecim ducatis
auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis seu Sororis, alios redditus non habentia, eorumque possessio-
nes, & alia quæcunque bona mobilia & immobilia a quarumcunque decimarum, & subsidiorum, ac aliorum
onerum quomodolibet nuncupatorum per nos, & sedem apostolicam seu eius Legatos & Nuncios, aut quos-
cunque alios quauis auctoritate fungentes, etiam pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac Fabrica
Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, aut quauis alia vrgentissima causa pro tempore impositorum solu-
tione, ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium in perpetuum prorsus eximimus, &
liberamus. Et nihilominus omnibus & singulis Collectoribus, Subcollectoribus, ac Commissarijs, necnon qui- — Prohibitio Commissarijs & alijs exactoribus.
buscunque alijs ad decimarum, & subsidiorum huiusmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis,
in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, ac excommunicationis latæ sententiæ pœnæ distri-
ctius inhibemus, ne Abbatissas, Priorissas, Ministras, Moniales, & Sorores, Domos, Monasteria, & loca præ-
dicta, etiam vigore quarumcunque literarum a nobis, vel sede prædicta pro tempore emanatarum, etiam si in
eisdem contineatur quod ad quæuis exempta, & non exempta Domos, Monasteria, & loca se extendant, vel
alterius cuiuscunque tenoris existant ipsius sedis sibi concessæ facultatis, nisi de præsentibus earumque toto te-
nore, ac de dictis ordinibus & nomine eorum quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tem — Clausulæ præseruatiuæ.
pore commissa fuerint, plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem
importantes fecerint mentionem, ad soluendum decimas, seu subsidia, aut onera huiusmodi quouis modo co-
gere aut compellere, seu alias præmissorum occasione eas molestare, seu inquietare præsumant. Quocirca di-
lectis filijs Cameræ Apostolicæ Locumtenenti, ac almæ Vrbis nostræ Vicario in spiritualibus generali, necnon — Executorum istius const. deputatio, facultates
vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, & etiam dilectis filijs eorum
in spiritualibus Vicarijs generalibus, cæterisque ecclesiarum Prælatis per præsentes committimus & manda-
mus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios eisdem Abbatissis, Prioritsis, Ministris,
monialibus, & Sororibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, easdem præsentes, & in eis con-
tenta quæcunque inuiolabiliter obseruari faciant, Non permittentes eas ac Domos, Monasteria, & loca huius-
modi per Collectores, aut Subcollectores, & Commissarios præfatos, seu quoscunque alios contra earundem
præsentium tenorem quomodolibet molestari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ec-
clesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his
habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad — Clausula derog.
hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. præ-
decessoris nostri de vna, & in Concilio generali de duabus dietis edita, dummodo non vltra tres dietas vigore
præsentiũ ad iudicium non trahatur, et alijs constitutionibus, priuilegijs quoque, indultis, et literis apostolicis,
etiam in forma breuis, aut alijs quibuscunque per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac etiam
nos et sedem prædictam, etiam cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, exceptiuis, restitutiuis, decla
ratiuis, aut derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus et insolitis clausulis, etiam pluries, ac alias quo-
modolibet concessis, confirmatis, et innouatis. Quibus omnibus, etiam si talia forent, quod pro eorum deroga-
tione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per
clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præ
sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter
et expresse derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod earundẽ præsentium transum-
ptis sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiast. constitutæ munitis, et manu alicuius Notarij publici subscri
ptis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur si forent exhibita vel
ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, inhibitionis, com-

missionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo, Nonis Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

X I.

Prohibitio disponendi in vltimis voluntatibus, de redditibus ecclesiasticis, absque licentia Sedis Apostolicæ.

Ad quod vide notata infra in constit. 31. Romanus Pontifex ex sua.

PIVS Papa Quartus, Dilecto filio Francisco Odescalco Cameræ nostræ apostolicæ Præsidenti, ac spoliorum quorumcunque in vniuersa Italia Collectori nostro generali. Dilecte fili, salutem, & apostolicam benedictionem.

GRAVE nobis & molestum accidere solet, cum de personarum ecclesiasticarum actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris præstare debent, ea nobis deferuntur, & quæ & eorum famæ sinceritatem denigrare, & Cameræ nostræ apostolicæ incommodum, ac detrimentum afferre videntur, vnde nos vt malitiosorum prauis intentionibus occurrere valeamus, debita postmodum remedia in medium afferre, & perniciosis fraudibus prout ea vniuersalis nostræ Curiæ sollicitudine tenemur, obuiare cogimur. Cum itaque (sicut ex probo-

[illegible]

tum, & fide dignorum hominum relatione nuper accepimus) quamplures prælati, presbyteri, & aliæ ecclesiasticæ personæ diuersarum prouinciarum, locorum, & dominiorum, & præsertim Regni Neapolis nulla a nobis, seu sede apostolica facultate testandi suffulti, vel muniti, sed temeritate propria, & forsan ad suorum importunam suggestionem impulsi, in eorum vltimis voluntatibus testamenta sua condendo, ac donationes, seu legata, aut codicillos faciendo de bonis suis diuersimode, licet id facere nullo modo possint, neque debeant, disponere audeant, ipsaque bona sub diuersis conflictis prætextibus & coloribus hospitalibus, ac pijs locis, & forsan cum promissionibus clandestinis, quod eorum consanguineis vel affinibus, aut alijs personis ab eisdem testatoribus nominatis, post illorum obitum ab ipsis hospitalibus & locis de certa, seu quota portione bonorum huiusmodi subueniatur, testari relinquere, legare, codicillari non erubescant, in dictæ Cameræ graue damnum, & præiudicium maximum, dictæ Cameræ indemnitati opportune consulere, & inconuenientibus huiusmodi pro officij nostri debito, congruum remedium adhibere volentes, Motu proprio, & ea certa scientia, ac matura deliberatione nostra, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus, omnia & singula testamenta, donationes in illis, vel mortis causa factas codicillos, legata, & quæcunque alia in vltimis voluntatibus per quoscunque ecclesiarum prælatos, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali præfulgeant dignitate, ac quorumuis monasteriorum cuiuscunque ordinis Abbates, seu Commendatarios, ac presbyteros, & alias quaslibet ecclesiasticas personas prædictas, & quascunque alias, quæ ea bonis, & redditibus ecclesiasticis, & beneficiorum fructus percipiunt, absque nostra seu eiusdem sedis speciali licentia, & facultate quomodolibet quæ in futurum ab illis quocunque prætextu, aut quæsito colore, etiam in fauorem hospitalium, & aliorum piorum locorum huiusmodi de dictis redditibus

Prohibitio disponendi in vltimis voluntatibus de rebus ecclesiasticis, absque licentia sedis apost.

[illegible]

fieri, condi, & testari, seu relinqui, aut quouis vltimæ voluntatis titulo disponi contigerit, nulla, irrita, inania, inualida, ac nullius prorsus roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini, neque etiam hospitalibus & Pijs locis præfatis (cum ad Cameram ipsam solum fraudandum, prout ex multis fraudibus desuper commissis, & repertis nobis constitit, præmissa fieri clare appareat) vllatenus deinceps suffragari, neque subsistere, aut testamentis suis huiusmodi quemquam iuuare, aut tueri, nec effectum aliquem vlla ratione habere, vel sortiri. Quinimo te, de cuius probitate, & fide specialem in Domino fiduciam obtinemus, bona quæcunque posthac in dictis testamentis relicta, tamquam spolia ad nos, & eandem Cameram spectantia, & deuoluta per te vel subcollectores tuos deputatos iam, vel deputandos libere exigere, & recuperare, illorumque possessionem absque vitio spolij apprehendere, ingredi, ac retinere posse, & debere. Necnon pro tollendis omnino fraudibus prædictis quæcunque testamenta, donationes, codicillos, legata, & alias quascunque vltimas voluntates, vt præfertur, in posterum faciendas, & facienda, atque in eis contenta, & inde sequuta quæcunque, etiam quoad subsecutas dictorum bonorum possessiones, & illorum apprehensiones huiusmodi, motu scientia, & deliberatione prædictis, ea nunc, prout ex tunc reuocamus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac viribus prorsus euacuamus, pro reuocatisque, irritis, cassatis, annullatis, & penitus viribus omnibus euacuatis vbicunque, tam in iudicio, quam extra, ab omnibus haberi debere volumus, decernimus, atque mandamus, Sicque per quoscunque etiam S. R. E. Camerarium & alios Cardinales, ac Clericos, & Præsidentes eiusdem Cameræ, cæterosque Iudices & Commissarios, ac alios, tam ecclesiasticos, quam seculares quauis dignitate, & auctoritate, etiam Marchionali, Ducali, & Regali fulgentes, in quibusuis causis, & instantijs, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, ac decidendi facultate, & auctoritate iudicari, interpretari, atque decidi debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon prouinciarum, locorum, dominiorum Regni Neapolis, & quorumcunque aliorum Regnorum, ac hospitalium, & præsertim pauperum incurabilium, & aliorum piorum locorum cuiusuis ciuitatis, etiam Neapolis iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis apostolicis illis, & quibuscunque alijs personis, & locis etiam actu hospitalitatem exercentibus, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ea certa scientia per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac sedem apostolicam, aut alias etiam per nos quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, etiam si in illis expresse caueatur, quod testamenta clericorum, presbyterorum, vel etiam

Annullatio dispositionum de cetero faciendarum de dictis bonis.

Decretum irritans

Clausula derogatoria.

prælatorum

prælatorum facultatem testandi a dicta sede minime habentium, in fauorem hospitalium, aut aliorum piorum locorum huiusmodi quomodolibet facta valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & executioni demãdari debeant. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, vel debere decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ Apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 26. Maij millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno primo.

Clausula derogatoria.

XII.

Applicatio Archiconfraternitati Charitatis Vrbis, pœnarum vsq; ad ducatos decem, maleficiorum commissorum & committendorum in Vrbe, ac taxarum imponendarum Barisellis Vrbis & totius status Ecclesiastici.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

Cum Venerabilis Archiconfraternitas Charitatis Almæ Vrbis per fe. re. Leonem Papam X. prædecessorem nostrum instituta fuerit, & in ipsa Archiconfraternitate in qua quamplures S. R. E. Cardinales, ac Archiepiscopi, Episcopi, & alij Prælati, & officiales Ro. Cu. necnon forenses personæ confratres existunt, non modica sed maxima pia Charitatis opera erga pauperes, & mendicare erubescentes personas exerceat, etiam pauperum defunctorum corpora eorum expensis sepeliri faciendo, pauperes carceratos visitando, & per Procuratorem pauperum nuncupatum eorum causas agendo, & defendendo, ac victum eis tribuendo in maximum eorundem pauperum & carceratorum auxilium, Et cum ad ipsa & maiora quæ in dies exerceri necesse est charitatis opera facultates ipsius Archiconfraternitatis sufficientes non sint, Nos volentes zelo Charitatis eidem Archiconfraternitati ad hoc vt in ipsis operibus dicti Confratres se feruentius exerceant, & quod ad præsens ob dictæ Archiconfraternitatis facultatum tenuitatem adimplere non valent, de cætero valeant, de alicuius subuentionis auxilio prouidere, Motu simili, &c. omnes & singulas ac quascunque pœnas vsque ad decem Ducatos auri in auro de Camera quorumcunque maleficiorum in Alma Vrbe nostra tantum commissorum, & committendorum, Fisco nostro, & Cameræ Apostolicæ, aut Thesaurario vel Thesaurarijs, seu alijs ministris & officialibus nostris, aut ipsius Cameræ applicatas & applicandas, eidem Archiconfraternitati, ita vt ipsi confratres, vel modernus & pro tempore dictæ Confraternitatis Protector, & Deputati, aut eorum Procuratores seu Procurator ipsas pœnas a supradictis & quibusuis alijs personis illas nunc & pro tempore haben. & vt rem propriam exigere, & de exactis quietare, ac in dicta & alia eis visa Charitatis opera conuertere libere & licite valeant, gratiose concedimus & elargimur, ipsasque pœnas ex nunc ipsi Archiconfraternitati perpetuo applicamus & applicatas esse volumus, decernimus, & declaramus. Et vt maiorem etiam vtilitatem & fructum dicta Archiconfraternitas consequatur, eidem Confraternitati, ac illius Protectori, & deputatis nunc & pro tempore existen. taxam per eos omnibus & singulis eiusdem Almæ Vrbis, ac Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorum Barisellis, & alijs exequutoribus imponendam, quam ab eis exigere, & de exactis quietare ac, vt præfertur, conuertere libere possint, etiam gratiose donamus concedimus & elargimur, ac dictæ Confraternitati etiam perpetuo applicamus, Ac quod nullus ex dictis Barisellis, & exequutoribus se de cetero in eorum officio & exercitio in aliquo intromittere possit, nisi prius ab eisdem Protectore & deputatis literas patentes habuerit, perpetuo statuimus, & ordinamus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ dilectis filijs nostris Guidoni Ascanio sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali S.R.E. Camerario, & Almæ Vrbis Vicario, Gubernatori, & Senatori, ac alijs quibusuis Iudicibus & personis in ipsa Vrbe constitutis nunc & pro tempore existen. ac extra ipsam Vrbem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Iudicibus, Thesaurarijs, & alijs personis ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, quatenus visis præsentibus omni mora & dilatione, ac excusatione postpositis, donationem, concessionem, & alia præmissa omnia & singula ab omnibus & singulis obseruari, ac suos plenarios effectus sortiri faciant realiter & cum effectu, Contradictores, &c. compescendo. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Vrbis & Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorum statutis & reformationibus, & decretis etiam iuramento &c. roboratis, priuilegijsque, indultis, & literis Apostolicis supradictis, & quibusuis alijs curijs, ac tribunalibus, necnon Thesaurarijs, & alijs personis in præiudicium, seu contrarium præmissorum per quoscunque Ro. Pont. prædecessores nostros, ac nos & sedem Apostolicam etiam Motu proprio &c. concessis, & confirmatis, necnon quibusuis concessionibus, & deputationibus dictis Barisellis, & exequutoribus ac alijs personis &c quomodolibet etiam per dictos Pontifices & nos, dictæque sedis Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, ac Communitates, & alias personas &c. quomodolibet factis & concessis, quibus omnibus, & singulis in litteris latissime exten. etiam si de illis &c. tenores &c. hac vice derogamus, cæterisque contrarijs quibuscũque, cum clausulis opportunis.

Leo X. erexit Archiconfraternitatẽ Charitatis in Vrbe ut habes in eius cõst. 32. illius qui fi. 236.

Hic autem Pontifex applicat dictæ Archiconfraternitati pœnas, & taxas hic expressas.

Scias autẽ quod exactio taxarũ non est in vsu. Et quod dicitur sic de Potestatibus non est in vsu.

Executores istius const.

Clausula derog.

Fiat vt petitur I.

Et de donatione, concessione, applicatione, statuto, ordinatione, decreto, mandato & derogatione, ac omnibus alijs & singulis præmissis quæ hic pro repetitis & expressis habeantur perpetuo in forma gratiosa latissime exten. Et cum deputatione Iudicum exequutorum & defensorum qui assistant, &c. latissime exten. Contradictores &c. per quascunque pœnas etiam pecuniarias, &c. compescen. easque aggrauando, &c. interdictum imponen. Et quod literæ per breue nostrum expediri possint, seu sola præsentis signatura sufficiat, et vbique fidem faciat in iudicio, et extra, quacunque regula contraria non obstante. Fiat I.

Sola signatura sufficit.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Tertiodecimo Kl. Iulij, Anno primo.

XIII.

Confirmatio Priuilegiorum & Indultorum Militiæ & Hospitalis leprosorum S. Lazari Hierosolymitani.

Aliam Confirmatiouem & Ampliationes habes infra in const. 126. Inter assiduas

De Quorum Declarationibus,& reuocationibus vide infra in Pij V. const.28. Sicut boous cum ibi not.

Et de Materia habes sup. Alex 4.cost.1. & 2.fol.14. & Clem. 4.const.1. cum dilectis fol.27. & Clem.6. cost.2. Quam amabile fol.41.& infra habes coost.49. Exposcit & Pij V. const. 28.Sicut bonus,& 43. Graues ad nos, & 75. Sacro sanctum & 520. Quæ ordini.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoris æterni vices in terris, quamquam immeriti, gerentes, curis vigilamus assiduis, studijsque nitimur indefessis, vt sacræ Religiones in agro Dominico ad pietatis, & misericordiæ opera erga egentes, & pauperes,ac languidos exercendum salubriter plantatæ in sua integritate permaneant, & quæ eis ad eorum felicem,& prosperum statum conseruandum, & ampliandum, ac alias a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris emanasse dicuntur,vt firmiter perdurent,libenter cum a nobis petitur nostro muni mine confouemus. Sane sicut pro parte dilectorum filiorum Magistri generalis, & Fratrum Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitanum ordinis Sancti Augustini nobis nuper exhibita petitio continebat, dudum fe. re. Alexandro Papæ Quarto prædecessori nostro pro parte tunc Magistri,& Fratrum dicti Hospitalis expositum fuit,quòd antea quon. Fedéricus Romanus Imperator,ante latam in eum depositionis sententiam, circa miserabilem conditionem eorum pie dirigens compassionis affectum,diuersas terras,possessiones,ac prædia rustica startias nuncupata, tunc de suo Dominio existentia in Sicilia, Calabria, Vallegratis, Apulia, & Terra laboris cum diuersis secularium exactionum exemptionibus,eis, pia, & prouida liberalitate, donauerat; præfatus prædecessor eorum supplicationibus inclinatus donationem huiusmodi ratam, & firmam habens eam auctoritate Apostolica confirmauit. Et deinde Clemens etiam Quartus vniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis sub certa pœna tunc expressa mandauit,quòd Fratres, seu Procuratores Domorum dicti Hospitalis ad illos,& eorum loca venientes causa suscipiendi Leprosos, & eleemosynas exigendi, ab eis benigne reciperentur,& honeste tractarentur; ac Leprosos ibidem inuentos ab illis capi, & inde eijci,ac ad habitandum cum alijs infirmis domorum dicti Hospitalis cum omnibus bonis suis mobilibus, & immobilibus traduci, eleemosynasq; huiusmodi quærere permitterent: nec a Fratribus, alijsq; personis huiusmodi Hospitalis quicquam pro sepultura, aut fructibus terræ quam propria industria,aut expensa colerent, seu de animalibus suis, vel eorum nutrimentis decimas exigere præsumerent. Quodque ipsi Archiepiscopi, & Episcopi Oratoria pro vsu Fratrum,& personarum prædictorum,ac suæ familiæ dedicare, ac cœmiterium benedicere deberēt. Ac subsequenter Gregorius X. eisdem Magistro, & Fratribus eorundem Clericis & Donatis similiter, quòd de omnibus fructibus terræ quos propria industria, aut expensis coli facerent, ac etiam de animalibus,illorumq; nutrimentis, & quibuscunque alijs bonis suis, etiam si illa, aut eorum prouentus tam pro sustentatione sua, aut pauperum Leprosorum,quam etiam reparatione alicuius Domus, vel loci alicuius Hospitalis ab eis vendi contingeret,nullas decimas,aut alia onera præstare tenerentur, & per quæcunque loca sine Pedagij, Datij, Gabellæ,Collectarum,& quarumcunq; aliarum exactionum solutione transire,& in eis stare valerent. Ac demum Ioannes XXII. attendens quod nullus Episcopus, vel alius Prælatus Romano Pontifice inferior Magistro,& Fratribus prædictis præerat;& propterea volens illos speciali prærogatiua,& libertate gaudere,etiā vniuersis Episcopis,& alijs prælatis inhibuit,ne in huiusmodi Hospitalis Magistrum, Fratres, Procuratores, personas, Religiosos,Donatos,vel Nuntios, aut Ecclesias eorum excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare auderent. Et postmodum Paulus II. Magistros,& Fratres Domus Leprosorum eiusdem Sancti Lazari extra muros Capuan. eorumq; personas,& locum in quo diuino erant obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ tūc rationabiliter possidebant, aut ex tunc in futurum iustis modis possent adipisci, sub beati Petri, & sua protectione suscepit, omnesque libertates,& immunitates a prædecessoribus suis siue per alia Priuilegia,siue Indulta eis,& dictæ Domui concessa,necnon libertates,& exemptiones secularium exactionum a Regibus,& Principibus,alijsque Christi fidelibus rationabiliter eis,& eidem Domui indultas, specialiter autem domos, prata, pascua,hortos,vineas,& alia bona mobilia, & immobilia eorum, sicut ea iuste, & pacifice possidebant;eis, & per eos eidem Domui dicta auctoritate confirmauit: districtius inhibens, ne quis de hortis,virgultis,seu eorū animalium nutrimentis decimas ab eis exigere præsumeret. Ac Adrianus V. Nicolaus II. Honorius etiam iiij. Nicolaus similiter iiij. Bonifacius viij. Clemens etiam v.Innocentius vj. Vrbanus etiam v. Eugenius etiam iiij. Sixtus etiam iiij. Innocentius etiam viij. Alexander etiam vj. Leo etiam x. Clemens vij. Paulus iij. Iulius etiam iij. & diuersi alij prædecessores nostri eisdem Magistro, & Fratribus, Donatis, & Ordini, illorumq; Nuncijs Officialibus,& alijs personis,necnon Hospitalibus, Ecclesijs, Præceptorijs,& membris, illasq; & illa visitantibus,ac illis benefacientibus varia Priuilegia, Indulta, Libertates, Immunitates, & alias gratias concesserāt prout in diuersis eorundem Literis desuper confectis plenius cōtinetur. Cum autem,sicut eadem petitio subiungebat,Magistri, & Conuentus præfati cupiant præmissa quo firmiora perdurent, patrocinio nostro communiri;quare pro parte illorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt petitioni huiusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui ad conseruationem Hospitalium,& Regularium locorum quorumlibet, præsertim in quibus præcipua Charitatis officia spectantur, nostri officij partes in primis conuertimus; Magistrum,et Fratres præfatos, ipsorumque singulos a quibusuis excommunicationis,suspensionis, et interdicti,alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, et pœnis à iure,uel ab homine quauis occasione, vel causa latis,si quibus quomodolibet innodati existunt,ad effectum præsentium dumtaxat consequendum,harum serie absoluentes, et abso-

Alex.4.confirmauit donationem factam Hospital. & Fratribus S. Lazari per Fedéricum Imperatorem ut habes sup. in eius cōst. 2.dicta fol.14.

Clem.4 facultatem inde Fratribus concessit,Leprosos undique suscipiendi,& illos cum eorum bonis traducendi ad Hospitalia ut habe. sup. in eius const. 5. Venerabilibus fol.29.

Greg.x.(cuius cōst. hic non habes) exemptionē concessit, a solutione Decimarū Gabellarum &c. Tu autem pro declaratione vide infra Pij V.cōst. 9.& 16.ca. & 166. Et si ea.

Ioannes 22. (cuius const.hic nō habes) inhibuit Episcopis & alijs, ne Ecclesias Hospi.vel Fratres excommunicarent.

Paulus 2 (cuius const. hic nō habes) confirmauit quæcūque indulta Domui leprosorum S. Lazari extra muros Capuā,& Fratribus concessa,& eosdē sub sua protectione suscepit.

Adrianus V. & alij Pontifices (quorum const. hic non habes) varia priuilegia & indulta Fratribus Hospit S. Lazari concesserūt.

absolutos fore censentes: Necnon singularum Literarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati prædicta, & omnia, & singula alia priuilegia, iurisdictiones, facultates, immunitates, concessiones, libertates, prærogatiuas, exemptiones, gratias, fauores, & indulta, etiam in deferendis armis Magistro, Præceptoribus, Fratribus, & personis Hospitalis huiusmodi, eorumq; vasallis subditis, & seruitoribus pro tempore existentibus ac Ecclesias, & loca illorum visitantibus, & benefacientibus per præfatos, & quoscunque alios Romanos Pontifices etiam superiores nostros, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessa: necnon singulas præfatas, & alias Literas, & insuper statuta, consuetudines, vsus, naturas, & stabilimenta Religionis, & Ordinis prædictorum (licita tamen, & honesta) dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus: Decernen. irritum, & inane quicquid secus super his per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo, septimo Kalen. Iulij Pontificatus nostri anno primo.

Hic autem Pont. omnia & singulorum priuilegia exemptiones ac indulta approbat.

Tu autem vide ad declarationem huius confirmationis infra in Pij V const. 28. sicut huiusmodi ibi not.

Statutaque & stabilimenta eorum confirmat. Ad quod vide [illegible] declarationem.

Decretum irritans

Clausula derogatoria.

XIIII.

Confirmatio & Ampliatio Priuilegiorum, Indultorum, & exemptionum Militiæ & Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Aliam confirmationem habes infra in Pij V. const. 76. Et si cuncta. & Greg. 13. cost. 62. Quo magis.

De Materia autem habes etiam infra in Pij V. cost. 51. Cum ex multis & cost. 139. Exposcit, Et Greg. 13 const. 16. Cum dilecti & 67. Circumspecta in omnibus, & 78. Dudum fel. record. & 88. Consueuit & 89. Quo in vos.

PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Roman. Pontificis prouidentia prædecessorum suorum gestis, quæ suadentibus honestis causis pro personarum Ecclesiasticarum præsertim regularium pro fidei Catholicæ aduersus Christi Crucis inimicos defensione, & conseruatione iugiter laborantium commodo, & vtilitate prouide emanarunt, vt eo firmius perdurent, quo sæpius fuerint apostolicæ sedis præsidio roborata, libenter suæ approbationis robur adijcit, ea de nouo concedit, aliasq; desuper disponit prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum, siquidem postquam felicis record. Martinus Quintus ex certa scientia per suas statuerat & ordinauerat, quod quælibet querelæ, quæstiones, lites, causæ & controuersiæ quas ex tunc inter Fratres, & subditos hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitan. tunc præsentes, & futuros ex quibusuis occasionibus oriri, & moueri contingeret quouismodo, cum omnibus suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac omni cuiusuis appellationis (præterquam in defectus, aut denegatæ Iustitiæ, vel illati perperam contra stabilimenta, & consuetudines dicti hospitalis grauaminis casibus) remoto obstaculo per pro tempore existentem Magistrum, & dilectos filios Conuentum dicti Hospitalis, seu illos ex illis fratribus quibus ipsi Magister, & Conuentus eas committerent, etiam vsque ad tertiam diffinitiuam sententiam inclusiue audirentur, necnon iuxta laudabiles consuetudines, & stabilimenta Hospitalis huiusmodi, & prout alias iuris foret debito fine deciderentur, omnesque, & singuli Priores, Præceptores, Baiuliui, Castellani, & fratres Hospitalis prædicti, postquam de mandato seu auctoritate Magistri, & Conuentus præfatorum in quibusuis ex prædictis contra eos intentandis causis, ad comparendum coram ipsis, & Commissarijs per eos vt præfertur pro tempore deputatis, in locis quantumcumque ab eodem Hospitali remotis citati forent, coram eisdem Magistro, Conuentu, & Commissarijs prout contingeret legitime comparere deberent, & tenerentur Iuri, & Iustitiæ secundum stabilimenta, approbationes, vsus, & laudabiles consuetudines præfati Hospitalis pariturі. Quodque illi ex Prioribus, Præceptoribus, Castellanis, Empostæ, Baiuliuis, fratribus, & subditis præfatis qui contra eorum aliquem super quibusuis querelis, rebus, vel negotijs (præter quam in casibus præfatis) coram alio quam præfatis Magistro, & Conuentu, ac per eos pro tempore datis Commissarijs in causam traherent, & ad alium quam eosdem appellationes quascumque interponerent, causas huiusmodi prorsus perderent, & excommunicationis sententiam incurrerent, neque super qua contenderent priuati existerent eo ipso. Et Sixtus Quartus inter alia, omnes & singulas collationes, prouisiones, vniones, annexiones, & incorporationes, ac quascunque alias concessiones, & dispositiones de Præceptorijs, Cameris, Magistralibus nuncupatis, seu illarum fructibus, redditibus, & prouentibus, quibusuis personis, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existerent, quauis consideratione, & sub quacunque verborum forma, ac cum quibusuis clausulis derogatorijs, etiam motu proprio, & ex simili scientia, ac cum expressa derogatione iurium Magistri dicti Hospitalis, seu annuæ responsionis illi faciendæ eatenus auctoritate apostolica factas, nullas & inualidas, nulliusq; roboris vel momenti fuisse, & esse, etiam per suas declarauerat, & quatenus viribus subsistere dicerentur, reuocauerat, cassauerat, & irritauerat, ac illas, & quas in futurum etiam cum expressa derogatione literarum Sixti prædecessoris huiusmodi fieri contingeret, pro infectis haberi voluerat. Ac monuerat, & requisiuerat omnes, & singulos earundem Camerarum Magistralium detentores seu possessores qui tunc erant, aut pro tempore essent, prætextu concessionum prouisionum, & dispositionum quarumlibet quæ ab alio quam pro tempore existente Magistro dicti Hospitalis eatenus emanauerant, & in futurum emanarent etiam a dicta Sede vt infra certum tunc expressum terminum Camerarum per eos pro tempore detentarum, seu possessarum huiusmodi possessionem vacuam, liberam, & expeditam Magistro dicti Hospitalis, aut illius legitimo procuratori traderent, & assignarent, alioquin ex tunc prout ex ea die in omnes, & singulos qui non parerent, seu vt non parerent

Mar. V. (cuius const. istam hic non habes) commisit cognitionem omnium causarum vertentium inter Fratres & subditos Hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani, Magno Magistro vel eius Commissarijs.

Quod ampliatum est ut hic infra.

Fratribusq; & subditis aliorsum [illegible] coram alijs iudicibus, pœnas hic expressas imposuit.

Six. 4. (cuius const. istam hic non habes) quascumque dispositiones ab alio quam Magno Magistro factas, & fiendas, de Præceptorijs annullauit. Et detentores prætextu dictarum concessionum monuit, ut Magno Magist. possessionem restituant sub pœnis hic expressis.

rent suaderent, aut alias auxilium, consilium, vel fauorem præstarent, excommunicationis sententiam promulgauerat, a qua nisi in mortis articulo constituti ab alio quam Romano Pontifice nequirent absolutionis beneficium obtinere, & præter sententiam excommunicationis huiusmodi, si dicti hospitalis fratres forent, & excommunicationis sententiam huiusmodi per mensem animo sustinerent indurato, Prioratibus, Castellanijs, Bauliuijs, Præceptorijs, & officijs præfati hospitalis per eos tunc obtentis eo ipso priuati & inhabiles ad illa, & alia in posterum obtinenda essent, possetq; per Magistrum, & Conuentum præfatos de illis sic vacan. per priuationē huiusmodi libere disponi: liceret quoque Magistro pro tempore existenti hospitalis huiusmodi dicto termino decurso per se vel procuratores suos possessionem Camerarum earumdem propria auctoritate libere apprehēdere, ac illarum fructus, redditus, & prouentus percipere, ac in suos & eius Magistratus vsus & vtilitatem conuertere, & retinere cuiusuis licentia super eo minime requisita. Et Innocentius viij. ex certis causis tunc expressis inter alia, Sancti Sepulchri Dominici Hierosolymitani ordinis Sancti Augustini, & Militiæ Sancti Lazari in Bethleem, & Nazareth etiam Hierosolymitani ordines, eorumque Prioratus, & Præceptorias, necnon domum de Montemorillon. dicti ordinis Sancti Augustini Pictauen. diœc. nuncupatam, & alia ab eis dependentia membra cum suis pertinentijs, ac eorumdem ordinum, & Militiæ Archiprioratuum, Prioratus, & Magistratus generales, ac in eorumdem ordinum Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, & membris, illorumq; quibus denominabātur nomina, dependentias, & pertinentias de fratrum suorum consilio per quasdam suppresserat, & extinxerat, illaq; omnia, & singula per vniuersum orbem existentia hospitali præfato pro illius membris, ac domum prædictam expresse pro membro Prioratus Aquitaniæ dicti hospitalis de simili consilio perpetuo vniuerat, incorporauerat, concesserat, & assignauerat, ac voluerat quod tam qui in titulum quam qui in Commendam illam tūc obtinerent, ad aliorum Fratrum dicti hospitalis instar iuxta tunc Magistri & Conuentus præfatorum, aut ab eis auctoritatem habentium prouidam moderationem pro temporum qualitate de eorundem membrorum quæ sic obtinerent prouentibus communi thesauro dicti hospitalis suffragia, & onera exhiberent annuatim, ac Magistri, & Conuentus prædictorum mandatis obtemperarent, nec quouismodo clam, vel palam illi qui Prioratus, beneficia, & loca ordinum suppressorum huiusmodi tenerent, eis cederent, vel renunciarent, aut de eis donationem facerent absque expresso consensu, licentia, & auctoritate Magistri, & Conuentus præfatorum, & si secus facerent irritum, & inane, nulliusque roboris esse decreuerat; & nihilominus pœnam priuationis beneficiorum, & excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrere censerentur. Et de simili consilio omnes, & singulas exēptiones Priorum, Baiuliuorū, Castellaniæ, Empostæ, Præceptoriarū, & Fratrū eiusdem Hospitalis tam a superioritate, iurisdictione, obedientia, & correctione tunc Magistri, & Conuentus prædictorum, ac aliorum Prælatorum ipsius hospitalis etiam cum eorum receptione in protectionem dictæ Sedis, ita vt illi solummodo essent subiecti, & Magistro, ac Conuentui, & prælatis præfatis, parere, & ad Hospitale prædictum accedere non tenerentur, quam ab onere solutionis, eorumque communi Thesauro prædicto, & illius receptoribus annis singulis ratione Prioratuum Baiuliuarum, Castellaniæ empostæ, Præceptoriarū, & aliorum membrorum eiusdem hospitalis quæ obtinerent soluere tenerentur: Necnon quascunque speciales reseruationes, & conferendi mandata de Prioratibus, Baiulituijs, Castellania, Præceptorijs, & membris prædictis quomodolibet, & quacunque ratione, vel causa etiam impensorum per eos fidei, & Hospitali, aut Sedi præfatis obsequiorum, aut alia inexcogitabili consideratione ab Innocentio prædecessore, & Sede præfatis, etiam cum motus proprij, & certæ scientiæ, alijsq; fauorabilibus, & insolitis clausulis concessas, etiam si in eis contineretur expresse quod per quascunque reuocationes, & derogationes, ac literas, & concessiones non censerentur reuocatæ, imo illis non obstantibus in suis remanerent robore, & efficacia perinde ac si reuocatæ non essent, nisi dum, & quoties sub certis tunc expressis modo, & forma, ac verborum conceptione reuocarentur, per alias suas ex certa scientia reuocauerat, cassauerat, & annullauerat, ac voluerat pro infectis haberi, & illis quibus concessę erant minimè suffragari, liceretq; Magistro omnem eius superioritatem in eos sic exemptos exercere, ac receptoribus prædictis eos ad soluendū eis, & dicto Thesauro quæ pro tempore deberent, perinde ac si exemptiones ipsæ nunquam concessæ fuissent, de simili consilio decreuerat. Ac in perpetuum valitura constitutione de eorumdem fratrum consilio statuerat, & ordinauerat, quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus Prioratus, Baiuliuæ, Castellaniæ, Empostæ, Præceptoriæ, & membra quęcunque dicti Hospitalis quæ pro tempore qualitercunque vacarent, tam in Romana Curia quam extra eam sub quibusuis generalibus, vel specialibus reseruationibus apostolicis factis, & quas fieri contingeret de beneficijs ecclesiasticis etiam apud sedem præfatam pro tempore vacantibus (vtpote ad hospitalitatem, & fidei tuitionem ordinata) nullatenus includerentur, nec reseruata uel affecta existerent sed hospitalium pauperum quæ sub reseruationibus ipsis non includebantur, quo ad id sortirentur naturam, deberetque de illis per pro tempore existentem Magistrum, & Conuentum præfatos duntaxat, & non alium iuxta stabilimenta prædicta Fratribus dicti hospitalis prouideri, & quas fieri contigerit per ipsum Innocentium prædecessorem, aut successores suos Roman. Pontifices pro tempore existentes, ac dictam Sedem, vel eius auctoritate aut alia quacumque de illis reseruationes, prouisiones, collationes, commendas, vniones, & quascumque alias similes, vel dissimiles dispositiones, & exemptiones Priorum, Baiuliuorum, Præceporum, & Fratrum a Magistri, & Conuentus prædictorum obedientia, & superioritate, aut debitis per eos præfato Thesauro responsionibus annuis, & alijs iuribus quacumque ratione vel causa etiam motu, & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine cum derogatione posteriorum literarum Innocentij prædecessoris huiusmodi, nullius penitus essent roboris, vel momenti, & haberentur prorsus pro infectis, nec censeretur statuto Innocentij prædecessoris huiusmodi vnquam derogatum per quascumque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias, fortiores, & efficaciores, nisi dum, & quotiens ipsarum posteriorum literarum de verbo ad verbum, vere & non per clausulas id importantes inserto tenore de simili S.R.E. Cardinalium consilio derogari contingeret, nec etiam tunc nisi ad id Magistri, & Conuentus prædictorum expressus accederet assensus, & non aliter, nec alio modo, censereturque semper in huiusmodi quæ sic fierent de consilio prædicto derogationibus, apposita clausula quod effectū sortirentur de consensu Magistri, & Conuentus prædictorum, & non aliter, nec alio modo, Decernens collationes, prouisiones, commendas, vniones, dispositiones, & reseruationes quaslibet, quas per alios quam Magistrum & Conuentum prædictos de eisdem Prioratibus, Baiuliuis, Præceptorijs, Castellania, & membris etiam apud sedem ipsam pro tempore per cessum, vel decessum seu quamuis aliam dimissionem vacantibus fieri contingeret, & si per ipsum Innocentium prædecessorem, & pro tempore existen. Roman. Pontificem fierent, illis quibus sic fierent

Innoc. 8 quosdam ordines S. Sepulchri & Militiæ S. Lazari vniuit & subiecit Magno Magistro huius ordinis. Sed Pius 4. talem vnionē militiæ S. Lazari reuocauit vt infra in consti. 126. inter alias.

Et quascunque Exemptiones concessas & obedientias quas a Sede Apostolica, declarauit idem Innoc. non excusare ab obedientia Magni Magistri & solutione iurium communis ærarij.

Quod ampliatum est per Greg. 13. in eius consti. 73. Dudum.

Beneficia huius ordinis non comprehendi sub reseruationibus Apostolicis voluit idem Innoc.

Beneficia ista Fratribus Hospitalis tantum conferri per Magnū Magistrum & Conuentum. Hoc idem voluit Gre. 13 in cōst. 42. Quo magis.

Prouisionesque Beneficiorū eorumdem etiam apud Sedē Apostolicam vacantium, per Magnū Magistrum & cōuentū solūmodo, & non per alios etiam Rom. Pōt. fieri debere declarauit.

fierent nullum ius,nullumue coloratum titulum tribuere posfidendi, & eos quo ad omnes effectus etiam consti tutionis suæ de triennali possessore non molestando pro meris detentoribus sine titulo haberi,& reputari ac ir ritum,& inane quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret atté tari . Necnon Iulius ij.omnes & singulas expectatiuas,reseruationes,ancianitates mandata de prouidendo,cô cesfiones,coadiutorias sine consensu & omnes alias gratias,& literas super Prioratibus,Baiuliuis,Præceptorijs, Castellania Empostæ,ac quibusuis alijs beneficijs dicti Hospitalis quomodocumque & qualitercumque absque Magistri,& Conuentus prædictorum consensu quibusuis personis cuiuscumque dignitatis,gradus,ordinis, vel conditionis forent,etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ex quibusuis causis,etiam onerosis eatenus concessas,& concessa etiam quasuis clausulas illarum ab huiusmodi reuocationibus præseruatiuas in se continentes, & continentia similibus scientia,& potestatis plenitudine pro reuocatis,cassatis,& annullatis perpetuo valituræ constitutionis edicto per quaidam decreuerat,& ordinauerat quod Prioratus,Castellania,Empostæ, & Baiuliuæ,Præceptoriæ,Rectoriæ,administrationes,officia,domus,& loca Hospitalis huiusmodi,seu eorum aliquod, vel aliqua sub quibuscumque dictæ Sedis,vel Legatorum eius literis,sub quacunque forma,vel expresfione verborum etiam motu,& scientia similibus,ac cum quibusuis vrgentisfimis,efficacissimis,& derogatorijs clausulis irritantibusque decretis in genere,vel in specie quouis modo inantea concedendis cadere,seu comprehédi nullatenus deberent,nec illarum vigore per quempiam acceptari,aut alicui de eis prouideri posset,sed illorum cô missiones,& omnimoda dispositio ad Magistrum , Conuentum , Priores, & Castellaniam Empostæ huiusmodi iuxta consuetudines,vsus,& naturas dicti Hospitalis, & illi concessa priuilegia , & indulta libere pertinerent , quodque fratres dicti hospitalis inobedientes, & male soluentes iuxta formam stabilimentorum hospitalia huiusmodi priuationis pœnam incurrerent, Et per alias omnes,& singulas speciales reseruationes,Coadiutorum deputationes,regressus,accessus,concesfiones, gratias, & facultates in aliorum quam Fratrum dicti Hospitalis fauorem,commodum,& vtilitatem cuiuscumque dignitatis,status,gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ, vel conditionis forent,etiam si Cardinalatus honore fulgerent,quauis etiam Imperatorum,Regum,Reginarũ, Ducum,vel aliorum Principum consideratione,vel intuitu,aut ex quauis quantumcunque grandi,inexcogitabili,& vrgentisfima causa,& respectu per Sedem præfatam eatenus concessas,& factas , quæ ad finem Commendæ perpetuæ, vel temporalis tendere dignoscerentur,reuocauerat,cassauerat,& annullauerat,illaque cassa,irrita,& inania,nulliusque roboris,vel momenti esse,nec illarum etiam regressuum, seu accessuum huiusmodi , aut aliarum facultatum,seu Commendarum etiam ex tunc prout ex diebus vacationis earundem , & e côuerso pro tempore factarum prætextu,aliqua ex præceptorijs, seu alijs beneficijs Hospitalis huiusmodi acceptari,vel asse qui,aut ius in re,vel ad rem cuiquam acquiri potuisse,seu posse decreuerat. Et per alias Motu simili literas Martini prædecessoris huiusmodi approbans,ac innouans,omnes,& singulas lites,causas,querelas,& controuersias inter Fratres præfatos,coram quibuscunque causarũ palatij Apostolici Auditoribus,ac eorum locatenen.necnô iudicibus etiam Cardinalibus,dicta auctoritate apostolica,vel aliter deputatis,tam in dicta Curia quam in quibuscunque mundi partibus pendentes,ad se aduocans,illas,& quas antea inter Fratres eosdem, & quoscumque alios super Prioratibus,Baiuliuis Castellania Empostæ, Præceptorijs, aut Beneficijs hospitalis huiusmodi moueri contingeret,per Magistrum,& Conuentum præfatos, seu eorum Commissarios iuxta eiusdem Hospitalis stabilimenta,& approbatas consuetudines decidendas remiserat,ac Auditoribus,locatenentibus,& iudicibus præfatis ne in causis huiusmodi ad vlteriora procederent seu de illis, vel alijs quibuscumque in futurum quoquomodo se intromitterent,inhibuerat,ac quicquid per eos contra inhibitionem huiusmodi scienter,vel ignoranter contingeret attentari, irritum & inane decreuerat , Ac Indulgentias per quoscumque Roman. Pontifices visitantibus domos,& loca ipsius Hospitalis concessas innouauerat, Necnon motu,& scientia similibus omnia, & singula priuilegia,immunitates,indulgentias,& exemptiones sæcularium exactionum ac prærogatiuas,& alias quascunque gratias,concesfiones facultates libertates, & indulta terram mareque concernentia dicto Hospitali,& illius Religionis Prioratibus,Baiuliuijs,Castellaniæ Empostæ,Præceptorijs,administrationibus,officijs capellis oratorijs,& membris, ac Magistro pro tempore existenti,& Conuentui præfatis,necnon Prioratus Baiuliuas Castellaniam Empostæ Præceptorias ecclesias oratoria administrationes,& membra præfata obtinentibus,per piæ memoriæ Clementem V.Bonifacium viij. Calixtum III.ac præfatos Sixtum , & Innocentium, necnon quoscunque alios Roman. Pontifices prædecessores nostros tunc suos in genere vel in specie concessa,necnon libertates , & exemptiones secularium exactionum per eos a Regibus,& Principibus,ac alijs Christifidelibus obtentas,ac decimas primitias census fructus redditus prouen.agros possesfiones dominia prædia , iura iurisdictiones, aliaque mobilia , & immobilia siue in terra vel in mari existentia,& ad Hospitale , Prioratus , Baiuliuas,Castellaniam Empostæ Præceptorias,& membra huiusmodi in genere,uel in specie spectantia , per reliquas suas literas de apostolicæ potestatis plenitudine approbauerat,laudauerat,ratificauerat,& confirmauerat supplens omnes & singulos defectus si qui forsan interuenerant in eisdem , ac omnia & singula ea ab vniuersis Christifidelibus tam clericalis ordinis, quam temporalis potestatis secularibus,& etiam alijs regularibus personis sub pœnis,& censuris in eisdem contentis inuiolabiliter obseruari voluerat , Necnon omnibus , & singulis Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis,& locorum Ordinarijs,eorumque Officialibus , atque Vicariis in virtute Sanctæ obedientiæ,& sub eisdem pœnis similiter iniunxerat,vt quascunque Indulgentias, & peccatorum remissiones,per eorum diœc.& loca publica nunciari permitterent. Ac Leo X.quon.Fabritij de Carreto Magistro dicti hospitalis,& præfatorum Conuentus asserentium se a tunc immemorabili tempore citra in possessione , vel quasi deputandi in singulis Prioratibus vnum Vicariũ cũ facultate Præceptorias,Baiuliuas, & alias domos hospitalis huiusmodi conferendi,ancianitates tam speciales quã generales dãdi,& côcedẽdi,ac pẽsiones seu respõsiones,& onera super domibus,Præceptorijs,& alijs beneficijs dicti hospitalis imponi solita a quibuscũque Clericis,etiã secularibus illa in Commendam obtinentibus,eorũq; Colonis, & Inquilinis etiã laicis, eo modo quo a Fratribus dicti hospitalis exigebantur exigendi,& cum inhabilibus ratione ætatis,& defectus natalium dispensandi existere,supplicationibus inclinatus,singulas non tamẽ Innocentij prædecessoris huiusmodi,ac omnes, & singulas alias tã ipsius Martini,& recolendæ memoriæ Alexandri vj.Pij ij.& ipsius Iulij, quam aliorum quorumcumque Roman. Pontificum similiter prædecessorum nostrorum tũc suorum eisdem Hospitali, & Magistro pro tempore existenti , ac Conuentui , & fratribus concessa , & in illis contenta quæcunque etiam quoad aduocationem omniũ causarum etiam super Prioratibus, Præceptorijs, & alijs beneficijs Hospitalis huiusmodi et

Ad quod vide Greg. 13. cõst. 62. Quo magis.

Iul. 2. (cuius con st. illam hic nõ habes) concessiones & gratias de Beneficijs Hospitalis S. Ioannis, absq; consensu MagnoMagistro & Conuentus factas innouauit,

Et omnia loca Hospitalis liberæ dispositioni Magni Mag. & Conuentus reseruauit.

Accessusque & alios gratias alijs quam Fratribus Hospitalis concessas annullauit Ad quod vide in Greg. 13 cõst. 62. Quo magis.

Causarũ quoque omnium super Beneficijs Hospitalis vertentium inter Fratres & alios cognitionem, Mag. Mag. & eius Commissarijs reseruauit. Quod ampliatũ est ut hic infra.

Priuilegia & gratias a Prædecessoribus & alijs Principibus cõcessas confirmauit.

Indulgentiasq; quoque & peccatorum remissiones publicari permisit.

Leo x. (cuius cõst. istam hic nõ habes) confirmauit concessionem Mart. V. Alex. vj. Pij II. & Iul. II. & aliorum.

Facultatéque dedit Mag. Mag. & Conuentui deputandi Vicarios i Prioratibus Hospitalis, cum authoritate conferendi Præceptorias & Ancianitates, & exigendi responsiones.

in eadem Curia pendentium quas ad se tunc aduocauit (exceptis tunc, & pro tempore per appellationem a diffinitiua sententia iuxta formam stabilimentorum prædictorum introductis, & pendentibus) per quasdam sub plumbo approbauerat, innouauerat, & confirmauerat, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuerat, eique omnia de nouo, ac Fabritio, & pro tempore existenti Magistro, & Conuentui huiusmodi vt in singulis Prioratibus ipsius Hospitalis vnum Vicarium cum facultate conferendi Præceptorias, Baiulíuas, & alias domos Hospitalis huiusmodi deputare, ancianitates tam speciales, quam generales dare, & concedere, ac pensiones, seu responsiones, & onera super domibus, præceptorijs, & alijs beneficijs Hospitalis huiusmodi imponi solita a quibuscumque etiam clericis secularibus illa in commendam obtinentibus, eorumq; Colonis, & Inquilinis etiam laicis eo modo quo a Fratribus dicti Hospitalis exigebantur exigere, & cum inhabilibus ratione ætatis, & defectus natalium quoad Prioratus, Præceptorias, & alia beneficia dicti Hospitalis duntaxat dispensare possent, Ac quod verbis in ipsorum Magistri, & Conuentus literis circa professio-

Literisque Mag. Mag. & Conuentus credi iussit quoad ad professionis emissioné &c.

nis emissionem, habitus susceptionem, debitorum & obsequiorum in partibus orientalibus præstationem plena fides adhiberetur, facultatem concesserat. Et nihilominus quod ipse Fabritius, & pro tempore existẽs Magister, & Conuentus præmissa omnia, & singula prout eatenus consueuerant sine contradictione alicuius facere possent, Quodque quæcunque literæ ancianitatis, seu prouisiones a Magistro pro tempore existente. & Conuẽtu præfatis eatenus concessæ, & in posterum concedendæ eo ipso confirmatæ, & approbatæ censerentur. Et quod prouisiones beneficiorum quorumcumque dicti Hospitalis quæ per cessationem solutionis præfato hospitali, vel inobedientiam duntaxat vacassent, nunquam ad superiorem ipsum Leonem prædecessorem, & Sedẽ præfatam deuolui censerentur, quo ad hoc vt dictus Magister pro tempore existens impediretur quominus illa quandocunque libere conferre posset. Quodque omnes, & singulæ donationes, & alienationes bonorum immobilium dicti Hospitalis, seu eius locorum in posterum faciendæ duntaxat ipso iure nullæ, nulliusque roboris, vel momenti existerent, & quod clausula cum derogatione priuilegiorum dicto hospitali concessorum la-

Alienationesque bonorum immobilium Hospitalis prohibuit.

tissime extendenda, & additione illorum pro expressis tam in quibusuis commissionibus iustitiam concernentibus, quam in quibusuis gratiosis supplicationibus tunc, & pro tempore signatis non operaretur, nec eius vigore in causis seu literis Apostolicis super ipsis supplicationibus conficiendis priuilegia ipsa vltra quam in supplicationibus narrata essent narrari possent, neque illis si prætextu dictarum clausularum narrarentur derogatum censeretur, statuerat, & ordinauerat, Decernens sic per quoscunque Iudices, etiam causarum Palatij huiusmodi auditores sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari debere, irritũ quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtingeret attentari, Et

Expectatiuasque que & gratias quascumque &c. super Beneficiis Hospitalis concessas & concedendas reuocat, & annullat, nõ obstantibus quibuscumque.

per reliquas in forma breuis literas Motu simili quascumque gratias expectatiuas speciales, & generales reseruationes, etiam in mente sua, & in nullius, seu quarumuis personarum fauorem, ac vniones, annexiones, & incorporationes, suppressiones, extinctiones, & applicationes, ac vniendi, annectendi, incorporandi, & commendandi facultates, & mandata, necnon coadiutorum deputationes etiam de consensu, & alias concessiones, & dispositiones de quibusuis Prioratibus, Bauliuijs, Castellania Empostæ, Præceptorijs, Cameris Magistralibus, & alijs beneficijs dicti hospitalis vacaturis, necnon specialium reseruationum, vnionum, annexionũ, incorporationum, suppressionum, extinctionum, facultatum, mandatorum, coadiutoriarum, regressuum, & accessuum, ac aliorum dispositionum huiusmodi executiones, ampliationes, reualidationes, reintegrationes,

Ad quod vide di. Pij V. cõst. 71.

repositiones, restitutiones, & super illis, & eorum efficacia, & quod illorum reuocationibus, modificationibus, suspensionibus, restitutionibus, & ad ius commune reductionibus per Leonem prædecessorem, & Sedẽ præfatos factis non includerentur declarationes, & intentionis mentis suæ attestationes quæ quorumuis etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, S.R.E. Cardinalium, Prælatorum, Ducum, Principum, Marchionum, Vniuersitatum, studiorum, iurium cessorum, vel oblatorum, etiam pro sedandis litibus, aut seruitiorum, & obsequiorum Leoni prædecessori, & Sedi præfatis etiam pro fide Catholica impensorum, & damnorum eis etiam per infideles illatorum, seu quauis alia quantumcunque grandi consideratione pro quibusuis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, & quacunque ecclesiastica, etiam Cardinalatus, & mundana dignitate fungentibus, etiam cum Motus proprij, & certæ sciẽtiæ, ac plenitudine potestatis, & quibusuis præseruatoriis, ac alijs etiam derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, & insolitis clausulis a Leone prædecessore & Sede prædictis, ac eius Legatis etiam de latere, & Nuntijs, etiam cum eorundem legatorum potestate quauis auctoritate eatenus quomodolibet emanauerant, quoad ea in quibus nondum vere fuerant effectum sortita, expresse reuocauerat, & voluerat illas, & quas emanare contingeret in futurum similes, & dissimiles speciales reseruationes, vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinctiones, applicationes, nominationes, nominandique, reseruandi, & conferendi facultates, mandata, coadiutorum deputationes, regressus, & accessus huiusmodi, & super illis prouisiones, ampliationes, reintegrationes, restitutiones, repositiones, & declarationes etiam cum expressa posteriorum literarum huiusmodi derogatione, etiam si in eisdem quæ emanauerant, & in futurum emanarent, specialibus reseruationibus, vnionibus, annexionibus, incorporationibus, suppressionibus, extinctionibus, nominationibus, facultatibus, mandatis, coadiutorijs, regressibus, accessibus, & eorum extensionibus, ampliationibus, reualidationibus, reintegrationibus, repositionibus, restitutionibus, & declarationibus, ac si super illis confectis literis contineretur expresse quod in aliquibus specialibus seu generalibus reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, & restrictionibus quæ pro tempore fierent, nullatenus includerentur nisi de personarum quas tunc concernebant, & in futurum concernerent, ac quarũ consideratione emanauerant, & in posterum emanarent, nominibus, cognominibus, dignitatibus, & officijs, ac causis propter quas eis concessæ erant seu concederentur expressa mentio fieret, idq; ipsis personis intimaretur, per diuersas literas sub diuersis datis, cum certi temporis interuallo inter datas huiusmodi, & personarum earundem in reuocationibus huiusmodi expressus accederet assensus, intelligerenturque gratiæ ipsæ toties reualidatæ, & in pristinum statum repositæ, quoties eas reuocari, restringi, & modificari contingeret, ac pro infectis, & non concessis haberi, & viribus omnino carere, etiam si per eas quæ emanarent speciales reseruationes, & alias gratias viribus vacuatas huiusmodi eisdem posterioribus literis cũ earũ Dat. insertione specifice quomodolibet derogari videretur, & ne similes reseruationes ac gratiæ, & priorũ reualidationes quas ab ipso Leone prædecessore ẽt cũ posteriorũ literarum huiusmodi expressa derogatione, ac supradictis, alijsq; efficacioribus, fortioribus, & insolitis clausulis in posterum emanare cõtingeret, cõtra præmissorum tenorem sortirentur

tentur effectum, sed quotiens emanarent toties reuocarentur, easque posteriores literas, ac omnia, & singula in eis contenta ad id vt omnes, & singulas speciales reseruationes, vniones, coadiutorias, regressus, & accessus, ac alias gratias prædictas semper includerent de qualibet die Pontificatus sui repetierat, & innouauerat, decernés repetitionem, & innouationem huiusmodi eis quorum interest de singulis diebus dicti Pontificatus prout magis expediret in omnibus, & per omnia perinde ac si eisdem diebus ab ipso Leone prædecessore actu emanasset suffragari, & sic iudicari debere, ac quicquid secus attentari contingeret, irritum, & inane decreuerat. Et cum nefandissimus Christiani nominis hostis Turcarum Tyrannus validissima classe maritima, maximoque exercitu terrestri paratis, insulam Rhodi totius Christianitatis specimen acerrimis & multiplicatis conatibus inuasisset, ac crudeli, & inaudita obsidione affecisset, & tandem insulam, & ciuitatem Rhodi huiusmodi vi, & armis expugnasset, ac literæ, libri, & munimenta, seu documenta antiqua priuilegiorum, & indultorum eis a dicta Sede concessorum periissent, & deperdita fuissent, similis memoriæ Clemens PP. vij. pariter prædecessor noster motu, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus, omnia, & singula priuilegia, iurisdictiones, facultates, immunitates, concessiones, indulgentias, libertates, prærogatiuas, gratias, exemptiones, fauores, & indulta dicto Hospitali, ac illius Bauliuis, Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, Hospitalibus, Ecclesijs, Capellis, Locis, & Membris, necnon Magistro, Bauliuis, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, & personis, ac eorum vassallis, subditis, & seruitoribus pro tempore existentibus eatenus per quoscumque Roman. Pontifices prædecessores nostros tunc suos successiuis temporibus, & demum per Leonem prædecessorem, & Sedem præfatos sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessa, approbata, & innouata, per quasdam approbauerat, confirmauerat, & innouauerat ac valida, & efficacia existere, necnó perpetua roboris firmitate subsistere, & inuiolabiliter obseruari, ac Magistro, Bauliuis, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, fratribus, personis, vassallis, subditis, & seruitoribus præfatis suffragari debere decreuerat, ac omnia, & singula prout per Leonem, & alios prædecessores ac Sedem præfatos, concessa fuerunt, ita vt Magister, Bauliui, Priores, Præceptores, Milites, fratres, personæ, vassalli, subditi, & seruitores illis libere perpetuo vti possent de nouo, Necnon tunc, & pro tempore existenti Magistro, & Conuentui Hospitalis huiusmodi iuxta illius stabilimenta, & laudabiles consuetudines, ac mores in Bauliuas, Prioratus, Castellaniam Empostæ, domos, hospitalia, membra, loca, & bona quæcumque, necnon quoscumque Bauliuos, Priores, Castellanum Empostæ, Præceptores, Fratres, & personas Hospitalis, & Religionis huiusmodi, ac illorum vassallos, subditos, & seruitores vbicunque tam citra quam vltra montes tunc, & pro tempore cōstitutos, & commorantes, qui omnes eidem Magistro, & subdelegatis ab eo firmiter tam personaliter quam realiter omni exceptione cessante, & quocumque a Clemente predecessore vel sede prædictis obtento, uel obtinendo indulto non obstan. parere, & obedire tenerentur, plenariam, & omnimodam etiam meri, & mixti imperij iurisdictionem, & superioritatē, ipsique Magistro contra rebelles, & suis mandatis non obedientes etiam vigore literarum apostolicarum, etiam in forma breuis ab ipso Clemente, & successoribus suis emanatarum, seruatis quatuor terminis ad docendum se paruisse, & satisfecisse, in loco Conuentus hospitalis huiusmodi post legitime executam primam citationem, ad mulctam siue pœnam personaliter iuxta mores, & stabilimenta prædicta, seu etiam priuationem habitus, sic beneficiorum, domorum, & prædiorum per eos obtentorum procedendi, vel etiam, si magis expedire videretur, beneficia, domos, & prædia ipsa ad manus suas, seu receptorum dicti hospitalis reducendi, & donec ipsi inobedientes contumaciam purgarent vel debita onera persoluerent, siue seculares, aut alterius ordinis regulares beneficia dicti hospitalis possidentes forent, pro suo arbitrio retinendi, illorumque fructus, redditus, & prouentus arrendandi, & percipiendi, necnon cameras magistrales prædictas ad se recipiendi, sine illas solitis pensionibus pro suæ voluntatis libito imponendi, & moderan. onerandi, & alias de illis tanquam de Præceptorijs, & prædiis mensæ magistrali vnitis, & incorporatis disponendi, Ac in Roman. Curia Procuratorem generalem cum generali, vel speciali, & limitata potestate, & facultate constituendi, seu deputandi, Et in eadem Curia per se, seu dictum Procuratorem ad id potestatem a Magistro & Conuentu præfatis habentem quæcumque eiusdem Hospitalis beneficia, cuiuscunque qualitatis existentia apud Sedem prædictam quomodolibet (præterquam per resignationem in manibus suis, & Successorum suorum Roman. Pontificum) pro tempore vacantia, iuxta ipsius Hospitalis stabilimenta libere conferendi, Et tam Magistro quam Conuentui præfatis, etiam de illis, de quibus eatenus dispositum fuerat de nouo, ac alijs beneficijs huiusmodi, etiam tam quam priuatis prædijs in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, seu etiam ad nutum, aut amouibiliter vni, vel diuersis personis assignari solitis, etiam dictæ Sedi reseruatis, seu alias affectis, aut ad Sedem ipsam deuolutis libere prouidendi, & illa vniendi, dismembrandi, & alias de illis disponendi, necnon ancianitates tam generales quam speciales super eisdem beneficijs fratribus eisdem Hospitalis concedendi, ac resignationes dictorū beneficiorum recipiendi, & admittendi, illaque resignantibus titulum, seu denominationem, ac omnes eorum fructus, seu illorum partem, aut super illis quascumque pensiones annuas, quæ etiam transirent ad successores in eis, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis etiam priuationis in talibus apponi solitis, ad vitam, vel ad tēpus reseruandi, concedendi, constituendi, & assignandi, & quod altero decedente superstes in illius possessione succederet indulgendi, seu regressum ad illum concedendi, Ipsisque Magistro, & Conuentui priuilegia, exemptiones, et indulgentias eis et dicto Hospitali concessa vbique locorum, etiam absque alicuius ordinarij licentia, sub sigillo tamen prioris illius Prouinciæ, vel eorum Conseruatoris in ea degentis, publicandi, et quæstuandi, seu eleemosynas, et Confraternitatum obuentiones quærendi, et recipiendi, Necnon Cœmeteria in eorum parochialibus ecclesijs habendi, ac quorumcumque Christifidelium cadauera, etiā si excommunicati vel interdicti forent, dummodo interdicto causam non dedissent, saluo iure Rectori parochiano debito, absque aliquo onere et solutione Episcopo facienda, recipiendi, et sepeliendi, legata et donata tā inter viuos quam qualibet vltima voluntate exigendi, et percipiendi, Necnon Bauliuis, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, et personis præfatis quæcumque ecclesiastica sacramenta, ac omnes etiam sacros ordines a quocumque mallent catholico Antistite gratis, et communionem dictæ sedis habente, nihil oblato uel soluto recipiendi; Et tam ipsis quam eorum familiaribus arma quæcumque, et vbicumque locorum pro sui defensione, et hostium dictæ sedis offensione gestandi; Necnon Capellanis eisdem Hospitalis, Bauliuorū, Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, personarum, vassallorum, subditorum, et familiarium prædictorum confessiones audiendi, et pœnitentiā salutarem eis iniungendi, ac Eucharistiæ, et alia sacraméta eccle-

Clem. 7. confirmauit omnia priuilegia, gratias huius Hospitalis & Militum.

Iurisdictionēq; & mixti & meri imperij, cōcessit eiusdem Mag. & Cōuentui in personas & bona Hospitalis & Militum, non obstante quouis indulto.

De quo vide etiā hic infra.

Et Procuratorē generalē in Ro. Curia cū similiter potestate deputādi, eidē facultatem concessit.

Et in eadem Curia per se vel alios de Beneficijs Hospitalis apud Sedem Apost. vacantibus, non tamen per resignationē in manibus Pontificis, conferendi, & de beneficiis eis ipsa quis prouidendi, illaq; dismēbrādi, pensiones assignandi &c.

Ad quod vide reuocationē Pii v. in eius const. 78. sacrosanctum.

Indulgētias quoque publicandi.

Quod reuocatū est vt inf. in const. 37.

Quæstuandi & eleemosynas colligendi.

Quod reuocatū est ut ibidem.

Sepeliendi mortuos in eorū Ecclesijs.

Et arma deferendi.

fiastica mioistrandi, necnon tempore interdicti (dummodo illi causam non dedissent) excommunicatis & interdictis eaclusis, clausis ianuis, & submissa voce missas, & alia diuina officia celebrandi. Necnon quibusuis Christi

Capellanis Hospitalis auctoritaté dedit audendi confessiones Militum & aliorū, & sacramenta ministrandi, & celebrādi etiam tempore interdicti.

fidelibus in quibusuis ciuitatibus, locis, & dioec. Præceptorias, domos. & hospitalia sub dependentia, & subiectione dicti Hospitalis per illius Fratres obtinenda, quæ eisdem priuilegijs, immunitatibus, indulgentijs, concessionibus, & indultis, quibus aliæ dicti Hospitalis præceptoriæ, domus, & hospitalia vtebantur, potiebantur, & gaudebant vterentur, potirentur, & gauderent, assignata illis congrua dote Ordinariorum locorum, & quorumuis aliorum licentia minime requisita, & nulla præterea in illis, ordinarijs ipsis iurisdictione, aut oneris imponendi facultate reseruata construi, & erigi faciendi, plenam & liberam facultatem, & auctoritatem concesserat quascunque donationes, concessiones, locationes, inuestituras, & alias alienationes censuum, redituum, iurium, iurisdictionum, & bonorum quorumcumque ad Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam Emposte, Præcepto-

Facultatemque omnibus dedit erigēdi, loca sub dependentia Hospitalis, quæ gaudeant omnibus Hospitalis priuilegijs.

rias, domos, hospitalia, beneficia, & loca Hospitalis huiusmodi pertinentium, in illorum læsionem, iacturam, vel detrimentum etiam per personas dictæ Religionis, etiam cum renunciationibus, pactis, iuramētis, & pœnis desuper impositis, & adiectis, ac instrumentis, & literis desuper confectis, & confirmationibus forsan indesecutis etiam de licentia dictæ Sedis absque tamen consensu, seu expressa licentia Magistri, & Conuentus prædictorū, quacumque præscriptione seu longissima pacifica possessione, & detentione non obstan. Necnon quoscumque accessus ingressus, & regressus ac coadiutorias ad Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam Emposte, Præceptorias,

Alienationes bonorum Hospitalis i eius damnū factas absque licētia Magistri & Conuentus reuocauit.

Domos, hospitalia, & alia beneficia hospitalis huiusmodi, præterquam ex causa onerosa, & de consensu dictorū Magistri, & Conuentus etiam per Clementem, & prædecessores suos præfatos concessos cassauerat, reuocauerat, annullauerat & irritauerat nulliusque roboris vel momenti fore, & pro infectis haberi decreuerat, Ac census, redditus, iura, iurisdictiones, & bona alienata huiusmodi, ac etiam per quoscunque etiam seculares occupata, vsurpata, & detenta, ad ius, & proprietatem dicti hospitalis seu illius Baiuliuarum, Prioratuum, Castellaniæ, Empostæ, Præceptoriarum, domorum, hospitalium, & beneficiorum prædictorum reduxerat, illaque in integrū

Accessusque & coadiutorias &c. ad beneficia Hospitalis concessas, præter quā ex causa onerosa, & de licentia Magni Mag. & Conuentus annullauit.

aduersus concessiones, donationes, & alias quaslibet alienationes prædictas, necnon inuestituras illarum prætextu quomodolibet quauis auctoritate factas, & concessas, in integrum ac in pristinum, & eum statum in quo antea erant restituerat, reposuerat, & plenarie reintegrauerat, illarumque detentores cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes ad illorum relaxationem per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia cogi, & compelli posse voluerat, & similes alienationes de cætero sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis beneficiorum per eos obtentorum pœnis per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis fieri prohibuerat, & si fierent, illas iuribus omnino carere decreuerat. Necnon omnes, & singulas lites etiam in dicta Curia, & Rotæ auditorio super quibusuis dicti Hospitalis beneficijs inter quascumque

Ad quod vide Pij V. cōst. 71. Sanctorum.

personas motas, & in quibusuis instantijs pendentes, in quibus conclusum non fuerat, ad se aduocauerat, & illas eisdem Magistro & Conuentui per eos iuxta formam stabilimentorum & laudabilium consuetudinum prædictorum, & si eis videretur tam in eadem Curia quam extra eam in statu debito reassumendas, & decidendas com-

Causas etiā vertētes super Beneficijs Hospitalis, à quibuscumque iudicibus aduocauit, & Magno Mag. commisit. Quod ampliatū est ut hic infra.

miserat, eisq; quorum interesset etiam per edictum publicum locis publicis affigendum (constito tamen summarie de non tuto accessu ad eas) citandi, ac quibus, & quotiens opus foret inhibendi etiam sub censuris & pœnis ecclesiasticis etiam contra condemnatos, etiam in Curia prædicta tam realiter quam personaliter exequi mandauerat. Et insuper Hospitale, ac illius Baiuliuas, Prioratus, Castellaniam Empostæ, Domos, Cameras, Hospitalia, & loca quæcunque, necnon Magistrum, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, Priores, Præceptores, Milites, & personas, ac eorum subditos, vassallos, colonos, & seruitores tunc & pro tempore existentes, etiam presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illa exercerent, & in illorum obsequijs forent, ac illorum res, anima-

Hospitaleque & eius personas & bona sub Sedis Apostolicæ protectione suscepit, et a quorūcūque iurisdictione exemit. Ad hoc vide Pij V. const. 139 Ex posceit pastoralis cum ibi not.

lia, prædia, domos, molendina, & bona quæcunque quæ obtinebant, & possidebant, ac in futurum Canonice obtinerent, & possiderent, sub beati Petri, & dictæ sedis, atque sua protectione susceperat, ac ob omni iurisdictione correctione. onere, statutis, bannis, dominio, superioritate, & potestate quorumcumque Patriarcharum, Archiepiscoporū, Episcoporum, & Prælatorum, necnon quorumcumque temporalium Dominorum quauis potestate etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, ac vniuersitatum, & illarum Regentium, etiam præterquam dicti Hospitalis Ordinariorum tam spiritualium, quam temporalium vbicumque tam citra quam vltra mōtes, & mare constitutorum, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentium, illorumque Vicariorum, & Officialium, locatenentium, & iudicum tunc & pro tempore existentium quorumlibet. Necnon a solu-

Exemptionemq; a decimis &c concessit, et amplius impositionibus expressis grauarentur.

tione, & exactione passagij, arreragij, gabellæ, datij, tractæ collectæ, procurationis, iocūdi aduentus, iurium etiā synodalium, censuum, & decimarum etiam noualium, etiam hortorum, pratorum, piscationum, & molendinorū, ad quæ cuilibet accessus nullatenus directe, vel indirecte prohiberi posset, & terrarum quas per se ipsos, vel alios eorum omnibus etiam colonos, arrendatarios, & emphyteotas excolebant, & de quibus fructus percipiebant. & cuiusuis alterius oneris personalis, seu mixti, ordinarijs vbicunque, & ex quacunque causa imposiri, vel

Hoc idem concessit Pius V. & Greg. 13. vt in Greg. const. 62. Quo magis.

imponendi pro tempore liberauerat, & eaemerat, ac sibi, & dictæ Sedi immediate subiecerat, illosque & illa, etiam si in quibuscunque statutis, literis, constitutionibus, & regulis etiam per Clementem prædecessorem, & eosdem prædictos pro tempore editis nominatim, specialiter & expresse grauarentur, seu onerarentur, semper liberos, immunes & exemptos, ac exceptos & ipsi Clementi prædecessori immediate subiectos esse decreuerat, Ita

Exemptionem quoque a iurisdictione ordinariorum & aliorū eisdem dedit etiam ratione delicti, contractus, & rei de qua ageretur.

quod Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, Ordinatij, Vicarij, officiales, locatenentes, & iudices præfati, etiam ratione delicti, vel contractus, seu rei de qua ageretur, vbicunque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in eos, vel ea iurisdictionem, correctionem, visitationem, superioritatem, dominium, partitionem, exactionem seu potestatem exercere aut excommunicationis aliasue sententias, cen. & pœnas promulgare, aut etiam ratione personarum, vel rerum, animalium, ac bonorum suorum ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum, murorum, seu etiam aliarum Ecclesiarum quam dictæ Religionis, etiam si forsan earanus per abusum, seu alterius priuilegium, aut negligentiam, etiam per longissimum tempus taliter ob-

Ad quod vide Pij V const. 139. Exposcit pastoralis cum ibi notatis.

seruatum non fuisset. Quæ omnia etiam præscriptiones, nullo pacto saltem in posterum quominus huiusmodi exceptionibus vti possent, obstare voluit, & decreuit eos coarctare, aut alij quicunque cuiuscumque ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis, aut præeminentiæ status, vel conditionis existerent, etiam locis, & terris S.R.E. et immediate subiectis, et ad instantiam cuiuscunque Principis, seu Communitatis sub excommunicationis latæ sētentiæ, & a quadrupli vltra damna & expensas restitutionis pœnis per contrafacien. eo ipso incurrendis, eos in iudicio, & extra super præmissis, & eorum vsu, seu possessione, uel quasi directe vel indirecte, quouis quæsito co-

lore,

lore,vel ingenio molestare,impedire,vexare,aut alias quomodolibet impetere præsumerent,deberent, seu etiã valerent. Et insuper statuerat & ordinauerat,quod iuspatronatus et præsentandi personas idoneas ad Baiuliuas,Prioratus,Præceptorias hospitalia,membra,alia beneficia,et loca hospitalis huiusmodi,nisi ratione fundationis aut dotationis saltem ad tertiam partem illorum fructuum,quo casu liceat Magistro et Conuentui præfatis,si dicta eorum beneficia et loca hospitalis huiusmodi a dicto iurepatronatus liberare vellent, aut dotantibus bona restituere, seu illorum pretium persoluere,ac ex tunc Baiuliuas,Prioratus præceptorias hospitalia, membra,et beneficia huiusmodi conferre. Quodque super eorum fructibus, redditibus, et prouentibus aliquæ pensiones annuæ quibusuis personis secularibus,seu alterius ordinis quam dicti Hospitalis regularibus sine expresso consensu Magistri,et Conuentus prædictorum,etiam per Sedem prædictam reseruari, constitui, et assignari nullatenus possent,et si reseruarentur,concederentur,constituerentur,et assignarentor,reseruationes,cõstitutiones,assignationes,et concesiones huiusmodi nemini suffagarentur,nec propterea aliquas censuras, vel pœnas incurrere possent,Quodque omoes,& singuli eorum Baiuliuarum,Prioratuũ, Præceptoriarum,Domorũ & beneficiorum in vim dictarum cnllationum possessores seculares,aut alterius ordmis regulares, seu pensiones super illorum fructibus,redditibus,& proueutibus huiusmodi eatenus etiam per Sedem eandem reseruatas percipientes,illas & illa infra sex menses a die intimationis dictarum literarum in manibus Magistri,& Conuẽtus prædictorum iuxta formam stabilimentorum dictæ religionis dimittere,& transferre, seu illarum cassationi consentire tenerentur,alioquin beneficia,& pensiones huiusmodi nisi illa possidentes,& illas percipientes infra dictum tempus habitum susciperent,& professionem regularem ipsius Religionis emitterent, lapsis mensibus ipsis vacarent,ac cassæ,& extinctæ essent,& esse censerentur eo ipso. Ac quod quæcunque personæ in dignitate ecclesiastica,& vbilibet constitutæ,per eosdem Baiuliuos,Priores,Præceptores,& Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendæ,sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipsos aduersus inferentes eis iniurias seu grauamina vel damna in personis,rebus,& bonis manutenere, cooseruare, & quamcumque iurisdictionem exercere,necnon sententias cen.& pœnas Ecclesiasticas contra rebelles, ac inobedientes cum effectu promulgare, oecnon omnibus facultatibus, & concesfionibus quibusuis Conseruatoribus eis per quascumque literas apostolicas eatenus deputatis quomodolibet concessis vti,potiri, & gaudere deberent in omnibus, & per omnia perinde ac si per easdem literas conseruatores,& iudicea deputati fuissent. Et quod presbyteri qui in dicta Religione professionem non emisissent,nisi de expressa licentia,vel consensu Magistri,seu Priorum, Præceptorum,vel Fratrum,quos id tangeret,ad deseruiendum parochialibus, & alijs Ecclesijs: aut Capellis ipsius Religionis nullatenus admitterentur,sed in quibuscumque Patrochialibus, & alijs Ecclesijs, ac Capellis hospitalis huiusmodi,Capellani eiusdem Religionis per locorum Ordinarios sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna si contrafacerent eo effectu incurrenda,ad requisitionem, seu præsentationem dictorum Baiuliuorũ, Priorum,Præceptorum,& Fratrum absque aliqua exactione, & oneris impositione recipi, & admitti deberent: Quodque illi duntaxat Fratres priuilegijs prædictis gauderent qui a præfato Magistro, seu de eius licentia habitum suscepissent,& professionem emisissent,seu de habitu suscipiendo & professione huiusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuissent,nullusque Baiuliuorũ,Priorum,Præceptorum & Fratrum prædictorum absque mandato,seu licentia præfati Magistri,aut saltem sui Prioris,seu Procuratoris ipsius Hospitalis in dicta Curia existentis priuilegijs præfatis in eadem Curia vti valerent,nec illa absq; huiusmodi licentia vagantibus suffragarentor. Ac manus violentas in eos qui ad ecclesias,seu domos eiusdem Religionis pro sua salute confugerent,per quempiam inijci sub excommuoicationis latæ seotentiæ pœna prohibuerat. Decernens literis prædictis, & in eis contentis quibuscunque etiam per quascunque literas apostolicas,etiam quasuis clausulas generales vel speciales etiam derogatoriarum derogatorias,efficaciores,& insolitas,ac etiam irritantia decreta sub quacunque verborum expressione in se continentes nullatenus derogari posse,nec derogatum censeri, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil penitus omisso insertus,ac huiusmodi derogationis Consistorialiter factæ & per trinas distinctas literas eundem tenorem contineotes,tribus similibus distinctis vicibus,Magistro & Conuentui præfatis legitime intimatæ, & insinuatæ forent,ac ipsorum Magistri & Conueotus ad id expressus accederet assensus,& aliter factas derogationes nemini suffragari,ac Magistrum, & Conuentum præfatos ad parendum literis derogatorijs huiusmodi,& decretis super illis processibus,ac illorum executoribus,& subexecutoribus,eorumque mandatis,& monitionibus minime teneri, & literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ huiusmodi censuris ecclesiasticis per eosdem executores,& subexecutores latis innodari posse.Et sic in præmissis omnibus,& singulis per quoscumque Iudices,& Commissarios quauis auctoritate fungentes,tam in dicta Curia,quam extra eam pro tempore deputatos,sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter circa præmissa iudicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere,ac irritum,& inane si secus super præmissis omnibus,vel eorum aliquo a quoquam quauis auctoritate scienter,vel ignoranter contingeret attentari. Necnon literas etiam piæ memoriæ Alexandri v.Gregorij ix.Bonifacij viij.Clementis etiam v,Inoocentij iiij.& Calixti iij.Roman. Pontificum etiam prædecessorum nostrorum tunc suorum eidem Hospitali etiam super decimis ex eorum terris,possessionibus, & animalibus nõ soluendis concessas,per alias suas literas approbauerat,ac quo ad terras,& possessiones ad quantumcunque longũ tempus,non tamen in perpetuum feudum,seu emphiteosim concessas obseruari debere decreuerat. Et per alias motu simili omnes,& singulas causas tam inter Priores,Baiuliuos,Castellanum Empostæ,Præceptores,Fratres, & Milites Hospitalis huiusmodi,quam etiam pro communi Thesaoro prædicto agentes,tam ratioοe Prioratuũ, Baiuliuarum,Præceptoriarum,& domorum Hospitalis hujusmodi,quam etiam bonorum, & pecuniarum etiam dicti Thesauri,seu delictorum,etiam si exaduerso aliqui clerici seculares,vel regulares,aut laici existerent, & actiue,seu passiue in dictis causis quomodolibet io quacunque instantia interuenissent, & cum opportuna derogatione stabilimentorum,vsuum,morum,consuetudinum,et priuilegiorum dicti Hospitalis etiam ab eodẽ Clemente prædecessore concessorum,etiam prætextu iuratæ per horrescentiæ (dummodo non ex causa denegatæ iustitiæ,aut perperam obseruatorum stabilimentorum processissent)commissas,& in futurum etiam cum similibus derogationibus pariter committendas,ad se in terminis in quibus reperirentur etiam executiuis aduocauerat,illasque in eisdem terminis per Magistrum,ac Conuentum præfatos in eorum consilio ordinario,siue in generali Capitulo ut moris erat; & eorum stabilimenta, ac consuetudines exigebant, ipsaque priuilegia expostulabant,cum omnibus & singulis illarum incidentibus,dependen.emergen. annexis, et connexis tam coniun-

ctim,

Ius patronatus & præsentandi ad Beneficia Hospitalis decreuit non concedi nisi ratione fundationis aut dotationis, &c.

Pensionesque super prouentibus Beneficiorum Hospitalis prohibuit etiam per Sedem Apostolicam assignari alijs quam personis Hospitalis, sine consensu Magni Mag. & Conuentus,& cæt.

Hoc confirmauit Gregor. 13. in eius const. 62. Quo magis.

Personas in dignitate Ecclesiastica constitutas per Fratres & alias personas Hospitalis in eorum Cõseruatores electos,iussit debere eos defendere ut hic.

Capellanos huius Relig. omnino ad deseruiendum in Ecclesijs eiusdem Religionis per ordinarios admitti præcepit & presbyteros non professos recipi vetuit absq; licentia.

Ad quod vide Greg. 13. const. 62. Quo magis.

Fratres illos declarauit gaudere Priuilegijs Hospitalis, qui Habitum suscepissent, & Vagabundos illis pro non posse decreuit.

Confugientes ad Ecclesias Religionis iussit non molestari.

Et ipsius Clem. literis derogari non posse decreuit,nisi ut hic.

Et ita per quoscunq; Iudices iudicari voluit.

Cõfirmauit etiã concessiones Alex. 6. & aliorum Pont. circa exemptionem a solutione decimarũ. & extendit ad bona in Emphiteosim vel feudũ concessa non tamẽ in perpetuũ.

Quod ampliatur inf. infra.

ctim, quam diuisim, etiam sine aliqua registrorum in huiusmodi causis factorum exhibitione, et productione cognoscendas, seu reassumendas, & fine debito terminandas, prout tunc Magistro dicti Hospitalis videretur expedire commiserat, & mandauerat. Inhibens ex tunc iudicibus, & partibus extra Conuentum, & suos iudices contra formam stabilimentorum prædictorum litigantibus, ne ea tunc de cetero in dictis causis quomodolibet procedere præsumerent, decreto irritanti desuper adiecto. Et per reliquas suas in forma breuis literas omnes, & singulas speciales, & generales, etiam mentales reseruationes, expectatiuas, mandata de prouidendo concessiones, coadiutorias, vniones, etiam perpetuas, necnon alias præuentiuas gratias, & literas apostolicas super Prioratibus, & Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, Præceptorijs, Rectorijs, domibus, locis, & membris ac alijs beneficijs dicti Hospitalis quouismodo nuncuparentur, etiam in Castellæ, & Legionis, ac Valentiæ regnis, ac Principatu Cathaloniæ quomodocunque & qualitercunque, etiam cum quibusuis fortissimis, & insolitis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, ac inhibitionibus quibusuis etiam non dicti Hospitalis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ forent, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & functuris, etiam ea quibusuis iustissimis, & vrgentissimis causis, etiam per Clementem prædecessorem, & Sedem prælatos tam in genere quam in specie concessas, & concessa, & quasuis etiam præuentiuas, & restitutorias, ac preseruatiuas clausulas in se continentes, & continentia, eorumque omnium vim & effectum reuocauerat, cassauerat, & annullauerat, nulliusque roboris vel momenti fore, & esse, ac primi suffragari posse neque debere, nec per eas cuiquam in Prioratibus, Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, Præceptorijs, dignitatibus, domibus, locis, & membris, ac alijs beneficijs hospitalis huiusmodi vel ad illa ius acquiri potuisse, vel posse, neque coloratum titulum possidendi tribuere, sed illis non obstantibus Magistrum & conuentum prælatos coniunctim, vel diuisim iuxta consuetudines, & stabilimenta huiusmodi hospitalis de Castellania Empostæ Baiuliuatibus, Præceptorijs, domibus, locis, & membris, ac alijs beneficijs hospitalis huiusmodi libere disponere potuisse, & posse, & sic iudicari debere, ac quicquid secus super his attentari contingeret, irritum & inane decreuerat. Similis memoriæ Paulo Papæ III. similiter prædecessori nostro pro parte tunc Magistri, ac Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum dicti Hospitalis exposito quod antea eidem Magistro, Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus, a dicta Sede concessum fuerat, vt in parochijs, & locis in quibus veteres decimas percipiebant, noualium decimas pro ea parte qua veteres percipiebant, similiter perciperent (licet de concessione huiusmodi, cum eorum munimenta in prædicta expugnatione perijssent vt præfertur, docere non possent) præfatus Paulus prædecessor, Magistri, Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorum in ea parte supplicationibus inclinatus, concessionem, facultatem, cassationem, reuocationem, annullationem, irritationem, reductionem, restitutionem, repositionem, reintegrationem, commissionem, mandatum, liberationem, exemptionem, derogationem, statutum, & alia per Clementem vij. concessa, & gesta, necnon suppressionem, extinctionem, applicationem, approbationem, concessionem, assignationem, absolutionem, & translationem per Innocentium viij. ac facultatem seu indultum percipiendi decimas noualium pro ea parte qua veteres decimas percipiebant, necnon omnia, & singula, tam per præfatos Alexandrum, Gregorium, Bonifacium, Clementem v. Innocentium iiij. Calixtum, Leonem, & Clementem vij. quam etiam similis memoriæ Ioannem xxij. Martinum v. Alexandrum v. Pium ij. Paulum etiam ij. Alexandrum vj. & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores suos, ac Sedem præfatam eidem Hospitali, & illius Prioratibus, Baiuliuis, Præceptorijs, domibus, hospitalibus, ecclesijs, capellis, & alijs locis, ac membris, necnon pro tempore existentibus Magistro, Prioribus, Baiuliuis, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & personis, ac eorum vassallis, & seruitoribus eatenus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet concessa, approbata, & innouata, ac cum inhibitionibus & decretis, necnon omnibus, & singulis alijs in eis contentis clausulis singulas prædecessorum prædictorum desuper tam sub plumbo, quam in forma breuis literas confectas ex certa scientia, per suas sub plumbo confectas literas approbauit, confirmauit, & innouauit, ac valida, & efficacia existere, & perpetua roboris firmitate subsistere, suosque effectus sortiri, ac etiam quoad possessiones, terras, & bona quæ per quantumcunque longum tempus (quod nonaginta nouem annos, seu trium vitam intelligi seu censeri debere decreuit & declarauit) non tamen in perpetuum feudum, seu emphyteusim eatenus concessa fuerant & in futurum concederentur, inuiolabiliter ita quod ipsi Priores, Præceptores, & Fratres, necnon coloni, arrendatarij & firmarij pro possessionibus, terris, & bonis etiam ad nonaginta nouem annos, seu trium vitam, non tamen in perpetuum feudum seu emphyteusim vt præfertur pro tempore concessis, necnon suis & alijs in illis pro tempore natis, aut nascituris animalibus, a solutione quorumcunque datiorum seu decimarum, vel aliorum onerum, iuxta tenorem litterarum Clementis vij. prædecessoris huiusmodi immunes & exempti perpetuo existerent per quoscunque quauis dignitate, & præeminentia præfulgerent, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eis contentis perpetuo obseruari, necnon Magistro, Prioribus, Baiuliuis, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, personis, vassallis, subditis & seruitoribus præfatis suffragari debere decreuit, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerant in eisdem, suppleuit ac præmissa omnia & singula prout per singulos prædecessores, & sedem præfatos decreta, concessa, prohibita, statuta, ordinata, innouata, & gesta fuerant, in omnibus, & per omnia perpetuo concessit, decreuit, prohibuit, statuit, ordinauit, & fecit. Illaque etiam ad hoc vt Magister, & singuli Priores, Baiuliui, Præceptores, Milites, & Fratres hospitalis huiusmodi pro eorum libito voluntatis Parochiales, ac etiam sine cura Ecclesias uel earum Vicarias, seu Capellanias perpetuas, aut Capellas, vel Altaria, seu alia beneficia simplicia, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem electionem, seu quamuis aliam dispositionem, ratione Prioratuum, Baiuliuarum, Præceptoriarum, etiam Camerarum Magistralium nuncupatarum, hospitalium, domorum, & aliorum beneficiorum dicti hospitalis per eos pro tempore obtentorum, de iure, statuto, consuetudine, fundatione, aut priuilegio, vel alias quomodolibet spectantia, & pertinentia, & ab ipsis Baiuliuijs, Præceptorijs, domibus, hospitalibus, & alijs beneficijs dependentia, seu illis annexa, quæ dudum forsan Fratribus saltem Capellanis eiusdem Hospitalis, & ab eisdem Magistro, Prioribus, Baiuliuis, ac Præceptoribus. & alijs prædictis conferebantur, a longo tamen et forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria hominum forsan non existebat, per ipsos Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, et Fratres per abusum, aut ex defectu Fratrum, Capellanorum, uel aliarum personarum eiusdem Hospitalis ad id idoneorum, Clericis seu presbyteris secularibus collata, aut conferri, et per ipsos presbyteros, uel clericos seculares obtineri solita, etiam Fratribus Hospitalis huiusmodi præsertim Capellanis nuncupatis, qui vt asserebatur

a præ-

Expectatiuas quocunque alias gratias præuentiuas alijs quam personis Hospitalis super illius Beneficijs concessas et per Sedem Apostolicam reuocauit, & illis non obstantibus Mag. Mag. & Conuentu de illis disponere posse declarauit.

Paul. 3. (cuius constitutio hic non habetur) confirmauit Clem. 7. & aliorum Pont. concessiones, & maxime quo ad perceptionem decimarum Noualium, & applicationem factam huic Hospitali, de Militia S. Lazari &c.

Quam applicationem reuocauit Pius 4. ut inf. in const. 126. Inter assiduas.

Declarauitq; longum tempus in materia feudi vel Emphiteosis, intelligi de tempore 99. anno. Seu vita trium.

Capellanosque dicti ordinis prouideri posse decreuit de Ecclesiis huius ordinis, non obstante quod presbyteris secularib. solitum fuerit eas conferri.

Quod confirmauit et Greg. 13 in eius const. 62. Quo magis.

s presbyteris, seu clericis nisi quoad gestationem crucis, vel habitus dicti hospitalis ad pectus non differebât, immo priuilegijs clericorum secularium iuxta forsan eorum priuilegia, & consuetudines gaudere solebant, si ad id alias idonei, & habiles reperirentur, conferre, ac alias de illis prouidere, & disponere, ipsique Fratres quibus beneficia huiusmodi conferri côtingeret, illa si sibi alias canonice conferrerentur, aut ipsi eligerentur præsentarentur, vel alias assumerentur ad illas, & instituerentur in eis recipere, & in titulum etiam quoad viuerent, retinere respectiue libere, & licite valerent extendit, & ampliauit eisque concessit, & pariter indulsit, ac cum eis super hoc legitime dispensauit. Necnon Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, Fratres, personas, vassallos, subditos, & seruitores prædictos illis omnibus iuxta illorum continentiã, & tenorem perpetuo vti, potiri, frui, & gaudere libere, & licite posse decreuit, prout in singulis literis prædecessorum huiusmodi plenius continetur. Nos igitur cupientes vt Religio Hospitalis huiusmodi, cuius Fratres nullis parcendo periculis, contra piratas, Turcas, & alios Christi nominis hostes, dimicare, ac pro salute christiana honestam mortem oppetere non cessant, & quaqua versum classis Christianorum in infideles dirigitur, vocati se illi adiungunt, primosque congressus fortiter sustinent, sicuti nouissime in expugnatione Terræ Aphricæ priscam virtutem ostendentes, omnium primi illius muros conscenderunt, salubriter dirigatur, & amplietur, Dilectos filios Ioannem de Valeta modernum Magistrum, ac Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, Fratres, & personas hospitalis huiusmodi, ac eorum singulos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu proprio non ad Ioannis de Valeta Magistri, aut Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, vel personarum prædictarum, seu aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine statuta, ordinationes, declarationes, reuocationes, cassationes, irritationes, voluntates, monitiones, requisitiones, promulgationes, suppressiones, extinctiones, vniones, incorporationes, concessiones, etiam facultatum assignationes, decreta, annullationes, aduocationes, remissiones, inhibitiones, iniunctionem, moderationem, repetitionem, renouationem, approbationes, confirmationes, suppletiones, restitutionem, repositionem, commissionem, mandatum, susceptionem, liberationem, exemptionem, subiectionem, prohibitionem, extensionem, ampliationem indultum, & dispensationem Martini, Sixti, Innocentij, Iulij, Leonis, Clementis, & Pauli prædecessorum huiusmodi, necnon omnia & singula priuilegia, iurisdictiones, facultates, immunitates, concessiones, indulgentias, libertates, prærogatiuas, exemptiones, gratias fauores, & indulta Hospitali Baiulijs, Prioratibus, Castellaniæ, Præceptorijs, domibus, conuentibus, seu monasterijs, ecclesijs, capellis, locis & membris, necnon pro tempore existentibus Magistro, Baiuliuis, Prioribus, Castellano, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & personis, ac eorum vassallis, subditis, & seruitoribus per prædictos, & alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & sedem prædictam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis hactenus quomodolibet concessa, approbata, & innouata necnon cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis singulas eorumdem prædecessorum tam sub plumbo quam in forma breuis literas, prout per antecessores nostros Leonem x. Clementem vij. & Paulum iij. concessa, confirmata, & approbata fuerunt, & constitutionem eorum nuncupatam in nouissime celebrata Curia Regum Aragonum, ut accepimus, editam, qua inter alia caueri dicitur expresse, quod pro euitandis litibus, & discordijs quæ sæpius in Præceptorijs dicti Hospitalis suscitari solent, in Præceptorijs, & beneficijs Hospitalis huiusmodi ad manus iudicũ ad id competentium apprehensis, in tenuta, & possessorijs, ac alijs articulis, & processibus qui coram iudicibus secularibus tractari possunt, illi obtinere debeant, qui per Magistrum, & Conuentum Hospitalis huiusmodi prouisi, eorum bullas, & executoriales regias habuerint, & reportauerint, iuxta literarum ipsius Ioannis prædecessoris continentiam, & tenorem: Et insuper omnia, & singula stabilimenta, ordinationes, & decreta in Capitulo generali nouissime celebrato edita, præsertim de festis Apostolorum duplici officio celebrandis, & responsione, ac nouis impositionibus iuxta formam stabilimentorum, & priuilegiorum eorumdem factis, super Prioratibus, ac alijs beneficiis, & locis dicti Hospitalis ad subleuandum illius onera, & de illegitimis in Fratres Milites eiusdem Hospitalis neutiquam cooptandis, nisi ex Comitum, aut superiorum genere, nec etiam illis nisi a patre, auo, & proauo paterno per seriem Illustribus prognatis, necnon diuisiones animalium quæ in Præceptorijs decedentium Præceptorum reperiuntur, pro vna Præceptorijs ipsis, & pro alia medietatibus vel etiam aliquando in totum ærario publico in certos casus applicandis, ac pœna in non soluentes responsiones, & impositiones ærario, necnon commutatione solutionis iurium ratione mortuariorum, & vacantium, & dilatione diuisionis bonorum, spoliorum mortuo Magistro præfato, & annumeratione certarum Præceptoriarum quæ Magistratui sunt perpetuo vnitæ, ac forma licentiarum exercendi Militiam secularem per Fratres cum pœnis in contrafacientes, & prouisione aduersus malos administratores bonorum, Necnon acceptatione administrationis communis ærarij per Magistrum præfatum factam ad requisitionem sexdecim Capitularium, & reliqua, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis & insertis haberi volumus apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac ad Hospitale prædictum ad præsens in Melitan. & non in Rhodi insula consistens, illiusque Magistrum, Baiuliuos Priores, Præceptores, Fratres, & personas ac alia infrascripta extendimus, & ampliamus eaq; omnia valida, & efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, suosq; effectus sortiri, ac ab omnibus quauis dignitate, & præeminentia fulgeant, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis in eis contentis perpetuo inuiolabiliter obseruari decernimus. Necnon causas sub literis Martini, & Clementis prædecessorum huiusmodi comprehẽsas, ac omnes, & singulas lites, & querelas, siue in dicta Curia, tam in auditorio nostro quam per commissiones, siue extra eam super quibusuis dicti Hospitalis beneficijs, ac bonis, & pecunijs Thesauri, & Fratrum quorumcunque, seu super eorumdem delictis, etiam si ex aduerso aliqui Clerici seculares, vel regulares, aut laici existerent, & actiue, seu passiue iuxta alias formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum in dictis causis quomodolibet, & in quacumque instantia interuenissent hactenus motas, in quibus tamen non conclusum sit, & in futurum quouis prætextu mouendas, in quibusuis instantijs pendentes, quarum status, & merita etiam præsentibus haberi uolumus pro expressis ad nos aduocamus, ac illas eisdem Magistro, & Conuentui per eos iuxta formam dictorum stabilimentorum, & laudabilium consuetudinum prædictorum in statu debito reassumendas, &

decidendas

Pius autem 4. Pontifex iste, ex causis hic expressis, confirmauit priuilegia, & gratias per Marti. V. & alios Prædecessores, Hospitali & Militiæ S. Ioannis Hierosolimitani, eiusque personis & rebus, cõcessas, iuxta Leonis x. Clem. 7. & Pauli 3. concessiones, & iuxta constitutionem nuper Curia Regum Regnum Aragonũ editã.

Constitutio illa edita in Curia

Idem Pontifex confirmat decreta & ordinationes Capituli generalis nouissime celebrati, & maxime.

De celebrandis duplici officio festis Apostolorum.

De Responsionibus & nouis Impositionibus.

De Illegitimis nõ (ilientibus) non recipiendis.

De animalibus repertorum in Præceptorijs tempore obitus Præceptorũ diuisione.

De commutatione solutionis iurium &c.

De dilatione diuisionis spoliorum.

De Forma licentiarũ exercendi Militiam secularem.

De Acceptione administrationis communis Ærarij.

Extenditque dicta priuilegia & gratias Hospitalis præfati ad Hospitale in Melitanea. Insula cõsistens.

Causas etiã Hospitalis & militiæ (concernit) Mag. Magistro & Conuentui, priuatiue quo ad alios.

decidendas committimus, eosque quorum intererit citandi, & quotiens opus fuerit inhibendi etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, tam in Curia prędicta, quam extra eam, facultatem concedimus Necnon illorũ sententias, & rem iudicatam per Priorem Ecclesiæ dicti Conuentus, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis contra condemnatos etiam in Curia prædicta tam realiter quã personaliter exequi mandamus, ita quod alibi quã in dicto Hospitali aut extra illud ea Magistri, & Conuentus commissione iuxta stabilimenta, & vsus huiusmodi cognosci, & terminari nequeant, Nec a sententijs per Iudices dicti Hospitalis pro tempore latis ad alium quã Magistrum & Conuentum prædictos, seu iudices ab eis deputatos in quauis instantia, neque a sententijs per ipsum Magistrum, & Conuentum latis alio quam ad ipsum generale Capitulum, siue per ipsius Hospitalis Fratres siue per ipsos subditos & vassallos quoquomodo appellari possit, immo vsque ad tertiam sententiam in eodẽ Conuentu procedere teneantur. Et similiter quod omnes sententiæ per eosdem Magistrum, & Conuentum latæ, omnes item commissiones, citationes, collationes, bullæ, & omnia denique eorumdem rescripta ad omnes suæ iurisdictioni subditos, ac reliquos etiam quorum intererit causas lites, seu querelas coram ipsis pertractari directa exequi, & a nullis locorum, & terrarum dominis, etiam Ducali, aut Regali dignitate fulgentibus aliqua ratione expectandi consensus, seu alio quouis quæsito colore in eorumdem executione impediri possint, seruato tamen in eis exequendis Dat. ordine, ita quod eorum vltima primis anteferri nequeant, Ac quod contra Clericos seculares, seu laicos, Prioratus, Baiulivas, Præceptorias, domos, et alia beneficia Hospitalis huiusmodi occupantes, seu illi, aut eius communi Thesauro, seu Fratribus occasione responsionum annuarum, vacantium, mortuariorum, annatarum, passagiorum, arreragiorum, seu alias quomodolibet debentes, siue agant, siue conueniãtur, etiam in quauis instan. ad causam veniant, Magister & Conuentus præfati modo & forma quibus contra ipsius Hospitales Fratres procedi consueuit, libere procedere, & eos Prioratibus, Baiuliuis, Præceptorijs, domibus & alijs beneficiis huiusmodi iuxta alias formam priuilegiorum prædictorum priuare valeant concedimus, & indulgemus. Necnon personas in dignitate ecclesiastica vbilibet constitutas, & quoscumque locorum ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, necnon Canonicos Metropolitan. & cathedralium, aliarumque ecclesiarũ Prælatos, & Rectores per eosdem Baiuliuos, Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulo pro tempore eligendos in Conseruatores, qui quamdiu exercuerint dictum officium, a nemine quominus illud exerceant sub aliquo prætextu impediri, vel molestari possint deputamus, Ita quod ipsi sic electi sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eosdem Priores, Baiuliuos, Pręceptores, & Fratres, ac eorum singulos aduersus inferentes eis, aut eorum seruitoribus, & familiaribus iniurias, seu grauamina, vel damna in personis, rebus, & bonis seu exigẽtes ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas collectas, aut alia onera, defendere, & præseruare, ac omnem eorũ iurisdictionem exercere: Necnon sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas contra, rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus Conseruatoribus dicti Hospitalis, & illius personarũ per quascumque literas apostolicas quomodolibet concessis, vti, ac priuilegia Prioribus, Baiuliuis, Præceptoribus, & fratribus præfatis pro tempore concessa eis obseruare facere debeant, & teneantur. Ac iura mortuariorũ, & vacantium, necnon arreragiorum, passagiorum, & aliorum quorumcunque, ita vt quæuis personæ cuiuscunque ecclesiasticæ dignitatis existentes beneficia Hospitalis huiusmodi pro tempore obtinentes, illa soluere omnino teneantur, & adstricti sint, ac ad id etiam sub senten. censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac alias iuxta eorumdem priuilegia priuationis, & apprehẽsionis etiam beneficiorum ad manus suas remedijs cogi possint, solui mãdamus. Necnon exemptionem & liberationem prædictas, ita quod Magistri Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, & dicti Hospitalis Fratres, Capellani, a quocunque Catholico Antistite sub Romanæ sedis obedientia constituto sacros ordines etiam extra tempora a iure statuta, tribus diebus festiuis suscipere, & in quibusuis tam secularium quam regularium Ecclesijs absque alicuius licentia, etiam Altari portatili celebrare possent, Nec omnino aliquis ea prædicti Hospitalis Fratribus, donatis, seruitoribus, vassallis, & colonis in Prioratibus, Baiuliuatibus, Commendis, domibus, membris, aut alijs quibusuis beneficiis, prædiis, siue grangijs quomodocunque a dicto Hospitali dependentibus, in quibuscunque locis sub quocumcumque Patriarcharum, Episcoporum, vniuersitatum, hospitalium, rectorum ecclesiarum limitibus, & iurisdictione constituti, decimas, aut canonicam portionem, seu charitatiuum subsidium, aut quartas nuncupatas, seu alias quascumque collectas vel contributiones tã ex antiquis eorum culturis, quam ex recenter cultis noualibus alicui quouismodo soluere teneantur, a quibus omnibus exactionibus, atque etiam tam nouo subsidio dilecto filio nostro Philippo Hispaniarum Regi in suis Regnis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros concesso, quam canonica portione, seu quarta nuncupata in Franciæ Regnis nuper imposita, necnon a quibuscumque alijs facultatibus Regibus huiusmodi, & alijs Principibus concessis, vel concedendis in futurum, omnia dicti Hospitalis loca vt præfertur, necnon ecclesiarum quomodocunque a dicto Hospitali dependentium fabricas libera, & liberas, exempta, & exemptas sicut per prædecessores nostros Romanos Pontifices fuisse, ita modo esse declaramus, & volumus. Addentes quod præfati Magister, & Conuentus, Priores, Baiuliuij, Præceptores, aut quicunque alii ex dicti hospitalis fratribus per quoscunque locorum, aut terrarum dominos tam spirituales, quam temporales, etiã si regali dignitate præfulgeant, etiam in terris S.R.E. (sicut alias per suas olim Paulus iij. prædecessor noster concesserat) ab extractione frumenti, ordei, vini, olei, leguminum, & quorumuis fructuum, atque etiam pecuniarum ex Prioratibus, Baiuliuatibus, Commendis, membris, domibus, grangijs, alijsue prædicti hospitalis locis prouenientium nullo vnquã modo impediri possint, quominus præfata omnia pro sua possessorum voluntate in quæcumque fidelium loca ab omni pedagio datio, seu tracta quæ dicitur, libera, & exempta valeant asportare, Et bona etiam Patrimonialia Magistri, Baiuliuorum, Priorum, Præceptorum, & Fratrum, ac aliarum personarum huiusmodi tam acquisita quam in posterum acquirenda, aut illis quouismodo etiam ex concessione apostolica, vel Magistrali pertinentia ea die emissæ per eosdem Magistrum, Baiuliuos Priores Præceptores Fratres, & personas, professionis, vt præfertur, ab omnibus decimis, & alijs oneribus libera, immunia, & exempta existant, Et ipsi Magister, ac Conuentus, necnon Prior ecclesiasticæ, alijsque Priores, & Pręceptores intra limites suarum iurisdictionum, & administrationum ueri ordinarij iuxta formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum existant & esse censeantur. Ac beneficia ecclesiastica ad præsentationem, seu collationem Baiuliuorum, Priorum, & Præceptorum Hospitalis huiusmodi suffragari debere decernimus. Ita quod presbyteri seculares illa ad præsens in commendã, seu alias quomodolibet obtinentes, commendæ huiusmodi cedere, aut illa alias dimittere nequeant, nisi de consensu eorum ad quos præsentatio, seu collatio spectat, & in fauorem dicti Hospitalis, seu personarum quæ habi-

tum

Appellationem qui a sententijs latis per Iudices Hospitalis, ad Mag. Mag. & Conuentum. & a sententijs latis per Magnum Mag. & Cōuentũ ad Capitulũ generale, deponi debere declarat.

Rescripta & ordinationes Mag. Mag. & Conuentus, absq; aliqua licentia, vbique exequi debeant.

Cōseruatoribus, quę nominatis a personis Hospitalis mandat, ut eos defendant, habeantque propterea facultates hic expressas.

Fratribus &c. & alijs personis Hospitalis, dat facultatem sacros ordines suscipiendi & extra tempora a quocumque Antistite. & celebrandi absq; licentia etiam super Altari portatile.

Exemptionemque concedit a decimis & subsidio a Rege Hispaniarũ, ac Quarta a Rege Francorum positis &c.
Ad hoc habes & Greg. 13 cōst. 6a. Quo magis.
Extrahendique Frumenta ex locis Hospitalis illaque ad quæcumque loca fidelium asportandi sine aliquo datio licentiam concedit.
Reuocationẽ huiusmodi licentiarum habes infra in const. 133. In est multiplices.

tum per Fratres Capellanos eiusdem Hospitalis deferri solitum suscipiant, & professionem per eos emitti solitam emittant: nec illa deinceps ipsi, nisi infra sex menses a die intimationis habitum ipsius religionis susceperint, & regularem professionem infra alios sex menses emiserint, possidere possint, & si secus fiat, aut cessionem seu resignationem huiusmodi, ac de dicti ordinis beneficijs etiam in manibus nostris in futurum fieri contingat, huiusmodi cessiones, resignationes, & prouisiones nullius sint roboris, vel momenti, nisi in illis expresse dicatur (& de consensu Magni Magistri) & de illis iuxta formam priuilegiorum dictæ Religionis prouideatur. Ac quascumque indulgentias, & peccatorum remissiones hactenus eis per prædecessores nostros concessas, & præsertim Sixti iiij. de plenaria indulgentia semel in vita, & in mortis articulo, pro eis eorumque seruitoribus, & ministris pugnantibus, Ac Honorij iij. de alia plenaria pro his qui eis manus porrexerint adiutrices. Ac Clementis vij. & suorum prædecessorum de quadraginta annis, & totidem quarantenis, ac septima parte iniunctæ pœnitentiæ pro visitantibus eorum ecclesias & oratoria vbicunque existentia, & manus porrigentibus adiutrices in singulis secundis, quartis, & sextis ferijs Quadragesimæ, & Capitis ieiuniorum, ac festi Sancti vocabuli dictarum Ecclesiarum: Necnon Clementis v. quoad facultatem super votis (terræ sanctæ, & Castitatis duntaxat exceptis) ac super vsuris, rapinis, & male ablatis, vel acquisitis, quorum domini certi non reperiuntur, & indistincte relictis in vltimis voluntatibus pro sustentatione pauperum: ac super diuinis officijs, & horis Canonicis omissis componendi, & absoluendi: Ac Vrbani etiam prædecessoris quoad Confratrias dicti ordinis pro colligendis eleemosynis semel in anno admittendas, & alijs confratribus non postponendas confirmamus, & approbamus: Et insuper cum Prioratus, Baiuliuæ, Præceptoriæ, domus, & alia beneficia hospitalis huiusmodi, eorumque bona omnia præfato Hospitali inseruiant, & quodammodo vnita sint, & pro tempore existentes Magister, & Conuentus Hospitalis huiusmodi plenam in ea iurisdictionem habeant, prioratus, Baiuliuas, præceptorias, domos, conuentus, monasteria, & alia beneficia huiusmodi de cætero ex personis illa obtinentibus vacare non posse, sed cedentibus, vel decedentibus illorum pro tempore possessoribus, ea vni, seu pluribus, non in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, sed tanquam manualia ad nutum, seu amouibiliter iuxta formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum concedi, & assignari debere. Et per quamcumque rem iudicatam Magistro, & Conuentui præfatis, nisi ipsi specialiter ad causam vocati fuerint, super iurisdictione prædicta, & sua ciuili eorum possessione præiudicari, aut præiudicatum censeri non posse, sed eos semper, re iudicata huiusmodi non obstante, super possessorio huiusmodi agere, & de spolio dare posse, Ipsosque Magistrum, Priores, Baiuliuos, Præceptores, Milites, Fratres, personas, vassallos, subditos, & seruitores in ipsius Hospitalis, & religiosorum causis in omni iudicio, & contra quoscunque vbi aliæ probationes non existunt, etiam iuxta formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum in testes adhiberi. Necnon Magistrum, & Conuentum quoscunque, & singulos Priores, Baiuliuos, Castellanum Empostæ, suorum Prioratuum, Baiuliuarum, & Castellaniæ Fratres, seu religiosos delinquentes, vel inobedientes cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentes, etiam si quauis etiam apostolica exemptione fungentur, in quocumque loco quantumuis priuilegiato, & quauis etiam Imperatoris, Regum, seu aliorum Principum, etiam ecclesiasticorum Curia, per se, aut suos officiales, & ministros capere, & incarcerare, ac captos a se uel eorum nomine liberare, & ad Hospitale prædictum per Magistrum, & Conuentum prædictos iuxta eorum constitutiones, & stabilimenta puniendos sub debita custodia transmittere, & transmitti facere libere, & licite posse. Ac tam ecclesiasticos quam seculares officiales, & locorum potestates, ad eisdem Magistro, & Conuentui, Prioribus, Baiuliuis, & Castellano in præmissis assistendum, ac auxilium, consilium, fauorem, & iuuamen præstandum sub excommunicationis, & alijs sententijs, censuris & pœnis ecclesiasticis teneri, & obligatos fore. Necnon præsentium, & quorumcunque priuilegiorum apostolicorum eis hactenus concessorum, & in posterum concedendorum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut Curiæ ecclesiasticæ munitis plenam, & eam quæ præsentibus adhiberetur fidem in iudicio, & extra adhiberi debere decernimus. Ac uolumus quod tam præsentium, quam aliarum quarumcunque literarum apostolicarum, seu earum transumpti, ac mandatorum Magistri, & Conuentus prædictorum publicatio, & affixio in singulis Prioratibus Baiuliuatibus, præceptorijs, membris, & beneficijs dicti ordinis factæ perinde arctent, ac si contra contentos sub eisdem personaliter factæ essent, facta in primis diligentia de illis personaliter reperiendis in dictis locis. Et nihilominus statuimus, ac dictis Magistro & Conuentui perpetuo concedimus, quod si quisquam Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum dicti Hospitalis crucem, vel habitum extra dictum Conuêtum a Romano Pontifice, vel de eis licentia receptum gestans, intra annum postquam illam susceperit, aut sibi de Prioratu, Baiuliua, Præceptoria, officio, vel beneficio hospitali huiusmodi prouisum, vel alias in eius fauorem dispositum fuerit: Ac quicunque alius dicti ordinis beneficium, vel pensionem obtinens, aut fructus percipiens, quandocunque pro seruitijs Religionis, aut alias euocatus, seu in solutione iurium communis ærarij morosus fuerit, coram dictis Magistro, & Conuentu personaliter non comparuerit, & obedientiam, aliaque iura debita eisdem Magistro, & Conuentui non præstiterit, eo elapso habitu, dignitate, administratione, & beneficio, ac quocumque honore, & officio iuxta alias formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum, eo ipso careat, priuatusque censeatur, seu si uidebitur priuari possit, Nec vlla huius statuti derogatio, aut exemptio realis, vel personalis seu alia gratia præseruatiua, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, quomodolibet pro tempore facta, seu concessa contra præmissa valeant, nec Magister, & Conuentus præfati illis parere teneantur, sed illis non obstantibus de Prioratu, Baiuliuia, Præceptoria, dignitate, officio, vel beneficio, sic aut per priuationem huiusmodi vacante, iuxta stabilimenta, & alia præmissa libere disponere, aut illa alias per eum vel eos ad quem, seu quos, Ancianitatis, vel alio iure pertinet, acceptari possint. Decernentes Præsentibus & in eis contentis omnibus non nisi eisdê modo, & forma quibus in literis Leonis, Clementis, & Pauli prædecessorum prædictorum côcessum est, nullatenus derogari posse, nec derogatum censeri. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, tâ in dicta Curia, quam extra eam pro tempore deputatos (sublata eis, & eorum cuilibet quauis alias circa præmissa iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari,

Indulgentias a Prædecessoribus concessas confirmat.

Ad quod vide Pij v. cõst. 30. & 31 dominici.

Facultates etiam commutandi vota, ac super male ablatis, & relictis pro sustentatione pauperum ac super diuinis officijs omissis cõponendi, a Clem. v. cõcessas approbat &c.

Beneficia Hospitali vnita de cætero non vacare, & illa non in titulum seu commendam côferri mandat.

Fratres & aliæ personæ Hospitalis, in eius causis ad testificandum admittuntur, deficientibus alijs probationibus.

Mag. Magister & Priores &c possunt Fratres & alios delinquêtes vbiq; capere, & punire.

Publicatio præsentium & aliarû literarum Apost. & mandatorû Mag. Mag. & Conuentus, in Prioratibus & alijs locis, ligare omnes tanquam si personaliter facta esset.

Suscipientes habitum extra Conuentum etiam a Rom. Pont. vel prouisionem Beneficiorum obtinentes, infra annum in Conuentu comparere debent.

Obtinentes beneficia vel pensiones, citati non côparentes, coercentur ut hic.

Decretû irritans

ri,

ri, & diffiniri debere, ac irritum & inane si secus super præmissis omnibus, & singulis a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Toletanensi, & Episcopo Parisiensi, ac pro tempore existenti Curiæ causarum Cameræ apostolicæ Regenti, seu generali Auditori per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, Priorum, Baiuliuorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorum, seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos ipsæ præsentes literæ concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos desuper contra præsentium tenorem quomodolibet molestari: Contradictores & rebelles quoslibet per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, ac alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac quoscumque quorum intererit, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum, constito summarie de non tuto accessu, citando, ac quibus, & quotiens inhibendum fuerit, etiam simili edicto, ac sub eisdem pœnis, & censuris inhibendo, ipsasque censuras, & pœnas ecclesiasticas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac dicti Bonifacij prædecessoris, qua cauetur nequis extra suam ciuitatem, vel diœcesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede præfata deputati extra ciuitatem, vel diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon dicti hospitalis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & literis apostolicis, etiam ordinarijs prælatis, & quibusuis Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, locis, & personis cuiuscumque dignitatis, status, vel conditionis existentibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus eorum vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat has paginas nostrorum absolutionis, approbationum, confirmationum, innouationis, extensionis, ampliationis, decretorum, aduocationis, commissionis, concessionum, mandatorum, indulti, deputationis, declarationis, voluntatum, additionis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, kal. Iulij. Pontificatus nostri Anno Primo.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.

Fed. Card. Cæsius.

M. Coyrenon.

XV.

De Publicandis Resignationibus.

Ad quod vide Greg. 13. const. 87. Humano. cum ibi notatis.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. Qui in crastinum suæ ad summi Apostolatus apicem assumptionis, prædecessorum suorum vestigijs inhærendo, inter alia statuit, & ordinauit, prout etiam singuli prædecessores præfati statuere, & ordinare consueuerant, quod quæcunque beneficia ecclesiastica in Romana Curia resignata, nisi de illis factæ resignationes infra sex menses a die Dat. supplicationis, & non a die præstiti consensus computandos, si vero extra dictam Curiam factæ sint infra mensem extunc vbi beneficia ipsa consisterent, publicatæ forent, vel possessio illorum ab eis quos id contingeret petita extitisset, si resignantes illa postmodum in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decederent, non per resignationem, sed per obitum huiusmodi vacare censerentur: Collationes quoque, & quæuis aliæ dispositiones, de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde sequuta quæcunque nullius sint roboris, vel momenti: Et cum nuper innotuit nonnullos etiam iuris peritos, & dictæ Curiæ officiales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, contendere quod resignationes de beneficijs in manibus prædecessorum huiusmodi, tanquam illa per obitum eorundem prædecessorum expirauerint non subijciantur, & sub statuto, & ordinatione Sanctitatis suæ, tanquam futura, & non præterita concernentibus non comprehendantur, & sic occasionem præstare, vt fraus fiat legi, & resignationes huiusmodi infra dictos sex menses non publicentur, nec ipsorum resignatorum beneficiorum possessio ab eis quos id contingit petatur, quinimo resignantes ipsi beneficia per eos resignata, vsque ad eorum obitum siue aliquo titulo detineant, & eorum fructus percipiant, in animarum suarum perniciem, & personarum de eisdem beneficijs tanquam per obitum vacantibus pro tempore prouisarum detrimentum, Non immemor quod fe. re. Paulus Papa IIII. S. S. prædecessor per similem eius constitutionem, sub die Quinta mensis Maij

Resignationes Beneficiorũ publicari mãdauit iste Pontifex ut hic.

Dubia tamẽ hic expressa desuper orta sunt.

Ponti-

Pontificatus sui Anno Tertio, in Cancellaria Apostolica publicatam, difficultates, quæ exinde oriebantur aut exoriri poterant declarauit, Volens periculis animarum occurrere, & indemnitati personarum huiusmodi consulere, declarationi præfatæ dicti sui prædecessoris inhærendo, præsentis suæ constitutionis perpetuo valituræ tenore declarauit suæ intentionis semper fuisse, & esse, vt quæcunque resignationes de quibusuis beneficijs ecclesiasticis etiam in manibus prædictorum huiusmodi eatenus factæ, & nondum suum plenarium effectum sortitæ, etiam si infra sex menses obitum eorundem prædecessorum præcedentes factæ, nec super illis consensus tempore eorundem prædecessorum præstiti fuerint, statuto, & ordinationi suis prædictis subijcerentur, & subijciantur de præsenti, & sub illis comprehenderentur, & comprehendantur de præsenti, & in futurum. Quodque si non super facto statuto, & ordinationi suis huiusmodi, ij qui beneficia prædicta in manibus eorundem prædecessorum præsignauerant, in eorundem resignatorum beneficiatorum possessione decederent, siue decesserint, beneficia ipsa non per resignationem sed per obitum huiusmodi vacare causarentur, & in posterum causeantur Collationes quoq; & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquam per resignationem vacantibus, factas, & faciendæ, & inde secuta & sequenda quæcumq;, nullius essent, & in posterum sint momenti. Decernens sic & non aliter per quoscumq; Iudices & Commissarios quauis etiam apostolica authoritate fungentes etiam S.R.E. Cardinales & causarum palatij apostolici huiusmodi Auditores, in quibusuis etiam per appellationem penden. & in posterũ moueri causis & quauis eorum substantia sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi authoritate & facultate iudicari & diffinire interpretari debere ac irritum. Placet publicetur & describatur.

Ideo hic Pontifex illa declarat.

Decretum irritum.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cãcellaria apostolica anno incarnationis domini 1560. die vero x. mensis Septembris prælibati Pont. S.D.N. Papæ anno primo.

Publicatio.

XVI.

De Augmento & Ampliatione Collegij Militum Piorum, & eorum Indultis Priuilegijs & Emolumentis.

Erectionem vero istius Collegij habes supra in constitutione 5. Pij patria fol. 647.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. CVM nos, pro subleuandis nostris, & sedis Apostolicæ necessitatibus, alijsque rationabilibus de causis, vnum Collegium Trecentorum septuaginta quinque virorum, qui Milites Pij de numero participantium nuncuparentur, in Alma Vrbe nostra, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & vnanimi assensu, erexerimus, & instituerimus, & pro compensatione, & fructibus Scutorum centum octoginta septem millium & quingentorum auri in auro, per dictos Milites, in nostrum, & dictæ Sedis subsidium, promptè nobis persolutorum, eorum indemnitati (vt æquum erat) consulere volentes, eisdem Militibus Pijs, eorumque in Militiæ officijs huiusmodi successoribus, in perpetuum Gabellam Quatreni carnis, in Statu Ecclesiastico (alma Vrbe, & Ciuitate Bononiæ duntaxat exceptis) pro Scutis Duodecim millibus centum viginti quinque, de Iulijs decem pro Scuto; Ac Thesaurariæ fructus, redditus, & prouentus, ad Cameram apostolicam pertinentes, pro alijs Scutis octo millibus & quingentis, annuatim, & singulo mense, pro rata, integrè, & sine aliqua retentione persoluendis, perpetuò assignauerimus; multis etiam ipsis militibus donatis priuilegijs, concessisque gratijs; prout in nostris desuper sub plumbo expeditis literis, sub data Tertio Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo, latius continetur. Cumque literis ipsis iam publicatis, quotidie maiores necessitates nobis, & eidem Sedi, (præsertim pro satisfactione debitorum, per prædecessores nostros, & Cameram Apostolicam, Sede vacante, contractorum) creuerint, & in lucem venerint, & quamplures, ut accepimus, honesti viri summoperè cupiant, (vt eis, amplissimis nostris priuilegijs prædictis frui, & gaudere liceat) Collegio Trecentorum Septuaginta quinque virorum à nobis instituto, ascribi, cooptari, & numerari; Hinc est, quòd nos, præmissis necessitatibus, & alijs, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, habita super his cum eisdem fratribus nostris, in consistorio nostro secreto, deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, dictis Trecentis Septuaginta quinque viris Militibus, alios Centum & Sexaginta viros, Milites similiter Pios nuncupandos addimus: Collegiumque præfatum vsque ad numerum Quingentorum & Trigintaquinque virorum huiusmodi, ad augemus, extendimus & ampliamus. Decernentes dictum Collegium non amplius Trecentorum Septuaginta quinque, sed Quingentorum & Trigintaquinque virorum, Militum Piorum nuncupan. & non duo Collegia, sed vnum duntaxat Collegium fore, & ab omnibus reputari debere; ac quòd omnia & singula indulta, gratiæ, facultates, immunitates, exemptiones, & priuilegia, obligationes, hypothecæ, & cautelæ, ac alia quæcunque, per nos in dicta priori Collegij huiusmodi erectione, dictis primis Trecentis & septuaginta quinque Militibus Pijs concessa, & in dictis prioribus nostris literis, sub data Tertio Idus Martij, concessa sint, & esse censeantur, ac illis omnibus & singulis, ipsi posteriores Milites, eorumque successores potiantur, fruantur, & gaudeant, perinde, ac si dicta omnia indulta, gratiæ, facultates, immunitates, exemptiones, & priuilegia, obligationes, hypothecæ, & cautelæ, in præsentibus nostris literis descripta, & de verbo ad verbum inserta forent; quæ omnia hic pro repetitis, & sufficienter expressis haberi volumus. Cæterum, cum Centum & Sexaginta Milites huiusmodi, octoginta Millia Scuta in auro pro nostris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ necessitatibus prædictis subleuandis, de proprijs eorum bonis obtulerint, ac in pecunia numerata nobis cum effectu

Hic Pontifex pro subleuandis necessitatibus Sedis Apost. erexit Collegium 375. Militum Piorũ qui soluerunt centum octoginta millia & quingenta scuta. Et eisdẽ emolumẽta, & Priuilegia assignauit vt sup in eius const. 5. Pij patris fol. 647.

Et modo propter alias vrgentes necessitates, auget dictum Collegiũ ad alios centum sexaginta Milites, qui soluerũt Pontifici scuta aurium octoginta millia.

Et eisdem concedit omnia indulta & priuilegia prioribus Militibus concessa.

persoluere intendant, Iustumque sit, & æquitati conueniat, ut eorundem Militum indemnitatibus, ita consulatur, quòd nullo unquam tempore ipsi, eorumue successores, eainde iacturam, aut detrimentum sustineant, de cōsilio, & assensu, ac scientia, & potestatis plenitudine similibus, Eisdem Quingentis & Trigintaquinque Militibus Pijs, eorumque in Militiæ officijs huiusmodi successoribus, ac eorum Collegio, vltrà Gabellam Quatreni carnis, pro duodecim Millibus Centum vigintiquinque & Thesaurariam Camerini, pro alijs octo millibus & quingentis Scutis, eis, vt suprà assignatis, fructus redditus & prouentus Doanarum Ripæ, & Ripetæ, ac mercium Almæ Vrbis, & directi triremium, ad Scuta centum quatuor Milia, ad rationem Iuliorum X. pro Scuto, locatarū, & de præsenti arrendatarum, pro Scutis octo millibus auri in auro duntaxat, anouatim, ac singulis mēsibus pro rata, integrè, & sine aliqua retentione persoluendis, perpetuò concedimus & assignamus. Ac Collegio ipsorū quingentorum, & trigintaquinque Militum huiusmodi, etiam perpetuò applicamus, appropriamus, & incorporamus. Ac Collegium ipsum, eiusque tam priores, quàm posteriores Milites huiusmodi, in locum Doanarum Almæ Vrbis, & Cameræ prædictarum, quò ad summam Scutorum Octo Millium huiusmodi, vt præfertur, liberam, immunis, & exemptam, per idem Collegium, vel ab eo deputàdos, a modernis, & pro tempore existentibus Doanarum Almæ Vrbis appaltatoribus, habendam, exigendam, & leuandam Ac vna cum duodecim Millibus Centum Vigintiquinque, soper Gabella Quatreni, & Octo Millibus ac quingentis Scutis, super Thesauraria Camerini præfatis, inter ipsos tam priores, quàm posteriores Milites, æquis portionibus, distribuēdam, quò ad omnia, ponimus subilituimus, & surrogamus, positosque, substitutos, & surrogatos esse decernimus. Volentes & decernentes, quòd Centum Sexaginta Milites præfati, alijs Trecentis septuaginta quinque primis, & Collegio huiusmodi, aggregati, & consusi sint, & esse censeantur; Et inter ipsos Trecentos Septuaginta quinque priores, & Cētum Sexaginta posteriores Milites, aliqua, quantumuis leuis, & minima, aut etiam verbalis differentia non existat, sed tam Centum Sexaginta posteriores, quam Trecenti Septuagintaquinque priores Milites huiusmodi, in exactione, & distributione vniuersorum emolumentorum, eis, vt præfertur, tam per priores, quàm per præsentes literas nostras assignatorum, ac cæteris omnibus, coniunctim ambulent, & vnum corpus, vnicumque Collegium inter se perpetuò faciant, & constituant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si a principio omnes Quingenti trigintaquinte Milites insimul per priores literas nostras, cum omnibus assignationibus redituum prædictorum, creati & instituti fuissent. Et vt assignamentum Doanarum huiusmodi, omni difficultate impedimentoque cessantibus, suum, vt par est, debitum sortiatur effectum, Volumus, quòd dilecti filij hæredes Sebastiani de Moore aeuto, & socij; Hæredes Iulij del Vecchio, & socijs siue eorum respectiuè Institutores; Franciscus Iacobilius, nomine suo, & sociorum; ac In. Celsus de Nepe, moderni dictarum Doanarum Almæ Vrbis conductores, siue appaltatores, ac in futurum Doanas huiusmodi respectiuè in Appaltum, administrationem, vel alias quomodolibet obtenturi, liberè se Collegio Militum huiusmodi, eorum appaltu durante, obligare, ac de soluendo ipsi Collegio summam Scutorum Octo millium prædictam annuatim, ac singulis mensibus, pro rata, promittere, ac futuri Doanarum Almæ Vrbis conductores, idoneas cautiones bancharias, in Alma Vrbe, desuper præstare, debeant ac teneantur; alioquin ad Doanas prædictas, illorumque redituum perceptionem admitti nullatenus possint, nec debeant. Et appaltus, administratio, vel concessio dictarum Doanarum, ad quoscunque, cum onere soluendi quotannis dicto Collegio dicta Scuta Octo millia transeant, ac transire debeant; ita quòd etiam si obligatio, & promissio huiusmodi personaliter factæ non forent, vere tamen, & realiter factæ intelligantur. Et vt facilius ipsius Collegij iura conseruentur illæsa, & præmissa omnino suum sortiantur effectum, Volumus quòd dilecti filij nostri Donatus Matthæus Minalis, modernus, ac pro tempore existens generalis Thesaurarius noster, ac Franciscus Odescalcus, Cameræ nostræ Præsidens, Collegij huiusmodi assignamenta, & iura quæcunque, in dicta Camera, & vbique, tueri, ac defendere debeant ac teneantur: Quódque totius numeri Militum huiusmodi Piorum scilicet Quingentorum & Trigintaquinque nomina, & cognomina, in calce nostrarum huiusmodi literarum describantur; Quæ etiam a dilecto filio nostro Alexandro Peregrino, Cameræ nostræ Apostolicæ Notario (quem ob singularem eius probitatem, & erga nos diutinam gratissimamque seruitutem, Collegij huiusmodi Secretarium, cum salario, & prouisione, per Datarium nostrum declarandis, constituimus, & deputamus) ad perpetuam rei memoriam, in libro, ad hoc destinato, annotari & describi volumus & mandamus. Vt autem præsentes literæ ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes Inuiolabiliter obseruentur, volumus, quòd illæ in eadem Cancellaria Apostolica, & audientia literarum contradictarum nostrarum, ac in Acie Campi Floræ; ac Valuis Basilicæ Principis apostolorum, affigi, & publicari debeant, ne ij, quos ipsæ literæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum (quæ, etiam si ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, nihilominus illos arctent, perinde ac si eis personaliter intimare forent) vllam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Et quia difficile foret, earundem literarum notitia ad quascunq; personas peruenire, & vbique illas præsentare, eadem auctoritate Apostolica volumus, & decernimus, quòd Transumptis præsentium literarum, etiam per impressionem factis, manu alicuius defensoris, ac Secretarij Collegij dictorum Militum Piorum subscriptis, & sigillo eiusdem Collegij, sigillatis, plena, & eadem met fides, quæ adhiberetur præsentibus literis originalibus, si præsentarentur, vbique adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra illud.

Et assignat aliis scuta octo millia auri in auro, super Dohanas Vrbis.

Dohanerij Vrbis teneantur se obligare de soluendo quotannis Collegio Militum Piorum scuta octo millia auri in auro, videlicet singulis mensibus ratam partem.

Defensores Collegij in Camera deputatio.

Secretarij eiusdem Collegij deputatio.

Forma publ. huius constitutionem.

Nomina verò, & cognomina, omnium Militum Piorum, tam priorum, quàm posteriorum, numero Quingentorum & Trigintaquinque hæc sunt, quæ sequuntur; videlicet.

Nomina omniū Militum Piorū.

Alexander Serbellonus pro 2. Alexander Peregrinus Collegij Secretarius pro vno, Alexander Triuultius pro 1. Alexander Cremona pro 2. Alexander Glorierius pro 1. Alexander Riarius pro 3. Alexander Tingoli pro 1. Alexander Olgiatus pro 3. Alexander Columbus pro 1. Alexander Romazzotus 1. Alexander Melchiorius à Macerata 2. Antonius Cæsanus Pisanus 2. Antoninus Portigianus 1. Antonius de Baros Lusitanus 1. Antonius de Antieis 1. Antonius Franciscus Patricius 1. Antonius Maria de Amicis 1. Antonios Milesius 1. Antonius Centius 1. Ardicinus de la Porta 1. Anibal Ceuli 1. Anibal Casalius 1. Ascanius Clementioi 1. Alphonsus Gūndisalui 1. Alphonsus de Innocentijs 1. Apollonius Crispus 1. Arnaldus Alibertus 1. Aluarus Nunez 1. Antnorius Augusti 1. Augustinus Auria q. Bartholomæi 1. Aurelius Nasturcius 1. Aurelius Chisiesius 1. Aurelius Cataneus 1. Andreas Cornelius 1. Bonauentura Pius 1. Blasius Marcellinus 3. Blasius de Casarmios 2. Baccius

Aogiollchi

Angiolelli 1. Bartholomeus Castracanius 1. Bartholomæus de Scapis 1. Bartholomæus Perinus 1. Bartholomæus Liscardus 1. Bartholomæus Mariani Reatinus 1. Bartholomæus Rozzius 1. Bartholomeus Aueraldus 1. Bartholomeus Bonichios 1. Bernardinus de Valle 1. Bernardinus de Siluestris 1. Balthassar Fossius 1. Baptista Riccius 2. Balduinus Massa à Gallesio 2. Bernardinus de sancta Cruce 1. Cæsar Simonetta 1. Cæsar Olgiatus 1. Cæsar de Valle 1. Cæsar Massuccjus 1. Cæsar Bollatus 1. Camillus Acorambonus 1. Camillus Cucinus 1. Camillus Mutius 1. Camillus Palma 1. Camillus Rotella de Macerata 1. Carolus Campianus 1. Colantonius Grigdius 2. Cornelius Porchius 1. Cinus Campana 1. Cola Coleini 1. Christophorus à Laude 1. Claudius ab Innocentijs 2. Crescibennius à Crescibennijs 1. Collegium insigne Doctorum Mediolani 3. Dominicus Ragnina Ragusæus 2. Dominicus Fontanettus 1. Dominicus Cardulus 1. Didacus Molina 1. Domitius Brescianius 1. Aeneas Desiderius 3. Egidius Delfinus 1. Franciscus Bernardini Galeagus 2. Franciscus Fellus 1. Franciscus Gherardinus 1. Franciscus à Porta 1. Franciscus Niger Augustini fil. 1. Franciscus à sancta Cruce 1. Franciscus Castraranius 2. Franciscus Io. Lodouici 1. Franciscus Guerra 1. Franciscus Iacobillus 1. Franciscus Cicolinus 1. Franciscus Piccolhomineus 1. Franciscus Tonanus 1. Fabius Ceuli 4. Fabius Riccius 1. Filenus Blanchi 1. Ferrantes Verospa 1. Fabritius Alibrettus 1. Fabritius Aligerius 1. Federicus Montonius 1. Fœlix Achilleus 1. Franciscus Catena 1. Franciscus Antonius de Donatis 1. Franciscus Cincius 4. Gregorius Iannotus 1. Gregorius Philippsius 2. Gignius Nicolai à Surgo Ragusæus 2. Gentilius Iulij Nobilis 1. Gaspar Paganus 1. Gabriel Faloppius 1. Guilielmus Martellus 1. Hieronymus Martinengus Abbas pro 2. Hieronymus Moronus 1. Hieronymus Baggius 1. Hieronymus Paganus 1. Hieronymus Auila 1. Hippolytus Lanponianus 1. Hieronymus Roitius 1. Hieronymus Lerms 1. Hieronimus Castilhoneus 1. Hieronimus Alicardus 1. Hieronimus Oldradus 1. Hieronimus Marchettus 1. Hieronimus Palestrinus 1. Hieronimus Pannilinus 2. Hieronimus Vechianus 1. Hieronimus ab Amicis 1. Hieronymus Camilli Rotella de Macerata 1. Hieronymus à Franchis Illuminatis 1. Hieronymus Citadinus 2. Hieronymus Montaretus 1. Hilarius Maurus 1. Horatius Bollo 1. Iulius Riccius pro 2. Iulius Iouius 1. Iulius de Grandis 4. Iulius Glorierius 1. Iulius Cæsar Tiogolius 1. Iulius Brunius 2. Iulius Ancroia 1. Iulius Iacobillus 3. Iulius Cæsar Mariscottus 1. Iulius Alfarus 1. Iulius Caualcanti 1. Iulius Fuscherius 1. Ioannes Riccius Iunior 10. Io. Martini Proceius 1. Ioannes Simonetta 1. Io. Donatus de Carolis 1. Io. Suarez 1. Io. à Marchis 1. Io. Iulij Tarquinij 1. Io. Celsus à Macerata 1. Ioannes Beliardus 1. Ioannes Baptista Serbellonus 1. Ioannes Paulus Serbellonus 1. Ioannes Franciscus Serbellonus 1. Io. Baptista Auria 6. Io. Baptista Lomellinus 1. Io. Baptista Antonij Massæ 2. Io. Baptista q. Bernabæ Spinula 1. Io. Baptista Casnedus 1. Io. Maria Carimboldus 1. Io. Baptista de Valle 1. Io. Baptista Gomesius 1. Io. Baptista Capogallus 1. Io. Baptista Luregus 1. Io. Baptista Domini 1. Io. Baptista Gasparis à Racaneto 1. Io. Moronus 1. Io. Iacobus Mondanellus 1. Io. Strauacious 1. Io. Ambrosius Gilanegus 1. Io. Franciscus Commendon 2. Io. Franciscus Ferrarius Lotrinus 1. Io. Antonius Odescalcus 1. Io. Antonius Petri Baldrini 1. Io. Angelus Criuallius 2. Io. Augelus Galtottus 1. Io. Albertus Bragiascus 1. Io. Camillus Giburius 1. Io. Antonius Fuscherius 1. Io. Maria Cathaneus 1. Io. Baptista Luzzagus 1. Io. Paulus ab Innocentijs 1. Io. Baptista Piccolhommeus 1. Io. Baptista Cæsarenus 1. Ioannes Gallettus 2. Ionnatus Castilhoneus 1. Iosephus Billiardus 1. Iofredus Lomellinus 1. Iacobus Marmita 1. Iacobus Rodericus 1. Iacobus Libretus 1. Iacobinus Billiardus 1. Io. à Leuco Cassani 1. Io. Anselmus Baptiste Cauacanti 1. Io. Maria Gabrielis Pichij 1. Ioannes Aluisius Trompellus 1. Io. Angiollelus 1. Io. Baptista Lomellinus 1. Ludouicus Aquisanus 1. Ludouicus Stagius 1. Ludouicus à Gualbis 1. Ludouicus Sergardus 1. Ludouicus Antonij Anticus 1. Ludouicus Taffignus 1. Lucas Nicolai de Surgo Ragusius 2. Leonardus Bonacursius 1. Leonardus Salandinus 1. Leander Massarius 1. Leander Tuscanus 1. Loretus Paulli Angelli 1. Laurentius Quintus 2. Lucas Antonius ab Orlandis 1. Lupus Suarez 1. Locianus Betincasa 1. Lelius Roberti Vbaldini 1. Lazzarus Valentini 1. Marcus Cornelius Iunior 2. Marcus Cornelius Senior pro 2. Marcus Salonius 1. Marcus Antonius Cortesela 1. Marcus Antonius Olgiatus 1. Marcus Antonius Eugenius 1. Mutius Ceuli pro 3. Mutius Capeccia 2. Mutius Viperescus 1. Michael Enzianas 1. Michael Mattienzius 1. Michael Delgado 1. Melchior Nigronius 2. Mattheus Antonius Corregius 1. Marcellus Ferrus 1. Marcellus ab Innocentijs 1. Marcus Antonius Maestrellus 1. Marcus Antonius Manninus 1. Maximilianus Mocellaooa 1. Melchior Bilius Mediolanen. 1. Nicolaus Nobilis 1. Nicolaus Sirigo 1. Nicolaos Bilius 1. Nicolaus Rutilonus 1. Nicolaus Ripantius 1. Nicolaus à Sasseta 1. Nicolaus Confidatus 1. Niger Augustini Nigri 1. Octauius Ristrius 1. Octauianus Pamphilius 1. Octauianus Olgiatus 1. Octauianus Gentilis 1. Oliuerius Bertholini 1. Oliuerius Burich. 1. Octauius Adami à Firmo Io. Olimpius Io. Baptistæ Bossi 1. Petrus Ximenez 2. Petrus Valdeuiesius 1. Petrus Enzinas 1. Petrus Niger 1. Petrus Grossus 2. Petrus Roderici de Baros 1. Petrus Gundisalui de Peschera 1. Petrus Rodriguez 1. Petrus Leopardi 1. Petrus Canonicus Briaien. 1. Petrus Cubeles 1. Petrus Gometius Freyle 1. Paulus Manilius 1. Paulus Adriani à Macerata 1. Paulus Montacutus 1. Paulus Camilli Bollatus 1. Pomponius Raganus 1. Petrus Loysius Fidelis 1. Petrus Maria Tingolius 1. Paulus Anastasius 1. Petrus Antonius Bernardi 1. Petrus Baros 1. Philippus Ruia 1. Philippus Io. Nobilis 1. Philippus de Grandis 1. Philippus de Mala 1. Raynerius Ceuli pro 4. Raynerius Consul 1. Rosatus Roseus 1. Rochus Pijssimus 1. Raphael Fiochettus 2. Raphael Simonetta 1. Ramazzotus Ramazzotti 1. Siluester Gottardus 2. Siluester Corsius 1. Stephanus Quertus 1. Saluator Peregrinus 2. Sincerius Gradarius 1. Siluius Antonianus 1. Sebastianus Anastasius 1. Scipio Aliger 1. Sinibaldus Moarius 1. Sigismundus Albanus 1. Tullius Garzinus 1. Thomas Niger 1. Thomas Fuscherius 1. Thomas Baptistæ Caualcanti 2. Reuerendissimus Vitellotius Vitellius Cardinalis 3. Vincentius Baldinacius 3. Vincentius Lauaianus 1. Vincentius Marmita 1. Vincentius Macaranus 1. Vincentius Lucatellus 1. Vincentius Guardinus 1. Vespasianus Aurispa 1. Franciscus Odescalcus Cameræ nostræ Apostolicæ Præsidens pro Centum & vigintiduobus cum potestate ad officia huiusmodi numero CXXII. quos voluerit quandocunque nominandi, & ab eo nominati censeantur hic in calce præsentium nostrarum literarum, unà cum suprascriptis descripti, & annumerati, & ijsdem Indultis, & gratiis, quibus supradicti Milites potiuntur, & gaudent, potiantur fruantur & gaudeant. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostrarum additionis, auctionis, extensionis, ampliationis, concessionis, assignationis, applicationis, appropriationis, incorporationis, positionis, substitutionis, surrogationis, constitutionis, deputationis, mandati, voluntatum, & decretorum, infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datæ Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno

incar-

incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Idibus Septembris, Pontificatus nostri Anno primo.

† Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Locus † Signi.

† Ego R. Cardinalis de carpe, Episcopus Portuen.	† Ego Scipio Cardinalis Pisarum.
†	† Ego Io. Cardinalis Reomanus.
† Ego Fed. Cardinalis Cæsius, Episcopus Prænestinen.	†
†	† Ego Fr. M. G. Cardinalis Alexandrinus.
†	† Ego Clem. Monil. Card. Aracœli.
† Ego Christophorus Madrutius Card. Triden.	†
† Ego Otho Truchses de VValburg Card. Augustan.	† Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
† Ego B. de la Cueua, Cardinalis Sanctæ †.	†
† Ego Tiberius Cardinalis Crispus.	†
† Ego Io. M. Cardinalis Saracenus.	† Ego Hip. Card. Ferrarien.
† Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.	† Ego Iul. Card. Vrbinaten.
† Ego Io. An. Cardinalis Messanen.	† Ego Aloysius Card. Cornelius.
† Ego Ia. Cardinalis Puteus.	† Ego Vitellotius Cardinalis Vitellius.
† Ego Io. A. Cicada Cardinalis S. Clementis.	† Ego Carol. Cardinalis Borromeus.

F. De Lyon

Registrata in Camera Apostolica, per me Alexandrum Peregrinum, eiusdem Cameræ Notarium, & Collegij Militum Piorum Secretarium.

XVII.

De Residentias Episcopali, & Residentium priuilegijs, ac non Residentium pœnis.

Hoc idem decreuit Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. De Reformat. & hic Pont. infra in eius const. 115. In suprema Militantis.

De Residentia vero aliorum curatorum habes infra in const. 87. Inter multiplices, & in locis præcitans.

Et eorum non Residentes A. C. procedere potest vt infra in const. 123. Cum tam per & in Pij V. const. 178. Cum alias per

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

DE salute gregis Dominici nobis ex alto commissi, attentius cogitantes, ad ea libéter intendimus, per quæ grex ipse continua suorum cum eo residentia Pastorum præseruetur a noxijs, & in deuium pro labens ad rectitudinis tramitem reducatur, vt Pastores ipsi residentiam ipsam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipsius gregis curam libentius, ac feruentius inuigilare, & illum ab errorum præcipitijs præseruare, ac in fide orthodoxa, & deuotione nostra continere valeant, opem, & operam efficaces impendimus, prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicimus in Domino salubriter expedire. Hinc est, quod nos Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, vniuersos, & singulos venerabiles fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas ab Ecclesijs, & Diœcesibus suis absentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti ingressus ecclesiæ pœna, eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, districte percipiendo monemus, vt omnibus postpositis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra vnum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes, intra quatuor menses a die publicationis præsentium in locis infrascriptis faciendam computandos, se itineri committere, & legitimis itineribus ad ecclesias seu diœceses suas proficisci, & sese personaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, residere, & pastorale officium exercere debeant. Si quis auté a Patriarchali, Primatiali, Metropolitan. seu Cathedrali Ecclesia sibi quocunque titulo, nomine, seu iure commissa quacunque illæ dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeant, legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius Anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam, eo ipso amittat: crescente vero contumacia, ac seueriori sacrorum Canonum censuræ subijciatur, Metropolitan. Suffraganeos, Episcopos absentes, Metropolitan. vero absentem, Suffraganeus, Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ ipso iure incurrenda, infra tres menses per literas, vel nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior aut minor contumacia exigerit, suæ supremæ sedis auctoritate animaduertere, & ecclesijs ipsis de Pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in domino nouerit salubriter expedire: Eosdem autem Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos mandatis nostris parentes, & apud suas ecclesias, seu in earum Diœcesibus personaliter residentes specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, vt liberius & commodius eorum officio fungi valeant, eis, & eorum cuilibet, vt quando resederint, etiam prætextu quorumcunque delictorum & excessuum atrociorum, etiam hæresis, & læsæ maiestatis criminum per eos quomodolibet commissorum, ad compareodum personaliter in Romana Curia per quoscunque Iudices ordinarios vel delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi vigore specialis commissionis manu nostra, vel Romani Pontificis pro tempore existentis signatæ, trahi, aut citari non possint nec debeant, atque aliter factas citationes & censuras in eis appositas, ac inde secuta quæcunque nulla & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minime afficere

Causa istius constitutionis.

Episcopi absentes accedant ad eorum Ecclesias.

Inobedientes & non residentes pœnas hic expressas incurrant. Quas pœnas imposuit Conci. Triden. sess. 6 cap. 1. de Reform.

Obedientes & Residentes potiuntur priuilegijs infrascriptis videlicet.

Citari non possunt ad comparendum in Romana Curia, nisi de commissione Papæ

aut

aut arctare statuimus & ordinamus. Necnon eos & eorum quemlibet ab omnibus & singulis decimis, subsidijs, & alijs oneribus ordinarijs & extraordinarijs quomodolibet nuncupatis, per nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam, etiam Motu proprio & ex certa scientia, nc etiam consistorialiter etiam ad instantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentissima, iustissima, ac pia & necessaria causa, etiam pro defensione fidei Catholicæ, ratione dictarum ecclesiarum nunc & pro tempore impositis, illorumque solutione, auctoritate apostolica, tenore præsentium ex simili scientia penitus & omnino eximimus & liberamus, nec ad id a dilectis filijs modernis & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, necnon Cameræ Apostolicæ Thesaurario, Præsidentibus, & Clericis, ac decimarum, subsidiorum, & aliorum onerum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, seu Exactoribus, & Commissarijs ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcunque priuilegiorum, indultorum, & literarum, etiam præsentibus derogantium ac illarum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium eis quomodolibet concessorum & concedendorum cogi, seu compelli, & ob non solutionem huiusmodi aliquas sententias, censuras & pœnas incurrere posse decernimus, Illisque & quibusuis alijs in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostræ indignationis, necnon excommunicationis, aut suspensionis, ac priuationis suorum officiorum & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt, eo ipso incurrendis pœnis, ne eosdem Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas sic in dictis Ecclesijs, vel earum Diocesibus residentes, quandiu in illis resederint, vt præfertur, ad solutionem decimarum, subsidiorum, & onerum præfatorum cogere, ac propter illorum non solutionem excommunicationis aut alias sententias, censuras, & pœnas promulgare quoquomodo audeant seu præsumant districtius inhibemus. Et insuper eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, sic vt præmittitur, residentibus, vltra priuilegia, & indulta eis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem apostolicam & Generalia Concilia, & Cancellariæ apostolicæ Regulas concessa, quæ in suo robore permanere volumus, tanquam a dicta Sede delegati in quibuscunque ciuilibus, criminalibus, vel mistis causis contra quoscunque clericos sæculares particulares, ac etiam extra eorum Monasteria seu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos auctoritate nostra procedere, & causas ipsas cognoscere, fineque debito terminare, ac, quicquid terminauerint exequi & obseruari facere, ipsosque exemptos pro tempore delinquentes iuxta eorum excessus & delicta punire, corrigere, & omnem iurisdictionem in eos exercere, omniaque alia & singula in præmissis & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna quæ nosmet facere, exercere, & exequi possemus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi libere & licite valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus, Decernentes ab eorum ordinationis, interlocutionibus & decretis ante diffinitiuam sententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, & ubi agetur de morum correctione nullatenus etiam ad nos & Sedem apostolicam appellari posse: & nihilominus per appellationes quascunque contra præsentium tenorem quomodolibet interpositas minime causas deuolui, aut etiam per quasuis inhibitiones etiam cum quibusuis censuris & pœnis eis a quibusuis iudicibus ordinarijs vel delegatis forsan faciendas illarum vlteriorem cognitionem & expeditionē, & vbi de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minime impediri, aut censuris & pœnis huiusmodi ligari aut irretiri censere. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Metropolitan. aut alios Iudices & Commissarios, etiam palatij apostolici auditores & S. R. E. Cardinales sublata eis aliter iudicandi & interpretandi, aut diffiniendi potestate iudicari, diffiniri, aut interpretari debere, necnon irritum & inane quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes venerabilibus fratribus nostris Feltren. & Pisauren. ac Amerin. Episcopis per apostolica scripta, Motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte eorundem Episcoporum, Archiepiscoporum, Primatum, & Patriarcharum, seu alicuius eorum desuper requisiti fuerint, solenniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant eadem auctoritate nostra illos & eorum singulos omnibus & singulis præmissis pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos desuper per eosdem Camerarium, Thesaurarium, Præsidentes & Clericos, necnon Collectores, & Subcollectores & Exactores & Commissarios præfatos, seu quoscunque alios quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per similes censuras & pœnas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, & alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis Cameræ præfatæ statutis, decretis, & declarationibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, indultis, exemptionibus, etiam Mari magno, aut alias nuncupatis, Conseruatorum deputationibus, & eorum ac alijs inhibitionibus, quibus dicti Episcopi, archiepiscopi, & Patriarchæ deferre minime teneantur, sed illis reiectis, ac non obstantibus, in dictis causis, vt præfertur, procedere, & illas iure debito terminare possint, ac literis apostolicis eisdem Cameræ Camerario, Thesaurario, Præsiden. & Clericis, ac Collectoribus, subcollectoribus, & commissarijs, ac exemptis, necnon Regibus & Principibus præfatis, ac dilectis filijs Archipresbytero, & capitulo ecclesiæ nostræ Lateranen. necnon hospitali nostro S. Spiritus in Saxia de Vrbe, & quibusuis alijs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu & scientia similibus concessis, approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & quæ aduersus præmissis nemini suffragari posse volumus, contrarijs quibuscunque. Aut si Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula in quibus fides forsan facienda foret loca deferri,

Iurisdictionem quoq. habent cōtra clericos seculares, & etiā Regulares extra claustra degētes quomodolibet exemptos.

A quorum decretis ante diffinitiuam non appellatur, & ubi agitur de correctione morum appellatio non admittitur.

Decretū irritans.

Executorū istius const. deputatio & facultates.

Clausulæ derogatoriæ.

volumus

volumus & eadem auctoritate decernimus quod earum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis & sigillo alicuius Curiæ ecclesiasticæ vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio & alibi vbi opus fuerit, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Forma & effectus publicationis.

Quodque publicatio præsentium cum dimissione copiæ in valuis Basilicæ principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in, Acie Campi Floræ eosdē præfatos, & eorum singulos etiam a dicta curia absentes, sic vt præfertur, monitos, arctet, & afficiat, perinde ac si præsentes literæ eis, ac eorum cuilibet personaliter intimatæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ monitionis, statuti, ordinationis, exemptionis liberationis, inhibitionis, concessionis, indulti, mandati, derogationis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo seaagesimo Pridie Nonas Septembris, Pontificatus Nostri anno primo.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo, indictione tertia, die vero decimatertia mensis Septembris, pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti, anno primo, retroscriptæ literæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis dimissis ibidem copijs affixis iuxta illarum formam & tenorem, per nos Iacobum Carra, & Bernardinum Andreutium præfati Sanctiss. domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

XVIII.

De solemnitatibus seruandis in locationibus & venditionibus bonorum & redditnum R. Cameræ apostolicæ.

De Materia autem Alienationis bonorum R. Cameræ apostolicæ vide infra Pij V. const. 35. Admonet.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

Causa illius edi.

Cum in alienationibus rerum ad ecclesias & fiscum pertinentium nonnulla sint a iure specialius disposita, ne ecclesiæ & fiscus per malignitatem hominum grauius lædantur, eaque maxime in rebus ad Romanam ecclesiam quæ ceterarum est caput, & eius Cameram apostolicam pertinentibus obseruari conueniat, quorum omissionem plerumque damnosam fuisse, experientia rerum magistra docente, compertū est; Idcirco nos præfatæ Romanæ Ecclesiæ, eiusque Cameræ apostolicæ indemnitati ea nostri officij debito cōsulere volentes, Motu simili, & ea certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, vt de cætero in omnibus venditionibus, locationibus, & alienationibus Thesaurariarum, duanarum, gabellarum, aliorumque iurium, bonorum, & redituum quorumcunque tam in alma Vrbe nostra, quam in alijs prouincijs, ciuitatibus, & locis nostræ & S. R. E. ditioni subiectis ad prædictam Cameram quomodolibet pertinentiū, per eandem Cameram, seu ab ea deputatos vel deputandos ad quantūcunque longum seu breue tempus faciēdis, debitæ & de iure requisitæ solemnitates, tam quo ad publica edicta, cum expressione locorum & dierum in quibus hæc fieri debebunt emittenda, & licitationes ac subhastationes cum temporis a iure, seu iudicis arbitrio statuti præfixione, necnon plus offerentibus, deliberationes, quam quo ad cetera circa rerum fisci alienationes disposita, obseruari debeant, & aliter factæ venditiones, locationes, seu alienationes rerum huiusmodi non valeant, nulliusque roboris & momenti existant, sed per eandem Cameram reuocari, ipsæque res sic alienatæ, cum fructibus indebite perceptis repeti, & alijs vendi, seu locari possint & debeant, Sicque per quoscunque iudices etiam palatij apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales iudicari & declarari debere, sublata eis aliter iudicādi, & declarandi facultate, irritumque & inane quidquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, decernimus. Et ne in huiusmodi subhastationibus faciendis fraus aliqua fieri valeat, omnibus & quibuscunque res præfatas emere, vel conducere volentibus, ne cum alijs quibuscunque pacta, seu conuentiones, vt illi minora pretia offerant & licitentur, seu aliquam super præmissis societatem, seu conuenticulam occultam in præiudicium prædictæ Cameræ ineant, sub nullitatis, & inualiditatis omnium per eos in præmissis mediante fraude huiusmodi gerendorum, ac excommunicationis maioris, & decem millium ducatorum auri eidem Cameræ applicandorum pœnis districtius inhibemus. Mandantes dilectis filijs Guidoni Ascanio Sanctæ Mariæ in via lata diacono Cardinali, nostro & S. R. E. Camerario, ac prædictæ Cameræ Præsidentibus Clericis ut præsentes, quarum solam signaturam nostram, etiam absque Datæ appositione, regula Cancellariæ nostræ forsan contraria non obstante, sufficere volumus, in libris Cameræ registrari, ac in eisdē literis contenta omnia & singula inuiolabiliter obseruent, & a quibuscunque alijs obseruari mandent & faciant cum effectu. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis eidem Camerario, & Clericis, & Cameræ apostolicæ quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, illorum tenores &c. quoad præmissa specialiter & expresse derogamus, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Solemnitates seruandæ in conditionibus & locationibus bonorū Cameræ apost.

Decretū irritans.

Pacta damnosa R. Cameræ fieri prohibentur in subhastationibus eius bonorū.

Sola signatura sufficit.

Placet & ita motu proprio statuimus & mandamus. I.

Clausulæ derog.

Dat. Romæ, apud S. Marcum, xvj. Kal. Octobris, Anno primo.

Registrata lib. 35. fol. 553. Die decima quinta Nouembris, millesimo quingentesimo sexagesimo, admissæ & registratæ ex decreto Cameræ collatæ & concordatæ.

Hieronymus de Tarano.

Reductio

XIX.

Reductio ad viam & terminos Iuris communis, Constitutionis Pauli 4. super Alienationibus Bonorum Ecclesiasticorum. Quam habes sup. fol. 570. Iniunctum nobis Et videas quæ ibi notaui.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

PROVIDA Romani Pontificis circumspectio, ea quę certis suadentibus causis emanarunt, ex alijs non minus attendendis rationibus, ad rationis tramitem reducit: prout rerum qualitate digesta salubriter conspicit expedire. Dudum siquidem fe. re. Paulus Papa IIII. prædecessor noster ea certis tunc expressis & nobis notis causis Motu proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas alienationes & in emphyteosim seu censum perpetuum, aut tertiam vel aliam generationem seu hominis vitam aut aliud tempus vltra triennium, locationes vel concessiones seu permutationes, hippothecas & obligationes de quibusuis castris terris oppidis ciuitatibus, & locis, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus & iuribus tam spiritualibus quam temporalibus Romanę Ecclesiæ, & quarumcunque Cathedralium etiam Metropolitanarum & aliarum Ecclesiarum, necnon Monasteriorum domorum, & aliorum regulariũ locorum, & quorumuis beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium & quorumuis ordinum regularium, necnon hospitalium & aliorum piorum locorum quorumlibet per quoscunque Ro. Pontifices prædecessores suos, seu eorum auctoritate vel mandato per Camerarios suos & clericos Cameræ Apostolicæ præsidẽtes, ac quosuis Ecclesiarum Monasteriorum & domorum prælatos & beneficiatos, necnon hospitalium & aliorum regularium & piorum locorum Rectores cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore pollerent, in damnum Ecclesiæ, seu non seruatis solemnitatibus a iure requisitis, aut alias nulliter hactenus factas, & contractus superinde sub quibusuis formis & verborum expressionibus habitos & celebratos, etiam si iuramento vallati existerent, & quantumuis longa temporis præscriptione robur sumpsisse dici possent, ac ipsius Ro. Ecclesiæ fauorem & commodum concernerent, per suas sub plumbo expeditas literas rescidit, irritauit, cassauit, & annullauit, ac viribus omnino vacuauit. Voluitque detentores Castrorum terrarum oppidorum ciuitatum & locorum prædictorum ad illa ac bona res & iura præfata Rom. & Cathedralibus etiam Metropolitan. ac alijs ecclesijs, necnon Monasterijs domibus & hospitalibus, necnon beneficijs & pijs locis relaxan. & de fructibus tam hactenus perceptis quam in posterum percipien. realiter satisfacien. teneri, & ad id etiam senten. cen. & pœnis ecclesiasticis ac etiam pecuniarijs, omnibusque alijs opportunis iuris & facti remedijs cogi & compelli, ac quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari, irritum & inane decreuit. Et deinde executionem dictarum literarum fieri cupiens, motu simili tunc Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori coram quo iam constitutio prædicta seu illius transumptum prædictum repertebatur, tam ad tunc procuratoris Fiscalis pro ijs, quæ Rom. Ecclesiam & sedem & Cameram Apostolicam concernebant, quam ad singulorum aliorum Ecclesiarum Monasteriorum domorum hospitalium beneficiorum & piorum locorum prædictorum, quod coram eo ad executionem huiusmodi petendum comparerent, prælatorum seu procuratorum sindicorum œconomorum aut alias quomodulibet ad id faciendum mandatum seu potestatem legitimam habentium instan. singulorum castrorum terrarum oppidorum aliorumq; bonorum immobilium, seu rerum & iurium prædictorum detentores, ad illos illas & illa respectiue relaxandum, & de fructibus præfatis satisfacien. vel quamobrem id facere non tenerentur docendum, sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon pecuniarijs ipsius Auditoris arbitrio moderan. & applican. pœnis, etiam per edictum publicum constito summarie &c. de non tuto accessu moneret, requireret, & elapso tempore & termino in singulis monitorijs huiusmodi per eum statuendo, illisque non comparen. illico, seu illis etiam comparentibus, & vt præfertur non docentibus, seu alias cõstito sibi summarie simpliciter & de plano, sine vlla terminorum [illegible]tantialium nuncupatorum, aut alterius cuiuscunq; telæ iudicialis obseruatione, de alienationibus seu loca[illegible]ibus permutationibus hippothecis vel obligationibus præfatis, & qualibet earum, & qui in damnum Ecclesiæ seu loci a qua vel quo factæ fuisse prætendebantur, tenderet, seu nõ seruatis solemnitatibus a iure requisitis aut alias nulliter factæ forent, & quatuor terminis consuetis ad docendũ, tam suis quam ipsius Auditoris monitorialibus literis vt præfertur decernen. paruisse cen. & aduersus ipsos nõ parentes ad declarationem incursus censurarum & pœnarum prædictarum, & post declarationem huiusmodi ad earundem censurarum & pœnarum aggrauationem, necnon interdicti, & brachij secularis inuocationem, etiam vnico contextu simul & semel procederet, & totaliter exequeretur ac exequi mandaret, & faceret, quacunque appellatione remota commisit & mandauit, cum potestate non solum detentores ipsos præsentes, sed etiam anteriorum detentorum si qui forent pro fructibus perceptis, & alios quoscunque tam in decretis quam in executionibus decernendarum monitorialium huiusmodi nominandos, etiam sub similibus cen. & pœnis inhibendi, & contra inobedientes, seu contrauenientes simili modo vt supra proceden. & illos si qui ea monendis præfatis pupilli aut minores forent, ad legitime comparen. citandi, & eis non comparen. & absentibus & non petentibus de curatore ad litem huiusmodi prouidendi, & in præmissis etiam singulis diebus & horis præterquam in honorem Dei feriatis, ac alias iuxta ordin. curiæ suæ in similibus stilum, & in omnibus & singulis præmissis tam per se quam suum in ciuilibus Locumtenentem seu alium ab eo subdelegatum procedendo, alijsque facultatibus necessarijs & opportunis, & forsan etiam alia fecit, prout in dictis literis & motu proprio desuper manu sua propria signato plenius continetur. Cum autem sicut accepimus occasione literarum & motus proprij huiusmodi diuersæ lites quæstiones & cõtrouersiæ ortæ, ac diuersa grauamina læsiones perturbationes & incommoda diuersis personis generata & illata, ac literæ & motus proprij huiusmodi rigorosæ executioni demandatæ fuerint, in earundem personarum animarum molestiam non modicam, plurimorum ad nos querelæ delatæ fuerint, & in dies deferantur, conquerentium potissimum de rigore vel potius iniustitia literarum & motus proprij prædictorũ, præsertim facta interpretatione prout à nõnullis dicitur esse facta, quod contra illos non possit opponi legitima præscriptio temporis, neque compensatio, vel etiam pro melioramentis competens retentio, & pro fructibus bona fide preceptis & consumptis excusatio, neque fori declinatio, mi-

Paul. 4. (cuius cõst. habes sup. fol. 570. n. 2. [illegible]) alienationes bonorũ Ecclesiæ, & locationes &c. vltra triennium in damnũ Ecclesiasticũ, non seruatis solemnitatibus factas annullauit & rescidit.

Et deinde in illa cõstitutiõe (quã habes sup. f. 570. nu. 3. Cã nos [illegible]) Iudicẽ alienationum huiusmodi deputauit cũ facultatibus ibi & hic contentis.

Lites ab ea & quæstiones multæ ortæ sunt, & quam plurimi de rigorosa executione dictæ const. Pau. 4. conquerebantur.

Rrrr nusque

nusque appellatio, aliaue iuris communis remedia, & quod alienationes factæ a Ro. Pont. solemnitatibus aliaſ a iure requisitis, & etiam ad commodum & fauorem & ea necessitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non valeant, Nos arbitrantes indemnitati Ecclesiarum per anteriores Canones esse abunde prouisum, ac quietem & tranquillitatem singulorum Christifidelium nostris potissimum temporibus, sinceris exoptantes affectibus, ad tollen. omnem querelarum prædictarum occasionem, literarum & motus proprij prædictorum tenores, necnon processuum desuper formatorum & sententiarum latarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur Nec non quascumcunque litium desuper forsan motarum & penden. status ac merita ac nomina & cognomina iudicum & collitigan. præsentibus pro expressis haben. volentes, consideratione etiam dilectorum filiorum Populi Romani, vbi propter literas & motum proprium prædict. nouitates nullæ factæ esse dicuntur literas & motum proprium huiusmodi quo ad penden. & futuras causas, ac si nunquam emanassent ad ius commune & terminos & viam iuris communis ex certa nostra scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnino reducimus, reuocamusque, cassamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Quo vero ad eas causas in quibus vigore literarum & motus proprij prædictorum ad sententiæ prolationem est processum, illos contra quos est sententiatum, si sint propterea cen. ecclesiasticis irretiti a cen. huiusmodi absoluimus, concedimusque & volumus, quod etiam si ab eisdem sententijs non appellauerint, aut interpositas per eos appellationes desertæ remanserit, ac etiam ad earundem sententiarum exequutionem processum fuerit, possint nihilominus, firma remanente exequutione iam facta, pro eorum & cuiusque eorum libito voluntatis super sententiarum exequutionumque huiusmodi & quorumcunque inde secutorum iniustitia & nullitate coram suis competen. ordinarijs siue specialiter delegatis. Iudicibus agere, & experiri in causis quæ ipsis secundum iuris communis dispositionem posthabitis, bulla & motu proprio prædictis procedi, & sententiari & diffiniri debeat, Ita vt si huiusmodi sententias cum inde secutis a dictis ordinarijs vel Iudicibus specialiter delegatis per viam nullitatis vel iniustitiæ reuocari contigerit, etiam quod vnica sententia sit in fauorem priorum possessorum exequutioni demandetur, firma manente appellatione, quo ad caput deuolutiuum. Et ita per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungen. etiam causarum Palatij Apostolic. Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata &c. Irritum quoque &c. iudicari & diffiniri, præsentiumque (quas vim legis in perpetuum habere volumus) solam signaturam sufficere & postquam per Cursores in locis consuetis more solito publicatæ fuerint, statim omnes afficere, & earum transumptis vnius ea dilecti filij nostri in alma Vrbe Vicarij Iudicibus manu subscriptis, eiusdemque Vicarij sigillo obsignatis, non minus quam ipsis originalibus credi, & fidem adhiberi decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibuscunque renunciationibus, & de non contrauenien. obligationibus desuper factis, etiam iuramento, quod quo ad hoc relaxamus, vallatis, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio & scientia similibus quomodolibet concessis &c. Quibus omnibus & singulis in literis latiss. extendeo. etiam si de illis &c. tenores &c. hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis.

Non hic Pōtifex illam constit. reducit ad terminos iuris cōmunis, quo ad causas pendentes, & futuras, quo vero ac decisas, absoluit cōdemnatos a censuris, & eas sas mandat remitti secundū iuris communis dispositionem.

Decretū irritās.

Forma & effectus publicationis.

Clausulæ derog.

Fiat Motu proprio I.

Datum Romæ apud sanctum Marcum tertio Idus Septembris Anno Primo.

Publicatio. Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo, sexagesimo indictione tertia, die vero vigesima quarta mensis Septēb. Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quarti anno primo retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in acie campi Floræ, ac basilicæ Principis Apostolorum & Cancellariæ Apost. valuis, seu portis tanquam locis ad similia facien. iuxta ipsarum literarum tenorem per nos Iacobum Carra, & Nicolaum de Matthęis Cursor.

Ioannes Magnus Magister Curs.

XX.

Iudices causarum Beneficialium, vel criminalium priuati[...] Beneficiorum concernentium, eorumq; affines & familiares, Beneficia illa [...]trare non possint.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

CVPIENTES vnicuique iustitiam, prout par est, æqua lance ministrari, & omnem delinquendi occasionem ab ipsius iustitiæ ministris, præsertim Iudicibus in beneficialibus, ac etiam criminalibus priuationem beneficiorum ecclesiasticorum concernentibus causis, tam a sede apostolica, ac eius Legatis, & Vicelegatis, quam alias quomodolibet, & a quibuscunque pro tempore deputatis, seu ad quos illarum cognitio, tam de Iure, quam de consuetudine, etiam ratione eorum quæ obtinent officiorum, & alias quomodolibet pertinet, & pertinebit, seu quibus causæ ipsæ tam apostolica quam alia auctoritate commissæ sunt, & pro tempore committentur, penitus remoueri, ac eorum fraudibus obuiare, & animarum saluti quantum cum Deo possumus salubriter consulere, Ex certa nostra scientia, & apostolicæ potestatis plenitudine decernimus & declaramus quoscunque Iudices etiam S. R. E. Cardinales, necnon causarum palatij apostolici Auditores, seu Locatenentes, & vtriusque vel alterius signaturæ Referendarios, & quosuis alios etiam Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia etiam maiori dignitate etiam Legationis munere fungentes, ad audiendum, cognoscendum & decidendum causas super quibusuis ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & alijs beneficijs ecclesiasticis tam in Romana Curia, quam extra eam quomodolibet hactenus motas, etiam priuationem earsdem concernentes, & in futurum mouendas, tam alia sede eiusque Legatis seu Vicelegatis prædictis ac tam apostolica quā ordinaria, aut alia auctoritate, & a quibusuis in dicta Curia & extra eam vel alias vbilibet pro tēpore deputatos, seu ad quos similium causarum decisio, seu qualiscunque cognitio etiam quomodolibet, vt præfertur, spectat & spectabit in futurum; aut quibus illas quouismodo audiendas, cognoscendas, & decidendas, & vt præfertur, alias committi contigerit, necnon eorundem Cardinaliū, Auditorum, Locatenentiū, Referendariorum, & aliorum, vt præfertur qualificatorum Iudicum huiusmodi nepotes, consanguineos, affines, procuratores, sollicitatores, ac domesticos, vel familiares, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, & etiam ex quorum sententijs priuationes ecclesiarum, monasteriorum, prioratuū, & beneficiorum huiusmodi, aut alias emanaverint

Causa constitutionis.

Iudices causarū Beneficialiū, eorumq; affines & familiares, beneficia illa impetrare non possint.

ac emanabunt eorum per priuationem eandem, aut alias quomodolibet occurrenda vacatione, nullo vnquam tempore a nobis, seu sede, aut alijs Legatis prædictis, vel quibusuis illorum ordinarijs collatoribus impetrare, aut ab alijs impetrari, seu sibi conferri & de illis prouideri facere quoquomodo posse seu debere, sed illos penitus ad illa in posterum obtinenda inhabiles fore & esse, ac quascunque impetrationes sic ab eis etiam vt præfertur, qualificatis, necnon collationes & prouisiones, ac quatuis alias dispositiones, aut alias concesfiones de ecclesijs, monasterijs, prioratibus, & beneficijs huiusmodi etiam per nos, aut prædecessores nostros etiam motu & potestatis plenitudine similibus hactenus quomodolibet factas & in posterum faciendas nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris & momenti existere, nullumque per illas eis ius quæsitum fuisse fore aut esse, seu dici vel censeri, ac de annali & triénali possessore, aut alias Cancellariæ apostolicæ regulas, seu alias constitutiones eis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, sed illos eis sic impetratis omnino priuatos, & ab eis amouendos esse, prout nos harum serie priuamus & amouemus, ac priuatos & amotos esse denunciamus, Et ita per eosdem Cardinales, Auditores, Locatenentes, ac alios quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes sublata, &c. iudicari &c. debere, irritum quoque &c. decernimus & declaramus. Non obstantibus si opus sit de nõ tollendo iure quæsito, & alijs quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis statutis &c. etiam iuramento &c roboratis, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis quibusuis in genere vel in specie etiã iuramento &c. ac Motu scientia & potestatis plenitudine paribus concessis quibusuis omnibus in literis latissime extẽ. etiam si de eis &c. tenores &c. hac vice specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis.

Impetrantes alias illis priuati existant impetrationes nullis iuribus.

Decretũ irritans

Clausula derog.

Fiat Motu proprio I.

Cum decreto, declaratione, derogatione, & alijs de ac pro omnibus supradictis quæ hic pro sufficienter & ad partes repetitis habeantur latissime exten. perpetuo in forma gratiosa, & si videbitur literæ desuper ad perpetuã rei memoriam cum præmissorũ omnium & singulorum etiam nomen & cognomen etiam beneficiorũ sic impetratorum eorum qualitatem etiam maioritatis & principalitatis & illa impetrantium, in se continẽtium etiam si Cardinales vel alias, vt præfertur, qualificati fuerint ac temporis detentionis maiori & veriori expresfione latissime exten. per breue nostrum expediri, & in dicta Cancellaria & alias vbilibet publicari possint, & si videbitur cum opportuno decreto quod illarum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadẽ prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur si forẽt exhibitæ vel ostẽsæ, latissime extẽdi possint, seu si videbitur præsentis Motus proprij etiã absq; illius registratura, & data, sola signatura sufficiat, & vbiq; fidẽ faciat in iudicio & extra, quacũque regula seu constitutione apostolica contraria non obstãte.

Sola signatura sufficit.

Fiat I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Quinto Idus Octobris Anno Primo.

XXI.

Declaratio facultatum legatorum & Nunciorum Sedis Apost. super indultis conferendi beneficia &c.

Moderationem vero & reuocationem vide infra in const. 65. & 66. sanctissimus vbi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

SOLET Apostolicæ Sedis circumspecta benignitas, personas ecclesiasticas sibi obsequentes & deuotas præsertim officio Nuncij pro ea apud seculares Principes, & alibi fungentes, aliquibus facultatibus, & indultis decorare, vt vbi cum ampliori eiusdem Sedis decore valeant eorum officia efficacius exercere, & vt illæ eis illæsa præseruentur, suæ declarationis adminiculo soleter prouidere, prout rerũ & temporum qualitate pensata, conspicit in Domino salubriter expedire. Cum itaq; nos hodie volentes vestigijs prædecessorũ nostrũ inhærendo, gratias expectatiuas, pauperibus & alijs clericis secularibus et regularibus, in principio mensis Februarij proxime futuri omnino concedere, vt ipsi expectantes ex eorum gratia expectatiuis huiusmodi fructum reportare possint, et ne prætextu aliarum gratiarũ et facultatum tam per nos, quã alias quouismodo concessarũ impediantur, omnia et singula expectatiuas, et alias gratias ad vacatura beneficia, necnon mandata de prouidendo, seu commendando, aut alias disponendo, in fauorem quorumcunque, necnon nominãdi, reseruandi, et conferendi, ac alia quæcunq; facultates et indulta, quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, et alijs personis, etiam Sedis prædictæ de latere Legatis, et Nuncijs, etiam cum potestate Legati de latere, in quibusuis regnis, prouincijs, et dominijs deputatis, sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusuis declarationibus, attestationibus, et reuocationibus præseruatiuis, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et alijs decretis, etiã Motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, etiã Consistorialiter eatenus concessas, et concessa, quo ad ea in quibus nondum erunt effectum sortita, cum irritantis appositione decreti, reuocare, cassare, et anullare intendamus, et forsan ab aliquibus prætendi posset, facultates, et indulta Nuncijs nostris ad seculares Principes destinatis, ac in regnis, prouincijs, et dominijs prædictis deputatis concessa sub reuocatione huiusmodi comprehendi, Nos vt facultates, et indulta prædicta, et desuper confectæ literæ, quarũ tenores præsentibus haberi volumus pro expresfis, quo ad hoc illæsa permaneant prouidere, ac propterea omnem hæsitationis materiam exinde submouere, ipsosque Nuncios speciali fauore prosequi volentes, Motu proprio et ex certa nostra scientia, auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus, et declaramus facultates, et indulta prædictis Nuncijs concessa huiusmodi, in toto, vel in parte, sub præfata, aut quibusuis alijs reuocationibus, suspensionibus, et alterationibus similium facultatum et indultorum, etiam per quascunque constitutiones nostras, seu Cancellariæ apostolicæ literas pro tempore editas per nos, et Sedem prædictam, etiam Motu, et scientia similibus, etiam Consistorialiter, ac cum quibusuis clausulis, et decretis quomodolibet factas et faciendas, nullatenus comprehensa fuisse, et esse, sed semper ab illis excepta, et quotiens illæ emanabunt totiens in pristinum statum restituta, et de nouo concessa fore, et censeri, ac illis

Causa concessionis Indultorum Nuncijs Apost.

Declaratio quod indulta Nuncijs Apostolicorũ circa collationes beneficiorũ &c. non cõprehendãtur sub quauis reuocatione.

Te autem vide modo ac quod & reuocationẽ de quibus in const. 65. & 66. sanctissimus.

non obstantibus plenum robur quoad omnia præmissa obtinuisse, & obtinere, ac eisdem Nuncijs suffragari, eosque indultis sibi concessis prædictis uti, & illorum vigore etiam beneficia sub illis comprehensa, iuxta earundem desuper confectarum literarum tenorem conferre, & de illis disponere libere posse, ac collationes, & alias dispositiones de beneficijs sub illis comprehensis, ac omnia, & singula alia per dictos Nuncios indultorum huiusmodi vigore alias rite pro tempore facta gesta, & concessa, valida, & efficacia existere, & suos effectus sortiri debere, etiam in omnibus, & per omnia, perinde ac si huiusmodi reuocationes, suspensiones, & alterationes non emanassent, aut in posterum non emanarent. Et ita per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis quæ in dictis literis concessum fuit non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo, quingentesimo sexagesimo. octauo Kalendas Nouembris. Pontificatus nostri Anno Primo.

Clausula derog. — *Decretũ irritans.*

Fed. Cardinalis Cæsius.

Ca. Glorierius.

Barengus.

XXII.

Vassallorum obligationes de cætero fiendæ, pro eorum Dominis Sedi Apostolicæ subiectis, nullæ erunt. Et Domini eorum Vassallos ab obligationibus prioribus iam factis indemnes releuare, & pecunias solutas restituere tenentur.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

Quia non solum ex debito charitatis, & pastoralis officij quo omnium nostrum & R. E. subditorũ, præcipuam curam tenere debemus, sed pro interesse etiam pecuniario Sedis & Cameræ præfatæ, debemus prospicere & curare, ut ex terris ciuitatibus, oppidis, castris, villis & locis, temporali dominio comitum, baronum, domicellorum, ac alias quomodolibet nuncupatorum, nobis subditorum oriundi, aut illarum illorumque incolæ & habitatores, suis facultatibus non exhauriantur; quandoquidem ad paupertatem redacti, non valerent soluere subsidia & sufferre onera quæ nobis & Sedi ac Cameræ præfatis, ratione superioritatis & alias tam ordinarie quam extraordinarie prout contingit, præstare tenentur & consueuerunt. Et (sicut accepimus) prauus quidam abusus a multis annis citra inoleuit, quod non nulli ex Comitibus, Baronibus, & alijs temporalibus Domicellis præfatis, per seipsos, vel per alias ad eorum cómodum interpositas personas accipiendo pecunias mutuo, seu alios contractus faciendo, faciunt Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, villarum & locorum sibi subditorum vniuersitates, & homines, & plerumque etiam particulares accedere & fideiubere, seu principaliter & insolidum obligare; & aduenient tempore ad faciendam solutionem vel satisfactionem ipsis Dominis non soluentibus, neque satisfacien. miseri subditi coguntur vel de suo soluere & satisfacere, ac depauperati, vel soluere & satisfacere non valentes, censuris & interdictis subijci, ac per executores tribulari, immensisque fastidijs vexari, & demum ad soluen. & sufferen. Cameræ Apostolicæ subsidia, & alia præfata impotentes reddi. Nos igitur tot inconuenientibus occurrere, illorumque occasionem tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Vniuersis & singulis Comitibus, Baronibus, Domicellis, & alijs præfatis, sub excommunicationis latæ sententiæ, priuationisque Dominij, Ciuitatum, Oppidorum, Castrorum, villarum, & locorum præfatorum, ipso facto incurrendis pœnis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, ut quicunque ea eis, pro quibus seu pro quorum commodo, vtilitate, & interesse, immediate, vel alijs per personas median. vel suppositis, eorum subditi vniuersaliter vel particulariter, ex quacunque causa & quocunque modo obligati hactenus fuisse reperiuntur; debeant per ipsos subditos soluta seu quomodolibet exposita, integre infra sex menses proximos restituisse: Et pro alijs obligationibus non solutis neque satisfactis, debitis temporibus, de suis proprijs, absque subditorum damno aliquo, soluisse, & satisfecisse; ipsosque subditos, etiam non petentes, vere & realiter indemnes, & penitus sine damno releuasse. Et nihilominus omnes & singulas cõfessiones & quietationes, & liberationes dictorum Dominorum per ipsos subditos, circa releuationem indẽmnitatis huiusmodi, non interueniente vera & reali satisfactione etiam si iuratæ fuerint, irritas & nullius momenti fore & esse decernimus. Insuperque omnes & singulas fideiussiones & accessiones etiam cum clausula Principaliter, & in solidum, necnon vti principales, & tam personales quam reales & alias quascunque obligationes et promissiones, per Vniuersitates et personas subditas præfatas, siue vniuersaliter siue particulariter, etiam in ampliori forma Cameræ Apostolicæ, cum iuramento, censurarum et mãdatis exequutiui susceptione et promissione, etiam iurata, etiam de non vtendo remedio huius nostræ prouisionis, vltro seu ad preces et instantiam, aut ad commodum seu vtilitatem suorum intemporalibus Dominorum, immediate ipsis Dominis nominatis, seu illis non nominatis, alijs interpositis omnibus et personis, de cætero perpetuis futuris temporibus, quocunque modo facien. et prout illas concernẽt desuper conficienda instrumẽta nullius roboris et momenti fore et esse; Vniuersitatesque et personas subditas præfatas, nullo modo obligare, neque in iudicio vel extra, vllam omnino fidem facere. Sicque et non aliter per quoscunque Iudices etiã S.R.E. Cardinales, et palatij apostolici causarum Auditores, Cameræ Apostolicæ Regentem, et alios quoscunque Iudices, in alma Vrbe, et alijs quibuscunque S. R. E. Terris et locis, sublata aliter iudicandi facultate, iudicari debere. Ac si et qui quid secus fieri contingat, irritum etc. et præsentium (quas postquam per aliquem ex nostris Cursoribus in locis consuetis Vrbis affixæ et publicatæ fuerint, omnes etiam ignorantes, afficere volumus) solam signaturam, regula contraria non obstante, sufficere decernimus. Non obstantibus constitutionibus

Causæ istius constitutionis.

Domini restituãt intra sex menses Vassallis pecunias pro eis solutas.

Et ab alijs obligationibus eosdem releuent eosdem subditos debitis temporibus.

Obligationes Vassallorum de cætero pro Dominis fiendæ, inualidæ erunt.

Decretũ irritans.

Sola signatura sufficiat.

Clausula derogatoriæ.

bus

bus et ordinationibus Apostolicis, priuilegijs Cameræ, et alijs quibuscunque concessis, cuiuscunque tenoris existant, statutisque et consuetudinibus locorum, etiam iuramento etc. roboratis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque.

Placet, & ita decernimus, & mandamus. I.

Anno a natiuitate Domini, millesimo quingentes[illegible] sexagesimo, indictione tertia, die vero trigesima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, [illegible] mini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ quarti anno primo, suprascriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in ac[illegible] Campi Floræ, ac ad valuas Basilicæ Principis apostolorum de Vrbe, per nos Iulium Parinum clericum Terdo[illegible] [illegible] & Iacobum Carra, S. D. N. Papæ Cursores. *Publicatio.*

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

XXIII.

Clericorum bona ex illicita negotiatione acquisita, veniunt sub nomine Spoliorum, & spectant ad R. Cam. Apostolicam.

Declaratur hæc constitutio infra in const 31. Romanus Pont. ex.

Quæ autem bona ueniant sub nomine spoliorum notabo infra in Pij v. const. 44. Romani Pont. prouidentia fol.

De Facultatibus autem Thesaurarij Generalis, Spoliorum collectoris vide infra in Greg. 13. const. 72. Cum sicut accepimus non nulli.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECENS esse censentes, & æquum, vt nos, qui alios in sua iustitia confouemus, Cameræ apostolicæ iura non negligamus, quinimo, ne prætextu incertitudinis, illa ab aliquibus vsurpari, aut super eis dubia aliqua oriri contingat, ita nostræ declarationis remedio prouideamus, quod a nemine desuper dubium aliquod deduci possit. Cum itaque, sicut accepimus a non nullis vertatur in dubium an res, et bona, per clericos, etiam in sacris ordinibus constitutos ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones, acquisita, vti Spolia, vel alias ad Cameram præfatam iure legitimo spectare & pertinere debeant, Nos omnes desuper hæsitationis materiam submouere, ac cauillationibus, & altercationibus, ac litibus viam præcludere, & denique malitijs eorum qui iura dictæ Cameræ vsurpare satagunt, obuiare, aliasque in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine decernimus, & declaramus, omnia & singula res et bona, cuiuscunque qualitatis, et quantitatis existentia, ac in quibusuis regionibus, et regnis, ac dominijs, tā citra, quā vltra mōtes, et maria consistentia, per quosuis clericos tam seculares, quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, cuiuscunque status, ordinis, et conditionis fuerint, ac Archiepiscopali, Episcopali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones quomodolibet acquisita quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ea facultate quam habuerint testandi, condito testamento, vbiuis locorum decesserint, & decedent, aut quibus illos, etiam eis viuentibus priuari, & eis destitui contigerit, & præsertim quōdam Andreæ Iapuro de sancto Ioanne Rotundo presbyteri, seu religiosi, extra Roman. Curiam ad illam forsan veniendo defuncti, hactenus remanserunt, remanent, & remanebunt, ad eandem Cameram, & non alios, etiam in quibusuis cathedralibus, etiam Metropolitan. & collegiatis, ac alijs Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, ceterisque beneficijs ecclesiasticis cum cura, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, qualitercunque qualificatis successores, illa in titulum commendam administrationem, commissionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa, vigore prioris tituli, ius regrediendi, seu accedendi, aliquibus concessum fuerit, spectasse, & spectare, ac sub nomine spoliorum venire, illaque vti spolia ad Cameram ipsam pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuisse, posse, ac debere, Et ita per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes, in quacunque instantia, sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes dilecto filio nostro Guidoni Ascanio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncupato, Camerario nostro, & eius in camerariatus officio successoribus, quatenus spolia ipsa, prout alia ipsius Cameræ iura, exigi, & recuperari, ac præsentes inuiolabiliter obseruari faciat, nec permittat cameram ipsam, vel pro ea agentes, desuper modo aliquo molestari, perturbari, aut inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & appellatione postposita, compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri de vna. & Concilij generalis de duabus dietis. & alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum monasteriorum, ordinum, militiarum, & beneficiorum prædictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis illis, & dilectis filijs illorum capitulis, conuentibus, superioribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu, & scientia similibus, concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam,

Causa constitutionis.

Bona Clericorū ex illicita negotiatione acquisita, vti spolia spectāt ad Camerā Apostolicam.

Decretū irritās.

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derog.

plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, declarationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, nonis Nouembris, Pont. nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

Fed. Card. Cæsius.

Barengus.

XXIIII.

Confirmatio Priuilegiorum & Facultatum S.R.E. Camerarij.

Ad quod vide infra const. 70. Romanus Pont. Cum ibi notatis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circunspecta, nonnunquam ea, quæ certis suadentibus causis, per eius Prædecessores gesta sunt, ex alijs non minus rationabilibus causis, alterat, & ad pristinum statum reducit, ac quemlibet in sua iurisdictione, & possessione conseruat, & manutenet, prout æquitas suadet, & id in Domino conspicit salubriter expedire. Sane cum dilectus filius noster Guido Ascanius Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis de Sancta Flora nuncupatus, modernus, & qui ante eum pro tempore fuerunt S.R.E. Camerarij, multa, & diuersa priuilegia eis, eorumque Camerariatus officio a quampluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa habuerint, & habeant, ac in illorum possessione pacifica, & quieta vsque ad tempus fe. re. Pauli Papæ quarti prædecessoris nostri, qui ex certis causis animum suum mouentibus, id expedire ratus, illa limitauit, seu suspendit, aut reuocauit, extiterint. Nunc vero experientia rerum omnium magistra docente, priuilegia ex rationabilibus causis concessa, ac publicæ commoditati vtilia fore comperientes, & propterea eorundem Prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, Motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, limitationem, seu suspensionem, aut reuocationem priuilegiorum huiusmodi per præfatum Paulum prædecessorem, vt præmittitur, factas harum serie reuocantes, omnia, & singula priuilegia moderno, & pro tempore existentibus eiusdem S. R. E. Camerarijs, eorumque Camerariatus officio huiusmodi per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros concessa, quorum tenores præsentibus pro sufficienter expresis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium in omnibus & per omnia, prout ante limitationem, suspensionem, aut reuocationem Pauli prædecessoris huiusmodi erant, confirmamus, approbamus, & innouamus. Et nihilominus potiori pro cautela, quatenus opus sit, ea omnia moderno, & pro tempore existentibus ipsius S. R. E. Camerarijs, eorumque Camerariatus officio huiusmodi de nouo concedimus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam per præfatum Paulum prædecessorem, etiam quo ad Hebræorum viuendi modum, & tolerantias eisdem Hebræis non concedendas, ac alias quomodolibet editis, quibus illarum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita omnino seruata esset, inserti forent, præsentibus pro expresis habentes, quo ad præmissa, motu simili specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, voluntatis, confirmationis, approbationis, innouationis, concessionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentaro præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, Idibus Nouēbris, Pontificatus nostri Anno Primo.

[Margin: Camerarij S. R. E. mult. priuilegia vt fuerunt vsq; ad tempus Pauli 4. qui illa limitauit ut habes sup. in eius const. 34. Si ex præcepto fol. 615.]

[Margin: Hic autem Pontifex reuocat limitationem Pauli 4. & antiqua priuilegia confirmat & innouat.]

[Margin: De Hebræorum tolerantijs habes infra in const. 159 Cum sicut.]

[Margin: Clausulæ derog.]

Hie. Gadicen.

A. Moran.

XXV.

Contra pugnantes in Duello, ac Duellum permittentes, spectantes, auxiliantes &c.

Ad quod vide Concil. Triden. sess. 25. cap. 19. de Reformatione, & Greg. 13. const. 82.

Ad tollendum, & ibi ponam concordantias.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

EA quæ a prædecessoribus nostris Roman. Pontificibus suadentibus legitimis causis emanarunt, libenter approbationis, & innouationis munimine solidamus, vt eo firmius illibata perdurent, quo sæpius fuerint Apost. auctoritate munita, illaque de nouo statuimus, & ampliamus, prout rationabiles causæ persuadent, & hoc in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem a fe. re. Clemente Papa VII. prædecessore nostro emanarunt literæ in quibus nonnullæ aliæ inseruntur tenorum subsequentium.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Consueuit &c. *Omittitur tenor constitutionis quia habes sup. in ipsius Clemen. const. 11. fol.* 298. Cum autem sicut nobis innotuit, quamplurimi Duces, Comites, Marchiones, Domicelli, Barones, & alij in temporalibus Domini, Vicarij, Communitates, & Vniuersitates ciuitatum, terrarum, & locorum eidem Roman. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectorum, nonnullique alij singularia certamina exoptantes, & alij etiam vt præfertur subditi illa videre cupientes, suorum status salutis & honoris immemores, literis prædictorum huiusmodi contrauenire, & censuras ac pœnas in illis contentas paruipendere non vereantur, in animarum suarum perniciem, & diuinæ maiestatis of-

[Margin: Causa constitutionis.]

sensam

ſenſam ac Reipublicæ læſionem. Nos quorum eſt ſceleratorum inſolentijs quibus aduerſus Deum & proximũ ac dictæ ſedis auctoritatem veluti Catholicæ profeſsionis inimici ſæuiunt, ſalubriter reprimendis, ne ipſorum inualeſcat præſumptio, & peruerſitas extollatur intendere, & ne literæ prædictæ quæ prouida deliberatione ab ipſis prædeceſſoribus emanarunt contemptibiles reddantur, ſed illarum tranſgreſſores debita animaduerſione puniantur, prouidere volentes, Motu proprio non ad aliquorum nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione & ex certa ſcientia ſingulas Iulij, Leonis, & Clementis, prædeceſſorum prædictorum literas cum ſtatutorum, ordinationum, addictionum, decretorum, declarationum, confiſcationum, incorporationis, applicationis, voluntatum, & mandatorum, ac omnibus, & ſingulis alijs in eis reſpectiue contentis clauſulis auctoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, & perpetuo firmitatis robore ſubſiſtere, & ſingulos quos literæ ipſæ concernunt & concernent, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, perpetuæ infamiæ, diffidationis, criminis læſæ Maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, & priuationis Statuum & Dominiorum, ac Feudorum, & Vicariatuum, ac aliorum bonorum ſuorum, ac depoſitionis illorum, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac interdicti, ac alijs cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus, alijſque in eiſdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrant, & inteſtabiles fiant, ac vltra pœnas prædictas Carceribus mancipari, & detineri, & pœnis prædictis irremiſsibiliter puniri debeant, perpetuo obſeruari, & per executores in dictis literis deputatos aduerſus eoſdem contrafacientes ad totalem executionem dictarum pœnarum procedi debere decernimus; Illaſque tam ad pugiles taliter pugnantes quam eos ad id tentantes, & prouocantes, aut locum ſeu campum ad pugnandum dantes ſeu concedentes, ac in illis aſtantes, & intereſſentes, ac certantes, comitantes, & comitiuam præſtantes, necnon conſulentes, ac adhærentes, & fautores, necnon cartas certaminis ſeu duelli ſubſcribentes, vel affigentes aut publicãtes, etiã ſi prædictæ ſeu cuiuſcunque alterius dignitatis, nobilitatis, ſtatus, gradus, & ordinis, tam eccleſiaſticæ quam mũdanæ exiſtant, etiam ad hoc vt ipſi vltra pœnas prædictas excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœnam, a qua non niſi a nobis ſeu Romano Pont. pro tempore exiſtente abſolui poſsint, eo ipſo incurrant, & ſi eccleſiaſtici fuerint, etiã omnibus, & ſingulis eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, & alijs beneficijs eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ ius eis competit, eo ipſo priuati. & ad illa ac alia in poſtremum obtinenda in habiles exiſtant, necnon illa tamquam per priuationem huiuſmodi vacantia ab alijs impetrari poſsint extendimus, & ampliamus, & nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula prout per Iulium, Leonem, & Clementem, prædeceſſores præfatos ſtatuta & ordinata, inhibita. decreta, & mandata fuerunt, in omnibus, & per omnia de nouo ſtatuimus, ordinamus, inhibemus, decernimus, declaramus, & mandamus. Ac omnes conceſsiones duellorũ huiuſmodi, & facultates deſuper prædictis, ſeu alijs quibuſuis perſonis per quoſcunque Roman. Pont. prædeceſſores noſtros ſub quibuſuis formis, & verborum expreſsionibus forſan conceſſas, & approbatas, & innouatas harum ſerie reuocamus, caſſamus, & annullamus. Et inſuper cupientes illa, & tam deteſtabilem pugnantium, & aliorum loca ad pugnandum, ac alias in præmiſsis fauorem præſtantium, & denique tanti ſceleris fautorum nequitiam non ſolum in terris, & locis eidem Roman. Eccleſiæ vt præfertur ſubiectis, ſed alias vbilibet penitus reprimi & aboleri, ac ſingulorum Chriſtifidelium animarum periculis obuiare, per viſcera domini noſtri Ieſu Chriſti rogamus & obteſtamur vniuerſos & ſingulos totius orbis Imperatorem, Reges, Duces, etiam armorum, Marchiones Barones, cæteroſque principes Chriſtianos, necnõ dominia, potentatus, communitates ciuitatum, ac vniuerſitates oppidorum, caſtrorum, terrarum, & locorum quorumcunque, illorumque in temporalibus Dominos, ac etiam militum tam equeſtrium quam pedeſtrium capitaneos & præfectos etiam temporali ditioni ipſius Roman. Eccleſiæ non ſubditos, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis conditionis, nobilitatis, ac præeminentiæ fuerint, vt diuini nominis intuitu, & pro ſua in nos & hanc ſanctam Sedem apoſtolicam deuotione, & reuerentia, necnon fidei cultu & conſeruatione, ac animarum eorum qui huiuſmodi duella diabolica fraude decepti perquirunt ſalute, dicta duella, ſeu alia ſingularia certamina in ſuis Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Baronijs, Dominijs, terris, & locis nullatenus fieri permittant, immo ne fiant expreſſe prohibeant & diſſuadeant Diſtrictius percipientes eis, ne vllo vnquam tempore huiuſmodi duella ſeu certamina quouis prætextu ſeu quauis occaſione vel cauſa admittere, aut aliquos ad id irritare ſeu prouocare, vel illis intereſſe, aut vt fiant pati ſeu permittere audeant vel præſumant, alioquin eos, ac etiam extra terras, & loca ditioni Eccleſiæ huiuſmodi non ſubiecta duella ſeu ſingularia certamina huiuſmodi, aut diffidationes deſuper facientes & ad id irritantes prouocantes, & auxilium conſilium vel fauorem dantes ac illis aſtantes & intereſſentes, & ſimiliter chartas de ſuper ſubſcribentes aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittẽtes, eorumque ac ipſorum ſingulos ab Imperatore, & Regibus inferiores maioris excommunicationis & vltra eam ſi eccleſiaſtici fuerint, priuationis & inhabilitatis pœnis prædictis ſubiacere illaſque incurrere & ab eis præterquam a nobis ſeu dicto Roman. Pontifice pro tempore exiſtente vt præfertur abſolui, aut aduerſus illas reſtitui ſeu rehabilitari non poſſe neque debere decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædeceſſores in ſingulis eorum literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, innouationis, extenſionis, ampliationis, ſtatuti ordinationis, inhibitionis, mandati, præcepti reuocationis, caſſationis annullationis, rogationis, atteſtationis, decretorum & declarationum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo Idib. Nouemb. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Fed. Cardinalis Cæſius.

Cæ. Glorierius.
Barengus.

Confirmatio ad ſtit. Iulij 2. Leo. x. & Clem. 7.

Extenſio conſtitutionũ ad fautores duellantiũ & affigentes vel ſubſcribẽtes cartas duelli.

Reuocatio quarũcũque conceſſionũ Duellorũ.

Monitio ad omnes Principes Chriſtianos etiã non ſubditos R. E. vt duella & certamina prohibeant. Ad quod habes Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de Reformatione.

Clauſula derogatoriæ.

XXVI.

Indictio prosecutionis Sacri Concilij Tridentini.

Concilium istud Indictum fuerat a Paulo 3. vt supra in eius constit. 40. Ioitio fol.436. & clausum & confirmatum fuit ab isto Pootifice Pio 4. ot inf. io const.96.
Benedictus Deus, vbi ponam concord. Materiæ.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

AD Ecclesiæ regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione vocati, statim circumferentes mentis oculos per omnes reipublicæ Christianæ partes; cernentesque oon sine magno horrore, quã longe, lateque pestis hæresum, & schismatis peruasisset, & quanta Christiani populi mores correctione indigerent: in eam curam, & cogitationem, pro suscepti muneris officio incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas hæreses eatirpare; tantumque, & tam perniciosum schisma tollere, moresq; adeo corruptos, & deprauatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus adhæc sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta hæc Sedes adhibere consueuisset, œcumenici generalisque Concilij eius congregandi, & Deo iuuante celebrandi, consilium cepimus. Indictum illud quidem antea fuit a fe. re. Paulo III. & eius successore Iulio prædecessoribus nostris, sed varijs de causis sæpius impeditum, & interpellatum perfici non potuit. Siquidem Paulus, cum id primo in Vrbem Maotuam, deinde Vicentiam indiaisset: quasdam ob causas in literis eius expressas id primo suspendit, postea Tridentum transtulit. Deinde cum quibusdam de causis ibi quoque eius celebrandi tempus dilatum fuisset: tandem, suspensione sublata, in eadem ciuitate Tridentina inchoatum fuit. Verum sessionibus aliquot habitis, nonnullis decretis factis, ipsum se postea concilium aliquibus de causis, accedente etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, Bononiam transtulit. Iulius autem, qui ei successit, io eandem ciuitatem Tridentinam id reuocauit; quo quidem tempore facta alia quædam decreta sunt. Sed cum noui in propinquis Germaniæ locis tumultus eacitati fuissent: & bellum in Italia, & Gallia grauissimum exarsisset; rursus Concilium suspensum, & dilatum fuit; adnitente nimirum humani generis hoste, aliasque ex alijs difficultates, & impedimenta objiciente: vt tantum Ecclesiæ commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quã diutissime retardaret. Quantopere vero interea auctæ fuerint, & multiplicatæ ac propagatæ hæreses, quantopere schisma creuerit, sine maaimo animi dolore nec meminisse possumus, nec referre. Sed tandem pius, & misericors Dominus, qui nunquam ita irascitur, vt misericordiæ obliuiscatur; Regibus, & Principibus Christianis pacem, et vnanimitatem donare dignatus est. Qua nos occasione oblata, maaimam in spem venimus, ipsius misericordia fretis fore vt his tantis quoque Ecclesię malis eadem Concilij via finis imponatur. Nos itaque ad schisma, hæresesque tollendas, ad corrigendos, & reformandos mores, ad pacem inter Christianos Principes conseruandam, celebrationem eius non esse duaimus diutius differendam. Habita igitur cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, factis etiam cõcilij nostri certioribus carissimis io Christo filijs nostris Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & alijs Regibus, atque Principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate, & sapientia nobis pollicebamur: paratissimos ad ipsius Concilij celebrationem adiuuandam iouenimus: ad Dei omnipotentis laudem, & gloriam, atque Vniuersalis Ecclesię vtilitatem de eorumdem fratrum oostrorum consilio & assensu, Sacrum œcumenicum & generale Concilium, authoritate eiusdem Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum, qua nos quoque in Terris fungimur, fieri & subinitti in Ciuitate Tridentina ad sacratiss. diem Resurrectionis Dominicæ proaime futurum indicimus, & ibi celebrandum sublata suspensione statuimus atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres nostros omnibus ex locis Patriarchas Archiepiscopos Episcopos & dilectos filios Abbates ceterosque quibus in Concilio generali accedere & sniam dicere iure cõmuni uel ea priuilegio uel ea aotiqua consuetudine licet, vehemẽter in domino hortamur & monemus atque etiam districte præcipiendo mandamus io virtute sanctæ obedientiæ in vi quoque iuramenti quod præstiterunt & sub pœnis quas in eos, qui ad Concilia generalia conuenire negleaerine sacris sciunt esse canonibus constitutas vt ad Concilium ibi celebrandum conueniant intra eam diem nisi forte fuerint impedimento legitimo præpediti, quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt Monemus propterea omnes & singulos quorum interest interesseve potuit vt in Cõcilio esse non negligant. Carissimos vero in Christo filios Romaoorum Imperatorum electum ceterosq; Reges & Principes quos optandum sane esset Concilio interesse possent hortamur & rogamus vt si ipsi interesse Concilio nõ potuerint vt Oratores suos prudentes graues & pios viros vtique mittant quo ipsorum nomine illi ioterfint, curentque diligenter pro sua pietate ot ea eorum Regis atque dominij Prælati sine recusatione ac mora tam necessario tempore, Deo & Ecclesiæ officium suum præstent, eosdem etiam curaturos esse minime dubitantes: vt per ipsorum regna, & dominia tutum, ac liberum iter Prælatis, eorumque familiaribus, comitibus, & alus omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat, benigneque, ac comiter omnibus in locis recipiãtur, atque tractentur, sicut, quod ad nos attinet, ipsi quoque curabimus, qui nihil omnnino prætermittere decreuimus, quod ad tam pium, & salutare opus perficiendum a nobis in hoc loco constitutis præstari possit: nihil, vt Deus scit, quærentes aliud, nihil propositum habentes in hoc concilio celebrando, nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ouium reductionem, ac salutem, & perpetuam Christianæ Reipublicæ tranquillitatem, ac quietem. Vt vero hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet, notitiam perueniant: nec quisquam ea excusatione vti possit; quod illa ignorauerit: præsertim cum non ad omnes, quos de his literis certiores fieri oporteret; tutus forsitan pateat aditus, volumus, & mandamus: vt in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & io Ecclesia Lateraneo. tunc cum in eis populus, vt Missarum solennibus intersit, congregari solet; palam, clara voce a curiæ nostræ cursoribus, seu Notariis aliquibus publicis recitentur; & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito campi Floræ affigantur: ibique quo legi & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquantur. Cum autem inde amouebuntur: earum eaẽpla io iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his literis comprehenduntur, post duos menses a die publicationis, & affixionis earum volumus perin-

Paul. 3. & Iul. 3. indixerunt Concilium Tridentinum, sed pro fecutum non fuit ex varijs causis de quibus hic, & in Paul. 3. const. 40. Initio fol. 436 & Iul. 3 const. 23 Cum ad tollẽda fol. 510.

Hic autẽ Pontifex ex causis hic expressis dictum Conciliũ prosequẽdũ it ad diem Resurrectionis Domini 1561.

Monetque Prælatos ut accedant ad Concilium.

Hortatur & Imperatorem, Reges & Principes, ut per seipsos vel eorũ Oratores eidẽ interfint.

perinde astrictos,& obligatos esse,ac si ipsismet illæ coram editæ,& lectæ fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu publici alicuius Notarii scripta,subscriptaue, & sigillo,ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint:vt sine dubitatione vlla,fides habeatur,mādamus,atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis,statuti,decreti,præcepti,admonitionis,& adhortationis infringere,vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignatione omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, tertio Kal. Decembris,Pontificatus Nostri Anno Primo.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Locus signi.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
Ego F. Card. Pisanus Episcopus Tusculanus.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Prænestin.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Albanen.
Ego Christophorus Madrucius Card. Triden.
Ego Otho Truchses Card. Aug.
Ego B. de la Cueua Card. Sanctæ Crucis.
Ego Tu. Card. Crispus.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Io. Ant. Card. Messanen.
Ego Iac. Card. Puteus.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego Thad. Card. Gaddus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clem. Card. Aracæli.
Ego L. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego A. Card. Farnesius Vicecanc.
Ego Gui. Asc. Card. Camerarius.
Ego Hipp. Card. Ferrarien.
Ego Io. Card. Vrbin.
Ego Aloy. Card. Cornelius.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Io. Card. de Medicis.
Ego Carolus Card. Borromeus.

Antonius Florebellus Lauellinus.

Barengus.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Indictione tertia, die vero secunda mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII Anno primo, retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis iuxta earum seriem & tenorem, & etiam, vt moris est, & illis amotis dimissis illarum copijs affixis per nos Bernardinum Andreuttium, & Io. Andream Panizzam Apostolicos Cursores. Publicatio.

Petrus Valtrini Magister Cursorum.

XXVII.

Impudicis mulieribus prohibetur vsus, Romani habitus nuncupati (il lenzolo), & etiam rhedarum nuncupat. (li cocchi) Et Matronæ ac aliæ honestæ mulieres dicto habitu in Vrbe vti debent.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nostræ intentionis semper fuerit, omni cura, sollicitudine & diligentia, ea præsertim quæ ad ornatum & decorem huius almæ nostræ Vrbis tendere dignoscuntur, fouere, ampliare & augere, illisque vndequaque prospicere: cumque gratiæ & statuta huiusmodi quo sæpius Apostolicæ potestatis plenitudine & robore fuerint communita & confirmata, efficaciora & validiora reddantur, & sint firmius perpetuis futuris temporibus permansura: Cum igitur acceperimus per fe. rec. prædecessores nostros Iulium III. & Paulum IIII. dilectis filiis pro tempore existentibus Almæ Vrbis Conseruatoribus specialiter demādatum, ne muliebrem ornatum per pudicas & honestas mulieres Romanas deferri solitum, materno sermone (Il lenzuolo) nuncupatum, a meretricibus vel aliter impudice & inhoneste viuentibus mulieribus intercipi vel deferri permitterent, & paterentur, & vt rhedarum vsum (dicti li cocchi) quominus præfatæ improbæ vitæ mulieres in illis incederent, pariter interdicerent sub pecuniarijs & alijs eorum arbitrio infligendis ap[...] dis & exequendis pœnis. Nos prædicta omnia & singula vitæ & morum honestati plurimum conferre, animaduertentes, motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, prædicta omnia & singula, & inde hactenus subsecuta approbamus, confirmamus, nostrumque & Sedis Apostolicæ robur illis impartimur, & quatenus opus sit de nouo concedimus & indulgemus, plenumque illi robur adijcimus. Et ne pudicis huiusmodi ornatus, ab impudicarum manibus ereptus, a pudicis & honestis fortasse dimissus, desitus, & propterea derelinqui contingat, atque omnino inter pudicarum, & impudicarum habitus apparens differentia, olumus, præcipimus & expresse mandamus, vt Matronæ & aliæ quibus ob probitatem vitæ habitus & ornatus huiusmodi conuenit, siue pedestres siue in rhedis per Vrbem incedentes ornatæ dicto habitu deferendo vt dicitur (il lenzolo) publice eant & progrediantur, illudque deferre debeant, & teneantur, sin autem excommunicationis, & latæ sententiæ pœnas ipso facto incurrant, non nisi a nobis, vel ad id specialiter potestatem habente absoluendis Priuilegijs, Indultis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Impudicis mulieribus vtus habitus Romani, & rhedarum interdicta a Iul. 3. & Paul. 4.

Hic P. eadem confirmat.

Matronæ ne & aliæ honestæ mulieres [...] habitu vti debere decernit.

Clausula derog.

Placet Motu proprio I.

XXVIII

Absolutio Populi Romani ab excessibus commissis Sede vacante per obitum Pauli IIII. & restitutio ad gradus honores, & bona.

De priuilegijs autem eiusdem Populi Romani ponam concord. infra in const. 73 Dilectos.

BEATISSIME Pater.

CVM Sede Apostolica per obitum fe.re. Pauli Papæ IIII. S. V. prædecessoris vacante, seu tunc animam agente de proximo vacatura, Populus Romanus, seu nonnulli ex dicto Populo de facto coadunati, humani generis hoste instigante moti, & furore perciti domum siue palatium sanctissimæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis vi, & violentia ingressi, diuersos super hæresis, & forsan alijs criminibus accusatos, & forsan confessos, & conuictos, ac ad vltimum supplicium, & perpetuos carceres condemnatos, vel condemnandos inibi carceratos liberauerint, Necnon illorum processus, examina, & diuersas alias scripturas, & nonnulla bona inibi existentia combusserint, & in prædam dederint, & asportauerint, ac Iudices, & ministros dictæ Inquisitionis diuersos etiam prædicatorum, aut alterius Ordinis religiosos, etiam forsan presbyteros verberibus affecerint, & forsan mutilauerint, terroremque religiosis, & fratribus Dominicanis in Aede Mineruæ incusserint; necnon quandam Statuam marmoream pecunijs eorundem Populi, & de eorundem expresso mandato in memoriam eiusdem prædecessoris, dum in humanis ageret, confectam, & in Capitolio honorifice reconditam fregerint, ac illius caput per Vrbem distrahendum duxerint, seu duci, & distrahi iusserint & fecerint, seu permiserint, Ac nonnulla proclamata, seu banna super Armis Domus Caraffæ comburendis, lacerandis, & deuastandis, Et quod nullus illa in domo, aut alibi teneret sub rebellionis Populi Romani, & alijs tunc expressis pœnis ediderunt, & affigi iusserint, & fecerint; Ipsique de præmissis plurimum doluerint, & doleant ab intimis, & a similibus in futurum abstinere proposuerint, & proponant, Supplicant igitur humiliter S.V. dicti oratores, quatenus cum eis more pij Patris agentes, eorumque statui in præmissis fauorabiliter consulentes, eundem Populum, ac eorum singulos, ac omnes, & singulos eorum complices, ac qui in præmissis interfuerunt, ac causam, & occasionem, seu consilium, auxilium, vel fauorem dederunt, seu super his se capita irruptionis, & malefactorum præbuerint, cuiuscunque conditionis, & qualitatis fuerint, quorum, ac dictorum vulneratorum nomina, cognomina, originem, qualitates, & dignitates, ac gradus, & honores, etiam maiores pro expressis haberi, seu exprimi posse placeat, & eorum singulos a præmissis, & inde sequutis, & quibusuis alijs, etiam læsæ maiestatis excessibus, criminibus, & delictis, etiam aggrauantibus, in litteris, si videbitur, exprimendis, Necnon quibuscunque præmissorum occasione forsan incursis excommunicationis, etiam maioris anathematis, & alijs senten. & cen. ac bonorum confiscation. & vltimi supplicij, alijsque capitalibus, & personalibus pœnis Apostolica auctoritate, tenore præsentium, ex certa vestra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in vtroque foro absoluere, ac gratiose, & liberaliter liberare, ac pœnas prædictas eis totaliter remittere, & illis condonare, ipsosque, & eorum singulos ad patriam, statum, famam, & honores, in quibus antea erant, Necnon etiam feudalia, & Ecclesiastica, & alia quæcunque bona, iura, & actiones, sed etiam terras, & castra, ac oppida, etiam merum, & mixtum imperium, ac iurisdictiones, necnon vassallos, & alia regalia, & tributa principatuum habentia, ac quæcunque dignitates, gradus, honores, & titulos etiam maiores, Necnon Romanæ Curiæ, & alia quæcunque officia publica, & priuata, etiam expressione digna, quæ etiam pro expressis haberi seu etiam exprimi posse placeat, Et denique in pristinum, & eum, in quo antequam præmissa fierent statum, in omnibus, & per omnia reponere, restituere, & plenarie reintegrare; Omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam per eos propterea forsan incursam ab eis abstergere & absoluere; Ac quoscunque processus contra eos, & eorum quemlibet per dilectum filium dictæ Vrbis Gubernatorem, ac in eius Curia, seu alibi forsan formatos & sententias latas seu Banna forsan promulgata cassare, irritare, annullare, & relaxare; ac de quibuscunque libris cassari, & aboleri mandare; Quodque de præmissis vel aliquo præmissorum etiam in quibuscunque gratijs, & literis Apostolicis, siue gratiam, siue iustitiam concernentibus, aut mixtim aliquam mentionem facere non debeant, nec teneantur, Nec propterea gratiæ, vel literæ huiusmodi nullæ, & inualidæ existant, aut intentionis defectu subiaceant quomodolibet, minusque propterea impugnari possint, concedere, & indulgere Et nihilominus præfato, & pro tempore existentibus Gubernatori, & dictæ Vrbis Senatori, & alijs tam dictæ Vrbis, quam quorumcunque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectorum Ciuitatum, & locorum Gubernatoribus, Potestatibus, Legatis, Vicelegatis, ordinarijsque, & extraordinarijs Iudicibus, Barisellisque, & Executoribus quibuscunque, ne Populum, & alios præfatos, aut ipsorum aliquem præmissorum occasione, in persona, aut bonis, vel rebus alijs, directe, vel indirecte: quouis quæsito colore, molestare, seu molestari facere præsumat, aut permittat, sub indignationis eiusdem Sanctitatis V. & Decem Millium Ducatorum auri, de Camera partim Cameræ Apostolicæ, partim ipsi Populo irremissibiliter applicandorum pœnis districtius inhibere, ipsosque, aut eorum aliquem nullo vnquam tempore desuper inquietari, aut perturbari posse, seu debere, Et ita in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata &c. Irritumque &c. Decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus præmissis, & si opus sit, de non tollen. iure quæsito, ac alijs quibusuis constitution. & ordinationibus Apostolicis, necnon eiusdem Vrbis, & Collegij eiusdem S. R. E. Cardinalium, statutis &c. Reformationibus etiam iuramento &c. roboratis, ac legibus etiam Imperialibus, Necnon fe. re. Pauli IIII. & aliorum Roman. Pontificum prædecessorum vestrorum, qui a tempore Pontificatus eiusdem Pauli prædecessoris, citra fuerunt, ac vestris, etiam contra talia perpetrantes editis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis dicto Officio sanctæ Inquisitionis, & illius personis, & quibuscunque alijs sub quibuscunque ten. & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu simili, etiam consistorialiter quomodolibet concessis &c. Quibus omnibus in literis lat. exten. etiam si de illis &c. tenores &c. hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogare placeat, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis.

Fiat vt petitur I.

Populus Romanus, Sede vacante per obitum Pauli 4. maximos excessus committens absoluitur.

Et modo a Pinquo, & a præiudicio, (?) absoluitur, ... ab huiusmodi excessibus, & reintegratur ad gradus honores, & bona.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Et cum

Et cum absolutione a cen. ad effectum &c. latissime exten. Et de absolutione, liberatione, repositione, reintegratione, absterfione, abolitione, cassatione, irritatione, annullatione, concessione, indulto, inhibitione, decreto, derogatione, & alijs omnibus & singulis supradictis, quæ hic pro sufficienter, & ad partem repetitis habeantur vt supra latissime exten. perpetuo in forma gratiosa. Et cum deputatione Executorum opportuna qui assistant etiam sub cen. &c. Cum potestate citan. &c. aggrauandi &c. Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et cum derogatione constitutionum de vna, & duabus, non tamen tribus dictis latissime exten. Et cum decreto quod præsentes, ac literæ desuper conficiendæ de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis vestræ defectu notari, seu impugnari nullatenus possint, sed validæ, & efficaces existant, & eisdem Populo suffragentur. Et ita vt præfertur iudicari debeat. Et quod præmissorum omnium & singulorum qualitates, ac tenores quorumcunque processuum, ac sententiarum contra eosdem Populum forsan formatorum, & latarum, ac etiam tenores, & effectus, ac circunstan. excessuum prædictorum, etiam aggrauantes, ac tenorem dictis proclamatis de verbo ad verbum, si videbitur, inseri: Et si forsan aliquis eorum alias a similibus, seu a lijs excessibus quantumuis grauibus, & enormibus, ac grauioribus absolui, & rehabilitari obtinuerint, prout opus fuerit, exprimi, seu in toto, vel in parte, aut pro expressis haberi, seu etiam inseri possit in literis per Breue S. V. seu officiũ Contradictarum, si videbitur, expediendis. Et si videbitur, præsentis supplicationis sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, in iudicio, etiam absque vlla illius registratura, quacunque regula, seu constitutione Apostolica contraria non obstan. Et sine præiudicio tertij.

Clausulæ præseruatiuæ.

Sola signatura sufficit.

Clausula sine præiudicio tertij.

Fiat I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, octauo Id. Ianuarij Anno Primo.

Quæ clausula tollitur mox infra.

BEATISSIME Pater, Deuoti. S. V. Oratores Senatus, & Populus Romanus exactissimam diligentiam fecerunt, pro reperiendo quis damna passus fuisset, dum delicta, de quibus in præinserta, perpetrarentur, ad effectum vt illis satisfacere possent, & reseruationi per S. V. in calce præinsertæ factæ parerent. Et cum effectu, interueniente Reuerendissimo Gubernatore, illis, qui docuerunt se damna passos esse, satisfecerunt, & quictationes receperunt. Qua de re supplicant eidem S.V. quatenus pro maiori præinsertæ gratiæ corroboratione, iam non amplius cũ reseruatione prædicta, sed simpliciter eosdem Oratores, & eos omnes ea eis qui in præmissis interuenerunt, ab his omnibus quæ in præinserta continentur, gratiose absoluere, & liberare, reponere, & reintegrare. Cum abolitione, cassatione, irritatione, annullatione, concessione, indulto, inhibitione, decreto, derogatione, & omnibus alijs, quæ in præinserta continentur: Et cum decreto quod præinsertos, & præinserta, ac etiam literæ desuper conficiendę de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intẽtionis S.V. defectu notari, seu impugnari non possint, sed validæ, & efficaces existant, & perinde ac si Motu proprio S.V. concessæ fuissent, & eisdem Populo, & illis, qui ex eo Populo interuenerunt, efficaciter, & valide suffragentur, & ita iudicari debeat. Et demum cum repetitione omnium & singulorum, quæ in præinsertis continentur, quæ hic pro expressis, perinde ac si de verbo ad verbum expressa forent S.V. habere placeat. Ac non obstantibus his quæ S.V. in præinsertis minime obstare voluit, cæterisque contrarijs quibuscũque dignemini de gratia speciali. Et quod etiam præsentium sola signatura sufficiat, & vbiq; fidem faciat, in iudicio, & extra. Quibuscunque regulis, & constitutionibus in contrarium non obstantibus. Et nihilominus literæ desuper per Breue S.V. seu Officium Contradictarum, cum expressione omnium, quæ in præinsertis literis continentur, expediri possint.

Populus Romanus post obtẽtã gratiã, cum clausula sine præiudicio tertij, diligentiã fecit atq. modo reperiendi dãnum passos, & illis satisfecit. Et modo petit & obtinet gratiã liberè. & sine dicta Clausula.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Id. Maij Anno Secundo.

XX.

Applicatio R. Cameræ Apost. fructuum Beneficiorum in Regno Neapolis Sedi Apost. reseruatorum, à die vacationis, vsque ad diem quo prouisi a Ro. Pontifice, possessionem capient de manu Nuncij Apost. in eodem Regno.

Applicationem similem fecit etiam Pius V. infra in eius const. 53. Cupientes malitijs.

Applicationem vero fructuum vnicum beneficiorum affectorum & reseruatorum habes infra in const. 36. Cupientes & ibi not.

PIUS Papa Quartus. Ad futuram rei memoriam.

CVPIENTES malicijs nonnullorum qui fructus monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, dispositioni apostolicæ reseruatorum, vsurpare non verentur occurrere, & Cameræ nostræ Apostolicæ indemnitati quantum cum Deo possumus consulere: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos fructus, redditus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcunq;, quomodolibet, & qualitercunq; nuncupata, omnium & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinũ regularium, & monasteriorum, etiam consistorialium nobis, & sedi Apostolicæ tam per constitutiones apostolicas, quam cãcellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorum seu affectorum in Regno Neapolis, & quibusuis illius prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis consistentium, per obitum, & alias quouis modo præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantiũ, a die ipsorum beneficiorum, & monasteriorum vacationis, pro rata temporis, vsq; ad diem quo prouisi per nos de eisdem beneficijs, & monasterijs vigore literarum nostrarum sub plumbo, illorum possessionẽ de manu dilecti filij Magistri Pauli Odescalchi notarij, & in dicto Regno nuntij & collectoris nostri, quẽ per alias nostras litteras cõmissarium ad capiendũ possessionẽ beneficiorum, & monasteriorum huiusmodi deputauimus adhuerint, & acceperint, & aliter capta possessio nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis ipsis nullũ ius per

Applicatio R. Cameræ apost. fructuum Beneficiorum in Regno Neapolis pro tempore uacantium eidem Sedi reseruatorum, a die uacationis usq; ad diem quo prouisi a Rom. Põt. possessionem capient de manu Nuncij Apost.

eam acquiri, neque eis vllatenus suffragari possit, eidem Cameræ apostolicæ, authoritate apostolica tenore præsentium applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque applicata, incorporata, & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare, & pertinere, nullumque præter nos & dictam Cameram, aut ipsum Paulum Nuncium, & Collectorem, aut ad ipsos deputatos Subcollectores, ea percipere, exigere, aut alias se in illis intromittere posse, aut debere statuimus, & ordinamus. Et nihilominus, ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiæ quo ad Archiepiscopos, & Episcopos, quo vero ad alios inferiores, etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quo ad omnes sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia, pœnis districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni apostolicæ reseruata, seu affecta prædicta, quouis prætextu, causa, aut quæsito colore, cunquam conferre, seu de illis prouidere quoquomodo audeant, vel præsumant: Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque quauis authoritate fungentes iudices, commissarios, & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus: Ac mandantes eidem Paulo Nuncio, & Collectori, vt nostro, & dictæ Cameræ nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiusmodi exigat, percipiat, & leuet, sibique consignari, & tradi ad omnibus, ad quorum manus peruenerint, pro rata prædicta per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & alia opportuna iuris & facti remedia quacunque appellatione postposita faciat, & curet: inuocato etiam si opus fuerit auxilio brachij sæcularis: super quibus omnibus, & singulis plenam, & liberam illi per præsentes concedimus facultatem, & potestatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, & illorum ordinum, ac beneficiorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis illis, & quibusuis alijs personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam motu, & scientia similibus concessis, confirmatis, & innouatis: quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autē per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, siue debere decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium manu notarij publici subscriptis transumptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die septima Decembris millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri Anno Primo.

Inhibitio contra Episcopos & alios, ne se intromittant in dispositione beneficiorum sic reseruatorum.

Decretum irritans.

Facultas Nuncij Apost. pro executione istius const.

Clausula derog.

XXX.

Confirmatio constitutionum a Pio 2. Paulo 2. Sixto 4. Iul. 2. Leon. x. & Clem. 7. editarum contra Homicidas & Bannitos eorumque fautores & complices, ac Dominos & Communitates non custodientes eorum Territoria a Banditis, furibus &c.

Hanc constitutionem Pij 2. habes sup. fol. 80. in eius const. 8. Ad retinendas, & Pauli 2. const. 5. Viros. folio 90. Et Six. 4. const. 10. Deo. fol. 103. & Iul. 2. const. 1. Quia nihil. fol. 148. & cōst. 5. Cum homines. fol. 152. Leon 10. constit. 31. Omnes quidem. fol. 235. & Clem. 7. constit. 6. In sancta fol. 287. Quas omnes const. confirmauit etiam Pius V. inf. in const. 13. ca superaæ. & Greg. 13. const. 66. Tanta.

Et de Materia notaui sup. fol. 80. in Pij 2. const. 8. & ponam infra in dicto Greg. 13. constit. 66. Tanta.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Sedis Apostolicæ specula diuina disponente clementia licet immeriti constituti, inter multiplices nostræ solicitudinis curas, quibus assidue premimur, illam pro nostro pastorali Officio in primis suscipere debemus, per quam omnes Christifideles, præsertim nostri, & S.R.E. deuoti, & peculiares filij quiete, & pacifice, & sine aliqua offensione viuere valeant. Vnde nos ad id operarias manus libenter apponimus, ac illa, quæ pro eorum felici, prospero, ac pacifico statu per Ro. Pontifices prædecessores nostros facta fuisse comperimus, non solum Apostolico munimine roboramus, verum etiam pro illorum maiori obseruantia innouamus, ac de nouo statuimus, & ordinamus, ac pœnas adijcimus, vt, si non virtutis amore, saltem formidine pœnæ mandata Apostolica arctius seruentur, & alias desuper disponimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem a felicis recordationis Clemente Papa VII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. In sancta beati Petri Sede &c.

Causa constitutionis.

Ommittitur tenor istius constitutionis quia habes sup. fol. 287. nu. 6.

Cum nos post nostrā ad summi Apostolatus apicem assumptionē ob non obseruationem dictarum fratrū literarū bellis, quibus non solum ciuitates, terræ, & loca temporali dominio eiusdē Rom. Ecclesiæ subiecta, sed etiā totæ Itali a superioribus annis magno cum omnium in eis habitantium incommodo vexata fuerunt, id forsan causantibus, in eisdem ciuitatibus, terris, & locis, ac etiam in alma Vrbe nostra intestina & diuturna odia ac discordias, ciuilesque dissensiones vigere, ac furta, latrocinia, homicida passim perpetrari cognouerimus, ac mēte

scno-

reuoluentes præfatos Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, Clementem prædecessores ad tranquillum, & felicem statum reuoluentes, necnon commoda tam personarum eiusdem Vrbis, quam aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum eidem Ro. Ecclesiæ subiectorum aciem suæ considerationis extendisse, illorum exemplo moti animum ad sedandum discordias, & odia tam in Vrbe, quam in alijs ciuitatibus, terris, & locis dictæ Ecclesiæ subiectis prædictis, & ad firmandam perpetuam pacem, & quietem pro dictorum subditorum commodis applicuerimus, & vt præmissa facilius votiuum consequi valeant effectum, literas prædictas omnino obseruandas esse decreuerimus Habita igitur super his cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum vnanimi consilio, & assensu singulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis prædecessorem literas huiusmodi cum statutorum, ordinationum, extensionum, ampliationum, reuocationum, cassationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiscationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, ac omnibus & singulis alijs in eis respectiue contentis clausulis auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & innouamus, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & per singulos, quos literæ ipsæ concernunt, & concernent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ maiestatis, seditionis, rebellionis, confiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac alijs censuris & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus ac corporis afflictiuis in eisdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrant, perpetuo inuiolabiliter obseruari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exititios, criminosos, rebelles, aliosque infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata excessus crimina & delicta, etiam ad hoc, vt ipsi in ciuitatibus, terris, castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur Banniti, & condemnati etiam habita pace ab hæredibus filijs seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum a locis circumuicinis vsque ad quinquaginta milliaria sed etiam ab omnibus & singulis ciuitatibus, terris, castris, & locis etiam Regni & partium prædictorum nobis & dictæ Ro. Ecclesiæ mediate, vel immediate quomodolibet subiectis banniti, & exules fiant & esse censeantur, nec in illis seu eorum aliquo etiam prætextu cuiusuis licentiæ, saluiconductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ moram trahere possint, & si in eis resederint, vel reperti fuerint, capi, & detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij, & Clementis prædecessorum huiusmodi tenorem sub pœnis in eisdem literis contentis per officiales ciuitatis, terræ, castri, vel loci in qua vel in quo depræhensi fuerint, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum seu officiales ad quos criminum seu excessuum eorundem punitio de iure vel consuetudine pertinet remitti debeant, extendi & ampliari debere, & in eis locum habere decernimus. Et nihilominus præmissa omnia & singula prout per Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, & Clementem prædecessores præfatos statuta, ordinata, extensa, ampliata, reuocata, cassata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerunt, etiam ad hoc vt duces, barones, marchiones, comites, domini temporales, vicarij, feudatarij capitanei, magnates, principes, communitates, ciues, officiales, & personæ ac alij quos, prædictæ & præsentes literæ concernunt, ac ipsorum singuli literas & in eis contenta huiusmodi non obseruantes, & illis directe vel indirecte quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores, & complices singulas censuras & pœnas prædictas eo ipso absque aliqua declaratione incurrant & incurrisse censeantur. Ipsique duces, barones, marchiones, comites, domini in temporalibus, vicarij, & feudatarij ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, etiam Regni & partium prædictorum nobis & eidem Ecclesiæ immediate subiectorum, aliquos nostros, & dictæ Ecclesiæ hostes & inimicos, aut subditos exules bannitos & facinorosos cuiuscunque status, vel conditionis fuerint, publice vel occulte, vllo vnquam tempore recipere vel acceptare nullatenus præsumant, & si aliquos ad eorum dominia, & territoria confugere contigerit, illos ex eorum dominijs, vel territorijs huiusmodi expellere seu ad simplicem iussionem vel requisitionem nostram, & successorum nostrorum quo voluerimus, seu successores ipsi voluerint tute conduci facere. Ac quod præmissa a suis subditis inuiolabiliter obseruentur omni excusatione cessante cum effectu curare, sub similibus priuationis, & rebellionis ac criminis læsæ Maiestatis pœnis, si contrafecerint eo ipso incurrendis: Necnon vt homicidæ, fautores, & complices præfati facilius capi, & puniri possint, quod Communitates Ciuitatum, & vniuersitates terrarum, Castrorum, & locorum, in quibus seu quorum Territorio, districtu, & ditione dicta homicidia perpetrabuntur, sub paribus interdicti Ecclesiastici, & duorum millium per Communitates, ac mille ducatorum per Vniuersitates, necnon Ciuitatum terrarum, & locorum eorundem Domicelli Barones, Vicarij, aut alij in temporalibus Domini, sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, & quinque millium ducatorum auri præfatæ Cameræ irremissibiliter applicandorum eo ipso absque alia declaratione incurrendis pœnis, eosdem homicidas, complices, & fautores statim capere, ac omnem exactissimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere teneantur, capi facere, & si eos capere nequiuerint statim commissum homicidium vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus Oppidorum, & locorum circumuicinorum, ad quæ declinabunt seu declinare poterunt notificari, Communitates vero, & Domini in temporalibus prædicti, ad quorum ditiones tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, seu apprehendi facere, quod si non potuerint, similiter id vniuersitatibus, seu incolis, & habitatoribus vicinorum locorum ad quæ declinabunt, aut verisimiliter declinare poterunt, insinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere & tradere sub similibus pœnis teneantur, & debeant de nouo statuimus, ordinamus, inhibemus, & declaramus. Et similiter quibusuis dictæ sedis Legatis, etiam de Latere, ac Nuncijs, & prouinciarum Rectoribus, necnon nostris, & dictæ Ro. Ecclesiæ Vicarijs in temporalibus pro tempore existentibus, & præfatis Communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum huiusmodi per nos & prædecessores nostros ac sedem eandem sub quauis forma & verborum expressione concessam approbatam, & innouatam, auctoritatem, & facultatem reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, & si quando similes absolutiones per nos & successores nostros Rom. Pontifices, & sedem præfatam concedi contigerit, illas per Iudices & Officiales ad quos pertinet, nisi trinæ literæ Apostolicæ sub interuallo vnius mensis pro singulis literis huiusmodi cum expressa derogatione præsentium desuper emanauerint, nullatenus admitti vel obseruari volumus. Quocirca dilectis filijs Guidoni Ascanio sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de sancta Flora nuncupato, nostro & pro tempore existenti Camerario, & Cameræ prædictæ Thesaurario, Præsidentibus clericis, ac vniuersis & singulis Legatis, & Vicelegatis Prouinciarum nostrarum, & alijs Rectoribus, ac Officialibus Ciuitatum, Terrarum, & partium prædictarum nobis & dictæ sedi mediate, vel immediate

Confirmatio cõstitutionum cõtra Homicidas, & Bannitos &c. editarum a Pio 2. Paulo 2. Six. 4. Iul. 2. Leon. x. & Clem. 7. quas in dicauit hic in rubr.

Banniti etiã habita pace exules esse debẽt a toto statu Ecclesiastico vt habes etiã in dicta const. 6. Clem 7.

Receptantiũ Homicidas &c pœnæ Ad quod vide inf. Pij v. const. 15. Indelebili

Communitates, & Barones, tenẽtur homicidas in eorũ territorijs commissos & eorũ complices capere, & quando capere non potuerint notificare debent Cõmunitatibus circumuicinis Quod habes sup. in d. cõst. 6 Clem 7 & inf. in Pij v const. 15. Ex superna.

Reuocatio facultatum cõcessarũ absoluẽdi homicidas &c.

Quod mox inf. declaratur.

Et vide etiã inf. const. 104. Nuper siquidem.

Executorũ deputatio & facultates

diate subiectarum Motu simili mandamus, quatenus præsentes literas solemniter in singulis Prouincijs Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis publicari, necnon omnia & singula in eis cõtenta inuiolabiliter obseruari faciãt & mandent. Contradictores quoslibet, & rebelles cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ fuerint, sententias censuras, & pœnas prædictas damnabiliter incurrisse declarent, & declarationem huiusmodi per eos faciendam in libris maleficiorum conscribi & annotari mandent & faciant, necnon capitales prædictas sententias a Ministris Iustitiæ, absq; alicuius recursu irregularitatis exequi procurent realiter, ac irremissibiliter exigant, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, Necnon pro exactione pœnarum pecuniariarum huiusmodi contra Communitates, & vniuersitates, ac in eorundem inobedientium in temporalibus Dominorũ Vassallos propter eorum huiusmodi inobedientiam repræsalias concedant, necnon realiter, & cum effectu exequi faciant. Attentius hortantes & requirentes in domino Barones, & Domicellos, ac in temporalibus dominos dicti Regni, necnon illius Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum Gubernatores, & Officiales pro tempore existentes, vt præfatos homicidas, fautores, & complices capiant, & capi procurent, captosque ad Præsides nostrarum Prouinciarum, vnde ipsi homicidæ, fautores, & complices originem traxerunt conduci, & eis realiter consignari similiter cum effectu faciant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis quæ dicti prædecessores in præfatis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspẽdi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem, & quibuscunque alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apostolicis generalibus vel specialibus super recipiendis bannitis, homicidis, ac brigosis, & alijs prædictis quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus vel de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ quo ad hoc cuiquam nolumus vllatenus suffragari. Volumus autem, quod præsentes literæ nostræ postquam in valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in Campo Floræ de Vrbe affixæ fuerint, omnes & singulos Ciues Romanos & alios in Vrbe commorantes elapsis quindecim diebus, alios vero Duces Comites, Marchiones, Domicellos, Barones, & alios temporales Dominos, & Vicarios, Communitates & vniuersitates Ciuitatum Terrarum, & locorum Sedi præfatæ mediate vel immediate subiectorum huiusmodi decurso mense arctent, & contrafacientes pœnas præfatas incurrant in omnibus, & per omnia perinde ac si eis omnibus & singulis contrafacientibus personaliter, & particulariter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, decreti, statuti, ordinationis, inhibitionis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, mandati, hortationis, requisitionis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Octauo Idus Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Clausula derogatoria.

Forma & effectus publicationis.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo, Indictione quarta, die vero decima sexta Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ quarti Anno secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem copijs affixis per nos Iulium Patinum, & Franciscũ Sottocasa Prælibati sanctiss. D. nostri Papæ Cursores. Bartholomæus Sottocasa Magister Cursorum.

Publicatio.

Sequitur declaratio huius constitutionis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum nos cupientes Almam Vrbem nostram, totumque statum Ecclesiasticum nobis, & Sedi Apostolicæ subditum facinorosis hominibus præsertim homicidis purgatum reddere, vtque in eo pacifice, & quiete viuatur prouidere, Constitutionem fœ. recordationis Clementis Papæ VII. Prædecessoris nostri contra homicidas, & bannitos huiusmodi æditã, per nostras literas nuper innouauerimus, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandauerimus, prout in eisdem nostris literis plenius continetur. Et licet in illis clare pateat intentionis nostræ minime fuisse, nec esse ius suũ cuiquam auferre velle, nihilominus quia, sicut accepimus, plerique nimia subtilitate ducti mentem nostram varie interpretari conantur, Nos omnem his occasionem dictas nostras literas præter & contra mentem nostrã interpretandi adimere volentes, quamuis id etiam necessarium non sit, per præsentes declaramus, nos in dictis literis nostris nullatenus comprehendi voluisse, neque velle illos qui secundum iustitiam a iusdicentibus absoluti, & liberati fuerint, exceptis tamen casibus quibus a iure contra illos denuo procedi permissum est, neque illos qui gratiosam absolutionem, aut compositione facta, remissionem ab habentibus etiam post dictam Constitutionem Clementis prædecessoris nostri auctoritatem, & facultatem gratiosas absolutiones concedendi, & compositiones faciendi obtinuerint. Sicque per quoscunque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij nostri Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, aut interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, decernimus. Et ut ij qui absolutionibus, & remissionibus forsan minus validis diffulti, & declarationem nostram huiusmodi expectantes rebus suis prospicere, & consulere commodius valeant, vltra tempus per nos eis per alias nostras literas prædictas concessum, et prorogatum etiam forsan elapsum ad recedendum ab Alma Vrbe nostra, Quindecim, ab alijs vero Terris, et Locis nobis, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis, Triginta dierum dilationem a die publicationis præsentium computandam, concedimus, et elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, concessionis, et elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incar-

Confirmatio cõstit. Clem. 7. est quoquo a codicem mediare.

Declaratio dictæ constitutionis. Ad quos ordo in sra const. 104.

Nuper si quidẽ.

Decretũ irritãs.

Absolutiones minus validas habentes, recedant a statu Ecclesiastico ad hoc.

Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo, vndecimo cal. Iunij, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæ. Gloriersus. Barengus.

Anno a natiuitate Domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo primo, Indictione quarta, die vero vigesimanona Mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno Secundo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe & in Acie Campi Floræ, ibi per aliquantulum spatium temporis dimissis, & inde amotis, vt moris est, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Pa[illegible]num Cursorum. Publicatio.

Alexander Attancollus Magister Cursorum.

XXXI.

Confirmatio & innouatio Priuilegiorum Incolarum & Curialium Vrbis, circa facultatem testandi & disponendi de eorum bonis, ac eorundem successionem ab intestato. Et declaratio constitut. nonis editæ super bonis Clericorum ex illicita negociatione acquisitis.

Moderationem istorum Priuilegiorum vide infra in constit. 115. In suprema Pij V & const. 110 Quæ ordini. cum ibi notatis.

De istis Priuilegiis habes etiam sup. Six. 4 constit. 4. Et si vniuersis fol. 97. & Iul. 2. constit. 7. Licet ea fol. 154. & Leon. X constit. [illegible] Inter fol. 97. ac Iul. 3. constit. 3. Cupientes. fol. 496.

De Facultatibus autem testandi de bonis acquisitis ex redditibus Ecclesiasticis habes in dictis constitutionibus, & etiam in Pauli 3. const. 53 Romanus f. 464. & sup. in constit. 11. Grat[illegible]bis fol. 660. & infra in const. 3 De et Ro[illegible]ntificem, & in Pij V. constit. 110. Quæ ordi[illegible].

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pont. sex ea sua circunspecta prouidentia attendens suam almam Vrbem Apostolorum Petri & Pauli glorioso Martyrij cruore Domino nostro Iesu Christo consecratam, caput orbis existere & altissimum in ea sacerdotij principatum Christianæque Religionis caput instituisse, & ad illam tanquam communem omnium Christifidelium patriam de vniuersis mundi partibus Christifideles ipsos in copioso numero, confluere, Vt illa eo amplioribus prærogatiuis decoretur quo est omnium aliarum mater, cunctorumque ad eam vndequaque accedentium benigna receptrix & alumna, ac illius incolæ, & habitatores, & Roman. Curiam sequentes eo quietius & tranquillius in ea degant, quo se amplioribus fauoribus & gratijs nouerint communitos, nonnunquam a suis prædecessoribus in illorum fauorem concessa pro illorum subsistentia firmiori non solum approbat sed etiam innouat, & quæ postmodum ab eo emanarunt literæ Apostolicæ, ne defectu incertitudinis aliquid quod a mente sua alienum sit oriri contingat, illas ita suæ declarationis adminiculo dilucidat, vt nulli hæsitationis & dubitationis scrupulus relinquatur, & alias desuper disponit prout rerum & temporum qualitate pensata conspicit in domino salubriter expedire. Nuper siquidem postquam fe. recor. Iulius Papa III. prædecessor noster eximie ss Vrbis decori & Curiæ prædictarum frequentiæ, necnon Vrbem incolentium & Curiam huiusmodi insequentium indemnitati consulere, Motu suo proprio quod perpetuis futuris temporibus omnes & singuli Vrbis incolæ seu Curiam huiusmodi sequentes cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel conditionis existerent, etiam si Cardinalatus aut Patriarchali, Archiepiscopali, Abbatiali, vel quauis alia ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgerent, si eos in dicta Curia seu eius districtu decedere contingeret, de omnibus & singulis eorum immobilibus mobilibus & se mouentibus bonis, pecunijs, iocalibus, iuribus, actionibus, & rebus alijs in dicta Vrbe & eius districtu pro tempore consistentibus, & per eos etiam ex fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiarum, Monasteriorum & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium & quorumuis ordinum regularium quomodocunque & qualitercunque qualificatorum, per eos etiam ex quibusuis concessionibus & dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam aut administrationem seu alias quomodolibet obtentorum aut alias licite tamen acquisitis, cuiuscunque dignitatis, quantitatis, qualitatis, summæ, valoris & pretij seu conditionis existerent, etiam si talia essent quæ sub generali bonorum expressione non comprehenderentur, sed speciali nota digna essent, tam donatione inter viuos & causa mortis, quam testamento, codicillis, fidei commissis, legatis & quauis alia vltima voluntate in fauorem consanguineorum & affinium suorum ac quarumuis aliarum personarum, etiam penitus extranearum, ac de iure incapacium seu alias prohibitarum etiam diuitum & potentum, ac natorum suorum illegitimorum, seu spuriorum, ac Collegiorum & vniuersitatum Ecclesiarum & piorum & non piorum locorum disponere, ac in eis consanguineos affines & quasuis alias personas, ac natos etiam vt præfertur procreatos, necnon Collegia vniuersitates ecclesias & loca hæredes particulares, & vniuersales pro libito eorum voluntatis instituere, libere & licite valerent Quodque Vrbis incolæ & Curiam huiusmodi sequentes si ab intestato decederent eorum bona pecuniæ iocalia iura actiones & res huiusmodi non ad pro tempore existentem Rom Pon. aut Cameram Apostolicam, sed ad ipsorum decedentium proximiores agnatos & alios, qui eis nisi beneficiati fuissent de iure succedere debebant, alias iuxta iuris communis dispositionem libere deuoluerentur, nec per Cameram præfatam aut

Iul. 3 in eius constitu. 3 quam habe sup. fol. 496. Curial bus & Vrb[illegible] incolis & Curia[illegible] & eius districtu decedentibus, concessit facultatem testandi de omnibus bonis in Vrbe & eius districtu consistentibus [illegible] & e[illegible] redditibus Ecclesiasticis & a[illegible] fa[illegible] incapac. d. Quod limitatur per Pium V. in decima const. 71 & 110.

Et eisdem Curialibus a[illegible] intestato decedentibus, [illegible] ad proximio[illegible] succedere debere. [illegible] declarauit idem Iul. 3. in d. sua const. 1. Quod limitatur per [illegible] Pium V ibidem.

aut pro ea agentes, etiam prætextu quod hæredes præfati in Curia tunc non existerent, aut quod aliqui eisdem defunctis sanguine coniuncti in eadem Vrbe non reperirentur, vel alias temere dilapidationis bonorum pecuniarum localium & rerum huiusmodi occupari aut inuentariari possent, sed si hæredes præfati in Curia non forent, aut aliqui eisdem pro tempore defunctis sanguine coniuncti in Vrbe non reperirentur, tunc & eo casu pecuniæ, & alia bona huiusmodi per ad id pro tempore deputatos singularum nationum quarum ipsi defuncti essent apprehenderentur, & iuxta iuris formam inuentariarentur, & sub fideli custodia pro eisdem hæredibus conseruarentur, per quasdam suas statuerat & ordinauerat, districtius inhibendo pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, ac eiusdem Cameræ præsidentibus & clericis, necnon aliis Vrbis & Curiæ prædictarum officialibus, ac ecclesiarum monasteriorum & beneficiorum prædictorum Prælatis, Capitulis, Conuentibus, Rectoribus & illa pro tempore obtinentibus quocunque nomine nuncuparentur, ne de bonis pecuniis, iocalibus, iuribus, actionibus & rebus per prælatos, & alios supradictos pro tempore decedentes in dicta Vrbe & infra eius districtum vt præfertur relictis se intromittere, aut illa petere seu vendicare, vel hæredes & successores decedentium personarum huiusmodi illorum occasione impedire seu alias quomodolibet molestare præsumerent. Nos ex certis tunc expressis causis Motu simili & ex certa nostra scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine per alias nostras literas Sub dat. pridie [illegible] Non. Nouemb Pont. nostri Anno primo, decreuimus & declarauimus omnia & singula res & bona cuiuscunque qualitatis & quantitatis existentia, ac in quibusuis rebus ac regnis & dominiis tam vltra quam citra montes & maria consistentia per quosuis clericos tam seculares quam regulares, etiam si Episcopali, Archiepiscopali vel alia maiori dignitate præfulgerent, ex negotiatione illicita, aut alias contra sacros canones quomodolibet acquisita, quæ pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerant testandi condito testamento vbiuis locorum decederent, aut quibus illos etiam viuentes priuari & eis destitui contingeret eatenus remanserant, & in posterum remanerent, ad eandem Cameram & non alios spectasse & spectare, ac sub nomine spoliorum venire, itaque tanquam spolia ad eandem Cameram pertinentia perpetuo colligi & recuperari potuisse ac posse & debere, prout in singulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem sicut nobis innotuit a nonnullis hæsitetur an ex his literis nostris statuto & ordinationi Iulij prædecessoris huiusmodi præiudicium aliquod generatum sit, aut dici seu censeri possit, Nos qui Vrbis decorem & venustatem ac illius incolarum prædictorum prosperum & felicem successum sinceris exoptamus affectibus, quique illam non minoribus fauoribus quam dicti prædecessores prosecuti sunt prosequi intendimus, ne propter nostræ declarationis defectum & veritatis suppresione, contra mentem & voluntatem nostras cuiquam præiudicium generetur, quantum in nobis est prouidere volentes, ac dictarum nostrarum literarum veriorem tenorem præsentibus pro sufficienter expresso habentes, necnon motu & scientia similibus, literas nostras prædictas ad S.R.E. Cardinales, etiam vbiuis locorum decedentes, ac eorum bona vbique existentia nullo pacto, ac Vrbem & Curiam præfatas, necnon prælatos, Officiales, ac alios seculares, & cuiusuis ordinis regulares clericos, cæterosque tam in Vrbe & Curia præfatis pro tempore existentes, & in ea seu eius districtu decedentes, quam alias alibi vbiuis locorum etiam vltra montes & maria existentes (testandi tamen codicillandi & alias de bonis suis quibuscunque quomodolibet disponendi facultatem, seu etiam quod eis ab intestato decedentibus eorum bona ad ipsorum proximiores & qui nisi beneficiati essent succedere deberent deuoluantur & debeat, specialem ab apostolica sede, vel officiorum suorum ratione priuilegiorum, aut ex alio quouis titulo pro tempore habentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ personas minime se extendere, neque illos aut eorum aliquem comprehendere, sed ab eis penitus exceptos fuisse, fore & esse, ac dici & censeri, & alias easdem nostras literas etiam absque verbis ant alios contra sacros canones, in illis appositis, in omnibus & per omnia ac si illa in eis apposita non fuissent, seu illæ sine eis emanassent, stare, & in suis robore & efficacia permansisse & permanere debuisse & debere. Declarantes eisdem Motu & scientia tam Iulij statutum & ordinationem huiusmodi, quam per Sixtum IIII. & Alexandrum VI. Leonem X. & alios Rom. Pont. etiam prædecessores nostros, ac etiam nos, etiam in Conclaui in quo diuina disponente Clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, etiam in ipsius Vrbis, & eius ædificiorum, Romanæque Curiæ & eius officialium, ac aliarum personarum prædictarum, etiam extra Vrbem, & in quibusuis prouinciis, etiam vltra montes, & maria vt præfertur in genere vel in specie, circa testandi & succedendi huiusmodi facultatem quomodolibet concessa priuilegia & indulta ac cum inhibitionum decretorum & in eis contentis clausulis Iulij prædictas, ac aliorum prædecessorum prædictorum singulas desuper confectas literas, & indesecuta quæcunque, quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expresis, etiam ad hoc vt omnes, & singuli supradicti, de omnibus & singulis eorum rebus & bonis, etiam nulla quantitatis & acquisitionis ipsorum bonorum distinctione habita, libere disponere valeant, ac si dictæ nostræ literæ non emanassent, aut aliæ in posterum emanarent, dicta auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innouamus, necnon illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia & singula eisdem modis & formis quibus per dictos prædecessores concessa fuerunt, de nouo eisdem auctoritate & tenore, ac Motu & scientia statuimus, ordinamus, & concedimus, necnon illa valida & efficacia existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, ac singulis supradictis suffragari. Sicque in præmissis omnibus & singulis per Camerarium, Præsidentes, & Clericos præfatos, ac quoscunque alios Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij apostolici auditores, & ipsius Ecclesiæ Rom. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Cameræ, & ecclesiarum, ac monasteriorum & ordinum prædictorum, & quibusuis aliis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, necnon priuilegiis indultis & literis apostolicis; illis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere vel in specie etiam Motu & scientia similibus concesis, & approbatis, ac innouatis, quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expresis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ac omnibus illis quæ Iulius & alij prædecessores præfati in dictis suis literis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret

præsentes

Margin notes:

Hic autem Pontifex in suis const. [illegible] supra [illegible] bona clericorum ex illicita negotiatione &c. acquisita, tanquam spolia ad Cameram Apost. pertinere.

Idem dubitabatur [illegible] præiud. [illegible] dictæ const. Iulij.

Declarat igitur non fuisse præiudicatum [illegible] Cardinalib. & [illegible] ad Cardinales [illegible] testandi facultatem habentes, ex priuilegio, aut licentia sedis Apostolicæ.

Ad quod vide infra const. [illegible] Quia nonnulli.

Confirmat const. [illegible]

Decretū irritans

Clausulæ derog.

præsentes literas ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis seu copiis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & alicuius Prælati sigillo munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra vbique adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum, decretorum, approbationis, confirmationis, innouationis, adiectionis, statuti, ordinationis, cócessionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, nonis Februarij. Pontificatus nostri anno Secundo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, indictione quarta, die vero decima quinta mensis Februarij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno Secundo, Retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, & valuis Cãcellariæ Apostolicæ, per nos Iacobum Carta, & Antonium Clerici Cursores. Publicatio.

Franciscus Rogerius Magister Cursorum.

XXXII.

De Indulgentiis Visitantium Capellam Rosarij Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam de Vrbe, siue associantium Processionem, in Festiuitatibus ipsius Gloriosæ Virginis.

De Rosarij autem institutione & aliis Indulgentiis vide etiam infra in Pij Quinti constit. 90. Consueuerunt, & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, Salutem & Apost. benedictionem.

DVM præclara meritorum insignia, quibus gloriosa Dei genitrix Maria, cælorum Regina, quasi matutinum sidus irradiat, deuotæ considerationis indagine contemplamur, dignum, quin potius debitum arbitramur, vt Capellas, & Confraternitates in eius honorem erectas ac constitutas, quibusuis fauoribus & gratiis prosequamur, vt etiam Christi fideles ad eandem gloriosam Virginem ardentius excolendam ac venerandam excitentur. Itaque cum nobis innotuerit Capellam, & Confraternitatem Rosarii in honorem præfatæ Virginis in æde sanctæ Mariæ supra Mineruam, non sine magno fidei ac deuotionis augmento, iamdiu erectam esse, volentes Christi fideles ad eam piæ deuotionis affectu donis quoque spiritualibus animare, de misericordia omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli, eiusdem auctoritate confisi, omnibus vere pænitentibus & confessis, vel firmum animum temporibus statutis confitendi habentibus, qui Capellam eiusdem Rosarii in dicta ecclesia sanctæ Mariæ super Minerua constitutam, deuote visitauerint, in festiuitatibus, & solennitatibus, eiusdem gloriosæ Virginis, videlicet Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Præsentationis, & Conceptionis, à primis vesperis, vsque ad occasum solis festiuitatum huiusmodi visitauerint, vel Processionem associauerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem consequantur, misericorditer elargimur in domino. Confirmantes nihilominus omnes & singulas Indulgentias, non tamen plenarias & prærogatiuas, siue per alios summos Pontifices, prædecessores nostros, siue aliàs quascunque personas ab eisdem Pontificibus facultatem habentes, siue etiam per nosmetipsos, eidem Capellæ, siue Confraternitati, aliàs concessas. Nulli ergo liceat hanc paginam nostræ concessionis, ordinationis, voluntatis, & confirmationis infringere, seu temerario ausu contrauenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Volumus autem quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat.

Indulgentiarum concessio. Cõfirmatio aliarum Indulg. Sola Signatura sufficit.

Placet motu Proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Pridie Cal. Martii Anno Secundo.

XXXIII.

Prælati Concilio Tridentino interessentes, dum ibi interfuerint, aut in itinere permanserint, gaudent priuilegiis Alternatiuæ quo ad collationem beneficiorum, & etiam indulto exemptionis à solutione decimarum & aliorum onerum.

De Concilio autem Tridentino vide sup. in const. 16. Ad Ecclesiæ, fol. 628.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

CIRCVMSPECTA Romani Pont. prouidentia, singulorum merita & obsequia debita meditatione considerans, illos prout æquum est, specialibus fauoribus & gratiis prosequitur, quos vniuersalis Ecclesiæ obsequiis iugiter intẽtos laborare, ac diuersas expensas subire cognoscit. Hinc est, quod nos, qui dudum omnia, & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia qualitercũq; qualificata, & vbilibet existentia, in singulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris mensibus alias quã per resignationẽ extra Ro. Curiam vacatura, ad collationem prouisionem, præsentationem, electionẽ, seu quamuis aliam dispositionem, quorumcũque collatorum & collatricum

Hic Pontifex reseruauit quæda beneficia de quibus hic.

 secularium

secularium & regularium, nõ tamen Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter sedem Apostolicam & quoscunque alios initis, & per eos, qui illa acceptare & obseruare debuerant acceptatis & obseruatis, quæ ledere non intendebamus comprehensorum, quomodolibet pertinentia nostræ dispositionis per constitutionem nostram desuper editam & in Cancellaria apostolica publicatam reseruauimus, & deinde per eandem constitutionem venerabilibus Fratribus nostris, Episcopis Archiepiscopis & Patriarchis apud suas ecclesias, seu in illarum diœcesium, pro tempore residentibus gratificari volentes, eisdem Episcopis, Archiepiscopis & Patriarchis, quod quotiescunque, & quandocunque apud eorum Ecclesias, seu in earum diœc. residerent duntaxat, de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, ac aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, ac quorumuis ordinum regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem pertinentibus, quæ inantea in singulis Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus vacare contingeret, dummodo alias dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, vel ex generali reseruatione apostolica, affecta non essent, etiam si præsentationes, nominationes, vel electiones eorum, quæ salux procedere consueuissent, reseruatione præfata non obstante, quam quo ad eos locum habere noluimus, libere disponendi facultatem concessimus.

Et deinde Episcopis & aliis apud eorum Ecclesias residentibus facultatem disponendi de beneficiis non reseruatis vacantibus vt hic.

Et successiue eosdem Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, vt circa gregem sibi commissum feruentius inuigilarent, vt quamdiu ipsi apud suas Ecclesias, seu in illarum diœc. huiusmodi residerent, ab omnibus & singulis decimis, subsidiis, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis, quomodolibet nuncupatis, per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem apostolicam, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac etiam consistorialiter, etiam ad instãtiam Regum, & Principum, quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentissima, iustissima, ac pia, & necessaria causa, etiam pro defensione fidei catholicæ, ratione dictarum Ecclesiarum, tunc & pro tempore impositis, illorumque solutione, per alias nostras literas exemimus, & liberauimus, ad labores, & impensas graues, quas præfati, & alij Episcopi, & Patriarchæ sacro œcumenico & generali Concilio in ciuitate Tridentina indicto pro tempore interessentes sustinere coguntur, debitum respectum habentes, ac animo reuoluentes eos inibi residentes vniuersali Ecclesiæ deseruire, & cum causa reipublicæ christianæ absint ab Ecclesiis quibus præsunt, aut in quibus beneficiati existunt, præsentes, & residentes merito reputari debere, Motu proprio non ad eorundem Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Abbatum, Generalium ordinum, cæterorumque præfatorum, vel quorumuis aliorum pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia præfatis, qui apud suas Ecclesias, seu in earum diœc. residebant, ac alternatiua huiusmodi gaudebant in dicto Concilio, quãdiu illud durauerit residendo, & inibi interessendo, necnon in itinere ad illud accedendo, & inde legitima subsistente causa recedendo, & ad Ecclesias suas redeundo, alternatiua, & exemptione huiusmodi, vti, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia, ac si apud suas Ecclesias, seu in earum diœc. præfatis personaliter residerent in omnibus, & per omnia concedimus, & indulgemus, dictamque exemptionem, & alternatiuam ad ipsos, ac vniuersos & singulos alios venerabiles fratres nostros Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, etiam ad hoc vt illi, ac eorum singuli, qui in dicto Concilio iam forsan ad præsens resident, aut ad illud in posterum accedent, quod quamdiu Concilium ipsum durauerit, & ipsi interfuerint, dicta alternatiua gaudere possint, & occasione Episcopalium, seu Archiepiscopalium, vel Patriarchalium ecclesiarum, aut monasteriorum, vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium, quæ etiam ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis, in titulum, & commendam, ac alias quomodolibet obtinent, in posterum obtinebunt, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, quæ omnia præsentibus pro expressis haberi volumus, ad solutionem quorumcunque subsidiorum, seu decimarum Collectoribus, seu Subcollectoribus, aut aliis executoribus, vel quibusuis aliis personis quauis auctoritate fungentibus cogi possint, Motu, & scientia similibus extendimus, & ampliamus.

Exemptionemque a solutione decimarum &c. eisdem concessit: vt sup. in const. 37. De salute fo. 678

Et modo eodem priuilegia concedit Prælatis Concilio Tridentino interessentibus, pro tẽpore quo ibi resederint aut in itinere fuerint.

Mandantes vniuersis, & singulis personis in dignitate ecclesiastica constitutis, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, per se vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra præsentes literas ab omnibus ad quos spectat inuiolabiliter obseruari, contradictores per censuras ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo.

Executorum deputatio.

Non obstantibus quibusuis apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, Aut si eisdem Collectoribus, et Subcollectoribus, et quibusuis aliis cõmuniter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionẽ.

Clausula derog.

Et quia difficile foret præsentes literas ad singula, in quibus de eis fides forsan facienda fuerit, loca deferre, Volumus et eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, vel personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra, vbi opus fuerit adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, indulti, extensionis, ampliationis, mandati, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Cal. Martij, Pontificatus nostri anno Secundo.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Barengus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Facultas

XXXIIII.

Facultas testandi vsque ad quamcunque summam de bonis & redditibus Ecclesiasticis, a Iul. 3. concessa Scriptoribus literarum Apostolicarum, reducitur & limitatur ad summam ducatorum sex millium, quo ad Episcopos Archiepiscopos, & Patriarchas.

Limitationem vero huiusmodi facultatum testandi ad fauorem illegitimorum. vide infra Pij V. const. 120. Quæ ordini cum ibi not.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. DECET Romanum Pontificem, in supremo iustitiæ solio constitutum, in his per quæ ius suum vnicuique conseruetur, ac quorumlibet præsertim Cameræ apostolicæ indemnitati consulatur, ministerij sui partes fauorabiliter interponere, ac aliquando gesta per eius prædecessores ex rationabilibus causis moderari, ac alias desuper disponere, prout rerum, & temporum qualitate pensata conspicit in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem fe. re. Paulus Papa III. prædecessor noster ex certis tunc expressis causis, tunc & pro tempore existentibus literarum apostolicarum Scriptoribus inter alia, vt vltra patrimonia, & alia bona de quibus de iure communi, ac iuxta priuilegia & indulta dilectis filijs Populo Romano, & Curialibus concessa, testari, codicillari, erogare, & disponere poterant, de alijs quibuscunque bonis mobilibus, & immobilibus, necnon fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, & Monasteriorum, ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos pro tempore obtentorum ac alias per eos quomodolibet acquisitis, ac pensionibus annuis sibi super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis apostolica auctoritate pro tempore reseruatis, vsque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera duntaxat, libere testari, & alias disponere valerent, dicta auctoritate facultatem concessit. Et deinde piæ memoriæ Iulius Papa etiam III. etiam prædecessor noster, ex similibus causis facultatem huiusmodi vsque ad quamcunque summam dicta auctoritate extendit, & ampliauit, prout in eorum literis desuper confectis, quarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Cum autem sicut nobis innotuit, quam plures Prælati Ecclesias etiam pingues, & magni redditus obtinentes, ea præfati Iulij prædecessoris extensione, occasionem Cameram apostolicam de eorum spolijs, alias ad eam deuoluendis, fraudandi arripientes, Officia Scriptoriæ huiusmodi pro modico eorum pretio, de facili quotidie acquirere studeant, ita quod præter ipsius Iulij prædecessoris intentionem, ex extensione & ampliatione huiusmodi quoad Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas Officia Scriptoriæ literarum eaundem pro tempore obtinentes, qui etiam inter alia de fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiarum, quibus præsunt, tam iuxta priorem facultatem, quam illius extensionem, & ampliationem, vsque ad quamcunque etiam notabilem summam disponere possunt, & disponunt, graue & intollerabile præiudicium dictæ Cameræ inferatur. Nos attendentes Cameram ipsam propter grauia onera, quæ continuo supportare habet, in magnis dispendijs versari, ac ad illa perferenda eius facultates nullatenus suppetere, ac pro huiusmodi onerum faciliori supportatione spolia personarum ecclesiasticarum, ad id dudum per prædecessores nostros reseruata, & destinata fuisse, necnon extensionem, & ampliationem huiusmodi quoad ipsos Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas excessiuas esse, ac Cameram apostolicam nimium fraudandi apertissimam occasionem, vt præfertur, præbere: Idcirco Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia extensionem, & ampliationem, ac desuper confectas literas, quoad eosdem Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas duntaxat illis alias in suo robore permansuris, auctoritate apostolica, tenore præsentium reuocamus, cassamus, & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, & annullatis haberi volumus, illasque ad priorem facultatem testandi pro summa sex millium ducatorum limitata huiusmodi in omnibus & per omnia, ac si ille non emanassent reducimus, & reductas esse, dictosque Episcopos, Archiepiscopos & Patriarchas, iuxta prioris facultatis, ac secundum illam illiusque tenorem tantum, de eorum bonis disponere posse, & Ita per quoscunque iudices in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in suis literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, cassationis, annullationis, voluntatis, reductionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo, Idibus Martij, Pontificatus nostri anno Secundo.

Fed. Card Cæsius.

Paul. 3. (cuius const. ... habes) Scriptoribus Apostolicis concessit facultatẽ testandi de redditib. Eccles. vsque ad summam sex millium ducatorum.

Iulius 3. (cuius const. ... habes) facultatẽ extendit ad quamcumque summam.

Hic autẽ Pontifex ex causis hic expressis, extensionẽ Iul. 3. reuocat quo ad Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas.

Tu adde vide infra const. 125 in suppremo prope fi.

Decretũ irritās.

Clausulæ derog.

XXXV.

Facultas Thesaurarij Generalis, & spoliorum collectoris, circa beneficia Sedi Apost. reseruata vacantia per obitum illa obtinentium.

Ad hoc vide inf. Greg. 13. const. 72. Cum sicut accepimus nonnulli, cum ibi notatis.

De Beneficijs autem reseruatis habes etiam in const. seq.

PIUS Papa IIII. Dilecto filio Donato Mattheo Minali Thesaurario, ac spoliorum & iurium Cameræ apostolicæ in tota Italia Collectori generali nostro. Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem.

VOLENTES ne beneficia ecclesiastica dispositioni apost. reseruata, in quibus Collectores, & subcollectores

spoliorum & iurium Cameræ apostolicæ esse consueuerunt, pro tempore vacantiæ, ab vllis personis, quæ sita nõ sunt quærentibus indebite occupentur, opportune prouidere, Te de cuius fide, solertia & diligentia plurimum in domino confidimus, nostrum & eiusdem Cameræ Commissarium ad infrascripta omnia & singula facienda, & gerenda auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Tibi mandantes quatenus per te vel subcollectores tuos viros ecclesiasticos nostro, & dictæ Cameræ nomine omnium, & singulorum beneficiorum cum cura & sine cura secularium, & quorumuis ordinum regularium nostræ & sedis apostolicæ dispositioni, tam per constitutiones apostolicas, quam Cancellariæ apostolicæ regulas editas & edendas, seu alias quomodocunque & qualitercunque reseruatorum seu affectorum in dictis Italiæ partibus, earumque ciuitatibus, & diœcesibus consistentium, per obitum etiam apud sedem apostolicam, quorumcunque illa in titulum seu commendam, aut alias quomodolibet obtinentium, & possidentium pro tempore vacantium, etiam si secularia canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam maiores, & principales, seu simplicia, vel alias quomodolibet nuncupata, regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria, & consistorialia, prioratus, præpositurae, præpositatus, dignitates, etiam conuentuales personatus administrationes vel officia etiam claustralia, ac tam illa quam alia beneficia præfata curata & electiua, ac etiam litigiosa fuerint, statim habita notitia vacationis huiusmodi præsentium vigore realem, & actualem possessionem capias, & apprehendas, ac captam & apprehensam, amotis exinde etiam absque vitio spolij quibusuis (præterquam auctoritate apostolica prouisis) detentoribus & intrusis, quos si de iure eorum in petitorio vel possessorio experiri voluerint, in Romana curia attenta reseruatione huiusmodi iudicialiter agere mandamus, teneas & conserues, & eorundem beneficiorum fructus redditus & prouentus exigas, percipias, & leues, ipsamque possessionem cum dictis fructibus sic exactis illis tradas, & relaxes, qui literas collationis seu commendæ nostræ sub plumbo expeditas tibi exhibuerint & præsentauerint, & quoad litigiosa cui de iure tradenda fuerint. Contradictores quoslibet, non prouisos, vt præfertur, & rebelles & in dictis beneficiis intrusos, ac tibi vel a te deputandis in præmissis non parentes, eisque auxilium, consilium vel fauorem præstantes cuiuscunque dignitatis etiam Episcopalis, vel maioris, ac status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, per censuras, & interdicti ac alias pœnas ecclesiasticas a personis ecclesiasticis per te eligendis huiusmodi fulminandas, ac priuationis beneficiorum per eos obtentorum inhabilitatisque ad illa & alia in posterum obtinenda, ac pecuniarias tuo arbitrio moderandas, & applicandas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas huiusmodi etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et nihilominus ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, ac suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus Ecclesiæ quoad archiepiscopos, & episcopos, quoad vero alios inferiores etiam sub excommunicationis, & alijs arbitrij nostri, & quoad omnes sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apostolicæ reseruata seu affecta prædicta quouis prætextu causa aut quæsito colore cuiquam conferre seu de illis prouidere, aut in illis vel eorum possessione se se intromittere quoquomodo audeant, vel præsumant. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices commissarios & personas, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo non vltra tres aliquis auctoritate præsentium ad iudicium trahatur, & alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis, quibusuis personis sub quibuscunque tenoribus & formis concessis & confirmatis (quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadẽ sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod beneficia prædicta quamdiu in manibus subcollectorum vel aliorum a te deputatorum fuerint, debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura, si qua illis imminet, nullatenus negligatur, sed illorum cõgrue supportentur onera consueta. Quodque transumptis præsentium manu Notarij publici subscriptis & tuo sigillo munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris, Die vigesima secunda Aprilis, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus nostri anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

Margin notes: Bulla constitutionis. — Facultas capiendi possessionẽ beneficiorũ reseruatorum per obitum illa obtinentiũ. — Facultas Thesaurarij procedendi contra inobedientes & eorum fautores &c. — Inhibitio quod ordinarij de beneficiis reseruatis non disponãt sub pœnis hic expressis. Hoc habes etiã in const. seq. — Decretũ irritans. — Clausulæ derog.

XXXVI.

Reseruatio & Applicatio ad R. Cameram Apost. Fructuum omnium beneficiorum Sedi Apost. reseruatorum seu affectorum, à die vacationis, vsque ad diem prouisionis.

Applicationem vero Fructuum huiusmodi beneficiorum in Regno Neapolis, vacantium habes sup. in constit. præced.

De Materia autem istorum beneficiorum reseruatorum habes etiam sup. in Pauli II. const. 4. Ad Romani fol. 89. & sup. in const. præced. & inf. in Pij V. const. 16. Sanctissimus.

PIVS Papa IIII. ad futuram rei memoriam.

CVPIENTES malitiis nonnullorum, qui in possessione Monasteriorum, & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorum dispositioni Apostolicæ reseruatorum pro tempore vacantium, sine iusto titulo, ac sine literis Apostolicis, vt illorum fructus durante vacatione huiusmodi vsurpent, se intrudere non vereutur,

Causa constit.

terentur, occurrere, & Cameræ nostræ apostolicæ grauissimis oneribus in aliqua parte subleuandis quantum cũ Deo possumus consulere, Motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos fructus redditus & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet & qualitercunque nuncupata omnium & singulorum Monasteriorum etiam Consistorialium, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regulariũ nobis & Sedi Apostolicæ tam per constitutiones Apostolicas, quam Cancellariæ Apostolicæ regulas editas & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quauis causa generaliter, vel specialiter reseruatorum, seu affectorum in partibus Italiæ in quibus Collectores, & subcollectores spoliorum, & iurium Cameræ Apostolicæ prædictæ esse consueuerunt, ac earum Ciuitatibus, & dioec. consistentium, per obitum, & alias quouismodo præterquam per cessum illa obtinentium, pro tempore vacantium, a die ipsorum Monasteriorum & beneficiorum vacationis pro rata temporis vsque ad diem prouisionis seu commendæ de eisdem beneficiis & Monasteriis per nos faciendæ, de qua per literas nostras sub plumbo, & non aliter constare debere volumus, eidem Cameræ auctoritate apost. tenore præsentium reseruamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reseruata, applicata, incorporata & appropriata esse, & fore, & ad illam spectare & pertinere, nullumque præter nos, & dictam Cameram aut dilectum filium Donatum Matthæum Minalem, ac pro tempore existentẽ Thesaurarium nostrum ac Spoliorum & aliorum iurium ipsius Cameræ Collectorem generalem vel eius subcollectores ea percipere, exigere, & recuperare, ut alias se in illis intromittere posse aut debere tenore præsentium statuimus, & ordinamus. Et nihilominus ne aliquod impedimentum huic nostræ ordinationi occurrat, quibusuis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensionis a diuinis, & interdicti ingressus ecclesiæ quo ad Archiepiscopos & Episcopos, quoad vero alios inferiores etiam sub excommunicationis, & aliis arbitrij nostri, & quoad omnes sub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum mensibus pro tempore vacantia pœnis districte præcipimus, & inhibemus, ne beneficia dispositioni Apost. reseruata seu affecta prædicta quouis prætextu causa aut quæsito colore cuiquam conferre seu de illis prouidere, aut in illis vel eorum possessione sese intromittere quoquomodo audeant vel præsumant. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungentes Iudices, Commissarios, & personas, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritũ quoque & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eidem Donato Matthæo, & pro tempore existenti Thesaurario & Collectori, vt nostro & dictæ Cameræ nomine fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta huiusmodi per se vel eius subcollectores prædictos, etiam propria auctoritate exigat, percipiat, & leuet, sibique nihilominus consignari, & tradi ab omnibus ad quorum manus peruenerint pro rata prædicta per censuras & pœnas ecclesiasticas per personas ecclesiasticas ab eo eligendas, fulminandas, & alia opportuna iuris & facti remedia quacunque appellatione postposita, faciat & curet, inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, super quibus omnibus & singulis plenam & liberam illi per præsentes concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Monasteriorum & illorum ordinum, ac beneficiorum prædictorum etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & literis apostolicis, illis & quibusuis alijs personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu & scientia similibus concessis confirmatis & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, siue debere decernimus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod ea fructibus, redditibus, & prouẽtibus per dictum Thesaurarium, & etiam Deputatos pro rata huiusmodi percipiendis onera quæcunque dictis beneficiis incumbentia similiter pro rata temporis supportari debeant. Quodque præsentium manu Notarij publici subscriptis transumptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu curiæ ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Applicatio R. Cameræ Apost. Fructuum beneficiorũ Sedi Apost. reseruatorũ, seu affectorum, a die vacationis vsque ad diem prouisionis.

Facultas Collectoris spoliorum exigendi dictos fructus.

Inhibitio contra Episcopos & alios, ne se intromittant in dispositione dictorũ beneficiorum.

Decretũ irritans

Facultates Collectoris pro executione constitutionis.

Clausula derog.

Ex fructibus sic prædictis, onera beneficiorũ supportari debent pro rata.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Aprilis. M.D.LXI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

XXXVII

Indulgentiæ ac facultates erigendi Capellas & Confraternitates, & eligendi & deputandi confessores, quibuscunque concessæ (præterquam pro redemptione captiuorum & expeditione contra Infideles, & fabrica Basilicæ S. Petri de Vrbe) ad Ecclesias originales reducuntur, ita vt suffragentur solummodo illas actu visitantibus, &c. extra easdem Ecclesias publicari & quæstus fieri nequeant.

Sub ista reuocatione non cõprehendũtur Hospitalia & loca S. Antonij vt infra in const. 42. Ro. Pontificis æqua.

Aliam reductionem siue reuocationẽ habes sup. in Clem. 7. const. 34. Quoniam fol. 338 & inf. in const. 75. Regimini & const. 78. De commisso, & cõst. 119. In principiis, ac in Pij V. cons. 30. Et si dominici.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

CVM nos nuper seu alias ex certis tunc expressis causis, nonnulla priuilegia, indulgentias, gratias, indulta etiam facultates, dudum per diuersos Rom. Pont. Prædecessores nostros, & Sedem Apostolicã, ac forsan

ac forsan per nos concessa Sancti Sebastiani extra muros Vrbis, ac Beatæ Mariæ supra Mineruam de Vrbe, ac Sanctæ Caterinæ montis Synai, & Sanctæ Annæ Neapolitan. Spiritus sancti Venetiarum, Cistercien. & S. Augustini, ac Sancti Dominici Prædicatorum, & Sancti Basilij, ac Sancti Francisci mendicantium ordinum monasterijs, necnon Sancti Iacobi de Galitia, & Beatæ Mariæ de Monteserrato, ac eiusdem Beatæ Mariæ de Codelupo & Beatæ Virginis Mariæ de Annunciata, ac alterius Beatæ Mariæ de mercede redemptionis captiuorum Compostellan. Toletan. Auinion. & Neapolitan. seu aliarum Ciuitatum & dioces. ecclesijs, nec non Sancti Spiritus in Saxia, & Sanctæ Mariæ Consolationis, ac Sancti Iacobi pauperum incurabilium, & Sancti Rocchi de Vrbe, ac eiusdem Sancti Spiritus seu Sancti Gregorij Regien. & Crucifixi Siracusan. Hospitalibus, & Confraternitatibus, etiam certis alijs piis locis & Confraternitatibus, necnon diuersis personis pro redemptione captiuorum ab infidelibus, in expeditione Alzerborum, etiam ex dispositione diuersarum Ciuitatum, & monasteriorum ordinis Sancti Basilij, ita quod literæ desuper confectæ sub quibusuis reuocationibus aut suspensionibus similium & dissimilium indulgentiarum & facultatum minime comprehenderentur, & quoties reuocari seu suspendi contigerit, toties in pristinum statum restitutæ essent, & esse censerentur, irritanti decreto desuper adiecto, & alias, sub certis modis & forma tunc expressis, confirmauerimus, concesserimus & elargiti fuerimus, Ac sicut fidedignorum relatione percepimus, Priores, Abbates, Præceptores, Commendatarij, Præpositi, Ministri, Guardiani, Priorissæ, moniales, & fratres ac Hospitalarij, & aliæ personæ præfatæ indulgentias, concessiones, gratias, indulta, facultates huiusmodi per diuersos Commissarios, nuncios quæstores, Collectores, Thesaurarios, & Procuratores, Deum præ oculis non habentes in diuersis Prouincijs & locis, vno eodemque tempore publicari procurauerint, facultatesque sibi præscriptas excesserint, & nonnulli etiam super ipsa publicatione verbis contumeliosis diuersimode contenderint, in eiusdem scandalum Christifidelium, & Sedis apostolicæ dedecus, & opprobrium. Nos scandalis huiusmodi quantum in nobis est, prouidere volentes Motu proprio & de apostolicæ potestatis plenitudine, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed ex nostra deliberata voluntate (firmis semper & illæsis remanentibus omnibus & singulis priuilegiis, facultatibus, & gratiis Fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, per dictos prædecessores, & nos concessis, & confirmatis) omnia & singula indulgentias, etiam plenarias, confessionalia, ac concessiones, gratias & indulta, ac etiam erigendi Capellas, & Confraternitates sub nomine sancti Sebastiani, & aliis nominibus, cum participatione indulgentiarum, & facultatum huiusmodi, necnon eligendi & deputandi confessores qui absoluant, & alia faciant, ac Commissarios, Collectores, Nuncios, & Quæstores pro huiusmodi indulgentiis publicandis, confessionalibus distribuendis, Capellis, & Confraternitatibus erigendis, & quæstis faciendis deputandi, ac reliquas omnes facultates huiusmodi, indulgentias, confessionalia, & facultates concernentes prædictis, ac omnibus & singulis alijs monasteriis, hospitalibus, ecclesiis, confraternitatibus, & aliis regularibus & piis locis & personis in quibuscunque regnis, prouinciis, & dominiis existentibus (præterquam pro redemptione captiuorum, & expeditione contra infideles, Cruciata nuncupata in regnis Hispaniarum, & illis annexis, & pro Fabrica præfatæ basilicæ principis Apostolorum de Vrbe) ex quibusuis causis, ac sub quibuscunque tenoribus & formis, etiam Imperatoris, regum, ducum, vel aliorum principum intuitu seu contemplatione, etiam Motu simili concessas & concessa (præterquam quo ad ea, in quibus indulgentiæ, confessionalia, & facultates ipsæ in aliqua sui parte iam sunt sortitæ effectum) suspendimus, tollimus, cassamus, irritamus, reuocamus, & annullamus, ac pro suspensis, sublatis, cassatis, irritis, & reuocatis, & viribus euacuatis haberi volumus, easque ad Christifideles actu personaliter tantum ipsas Ecclesias sancti Sebastiani, beatæ Mariæ de Populo, & supra Mineruam de Vrbe, sanctæ Catherinæ montis Synai, sancti Spiritus, beatæ Mariæ Consolationis, sancti Iacobi de Galitia, beatæ Mariæ de Monteserrato, ac de Codelupo & Virginis Mariæ dell'Annuntiata, reducimus, & restringimus, ipsisque Christifidelibus illa deinde personaliter tantum visitantibus, & non aliis suffragari volumus, & decernimus, ita quod præfati Abbates, Priores Præceptores, Commendatarii Præpositi, Guardiani, Ministri, Abbatissæ Priorissæ, Moniales, Fratres, Hospitalarii, & Collegia, ac aliæ personæ prædictæ, eorumque Commissarij, Quæstores, Collectores, Thesaurarii, Nuncii, Factores, & Procuratores, huiusmodi indulgentiis, gratiis, facultatibus, & indultis, extra eorum ecclesias, monasteria, & pia loca huiusmodi, necnon aliis personis præterquam vt præfertur, actu tantum illa visitantibus vti, seu illa per ipsos Commissarios, Quæstores, Thesaurarios, Nuncios, ac Procuratores in aliquibus aliis locis publicari, vel alicui suffragari debere, aut quæstas aliquas præmissorum occasione exercere posse decernimus, & declaramus. Mandantes vniuersis & singulis tam locorum ordinariis eorumque Vicariis Officialibus, & Ministris, quam aliis quibuscunque Ecclesiarum Prælatis, necnon eorundem monasteriorum, hospitalium, & locorum prædictorum Abbatibus, Commendatariis, Præceptoribus, Priorissis, Abbatissis, Monialibus, Deputatis, Societatibus, & Collegiis, quibus facultates, indulta, & gratiæ deputandi Commissarios, Quæstores, Collectores, Thesaurarios, Nuncios, Factores, & Procuratores ac alios prædictos, & indulgentias publicandi, confessionalia distribuendi, Capellas, Confraternitates erigendi, quauis auctoritate fungentibus vbilibet constitutis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub ingressus ecclesiæ ac suspensionis a diuinis, necnon excommunicationis maioris aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, ac etiam duorum millium ducatorum auri de Camera dictæ Fabricæ applicandorum, necnon priuationis omnium & singulorum Monasteriorum, Hospitalium Præceptoriarum, domorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura & sine cura, sæcularium & quorumuis ordinum regularium per eos quomodolibet obtentorum, & obtinendorum, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in posterum obtinenda eo ipso absque alia declaratione desuper facienda quotiens contrafecerint incurrendis pœnis, quatenus de cætero aliquas pro prædictis, etiam pro Iudæis nuper, ad fidem conuersis, aut pro redemptione captiuorum, seu quibusuis aliis personis quæstuandi, & indulgentias publicandi, confessionalia concedendi, Capellas, & Confraternitates erigendi licentias, & desuper confectas seu conficiendas literas quibusuis Commissariis, Nunciis, Procuratoribus Quæstoribus, vel aliis personis, etiam prætextu cuiusuis antiquæ consuetudinis, vel possessionis eisdem ordinariis similes licentias concedendi, & aliquam partem ex quæstis, & indulgentiis huiusmodi exigendi & percipien. seu vigore quorumcunque priuilegiorum & indultorum ac literarum Apostolicarum eis hactenus concessarum, & in posterum concedendarum nisi prius per suas literas copiam dictarum indulgentiarum publicandarum, ac quæstorum fiendarum nobis transmiserint, & a nobis responsum, cui omnino parere debeant, & obligati sint, habuerint, nullatenus concedere vel impartiri præsumant, nec ipsos Commissarios, Nuncios, Procuratores, Thesaurarios, & Quæstores publice quæstuare, seu indulgentias

Hic Pont. multis Piis locis, & aliis personis concessit & respectiue confirmauit, varias gratias & Indulgentias.

Ministri autem piorum locorum, gratiarum concessionem excesserunt cum scandalo fidelium.

Ideo hic Pont. reducit dictas Indulgentias, ac facultates erigendi capellas & Confraternitates, ad Ecclesias originales, eis vt suffragentur illas personaliter visitantibus & deuote visitantibus, & extra eas publicari & quæstus desuper fieri nequeant, (præterquam pro redemptione captiuorum, & expeditione contra infideles, et Fabrica S. Petri de Vrbe.

Imo reuocauit etiam Indulg. & gratias Fabricæ S. Petri vt inf. in constit. 78. De commissis & ibi not.

Prohibet etiam ordinariis licentiam concedant his contentis publicandi Indulgentias & quæstuandi, sed eosdem coercet vt hic.

Ad hoc habes etiam Pii V. constit. 30. Et si dominici.

dulgentias publicare,confefsionalia concedere,Capellas & Confraternitates erigere,ac cætera alia fupradicta
facere permittant,feu tacendo difsimulent , quinimmo eos ad parendum præfentibus noftris omnino cogant &
compellant. Cæterum vt hæc voluntas noftra inuiolabiliter exequutioni demandetur, Deputatis Fabricæ Bafili [Executores quoque deputat contra publican. indulg. & quæftu. tes. & eis cōtra permiffentes.]
cæ S.Petri,de Vrbe, eorumque Miniftris, Commiffariis , & Procuratoribus per fe vel per alium vel alios contra
eofdem Ordinarios,illorumque Vicarios,& Miniftros,necnon quofcunque alios ecclefiarum Prælatos,Superio-
res,& perfonas tam fæculares,quam quorumuis etiam mendicantium ordinum regulares,necnō Abbates,Prio-
res,Præceptores,Commendatarios,Præpofitos,Miniftros,Guardianos,fratres,hofpitalarios,& alias perfonas in
dulgentias publicantes,confefsionalia concedentes,Capellas vel Confraternitates erigentes,vel quæftas faciē-
tes,feu quæftuari & publicari permittentes,vel licentiam dantes,aut contra præmiffa aliquo modo fe intromit
tentes , in euentum contrauentionis alicuius ex præmifsis ad declarationem incurfus cenfurarum & pœnarum
præfatarum procedendi, necnon Commiffarios, Nuncios, Procuratores, Thefaurarios , & Quæftores præfatos,
quauis auctoritate quæftuantes,indulgentias publicantes,confefsionalia diftribuentes,Capellas vel Confrater-
nitates erigentes,& vigore quorumcunque indultorum & litterarum cōferuatoriarum,feu aliorum priuilegio-
rum,tam in forma breuis,quam fub plumbo aut alias eis concefforum,ac quarumcunque tam apoftolicarū , quā
Cameralium ac aliarum literarum,etiam a Camerario,Præfidentibus, & Cameræ apoftolicæ , ac curiæ caufarū
eiufdem Cameræ Auditore , feu Locumtenente , feu quibufuis aliis Iudicibus & Commiffariis etiam viuæ vocis
oraculo,aut alias quomodolibet obtentarum,& pro tempore obtinēdarum per viam inquifitionis, ac alias ma
nu regia procedendi,eofque vbilibet capiendi,& incarcerandi,feu incarcerari faciendi, illofque tamquam ino-
bedientes & rebelles,pœnis etiam pecuniariis condemnandi,vel etiam ad triremes perpetuo vel ad tempus,de
quo eis videbitur,relegandi,ac pecunias per eofdem Commiffarios,Nuncios,Procuratores,Thefaurarios,Quæ-
ftores, vel eorum nomine occafione dictarum indulgentiarum , vel quæftarum quomodolibet acquifitas & ac-
quirendas,etiam fi nondum ad eorum manus peruenerint,vel confignatæ fuerint, fed in capfis vel truncis , aut
penes illorum collectores,feu alias quafuis perfonas exiftant,eidem Fabricæ,vt præfertur,applicandi,ac ab eis,
& eorum fingulis, etiam inuitis & renitentibus violenter auferendi , necnon pro præmifsis omnibus exequen-
dis auxilium brachij fæcularis totiens quotiens opus fuerit inuocandi,licentiam, & omnimodam facultatem &
auctoritatem per præfentes concedimus, & indulgemus. Verum vt præmiffa omnia ad omnium notitiam deue-
nire valeant,fingulos Patriarchas, Archiepifcopos,& Epifcopos,vt de contentis in præfentibus noftris,fuis fuf-
fraganeis,ac vicariis,& Capitulis fuarum ecclefiarum,ac aliis,quibus & quotiens opus fuerit fub eifdem cenfu
ris & pœnis eo ipfo in contrauenientes incurrendis,plenam notitiam dare debere, ac præfentes noftras literas
poftquam in acie Campi Floræ,ac valuis bafilicæ fancti Petri affixæ fuerint , omnes & fingulos Ordinarios eo- [Forma & effectus publicationis,quā hic non habes.]
rumque Vicarios,ac Abbates,Priores, Commendatarios, Miniftros, Guardianos , Hofpitalarios, Prioriffas,Ab-
batiffas,Moniales,Fratres,& alias perfonas huiufmodi,& alios quofcunque in omnibus & per omnia , perinde
ac fi perfonaliter eorum cuilibet præfentarentur,aut intimarentur,afficere debere, Sicq; in præmifsis omnibus
per quofcunque iudices & Commiffarios,tam in Romana curia quam extra eam deputatos & deputandos, etiā
caufarum palatii apoftolici Auditores,& S.R. E. Cardinales, quauis auctoritate fungentes , in quauis inftantia
non expectata a nobis alia mentis noftræ declaratione,ac fublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi
& interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,interpretari,& diffiniri debere , ac quicquid fecus fuper iis a [Decretū irritans]
quoquam quauis auctoritate , etiam per nos fcienter vel ignoranter in pofterum contigerit attentari , irritum
& inane decernimus & declaramus.Non obftantibus præmifsis, necnon in prouincialibus & fynodalibus Con-
ciliis æditis generalibus vel fpecialibus conftitutionibus,necnon hofpitalium, & monafteriorum , aliorumque
locorum prædictorum,& quorumuis aliorum membrorum,& ecclefiarum etiam Cathedralium, & Metropoli-
tanarum,etiam iuramento,confirmatione apoftolica,vel quauis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudi [Claufula derog.]
nibus,ftabilimentis,vfibus,& naturis,priuilegiis quoque indultis & literis apoftolicis , etiam Maremagno nun-
cupatis , tam fub plumbo quā in forma breuis etiam vltimo loco hofpitali noftro S. Spiritus in Saxia de Vrbe,
necnon monafterijs S.Sebaftiani,beatæ Mariæ de Populo,ac fupra Mineruam,S.Catherinæ montis Syoni, S.An-
tonij de fancto Antonio Viennen.& fanctorum Nicolai,& Bernardini montis Iouis eorumq; hofpitalibus,reli-
giofis,& præceptoribus,ac Præpofitis,& aliis Ecclefijs,hofpitalibus & locis piis præfatis,etiā Motu fimili,ac cō
templatione quorumcunque regum,ducum,aut aliorū principum,etiam S.R.E.Cardinalium feu aliarum perfo-
narum,& ex quibufuis vrgentifsimis caufis,etiam a nobis emanatis & forfan de nouo concefsis, fub quibufcun
que tenoribus & formis,ac cum quibufuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliifque efficacioribus & infoli
tis claufulis, necnon irritantibus hactenus tam fuper publicatione indulgentiarum, diftributione confefsiona-
lium,erectione Capellarum,& Confraternitatum, quæftis, & eleemofynis , ac facultate & iure quæftuandi , &
eleemofynas recipiendi in genere & fpecie,quam alias quomodolibet etiam fuper quibufuis exemptionibus,fa
cultatibus,& Immunitatibus in contrarium nouifsime concefsis,approbatis, & innouatis, quibus omnibus &c.
derogamus, cæterifque contrarijs quibufcunque.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum abfolutione a cenfuris &c.Et de fufpenfione,caffatione,reuocatione,annullatione,inhibitione,redu-
ctione,reftrictione decretorum,præceptorum,mandatorum, facultatum, poteftate , & alijs de & pro omnibus
& fingulis fupradictis,quæ pro fufficienter repetitis habeantur latifsime extendendis,& quod præmifforum om
nium & fingulorum,necnon indulgentiarum conceffarum,gratiarum,indultorum,facultatum,confraternitatū,
monafteriorum,ecclefiarum,hofpitalium,& locorum,ac perfonarum prædictarum maior,vera, & amplior fpe
cificatio,& exprefsio fieri pofsit in literis per breue noftrum fi videbitur, & in fpecie in vno non facta mentio-
ne de aliis,& ad vnumquemque locum etiam feparatim expediēdis, aut fi videbitur præfentis noftri Motus pro [Sola fignatura fufficit.]
prii fola fignatura,etiam abfque alia regiftratione fufficiat,& vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula cō
traria non obftante,& quod tranfumptis etiam imprefsis præfentium, feu literarum fuper præfentibus conficiē
dis,manu notarij ipfius Fabricæ fubfcriptis , & figillo Collegij eiufdem Fabricæ munitis eadem prorfus fides in
iudicio,& extra adhibeatur,quæ originalibus ipfis adhiberetur,fi forent exhibitæ vel oftenfæ.

Fiat. I.

Dat.Romæ apud fanctum Petrum , Septimo Calendas Maij Anno Secundo.

De Facul-

.XXXVIII.

De Facultatibus & Iurisdictione Curiæ causarum Reu. Cameræ Apost. Auditoris, & extinctione Officij eiusdem Cameræ Regentis.

Hæc const. declaratur inf. in const. 50. Cum sicut accepimus prætextu.

De Officio Regentis Cameræ, & eius erectione habes sup. Pauli 4. const. 34. si ex præcepto fol. 615.

De Materia autem Iurisdictionis Auditoris Cameræ vide inf. in Grego. 13. constit. 15. Ad generis. vbi notabo.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Venerabili fratri Flauio Episcopo Muran. Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD eximiæ deuotionis affectum, quem cum fidei constantia, & sinceritate mentis, tu, & progenitores tui ad nos & Romanam Ecclesiam gerere comprobamini, necnon generis nobilitatem, eximiamque doctrinam, ac in rebus gerendis experientiam, & dexteritatem necnon, fidei, & iustitiæ zelum, ac integritatem, singularemque probitatem, necnon cæteras virtutes quibus personam tuam, illarum largitor altissimus multipliciter insigniuit, nostræ dirigentes considerationis intuitum, ac propterea indubiam spem gerẽtes, quod ea quæ tibi duxerimus committenda, summa cum prouidentia, & exacta cum diligentia laudabiliter exequeris, dignum quin potius debitum arbitramur, vt eandem personam condignis honoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque nos nuper officium generalis Auditoriatus, seu audiẽtiæ curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, quod antea tunc per obitum quondam Francisci Alberici de Raehaneto, olim Curiæ causarum huiusmodi generalis Auditoris, extra Rom. Cur. defuncti vacans, felicis recordationis Paulus Papa IIII. prædecessor noster, ex certis tunc expressis causis nomine Auditoriatus in perpetuum suppresso, & extincto, in officium Regentis S.R.E. Cameræ Apostolicæ, de fratrum suorum consilio Apostolica auctoritate transformauerat, ac in illud erexerat, & instituerat, ac postmodum officium huiusmodi ab eius primæua erectione tunc vacans, dilecto filio nostro Alphonso tunc sancti Nicolai inter imagines, nunc vero sanctorum Iohannis & Pauli Diacono Cardinali Neapolitan. nuncupato, dicta auctoritate concesserat, & assignauerat, Cum dictus Alphonsus Cardinalis officium Regẽtatus huiusmodi in manibus nostris sponte, & libere resignasset, nosque resignationem huiusmodi duxissemus admittendam, habita super his cum Venerabilibus fratribus nostris eiusdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de eorum consilio, & vnanimi consensu, Officium Regentatus huiusmodi eius nomine, & denominatione huiusmodi per nos suppressis, & extinctis, ac illius erectione, & institutione prædictis, necnon literis Apostolicis desuper confectis reuocatis, cassatis, & annullatis, aduersus erectionem, & institutionem, necnon literas Apostolicas prælatas, ac in pristinum, & eum, in quo ante illius suppressionem necnon erectionem & institutionem huiusmodi erat statum, pristinamq; naturam in omnibus, & per omnia restituimus, reposuimus, & plenarie reintegrauimus, prout in literis Apostolicis desuper confectis, ac manu nostra, & dictorum fratrum nostrorum signatis plenius continetur, Nos, post longam super hoc habitam discussionem, & maturam deliberationem, in te oculos nostræ mentis conijciẽtes, ac de supradictis tuis virtutibus specialem in domino fiduciam sumentes, ac sperantes quod tu qui Ecclesiæ Muran. præesse dignosceris, ac vtriusque iuris Doctor, & in vtraque signatura nostra Referendarius, & Prælatus domesticus noster existis, dextera domini tibi assistente propitia, officium huiusmodi scies, voles, & poteris, ad laudem, & vtilitatem multorum fideliter exercere, Teque a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat cõsequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, ac suppressionis, erectionis, & institutionis, necnon literarum præfatarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, ac verum, & vltimum dicti officij Auditoriatus vacationis modum præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Officium Auditoriatus, seu audientiæ Cameræ huiusmodi, siue per similem resignationem Alphonsi Cardinalis, seu adhuc per obitum Francisci prædictorum, siue alias quouismodo, quem haberi volumus pro expresso vacet, cum officio Correctoriæ Archiuij Romanæ Curiæ, aliisque illi annexis, necnon omnibus, & singulis illius honoribus, priuilegiis, iuribus, & regalibus, vel alias nũcupatis emolumentis consuetis, ac facultatibus, & indultis, ac decretis etiam in ordine, & modo procedendi in causis eidem Francisco & aliis qui pro tempore fuerunt causarum Curiæ huiusmodi generalibus Auditoribus etiam per felicis recordationis Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. & Iulium etiam III. ac alios quoscunq; Ro. Pont. prædecessores nostros, ac etiam nos, & sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, tam sub plumbo, quam in forma breuis, & alias ex vsu, stilo, & consuetudine quomodolibet concessis, tibi Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & assignamus: Teque in nostrum, & dilecti filii nostri Guidonis Ascanij Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconi Cardinalis de Sancta Flora nuncupati moderni, & pro tempore existentis Camerarij nostri, ac causarum Curiæ huiusmodi generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, priuilegiis, iuribus, emolumentis, facultatibus, & decretis prædictis, cõstituimus, & deputamus, teque in locum dicti Francisci, quoad huiusmodi Auditoriatus officium, eiusque exercitiũ, quoad vixeris, substituimus, & surrogamus. Tibique per te, vel alium, seu alios idoneum, seu idoneos Locumtenentem, seu Locumtenentes tuos, quos pro tempore duxeris assumendos, vel deputandos, de omnibus, & singulis causis, modis, & formis, supra, & infrascriptis cognoscendi, & illas decidendi facultatem concedimus. Ita quod tu in causis obligationum in forma Cameræ celebratarum solus (præterquam inter Ciues Roman. inter quos Motũ proprium vltimo loco per nos desuper in fauorem Populi Roman. concessum obseruari, volumus.) alij vero quicunque etiam Rom. Cur. Iudices in similibus causis, nullatenus, nulloque modo procedere possint) procedere debeas. Necnon de omnibus, & singulis obligationibus in forma Cameræ, vbiuis locorum, & inter quascunque personas

Officium Auditoriatus Cameræ vacauit olim per obitum Francisci Alberici Auditoris.

De cuius facultatibus habes sup. in Iul. 3. constit. 29 Ad eximiæ fo. 518.

Officium Auditoratus, in officiu Regentis Cameræ transformauit, & illud Cardinali de Neapoli concessit Pau. 4. vt in eius constit. 34. & 35. fol. 615 & 621.

Officium Regentatus vacauit pusica per resignationem Card. de Neapoli. & illud hic Pon. suppressit. & Officiũ Auditoriatus pristinum restituit per alias eius literas, quas hic non habes.

Officiũque Auditoriatus nunc cõfert Flauio Vrsino (& postea fuit Cardinalis) cum solitis facultatib. & priuilegiis & maxime infra scriptis.

Iul. 2 constit. habes sup. nu. 17. folio 164. Leon. 10. const. habes sup. nu. 4. fol. 170. & n. 13. f. 218. Clem. eius illã hic nõ habes. Pau. 3. eius habes sup. n. 15. f. 377 & Iul. 3 sup. nu. 29. f. 518.

Facultas cognoscendi causas Obligationis in forma Cameræ.

Immunitatem quatinus, & supra & R petere, & in quibus eõ [illegible] eius mandati vide in Greg. 15. const. 55. Ad generis.

personas factis, & faciendis (his dumtaxat exceptis, quæ in dependentibus a finibus, & causis in eadem Camera aut coram alijs Iudicibus pro tempore introductis factæ, seu receptæ fuerint, & tunc non per viam censurarum sed mandati executiui) cognoscas. Ita vt quascunque causas, quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia super ipsis obligationibus, in alio quam tuo, ac curiæ causarum huiusmodi tribunali (præterquam in vim specialis commissionis nostræ de dicta obligatione, specialem mentionem facientis) motæ fuerint, in illarũ statu, gradu, & terminis, in quibus reperientur tua ordinaria auctoritate (exceptis causis in Curia Capitolij contra dictos Ciues Roman. pro tempore iuxta formã dicti Motus proprij motis) reassumere, & iudicibus, quibus sunt cõmissæ, & coram quibus illæ pẽdebunt in posterũ, ne in eis, aut de illis, quoquomodo, vel quouis quæsito colore, directe vel indirecte, se intromittere præsumãt etiã sub sententijs censuris & pœnis ecclesiasticis, ac etiã pecuniarijs, arbitrio tuo moderãdis, & applicandis inhibere, ac quicquid secus super his contigerit attentari irritum & inane decernere. Ac etiam solus dictarum obligationum vigore censuras, Ecclesiasticas promulgare. Necnon omnes, & singulas spirituales, & Ecclesiasticas, ac prophanas, & quorumuis eiusdem Ro. Ecc. Cardinalium eorumque, ac nostrorum familiarium continuorum commensalium, & Prælatorum quorumcunque in ipsa Curia degentium ac etiam Imperatoris, Regum, & aliorum Principum, ac Communitatum, & Vniuersitatum, Oratorum, necnon dictæ Curiæ Officialium, & eandem Curiam sequentium, ac familiarium eorundem, & ipsius Curiæ causarum huiusmodi Auditoris Notariorum, & eorum familiarium, Campsorum quoque & quorumuis Mercatorum, ac Pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis assignatarum, etiam si earum solutio non in ipsa Curia, sed in partibus sit facienda, & quascunque alias etiam cõmissarias causas, tam ciuiles quam criminales, & mixtas coniunctim vel diuisim in eadem Curia quomodocunque & qualitercunque motas, & mouendas, & inter quascũque partes, etiam per viam inquisitionis, aut ex officio quomodolibet pendentes, ac quæ per appellationem a grauaminibus, illatis, & comminatis, seu sententijs diffinitiuis, vel interlocutorijs, a quibusuis iudicibus ordinarijs, & arbitris, atque arbitratoribus in Curia, & Vrbe prædictis (Vicario nostro, ac Gubernatore & Senatore Vrbis prædictæ, & Iudicibus Capitolinis, dũtaxat exceptis) & extra eas a quibuscunque Iudicibus, ordinarijs, vel delegatis, seu arbitris, vel arbitratoribus, ac etiam dictæ sedis Legatis, & eorum Vicelegatis in terris eiusdẽ Ecc. Romanæ mediate, vel immediate subiectis, aut alijs earũ Gubernatoribus, vel officialibus, & quibusuis in feudũ, vel Vicariatũ, aut alias quomodolibet concessis, pro tẽpore latis, & promulgatis, interpositarum, seu alias ad eandẽ sedẽ, etiã per via reclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recursus hactenus deuolutæ sunt, & in posterũ deoluentur: his videlicet, in quibus nõ agetur vltra summã ducentorũ ducatorũ auri de Camera, aut de re veri summæ prædictæ valorẽ non excedente, seu quæ inter, & cõtra Mercatores dictæ Curiæ pro quibuscunq; negotijs, ad quamcunq; summã ascendant, & inter contra Notarios suos, & eorũ familias, pro tẽpore vertentur, summarie simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola veritate inspecta, etiam manu Regia, & absq; obseruatione terminorũ, qui de stylo, seu ordinatione palatij Apostolici, aut alias obseruari consueuerunt. Alias vero dictã summã, aut illius valorẽ excedẽtes, & inter, ac contra alios, quã Mercatores vertẽtes, seruatis terminis, & alias summarie, prout in beneficialibus, Eisdẽq; terminis, quotiescunq; male, & nulliter præpostere, ac inculcate tentis, pro maiori partiũ dispẽdio etiã vnico cõtextu, citatione, & audiẽtia reiteratis, etiam per affixionẽ citationũ pro tẽpore faciẽdarũ ad valuas habitationis ipsorũ citandorũ, quoad obligatos in forma Cameræ, & quoad alios aliter obligatos, vbi nõ agetur de maiori, quã viginti ducatorũ summa audire, cognoscere, decidere, & fine debito terminare. Nec nõ de omnibus, & singulis criminibus, excessibus, & delictis tã in Vrbe, & Curia, præfatis, quã extra eas per quoscunque, tã eiusdẽ sedis officiales, quam dicta Curiã sequẽtes, & alios etiã a iurisdictione ordinariorum exẽptos, & prædictæ sedi immediate subiectos, cuiuscunq; Ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis etiam Episcopalis, vel maioris, & per quoscunq; alios cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, perpetratis, vel perpetrãdis, tam ad procuratoris fiscalis denunciationem, & promotionem, quam etiam partium accusationẽ, vel etiam instigationẽ, seu ex mero officio inquirere, & super illis, tã per via inquisitionis, quã accusationis, seu denũciationis, & instigationis huiusmodi procedere, & culpabiles repertos iuxta suorum excessuum exigentia, & qualitatẽ punire (dũmodo monitoria contra Episcopos, vel eorũ superiores vt cõpareant personaliter, nisi grauia commissione manu nostra signata non decernas) Necnon quascunque literas Apostolicas generales, aut particulares, tã sub plumbo, etiã per officiũ audientiæ literarum nostrarũ contradictarũ expeditas, quã in forma breuis & quarũ solam signaturam sufficere concessum fuerit, supplicationes per nos, & pro tempore existentes Rom. Pont. aut in eius, seu nostri præsentia signatas, necnon literas pro tempore existentium Camerarij, & Pœnitentiarij maioris nostrorũ, dũmodo in illis, in literis Apostolicis prædictis alij executores deputati non fuerint, solus: in quibus vero executores deputati erunt, accumulatiue cum illis exequi, & super illis processus debitos in forma solita, etiam cũ promulgatione cẽsurarum in similibus promulgari solitarũ decernere. Ac tuarum, & per tuos Locũtenentes, seu quosuis alios tã Ecclesiasticos, quam seculares iudices, & tam delegatos, quã subdelegatos, & etiam causarum dicti palatij Apostolici Auditores, vel nos, aut Rom. Pont. pro tempore existentes, tam in specie, quam in genere, ac alias quomodolibet in eadem curia pro tempore latarum sententiarum; nec non quorumcunq; processuum generalium & specialium, tam in die cænæ domini, quam alias cum censurarum & pœnarum ecclesiasticarum fulminatione fieri solitorũ executiones, quas etiam si delegatis, aut subdelegatis prædictis, vel quibusuis alijs etiã specialiter per nos, & sedẽ prædictam commissæ fuerint, tibi Auditori accumulatiue & nõ priuatiuè cõmissas esse volumus, & decernimus, seruatis terminis in tribunali auditoris hmôi seruari solitis, etiã singulis diebus, & horis, prout in ordinarijs consuetũ erat facere, facias & illos debitæ executioni, etiam si opus fuerit cum auxilio brachij secularis inuocatione, demandare. Et quascunque communitates, vniuersitates, Collegia, & Capitula, necnon etiam extra dictam Curiam degẽtes personas, pro debitis per eos in eadem Curia cõtractis, aut salario, seu contractu in dicta curia inito. Degentes vero in eadem Curia, seu curiales Ecclesiasticos, seculares, vel regulares, etiam ab ipsa Curia absentes, cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, etiam Pontificalis, conditionis, vel præeminentiæ existentes pro quibusuis rebus, & pecuniarum summis ad quorumuis etiam absentium, quorum pro tempore interest, instantiam, quoties expediverit, etiam per edictũ publicum, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto ad eos accessu, ad satisfaciendum de eisdẽ debitis, & præstandum ea ad quæ pro tempore tenebuntur monere, & citare. Ac literas quascunque remissoriales, &

Facultas reassumendi causas ratione dictarũ obligationum, & inhibendi iudicibus, præterquam cõmissarijs specialem mentionem facientis.

Facultas promulgandi censuras vigore oblig. in forma Cameræ.

Causasque Prælatorum, Oratorum, & Officialium Curiæ, ac Notariorum ipsius Auditoris, & illorum, ac Papæ familiarium, Campsorum, & Mercatorũ, & pensionum etiam alibi soluẽdarũ cognoscen.

Appellationum quoque interpositarum a iudicibus in Curia latis (præterquam a Vicario, Gubernatore, & Iudicibus Capitolinis) & etiam extra Curiam a iudicibus ordinarijs & Arbitris &c. in terris S. R. E. mediate vel immediate subiectis. Hoc vltimum in vulgata Reformationem de qua in cõ. 74. Iuris multiplices.

Summarie, & procedẽdi in causis non excedentibus valorem 200 ducat. & inter Mercatores Curiæ, ac Notariorũ ipsius Auditoris.

Et causas delictorum cognoscendi, tam in Curia, quam extra per Officiales Sedis Apost. vel Curiã sequẽtes, & alios a Iurisd. Ordinariorum exẽptos commissorum.

Literasque Apostol. cas. & Camerarij, ac Pœnitentiarij exequendi. Quod declaratur in Pio V. cõst. 159 [illegible]

Sententiasque in Curia latas executioni demandandi.

Et cognoscendi causas motas cõtra Cõmunitates & Collegia, & alios extra Curiã degentes, pro negotijs, vel contractibus in Curia, factis, & contra degentes in Curia, vel curiales absentes pro quibuscunq; rebus,

Compulsoriales & remissoriales decernendi. In causa tamen [illegible] decernat [illegible] consti. 87.

compulsoriales, tam generales, quam speciales, vbi & quoties opus fuerit arbitrio tuo decernere. Necnon etiam in vim Bullæ Eugenianæ, in fauorem curialium emanatæ, & Leoninæ, necnon cuiuscunque alterius extensionis inhibere. Ac monitoria, & citationes ac inhibitiones ad partes etiam per simile edictum decernere, eos quoque arrestare, & incarcerare. Et si tibi videbitur, pœnas, & mulctas dimittere, & relaxare, ac pro delictorū, excessuum, & criminum qualitate eis (citra tamen mortem, & membri mutilationem) per te, & tuos Locatenentes infligere, & imponere.

In vim Bullæ Eugenianæ & Leoninæ inhibendi, [illegible] Curialibus [illegible].

Necnon quoslibet inobedientes excommunicare, a diuinis suspendere, generaliter, & specialiter interdicere, ac sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, per te, tuosque Locatenentes pro tempore latas, etiam iteratis vicibus, aggrauare. Et quod a te, vel Locatenentibus prædictis pro tempore excommunicati, seu alias censurati, ab aliis quam a te, vel eisdem Locatenentibus prædictis, etiam de partium consensu, præterquam in mortis articulo constituti absolui non possint, ad euitandas collusiones statuere. Et cum tibi visum fuerit expedire, Communitates, Vniuersitates Collegia, Capitula, & personas quascunque a quibusuis sententiis, censuris, & pœnis, ac mulctis ecclesiasticis, spiritualibus, & temporalibus, per alios videlicet, quam per te, & dictā tuā Curiam inflictis, in diebus Paschalibus cum reincidentia absoluere, ac sententias, censuras, & pœnas, ac mulctas huiusmodi, & quæcunque interdicta suspendere, tollere, & eis relaxare.

Monitoria & [illegible] ad partes decernend. & cæt. Quod [illegible].

Necnon obligationes in forma Cameræ, huiusmodi etiam post mortem debitoris, quoad illius bona tantum, etiam per viam confessionis debiti, per aliquem ex procuratoribus in qualibet obligatione constitutis more solito faciendæ, & hæredibus legitime citatis, seu alias arbitrio tuo exequi, & executioni demandari facere.

Censuras Eccles. promulgandi.

Et cætera alia faciendi quæ prædecessores facere consueuerunt.

Et generaliter omnia & singula alia quæ ad officium Auditoris Curiæ causarum huiusmodi de iure, vel ex priuilegio, aut vsu, seu literis, & consuetudine prædictis, olim spectabant, & quæ illi, qui pro tempore fuerunt curiæ causarum huiusmodi Auditores, ex concessis eis facultatibus facere, decernere, mandare, statuere, ordinare, & exequi quomodolibet poterant, seu consueuerant facere, dicere, mandare, statuere, ordinare, & exequi. Habituri ratos, & gratos processus & sententias quos, & quas, tu & tui Locatenentes prædicti pro tempore habueritis & tuleritis, ac reliqua omnia quæ in præmissis, & circa ea, ac quodlibet eorum feceritis, dixeritis mandaueritis, statueritis, ordinaueritis, ac facturi ea omnia, auctore domino in omnibus vsque ad satisfactionem condignam, inuiolabiliter obseruari.

Confirmatio eorum [illegible] Leon. X. & aliorum quæ in [illegible] decern. sup.

Et insuper eisdem auctoritate, & potestatis plenitudine, tam Iulij II. Leonis, X. & aliorum prædecessorum huiusmodi literas quam omnia & singula priuilegia, indulta, facultates, iurisdictiones, & gratias, officio Auditoriatus, & Auditoribus, prædictis quomodolibet concessa, ac cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, singulas desuper confectas literas, quarum omnium, & singularum literarum prædictarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus haberi volumus pro expressis, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, necnon perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, decernimus, illaque omnia & singula ad officium Auditoriatus, & Auditorem pro tempore existentem, perinde ac si eis specialiter, & expresse concessa, & pro eis, seu in illorū fauorem, statuta, & ordinata fuissent, extendimus, & ampliamus.

Dilationes & alternatiuæ non suffragantur obligatis in forma Cameræ, quoad bona [illegible] etiam quoad personas vide in dicta consti. 55. [illegible]. [illegible] vide in [illegible] consti. 31 fol. 335.

Quodque capitulum Odoardus, & capitulum Peruenit, ac quæuis alternatiuæ, seu moratoriæ, & dilationes etiam salinariæ, per quoscunque etiam eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales pro tempore decretæ, obligatis in forma Cameræ, quoad bona, nullatenus prosint. Quinimo obligationes in forma Cameræ, quoad bona tantum, debitæ executioni demandentur, etiam post mortem debitoris, non obstante quacunque appellatione, & superinde obtenta commissione de huiusmodi obligatione expressam mentionem non faciente, aut discussione hæreditatis vbilibet pendente, si per creditores data fuerit idonea cautio in forma depositi, de restituendo id quod receperint, prioribus, & potioribus creditoribus, in euentum succumbentiæ.

Locus A. C. in Capella Pont.

Officiales non molestent Auditorem super præmissis.

Quodque tu in capella, & reliquis actibus tam publicis, quam priuatis primum locum post Gubernatorem, & Oratores Principum, si Prælati fuerint, habeas, tibi indulgemus, ac volumus, & statuimus. Mandantes, & districtius inhibentes quibusuis Iudicibus, & personis quocunque nomine nuncupatis, ac quouis priuilegio munitis, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales fuerint, sub indignationis nostræ pœna, ac interdicti, necnon excommunicationis sententiis, quas si secus fecerint eo ipso incurrant, & a quibus præterquam in mortis articulo constituti, alias quam a nobis, vel Rom. Pont. pro tempore existente absolui non possint, ne in obligationibus in forma Cameræ, illarumque executione, aut aliis præmissis contra earundem præsentium tenorem quomodolibet, nisi vt præfertur se intromittere, aut te, vel Locatenentes tuos prædictos, super præmissis molestare præsumant. Decernentes præsentes literas, ac in eis contenta quæcunque sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & alterationibus, ac derogationibus, similium, vel dissimilium facultatum, concessionum, priuilegiorum, & indultorum, comprehendi, illasque, & illa de surreptionis, vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari nō posse, sed validas semper, & valida, ac efficaces, & efficacia existere & tibi suffragari in omnibus, & per omnia, ac si consistorialiter, & de fratrum nostrorum eorundem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ac seruatis quibuscunque seruandis emanassent, & concessa fuissent.

Clausula præseru.

Decretū irritans.

Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam causarum palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem Sāctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere. Ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & si opus sit de non tollendo iure quæsito, ac quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis, quibusuis Communitatibus Vniuersitatibus dictæ sedi mediate, vel immediate subiectis, ac quibusuis aliis quacunque dignitate etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, etiam Cardinalatus honore fulgētibus, personis, ac etiam nostris, & dictæ sedis Nunciis, & Legatis, etiam de latere per nos, & prædecessores nostros Rom. Pont. sub quibuscunque tenoribus, & formis, & pro quibuscunque causis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda, & certa exquisita forma foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dūtaxat harum serie motu & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse decernimus, ac omnibus illis, quæ singuli prædecessores prædicti in eorum literis voluerunt non obstare, contrariis quibuscunque.

Clausula derog.

Iuramentū A. C. præstet.

Volumus autem, quod anteqnā tu officium Auditoriatus Curiæ causarū huiusmodi exercere inceperis, de ipso fideliter exercēdo in manibus prædicti Camerarii nostri, seu eius locū tenētis solitū præstes iuramētū

Quodque

Quodque præsentibus transumptis manu Notarij publici subscriptis,& sigillo alicuius Curiæ ecclesiasticæ , seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis,eadem prorsus adhibeatur fides, quæ præsentibus adhiberetur,si essent exhibitæ vel ostensæ. Tu igitur prædictum Auditoriatus Curiæ causarum officiū huiusmodi prompta deuotione suscipiens,sic illud diligenti studio cum ea meditatione,ac integritate eaequaris,vt tua opera ad Dei laudem,& gloriam,ac earundem Ecclesiæ, & Curiæ bonum publicum, priuatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant,teque apud nos,& sedem prædictam, merito peramplius recommendent,vt speramus. Nulli ergo hominum liceat,hanc paginam nostræ absolutionis,concessionis,assignationis,constitutionis, deputationis,substitutionis,surrogationis,approbationis,confirmationis,innouationis,decreti extensionis,ampliationis,indulti,statuti,mandati,inhibitionis,derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius,se nouerit incursurum.Datum Romæ,apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo primo,Cal.Maij,Pont.nostri anno Secundo.

Fed.Card.Cæsius. Cæ. Glorierius. F.de Lyon.

XXXIX.

Iurisdictio & Facultates Protectoris & Iudicis, Confraternitatis Sanctissimi Crucifixi, in Ecclesia S. Marcelli de Vrbe.

Protector nunc est Illustrissimus & Reuerendiss. Alexander Cardinalis Farnesius Episcopus Ostiensis, & Collegij Card. Decanus.

Iudex autem ab eo deputatus est Mag. D. Matthæus Massa Iureconsultus Romanus.

PIVS Papa IIII.Motu proprio &c.

CVM sicut accepimus Venerabilis Confraternitas seu Societas imaginis Sanctissimi Crucifixi in Ecclesia Sancti Marcelli de Vrbe,eiusque Custodes,& Confratres,ob lites & quæstiones,quibus ad diuersa Vrbis Tribunalia occasione locationum,censuum,donationum, hæreditatum,legatorum , & diuersarum aliarum rerum eiusdem,tam agendo quàm defendendo iugiter implicita existat , quamplurima damna,& interesse patiatur,ac impensa litis valorem rei de qua ex tempore agitur sæpenumero exuperet , Nos Societatem prædictam,in qua pijssima charitatis & misericordiæ opera eleemosynas pauperibus & miserabilibus puellis dotes elargiendo,continuo impendi spectantur , ab huiusmodi dispendiis quantum possumus subleuare volentes,Motu proprio,& ex certa nostra scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine , Omnes & singulas causas,lites,quæstiones,& controuersias inter dictam Societatem,siue eiusdem dilectos filios Custodes,Officiales,& Ministros,& quascunque alias etiam singulares personas , tam laicas quam ecclesiasticas , vniuersitates, societates,congregationes,monasteria,& alia huiusmodi loca cuiuscunque gradus,status,ordinis, & conditionis existen.coram.S.R.E.Camerario,Regente,Præsidente,& Clericis Cameræ apostolicæ,necnon Vicario , Gubernatore,ac Senatore Vrbis,illiusque Collateralibus & Iudicibus,ac Appellationum causarum Curiæ Capitolij eiusdem Vrbis Capitaneo,& alijs quibuscunque Iudicibus ordinarijs, & a nobis specialiter quomodocunque commissariis deputatis,& delegatis etiam causarum sacri palatij Apostolici Auditoribus & Locatenentibus,ac eiusdem S.R.E.Cardinalibus,nunc & pro tempore motas,pendentes,& quomodolibet mouendas, super quibuscunque locationibus,venditionibus,donationibus,legatis,fideicommissis,testamentis hæreditatibus, ac illarum discussionibus,atque quorūcunque Iurium & actionū cessionibus,aliisque inter viuos contractibus , executionibus,reuocationibus, bonis, rebus iuribus,& actionibus Societatē prædictā eiusq; Custodes,Officiales,& Ministros & litis consortes,tam coniunctim quam diuisim,ac tam actiue quam passiue concernentibus , ad Societatem ipsam quomodolibet spectantibus, in quacunque instantia inter illam eiusque Custodes & alios præfatos,necnon alia æque vel magis pia loca,vniuersitates,monasteria,congregationes, & collegia quomodocunq; priuilegiata,ac viduas,pupillos,& alias personas etiam exemptas,pendentes & motas & mouendas, cuiuscunque gradus,status,conditionis,ordinis & naturæ existant, etiam præmissis expressis maiores , quarum omnium statum & merita,ac Iudicum & collitigantium nomina & cognomina,ac qualitates,cæteraque etiam de necessitate exprimenda, præsentibus haberi volumus pro expressis , in statu & terminis in quibus modo reperiuntur dummodo non sint instructæ harum [illegible] ad nos aduocantes , Dilectum filium nostrum Raynutium Farnesium Tit.S.Angeli presbyterum.S.R.E.Cardinalem,ac maiorem Pœnitentiarium,modernum, ac pro tempore existētem Protectorem eiusdem Societatis,Iudicem ordinarium,ac perpetuum ad prædictas nec non quascunq; alias similes vel dissimiles causas,ciuiles,ad Societatem huiusmodi pertinentes,tam per eos,quam contra eos , & inter eos,ac personas,vniuersitates,collegia seu alia loca prædicta etiam priuilegiata & exempta,tam actiue quā passiue,pro tempore mouendas,iuxta ordinariam facultatem,seu iurisdictionem tam Gubernatori , quam Regenti Cameræ Apostolicæ , seu Vicario nostro præfatis , & eorum cuilibet attributas , ac prout rerum qualitas exegerit,seu postulauerit,cum omnibus & singulis earum inciden.dependen emergen annexis & connexis,summarie,simpliciter,& de plano sine strepitu,ac figura Iudicij,& absque tela iudiciaria , & sola veritate inspecta, & absque aliquorum terminorum substantialium obseruatione , aut alicuius registri, vel extractus confectione, per se ipsum,seu alios ab eo deputandos,audiendas,cognoscendas fineque debito terminandas,auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo constituimus & deputamus,& ad hunc effectum illi etiā per alium seu alios quoscunque tam in Roman. Curia quam extra eam , etiam per edictum publicum , constito sibi etiam summarie de non tuto accessu,citandi & monendi,eisdemque,& præfatis.ac quibuscunque aliis eiusdem Vrbis Curiarum Iudicibus,& personis,tam Ecclesiasticis quam secularibus,quibus,& quotiens opus fuerit,etiam sub sententiis,censuris,& pœnis Ecclesiasticis,ac etiam pecuniariis,quibus sibi siue ab eo tempore deputando Auditori videbitur,inhiben.& in euentum nōn paritionis contra inobedien.contumaces & rebelles,ad declarationem incursus censurarum & pœnarum huiusmodi , illarumque aggrauationes , & reaggrauationes , & alias iuxta morem,& stylum dictarum Curiarū in similibus seruari solitum,ac alias prout sibi videbitur,procedendi,sen-

Causa consi[ll]it.

Aduocat ad se Pont.ista,omnes causas ciuiles,Societatem Crucifixi, actiue & passiue concernentes, & inter illam,& quoscūque alios etiam exemptos coram quocunq; iudice motas & mouendas.

Illorumque Iudicē ordinariū deputat Protectorē Societatis vel ab eo deputandum, cū facultate procedendi summarie &c.

De Iurisd. Gub. Vrbis vide sup. Leon x. const 7. Et si pro fol. 185. De Iurisd. Regētis Cameræ vide Sup.Pau 4 const. 34. Si ex præcepto fol 615. De Iurisd. Vicarii habes supra Pauli 3.const.43 a licet fol. 422.

Facultas præfati Iudicis , citandi etiam extra Curiam , & inhibē, sub cēsuris & pœnis pecuniariis &c.

Sententiasq; exequendi.

tentiamque, siue sententias debitæ executioni demandandi, siue demandari faciendi, Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias aliaque iuris & facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendi, auxiliumque brachii secularis ad hoc si opus fuerit inuocandi, omniaque

Contradictores etiam coercendi.

alia & singula in præmissis & circa ea quomodolibet necessaria & opportuna faciendi, geren. & exequẽ. plenam liberam ac amplam licentiam & facultatem atque auctoritatem concedimus. Decernentes quòd ipsius Reuerẽdissimi Cardinalis, Protectoris, siue ipsius deputandi pro tempore Auditoris, sententiis ordinationibus & decre-

Nullitas ex defectu Iurisdictionis, & citationis & mādati solummodo opponi potest.

tis, nullitas aliqua opponi nullo modo possit nisi ex defectu iurisdictionis, citationis, & mandati, Et licet ad instantiam quorumcunque hæredum, siue quorumlibet aliorum committatur in futurum vel etiam modo pendeat commissa causa discussionis alicuius hæreditatis, & dictæ Societati seu Custodibus & Officialibus ipsius, etiam virtute commissionis fuerit inhibitum, tamen ne exactio creditorum in præiudicium ipsius Societatis protelletur, data idonea cautione per dictos Custodes & Officiales, de restituen. summam debitam, in euentum succumbentiæ, prioribus & potioribus creditoribus, dictus Reuerendissimus Cardinalis Protector prædictos hæredes, siue alios quoscunq; debitores, seu ipsorũ quorũlibet ex quacũq; causa cessionariorũ, vel ab eis quõlibet, &

Facultas Iudicis societatis coḡẽdi heredes debitores & alios. ad satisfaciẽdũ Societati. data cautione de restituẽdo prioribus & potioribus. non obstante pendentia litis discussionis coram alio Iudice etiã Cõmissario, neque inhibitione inde secuta.

ex quocũq; titulo causam habentes, ad satisfaciẽdũ integraliter dictæ Societati, de eius credito iuris & facti remediis opportunis cogat, & cõpellat. Ac in oĩbus & singulis & quibuscunque causis præfatis, ad dictã Societatẽ vt supra spectã. singulis diebus & horis feriatis & non feriatis, præterquã in honorẽ Dei, etiam tẽpore feriarũ ob necessitatem hominum indicendarũ, procedat, Ac Notariũ actuariũ quem sibi placuerit deputet, Et quod citationes in causis prædictis etiam per Mandatarium Curiæ Capitolii fieri possint, Et quòd quicunque exequutores Tribunalium Vrbis, possint & debeant exequi & effectualiter executioni mandare, omnes & singulas sentẽtias decreta, & mandata præfati Raynutii Cardinalis Protectoris, siue ab eo deputatorum quæ non obstante regula Cancellariæ &c. sufficiãt si signata sint, eiusdem Raynutii Cardinalis paruo sigillo, Decernentes insuper Societatem prædictam eiusque Officiales & personas huiusmodi ex nunc deinceps occasione præmissorum alibi quam coram præfato Reuerendissimo Cardinali Protectore cõueniri aut ad alios conueniẽn. constringi nõ pos-

Facultas procedendi singulis diebus & horis.

se, ac processus sententias & decreta per alium siue alios tam ordinarios quam etiam specialiter deputatos & delegatos Iudices in causis præfatis quomodolibet pro tempore formatos, in prima instantia latas, & factas, cũ inde secutis quibuscunque, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris & momenti fore, Præsentes quoque lite-

Notariũque ad sui libitum deputandi.

ras sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & exemptionibus similium, vel dissimilium, gratiarum etiam per nos, & successores nostros Rom. Pontifices & Sedem præfatam, vel eius Legatos etiam per regulas Cancel-

Notarius ascẽsi d Tarquinius Caballutius Romanus.

lariæ Apostolicæ, pro tempore factas, etiam in fauorem Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis penitus & omnino exceptas esse & censeri, nec eisdem præsentibus per quascunque literas etiam quasuis clausulas generales, & speciales etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacũque verborum expressione in se continentes, derogari

Mandatarii Capitolii posse citare qui eius mandato ...

posse, & si illis vllo vnquam tempore, ex aliqua etiam quantumuis necessaria, & vrgenti causa derogari contingat, nisi tenor illarum de verbo, ad verbum nihil omisso insertus, & huiusmodi derogatio cõsistorialiter facta, ac per trinas & distinctas literas, eundem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus, Administra-

Executores omnes exequi debẽt eius mandata.

toribus siue Custodibus, ac aliis Officialibus Societatis huiusmodi legitime insinuata, & intimata fuerit, eorumq; ad id expressus accedat assensus, derogationem huiusmodi nemini suffragari. Sicque per quoscunque Iudices quauis auctoritate fungentes etiam præfatæ Roman. Ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cuilibet quauis

Decretũ irritãs.

aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari & diffiniri debere, irritum quoque &c.

Clausulæ præseruatiuæ.

attemptari. Non obstan. præmissis & fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non traha-

Clausulæ derog.

tur, aliisque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, nec non Fabricæ prædictæ, ac hospitalium, ecclesia-

De Priuilegiis Fabricæ S. Petri habes sup. f. 392. Clem. 7. const. 8. Admonet.

rum, monasteriorum, & aliorum quorumcunque locorum & ordinum etiam exemptorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis cõseruatoriis, exemptionibus, & literis apostolicis, eisdem ac dilectis filiis Po. Ro. nec non Iudicibus, curiis, & Tribunalibus eorumque personis, per quoscunque Roman. Pontifices prædecessores nostros ac nos, & dictam sedẽ, etiam motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus, ac alias sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, nec non reformationibus, etiam nouiter factis, ac paribus motu & scientia approbatis, etiam disponẽtibus, quòd causæ huiusmodi ad forum seu Curiam Capitolii reassumi debeant, Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter & expresse, ac eisdem motu & scientia & potestatis plenitudine, derogamus ac sufficienter derogatum esse decernimus, contrariis quibuscũque, Aut si præfatis vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici suspendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca Curias, & Tribunalia ad iudicium trahi non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorũcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa aut totaliter non inserta iurisdictionis ipsius Protectoris explicatio impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcunq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, Et quia difficile foret præsentes literas ad singula loca quibus illis, pro tempore opus fuerit deferre, Volumus, & præfata auctoritate decernimus, quòd illarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Protectoris. vel Societatis huiusmodi, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Curiæ etiam secularis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Placet motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sexto Idus Aprilis anno Secundo.

Appro-

XXXX.

Approbatio gestorum per Carolum Borrhomæum Mediolanen. Cardinalem S. Praxedis, & eius Auditores, & Ampliatio facultatum eiusdem, circa cognitionem & expeditionem causarum & negociorum Almæ Vrbis, totiusque status Ecclesiastici, &c.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nos ingrauescente iam ætate nostra, & diuersis grauissimis curis, præsertim reformationis Christifidelium curæ nostræ diuinitus commissorum plurimum impediti, omnia negotia, quæ ad nos, ratione tam huius almæ Vrbis, quam totius Status Ecclesiastici, vel alias vndecunque deferuntur, per nos ipsos discutere, examinare & expedire nequeamus, volentes indemnitati partium negotia prædicta pro tẽpore prosequen. opportune consulere, confidentes de literarum scientia, morum grauitate, integritate & prudentia Dilecti filii nostri Caroli, sanctorũ Viti & Modesti sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Cardinalis Borrhomæi, nostri secundum carnem ea sorore germana nepotis, cui infrascripta negotia oretenus commisimus, ne de commissionis & facultatis ipsius Caroli Cardinalis per aliquos dubitari contingat, Nos omnia per eundem Carolum Cardinalem, vel eius Auditores, hucusque gesta approbantes, & confirmantes, ac laudantes, Motu simili ipsum Carolum Cardinalem, ad, pro nobis, nomine nostro, ac auctoritate nostra, omnia & singula negotia, tam ecclesiastica etiam spiritualia, quam ciuilia & criminalia, aut mixta, gratiam vel iustitiam aut pœnam sanguinis & vltimi supplicii, ac confiscationis omnium bonorum concernen. dictæ Vrbis & totius Status Ecclesiastici nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecti, vel alias vndecunque, etiam in quibusuis casibus, & causis beneficialibus, aut matrimonialibus, & vsurariis coram eo pro tempore per simplicem citationem aut verbo (etiam si talia fuerint, quæ a nobis tantum audiri, discuti, examinari, expediri possunt, seu debeant) per se vel eius Auditores aut alium vel alios, quem vel quos subdelegauerit, audien. discutien. examinan. expedien. & terminan. ac a quocunque Iudice Ordinario, delegato, vel subdelegato, quascunque causas in quibuscunque statu & terminis in quibus reperientur, etiam si instructæ forent, ad se aduocan. ac per se vel alium seu alios cognosci & terminari mandan. & quæ in præmissis concedenda videbuntur, conceden. ac quæ expedierit & terminauerit seu concesserit debitæ executioni demandan. & demandari facien. necnon omnia & singula, quæ nos ipsi circa absolutionem & remissionem, aut gratiam & liberationem agere, exequi, & concedere possumus, etiã summarie sola facti veritate inspecta extraiudicialiter, sine scriptis, manu regia, vnica vel bina audientia, sine vlla terminorum etiam substantialium obseruatione, & absq; eo quod de illis vllo vnquam tempore, nobis, aut Successoribus nostris rationem reddere, ipse vel Auditores, aut ab eo delegati teneantur, libere agen. & exequen. ac conceden. Ita quod ratione negotiorum criminalium, aut alias quouismodo ex præmissis, aliquam irregularitatem, aut infamiæ maculam siue notam, idem Carolus Cardinalis eiusque Auditores & subdelegandi, necnon dicti Cardinalis Notarius, eiusque substitutus vel substituti, qui in ipsis causis scripserint, etiam si clerici existant, non incurrant, constituimus & deputamus per præsentes, necnon in præmissis omnibus & singulis ea omnia agen. exequen. & conceden. plenam & liberam concedimus facultatem & potestatem. Decernen. sic & nõ aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscunque, & ca in quibusuis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum, &c. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac statutis, &c. priuilegiisque indultis, & literis apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam pari motu, aut alias quomodolibet concessis, &c. quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro sufficiẽter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscunque. Præsentium etiam absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra, regula contraria non obstan. seu literas desuper etiam cum præmissorum omnium & singulorum maiori, & veriori expressione, etiam per Breue nostrum expediri posse decernentes.

Approbatio gestorũ per Card. S. Praxedis circa cognitionem & expeditionem causarũ & negociorum Almæ Vrbis, Statusque Ecclesiastici, &c.

Ampliatio facultatum eiusdẽ circa huiusmodi causas & negotia.

Præseruatio ab incursu in irregularitatem, vel infamiæ maculam.

Decretũ irritans.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sextodecimo Calendas Septembris. 1560.

XXXXI.

De impositione, & exactione annui Subsidii octo millium Scutorum, pro reparatione Portus Ciuitatis Anconæ, exponendorum.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

CIRCA Pastoralis officii curam nobis desuper meritis licet imparibus commissam, quantum nobis ex alto conceditur intendentes, ad ea mentis nostræ oculos vigilanter reflectimus, per quæ Portus Ciuitatum, & locorum nobis, & S.R.E. immediate subiectorum non solum ad tutelam, & commoditatem earundem Ciuitatum, ac etiam Prouinciarum totius Status nostri Ecclesiastici, libere conseruentur, sed etiã aduersus infidelium, & aliorum hostium inuasiones, ac deprædationes diligenter muniantur, & quæ propterea tempore aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, prouida sunt consideratione ordinata, vt votiuos sortiantur effectus libenter innouamus, & alias desuper prouidemus, prout temporum, rerum, & locorum qualitatibus accurate pensatis, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Cũ itaque, sicut accepimus, alias Consilium fe. re. Pauli Papæ IIII. prædecessoris nostri, in vim decreti, sub die decima Maii millesimo quingentesimo

Paul. 4. Consi. tum ord nauit sub die 2. Maii 1559 quolibet an no exponi debe re pro reparatio ne Portus Ancositani scuta octomillia, exigen da a Prouinciis Romandiolæ, Marchiæ, & Vmbriæ, & Communitate Anconitana.

gentesimo quinquagesimo nono per eos facti ordinauerit, & mandauerit, vt pro reparatione Portus, Ciuitatis nostræ Anconæ, quo nullum alium vniuersæ Romanæ Ecclesiæ ditio, ad Mare Adriaticum, nec commodiorem habet neque tutiorem; quolibet anno octomillia scuta soluerentur, quæ sic annuatim exigerétur videlicet a Romandiolæ duo millia, a Marchiæ Anconitanæ duo item millia, ab Vmbriæ Prouinciis nostris mille, a Communitate vero dictæ Ciuitatis Anconæ tria millia, & summa huiusmodi varijs de causis, & impedimétis abinde citra integre exacta non fuerit, quapropter Portus ipse vt oportuit, debite reparari, & communiri non potuerit: Nos considerantes si vnquam alias nunc certe maxime, eundem Portum, ad quem naues sine summo periculo iam adire non possunt, quique ob vicinitatem Turcarum sæuissimorum acerrimorumque Christiani nominis hostiú octuaginta, aut paulo amplius milliaria ab eo distantium grauissimo in discrimine assidue versatur, necessaria ceterique instauratione, ac munitione magnopere indigere, Volentesque propterea super his diligentiæ, ac solicitudinis nostræ remedio mature prouidere, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, quod Prouinciæ, & Ciuitas præfatæ summam octo millium Scutorum auri in auro, secundum ratam, vt præfertur specificatam, tam pro præterito, incipiendo a dicta die decima Maii anni 1559. vsque ad præsenté diem, quam deinde successiue in futurum pro eiusdem Portus reparatione continuanda, & concedente Domino feliciter absoluenda, donec nos aliud desuper ordinauerimus, soluere omnino teneantur, Ita tamen quod his, qui aliud iam hoc nomine soluerint, id totum, quod eos soluisse compertum fuerit, bonum fiat, & in solutionibus per ipsos faciendis deducatur, auctoritate apostolica tenore præsentium de maturo consilio, & deliberatione nostris statuimus, ordinamus, atque decernimus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub nostris arbitrii pœnis Prouinciarum ipsarum Vicelegatis, necnon locumtenenti Ciuitatis Anconæ nunc & pro tempore existen. vt summam octo millium scutorum huiusmodi quolibet anno iuxta taxam & distributionem prædictam a quibusuis Communitatibus vniuersitatibus, & personis illam soluere debentibus omni adhibita diligentia a personis per eos nominandis, & deputandis exigi, & sic exactam in manibus dilecti filij Hieronymi Ferretti Anconitani, quem depositarium pecuniarum eiusdem reparationis deputamus, quemque in manibus locumtenentis eiusdem Ciuitatis Anconæ de diligé ter pecunias huiusmodi administrando, & reddendo fidele computum de administratis, antequam officium huiusmodi exercere incipiat, idoneam cautionem præstare volumus, deponi & solui omni dilatione cessante curét & faciant. Nos enim eisdé Vicelegatis, & locumtenenti quoscunque renitentes & soluere recusantes, vel differentes, ac contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio cuiuslibet eorum infligendas & applicandas, cæteraque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendi, & ad solutionem prædictam cogendi, ac compellendi, necnon sui brachij militaris subsidium, ad hoc si opus fuerit adhibendi, aliaque faciédi, geren. & exequen. quæ in præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, plenam, liberam & omnimodam per easdem præsentes concedimus, & impartimur facultatem auctoritatem, & potestatem. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac Prouinciarum Ciuitatis, ac communitatum, vniuersitatum, & particularum personarum prædictarum, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, exemptionibus, immunitatibus, priuilegiis indultis & literis apostolicis, illis & eorum cuilibet in genere, vel in specie per Sedem apostolicam, ac etiam per nos quomodolibet concessis, confirmatis & sæpius innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis specialis, expressa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dútaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter, & latissime derogatum esse, neminique aduersus præmissa suffragari posse, aut debere volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, vbi opus foret, deferri, volumus, & dicta auctoritate apostolica decernimus, quod earundem præsentium literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dilecti filij Thesaurarij nostri generalis, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis plena, indubitata, & eadem prorsus fides vbique locorum tam in iudicio quam extra adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die nona Iunii M D L X I. Pont. nostri anno secundo.

Hic autem Pontifex, mãdat prædicta scuta octo millia auri in auro solui & exigi debere, tam a supradicta die impositionis, quã etiam in futurũ donec aliud ordinatum fuerit.

Executorum deputatio.

Cõtrauenientium pœnæ.

Clausulæ derog.

Cæ. Glorierius.

XXXXII.

Declaratio quod in Indulgentiarum, & gratiarum Piis locis concessarum reuocatione, (quam habes supra in const. 37. fo. 701.) non comprehenduntur Facultates S. Antonij; quæstuandi, & eleemosynas colligendi, citra vsum Indulgentiarum, & concessionem Confessionalium.

Alia declaratio & confirmatio priuilegiorum, & gratiarum S. Antonii habetur inf. in const. 136. Ex debito pastoralis, & ibi not.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

ROMANI Pontificis æqua & circumspecta prouidentia, ne concessiones, & indulta ab eo iuxta temporum exigentiam, præsertim in hospitalium infirmorum aliorumque piorum locorum subsidiú emanata, hæsitationis alicuius scrupulo subiaceant, sed certa semper indubiaque persistant, declarationibus aliisque consueuit opportunis remediis prouidere. Sane nuper postquam dilectis filiis Abbati, & Conuentui, Monasterii sancti Augustini Viennen. diœc. & illius hospitalibus, Præceptoribus, & domorum Administratoribus, & aliis religiosis, vt petita & obtenta per eos in primis ab ordinariis locorum annis singulis licentia, suas quæstas solitas vt prius continuare & exercere, ac eleemosynas a Christifidelibus erogatas in Monasterii Hospitalium & domorum prædictorum subuentionem (citra tamen Indulgentiarum vsum, & earum prædicationem aut confessionalium concessionem) recipere & leuare valerent ad beneplacitum nostrum concesseramus

ramus & indulseramus, illaq; super huiusmodi quæstis faciendis & eleemosynarũ perceptione per locorum ordinarios licentia vt præfertur ab eis petita & obtenta, aut Fabricæ basilicæ principis apostolorum de vrbe, ac Neapolitan. & aliarum redemptionis captiuorum societatum deputatos, seu quoslibet alios perturbari vel impediri non posse decreueramus, prout in diuersis nostris sub Annulo Piscatoris desuper cõfectis literis plenius cõtinetur. Cum ad aures nostras peruenisset, quamplures Commissarios, Nuncios, Quæstores, & alios procuratores quamplurimarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, Confraternitatum, Societatum redemptionis captiuorum, aliorumque piorum locorum, quibus diuersa Priuilegia, Indulgentiæ facultates & aliæ gratiæ per nos & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros concessa fuerant, priuilegiis, indulgentiis, aliisque gratiis huiusmodi in sedis apostolicæ dedecus & fidelium scandalum diuersimode abuti. Nos scandalis huiusmodi obuiare volentes, omnia & singula indulgentias, confessionalia, facultates, gratias, & indulta omnibus & singulis monasteriis, hospitalibus, ecclesiis, confraternitatibus & aliis regularibus & piis locis & personis vbilibet constitutis, præterquam pro redemptione captiuorum, expeditione contra infideles & Fabrica prædictis, cum facultate illa per quæstores deferendi quomodolibet concessa suspendimus, cassauimus, & reuocauimus, ac illa personis ecclesias, monasteria, hospitalia & alia pia loca prædicta personaliter visitantibus duntaxat suffragari volumus, illaque per quæstores minime deferri debere declarauimus, etiam cum priuilegiorum & indultorum Apostolicorum quibusuis monasteriis aliisque religiosis locis prædictis concessorũ derogatione, cæterisque aliis clausulis & cautionibus, prout in schedula motus proprij manu nostra sub Dat. Septimo Cal Maij, Pontificatus Nostri Anno Secundo signata, plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus à non nullis in dubium verteretur, an concessiones & indulta Monasterio sancti Antonij, eiusque Hospitalibus, Præceptoribus, domorum Administratoribus aliisque personis prædictis per nos vt præmittitur concessas, sub suspensione, cassatione, reuocatione, voluntate, & declaratione, ac desuper signata motus proprij schedula nostris prædictis comprehendantur: Nos quorum intentionis non fuit Monasterium sancti Antonij, eiusque Hospitalia, Præceptorias, loca & personas prædicta nullas utpote Indulgentias, nullaque Confessionalia per quæstores circũferentia sub suspẽsione, cassatione, reuocatione, voluntate & declaratione huiusmodi complecti, omnem in hac parte dubitationis scrupulum de medio submouere ac Monasterij, & Hospitalium eorundem indẽnitati consulere volentes, Motu proprio & ex certa nostra scientia per præsentes attestamur & declaramus non fuisse mentis, neque intentionis nostræ, cõcessionibus & indultis per nos Monasterio sancti Antonij & eius Hospitalibus, Præceptoriis, & aliis locis seu domibus ab illis depedentibus & personis paulo ante sic vt præfertur concessis, per subsequentes suspensionem reuocationem, declarationem, voluntatem, & limitationem, ac desuper signatam motus proprij schedulam nostras prædictas in aliquo derogare vel alias vllatenus præiudicare voluisse, quin potius Monasterium sancti Antonij eiusque Hospitalia, Præceptorias, Domos, & alia inde dependentia loca & personas, ac illis cõcessa indulta prædicta ab huiusmodi suspensione, reuocatione, declaratione, voluntate, & limitatione, ac desuper signata schedula prorsus excepta, nec in illis vllatenus comprehẽsa fuisse & esse, sed illa valida & efficacia permanere, suosque plenarios effectus, ac si nostra motus proprij schedula prædicta non emanasset, sortiri. Et sic per quoscunque iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis quauis aliter interpretandi facultate iudicari & diffiniri debere decernimus. Non obstantibus præmissis ac omnibus illis, quæ in dictis prioribus literis nostris non obstare volumus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus fides de illis facienda erit, transmittere, volumus & similiter dicta auctoritate decernimus, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, ea prorsus vbique etiam in iudicio fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris, Die decimanona, Iunij, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus nostri anno secundo.

Prætereaerat iste Pontifex vt Monasterij Hospitalis & aliorũ locorum S. Antonij, facultas quæstas ea mouere, & eleemosynas colligere possent, citra publicationẽ Indulg. & Confessionalium cõcessionem, sed hanc const. hic nõ habes.

Deinde reuocauit Indulgentias & gratias similes quibuscunq; Piis locis concessas, sup. in const. 37. Cum nos nuper fol. 705.

Modo autem declarat sub tali reuocatione nõ cõprehendi istas facultates S. Antonij.

Sed pro declaratione vide cõstitutionem hic in rubr.

Decretũ irritans.

Clausula derog.

XXXXIII.

Alumina Infidelium ad partes Christianorum deferri, & mercari prohibet, & contrauenientibus eorumque complicibus & fautoribus pœnas imponit.

Prohibitionem huiusmodi optima ratione introduxit Pius II. vt habes sup. in Leon. X. constit. 36. Sicut fol. 547.

Similem constitutionem fecit etiam Iul. III. vt habes sup. fol. 452. nu. 48. Et si ea, ac Iul. III. fol. 543. nu. 42. Et ũ ea, quas confirmauit Greg. XIII. in constit. 21. Minoris.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

EX apostolicæ seruitutis officio consueuit Roman. Pontifex ad nefarios peruersorum hominum cõmune Reipublicæ Christianæ commodum, decus, & honorem ac mandata apostolica in suarum animarum perniciem, & apostolicæ sedis contemptum impie conuellentium conatus aliquando reprimẽdos, suorum prædecessorum gesta nonnunquam innouare, & innouata confirmare, quo videlicet cæcis falsorum Christianorum imo perfidorum Iesu Christi transfugarum furoribus, turpissimæque auaritiæ, ac diris Ecclesiæ Catholicæ execrationibus, detestatis illorum lucris obuiando, transgressores ipsi meritis nedum spiritualibus, quas impendenti peruicacia spernere dignoscuntur, sed etiam temporalibus pœnis afficiantur, & tandem malo suo a vetitis abstinere discant, cæteri vero si non virtutis amore, Deique reuerentia inducti, saltem pœnarum formidine perculsi talia perpetrare non præsumant. Sane multorum clamoribus, & fide dignorum relatione non sine mentis nostræ mœrore accepimus, quod licet dudum felicis recordationis Iulius Papa II. prædecessor noster eos qui Alumina Infidelium, ad partes Christianitatis importari, seu aduehi facere non verebantur,

Iul. 5. mulctas poenas imposuit asportantibus Alumina infidelium ad Christianos vt habetur in Leon. X. cōst. 36. secūt. fol. 347. vbi nota ib. nos prohibitio nes.

Paul. 3. easdē poenas promulgauit & contra cōplices & fautores in eius const. 47. & fol. 452.

Iul. 3. idē fecit in eius const. 42. & fol. 543.

bantur anathematis sententiæ subiecerit, & eos omnibus eorum bonis priuauerit, aliasque poenas contra simi-lia perpetrantes promulgauerit, prout in eius literis desuper confectis latius continetur, Nihilominus in dies hominum crescente malitia nonnulli nomine tantum Christiani, sed re ipsa Christi, & Ecclesiæ hostes, prohibitiones, poenasque huiusmodi pro nihilo habentes, Alumina ipsa ex Infidelium partibus ad Fideles temerarie importari, & conuehi facere moliuntur, in eorum animarum damnationem, Romanæ Ecclesiæ dedecus, & fidelium, ac plurimorum scandalum. Nos igitur super hoc iuxta nobis creditæ dispensationis officium opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, dicti Iulij, necnon piæ memoriæ Pauli III. & Iulij etiam III. qui per similes suas literas in omnes, & singulos contrafacientes prædictos diuersas censuras, & poenas statuerunt, & fulminarunt, aliorumque Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum contra hosce noxios homines editas literas harum serie confirmantes, & approbantes, illasque plenarie innouantes, omnes & singulos cuiuscūque status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, eorumque socios, complices, familiares, & sequaces, qui de cætero Alumina huiusmodi ex Turcarum, aliorumque infidelium partibus ad partes Christianitatis conducent, seu conduci facient, aut conducta, & adducta vendent, ement, laborabunt, aut se in illis vel circa ea, etiam vt vulgariter dici solet, assecurando Naues, & Alumina ipsa, seu alias de illis quomodolibet se immiscebunt, & eorum quemlibet, quorum nomina, cognomina, qualitates, status, gradus, & conditiones præsentibus haberi volumus pro expressis, omnes & singulas poenas in literis

Hi autē Pont. suprad. constitutiōes et poenas innouat & cōfirmat.

Et obseruatque eos dem & alias poenas imponit.

Quod fecerūt et præfati Paul. 3. & Iul. 3.

dictorum Iulij II. Pauli III. & Iulij etiam III. aliorumque prædecessorum contentas incurrere declaramus, & pro eorum ampliori confusione etiam de nouo ex parte omnipotentis Dei, Patris, Filij, & Spiritus sancti, non auctoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli ac nostra, excommunicamus, anathematizamus, aggrauamus, reaggrauamus, & æternaliter maledicimus, intestabilesque, & vt publice repulsi nullum inueniant huiusmodi malitiæ successorem, cuiuslibet hæreditatis etiam ab intestato, & quorumcumque officiorum publicorum incapaces reddimus, eisque quoscunque actus legitimos interdicimus, ita vt in iudicio, aut extra stare, agere, vel audiri non possint, ciuitatesque, terras, oppida, castra, villas, & loca quæcūque terrestria, & maritima ad quæ eos, & eorum quemlibet declinare contigerit, nisi infra terminum vnius diei, postquam de eis qualiscunque notitia habita fuerit, ab illis eijciantur, ecclesiastico interdicto supponimus, a quibus excommunicationis, & anathematis, ac alijs censuris, & poenis absolutionem, & interdicti relaxationem etiam vigore quarumcunque facultatum siue confessionalium a nobis, vel apostolica sede, aut eiusdem sedis Legatis sub quacunque verborum forma concessorum obtinere non possint, nisi a nobis, vel successoribus nostris Roman. Pontificibus canonice intrantibus, aut in mortis articulo constituti. Et nihilominus vt præmissa efficaciorem sortiantur effectum, Motu, scientia, & potestate similibus, omnibus & singulis ciuitatum, terrarum, oppidorum, castrorum, villarum, & locorum prædictorum dominis, communitatibus, vniuersitatibus, magistratibus officialibus & priuatis personis, vt præfatos conducentes, ementes, vendentes, laborantes, aut in eis se quomodolibet immiscentes, socios, familiares, complices, & sequaces præfatos, ac eorum quemlibet quos ad loca præmissa declinare contigerit, infra dictum terminum ab eorum locis expellant & eijciant, seu expelli & eijci faciant, eisque & alijs personis fidelibus, ne cum eis conuersationem, commercium, aut negociationem aliquam habeant, sub excommunicationis latæ sententiæ poena mandamus, necnō omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus quorumcumque Monasteriorum, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis, singulisque Canonicis, & personis Metropolitan. Cathedralium, siue Collegiatarum, ac Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Locatenentibus eorundem, Vicarijs perpetuis, & Capellanis, ac quorumcunque Conuentuum Religiosorum etiam Mendicantium Prioribus siue Guardianis, & eorum cuilibet insolidum districte sub diuini iudicij interminatione, quatenus infra terminum trium dierum post præsentium notitiam in Ecclesijs suis, dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit, non solum semel, sed quocunque Dominico, vel festiuo die præfatos Alumina infidelium ad fideles conducentes, ementes, vendentes, laborantes, & se de illis immiscentes, socios, familiares, complices, & sequaces, ac alios prælatos, qui posthac conducent, seu conducta ement, vendent, contrahent, laborabunt, assecurabunt, & alias quomodolibet se immiscebunt, excommunicatos, & anathematizatos fore, alijsque sententijs, censuris, & poenis prædictis subiacere, illasque incurrisse & in futurum incurrere, & a commercio fidelium vitandos, & ad diuina audiendum minime admittendos esse, aliasque censuras & poenas præmissas incurrisse, & incurrere publicent, & denuncient, publicarique & denunciari faciant, eisdem Motu, scientia, & potestate præcipimus, præsentesque ad plenæ, & certæ notitiæ nostræ præfatæ aliorumque præmissorum omnium, & singulorum probationem vbique sufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, earumque transumptis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra fidem adhiberi perinde ac si originales literæ exhiberentur. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios, tam ecclesiasticos, quam seculares, in quacunque instantia in Romana Curia, & extra eam in quocunque foro sententiari, decidi, interpretari, ac iudicari debere, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter sententiandi, decidendi, iudicandi, & interpretandi facultate, ac irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutisque, & consuetudinibus etiam municipalibus iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innouationis, declarationis, excommunicationis, anathematis, aggrauationis, reaggrauationis, maledictionis, redditionis, interdictionis, suppositionis, mandati, præcepti, decreti & declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1565, octauo Id. Ianuarij Pont. nostri anno secundo.

Mandat etiam Dominis & Officialibus locorum vt eos expellant de locis ad quæ declinabunt.

Episcopisque & alijs præcipit vt eosdem publicent excōmunicatos & c.

Decretū Irritās.

Clausulę derogatoriæ.

F. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

L. Barengus.

Extenditur

XXXXIV.

Extenditur constitutio Pauli III. circa causas ciuiles interesse Fisci Papæ tangen. in Camera Apost. cognoscendas, vt procedat etiam si Fiscus in alterius Iudicis Iurisdictionem consensisset, vel eius interesse principaliter, aut secundario detegeretur in causis inter priuatos verteo.

Hanc const. Pauli III. habes sup. fol. 489. ou. 77. Non sine animi, & ibi remissiue notaui concord. Materiæ Fisci.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM (sicut accepimus) licet Ro. Pont. prædecessores nostri, pro causis ciuilibus Fiscũ nostrũ tãgen. propriũ tribunal Camerarii, ac præsidẽtiũ Cameræ Apostolicæ maximis rõnibus, & nõ modico eiusdẽ Cameræ dispẽdio, vt causæ præfatæ per præfatos pro tẽpore præsidẽtes in Cam. apostolica, vbi & procurator Fisci nostri apostolici interueniat, discutiãtur, disputẽtur, & notentur, vtq; ipse procurator Fisci nostri non cogatur pro causis Fiscũ vt præfertur, tãgen. cũ nõ modica eius ab occupationibus sui Officii distractione, & nõ sine etiã indignitate Officii, quod loco præfati Cæsaris successit, & illius priuilegio in dictis causis vtitur, saltẽ rõne interuẽtus sui in Camera, dũ ipsæ causæ inibi discutiuntur, & notãtur, & fe. re. Paulus III. prædecessor noster, tẽpore suo, ista ratione per præinsertũ eius motum proprium dictas causas Fiscum tangen. extra Cameram coram aliis Iudicibus & tribunalibus Vrbis inter Fiscum & priuatum commissas, vel aliter cæptas, siue in petitorio siue in possessorio, ac quibusuis statu, & terminis, etiam si instructæ fuerint, ad se auocauerit, & eidem Camerario, & Præsidentibus, ac in proprio tribunali commiserit, necnon etiam in futurum committendas vel alias incipiẽdas alias similiter, absque alia pro tempore Rom. Pont. signatura vel mandato, propria eorum auctoritate ad se auocan. & reassumendi, liberam facultatem concessit. Cumque (sicut accepimus) non desint qui post reassumptionem in Camera apostolica vt præfertur, facta contra Fiscum, in signaturis adhuc ad alios iudices trahere conantur, diuersis prætextibus, ac præcipue quando pro tempore procuratores Fiscales coram aliis iudicibus, aliquando per incuriam vel multiplicitatem negotiorum, proprii in hoc priuilegii fori non memores agere, vel respondere, vel alias in Iudices non suos consentire cæperunt, ac etiam quando in processu causarum inter priuatos, interesse Fisci detegitur principaliter vel secundario. Nos attenden. quod priuilegium fori Fisco concessum, concernit publicum, & quod ista ratione idem Paulus prædecessor causas inter Fiscum & priuatum etiam alibi instructas, per præinsertum motum proprium auocauit, & quod quandocumque etiam in causis, quæ inter priuatos aguntur, detegitur Fisci interesse, siue principaliter, siue secundario, idem Fiscus debet gaudere sui fori priuilegio, & alios trahere, & non trahi, Motu simili, ac ea certa scientia hæsitationes & difficultates huiusmodi submouere, ac etiam Fisco nostro & illius pro tempore procuratoris incõmoditati, ac in dignitati occurrere cupientes & deben. Motu simili, ac ex certa scientia præinsertum Motum proprium, tam quo ad iam alibi, etiam in Rota, & Motu proprio commissas & alias cæptasque in posterum committendas, vel alias incipien. causas, innouamus. Declarantes illum extendi, & quatenus opus sit, extendentes, etiam ad causas, in quibus Procurator Fisci, agendo vel defendendo, coram aliis Iudicibus & tribunalibus comparendo, vel alias consensisset, & illorũ Iurisdictionem prorogasset, ac etiam vbi interesse Fisci, siue principaliter siue secundario in causis iam inter priuatos cæptis, detegeretur, dummodo sit interesse ciuile, & dummodo causæ huiusmodi, etiam quod in illis vertatur interesse Fisci, non sint per commissiones manu nostra propria, scientes de interesse Fisci aliis iudicibus & tribunalibus, cum speciali & expressa præsentis Motus proprii derogatione, commissæ non fuerint, quas nolumus præsentibus esse comprehensas, sed semper exceptas, Dantes, saluis præmissis, eisdem Camerario, & Præsidentibus plenariam & liberam facultatem & auctoritatem, prædictis, & aliis quibusuis inhiben. fuerit in Romana Curia, & extra eam, & sub cen. & pœnis, etiam quo ad causas similes in futurum extra Cameram committẽdas, propria eorum auctoritate, sine alio nostro mandato, nec signatura, inhiben. & in causis huiusmodi, non obstan. quibuscunque signaturis & inhibition. hactenus factis, & in futurum facien. nisi commissiones in futurum præsentandæ, manu nostra cum præsentium de verbo ad verbum insertione, & illarum derogatione signatæ fuerint, procedendi, citandi declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdictum ponendi, auxiliumque brachij secularis inuocan. cæteraque alia facien. dicen. geren. & exequen. quæ in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna fuerint. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac Cameræ apostolicæ clausulis statutis & consuetudinibus, ac reformationibus, etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis, quibus (illorum tenores, causas, & effectus pro expressis & insertis haben. & exprimi, ac de verbo ad verbum inseri posse, decernen.) latissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis, Volentes præsentium solam signaturam sufficere, & vbiq; tam in iudicio quam extra fidem facere, absque alia literarum expeditione, seu quod literæ in forma breuis ad perpetuam rei memoriam, cum maiori, vera, & ampliori specificatione omnium & singulorum præmissorum, & circa ea necessariorum, latissime exten. adeo quod contraria quæcunque penitus & omnino tollantur, & non obstent.

Paul. 3 auocauit ab omnibus Iudicibus, ciuiles causas sui Fisci interesse concernen. & illas ac alias inc[...]endas in Camera Apo. cognosci manda uit ut in eius cõst. 77 Non sine fol. 489.

Multi tamen petebant tenebant cont. Pauli non procedere, quando Fiscus ... nem alter ... contentisset, vel eius interesse secũdario detegeretur in causis inter al os vertentibus.

Hic igitur Pontifex extendit dictam constitutionem etiam ad illos casus.

Clausula derogatoria.

Sola Signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Die 26. Iulii, millesimo quingentesimo sexagesimo primo.

Præsentetur B. Amerin. Regens.
Andreas Panizza Magister Cursorum.
Præsentatus per Iulium Parinum Cursorem.

Registrata apud D. I. Thomam Caresanum, præfatæ Cameræ Notarium.

XXXXV.

Concessio Thermarum Diocletiani de Vrbe, Fratribus Ordinis Cartusien. pro construendo nouo Monasterio, cum applicatione omnium bonorum & redditruum, Monasterij S. Crucis in Atrio Sessoriano de Vrbe, eiusdem Ordinis.

De Materia istorum Fratrum habes etiam infra in Pij V. const. 22. Regularium.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SVPERNA dispositione cuius inscrutabili prouidentia ordinationem suscipiunt vniuersa, in supereminenti Apostolicæ dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, inter cæteras curas humeris nostris incumbentes, illa libenter amplectimur, per quam nostræ prouisionis ope, Monasteria singula, præsertim in Alma Vrbe nostra consistentia, ne his propter aeris intemperiem debita Monachorum piis meditationibus diuinisque beneplacitis ibi vacantium frequentia destitutis, diuinus cultus vllum patiatur dispendiũ, in loca salubriora transferatur, vbi alia tã ad Dei Virginisq; Matris laudẽ & honorẽ, etiã ad Vrbis ornatũ, Monasteria cõstruantur, illaq; nonnunquã cœlestibus muneribus decorantes, nostram etiã ad id necessariæ opis dexteram, liberaliter extendimus, ac aliter in his disponimus, prout ea partes nostras concernere, & salubriter in Domino conspicimus expedire. Considerantes itaque Monasterium sanctæ Crucis in Hierusalẽ nuncupatũ in Atrio Sessoriano de Vrbe Cartusien. ordinis aeri tam maligno subiacere, ut dilecti filii illius Prior & Conuentus non sine magno vitæ suæ discrimine æstiuo præsertim tempore inibi residere, debitumque altissimo famulatum, præstare valeant, & si in Thermis Diocletiani nuncupatis etiam de Vrbe, quæ ad nos & Cameram Apostolicam pertinent, Ecclesia in qua Prior & fratres præfati, diuinis obsequiis insistant, erigeretur & institueretur, illaque vna cum Thermis ipsis Priori & fratribus præfatis, ad hoc vt ipsi aliud ibi Monasterium cum claustris cellulis, aliisque officinis & ædificiis iuxta ipsius ordinis ritum construere, & ad quod se transferre, ac vbi deinceps habitare possent concederetur & assignaretur, ac fructus redditus prouentus census possessiones & alia bona mobilia & immobilia, necnon ornamenta, & sanctorum reliquiæ eiusdem Monasterii sanctæ Crucis ad ipsum sic erigendum Monasterium eiusque Ecclesiam transferrentur ac illis applicarentur, ex hoc profecto non solũ corporali Priores, & singularum personarum Conuentus prædictorum sanitati prosperæque valetudini, & diuini cultus augmento, verumetiam Thermarum quarum parietinæ permulta iamque secula derelictæ & neglectæ paulatim collabi noscũtur, manutenentioni, & Vrbis prædictarum decori, venerandæque in eis antiquitatis memoriæ non mediocriter consuleretur. Quare nos qui hoc opus pium & honestum quantum in nobis est promouere, dictamque Ecclesiam ad Dei laudem & honorem sub inuocatione sanctæ Mariæ Angelorum sumptibus nostris construere & ædificare Domino cooperante propediem intendimus, Priorem, & singulares personas Conuentus huiusmodi a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis cẽsuris & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existũt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon omnium & singulorum priuilegiorum prærogatiuarum immunitatum, exemptionum, libertatum, indulgentiarũ etiam plenariarum peccatorum remissionum indultorum, aliarumque facultatum & gratiarum eisdem Monasterio sanctæ Crucis eiusque Ecclesiæ Priori Conuentui ac fratribus, & personis Ecclesiam ipsam visitantibus, quomodolibet concessorũ, literarum desuper confectarum tenores, ac Monasterii ea Conuentus fructuum redditũ & prouentuum etiam annuorum, & Thermarum prædictorum valores, aliorumq; hic etiam de necessitate exprimendorũ cõpendia præsentibus pro sufficiẽter expressis habentes Motu proprio non ad ipsorũ Prioris & Cõuentus, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed de nostra mera liberalitate Thermas prædictas cum omnibus & singulis suis ambitu, parietinis, turibus & pertinentiis ab ipsa Camera, & præterea si dilecti filii Populus Romanus, eorumue Cõseruatores vel alii Magistratus ius aliquod in eisdẽ Thermis, vel ad illas habere, aut alias quoquomodo prætẽdere possent, illud quodcunque sit ab eis auctoritate Apostolica tenore præsentiũ perpetuo abdicamus separamus & abrogamus, illaq; Priori & Conuentui atq; adeo vniuerso ordini prædictis ad præmissum & infrascriptum effectum omni meliori modo etiã perpetuo liberaliter donamus cõcedimus & elargimur, Necnõ Priori & Conuentui ordiniq; præfatis, ac eiusdem ordinis superioribus fratribus, & personis pro tẽpore existẽtibus, vt ibi in loco de quo sibi magis videbitur Monasteriũ eiusdẽ ordinis cũ claustris cellulis hortis bottaliciis, aliisq; officinis & ædificiis opportunis, & iuxta ipsius ordinis ritũ fieri solitis cõstruere, & ædificare, seq; ad illud conuentus licẽtia minime requisita transferre, & ibi permanere, ac oĩa & singula sui antiqui Monasterii prædicti suppellectilẽ, ac ecclesiastica paramẽta, ornamẽta, sanctorum reliquias, ædificiorũ etiã antiquorũ materias qualcunque, aliasque res, tã sacras quam profanas, & mobilia bona ad nouum Monasteriũ eiusq; ecclesia huiusmodi transportare, & ibi in locis decentibus & cõgruis recondere, & cõsignare, necnon Thermarũ parietinis, areis, & aliis locis ad huiusmodi constructionẽ suamq; habitationẽ vti omnia & singula in eisdẽ Thermis earumq; pertinentiis tanquam in re propria facere & exequi libere, & licite valeant, plenã & liberam eisdẽ auctoritate & tenore licentiam facultatẽ & auctoritatem de speciali gratia concedimus, et indulgemus. Necnon fructus redditus prouentus, census, iura, obuentiones, et emolumenta actiones iurisdictiones et alia immobilia bona vniuersa ad Monasterium sanctæ Crucis, et eius Ecclesiam etiam ex fundatione et donatione, ac Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum, Imperatorum aliorumq; Principum, et Christifidelium largitionibus, ac alias quomodolibet spectãtia, et quæ in futurũ pertinere possent, ab eisdẽ Monasterio et Ecclesia S. Crucis, auctoritate prædicta dismẽbramus, & separamus. Illaque Monasterio et Ecclesiæ in Thermis construendis huiusmodi etiam perpetuo applicamus, et appropriamus; Necnon omnia et singula priuilegia prærogatiuas immunitates exemptiones libertates indulgentias etiam plenarias peccatorum remissiones quibusuis anni festiuitatibus et diebus ibidẽ concessas, aliasq; facultates, indulta et gratias, Monasterio sanctæ Cru-

cis,

Fratres Ordinis Cartusien. ob aeris malignitatẽ residere non valentes in Monasterio S. Crucis Atrio Sessoriano de Vrbe.

Idem Pontifex illis cõcedit & donat, Thermas Diocletiani nuncupatas in Vrbe, vt ibi Monasterium construant & ad illud se trãsferant cũ omnib. ante qui Monasterii S. Crucis ornamentis & bonis, & sanctorum reliquiis.

eis eiusque Ecclesiæ Priori Conuentui fratribus & personis, ac fidelibus illa pro tēpore visitantibus per quoscū que quomodolibet concessa, ac etiam Stationes hactenus in ipsa Ecclesia sanctæ Crucis Quadragesimali, & aliis anni tēporibus haberi & celebrari solitas, cū suis Indulgentiis & meritis ad construendū Monasteriū eiusq; Ecclesiā exnunc prout extunc postquā constructa & ædificata, fratresq; ad illa translati fuerint, ac Priorē Conuētū fratres personas & illa visitantes prædicta respectiue transferimus, & transportamus. Et nihilominus potiori pro cautela illa omnia & singula eisdē modo & forma quibus Monasterio S. Crucis, & illius Ecclesiæ Priori Cōuentui fratribus personis & aliis illa visitantibus cōcessa sunt Monasterio & eius Ecclesiæ construendis, etiā exnunc prout extunc postquā constructa fuerint, ac Priori Conuentui fratribus & personis huiusmodi plenarie, ac perpetuo ex certa scientia innouamus & de nouo concedimus, Et insuper vt Ecclesia in Thermis per nos ædificāda huiusmodi in maiori veneratione habeatur, ipsique Christifideles illa eo libētius inuisant quo se maiora dona spiritualia ex hoc senserint esse consequuturos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius auctoritate confisi, omnibus & singulis vtriusq; sexus Christifidelibus vere pœnitentibus & cōfessis, seu statutis a iure tēporibus confitendi propositū habentibus, qui dictā Ecclesiā Natiuitatis, & Paschatis, Resurrectionis Dominicæ, Pētecostes, & Veneris sancti in Parasceue, ac Natiuitatis, Purificationis, & Assumptionis eiusdē beatæ Mariæ Virginis festiuitatibus, ac etiā in die Dedicationis eiusdē Ecclesiæ a primis vesperis vsq; ad occasum solis festiuitatū & dierū huiusmodi deuote visitauerint, plenariā omniū peccatorū suorū Indulgētia & remissionē etiā perpetuo auctoritate & tenore præfatis de simili gratia cōcedimus elargimur & indulgemus, Necnon Monasteriū in Thermis ædificandū, eiusq; Ecclesiā huiusmodi in titulū, vel denominationē Cardinalatus, aut alterius cuiusuis perpetui beneficii ecclesiastici per nos, vel successores nostros Roman. Pontifices pro tēpore existentes & Sedē Apostolicā quouis prætextu, vel occasione aut ex quacunque etiā vrgentissima & necessaria, vel alias rationabili causa etiā consistorialiter nullo vnquam tempore erigi, vel alias de illa quoquo modo in alterius quā ipsius Cartusien. ordinis fauorē, & de expresso illius superiorū consensu disponi posse, ac quascunq; erectiones, collationes, prouisiones vniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, concessiones, & alias contrarias dispositiones de illis pro tēpore etiā consistorialiter vt præfertur factas nullas & inualidas nulliusq; roboris vel momenti existere, nec cuiquam per illas ius acquiri, seu coloratum possidendi titulum tribui, seu alias in aliquo suffragari posse, Præsentesque literas, & in eis contenta quæcunq; vim validi & efficacis contractus inter nos, & Sedē ex vna ac Priorē, & Conuentū, ac ordinis superiores prædictos partibus ex altera legitime initi & solenniter etiā in Consistorio de fratrū consilio stipulati prorsus habere, Nec concessiones & alia præmissa literasq; præsentes de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis defectu quauis ratione quæsitoue colore vllatenus notari, vel impugnari, nec quemquā ea oppugnantem in iudicio, vel extra etiā sub excōicationis latæ sententiæ pœna audiri posse. Et sic per quoscunq; Iudices, & Commissarios etiā S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, necnon quicquid secus, super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignorāter attentari contigerit, irritū & inane decernimus, ac etiā perpetuo statuimus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Feltren. & Amerinē. ac Pisaurē. Episcopis per apostolica scripta Motu simili mādamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorū per se, vel aliū, seu alios præsentes literas & in eis contēta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte Prioris, Conuentus, ac superiorū ordinis & fratrū prædictorū aliorumq; quorū interest fuerint requisiti, solēniter publicantes, eisq; in præmissis omnibus & singulis efficacis defensionis præsidio assistētes, faciant auctoritate nostra, Priorē, Conuentū, Superiores ordinis, fratres & alios præmissos, abdicatione, separatione, donatione, concessionibus, & aliis præmissis, necnō præsentibus literis integre vti, frui & gaudere, nō permittētes eos desuper per populū Romanū, eiusque Conseruatores, & Officiales, seu quosuis alios, etiā dictæ Cameræ Præsidētes, & Clericos quomodolibet inquietari, molestari, vel perturbari. Contradictores quoslibet & rebelles per sententias censuras & pœnas apostolicas, ac alia opportuna remedia auctoritate nostra appellatione postposita cōpescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sentētias, censuras, & pœnas, huiusmodi, etiā iteratis vicibus aggrauādo, inuocato etiā ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Nō obstan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII de vna, & Cōcilii generalis de duabus dietis, ac piæ memoriæ Symmachi, & Pauli II. ac Pauli IIII. prædecessorum nostrorū de rebus Ecclesiæ nō alienandis, & nostra de nō tollēdo iure quæsito, ac aliis quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon monasterii S. Crucis, & Vrbis prædictorū, aliisq; etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac ipsius monasterii, si quæ sit fundatione, priuilegiis quoq; indultis & literis apostolicis, illis ac forsan ipsis Ciuibus, & Populo Romano ac Conseruatoribus præfatis super antiquis Vrbis ædificiis non distribuendis, concedendis, vel alienandis, ac alias sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cū quibusuis etiā derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis etiam vim contractus inducētibus decretis, etiam Motu simili, seu ad imperatorum, regum, & aliorum principum instantiam, etiam Consistorialiter, & per modum statuti perpetui legisque vniuersalis, & alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis (quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruāda foret illorum tenores formas, & decreta, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in eis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse, Motu simili derogamus) cæterisque contrariis quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis abdicationis, abrogationis, donationis, dismembrationis, separationum, applicationis, appropriationis, translationis, transportationis concessionum, elargitionum, indultorum, decreti, statuti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Sexto Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Priuilegia, quæ omnia, & alia pro nouæ Indulgentiis dicto Monasterio, Ecclesiæ & Fratribus hactenus concessa, transfert ad dictum Monasterium in Thermis construendum, & illa innouat & confirmat.

Indulgentiasque plenarias concedit in Ecclesiam visitantibus vt hic.

Clausula præser.

Decretum irritans.

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derog.

XXXXVI.

Confirmatio Priuilegiorum & indultorum Militum S. Petri.

De Erectione huius Collegii, & materia Priuilegiorum vide sup. Leon. X. constit. 36. Sicut prudens fol. 547. cum ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCVNSPECTA Romani Pontificis prouidētia prædecessorum suorum gestis, atque gratiis, quæ pro Collegiorum officiorum sedis Apostolicæ, eorumque personarum, præsertim Pontifici, sedique præfatis, gratia deuotionis, & familiaritatis obsequia iugiter impendentium honore, commodo, & decore emanarunt, vt eo firmius subsistant, quo sæpius fuerint eiusdem sedis auctoritate stabilita, non solum efficax approbationis siue robur libenter adiicit, verum etiam illa, præsertim cum id ab eo petitur, innouat ac alias desuper disponit prout in domino conspicit salubriter expedire. Sane dudum postquam fe. recor. Leo Papa X. prædecessor noster ex certis tunc expresis causis per quasdam suas Collegium Quadringentorum [illegible] virorum Militum sancti Petri participantium nuncupatorum de fratrum suorum consilio apostolica aucto[illegible]ate perpetuo creaerat & instituerat, illique sic erecto, & eius Militibus præfatis certos Cameræ apost.re[illegible] assignauerat: ac omnes, & singulos qui pro tempore forent eiusdem Collegii Milites, eorumque primoge[illegible] filios in nobiles de maiori nobilium genere, & Aulæ Lateranen. Comites, cum multis tunc expresis fac[illegible]tatibus: Et qui clerici, in dictæ sedis Notarios, qui vero laici forent in auratæ militiæ milites, ita quod per officiorum suorum dimissionem nobiles Comites, Notarii, auratæque militiæ Milites esse minime desinerent, creauerat, & receperat, ac laycis pensiones vsque ad summam centum, & quinquaginta ducatorum super quibusuis beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, & prouentibus obtinendi, & percipiendi, illasque ac etiam clerici Militibus quascunque pensiones, absque possessorum ipsorum beneficiorum consensu, in alias personas sibi beneuisas transferendi etiam cum regressu ad illas in certos tunc expressos euentus: necnon militibus clericis etiam Episcopis, & aliis prælatis de quibuscunque bonis ex beneficiis ecclesiasticis per eos pro tempore obtentis & acquisitis, vsque ad summam duorum millium ducatorum similium in quascunque etiam incapaces personas testandi, & alias disponendi, variasque alias facultates, necnon priuilegia, etiam literarum apostolicarum Scriptoribus, & Cubiculariis apostolicis pro tempore concessa, ac exemptiones, immunitates, indulta, & alias gratias concesserat: Et deinde piæ memoriæ Clemens Papa VII. etiam prædecessor noster de simili consilio per alias suas omnia & singula Militum officia huiusmodi, quæ in persona Datarii sui tunc castebant, & etiam in posterum in eius fauorem coram Notario, & testibus resignarentur, & per obitum illa obtinentium, seu promotionem ad aliquam Cathedralem Ecclesiam vacare contingeret, extinxerat, & suppresserat, ac extincta, & suppressa esse decreuerat, ipsorumque sic suppressorum, & extinctorum emolumenta dictæ Cameræ reintegrauerat, ita vt cum vel ij decederent, qui militum officia obtinerent, vel in fauorem Datarii pro tempore existentis dumtaxat ea resignarent, liceret Præsidentibus, & Clericis dictæ Cameræ emolumenta officiorum sic extinctorum, & suppressorum eidem Cameræ reintegrata, propria auctoritate libere apprehendere, percipere, & leuare, cuiusuis licentia super hoc minime requisita, ac extinctionem, & suppresionem officiorum huiusmodi in perpetuum valere, atque obseruari debere constituerat, firmauerat, & decreuerat. Demum recolendæ memoriæ Paulus Papa III. similiter prædecessor noster per alias suas literas de simili consilio officia prædicta aduersus sanctionem, constitutionem, extinctionem, suppresionem, reintegrationem, ac decretum, & literas desuper confectas huiusmodi, necnon in eum in quo antequam sanctio, constitutio, extinctio, suppresio, reintegratio, ac decretum, & literæ desuper confectæ prædictæ emanassent, quomodolibet erant, & esse poterant, statum, quoad omnia restituit, reposuit, ac plenarie reintegrauit: Et nihilominus Officia Militum huiusmodi de nouo perpetuo creauit, & instituit, ac eadem militum officia quæcunque perpetuo durare, & per obitum, aut promotionem, seu resignationem in personam Datarii illa obtinentium, vel alias quomodolibet cessare, aut extingui, vel supprimi, illorumque emolumenta eidem Cameræ reintegrari nullatenus potuisse, nec posse, & collegium militesque prædictos omnibus, & singulis priuilegiis, facultatibus, prærogatiuis, exemptionibus, indultis, antelationibus, immunitatibus, & gratiis quibuscunque eis per Leonem prædecessorem præfatum quomodolibet concessis plenarie vti, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia vbique libere & licite posse, illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere, & sic per quoscunque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & personas vbique iudicari, cognosci, & decidi debere sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, etiam cum irritantis clausulæ appositione, declarauit, atque decreuit, prout in singulis Leonis, & Clementis, ac Pauli prædecessorū præfatorum literis prædictis, plenius continetur. Quare dilecti filii Collegium Militum huiusmodi nobis humiliter supplicari fecerūt, quatenus erectioni, institutioni, assignationi, creationi, concessionibus, aliisq; gratiis præfatis pro firmiori illarū subsistentia robur approbationis nostræ adiicere ac alias in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur Collegium, eiusque milites præfatos ob grata deuotionis, & familiaritatis obsequia, quæ nobis, & dictæ sedi hactenus impenderunt, & adhuc solicitis studiis impendere non desistunt, non minoribus, quam ipsi prædecessores eos prosecuti sunt, fauoribus prosequi volentes, necnon singulos milites præfatos a quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolutos fore censentes, omniumque, & singularum literarum prædictarum tenores præsentibus pro sufficienter expresis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati literas prædictas & in eis contenta, necnon per ipsos Leonem, Clementem, & Paulum prædecessores Militibus, & eorum Collegio præfatis per suas literas quomodolibet concessa priuilegia, facultates, prærogatiuas, exemptiones, indulta, antelationes, immunitates, & gratias vniuersas eisdem militibus nunc, & pro tempore existentibus, ac eorum collegio, auctoritate, & teno-

re præ-

Leo x. erexit collegium Militum S. Petri, & illis certa emolumenta assignauit, & multa priuilegia concessit, vt in eius const. 36. Sicut prud. fol. 547. vbi notaui moderationes.

Clemen. 7. quædam officia Militum extinxerat & suppresserat vt hic, & in Pauli 3. const. 3. fol. 558. Sed hanc const. Clem. hic nō habemus, sed habemus eam confirmationis priuilegiorum Militum in eius const. 18. Ministerio fol. 550.

Paul. 3. reintegrauit dicta officia Militum, & collegium in pristinum reposuit, vt in eius constit. 3. Prouidentia fol. 558.

te præmissis, ex certa scientia, perpetuo confirmamus, nec non illa omnia, & singula, eisdem modo, & forma quibus per ipsos prædecessores concessa sunt, de nouo, ac etiam eisdem militibus, & eorum singulis, quod præmissis, alijsque priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, exemptionibus, indultis, antelationibus, immunitatibus, & gratijs quibuscunque eis per prædecessores præfatos quomodolibet concessis plenarie vti, potiri, & gaudere, in omnibus, & per omnia libere, & licite possint, dicta apostolica auctoritate concedimus. Et sic per quoscunque iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum palatij apostolici Auditores, ac Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Amerin. & Feltren. Episcopis, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ supradictæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Collegij, ac singulorum militum prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ac illis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant illos, eorumque singulos auctoritate nostra, confirmatione, approbatione, concessione, alijsq; præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, perturbari, aut inquietari. Contradictores, quoslibet, & rebelles, censuris, & pœnis ecclesiasticis, alijsque iuris remedijs, eadem auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo, ac vltimis super ijs habendis seruatis processibus; illos censuras, & pœnas huiusmodi reincidisse declarandi, illas etiam iteratis vicibus aggrauandi, inuocato etiam ad hoc, si opus fit, auxilio brachij secularis. Non obstan. similis memoriæ Bonifacij Papæ VIII. pariter prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præsentium vltra tres dietas non extrahatur, ac alijs quibusuis constitution. & ordination. apostolicis, ac Cancellariæ apostolicæ regulis editis, & edendis, necnon quibusuis etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, ac ordinationibus, & decretis, tam sub plumbo quam in forma breuis, & per solam signaturam per præfatos, & quosuis alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedem prædictam, etiam per vim generalis legis, & voluntatis, ac statuti perpetui, & forsan initi, ac stipulati contractus, ac motu proprio, & ea certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine in præiudicium præmissorum quomodolibet, & cum quibusuis derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis etiã si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, etiam si in eis caueatur expresse quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium, ac præfatarum, & quarumcunque literarum, & scripturarum, occasione præmissorum quomodolibet confectarum tenores, formas, & decreta, ac si de verbo, ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata inserti forẽt, præsentibus pro sufficiẽter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, confirmationis, concessionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, octauo kalen. Septembris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Hi adit Pontifex Militum priuilegia & indulta innouat & confirmat.

Decretũ irritãs.

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derogatoria.

Fed. Card. Cæsius. Cæ. Glorierius. M. Coytenos.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

XLVII.

Facultas inquisitorum Hæreticæ prauitatis eligendi & creandi in Notarios, quoscunque etiam Clericos seculares, vel quorumuis ordinum Regulares, in causis Inquisitionis.

Consonat const. 23. Alex 4. fol. 24. & Vrb. 4. const. 1. licet fol. 25.

De aliis autem Facultatibus Inquisitorum vide sup. in Clem. 7. const. 33. Cum sicut ex fol. 336.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

PASTORALIS officij cura meritis licet imparibus nobis ex alto commissa, nos assidue incitat, & inducit, vt vigiles solicitudinis nostræ oculos diligenter circumflectamus, ad ea que potissimum nostræ prouisionis remedia adhibeamus per quæ sancta & Catholica Fides, vbique prout debet conseruetur, & augeatur, improbique Hæretici illius impugnatores, quoad fieri potest debite compescantur, & comprimantur. Sane pro parte dilectorum filiorum Inquisitorum, & Commissariorum Hæreticæ prauitatis in diuersis Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, Insulis, & alijs Christiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expositum fuit, quod ipsi in causis sanctæ fidei aduersus eosdem Hæreticos prosequendis personis probatis, & idoneis, quæ officio Notarij in eis fungantur plurimum indigere noscuntur, vnde officio ipsius Inquisitionis, tum propter ipsorum Notariorum penuriam, tum quia plerique Officium huiusmodi, tanquam odiosum exercere recusant, ne illud suscipiendo quemquam offendere videantur magnum incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur nostræ vigilantiæ curam adhibere, in præmissisque opportune prouidere volentes, Omnibus

Causa constitutionis.

Facultas Inquisitorum eligendi Notarios quoslibet et Clericos seculares, vel regulares, in causis inquisitionis.

Omnibus & singulis Hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, & Commissarijs, in quibusuis Regnis, Dominijs, Prouincijs, Ciuitatibus, Insulis, etiam Græciæ, cæterisque terris, & locis in quibus Christiana Religio colitur, constitutis, & quomodolibet pro tempore deputatis, quod quotiens eis expedire videbitur, vnum vel plures, etiam Clericos Seculares, vel quorumuis ordinum Regulares, qui sibi sufficientes, & idonei visi fuerint, in quibuscunque causis sanctæ Fidei, & Inquisitionis huiusmodi in Notarios eligere, assumere, & creare, eosque ad Officiũ Notariatus causarum prædictarum, deputare, ipsique sic electi, & deputati, acta quæcunque, & processus causarum ipsarum diligenter, & fideliter describere, & annotare, cæteraque omnia, ad id quomodolibet necessaria, & opportuna, facere, gerere, & exercere, libere, & licite possint, & valeant, plenam, & omnimodam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, facultatem, & potestatem, concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quarumuis ciuitatum, & terrarũ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitatẽ alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, & quibusuis Notariorum Collegiis, etiam per Sedem Apostolicam quomodolibet concessis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem & eadem auctoritate Apostolica decernimus, quod quoniam difficile admodum esset præsentes nostras literas ad singula quæque loca vbi opus foret deferri, earundem præsentiũ transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Officij Inquisitionis Almæ Vrbis nostræ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Sexto Kl. Septembris. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cautelæ derog.

F. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius. Barengus.

Registrata in Camera Apostolica.

Claudius de Valle Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Notarius S.S.

XLVIII.

Confirmatio Iurisdictionis & Facultatum Archipresbyteri & Iudicis Canonicorum & Capituli S. Petri de Vrbe.

De quibus vide sup. in Pauli III. const. 76. Cum dilectus, fol. 488.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, & cet.

CVM sicut accepimus Dilectus filius noster Alexander, Sancti Laurentij in Damaso sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus de Farnesio nuncupato, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe Archipresbyter, & dilecti filij eiusdem Basilicæ Canonici Capitulum & singulæ personæ, præinsertos motus proprios, omniaque Basilicæ huiusmodi priuilegia pro illorum subsistentia firmiori, nostro & sedis Apostolicæ patrocinio & munimine roborari desiderent, Nos Alexandro Cardi. Archipresbytero, ac Capitulo Canonicis & personis basilicæ prædictæ ob singularem eorum erga nos & Sedem Apostolicam deuotionem, benigne annuere, & eas specialis gratiæ fauore prosequi volentes, ac omnes & singulas causas ciuiles, & beneficiales, meras & mixtas, ecclesiasticas, siue spirituales, & prophanas, necnon etiam criminales, citra tamen pœnam sanguinis & corporis afflictiuam, tam inter Canonicos & Capitulum Basilicæ prædictæ, & alias qualcunque personas, cuiuscunque status, gradus, dignitatis, & præeminentiæ existentes, de & super ceosibus Canonibus pensionibus, responsionibus & alijs quibuscunque rebus & bonis ad dictam basilicam spectan. vel ius & interesse prædictæ basilicæ quomodocunque & qualitercunque concernen. directe vel indirecte, quam etiam inter ipsosmet Canonicos, & Beneficiatos, Clericos, Cappellanos & Sacristanos & alias eiusdẽ basilicæ personas, & alios prædictos, & alias quascũque personas, loca Collegia, & Vniuersitates & Cõmunitates, super quibuscũque bonis, & pecuniarũ summis, rebusque alijs quocunque nomine nuncupatis, & quomodocunque qualificatis ad dictos Canonicos, Beneficiatos, & Clericos & quemlibet eorum quomodolibet spectan. in genere, vel specie coram quibuscunque Romanæ Curiæ seu alijs quibusuis Iudicibus Lateranen. & Auditoribus etiam Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus quomodolibet & in quacunque instantia penden in statu & terminis in quibus reperiuntur, ab eisdẽ Iudicibus tenore præsentium authoritate apostolica Motu simili, & ex certa nostra scientia ad nos aduocantes, præinsertos Motus proprios, omnia alia & singula priuilegia, facultates exẽptiones libertates prærogatiuas, cautelationes, iurisdictiones authoritates prædictæ basilicæ necnon eiusdem Basilicæ suum morem consuetudines statuta, indulta & gratias aliaque prædictæ basilicæ Alexandro Cardinali necnon Capitulo & Canonicis prædictis etiam super collationes quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum per prædictos & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros in genere, vel in specie, etiam alias quomodolibet concessa, facta, data, & obseruata ac existen. & desuper signatas & confectas literas, Motus proprios, supplicationes, instrumenta, & alias scripturas, & in eis contenta & illorum vigore subsecuta gesta & emanata, quacunque authoritate motu & scientia similibus, tenore præsentium approbamus & cõfirmamus & innouamus ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque & singulas tam iuris quam facti & solemnitatum defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, & singula præmissa & in præinsertis alijsque motibus proprijs supplicationibus, literis, instrumentis, & scripturis basilicæ Archipresbytero Capitulo & Canonicis prædictis, vt præfertur concessa, & inde secuta quæcunque, valida & efficacia fore & esse, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari deberi, & ita per prædictos & quoscunque alios Iudices, etiam palatij Apostolici causarum Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata & cet. Iudicari debere, & in futurum decernimus, & nihilominus potiori pro cautela eadem omnia & singulas eisdem authoritate motu scientia & tenore, modo & forma quibus concessa sunt de nouo concedimus, ac omnes & singulas præfatas vt præfertur & alias quomodolibet penden. & ad nos aduocatas, & alias quascunque lites quæstiones

Capitulũ S. Petri & alij petierunt confirmationẽ facultatũ Archipresbyteri & aliorũ priuil. de quibus habes sup. in Pauli 3. const. 76. Cũ dilectus. fol. 488. & habes etiam alia supra positum P6. q. d. n. m. polui, quæ est simplici[illegible] constitutio. Pauli 3.

Hic igitur Pont. ista indulta ac facultates confirmat.

Decernitque irritum appositum.

Et de nouo dictas facultates & indulta concedit.

quæstiones, molestias, & differẽtias, vt præfertur ac alias quomodolibet specificatas, & qualificatas modo & forma præmissis & inter Canonicos, Capitulũ, beneficiatos, Clericos, Cappellanos & Sacristas Basilicæ eiusdẽ, aliasque personas motas, & mouen. actiue & passiue, eidẽ Alexandro Cardinali & pro tẽpore existẽti Archipresbitero basilicæ prædictæ, illiusque Vicario deputato, & deputando, etiam summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij & etiam si videbitur quãdo opus fuerit manu regia aliàs iuxta præinsertorum motuum propriorum tenorem, cum omnibus eorum inciden. & cet. audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. committimus, & mandamus. Cum potestate citandi & inhibendi & cet. & in eisdem causis & cet. & qualibet earum iuxta dictorum præinsertorum motuum propriorum tenorem procedendi, aliaque faciendi in præmissis necessaria seu quomodolibet opportuna. Præmissis ac constitut. & ordinat. apostolicis stilo palatij & Rom. Curiæ cæterisque omnibus, & quæ in præinsertis & quibuscunque alijs Motibus proprijs concess. fuerit, non obstan. statuta, & cet. pro sufficienter expressis haben. cum clausulis opportunis.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat motu proprio I.

Et cum absolut. a cen. ad effectum & cet. & de confirmatione, approbatione, innouatione, adiectione, supplicatione, decreto, noua concessione, commissione, mandato, derogatione, alijsque præmissis vt supra, quæ hic pro sigillatim repetitis habeantur, pro modo & forma gratiosa latissime extenden. & si videbitur cum opportuna executorum deputatione, qui assistant & cet. & sub cen. & cum facultate aggrauandi, & cet. inuocat. & cet. auxilij brachij secularis, latissime extenden. & quod præmissorum omnium & singulorum, & nominum cognominum Iudicum collitigantium statum & merita, Inuocationes, denominationes, annexa, qualitates, aliorumque omnium maior & verior specificatio & expressio fieri possit, in literis per breue nostrũ expedien. ac si melius videbitur præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique etiam in iudicio fidem faciat, quacunque regula seu constitutione contraria non obstan. & quoad causas penden. inter aliquas ipsius basilicæ personas, pro rebus Capitulum & beneficiatos basilicæ sancti Petri huiusmodi tangen. dumtaxat, & quoad causas criminales citra poenam sanguinis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum X. kl. Octobris Anno Secundo.

Sola signatura sufficiat.

XLIX.

Iurisdictio & facultates Magni Magistri Militiæ & Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani.

Declarationem habes infra in Pij V. const. 28. Sicut bonus cum ibi not.

PIVS Papa Quartus. Dilecto filio Mutio de Arraia Magistro generali Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani ordinis S. Augustini. Dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. EXPONI nobis nuper fecisti, quòd licet Hospitale Sancti Lazari Hierosolymitan. ordinis Sancti Augustini cui præes, eiusque Milites, & personæ nobis, & Apostolicæ sedi immediate subiectæ, tuque, & pro tempore existens Magister generalis dicti Hospitalis, ad quem etiam ex antiqua consuetudine ordinaria inter Milites, & personas præfatas iurisdictio spectat, & pertinet, in possessione, seu quasi iurisdictionem huiusmodi exercendi, & iustitiam eisdem Militibus, & personis ministrandi fitis, ac propterea super exercitio iurisdictionis huiusmodi a nemine molestari deberetis, nihilominus ijdem Milites, & personæ, vel ad suorum cõmilitonum censuram ordinarij iudicis sui subterfugientium, vel ad aliorum instantiam coram diuersis alijs tam Ecclesiasticis, quam secularibus iudicibus non raro molestantur in disciplinæ Militaris, priuilegiorumque Ordinis labefactationem, & Sedis prædictæ contemptum. Quare nobis humiliter supplicari fecisti, quatenus subiectioni, & consuetudini prædictis robur Apostolicæ confirmationis adijcere, ac alias in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui fidelium omnium, præsertim sub Religionis vexillo, Altissimo militantium, & dictæ Sedi subiectorum quietem syncero desideramus affectu, considerantes eosdem Milites, & personas stante subiectione prædicta non alibi, quam coram nobis, aut ipso Magistro generali pro tempore existente in iudicium trahi posse, ac quarumcunque Apostolicarum, & aliarum gratiarum, & scripturarum super præmissis confectarum, ac inde secutarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati subiectionem, iurisdictionem, & consuetudinem prædictas, ac (prout illas concernunt) omnia, & singula in dictis (si quæ adhuc extant) literis contenta, & inde secuta quæcunque (licita tamen & honesta, ac sacris canonibus non contraria) Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus. Et nihilominus eisdem auctoritate, & tenore statuimus, & ordinamus, ac tibi, & futuris Magistris generalibus dicti Hospitalis perpetuo concedimus, quòd Præceptores, Milites, Fratres, Vasalli, Subditi, Capellani, Familiares, Seruitores, Clerici, Nuntij, Quæstores, Donati, ac quicunque alij dicti Hospitalis pro quibuscunque suis causam Religionis suæ, vel Commendarum, aut bonorum illarum concernentibus, connexis, vel dependen. vel Hospitalis huiusmodi, seu eius Religionis causis tam Ecclesiasticis, quam profanis, ac ciuilibus, criminalibus, & mixtis, ad Romanam Curiam, aut quodcunque tribunal ecclesiasticum, vel seculare, etiã ad cuiuscunque personæ ecclesiasticæ, vel secularis, aut Ecclesiæ, Hospitalis, Vniuersitatis, vel alterius loci quocunque titulo, exemptione, vel priuilegio suffulti pro dictis causis (vt præfertur) instantiam, nulla ratione trahi possint: Ac omnes, & singulæ causæ huiusmodi. quas deinceps inter Præceptores, Fratres, Milites, Vasallos, Subditos, Capellanos, Familiares, Seruitores, aliasque personas præfatas dictæ Religionis, super Præceptorijs, dignitatibus, administrationibus, officijs, iuribus, iurisdictionibus, proprietatibus, bonis, fructibus, censibus, possessionibus, ac aliis rebus ad Hospitale, eiusque Religionem, Præceptores, & alios præfatos tam coniunctim, quam diuisim, seu alias pertinentibus, nec non criminibus, delictis, excessibus quibuscunque per supradictos Religiosos, Vasallos, (vt præfertur) commissis, moueri contigerit, cum omnibus, & singulis suis inciden. emergen. dependen. annexis, & connexis per Te, & pro tempore existentem Magistrum generalem Hospitalis huiusmodi, siue illum vel illos ex dictis Præceptoribus, & personis cui, vel quibus Tu, vel ille causas huiusmodi pro tempore commiseris, seu commiserit, in quacunque instantia, & vsque ad vltimam sententiam inclusiue, etiam summarie, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij audiri, & iuxta laudabiles consuetudines, institutaque

Minister Gener. Hospit. S. Lazari est Iudex ordinarius causarum militũ & aliarũ personarũ dicti Hospitalis.

Malis tamẽ corã alijs Iudicib. obnoxii erant & molestabantur.

Ideo Pontif. istã dictam iuris dictionẽ Magistri confirmat.

Hanc confirmationem declarat Pius V. inf. in eius const. 28. sicut bonus princ.

Statuitq; Milites & alias personas Hosp. pro causis Religionẽ vel cõmẽdas aut eorũ bona concernen. corã alijs Iudici. trahi non posse. Hoc declara vt per Piũ V. ibidẽ.

Cõmittitq; eidẽ Magistro oẽs eorũ cãs, eã pẽnẽte eas sũmarie &c. cognoscendi.

Quod intellige secundũ declarationes dicti Pij V.

tutaque regularia dicti Hospitalis, ac alias, prout iuris fuerit, decidi: Quodque omnes, & singuli Praeceptores, Milites, & alii praedicti, quantumcunque remoti, coram Te, vel Magistro, aut alio, vel aliis, si remoti fuerint a te, vel illo deputandis huiusmodi, nec alibi pro dictis causis Religionem ipsam, aut illius bona, & iura (vt dictum est) concernentibus, Et quo ad delicta in tuo territorio, & pertinentijs commissa, in iudicio comparere, & audiri debeant; ac illi ea Praeceptoribus, & alijs supradictis dictae Religionis, qui alium, vel alios eisdem super quibusuis querelis, rebus, negotijs, & casibus (praeterquam denegatae iustitiae, vel notorij contra huiusmodi statuta, & consuetudines per te, vel praefatum Magistrum aut alium, vel alios a te, vel illo deputandos, vt praefertur, illati grauaminis) alibi quam coram vobis respectiue, directe, vel indirecte quouis quaesito colore trahere praesumpserint, seu contenderint, causa iure, & actione priuari posse, & excommunicationis sententiam, aliasque poenas per vos respectiue statuendas incurrere censeantur. Nos enim vobis omnia, & singula, quae rite iudicaueritis, & decideritis, debitae executioni demandandi, necnon Contradictores quoslibet, & rebelles, mandatisque vestris non parentes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque iuris, & facti remedia opportuna appellatione postposita compescendi, legitimisque super his habendis seruatis processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauandi, necnon auxilium brachij secularis ad hoc (si opus fuerit) inuocandi, caeteraque in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi, plenam, & liberam facultatem earundem tenore praesentium elargimur: Decernentes quoscunque processus causas praedictae Religionis, & vt supra concernentes, quos coram alijs Iudicibus, etiam auctoritate Apostolica delegatis, (nisi praefectibus per nos expresse, & nominatim, non generaliter derogatum fuerit) formari, & sententias quas per eos ferri contigerit, necnon quicquid secus contra praemissa per eosdem, seu alios quoscunque scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irrita, & inania, omnique prorsus carere robore firmitatis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papae Octaui praedecessoris nostri etiam de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis generalibus, vel specialibus, praeceptoribus, & aliis personis praefatis in genere, vel in specie, ac sub quauis verborum forma concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus (etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaius alia expressio habenda, vel aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret) tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus: Quodque tu, & Magister pro tempore existens, ac alij praedicti de illis personis, qui causas huiusmodi audire, & terminare possunt, non sitis contrarijs quibuscunque, aut si praeceptoribus, fratribus, militibus, & personis praedictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab ipsa sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesimo quarto Septembris, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Pontificatus nostri anno secundo.

Cae. Glorierius.

Marginalia: Militibus, & alijs personis Hosp. alios coram alio iudice trahentibus, poenas hic descriptas impo nit. — Facultatemque concedit Magist. sententias exequendi, & contradictores coercendi vel hic. — Decretũ irritãs. — Clausula derog.

L.

Declaratio Facultatum Flauio Vrsino A. C. concessarum. Et confirmatio facultatum Vicarij & Gubernatoris Vrbis.

De his facultatibus habes sup. in const. 38. Ad eximiae, fol. 704.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, & cet.

CVM sicut accepimus, praetextu facultatum, & priuilegiorum nuper venerabili Fratri nostro Flauio Vrsino Episcopo Muran. vtriusque signaturae nostrae Referendario in concessione officij Auditoriatus Curiae causarum Camerae Apostolicae appositarum, & iurisdictionis, ac auctoritatis occasione dicti officij sibi desuper attributacum a nonnullis vertatur in dubium, an idem Flauius Episcopus maioribus priuilegiis, iurisdictione, & auctoritate quam dilectus filius noster Ioannis Baptista tituli sancti Clementis presbyter Cardinalis tunc in minoribus constitutus, ac quondam Franciscus Albericus, tunc in humanis agens, & alii dictae Camerae Auditores gauisi, functi, & vsi fuerunt, gaudere, vti, & frui debeat, Nos quorum intentionis numquam fuit in concessione dicti officii, ac facultatum, & priuilegiorum, necnon auctoritatis huiusmodi aliquid innouasse, quinimmo eundem Flauium Episcopum eisdemmet, non maioribus facultatibus, & priuilegiis, & auctoritatibus Io. Baptistae Cardinali, & Francisco Alberico, ac aliis eiusdem Camerae Auditoribus concessis, & quibus dumtaxat vsi fuerunt, gaudere, ac vti potuisse & debere, Motu simili, &c. quod idem Flauius Episcopus vigore concessionis officii, ac facultatum, priuilegiorum, auctoritatis, & iurisdictionis huiusmodi, nisi illis quibus Io. Baptista Cardinalis, & Franciscus Albericus, ac alii Auditores huiusmodi hactenus vsi, functi, & gauisi fuerunt, nullo modo etiam praetextu quarumuis clausularum in concessione dicti officii appositarum, vti, frui, & gaudere possit, vel debeat, declaramus. Et vt facultates, & auctoritates, tam praefato Flauio Episcopo, quam modernis, & pro tempore existentibus curiae causarum huiusmodi Auditoribus, ac almae vrbis Vicariis, & Gubernatoribus per nos, & praedecessores nostros concessae, & datae illaesae permaneant, & alter alterum super illis impedire non valeat, sed vt vnicuique quod suum est conseruetur, volentes, Motu & scientia simi libus quod praefatus Flauius Episcopus Auditor, & almae Vrbis Vicarius, & Gubernator, ac moderni, & pro tempore existentes Curiae causarum Camerae Apostolicae Auditores, & dictae Vrbis Vicarij, & Gubernatores vigore facultatum, et auctoritatum, vt praefertur, illis concessarum, nisi prout hactenus obseruatum fuit aliquid innouare, seu alter ipsorum iurisdictionem alterius vsurpare valeat, quinimmo quod quilibet ipsorum respectiue priuilegiis, facultatibus, iurisdictione solitis, & consuetis fruatur, & gaudeat, perpetuo statuimus, & ordinamus, Sicque & non alias per praedictum Flauium Episcopum, ac modernos, & pro tempore existentes curiae causarum huiusmodi Auditores, & almae Vrbis Gubernatores, & Vicarios, & quosuis alios quauis auctoritate fungentes

Marginalia: Flau. Epis. concessio offic. Auditoriatus Curiae causarum Cam. Ap. Flauio Vrsino ad instar Cardin. & priorum vide in eius const. 38. Ad eximiae f. 704. — Mo. pro. declarat in tali concessione nil plus esse datum facultates maiores, quibus Auditores vsi sunt. — Et Vicarij, & Gubern. Vrbis facultates remanere suo robore.

fungentes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis maioris, a qua nonnisi auctoritate Pontificis absolui possint, & aliis arbitrio nostro imponendis poenis obseruari mandamus, Non obstantibus præmissis, & quibusuis aliis apostolicis constitutionibus & ordinationibus, necnon quibusuis priuilegiis, facultatibus, & innouation. ac aliis in contrarium quomodolibet concessis. Volumus autem præsentis nostri Motus proprij absque eo quod registretur, aut in eo data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra regula contraria non obstante fidem facere.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, pridie Calendas Septembris, Anno secundo.

Sequitur alia declaratio.

CVM sicut accepimus prætextu facultatum, & priuilegiorum nuper venerabili fratri nostro Flauio Vrsino Episcopo Mutano, vtriusque signaturæ nostræ Referendario, in concessione officij Auditoriatus Curiæ causarum Cameræ apostolicæ appositarum, & iurisdictionis ac auctoritatis occasione dicti officij sibi desuper attributarum, a nonnullis vertatur in dubium, numquid per illas iurisdictioni, & facultati etiam dilectorum nostrorum Vicarij, & Gubernatoris almæ Vrbis nostræ præiudicare, ac præiudicium aliquod inferre voluerimus, Nos ad tollendum omnem desuper altercandi, & dubitandi materiam, harum serie declaramus intentionis nostræ non fuisse, neque esse per dictas nostras facultates eidem Flauio concessas, eisdemque modernis, & pro tempore existentibus Vicario, & Gubernatori, & illorum facultatibus, & iurisdictioni præiudicare, neque præiudiciũ aliquod inferre, neque generari voluisse, Sicque, & non aliter per quoscunque, &c. sublata, &c. iudicari debere, &c. irritũ, &c. & huius cedulæ solam signaturam sufficere, & vbique, &c. fidem facere volumus de gratia speciali, Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis nostrisque quibuscunque generis dispositión. & præsertim certo nostro Motu proprio sub Dat. Pridie kl. Septembris, Anno secundo, expedito, quem harum serie reuocamus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque, quorum omnium & singulorum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus.

Declaratio.

Decretũ irritans.

Clausula derog.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum octauo Kl. Octobris Anno secundo.

L I.

Instrumenta pro interesse Hospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe rogata per illius pro tempore Notarios & Secretarios, in Cancellaria eiusdem Hospit. custodiri & per alios Notarios & Secretarios successores gratis expleri, & in publicam formam redigi possunt & debent, illisque plena est adhibenda fides.

De materia autem Hospitalis ponam concord. infra in Greg. XIII. const. 47. Si inter.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, & cet.

CVM sicut accepimus, pro tempore existen. Præceptor Hospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, ordinis Sancti Augustini, soleat in Hospitali suis sumptibus & expensis tenere vnum Notariũ Et quandoque etiam vnũ Secretarium, qui de omnibus instrumentis interesse eiusdem Hospitalis concernentibus, rogãtur, & sæpius contingat, vt ipsis Notario & Secretario a dicto Hospitali recedentibus, & officium Notariatus seu Secretariatus huiusmodi in dicto Hospitali exercere desinentibus, aut deceden. eorum scripturæ per eos seu illorum hæredes, ex eodem Hospitali alio transportentur, & quandoque pereant, seu dissipentur, vel ad Notariorum, qui notas vel imbreuiaturas instrumentorum interesse prædicti Hospitalis concernen. absque præmio explere, & in publicam formam redigere recusant, manus deueniant, in non modicum dicti Hospitalis, & illius pauperum detrimentum Nos præmissis occurrere, & indemnitati Hospitalis & pauperum prædictorum, paterno affectu consulere volentes, Motu simili apostolica auctoritate, per præsentes statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus Notarius & Secretarius dicti Hospitalis ab eo recedentes & officium Notariatus, & Secretariatus huiusmodi exercere desinentes, aut ipsorum Notarij & Secretarij si decedant hæredes, in breuiaturas seu notas instrumentorum per eos rogatorum interesse prædicti Hospitalis quomodolibet concernen. alio transportare nequeant sed eas in Cancellaria dicti Hospitalis ad hoc vt illi succedentes Notarius & Secretarius prædicti, illas gratis & sine præmio explere, & in publicam formam redigere possint, dimittere teneantur, Et pro tempore existen. Præceptor dicti Hospitalis, eos ad illas vt præfertur dimitten. & propterea auctoritate cogere & compellere valeat Quodque pro tempore existens Notarius & Secretarius prædicti Hospitalis, vigore præsentium, & absque alia desuper sibi conceden. ab aliquo licentia & facultate, imbreuiaturas seu notas instrumentorum per anteriores Notarios & Secretarios dicti Hospitalis rogato interesse eiusdem Hospitalis quolibet concernen. explere & in publicam atque authenticam formam redigere possint, eisque sic expletis, & in publicam atque authenticam formam redactis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, si per alium Notarium præceden. licentia & facultate sibi iuxta statutorum, &c. & reformationum almæ Vrbis, & collegij scriptorum Archiuij Romanæ Curiæ, & alias seruatis seruan. concessa explete & in publicam formam redactæ fuissent. Non obstantibus constitutionibus & ordination. apostolicis prædictis, & quibusuis aliis statutis, & cet. & reformationibus etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis, Dilectis filiis Populo Romano, & prædictis Collegio & quibusuis aliis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu simili, aut alias quomodolibet concessis, &c. Quibus omnibus, etiam si de illis, &c. illorum tenores, &c. hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentium etiam, absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio & extra regula contraria non obstante, fidem facere decernen. &c.

Causa constitutionis.

Notarij S. Spiritus, desinentes officium exercere, & eorum hæredes, instrumenta per eos rogata, & interesse Hospit. concernentia, dimittere debẽt in Cancellaria Hospitalis.

Successoresq; in eorũ officio possunt & debent illa explere, & in publicã formam redigere absque præmio.

Et eorum scripturis plene creditur.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Fiat Motu proprio. I.

LII.

De Birreto Viridi deferendo, a petentibus Alternatiuas, Dilationes, siue beneficium cap. Peruenit, vel cap. Odoardus.

Dilationes autem & beneficia ista debitoribus ex causa panis non suffragari decreuit Iul. III. in eius const. 28. Cum sicut. fol. 529.

Nec obligatis in forma Cameræ Greg. XIII. infra in eius const. 55. Ad generis.

Nec fraudolentis, & dolosis decoctoribus Pius V. infra in eius const. 116. Postquam eo vsque.

Neque in causis piorum locorum, & miserabilium personarum, mercedum, alimentorũ, & censuum, coram Vicario Papæ Clem. VII. sup. in eius const. 23. licet, fol. 322.

Neque debitoribus occasione rerum Ripalium Innocen. VIII. sup. in eius consti. 12. Quoniam fol. 129. cum ibi not.

Causæ vero huiusmodi dilationum expediri debent infra tres menses vt in Clem. 7. constit. 31. Cum ex multorum. fol. 335.

Causa constit. Quam nos, quia videmur hic cõst. procedere in Curia tantum, & pro negotiis in eo cõtractis.

Paul 4. statuit de birretis obtinentes alternatiuas vel dilationes teneri deferre birretũ viride vt habes I eius const. 15. Sincera f. 587

Hic autẽ Põt. declarat, debitores teneri gestare dictũ birretũ corã Iudicibus Vrbis antequã inhibitionẽ obtineant, & promittere ipsum de cetero deferre.

Executor deputatur A. C.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVPIENTES Mercatoribus & alijs personis tam Almæ Vrbis nostræ ciuibus, quam forensibus in ipsa Vrbe cum quibusuis personis contrahendi omnem possibilem securitatem concedere, & omnẽ viam, ac etiam omnes dilationes, per quas Mercatorum & aliarum personarum debitores a debitorũ solutione subterfugere, seu se quoquomodo subtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut supplantare possent, de medio tollere, ac remedium opportunum præmissa ne fiant adhibere, & vt debitores ipsi a præmissis, si non Dei omnipotentis, saltem humanæ ignominiæ timore abstineant, & sic eorundem mercatorum & personarum firmitati prouidere volentes, & considerantes Motum proprium a fe. rec. Paulo Papa Quarto prædecessore nostro quod ex tunc de cætero alternatiuæ, significationes, & dilationes quæcunque nisi iuxta iuris dispositionem ac formam statutorum ipsius Vrbis concedi nullatenus possent, & qui illas obtinuissent, & ex tũc in futurum obtinerent, semper Birretum Viride portare tenerentur emanatum, Circa ipsorum debitorum malitiam seu malos homines non sufficere, Cum ipsum Birretum Viride nisi postquam ad alternatiuam vel alias dilationes admissi fuerint portare non teneantur, & sic beneficio temporis in graue creditorum præiudicium & iacturam gaudeant. Nos igitur Motu simili, &c. Per præsentes perpetuo statuimus, & ordinamus, quod de cætero quicunque debitores seu in forma Cameræ, aut alias quomodolibet obligati, quamcunque alternatiuam, significationem, vel aliam quamcunque dilationem etiam secundum Capitulum Peruenit, vel Odoardus, seu inhibitionem aliquam a Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditore seu eius Locumtenente, aut almæ Vrbis Vicario, vel Gubernatore, vel Senatore, seu alijs ipsius Vrbis iudicibus etiam Commissarijs, aut etiam Carcerum Vrbis Visitatoribus petere non possint, nisi se prius coram illis dictum birretum viride gestando præsentauerint, & ipsum birretum viride publice & secrete sub fustigation. per Vrbem pro prima vice, & triremium pro secunda, qua sine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per se vel suos legitimos procuratores ipsis absentibus promiserint, & medio iuramento affirmauerint, ac aliter a prædictis, & alijs quibusuis iudicibus etiam vigore specialis commissionis nostra aut successorum nostrorum manu signatæ, vel signandæ obtentæ & obtinendæ, alternatiuæ, & significationes aut dilationes quæcunque etiam secundum iuris formam nullæ sint, & ipsis debitoribus etiam si Clerici existant, nullatenus suffragentur, Mandantes eidem Auditori Cameræ, vt huiusmodi cõstitutionem & ordinationem perpetuo & inuiolabiliter etiam in quibuscunque litibus & causis hactenus motis obseruari faciat, & mandet, contra omnes & singulos præmissis in aliquo contrauenientes per censuras & pœnas ac etiam pecuniarias & alia remedia opportuna sibi visa etiam manu regia procedendo, Præmissis ac quibuscunque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Vrbis statutis & reformationibus, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque. Volumusque quod præsentium sola nostra signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula contraria non obstante.

Placet Motu proprio. I.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta, die vigesima septima Mensis Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti anno secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Bernardinum Andreutium & Ioannem Gherardi Cursores Apostolicos.

Iulius Parinus Magister Cursorum.

Inquisitor

LIII.

Inquisitor Auinionen. non tenetur publicare dicta testium contra Hæreticos, vel schismaticos examinatorum, nec de processibus contra illos formatis, rationes reddere, alteri quam Romano Pontifici, aut supremis Inquisitoribus Almæ Vrbis.

Consonat constitutio Vrb. IIII. quam habes sup. fol. 25.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, humani generis hoste instigante ita schismaticorum, & aliorum hæreticorũ numerus in prouincia, statu, & diœcesi ciuitatis nostræ Auinionen. præualuerit, & propter eorum, seu alicuius ipsorum potentiam, & malitiam, nullus contra eos deponere, seu eorum crimina reuelare, & accusare audeat; quo fit vt ipsi schismatici, & hæretici remaneãt impuniti, in non modicam diuinæ Maiestatis offensam, & graue personarum Catholicarum scandalum. Nos ne in futurum aliquis metu ipsorum hæreticorum, & schismaticorum, eorum crimina reuelare formident, aliàs in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio & ex certa scientia, nostris, Dilecto filio fratri Bernardo moderno Inquisitori Auinionen. vel pro tempore existenti, in dicta Prouincia hæreticæ prauitatis Inquisitori, vt personas quæ schismaticos, seu hæreticos huiusmodi reuelauerint, seu contra eos deposuerint, & testificauerint, publicare, seu reuelare minime teneantur. Et si ab eodem Inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicari contingat, ita truncata & secreta publicentur, vt cognitio nominum, & cognominum ipsorum testium, ad aliquam notitiam deuenire non possit. Quodque ipse Inquisitor à quoquam syndicari nequeat, & nemini, nisi nobis, aut pro tempore existenti Romano Pontifici, & Almæ Vrbis nostræ supremis Inquisitoribus de processibus per eum contra dictos hæreticos & schismaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter & indulgemus. Districtius inhibentes Vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, eorumque in spiritualibus, & temporalibus Vicariis, seu officialibus generalibus, & dilectis filiis omnibus, & singulis Iudicibus & personis tam ecclesiasticis quam secularibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus & ordinis, vel conditionis existentibus, ne ipsum modernum, & pro tempore existentem Inquisitorem ad nominum, & cognominum dictorum testium reuelationem & publicationem, seu de processibus per eundem modernum contra ipsos hæreticos, & schismaticos formatis, vel ab eo, & aliis Inquisitoribus pro tempore in futurum formandis rationis redditionem arctare, nec super præmissis, seu eorum occasione quouis prætextu molestare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præsumant. Irritum nihilominus & inane decernentes si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, & in Prouincialibus, ac synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, statutisque & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse latissimeque derogamus. Ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die prima Nouemb. M. D. L X I. Pont. nostri anno secundo.

Cæ. Glorierius.

Causa constitutionis.

Inquisitor Auinionen. dicta testium contra Hæreticos examinatorũ publicare nõ tenetur.

Syndicariq; nequeat, nisi a Romano Ponti. vel supremis Inquisitoribus Vrbis, de processibus contra Hæreticos.

Inhibitio contra molestãtes Inquisitorẽ Auinionẽ. super præmissis.

Decretũ irritãs.

Clausulæ derogatoriæ.

LIIII.

Reformatio Registrorum, & extractuum à Notariis quorũcunque Iudicum Romanæ Curiæ conficiendorum.

De Materia autem Registrorum & extractuum in Curia A. C. habes supra Pauli II. const. 7. Inter præcipuas in fine fol. 92. Et infra in const. 74. Inter multiplices, & const. 149. Cum nuper generali.

Et in Curia, Vicarij, & Gubernatoris, ac Iudicis Burgi, habes infra in const. 148. Cum nuper, & const. seq.

Et in Archiuio Vrbis, habes infra in Greg. XIII. const. 95. Alias cupientes.

Et in Curia Capitolij habes in primo lib. Statut. cap. 56. & infra in const. 148.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, & cet.

CVM sicut accepimus in causis quæ in dies in quibuscunque Almæ Vrbis nostræ tribunalibus agitantur, ab earundem causarum Notariis magna registrorum volumina non minus lectu, quam intellectu difficilia, & quæ potius Auditoribus siue iudicibus, ac procuratoribus, & partibus litigantibus, in recognoscendis causarum huiusmodi meritis confusionem, & difficultatẽ pariunt, quam inane conficiantur, ac in eis plurima etiã absurda, inutilia, superflua, ad causas nullo modo spectantia & repetita apponantur, nõ alia, vt creditur de causa, quam vt quanto maior foliorum accreuerit numerus, tãto etiam pinguior, & amplior merces Notariis huiusmodi reddatur. Vnde partes litigantes grauia subire coguntur dispendia, sitque vt interdum registrorũ impensæ, valorẽ rei super qua agitur longe excedant, ac exinde plus capiat Notarius, quã pars bonum ius fouens, ac ex iure oriri videatur iniuria. Nos partiũ litigantium indemnitati, ac Iudicum, & Procuratorum huiusmodi cõmoditati, in præmissis quantũ in nobis est, consulere volentes, ex certa nostra scientia auctoritate apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis, tam beneficialibus quam profanis, & matrimonialibus, ac meris, & mixtis, in quibuscunq;

Causa constitutionis.

Registra non fiãt in causis ordinariis a principio, sed fin plicem extractum.

Registra & extra [illegible] probar [illegible] Tribun. ad quod transportantur.

dictæ Vrbis Tribunalibus, ac coram quibusuis iudicibus, nullis prorsus exceptis, motis, & mouendis causis, in ordinariis videlicet quæ a principio via ordinaria introductæ sunt, etiam si in illarum progressu vna forsan aut plures commissiones superuenerint, ac materia introducta via ordinaria non esset, de iurisdictione iudicis ordinarij intelligantur, nulla penitus fiant registra, sed tantum extractus simplices, & absque aliqua terminorum extensione, qui in vno confecti, in quibusuis aliis Tribunalibus, si ad illa transportentur, plenam fidem faciant in omnibus, & per omnia perinde ac si essent registra extensa: In vero autem commissarijs causis, quarum videlicet principia ordinarie non sunt introducta, registra quidem fiant, sed quæ, & extractus prædicti, ita vt sequitur formari, & confici debeant. Primoque tam in registris quam extractibus huiusmodi conficien. facultates Iudicum vel deputationes eorum Locatenen. cum illæ sint notoriæ, & illarum exempla publica, & impressa habeantur, nullatenus præinserantur, & pro quibus licet non insertis, Notarij nihil a partibus exigant. Deinde, quod tam in ordinariorum extractibus quam eorum, & aliorum quorumcunque delegatorum etiam causarum palatij nostri Apostolici Auditorum, ac S. R. E. Cardinalium registris, dimittantur appositiones festorum quæ etiam notoriæ sunt, nisi forsan festum aliquod repentinum interuenerit, in quo caderet obseruatio alicuius termini, quo casu fiat mentio de illo, sed summarie, & hoc modo videlicet, Die tali fuit consistorium publicum &c. vel Sanctissimus equitauit &c. & sic de ceteris similibus. Successiue quod citationes, siue illæ cum inhibitione, siue absque factæ fuerint, in illarum reproductione nullo pacto repetantur, sed illarum executio tantum apponatur, his vel similibus verbis, tali die reproducta fuit citatio de qua supra quæ fuit executa vt supra &c. Præterea, si contingat quod commissiones semel registratæ, aliis commissionibus dependentibus præinserantur, illæ amplius non registrentur, sed annotetur folium, in quo superius fuerunt registratæ, & idẽ de Motibus proprijs, Breuibus, & aliis literis apostolicis, & aliis quibuscunque iam semel registratis, censeatur. Itẽ instrumenta quæ in actis causæ rogantur, non vltra illorum notulam extendantur, quæ vero producuntur præinseratur aliquid de illorum substantia, idque succincte, & deinde illorum tenor apponatur hoc modo, talis constituit procuratorem suum talem, pro vt in instrumento cuius tenor sequitur, & sic de aliis. Consequenter quod tam in registris, quam extractibus causarum, in quibus per duos vel tres annos nihil actum fuerit, non ponantur in illarum reassumptione mutatio anni vel mensis, indictio vacantiarum, creatio Pontificis, & similia ad causam non spectantia. Porro si contingat in aliqua causa plurium recipi iuramenta testium vnico contextu, in registris huiusmodi vnicum iuramentum vbi omnes iurati nominentur dumtaxat extendatur. Insuper non repetantur dignitates, vel tituli iudicum, & partium litigantium, sed tantum, talis iudex vel Auditor præfatus vel talis actor, vel reus aut procurator, & similia. Tandem quod singula folia coram quibuscunque ex dictorum Tribunalium, ac aliis iudicibus prædictis, in registris contineant in qualibet illorum pagina, ad minus lineas viginti quatuor, & vnaquæque linea ad minus duodecim syllabas, quæ scribantur litera bona & intelligibili, & non in charta bibula, alioquin liceat vnicuique tam iudicum quam partium, vel procuratorum litigantium folia aliter scripta lacerare, quæ debeant, postmodum expensis Notarij conuenienter rescribi, siue lacerata sint, siue non, aut si iudici, & partibus, seu procuratoribus magis placuerit, folia sic male scripta taxentur pro medietate, vel alia rata, ad arbitrium iudicis. Mandãtes propterea omnibus & singulis Iudicibus, & Auditoribus prædictis, sub indignationis nostræ, ac excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt pro præmissorum inuiolabili obseruatione, in causis prædictis coram eis ad præsens, & de cætero penden. nulla aliter quam vt præfertur cõfecta extractus, & registra admittant, & recipiant, imo illa tanquam in fraudem, ac damnum partium litigantium huiusmodi confecta reiiciant, suisque Notarios, vt extractus, & registra huiusmodi iuxta præmissa conficiant, cogant, & compellant. Ac vt illa obseruentur diligentem curam habeant: Districtius inhiben. nihilominus Notariis ipsis sub prædictis, necnon mille ducat. auri de Camera, partim partibus litigan. partim vero Cameræ Apostolicæ applicandorum, ac priuationis Notariatus per quemcunque contrauenientem eo ipso incurrendis pœnis, ne de cætero in causis, in quibus Notarij deputati fuerunt, & scripserint registra, & extractus, aliter quam vt præfertur omnibus semotis fraudibus conficere audeant, seu præsumant. Ac decernen. illa aliter facta nullibi fidem facere, & secundum ea iudicari vel sententiari non posse, neque debere, & ita per prædictos, & quoscunque alios iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata &c. irritum quoque &c. iudicari, & interpretari, ac diffiniri debere. Non obstantibus constitution. & ordination. Apostolicis priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, Tribunalibus, iudicibus, & Notarijs prædictis, ac eorum officiis, & collegiis, etiam motu simili etiam consistorialiter & cet. ac alias quibusuis quomodolibet concessis & cet. quibus omnibus illorum tenores &c. præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dũtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem præsentium solam signaturam absque eo quod registretur aut data in eo apponatur sufficere, & illarum transumpta manu alicuius Notarij publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu ecclesiasticæ curiæ munita, in iudicio, & extra fidem facere, quacunque regula seu constitutione Apostolica contraria non obstantibus.

Registra in causis commissariis [illegible]. Quod intellige certa C. procedere [illegible] excedentis 300. vt infra in const. 74.

Festa in certa de quibus hic, & festa mobilia, ac festa de præcepto vel cõsuetudine Vrbis, & stylo Curiæ & Pala. Ap. quæ sunt, vide in indice à me Lat. per typis dato.

Forma cõficiẽdi Regist. & extrac. Ad quod habes sup Clem. [illegible] 185. & Cabal. [illegible] 158.

Iudices non admittant registra vel extractus aliter facta.

Contrauenientium pœna.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Publicatio.

Intimatio Iudicibus.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta die vero vigesima secunda mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ apostolicæ, in acie Campi Floræ, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Ac successiue intimatæ insinuatæ & notificatæ fuerunt Reuerendiss. D. Iacobo Cardinali de Sabellis vulgariter nuncupato Almæ Vrbis Vicario. Reuerẽdiss. et Illustriss. D. Don Flauio Vrsino Episcopo Murano Curiæ causarum Cameræ Apost. generali Auditori R. P. D. Iulio Oradino Rotæ Decano, ac Reueren. D. Hieronymo Episcopo Sagonen. Almæ Vrbis Gubernatori, in eorum palatiis habitationum inuentis, repertis, et apprehensis, eisdem, et eorum cuilibet sub sententiis censuris et pœnis in retroscripto Motu proprio contentis, præcipiendo, et mandando iuxta eius tenorem et continentiam, per me Iulium Parinum prælibati Sanctiss. D. N. PP. Cursorem.

Bartholomæus Sottocasa Magister Cursorum.

Bruchit

L V.

Fructus & emolumenta ad Capitulum, & mensam Ecclesiarum Vrbis communiter spectantia applicantur distributionibus quotidianis, distribuendis inter Officijs Diuinis interessentes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM, sicut accepimus, in hac alma Vrbe nostra, quæ caput existit totius orbis, & in qua cælestis altitudo consilij sedem apostolicam nullis defecturam temporibus mirabiliter stabiliuit, ita in ecclesiis collegiatis diuinus cultus diminutus fuerit, vt cæteris nationibus scandalum non modicum generetur. Volentes igitur, quantum in nobis est, diuino cultui consulere, & abusus huiusmodi tollere, decernimus, statuimus, & ordinamus, omnes, & quoscunque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque, in quibuscunque rebus consistant, quarumcunque ecclesiarum, tam sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, beati Petri Apostolorum principis, ac gloriosissimæ Virginis sanctæ Mariæ Maioris nuncupatæ, quam aliarũ quarumcunque ecclesiarum, ad capitulum, & mensam earundem communiter spectantes & pertinentes applicari, assignari, & adscribi debere, prout tenore præsentium (sine tamen præiudicio pensionum super dictis fructibus reseruatarum) applicamus, adscribimus, & assignamus, distributionibus quotidianis distribuendas, & diuidendas inter canonicos, & alios beneficiatos diuinis officiis interessentes dictarum ecclesiarum, iuxta ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem iam factam, seu etiam faciendam, per nos, vel dilectum filium nostrum almæ vrbis Vicarium generalem Qui vero aliter de dictis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, emolumentis quicquam receperint (exceptis illis, quos infirmitas, siu iusta, & rationabilis causa, aut ecclesiæ vtilitas excusant) rerum sic receptarum dominium non acquirant nec faciant causas suas, imo ad omnium restitutionem teneantur. Idem quoque de distributionibus pro defunctorum anniuersariis largiendis decernimus obseruãdum. Mandantes dilecto filio Iacobo Cardinali Sabello, nostro in dicta Vrbe, eiusque districtu Vicario, quatenus ordinationem, statutum, decretum, applicationem, & assignationem huiusmodi, in quibuscunque ecclesijs in dicta Vrbe consistentibus, inuiolabiliter per quoscunque quauis auctoritate etiam Cardinalatus honore fungentes, per censuras ecclesiasticas, & alias pœnas, etiam pecuniarias, arbitrio imponendas, quacunque appellatione remota manu regia obseruari faciat. Contradictores &c. sublata &c. Sicque per quoscunque Iudices &c. irritum quoque &c. Non obstantibus præmissis, constitutionibus Apostolicis, & consuetudinibus, & constitutionibus quarumlibet dictarum ecclesiarum confirmatione apostolica aut quauis alia firmitate roboratis, latissime extendendis, quibus omnibus, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse, derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Causa constitut.

Fructus & emolumenta quæcunque ad Capitulũ & mẽsam Ecclesiarum Vrbis, distributionib⁹ quotidianis applicantur.

Executor deputatur Vicarius Papæ.

Decretũ irritans

Clausula derog.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum duodecimo Cal. Decembris, Anno secundo.

L V I.

Pœnæ Maleficiorum Ciuitatum & locorum Sedi Apostolicæ immediate subiectorum, applicantur Reue. Cameræ Apostolicæ.

Hæc constitutio comprehendit etiam castra, & alia loca quomodolibet subiecta Iurisdictioni Ciuitatum, & aliorum locorum Status Ecclesiastici, vt infra in constit. 61. Ad Romanum spectat.

Officiales autem locorum, decem pro centenario de dictis pœnis habent vt infra in constit. 102. Cupientes pro.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam.

DECET Roman. Pontificem id maxime omni studio curare & efficere: vt populi suæ sanctæque Sedis Apostolicæ ditioni subiecti, in pace, & tranquillitate viuãt, ac vt quieti status perturbatores, quos virtutis amor a malo non retrahit, pœnæ saltem formidine coerceantur, omnisque eis occasio, quo ad scelera committenda procliuiores reddi posse videantur, penitus adimatur. Sane cum experientia rerum magistra docente luce clarius cognouerimus, pro eo quod in omnibus fere Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis, nobis, & præfatæ Sedi immediate subiectis, tam ex illorum statutis, & consuetudinibus, quam etiam ex Rectorum decretis: & edictis, seu proclamatibus, quæ pro tempore fieri contingit, seu alias ea variis priuilegiis illis concessis, pœnæ pro delictis, & excessibus impositæ in totum, vel pro parte Communitatibus Ciuitatum, Terrarum, & locorum huiusmodi applicantur, & a delinquentibus, vtpote qui de ipsarum Communitatum corpore existunt, & in illis quamplures sibi necessitudine, & amicitia coniunctos habent, minime exiguntur, plura, & enormia delicta committi, & perpetrari, ac impunita vt plurimum remanere, indeque ad illa, & peiora committenda, homines proniores, & faciliores reddantur, plerumque inimicitias oriri, ortasque ingrauescere & foueri. Nos propterea, pro nostri pastoralis officij debito, his quantum in nobis est occurrere, & ne sub spe impunitatis quispiam audacior ad delinquendum fiat, prouidere volentes, habita prius super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, matura deliberatione, ac de eorum vnanimi consilio, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt in omnibus, & singulis Ciuitatibus, Terris, & locis, vt præfertur, nobis & Sedi Apostolicæ subiectis, in quibus pœnæ aliquæ pecuniariæ, & mulctæ, siue certæ expressæ summæ, siue bonorum siue alicuius partis illorum confiscationis, pro quibusuis criminibus a iure communi, vel municipali, siue etiam per decreta edicta, proclamata, aut banoimenta a locorum Rectoribus, & Prouinciarum Præsidibus, seu Gubernatoribus, ac etiam de latere Legatis, & eorum Vicelegatis, cæterisque Officialibus, & iustitiæ ministris edita, & facta,

Pœnæ pro delictis impositæ in locis Status Ecclesiastici, vigore Statutorũ vel bãnimentorũ applicatæ erant Communitatibus, & propterea delinquentes tanquam potentes eas nõ soluebant, & in dies maiora delicta committebant.

Idem hic Pontifex dictas pœnas maleficiorum non tamen impositas pro damnis datis in vineis &c. Cameræ Apost. applicat. & ab exactis exigi mandat, per depositarium cameræ.

ctæ, inflictæ, ipsarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Communitatibus, ex statuto, vel consuetudine, etiam a nobis, & Sede Apostolica approbatis, & confirmatis, aut priuilegio Apostolico etiam ex titulo oneroso, vel pro reparatione murorum, fontium, pontium, & viarum, & etiam ecclesiarum, seu piorum locorum, aut pro aliis rebus publicis, vel alias quomodolibet concesso, in totum, vel in partem applicatæ existunt (illis tantum quæ pro damnis in possessionibus, vineis, agris, siluis, & nemoribus illatis impositæ fuerint exceptis) non prædictis Communitatibus, sed Cameræ Apostolicæ applicatæ sint, & esse censeantur, & per Officiales, seu executores ad id ab ipsa Camera deputan. etiam quæ hactenus earundem Communitatum negligentia, seu potius nimia indulgentia exactæ non fuerunt, exigantur, ac exigi possint, & debeant. Inhibentes vniuersis, & singulis Legatis, sub indignationis nostræ, ac Rectoribus, & aliis supradictis, sub excommunicationis, seu suspen. a diuinis, aliisque arbitrio nostro pœnis eo ipso incurren. ne de cætero perpetuis futuris temporibus in eorum decretis, edictis, proclamationibus, seu bannimentis facien. aut sententiis ferendis pœnas pecuniarias, & mulctas, aut bonorum in partem, vel in totum confiscationes huiusmodi alicui alteri præterquam Fisco nostro, & Cameræ Apostolicæ applicare, quouismodo audeant, & vbi etiam per eos alicui alteri applicari contigerit, illas nihilominus eidem Cameræ applicatas fore, & censeri, ac per eius Officiales, & executores præfatos exigi debere, Sicque per quoscunque Iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam præfatos Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Ne autem his quibus pœnæ pecuniariæ, seu mulctæ prædictæ forsan ex titulo vere oneroso, pecunia scilicet actualiter numerata, applicatæ extiterunt, præiudicium fiat, Volumus, vt hi qui illas seu illarum partem sic ex titulo oneroso sibi applicatas, seu applicatam fuisse docuerint, postquam illæ per Officiales Cameræ Apostolicæ exactæ fuerint, de eorum manibus (præuiis tamen dictæ Cameræ mandatis) illas integre, seu pro parte, prout eis applicatæ erant accipiant, In illarum vero exactione nullatenus se intromittant; Et idem in illis pœnis, & mulctis, ac confiscationibus quæ applicatæ esse ostendentur pro reparationibus murorum, pontium, & viarum, & in primis ecclesiarum, & piorum locorum, aliisque rebus publicis videlicet obseruari mandamus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac prouincialibus, & municipalibus quorumcunque locorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis communitatibus prædictis, & aliis quibuscunque etiam ex titulo oneroso concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, quo ad præmissa specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Non. Decembris, Pont. Nostri Anno Secundo.

Inhibetque ne locorum Rectoribus, vel de cætero tales pœnas applicent nisi eidem Cameræ. & applicationes aliter factas annullat.

Declaratio circa applicationes factas Piis locis, vel ex causa onerosa.

Clausulæ derog.

EGO PIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Locus Signi.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Portuen.
Ego F. Card. Pisanus Episcopus Tusculan.
Ego F. Card. Cælius Episcopus Prænestin.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Sabinien.
Ego Chri. Mad. Triden. Episcopus Albanen.
Ego Otho. Card. Augustanus.
Ego B. della Cuea Card. Sanctæ Cruc.
Ego R. C. S. Angeli Maior Pænitentiarius.
Ego Ful. Card. Peruf.
Ego Io. Michael. Card. Saracenus.
Ego Io. Card S. Vitalis.
Ego Marcus Antonius Card. Amulius.
Ego Hieronymus Card. de Corrigio.
Ego B. Card. Nauagerius.
Ego Alexan. Card. Farnesius Vicecancel.
Ego Gui. Asc. Card. Camerarius.
Ego N. Card. de Sermonera.
Ego Io. Cardinalis Vrbinas.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Iac. Card. Puteus.

Ego Io. B. Cicada Card. Sancti Clementis.
Ego B. Card. Traoen.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego Io. Antonius Card. Capisuccus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Car. Aræ Cæli.
Ego Iac. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego B. Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego Petrus Franciscus Card. Ferterius.
Ego Alf. Carafa Card. Neapolitanus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Carolus Card. Borromeus.
Ego Mar. Siticus Card. ab Alta Emps.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Ind. de Aualos Card. de Aragona.
Ego Alf. Card. Gesualdus.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.

Franciscus de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, Die vero decimatertia mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno tertio, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, cancellariæ apostolicæ, & acie campi Floræ, per nos Franciscum Rogerium, & Honofrium Montarguli prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici magister Cursorum.

Prozeneta

LVII.

Proxenetæ Ripæ Almæ Vrbis, tenentur Nautis & Mercatoribus Vini, de pretio vini eis mediantibus venditi, Et ipsi Nautæ & Mercatores, soluere debene Reu. Cameræ Apost. iulios quatuor pro quolibet dolio vini.

De Officiis istorum Proxenetarum, & Monte super eorum emolomentis erecto, habes infra in Pii V. const. 181. Cum sicut accepimus alias.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Roman. Pontificem ex debito sui pastoralis officii, ad ea diligenter prospicere, per quæ, in hac Alma Vrbe ad quam veluti communem omnium patriam, frequens est hominum concursus, vini, ac rerum aliarum humano victui necessariarum vbertas, cum eiusdem Vrbis Incolarum in copioso numero existentium commoditate, Nautarum quoque, & Mercatorum vina, & res huiusmodi ad Vrbem ipsam aduehentium, plena securitate, nostræ prouisionis ope, vnicuique quod suum est tribuendo, non solum manuteneri, sed augeri, ac in ea ad publicam omnium vtilitatem, per amplius cõseruari salubriter valeat. Cum itaque sicut diuersi diuersarum partium Nautæ, & Mercatores quei elanter nobis nuper exponi fecerunt. Ipsi quos vini, ac res huiusmodi ad Ripam fluminis dictæ Vrbis deducere sæpe contingit, neminem cognoscentes, & diutius in dicta Vrbe, seu Ripa absque eorum graui detrimẽto morari nequeuntes, vina huiusmodi mediantibus Proxenetis, Sensalibus nuncupatis, Cauponibus, Hospitibus, Tabernariis, ac aliis diuersarum qualitatum personis, a quibus vini venditi precii solutio, seu exactio nimium tarda, & difficilis existit vendere, & deinde pro huiusmodi precio recuperando Caupones, Hospites, Tabernarios, ac personas huiusmodi, ad iudicium euocare, ac proinde varias lites, & quam plures sumptus, & expensas subire, procuratores cum menstruis salariis in dicta Vrbe cõstituere, & relinquere cogantur, ac sæpius etiam Caupones, Hospites, Tabernarios, ac personas huiusmodi dolose, & fraudolenter decoxisse, solum vertisse, foro cessisse, atque alias soluendo non esse inueniant, Quo fit vt negociatio circa hæc, magna cum eorum iactura multum impediatur, & retardetur, ac ipsi vina prædicta longe dimidio etiam carius vendere astringantur, in graue totius Vrbis, ac illius, & præsertim pauperum incolarum euidens detrimentum; Et propterea ipsi, seu eorum maior, & sanior pars apud nos, vt eis in præmissis de opportuno remedio prouidere velimus, vehementer instantes, si nostræ prouisionis auxilio ab eisdem damnis, & incommodis liberati fuerint, vltro per eorum propriis manibus subscriptas singraphas nobis, & Cameræ Apostolicæ perpetuis futuris temporibus, pro impensis etiam Ministrorum in præmissis sobeundis, quatuor Iulios pro quolibet dolio vini ordinario, vltra omnes alias præstationes, & solutiones ad hæc vsque tempora introductas, se soluturos offerant, & longe esse minorem suam hanc quatuor iuliorum præstationem, quam tot, & tanta incommoda, quæ in dies subire compelluntur attestentur, ac sublatis dictis incommodis, etiam multo viliori precio vina sua vendere posse affirment. Nos igitur eosdem Nautas, & Mercatores specialibus fauoribus, & gratiis prosequi, ac eorum indemnitati, & publicæ vtilitati, quantum in nobis est prouidere volentes, ac omnia, & singula priuilegia, & hypothecas, tam de iure, quam consuetudine eis quomodolibet concessa, & competentes, quorum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, harum serie approbantes, & innouantes, ac de nouo concedentes, necnon per eos nobis factam oblationem prædictam acceptantes, ratamque, & gratam habẽtes, ac simul laudabilem alias in his, vt plene nouimus introductum, licet postmodum nonnullorum, vel incuria, vel fraudibus, & malitiis a quibusdam annis citra male obseruatum vsum, per quem Proxenetæ quorum opera vina vendita fuerant, post trinam requisitionem illorum emptoribus factam, ad totalem pretii solutionem eisdem vẽditoribus tenebantur, amplectentes, consideratis prius natura negocii, quæ in celeri expeditione consistit, ac ipsorum Nautarum, & Mercatorum, ac aduenarum, & aliarum personarum in eadem Vrbe degentium, ac cum eis contrahentium ignorantia, publicæque vtilitatis conseruatione, necnon dictæ vrbis excellentia, quæ pluribus priuilegiis a diuersis Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris decorata fuit, & deinde habita super his cum diuersis probis viris horum omnium peritis deliberatione matura, ex certa nostra scientia auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore existentes Proxenetæ, qui quotidie in dicta Ripa versantur, quique Caupones, Tabernarios, & Hospites, ac alias personas huiusmodi in eadem Vrbe degentes, quæ per eorum manus vina ab eisdem Nautis & Mercatoribus emunt, per continuam, seu frequentem, & circularem cum eis ratione exercitii, eorum officii, ac cum aliis personis habitã conuersationem, ac tractationem cognoscunt & cognoscere possunt, seu facile de eis eorumque facultatibus se informare, ac certiores reddi valeant, quorumque fidem in nominibus, & venditionibus faciendis in hoc negocio huiusmodi vinorum venditores, quodammodo sequi videntur, ad solutionem precii cuiuscunque quantitatis vini, eis mediantibus venditi, & venditoribus non soluti, in omnibus, & per omnia, ac si ipsis venditum fuisset teneantur, adeo vt facta emptoribus, per eosdem venditores, trina requisitione iudiciali, seu extraiudiciali, etiam vno eo contextu, & de eadem requisitione coram Iudice competenti, etiam fide facta, ipso facto nullaque admissa excusatione, ad eorum solutionem omnibus iuris & facti remediis statim vnica tantum citatione præcedente, etiam si opus fuerit per subastationem, & venditionem officii Proxenetæ, quod pro tempore obtinebunt, quacunque appellatione remota compellantur, nisi venditores præfati emptoribus ipsis ad soluendum precium vini venditi dilationem vltra viginti dies fecerint, atque concesserint. Quo casu Proxenetæ huiusmodi nullatenus teneantur, nisi mercatores ipsi opera, & interuentu ipsorum Proxenetarum, dilationem huiusmodi fecisse probauerint, quo probato Proxenetæ prædicti ad huiusmodi solutionem, vt præfertur, teneantur, salua tamen remanente præsentis statuti, & ordinationis vigore, Proxenetis, in casibus in quibus tenerentur, cõtra dictos emptores, actione, in omnibus, & per omnia, ac si vinum prædictum per eos emptoribus venditum extitisset, ipsique cum eis contraxissent, etiam absque alia desuper per dictos venditores actionum, aut aliorum iurium cessione facienda: Et pro maiori Proxenetarum, ac mercatorum, & Nautarum, ac aliorum prædictorum cautela, quòd moderni

Nautæ vendebãt mediantibus Proxenetis eorũ vina Cauponibus & aliis quos non cognoscebant, & pro consecutione pretii litigare cogebantur.

Ideo Nautæ obtulerunt Pontifi. i. se soluturos iulios quatuor pro dolio vini Cameræ Aposto. vltra alias præstationes, si idem Pont. super præmissis prouidere voluisset.

Pontifex igitur Nautarũ & Mercatorum vini securitati, ac vini vbertati consulẽdo, decreuit, ipsos Proxenetas teneri pro pretio vini venditi, eis mediãtibus, quãdo emptores soluere recusãt, vel dilatio vltra 20. dies concessa nõ sit ab ipsis Mercatoribus.

Proxenetæq; satisfaciat possit agere possic declarat cõtra emptores vini, prout si ipsi met, vinum eis vendidissent.

Et pro maiori cautela Mercatorum vini, ac Proxenetarum præcipit quoscumque Caupones & Tabernarios cautionem debere pro centum scutis de solui & c. occasione vini, cum quibuscunq. personis.

derni Caupones Hospites, & Tabernarij, ac officia Cauponis, Hospitis, & Tabernarij ad præsens exercentes infra quindecim dies, alii vero qui in futurum illa exercere voluerint, ante eorum exercitium, coram dictæ Ripæ Camerario, in forma depositi pro centũ scutis, pro quolibet hospitio, seu qualibet taberna, vel caupona, de stado iuri, & iudicatũ soluẽdo corã dicto Camerario, oibusq; aliis iudicibus cõpetentibus cũ oibus, & singulis personis quolibet interesse habẽtibus occasione cuiuscunq; quãtitatis vini, per eos a Nautis, seu Mercatoribus ripalibus empti idonee cauere, & cautiones hmõi in fine cuiuslibet anni renouare etiã teneãtur, ac ad id per Camerariũ prædictũ, omnibus iuris, & facti remediis ipso facto cogi, & cõpelli possint quibuscunq; appellatione, & subterfugio remotis; Super quibus ipsi Ripæ Camerario eos totiens quotiens vsq; ad quãcũque summã pro præmissorũ executione mulctandi, ac mulctã huiusmodi pro vna Cameræ prædictæ, & pro alia illius medietatibus officio Camerarij huiusmodi, & executori applicandi, eamq; exigendi, ac Tabernas, hospitia, & cauponas huiusmodi claudendi, omniaque alia, & singula in eisdem præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna decernendi, mandandi, faciendi, & exequendi, plenam, & liberã, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, facultatem, alioquin ipsum, & Camerarium, & Notarium inde rogatum in præmissis negligẽtes pro dictis centum scutis de eorum proprio teneri, ac ad illorum solutionem cogi, & compelli, ita per quoscunque Iudices, & commissarios, etiam causarum Palatij apostolici Auditores, ac præfatos Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere decernimus, & declaramus; Et nihilominus ne dicta Camera propter ea damnum aliquod patiatur, sed vt præmissa omnia suum plenarium effectum liberius sortiri valeant, ac ex causa onerosa concessa sint, & esse censeantur pro Ministrorum in his in dicta Ripa, & alibi, ac alijs præmissis necessariorum mercede, & manutentione eosdem quatuor iulios pro quolibet dolio vini ordinarij, quod ad dictam Ripam appellere contigerit modernis, & pro tempore existentibus Dohanæ Ripæ huiusmodi Appaltatoribus, & ministris dictæ Cameræ per prædictos venditores vltra omnes alias hucusque introductas præstationes prædictas in primis, & ante omnia persolui, & ab eis exigi debere volumus, & mandamus. Præcipientes eisdem Appaltatoribus, & ministris, vt a publicatione earundem præsentium illos vna cum aliis eiusdem Cameræ iuribus a prædictis venditoribus exigant, ac retineant in vtilitatem ipsius Cameræ conuertendos, ac in eorum libris annotent, Necnon dilectis filijs nostro Guidoni Ascanio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali de Sancta Flora nuncupato Camerario nostro, ac ipsius Cameræ Thesaurario Præsidentibus, clericis, & personis, vt easdem præsentes in libris Cameræ prædictæ registrent, illasque, ac omnia in eis contenta huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, concessionis, acceptationis, ratihabitionis, amplexionis, statuti, ordinationis, facultatis, decreti, declarationis, voluntatis, mandati, & præcepti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Duodecimo Cal. Decembris. Pontificatus nostri anno secundo.

Et Gabellam iuliorum quatuor pro quolibet dolio vini solui, & per Ministros Cameræ exigi debere statuit.

Registrariq; mãdat in Camera Apost. const. 113. Quam publ. habes hic infra.

Fed. Card. Cæsius. Cæ. Glorierius.

F. Delyon.

Registratio.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta. Die duodecima mensis Decembris. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno secundo. Retroscriptæ literæ Apostolicæ, omniaque, & singula in eis contenta lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Basilicæ Principis Apostolorum, & Ecclesiæ Lateranen. de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, in dictisque locis per aliquod spatium temporis dimissæ, vt moris est, per nos Bernardinum Andreutium, & Franciscum Sottocasa, prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Bartholomæus Sottocasa magister Cursorum.

Registrata in Camera Apostolica. Hie. de Tarano.

LVIII.

Facultas Collegij & Deputatorum Fabricę S. Petri de Vrbe, cogendi quoscunque Notarios ad aperiendum & ostendendum testamenta, post annum a die obitus testatoris.

Ad quod vide etiam Clem. 7. const. 8. Admonet, fol. 192. & Pii V. const. 95. Decet nos.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

ET si per diuersos Romanos Pont. prædecessores nostros & nos diuersæ facultates priuilegia & Indulta, dilectis filiis Collegio Deputatorum Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe super executione Testamentorum & legatorum ad pias causas factorum, concessa fuerint; Inter aliaque vt plenius pijs Testantium voluntatibus satisfieret, Collegio præfato, & per eum Commissarijs deputandis, vt si infra annum, a die obitus Testatorum, eorum Testamenta per hæredes, vel alios ad quos spectaret, plenarie executioni demandata non forent, ipsi illa debitæ executioni demandari facerent, indultum fuerit, Multa tamen testamenta in quibus diuersa legata & relicta ad pias causas reperiuntur, ex eo quod testatores illa dum uixerũt (sicut in Regno Neapolitano per multos fieri solet) clausa Notariis consignarunt, & hæredes ab intestato succeden. omniaque bona defunctorum possiden. non curant testamenta ipsa clausa aperiri facere, & testatorum voluntates adimplere, in graue animarum suarum periculum, & tam prædictæ fabricæ, quam aliorum piorum locorum, ac plurimorum pauperum detrimentum, & contra testatorum huiusmodi intentionem, hactenus sicut accepimus executioni demandata non fuerunt. Nos Fabricæ, piorum locorum, pauperumque subuentioni volunta

Fabricę Collegiũ facultatẽ hẽrede quando vltimas voluntates, per hæredes non executas infra annum a die obitus Testatorum.

Ad quod vide infra Pij V. const. 95. Decet nos, ubi notatur.

tum testatorum implemento, ac saluti animarum hæredum huiusmodi, quantum cum Deo possumus consulere volentes, Motu proprio ac ex certa scientia & de Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictis Collegio & eius Commissariis, vt sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ac alias iuxta formã facultatũ priuilegiorum, & indultorum prædictorum, omnes & singulos Notarios, penes quos huiusmodi testamenta clausa vt præfertur vel alias reperiuntur, vel in futurum reperientur, post annum a die obitus testatorum, ad illa aperienda, & ipsis Cõmissariis ostenden. solutaq; ipsis Notarijs debita mercede, iuxta formam priuilegiorum prædictorum ad tradendũ sibi exẽplar ipsorũ testamẽtorũ in forma probanti, & authentica etiã cũ inuocatione brachii secularis si opus fuerit, quacunq; appellatione remota cogere possint, tenore præsentiũ cõcedimus & indulgemus. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per locorũ Ordinarios ac quoscunq; alios Iudices, & Cõmissarios, etiã causarũ Palatii Apostolici Auditores &c. Cardinales, sublata eis, & eorũ cuilibet aliter iudicãdi & interpretãdi facultate &c. iudicari & diffiniri debere, & quicquid secus super his a quoquã quauis auctoritate sciẽter vel ignorãter attẽptari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstan. apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac locorum Ciuitatum & Prouinciarum, in quibus Not. existent, vel testamenta huiusmodi confecta fuerint iuramento &c. roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque & aliis decretis, ac efficaciores & insolitas clausulas in se continen. Quorum tenores &c. haberi volumus pro expressis, Quibus omnibus, etiam si pro illorũ sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa, & indiuidua &c. mentio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, hac vice duntaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentis Motus proprii sola signatura sufficiat, eiusque exemplaribus etiam impressis manu Secretari ipsius Collegij, & sigillo præfatæ Fabricæ munitis, eadẽ fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ præsenti Motu proprio adhiberetur, si esset originaliter exhibitus vel ostensus.

Ideo hic Pontifex, dat facultatẽ eidem Collegio, cogẽdi Notarios ad aperiendum ĩta testamen. & ei ostenden. post annũ a die obitus testatoris.

Imo quilibet notariũ habens de dispositionibus Fabricę fauorabilibus infra mẽsem notificare tenetur vt in dicta const. Clem. 7.

Decretũ irritans

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Quintodecimo Calen. Ianuarii Anno Tertio.

LIX.

Ampliatio & extensio Priuilegiorum Artis Mercantiæ Pannorum Vrbis, & eius Consulum Iurisdictionis.

Ad quod vide supra Pauli 3. const. 47. Dudum, fol. 451. & ibi not.

De Priuilegiis autem Artis Lanæ de Vrbe vide infra in Pij V. const. 31. Vt ad artis.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

VOLENTES dilectos filios Mercatores pannorum Almæ Vrbis nostræ, non minori quam Prædecessores nostri prosequuti sunt, fauore prosequi, idcirco præinsertas & literas forsan desuper confectas, ac in eis contenta & inde sequuta quæcunque confirmamus, & firmitatis robore munimus & approbamus quatenus sint in vsu. Præterea prouide attendentes, quod cælesti fauẽte numine, humana prole aucta, & bonorum Mercãtilium & præsertim pannorum pretium est auctum, & propterea iure merito iurisdictio iusdicentium augenda est, Motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine fidem de qua in præinsertis fit mentio, ad summam ducatorum auri triginta augemus & extendimus, ita vt fides ipsis libris Mercatorum de rebus spectantibus ad artem Mercantiæ, dummodo ipsi mercantiliter & mercatorum ordine & more scripti, ac confecti & tenti sint, iuramentumque prout in præinsertis continetur, interueniat, vsque ad summam ducatorum triginta auri adhibeatur, Et quod Cõsules ipsi inter laicos de rebus prædictis, etiam si ipsi Romani ciues sint, & Curiales Ro. Cu. sequentes, ius dicere, cognoscere, terminare, & exequi possint vsq; ad summam prædictam, & sine præiudicio tribunalis Auditoris Cameræ, in quacunque summa, & aliorum Tribunalium vltra summam viginti, absq; eo quod causæ ab eorum Tribunali, præterquam per appellationem legitimo tempore, & modo interpositam, auocari possint, decernimus & mandamus. Non obstan. quibusuis priuilegiis etiam personis suprascriptis, etiam Motu proprio attributis, quorum etiam expressa & specifica mentio habenda esset. (quorum omnium tenores perinde ac si de verbo ad verbum hic inserti forent pro expressis haberi volumus) ac aliis quibus prædecessor præfatus in præfatis literis minime obstare voluit, cæterisque contrarijs quibuscunque, Et sic per quoscũque Iudices iudicari & interpretari volumus & mandamus, sublata aliter interpretandi aut iudicandi facultate, Irritum quoque et inane decernentes, quicquid in contrarium contigerit attẽtari. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, et vbiq; fidem faciat regula contraria non obstante, vel quod Breue desuper si videbitur expediri possit.

Literæ quas hic Pont. vocat præinsertas, sũt Pauli 3. & habes supra eius const. 47. Dudum fol. 451.

Libris Mercatorũ, mercantiliter tentis, fides detur eis vsque ad duc. 30. de rebus spectan. ad artem.

Iurisdictio Consulũ extẽdit pro dicta summa cõtra quoscunque laicos etiam Curiales.

Clausulæ derog.

Decretũ irritans

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Decimo octauo Cal. Februarii Anno Tertio.

LX.

De erectione Monasterii Virginum Neophitarum Ordinis Prædicatorum S. Dominici, sub inuocatione Annunciationis B. Mariæ Virginis in Vrbe, & illarum Priuilegiis & Exemptionibus.

De Translatione & Ampliatione istius Monasterij, habes infra in Pij V. const. 25. Sacrosanctæ, vbi notabo de materia Neophitorum.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM inter cæteras Ro. Pont. qui Christi vices gerit in terris, sollicitudines, illa potissimũ ipsius animũ vrgeat, vt eos, quos Satanæ perfidia a Christi fide alienat, ad ecclesiæ gremiũ reducat, Decet eum his sæpe, quæ per prædecessores suos in Neophitorum commodum prouide facta, & concessa dican-

tur, Apostolici muniminis adiicere firmitatem, ac illa, vt ea inde optatum consequantur effectum, indulgentijs & peccatorum remissionibus Christi fideles ad id alliciendo, fauoribus prosequi opportunis. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt Dilecti filij Præpositus, Administrator, Rector, Gubernator, Oeconomus, Ministri, & aliæ personæ Archiconfraternitatis Iudæorum Hebræorum, & Infidelium Conuersorum Almæ Vrbis nostræ, Quod cum alias fe.re. Paulus Papa III. prædecessor noster, postquam intellexerat nonnullos Hebræos, seu Iudæos diuinitus inspiratos tenebrosam cæcitatem, qua tunc detinebantur, abiecisse, & ad veri luminis cognitionem conuersos sacri baptismatis fonte ablutos fuisse, ac ob diuersa munera, & gratias ex sedis Apostolicæ benignitate eis concessa, quamplurimos alios Hebræos, seu Iudæos, simili accensos desiderio eandem cæcitatem abijcere, & ipsum verum Dei lumen agnoscere desiderare: Cumque in dicta vrbe nullus locus existeret, in quo ipsi ex iudaica cæcitate ad Christi fidem conuersi recipi valerent, idem Paulus prædecessor, supplicationibus sibi tunc pro parte

Paulus Monasteriũ pro puellis, & Hospitale pro viris hebreis & a iudaica fide sacer dotibus erexit vt sup. in eius constit. 34 illius qui fol. 428.

dilecti filij Ioannis de Torano Rectoris Parochialis ecclesiæ S. Ioannis de mercato Regionis Campitelli dictæ Vrbis desuper porrectis inclinatus, eidem Ioanni vnum Monasterium pro puellis, & vnum Hospitale sub S. Iosephi, seu alia de qua eidem Ioanni videretur inuocatione, pro viris Iudæis, & aliis pro tempore ad Christi fidem conuertendis, prope ecclesiam sancti Ioannis præfatam in loco ad tunc designato ex bonis sibi a Deo collatis, & Christi fidelium eleemosynis concessis, & concedendis construi faciendi licentiam, & facultatem concesserit, & postquam constructa fuerit, in monasterium, & hospitale eorundem Iudæorum conuersorum, sine alicuius præiudicio perpetuo erexerit, illisque pro illorum dote bona quæcunque illis eroganda, & relinquenda perpe-

Archiconfraternitatem quoque ibi instituit.

tuo applicauerit, & appropriauerit, Ac in monasterio, & hospitali præfatis vnam Archiconfraternitatem quæ caput omnium aliarum confraternitatum, & hospitalium, Monasteriorum, & aliorum locorum conuersorum huiusmodi vbilibet pro tempore institutorum, & erectorum instituendo, ipsas eidem Archiconfraternitati immediate subiecerit, & membra ab ea fecerit dependentia, ita quod Confraternitates, Monasteria, Hospitalia, ac loca ad vsum huiusmodi vt præfertur constructa, ipsam Archiconfraternitatem in aliqua saltem reuerentia singulis annis recognoscere tenerentur: Necnon cõfratribus, Monasterio, Hospitali, ac ecclesiæ prædictis, illorum-

Indulgentias confratribus & aliis concessas hoc.

Ad quod vide supra in constit. 37. Cum nos fol. 701.

que Administrationibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Oeconomis, Ministris, Conuersisque, & aliis personis pro tempore existentibus, seu de illis, ac monasterii, & hospitalis prædictorum fabrica curam aliquam habentibus: Nec non tam personis inibi pro tempore decedentibus, seu aliquid de bonis suis pro dictis operibus relinquentibus, quod omnibus, & singulis priuilegiis exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, indulgentiis etiam plenariis, ac peccatorum remissionibus, & aliis gratiis spiritualibus imagini sancti Saluatoris ad sancta Sanctorum, & Charitatis, Corporis Christi, Sacramenti, & Campi Sancti confraternitatibus, Archihospitali sancti Iacobi in Augusta, & sancti Spiritus in Saxia Hospitali dictæ Vrbis, cæterisque Hospitalibus, & Confraternitatibus in eadem vrbe consistentibus, ac fabricæ Principis Apostolorum dictæ vrbis, illiusque deputatis, & eorum, ac beatæ Mariæ de Populo, Consolationis, sancti Ioannis Baptistæ Florentinorum, & eiusdem Campi Sancti, aliisque eiusdem vrbis ecclesiis, ac illa, & illis, visitantibus, vel illorum benefactoribus, eorumque Administratoribus, & Guardianis, Rectoribus, Oeconomis, Generalibus, & aliis personis similem curam in eis sumentibus, ac Iudæis, & conuersis quibuscunque, etiam per eundem Paulum, & quoscunque alios Romanos Pontifices etiam prædecessores suos, ac sedem eandem hactenus quomodolibet concessis, & in futurum concedendis: Quæ omnia, & literas desuper confectas præfatus Paulus prædecessor haberi voluit pro expressis: Et quibus illæ, illi, & illa vtebantur, potiebantur & gaudebant, ac vti, potiri & gaudere poterant quomodolibet in futurum, Archiconfraternitas, illiusque Confratres Monasterium tunc construendum Hospitale, & Ecclesia, illorumque Administratores, familiares, Ministri, œconomi, & aliæ personæ similem curam inibi sumentes, & illa visitantes, ac eis benefacientes ex tunc, & in perpetuum vti, potiri, & gaudere quomodolibet libere, & licite valerent in omnibus & per omnia perinde ac si Monasterio, & Hospitali, ac Ecclesiæ, & Confratribus prædictis, illorumque Rectoribus, Administratoribus, Gubernatoribus, œconomis, seruitoribus, familiaribus, ministris, & Conuersis, & aliis

Indulgentias publicandi & eleemosynas recipiendi, & Cõfessores eligendi facultatem concessit.

Reuocationẽ Cõfessionalium ea quæstuandi habes supra in const. 9. fol. 7?1

Rẽmem vero Indulg. pro quibus porrigendæ sunt manus ad nutri on habes inf. in Pii V. const. 10. Et si dominici.

personis, ac illa visitantibus, & eis bene facientibus pro tempore specialiter & expresse concessa fuissent, & in futurum concederentur: Nec non presbyteris quibuscunque, qui in Monasterio, seu Hospitali, aut Ecclesia prædictis quocunque tempore celebrarent, & pro quibus ijdem presbyteri inibi celebrarent, & orarent, easdem Indulgentias & peccatorum remissiones, quæ celebrantibus in Scala cœli, & trium fontium nuncupatorum, monasteriorum sancti Francisci de obseruantia, & Cistercien. respectiue ordinum extra muros dictæ Vrbis, nec non cappella in Præsepe Domini sitæ in ecclesia beatæ Mariæ Maioris de vrbe prædicta, ac animabus pro quibus ijdem presbyteri celebrarent, & orarent concesserit, & indulserit, ac indulgentias, priuilegia, indulta, exemptiones, immunitates, libertates, & alias concessiones, & remissiones huiusmodi ad illos, illas, & illa extenderit, prorogauerit, & ampliauerit, Quodque pro tempore existentes Præpositus, & Administrator, Rector, Gubernator, Oeconomus, Ministri, & Conuersi, aliæque personæ præfatæ, indulgentias, gratias, priuilegia, indulta, exemptiones, immunitates, libertates, aliasque concessiones, & remissiones huiusmodi, & dies, ac festa in quibus, & causas propter quas illa consequi deberent, ad eorum beneplacitum publicari facere, & eleemosynas ipsis per fideles quoslibet illis pro tempore elargiendas recipere, & personas ad huiusmodi eleemosynas colligendas deputare, ac quilibet Confrater, aliaque persona Archiconfraternitatis monasterij, &

Confratribusque vere pœnitentib. & cõfessis, & eleemosynas porrigentibus, & visitantibus loca hæc expressa Indulgentias concedit.

hospitalis Confratrum Presbyterorum, & Conuersorum huiusmodi, quemcunque presbyterum secularem in suum possent eligere confessorem, qui eos, & eorum quemlibet a quibuscunque casibus quantumcunque grauibus etiam in quinternn Cancellariæ Apostolicæ in dictis literis expressis, & etiam Apostolicæ sedi reseruatis absoluere, Et Confessionale ac Altare portatile iuxta formam, & litteras prædictas habere possint, licentiam, & facultatem concesserit: Eiusdemque Archiconfraternitatis confratribus pro tempore existentibus vere pœnitentibus & confessis, seu statutis a iure temporibus confitendi propositum habentibus, qui in eiusdem sancti Iosephi, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, seu aliis per Præpositum, Administratores, & Gubernatores, ad id nominandis festis seu diebus, a primis vesperis vsque ad occasum solis sequentis diei Monasterium, & Hospitale, ac Ecclesiam huiusmodi deuote visitarent, & pro præmissis operibus manus adiutrices iuxta eorum arbitrium porrigerent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac Iubileum, & remissionem in domino misericorditer elargitus est, cum decreti, mandati, derogationis, aliisque clausulis prout in ipsius Pauli prædecessoris litteris, quarum, ac priuilegiorum, exemptionum, indulgentiarum, & indultorum transumptis

manu

manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Protectoris, aut alterius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu alicuius curiæ ecclesiasticæ munitis, eandem prorsus fidem adhiberi voluit, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, eisdem post viginti annos quoad indulgentia plenariam, & remissioné prædictam minime valituris, ac aliis in forma motus proprij in Camera Apostolica prædicta recepti, & admissi; Quas, nos, omniaque & singula priuilegia, exemptiones, prærogatiuas, indulta, indulgentias, aliaque in eis contenta præmissorum, & aliorum intuitu ex certa scientia cum decreti, mandati, derogationis, aliisque clausulis confirmauimus, approbauimus, & innouauimus, prout in nostris, simili in forma breuis literis plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subiũgebat, Dilecta in Christo filia Iulia Columna nobilis mulier Romana terrena in cælestia, & transitoria in æterna, felici commercio commutare cupiens, postquam quandam domum in dicta regione Campitelli eiusdem almæ vrbis nostræ consistentem Confraternitati Annunciationis beatæ Mariæ Virginis in ecclesia eiusdem beatæ Mariæ supra Mineruam instituta sub certis modo & forma, ac inibi expressis conditionibus donauerat & concesserat, eiusdem Confraternitatis Confratres domum huiusmodi virginibus Neophitis, & ad orthodoxam Iesu Christi fidem conuersis, etiam sub nonnullis conditionibus, ac modo & forma tunc specificatis etiam donauerit, & concesserit, prout in instrumétis, seu scripturis desuper cõfectis latius dicitur contineri, & dictæ virgines, seu earum aliquæ vt Iesu Christo Dei filio earum sponso, qui est speciosus forma præ filiis hominum magis placere, & altissimo purius, & sincerius famulari possint in eadem domo vnum Monasterium Virginum Neophitarum ordinis prædicatorũ S. Dominici sub regula S. Augustini cõstrui facere, & sub eiusdem Annunciationis beatæ Mariæ Virginis inuocatione per nos erigi desiderent: nobis humiliter supplicari fecerunt, vt huic honesto eorum desiderio satisfacere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos attendentes præmissa omnia in præfati Pauli prædecessoris, & nostræ intentionis executioné tendere, eoque firmiori robore, & pleniori gratia gaudere ac frui debere, quo maior, & vberior fructus ex illis prouenit, pium huiusmodi opus confouere, & eisdem Virginibus in sancto eorũ desiderio paterno affectu prouidere, ac eas spirituali gratiæ fauore prosequi volentes, ac dictæ Confraternitatis huiusmodi singulares personas, a quibusuis excommunicationis suspen. & interdicti, aliisque ecclesiasticis senté tiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes: nec non literarum ipsius Pauli prædecessoris, ac instrumentorum, & scripturarum huiusmodi vberiores tenores præsentibus pro expressis habentes, eiusdem Archiconfraternitatis confratribus, vt in eadem domo vnum ordinis prædicti monasteriũ cum Ecclesia, Campanalis, Cymbalis, Campanis, Cœmeterio, Dormitorio, Refectorio, Claustro, Hortis, hortalitiis, & officinis, aliisque necessariis, Superioris dicti ordinis vel cuiusuis alterius licentia minime requisita, constitui, & ædificari facere libere, & licite possint & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium indulgemus; Et postquam conuenienti clausura munitum fuerit Monasterium illud sub inuocatione eiusdem Annũciationis beatæ Virginis Mariæ pro perpetuis vsu, & habitatione Priorissæ, & Monialium seu Virginum Neophitarum ordinem præfatum profiteri volentium, ad electionem dilecti filij nostri Ioannis Michaelis tituli sanctæ Anastasiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Saraceni nuncupati moderni & pro tempore existentis societatis Catechumenorum, & Neophitarum, & ad fidem Christi conuersorum Protectoris perpetuo introducendarum, & iuxta regularia dicti ordinis instituta recipiendarum, quæ inibi sub regulari obseruantia, & perpetua clausura, ac sub cura, visitatione, correctione, administratione, superioritati, ac iurisdictione, tam in spiritualibus, quam in temporalibus eiusdem moderni, & pro tempore existentis Protectoris altissimo famulentur, perpetuo erigimus, & instituimus, ac illi sic erecto pro eius dote, omnia, & singula bona, oblationes, & eleemosynas, aliaque pia subsidia per quoscũque Christi fideles elargienda, & donanda perpetuo applicamus, & vendicamus, præfatasque Virgiñes, quæ in dicta domo nunc existunt, & quæ habitum monachalem suscipere possunt, ac volunt, aliasque pro tempore in prædicto monasterio introducendas, per Protectorem prædictum, aut alium ab eo ad id suo arbitrio deputandum velari, & habitum prædictum sicut præmittitur illis imponi posse volumus, & concedimus, Dictumque Monasterium, ac illius Priorissam, & Moniales, seu Virgines, & illius personas, ac bona quæcunque nunc, & pro tempore existentia ab omni cuiuscunque alterius iurisdictione superioritate, cura, correctione, visitatione, dominio, potestate: nec non a solutione quarumcunque decimarum, ac cuiuscunque subsidij, Gabellæ, & cuiusuis alterius ordinis, tam ordinarij, quam extraordinarij ex quacunque causa etiam vrgentissima, etiam per nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem, & Cameram præfatam, & quoscunque alios quomodolibet impositis, & imponendis, eadem auctoritate penitus eximimus, & liberamus: nobisque, & eidem sedi, ac Ioanni Michaeli Cardinali & pro tempore existenti Protectori præfato immediate subiicimus, Ipsumque Ioannem Michaelem Cardinalem, & pro tempore existentem domus Catechumenorum, & Neophitarum prædictarum Protectorem in eiusdem Monasterij sic erecti Protectorem eligimus, & deputamus, sibique, & per se seu quemcunque Catholicum Antistitem Priorissam, & Moniales Monasterij præfati benedicere, & velare, ac quæcunque statuta, ordinationes, & capitula felix regimen, & prosperum statum monasterii, & illius personarum huiusmodi concernentia, licita & honesta, ac sacris canonibus non contraria condere, illaque si opus fuerit mutare, alterare, cassare, ac alia de nouo edere, quæ postquam edita fuerint dicta auctoritate apostolica confirmata esse censeantur, ac eidem monasterio, ac illius Priorissæ, & Monialibus, & Virginibus, personisque pro tempore existen. quod omnibus, & singulis priuilegiis immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, & gratiis, aliisque cæteris dicti ordinis Monasteriis quomodolibet in genere, vel in specie, ac communicatiue concessis, & quibus monasteria, & loca, ac personæ huiusmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, etiam æque principaliter perinde ac si eidem monasterio, & illius personis originaliter concessa essent, & concederentur, vti, potiri & gaudere libere & licite possint, & valeant, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus. Et insuper de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, seu confitendi a iure temporibus propositum habentibus, qui monasterij prædicti ecclesiam in eiusdem Annunciationis, Conceptionis, Natiuitatis, Purificationis, Assumptionis, aliisque eiusdem beatæ Mariæ Virginis, nec non Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis, eiusdem Saluatoris,

Hic autem Pontifex prędicta omnia confirmauit vt habet. sup. in const. 2. Saluatoris fol. 643.

Et Monasterium Virginũ Neophitarũ ordinis Prędicatorũ S. Dominici, sub inuocatione Annunciationis B. Virginis ædificandi licentiã impartitur.

Monasterii curã cõmisit Card. Saraceno.

Sed nunc cõmissa est eius cura Cardinali Sirleto.

Eximit Moniales a quorumcunque Iurisdictione. Ad quod vide in fra Pij V. const. 9. Et ſ.

Indulgentias [illegible] tanibus [illegible] diebus hic expressis.

natoris, & omnium Sanctorum respectiue festiuitatum, ac commemorationis defunctorum diebus, a primis vesperis, vsque ad occasum solis festiuitatum, & dierum huiusmodi annis singulis in perpetuum visitauerint, & pro eiusdem Monasterii fabrica, ac illius Priorissæ, & Monialium substentatione, & manutentione, ac paramentis diuino cultui necessariis, manus adiutrices porrexerint, inibique pias ad Deum preces iuxta eorum deuotionem effuderint, quoties id fecerint toties plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & clargimur. Præterea eisdem CHRISTI fidelibus, qui singulis quadragesimalibus diebus vsque ad octauam resurrectionis eiusdem Domini ecclesiam prædictam etiam annis singulis in perpetuum visitauerint, centum annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis misericorditer in domino relaxamus. Vtque ipsi Christifideles huiusmodi indulgentiarum facilius participes effici possint, eisdem Christifidelibus, vt aliquos presbyteros seculares aut quorumuis ordinum regulares, qui confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis etiam in singulis casibus, etiam sedi Apostolicæ reseruatis non tamen contentis in literis in die cœnæ domini legi consuetis absoluere, & eis pro præmissis pœnitentiam salutarem iniungere: Necnon vota quæcunque per eos emissa (vltra marino, visitationis liminum beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac sancti Iacobi in Compostella, nec non religionis, & castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possint, facultatem concedimus, & indulgentias huiusmodi necnon præsentes literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, derogationibus similium, vel dissimilium indulgentiarum per nos, & sedem Apostolicam etiam in fauorem basilicæ Principis Apostolorum, ac hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, aut expeditionis contra Infideles, vel alias quomodolibet & sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis pro tempore factis, & concessis nullatenus comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de nouo concessas esse, & censeri, & eisdem Christifidelibus suffragari debere decernimus. Indulgentias quoque, Iubilæum, & remissionem peccatorum sic vt præmittitur per dictum Paulum prædecessorem concessas, quas post viginti annos valere minime voluit, ad alios viginti annos prorogamus, & extendimus, & quatenus opus sit de nouo concedimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima sexta Ianuarij, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Clausulæ derog.

F. de Torres.

V. Macaranus.

L X I.

Declaratio, quod constitutio adita circa applicationem Cameræ Apostolicæ factam, de pœnis Maleficiorum Ciuitatum & locorum sedi Apost. immediate subiectorum, comprehendit etiam Castra, & alia loca, quomodolibet subiecta Ciuitatibus, & locis Status Ecclesiastici.

Hanc const. habes sup. nu. 56. Decet Romanum fol. 755. & ibi notaui.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. AD ROMANVM spectat Pontificem sua solicitudine indefessa diligenter prouidere, vt ea quæ ab eo sancita sunt, ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio, cuiquam relinquatur. Cum itaque nos nuper ex certis tunc expressis causis, de fratrum nostrorum consilio, & vnanimi consensu nostra perpetuo valitura constitutione sanciuerimus, quòd in omnibus, & singulis Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis nobis, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, in quibus pœnæ aliquæ pecuniariæ, & mulctæ siue bonorum, aut alicuius partis eorum confiscationis, pro quibusuis criminibus à iure communi, vel municipali, siue etiam per decreta, edicta, proclamata, & bannimenta a locorum Rectoribus, & Prouinciarum Presidibus, seu Gubernatoribus, ac etiam de latere Legatis, & eorum Vicelegatis cæterisque Officialibus, & iustitiæ Ministris edita, & facta, inflictæ ipsarum Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum Communitatibus ex statuto, vel consuetudine, etiam à nobis, & Sede prædicta approbatis, & confirmatis, aut priuilegio Apostolico, etiam ex titulo onceroso, vel pro reparatione Murorum, Fontium, Pontium, & Viarum, ac etiam Ecclesiarum, seu piorum locorum, aut pro aliis rebus publicis, vel alias quomodolibet eis concesso, in totum, vel in partem applicatæ existebant, illisque (pro damnis in possessionibus, vineis, agris, filuis, & nemoribus illatis impositæ forent duntaxat exceptis) nō eisdem Communitatibus, sed Cameræ Apostolicæ applicatæ essent, & esse censerentur, ac per Officiales, seu executores ad id ab ipsa Camera deputandos, etiam quæ earum earundem Communitatum negligentia, seu potius indulgentia exactæ non fuerant, exigerentur, & exigi possent, & deberent, cum inhibitionibus, mandati, decreti, derogationis, ac aliis clausulis, prout in nostris inde confectis literis quarum veriorem tenorem præsentibus pro sufficienter haberi volumus pro expresso, plenius continetur. Et forsan ab aliquibus prætendi posset Castra, Villas, & loca iurisdictioni Ciuitatum & Terratum status nostri Ecclesiastici subiecta, sub eisdem literis minime comprehendi, ac literas ipsas ad illa non extendi, & proinde pœnas, mulctas, ac alias bonorum confiscationes huiusmodi, per Officiales, seu executores dictæ Cameræ in Castris, Villis, & locis huiusmodi nullatenus exigi posse, ac Cameræ Apostolicæ prædictas literas esse applicata. Nos ne hoc vel alio quouis prætextu Camera ipsa circa pœnarum ac mulctarum, & bonorum confiscationum huiusmodi exactionem defraudetur, eius indemnitati illiusque Officialium, & executorum huiusmodi tranquillitati in præmissis quantum in nobis est prouidere, omnemque desuper hæsitandi materiam exinde submouere, ac mentem nostram circa hæc pandere volentes. Motu proprio & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine harum serie decernimus, & declaramus castra,

Pontifex iste, omnes, pœnas Communitati- bus locorū status Ecclesiastici applicatas, vigore statutorū, vel bannimētorū, applicauit Cameræ Apost. (exceptis pœnis pro dānis datis in vineis &c.) vt habes supra in eius const. 56. Decet Romanū Pont. ad fol. 755.

stra, villas, & loca iurisdictioni ciuitatum, oppidorum, & terrarum dicti status nostri Ecclesiastici quomodolibet subiecta, sub prædictis literis omnino comprehendi, ac comprehensa esse, & censeri, ac literas ipsas ad illa se extendere & extendi debere. Necnon illarum vigore officiales executores prædictos pœnas, & mulctas, ac alias bonorũ cõfiscationes huiusmodi in eisdẽ ciuitatibus, terris, castris, villis, & locis, ac alias iuxta earundẽ literarum continentiam, & tenorem exigi posse, ac exactiones huiusmodi licitas, ac iuxta mentem nostram factas esse. & censeri in omnibus, & per omnia perinde, ac si in eisdem literis specialis, & expressa de eisdem castris, villis, terris, & locis mentio facta fuisset, Et ita per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales causarumque palatij Apostolici Auditores, seu eorum Locatenentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate sciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac omnibus, & singulis, alijsque in dictis literis voluimus non obstare. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostrorum decretorum, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ: millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Septimo Idus Februarij Pontificatus nostri Anno tertio.

[Margin: Et iste Pont. declarat, dictis literas comprehẽdere castra & loca subiecta iurisdictioni Ciuitatũ & terrarũ ipsius status Eccle. — Decretũ irritãs. — Clausulæ derog.]

Fed. Card. Cæsius.

Franciscus de Lien. Cæsar Glorierius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

L X I I.

Contra acclamantes, aut habentes Franchitias in Vrbe, vel sub illarum prætextu Iustitiæ ministros impedientes.

Confirmatur hæc const. per Greg. XIII. infra in const. 50. Et ipsa ratio.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Inter cæteras quibus ex iniuncto nobis Apostolicæ seruitutis officio assiduè angimur, cura illa nobis præcipue cordi est, vt alma Vrbs nostra ad quam omnes Christifideles ex vniuersis mũdi partibus veluti ad tutissimum refugium cõfluunt, facinorosis hominibus expurgata & penitus vacua permaneat, ac in ea boni omnes quieta securitate fruantur, malis autem nullus quo se confouere possint locus relinquatur, Et hi qui a Magistratibus ius dicentibus iustitiam consecuti fuerint, illius etiam executionem libera vt decet, contra condemnatos, vbicunque eos moram trahere contigerit, consequantur. Sane cum non sine animi nostri perturbatione acceperimus, nonnullos tam ob crimina per ipsos commissa, quam ob debita contracta, sibi ipsis a ministris, & executoribus iustitiæ timentes, ad ædes Magnatum, & præsertim S. R. E. Cardinalium, & oratorum Principum, vti loca a dictis iustitiæ ministris tuta, tametsi contrarium esse deberet, in dies confugere, & in illis se recipere, & confouere, sicque impunitos quandoque euadere, & creditores executione eorum creditorum vt plurimum frustrari. Et licet ad huiusmodi abusum extirpandum, a felicis recor. Iulio Papa III. prædecessore nostro, quædam constitutio edita fuerit, talium tamen iustitiam fugientium temeritatem in tantum excreuisse, vt non solum se in dictis locis recipere, sed etiam illa veluti iustitiæ minime subiecta, Franchisias appellare non erubescant, tanquam in præfata Vrbe, in qua summus Pontifex cum sacro Cardinalium Collegio residet, & vt Christi Vicarius toti orbi exemplum iustitiæ præbere debet, asylum & receptacula delinquẽtium, ac suis debitis satisfacere recusantium esse, toleretur, neque executio iustitiæ libere fieri valeat. Rem quidem pessimi valdeque perniciosi exempli, quæ non ab ipsis Cardinalibus, & Oratoribus vt pote modestis & iustitiæ cultoribus, sed plerumque ipsorum familiarium culpa, & facto processit. Nos volẽtes tam enormes, & detestandos abusus penitus tollere, vtque nullus improbis tutus locus detur, sed executores iustitiæ passim, & vbique eorum officium libere, & intrepide exequi valeant prouidere: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes in primis constitutiones circa præmissa, tam per prædictum Iuliũ, quam quoscunque alios Pontifices prædecessores nostros editas, cum omnibus, & singulis censuris, & pœnis in eis contentis approbantes, & innouantes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt nullus de cætero cuiuscũq; sit dignitatis, & præeminentiæ, sub indignationis nostræ & alijs arbitrij nostri pœnis ædes prædictas, aut alia quæcunque loca, Franchisias appellare audeat, Nullique Cardinalium, & Oratorum, ac Magnatum, etiam si nostri, seu Romani Pontificis pro tempore secundum carnem Nepotes, aut alio consanguinitatis, seu affinitatis vinculo coniuncti fuerint, familiares, aut alias in ipsorum domibus commorantes (in eisdem domibus, seu locis circumuicinis, malefactores, quoslibet etiam non condemnatos, aut pro debitis obnoxios) contra quos tamen mandata executiua ad instantiam creditorum decreta & relaxata extiterint, vt eos a manibus Curiæ eximant receptare, vel alias sub assertæ Frãchisiæ prætextu, securos reddere, vel executores iustitiæ quominus eorum officium contra illos etiam in domibus, & locis circumuicinis prædictis libere & sine vlla prorsus contradictione exequi possint, quouis modo directe vel indirecte impedire præsumant. Alioquin receptantes, aut securitatem præstantes, seu etiam executores iustitiæ quomodolibet vt præmittitur impedientes, necnon qui Cardinalium, aut Oratorum, seu Magnarum quorumlibet nomen acclamando, contra dictos iustitiæ ministros inuocauerint, aut alias quoslibet alios in eosdem ministros concitauerint, velut criminis læsæ maiestatis rei condignis pœnis afficiantur, contra quos omnes, & singulos ad supradictas, & etiam ad alias pœnas in quibus malefactores ipsi condemnati fuerint, vel quas promeruerint, interesseque, & damna inde prouenientia, necnon ad creditorum satisfactionem etiam ex officio, & ad Fisci nostri ac partium instantiam respectiue inquiri, & procedi, & successiue eos condemnari posse, & debere volumus, atque decernimus. Mandantes nihilominus Cardinalibus, Oratoribus, & alijs prædictis sub eisdẽ nostræ indignationis pœna, vt familiares suos & alias in ipsorum domibus commorantes, ne præmissa committant omnino admoneant, & cum effectu cohibeant,

[Margin: Iul. 3 Frãchisias in Vrbe prohibuit in eius const. 26 Cũ continuã fol. 526. — Hic vero Põt. approbat dictã cõst. Iul. 3 & aliorum Pont. & contra Franchisias tenẽtes, vel acclamãtes, & Iustitiæ minist. impedientes, grauas his de scriptas imponit]

beant, neque per illos aliquid de præmissis fieri quouis modo tolerent seu permittant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegiis quoque, & indultis, sub quacunque tenorum forma quomodo libet in contrarium concessis, confirmatis, & iteratis vicibus innouatis, assertis consuetudinibus, quas per præsentes improbamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, sanctionis, voluntaris, decreti, mandati, & improbationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Duodecimo Kl. Martij. Pontificatus nostri Anno tertio.

Clausula derog.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius. F. de Lyon.

Anno a natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero Lunæ vigesima tertia mensis Februarij. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti anno eius tertio, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & acie Campi Floræ, per me Ioannem Baptistam Masinellum Cursorem

Publicata.

Camillus Cherubinus Magister Cursorum.

Rægistrata apud Cæsarem Secretarium.

LXIII.

Ordinationes circa Iudæorum viuendi modum, & Priuilegia eorundem.

Ad hoc vide Pauli IIII. const. 5. Cum nimis absurdum supra fol. 575. Quam confirmauit & obseruari mandauit Pius V. in eius const. 6. Romanus Pontifex, vbi derogauit etiam hanc const. Pij IIII.

De materia autem Iudæorum posui concord. supra in Pauli III. const. 29. Cupientes, fol. 415.

PIVS Papa IIII. Vniuersis, & singulis vtriusque sexus Hæbreis in alma vrbe commorantibus, & commorare solitis, viam veritatis agnoscere, & agnitam custodire.

DVDVM a fel. recor. Paulo Papa IIII. prædecessore nostro zelo religionis Christianæ moto literæ apostolicæ circa vestrum aliorumque Hebræorum viuendi modum, sub data videlicet pridie Idus Iulij, Pontificatus sui Anno primo emanarunt, quarum vt accepimus prætextu per calumniã & cauillationes nonnullorũ vestris facultatibus inhiantium literas ipsas in multis præter ipsius prædecessoris intentionem interpretantium, vos diuersimode vexati & inquietati fuistis. Quare nos considerantes quod sancta Mater Ecclesia Hebræis quos in memoriam passionis Dominicæ tolerat, multa plerumque concedit, vt Christiana benignitate allecti errorem suum recognoscant, & ad verum, quod est Christus, lumen tandem conuertantur, plurimorum etiam prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo statui vestro opportune prouidere volentes, ac literarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes: Motu proprio non ad vestram vel alicuius vestrum, aut alterius pro vobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia ac de apostolicæ potestatis plenitudine, Vobis omnibus & singulis, vt dum vos ab vno loco ad aliom iter agere contigerit, positis in ipso itinere biretum seu pileum nigrum deferre, ea tamen conditione vt si vltra vnã diem vno in loco moram traxeritis, postea solitum biretum glauci coloris gestetis, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus ac indulgemus. Volentesque quod si locus pro vestra habitatione assignatus amplus & capax ac negotiis gerendis & mercibus exercendis aptus & commodus sit, intra illum vos contineatis: alioquin in alio capaci commodo vobis assignando: vel priori quantum opus fuerit ampliando, seu iam per dilectum filium nostrum Guidonem Ascanium Cardinalem Camerarium iam ampliatum, & forsan eiusdem Guidonis Ascanij seu ab eo desuper deputan. arbitrio in posterum ampliando, & vltra domos in clausura existentes quas per vos acquiri forsan contigerit, quæcunque alia stabilia bona seu prædia vrbana & rustica vsque ad valorem mille & quingentorum ducatorum auri tenere possitis; bonaque ipsa Christianis & colonis etiam partiariis vel sub certa annua pensione prout cum illis conueneritis locare, ac etiam sine aliquibus fraude & monopolio culturæ terrarum & animalium cuiuscunque generis aliarumque rerum societates cum eisdem Christianis contrahere, & quascunque artes & mercaturas quarumcumque mercium & rerum humano vsui quomodolibet necessariarum etiam olei, frumenti, vini, hordei, ceterorumque fructuum (nisi tamen superiores huiusmodi commercia & emptiones publico edicto omnibus etiam Christianis negotiantibus interdixissent) exercere: & vbi etiam hæc vobis a vestris debitoribus insolutum datum fuerint illa accipere, acceptaque quibusuis personis etiam Christianis vendere, & cum illis pro aliis bonis permutare, & prout volueritis alienare, & cum Christianis conuersationem & familiaritatem honestas, non tamen eosdem Christianos in vestros famulos habere, aut quomodolibet tenere, Et de pecuniis per vos & vestrum quemlibet mutuatis interesse pro tempore vsque ad datam literarum prædecessoris huiusmodi decurso, iuxta capitula vobis antea concessa, & tolerata, exceptis tamen casibus iam decisis, vel per transactionem vel sententiam quæ in rem iudicatam transierit finitis, quas in suo robore permanere omnino volumus, nisique arbitrio nostro noua reuisione digna videbuntur, abinde vero citra iuxta modum ex eiusdem prædecessoris ordinatione vobis datum, & donec alius modus vobis per nos seu nostrum & Sedis Apostolicæ Camerarium præfatum pro tempore statuetur, dummodo tum interesse de vestro interesse non exigatis, exigere, & pignora quæ a Christianis quomodocunque per vos accipi contigerit, de illis lapsis decem & octo mensibus integris postquam vobis consignata fuerint, per publicam subhastationem assistenti officiali publico, & parti legitima intimatione facta, & alias iuxta morem, & modum antequam dictæ literæ emanassent in præfata alma vrbe seruari solitum vendere, & illorum pretium pro concurrenti summa vestri crediti, reliquum si quod superfueret illorum dominis reddendo & consignando, vel in manibus officialis

Paul. 4. multa statuit circa Iudæorum viuendi modũ vt in eius const. 5 Cũ nimis fol. 575.

Iudæi in itinere de loco ad locũ bireto vel pileo nigro deferre possint.

Quod reuocauit P. V. in dicta eius const. 6.

Stabilia vsque ad 1500. ducat. habere valeant.

Quod idẽ P. V. reuocauit ibidẽ.

Mercaturã quascũq; terrã exercere possint

Quod reuocauit idẽ P. V. ibidem.

Pignora post lapsum 18. mẽsiũ vẽdere valeant.

deponendo,

deponendo, vobis retinere, & de illis nullam rationem illorum dominis seu cuiquam alteri reddere teneamini, sed velut de propriis bonis libere disponere valeatis, plenam & liberam eisdem authoritate & tenore facultatem concedimus. Et insuper volumus vt vos sub statutis, & decretis generalibus almæ vrbis præfatæ, quæ tamē priuilegiis & concessionibus vobis indultis contraria non sint, comprehendamini, & illa obseruare teneamini.

Statuta Vrbis nō īā priuilegiis nō cōtraria obseruari tenēantur.

Et ne ob certi loci intra quem habitare debeatis assignationem, & intra illum domos conducendi necessitatē, ab illarum dominis vltra debitum modum prægrauemini, vt domorum domini in locis prædictis illas vobis pro iusto precio per Camerarium præfatum declarando locare teneantur, neque illud quouis modo augerē vel alterare valeant.

Dñi domorū exi stentiū in septis Iudæorū locare debeant Iudæis pro pēsion. a Camerario declarādis quæ postea augeri non possit.

Præterea si a vobis vel vestrum singulis vigore apostolicarum prædecessoris literarum, bona stabilia quæ possidebatis vendere coactis aliqui huiusmodi bona emerunt, & illorum etiam sub prætextu cautionū de euictione seu alias per calumnias requisitarum non præstitarum vobis nondum persoluerint, vt precia conuenta vobis absque alicuius cautionis præstatione integre persoluere, aut bona ipsa stabilia per eos empta in eo statu, quo erant tempore emptionis vna cum fructibus per eos perceptis restituere teneantur, Omnesque libros rationum vestrarum & alias scripturas publicas & priuatas vobis ablatos & ablatas seu depositos & depositas, quibusuis sequestris super illis factis sublatis, vobis restitui mandamus, vosque ad reddendum rationē aliquam de contractibus seu instrumentis etiam cassis & extinctis nullatenus teneri neque astringi posse decernimus.

Qui emerūt à Iudæis bona stabilia, soluāt pretiū absq; cautionis præstatione, vel illa cū fructibus restituant.

Et vlterius vos omnes & singulos ab omnibus & quibusuis delictis, criminibus, etiam tam contra dictas Pauli prædecessoris quam contra eiusdem Pauli Pontificatus tempore durante quorumuis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium aut aliorum quorumcumque literas etiam libros non exhiben. aut alias ipsis literis non parendo excessibus & transgressionibus quantumcumque grauibus & enormibus per vos vsque ad præsentem diē commissis, exceptis dumtaxat criminibus homicidij homicidioque maioribus, ac læsæ Maiestatis, & falsæ monetæ, falsificationis literarum apostolicarum, & in contemptum fidei Christianæ commissis, & iuxta formam instrumenti per vos in Camera Apostolica cum dilecto filio Donato Matthæo Minali generali Thesaurario modo facto seu celebrato quoad pœnas tantum cuicumque præterquam parti applicandas, & quæ hactenus depositatæ seu exactæ, non fuerint, & saluo in reliquis iure cuiuslibet tertij, necnon a quibusuis residuis vigesimarū & talearum & aliis quibuscumque tam ciuilium quam criminalium Cameræ Apostolicæ debitis, authoritate & tenore præmissis absoluimus & liberamus.

Absolutio a criminib. cōmissis.

Et insuper volumus quod pro futuris transgressionibus ratione exactionis vestri interesse querelans seu accusator annum tantum habeat ad prosequēdum suam accusationem seu querelam quantum sit respectu pœnæ vt supra applicandæ: quo vero attinet ad interesse ciuile ipsius querelantis vel accusantis vel cuiuslibet alterius tertij nulla alia sit præfinitio temporis, nisi ea quæ a iure communi statuta est.

Querelās contra eos occasione exactionis interesse, hēt annū ad prosequēdū querelā in respectu pœnæ.

Et pariter quod vestris creditis tam præteritis quam præsentibus & futuris ea solum opponatur præscriptio quæ præfinita est a iure communi, & quod pro toto & eo tempore quo quis pecuniis vestris fruitur, intelligatur interesse recurrere, computando tamen diem pro die, mensem pro mense, non autem diem pro mense, & pro transgressibus vestris pœnæ fiot arbitrariæ de cetero, exceptis tamen illis casibus pro quibus certæ pœnæ sunt statutæ a iure communi.

Præscriptio hu iur cōmunis cōtra Iudæos oppōi pōt.

Præterea vobis permittimus quod possitis tenere apothecas extra ghectum seu septum hebraicum, quantum tamen fieri poterit contiguas, & in illis ab ortu solis vsque ad occasum, exceptis diebus festiuis, permanere, & mercaturam ac artes vestras & banchum aliaque vobis permissa exercitia exercere, dummodo adueniente nocte vos ad vestras solitas intra claustra habitationes reducatis.

Apothecas extra septū Iudæorum habere possint vt hic.

Cæterum vt fraudibus occurratur, mandamus vt vos rationes quas cum Christianis habueritis, caracteribus linguæ vulgaris italicæ scribere teneamini, alias vestris libris seu rationibus alias quam vt præfertur scriptis seu notatis nulla fides prorsus adhibeatur, possitis tamen ad libitum vestrum priuatos libros in vsus vestros conscribere lingua vestra hebraica, dummodo ex eis Christianos non conueniatis.

Libri nō probāt contra Christianos, nisi scripti sint vulgari italico sermone.

Quodque non solum vos in alma Vrbe præfata commorantes, sed etiam cæteros extra illam in aliis quibusuis locis moram trahentes; qui in eadem negotia aut cōmercia aliqua habuerint, pro illorum modo & qualitate teneantur & obligati sint in solutione compositionis per vos nuper cum Camera apostolica factæ, aliisque omnibus oneribus per vos sustinendis & fiendis iuxta ratam eis per taxatores imponen. concurrere & contribuere, ac demum instrumentum conuentionis per vos cū Camera apostolica siue eius Thesaurario sub die octaua Ianuarij præsentis anni initæ cum omnibus in eodem instrumento contentis de verbo ad verbū prout iacet authoritate & tenore præmissis approbamus ratificamus & confirmamus, omniaque in illo concessa vobis damus & concedimus & condonamus:

Quod voluit etiā Paul. 4. in eius cōst. 5. Cū nimis fol. 575.

Taxa cōpositionis factæ cū Camera Apost.

ac præmissa omnia & singula in præsentibus nostris literis contenta inuiolabiliter obseruari, Sicque per quoscumque iudices, & cōmissarios quauis authoritate fungentes etiam palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus a quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus.

Decretū irritāc.

Quocirca dilectis filiis nostro & Romanæ Ecclesiæ Camerario, & etiam nostro in alma vrbe eiusque districtu in spiritualibus Vicario, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditori generali motu simili per præsentes mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcūque vbi & quādo opus fuerit, ac quotiens pro parte vestra fuerint requisiti solemniter publican. vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten. faciant authoritate nostra vos concessione indulto, voluntate, permissione, liberatione, absolutione, mandato, confirmatione, approbatione, decreto, aliisque præmissis & præsentibus literis pacifice frui & gaudere, non permittētes vos aut aliquem vestrum desuper per quoscumque quauis authoritate fungen. quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet ac inobedientes & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescen. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

Executorū istius cōstitutionis deputatio & facultates.

Non obstan. supradicti Pauli prædecessoris & quibusuis aliis literis concessionibus & ordinationibus apostolicis etiam per nos contra præmissa seu aliquod præmissorum editis, necnon prouincialibus, etiam per sedis apostolicæ pro tempore de latere Legatos etiam super præscriptione sex annorum siue alterius breuioris quæ a iure communi indicta sit temporis contra Hebræos præfinita similiter editis, etiam vrbis præfatæ statutis & consuetudinibus etiam per sedem Apostolicam approbatis & confirmatis, priuilegiis quoque indultis & literis apostolicis dictæ almæ vrbi seu eius populo ac quibusuis aliis sub quibuscumque verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus & efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam itera-

Clausula derog.

tis vi-

tis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importan. mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficiẽter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facien. plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesimaseptima Februarij, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo quingẽtesimo sexagesimo secundo, Indictione quarta, die vero duodecima mensis Martij, Pontificatus autẽm sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno tertio, retroscriptæ literæ apostolicæ præsentatæ & intimatæ fuerunt Magnifico domino Cæsari Contardo Auditori Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis de sancta Flora, & Domino Hieronymo de Tarano Cameræ apostolicæ notario, & Bernardino de Monte Leone, & Iacobo alias Beuilacqua executoribus R.P.D.A.C. illis inhiben. iuxta dictarum literarum formam & tenorem, dimissa deinde copia in actis dicti Domini Hieronymi de Tarano per me Ioannem Andream Panizzam prælibati S. D. N. Papæ Cursorem.

Petrus Valterini Magister Cursorum.

LXIIII.

De Erectione indultis & priuilegiis Militiæ S. Stephani, sub Regula S. Benedicti per Cosmum Medicem Florentiæ & Senarum Ducem institutæ, ac de iurisdictione Magni Magistri.

Cosmus iste cum eius Successoribus fuit postea creatus Magnus Dux Ethruriæ a Pio V. vt infra in eius const. 9 a Romanus Pontifex in.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

HIS quæ pro Religionis propagatione, & fidei catholicæ defensione, ac animarum salute, prouide facta esse noscuntur, vt firma perpetuo & illibata persistant, libenter apostolici muniminis robur adiicimus, ac illa de nouo concedimus, & desuper disponimus, prout catholicorum Principum nobis & apostolicæ Sedi deuotorum pia vota exposcunt, & id in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem pro parte dilecti filij Nobilis viri Cosmi Med. Florentiæ & Senarum Ducis nobis exposito, quod ipse ad Dei laudem & gloriam, ac fidei catholicæ defensionem, Marisque Mediterranei ab infidelibus tuitionem, ac posteritatis suæ decus & honorem, cupiebat vnam Militiam sub certo approbato ordine per eum eligendo cũ dote competenti ex suis propriis bonis assignanda, pro vno Magistro, certoque Militum numero, ad aliarum in Hispaniis vel alibi rite institutarum Militiarum instar, in eius Dominio erigere, & instituere, si sibi ad id nostra & Sedis prædictæ licentia suffragaretur. Nos præfato Cosmo Duci, vt ad Dei honorem & gloriam, aliosque effectus præmissos, in dicto dominio & loco ac æde sacra sibi bene visis, vnam Militiam sub Regula sancti Benedicti, vel alterius approbati ordinis, ac sub inuocatione, & cum insigniis de quibus sibi videretur decentibus, postea priuilegiis facultatibus & indultis a nobis & dicta Sede decorandam, cum dote conuenienti per eundem Cosmum Ducem arbitrio suo vt præfertur assignãda, pro vno Magistro, qui videlicet ipse Cosmus quoad viueret, & deinde pro tempore existens Florentiæ Dux esse deberet, & certo Militum per ipsum Magistrum pro tẽpore existentem, tam a primæua erectione huiusmodi, quam ex tunc deinceps perpetuo instituendorum, ac habitu regulari donandorum, & ad regularem ordinis huiusmodi professionem admittendorum numero, sub eiusdem Magistri obedientia, ac cum pactis, capitulis, conditionibus, & stabilimentis, per dictum Cosmum Ducem edendis, & per nos & dictam Sedem postmodum approbandis, ad aliarũ Militiarũ prædictarũ instar, sine tamen alicuius præiudicio erigere, & instituere, ac pro Militiæ Militumque præfatorum salubri directione, quæcunque ordinationes & statuta per nos vt præfertur confirmanda, condere posset, licentiam & facultatem per alias nostras in forma Breuis literas concessimus. Cum autem sicut accepimus, idem Cosmus Dux omnipotentem Deũ, vt christianum decet Principem, honorare, proximo prodesse, vitamque beatam promereri desiderans, in immensæ Maiestatis diuinæ, ac gloriosissimæ Dei genitricis semperq; virginis Mariæ, totiusque cælestis Curiæ gloriam & honorem, earundem literarum vigore, vnam sub inuocatione & protectione beati Stephani Militiam militũ S. Stephani nuncupandorum, sub regula eiusdẽ sancti Benedicti, erexerit, & instituerit, illique nonnullos fructus redditus & prouentus ac bona pro eius dote assignauerit: volueritque quod eius Milites præfati in sua receptione, charitatem, castitatem coniugalem & obedientiam expresse profiterentur, charitatem nempe cui tanquam solidæ basi militia ipsa inniteretur, honorem Dei rebus vniuersis præponendo, sacræ scripturæ præceptis parendo, sedis prædictæ mandata seruando, pro fide catholica pugnãdo, iustitiam colendo, pauperibus subueniendo, captiuos ab infidelibus vinculis recuperãdo, & finaliter sese vltroneos cuicunque periculo pro Christianæ Religionis defensione, & pro eius augmento non solum facultates, propriam vitam exponendo: Castitatem vero siue pudicitiam, nullam aliam feminam præter propriam vxorem carnaliter cognoscendo, obedientiam autem in omnibus sibi per Magistrum vel eius Locumtenentem, aliosue militiæ superiores, iuxta illius ordinationes & statuta iniunctis bono & hilari animo diligenter exequendis, ac pro salubri Militiæ Militũque prædictorum regimine, & perpetuitate, quamplura Canones, & Statuta ac ordinationes super ipsorum Militum regula, super Militiæ statutis & constitutionibus, super Militum officio ac professione, super pœna transgressoribus regulæ statutorumque infligenda, super modo milites, ad professionem recipiendi, illorum habitu, ecclesia & cultu diuino, Hospitalitate, communi thesauro, Capitulo generali, Magno Magistro, officiis & dignitatibus Militiæ Militum officio exercitio, & commendis contractibus, alienationibus, & locationibus,

Cosmus Medices Floren. & Senarũ Dux licentiam a Pio obtinuit, instituẽdi aliquam Militiã vt hic.

Erexitq. Militiã Militũ S. Stepha. sub Regu. S. Aug. & eidem certos proventus assignauit.

Charitatẽque & coniugalẽ castitatẽ ac obedientiã Milites expresse profiteri voluit.

Statuta quoq. super huiusmodi regula condidit. An autẽ Milites propter inobseruatiã Regulæ incidant in peccatum mortale vide hic infra.

necnon

necnon prohibitionibus & pœnis, ac super aliis prouisionibus rebusque ad diuini numinis cultū, Militiæ decus, Religionis augmentum, & animarum salutem facientibus ediderit atque sanciuerit, prout in illis variisque capitulis desuper Italico sermone in vno quinterno distinctæ conscriptis, ac de nostro mandato per dilectū filium nostrum Ioannem Baptistam tt. S Clementis presbyterum Cardinalem Cicada nuncupatum diligenter examinatis ac perlectis & emendatis, ac per nos manu propria subscriptis plenius continetur. Nos præfati Cosmi Ducis pium & laudabile institutum, vt pote fidei catholicæ exaltationem, & alia pia opera concernens, plurimum in domino collaudantes, necnon erectionis, institutionis, statutorum, canonum, ordinationum, & capitulorum, ac super illis confecti quinterni prædictorum, & inde secutorum, veriores tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, ac ipsum Cosmum Ducem, quem speciali dilectione prosequimur, in hoc suo laudabili Militiæ Christianæ promouendæ proposito confouere, ac specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, Motu proprio non ad ipsius Cosmi Ducis vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, erectionem, institutionem, assignationem, aliaque omnia & singula, canones, statuta, ordinationes & capitula prædicta, ac prout illa concernunt cætera in prædicto quinterno contenta, & inde secuta quæcunque, Apostolica auctoritate tenore præsentium ex certa scientia confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, necnon omnes & singulos iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Et nihilominus potiori pro cautela Militiam prædictam eisdem modo & forma quibus per ipsum Cosmum Ducem erecta & instituta est de nouo ex simili scientia eadem auctoritate perpetuo erigimus & instituimus, illique sic erectæ, omnia & singula, fructus & alia mobilia & immobilia, res & bona illi per eundem Cosmum Ducem hactenus concessa, & deinceps tam per eum quam alios quoscunque licite concedenda etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, Necnon canones, statuta, ordinationes & capitula prædicta de nouo statuimus & ordinamus. Ac eundem Cosmum, & pro tempore existentem Florentiæ Ducem in Magnum Magistrum eiusdem Militiæ, cum honoribus, oneribus prærogatiuis & facultatibus quibus alij aliarum Militiarum dicta auctoritate confirmatarum Magistri inter suos Milites quomodolibet vtuntur, fruuntur & gaudent, similiter perpetuo constituimus, & deputamus. Illique prædicta immutandi & reformandi, ac alia quæcunque ordinationes & statuta ad eiusdem Militiæ directionem facientia licita & honesta ac sacris canonibus minime contraria quotiens sibi videbitur condendi facultatem concedimus: Ac præmissa omnia & singula valida & efficacia fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & per Milites fratres & alias eiusdem Militiæ personas aliosque quomodolibet inuiolabiliter obseruari debere: Ac eosdem Milites & religiosos ab illis nullatenus resilire posse, sed ad illorum obseruationem teneri & efficaciter obligatos fore, censurisque & pœnis ecclesiasticis ac etiam pecuniarijs ad id compelli posse: Et sic per quoscunque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere: Ac si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabili fratri nostro Episcopo Amerin. & dilectis filiis Vicariis venerabilium fratrum nostrorum Floren. & Pisan. Archiepiscoporum in spiritualibus generalibus motu simili per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit, & quotiens pro parte dicti Cosmi, & pro tempore existentis Florentiæ Ducis fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari. Ac Cosmum & pro tempore existentē Florentiæ Ducem, necnon Milites prælatos, ac singulos alios quos ipse literæ concernunt & concernent in futurum, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras & pœnas ecclesiasticas ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo, Necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur nequis extra suam ciuitatē vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœc. ad iudicium euocetur, seu ne Iudices a sede prædicta deputati extra ciuitatem vel diœc. in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij vel alijs vices suas committere præsumant, & de duabus non tribus dietis in Concilio generali edita, & quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quarumcunque aliarum etiam Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitan. Militiarum iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis illis ac dilectis filiis illarum Magistris, conuentibus, & fratribus sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis etiam motu & scientia similibus ac consistorialiter, etiam per viam contractus ac vniuersæ legis, & ad Imperatorum, Regum, aut aliorum Principum instantiam, ac alias quomodolibet concessis approbatis & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua & expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum confirmationis, approbationis, adiectionis, suppletionis, erectionis, institutionis, applicationis, approbationis, statuti, ordinationis, constitutionis, deputationis, concessionis, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Kalend. Februarij, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

Hic ass. Pōt. erectionē huius Militiæ, ac statuta huiusmodi confirmat.

Et ipsum Cosmū ac aliū pro tēpore Ducē Floren. Magnū Magistrum ipsius Milit. creat, cū facult. & prær. quibus aliarum Militiarum Magistri inter Milites vtuntur.

Decernit irritum.

Executores illius constit. deputat cum facultate.

Clausulæ derog.

Sequitur concessio Priuilegiorum Milit.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Altitudo diuinæ prouidentiæ nullis præscripta limitibus, nullisque terminis comprehensa, cælestia pariter, & terrestria inscrutabili ratione disponit, & mortalium me[illegible] ad ea, per quæ beneuolentia, & feruenti deuotione Catholicorum P[illegible]incipum ad id tendent[illegible], & quam in nos, & Romanam gerere comprobantur Ecclesiam, mediante, personarum quarum[illegible] obseruantia degentium optata salus vndique prouentiæ animarum, diuinusque cultus [illegible]piat incrementa, incitat. Vnde nos, quibus, meritis licet imparibus, vniuersalis Ecclesiæ regimen eadem est prouide[illegible], iuxta Sedis Apostolicæ officium, pro eorum meritis dexteram in eos liberal[illegible]atis nostræ extendere censemus, quò ipsi in perseuerantia laudabilium operum feruentius animentur, q[illegible] otû exemplo prouocati, ad similia facilius inducantur. Hinc est, quod nos dilectos filios nobilem vir[illegible] Co[illegible]um Medices Florẽtiæ, & Senarum Ducem, Magnum Magistrum Militiæ S. Stephani sub regula S. Benedicti, & Conuentum eiu[illegible]em Militiæ in Ducatu Florentiæ per eundem Cosmum Ducẽ de lic[illegible]tia nostra [illegible]tutæ, specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, eosdem & eorum singulos a quibusuis excomunicatio[illegible] [illegible]ensioni[illegible] & interdicti, al[illegible]sque ecclesiasticis sentẽtus, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine q[illegible]s occ[illegible]ione, vel ca[illegible]s, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, [illegible]arum [illegible]tie absoluentes, & absolutos fore censentes, Motu proprio nõ ad eorum, vel alicuius pro ei[illegible] nobis super ho[illegible] oblatæ [illegible]etitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate omnes & singulos ipsius Milit[illegible]æ Milite[illegible] [illegible]riorem, cete[illegible]osque ministros ecclesiæ dicti Conuentus, & alias personas, etiã in sacris, & presb[illegible]terat[illegible]s ordini[illegible]us constitutas, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunque cum cura, & sine cura beneficia ecclesi[illegible]stica obti[illegible] eorumque beneficia, commendas, re[illegible], & bona quæcumque ab omni iurisdictione, superioritate, visitatione domini[illegible], & potestate quorumuis Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque locorum ordinario[illegible] Apo[illegible]tol[illegible] au[illegible]o[illegible]ate tenore præsentium ex certa nostra scientia perpetuo eximimus, & tota[illegible]ter liberamus, [illegible]ne [illegible]cto Cosmo Duci, & Magno Magistro in spiritualibus & temporalibus, eis modo & [illegible]rm[illegible] qu[illegible] b[illegible]s Militiæ statuti[illegible], & ordinationibus continetur, immediate subiicimus, & supponimus, it[illegible] quod ipsi [illegible]corum Or[illegible]narij nullam in eos iurisdictionem, superioritatem, dominium, vel potestatem, etiam [illegible]ne c[illegible]u[illegible] un[illegible]ue cont[illegible]actus delicti, vel alterius rei vbicunque iniatur contractus, committatur del[illegible]m, & [illegible] c[illegible]nsistat, exercere valeant, sed Milites, Prior, & aliæ personæ huiusmodi de iustitia coram so[illegible] [illegible]gn[illegible] M[illegible]o prædicto, vel eius deputato respondere debeant. Decernentes quoscunque processus cõtra [illegible]os, vel eorum aliquẽ [illegible] per ipsos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu quosuis alios, quam Magistr[illegible]m vel e[illegible]us d[illegible]putatum prædi[illegible]os, pro tempore factos, & quaslibet etiam excõmunicationis, vel suspensionis, alia[illegible]ue sen[illegible] [illegible]mulgatas n[illegible]llas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore. Ac singulis Militibus co[illegible]iugat[illegible], e[illegible]m bi[illegible]amis, ali[illegible]q; presbyteris, vt singulas pensiones annuas vsque ad summam ducentorum duc[illegible] torum aur[illegible] de C[illegible]ne[illegible] super quorumuis Cathedralium, etiam Metropolitan. & aliarum Ecclesiarum, Monaste[illegible]iorũ, Pri[illegible]ratuum, Canonicatuũ, & præbendarum dignitatũ, personatuum, administrationũ, & officiorum aliorumque bene[illegible]ci[illegible]m Eccl[illegible]siasticorũ cum cura, & sine cura, secularium, & quorumuis ordinum regularium, fructibus, red[illegible]tib[illegible] prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis alias sibi canonice reseruandas ac [illegible]latiue, cum qu[illegible]bu[illegible]uis al[illegible]is pensionibus annuis, quas illos ex quouis alio priuilegio apostolico pro tempore percipere cont[illegible]erit, & contin[illegible] et ad vitam percipere, exigere, & leuare, ac in suos v[illegible]s, & vtilitatem conuertere [illegible]asque ad ali[illegible]m expedi[illegible]ionem contra infideles accedendo aut in ea existendo, in toto, vel parte, simul, vel successiue quand[illegible] bi v[illegible]lebitur etiam in mortis articulo in cuiusuis personæ [illegible] dignitate ecclesiastica constitutæ, aut Canonici Cathedralis Ecclesiæ, & in dictæ Militiæ militum manibus, etiam quæcũque, quotcunque, & qualiacumque [illegible]nefici[illegible] ecc[illegible]siastica obtinentium, & expe[illegible]ntium fauorem, absque aliquo possessorũ beneficiorum huiusmodi [illegible]ibendo consensu, transferre in omnibus, & per omnia perinde prout militibus Sancti Pauli, & Piis nũcupatis, per Sede[illegible] Apostolicam indultum extitit etiam citra Cruciatæ obligationem. Necnon tam illis quam ceteris omnibus Militibus, ac Priori, & Ministris, etiam presbyteris, & beneficiatis eiusdem Militiæ, vt de quibuscunque tam stabilib[illegible] quam mobilibus bonis, pecuniarum summis, gemmis, & lapidibus, preciosis, ali[illegible]que rebus cuiuscunque qualitatis, & quantitatis, ac valoris existant per eos etiam ratione beneficiorum ecclesi[illegible]icorum quorumlibet per eos obtentorum, ac alias vndecunque, & quomodolibet acquisitis, & ad illos quouis modo [illegible]pectantibus, dummodo quintam illorum partem Conuentui prædicto relinquant, inter quoscunque consanguineos f[illegible]os etiam spurios, & [illegible]lios illegitimos, aliasque quantumuis incapaces personas testari, ac alias etiam per codi[illegible]llos, donatione inter viuos causa mortis, [illegible] alia quacunque via, prout sibi videbitur disponere, ac i[illegible]la in pias, & non pias, alias tamen licitas causas erogare, Ac priori Ecclesiæ dicti Conuentus pro [illegible]pore exist[illegible]nti, vt quoties sibi placue[illegible]t missam, ac alia diuina of[illegible]cia in prædicta, aliisque dictæ Militiæ Ecclesiis in habitu Pontificali cum mitra, & baculo pastorali celebrare, ac post missam, dummodo ibi non sit præsens aliq[illegible]is c[illegible]tholicus Antistes, vel de illius consensu, ibidem bened[illegible]tionẽ Christi populo impartiri, Et tam ille, quam singuli p[illegible]b[illegible]teri Milites eiusdem Militiæ vnum curatum beneficium ecclesiasticũ a dicta Militia dependens seu illi v[illegible]m, aut incorporatum, etiam si parochialis Ecclesia, vel eius perpetua vicaria fuerit, si ad hoc [illegible]uffcie[illegible]tes, & idonei fuerint, & beneficium huiusmodi alias sibi canonice conferatur, recipere, & retinere libere & li[illegible]ite valeant, auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus, sibique pariter indu[illegible]s. Et insup[illegible]t quod nullus ex Magistro, & Militibus pro tempore existentibus, aliisque personis dictæ Militiæ propter eius regulam, statuta, & capitula nunc & pro tempore edita non obseruata, vel minus rite adimpl[illegible], [illegible] ccatum inn[illegible]t[illegible] le in[illegible]dat, præterquam inobedientiam, & contumaciam pluries commissam, & continuatam, & ab ipsa re[illegible]igione rebellionem, & alios casus peccatum huiusmodi ex diuinis præceptis, sacrisque [illegible]onibus generantes. Quodque Religionis, & Militiæ huiusmodi bona, possessiones, & fructus, red[illegible]us, & [illegible]entus q[illegible]æcumque tam per Magnum Magistrum commendis, aliisque beneficiis, & officiis dictæ Militiæ, in [illegible] i[illegible]tutione qua[illegible] deinceps il[illegible]s, dictoque Conuentui, & eius personis quomodolibet assign[illegible]nda, concedenda, & applicanda, ab q[illegible]ibu[illegible]uis decimis, subsidijs, aliisque ordinarijs, & extraordinarijs oneribus per nos, & Romanos Pontifices pro tempore existentes ac Sedem Apostolicã ex quauis causa

quantumuis

Exēptio Militum S. Stephan [illegible] iurisd[illegible] ordinariorum.

Militū coniugatorū & bigamorū Indultū circa pēsion obtinendas & trāsferēdas. Hoc aūt reuocauit Pius V. in sua cōst. 71. Sacrosanctum.

Priuil. Militū S. Pauli vide [illegible] Pauli 3. cōst. 21. f. 393 & Mili. Piorū vi de sup. prox. in sua cōst. 5 f. 647.

Milit S. Steph. in dultū disponēdi de bonis quomodocunq; acquisitis & ad fauorē illegitimorum.

Reuocationem autem habes in dict. Pij V. cōst. 71. & const. 132. ad Romanum.

Prior Cōu. S. Ste. pōt celebr. in habitu Pontificali. Presb. Mil. benef. vnū hēre possunt vt hic. Quod intellige vt hic inf.

Milit. propter in obseruan. Regulæ non incidunt, nisi vt hic.

Exēptio eorundē a solut decimarū & aliorū onerū. Ad quod vide Pij V cōst. 9 Et si ea, cum ibi not.

quantumuis necessaria etiam pro Cruciata Sancta, & defensione contra infideles nullatenus comprehendantur, neque ad illorum, annatarumque, seu illorum dimidiam fructuum, redditum, & prouentuum beneficiorum, & in illorum prouisionibus faciendam solutionem teneantur, sed ab illis excepta sint, & esse censeantur, nisi ea, quæ hactenus oneribus huiusmodi fuerunt, & de præsenti sunt obnoxia, Et quod nulla pensio annua super aliciuius commendæ, vel alterius beneficij militiæ huiusmodi fructibus etiam ex resignatione in manibus Ro. Pontificis, aut alia quauis probabili causa, nisi in persona personæ dictæ militiæ, etiam per ipsum Pontificem reseruari, neque commendæ, & alia beneficia dictæ militiæ pensionibus huiusmodi aliter quam vt præfertur onerari possint. Et si pensiones desuper aliter assignari contingat, assignationes ipsæ nullius sint roboris, vel momenti, nec titulares beneficiorũ huiusmodi ad illarum solutiones teneantur, neque ad id censuris ecclesiasticis aliisue pœnis compelli possint, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus. Propterea vt ipsi Milites Ecclesiæ Catholicæ, fideliumque defensionem contra infideles animo feruentiori, minorique perdendæ lucis humanæ si æternam inde nanciscendam prospectant, metu suscipiant, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, vniuersis, & singulis Militibus, & aliis eiusdem militiæ personis, qui in expeditione tam maritima, quam terrestri contra infideles, vel hæreticos nedum hostilibus armis, sed etiam aliquo quouis mortis genere, de peccatis suis corde contriti, & ore confessi, vel saltem statutis a iure temporibus confitendi propositum habentibus in virtute fidei Catholicæ decesserint, ac tam Militibus, & personis præfatis, quam quibusuis aliis vtriusque sexus, etiam vere pœnitentibus, & confessis seu confitendi propositum habentibus, vt præfertur, qui Ecclesiã Conuentus huiusmodi, quæ sub inuocatione S. Stephani Papæ, & martyris est cõsecranda, in singulo die festiuitatis eiusdem S. Stephani Papæ, & martyris secunda Augusti a primis vesperis vsque ad occasum solis festiuitatis huiusmodi annuatim deuote visitauerint, ac pro pace inter Principes Christianos confouenda ter orationem dominicam, & totidem salutationem angelicam recitauerint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem: Qui vero de bonis sibi a Deo collatis vnam eiusdem Militiæ commendam fundauerint, vel dotauerint, aut cõuentui, & Militiæ prædictis ad eius subuentionem, & onerum illi incumbentium supportandorum faciliori supportatione aliquid iuxta facultatum suarum modum, piamque intentionem donauerint vel legauerint, eas omnes indulgentias, quas Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani benefactores consequuntur, sine illorum præiudicio misericorditer in Domino similiter perpetuo concedimus, & elargimur, Ac indulgentias, priuilegia, exemptiones, statuta, & alia præmissa nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ defectu notari vel impugnari posse: neque sub quibusuis similium, vel dissimilium indulgentiarum, priuilegiorum, exemptionum, statutorum, & aliarum gratiarum suspensionibus, reuocationibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus a nobis & successoribus nostris, ac sede prædicta quauis de causa quantumlibet iustissima pro tempore emanatis, & emanandis comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quotiens illa emanabunt, totiens in pristinum statum restituta, & de nouo concessa esse, & censeri, Et sic in præmissis per quoscunque iudices, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocirca venerabilibus nostris Muran. & Aretin. ac Pistorien. Episcopis, per apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes nostras literas, & in eis contenta solemniter publicantes, dictisque Cosmo Duci, & Magno Magistro, ac Conuentui in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter obseruari, ac quos literæ ipsæ concernunt, & concernent in futurum, & eorum singulos illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebite molestari, Contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas ecclesiasticas auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, qua cauetur nequis extra suam Ciuitatem vel Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices a sede prætata deputari extra ciuitatem vel diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere, aut alij, vel aliis vices suas committere præsumant, Et de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur; & aliis apostolicis ac in prouincialibus & synodalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dictæ Militiæ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis contrariis quibuscunque, Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem si alias visitantibus dictam Ecclesiam erigendam modo præmisso aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad certum aliud tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, præsentes literæ quo ad indulgentiam in eis contentam nullius sint roboris vel momenti, Quodque beneficia eisdem Militibus conferenda huiusmodi, debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, si qua illis immineat nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, exemptionis, liberationis, subiectionis, dispensationis, indulti, statuti, ordinationis, concessionis, elargitionis, decretorum, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Non. Iulij, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.
L. Anastasius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Pẽsion. super benef. Milit. imponi nõ possint, nisi pro personis dictæ Militiæ.

Indulg. plen. cõceditur Militib. in expeditione cõtra infideles vel hæret. decedẽtib.

Ind. & ple. datur visitãtibus die 2. Aug. Eccl. Cõuentus Militiæ obeuntibus vt hic. Quod intellige, vt hic in fine.

De Milit. Hierosol. vide sup. in cõst. 14. Iul. 663.

Decretũ irritãs.

Clausulæ preseruatiuæ.

Clausula derog.

Declar. circa prædictas indulg.

Declaratio circa benef. per Militẽs obtinenda.

LXV.

Prohibitio deferendi, retinendi, & vendendi Archibusettos breuiores mensura duorum palmorum, & contrauenientium pœnæ.

Hæc constitutio extensa fuit etiam contra deferentes pugiones, cultellos, et aliud genus armorum breuioris mensuræ trium palmorum per Pium Quintum in eius const. 151. Cum vices eius.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
CVM vices eius, licet immeriti, geramus in terris, qui de cœlo ad ima descendens, pro salute humani generis seipsum ad Crucis patibulum obtulit, omni quo possumus studio, continuo inuigilare
debemus, vt omnis prorsus occasio, homicidia, tanquam in eiusdem humani generis perniciem tenden-
tia, committendi, quantum in nobis est, submoueatur. Et quia experientia cognouimus, quamplura ex illis tor-

Causa constitutionis.

mentulis igneis, Archibusetis vulgariter nuncupatis (quæ occulte deferri possunt, & ad necem inferendam ap-
tiora, & fere ineuitabilia esse videntur) in dies committi, & perpetrari, nec hactenus ob proclamata, etiam sub
grauissimis pœnis, a Rectoribus Prouinciarum, & terrarum, nobis & S.R.E. subiectarum, ab illis deferendis ob
sicariorum copiam, & audaciam, cessari, aut abstineri; quinimo passim, & indistincte, non secus ac cætera arma
minus prohibita, ab omnibus fere gestari, Nos propterea volentes proditorium, & abominabile, & detestandũ
armorum genus huiusmodi penitus & omnino destruere, ac ab alma Vrbe, alijsque terris nostris prædictis, in
totum eliminare, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus,
nemini cuiuscunque sit dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præeminentiæ, licere genus armorum huius-

Prohibitio deferendi & retinendi Archibusettos breuiores mensuræ duorũ palmorum.

modi, quod breuioris duorum palmorum mensuræ existat, publice vel occulte, tam per Vrbem, ciuitates, & lo-
ca nostra prædicta, quam etiam in itineribus quoquomodo, aut quouis etiam militiæ, aut executionis iustitiæ,
prætextu deferre, minusque in domibus, aut alibi retinere, vendere, emere, aut permutationis, in solutum dati o-
nis, pignoris, vel quocunque alio titulo recipere; quinimo quicunque illa habuerint, intra viginti dierum spa-
tium, a die publicationis præsentis constitutionis in locis infrascriptis faciendæ, computandum, in alma Vrbe
nostra illius Gubernatori; in alijs vero locis prædictis, Rectori, vel Præsidi, aut etiam Gubernatori, seu cuius
alij superiori loci in quo ea habentes fuerint, denunciare, & ad eum perferre, seu perferri facere, ac penes ipsum

Contrauenientium pœnæ.

in loco ad id deputando, seruanda dimittere teneantur. Qui vero contrafecerit, dictumque genus armorum,
lapsis dictis viginti diebus, retinuerit; crimen læsæ maiestatis, & rebellionis, ac pœnas pro illo a iure inflictas, eo

Inhibitio contra officiales ne licentias desuper concedant.

ipso incurrat. Inhibentes (prout tenore præsentiũ inhibemus) omnibus, & singulis, etiam de latere nostro Lega-
tis, ne sub indignationis nostræ, & quibuscunque Vicelegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Præsidentibus,
ac alijs nostris, & Sedis Apostolicæ, seu ciuitatum, & terrarum prædictarum officialibus, ne sub suspensionis a
diuinis, ac excommunicationis latæ sententiæ, alijsque arbitrij nostri pœnis, cuiquam tale genus armorum, sub
quouis colore deferendi, vel alias vt præmittitur retinendi, licentiam, & facultatem ad quodcunque etiam bre-

Licentiæ datæ per officiales, quod nullæ sunt, & a pœnis prædictis non excusant.

uissimum tempus, concedere audeant vel præsumant. Decernentes nihilominus licentias, & facultates sic conce-
dendas, nullas penitus & inualidas existere, ac illis non obstantibus, eos qui sub illarum clypeo, dictum genus
armorum detulerint, aut vt præmittitur retinuerint, pœnas prædictas omnino incursuros, illosque irremissibili-
ter puniendos fore; & contra omnes, & singulos huic nostræ constitutioni contrauenientes, ad Fisci nostri in-
stantiam, & etiam ex officio procedi, & inquiri posse, ac ad pœnarum prædictarum executionem deueniri om-
nino debere. Vt autem præmissa ad omnium notitiã deducantur, nec aliquis prætextu ignorantiæ excusari pos-
sit; volumus quod præsentes literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores, ad Basilicæ Principis Apostolorum de
vrbe, & Ecclesiæ Lateranen. necnon Cancellariæ Apostolicæ valuas, ac in acie Campi Floræ affigantur, & publi-
centur. Quodque earum transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate
ecclesiastica constitutæ munitis, certa, & indubitata fides adhibeatur, prout ipsis literis originalibus adhibere-
tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et transumpta huiusmodi, Legati, Vicelegati, Rectores, vel Præsides aut Gu-
bernatores, seu alij Superiores Prouinciarum, terrarum, oppidorum, & locorum prædictorum, per publicũ præ-
conem publicari, & valuis Cathedralis, seu Matricis Ecclesiæ loci, ac palatij eorum residentiæ affigi faciant; pu-
blicationemque, & affixionem prædictas, lapsis dictis viginti diebus, perinde omnes arctare, ac si personaliter

Forma & effectus publ.

intimatæ forent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs quoque, & indul-
tis, quibuscunque personis forsan concessis, confirmatis, & innouatis, assertis consuetudinibus, quas (si quæ fo-
rent) per præsentes improbamus, nullasque, & inualidas esse declaramus, Et quæ omnia (illorum tenores pro
sufficienter expressis habentes) reuocamus, & annullamus, nullaque, & irrita esse decernimus, cæterisque con-
trariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam nostræ sanctionis, inhibitionis, decre-
ti, voluntatis, improbationis, declarationis, reuocationis, & annullationis infringere, vel ei ausu temerario con-

Clausulæ derog.

traire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pau-
li Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Do-
minicæ millesimo quingentesimo sexagesimo primo, pridie Non. Martij, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

F. de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero vigesima mensis Martij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno tertio, suprascriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis suprascriptis per nos Ioannem Guerardũ, & Philibertum Capuis Cursores apostolicos.

Petrus Valtrini Magister Cursorum.

Reuocatio

LXVI.

Reuocatio Facultatum Nunciis Apostolicis concessarum.

Ad quod vide declarationem hic seq. & const. 89. Sanctissimus & const. 124. Et si Roman.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ex certis suadentibus rationabilibus causis, omnes, & singulas facultates, auctoritatem, & potestatem, ac indulta, quibusuis Nunciis, etiam cum potestate Legati de latere in quibusuis prouinciis, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus & locis per quoscunque Ro. Pont. Sanctitatis suæ prædecessores, ac eandem Sanctitatem suam, & sedem apostolicam, & quibusuis causis, non tamen ratione collectoriæ decimarum, & spoliorum creatis, & constitutis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, aut alias quomodolibet concessas, & concessa, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficiēter expressis habens, specialiter, & expresse reuocauit, Ac irritum &c. decreuit. Reuocatio facultatū Nunciorū.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in cancellaria apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, die vero martis secunda mensis Iunij, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Papæ anno Tertio. Publicatio.

Declaratio supradictæ reuocationis.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & D.N.D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. qui nuper ex certis suadentibus rationabilibus causis, omnes, & singulas facultates, authoritatem, & potestatem, & indulta quibusuis Nunciis etiam cum potestate Legati de latere, in quibusuis prouinciis, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus ac locis, per quoscunque Romanos Pontifices Sanctitatis suæ prædecessores, ac eandem Sanctitatem suam, & sedem Apostolicam ea quibusuis causis, nō tamen ratione collectoriæ decimarum, & spoliorum creatis, & constitutis, sub quibusuis clausulis, & decretis, aut alias quomodolibet concessas, & cōcessa, specialiter, & expresse reuocauit, volens vtilitati, & commoditati consulere, facultates authoritatem, ac potestatem, ac indulta huiusmodi, quorum tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, quo ad ea quæ iustitiam, visitationem, reformationē, & morum correctionem concernunt, tantum reualidauit, & plenarie reintegrauit, ac irritum, &c. decreuit. Declaratio dictæ reuocationis.

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, die vero Sabbati septima mensis Nouembris, Pontificatus prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ anno Tertio. Publicatio in Cancell.

Anno a Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta, die vero Iouis, quinta mensis Nouembris, Pont. Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno eius tertio Retroscriptæ literæ apost. affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in valuis Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apost. ac in acie Campi Floræ, dimissis earundem litterarum in locis prædictis copiis affixis vt moris est, per nos Bartholomæum sottocasa, & Ioannem Gherardum præfati S.D.N. Papæ Curs. Publicatio in Vrbe.

LXVII.

De Facultatibus Inquisitorum tam generalium quam particularium, procedē. contra quoscunque Religiosos, & priuilegiatos, ac exemptos, dummodo illorum superiores non præuenerint.

Consonat constitutio Alex. IIII. nu. 23. fol. 24. Clem. 7. constit. 33. Cum sicut ex fol. 336. & Pauli III. const. 57. In apostolici fol. 412. & ibi posui concord. Facultatum Inquisitorum, & vide etiam infra in const. 88. Rom. Pont.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

PASTORIS æterni vices, meritis licet insufficientibus gerentes in terris sic vigilantiæ nostræ solicitudinem circa oues curæ nostræ diuina dispositione commissas exercere studemus, ne illæ ab ouili suo, extra quod saluus nemo esse potest, aberrantes, in luporum rapacium insidias vllo modo incidere valeant, sed intra caulas debitè custoditæ, ad cœlestia pascua fœliciter peruenire possint. Nuper siquidem accepimus, nonnullos Rom. Pontifices prædecessores nostros anteactis temporibus ex causis tunc expressis, diuersis ordinibus etiam mendicantibus, quòd contra eorum fratres, & religiosos in quibuscunque causis etiam hæresis, nisi per eorundem ordinum superiores, & prælatos inquiri, aut procedi quoquomodo non possit, inter alia priuilegia per suas literas concessisse, & nos forte illas confirmasse: supercrescente autem temporis, & hominū malitia, hac nostra potissimum ætate (quod sane dolenter referimus) in agro euangelici Patrisfamilias zizania etiam inter dictos fratres, & religiosos in tantum pullulasse, messesque tritico rarescentes adeo polluere videmus, vt vulpeculæ iam in aperto vineam Domini demoliri nitantur: Quare nos pro pastoralis officij nobis diuinitus crediti debito, quantum cum Deo possumus, opportuna in præmissis remedia adhibere volentes, vt quos Causa constit.

Dei

Dei amor à malo non reuocat, pœnæ saltem formido à delinquendo retrahat: Et propterea cõsiderantes, quòd si dilecti filij Inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quàm vbique locorum deputati particulares, in causis hæresis huiusmodi contra quoscunque quorumuis ordinum etiam quomodolibet exemptorum, & mendicantium fratres professores & religiosos, quandocunque causas ipsas hæresis ab ois inchoari contigerit, procedere valerent, profectò id in non modicam fidei catholicæ cederet vtilitatem, cum præsertim ex hoc superiores, & Prælati ordinum prædictorum, sicut verisimiliter credendum est, ad subditos suos sub probata religionis norma continendos, transgressoresque debitis pœnis compescendos facile reddi possint diligentiores, Idcirco Motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, hac nostra firmiter valitura constitutione, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, atque decernimus, quòd de cætero in omnibus Christiani orbis partibus inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales quàm in quibusuis prouincijs, ciuitatibus oppidis, terris, & locis pro tempore deputati particulares, contra quoscunque fratres professores, & religiosos ordinum prædictorum, ac etiam contra quoscunque quouismodo priuilegiatos & exemptos de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo ab eorundem fratrum professorum, & religiosorum superioribus & prælatis in causis huiusmodi præuēti non fuerint, iuxta facultates officij ipsius inquisitionis inquirere & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire, cæteraque omnia, & singula facere, gerere, & exequi libere, & licite possint & valeant: super quibus plenam & liberam eisdem inquisitoribus, & eorum cuilibet facultatem concedimus & potestatem: Sicque per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus quibusuis apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam Mari magno, & Bulla aurea, vel alias quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus, & illorum superioribus, ac prælatis etiam prædictos Roman. Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam per nos, aut quoscunque alios quouismodo concessis, cõfirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importãtes mentio, seu quæuis alia expresso habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter & plene derogatum esse, volumus, atque decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ muniris, ea prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus literis ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, Die prima Aprilis, Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri anno tertio.

Inquisitorũ generaliũ & particularũ facultas procedendi contra quoscunque fratres & religiosos & exemptos, dūmodo eorũ superiores non præuenerint.

Nonobst. in contrarium.

Clausula derog.

Cæ. Glorierius.

Anno a Natiuitate Domini M D LXII. Indictione quinta, die vero decima mensis Aprilis Pont. S. in Christo patris & D.N.D. Pij, diuina prouidentia Papæ IIII. Anno tertio, Retroscriptæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apost. ac in acie campi Floræ, dimissis inibi illarum copijs auscultatis & collationatis cum eiusdem originalibus literis, vt moris est, per me Thomam Roger S.D.N. Papæ, sanctæ Inquisitionis cursorem.

Publicatio.

LXVIII.

De Homicidis & alijs non audien. nisi in Carceribus constitutis, Ac de Appellationibus non admittendis in causis criminalibus vel mixtis nisi facto deposito.

Declaratur hæc constitutio, vt procedat etiam contra nondum condemnatos & banditos reos cuiuscunque criminis, pro quo pœna corporalis venis imponenda, vt infra in const. 80. Cum nos dudum.

Et etiam contra condemnatos in contumaciam, & in quacūq; instantia vt in Pij V. const. 41. Licet alias.

Item declaratur circa deposita per Pium V. in constit. 180. Cum sicut.

Item declaratur, vt causæ appellationum huiusmodi expediri debeant infra sex menses, per Pium V. in constit. 143. Licet iura.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

ETsi cuncta, quæ ex multa Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prouidentia processerunt, executioni debitæ demandãda esse censemus, illa tamẽ præcipue, quæ ad salubrem temporalis ditionis Apostolicæ Sedis directionem, & pro Cameræ Apostolicæ indemnitate prudenter ordinata comperimus, vt illibata firmaque perpetuo subsistant, libenter non solum nostræ approbationis, verum etiam opportunæ innouationis munimine roboramus. Dudum siquidem cum fe. re. Iulius Papa II. prædecessor noster, ex plurimorum fidedignorum relatione percepisset, multa homicidia ab octo præcipue annis, in prouincia nostra tunc sua Marchiæ Anconitanæ perpetrata, ex eo præsertim quod ipsi tam atrocis criminis rei per procuratorem defendi solebant, & plerumque subdolis cauillationibus absolui, & quod etiam tam a se quam antecessoribus suis Roman. Pontificibus, per commentitias, & minus veras narrationes, ac etiam sub prætextu obtentæ pacis, absolutionem, & cassationem sententiarum, ac processuum desuper habitorum, impetrauissent, quo exempla plerique

Iul. 2. decreuit reos delicti, pro quo pœna sanguinis venit imponenda, non audiri, nisi ipsis in carceribus constitutis vt in eius constit. 11. Vide fol. 459.

plerique ad huiusmodi homicidia perpetranda prociuiores reddebantur, adeo vt non tantum in priuatos, & inimicos homines, sed etiam in fratres, & alios propinquos, Prætores, & Officiales populorũ, & (quod nimis graue erat) a Sacerdotibus manus impias non continebant, Dictus prædecessor attendens, quod ex facilitate veniæ frequentius huiusmodi homicidia committebantur, salutareque remedium in his adhibere volens, sua firma, stabili, incommutabili, perpetuoque duratura constitutione sanciuit, & decreuit, vt nullus in causa criminali, ex qua capitis vel sanguinis aut alia quæuis grauior arbitrio Iudicis pœna infligenda esset maxime in causa homicidij, per procuratorem, excusatorem, defensorem, vel vt quemlibet de populo, quouis pacto admitteretur, nec pater pro filio, nec abbas, pro monacho, nec prælatus aut dominus pro subiecto, vel contra audiretur, nisi reus se ipsum prius in carcere constituisset. Et si forte Iudex aliqua ratione inductus, ad excusandum rei huiusmodi absentiam vel innocentiam, seu aliam ob causam, aliquem ex prædictis duxisset admittendum, posset in quocunque iudicii statu, & instantia causæ etiam ad conclusionem deductæ, et etiam post sententiam, si reus supplicauisset, & in carcere constitutus innocentiam suam patefacere vellet (nisi forte extaret statutum in loco, quod contumax haberetur pro cõfesso quo casu nõ audiretur nisi ex liquidissimis probationibus constaret Iudici prætensum reũ non commisisse maleficium, super quo habitus fuisset pro confesso, in vim fictæ confessionis statutariæ) huiusmodi criminis reum, aut conuentum, coram se ad personaliter comparendum vocare, & tanquam veritatis conscium in carceribus audire. Qui si forte venire distulisset, processus & sententia pro ipso reo lata, & inde secuta quæcunque, etiam Fisco vel parte non agente, nullius essent roboris aut momenti, prorsusque pro infectis haberentur. Quinimo reus ipse pœnis iuris & constitutionum dictæ Prouinciæ, quemadmodum ante processum & sententiam huiusmodi fuerat, esset obnoxius, quacunque ipsius Prouinciæ consuetudine (quæ corruptela rectius dici poterat) non obstante, Quod ipsum extendi voluit ad causas criminales præfatas, tam in Curia Maceratensi, quam in aliis locorum dictæ prouinciæ Tribunalibus, in quacunque instantia, etiam per appellationem pendentes. Dictæ præterea constitutioni, & sanctioni adiecit, quod siquis a se, vel a Sede prædicta, vel a Legato de latere pro tempore dictæ prouinciæ, vel S.R.E. Camerario, huiusmodi veniam, & remissionem, sententiarumque, & processuum desuper habitorum absolutionem, cancellationem, cassationem, & integram restitutionem, seu in pristinum statum repositionem impetrauisset, etiam si in litteris super huiusmodi absolutione factis, certæ scientiæ, & proprij motus, aut quæuis aliæ insolitæ clausulæ apponerentur, deberet litteras ipsas Legato, seu Gub. Locumtenenti, Rectori, vel cuicunque ipsius prouinciæ Præsidi exhibere, illisque exhibitis, de illarum veritate, vel subreptione docere, ipseque in carceribus, vel in alio loco pro carceribus assignando, vel superioris arbitrio, datis fideiussoribus, vocatis vocandis audiri, de veritate precum docere legitime, ac narrata in litteris ad gratiam obtinendam, & Principem leniendum, & facilius inducendum, verificare, & super subreptione vel obreptione impetratæ gratiæ, iudicio stare. Quibus non obseruatis, vel eis in probatione deficientibus, veniam, remissionem, sententiarumque & processuum desuper habitorum abolitionem, cancellationem, cassationem, restitutioné in integrum, seu in pristinum repositionem, pro nullis nulliusque stabilimenti habendas esse, eosque ipsos iuris, dictarumque constitutionum pœnis astrictos remanere voluit, & mandauit, dictis obtentis gratiis, & desuper etiam in forma Breuis expeditis litteris, non obstantibus. Et non solum remissiones deinceps faciendas, sed etiam litteras apostolicas in forma Breuis, aut alias iam obtentas, quæ nondum effectum cancellationis & cassationis sortitæ fuissent, sub eadem constitutione comprehendi statuit, super quo nec ætas iunior annis viginti quinque homicidas ipsos excusaret, & homicida sic delinquens, qui vigesimum annum suæ ætatis attigisset, haberetur, & reputaretur pro maiori in omnibus præmissis delictis, nec propterea pœnis iuris, constitutionũ, vel statutorum eximeretur, vel liberaretur, nec apud Iudicem minoris ætatis huiusmodi consideratio alicuius esset momenti. Decernens irritum, & inane quicquid contra præmissa seu eorum aliquod attentaretur, vel quicquid etiam a Legato de latere, seu a quouis alio dictæ Prouinciæ Rectore in derogationem, modificationem, seu quãlibet aliam dispensationem omnium, & singulorum præmissorum, in posterum contigisset attentari, sine sua expressa licentia, quæ in scriptis ostendi posset, Nec litteras apostolicas a se, vel Sede prædicta pro tempore concedendas, contra præmissas, aut eorum aliquid cuiquam suffragari voluit, nisi per trinas litteras interpolate emanatas, suæ constitutioni huiusmodi in specie de verbo ad verbum, & specialiter fuisset derogatum, illasque contra mentem suam, & dictæ Sedis fore concessas, extunc declarauit. Et deinde piæ me. Paulus Papa III. etiam prædecessor noster per eum ex plurium fidedignorum testimonio accepto, quod nonnulli Ciuitatum, Terrarum, ac locorum eidem Rom. Ecclesiæ mediate, & immediate subiectorum, & præsertim Prouinciæ nostræ Romandiolæ, ad euitandum, seu differendum pœnarum condemnationes, & solutiones, ad appellationes etiam friuolas plerumque recurrebant, causasque appellationum huiusmodi coram diuersis Iudicibus ordinariis, & delegatis, etiã in Ro. Cu. per diuersa rescripta à se, vel à Signatura iustitiæ extorta introduci procurabant, contra formam diuersarum constitutionum plurimorum, [illegible] Iulii prædicti, ac recol. me. Leonis X. & Clementis VII. etiã Ro. Pont. prædecessorum suorum, qu[illegible] cautum fuerat, quod appellationes in causis condemnation. & fiscalibus, nisi facto deposito pœnæ, ad quam appellans fuisset condemnatus, non admitti potuissent: sed ad pœnæ huiusmodi exactionem procedi d[illegible] fuisset. Idcirco idem Paulus prædecessor indemnitati Cameræ Apostolicæ huiusmodi in quantum potuit prouidere cupiens, per alias suas litteras, Motu proprio, & ex certa scientia, constitutiones præfatas, & in eis contenta quæcunque confirmauit, & approbauit, illasq; in quantũ opus esset innouauit. Et nihilominus Motu, & scientia similibus, ac de apostolicæ potestatis plenitudine de nouo statuit, & ordinauit, quod nullæ appellationes, & prouocationes in [illegible] criminalib. seu mixtis, ac Fiscum, & Cameram Apostolicam quomodolibet concernentes, non facto [illegible] pœnæ in qua delinquentes, aut illi qui pro delinquentibus, ipsis fideiussissent, vel ea contracti quoq[illegible] condemnati venirent, aut exactius condemnati fuissent, recipi, & admitti possent, [illegible] appellationes, & pr[illegible] in causis huiusmodi interpositas, & in futurum interponendas, ac appellantes ipsos [illegible] debere, illasque ac quæcunque rescripta, & commissiones similium causarum, ad cuiusuis instantiam per quemcunque ad co[illegible] Signaturæ iustitiæ signandas deputatum, etiam per se & successores suos Ro. Pont. [illegible] signatas, & in [illegible] futurum [illegible], non facto dicto deposito, nullius fore, & esse roboris, vel momenti: sed illis non obstantibus ad vlteriora in causis ipsis, vsque ad pœnarum prædictarum effectualem exactionem procedi debere mandauit. Et insuper quod nullæ commissiones Fiscum, & Cameram Apostolicam quomodolibet concernentes, per quemcunque a se, & Sede apostolica ad commissiones in Signatura iustitiæ signandas, vt præfertur deputatum, nec etiam per se, & successores suos prædi-

Et gratiam desuper a Papa vel à suis obtinẽtes, voluit supplicationes coram locorũ Guber. exhibere & verificare debere vt ibid.

Minoritas non excusare, si delinquens annũ 20. attigisset vt ibid. Imo seu excusatur si sit maior ann. 14. vt inf. in d. const. 128.

Idem Iul. 2. in eius const. 6 fol. 154. & Leo. X. ac Clem. 7. quorum const. hic nõ habes, decreuerunt in causis criminalibus non admitti app. nisi facto deposito.

Paul. 3. has cõst. confirmauit, in eius const. 22. cõ sicut fol. 392.

Et appell. & causarum cõmissiones etiam a Pont. signatas, nõ facto deposito nullas esse declarauit vt ibid.

ctos

Cōmissionesque Fi. & Cameræ Ap. concernētes, his non citatis, signari prohibuit ut ibid.

ctos signari possent, nisi Fisci, & Cameræ præfatæ Procuratore, & Thesaurario prouinciæ de cuius etiam interesse ageretur, si in Ro. Cu. præsens foret citatis, & aliter signatæ, nullius roboris, vel momenti essent, prout in singulis litteris præfatis plenius continetur. Nos igitur, ne litteræ prædictæ, ex eo quod illarum executio ab aliquibus fieri neglecta fuit, seu propter eorum forsan non vsum, in desuetudinem abiisse a quoquam prætendi, seu aliter quomodolibet allegari, deque earum viribus hæsitari contingat, sed illæ (vt par est) suos debitos sortiantur effectus, & ab omnibus obseruentur, prouidere volentes, Motu & scientia similibus, præfatas & alias quascunque (quarum, & inde secutorum quorumcunque, aliorumque circa præmissa latius etiam de necessitate exprimendorum tenores, ac si de verbo ad verbum similiter inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus) aliorum prædecessorum nostrorum super præmissis, tam sub plumbo quam in forma Breuis editas litteras, & in eis contenta, ac inde sequuta quæcunque, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eisque Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac ea valere, perpetuaque roboris firmitate subsistere, ac suos effectus, plene sortiri, & ab omnibus quos illa concernunt, & concernere poterunt quomodolibet in futurum integre obseruari debere decernimus, omnesque & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan tunc interuenerint in eisdem supplemus. Et nihilominus motu, scientia, & auctoritate præfatis, per hanc nostrā constitutionem in perpetuum valituram statuimus, & ordinamus, Quod nullus in pœnam capitis condemnatus qui sub prætextu quod ipse aliquem bannitum occiderit, aut alias quouismodo ad manus curiæ peruenire fecerit, & propterea a dicta pœna capitis in quam condemnatus fuit, liberari, & absolui debere, aut alium bannitum per ipsum condemnatum nominandum, iuxta formam bannimentorum desuper emanatorum remittere posse prætendit, per procuratorem, excusatorem, defensorem, vel vt quemlibet de populo. audiri, vel admitti possit, aut debeat, nisi prius reus ipse, qui liberationem, aut absolutionem, vel nominationem, & remissionem huiusmodi consequi, aut fieri posse, vel debere prætendit, se ipsum in carceribus iuxta formam literarum Iulij Secundi prædecessoris nostri huiusmodi, personaliter constituerit. Quodque litteris prædictis, & huic nostræ dispositioni, nisi de ipsis clara, & expressa mentione facta, & per nostram, & successorum nostrorum Ro. Pont. manus propriæ signaturam derogari non possit. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis, ac tam præsentibus, & pendentibus quam futuris causis, & litibus, per quoscunque Iudices, etiam S.R.E. Cardinales, & de latere Legatos, ac Palatij apostolici causarum Auditores, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari debere, Ac quicquid contra præsentium tenorem contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis & prouinciæ nostræ Marchiæ Anconitanæ statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis, illis, ac Ciuitatibus, Terris, & locis præfatis, eorumque Gubernatoribus, & Communitatibus, sub quibuscunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusuis clausulis & decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu, & scientia similibus, concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus (illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes) illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra, tam in dicta Curia quā extra eam, vbilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die x. Aprilis, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri anno tertio.

Hic autem Pont. eassd. const. innouat & cōfirmat, & defectus supplet.

Nominationem & remissionem consequi volētes iubet non audiri nisi in carceribus constitutos.

Derogari etiam non posse declarauit nisi per Pont.

Decretū irritans

Clausula derog.

B. Melchiorius.
V. Macharanus.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta, die vero vigesimasecunda mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno tertio, suprascriptæ literæ lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Principis Apostolorum, & S. Ioannis Lateranen. de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ, & illis amotis, copiæ earundem affixæ in dictis locis dimissæ fuerunt, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum Cursores Apostolicos.

Honofrius Montargul Magister Cursorum.

LXIX.

Reformatio Officij Pœnitentiariæ Apostolicæ.

Aliam Reformationem fecit Pius V. qui etiam const: istam ac omnes Pœnitentiariæ facultates reuocauit, & nouum statum induxit vt infra in eius const.
84. Tempus cum constit. seq.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN sublimi beati Petri Solio, meritis licet imparibus, superna dispositione locati, statim ab ipso nostri Pontificatus initio, officij nostri esse duximus, vt omni adhibita diligentia errores, quos circa omnes gradus, & hominum conditiones, nimia forsan licentia, & impunitate magno cum animi mœrore hisce potissimum temporibus committi animaduertimus, prouidentiæ nostræ ministerio corrigere, & emendare, ac ea, quæ hominum licentia crescente, deformata essent, reformare, illaque præsertim circa Romanæ Curiæ officia, & tribunalia ad veram debitamque normam, & obseruantiam reducere curaremus. Hoc est, quod nos ad pœnitentiariæ nostræ officium in quo morum censura, & animarum salus præcipue vertitur, nostræ considerationis oculos dirigentes, & attendentes in eo plures, & diuersos abusus propter superiorum temporum licentiam, & incuriam irrepsisse, ne illi sese latius diffundant, quantum in nobis est, occurrere volentes, habita desuper cum ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ipsoque maiore Pœnitentiario, ac eius officialibus auditis, & eorum iuribus diligenter visis, ac omnibus mature consideratis, de ipsorum fratrum consilio,

Causa huius Reformationis.

filio, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus pro tempore existens maior Pœnitentiarius, ac eiusdem Pœnitentiariæ Regens, Correctores, Scriptores, Procuratores, ac alij quicunque eius officiales, & ministri ab eorũ omnium quæ in infrascriptis Capitulis, & prohibitionibus continentur, concessione, commissione, & expeditione penitus cessare, & abstinere debeant.

Et in primis idem Pœnitentiarius abstineat a commutationibus vltimarum voluntatum, & earum derogationibus.

Necnon ab vnionibus perpetuis, & suppressionibus, ac translationibus beneficiorum ecclesiasticorum, & applicationibus vnius beneficij alteri beneficio, & illarum confirmationibus.

Item a concessione iurispatronatus, seu præsentandi ad beneficia ecclesiastica propter augmẽtum fructuum, sed tantum ea causa fundationis vel dotationis illud concedere possit.

Similiter abstineat a licentiis standi extra pro monialibus ex quacunque causa.

Necnon a declaratoriis pro religiosis propter vim, & metum, quos in ingressu religionis, vel emissione professionis sibi illatos fuisse prætendant, quando post emissam professionẽ huiusmodi susceperunt sacros ordines in religione, etiam si asseratur, quod eisdem vi, & metu durantibus, illos susceperint, In aliis autem casibus declaratoriæ ipsæ committantur ordinario loci & vocato Priore Monasterij, in quo fuerit emissa professio, & nũquam in curia, etiam si pars & testes præsentes essent.

Nec concedant Religiosis licentias standi extra propter infirmitates & similia impedimenta, & nec etiam pro subuentione parentum, aut pupillorum, vel aliorum consanguineorum, nisi obtenta licentia suorum superiorum, & in facultatibus pro religiosis eisdem transeundi de ordine ad ordinem, etiam in casibus a iure permissis apponatur semper clausula, quòd perpetuo ibidem in claustro Domino famulari teneantur.

Apostatis vero absolutionem non concedat, nisi ea lege expressa, vt statim ad claustrum proprij ordinis redeant, vel ad alium ordinem transeant, æqualis, vel arctioris obseruantiæ, vt ibi perpetuam vitam agant.

Nec illis, aut aliis translatis prædictis indulgeatur, vt beneficia ecclesiastica obtinere, vel illis vti mercenarij deseruire, aut alias etiam de superiorum suorum licentia extra claustrum quoquo modo degere valeant.

Similiter non concedat commissiones alienationum, vel permutationum, aut affrancationum, aut illarum confirmationum de bonis ecclesiasticis in forma, quæ dicitur, Si in euidentem, pro rebus, quarum redditus annuus summam viginti ducatorum auri de Camera excedat, & commissiones huiusmodi semper ordinario loci, & alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ coniunctim committantur. Et si de ipsius ordinarij interesse, vel præiudicio agatur, tunc loco ipsius Committantur Metropolitano, Et si res ad ipsum Metropolitanum pertineat, ordinario viciniori, & nunquam similes concedantur commissiones quando agitur de alienatione iurisdictionum, vel vassallorum ad ecclesiam quomodo pertinentium.

Præterea ne ordinarij in corrigendis subditorum excessibus impediantur, & delicta impunita remaneant, non concedat absolutiones, vel mandata, de absoluendo ab homicidiis, vel aliis grauibus delictis, etiam occultis, pro quibus de iure ciuili pœna capitalis imposita sit, præterquam in foro conscientiæ dumtaxat, In reliquis vero minoribus, & leuioribus excessibus, de quibus tamen delinquens non fuerit citatus, vel inquisitus, committere possit ordinario, vt imposita illi pœna eius arbitrio eum etiam in foro fori absoluat, ipsumque ab executione ordinum si secum super irregularitate dispensatum fuerit, similiter eius arbitrio suspendat, Episcopis tamen, vel eorum superioribus, aut aliis prælatis Sedi Apostolicæ immediate subiectis, & quibusuis personis in terris Ecclesiæ, & multo minus in Vrbe delinquentibus, ab aliquibus delictis extra forum conscientiæ absolutionem minime concedere possit.

Caueat etiam Pœnitentiarius ne in absolutionibus a Simonia reali, vel conuentionali, etiam occulta, vnquã concedat, vt ipsi Simoniaci beneficia, super quibus Simoniam commiserunt, seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post commissam Simoniam perceptos in toto vel in parte retinere possint, quinimmo in absolutionibus huiusmodi apponatur clausula, quòd vterque ad beneficium, super quo fuit commissa Simonia, perpetuo inhabilis existat.

Et insuper homicidæ voluntario, etiam alias canonice absoluto altaris ministerium, aut ascensum ad superiores ordines, & restitutionem, aut retentionem beneficiorum, quibus ipso iure quis priuatus vel priuandus sit, cõcedere minime valeat.

Nec minus literas de promouendo ad sacros ordines, ac etiam ad primam tonsuram a quocunque Catholico Antistite, nisi allegetur iusta causa, propter quam ab ordinariis suis promoueri, nec ab eis, aut eorum officialibus literas dimissorias obtinere valeant, & tunc cõcedi possint a quocunq; ordinario, vel pro eo Pontificalia exercente, & si causa allegata falsa fuisse deprehendatur, sic promoti ab executione ordinum per suos ordinarios suspendi, vel illa etiam perpetuo priuari possint.

Similiter idem Pœnitentiarius non concedat absolutiones a iuramento, nisi ad effectum agendi dumtaxat.

Nec dispensationes matrimoniales in forma gratiosa, sed semper committantur ordinarijs prout alias fieri consueuit.

Neque concedat religiosis licentiam suscipiendi gradum doctoratus, vel magisterij contra statuta ordinis, nisi ex aliqua probabili causa, & nisi de licentia suorum superiorum.

Nec absolutiones a fructibus indebite perceptis, ratione intrusionis beneficio, vel ob non promotionem, aut alium tituli defectum, etiam in foro conscientiæ, nisi facta restitutione fructuum huiusmodi.

Nec etiam absolutiones concedat pro vsurpata iurisdictione, vel violata libertate ecclesiastica etiam in foro conscientiæ (nisi cum clausula) Satisfacto prius de damnis, & expensis parti læsæ.

Neque facultates testandi iuxta formam quinterni simpliciter, sed cum clausula, dummodo non supra summam centum ducatorũ etiam ad pias causas, ac pro seruientibus. Religiosis vero etiam extra claustrum, etiã cum apostolica dispensatione degentibus, facultates testandi nullo modo concedantur.

Bbbbb Et insuper

Pœnitent. abstineat ab infrascriptis exped.
Vltimarũ voluntatũ derogat., & cõmutationibus
Beneficiorũ vnionibus &c.
Iurispatronatus concessione nisi ob fundationem vel dotat.
De hac materia habes sup. in cõst. a. Ian. 8. fol. 517.
Religios. Declaratoriis circa prætẽsũ & metũ.
Ad quod vide et Pauli 4. cõst. 29. fol. 650.
Transeundi ad alios ordines licẽtia nisi vt hic.
Tu uide eandem const. 29 Pauli 4.
Apostatarũ absolutionibus nisi vt hic.
Tu vide ibid.
Standi extra Monast. licentiis.
Tu vide ibidem.
Alienationis & permutationis bonorũ Eccles. cõmissionibus, si annuus valor excedit duc. 20.
De hac materia vide sup. in Paulli 2. con 6 fo. 91.
Delictorum, pro quibus capitalis pœna imposita est absoluat, i foro conscientiæ tantum, in minoribus autem procedat Pœnitentiarius vt hic.
Symoniacos quo absoluat.
Et vide de Symoniacis Pij V. cõst. 3. Cum primum.
Homicidæ voluntario etiam absoluto, non concedat Altaris ministerium &c.
Literas promouendi ad ordines qñ concedere possit.
Absolutiones à iuramẽto concedat ad effectum agendi tantum.
Dispensationes matrimoniales cõcedat vt hic.
Doctoratũ licentiam &c Religiosis qñ cõcedat.
Ab indebita fructuum perceptione non absoluat, nisi fructibus restitutis.
Absolutiõnẽ pro vsurpata iurisd. vel violata libertate Ecclesiastica concedat vt hic.
Testandi facultates qñ concedat.
De materia nota ut sup. in const. 32. fol. 693.

Non confirmet gesta per Ordinarios contra formam iuris.

Et insuper non confirmet gesta per ordinarios, aut alios inferiores illis de iure co mmuni non concessa, nec suppleat eorum defectus.

Super ætate promouendorũ non dispenset &c.

Minus etiam dispenset super ætate promouendorum ad sacros ordines de iure requisita, nec tempus præfatis ad munus consecrationis suscipiendum a iure statutum vltra tres menses, & terminum anni Rectoribus parochialium ecclesiarum, & alijs quibusuis ac sacros etiam presbyteratus ordines suscipiendos a iure, aut in fundatione beneficiorum quomodolibet constitutum extra casus a iure permissos, vltra sex menses minime prorogare valear.

Facultates suas in expeditionib. Pœnitentiarius nõ excedat.

Et vltra præmissa abstineat etiam ab expeditionibus quibuscunque, quæ sibi per literas suarum facultatum expresse non conceduntur, nisi alias de iure communi in casibus, de quibus agetur ordinario concessæ reperiantur. Nec suffragetur prætearus consuetudinis seu stili, aut quasi possessionis ipsius maioris Pœnitentiarij, & prædecessorum suorum in similibus concedendis, etiam si consuetudo, aut stilus, vel quasi possessio huiusmodi per literas facultatum suarum generaliter approbata reperiantur.

Sede vacante Pœnitentiarij Officium vacat, in his q. spectant ad forum fori. Hoc idem habes inf. in const. 81. In eligendis.

Volumus insuper quòd officium sacræ Pœnitentiariæ Sede Apostolica Vacante in omnibus, & singulis quæ ad forum fori quomodolibet pertinent, penitus, & omnino conquiescat. Quodque ea tantum pro animarum salute expedire valeat, quæ forum conscientiæ respiciunt.

Inhibetq; Pœnitentiario & Officialib. ne aliqd expedire præsumant contra pręmissorũ tenorẽ.

Districtius inhibentes moderno, & pro tempore existenti Maiori Pœnitentiario in virtute sanctæ obedientiæ, ac Regenti. Correctoribus, scriptoribus, procuratoribus, reuisoribus, sigillatoribus, alijsque dictæ Pœnitentiariæ Officialibus quibuscunque sub nostræ indignationis, & excommunicationis latæ sententiæ, necnon priuationis, & amissionis suorum huiusmodi, & aliorum Officiorum & beneficiorum quorumcunque per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, alijsque grauioribus nostro & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, & applicandis pœnis, ne de concessionibus, & expeditionibus sibi per præsentes interdictis contra præmissorum tenorem etiam prætearu quorumuis priuilegiorum, & indultorum eis quomodolibet concessorum se intromittere quoquo modo audeant, seu præsumant.

Decreta irritans

Decernentes quascunque concessiones, gratias, ac expeditiones deinceps ab eodem officio pœnitetiariæ cõtra præsentium tenorem (quod absit) pro tempore emanatas, etiam si in illis asseratur, viuæ vocis oraculo, ac de mandato nostro & pro tempore existentis Roman. Pont. speciali, & expresso factas fuisse, nullas nihilominus, & inualidas, ac extortas, & surreptitias esse, & censeri, neminique propterea suffragari posse, & ita per quoscunque locorum ordinarios, ac Iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri, debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ derog.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis priuilegis quoque & indultis eidem Maiori Pœnitentiario, ac eius officio, etiam in illius erectione, & institutione etiam Motu proprio consistorialiter, ac de fratrum eorundem consilio & assensu, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, & alias quomodolibet, etiam per fœlicis recordationis Eugenium Quartum Sixtum etiam Quartum, & Paulum Tertium, ac alios quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos concessis, approbatis, & innouatis, ac decretis, & censuris in illis appositis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, indiuidua & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indultis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum habenda esset in eisdem literis mentio specialis.

Forma & effectus publicationis. Quam publ. habes alibi ...

Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & omnes quorum interest, vel interesse poterit, omnino afficiant, Volumus, & mandamus illas in Palatij nostri apostolici, ac officij Pœnitentiariæ huiusmodi valuis, & acie Campi Floræ affigi, & per aliquod temporis spacium, relicta ibidem copia, detineri, vt ij quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt, quomodolibet in futurum, quòd ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent perinde, ac si eis personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare. Cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extiterit publicatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, inhibitionis, decreti, derogationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Quarto Non. Maij, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego R.Card.de Carpo,Epiſc.Portuen.
Ego F.Card.Piſaous Epiſc.Tuſculaous.
Ego Fed.Card.Cæſius,Epiſc.Prænestinen.
Ego Io.Card.Moronus Epiſ.Sabinenſis.
Ego Christof.Card.Epiſc.Albanen.Triden.
Ego Otho Truchſes Card.Auguſtan.
Ego B.de la Cueua,Card.ſaoctæ Crucis.
Ego Tiberius Card.Criſpus.
Ego Ful.Card.Peruſ.
Ego Io.Mi,Cardinalis Saracenus.
Ego Io.Cardinalis Sancti Vitalis.
Ego Ia.Cardinalia Puteus.
Ego Io.B.Cicada Card.S.Clementis ſt.
Ego B.Card.Tranen.
Ego Scipio Cardinalis Piſarum.
Ego Io.Cardinalis Reomanns.
Ego Io.Antonius Card.Capiſuccus.
Ego Fr.M.Card.Alexandrinus.
Ego Iac.Card.Sabellus.
Ego Io.Antonius Card.S.Georgij.
Ego Aloyſius Card.Cornelius.
Ego B.Card.Saluiatus.
Ego Ph.Card.Aburd.
Ego Petr.Fraociſ.Card.Ferrerius.
Ego Marcus Aotonius Card.Amolius.
Ego Hieronymus Card.Corrigienſis.
Ego B.Card.Nauagerius.
Ego Io Franciſcus Card.de Gambara.
Ego A.Card.Farneſios Viceeancel.
Ego Guid.Aſc.Card.Camerarius.
Ego N.Card.de Sermoneta.
Ego Iu.Card.Vrbinas.
Ego Alfonſus Carafa Card.Neapolitanus.
Ego Virellotius Card.Vitellius.
Ego Carolus Card.Borromæus.
Ego Franciſcus Card.Gonzaga.
Ego Indicus de Aualos Card.de Aragona.
Ego Alph.Card.Geſualdus.

Ant.Florebellus Lauelliots.
F.Delyon.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, Indictione quiota die vero veneris, meoſis Maij, Pontificatus Sanctiſsimi in Christo Patris & Domini Noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII.anno tertio.Retroſcripeæ literæ Apoſtolicæ affixæ,& publicatæ fuerunt ad Valuas Palatij Apoſtolici, & Palatij officij ſacræ pœnitentiariæ,& io acie Campi Floræ, vt in retroſcriptis literis continetur dimiſsis copiis earundem in dictis locis affixis,per nos Franciſcum Rugerium, & Iulium Parinum prælibati S. D. N. Papæ Curſores. Publicatio.

Honofrius Montarg. Magiſter Curſorum.

L X X.

Reformatio Cameræ Apoſtolicæ & eius Officialium.

Aliam Reformationem fecit idem Pont.qoam habes inf.in conſt.110.Cum inter cæteras.

De Materia autem Cameræ Apoſt.ponam concord.in Greg.xiij.conſt.109.Quas à Romano.

PIVS Epiſeopus ſeruus ſeruorum Dei,Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVS Pontifex,Christi Vicarius,vti prudens paterfamilias prouide animaduertēs,io agro Dominico multā meſſem,& multos iam operarios eſſe,vt opus Domini recte & ſine confuſione adimpleatur,ſingulis curas partitur, & officia diſtribuit, ac ne quis muneris ſibi commiſsi limites excedat, aut in alterius meſſem ſalcem imponat,ſolerti ſtudio, & diligentia prouidet, ſicuti pro felici ipſius agricultura, & directione in domino conſpicit ſalubriter expedire.Sane poſtquam nos ſacrum œcumenicū, & generale Cōcilium pro eatirpandis hæreſibus, & Christiani populi moribus emendandis io Ciuitate Trideotina celebrandū indiximus,prout illud diuioa ſauente gratia frequeotiſsimo prælatorum conuentu iam feliciter congregatū extitit,& ſuos ſalutares progreſſus habere cœpit,dum Cōcilium ipſum generali totius Eccleſiæ reformationi diligenter incumbit,nos Curiæ noſtræ, ac illius Officiorum, & Tribuoalium peculiari correctioni aoimum adiecimus,& a ſacræ Pœnitentiariæ officio,in quo ſalus præcipue vertitur animarum,initio ſumpto illius reformationem feliciter abſoluimus. Nunc vero ad Cameræ noſtræ Apoſtolicæ tribunal tanquam reliquis totius curiæ dignius,& excellentius,in quo non ſolū patrimonij beati Petri, ſed vniuerſorū fiſci apoſtolici iurium cōſeruatio, & adminiſtratio verſatur,direximus oculos noſtræ meotis,aoimaduertimusq; in eandem Cameram pro ſuperiorum temporū licentia,& incuria pleraq; negotia extra propriā ipſius Tribunalis oarurā,tām circa ditioni eccleſiaſticæ in tēporalibus ſubiectas,quā reliquas totius chriſtiani orbis prouincias irrepſiſſe, per quæ Camerarij noſtri,ac Præſidentium, & Clericorū eiuſdē Cameræ ſtudia a proprijs, & peculiaribus eorum curiis diſtrahuntur, aliorumq; Tribunalium,& officiorum dictæ Curiæ,ac totius eccleſiaſtici ſtatus iuriſdictio cum magno Fiſci noſtri,ac partium litigantiū detrimento,& reliquorum Chriſtifidelium ſcandalo confunditur & impeditur.Idcirco ad tollendos abuſus huiuſmodi,& vt Camerarius,ac Clerici,& Præſidentes prædicti eorum proprio muneri cōmodius,& diligentius intendere valeant,habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura,& dilecto filio noſtro Guidone Aſcanio ſanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinale de ſancta Flora nuncupato,moderno Camerario noſtro,ac dilectis filiis Præſidentibus, & Clericis dictæ Cameræ,eiusque Notariis auditis,& eorum facultatibus,& iuribus diligenter inſpectis,omnibuſque mature conſideratis,de eorūdem fratrum conſilio apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus,& ordinamus. Cauſa huius Reformationis.

1 Quod de cætero perpetuis futuris temporibus prædicti Guido Aſcanius Cardinalis, ac pro tempore exiſtētes Camerarius,ac Præſidentes,& Clerici fiſci noſtri negotiis diligenter incumbant,vtque illud liberius, & facilius facere,& eaequi poſsint,cauſis ioter fiſcum ooſtrum, & priuatos iuxta propriam eorum Tribunalis oaturam cōtenti ſint,& propterea a cognitione caoſarum inter prioatos,etiam per viam appellationis, etiam ex terris eccleſiæ ad ſedem apoſtolicam interpoſitæ omnino abſtineant,niſi cauſæ a negotiis fiſcalibus dependeant,aut ab illis originem trahant. Camerarius & clerici, cauſas Fiſci intereſſe concernen.& non alias cauſas priuatorū cognoſcant.

Custrum Commissiones, auocationes, &c. non expediāt, nisi in causis profanis nō exceden. ducat. 25. & infra quadraginta milliaria ab Vrbe.

Similiter abstineant a commissionibus, & auocationibus causarum, necnon literis monitorialibus, & inhibitoriis, ac sequestrationibus, & aliis huiusmodi, vbi non agitur de interesse fisci, etiam in terris ecclesiæ, cum hæc ad signaturam nostram spectare noscantur, & alias ordo iudiciorum multipliciter confundatur. Permittimus tamen illis pro minori pauperum dispendio, vt causas appellationum a sententiis diffinitiuis, vel earum vim habentibus interlocutoriis intra quadraginta milliaria ab Vrbe in rebus minimis, & profanis summam vigintiquinque ducatorum non excedentibus, de quo dispositiue mentionem facere teneantur, per simplices literas alias iuxta formam iuris committere possunt.

Alienationes bo. Eccles. in forma si in euidēte non concedāt, si annuus redditus summā 5. ducat. excedit. De materia vide in Pauli 2. const. 3. fol. 88.

Interdicimus etiam illis commissiones alienationum de bonis ecclesiasticis in forma quæ dicitur, Si in euidentem, pro rebus quarum redditus annuus summam quinque ducatorum auri de Camera excedat, de quo redditu similiter expressa mentio in dispositiua literarum habeatur, & commissiones huiusmodi semper ordinario loci, & alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ coniunctim committantur, Et si de ipsius ordinarij interesse, vel præiudicio agatur, tunc loco ipsius committantur Metropolitano: & si res ad ipsum Metropolitan. pertineat, ordinario viciniori: & nunquam similes commissiones concedant, quando agitur de alienatione iurisdictionum, vel vassallorum ad ecclesiam quouis modo pertinentium.

Delictorū absolut. & remiss. vel saluos conduct. non expediant.

Insuper ne delicta impunita remaneant, ab absolutionibus, & remissionibus delictorum quorumlibet etiam leuium, aut illarum commissionibus, necnon saluis conductibus pro delinquentibus etiam de delictis extra terras ecclesiæ commissis omnino abstineant.

Dilationes debitoribus concedere possunt vt hic.

Et similiter a moratoriis dilationibus nisi ad modicum tempus, & non vltra mensem, ac data idonea cautione, & pro his debitoribus tantum qui aliam dilationem non obtinuerint.

Hebræis priuilegia Christianis contraria nō concedant.

Hebræis vero tolerantias, aut alia priuilegia præiudicium Christianorum quomodolibet concernentia, & quibusuis personis frumentorum, aut aliorum victualium ex vrbe, vel aliis terris ecclesiæ, & tam in illis quam extra eas ad cuiusuis instantiam, represalias etiam pro debitis fiscalibus, nisi de particulari, & expresso mādato nostro, aut Pontificis pro tempore existentis.

Super poss. benefic. &c. nihil expediant.

Necnon literas Camerales pro adipiscenda possessione beneficiorum ecclesiasticorum etiam nobis, & sedi Apostolicæ reseruatorum, & prorogationem temporis ad expediendas literas apostolicas quarumcunque gratiarum, aut ad solutionem annatarum, vel aliorum iurium Collegio Cardinalium, aut officialibus debitorum minime concedere valeant.

Vectigalia nō imponant, neq. augmentent. Spolia & alia credita fiscalia non remittant.

Caueant etiam ab impositione, vel augmento vectigalium, seu datiorum, vel illorum diminutione, aut alteratione ex quacunque causa etiam publicam vtilitatem concernente.

Sed nec spolia Clericorum decedentium, aut decimas, vel alia regalia, aut credita fiscalia in toto, vel in parte donare, vel remittere possint. Commissarij vero ad præmissa exigenda, & recuperanda non nisi idonei & probatæ vitæ nullum habentes in ea re interesse constituantur; qui etiam iureiurando, ac idoneis cautionibus de eorum officio fideliter, & diligenter exercendo astringantur.

Clerici nihil expediant, nisi ex commissione habita in Camera.

Clerici vero Cameræ cum nullam iurisdictionem vt singuli, sed tantum collegialiter & in plena Camera habere noscantur, nihil expediant priuatim, & singulariter, nec aliquas literas, aut patentes de quacunque re subscribant, nisi ex commissione eis facta in eadem plena Camera, in qua omnia clare & distincte proponi, ac in libro propositionum annotari debeant.

Notarij in expedit. & scripturis faciat mentionē de tali commissione.

Notarijque in expeditionibus, & scripturis desuper conficiendis de propositione, & commissione huiusmodi mentionem expressam habere teneantur.

Spiritualia materias nō expediāt.

Sed & tam Camerarius, quam Clerici ipsi vltra prohibita in præsenti reformatione, a quibuscunque licentiis, gratiis, & indultis de rebus spiritualibus in forma gratiosa, vel commissaria, etiam cum clausulis iustificatiuis, & alias tam in terris ecclesiæ, quam extra illas omnino abstineant.

Nihil vltra expressa in eorū facultatibus expediāt, etiā sub prætextu cōsuet. vel quasi possessionis.

Et similiter a quibuscunq; aliis expeditionibus quæ sibi ratione suæ ordinariæ iurisdictionis propter publicā vtilitatem, vel alias expresse per literas suarum facultatum concessæ non reperiuntur. Nec prætextus consuetudinis, aut quasi possessionis etiam antiquissimæ & immemorabilis in similibus concedendis eis suffragetur, etiā si consuetudo, & quasi possessio huiusmodi per literas aliquorum Pontificum generaliter approbatæ fuerint.

Notarij nihil indebite exigāt.

Notarij vero Cameræ abstineant ab extorsionibus & indebitis exactionibus vtpote pro obligationibus soluendi annatas, quæ tamen in promptu soluuntur, prout hactenus vsurpatum esse accepimus, & aliis huiusmodi; super quibus, & aliis per præsentes statutis, & prohibitis, Camerarius, ac eius Vicecamerarius diligentem inquisitionem adhibere, & delinquentes condignis pœnis pro modo culpæ punire debeant.

Sede vacante Camerarij, expeditionū Cameræ exactioni, ac sedis vacantis prouisionibus tantūmodo incumbant. Hoc habes etiam inf. in const. 81. de eligendo.

Sede autem apostolica vacante, officium Camerarij, quod per constitutionem piæ memo. Clementis Papæ V. etiam prædecessoris nostri in Concilio Viennen. editam durare decernitur, ita durare declaramus, vt tam ipse Camerarius, quam Præsidentes, & Clerici, ac Notarij prædicti non solum ea quæ præsenti constitutione prohibentur, & quæ Pontifice viuente etiam pro eiusdem Pontificis reuerentia, aut alias quomodolibet exercere, & expedire non consueuerunt, minime vsurpent, sed tātum exactioni pecuniarum Cameræ apostolicæ debitarum, ac illarum reseruationi, necnon prouisionibus ratione Sedis vacantis necessario faciendis incumbere, & propterea a solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, vel nouatione, ac rationum solidatione, & quibuscūque aliis expeditionibus tam gratiam, quam iustitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omnino abstinere debeant.

Contrauenientium pœnæ.

Districtius inhibentes præfato, ac pro tempore existenti Camerario in virtute sanctæ obedientiæ, Clericis vero, ac Notariis, & aliis officialibus, & eorum ministris quibuscunque sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon priuationis officiorum, & beneficiorum quorumcunque per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisque nostri, & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrij pœnis, ne de causis, negotiis, ac expeditionibus per præsentes interdictis, etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum eis quomodolibet concessorum, aut consuetudinis, vel quasi possessionis huiusmodi se intromittere quoquomodo audeant, seu præsumant.

Decernentes quascunque concessiones, commissiones & expeditiones ab illis, & a dicta Camera deinceps contra præsentium tenorem pro tempore forsan (quod absit) attentatas, etiam si illas viuæ vocis oraculo emanasse asseratur, nihilominus nullas, & inualidas, ac extortas, & surreptitias fore, & esse, ac censeri, nemini que

propterea

propterea suffragari posse. Et ita per quoscunque locorum Ordinarios, ac Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam prouinciarum, ac terrarum ditionis ecclesiasticæ Legatos, eorumque Vicelegatos, Gubernatores, & alios officiales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegiis quoque, indultis, ac facultatibus eisdem Camerario, ac Præsidentibus, & Clericis etiam motu proprio, & consistorialiter, ac de fratrum eorundem consilio, & assensu sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, & alias quomodolibet etiam per piæ mem. Martinum V. Eugenium IIII. Innocentium VIII. & prædictum Leonem X. & Paulum III. ac Iulium etiam III. & alios quoscunq; Romanos Pont. prædecessores nostros, ac forsan etiam nos concessis, approbatis, & innouatis, ac decretis, & censuris in illis appositis, quibus omnibus, etiã si pro illorũ sufficienti derogatione de illis eorũq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbũ, nõ autẽ per clausulas generales idẽ importãtes mẽtio, seu quæuis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores hmôi pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permãsuris, hac vice dũtaxat specialiter, & expresse derogamus, cõtrariis quibuscũque, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excõicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, & eos quorum interest, vel interesse poterit omnino afficiant, volumus, & mandamus illas in Palatij nostri, ac Cameræ apostolicæ valuis, & acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spatium relicta ibidem earũ copia affixas detineri, vt ij quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, nullam possint excusationem prætendere, vel allegare quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, cum non sit verisimile, apud eos incognitum remanere, quod tam patenter publicatum fuerit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Sexto Cal. Iunij, Pontificatus nostri Anno tertio.

Clausula derog.

Forma & effectus public. Quã habes hic in f.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Ostien.
Ego F. Card. Pisanus Episcopus Port. manu propr.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tusculanus.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Prænestinus ss.
Otho Truchses de Vualdburg. Episc. Car. Alban.
Ego B. de la Cueua Card. S. Crucis.
Ego R. Card. S. Angeli Maior Pœnit.
Ego Ti. Card. Crispus.
Fuluius Card. Per.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgij.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego P. F. Card. Ferrerius.
Ego Hier. Card. Corrigiensis.
Ego R. Card. Nauagerius.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego A. Card. Farnesius Vicecance.
Ego Iu. Card. Vrbin.
Ego Alfonsus Carafa Card. Neapolitan.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Ind. Aualos Card. Arag.
Ego Alph. Card. Gesualdus.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo, sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero decimanona mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ quarti Anno Tertio, Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Palatij Apostolici, Cameræ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, & deinde amotæ dimissis ibidem in locis suprascriptis earum copiis affixis per nos Iulium Parinum, & Camillum Cherubinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Franciscus Rogerius Magister Cursorum.
Registrata apud Cæsarem Secretarium.

LXXI.

Reformatio Officij Correctoris Cancellariæ Apostolicæ,& literarum contradictarum.

Aliam Reformationem habes infra in Pij V.const.101.Romani Pontificis,& ibi notabo.

De Materia habes etiam sup.in Mart.V.const. 3. In Apostolicæ fol.57.& inf.in const.79. Solet,& Pij V.const.16.Cum sicut,& const.86. In earum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Correctoris Officiũ est antiquissimum.
Causa huius Reformationis.
Corrector & Procuratores nihil expediant in causis in quibus Papæ aut signaturæ rescripta emanarunt.

VNIVERSI gregis dominici curam nobis diuina dispositione commissam, pro pastoralis officij debito diuina fauente gratia diligenter,& salubriter exercere cupientes, ad ex potissimum pro Christifidelium animarum salute nostræ dirigimus considerationis intuitum, per quæ iuris & iustitiæ cultus a nostris,& Sedis Apostolicæ Officialibus seruetur,& inuiolabiliter custodiatur. Sane cum nos vna cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E.Cardinalibus,singulorum Romanæ Curiæ Tribunalium,& officiorum correctioni & emendationi iugiter intendẽtes,inter cætera ad officium Correctoris Cancellariæ Apostolicæ,ac literarum iustitiæ contradictarum respexerimus,animaduerterimus etiam officium ipsum quod antiquissimum existit, & per quod literæ apostolicæ iustitiæ sub nomine Romani Pontificis ac sub plumbo expediuntur,pro superiorum temporum licentia antiquam disciplinam, ac puritatem in literarum huiusmodi expeditione relaxasse, ac propterea pro illius reformatione,& emendatione vocato, & audito dilecto filio magistro Paulo Odescalco Cancellariæ,& literarum huiusmodi moderno correctore, Motu proprio,& ex certa scientia de eorundem fratrum consilio & assensu,Statuimus,& ordinamus.

Ad hoc vide aliam Reformat. Pij V. allegatam superius.

Quod deinceps perpetuis futuris temporibus dictus Paulus,ac pro tempore existens Corrector, necnon literarum earundem Procuratores in causis in quibus rescripta a nobis,vel a signatura nostra iustitiæ pro tempore emanare contigerit,in eadem instantia se nullatenus intromittant:Possint tamen causas appellationum a sentẽtiis diffinitiuis,vel diffinitiuæ vim habentibus committere.

Indulg. Iurispatronatus, & testamentorũ confirmationes nõ concedant.

Item confirmationes Indulgentiarum,siue perpetuarum,siue temporalium,& testamentorum aut vltimarum voluntatum,ac iurispatronatus, & præsentandi nullo modo expediant, sed nec contractuum, nisi ad vtriusque contrahentis supplicationem,& sine præiudicio tertij.

Sñiarũ laudorũ, & contractuũ cõfirmationes expediant vt hic.

Et minus sententiarum nisi cum clausula quatenus rite,& recte latæ sint,& in rem transiuerint iudicatam, neque aduersus illas aliquid fuerit impetratum. A confirmationibus etiam compromissorum, & laudorum ante vtriusque partis expressam emologationem.

Beneficiorũ vniones &c. non concedant.

Necnon vnionum perpetuarum, vel suppressionum,aut translationum beneficiorum ecclesiasticorum,aut illorum fructuum applicationum omnino abstineant.

Hoc prohibuit generaliter P. V.
Bonorũ Eccles. alienationũ &c. cõfirmationes nõ cõcedant vt hic.
Quod generaliter prohibuit P. V. ibid.

Similiter non concedant confirmationes alienationum,permutationum, aut liberationum de bonis ecclesiasticis,quorum annuus redditus summam quinque ducatorum excedat: id quod dispositiue in literis exprimi debeat,& confirmationes huiusmodi semper ordinario loci, & alteri personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ coniunctim committantur.Et si de ipsius ordinarij interesse,vel præiudicio agatur, tunc loco ipsius committantur Metropolitan. & si res ad ipsum Metropolitanum pertineat,Ordinario viciniori: & nunquam similes commissiones concedant quando de alienandis iurisdictionibus,vel vassallagiis ad ecclesias quomodolibet pertinẽtibus agitur.

Declaratorias nullitatis professionis Religios. non expediant.
Sed Pius V ibidẽ generaliter prohibuit aliquid expediri circa statum Regularium.

Literas etiam declaratorias nullitatis, professionis propter vim & metum, quando religiosi post ingressum religionis,vel emissam professionem sacros ordines in religione susceperunt,etiam si asseratur quod eisdem vi, & metu durantibus dictos ordines susceperint,minime concedant.In aliis autem casibus declaratoriæ huiusmodi committantur ordinario loci, vocato Priore Monasterij loci eiusdem in quo fuit emissa professio: & nunquã in Roman.curia etiam si pars,& testes in ea præsentes essent.

Licentias standi extra Monast. quã concedant.
Hoc reuocatũ est ibidem.

Sed nec licentias Religiosis eisdem standi extra Monasterium etiam in casibus infirmitatis,vel aliis a iure permissis,nec pro subuentione parentum pupillorum, aut aliorum consanguineorum nisi de expressa licentia suorum superiorum petita,& obtenta.

Absolutiones a iuramento cõcedant vt hic.

Et similiter absolutiones a iuramento præterquam ad effectum agendi,& excipiendi.

Licentias testãdi quando possint concedere.

Ac facultates testandi de bonis ecclesiasticis in forma quinternis vltra summam centum ducatorum minime concedere valeant:Religiosis vero etiam extra claustra cum legitima dispensatione degentibus similes facultates testandi nullatenus concedantur.

Ordinariorũ gesta quando confirment.

Item gesta per ordinarios,aut alios inferiores nisi in casibus illis expresse de iure permissis,& quando ex eorum narratiua formam iuris minime per eos seruatam esse constat, nullatenus confirment, nec eorum defectus iuris,vel facti aliquo modo suppleant.

Beneficiorũ tituli vel poss. confirmationes nõ cõcedant.
Ad quod vide dictã Refor. Pij V.

In primis autem abstineant a confirmatione tituli,vel possessionis beneficiorum ecclesiasticorum, etiam pro pacificis possessoribus,etiam cum clausula, sicuti iuste & pacifice possidetis, cum sicut accepimus confirmationes huiusmodi plerunque petantur in fraudem ad confouendos intrusos, & alios qui literas apostolicas prouisionis beneficiorum eorundem minime expediuerunt,ac minime curant expedire.

Declaratorias supra Homicidiis & irregularitate non expediant.

Abstineant etiam a declaratoriis super homicidiis, & irregularitate exinde contracta,etiam si illa vim vi repellendo,& ad necessariam defensionem commissa fuisse asseratur.

Decimarũ cõfirmat. quando cõcedere possint.

Item a confirmationibus decimarum,& illarum acquisitionum,etiam pro pacificis possessoribus,nisi illas ante Concilium Lateranen. tempore recolendæ memoriæ Alexandri III. celebratum legitime acquisitas esse expresse dicatur.

Super rebus litig. non dant cõfirmationes.

Et insuper a confirmationibus quibuscunque de rebus litigiosis omnino cessent.

Priuilegia vero,ac facultates & gratias per Sedem apostolicam concessa,in genere tantum,non autem in specie confirment,nisi priuilegia ipsa de verbo ad verbum inserantur:de quibus per literas apostolicas, aut earum

transumpta

transumpta autentica omni prorsus suspicione carentia, ipsi Correctori constiterit; de quo in confirmatione ipsa expressa mentio fieri debeat.

Priuilegia quando possint confirmare.

Postremo cum officium ipsum Correctoris potissimum versetur in concessione, vel confirmatione eorum quæ sunt de iure permissa, nullatenus concedendo, vel confirmando rescribat in materiis quoquomodo in iure dubiis, vel vbi variæ sunt iurisperitorum opiniones, etiam pro communi illorum sententia: sed tantum vbi de re ipsa clara, & expressa de iure decisio apparet, & de cuius intellectu nullatenus apud iuris interpretes dubitetur.

Hoc autem prohibuit Pius V. ibidem.

In redubia nihil rescribant.

Procuratores autem literarum ipsarum contradictarum materias iniustas, aut indebitas non procurent, nec minutas literarum forment contra, vel præter continentiam memorialium, & veritatem facti illis a partibus exhibiti, ne facto variato, & veritate immutata literas expediant, quæ alias expediri non possent: prout sæpius attentatum fuisse accepimus. In reliquis vero per præsentes non immutatis, aut alteratis antiquum stilum in expeditionibus literarum earundem seruari solitum inuiolabiliter obseruent.

Procuratores illi nō immutent. qualitates facti &c.

Istis impositi pene falsi Pius V. in const. 26. Cū sicut.

Districtius inhibentes præfato ac pro tempore existenti Correctori sub indignationis nostræ, Procuratoribus vero præsentibus, & futuris sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon priuationis officiorum, & beneficiorum quorumcunque per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisque nostri, & pro tempore existentis Roman. Pontificis arbitrio inferendis, & applicandis pœnis, ne de causis, negotiis, ac expeditionibus per præsentes interdictis, & alias quam vt præfertur, etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum eis, & eorum officio quomodolibet concessorum, aut consuetudinis, vel quasi possessionis in similibus materiis prohibitis expediendis se intromittere quoquomodo audeant, vel præsumant.

Correctoris & Procuratorū cōtrauenientium pœnæ.

Decernentes nihilominus quascunque concessiones, commissiones, & alias expeditiones ab illis, & a dicto officio deinceps contra præsentium tenorem pro tempore quomodolibet, quod absit, attentatas, nullas, & inualidas, ac extortas, & surreptitias fore, & esse, ac censeri, neminique propterea suffragari posse. Sicque per quoscunq; locorum Ordinarios, ac Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretū irritās.

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegiis quoque, & indultis eisdem Correctori, & procuratoribus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis per quoscunq; Romanos Pont. prædecessores nostros, ac forsan nos concessis, approbatis, & innouatis, ac decretis, & censuris in illis appositis, quibus omnibus, (etiā si pro illorū sufficienti derogatione de illis eorūq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus) contrariis quibuscūque, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excōicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis generalibus, & specialibus quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Clausula derog.

Vt autem præsentes literæ ad omniū notitiā deducantur, & eos quorū interest, vel interesse poterit omnino afficiant, volumus, & mādamus illas in Palatij nostri, Apostolici ac audientiæ literarū contradictarū. valuis, & acie Campi Floræ per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spatium relicta ibidem earū copia affixas detineri, vt ij quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, nullam possint excusationem prætendere, vel allegare quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, cum non sit verisimile, apud eos incognitum remanere, quod tam patenter publicatum fuerit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, inhibitionis, decreti, derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Sexto Cal. Iunij, Pontificatus nostri Anno tertio.

Forma & effectus publ.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Ostien.
Ego F. Card. Pisanus Episcopus Portuen.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tusculanus.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Prænestinus.
Ego Otho Car. Aug. Episc. Albanen.
Ego B. de la Cueua Card. S. Crucis.
Ego R. Card. S. Angeli Maior Pæniten.
Ego Ti. Card. Crispus.
Ego Fuluius Card. Peruf.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen. ff.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.

Ego Io. Suauius Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgij.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Abued.
Ego P. F. Card. Ferterius.
Ego Hier. Card. Corrigiensis.
Ego B. Card. Nauagerius.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego A. Card. Farnesius Vicecancellarius.
Ego Guid. Asc. Card. Camerarius.
Ego Iu. Card. Vrbinas.
Ego Alfonsus Carafa Card. Neapolitan.

Ego

Ego Vitellotius Card. Vitellius. Ego Ind. Aualos Card. Arag.
Ego Franciscus Card. Gonzaga. Ego Alph. Card. Gesualdus.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo seaagesimo secundo, Indictione quinta, die vero decimanona mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij diuina prouidentia Papæ quarti Anno Tertio, Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Palatij Apostolici, audientiæ literarum contradictarum & in acie Campi Floræ, & deinde amotæ dimissis ibidem in locis suprascriptis copiis earunde m affixis per nos Iulium Parinum, & Camillum Cherubinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Fraociscus Rogerius Magister Cursorum.
Registrata apud Cæsarem Secretarium.

LXXII.

De iurisdictione & Facultatibus Cameratij Ripæ, & Iudicis Ripettæ Vrbis, ac Priuilegiis & indultis Nautarum & Mercatorum Ripalium.

Confirmationem habes infra in Pij V. const. 60. Romanum.

De Materia habes etiam sup. io Leon. x. const. 43. Romanum, fo. 267. Clem. 7. coost. 3. Nuper, fo. 282. & in Pauli III. const. 8. cum nobis, fol. 368. & const. 42. Accepimus nuper, fol. 442. & hic sup. in const. 57. Decet Romanum, fol. 727. & inf. Pij 5. const. 181. Cum sicut accepimus alias, & in Greg. XIII. coost. 105. cum alias fœl. rec. & etiam in aliis const. hic in prima Apostilla indicatis.

Inno. VIII. decreuit non suff. agari dilationes & exceptiones bono cũ. debitoribus Mercatorũ Ripalium, occasione rerũ Ripalid. in const. 32. f. 239.

Leo x. idẽ statuit in cõst. 43. f. 266.

Paulus etiam 3. in cõst. 52. f. 463.

Hic vero Pontifex confirmat cõstitutiones prædictas, & priuilegia & statuta Ripariũ & Mercatorũ. Aliã cõfirmationẽ habes inf. in Pii V. cõst. 60. Romanum.

Declarat etiã suã & Prædecessorũ mentẽ fuisse, qd omnes causæ, occasione rerũ Ripalium, cognoscãtur in Curiis Ripæ & Ripettæ, & alibi reassumi nõ possint etiã rõne vniuersalis iudicij, aut dotium.

Sapientisq. Votũ adhiberi statuit, in causis arduis vbi cadit punctus iuris.

Causæ quoq. criminales delictorũ in Mari vel Ripa cõmissorũ, in Curiis Rip. cognosci voluit vsque ad vltimum supplicium.

Ad quod habes etiã sup. Pauli 3. const. 8 Cum nobis fol. 368.

Decreti irritans

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVPIENTES pro communi ac publica vtilitate & commodo Vrbis nostræ, & præcipue Curialium, Incolarum, Mercatorum, & Nautarum in Romana oostra Ripa, & Ripetta commercia eaercentium fauoribus incumbere & scientes etiam alias per fel. record. Innoc. VIII. Leon. X. Clem. VII. & Paulum III. Romanos Pont. Prædecessores nostros, fuisse statutum, & ordinatum, vt fauorabilius dictis Mercatoribus & Nautis liceret mercaturam profiteri, quod possent vti omnibus gratiis & priuilegiis ab antiquo illis concessis, contra & aduersus eorum debitores, bonaque illorum & hæredes, occasione rerum Ripalium, vt latius in literis dictorum Prædecessorum nostrorum dicitur contineri. Nos attendentes, quod fauorabilibus & publicis vtilitatibus est succurrendum, & per contrarium fraudibus, calliditatibus & cauillationibus obuiandum, maximè illorum, qui curãt & studeot perniciose protrahere causas, retardare solutiones, & impedire executiones, & indemnitatibus publicis, ac dictorum Mercatorum & Nautarum, Curiæque Ripæ & Ripettæ consulere, & volentes illos & illas specialis gratiæ fauore prosequi, Motu simili, & ex certa scientia, &c. concessiones, gratias, indulta & priuilegia, literas, statuta, & capitula, omnesque alias seotentias latas per Cameram nostram, & inter ipsos Mercatores & Dohanerios Gabellæ vini, & omnia alia inserta in dictis statutis & consuetudinibus Ripalibus, in fauorem dictæ Curiæ, & Mercatorum, & Nautarum, & inde secuta quæcumque, Apostolica auctoritate cõfirmamus, & approbamus, & quatenus opus sit de nouo cõcedimus. Omnesq; & singulos tã iuris quã facti defectus, si qui forsao ioteruenerint in eisdem, ac solẽnitates omissas, si quæ omissæ sunt, supplemus. Ac volẽtes incõuenientiis obuiare, quæ sæpe oriuntur, a male forsan iudicantibus, gratias nostrorum Prædecessorũ concessas huiusmodi nostro Tribunali, ac illius Nautis & Mercatoribus, motu proprio & ex certa scientia & plenitudine potestatis, declaramus nostræ intentionis esse, ac nostrorum Prædecessorum, quod omnes causæ tam introductæ quam introducendæ in dicto Tribunali, in prima instantia, occasione rerum Ripalium, vel ab illis emergen. depẽden. anneaorum & conneaorum, & causa pretij illorũ, de quibus certa habeatur fides, ac quomodocunque & qualitercunque (licite tamen & honeste) fuerit contractum & conuentum, inter ipsos Mercatores Nautas, & alios eorum debitores commercia pro rebus ripalibus cum illis habentes, quod dictæ causæ & lites, non possent modo aliquo, in dicta prima instantia, (vbi tamen non est deneganda appellatio) per statuta & consuetudines ripales, etiam per dependen. vel ratione vniuersalis iudicij, excussionis hæreditatum, & bonorum, seu dotium, intentari, introduci, neque reassumi io aliquibus aliis Curiis Vrbis nostræ, sed omnino, debeant finiri & determinari in dicta Curia Ripæ, & Ripettæ, per Camerarium, eiusque Notarium, & Officiales, & in arduis, & vbi cadit punctus iuris, habito cõsilio sapientis, iuxta formam dictorum statutorum de huiusmodi loquentium, si opus fuerit, Et sic etiam de contractibus, pactioobus & conuentioobus habitis quocunque locorum etiam in finitimis Prouinciis. Et simili motu proprio volumus, quod omnes causæ mixtæ & criminales inclusiue, etiam vsque ad vltimum supplicium pro omnibus eacessibus, delictis, & homicidiis in dicta Ripa perpetratis, tam in Mari, quam in dicta Ripa, & eius districtu & pertinentijs, & quocunque locorum in Mari, tam contra res, & merces, destinatas ad Ripam prædictam, vel ad nostrum Portum Ciuitatis Vetulæ per Nautas vel alios, etiam quod per terram postea ex aliquo Portu peruenerint ad Vrbem nostram seu nostram Ripam vel Ripettam, cognoscaotur per Camerarium dictæ Ripæ ac supra, & debito fine terminẽtur, & incidenter cõtra quoscũque facinorosos homines & Nautas, habeat merum & mixtum imperium, animaduersionem, & gladij potestatem, pro vt olim habuit, & in præsentiarum habet, quam potestatem confirmamus, & quatenus opus sit, dicto Camerario, & eius Ripæ, & Ripettæ concedimus. Decernentes irritum & inane, quicquid io contrarium attentari contigerit in futurum. Volumus etiam quod præsenti Motui proprio nostro per quamcunque nostram sigoaturam etiam Motu

proprio

proprio emanatam, & in futurum emanandam, etiam si de eorum clausulis derogatorijs mentio fiat, nisi illius expressa mentio de verbo ad verbū habeatur, nullatenus derogatum censeatur. Declaramus etiam nostræ intentionis numquam fuisse, per quendam nostrum Motum proprium confirmatorium Capitulorum Gabellæ Studij, cuius tenor hic inseri iussimus, & talis est. Cum sicut accepimus, &c.

Clausula præseruatiua.

Omittitur autem tenor huius constit. Quia habes sup. fol. 653. in const. 6.

Velle auferre beneficium prælationis, prioritatis & dominij ipsorum Mercatorum, & Nautarum, in rebus ac vinis existentibus, iuxta tenorem Motus proprij fel. record. Pauli III. Prædecessoris nostri, sed fraudibus tantum obuiare. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij statutis, ac nouis Reformationibus Vrbis, ac literis à nobis emanatis, priuilegiis indultis, & alijs facultatibus forsan concessis, quo vis modo debitoribus dictorum Mercatorum & Nautarum, occasione rerum prædictarum, ac aliis, & pro tempore A.C. Apostolicæ, Vicario, Gubernatori, Senatori Vrbis, Collateralibus illius, ac aliis Iudicibus Vrbis, & illorum Curiis, & forsan Dohanerijs Gabellæ Studij, etiam per nos concessis innouatis & approbatis, & concedendis, &c. Quibus omnibus, &c. ac si eorum tenores, &c. hac vice dumtaxat derogamus, Præsentemque nostram constitutionem, cui non derogatum per quamcunque signaturam, & in qua omnia & singula decreta, formas, & alia in dictis Motis proprijs contenta, descripta & repetita censeri debere volumus, in Volumine statutorum dictæ Curiæ Ripæ & Ripettæ describi & registrari, Et eius signaturam in iudicio & extra, vbique fidem faciat & sufficiat, regula contraria non obstante. Mandantes omnibus quatenus sub excommunicationis sententia & mille ducatorum auri, &c. ipso facto incurrendis, toties quoties contrauentum fuerit, & processus sit ipso iure nullus. Et ita seruari inuiolabiliter mandamus.

Declaratio Motus proprij Gabellæ Studij, quē habes sup. fol. 653. nu. 6.

Clausula derog.

Registretur in volumine Statutorum Ripæ & Ripettæ.

Et ego Laertius vidi registratam fol. 39.

Sola signatura sufficit.

Contrauenientium pœnæ.

Placet Motu proprio. I. Videatur in Camera I.

Videtur concedenda, L. de Torres in plena Camera.

Anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Ind. 5. die vero 27. mensis Maij. Pont. Sanctissimi in Christo patris, & D.N. Pij Diuina prouidentia Papæ IIII. anno 3. supradictæ literæ Apostolicæ præsentatæ & intimatæ fuerunt D. Lutio Lilio, Dohanæ Studij Almæ Vrbis maiori Dohanerio seu Commissario, data sibi copia earundem, necnon die 29. eiusdem, R.P.D. Flauio Vrsino Episcopo Murano Curiæ causarum Cameræ Apost. Auditori, Romæ personaliter inuentis, & illis intimando, insinuando, notificando, & inhibendo iuxta illarum formam, & tenorem copiamque earundem in actis D. Io. Antonij Curti eiusdem Curiæ Notarij dimittendo per me Franciscum Rogerium prælibati Sanctiss. D.N. Papæ Cursorem.

Præsentatio huius constit. Auditori Cameræ, & Dohanerio Studij Vrbis.

Honofrius Montarg. Mag. Cursorum.

LXXIII.

Iurisdictio & Facultates Iudicum Curiæ Capitolij.

De Materia habes in Six. IIII. constit. 5. Sanctissimus, fol. 98. Iul. II. const. 13. Decet, fol. 159. & constit. 16. Ex querelis, fol. 163. Pauli III. const. 14. Cum Pastoralis, fol. 375. & Pauli IIII. constit. 15. Sincera, f. 587. & inf. in const. 85. Cum ab ipso, & const. 129. Cum sicut. & Greg. XIII. const. 17. Cupientes & const. 80. Almam Vrbem, & const. 111. Cum io uria & vide etiam Stat. Vrb. lib. 1. cap. 42. De Foro cōpetenti.

De Priuilegijs autem incliti Populi Romani habes sup. in Pij II. const. 9. Cum almam, fol. 82. Iul. II. const. 15. Si nostrarum, fol. 162. Leon. X. const. 1. Dum singularem, fol. 165. & const. seq. Paul. III. const. 2. Nouimus, fol. 357. & Pauli IIII. const. 1. Cum sicut, fol. 569. & const. 15. Sincera, fol. 587. & inf. in const. 85. Cum ab ipso, & const. 156. Pastoralis.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

DILECTOS filios Senatorem, Conseruatores, Populumque Roma. specialibus fauoribus & gratijs prosequi volentes, omnimodam & integram (prout illis per fel. record. Sixtum IIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros alias concessa fuit) iurisdictionem, causarumque inter ipsos, ac etiam & inter Romanos, & incolas pro tempore motarum cognitionem & decisionem totalem Curiæ Capitolij Romani, ita quod in prædictis & alijs causis, obligationibus, etiam in forma Cameræ Apostolicæ, in quibus videlicet per alios iudices præuentum non sit, alijsque quibusuis differentiis, & actionibus inter ipsos Romanos, ac eorum aliquem, vel aliquos deinceps orituris & mouendis, nullus, præter Senatorem, & ipsius Capitolij Iudices pro tempore existentes, se Priuilegiorum apostolicorum, aut consuetudinum, seu quouis alio prætextu intromittere possit, etiam dictorum prædecessorum cocessiones huiusmodi, litterasque, & alias desuper confectas scripturas approbantes, confirman. & innouantes, literarumque, & scripturarum earundem tenores præsentibus pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, ex certa scientia, &c. perpetuo concedimus, & indulgemus.

Horū Pont. constitutiones hic in rub.

Romani & incolæ in Curia Capit. conueniri debent, nisi pro obligat. in forma Cameræ in quibus attenditur præuentio actionis inter Iudicem Capit. & A.C.

Imo hæ causæ exceptæ sunt à stat. lib. 1. cap. 42. & h. c. in fi.

Ac Senatorem, Conseruatores, & Populum Romanum, Curiamque, & Iudices Capitolinos præfatos, quoad Iurisdictionem huiusmodi, aduersus quascunque alijs Almæ vrbis Tribunalibus, & Magistratibus, etiam Regenti Cameræ, Gubernatori, & nostro Vicario quomodolibet, etiam consistorialiter concessas facultates, & alias contrarias dispositiones in pristinum, & eum in quo ante illarum concessiones quomodolibet erant statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac facultates & alias dispositiones contrarias huiusmodi ad hunc effectum per præsentes reuocamus, cassamus, & annullamus.

Reuocatio facultatū desuper concessarū A.C. Gubernatori & Vicario Vrbis.

Imo facultates Gubernatoris remanēt illesæ vt hic in fi. Sed tamen servatis dictis Stat.

Et insuper ne delicta remaneant impunita, quod Chirurgi, Barbitonsores, & alij vulnerum, aliorumque cri-

Chirurgi ... ad Curiam Capit. vel Guber.

mioum notitiam habentes, illa ad Curiam Capitolii huiusmodi iuxta ipsius Senatoris desuper proponenda edicta, & sub pœnis inibi apponendis, aut ad Curiam Gubernatoris iuxta solitum deferre teneantur.

Nullitatum ... ex tribus ... attendantur.

Quodque pro celeriori causarum expeditione in eadem Curia Capitolina nullitatum nulla ratio habeatur, nisi earum, quæ ex iurisdictionis, citationis, vel mandati defectu proueniunt.

Imo vide noua Statuta, quæ ... bantur.

Et ne feriarum accumulatio causarum expeditionem in longum protrahat, sublatis de medio cæteris ferijs voluntarie, per vsum, vel alias non tamen in honorem Dei introductis, obseruatio tantum coerceatur ad ferias in antiquis Statutis expresse descriptas.

Feriæ antiquæ in foro Capit. obseruetur.

Imo seruatur ... de quibus in Stat. ... 58. & ... per impressa.

Ac etiam Statuta de assettamentis loquentia declaramus, quod assettamentum peti non possit nisi in casibus, & articulis, quorum grauamen per diffinitiuam reparari non valeat, qui ex statuto sub Rub. de Appell. non recipiendis, lib. 6. positi colliguntur, nec in causis summam decem ducat. non excedentibus, in alijs vero causis à decem supra in litis contestatione dumtaxat peti possit, & hoc arbitrio Iudicis: in diffinitiuis autem, vel interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus sententijs Iudex causas huiusmodi in assettamentis proponere, alijs in contrarium loquentibus Statutis non attentis omnino teneatur.

Assettamentum ... peti possit. Ad quod vide lib. ... Stat. ca. 79.

Et prætcrea quod si vnum ex Iudicibus Curiæ huiusmodi abesse, vel ægrotare, aut suspectum iurari contigerit, assettamentum per tres reliquos præsentes Iudices fieri possit, quorum vnus in loco ægrotantis, vel absentis iudicis ad tribunal pro interlocutorijs faciendis sedeat, & super incidentijs, emergentibus & dependen. vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiue prouideat, etiam perpetuo Statuimus, & ordinamus.

Assettamentum quando fiat per tres Iudices ... absente, vel infirmo, vel ... suspecto recusato Iudice ... vel infirmo, alter eius loco procedit vsque ad diffinitiuam exclusiue. Imo inclusiue vt infra in consti. 139.

Necnon Senatorem, Conseruatores, Populum, & Curiam præfatos ad antiquam eorum iurisdictionem, vt præmittitur restitutos, & plenarie reintegratos esse, Ac præsen. & in eis contenta quæcunque valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari debere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ defectu quouis quæsito colore, prætextu, vel ingenio nullatenus notari, vel impugnari, nec per nos, vel Sedem Apostolicam vllo vnquam tempore reuocari, aut aliàs illis derogari posse: Et si ac quoties illa reuocari, aut alias illis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitui, & de nouo etiam sub posteriori data per ipsos Senatorem, & Conseruatores eligenda, concessa, & stabilita esse.

Clausula præseruatiua.

Et sic per quoscunque Iudices & Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales &c. sublata eis quauis aliter interpretandi &c. facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Decretum irritans.

Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis Statutis &c. etiam Palatij Apostolici Curiarumque Vrbis stylis, necnon priuilegijs, indultis, & literis apostolicis quibusuis Romanæ Curiæ Tribunalibus Curijs, Magistratibus Iudicibus, & alijs personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cũ quibusuis clausulis & decretis etiam Motu simili, etiam Consistorialiter concessis &c. quibus omnibus illorum tenores præsentium pro sufficienter expressis habentes hac vice latissime derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Clausula derog.

Placet Motu proprio. I.

Et cum absolutione à cen. ad effectum, &c. Et cum approbatione, confirmatione, innouatione, concessione, indulto, restitutione, repositione, reintegratione, reuocatione, cassatione, annullatione, statuto, ordinatione decreto, & derogatione præmissis, vt supra perpetuo. Et quod sola præsen. sufficiat signatura, & vbique etiam in Iud. fidem faciat, regula cõtraria non obstan. seu si videbitur litteræ desuper per Breue nostrum, etiam cum litterarum prædecessorum prædictorum, & inde sequutorum tenorum, aliorumque necessariorum maiori, & veriori expressione expediri possint. Et quod ad obligationes in forma Cameræ seruetur forma ipsius obligationis, vt sit in potestate actoris vel creditoris conuenire debitorem suum Romanum vel incolam laicum non solum coram Regente vel Auditore Cameræ ipsarum obligat. Iudice ordinario, sed etiam in Curia Capitolij, Quoad reliquas vero causas ciuiles non tamen Fiscales possit reus Romanus vel incola declinare quodcunque aliud forum, & petere se remitti ad Curiam Capitolij nisi alterius iudicis iurisdictionem prorogauerit, aut in eum tacite vel expresse consenserit, & aliter facta reassumptiones vel inhibitiones per dictam Curiam Capitolij nullius sint roboris vel momenti.

Sola signatura sufficit.

Limitatio priuilegij fori Romanorũ & incolarũ vt aliud non prorogat ... causis Fiscalib. & qũ in al... Iudicis iurisd. ... consenserit.

Declaratur dictam constitutionem non præiudicare Iurisdictioni Guber. Vrbis, de cuius facultatibus vide sup. Leon. X. const. 7. Et si pro, fol. 185.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

NE per præinsertum Motum proprium aliquod præiudicium bono & pacifico regimini Almæ vrbis nostræ quod impræsentiarum venerabili fratri Hieronymo Episcopo Sagnnen. per nos commissum extitit, inferatur, decernimus & declaramus intentionis nostræ minime fuisse nec esse, quod per Signaturã præinserti Motus proprij prædicti in aliquo iurisdiction. & facultatibus eiusdẽ moderni, ac pro tẽpore existentis Gubernatoris, præsertim circa bannimentorũ editiones ac cognitionẽs causarũ criminaliũ Mercedũ & pauperũ, vel alias miserabiliũ personarũ, ac alias quascunq; causas sibi aut alijs Gubernatoribus & eius officio per quoscũque Rom. Pont. prædecess. nostros tã contra Ciues Romanos, quã alios quoscũq; quõlibet concess. in omnibus & per oĩa perinde ac si dictus præinsertus Motus proprius minime signatus, nec a nobis emanatus fuisset minime præiudicetur nec præiudicatũ esse intelligatur. Et sic per quoscunque, &c. Sublata, &c. Irritũ quoque, &c. solãq; præsentis Motus proprij nostri Signaturam in iudicio & extra sufficere, ac fidem facere regula contraria non obstante similiter decernimus & declaramus, præinserto Motu proprio, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque priuilegiorum & facultatum eidem, ac pro tempore existenti Gubernatori & eius officio concess. tenorum &c. pro plene & sufficienter expressis habentes, & quæ & quas per præsentes innouamus.

Declaratio præiacentis const.

Decretũ irritans.

Sola signatura sufficit.

Clausula derog.

Placet Motu proprio. I.

Reformatio

LXXIV.

Reformatio Tribunalis Auditoris Cameræ.

Aliam Reformationem habes infra in Pij V. const. 117. Inter illa quæ.

De materia autem Iurisdictionis Auditoris Cameræ vide infra in Greg. XIII. constit. 55. Ad generis, vbi notabo.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices Pastoralis officij nostri curas, illa nos potissimum vrget, vt prouisionis nostræ ministerio Romanæ Curiæ tribunalia iuste, & salubriter dirigantur, ac subditis nostris, & alijs Christifidelibus causas, & negotia sua in eis tractantibus, ius & iustitia æqua lance, & minoribus quam fieri poterit dispendijs ministrentur. Sane cum nos Vna cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, generali Tribunalium & Officiorum eiusdem Curiæ reformationi solerti studio, ac vigilantia intenderemus, inter cætera respeximus ad antiquissimum, & nobilissimum tribunal nostri, & curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditoris, qui non solum Roman. curiæ Iudex ordinarius existit, sed in tota temporali iurisdictione nostra, ac vniuersis Christiani orbis prouincijs, & Regnis ex indulto diuersorum Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum in ciuilibus, & criminalibus iurisdictionem exercet, animaduertimusque in eodem Tribunali pro temporum incuria & negotiorum multiplicitate nonnullos abusus irrepsisse, ac non modica emendatione, & correctione opus esse. Et propterea vt tam Auditor, quam eius Locumtenentes & Notarij intra iurisdictionis suæ fines se contineant, neque causas contra iuris ordinem cum Rectorum & Gubernatorum eiusdem ditionis nostræ & aliorum ordinariorum iniuria, ac subditorum nostrorum, & reliquorum Christifidelium nimio dispendio ad se trahant, aliasque vt decet eorum officio rite & recte fungantur prouidere volentes, vocato, & audito venerabili fratre nostro Flauio Episcopo Muran. moderno nostro & dictæ curiæ Auditore, & habita super his cum eisdé Cardinalibus deliberatione matura, de eorũ consilio Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Auditor, ac Locumtenentes, seu Iudices, & Notarij dictæ curiæ pro tempore existentes ad infrascriptorum capitulorum, & in eis contentorum quorumcunque plenariam obseruationem teneantur.

Causa huius Reformationis.

Et in primis Auditor præfatus non decernat Monitoria specialia in causis profanis etiam in terris Ecclesiæ vltra quadraginta miliaria ab vrbe, quando valor causæ non excedit summam centum florenorum.

Monitoria in profanis A. C. quando decernat.

Deinde non recipiat nec admittat appellationes de partibus nisi cum clausula expressa, quatenus a sententia diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente appellatum sit.

Appellationes de partibus recipiat vt hic.

Ad quod vide declarationé Pij V. in eius cõst. 119.

Successiue in monitorijs generalibus reseruet facultatem etiam ordinario loci absoluendi incurrentes censuras in eis contentas.

Monitoria generalia decernédo reseruet ordinario facultaté absoluédi a cẽsuris.

Ad quod vide Reformationé Pij V.

Prætetea non permittat affigi cedulones cum picturis dæmonum, & alijs similibus.

Cedulões nõ permittat affigi cũ picturis dæmonũ.

Item non decernat sequestra, nisi iuxta formam constitutionis felicis recordationis Clementis Papæ V. prædecessoris nostri, quæ incipit Ad compescendas, prout seruatur in Rota, & in illis semper apponatur clausula, Prouiso quod de fructibus sequestratis cultus diuinus manuteneatur, ac animarum cura exerceatur, & alia onera beneficio incumbentia supportentur.

Sequestra decernat vt hic.

Ad quod vide aliam Pij V. Reformationem.

Porro non decernat contra Episcopos, & eorum superiores monitoria ad personaliter comparendum, nisi præuia commissione signata manu nostra, aut pro tempore existentis Roman. Pontificis, & pro decreto monitorij ad personaliter comparendum nihil percipiat.

Episcopos nõ citet ad personaliter cõparẽdũ, nisi de [illegible] PP.

Subsequenter expensæ contumaciales restituantur instigatori, si illas fecerit, alioquin notario causæ, ac alijs qui in ea expeditiones scripserunt, ac eas gratis ad instantiam Fisci concesserunt.

Expensæ cõtumaciales in criminalibus quibus restituantur.

Item non concedat Auditor in causis criminalibus remissoriam ad partes ad probandum delictum, vel fundandam Fisci intentionem, sed aduocentur testes ad curiam, vel causa remittatur ad partes vbi delictum est commissum, nec concedat litteras ad partes ad capienda indicia contra aliquem, nisi prius in curia aliqualiter constiterit de delicto.

Remissoriæ Fisco quando concedantur.

Præterea non permittat quod procurator Fisci examinet reos, sed tantum examini interesse possit, ac reus per Iudicem examinetur, & idé seruetur in testibus qui pro reo examinabuntur, vel det interrogatoria in scriptis.

[illegible] examinet reos.

Deinde curet ne rei vltra triduum retineantur in carceribus secretis antequam examinentur, nisi tamen natura causæ aliud suadeat.

Rei vltra triduũ non detineãtur in secretis ante examen.

Studeatque generaliter dilationes in Fisci fauorem abbreuiare, ne rei diutius laboribus & expensis fatigentur, nec differat expeditionem causarum inter priuatos pendentium, licet procurator Fisci protestetur causam non expediri nisi ipso citato pro eius interesse, nisi de eo incontinenti aliqualiter summarie doceat.

Nec inhibeat aut retardet mercatoribus creditorum suorum exactionem ad Fisci instantiam sub prætextu vsurariæ prauitatis in eis commissæ, sed procedatur separatim in causa vsurarum sine retardatione causæ ciuilis iuxta iuris dispositionem.

Fiscus non audiatur, nisi doceat [illegible] sui interesse.

Minus etiam admittat appellationem Fisci ab absolutoria lata pro reo, iuxta laudabilem consuetudinem hactenus in curia seruatam.

Fisci app. non admittatur ab absolutoria rei.

Item inquisito reo non fiat inuentarium illius bonorum, nisi agatur de delicto pro quo veniat imponenda pœna capitalis, vel confiscationis bonorum, aut alia notabilis pœna, nisi detur idonea fideiussio de stando iuri, & iudicato soluendo. Quando autem inuentarium conficiendum fuerit, non describatur inuentarium huiusmodi in Registro, sed tantum moderata merces pro qualitate rei a Notario accipiatur.

Ad quod vide declarat. inf. cõ. 85.

Inuentariũ pro Fisco quãdo fiat.

Et in causis ordinarijs Auditor prædictus seu eius in ciuilibus Locumtenens non recipiat sportulas, neque Notarius aliquid pro nota sententiæ, sed in causis commissarijs & declaratorijs contumacialibus tantum.

Sportulæ non recipiantur in causis ordinarijs.

Insuper caueat dictus Auditor ne sui Notarij, vel eorum substituti sint procuratores causarum eiusdem tribu-

Ccccc a nalis,

nalis, aut paciſcantur de quota litis, vel lucri cum procuratoribus, vel ſolicitatoribus, ſub pœna priuationis & infamiæ.

Notarii cũ procuratoribus non paciſcantur de quota lucri &c.

Nec audeant Notarij ipſi facere ex ſe decreta etiam quantumuis ordinaria, & ſolita, ſed ſemper ad Iudicem recurrant, ſub pœna falſi, & priuationis exercitij.

Decreta per ſe ipſi non faciant.

Curentque etiam Notar[illegible], vt cognoſcant contrahentes ſaltem per depoſitionem vnius ex teſtibus in inſtrumento apponendis, ne fiat ſuppoſitio perſ[illegible]narum.

Contrahentes cognoſcere ſtudeãt.

Item eorum officia arrendare no[illegible] niſi perſonis per ip[illegible]m Auditorem approbat[illegible].

Præterea Auditor præfatus non conce[illegible]t monitoria vel inh[illegible]bitiones in vim conſ[illegible]itutionis Eugenianæ in fauorem curialium, niſi pro [illegible]s qui ſaltem pe[illegible] annum [illegible]n curi[illegible] con[illegible]e reſidentiam fecerint.

Terminos acceptos ad referẽdũ, eadẽ die referãt.

Et ſi contingat vnum Notarium ac[illegible] term[illegible]m pro al[illegible] Notario ad referendum, teneatur ipſe accipiẽs per totam illam diem qua acceperit, [illegible]laxationem facere.

Mandata de manutenẽdo nõ decernat niſi cõſtito ſaltẽ extraiudicialiter de poſſeſſione.

Et inſuper Auditor præf[illegible]s non conc[illegible]at ma[illegible]d[illegible]ta de ma[illegible]t[illegible]endo al[illegible]quem in poſſ[illegible]ſ[illegible]io[illegible]e in qua exiſtit, niſi conſtito ſaltem ex[illegible]iu[illegible]cial[illegible] eum accep[illegible]e & retinuiſ[illegible] ve[illegible]e, & actualiter non autem verbaliter, & momento tantum poſſ[illegible]ſ[illegible]n[illegible] vacantem, & non c[illegible]m[illegible]pol[illegible] a[illegible]s.

Imo niſi parte citata & cauſa cognita vt in dicta P. V. conſt. 117.

Porro non concedat ma[illegible] de c[illegible]p[illegible]e[illegible] ratione [illegible] ſ[illegible]gæ, ni[illegible] conſtito [illegible]em ſummarie & extraiudicialiter de credito [illegible], & [illegible]e [illegible]ugæ [illegible] per iuramentum [illegible]teris, & [illegible]acta ſolutione, vel depoſito [illegible] pe[illegible] a[illegible]orem de expe[illegible]s c[illegible]ptu[illegible] in euentum in quem [illegible]a ind[illegible]bite facta denegatur.

Mãdata ſuſpicionis fugæ quando cõcedere poſſit.

Inſuper præfatus Au[illegible]to[illegible] eius [illegible]oc[illegible]mtenen[illegible] [illegible]cri[illegible]al[illegible]b[illegible]s faciat ſemper dare cop[illegible]m ind[illegible]orum reo, vel petentibus pro eo ante t[illegible]t[illegible]ram, & per[illegible]ente termin[illegible] a[illegible] ciendas defenſiones, d[illegible]tur [illegible]omm[illegible] carceratis libere loquendi c[illegible]m eorum A[illegible]oc[illegible] & procu[illegible]oribus [illegible] motis arbitri[illegible] [illegible]en[illegible]l[illegible]t[illegible]s cenſæ aliud neceſſario ſuadeat, quæ quidem in[illegible]ciorum copiæ dentur pauperibus gratis & a[illegible]ue a[illegible]qua pecuniarum exact[illegible]o[illegible]e.

Ad quod vide eũdem Pij V. conſ. Iudiciorũ copia deinde petenti ante torturam.

Præterea Notari[illegible] non con[illegible] re[illegible]ſta [illegible] cauſis ordinarijs, nec [illegible]ommiſſarijs non exc[illegible]dentibus valorem ducentorum flor[illegible]n[illegible]um, ac [illegible] [illegible]p[illegible] re[illegible]c[illegible] & extra[illegible]us, & quibu[illegible] [illegible]ne [illegible]lis eorum [illegible]xpeditionibus teneãtur ſeru[illegible] taxas iuxta re[illegible]nem i[illegible] imo C[illegible] o l.[illegible] item.[illegible]itam.

Regiſtra nõ faciant in cauſis ordinarijs, imo neq. in cõmiſſariis, non excedẽt. flo. 200. vt ibidem.

Tandem, vt tollantur c[illegible]erſ[illegible]æ inter t[illegible]bunal a[illegible]ctæ [illegible]uriæ, & vn[illegible]uique ſua iuri[illegible]ctio ſeruetur, declaramus executionem obl[illegible] [illegible] forma Cameræ ad p[illegible]æſat[illegible]m Au[illegible]em Cameræ priuatiue ad al[illegible]nalia pertinere, præterquam in in[illegible]m[illegible]ntis depe[illegible]dentibu[illegible] a cauſis & act[illegible] in alijs tribunalibus huiuſmodi ge[illegible], & ſine præiudicio Motus propr[illegible] per[illegible]os in fauo[illegible]em [illegible]opuli Roman[illegible].

In cauſis vero criminalibus vide inf. vt conſt. 149.

A. C. eſt Iudex obli. in forma Cameræ & priuatiue quoad al[illegible], vt hic & ſup. in conſt. præcedenti vbi nota.

Diſtrictius inhibentes Auditori ſub indignationis noſtræ, & Locumt[illegible]nentibus ſiue Iudicibus, ac Notarijs prædictis ſub excommunicationi[illegible] latæ [illegible]ente[illegible]tiæ, ac pri[illegible] [illegible] offi[illegible]tor[illegible] [illegible]uor[illegible] in huiuſmodi, & al[illegible] e[illegible]iam grauioribus noſtro & pro tempore exiſtenti[illegible] Rom[illegible] [illegible]ont[illegible]ici[illegible] [illegible]rbitrio [illegible] [illegible]n[illegible]s & a[illegible]plicand[illegible], ne [illegible] expeditionibus ac decretis, & alijs [illegible] per præſente[illegible] [illegible]nterdi[illegible] [illegible] ac co[illegible] præ[illegible]rum Ca[illegible]itul[illegible]rum formam & tenorem etiam quorumuis priu[illegible] n[illegible]m[illegible]rum, ac [illegible]ittera[illegible] [illegible]ber [illegible]e[illegible], vel alio quouis prætextu ſe intromittere aut illa immutare vel alterare [illegible]uq[illegible] m[illegible]o a[illegible]ſ[illegible]ur ſ[illegible]u[illegible]ræ[illegible] ma[illegible].

Decernentes quæcunque decreta & acta [illegible]b e[illegible]m A[illegible] [illegible] Nota[illegible]re co[illegible] præſentium formam & tenorem (quod ab[illegible] manata, & [illegible]a, [illegible]a & inu[illegible], ac exto[illegible]ta & [illegible]e[illegible] [illegible]a nulliuſque roboris vel momenti fore, & cen[illegible]ri, nemi[illegible] [illegible]e propterea [illegible] [illegible] debere, & [illegible]a [illegible]o cunq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fun[illegible]t[illegible] [illegible]am [illegible]ctæ R[illegible]. E[illegible]es ac [illegible]rum Palatij Apoſtolici Auditores in [illegible]ua[illegible]s cau[illegible] & inſtantia [illegible] & [illegible] ru[illegible] [illegible]candi, & interpretandi facultate, & au[illegible]ritate iudicari & di[illegible] [illegible]bere [illegible] m q[illegible] & [illegible]ane quicq[illegible]d ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate [illegible]iter, v[illegible] [illegible]noran[illegible] [illegible]ont[illegible] [illegible]ttenta[illegible].

Inhibitio & pœna cõtrauenienti.

Decretũ irritans.

Clauſula derog.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & or[illegible]natio[illegible] a[illegible] [illegible]uoq[illegible]e, & [illegible]ultis eidem tribunali, ac ill[illegible] Au[illegible]itoratus officio [illegible]c Au[illegible]itor[illegible] etiam [illegible]e[illegible] m[illegible]e, & [illegible]ion[illegible], [illegible] Iudic[illegible]bu[illegible] & Nota[illegible]s [illegible]s, illoru[illegible]que Coll[illegible]io, et[illegible]m [illegible]o [illegible] ac d[illegible]um eorunde[illegible] [illegible]onſ[illegible]o & aſſenſ[illegible], ſub quibuſcunque teno[illegible]ibu[illegible], & f[illegible] [illegible]e cum [illegible]ibu[illegible] [illegible]s, & decretis in genere, vel in ſpecie, & alias quomodolibet e[illegible]m p[illegible] nos conce[illegible] app[illegible] & [illegible]ua[illegible] [illegible]bus omnibus, etiam ſi pro [illegible]rũ ſufficienti derogatione de i[illegible]s eo[illegible] [illegible]nt[illegible]s te[illegible]bus [illegible], [illegible]fica, in[illegible]iuidua, & expreſſa, ac de verbo ad verbu[illegible] nõ autem per clauſ[illegible] generales [illegible]em importa[illegible] n[illegible], [illegible] quæuis al[illegible] expreſsio habeoda, aut aliqua alia exqui[illegible]ta [illegible]orma ad [illegible]oc ſ[illegible]uan[illegible]a [illegible]o[illegible] præſentibus pro ſufficienter expreſsis habent[illegible] alias in ſuo robor[illegible] perm[illegible], ac [illegible]umtaxat [illegible]ci[illegible], expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus c[illegible]mun[illegible] [illegible]m a[illegible] præfata [illegible] [illegible]ede [illegible]ultum, quod interdici, ſuſpendi vel ex[illegible]ari non poſsint per litera[illegible] [illegible]ol[illegible]icas non f[illegible]entes [illegible], & [illegible]xp[illegible]eſ[illegible]am, ac de verbo ad verbũ de ind[illegible]to huiuſmodi mentionem. Et [illegible] p[illegible]cg[illegible], & l[illegible]ris apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum ex[illegible]t, pe[illegible] quæ [illegible]ræſ[illegible]nt[illegible]s non expre[illegible]a, vel totaliter non inſerta e[illegible]ctus præſentium imped[illegible] a[illegible]t q[illegible]om[illegible] e[illegible] & [illegible] quorumq[illegible]e totis tenoribus ſpe[illegible]ca indiuidua & expreſſa, ac de [illegible] ad [illegible]erb[illegible] a[illegible]a eſſet [illegible]dem [illegible]te[illegible] mentio ſpecialis.

Forma publ. hic traditur.

Quam [illegible] habeant in [illegible].

Vt autem præſentes l[illegible]teræ a[illegible] o[illegible]n[illegible] not[illegible]a de[illegible]ucant[illegible]r, a[illegible] omnes q[illegible]orum intereſt, vel intereſſe poterit afficiant, volumu[illegible], & mãdam[illegible]s il[illegible] [illegible]npiam [illegible] [illegible]lat[illegible] noſtr[illegible] Apoſto[illegible]ici ac domus ſeu Curiæ præfati Auditoris valu[illegible]s, necnon ac[illegible] Campi Floræ affigi, & [illegible]dem re[illegible]ta earum copia aliquandiu detineri, v[illegible] quos l[illegible]teræ ipſæ concernunt, ſeu concer[illegible]t [illegible]n futur[illegible], q[illegible]ind ad [illegible]ot[illegible] not[illegible] non [illegible]eruenerint, vel illas ignorauerint, quominus eos arctent perinde a[illegible] ſi eis perſonal[illegible]t[illegible]r [illegible]ntimatæ forent n[illegible]lla poſ[illegible]int excuſationem prætendere, ve[illegible] ignorantiam al[illegible]gare: [illegible] no[illegible] ſ[illegible] veriſimile, ap[illegible]d eos remanere incognitum quod tam paten[illegible]er ex[illegible]titerit publicatum.

Nul[illegible] ergo omnino hom[illegible]um liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, declarationis, inhibitionis, decreti derogationi[illegible], v[illegible]lun[illegible]atis, & ma[illegible]ati infringere, vel ei a[illegible] temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indig[illegible]ationem omnipotentis [illegible]ei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum M[illegible]r[illegible]um Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, qua[illegible]to Non. Iunij, Pontificatus noſtri Anno tertio.

Ego

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Ostien.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tusculanus.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Prænestinus. ff.
Ego Otho Car. Aug. Episc. Albanen.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Iacobus Card. Puteus.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. [illegible]sarum.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego In. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Iac. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgij.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Hier. Card. Corrigiensis.
Ego B. Card. Nauagerius.
Ego G[illegible]id. Asc. Car[illegible]. Camerarius.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego Franci[illegible]us Card. Gonzaga.
Ego Alph. Card. Gesualdus.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lynn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero vigesima quarta mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina proui- Publicatio. dentia Papæ quarti Anno Tertio, supradictæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis vt moris est, dimissis copiis earundem affixis per nos Camillum Cherubinum & Franciscum Rogerium præliba ti Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Bartholomæus Soccocasa Magister Cursorum.

LXXV

Reuocat Facultates Hospitali S. Spiritus in Saxia, & Monaste io S. Sebastiani ad Catechumbas, & Capitulo S. Ioannis Lateran. de Vrbe concessas, erigendi Ecclesias & Confraternitates, vel illas in eorum membra cum facultatum & I[illegible] dulgent[illegible]rum communicatione rec[illegible]iendi. Et subijcit illas [illegible]orumque Sacerdotes Mi[illegible]istros & bona, Iu[illegible]dictioni ordinariorum, & Rectorum Parochialium.

Similem prohibitionem habes sup. in Clem. 7. const. 34. Quoniam, fol. 338. & etiam sup. in constit. 37. Cum nos nuper, fol. 701. & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
[illegible]REG[illegible]MIN[illegible] vniuersalis Ecclesiæ diuina fauente [illegible]ementia præsidentes, inter cætera ad quæ nostri pastoralis officij ratione tenemur, in primis satagendum nob[illegible]s fore arbitramur, vt ne quid quorum uis priuil[illegible]iorum facultatum, & indultorum Ap[illegible]tolicorum [illegible]uibu[illegible]is personis, & locis ob quasuis etiam quantum uis pias causas concessorum aut alio q[illegible]piam prætextu [illegible]tam in eorum quos in partem vniuersalis Ecclesiæ re[illegible]iminis sibi sedes Apostolica assumpsit, [illegible]uam ali[illegible]rum quorumuis iuri[illegible]ictionis præiudicium, vel auctoritatis diminutionem temere a quoquam agendo attentetur [illegible] & ex quo sumptis scandalorum causis vniuersus Christifidelium cœtus cum anim[illegible]rum peric[illegible]lo coinquinetur. [illegible]um itaque sicut magna cum animi nostri molestia accepimus, quamplurimi Eccle[illegible]um, Capellarum, Capellaniarum, Oratoriorum, Altarium Societatum, & Confraternitatum Arc[illegible]resbyteri, Rectores [illegible]riores, G[illegible]bernatores G[illegible]rdiani, Sacerdotes, Officiales, & ministri, ex eo for[illegible] quod e[illegible]um Ecclesiæ, Capellæ, Capellaniæ, Oratoria A[illegible]aria, Societates, ac Confraternitates huiusmodi a [illegible]rimæua i[illegible]lorum erectione & i[illegible]stitutione, vel alias in membra seu grangias per Præceptorem Hos[illegible]itali[illegible] sancti Spiri[illegible] in S[illegible]a de Vrbe S. Augu[illegible]ini, & Abbatem M[illegible]asterij S. Seba[illegible]iani ad Catechumbas prope & extra muros dictæ Vrbis Cistercien. ordinis ac capitulum Ecclesiæ San[illegible]i Ioãnis Lateranen. de eadem V[illegible]be, quorun[illegible]m [illegible]er nonn[illegible]s prædecesso es no[illegible]ros Rom. Pont. ac sedem prædictam, ac forsan nos eisdem Ho[illegible]pita[illegible] Monasterio & pro tempore existentibus illorum Præceptori & Abbati, ac Ecclesiæ Lateranen. & Capitulo, c[illegible]m facultat[illegible] i[illegible]a [illegible] Ec[illegible]lesijs, Cape[illegible]is, Cape[illegible], Oratorijs, Altaribus, societatibus & confraternitatibus impartiendi & communicandi desuper forsan concessorum priuilegiorum facultatũ, & indultorũ prætextu, vel al[illegible]as e[illegible]am c[illegible] [illegible]di impar[illegible]one, & communicatione recepta existunt ac ab eis dependēt, ac alias se, ac Ecclesias, Capella[illegible] O[illegible]ator[illegible]a, Al[illegible]aria, Capellanias Societates, ac Cõfraternitates huiusmodi, illorumque bona quæcunque [illegible] [illegible]rus l[illegible] [illegible]m eoru[illegible]que iurisdictione, obedientia & visitatione ac correctione exemptos & exempta e[illegible] [illegible]xter[illegible] ac [illegible] [illegible]lla ab eis requisita, vel obtenta licentia in ecclesijs, capellis, capellanijs, or[illegible]orijs, & [illegible] per quosdam Sacerdotes conductitios ad eorum nutum amouibiles diuina officia celebrar[illegible] [illegible] e[illegible]dem confe[illegible]ones audire, eisque sancti[illegible] [illegible]mum Eucharistiæ, necnon Baptismatis & [illegible] sacra[illegible] [illegible]ca ministr[illegible], defunctorum cadauera certa emolumenta mortuaria nuncupata percipiendo, ac in eorum vtilitatem conuertendo sepeliri, ac diuersa alia in

Ministri Ecclesiis institutarũ siue decendentiũ ab Hospitali S. Spiritus, vel Monasterij S. Sebastiani ad catechumbas, siue capitulo S. Ioannis Lateranen. de Vrbe prætendebãt exemptos esse a Iurisdictione ordinariorum, & diuersos excessus committebant.

ordinariorum

ordinariorum prædictorum, ac Parochialium Ecclesiarum Rectorum, infra quorum diœc. & Parochiarum limites ecclesiæ, capellæ, oratoria, capellaniæ, & societates, ac confraternitates huiusmodi erectæ & institutæ existunt, iurisdictionis, & auctoritatis præiudicium facere audent, seu præs[illegible] ordinariorum, & Parochialium Ecclesiarum Rectores huiusmodi suis debitis iuribus, & emolumentis d[illegible] præcepta & monitiones floccipendentes diuersa excessus, & delicta committant, ob idque in[illegible] ecclesiarum Rectores huiusmodi, necnon Archipresbyteros, Rectores, [illegible] Gubernatores, [illegible] Guardianos, & Officiales ac ministros prædictos variæ lites & controuersiæ coram diuersis [illegible] & extra eam ortæ sint, & forsan adhuc pendeant indecisæ, [illegible] graue Christi fidelium [illegible] animarum [illegible] lum, populique scandalum ac ordinis clericalis vilipendium non modicum. Nos [illegible] quibuslibet [illegible] iurisdictione, & auctoritate manutenere ac ne in eis indebite a quoquam [illegible] pendere, tu[illegible]torum quoque [illegible] animarum saluti quantum cum Deo p[illegible] litium, & controuersiarum quarumcumque [illegible] statum, & forsan [illegible] & merita, nomina, que & cognomina [illegible] pantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes [illegible] controuersias & causas & huiusmodi ad nos [illegible] rum serie aduocantes, illasque penitus [illegible] & extinguentes, partibusque litigantibus perpetuum silentium imponentes, necnon [illegible] de cætero ulterius intromittere, sub nostræ indignationis, & excommunicationis latæ sententiæ pœnis audeant, seu præsumant, districtius inhibentes, ac ulterius [illegible] scandalis, quæ ex præmissis oriri possent debite ac [illegible] iter obuiare volentes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, omnia [illegible] priuilegia facultates & indulta, etiam motu [illegible] etiam c[illegible]aliter, ac ad quorumuis instantiam, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, efficacioribusque & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis [illegible] per nos, ac sedem, seu prædecessores huiusmodi Præceptori Hospitalis, ac Abbati Monasterij, necnon Capitulo ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. huiusmodi, etiam super facultate erigendi & instituendi ecclesias, capellas, & Capellanias, oratoria, altaria, societates, & confraternitates, illaque [illegible] membra [illegible], ac per eos erectis, & institutis ecclesiis, capellis, capellaniis, oratoriis, altaribus, societatibus [illegible] illorumque Archipresbyteris, Prioribus Gubernatoribus, Guardianis, [illegible] Officialibus, & [illegible] quocunque nomine nuncupatis, & aliis quibusuis, etiam ex certa scientia concessa, ac [illegible] auctoritate Apostolica approbata, & confirmata, dicta auctoritate tenore præsentium ex simili nostra scientia [illegible] imus, irritamus, penitus, & abolemus, necnon ecclesias, capellas, capellanias, altaria, orato[illegible] & confraternitates, illorum Archipresbyteros, Priores, Gubernatores, Guardianos, Sacerdotes, Officiales, & [illegible] huiusmodi cum omnibus illorum bonis, iurisdictioni, correctioni, & obedientiæ Ordinariorum, ac Rectorum Parochialium Ecclesiarum in quorum diœc. & parochiis illa respectiue extiterint, [illegible] præfertur, prædictis, & aliis quibusuis sibi alias concessis priuilegiis, immunitatibus, facultatibus, exemptionibus & gratiis non obstantibus subiicimus, & supponimus, ac ordinariis per se, vel alium, seu alios quos duxerint eligendos, & deputandos, ecclesias, capellas, capellanias, oratoria, altaria, societates, & confraternitates, illorumque Archipresbyteros, Priores, Gubernatores, Guardianos, Sacerdotes, Officiales, & ministros quoscunque quoties [illegible] videbitur visitandi corrigendi, inobedientes quoque, & rebelles quoscunque, appellationis, & quibusuis aliis [illegible] atque remotis obstaculis, sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, & pecuniarias sibi [illegible] in eos propterea latas incurrisse declarandi aggrauandi reaggrauandi, ac brachij sæcularis auxilium [illegible] & pœna debita puniendi, plenam & liberam facultatem concedimus. D[illegible] inhibentes Archipresbyteris, Prioribus [illegible], Gubernatoribus, Sacerdotibus, officialibus, & ministris prædictis, ac aliis quibusuis [illegible] auctoritate fungentibus sub eisdem, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, cameræ Apostolicæ applicandorum, necnon priuationis quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum quæcunque [illegible] per eos pro tempore obtentorum, concessorum, eo ipso absque aliqua [illegible] declaratione per [illegible] incurrendis pœnis, ne deinceps perpetuis futuris temporibus [illegible] orumuis priuilegiorum [illegible] & indultorum [illegible] quomodolibet pro tempore concessorum, aut alio [illegible] Præceptori [illegible], Abbas, & capitulum [illegible] ecclesias, capellas, capellanias, oratoria, [illegible] vel confraternitates erigere, & instruere, ac illas, & illa sic erectas, & institutas, seu erecta, & instituta, [illegible] facultatum, & [illegible] gentiarum participatione, & communicatione in grangias, vel membra eorum Hospitalis vel Monasterij aut Ecclesiæ Lateranen. huiusmodi rec[illegible] Archipresbyteri vero & Priores & Gubernatores, ac Guardiani, Sacerdotes quoque Officiales & ministri prædicti diuina officia celebrare, seu celebrari facere, confessiones audire, vel alia sacramenta ecclesiastica cuipiam ministrare, defunctorum cadauera sepelire, aut aliquos Sacerdotes pro præmissis exequendis deputare audeant, seu præsumant. Imo sub pœnis prædictis mandantes, & præcipientes eisdem, vt ordinariis, ac Rectoribus Parochialium ecclesiarum huiusmodi necnon piis eorum mandatis, monitionibus, & exhortationibus in omnibus, & per omnia parere & obedire debeant, salubresque eorum correctiones prompte & libenti animo suscipiant. Decernentes eosdem Archipresbyteros, Priores Gubernatores, Guardianos Sacerdotes, Officiales, & ministros, necnon eorum ecclesias, capellas, capellanias, altaria, oratoria, societates, & confraternitates, ac alios quoscunque sub eisdem priuilegiis, indultis, & facultatibus comprehensos [illegible] ordinariis omnino subiecta fuisse, fore, & esse. Et ita per prædictos, & quoscunque alios Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus si opus sit de non tollendo iure quæsito, & aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Hospitalis, & Monasterij, ac ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranen. & ordinum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis [illegible] eorumque Præceptori, Abbati, & Capitulo prædictis respectiue, eorumque superioribus & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis in genere vel in specie ac alias etiã motu & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua &

Vnde multæ lites ortæ fuerunt inter Hosp. & Ioann. Ordinarios.

Ideo Pont. lites easdem omnes ad se aduocat & extinguit.

Reuocat Hospitalis, Monasterij & Capituli prædictorũ, facultatem erigendi Ecclesias & Societates, siue illas in eorũ membra recipiendi facultatum & Indulgentiarum communicatiõe. Ecclesiasq. & Societates huiusmodi subiicit iurisdictioni ordinariorum & Rectorum Parochialium.

Contrauenientium pœnæ.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

dita & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim a prædicta sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis métio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ aduocationis, annullationis, cassationis, extinctionis, irritationis, abolitionis, subiectionis, suppositionis, inhibitionis, concessionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Id. Iunij, Pont. nostri anno tertio.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

LXXVI.

Montis Pij Recuperationum Vacabilis erectio, cum emolumentis ad duodecim pro centenario.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices Apostolici muneris curas, quibus hac misera temporum códitione vexamur, dum iam inclinatis Reipublicæ Christianæ rebus pio studio in commune consulimus, & collatis quæ vndecunque suppetunt opibus, propensa charitate subuenimus, pecuniis exhausti, eam quoque cogitationem non tam libenter quam necessario suscipimus, qua ad huiusmodi charitatem prosequendum, ac variis quibus premimur difficultatibus occurrendum, præsentia nobis è sedis, & Cameræ Apostolicarum prouentibus auxilia quædam etiam circa ipsos prouentus per nos, & aliquos prædecessores nostros antea gesta, quando non alia succurrit æquior ratio, non nihil immutando, comparemus: Et obiter ipsarum sedis, & Cameræ meliorem conditionem integra earum cum creditoribus suis fide, faciamus, quò postmodum humanis aucti subsidijs, eodé studio, intentiore cura, ac certiore aliquanto spe, cœptis ad sanctissimæ Trinitatis gloriam, & eiusdem Reipublicæ quietem, & propagationem incumbere, eaque auctore domino, ac duce eius spiritu, tandem perficere valeamus. Cum itaque alias fe. re. Iulius Papa III. vnum non vacabilem Iulium, summæ Centum millium tam de dohanarum Ciuitatis nostræ Anconitan. quàm dilectorum filiorum Communitatis eiusdem Ciuitatis ordinarijs quos facta quandoque ipsorum centum millium scutorum restitutione liberari posse voluit, ac piæ me. Paulus Papa IIII. prædecessores nostri alium vacabilem Thesaurariæ Perusin. nuncupatos Montes summæ Triginta triú millium, & trecentorum triginta trium, ac vnius tertij alterius cum quatuor millium scutorum similiú de eiusdem Thesaurariæ introitibus, ac redditibus applicationibus sub certis modo, & forma tunc expressis apostolica auctoritate erexerint & instituerint, prout in eorundem prædecessorum desuper confectis literis plenius continetur. Et deinde loca & portiones dicti Montis Thesaurariæ diuersis personis iuxta facultatem ab eodem Paulo prædecessore per eius scripturam ipsius motu proprio, & manu signatam, desuper concessam: & impartitam, pro Quadraginta millibus scutis similibus pignorata fuerint, Itaque post certum tunc expressum, nunc autem elapsum tempus facta huiusmodi Quadraginta millium scutorú restitutione, redimi possent, & interim per obitum pignoratorum non vacarent. Nos considerantes huiusmodi prouentus aliqua ex parte Ministrorum nostrorum industria, vel iam auctos esse, vel propediem eorum locationibus renouandis aut alias auctum iri, necnon ex subsidio quartæ partis fructuum congregationum regularium alias per eundem Paulum prædecessorem Móti Nouénali applicato summá sexdecim millium scutorú similiú annuorú licet ea pro quindecim millibus, & quadraginta scutis ad eiusdem Montis Nouennalis extinctionem destinata, & dilecto filio nobili viro Thomæ de Marinis Marchioni Casalis maioris pro eius cautela, & indemnitate certis de causis obligata sit, atque ex censu Alumeriarum Tulphæ veteris quatuor mille, & quingenta scuta similia annua, in alios vsus non erogata, Sed tantum dilectis filiis ipsarum Alumeriarum Appaltatoribus certis modis assignata adhuc superesse. Nosque his omnibus ad onerum nostrorum subleuationem, præsertim cum obligationem, & assignationem huiusmodi tollere omnino intendamus, prout ante diem publicationis præsentium de ipsius Thomæ Marchionis consensu obligationem tollemus æquissimo iure vti posse. Verum si ex his quispiam alius Mons vacabilis supra prædictos & cæteros, tam per eosdem, & alios prædecessores nostros, quam nos erectos, erigatur, non tam nobis subsidium, ac sedi apostolicæ ratione vacationis huiusmodi indemnitatem, quàm indecoram huiusmodi Montium multitudinem parari. At si tam hi, quàm prædicti introitus, & redditus in vnum simul conferantur, tum nobis non adeo minus, tum eisdem sedi, & Cameræ eo magis consultum fore, quo earum prouétus huiusmodi pauciores ob causas & in partes distracti, & ideo paucioribus creditorum collegiis obnoxii minore Ministrorum numero, minoribusque dispendiis & laboribus, ac ratiociniorum ambagibus tractari, ipsæque sedes, & Camera nonnullorum dictorum introituum ex quibus iustis pridem de causis in perpetuum venditis, nullum iamdiu fructum percipiunt venditionibus ipsis intra emptorum vitam per nos arctatis, celeriorem, & faciliorem liberationem consequi poterunt; Habita quoque super his cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi consensu, ac apostolicæ potestatis plenitudine nostraque certa scientia, Iulium, & Thesaurariæ Montes, illorumque erectiones, & institutiones, ac literas, necnon locorum Montis Thesaurariæ pignorationes quomodolibet, & quauis de causa & in quorumuis fauoré factas quascunque, destinationemque summæ huiusmodi, cum omnibus, & singulis applicationibus, conditionibus obligationibus, hypothecis, & cautelis, ac pactis, ac cum quibusuis præseruatiuis, & aliis clausulis & decretis, quantumcunque efficacibus validis, & firmis contentis in eis, de quibus, necnon eorum causis nos plené informatos,

Iulius 3 erexit Montem Iulium nó vacabilé, qué hic non ponimus sed eius extinctionem habes in const. Pii V. const. 217. Ad pastoralis.

Pauli 4 erexit aliú Montem vacabilem Thesaurariæ Perusiæ, qué hic non ponimus.

Idem Paul. 4 erexit & Monté Nouénalé nó vacabilem vt sup. in eius const. 32 superioribus §R. Móté quoq. Alumeriarú vacabilé vt in eius cóst. 46. Ex fuit L614.

Hic autem Pont. supprimit dictú Monté Iuliú & Montem Thesaurariæ Perusiæ.

formatos esse, eaq; diligenter inspexisse, & examinasse attestamur eorum omnium veros tenores, & formas præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium perpetuo supprimimus extinguimus, reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac suppressa, extincta, reuocata, cassa, irrita, & nulla esse, & censeri debere decernimus.

Erigitque Montē Pium Recuperationū vacabilē.

Et nihilominus vnum Montem Pium recuperationum nuncupandū, cuius loca, seu portiones resignabilia, seu resignabiles, ac vacabilia seu vacabiles ad instar officiorum Rom. Curiæ existant, pro tot personis, quot pecunias suas, in illo, vsque ad summam, cuius ille pro modo reddituum, ac introituum, & emolumentorum infra dicendorum capax extiterit, posuerint auctoritate, & tenore prædictis erigimus, & instituimus. Ac illi sic erecto, & instituto, vnum quatuor millium ex Thesauraria ex nunc, & alium sexdecim millium ex subsidio, ac alium aliorum Quatuor millium, & quingentorum scutorum huiusmodi ex censu Alumeriarum Tulphæ veteris, ac reliquū cuiuscunq; summæ fuerit annuos redditus, ab omnibus, & quibuscūque impositionibus, restauris, subsidijs, grauaminibus, oneribus, & casibus fortuitis, liberos

Et emolumenta ac prouentus hic descriptos Mōti assignat.

immunes, & exemptos, ex vniuersis, vt præfertur augēdis dohanarū hmōi fructibus, prouentibus, & introitibus, qui nunc ad nouem millia scuta similia ascendūt, exnunc, prout extūc postquam obligatio, & assignatio sublatæ ac fructus, prouentus, & introitus hmōi aucti respectiue, & interim dicta nouem millia scuta, ac loco quatuor millium, & quingentorum ex censu huiusmodi, donec eorum assignatio prædicta finita fuerit, totidem per infra dicendum Montis eiusdem Depositarium, cuius ad hoc expressus accedet assensus de suis pecunijs persoluenda etiã exnunc, præterea certa alia introitus, & emolumenta simili Ministrorum eorundem industria licite conquisita & cōquirenda, ac per alias nostras literas ad hunc vsum, & effectum specialiter ascribenda & transferenda si ea per futuras Montis erecti huiusmodi personas, quæ tunc descriptæ reperientur approbabūtur, & acceptabūtur, exnūc prout extūc postquã approbata, & acceptata fuerint, vt præfertur & ecōtra, assignamus, applicamus, & appropriamus. Necnon Montem per nos erectum hmōi illiusque futurum Collegium, & personas in nostrum & sedis, ac Cameræ prædictarum locum quo ad redditus, & introitus, ac emolumenta applicata hmōi, illorumque liberam perceptionem, & exactionem, ponimus, substituimus, & surrogamus, ac pro maiori eorūdem Montis, & Collegij, ac Personarum cautela, & securitate, vltra redditus, & introitus, ac emolumenta assignata prædicta omnia, & singula alia Sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, & immobilia ecclesiastica, & tempora-

Et obligat ōia bona Sedis & Cameræ Apost. pro maiori securitate Montis.

lia præsentia, & futura vbilibet consistentia: etiam si regalia, vel alias talia sint quæ in obligatione generali non comprehendantur eis tam generaliter, quam specialiter, & expresse, ac insolidum obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse decernimus. Volentes, & eadem auctoritate apostolica statuentes, quod quæcumque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeāt & ecclesijs cathedralibus, etiā metropolitan. seu monasterijs præsint ac quæcūque, quæcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtineant, ac in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ

Personasq. etiã religiosas in hoc Monte pecunias ponere posse decernit.

necnon Hierosolymitan. vel quorumuis hospitalium, & militiarum, ac quorumcunque, non tamen Mendicantiū ordinum religiosæ, quibus a iure, aut per priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercūque, præterquam ratione regularis professionis, in aliquo ordine mēdicantium duntaxat, inhabiles, & incapaces existant, in Monte per nos erecto huiusmodi quascunque pecuniarum quātitates, non tamen infra centum scuta similia in singulas personas hmōi, vsque ad summam, cuius Mons ipse capax erit (vt præfertur) ponere; Et tam ipsæ personæ quam alij ab eis causam habentes, quoad vixerint,

Et fructus ad rōnē 12. pro centenario, qualibet bimestri soluendos, Montistis assignat.

pro pecunijs sic positis, ad rationem duodecim scutorum, Iulijs decem pro quolibet scuto cōputatis, pro centenario singulis annis, & quolibet bimestri eorum ratam, sine aliquo conscientiæ scrupulo seu restitutionis onere, etiam si læsæ Maiestatis, aut alia quæcūque, & qualiacūque grauissima crimina, præterquam in personam Rom. Pon. pro tempore existentis, aut alicuius eiusdem Roman. Ecclesiæ Cardinalis commiserint, & propter ea siue legitime conuictæ, seu in eorum non cōparentium contumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnatæ, seu con-

Montisq. loca & fructus confiscari, aut sequestrari, vel aliter impediri non posse decernit.

demnandæ, & huiusmodi pœnæ tradēdæ, atque omnia eorum bona confiscata, aut confiscanda fuerint, tam pro sorte, quam pro emolumentis suorum in ipso monte locorum, seu portionum & pecuniarum (quæ seu nullatenus confiscari, aut ad instantiam quorumcunque suorum creditorum, vel alias modo aliquo sequestrari, aut impediri posse decernimus) integre omni prorsus impedimento cessante, percipere, & habere. Ac loca, seu portiones, & pecunias huiusmodi, corpore tamen sanæ, & aliàs prout in resignationibus officiorum Romanæ Curiæ huiusmodi obseruatur, in vnius, vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum suorum illegitimorum ex quocunque,

Resignari quoq. posse indulget, ad instar aliorū officiorū Ro. Curiæ ad fauorē illegitimorum.

Ad quod vide in ista Pii V. const. 110. Quæ ordinat.

quantumcunque damnato coitu procreatorum aut aliarum etiam magis incapacium personarum fauorem in manibus pro tempore existentis Cameræ Apostolicæ Præsidentis resignare, & de locis seu portionibus ipsis dummodo in personam vnius de minori quam Centum scutorum similium summa non disponatur, nulla alia desuper obtenta dispensatione, in toto vel parte simul vel separatim per viam resignationis huiusmodi libere disponere possint, ita vt ipsi resignatarij in pecunijs per eos vel a quibus causam habuerint positis ac locis seu portionibus & emolumentis prædictis per eandē resignationem succedere, & ad illa admitti debeant. Quodque personæ Montis huiusmodi Collegium inter se cōstituere, ac eiusdem Montis, ac illius personarum defensores deputa-

Montistisq Collegiū eū facultatibus hic expressis cōstituere posse declarat.

re, ac collegialia iura, & insignia habere, necnon quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac sacris canonibus minime contraria prosperum, & tranquillum statum montis huiusmodi concernentia condere, ac cōdita mutare, corrigere, reformare, & alterare. Ac quascunque pœnas, etiam pecuniarias Monti, seu Collegio huiusmodi, vel quibus eis placuerit, & videbitur applicandas, in quoscunque statutis, & ordinationibus prædictis contrauenientes, infligere, necnon omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratijs, literis, & indultis, quibus cætera quorumcunque Vrbis Montium vacabilium collegia, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere libere, & licite possint. Et quòd Mons per præsentes erectus, illiusque Collegium & personæ huiusmodi ratione pecuniarum

Et eosdē exēptos facit a solutione decimarū & aliarū impositionū quo ad pecunias in Mōte positas.

quas in eodem Monte habuerint, ab omni decimarum, & etiam melatæ nuncupatæ, & aliarum impositionū per nos & pro tempore existentem Rom. Pont. etiam pro defensione fidei, & augmento cultus diuini, & pauperum subuentione, ac conseruatione status Romanæ Ecclesiæ quomodolibet impositarum, solutione, libera, immunia, & exempta existant, & censeri debeant. Nec super annuis redditibus, ac introitibus, & emolumentis eis assignatis huiusmodi, illorumue perceptione & exactione etiam per nos ac successores nostros Roman. Pont. pro tempore existentes, seu dictam sedē quouismodo perturbari, impediri, aut molestari, seu aliquo grauamine vel onere, etiam

re, etiam

re,etiam si euidens vtilitas,& vrgens necessitas etiam pro eisdem fidei tuitione, pauperum subuentione, & expeditione contra infideles,id suaserint,onerari,seu grauari possint Et ad probandum quòd pecuniæ in dicto Monte positæ,vel aliqua earum pars in vtilitatem,aut necessitatem Roman. Ecclesiæ vel sedis,ac Cameræ prædictarum conuersæ fuerint,minime teneantur;Quòdque eædem præsentes litteræ vim & robur veri,& validi contractus,ac obligationis inter nos,ac sedem & Cameram prædictas ex vna,& eos,qui pecunias super ipso monte posuerint,aut ab eis causam habuerint,ex altera partibus, legitime initi & stipulati obtineât,ac obtinere debeant. Ne autem personæ quæ in Montibus suppressis huiusmodi,ante ipsam suppressionem portiones habebant,detrimentum propterea patiantur, eis nos ipsos necnon sedem & Cameram prædictas,tam pecuniarum quas in eisdem suppressis Montibus habebant,quàm fructuum & emolumentorum, quæ ratione ipsarum pecuniarũ,si eidẽ Montes suppressi non fuissent percepturi fuerant debitores,qua decet gratitudine & sinceritate ea simili scientia harum serie constituimus & confitemur , Ac ipsis pecunias & fructus ac emolumenta eis debita huiusmodi, pecunias videlicet sortemque principalem in fine anni à die publicationis præsentium computandi, fructus verò & emolumenta, quo ad Iulium , ad rationem octo,quo ad Thesaurariæ verò Montes huiusmodi ad rationem decem pro quibuslibet centenariis,tam pro decursis hactenus quam pro decurrendis temporibus, vsque ad finẽ dicti Anni duntaxat,eodem quo ante suppressionem ipsam modo & ordine realiter & cum effectu integre restituenda atque soluenda esse , spondemus. Ac pro maiori earum cautela necnon celeriori & faciliori Montis per præsentes erecti huiusmodi effectu , dilectum filium Hieronymum Ceuli mercatorem Pisan. dictam Curiam sequen.fide omnibus probatum ac facultatibus idoneum,annuorum reddituum , ac introituum & emolumentorũ ipsi Monti,vt præfertur,applicatorum,exactorem, ac eiusdem Montis & illius Collegij Depositarium irreuocabilem & perpetuum,ad hoc vt restitutionem,& solutionem prædictas,vt præmittitur, facere,necnon redditus, ac introitus & emolumenta huiusmodi inter personas dicti montis pro rata pecuniarum & portionum quas in illo habuerint quolibet bimestri distribuere , & diuidere , etiam de suis propriis pecuniis pro portione quatuor millium & quingentorum scutorum similium annuorum,quousque annuus redditus ex censu Alumeriarum mõti per præsentes erecto applicatus huiusmodi a prædictis Appaltatoribus liberatus fuerit , vt præfertur. Et hæc omnia promittere, atque pro restitutione sortis huiusmodi infra dictum annum , vt præmittitur facienda , se ad summam centum , & quadraginta millium Scutorum similium soluendum per suam in forma depositi liberam cedulam obligare debeat,auctoritate & tenore prædictis constituimus,& deputamus. Eique vt præmissa & libétius & tutius præstare valeat,si & postquam dictam obligationem fecerit mille & quadringenta loca eiusdem Montis per præsentes erecti,ita vt de illis non nisi postquam de aliis dispositum fuerit, disponere possit , consignari volumus.Eidemq; vt siquæ ex dictis personis,quæ pecunias,& portiones in huiusmodi Montibus suppressis habebant, pro extinctione crediti sui,ad loca seu portiones Montis per præsentes erecti intra dictum annum transferri , quam restitutionem pecuniarum in finem anni huiusmodi expectare maluerint , illis pro quantitate dicti crediti,totidem loca,seu portiones eiusdem montis de iis videlicet quæ dicto Hieronymo Depositario cõsignabuntur.Ita tamen quod ratione fructuum & emolumentorum non vltra quàm ad rationem octo & decem respectiue pro Centenario, prout quæq; Iulij vel Thesaurariæ montium huiusmodi creditrices erant , dicto anno durante,percipere debeant,assignare & tradere,& tam ipsis quam aliis personis pecunias suas in illo pro tẽpore ponentibus , pro earum securitate literas patentes quæ eiusdem Præsidentis pro tempore existentis manu subscriptæ,ac Sigillo eiusdem Montis munitæ fiat,tam hac prima vice,quam quotiens loca,seu portiones huiusmodi per resignationem vel per obitum, aut alias vacare contigerit , solutis tamen ipsi Depositario per easdem personas pro numero locorum,seu portionum in ipsis patentibus literis comprænsorum, totidem quinque Iuliis , inter infrascriptos ministros pro eorum salariis distribuendis conficere & tradere. Quibus visis Collegium Montis huiusmodi seu illius Officiales pro tempore existentes ad quos id spectabit, statim easdem personas pro quibus illæ emanauerint,nulla alia ab eis ratione admissionis earum , aut alterius cuiuscunque causæ petita vel recepta solutione, in numerum participum ipsius Collegij recipere, ac ad emolumentorũ pro rata locorum seu portionum huiusmodi eis debitorum perceptionem admittere teneantur . Ac eiusdem montis Secretarium & quotquot eidem Hieronymo Depositario videbuntur necessarios ministros cum honoribus,& oneribus,ac salariis sibi beneuisis constituere & deputare,cæteraque desuper oportuna facere & exequi valeat,plenam & omnimodam facultatem concedimus . Et insuper ne aliquando contingat redditus per nos Monti erecto ex subsidio huiusmodi assignatos in incerto esse,neuè personæ dicti Montis Nouennalis propter reuocationem destinationis summæ huiusmodi,pecuniarum suarum iacturam formident,de consilio & potestatis plenitudine ac scientia similibus,auctoritate & tenore præmissis,subsidium ipsum sæpius iam & diuersis modis a diuersis prædecessoribus nostris , & postremo a nobis prorogatum , necnon montem Nouennalem prædictum similiter dudum per nos prorogatum,seu de nouo erectum,eorumque postremas prorogationes,& seu de nouo erectiones huiusmodi, ac tempus in eis expressum , exnunc a fine ipsius temporis , quo ad subsidium videlicet vsque quo mons per præsentes erectus subsistet,quo ad Montem vero Nouennalem huiusmodi , vsquequo omnia illius loca , soluto pro eis eorum dominis pretio , redempta fuerint,cum omnibus , & singulis conditionibus , modis , & formis in aliis prorogationibus , & seu de nouo erectione prædictis contentis, excepta dumtaxat dictæ Summæ ad extinctionem eiusdem montis Nouennalis destinatione,prorogamus, & sufficienter prorogatum esse , & censeri debere decernimus,curaturi,quin etiam omnino effecturi, vt ipsæ Congregationes ad huiusmodi subsidij solutiones singulis trienniis de cætero faciendas,prout hactenus fecerunt,se obligent, obligationesque ipsas in fine cuiuslibet triennij renouent,Et vt futuræ dicti Montis per præsentes erecti personæ vberiorem ex liberalitate nostra cõmodum consequantur,volumus & eadem auctoritate statuimus eisque indulgemus,quod loca seu portiones ipsius Montis quæ personæ ipsæ intra sex menses ab eadem die publicationis præsentiũ per triennium , quæ vero post ipsos sex menses hac prima vice emerint,per triginta menses:quæ autem de iis quæ dicto Hieronymo Depositario consignabuntur,vt præmittitur, post dictum annum hac prima vice emerint per trienniũ a die emptionis huiusmodi computan. per obitum non vacent,sed ad hæredes decedentiũ,dictis triennio & triginta mẽsibus respectiue durantibus,deueniant.Ipsiq; hæredes loca seu portiones hmôi retinere,vel resignare,ac precia eorũ seu earũ recipere possint,ac ipsæ resignationes admitti debeât:ita quod tẽpus quod ad triennia & triginta

Montistæ non teneantur probare has pecunias versas esse in vtilitatem Sedis Ap.

Promissio de restituendo personis quæ habebãt portiones in ipsis Montibus suppressis,sortẽ principalẽ infra annũ, & interim fructus ad rationẽ pro quolibet centenario soluere.

Deputatio Hieronymi Ceuli Depositarij huius Mõtis, & illius redditeũ exactoris.

Habẽtes loca vel portiones in Mõtibus suppressis, possint infra annũ illa trãsferre ad hunc Montẽ, & durante anno percipiât fructus ea ratione quo percipiebât in illis Montibus suppressis.

Forma expediendi literas patentes, & admittẽdi Montistas.

Facultas Depositarij huius Mõtis, deputandi seu creandi & alios Ministros.

Prorogatio subsidij quarti partis fructuũ Clericorũ De quo habes in Paul 3 const. 37. fol 433

Prorogatio Mõtis Nouennalis. Cuius erectionẽ habes in Paul 4. const. 12 fol. 582. Et extensionẽ infra in P 5 V. cõs. 77 Cum alias.

Loca huius Mõtis hic expressa per certũ tempus non vacans.

menses huiusmodi respectiue perficiẽda defuerit in his personis ad quas loca seu portiones huiusmodi per similes successiones vel resignationes deuenient, integre perficiatur. Quodque, eædẽ personæ ad loca ipsius Montis quasuis personas sub quarũ nominibus loca ipsa cantẽt nominare. & sibi ipsis quoad ipsæ personæ nominãdæ vixerint, tã locorũ seu portionũ, quam eorũ fructuũ, & emolumentorũ omnimodã dispositionẽ, illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, ac cũ alijs sibi visis alias tamen licitis & honestis pactis cõditionibusque reseruare possint. Ita tamen quòd per obitum ipsarum sic nominatarum personarum nisi prius resignauerint, omnino vacent. Decernentes præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruari, & ita per quoscunque Iudices & commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, seu eorum Locatenẽtes, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & au-

Decretũ irritãs.

ctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac Symachi, & Pauli II. de rebus ecclesiæ non alienandis, ac prædicti Pauli IIII prædecessorum nostrorum de alienatis recuperandis, ac nostra de non tollẽdo iure quæsito, quatenus opus sit, alijsq; cõstitutionibus & ordination. apostolicis, necnon dictarũ Cameræ ac Congregationũ, & ordinũ quorum ipsæ Congregationes sunt, etiã iuramento, confirmatione apostolica, vel

Clausula derog.

quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis quibusuis personis & congregationibus præfatis, ac earundem ordinibus per quoscunque Roman. Pont. prædecessores nostros ac nos & sedem eandem quomodolibet, etiam motu proprio ac consistorialiter & ex scientia, & potestatis plenitudine similibus ac per viam generalis legis, & statuti perpetui, necnon cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, & in eis caueatur quòd illis nullatenus derogari possit, Illorum omnium tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad hoc seruandos, pro seruatis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscun-

Pecuniæ prouenturæ ex vacatiõe locorũ huius Mõtis debẽt cõuerti in redẽptionẽ aliorũ Montiũ nõ vacabilium.

que. Volumus autem quòd occurrente pro tempore locorum Montis per præsentes erecti huiusmodi vacatione per obitum, aut alias quouismodo, præterquam per resignationem, quicquid pecuniarum ex illorum sic vacantium venditione proueniet, in totidem locorum eiusdem Nouennalis, primo & postea Pij Farinæ nuncupati, ac deinceps prout quisque antiquior est, aliorum Montium hactenus erectorum non vacabilium, donec aliqua superrint, redemptionem vna cum fructibus & emolumentis, quæ de Nouennalis & Pij Farinæ, ac aliorum Montium eorundem locis ita vel aliàs redemptis ad Sedem & Cameram prædictas spectabunt, & non in alios vsus integre conuertatur: ita tamen quod in euentum in quem dictus Thomas Mighio, vel illius hæredes à personis Montis Nouennalis huiusmodi ad ipsius montis extinctionem vigore obligationis ad id per ipsum Thomam Marchionem factæ, cogi possint, & exinde extinctio ipsa fiat, pecuniæ quæ ex locorum sic vacantium venditione huiusmodi prouenient, vt præfertur, Thomæ Marchioni, & post eius obitum eius hæredibus prædictis, pro pecuniis quæ illi in extinctionem huiusmodi erogauerint, vsque ad earum omnium integram & realem restitutionem; in solutum dari, & interim donec ipsa restitutio fiat quatuordecim millia, & noningenta ac sexaginta scuta dicto Monti Nouennali pro eius fructibus assignata, pro ea parte quæ de locis eiusdem Montis vigore obligationis prædictæ extinctis recuperata fuerit, Thomæ Marchionis & post eius obitum illius hæredum huiusmodi,

Cautio pro D. Thoma de Marinis, aduersus obligationem alias per eũ præstitam de extinguendo Mõte Nouẽnali,

etiam absque eo quod in sortem computentur, esse debeant. Nec de illis aut pecuniis ex venditione prædicta prouenturis, antequam Thomæ Marchioni & eius hæredibus prædictis propterea satisfactum sit, aliter disponi possit, & ad hunc effectum, necnon vt dictus Thomas Marchio quo sibi abundantius cautum intellexerit, eo facilius ad consentiendum inducatur, ipsum Thomam Marchionem tam pecuniarum quam fructuum & emolumẽtorum prædictorum exactorem & Depositarium ita quòd pecuniæ apud illum, aut ad id pro tempore deputandum, ab eo & non apud alium quemcunque etiam in ipsamet venditione exbursari, & tam illæ, quam eadem fructus, & emolumenta ad eum integre peruenire debeant, harum serie constituimus, & deputamus. Eique, & post eius obitum eius hæredibus prædictis in euentum præmissum exnunc prout extunc & econtra vsquequo eis satisfactum fuerit (vt præmittitur) pecunias in solutum damus, ac quatuordecim millia & noningenta ac sexaginta scuta pro parte recuperata huiusmodi, ita vt quoad illa ipsi Thomas Marchio & eius hæredes cæteris omnibus, quibus ea forsan assignata vel obligata forent omnino præferantur assignamus, ac expresse obligamus. Itẽ volumus quòd cum primum omnia aliorum Montium loca redempta fuerint, loca Montis per nos erecti huiusmodi, vt præfertur, vacantia per nos, aut Rom. Pont. pro tempore existentes, aliis concedi non possint, Sed tam

Postquã loca aliorũ Montiũ redẽpta fuerint, loca huius Mõtis per obitũ pro tẽpore vacãtia, ac alia in ea redẽpta extinguantur.

Ad quod vide dictã P.4 V. cõs. 77.

illa eorum vacatione occurrente, quam loca redempta huiusmodi eorum redemptione facta vt præmittitur, eo ipso extinguantur, & expirent. Quodque præsentium literarum Transumptis manu alicuius Notarij subscriptis, & Sigillo Collegij Montis per nos erecti huiusmodi, seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Ac vt illæ ad omnium quorum interest, aut interesse quomodolibet in futurum notitiam perueniant, quod per aliquem ex nostris Cursoribus in acie Campi Floræ affigantur, ac alias more solito publicentur. Quarum affixio & publicatio eos quos huiusmodi præsentes concernunt perinde arctet ac si dictæ præsentes eisdẽ personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum suppressionis ex-

Forma & effectus public.

tinctionis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, erectionis institutionis, assignationis, applicationis, appropriationis, positionis, substitutionis, surrogationis, obligationis, hypothecationis, constitutionis, confessionis, sponsionis, deputationis, concessionis, prorogationis, voluntatum statutorum, decretorum, indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Pridie Non. Iulij Pont. nostri anno tertio.

Ego

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego R. Card. de Carpo Episcopus Ostien.
Ego F. Card. Pisanus Episcopus Portuen.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tuscul.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Prænest.
Ego Otho Card. August. Episcopus Alban.
Ego Tr. Card. Crispus.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Ia. Puteus Card.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Io. Aot. Card. S. Georgij.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Ber. Card. Nanagerius.
Ego G. Asc. Card. Cam.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.

Cæ. Glorierius.
Francisc. de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quiota, Die vero vigesimaquarta mensis Decembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno tertio præsentes literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt Romæ in acie Campi Floræ, vt moris est per me Andream de Curia eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ Curs. *Publicatio.*

Camillus Cherubinus Mag. Curs.

Die quarta Ian. 1563. Illustriss. D. Thomas de Mariois per certos procuratores suos consensit, & D. Hier. Ceuali confecit Cedulam de scutis centum quadraginta millibus, promisitque, & se obligauit, prout in actis meis.

Hie. de Tarano.

LXXVII.

Officiales Status Ecclesiastici capiant de manibus Depositariorum Reu. Cameræ Apost. portiones sibi debitas, de pœnis Maleficiorum.

Istæ portiones taxatæ sunt ad decem pro centenario vt inf. io const. 102. Cupientes: vbi not.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM alias per specialem nostram constitutionem statuerimus, vt in omnibus Ciuitatibus Terris & locis nobis & sedi Apost. subiectis, in quibus pœnæ pecuniariæ & mulctæ, siue bonorũ aut alicuius partis illorum coofiscationis indictæ, ipsarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Commuoitatibus, ex statuto, vel consuetudine, aut priuilegio Apost. etiam ex titulo oneroso, vel pro reparatione murorum, fontium, pontium, viarum, & Ecclesiarum seu Piorum locorum, aut pro aliis rebus publicis concessæ in totum vel io partem applicatæ existuot, noo prædictis Cõmunitatibus, sed Cameræ Apostolicæ de cætero applicatæ fiot & esse censeantur, & per Depositarios seu exactores ad id ab ipsa Camera vel ab ea potestatem haben. deputãdos, exigãtur, & hi qui illas seu illarũ partẽ ex titulo oneroso sibi applicatas fuisse docuerint, postquã illæ per Depositarios vel exactores huiusmodi exactæ fuerint, de eorum manibus, præuiis tamen dictæ Cameræ mandatis, illas integre seu pro parte prout eis applicatæ erant, accipiant; in illarum vero exactione nullatenus se intromittant: Verum sicot accepimus nonnulli Officiales in dictis Ciuitatibus Terris & locis, prætendentes aliquam dictarũ pœnarum & mulctarum partem eis applicatam esse, seu applicari debere, vel in illas percipien. possessionẽ existere, illam contra nostram mentem & intentionem propria auctoritate capiant, sibique in toto vel parte pœnas huiusmodi retineant. Nos propterea huic rei plene prouidere volen. Motu simili & ex nostra certa scientia per præsentes perpetuo sancimus, vt de cætero nulli Officiales sub excommunicationis latæ senteotiæ, & aliis arbitrii nostri pœnis prædictis pro se ipsis aliquid capere, & retinere, sed postquam pœnæ, & mulctæ prædictæ ad prædictam Cameram integre peruenerint, qui ex dictis Officialibus minorem partem quàm decem pro centenario solui erant recipere, eandemmet partem & non vltra dicta decem ex statutorum, seu bannimentorum dispositione, vel alias similiter solui erant recipere, loco illius partis decem pro quolibet illarum centenario, & non vltra, de manu tameo depositariorum Cameræ Apost. ad illas recipien. deputatorum, præuiis ipsius Cameræ mandatis & non aliter nec alio modo, accipiant, & eam partem quam hacteous ex dictis pœois seu mulctis, tam dicti Officiales, quàm etiam communitates locorum aut aliæ personæ post præseotatam in partibus dictam nostram constitutionem perceperiot, partem ipsam pœnarum huiusmodi eisdem Depositariis seu Receptoribus Cameræ prædictis sub pœnis prædictis cum effectu omni mora postposita restituant, & ad restitutionem huiusmodi omnibus iuris & facti remediis a Commissariis nostris super huiusmodi exactione deputatis cogaotur & compellantur. Non obstantibus quibusuis statutis, consuetudinibus, priuilegiis in contrarium forsao concessis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Hic Pontifex applicauit Cameræ Apost. pœnas maleficiorum illasque per Depositarios Cameræ exigi mandauit, vt in eius cõst. 56. Decet Romanũ fol. 925.

Officiales tamen Ciuitatum prętẽdebant posse capere propria authoritate pœnarũ portionem eis tangen.

Ideo Pontifex mandat, vt eorũ portiones recipiant de manu Depositariorum Cameræ.

Hoc idem habetur inf. in const. 102. Cupientes.

Clausulæ derog.

Placet Motu proprio. L.

Die vigesimaseptima Augusti, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, retroscriptæ literæ admissæ fuerunt per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Car. Cam. & registratæ libro primo signaturarum S. D. N. Pij Papæ Quarti, folio 276. collat. & concordat. *Admissio in Camera Apost.*

Hie. de Tarano.

LXXVIII.

Reuocatio facultatum Fabricæ S. Petri, & Hospitali S. Spiritus de Vrbe, aliisque Pijs locis concessarum, dispensandi super impedimentis matrimonialibus, &c.

Ad quod vide sup. const. 37. Cum nos nuper, fol. 701. & inf. const. 119. In Principis, cum ibi notat.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DE commisso nobis vniuersalis Ecclesiæ regimine, ita nos oportet esse solicitos, vt propensiore studio caueamus, ne illa, quæ hactenus multorum precibus, & instantiis pro animarum salute tam a nobis mentis hominum abusu in grauem cedant animarum iacturam, neue Christifideles cuiusuis indulgentiæ, peccatorum remissionis vel facultatis, aut priuilegij obtentu procliuiores ad illicita in posterum perpetranda reddantur, ac nimia veniæ facilitas eis peccandi tribuat incentiuum. Sane cum nos (auspice Christo) nuper ad generalem Tribunalium almæ vrbis, Curiæque nostræ officiorum omnium debitam, ac salubrem reformationem certis tunc rationabilibus causis moti perrexerimus, ac quosdam qui in illis diuersimode præter mentem nostram committebantur abusus, per nostram prouidentiam remouerimus, reformationem huiusmodi insequentes, in alios etiam hominum status non minores ob causas dirigere saluberrimum esse censemus. Attendentes igitur quod licet alias nos, ac diuersi Romani Pontifices prædecessores nostri, vt Christifideles præfati ad charitatiua & pia opera exercenda promptiores redderentur, sicque illorum animarum saluti, necnon fabricæ basilicæ principis Apostolorum de Vrbe manutentioni, & statui, ac hospitalis nostri sancti Spiritus in Saxia de eadē Vrbe, ac aliorum piorum locorum, & Confraternitatum commoditati, & pauperum, ac miserabilium & aliarū

Hic Pont. & eius Prædecessores, cō cesserūt Fabricæ S. Petri, & Hospital. S. Spiritus diuersas gratias & facultates dispē sandi &c.

personarum in eis pro tempore degentium sustentationi, ac opportunæ subuentioni tute consuleretur, ac ex certis tunc expressis rationabilibus causis diuersas indulgentias, peccatorum remissiones, concessiones, gratias, priuilegia, facultates etiam dispensandi super impedimentis matrimonialibus, vel aliis quibuscunque delictibus & irregularitatibus, & absoluendi, indulta eisdem fabricæ & hospitali, ac illorum Commissariis, Præceptori, & Ministris concesserimus, Nihilominus, sicut non sine graui mentis nostræ perturbatione nuper intelleximus, tam basilicæ fabricæ, quam hospitalis, & aliorum locorum, & Confraternitatum Commissarij & Ministri huiusmodi in

Ministri autē dictorū locorū, dictis facultatibus abutebantur.

dulgentiis, peccatorum remissionibus, concessionibus, gratiis, priuilegiis, ac dispensandi, vt præmittitur, ac absoluendi, & aliis facultatibus, & indultis sibi concessis prædictis in graue illorum animarum periculum diuersimode abutantur, ac circa illa non mediocres committuntur errores in scandalum plurimorum, ac diuinæ maiestatis offensam. Nos igitur debitam gregis Dominici curam habere, & ne tales abusus piorum mentes polluant, ac pie concessa hominum malitia animarum saluti detrimentum afferant, vt par est prouidere, ac quantum in nobis est scandalis obuiare, & animarum saluti consulere volentes, necnon indulgentiarum, remissionum, concessionum, gratiarum, priuilegiorum, facultatum, & indultorum fabricæ, ac hospitali, necnon aliis locis & Confraternitatibus, ac Commissariis, Præceptori, & Ministris cōcessorum huiusmodi veriores tenores præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera deliberatione, omnia & singula indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remissiones, necnon concessiones priuilegia, indulta, & facultates, etiam dispensandi, vt præmittitur, & absoluendi (non tamen relicta, & hæ-

Modo hic Pont. illas reuocat, non tamen facultates Fabricæ quo ad relicta ad pias cās. De quibus Fabricæ facultatibus vide inf. Pij V const. 96. Exigit.

reditates etiam ad pias causas exequi faciendi, & illa, seu eorum partem dictæ fabricæ iuxta tenorem priuilegiorum prædictorum applicandi, necnon Commissarios & debitores ipsius fabricæ ad illi reddēdum computa, & satisfaciendum de administratis, & debitis per eos prout hactenus fieri consueuit, cogendi, & compellendi fabricæ & hospitali prædictis) necnon monialium Spiritus sancti Venetiarum, aliisque eiusdem sancti Augustini seu aliorum ordinum tam virorum, quam mulierum monasteriis, ac hospitalibus, ecclesiis, capellis, altaribus, cōfraternitatibus, societatibus, & aliis piis locis a dicto hospitali sancti Spiritus dependentibus, seu in eius membrum, aut grangiam quauis etiam apostolica auctoritate erectis, ac illorum Præceptoribus, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, & Priorissis, Confratribus, seu illorum Conuentibus, ac Commissariis, necnon ministris, quo ad fabricam, videlicet in Italia duntaxat, quo vero ad hospitalia, & monasteria, cōfraternitates, & societates, ac alia loca huiusmodi tam in Italia, quam alias vbiuis locorum, ex quibusuis causis, & ad quorumuis etiam Principum quorumcunque instantiam, vel eorum intuitu, consideratione, vel contemplatione, etiam Motu simili, etiam cōsistorialiter, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, etiam si illa sub quibusuis reuocationibus, alterationibus, vel limitationibus similium vel dissimilium indulgentiarum, concessionum, gratiarum, priuilegiorum, facultatum, & indultorum, in toto vel parte minime comprehenderentur, & quotiens illa reuocari contingeret toties in pristinum statum restituta essent, & esse censerentur, irritanti etiam decreto desuper forsan adiecto, ac cum aliis quibusuis clausulis quomodolibet concessa, ac iteratis vicibus approbata & innouata (præterquam quo ad ea in quibus iam suum sortita sunt effectum) apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo reuocamus,

Inhibetque Ministris dictorū locorū, ne de cætero illis vtantur.

cassamus, annullamus, irritamus, & viribus vacuamus. Districtius inhibentes eisdem Præceptoribus, Abbatibus, Abbatissis, Conuentibus, Confratribus, & Ministris cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, ac etiam Archiepiscopali, Episcopali, aut alia maiori dignitate fungentibus in virtute sanctæ obedientiæ, indignationis, necnon excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne de cætero indulgentiis, concessionibus, gratiis, facultatibus, etiam dispensandi, vt præmittitur, & absoluendi priuilegiis, & indultis prædictis vti,

Decretū irritans.

ac de illis se intromittere quoquomodo audeant seu præsumant, Ac decernentes exnunc irritum & inane quic-

Clausula derog.

quid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quibusuis priuilegijs, indultis, & literis apostolicis forsan in contrarium etiam Motu & scientia similibus, etiam per nos concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus illorum omnium veriores tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel

excommunicari

excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, vel quomodolibet differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis. Vt autem præsentes literæ ad cunctorum notitiam deueniant, volumus & mandamus illas in dictæ basilicæ valuis, ac acie Campi Floræ affigi, vt hi quos literæ ipsæ concernunt seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, quod ad ipsorum notitiam non peruenerint, vel illas ignorauerint quominus eos arctent perinde ac si personaliter intimatæ forent, nullam possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extiterit publicatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum reuocationis, cassationis, annullationis, irritationis, vacuationis, inhibitionis, decreti, voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, tertio decimo Cal. Octobris, Pont. nostri anno tertio.

Forma & effectus public. Quam habes hic in f.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero prima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ quarti Anno eius Tertio, supra scriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie campi Floræ, dimissis ibidem in supradictis locis copijs earundem retroscriptarum literarum affixis per nos Iulium Parinum, & Bartholomæum Sottocasa Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Publicatio.

Andreas de curia Magister Cursorum.

L X X I X.

Præfectis Signaturæ Gratiæ, & literarum Apostolicarum, mandat hic Pontifex, ne aliquid signent vel expediant, contra Reformationes ab ipso editas, circa officium Pœnitentiariæ, & Cameræ Apostolicæ, Correctorisque Cancellariæ & Contradictarum.

Hac Reformationes habes sup. fol. 744. in const. 69. cum duabus seq.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

SOLET interdum Rom. Pont. ad quem potestatis plenitudo ab Apostolorum principe deriuata diuinitus esse dignoscitur, pro fœlicique vniuersalis Ecclesiæ, cui omnipotentis Dei gratia præest regimine, iustis suadentibus causis, nonnullas facultates, & indulta aliquibus Ro. Curiæ officijs, tribunalibus, & personis per ipsum & alios Rom. Pontifices prædecessores suos concessa, aut etiam longa consuetudine vsurpata, ab eis reuocare, ac alias desuper prouidentiæ suæ partes adhibere, prout vniuersorum Christifidelium statui conspicit in Domino salubrius expedire. Sane cum nos hisce retroactis diebus, pro nostri pastoralis officij debito, vna cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Curiæ nostræ reformationi intendentes, diuersas varij generis, quæ in Pœnitentiariæ, & Cameræ Apostolicæ, ac Correctoris Cancellariæ, & literarum contradictarum officijs, & tribunalibus fiebant, & concedebantur, expeditiones, & gratias, ac certis tunc expressis causis reuocauerimus, ac maiori Pœnitentiario, Camerario, & Correctori pro tempore existentibus, & eorum officialibus, ne sub certis tunc expressis pœnis, etiam prætextu quorumcunque indultorum, facultatum, & priuilegiorum, sibi, vt præfertur, concessorum, de expeditionibus & facultatibus sic reuocatis, in posterum se intromitterent, inhibuerimus, ac alia desuper statuerimus & ordinauerimus, prout in singulis nostris super officiorũ & tribunalium eorundem reformatione, confectis literis plenius continetur. Nos dictarum literarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes; Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, quibusuis Signaturæ gratiæ, & literarum apostolicarum expeditioni Præfectis, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia maiori dignitate, ac etiam Cardinalatus honore fungentibus, sub pœnis in dictis literis nostris respectiue contentis præcipimus & mandamus, ne deinceps supplicationes seu commissiones super huiusmodi concessionibus & gratiis reuocatis, signare, seu super illis, cõtra præsentium tenorem forsan pro tempore signatis, literas apostolicas sub plumbo, vel in forma Breuis, aut alias scripturas expedire, vel in eis manum respectiue apponere, quoquomodo audeãt seu præsumant; immo illis, sub pœnis eisdem, districte præcipiendo mãdamus, vt ab illarum concessione & expeditione, omnino, vt præfertur, abstineant. Decernentes nihilominus, concessiones & expeditiones super gratiis reuocatis huiusmodi contra præsentium tenorem pro tempore (quod absit) factas, & obtentas, nullius roboris vel momẽti, ac surreptitias fore & censeri, neminique propterea suffragari posse, Et ita per quoscunque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes; etiam causarum palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis nostris reformationum literis voluimus non obstare, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Et quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta,

Hic Pont. reformauit officiũ Pœnitentiariæ, & Cameræ Apost. & Correctoris Cancellariæ & cõtradictarũ, vt habes sup. in const. 69. cum duabus seq.

Et modo præcipit Præfectis signaturæ Gratiæ, & literarũ Apostolicarũ, ne aliquid signent vel expediant cõtra præfatas Refor.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

serta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet vel differri; & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, ac eos quorum interest, vel interesse poterit, omnino afficiant, volumus & mandamus, illas in palatij nostri, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac acie Campi Floræ affigi, & ibidem illarum copiam dimitti; vt illi, quos literæ ipsæ concernunt, seu concernere poterunt in futurum, nullam possint excusationem prætendere, vel allegare quod ad ipsorum notitiam non peruenerint; cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extiterit publicatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti, mandatorum, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Idibus Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Forma & effectus publicationis. Quem habes hic in fi.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero quarta mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti Anno Tertio, suprascriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, in acie campi Floræ, dimissis ibidem earundem suprascriptarum literarum copijs affixis per nos Iulium Patinum, & Bernardinum Andreutium, prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Alexander Astancollus Mag. Cur.

LXXX.

Declaratur constitutionis editæ de Homicidis non audien. nisi in carceribus constitutis, vt procedat etiam contra nondum condemnatos vel bannitos reos cuiuscunque criminis, pro quo pœna corporalis veniat imponenda. Et quòd hæredes occisi ad causam citari debeant, Et gratiam absolutionis obtinentes, remitti non possint ad locum in quo hæredes occisi commorantur, nisi habita eorum pace.

Constitutio prædicta habetur sup. fol. 742. nu. 68. & vide ibi notata.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nos dudum vestigijs fel. record. Iulij Papæ II. prædecessoris nostri inhærentes, nullum homicidij reum, qui se ab illo etiam sub prætextu quod alium bannitum occiderit, seu ab alio banniti occisore, iuxta formam bannimentorum id permittentium nominatus fuerit, aut ex alia quauis causa absolui debere prætendat, ad absolutionem petendum per procuratorem, aut excusatorem, seu defensorem, etiam velut quemlibet de populo comparentem, audiri vel admitti debere, nisi ipse reus se in carcere personaliter constituerit, statuerimus & ordinauerimus, prout in nostris desuper editis literis, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur: Verum cum, vt nuper accepimus, a nonnullis in dubium reuocetur, an in dictis nostris literis solum homicidæ banniti vel condemnati, non autem illi qui nondum condemnati vel banniti essent, comprehendantur. Nos propterea omnem ambiguitatem circa præmissa amputare & penitus tollere volen. Motu simili, & ex nostra certa scientia, hac nostra perpetuo valitura constitutione, nullum ab homicidio, seu alio quouis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ea aliqua causa etiam quia alium bannitum occiderit, vel ab alio banniti occisore, iuxta formam proclamatum & bannimentorum id permittentium, vel constitutionum desuper editarum, nominatus fuerit, siue etiam quia ab ipso occisus, bannitus & condemnatus extiterat, ac impune ex dispositione dictorum proclamatum & bannimentorum seu constitutionum occidi potuerit, se absolui debere prætendentem, siue pro homicidio, aut alio crimine per eum commisso bannitus & condemnatus sit, siue nondum bannitus nec condemnatus, nec etiam inquisitus existat, per se vel aliam personam pro eo quomodolibet comparentem, ad absolutionem petendum admitti vel audiri posse, nisi se prius in carcere constituerit, & ad causam hæredes ab ipso occisi, citari, & in euentum quod quis ab homicidio per ipsum commisso, ea eo quod alium bannitum occiderit, vel ab aliquo banniti occisore vt præfertur nominatus fuerit, se absolui obtineat, eum nihilominus a loco in quo hæredes occisi commorantur, quousque ab illis pacem obtinuerit, exulare debere, neque ad eum locum aliter, nisi pace ab illis habita remitti posse, perpetuo statuimus, & ordinamus. Inhibentes nihilominus omnibus, & singulis Iudicibus quacunque auctoritate fungentibus sub excommunicationis latæ sententiæ, aliisque arbitrij nostri pœnis, & nostris etiam de latere Legatis sub indignationis nostræ pœna, ne contra tenorem huius nostræ constitutionis, de cætero quempiam sic vt præmittitur se absolui petentem, nisi in carcere constitutum, quoquomodo audiant, vel admittant, & vbi secus fecerint, processus taliter habitos, ac sententias desuper latas, nullius fore momenti, ac vitio nullitatis subiacere, & illis non obstan. reos sic absolutos pœnis debitis puniri, seu de nouo inquiri posse: Sicque per quoscunque iudices etiam S.R.E. Cardinales, & Palatij Apostolici Auditores, sublata eis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & interpretari debere: irritumque, & inane quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, legibus, ac prouincialibus, & municipalibus quorumuis locorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon proclamatibus, & bannimentis super præmissis editis, & in posterum edendis, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis quibusuis in contrarium for-

Hic Pont. decreuit Homicidas, non audiri, nisi ipsi prius in carceribus constituti; vt sup. in consti. 68. Et si cancta. fol 742.

Declarat modo talem constitutionem procedere, etiam contra nondum condemnatos reos cuiuscunque criminis pro quo sit imponenda pœna corporalis.

Hæredesque occisi ad causam citari debere.

Exiliumque a loco in quo hæredes occisi morantur, remitti posse [illegible] nisi habita pace.

Inhibetque Iudicibus, ne præmissis contrauenia[n]t.

Decretū irritans

Clausula derog.

san

fan concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus (illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haben.) quo ad præmissa, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, Ac præsentiũ solam signaturam nostram sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, regula contraria non obstan. eorumque seu literarum desuper expediendarum exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio & extra iudicium adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Pridie Non. Octobris. Anno tertio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Indictione quarta, die vero secunda mensis Februarij, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno quarto supradcriptæ literæ apostolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Sãctorum Io. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ, illisque amotis illarum copiis affixis, dimissis per me Bernardinum Andreutium Apostolicum Cursorem. Publicatio.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

L X X X I.

Reformatio Conclauis, & Ordinationes obseruandæ in electione Romani Pontificis, & Declaratio Officiorum, ac Iurisdictionum Collegij Cardinalium, Camerarij & Clericorum Cameræ, Maiorisque Pœnitentiarij, & Datarij, ac Prælatorum Signaturæ Gratiæ & Iustitiæ, pro tempore Sedis vacantis.

De Materia electionis Pontificis habes etiam sup. in Pauli 4. const. 38. Cum secundum fol. 942. & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN eligendis Ecclesiarum Prælatis, quibus & humana & diuina ministeria committuntur, quantam adhiberi curam oporteat, testantur patrum nostrorum sacratissimæ constitutiones, quas illi magna seueritate de Episcoporum, & aliorum Prælatorum qualitate ediderunt, propterea quod a bonis bona omnia videlicet charitas, vigilantia, ecclesiastica disciplina, denique animarum eis commissarum salus proficisceretur, a malis vero contra non nisi mala, nempe auaritia, negligentia, fastus, & animarum periculum possit expectari. Quod si in quibuslibet ecclesiarum Pastoribus tantopere prouidendum est, ne quis assumatur indignus, maiorem certe, & perspicaciorem diligentiam in Roman. Pontifice eligendo, qui cæteris Pastoribus est præfuturus, & totius dominici gregis curam habiturus oportet adhiberi. Hac sancta meditatione permoti prædecessores nostri, & præsertim fel. record. Alexander III. Gregorius X. Clemens V. Clemens VI. & Iulius II. nonnullas cõstitutiones fecerunt ad prouidendum, vt summorum Pontificum electiones libere, & recte, & mature fierent. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabuntur, nisi sit qui eas assidue retineat & conseruet, verendumque sit ne aliquando propter earum constitutionum transgressionem suborti abusus longius serpant & progrediantur, Nos quantum cum Deo possumus futuris casibus & periculis occurrere volentes, eorundem prædecessorum nostrorum constitutiones, tum innouando tum declarando, & pro rerum & temporũ necessitate supplendo, de fratrum nostrorum vnanimi consilio atque assensu defini[illegible] statuimus, & d[illegible]claramus, vt cum Pontificem de hac vita migrare contigerit, Cardinales præsentes decem [illegible] do [illegible] iuxta dicti Gregorij prædecessoris constitutionem in Concilio Lugdunen. editam, Cardina[illegible] are teneantur, & interim solitas nouem continuorum dierum exequias omnino peragant, [illegible] extu vlterius differant. Et ne quid impedimento esse possit quominus exequiæ ipsæ nono die absol[illegible] in per obseruantiam alicuius magni, & præcipui festi Cardinalibus videretur officium exequiarum [illegible] debere, dies illi sic intermissi in numerum nouem dierum nihilominus computari debeant, & impen[illegible] m eis pro exequiis facienda esset, inter pauperes Christi distribuatur. Ac vt superfluis quoque sumptibu[illegible] in immensum excreuerunt, modus imponatur, funus simplicius quam consueuerit fiat, ita vt illius ratione (præter regalia Populo Romano præstari solita) decem millium ducatorum summam, pannis lugubribus, & [illegible]bus tam Camerarij & Clericorum ac aliorum Cameralium, quam aliorum quorumcunque ministrorum & officialium, ac aliis omnibus omnino computatis impensa non excedat. Summa autem decem millium huiusmodi vel si collegio visum fuerit etiam minor, ac nullo modo maior, per tres Cardinales antiquiores vnum videlicet de quolibet ordine & Camerarium proportionabiliter pro rata distributionis alias fieri solitæ, inter prædictos omnes, & singulos diuidatur. Lapsis vero decem diebus a die obitus Pontificis, ingressus Conclauis nullatenus prorogetur aut differatur, sed sequenti die missa de Spiritu sancto celebrata, siue Cardinales absentes venerint siue non, qui fuerint præsentes statim Conclaue ingredi teneantur, & ingredientes ipsi absque mora aliqua omissa omnino Capitulorum confectione primis diebus fieri solitorum, in electionis negotio procedant, & singulis diebus scrutinium fiat, & in primo scrutinio etiam accedere liceat. Si qui vero forte intrare noluerint, vel ingressi absque manifesta infirmitatis causa iuramento medicorum & a maiori parte Cardinalium per secreta suffragia approbata exiuerint, dictæ constitutionis Gregorij X. pœnam incurrant. Declarantes nihilominus quod postquam Card. præsentes aliis Cardinalibus etiam de latere Legatis, aut ex alia quacunque etiam publica causa etiam cum licentia summi Pontificis absentibus vlterius non expectatis, post tamẽ lapsum dictorum decem dierum a morte Pontificis electionem siue intra siue extra Conclaue fecerint, electio sic facta ex itineris aut alterius etiam probabilis, & notorij ipsorum Cardinalium absentium impedimenti prætextu impugnari minime valeat, quum publica vtilitas ex matura ele-

Romanus Pontifex peruia maxima diligentia eligendus est.

Ideo multi Põt. cõstitutiones ediderũt circa Pontificis electionẽ.

Hic & Pontifex decessus quid.

Exequiæ Pont. defuncti per nouem dies continuos à Cardinalibus fiant.

Exequiarũ impẽsæ non excedant summam hic expressam.

Conclaue ingrediantur Cardinales præsen. post decem dies a die obitus Pont. & ad electionẽ procedant.

Electio Pontificis, nõ possit impugnari sub prætextu impedimẽti Cardinalium absentium.

ctione

ctione proueniens cuius alteri rationi præferri debeat. Sedis autem vacatione durante, collegium Cardinalium in iis quæ ad Pontificem maximum dum viueret pertinebant, nullam omnino potestatem aut iurisdictionem habeat, neque gratiam neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi, sed

Cardinalium collegiũ circa quæ disponere possit, sede vacante.

ea omnia futuro Pontifici reseruare teneatur. Neque de statu temporali Romanæ Ecclesiæ, neque de pecuniis Cameræ Apostolicæ aut Datarij, vel pro solutione debitorum ante obitum Pontificis quomodolibet contractorum, aut alias ex quauis causa (casibus infrascriptis dumtaxat exceptis) quicquam disponere, nec contra dictã Gregorij constitutionem pro se ipsis aliquid percipere, nec æs alienum vltra necessarios sumptus præsentibus cõprehensos contrahere debeat, neque Camerarius, Thesaurarius, Datarius, Depositarius, Castellanus arcis sancti Angeli, aut alij Officiales contra harum constitutionum tenorem, Collegio obedire teneantur, siue debeant: quinimo si eis in talibus obtemperauerint, aut ipsi Cardinales, vel Officiales ex eorum officijs contra præmissa aliquid attentare præsumpserint, de suo proprio Cameræ apostolicæ plenarie satisfacere, & pecunias erogatas restituere, ac quæuis damna ad eligendi Pontificis arbitrium resarcire cogantur. Quod autem expendi possit erit præfata decem millium ducatorum summa. Illud item quod pro victu familiæ Pontificiæ ante Cõclauis ingressum, ac post ingressum pro pauperum Officialium palatij tantum per Camerarium & Priores ordinum describendorum victu, ac etiam pro eleemosinis sede vacante fieri consueuis, Itemque pro defensione terrarum Ecclesiæ vel partis earum; Necnon pro regalibus Populo Romano, & illius Magistratibus, ac custodia Vrbis, & Cõclauis, illiusque prouisionibus opportunis necessarium erit. Quæ vero impensa pro defensione terrarum, & locorum Ecclesiæ, & securitate ac prouisionibus Conclauis facienda sit, Cardinales præsentes per secreta suffragia ordinare debeant, ita vt maioris partis sententia obtineat id, quod obseruandum erit, etiam in Gubernatoribus Vrbis tam vltra pontem, quàm citra, & aliis Officialibus etiam pro status Ecclesiastici regimine si opus fuerit eligendis. Si vero vltra prædicta aliquod grande periculum immineret, cui omnibus & singulis Cardinalibus præsentibus iuxta ordinationem Gregorij X. aut saltem duabus illorum tertijs partibus per secreta suffragia videretur celeriter occurrendum, tunc Collegium iuxta maioris partis sententiam similiter per secreta suffragia de remedio opportuno, ac prouide de necessaria impensa prouidere possit & debeat. Statuimus etiam quod tres

Cardinales tres vna cum Camerario quolibet tertio die eliguntur, vt Conclaue etiam habeant &c. Et habes etiã Pau. inf.

Cardinales antiquiores, vnus videlicet ex quolibet ordine vna cum Camerario post Pontificis obitum, reliquos Cardinales congregandi, & occurrentes necessitates in congregationibus generalibus proponendi, & vt Conclaue bene vndique claudatur curandi ius habeant. Ipsorum autem officium tertia die post Conclauis ingressum omnino expiret, eorumque loco tres alij sequentes in ordine, quolibet tertio quoque die, cum eodem Camerario in eadem potestate succedant. Camerarij quoque, & maioris Pœnitentiarij officia, quæ etiam Sede vacante durante, ita durare decernimus, & declaramus, vt non solum ea quæ præsenti constitutione prohibentur, &

Camerarij, & Clerici & alij Cameræ Officiales, in aliis Sede vacã te exactionibus pecuniarũ, & prouisionibus sedis vacantis, & ab aliis se abstineãt.

quæ Pontifice viuente exercere non consueuerunt, seu a quibus pro eiusdem Pontificis reuerentia aut alias quomodolibet abstinebant, minime vsurpent, sed Camerarius, ac Præsidentes, & Clerici, aliique Ministri, & officiales Cameræ Apostolicæ exactioni pecuniarum eidem Cameræ debitarum, ac prouisionibus ratione Sedis vacantis iuxta præmissa necessario faciendis dumtaxat incumbere, & propterea a solutione debitorum ante Pontificis obitum contractorum, aut illorum declaratione, rationum solidatione, extractionibus frumentorum, remissionibus delictorum, assecutionibus delinquentium, & quibuscunque aliis expeditionibus tam gratiam quam iustitiam, aut illarum executionem quomodolibet concernentibus omnino abstinere debeant. Pœnitentiarius vero, & eius officiales ea tantum facere & expedire valeant, quæ ad forum conscientiæ pertinent, in reliquis offi-

Pœnitẽtiarius & eius Officiales expedit tãtum modo ea quæ ad forum conscientiæ spectant.

cium eorum conquiescat. Itaque a quibuscunque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, ac absolutionibus, & declarationibus, necnon quibusuis aliis expeditionibus forum (quod aiunt) fori, mixtim, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstineant. Alioquin in quibus tam Camerarius Pœnitentiarius, & alij prædicti etiam de licentia aut mandato totius Collegij contrafecerint, ea nulla, & irrita sint, ac nemini suffragentur. Et nihilominus eorum excessus & inobedientiæ rationem, Pontificis arbitrio quandocunque reddere teneantur. Litteris etiam nostris super reformatione Cameræ, & Pœnitentiariæ huiusmodi editis in suo robore permã-

De reformatione Pœnitentiariæ & Cameræ hes sup. in const. 59 & 70.

suris. Datarij vero ministerium per eiusdem Pontificis obitum omnino expiret, ita vt non solum datas per eum antea notatas extendendi potestatem minime habeat, sed quascunque supplicationes gratiarum, & iustitiæ penes eum, aut eius ministros adhuc existentes etiam si datatæ fuerint, Collegio Cardinalium statim sub sigillo

Datarij officium expirat morte Põtificis.

clausas præsentare teneatur futuro Pontifici reseruandas. Quod si contra præmissa quicquam ad cuiusuis etiam Cardinalis instantiam attentare præsumpserit, irritum, & inane existat, & nihilominus falsi crimen incurrat, illius rationem futuro Pontifici redditurus. Prohibentes insuper ne Cardinales, & Prælati Signaturæ gratiarum,

Prelatorum Signaturæ officium S. de vacante quiescit.

& iustitiæ præfecti Sede vacante supplicationes & commissiones aliquas, etiam si supplicantes, paruas datas, vt moris est antea obtinuerint, signare valeant, sed officia eorum omnino cessare intelligantur. Quod si aliter fecerint, pro excessibus huiusmodi futuri Pontificis arbitrio puniantur. Mandamus quoque quòd Cellæ conclauis

Cellæ Conclauis sorte distribuantur.

Cardinalibus sorte distribuantur, nec liceat eas etiam infirmitatis prætextu mutare, aut desuper ædificare, vel illas dilatare, sed quilibet, etiam Decanus, sit sua sorte contentus. Post Conclauis vero ingressum interdicimus, & expresse prohibemus sub officiorum, & beneficiorum priuationis pœna, atque etiam sub alia arbitrio Guberna-

Apud Conclaue habitare vel morari nemini licet.

toris ad custodiam Cõclauis deputari soliti infligenda, ne quis immediate supra aut infra Conclaue, seu a lateribus habitare, vel morari possit. Quæ loca muris claudi, & a Præsidentibus custodiæ Conclauis, ac a dicto Gubernatore sæpius visitari debeant. Et si qua fraus commissa fuerit, teneatur ipse Gubernator sub periurij pœna eo ipso incurrenda, & alia arbitrio futuri Pontificis infligenda, delinquentes huiusmodi Cardinalibus pro tempore deputatis reuelare, curareque, vt delinquentes ipsi carcerentur, & acriter puniantur. Teneantur quoque Cardi-

Card. deputati vt supra, visitent loca Cõclauis.

nales pro tempore deputati cellas Cardinalium & alia Conclauis loca sæpius visitare, & diligenter perquirere ne in ipsius Conclauis muris, aut laquearibus seu pauimentis vetita foramina fiant. Et si quid tale deprehensum fuerit, auctores priuationis officiorum, & beneficiorum, ac aliis etiam corporalibus, & seuerissimis pœnis Gubernatoris, ac etiam futuri Pontificis arbitrio afficiantur, & conscij de præmissis eisdem pœnis teneantur, nisi

Cardinales in Cõclaui duos tantũ habeant seruientes, conditionis de qua hic.

statim, si intra Conclaue fuerint, eisdem Cardinalibus deputatis, si vero extra Conclaue Gubernatori, & prælatis præpositis reuelauerint. Qui quidem Gubernator, & Prælati sub periurij pœna in hoc inuigilare & opportune prouidere debeant. Quilibet autem Cardinalis in Conclaui duobus seruientibus Clericis, vel Laicis contentus sit. Infirmis autem, & grauiter affectis a maiori parte Collegij per secreta suffragia tertius ad summum indul-

geri

geri posſit. Qui ſeruientes familiares domeſtici,& continui cōmenſales ipſius Cardinalis, & ab anno ante fuiſſe & tunc eſſe debeant,& non mercatores,miniſtri principium, domini temporales & iuriſdictionem habentes, neque fratres aut nepotes Cardinalium, etiam ſi expenſis eorum viuerent. Et de qualitatibus Conclauiſtarum Cardinales deputati ante Conclauis ingreſſum diligenter inquiſitionem habere, & eos approbare, ac poſt ingreſſum denuo diligenter prouidere debeant. Sacriſta quoque cum vno clerico coadiutore in officio Sacriſtiæ, duo quoque Magiſtri ceremoniarum Conclaue ingrediantur Miſsis celebrandis, & alijs quæ ad ipſos pertinent vacaturi. Adſit præterea vnus religioſus pro Confeſsionibus audiendis a maiori parte Cardinalium per ſecreta ſuffragia eligendus, vnus collegij Secretarius tantū, Duo Medici, vnus Chirurgus, vnus Aromatarius cū vno, aut duobus ſeruientibus, Vnus Faberlignarius, vnus Cemētarius, duo Barbitonſores, cū vno aut duobus ſeruientibus. Item octo aut decem ſeruientes publicæ vtilitati,& commoditati omnium, veluti pro lignis portandis, pro verrendo Conclaue,& ſimilibus neceſſariis miniſtrandis, qui omnes a Collegio Cardinalium. non tamen ea familia alicuius Cardinalis, per fabas ſecretas eligantur:ita tamen vt is obtineat, qui plura vota tulerit,& eis ſalaria de publico perſoluantur. Quod ſi vltra præfatas perſonas, in Conclaui aliquis inuentus fuerit, expelli ſtatim debeat, Et ſi quis vſpiam ſe occultaſſe deprehendatur, ignominioſe expellatur,& infamia notetur, & officiis atque beneficiis priuetur, conſcij vero ſub eadem pœna illos Collegio reuelare teneantur, præmium reportaturi ſi indicauerint. Clauſo Conclaui nulli ad colloquium etiam extra portam Conclauis etiam Principum oratores, niſi ex magna,& vrgenti cauſa a maiori parte Collegij approbanda admittātur. Et ſi quis forte (quod abſit) clam ipſum Conclaue, & aliunde quam per oſtium ingrediatur, omni honore gradu ac officio & beneficio ipſo facto priuatus exiſtat,& tradatur curiæ ſæculari acerrimis pœnis puniendus. Litteras vero aut cuiuſuis generis ſcripta ad eos, qui in Conclaui erunt, ſeu nuncium vel notam, aut ſignum mittere, ſeu recipere, aut cōtra,e Conclaui ad eos, qui foris erunt, vllo modo liceat, qui contrafecerint, quacunque dignitate etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, pœnæ excommunicationis latæ ſentētiæ ſubiaceant, abſoluendi facultate, præterquam in mortis articulo, ſoli Pontifici maximo reſeruata, a quo nihilominus pro qualitate delicti vltra dictam excommunicationis pœnam puniendi erunt. Prohibentes etiam ſuper futura electione Pontificis ſponſiones, quas excommiſſas vocant, fieri,& ſi forte contra præſentium tenorem factæ fuerint, illas nullas,& irritas in iudicio, & extra fore,& omnino cenſeri,& contrafacientes ac proſenetas arbitrio Gubernatoris,& futuri Pontificis puniri debere decernimus. Cardinales autem primo ipſo die quo Conclaue ingreſsi fuerint, tam in prandio, quam in cœna vno ſolo ferculo vnius ſpeciei tantum eoque moderato, & alias iuxta conſtitutionem præfati Clementis VI. qualificato contenti ſint,& eſſe debeant, nec quiſquam in alterius cella, vel de alterius ferculo veſcatur. Prælati quoque ad cuſtodiam Conclauis deputati ſub pœna periurij,& ſuſpenſionis a diuinis, maxima & exquiſita diligentia vtantur in inſpiciendis ac perſcrutandis epulis,& aliis rebus ac perſonis Conclaue intrantibus,& de eo exeuntibus, ne ſub earum rerum velamine litteræ aut notæ vel ſigna aliqua tranſmittātur. Quod ſi tale quid inuentum fuerit, familiares Cardinalium aut alij delinquētes pœnam priuationis officiorum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad obtenta,& obtinenda incurrant, Et vlterius per Gubernatorem carceribus mancipentur, exinde niſi de mandato noui Pontificis minime relaxandi, ſed eius arbitrio acrius puniendi, omni facultate Collegio Cardinalium in fauorem quorumcunque qui in præmiſsis, vel eorum aliquo deliquerint omnino interdicta. Conclauiſtæ vero,& quicunque alij ſeruientes Conclaue ex cauſa infirmitatis manifeſtæ, & notabilis a medicis medio iuramento probatæ,& de conſenſu deputatorum, quorum etiam conſcientiam deſuper oneramus, & non aliter exituri, nullo modo reuerti poſsint, ſed eorum loco alij eodem prorſus tempore, quo infirmi exibūt, ingrediantur. Statuimus etiam,& declaramus, quod ſi forte aliquis Cardinalis ſaltem in Diaconatus ordine cōſtitutus non fuerit, is nullatenus ad eligendum admitti debeat. Cardinales autem per viſcera miſericordiæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti enixe rogamus,& hortamur, ac eis nihilominus ſub diuini interminatione Iudicij præcipimus,& mandamus, vt attendentes magnitudinem miniſterij quod per eos tractatur, in dandis ſuffragijs, ac aliis omnibus,& ſingulis electionem quomodolibet concernentibus, omni dolo ac fraude, factionibus & animorum paſsionibus remotis:ac principum ſæcularium interceſsionibus, cæteriſque mundanis reſpectibus minime attentis, ſed ſolum Deum præ oculis habentes, ſeſe pure libere, ſincere, quiete,& pacifice gerere,& habere debeant, Nec pro ipſius Pontificis electione conſpirationes condicta pactiones,& alios illicitos tractatus inire, ſigna, aut contra ſigna votorum ſuorum alteri dare, minaſue aliquibus inferre, tumultus excitare, aut alia facere per quæ electio retardetur, vel minus libere ſuffragia præſtentur per ſe, vel alium directe, vel indirecte, quouis colore, vel ingenio audeant vel præſumant. Quod ſi ſecus fecerint, aut contra prohibita in præſenti conſtitutione aliquid admiſerint, vltra diuinam vltionem, arbitrio futuri Pontificis pro modo culpæ in eos quandocunque animaduerti poſsit. Quia vero parum eſſet iura condere, niſi forent qui executioni ea demandarent, ſtatuimus,& ordinamus, vt Prælati, Rectores, Officiales Vrbis, ac Principū, Oratores, illuſtres viri, quos omnes a Collegio pro cuſtodia Conclauis eligi continget (eligere autē Collegium debebit eos qui ad id magis idonei videbuntur) præmiſſa omnia plene,& inuiolabiliter ac ſine fraude,& dolo aliquo obſeruari faciant, de quo corporale iuramentū corā ipſo collegio ante ingreſſum Conclauis,& quoties opus fuerit, præſtare teneantur:quæ quidem niſi fecerint, vel ſi in eis dolum,& fraudem commiſerint, prædictas pœnas,& cæteras in dicta cōſtitutione Gregorij X. cōtentas incurrant. Volumus autē neque per Prælatos, neq; per Rectores aut officiales præfatos vltra quā præmittitur, Cardinales arctari, neq; præſentes has noſtras cōſtitutiones per Collegiū Cardinalium vllo modo alterari corrigi aut immutari poſſe, ſed illas corā omnibus de verbo ad verbum in prima congregatione poſt obitum Pontificis fieri ſolita,& deinde poſt Cōclauis ingreſſum legi,& iurari eo modo quo leguntur,& iurantur cōſtitutiones Iulij II.& aliorum prædeceſſorū noſtrorū, quorum conſtitutionibus, & pœnis in eis contentis vltra præmiſſa per hanc noſtrā conſtitutionē derogare non intendimus, ſed magis eas cōfirmare innouare & coprobare. Et ne diſſenſionis occaſio aut ſchiſmatis oriatur, volumus cenſurarum,& excōmunicationū præfatarum,& aliarū quarūcunque prætextu Cardinales a Pontificis electione actiue, vel paſsiue excludi nullo modo poſſe: quaſquidem excommunicationes, & cenſuras ad electionis effectum tantum, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſuſpendimus,& ſuſpenſas eſſe volumus,& declaramus. Decernentes quoque excommunicationes, & cenſuras ipſas eum ſolum afficere, qui deliquerit, non autem alios Conclaui durante cum eo conuerſantes, Ac præſentes noſtras vbicunque electionem ſummi Pontificis etiam extra Vrbem fieri cōtigerit, locum habere,

Conclauiſtæ approbari debent a Cardinalibus deputatis.
Sacriſta cū vno Clerico ſit in Conclaui.
Mag. ſtrique cere mon arū duo.
Confeſſor vnus.
Secretarius Collegij vnus.
Medici duo.
Chirurgus vnus.
Aromatarius vnus.
Faber lignarius vnus.
Seruitores decem.
Conclaui Clauſo, nemo ad colloquium admittatur & eis ingredientes pœnæ hic expreſſas ſi erat.
Literas in Conclaui vel e Conclaui mittentes, &c. excommunicantur vt hic.
Ex cōmiſſæ ſuper Pontif. collectione, prohibentur.
Cardinalis quilibet in Conclaui, vnico ſuo ferculo & moderato, & in propria cella veſcatur.
Prælati ad Conclauis Cuſtodiā deputati, caueant, ne ſub epulis & aliis, litteræ &c. tranſmittantur.
Conclauiſtæ diſceſſuri a Conclaue, reuerti nō poſſint, ſed illico alij eorū loco ingrediantur.
Card. in Diaconatus ordine nō cōſtitutus ad eligēdū non admittatur.
Cardinales in electione Pontificis ſeruent hic tradita.
Conclauis Cuſtodes præmiſſa faciant ſeruari.
Cardinaliū Collegium, non poſſit immutare hāc conſtit. ſed immo ea legere & iurare vt hic.
Excōmunicationes ſuſpenduntur ad effectū electionis Pontificis.
Hæc conſt. procedit etiā in electione Pon. extra Vrbem fieri.

& obseruari debere. Ac insuper illas in valuis basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ apostolicæ, ac in acie campi Floræ per aliquos Cursores nostros legi, & publicari, ac illorum copiam ibidem affixam dimitti, & deinceps omnes, & singulos Cardinales etiam absentes, præsentes, & futuros, & alios quoscunque quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætendere posse, ac si eis personaliter intimatæ forent, præmissis ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum, definitionis, statutorum declarationum decretorum, prohibitionum, mandatorum, interdicti, præcepti, rogationis, hortationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo. Septimo Id. Octobris, Pontificatus nostri anno tertio.

Forma & effectus publ.

Quæ publ. hic habes in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero.

Ego R. Card de Carpo Episc. Ostien.
Ego F. Card. Pisanus Episc. Port. manu propr.
Ego Fed. Card. Cæsius Episc. Tusculanus.
Ego Io. Card. Moronus Episc. Prænestinus ss.
Ego Otho Truchses de Vualdburg. Episc. Card. Alba.
Ego Ti. Card. Crispus.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Iac. Card. Puteus.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Card. Aracæli.
Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego R. Card Nauagerius.
Ego A. Card. Farnesius Vicecance.
Ego G. Asc. Card. Cam.
Ego Iul. Card. Vrbin.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Ind. Aualos Card. Arag

Cæ. Glorierius.
Franciscus de Lyon.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Indictione quinta, die vero vigesimaprima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ quarti Anno Tertio, suprascriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis suprascriptis, vt est moris, inibi earundem copiis dimissis affixis per nos Andræam de Curia, & Franciscum Fayæ eiusdem S. D. N. Papæ Cursores.

Pro Magistro Cursorum Franciscus Rogerius Curs.

LXXXII.

Indulgentiarum gratiæ, ab omnibus Officialibus gratis expediantur, excepto salario registraturæ.

De Materia autem Indulgentiarum vide notata inf. in Pij V. const. 30. Et si dominici.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

DECET Romanum Pontificem quem Dominus noster Iesus Christus Vicarium suum cælestibus thesauris dispensandis in terris constituit, prouidere, vt sicut ipse thesauros huiusmodi & gratias cælestes gratis acceptas ad honorem Dei, & illius Sanctorum, animarumque Christifidelium salutem absque lucro dispensat, idem quoque a Romanæ curiæ officialibus quibus literarum apostolicarũ super gratiis a sede apostolica pro tempore concessis expeditio incumbit, obseruetur. Quapropter inconueniens esse censentes pro concessionibus indulgentiarum quæ in solis meritis passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi, & eius gloriosorum Martyrum, & Sanct. consistunt, aliquid temporale exigere; nos præmissis prout nostro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancell. eiusque in Cancellaria Apostolica Locumtenen. necnon Summistæ scriptoribus illorumque pro tempore Rescribendario, Computatori, Receptori, & Defensoribus, necnon Secretariis literarum apostolicarum, illarumque tam maioris, quam minoris præsidentiæ Abbreuiatoribus, ac sollicitatoribus, plumbiq; & Registri magistris Collectoribus, earũdemque literarum apostolicarum Registratoribus, Bullatoribus, Fratribus barbatis nuncupatis, & illorum famulis, necnon in registro supplicationum manu, & in præsentia nostra signatarum magistris, & scriptoribus, aliisque Romanæ Curiæ officialibus, & personis etiam eorum officia ex causa quantumuis onerosa obtinentibus cuiuscunque qualitatis, & conditionis existant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, necnon amissionis ad semestre omnium emolumentorum eorum officiorum quæ ipso iure quoties contrafecerint, fabricæ basilicæ principis Apostolorum de vrbe applicata esse censeantur, & crescente inobedientia etiam priuationis eorundem officiorum ipso facto incurrendis pœnis apostolica auctoritate tenore præsentium præcipimus, & mandamus, quatenus videlicet in regestro supplicationum

Causa constitut.

num magistri, & scriptores huiusmodi vltra salarium inibi pro signaturis ordinariis exigi solitum, alij vero officiales literas apost. tam sub plumbo, quam in forma breuis super gratiis indulgentiarum, & peccatorum remission. etiam plenariarum tam pro viuis quam defunctis, tam ad tempus quam perpetuo, ad futuram seu perpetuã rei memoriam, vel alia forma, ac cum quauis narratiua pro quibusuis particularibus personis, seu ecclesiis etiã Cathedralibus, & Collegiatis, Monasterijs, Prioratibus, Capellis perpetuis, Capellaniis, Oratoriis Hospitalibus, Capitulis, Collegiis, Conuentibus, Confraternitatibus, Societatibus, Vniuersitatibus, & quibuscunque alijs pijs locis a nobis, & successoribus nostris Roman. Pontificibus, etiam facultatem eligendi confessorem cum votorũ commutatione in se continentibus pro tempore Citra tamen clausulam porrectionis manuum adiutricum cõcessis, & concedendis eorum officien. gratis pro Deo vbique per eorum officia absque aliqua taxæ regalium, seu iocalium, aut cuiusuis alterius generis solutione, vel exactione quantumuis ordinaria, vel extraordinaria, omnibus recusatione & contradictione cessantibus, illico nullo alio a nobis aut altero desuper expectato mandato expediant, & prosequentibus illarum expeditionem, etiam si partes, quorum intuitu fuerint concessæ in Roman. curia non sint præsentes, sed longe ab illa absint, expeditas tradant, & consignent. Mandantes dilectis filiis nostro & pro tempore Ro. Pont. Datario, & eisdem Cancellariæ Regenti, quatenus ipsi, vel alter eorum per se vel alium seu alios præsens mandatum nostrum per omnes, & singulos ad quos spectat inuiolabiliter obseruari faciant. Inobedientesq; & rebelles quoscũq; censuras, & pœnas antedictis incidisse declarent, dictasque pœnas ab illis irremissibiliter persolui, & in arcam collegij dictæ fabricæ inferri, & reponi & si contra præceptum hoc nostrum exactum aliquid fuerit, illico eis qui illud soluerint, integre restitui curent, pro celeriori huius mandati nostri obseruatione, dictarumque pœnarum exactione & ablati restitutione. mandatum executiuum si eis videbitur contra eosdem inobedientes, & rebelles quoties opus fuerit, decernant, & relaxent. Non obstan. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictorum officialium collegiorum institutionibus & erectionibus, necnon statutis etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis eisdẽ Vicecancellario, Summistæ, officialibus, & personis, ac collegiis etiam in eorum institutionibus, & erectionibus huiusmodi sub quibuscũque tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis etiã formis derogatoriarũ derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis etiam vim contractus inducen. decretis concessis, confirmatis, & innouatis, quæ eis aut eorum alicui quo ad præmissa volumus nullatenus suffragari, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præceptum, & mandatum nostrum huiusmodi ad hoc vt ad plenam & indubitatam notitiam deueniant, in dicta cancellaria publicentur, & in illius libro describantur, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruentur.

Indulgentiæ gratis expediantur, excepta solutione registraturæ.

Executorum deputatio & facultates.

Clausula derog.

Placet publicetur & describatur. I.

Affixum & publicatum fuit suprascriptum mandatum Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, die vero septima mensis Nouembris, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Anno Tertio.

Publicatio.

L X X X I I I.

Reformatio Rotæ Palatij Apostolici.

De alijs Reformationibus & Materia Rotæ habes sup. Bened. 12. const. 1. Decens. fol. 38. Greg. XI. const. 3. Quãuis fol. 44. Mart. V. const. 3. In apostolicæ fol. 57. Innoc. 8. const. 3. Circumspecta fol. 108. & const. a. finem fol. 127. Leon. x. const. 24. Cum perceperimus, fol. 227. Clem. 7. const. 12. Conueniit, fol. 299. & constit. 47. Cum alias fol. 355. & Pauli III. const. 13. Romani. fol. 374. & constit. 75. Attendentes fol. 487.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN throno iustitiæ, super omnes gentes, & regna, meritis licet imparibus, superna dispositione constituti, ad ea quæ iuris & iustitiæ cultum, ac obseruantiam concernunt, dirigimus potissimum aciem nostræ mentis: vt vniuersis nationibus ad Sedem Apostolicam omnium fidelium matrem, & magistrã, pro litium, & controuersiarum inter eos vigentium decisione recurrentibus, longis iudiciorum curriculis sublatis, ac minoribus quam fieri poterit dispendijs, opportune consulatur. Sane postquam nos circa Curiæ nostræ reformationem solerti studio intendentes, reliquorum eiusdem Curiæ Tribunalium, & Officiorũ emendationẽ, & correctionem cum Dei auxilio, & venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, feliciter peregimus, demum ad Palatij nostri Auditorium, in quo vniuersorum Christifidelium grauiores causæ per duodecim summæ virtutis, & doctrinæ viros, ex omnibus mundi partibus magna cum diligentia conquisitos, mature cognoscuntur, & magna cum integritate, & iustitia terminantur, animum adiecimus. Et licet in eodem Tribunali pauca admodum correctione digna offenderimus, nihilominus vt nihil intactum relinqueremus, nonnulla potius pro litibus abbreuiandis, ac partium dispendiis euitandis, vel saltem minuẽdis, vocatis ipsius Auditoribus, ac pluries tam in voce quam in scriptis auditis, prouidenda censuimus.

Rotæ cõmẽdatio

Causa huius Reformationis.

Et idcirco de eorumdem fratrum nostrorum consilio, statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ad tollendum multiplicationem commissionum, & parcendum laboribus, & expensis litigantium, vnica commissio in qualibet instantia sufficiat, & illius vigore Auditor causam sibi commissam cognoscere, & cum omnibus & singulis dependentibus, & emergentibus, ac alias quomodolibet incidentibus decidere valeat. Possit etiam auditor sine noua commissione præfigere terminum ad docendum de attentatis, ac nullitatibus, & causis propter quas quis in integrum restitui debeat, ac illo elapso & non docto, ad causæ expeditionem procedere, necnon remissorias decernere, dilationes concedere, liquidationes fructuum in partibus delegare, ac omnia & singula alia vsque ad finalem sententiarum suarum executionem inclusiue facere, quæ de Iure Ordinarij facere possunt.

Facultates Auditorum circa causas eis cõmissas.

Prorogationes fatalium concedantur ex causa arbitrio Rotæ.

Prorogationes autem fatalium sæpius, & passim non concedat, sed tantũ ex aliqua honesta causa ac præuia illius cognitione, arbitrio Rotæ.

Sententiæ nõ proferantur, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis.

Auditor tamen in aliqua honesta causa, siue magni, siue parui momenti existat, etiam si eius decisio clari iuris esse videatur, diffinitiuam sententiam, vel interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem ferre non valeat, nisi causa in Rota proposita, & habitis votis Coadiutorum, nisi partes in actis expresse consenserint quod causa sine voto eorumdem Coauditorum expediri possit. Idemque in alijs quibusuis præiudicialibus decretis seruari volumus, si actor vel reus negotium in plena Rota cognoscatur, insliterit.

Sententiæ latę prout in cedula, vel in viam termini pro seruato publicentur vt hic. Notarij accipiẽ. decreta ad referẽdũ, referãt vt hic.

Item sententiæ latæ per Auditores prout in cedula, vt moris est, vel per viam termini pro seruato subscribantur & publicentur in actis intra quindecim dies, & in vltima anni audientia latæ, infra mensem, alioquin pronũciationes huiusmodi pro circunductis habeantur.

Termini etiam pro seruatis habiti, & cedulæ ipsarum sententiarum, quæ interdum per alium Notarium quam actuarium ipsius causæ ad referendum accipi consueuerunt, referantur ipsi Notario causæ eadem vel sequenti die qua recipiuntur. In vltimis vero audientijs, saltem infra triduum. & si Auditor qui pronunciauit prout in cedula, vel terminum habuit pro seruato, retinuerit citationem penes se, illam Notario causæ similiter intra prædictos dies consignare debeat, alias termini huiusmodi circumducti, & irriti censeantur.

Registra quando perfici debeãt an ex sententiam.

Auditor vero non pronunciet in causa, nisi perfecto registro, & illo ad Rotam delato, vna cum dictis testium illisque, ac iuribus in eadem Rota, prout res exegerit, lectis. In vltima vero anni audientia, ac quandocunque agetur de ferenda declaratoria contra contumacem, etiam registro non perfecto, ex originalibus pronunciare valeat. Ita tamen quod pars ad cuius instantiam pronunciatum fuerit, registrum ipsum pro actorum conseruatione quanto citius perfici curare teneatur.

Decisionũ in causis factarũ copia detur partibus petẽtibus.

Et insuper Auditor partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ, cum iuribus, ac rationibus, tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri consueuit.

Causæ ipsorũ Auditorũ & eorũ familiarũ, in Rota nõ cognoscantur.

Causæ autem propriæ Auditorum, & eorum familiarium, ac consanguineorum, vel affinium vsque ad secundum gradum iuxta ius Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota.

Affines, domestici vel notarij Auditorũ, nõ se intromittãt in causis Rotę.

Nec Auditores in eorum domibus Substitutos, vel Doctores, aut alios iurisperitos, etiam cõsanguineos, qui Substituti, vel Aduocati, aut Procuratoris officio fungantur, aut in casibus rotalibus, vel eorum processibus sese quoquomodo intromittant, nec Aduocatos, & Procuratores, aut aliquos ex suis notarijs domesticos habeãt. Item Aduocati, aut Procuratores consanguinei, vel affines vsque ad secundum gradum, alicuius Auditoris ac etiam illius Notarij, in causis coram eo pendentibus nullatenus patrocinari valeant.

Auditores nõ inducant partes vt assumãt certum Aduocatum vel Procuratorem.

Nec Auditores compellant, aut aliquomodo inducant partes per se, vel per alios, vt assumant certum Aduocatum vel Procuratorem, sed electio huiusmodi omnino ipsarum partium arbitrio relinquatur.

Et aduertant, ne cõtra ius, aut stylum aut decisiones impressas aliquid decidant nisi &c.

Item Decanus, & alij Auditores, præsertim antiquiores, attendant, ne aliquid non solum contra ius, sed nec etiam contra stilum, & decisiones antiquas factas in Rota, quæ impressæ habentur, quoquomodo decidatur, etiã prætextu æquitatis in iure non scriptæ, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seu saltem illorũ duabus tertijs partibus, aliter faciendum esse iudicauerit.

Nullitates tres solũmodo attendantur.

Deinceps etiam in causis pendentibus non attendantur aliquæ nullitates, præterquam ea defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati, nisi causa nullitatis specialiter ante datam præsentium commissa reperiretur.

A liquidatione fructuũ & taxat. expensarũ semel appellari liceat.

Et à liquidatione fructuum, & expensarum taxatione, semel tantum appellare liceat, ita quod duæ conformes rem iudicatam faciant.

Auditores quando remittant causas ad Cancellar. Ad quod vide & Ioan sa. consi. 6. fol. 37.

Auditores vero causas sibi commissas, pro sola partium importunitate ad Cancellariam remittere non possint, sed tantum habita licentia a summo Pontifice, vel ex iustis causis deductis in Rota, & ab ea probatis.

Criminalitates ad iudicẽ ordinarium remittãtur.

Et si Auditor cognouerit in actis adesse suspicionem criminis, remittat acta huiusmodi, vel illorum exemplũ prout res exegerit ad iudicem ordinarium. Et si causa criminalis præiudicialis fuerit causæ ciuili, in eius cognitione supersedeat. Et quandocunque Iudex ipse ordinarius, in causis criminalibus coram eo pendentibus, indiguerit depositionibus testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, vt præfertur, exhiberi facere.

Sportulæ taxa in causis profanis.

Vt autem debitus modus sportulis imponatur, non possint Auditores partibus per se vel alium quouismodo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec sponte dantibus vltra taxam infrascriptam accipere, videlicet. In causis pecuniarijs seu prophanis, aut quæ alias pretio nummario quoquomodo estimari possint, si æstimatio rei de qua agetur non excedat summam mille ducatorum, vsque ad aureos decem: a mille vero vsque ad decem millia, vigintiquinque: a decem millibus vsque ad viginti millia, quinquaginta: abinde supra vsque ad quamcunque summam, centum.

Sportul. taxa in Beneficialibus.

In beneficialibus vero, si redditus annuus de quo agetur non excedat summam centum ducatorum, similiter decem: a centum vero vsque ad mille, vigintiquinque: a mille vsque ad tria millia, quinquaginta: abinde vero supra, centum aureos pro sportulis cuiuscunque sententiæ diffinitiuæ duntaxat vt præfertur, accipere valeant. Si vero causa æstimationem non facile recipiat, sportulæ moderatæ pro rerum & personarum qualitate, iuxta taxas prædictas recipi possint: nec aliquid vltra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut alijs quibusuis personis, directe vel indirecte, quouis quæsito colore vel ingenio, exceptis esculentis & poculentis, quæ triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu præstari possit.

Sportulæ deponãtur penes Notarium post latam sententiam.

Quas quidem sportulas iuxta taxam prædictam, apud Notarium causæ post subscriptam sententiam, & notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus: quodque Notarius depositionem, & consignationem huiusmodi in actis notare, & specificare teneatur.

Notarij idonei eligantur, officiaq; non arrendent, & pro substitutorũ facto teneantur.

Officia vero Notariorum Rotæ non conferantur nisi personis peritis, & idoneis, quæ per seipsos illa exercere sciant, & exerceant, nisi aliqua legitima causa impediantur, Nec eo casu officia aliquibus arrendare, aut Substitutos deputare valeant, nisi a proprio Auditore approbati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cauere debeant. Et pro ipsorum substitutorum facto, Notarij ipsi, quo ad interesse partium, tanquam principaliter obligati omnino teneantur.

Districtius præcipientes modernis, & pro tempore existentibus Auditoribus, & eorum Decano in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ, aliisque nostro & pro tempore existentis

se existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis pœnis, vt præsentem constitutionem nostram singulis annis in prima audientia, vna cum aliis constitutionibus antiquis legi & publicari faciant, & illam, ac omnia & singula in ea contenta diligenter obseruent, & ab eorum notarijs, & aliis quatenus ad eos pertinet, obseruari curent cum effectu. Constitutio ista legatur & publicetur quolibet anno in principio Rotæ & obseruetur sub pœna excommunicationis &c.

Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his ab ipsis, vel quibusuis aliis, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Decretũ irritans

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Auditorum collegij, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & facultatibus, eisdem Auditoribus, & Collegio, etiam motu proprio, & consistorialiter, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, in genere vel in specie, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, aut etiam nos concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habẽda, seu quæuis alia exquisita forma seruanda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunque: aut si præfatis Auditoribus, vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nõ possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Clausula derog.

Vt autem præsentes litteræ ad omnium notitiam deducantur, nullusque illarum ignorantiam prætendere valeat, volumus, & mandamus, illas in eiusdem audientiæ Palatij nostri, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, & acie Campi Floræ, per aliquos ex Cursoribus nostris affigi, & per aliquod temporis spatium, relicta ibidem earum copia affixa, detineri, & exinde omnes, & singulos quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurũ, afficere, ac si eis personaliter intimatæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, sexto Cal. Ianuarij, Pont. nostri anno Tertio. Forma & effectus publicationis. Quam habes hic in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego R. Card. de Carpo Epis. Ostien.
Ego F. Card. Pisanus Epis. Port. manu propria.
Ego Fed. Card. Cæsius Epis. Tusculanus.
Ego Io. Card. Moronus Epis. Prænestinus. ff.
Ego Otho Card. August. Epis. Alba.
Ego R. Card. S. Angeli Maior. Pænit.
Ego Ti. Card. Crispus.
Ego Fuluius Card. Per.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. B. Card. S. Clementis.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Clemens Card. Aracœli.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.

Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego Io. Card. Reumanus.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego R. Card. Nauagerius.
Ego Io. Franciscus Card. de Gamb.
Ego A. Card. Farnesius Vicecancell.
Ego G. As. Card. Cam.
Ego Iu. Card. Vrbin.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Ind. Aualus Card. Arag.

Cæ. Glorierius.
Francis. de Lyon.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Indictione sexta die vero vigesimaprima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Dominij Pij diuina prouidẽtia Papæ Quarti, Anno quarto; Retroscriptæ literæ apostolicæ præsentatæ, intimatæ, & notificatæ fuerunt Reuerend. Patribus Dominis Io. Baptistæ de Rubeis Decano, Paulo Aemilio Verallo Episcopo Caputaquen. Iulio Oradino Episcopo Perusino, Gaspari Groperio, Francisco Sarmento, Pomponio Cottæ, Iacobo Grato, & Christophoro Robofter Sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, & locatenen. respectiue, eos requiren. vt eisdem literis in omnibus & per omnia parerent & obedirent, copiam earundem literarum eis dimittendo, Romæ in Palatio, & in Circulo secreto Rotæ personaliter inuentis, habitis & apprehensis. Intimatur hæc const. Auditorib. Rotæ.

Deinde retroscriptæ præfatæ literæ lectæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis in eisdem literis designatis iuxta earum literarum seriem, & tenorem, per nos Bernardinum Andreutium & Iulium parinum Apostolicos Cursores. Publicatio.

Petrus Valtrini Magister Cursorum.

Reformatio

LXXXIV.

Reformatio Signaturæ Iustitiæ.

Præfectus istius Signaturæ nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Alexander Riarius Bononien. Cardinalis tit. S. Mariæ de Ara cæli.

Referendariorum vero priuilegia, habes sup. in Pauli III. const. 14. Debita consideratione fol. 402. vbi notaui de Materia.

De Materia Signaturæ vide etiam sup. in Iul. II. const. 16. fol. 163. Leon. X. const. 8. Regimini fol. 187. & Pauli III. const. 22. Cum sicut ex fol. 392. & const. 69. Cum diebus fol. 485. & Iul. 3. const. 30. Decet fol. 531. & sup. proxime in const. 68. Et si cuncta fol. 742. & in const. 81. In eligendis fol. 767. & inf. in const. seq. & const. 128. licet dudum & Pij V. const. 97. Et si omnium.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

CUM nuper nos generali Officiorum, & Tribunalium Romanæ Curiæ pro abusibus extirpandis, ac vniuersali in ea litigantium commoditate, reformationi intenderimus, & prouiderimus, Cupientes eorundem litigantium indemnitati in totum consulere, ac vt celerius lites terminentur prouidere, valde opportunum, imo necessarium esse censuimus etiam Signaturam Iustitiæ, a qua plerunque hi qui lites in longum protrahere, aliosque diutius, & grauioribus impensis defaticare quærunt, cauillationibus, & versutijs diuersa rescripta, aut superflua, aut dilationem inducentia extorqueant, reformare. Idcirco pro illius reformatione, visis & etiam mature discussis, nonnullis per dilectos filios Referendarios nostros adnotatis, & coram nobis etiam in præsentia nonnullorum ex venerabilibus fratribus S.R.E. Cardinalibus propositis, de eorundem, ac cæterorum fratrum nostrorum consilio, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus.

Causa huius Reformationis.

Commissiones reiectæ in Signatura Iustitiæ, quando proponi possint in Signatura Gratiæ.

Quod nullus ex dictis Referendarijs propositas, & reiectas in Signatura Iustitiæ commissiones, in Signatura Gratiæ coram nobis proponere audeat, nisi talis sit materia, quæ scientiam nostram requirat, aut quæ per Signaturam Iustitiæ ad eandem Signaturam Gratiæ remissa fuerit.

Aduocatoriæ & aliæ præiudiciales, nõ Signentur nisi parte citata.

Nec in antiquis, ac arduis materiis in quibus plures hincinde expeditæ fuerint commissiones, & in auocatoriis a prioribus iudicibus, & quouismodo præiudicialibus, manum apponere nisi ipsius citata coram eo parte interesse habente.

Præinsertarũ reformatoriæ quomodo signandæ.

Et cum agitur de reuocatione, aut moderatione alicuius præinsertæ, similiter manum non apponat, nisi in præinserta appositum sit nomen Referendarij, qui illi manum apposuit, vt rationem reddere, & eam iustificare possit: Nec etiam reformatio siue moderatio eiusdem præinsertæ ab habente Signaturam Iustitiæ, nisi nomen Referendarij, vt præmittitur in ipsa præinserta appositum fuerit, aliquo modo signetur.

Appellationes ab interlocutorijs, vel vim diffinitiuæ habentibus, quando sint cõmittendæ.

Minus in commissionibus appellationum ab interlocutorijs, nisi expresso releuanti grauamine, Nec cum appellatur a diffinitiua cum clausula, aut vim diffinitiuæ habente, nisi res adeo exprimatur, vt videat Referendarius, an tale sit grauamen, quod per diffinitiuam reparari non possit. Etsi in commissione apposita fuerit clausula, cum toto negotio principali, tunc addatur, iustificato tamen dicto grauamine.

Nullitatũ & attentatorũ commissiones quomodo signandæ.

Abstineant vlterius Referendarij ab appositione manuum in commissionibus nullitatum, & attentatorum, nisi exprimantur nullitates ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati, & ipsa attentata.

Appellationes à sententijs latis pro vt in cedula non committantur.

Et pariter in illis in quibus narratur, pronunciatum fuisse prout in cedulis.

Fatalium prorogationes non dentur, vltra primam vicem.

Nec etiam manum apponant in commissionibus prorogationis fatalium, nisi in quibus prima vice ipsa prorogatio petitur, illas vero commissiones in quibus pro vlteriori prorogatione supplicatur, in Signatura nostra gratiæ proponant.

Hoc est reuocatũ & inf. proxime.

Criminales & Matrimoniales causæ quibus sint cõmittendæ.

Causæ criminales, & matrimoniales non inferioribus Episcopis, & in terris Ecclesiæ, causæ criminales clericorum in sacris constitutorum Ordinario, reliquorum vero clericorum, & laicorum locorum Gubernatoribus committantur.

Iudices causarũ nullitatũ, attentatorũ, & restitutionis in integrũ.

Et vt lites quanto citius fieri possit, ac minori partium dispendio expediantur, decernimus, quod quilibet Iudex cui causæ restitutionis in integrum, nullitatis, & attentatorum, de cætero committentur, possit absque speciali commissione præfigere terminum ad docendum de causis restitutionis, ac de ipsius nullitatibus, seu attentatis, & eo lapso, & non docto, ad negotii principalis expeditionem procedere.

Terminorũ reiteratio fiat absque spẽali commissiõe.

Similiter quilibet Iudex in quibuslibet causis coram eo introductis, & introducendis, & etiam Auditor Rotæ, in causis extra Rotã cõmissis, possint omnes terminos substantiales in vim constitutionis a fe. re. Innocẽtio Papa VIII. prædecessore nostro, quam ad omnes Iudices, & etiam Auditores in causis præmissis tenore præsentium extendimus, absque alia speciali commissione reiterare.

Ab excess. tax. expẽs. semel appelletur.

Quodque ab excessiua taxatione expensarum, semel tantum appellatio committatur, & duæ sententiæ habeant vim trium.

Cãũ discuss. instantia quantum duret.

Causæ discussionum inter creditores, & hæredes defuncti, seu alterius debitoris, de cuius bonis inter ipsos creditores agitur, intra tres menses, quo ad præsentes, quo ad absentes verò, citra montes intra sex menses, vltra autem intra nouem expediantur, & nullo modo nisi ex magna causa, & per Signaturam nostram Gratiæ instantia prædicta prorogetur.

Hæredes infra quod tempus deliberare & inuentarium facere debeant.

Et a die obitus debitoris intra duos menses hæredes præsentes, absentes autem citra montes intra quatuor, vltra vero montes intra sex inuentarium conficere, & an velint hæreditatem adire, deliberare teneantur.

Et interim Iudices coram quibus causas discussionis huiusmodi pendere contigerit, bona ipsius debitoris defuncti.

functi, vel decoctoris debitoris creditoribus habentibus credita eorum liquida interim recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora, & potiora, & contribuendo habentibus æqualia iura consignari mandent, & faciant.

Discussione facta pendentibus, creditaliquida exe cutioni demandentur, data cautione vt hic.

Si quis autem constitutioni nostræ huiusmodi in aliquo contrauenerit, indignationis nostræ, ac alias arbitrij nostri pœnas eo ipso incurrat. Et nihilominus commissiones contra tenorem præsentium signatæ, nullius sint roboris, vel momenti, ac per præoccupationem extortæ censeantur, illisque Iudices quibus eas præsentari continget, minime parere teneantur. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Cal. Ianuarij. Pon. Nostri anno tertio.

Decretũ irritans

Clausula derog.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.
Locus signi.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Portuen.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tuscul.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Prænest.
Ego Christof. Card. Episcopus Sabin. Triden.
Ego Otho Card. August. Albanensis.
Ego R. Card. S. Angeli Maior Pæn.
Ego Tiberius Card. Crispus.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reomanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Card. Aracæli.
Ego Iac. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego A. Card. Farnesius Vicecancellarius.
Ego G. Asc. Card. Camerarius.
Ego Iu. Card. Vrbinas.
Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Indicus de Auolos Card. Aragonius.

Declaratio dictæ Reformationis circa prorogationes fatalium.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nuper nostris literis quæ super reformatione Signaturæ edidimus, inter cætera cauetur, quod prorogationes fataliũ nõ nisi semel a Signatura Iustitiæ concedi possent, sperãtes infra prima vel saltem secũda fatalia, causas decidi & terminari posse, Cũq; vt accepimus tã propter causarũ multitudinẽ quã etiã propter illorũ implicitatẽ, sit quodammodo impossibile id fieri, & propter eandẽ causarũ multitudinẽ, contingere posse Signaturã nostrã quandoque totã impediri in prorogationibus prædictis. Igitur cupiẽtes nõ solũ publicæ vtilitati, sed etiã commoditati salubriter prouidere motu simili decernimus, statuimus, & ordinamus eorundem fatalium prorogationem, in quibusuis causis a nostra Signatura Iustitiæ, prout ante dictarum nostrarum literarum editionem, fieri consueuit, concedi: Et quatenus post emanatas a nobis literas super reformatione Signaturæ Iustitiæ vsque in diem publicationis præsentis nostri motus proprij, instantia seu fatalia alicuius causæ lapsa fuerint, defectu prorogationum, partes litigantes læsas aduersus peremptionem instantiæ, ac fatalium huiusmodi in integrum arbitrio dilecti filij nostri Ludouici tituli Sancti Cyriaci in Thermis presbyteri Cardinalis Simonetæ nuncupati, dictæ Signaturæ Præsidentis, restitui posse, & indulgeri & taliter concessas, & indultas suæ firmitatis robur obtinere, perinde ac si dictæ nostræ literæ talem clausulam non habuissent, illis aliter in suo robore permansuris, Et sic per quoscunque iudices &c. sublata &c. irritum quoque &c. Præmissis cæterisque in contrarium facien. non obstan. quibuscunque. Volumus tamen quod in secunda siue vlteriori prorogatione, & restitutione concedend. per dictum Ludouicum Cardinalem adhibeatur diligentia, vt ea causa & non aliter, tales prorogationes concedantur, super quo eius cõscientiam oneramus. Ad quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat, & sumptus illius impressi vbique fidem faciat in iudicio, & extra, attento quod in Vrbe.

Causa huius declarationis.

Declaratio quod Signatura Iustitiæ concedat prorogationes fatalium iuxta consuetum non obstãte præmissa reformatione.

Quod intellige vt hic in f.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Februarij anno quinto.

Die vigesima Februarij Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis copijs earundem affixis, per me Stephanum de Olea Curs.

Publicatio.

Franciscus Rogerius Magister Cursorum.

Reformatio

LXXXV.

Reformatio ordinariorum Almæ Vrbis, & Romanæ Curiæ Tribunalium, & Officij Aduocati & Procuratoris Fiſci ac Pauperum, & etiam mercedis Curſorum, Mandatariorum, Baricellorum ac aliorum Executorum.

Pænitentiariā reformauit ſtc Pō t.f. ſup. in conſt. 69 fol. 744. Cameram quoque Apo. reformauit ſup. in conſt. 70. fol. 747. Auditoris Cameræ officiū etiā reformauit ſup. in conſt. 74. fol. Reformat modo tertio Vrbis Tribunalia ordinaria, & offic. & Fiſci.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM ab ipſo noſtri Pontificatus initio id præcipuum ſemper corde geſſerimus, vt Romanæ Curiæ officia, & Tribunalia, ſublatis omnibus qui ex nimia forſan præteritorum temporum licentia inualuerant abuſibus, in meliorem formam reducerentur: Ac ob id in primis ad Pænitentiariam noſtram vtpote in qua de animarum ſalute maxime agitur, mentis noſtræ aciem conuertentes, pro illius reformatione nonnulla ſtatuta perpetuo obſeruanda ediderimus: Et deinde conſiderantes nobis ea iniuncto ſummi apoſtolatus officio etiam incumbere non ſolum rebus ſpiritualibus conuenientia remedia adhibere, ſed etiam temporali ſedis apoſt. dominio ſubiectos præſertim pauperes ab oneribus quantum fieri poteſt ſubleuare, ac vt in tranquillitate recte gubernentur prouidere, Cam. noſtræ Apoſto. officia ad honeſtum modum reduxerimus, & illius etiā, ac noſtri Auditoratus officium reformauerimus; Verum pro vlteriori reformatione huiuſmodi proſequenda opportunum quinimo neceſſarium eſſe cenſentes reliqua etiam prædictæ Vrbis & Curiæ ordinaria tribunalia, & ab illis dependentia, noſtrique etiam Fiſci procuratoris officium ad debitam normam reducere, illorum Magiſtratibus ac Notariis & aliis officialibus in vnum pluries congregatis, & in præſentia noſtra, ac nonnullorum venerabilium fratrū noſtrorum S.R.E. Cardinalium ab hoc a nobis ſpecialiter electorum auditis, ac omnibus mature conſideratis, etiam de cæterorum omnium fratrum noſtrorum conſilio hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus.

Sportulas non recipiant Iudices ordinarii in cauſis ciuilibus ordinariis.

Quod nullus Iudicum ordinariorum almæ Vrbis & Roman. Curiæ cuiuſcunque ſit dignitatis in cauſis ciuilibus ordinariis ratione ſportularum aliquid prorſus accipiat etiam ſe ſponte dare volentibus.

In criminalibusque ordinariis pro abſolutoriis ſportulas habeant vt hic.

In criminalibus vero pro ſportulis ſententiæ diffinitiuæ abſolutoriæ a prætenſis criminibus in quibus alias pœna a deportatione ſupra veniret imponenda, non vltra decem, a deportatione vero infra, non vltra quinque aureos accipere poſſint. Et ſibi ipſis caueant, ne pro extorquendis huiuſmodi ſportulis aliquem nolentem, quouis modo abſolui ad petendum ſententiam huiuſmodi per cauſarum expeditionis dilationem, vel rei in carceribus detentionem, vel per cautiones de ſe repræſentando, vel non diſcedendo, vbi alias illis de iure locus non ſit, præſtandi cautionem aut alias quoquomodo inducant. Pro ſententia autem in cauſis capitalibus, & vltimi ſupplicij, vel in qua alias pœna corporalis imponitur, etiamſi in illa indemnitati partis offenſæ, vel proſequentis proprium intereſſe etiam pecuniarum prouideatur, & in illius fauorem pronuncietur, nihil prorſus accipiāt.

In criminalibus verò cōmiſſariis ſportulas dupl. accipere valeant.

Et pro ea, in qua pœna pecuniaria, vel relegationis imponitur, & incidenter indemnitati conſulitur, & in illius fauorem etiam pronunciatur, non vltra quinque aureos habere poſſint.

In commiſſariis cauſis criminalibus quæ ſcilicet in vim commiſſionis a principio coram eis introducuntur non vltra duplum eius quod in ordinariis accipere valeant.

In ciuilibus etiā cōmiſſariis ſportulas habere poſſint vt hic.

In ciuilibus ſimili modo cōmiſſariis, vbi de ſumma a viginti quinque infra agitur nihil prorſus, a vigintiquinque vſque ad centum ſcuta tria, a centum vſque ad ducenta ſcuta ſex: a ducentum vſque ad quamcunque ſummam ſcuta decem & non vltra.

Pro ſententiis declaratoriis ſportulas recipere valeant vt hic.

Pro quacūque ſententia declaratoria ob non paritionem monitorij in cōtumaciam non vltra decem carlenos.

Pro decretis diffinitiuis ſportulas non recipiāt.

Pro declaratoria in vim litterarum aut alias habente vim diffinitiuæ, ſi ſumma ſit certa, accipiant prout ſupra taxatum fuit, vbi autem non ſit certa, ſed agatur ad ipſarum literarum executionem, accipiant ſecundum cauſæ & perſonæ qualitatem, dummodo non vltra quinque aureos.

Pro decretis in contractibus interponendis & quid recipiāt.

Pro quocunque interlocutorio ſeu decreto ante diffinitiuam ſententiam nihil omnino.

Decreta ſeu interponi poſſunt Gubernator, Auditor Cameræ, Vicarius & Senat. & eius Iudices.

Et ſimiliter pro decretis in contractibus & obligationibus virorum, & mulierum, aut rerum eccleſiæ, & piorum locorum, in domo ipſorum Iudicum interponendis, ac etiam pro caſſatione cuiuſcunque querelæ ſiue proceſſus, nihil, pro decretis vero extra domum interponendis, dimidium vnius ſcuti tantum accipiant.

Quæ quidem decreta non niſi a Gubernatore, Auditore Cameræ, Vicario, & Senatore, ac eorum Iudicibus in contractibus, & obligationibus præfatis interponantur.

Capitaneus app. Vrbis recipiat ſportulas iuxta taxā ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 46.

Capitaneus tamen appellationum Curiæ Capitolij recipiat ſportulas ſecundum taxam per ſtatuta Vrbis ei traditam.

Sportulas recipiant Iudices a Notario poſt ſententiā ſubſcriptam.

Quas etiam ſportulas ſuperius taxatas non niſi è manibus Notarij cauſæ, & ſententia prius ab ipſis ſubſcripta accipere eis vllo modo liceat.

Pro ſigillo quid exigere poſſint.

Pro ſigillo præſertim in mandatis de relaxando carceratos pro quouis crimine etiam capitali, & in quouis alio genere expeditionum in cauſis criminalibus apponendo non exigant vltra Iulium vnum, excepto Auditore Cameræ quo ad eius expeditiones taxam requirentes dumtaxat, in ciuilibus autem vnuſquiſque exigat iuxta ſolitum. Pro ſigillo in expeditionibus quæ fiunt in curia cum clauſula. Si quis, nihil.

A Baricellis nihil recipiant.

A Baricello & quibuſuis aliis executoribus etiam Curiarum ſuarum particularibus & ſi ſponte dare velint; ſub quouis prætextu nihil prorſus recipere præſumant.

In expeditione Carcerat. ſeruent Motū proprium Pau. 3. quē habes ſup. f. 471. n. 18.

Et quo ad expeditionem carceratorum obſeruent in omnibus, & per omnia Motum proprium a felicis recordationis Paulo III. circa eorundem carceratorum expeditionem editum.

Sententias latas pro vt in cedula, & terminos habitos pro ſeruato declarent infra decē.

Idemque iudices tam in criminalibus quam in ciuilibus, qui ſententias prout in cedula ferre, & terminos pro ſeruatis habere conſueuerunt, dictarum ſententiarum cedulas ſubſcribere, & terminos pro ſeruatis habitos declarare intra decem dies omnino teneantur. Nec citationes in quarum terminis pronunciare, vel earum terminos pro ſeruatis haberi contigerit, penes ſe ipſos retinere poſſint, ſed penes Notarios actuarios dimittant,

Alioquin

Alioquin sententiæ & termini ipsi lapsis dictis decem diebus pro circumductis habeantur.

Non attendant nullitates nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, vel mandati, sed illis non obstantibus ad causarum expeditionem procedant.

Nullitates ex tribus tãtũ attẽdãt.

Expediant causas à duobus scutis infra summarie, manu regia, partibus tantum oretenus auditis, & sine scriptis, nisi aliter ipsis ex rationabili causa visum fuerit, quam Burgi, de Sabellis, Ripæ, & Ripettæ iudices exprimere in actis teneantur.

Causas à duobus scutis infra sine scriptis expediãt.

Gubernator semel in mense, vna cum pauperũ, ac Fisci Aduocatis, & Procuratoribus, ac deputato à Societate Charitatis vltra visitationem ordinarie semel in hebdomada fieri solitam, visitet carceres, tã secretos, quàm publicos per seipsum, ne carcerati indebite à custodibus carcerum opprimãtur, ac vt tabula nouissime à dilecto filio Guido Ascanio sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali & Camerario nostro edita, & in ipsis carceribus affixa tenenda obseruetur, prouideat.

Gubernator visitet quolibet mense Carceres, vltra visitationem ordinariã. De qua vide infra Pij V. consti. 193. Re ordandi.

Protector vero charitatis & illius deputati cum interuentu Gubernatoris, & procuratoris Fisci eligat duos Medicos fideles & expertos, vnum videlicet Physicum, alterum vero Ghirurgum, qui visitent carceratos infirmos, & eos curent, ac de eorum infirmitate, cum opus fuerit, fidem faciant eidem Gubernatori, & alijs Iudicibus, prouideatque eisdem de competenti salario ex pœnis maleficiorum soluendo.

Medici duo ad curãdos carceratos per Protectorẽ charitatis eligantur.

Et in primis eligat aliquem presbyterum secularem vel regularem, qui confessiones ipsorum infirmorum vel aliorum carceratorum, non tamen vltimo supplicio damnatorum, postquam in manibus executorum consignati fuerint, quorum cura ad Confratres Societatis sancti Ioannis Baptistæ Misericordiæ nuncupati, spectat, audiat, eosdem carceratos visitet, ac spiritualiter consuletur.

Cõfessor etiam eligatur.

Nullus Iudicum etiam Burgi, de Sabellis, Ripæ, & Ripettæ in causis criminalibus procedat, seu sententiam ferat, nisi Fisco in omnibus actis, in quibus de iure citari debet, legitime citato.

Fiscus citetur in causis criminalibus corã quocunque Iudice.

Non retineant domi suæ familiariter aliquem Procuratorem, nec Aduocatum, nec etiam Notariũ suæ curiæ.

Iudex de Sabellis nullas pecunias pro obtinendo iudicatus officium Marescallo pro tempore existenti persoluat, aut ei etiam post assecutum officium mutuet, nec sub quouis prætextu quicquam ei det, minus ipse Marescallus ab eodem Iudice quauis occasione vel causa etiam in vim cuiuscunque prætẽsi indulti sibi à Sede Apostolica concessi, aut prætensæ consuetudinis, quod, & quam per præsentes reuocamus, & improbamus, percipere audeat.

Iudex Curiæ de Sabellis gratuito per Marescallum deputetur. Hoc idem voluit Greg. 13. infr. in eius consti. 30.

Liceatque eidẽ Marescallo duos tantũ Notarios actuarios in eius curia habere, nec quouis prætextu numerum Notariorum huiusmodi augere possit, Supprimendo ex nunc prout supprimimus omnia dictæ Curiæ Notariatus officia, duobus tantum exceptis ad ipsius Marescalli electionem. Ita tamen quod dicti duo cæteris de pretio officiorum suorum satisfacere teneantur.

Notariorum officia in eadẽ Curia duo tantummodo habeãtur. Quod voluit Greg. 13. ibidem.

Item Marescallus officium Commentariensis & Capitanei Curiæ suæ nullo modo arrendet, sed per fideles & idoneos Custodes & executores illa exerceri faciat, Ipsis prius carcerum custodibus à Gubernatore Vrbis approbatis.

Cõmentariẽsis & Capitanei officia eiusdẽ Curiæ officia nõ locẽtur. Quod ibidẽ voluit Greg. 13.

Iudices Burgi, & de Sabellis, ac Turris Nonæ coram Gubernatore & Auditore Cameræ in fine cuiuslibet anni, & Ripettæ, ac Ripæ in fine officij coram Clerico Cameræ eiusdem Ripæ præsidente syndicatui stare teneantur.

Iudices Burgi, & de Sabellis, ac Turris Nonæ & Ripæ, & Ripettæ syndicẽtur vt hic.

Nec idem Camerarius Ripæ vltra sex menses in eius officio permanere, nec confirmari valeat.

Ripæ Camerarius officium duras ad sex mẽses. De cuius facult. vide sup. in cõst. 72. fol. 752.

Causæ tamen eorum qui in Burgo habitant, in prima instantia coram Iudice Burgi cognoscantur & terminentur, exceptis causis obligationum in forma Cameræ, quæ coram suis Iudicibus, & mercedum, ac miserabilium personarum, quæ ad instantiam creditorum coram omnibus ordinarijs Iudicibus introduci, & ab illis terminari possint.

Iudicis Burgi iurisdictio.

Conseruatores vrbis in Palatio pro ipsis deputato residere teneantur hoc videlicet modo, primus ipsorũ primo mense, secundus secundo, & tertius tertio, ita quod vnus ipsorum in dicto palatio semper resideat.

Cõseruatores vrbis quo ordine resideant.

Non possint de pœnis statutarijs, vel per eorum proclamata inflictis, aliquo modo gratiam facere in totum, & præsertim de corporalibus, nec illas commutare sine consensu ipsorum omnium insimul conuocatorum: & eo casu nõ vltra medietatẽ pœnæ remittere, nec in domo super huiusmodi gratijs aliquid signare possint, sed earundem pœnarum executionem, postquam de illatum incursu constiterit, celeriter procedant: Ad quarũ etiam pœnarum præsertim corporalium executionem in euentum, in quem non mittantur executioni per ipsos Conseruatores à die delati criminis intrà quindecim dies quilibet alius Iudex ordinarius procedere possit, dummodo pœnas pecuniarias in manibus Camerarij populi à reis persolui faciat, nec ipsos reos à carceribus sine dictorum Conseruatorum consensu relaxet. Et cum potissime ipsorum officium consistat in coercendis, & puniendis Pistoribus, Lanijs, Salmẽtarijs, Olitoriis, Fructarolis, & alijs artificibus, vt vrbs ipsa omnibus ad victum necessariis magis quam fieri possit abundet: Abstineant ab omni genere muneris, etiam ab esculentis & poculentis ab huiusmodi scilicet speciei hominibus, nec ab eis aliquid sub quouis prætextu accipiant. A quibus etiam abstinere faciant omnino eorum Scribam, Notarium, & Secretarium, ac Fideles, & alios eorum officiales, & in primis extraordinarios, corporali pœna eos coercendo, & deinde ab officio remouendo.

Conseruatorũ facultates in coercendos artifices. Ad quod vide noua Vrbis statu. lib. 1. cap. 35. & lib. 3. c. 4. & seq.

Quos extraordinarios ad officium extraordinariatus huiusmodi exercendum nullatenus admittant, nisi recepta ab eis cautione saltem iuratoria sub pœna ipsis Conseruatoribus beneuisa de officium ipsum fideliter exercendo, & præmissa obseruando, ac de seipsos repræsentando pro omni eo quod in exercitio dicti eorum officij admittere possint.

Extraordinarij Pop. Romani antequã admittantur ad officium caueant, vt hic Immo caueant vt in nouo stat. lib. 3. c. 19

Quibus quidem extraordinarijs fidem adhibeant iuxta formam decreti à modernis Conseruatoribus vltimo loco editi, & non aliter.

Extraordinariis, quæ fide sit adhibendo.

Cogant extraordinarium maiorem ad exercendum officium etiam per seipsum, & per substitutum idoneum ab ipsis Conseruatoribus approbandum.

Et idem extraordinarius maior, & eius substitutus, ac minores extraordinarii cogere possint quoscunque etiã per detentionem corporum, vt permittant ponderare carnes, & alia omnia quæ sub eorum cura sunt, & pretiũ denuntient, & recusantes pro prima vice puniãtur in duplum valoris rei penes eos inuẽtæ, & pro alia vice, si illud idẽ admiserint, in duplũ, & alia etiã corporali arbitrio Conseruatorũ, & nihilominus extraordinarius, &

Extraordinariorum officium & facultates. Ad quod vide stat. c. 19. lib. 3.

eius substitutus, ac alij minores extraordinarij prædicti omnia Conseruatoribus denunciēt, & res taliter inuentas nullatenus sibi retineant, sed ad ipsos Conseruatores deferre teneantur.

Extraordinarijs obediāt Barricelli, & executores omnes.

Et Barricellus, ac alij executores quarumcunque Curiarum eidem Extraordinario maiori, & eius substituto in prædictis, ac alijs eorum officium concernentibus obedire teneantur.

Mandata executiua cuiuscunque Iudicis, per quoscunque executores, & vbique exequi possint.

Mandata executiua quæcunque, tam in ciuilibus quàm in criminalibus à quibuscunque Iudicibus decreta, passim, & indistinctè, vbique tam in Vrbe quàm in Burgo, & Ripa, nulla locorum distinctione habita, absque alicuius licentia, & præsertim Capitanei, & Iudicis Burgi, ac Camerarii Ripæ, per quoscunque executores libere executioni demandentur: nec executio, sub eo etiam prætextu, quòd locus Iudici, qui mandatum decreuit, subiectus non sit, aliquo modo impediri posit.

Magistri viarum quid & quando exigere possint ab Artificibus pro pretio locorum.

Magistri viarum, à Pistoribus, Lanijs, Salmentarijs, Fructarolis, & cæteris huiusmodi pro pretijs locorum ad exponenda venalia, tam in Plateis, quàm in vijs illis concedi solitorum exigant quartam partem minus quàm hactenus exigi consueuerit, præterquam à deferentibus res venales ad mercatū in platea Agonis, à quibus nihil prorsus exigere possint.

Magistrorū viarum officium & facultates. De quibus vide infra in Gregor. 13. const. 15 Quæ publice, ac nou. stat. lib. 3. c. 39.

Ad strata lateritia in vijs, prout opus esse eis videbitur, Dominos contiguarum domorum cuiuscunque sint dignitatis, aut si ipsi abfuerint, vel soluendo non sint, illorum inquilinos iuris remedijs opportunis, ac sub eorum arbitrij pœnis cogant. Curent ea pecunijs, quæ ab vrbis artificibus exiguntur, & deponuntur, ac etiam à Carrecterijs, quæ similiter deponentur, nec ab eisdem magistris quouis modo percipiantur. Vias eiusdem vrbis continuo, ac Agonis, & cæteras plateas dictæ vrbis ad minus quater in anno: Idemque in Martij, Iunij, Septembris, & Decembris mensibus munditijs purgari. Nullos actus, nullaque negotia, quæ alicuius momenti fuerint, sine rogitu sui Notarij expediant.

Submagistri fidē in relationib. faciant sub iuramento, vt hic.

Submagistri vero illorum relationes, quas tanquam periti facere solent, non nisi mediante iuramento faciāt, & si quid dolo, vel fraude egerint, periurij & alias pœnas arbitrio Camerarii, & Clerici Cameræ pro tempore Præsidentis incurrant, & ad interesse partibus condementur.

Magistri edant proclamata sub nomine Camerarij, &c.

Edant in initio eorum officii proclamata sub nomine dicti Camerarij, & de pœnis in illis contentis, ac statutariis nullam sine eiusdem Camerarii, aut saltem Clerici Præsidentis mandato gratiam facere possint. In cæteris tam quo ad appellationes ab eorum sententiis, quam quo ad reliqua omnia, obseruēt noua & vetera statuta.

Aduocati pauperum officium.

Aduocatus pauperum sollicite studeat ne carcerati in aliquo tam à Iudicibus, quàm etiam ab executoribus, & carcerū custodibus grauentur: Et propterea nō desit vnquam in visitationibus carcerum, tam publicis, quàm priuatis, & procuratores pauperum, ac illorum substitutos, & etiam carcerum visitatorem singulis hebdomadis vna vice ad se euocet, & de omnibus carceratis, præsertim his qui in secretis detinentur, diligenter se informet; Et si ipsos procuratores vel substitutos, & visitatorem negligentes inuenerit, Visitatoribus carcerum denunciet, ac vt de aliis prouideatur instet: Et cum ratione officii sui grati pauperes defendere, & illis patrocinari debeat, nihil penitus ab illis accipiat. Et vt facilius ipsis pauperibus operam suam impendere possit, visitator carcerum quolibet die post visitationem carceratorum ad ipsum accedere, & sibi nomina eorum qui in dies carcerantur in scriptis, & pariter etiam Iudicibus deferre teneatur.

Procuratoris pauperum officium.

Procuratores verò eorundem pauperum, & ipsorū substituti, singulo quoque die carceres visitare, & nomina omnium qui ad illos ducuntur, ac Iudicum de quorum mandato, ac etiam causas eorum detētionis, & diem cum ad largam ponuntur, & an ante, vel post prandium, siue cœnam, annotare teneantur. Et similiter pecunias & alias quascunque res, quas inuenerint repertas fuisse penes ipsos carceratos, & deinde omnia ad notitiam dicti aduocati deducant ad quem etiam quod ab ipso minime requisiti fuerint, semel in hebdomada, & interim totiens quotiens carceratis opus erit, accedant.

Nihil omnino accipiāt à pauperibus, nec etiam ab aliis carceratis etiam quod diuites sint, sine speciali licentia Gubernatoris, aut saltem pauperum aduocati.

Fisci Aduocati officium.

Non possint aliquo modo dicti Procuratores, & substituti contra reos ad offensam, etiam si extra carceres ipsorum reorum causa agatur, neque etiam Aduocatus patrocinando, vel alias quomodolibet sub quouis prætextu interuenire.

Fisci Procuratoris officium.

Fisci Aduocatus in omnibus causis criminalibus, & aliàs Fiscū tangentibus, vbi articuli iuris emerserint, interueniat, & Procurator Fisci ipsum super hoc omnino requirere teneatur, & in eis absque vllo præmio patrocinetur: possit tamen ab instigantibus propriam iniuriam, vel interesse prosequentibus, si quid sponte dare voluerint, illud percipere. Idemque in omnibus visitationibus carcerum adesse teneatur, nec reorum etiam extra carceres existentium defensionem assumat, sed pro veritate, & iustitia causam Fisci teneatur.

A quibus abstinere debeat idē Fisci Procurator.

Procurator autem Fisci in primis prospiciat, quod sicut in admissione ad eius officium in Camera Apostolica de illud recte, & fideliter administrando iuramentum præstat, ita in illius prosecutione taliter se gerat, vt causam nullam promoueat, quam calumniosam esse cognouerit, & cum primum de calumnia post litem cœptam, vel de rei innocentia constiterit, ab illa desistat, & aliter non expectata sententia.

Et cum ratione sui officij cogatur ad introducēdas causas, in quibus de interesse Fisci agitur, nihil omnino ab instigatoribus accipiat pro decreto, vel subscriptione cuiuscunque monitorii, etiam ad personaliter comparendum. In prosecutione vero causarum nō nisi moderate pro labore per eum siue eius substitutos ad vtilitatem, & commodum eorundem instigatorum subeundo: Nihil vero accipiat à reis sub quouis prætextu, & præsertim ab iis qui obtinuerint sententiam absolutoriam à qua ipse procurator appellare noluerit: Nec etiam pro appositione manus in mandatis de relaxando, quibus nihilominus custodes carcerum, vbi id eis à Iudicibus committitur expresse sine dicti procuratoris Fisci manus appositione obedire, & carceratos dimittere teneantur.

Expensæ contumaciales à reo reficiendæ in causis criminalib. quando instigantes vel Fisco & Notariis debeantur consignari.

Quo ad expensas contumaciales, vel quæ alias à reo reficiūtur, si instigator aderit siue apertus, siue secretus, qui ipsas fecerit, ipsi instigatori procurator Fiscalis, cui ratione cōdēnationis soluēdæ veniūt, restituat, vbi vero nullus adfuerit instigator, satisfacto prius de illis Notariis pro mercede laborū suorū, residuū dictarū expensarū (cum non sit iustum reum ex contumacia sua cōmodum consequi debere) eidem procuratori Fisci persoluatur.

Fisci Procurator reos non examinet nisi corā Iudice, & pro examine testiū pro reo inductorum nihil recipiat ipse vel eius substituti.

Reos non interroget, nec testes examinet, nisi in præsentia Iudicis, & pro assistentia siue examine reorum, vel testium, siue ad offensam, siue ad defensam, vel alias pro reo inductorum nihil prorsus accipiat, nec etiam sui substituti accipiāt; & vbi in termino citationis examini testium non interfuerit, vel interrogatoria nō dederit,

teste

testes inducti sine vlteriori dilatione examinentur.

Citatus originalem citationem non posit retinere pœnes se vltra diem, sed illam cursori restituere sequenti die teneatur, illius copia dimissa si voluerit. In qua citatione pars ad cuius instantiam fit, nomen Notarij in cuius officio causa tractatur, vel tractari debet, & procuratoris, si principalis abfit ab vrbe, apponere debeat, alioquin dicta citatio nulla censeatur, nec ipsum procuratorem Fisci afficiat.

Citationum contra Fiscum quo ordine fieri debeant.

Non det mādata de capiendo quempiam voce vel in scriptis, nisi vbi adfuerit periculum fugæ, & Iudicis copiam incontinenti haberi non posit.

Mandata de capiendo qñ Fiscus relaxare possit.

Et cum ad Signaturam spectet causam appellationum nomine dicti Procuratoris Fiscalis à sententijs contra eum latis interpositarum reijcere, vel committere, idem procurator appellare non prohibeatur. Verum quo ad illarum reiectionem, vel commissionem pro causarum, & personarum qualitate Signatura ipsa occurrentibus casibus huiusmodi prouideri poterit, in cuius commissionis Signatura citetur prius, antequā signetur, pars quæ sententiam absolutoriam obtinuit, & aliter Signatura nullius sit roboris, vel momenti.

Causæ appellationum ab absolutorijs contra Fiscū, quādo cōmittendæ sint, Signatura iudicet, parte absoluta prius citata.

Et cum officium Procuratoris Fisci principaliter quo ad causas criminales cōsistat, in prosecutione vindictæ publicæ non se intromittat pro obtinendis inhibitionibus de supersedendo in causis ciuilibus, & præsertim prætextu vsurarum, nisi vbi de iure ad eius instantiam inhiberi potest.

Super sessoriæ in causis ciuilibus quādo Fisco sint concedendæ.

Nec ei, vel etiam instigatori concedatur remissoria etiam prætextu indulti à felicis recordationis Paulo III. concessi, nisi in casibus, in quibus alias de iure concedi debet.

Remissoria Fisco vel instigatori quādo sint cōcedenda.

Minus si concedātur literæ ad partes pro capiēdis indicijs, nisi prius dato aliquo sumo arbitrio Iudicis à quo impetrantur, & tunc non committantur alteri quam loci ordinario, vel eius Vicario, nisi subsistente probabili causa suspicionis.

Literæ pro capiēdis indicijs Fisco quando concedantur.

Nec etiam dilationes non necessariæ, nec debito longiores, quinimo potius studeant Iudices quam primū causas expedire, ne rei diutius tædio carceris, vel laboribus, & expensis fatigati componere, & se redimere cogātur.

Dilationes indebitæ Fisco non concedantur.

Procurator præfatus cum pro debito eius officij curare debeat, vt rei puniantur, non tractet de compositione cum ipsis reis, sed expeditioni causarum incumbat, & vbi reus compositionem fieri petierit, non fiat nisi cum interuentu Iudicis & ipsius Procuratoris Fisci.

Cōpositiones fiāt cum interuentu Iudicis & Fisci.

Nec ad eius instantiam, aut alias ex officio eius absolutus diffinitiue à crimine cogatur dare cautionem de se repræsentando, vel non discedendo ab Vrbe.

Absoluti non cogantur cauere de se repræsentādo, vel nō discedēdo.

Non prosequatur causam appellationis à sententia contra eum lata, vbi adsit instigator secretus, vel apertus, nisi data prius cautione per eundem instigatorem de reficiendo expensas tam primæ, quam vlterioris instantiæ in euentum succumbentiæ.

Appellationē Fiscus non prosequatur, si adsit instigator, nisi is caueat.

Non audiatur Fiscus protestando causam, quæ agitur inter priuatos, nō expediri nisi ipso citato sub prætextu interesse ipsius, nisi de illo incontinenti, quantum iudici sufficere videbitur, docuerit.

Fiscus nō audiatur in causis priuatorum nisi do[illegible]

Et vt delicta impunita non remaneant, interueniat etiam in Curia de Sabellis, Ripæ, ac Burgi.

Fiscus etiam in Curia de Sabellis, Ripæ & Burgi interueniat.

Et cum sit Fisci & Cameræ Apostolicæ Procurator generalis, rationi conuenit, vt de omnibus criminibus & causis Fiscum ipsum tangentibus notitiam habeat. Propterea ad eum spectet Procuratores Fiscales vti eius substitutos in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ deputare, quos Legati etiam de latere cū literis patentibus dicti Procuratoris Fiscalis ad eorum officia admittere teneantur, & admitti faciant, qui substituti sub pœna priuationis eorum officij, ac alijs arbitrio nostro imponendis, ipsum Procuratorem generalem de omnibus Fiscum ipsum concernentibus, & præsertim de sententijs tam absolutorijs, quam condemnatorijs certiorem facere debeant. Caueat autem idem Procurator generalis, ne à dictis eius substitutis, siue pro substitutione facienda, siue quauis alia ratione, vel causa quicquam recipiat, sed omnia emolumenta eisdem substitutis libere & integre dimittat.

Fisci Procurator generalis, deputat in Dominio Sedis Apostolicæ Fiscales.

Procurator Fisci Curiæ Capitolinæ in omnibus & per omnia illud idem obseruet, quod Cameræ nostræ Apostolicæ Procurator quo ad ea videlicet capitula superius adnotata, quæ ipsum etiam concernere, & sibi conuenire possint.

Fiscus Curiæ Capit. seruet omnia præmissa.

Et si plus vel à personis supra prohibitis, aut alias quam vt supra adnotatū fuit omnes supradicti receperint, vel super hoc contrauenerint maiores Iudices & Aduocati sentētiam excommunicationis, & arbitrij nostri pœnas, inferiores autem, & omnes alij supradicti vltra dictam excommunicationis sententiam, etiā priuationis officij pœnam incurrant, & alias arbitrio nostro puniantur.

Contrauenientes pœnas hic expressas incurrant.

Notarij Curiarum supradictarum, tam Criminalium quàm Ciuilium causarum non exigant nisi iuxta taxam eis præscriptam, & si plus exegerint, pro prima vice, Viginti quinque, pro secunda Quinquaginta, & pro tertia Centum scutorum, & priuationis officij, ac etiam corporales arbitrio Iudicum imponendas pœnas respectiue incurrant. Quam taxam in vulgari sermone scriptam in eorum officijs, sub eisdem pœnis appensam, ita quod ab omnibus legi posit, habere teneantur.

Notarij Curiarū prædictarum seruēt taxam eis datam.
Hanc taxā habes infra in constit. 148 & 149. quæ postponitur sequenti [illegible].

Exerceant eorum officia per seipsos, nec illa arrendent sine licentia Iudicum, exceptis Notarijs, Gubernatoris, Burgi, de Sabellis, Ripæ, Turris Nonæ, & Ripettæ, ac Capitolinis, qui nullo modo illa sine expressa licentia nostra etiam in scriptis obtenta arrendare possint.

Officia quando arrēdare possint.

Nec substitutos recipiant nisi ab ipsis iudicibus approbatos, pro quibus ad damna & interesse quæ illorū culpa partibus euenerint, etiam si ipsos exhibuerint, & soluendo non fuerint, teneantur & obligati sint.

Substitutos approbatos habeāt.

Nihil scribant in causis à duobus scutis infra sine specialis licentia Iudicum.

Non conficiant registra nisi iuxta formam nostri Motus proprij, nec illa vel etiam extractus in causis ordinarijs etiam vtraque seu altera partium petente nisi de Iudicum licentia in scriptis obtenta, vel nisi acta essent ad alium Iudicem transportanda.

Lino Not. Cap. per seipsos debēt exercere stat. lib. 1. c. p. 42.

In causis tamen excedentibus summā ducentorum scutorum, dummodo non sint causæ mercedum, & miserabilium personarum, vel alias tales in quibus executiue proceditur, si commissiones superuenerint registra conficere possint, seruata semper in reliquis forma dicti Motus proprij nostri.

Registra conficiātur vt hic, & iuxta formam Motus proprij, de quo sup. fo: 723. nu 54.

Nec pro copia indiciorum, quam effectualiter reo non dederint, quicquam percipere nisi loco arrhæ habeāt, & vbi reus amplius ipsam copiam habere noluerit, etiam quod arrham dederit, ab ipso non exigant nisi pro rata copiæ confectæ.

Indiciorum copiæ quando soluendæ sint.

Notarij Capit. eligantur iuxta formam Stat. & in numero viginti tantum.

Notarij Capitolini deseruientes Collateralibus Senatoris pro actuariis non possint esse vltra numerum viginti, nec recipi nisi seruata forma Statutorum, sed ad dictum numerum reducantur ad electionem Senatoris, & Conseruatorum,& per se ipsos coram Collateralibus acta conscribant,nullumque aliud officium Notariatus in alia quauis Curia obtineant.

De forma electionis vide stat. lib. 1 cap. 21.

Notarij Cap. &c. se vt taxam Stat. Quã nũc in Nou. stat. lib. 3 cap. 93. & seq.

Et tam ipsi,quam cæteri Notarij Curiarum Capitolij , ac etiam Scriba Senatus , & Secretarius Conseruatorum pro eorum mercede non accipiant vltra taxam eis a statutis limitatam,& vbi non sit a statutis limitata, iuxta taxam Notariorum causarum Ciuilium Gubernatoris accipiant excepto Notario Magistrorum viarum,qui indistincte exigere possit secundum dictam taxam Notariorum Gubernatoris.

In criminalibus seruetur taxa, de de qua sub in cõst. 249.

Imo habes stat. li. 3 ca. 96 & 98.

In Criminalibus vero Protonotarius , & Notarius maleficiorum Senatoris taxam notarij in Criminalibus dicti Gubernatoris,prout & Notarij aliarum Curiarum etiam Auditoris,& Vicarii obseruent , & nihil vltra quocunque prætextu accipere audeant.

Extractus Not. capit. taxentur per Correctores.

Non deferant Notarij præfati Capitolij extractus ad Iudices nisi prius per Correctores,aut per vnum ex eis visi taxati fuerint,& nihil præter arrham ante dictam taxationem recipere possint,quam taxationem intra terminum vnius diei a receptione dicti extractus correctores absque vllo præmio faciant.

De extractibus habes stat. lib. 1. cap 16.

Scripturæ eorum dẽ Notariorũ decedẽtiũ notificẽtur per hæredes Secretario Conf. Tu vide etiã stat. lib. 3. cap. 35.

Eorundem Notariorum Capitolij in posterum decedentium,& etiam defunctorum hæredes, & quicũque alij eorum scripturas detinentes, intra quindecim dies ab obitu ipsorum Notariorum, & publicationis præsentium respectiue computandos, dictas scripturas, & nomen Notarij cuius fuerint sub pœna amissionis dictarum scripturarum,& illarum emolumentorum, Secretario Conseruatorum denuncient , & præfatus Secretarius librum teneat,in quo denunciationes huiusmodi scribat.

Notarij cũ in strumenta quo rogare debeant.

Nullus ex Notariis etiam Cameralibus,& Auditoris Cameræ,nec eorum substituti de instrumentis , quæ extra iudicium fient ad referẽdum alteri Notario,seu & Cõnotario se rogare possint,sed Notarij principales per se ipsos,& eorum substituti pro ipsis Notariis,in quorum officiis commorantur de instrumentis se rogent , non autem ad alteri referendum.

Officiaq. Notariatus in diuersis Tribunalib. ob tinere nequeant.

Nec possint Notarij omnium Curiarum supradictarum in futurum obtinere plura officia Notariatus in diuersis Tribunalibus,sed officia Notariatus huiusmodi inter se incompatibilia censeantur.

Nec sint procuratores in eorũ Curia.

Et tam ipsi Notarij,quam eorum substituti non possint esse Procuratores in Curia in qua Notarij sunt,& officium substituti exercent.

Cõsules Artium seruẽt eorũ stat. Mercedumq. & miserab. personarũ causas nõ reassumãt.

Consules artium quarumcunque obseruent eorum statuta,legitime approbata,ac vsu recepta.

Nec reassumant causas, præsertim mercedum & miserabilium personarum coram maioribus Magistratibus introductas.

Et illorum Notarij taxam eis per dicta statuta præscriptam,& vbi aliqui ipsorum nullam habuerint minorem taxam,aliorum qui illam habuerint sequantur,& secundum illam exigant.

Assessores in Curia Cap. sine cõsueta mercede stat. Hanc etiã habes in Nou. stat. lib. 3 cap 91.

Assessores autem dictorum Consulum,ac aliorum officialium Curiæ Capitolij salarium non habentes,caueãt ne in causis minimis videlicet a quinque scutis infra quicquam pro eorum voto, & consilio, & in aliis non vltra sportulas dictis statutis taxatas percipiant.

Iudicis Turris Nonæ iurisdictio.

Iudex Turris Nonæ non se intromittat in causis a decem scutis supra , nec in criminalibus nisi leuibus & minimis.

Eiusque Notarius obseruet tabulam Notariorum Curiæ de Sabellis, cuius Notariatus officium per obitum illud nunc obtinentis extinctum sit,& suppressum esse censeatur, prout in euentum prædictum illud exnũc prout extunc supprimimus.

Cursorũ merces pro citat. & ext.

Cursores nostri pro qualibet citatione,inhibitione,vel quauis alia intimatione cuiuslibet actus iudiciarij non exigant vltra bolon. duos, nisi forsitan executio citationis vel alterius actus iudiciarij huiusmodi facienda esset in loco satis distante a Tribunalibus vrbis,quo casu exigere possint bolendinos quattuor , & non vltra , & loca intelligantur esse distantia,si executio sit facienda in regione Transtyberim, Montium, Triuij,& prope ecclesiam beatæ Mariæ de Populo & si extra mœnia Vrbis,in illis tamen suburbiis non vltra carlenum vnum.

Pro citatione vero,inhibitione, vel intimatione simili contra Episcopos & Prælatos, ac alias personas qualificatas,& procuratorem Fisci facienda,non vltra bolendinos quinque.

Cursorũ merces pro subh. pign.

Pro subhastatione quarumcunque pignorum,tam mobilium,quam immobilium exigant similiter prout hactenus exigere consueuerunt.

Et intimatione mandati procuræ, vel eius reuocationis.

Nec aliquis ipsorum,pro ea intimatione , in qua parti intimatur mandatum procuræ esse in actis productum, vel procuratores in causa esse reuocatos,vltra Iulium vnum percipere audeat.

Minus officium ipsorum cuiquam impartiri dolose recusent, seu differant . Nec etiam sub prætextu modicæ mercedis,vel ob id quod maiorem habere vellent.

Et pro cõmissionibus causarũ. Tu adverte quod Paul. 3. iussit ea les cõmissiones pro fisco & Fabrica S. Petri expediri fol. 480. in const. 68

Et quia de cætero in causis tot Commissiones quot hactenus fieri consueuit,pro reformatione Signaturæ nostræ de proximo publicanda fieri prohibemus:Pro prima commissione,per quam scilicet causa coram aliquo Iudice introducitur exigant bolendinos quinquaginta,pro aliis vero,si quæ in causa superuenerint,carlenos duos Cãcellariæ.In reliquis autem obseruent in omnibus, & per omnia normam eis a Concilio Lateranen.traditam, nec præmissis in aliquo contrauenire præsumant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ , & priuationis officiorum eo ipso incurrenda.

Mandatariorum vrbis merces pro citationibus , intimationib. &c.

Mandatarij quarumcunque Curiarum,non exigant vltra bolendin.vnum pro citatione, nisi sit citatio facienda in longinquis locis ab eorum Curijs,quo casu exigant duos & non vltra . Illud idem faciant in intimatione cuiuslibet sequestri,monitorij,inhibitionis,decreti,& cuiuscunque actus iudiciarij,exceptis citationibus faciendis contra fiscum,pro quibus exigere possint bolendinos tres.

Et pro subhastationibus pignorum.

Pro subhastatione & deliberatione pignorum, siue rerum & bonorum mobilium & immobilium , vsque ad summam trium Scutorum , bolendinum vnum pro quolibet scuto , ab inde supra bolendinos duos pro quolibet scuto:Ita tamen quod vltra vnum scutum non exigant pro quacunque summa,etiam quod res subhastatæ & deliberatæ ad magnam summam ascendant.

Baricelli & Custodes carcerũ vt seruent taxã à Camerario editam , sed quo ad Curiã Capit. habes stat. non. lib. 3. c. 99 & seq.

Baricellus & executores quarumcunque Curiarum, ac custodes carcerum obseruent in omnibus , & per omnia tabulam nouissime a Camerario nostro editam sub pœnis in ea contentis.

Idemque

Idemque Barieellus & cæteri executores contra committentes fraudes, quas inuentiones vocant, eo modo, vt extraordinarij, & alij Curiæ Capitolij, & Cõferuatorum executores faciunt, ad executionem procedere possint, dummodo in fraude deprehensos ad ipsos Conferuatores deferant, & deducant, habeantque partẽ pœnarũ huiusmodi inuentionum, prout & dicti Extraordinarij, Nec enrũ quispiam qui executionẽ non fecerit, prætextu quod facta fuerit eaecutio ab eo eaecutore, a quo fieri non poterat, vel in loco in quo certus executor deputatus erat, aliquid prorsus a partibus contra quas executio facta fuerit, sub pœna furti, exigere audeat.

Et cõtra cõmittẽtes fraudes procedant ficut Extraordinarij. De quibus habes hic sup. proxime

Si qui vero ex Notarijs, & Consulibus, ac illorum Assessoribus, aliquid contra præmissa eos respectiue cõcernentia, in quibus specialiter pœna adiecta non sit, admiserint, præter excommunicationis sententiam, quam ipso facto incurrere volumus, etiam pecuniariis & corporalibus pœnis quoad Notarios, & Mandatarios Curiarũ præfatarum ipsorum Iudicum, & quoad Consules, & illorum Notarios, & Assessores Conseruatorum arbitrio efficiantur.

Notarij Cõsules & Assessores eorũ, & Mãdatarij, in præmiss a con trauen ẽtes coer ceantur vt hic.

Et nihilominus omnes & singuli supradicti in hac nostra constitutione comprehensi sciant & sane intelligãt, id quod sibi in quibusuis casibus accipere concessum extitit, ad pauperes, & impotentes nullo modo eatendi, a quibus aliquid prorsus accipi posse sub pœnis superius respectiue expressis, omnino prohibemus.

A Pauperibus nihil exigatur in casibus prædictis

Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, legibus, ac Vrbis, & Romanæ Curiæ præfatarum statutis, etiam iuramento, & confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, stylis & consuetudinibus, quos & quas per præsentes improbamus Priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis officijs & illorum Officialibus supradictis per quoscunque Romanos Põtifices prædecessores nostros, ac etiam per nos contra præmissa, vel aliquod præmissorum forsan hactenus concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, præsentibus inserti forent pro plene & sufficienter expressis habentes, quoad præmissa duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Clausula derog.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, statuti, ordinationis, voluntatis, prohibitionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo seaagesimo secundo. Cal. Ianuarij. Pontificatus nostri anno tertio.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego R. Card. de Carpo Epis. Ostien.	Ego Io. Card. Reumanus.
Ego F. Card. Pisanus Epis. Portuen.	Egn Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego Fed. Card. Cæsius Epis. Tusculanus.	Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Io. Card. Moronus Epis. Prænestinus.	Ego Clemens Card. Aracæli.
Ego Christoph. Madruc. Card. Triden.	Ego Io. Ant. Card. Sancti Georgij.
Ego Otho Card. Aug. Epis. Albanen.	Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego R. Card. S. Angeli Maior Pænit.	Ego Bernardus Card. Saluiatus.
Ego Ti. Card. Crispus.	Ego Ph. Card. Aburd.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.	Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Io. Card. Sancti Vitalis.	Ego Gui. Asc. Card. Camerarius.
Ego Iac. Card. Puteus.	Ego N. Card. de Sermoneta.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clemen.	Ego Carolus Card. Borromæus.
Ego B. Card. Tranen.	Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Scipio Card. Pisarum.	

Cæ. Glorierius.
Franciscus de Lyon.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publicatio.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Indictione seata, die vero vigesima septima mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Quarto, Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Sãcti Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ, per nos Io. Guerardum & Iulium Parinum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curs.

Petrus Valtrini Magister Cursorum.

LXXXVI.

Annullatio quarumcumque legitimationum de naturalibus Spuriis factarum, in præiudicium vocatorum ex fideicommissoaut testamento, aut quauis alia valida dispositione (dummodo non sint sortitæ effectum.) Et Reuocatio facultatum eo modo legitimandi.

Prohibitio autem testandi & disponendi de acquisitis ex rebus Ecclesiasticis, & aliis bonis, ad commodum illegitimorum etiam legitimatorum, habetur inf. in Pij V. const. 120. Quæ ordini, & ibi not. de Materia.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

QVAMVIS a Sede Apostolica ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis continuo plena innumeris, nonnulla interdum ex quibusdam causis aliquando per occupationem, ac importunam petentium instantiam concedantur, quæ in alieni iuris præiudicium tendunt & detrimentum, nõ

debet

debet reprehensibile videri si Rom. Pontifex ad cuius prouidentiam pro debico pastoralis officij spectat super his debire prouidere, illa rationabilibus, & iuridicis causis maturius & attentius deinde cogniris quandoque reuocat, & annullat, ac in statum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione nō sine animi nostri molestia intellexerimus nonnullos Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac prætextu quarūdam sibi concessarum facultatum Comites Palatinos, & alios multos spurios & naturales, & forsan incestuosos etiā in præiudicium venientium ab intestato, & vocatorum ex testamento ad fideicōmissa, ac hæreditates, & legata, vel do-

Cont. huius constitutionis.

nationes ita legitimasse, vt in huiusmodi fideicommissis hæreditatibus aut legatis, vel donationibus, non obstantibus testatorum voluntatibus succedant, ac proinde variæ contentiones, & scandala in graue multorū præiudicium, ac animarum iacturam hactenus exorta sint, & impræsentiarum exoriantur. Nos illa vtpote contra ius, & æquum es isteotia de cætero ne fiant opportune prouidere, necnon eorum quos hoc ipsum tangit, ac tangere poterit, quomodolibet in futurum indemnitati consulere volentes, Motu proprio, nō ad alicuius super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, ac potestatis plenitu-

Annullatio legitimationū de naturalibus spurijs factarum in præiudicium vocatorum ex testamento, & c. dummodo non sint sortitæ effectum.

dine, omnes, & singulas legitimationes de quibuscunque naturalibus spurijs per Romanos Pontifices prædecessores præfatos, ac Comites Palatinos huiusmodi, & quoscunque alios ad id facultatem habētes in præiudicium vocatorum ex fideicommisso, aut testamēto, vel quauis alia valida tamen dispositione, sub quibusuis teno[illegible]s, & formis, ac cum quibusuis verborum formis, & expressionibus, ac efficacissimis, & insolitis claus[illegible] irritantibus decretis, etiam Motu simili, etiam Consistorialiter, ac de apostolicæ potestatis plenitudine [illegible] cum derogatione Regulæ, seu Constitutionis de non tollendo iure quæsito, ac alijs cautelis quomodolibet factas (nondum tamen adhuc viuentibus vltimis bonorum huiusmodi possessoribus per quorum obitum ad legitimos prædictos deuolui deberent, effectum sortitas, nec ius in re consecuras) necnon eorumdem Comitum Palatino-

Reuocatio facultatum legitimandi in præiudicium vocatorum ex testamento, & c.

rum, & aliorum facultates legitimandi habentium, ad hoc tantum vt deinceps tales legitimationes in præiudicium fideicommissorum, & aliarum dispositionum huiusmodi facere non possint, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus. Necnon quascunque lites, & controuersias quas illarum status, & causarum merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & colitigantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes, in Romana Curia, vel extra eam super præmissis moras, & indecisas pendentes, in

Extinctio litium pendentium circa eas.

statu, & terminis in quibus reperiuntur harum serie ad nos aduocamus, cassamus, & extinguimus. Necnon partibus litigantibus, & Iudicibus coram quibus illæ pependerunt, seu forsan adhuc pendent indecisæ perpetuum silentium imponimus iuxta declarationem prædictam, ac imponi volumus, & mandamus: Districtius inhibentes eisdem Iudicibus ne in eisdem causis, necnon Comitibus Palatinis, ac alijs facultatem legitimandi huiusmo-

Inhibitio contra Comites Palatinos, & alios legitimandi facultatem habentes, ne præsumant legitimare contra formam huius constitutionis.

di habentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub nostræ indignationis quo ad Comites, & alios facultatem legitimandi huiusmodi etiam aliter quam vt præfertur habentes, & aliorum quorumcunque illorum facultatum, priuilegiorum, & indultorum cassationis, annullationis, & totalis reuocationis, necnon decem millium ducatorum auri de Camera quoties contrauenerint, ipsi Cameræ Apostolicæ applicandorum pœnis similibus de legitimationibus deinceps se respectiue contra dispositionem, & declarationem nostram huiusmodi intromittere quoquomodo audeant, seu præsumant. Decernentes Comites Palatinos, & alios quoscunque legitimandi facultatem habentes, vt præfertur, nullas in præiudicium fideicommissorum, & voluntatum testatorum huiusmodi legitimationes in posterum facere posse, & aliter factas, & forsan faciendas iuxta dispositionem, & declara-

Decretum irritans.

tionem nostram huiusmodi restringi, & limitari, Ac sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, seu eorum Locatenentes, ac S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate interpretari, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his a dictis Comitibu, & Iudicibus, vel quibusuis alijs quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-

Clausulæ derogatoriæ.

tentari. Non obstantibus nostra de non tollendo iure quæsito, quatenus opus sit, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac prædictis, & quibusuis alijs facultatibus, priuilegijs, indultis, & literis apostolicis eisdem Comitibus Palatinis, & quibusuis alijs, etiam pari Motu, ac alias quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentiooem, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus huiusmodi literarum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis

Hæc constit. ligat vbique quo ad legitimationes factas authoritate Apostolica, quo vero ad alias factas Imperiali concessione, ligat in terris Rom. Eccle. sie subiectis.

mentio specialis. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiam deducantur, nec aliqui de illis ignorantiam aliquam prætendere valeant, vel allegare, volumus ipsas præsentes literas quo ad legitimationes apostolica auctoritate factas vbiuis locorum, quo vero ad illas quæ ex Imperiali concessione factæ fuerunt, in terris nobis, & Romanæ Ecclesiæ mediate, & immediate subiectis, in casibus in quibus illa in Terris huiusmodi, de iure fieri permittitur, locum habere, & effectum sortiri debere, necnon in valuis Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ affigi, & publicari, ac eos quos concernunt perinde arctare, ac si eis personaliter intimatæ forent, cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum quod tam patenter extitit publicatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum reuocationis, cassationis, annullationis, aduocationis, extinctionis, im-

Forma & effectus publicationis. Quam habes hic in fi.

positionis, inhibitionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, kal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, indictione septima, die vero 17. Mensis Aprilis Pont. Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. anno quinto, retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt Romæ in locis retroscriptis dimissis ibidem copijs affixis per nos Iacobum Carra, & Nicolaum de Matthæis Curs.

Publicatio.

Barth. Sottocasa Magister Cursorum.

LXXXVII.

De modo conferendi Beneficia Curata, & de iuramento ac fideiussione à prouisis præstanda, de residendo.

Ad hoc vide etiam infra Pij V. const. 32. In conferendis, vbi notabo.

De materia Residentiæ habes supra in const. 17. De salute Gregis fol. 678. & ibi notaui.

PIVS Papa Quartus Motu proprio, &c.

INTER multiplices curas, quibus ex pastoralis officij debito assidue premimur, illa potissimũ præstat, & excitat mentem nostram, vt Beneficijs ecclesiasticis, quibuslibet, præsertim curam animarum habentibus, de personis idoneis quæ illis prodesse, & apud ea personaliter residere, & curam illis imminentem exercere debeant, prouideatur.

Causa istius const.

Cum itaque, sicut non sine animi nostri displicentia accepimus, licet nos alias intendentes Beneficiorum eorundem dispendijs, & animarum periculis, congruis remedijs obuiare de parochialibus Ecclesijs seu earum perpetuis Vicarijs & alijs beneficijs ecclesiasticis curam animarum habentibus, tunc per obitum illorum possessorum successiue vacantibus, & antea dispositioni nostræ reseruatis, non nisi personis ecclesiasticis præuio rigoroso examine, de mandato nostro desuper specialiter facto, aut per diœcesani fidem, vel fide dignorum testium depositionem idoneis repertis, & medio illarum iuramento, ac etiam præstita fideiussione, de se infra certum tunc expressum tempus ad locum beneficij conferendi, & apud illud curam animarum illi imminentem per se ipsos exercendo personaliter residendi astrictis prouiderimus, seu prouideri mandauerimus:

Beneficia per obitum vacantia iusserat hic Pont. vt personis idoneis præuio examine, & iuramento, & cautione de residendo conferri deberent.

Nihilominus nonnulli ex sic prouisis conscientiæ prodigi, & iuramentum, ac vocationem de ijs, ad tam pium, & necessarium opus per nos factum paruifacientes, beneficia ipsa simpliciter, vel ex causa permutationis, pro alijs beneficijs Ecclesiasticis simplicibus, etiam in nostris, seu Sedis apostolicæ Legatorum, & Nunciorum, vel ordinariorum Collatorum manibus etiam sub spe inde consequẽdi pensionem, vel præmium, aut alijs illicitis pactis desuper interuenientibus ad hoc, vt de illis alijs personis minus idoneis, & non per ostium ingredi satagentibus, ac etiam quandoque in beneficijs huiusmodi intrusis prouideatur resignare, seu iuri sibi in illis, vel ad illa competenti cedere non vereantur. Vnde personæ ipsæ minus idoneæ, nulla suarum qualitatum aliter habita notitia, ad beneficia ipsa præter & contra intentionem nostram admittuntur. Intrusique, ac etiam quandoque spoliatores, & bonorum ecclesiasticorum depredatores, & animarum deprauatores in eis confouentur, in eorum animarum perniciem, & perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum.

Multi tamen vt de illis prouideretur personis minus idoneis, faciebant illa vacare per resignationem, vel intrusis iura cedebant.

Nos in præmissis, quantum cum Deo possumus, remedium adhibere volentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, Parochiales Ecclesias, seu earum perpetuas vicarias, aliaque beneficia ecclesiastica curata, personis sic examine præuio, & per diœcesanorum, ac testium fidem, & depositionem idoneis repertis, ac præstito per eos iuramento, & obligatione, de apud illa certo tunc expresso tempore residendo per nos collata, quæ postmodum per easdem personas iuramento, & obligatione huiusmodi neglectis, etiam in eisdem manibus nostris, etiam ex huiusmodi permutationis causa resignata, seu quouis modo, etiã per iuris cessionem literis non expeditis dimissa fuerint, ac ea in quibus prout, vt præfertur, tenebantur debito tempore non resederint, tam de iure quàm de facto, vt prius videlicet adhuc eo, quo dum de illis per nos eis vt præfertur prouisum, seu prouideri concessum extitit modo, eo ipso vacare, & sic, ac seu per infrascriptam priuationem vacantia impetrari, & de illis tamquam Sedis præfatæ, etiam propter præmissa reseruatis, per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, & non alios collatores disponi posse, ac collationes, & prouisiones de huiusmodi beneficijs tam idoneis repertis, quàm alijs ex earum resignatione, seu cessione ius habentibus personis, cuiuscunque qualitatis, conditionis: & præeminentiæ existant, etiam si Pontificali dignitate præfulgeant, nullius roboris vel momenti existere, & viribus eneruatas, eosque huiusmodi beneficijs priuatos esse, & censeri debere:

Ideo hic Pontifex, decernit beneficia ista eodẽ modo cõferri debere.

Ita tamen quod propter vacationem, & priuationem prædictas eorundem beneficiorum possessores, seu in illis intrusi, vel super illis collitigantes, aliquod ius non acquirant, nec acquisitum sit, seu esse censeatur, nec ipsi de annali, seu triennali, vel aliarum regularum nostrarũ beneficio gaudeant, neque illo, aut alio iuris adminiculo se iuuare possint: Et ne ipsi vlterius in sua malitia glorientur, sed si non Domini timore, saltem formidine pœnæ à similibus abstineant omnes, & singulos, vt præfertur, vel alias quomodolibet gratificatos, qui de cætero, de Parochialibus Ecclesijs, perpetuis vicarijs, & alijs beneficijs Ecclesiasticis, curatis per obitum vacantibus, examine præuio ac diœcesanorum, & testium fide, & depositione huiusmodi mediante, ac vltra ea quæ sacri Canones faciunt, præstito iuramento, & obligatione de eisdem beneficijs infra certum tempus personaliter deseruiendis, à nobis sibi prouideri obtinuerint, beneficia ipsa non adimpletis promissis, & obligationi huiusmodi minime satisfacto, in aliorum, etiam intrusorum, vel possessorum fauorem simpliciter, vel ex causa permutationis huiusmodi resignauerint, seu cesserint, aut illa quouis modo etiam occasione litis & molestiæ dimiserint, necnon eos in quorũ fauorem beneficia ipsa sic resignauerint, cesserint, & dimiserint, illosque qui ad id auxilium, consilium, vel fauorem directe vel indirecte scienter præstiterint, inferiores ab Episcopis videlicet, sententia maioris excommunicationis eo ipso per contrauenientes incurrenda, à qua non nisi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existenti, præterquam in mortis articulo constituti, absolui queant, auctoritate Apostolica, & tenore præmissis innodamus eosdem excommunicatos, & ad prædicta, & alia per eos obtenta, siue secularia, siue regularia, quomodolibet qualificata beneficia Ecclesiastica inhabiles

Contrauenientibusq; pœnas hic expressas imponit.

Beneficiaq; ipsorũ vacare, & per omnes non tamen illorum affines & consiliarios impetrari posse declaret.

biles,& incapaces eo ipso esse,& vt præfertur censeri, Beneficiaque ipsa ipso iure,& de facto vacare,& à nobis tanquam apud sedem præfatam vacantia,& propterea dispositioni apostolicæ reseruata,& non alijs, per quoscunque dummodo ipsis priuatis, & incapacibus consanguinei vel affines, aut alias confidentes non sint, quos etiam ad hoc incapaces esse volumus, impetrari posse: Sicque per quoscunque quauis auctoritate fungentes iudices,& personas etiam Curiæ Cam. Apost. generalem Auditorem, ac Palatij Apost. Auditores seu locumtenentes sublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi diffinien.& interpretandi facultate & anctoritate iudicari,& diffiniri debere; irritum quoque, & inane si fecus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, eisdem auctoritate & tenore similiter decernimus, & declaramus. Non obstantibus de non tollendo iure quæsito,& alijs Cancellariæ Apostolicæ Regulis, alijsque constitutionibus & ordinationibus, ac quibusuis priuilegijs, indultis,& literis Apostolicis, quibusuis personis, etiam quod interdici, vel excommunicari nequeant, quomodolibet concessis, quæ (illorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus haberi volumus pro expressis) eis contra præmissa in aliquo suffragari minime posse volumus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Cæterum ne quispiam decretorum, declarationum, & voluntatum nostrorum huiusmodi ignorantiam prætendere valeat, volumus præsentes, quarum solam signaturam quacunque constitutione apostolica contraria non obstante, sufficere decernimus in Cancellariæ apostolicæ,& basilicæ sancti Petri valuis per aliquem ex Cursoribus nostris publicari,& earum exemplum inibi affigi,& dimitti, publicationemque & affixionem huiusmodi omnes, & singulos arctare perinde ac si eædem præsentes illis personaliter intimatæ & insinuatæ fuissent, io contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque.

Decretũ irritãs.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio I.

Die decima mensis Martij, millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, literæ supradictæ affixæ & publicatæ fuerunt in valuis basilicæ Principis Apostolorum de vrbe,& Cancellariæ Apostolicæ, dimisis illarum copiis affixis per me Petrum Valtrini Cursorem.

Publicatio.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

LXXXVIII.

Facultates Cardinalium Reipublicæ Christianæ generalium Inquisitorum procedendi etiam contra Prælatos hæreticos vel hæreticorum fautores &c.

Alias facultates, vide sup. in constit.67. Pastoris cum ibi not.fol.741.& infra in const. 108. Cum inter crimina,& const.147. Cum nos nuper,& Pij V.const.175. Sanctissimus & ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. ROMANVS Pontifex, Christi Vicarius, ac beati Petri successor, cui ipse Christus Dominus noster oues suas pascendas eniae ter commendauit, ne oues deperditæ de eius manu quandoque requirantur, omni studio, & solertia continue inuigilare debet, vt à Sancta Romana Ecclesia, quæ cæterarum caput est, & magistra, deuiantes ac aberrantes ad gregem Dominicum totis viribus reducat,& quas Dei timore proposito & salutaribus monitionibus ad illam allicere nequiuerit, temporalium saltem pœnarum metu coerceat. Cumque nos propterea postquam ad summi Apostolatus apicem, licet immeriti, diuina fauente clementia assumpti fuimus, statim mentis nostræ aciem eo direximus, vt hæreticæ prauitatis vndique extirpatis erroribus fides Catholica vbique augmentum suscipiat,& diffusius protendatur, nihilque quod huic rei profuturum cognouimus, prætermiserimus. Et nihilominus sicut nuper non sine graui cordis dolore & animi amaritudine accepimus, nonnulli prælati,& in dignitate ecclesiastica,& episcopali ordine constituti, ad quos veluti in partem solicitudinis nostræ vocatos magis spectaret cæteros, præsertim eorum curæ creditos ab erroribus reuocare,& io eisdem erroribus pertinaciter persistentes insequi, nedum in similes errores hæreticos grauiter prolapsi fuere: sed etiam cæterorum hæreticorum fautores, receptatores, & auxiliatores existunt, & eandem fidem Catholicam cuius defensores esse deberent, in dies oppugnare non verentur. Volentes igitur huic tam pernicioso morbo, prout nostro incumbit officio, occurrere, ac ne vlterius progrediatur, quantum in nobis est, prouidere: Motu proprio per apostolica scripta venerabilibus fratribus,& dilectis filijs nostris Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem generalibus in alma Vrbe nostra pro tempore residentibus, quibus vt contra quoscunque etiam episcopali, ac quacunque alia etiam Cardinalatus præditos dignitate procedere possint, per alias nostras indulsimus; tenore præsentium, committimus & mãdamus, vt omnes & singulos hæreticos,& hæreticorum fautores, receptatores & auxiliatores prædictos, de huiusmodi criminibus diffamatos, in prouincijs & locis in quibus Lutherana secta inualuit, commorantes, ad quos ob ipsorum hæreticorum frequentiam notorium est tutum, seu saltem liberum non patere accessum, etiam si episcopali, archiepiscopali, patriarchali,& alia quacunque etiam Cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis alijs desuper habitis super non tuto vel non libero accessu, huiusmodi informationibus (receptis tamen summarie & extraiudicialiter quantum ipsis Inquisitoribus sufficere videbitur prius indicijs) etiam per edictum in valuis palatij officij sanctæ Inquisitionis,& Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, ac in Cancellaria nostra apostolica & acie campi Floræ tantum per vnum ex nostris Cursoribus, vel etiam in locis finitimis terrarum in Italia consistentium, nobis & eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis, prout ipsis Inquisitoribus visum fuerit, affigendum & publicandum citent, moneant & requirant, vt intra certum & competentem terminum eis ipsorum Inquisitorum arbitrio præfigendum sub excommunicationis latæ sententiæ, suspensionis à diuinis,& priuationis etiam à Cathedralibus ecclesijs,& quibuscunque dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, ac officijs & ordinibus quæ obtinent, & in quibus constituti existunt,& inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in posterum obtinenda, necnon confessionis criminum hæresis eis obiectorum, alijsque tam ecclesiasticis quàm temporalibus, etiam pecuniarijs,& bonorum confiscationis, ac corporalibus,& etiam relapsus,& alijs per ipsos Inquisitores imponendis pœnis, coram ipsis personaliter & non per procuratorem, defensorem vel excusatorem aliquem

Causa constitut.

Facultates Inquisitionis generalium procedẽdi etiam cõtra Prælatos.

Qui autem sint isti Inquisitores habes infra in const.147.

aliquem compareant, & se à criminibus prædictis expurgent, & si in termino prædicto non comparuerint, & se à dictis criminibus legitime non expurgauerint, ad obseruationem terminorum ad docendum se dictis literis citatorijs & monitorialibus paruisse pro sententia declaratoria incursus censurarũ & pœnarum in eisdem literis contẽtarum ferenda seruari solitorum, ac etiam in causa ipsa criminis hæresis inquirendo ad receptionem probationum pro diffinitiua super crimine etiam contra absentes, sic vt præfertur monitos ferenda sententia, vsque ad ipsius sententiæ ferendæ calculum procedant, ac demum processum oẽm nobis, vt ad sententiæ quæ iusta visa fuerit prolationem deuenire possimus in Cõsistorio nostro secreto referant. Nos enim citationẽ & monitionem per publicũ edictũ, vt præfertur, decernendas & exequendas prædictas dictos sic citatos & monitos perinde arctare, ac si personaliter citati forẽt, illasque ac processus desuper habendos sententiasque inde ferendas validos & validas fore: Sicque per quoscũque iudices & commissarios etiam causarum palatij Apostolici Auditores in quauis instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & diffiniendi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere; Irritum quoque & inane, quidquid secus super ijs a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac palatij nostri stylo etiam certá aliam formam, quoad citationes per edictum decernendas, & exequẽdas, inducentibus: quibus, illorum omniũ tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ commissionis, mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Septimo Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

LXXXIX.

Moderatio, & reuocatio facultatum Legatorum & Nunciorum etiam de latere, circa collationes & resignationes beneficiorum, & dispensationes, &c.

Aliam moderationem & reuocationem habes supra in constit. 66. Sanctissimus fol. 741.

SAnctissimus in Christo pater, & Dominus Noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. CERTIS suadentibus rationabilibus causis, quascunque quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum secularium resignationes & cessiones simpliciter vel ex causa permutationis admittendi, & illa, ac alias, præterquam per obitum beneficia conferendi, necnon ad duo curata seu alias inuicem incompatibilia, & in contrahendis, ac scienter contractis matrimonij dispensandi facultates quibusuis Sedis Apostolicæ Legati de latere etiam Cardinalatus honore fungentibus, ac etiam cum facultate Legati de latere, Nuncijs, tam per Sanctitatem suam, quam alios Romanos Pontifices prædecessores suos, etiam Regum, & aliorum Principum contemplatione, vel intuitu, & quauis etiam fidei, & Reipublicæ consideratione, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de fratrum suorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio quomodolibet concessas, quarum omnium tenores ac si de verbo ad verbum insererentur, Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, illis alias in suo robore permansuris (ita tamen quod dicti Legati, & Nuncij in matrimonijs ignoranter contractis in tertio, & quarto consanguinitatis, & affinitatis gradibus gratis, & amore Dei, & non alias dispensare valeant) ex simili scientia reuocauit, cassauit, & annullauit ipsosque Legatos, & Nuncios admittendi ac præterquam per obitum vt præfertur conferendi, & dispensandi huiusmodi de cætero vti non posse neque debere, ac quascunque resignationum, & cessionum admissiones huiusmodi beneficij ac ad incompatibilia, & super matrimonij huiusmodi dispẽsationes si quas per eosdẽ Legatos & Nuncios facultatum sic reuocatarum prædictorum prætextu fieri contigerit, ac collationes & prouisiones, necnon possessionum apprehensiones inde secutas nullius roboris, vel momenti fore, & esse ac pro nullis, & infectis haberi debere, beneficiaque sic collata eo ipso vacare, ac ab alio quam Roman. Pontif. impetrari non posse decreuit. Necnon vt qualitas personarum Ecclesiasticarum quibus de beneficijs Ecclesiasticis cum cura, & sine cura per obitum vacaturis per eosdem Legatos & Nuncios, ac etiam eiusdem Roman. Eccle. Cardinales pro tempore existentes, necnon Archiepiscopos, Episcopos, & alias quasuis personas indultum conferendi, & de huiusmodi beneficijs disponendi à Sanctitate sua vel ab eisdem prædecessoribus habentes, indulti huiusmodi vigore deinceps prout videbitur Sanctitati suæ, ac suis successoribus Rom. Pont. innotescat, voluit, statuit, & ordinauit, quod sic pro tempore prouisi cuiuscunque status, gradus, vel conditionis existant, infra sex si citra, si vero vltra montes collationes, & prouisiones huiusmodi factæ fuerint, infra octo menses à die collationis & prouisionis de dictis beneficijs eis respectiue factarum computandos, prout alias iuxta tenorem indultorum Cardinalibus, Legatis, Nuncijs, & alijs prædictis concessorum huiusmodi, teneantur nouas prouisiones desuper à dicta Sede impetrare literas Apost. desuper illorum fructus, redditus, & prouentus ad verum annuũ valorem exprimendo in totum expedire, & ipsi Legati, Cardinales, & Nuncij, Archiepiscopi, Episcopi, & personæ in literis collationum, & prouisionum per eos de huiusmodi beneficijs pro tempore factarum, decretum quod sic prouisi literas nouæ prouisionis infra terminum huiusmodi vt præfertur impetrẽt, & literas expediant, alias quod eorum collationes, & prouisiones huiusmodi sint nullæ, in specie apponere, ac ipsos sic prouisos ad id fa-

Moderatio & reuocatio facultatũ Legatorũ, & Nunciatorũ etiã de latere.

Prouisi à Legatis, & aliis conferẽdi indultũ habẽtibus, de bñficijs per obitum vacantibus, nouas prouisiones à Sede Apostolica impetrare, & literas Apostolica expedire tenentur, vt hic.

ciendum monere teneantur. Alioquin collationes, & prouisiones huiusmodi contra præmissa factæ nullius sint roboris, vel momenti, beneficiaque ipsa vt prius vacent, & vacare censeantur eo ipso, ac eidem Sedi affectæ sint, & de illis præterquam per sedem, & Rom. Pontificem huiusmodi disponi non possit, Necnon ipsi Legati, Cardinales, Nuncij, Archiepiscopi, Episcopi, & aliæ personæ etiam in eorundem beneficiorum collatione, aut de illis facienda prouisione se intromittere valeant, Ac sit prouisi qui videlicet decreto huiusmodi cum effectu non satisfecerint, & si interim in manibus Rom. Pontificis cesserint aut resignauerint eorumque cessionarij, & resignatarij, ac ab eis præsumptum ius habentes, ac quicunque alij qui ad eorum & aliorum quorumcunque instigationem de beneficijs ipsis sic affectis, & vacantibus à sede prædicta in confidentiam, aut alias sibi prouideri obtinuerunt, aut quominus dictum decretum adimpleatur, & literæ Apostolicæ nouarum prouisionum huiusmodi modo, & forma præmissis expediantur, auxilium, consilium, vel fauorem, directe, vel indirecte scienter præstiterint, ad huiusmodi & quæcunque alia per eos obtenta, & obtinenda beneficia Ecclesiastica inhabiles existant, illaque eo ipso vacent: Et nihilominus ipsi sententiam maioris excommunicationis incurrant, à qua nonnisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem præterquam in mortis articulo absolui non possint. Voluit Sanctitas sua præmissa omnia inuiolabiliter obseruari, ac literas super reuocatione, cassatione, annulatione, statuto, ordinatione, voluntatibus, decretis, & alijs præmissis pro petentibus quandocunque eo modo quo litteræ Apost. super alijs Cancellariæ Apost. regulis, seu constitutionibus Apostolicis expediuntur, & alias vt moris est expediri, & à data publicationis presentis constitutionis ligare, & sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungentes Iudices, & personas etiam eiusdem R. E. Card. ac causarum Palatij Apostolici Auditores, seu Locatenen. sublata eis, & eorum cuilibet quauis alias iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, diffiniri, & interpretari debere. Necnon si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane similiter decreuit.

Pœna inobedientium.

Decretum irritans.

Placet publicetur, & describatur I.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria apostolica anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, die vero martis, nona mensis Martij, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Anno Quarto.

Publicatio.

X C.

Montis Primi succursus Auinionen. vacabilis erectio, cum emolumentis ad duodecim pro centenario.

Montis autem Secundi succursus Auinionen. erectio habetur infra in constit. 103. Onerosum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

AD vniuersalis Ecclesiæ regimen meritis licet imparibus superna dispositione vocati, illud imprimis satagendum nobis fore arbitramur, ne nostra, ac Sedis Apostolicæ status, & dominia, ac eorum ratione nobis subditæ personæ peruersorum quorundam fidei Catholicæ hostium illa varijs militum incursionibus occupare, & diripere tentantium audacia, & temeritate, aliqua ex parte detrimenta suscipiant: sed, vt illa aduersus quoscunque seditiosos, ac Sedis, & fidei prædictarum aduersarios illorum impetus numine primitus nobis assistente diuino, per debita facultatum Sedis eiusdem præsidia minori quo fieri potest opum Sedis ipsius detrimento auertentes solita eaque indefessa nostra prouidentia intacta semper, & illæsa conseruare, ac tueri conemur. Sane licet nonnulli nouæ cuiusdam, ac hæreticæ Religionis sectatores Hugonotti nuncupati retroactis diebus in diuersis Orbis partibus, præsertim vero in inclito Franciæ Regno Rempublicam Christianam, veræque, ac Catholicæ Religionis, & fidei cultores, effrænata nimiũ insania ducti, non solum pestiferis quibusdã concionibus, & hæreticis dogmatibus sed vi, & armis omni eorum conatu vexare, & turbare non cessantes; Dei Optimi Maximi ope nostrarumque ac Sedis prælatæ facultatum prompta exhibitione, ac armis potissime intererat, charissimi in Christo filij nostri Caroli Francorum Regis Christianissimi, aliorumque illius Regni Principum, & Christifidelium ministerio ab eodem Regno non minori prouidentia, & celeritate, quam ipsi illud eorum impetu aggredi, ac in eo grassari curauerant expulsi fuerint, nihilominus illius ipsi qui tanquam Leo rugiens circuit quærẽs quem deuoret, vinculis irretiti, in sua malitia perfida mente perseuerantes, magis ac magis suum virus ac cunctorum perniciem latius diffundere non cessantes, Ciuitatem nostram Auinionen. ac Comitatum Venaysini vniuersum paribus vi, & armis, ac maiori forsan quam hactenus sæuitia, in grauem diuinæ maiestatis offensam infestare non erubuerunt nec erubescũt de præsenti, ex quibus effectum est, vt pro Ciuitate ac Comitatu præfatis, aduersus grauissimos hostium impetus tutandis, ingentes pecuniarum summas in persoluendis militum nostrorum ibidem degentium stipendijs, nos expendisse hactenus, & indies expendere, expensarumque huiusmodi finem incertum fore videamus, quare ne cum multorum scandalo magnaque religionis Christianæ, ac nostri, & dictæ Sedis status iactura à rite cæptis iam desistere, Ciuitatemque, necnon Comitatum, & statum huiusmodi pecuniarum penuria, & defectu prorsus descrere cogamur, sed quo præmissis, ac alijs pluribus quæ varijs de causis nobis in dies occurrunt oneribus perferendis facilius satisfacere possimus, attendentes nos dudum certis tunc suadentibus rationabilibus causis vnum Montem Pium recuperationum nuncupatum certæ pecuniarum summæ pro tot personis quot ipsæ pecunias suas vsque ad dictam summam in eo ponere vellent, ac alias certis modo & forma tunc expressis perpetuo erexisse & instituisse ac illis sic erecto, & instituto nonnullos tunc expressos & specificatos ex tunc ac alias ministrorũ nostrorum industria temporis successu conquirendos, & specificandos redditus annuos, postquam ipsi conquisiti, & specificati forent applicasse, & appropriasse; cumque postea nobis plane constiterit, aliquam partem redditũum dicta ministrorum nostrorum industria conquirẽdorum, vt præfertur, eadem industria iam cõquisitam & repertam existere ac in promptu esse, consultius certe nostræque Cameræ Apost. multo vtilius fore duximus, partẽ redditũũ conquisitã

Hugonotti infestabant Ciuitatem Auinionen. & Comitatum Venaysini.

vt præ-

vt præfertur, eidem Monti minime applicare sed ea ea alterum Montem nouum præmissarum necessitatum intuitu erigere, & instituere. Quare habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in congregatione nostra generali deliberatione matura de eorum fratrum consilio & vnanimi consensu ac Apostolicæ potestatis plenitudine, & ea certa nostra scientia vnũ Mõtem succursus Auinionen. nuncupãdum summæ ducentorum trigintamillium scutorũ monetæ de iulijs decem pro quolibet scuto computatis, cuius loca seu portiones resignabilia seu resignabiles, ac vacabilia seu vacabiles, ad instar Roman. cu. officiorum existant, pro tot personis quot pecunias suas in illo vsque ad summam ducentorum, & triginta milliũ scutorum huiusmodi posuerint auctoritate Apostolica tenore præsentiũ perpetuo erigimus, & instituimus. Ac illi sic erecto, & instituto vnam quatuordecim millium super Thesauraria Marchiæ nostræ Anconitanæ, & aliam vndecim millium & quingentorum super Dohanis, & Thesauraria Patrimonij beati Petri, ac reliquam summas annuas quatuor millium, & quingentorũ scutorũ similiũ super Thesauraria Camerinen. summam trigintamillium scutorũ similium conficientes, ita quod ex eis viginti septem millia, & sexcenta in solutionem fructuum, & emolumentorum locorum siue portionũ dicti Mõtis pro tempore emptorum. reliqua vero duo millia & quadringenta scuta huiusmodi in supplementũ cuiuscunque partis eorũdem fructuum quæ ex quauis occasione, & quouis tẽpore minueretur aut prorsus cessaret, conuerti debeant, ac illa interim per quoscunque, & quauis de causa vendi seu alienari non possint, sed Camera ipsa illis integraliter vel quatenus præfato supplemento ex quauis occasione locus fiat vt præfertur pro ea parte quæ in dictum supplementum nõ transierit vti, frui, & gaudere, ac singulo bimestri illorum ratam prout cætera ipsius Montis loca seu portiones habentes personæ percipient, percipere possit, & debeat pro illius annuis redditibus, introitibus, & emolumentis, pro quorum solutione facienda singulo bimestri pro eorum rata modernos, & pro tempore existentes Thesaurariarum, & Dohanarum prædictarum appaltatores in fauorem infrascripti Montis huius depositarij in ampliori forma ipsius Cameræ obligari debere volumus decernimus, & etiã perpetuo applicamus & appropriamus. Necnon Montem prædictum illiusque futurum Collegium ac personas in nostrum ac Sedis, & Cameræ prædictarum locum quo ad redditus, & introitus ac emolumenta applicata huiusmodi illorumque liberam perceptionem, & exactionem ponimus, substituimus & surrogamus. Ac pro maiori eorundem Montis, & Collegij necnon personarum cautela, & securitate vltra redditus ac emolumenta assignata prædicta omnia & singula alia sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, & immobilia ecclesiastica, & temporalia, præsentia, & futura vbilibet consistentia etiam si regalia vel alias talia sint quæ in obligatione generali bonorum non comprehendantur, eis tam generaliter, quàm specialiter, & expresse ac insolidum obligamus, & hypothecamus, ac obligata & hypothecata esse decernimus. Volentes & eadem auctoritate Apostolica statuentes quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & Ecclesijs Cathedralibus etiam Metropolitan. seu monasterijs præsint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtineant, ac in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, necnon hierosolymitan. vel quorumuis hospitalium, & militiarum, ac quorumcunque (non tamen mendicantium ordinum) religiosæ, quibus à iure, aut per priuilegium concessum est, proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercunque, præterquam ratione regularis professionis in aliquo ordine mendicantium dumtaxat inhabiles, & incapaces existant, in Monte prædicto quascunque pecuniarum quantitates, non tamen infra centum scuta similia in singulas personas huiusmodi vsque ad summam ducentorum & triginta millium scutorum huiusmodi ponere. Et tam ipsæ personæ, quàm alij ab eis causam habentes quoad vixerint pro pecunijs sic positis ad rationem duodecim scutorum de iulijs decem pro quolibet scuto cõputatis pro centenario singulis annis, & quolibet bimestri, eorum ratam sine aliquo conscientiæ scrupulo seu restitutionis onere, etiam si læsæ maiestatis aut alia quæcunque, & qualiacunque grauissima, & necessario ac in indiuiduo exprimenda, & specificanda crimina, præterquam in personam Roman. Pontificis pro tempore existentis aut alicuius eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalis commiserint, & propterea siue legitime conuictæ, seu in eorum non comparentium contumaciam in pœnam vltimi supplicij condemnatæ seu condemnandæ, & huiusmodi pœnæ tradendæ atque omnia eorum bona fisco applicata, aut applicanda fuerint tam pro sorte, quàm pro emolumentis suorum Montis prædicti locorum seu portionum, & pecuniarum, quæ seu quas nullatenus confiscari aut ad instantiam quorumcunque suorum creditorum vel alias modo aliquo sequestrari aut impediri posse decernimus, integre omni prorsus impedimento cessante percipere, & habere. Ac loca seu portiones, & pecunias huiusmodi corpore tamen sane & alias prout in resignationibus officiorum Romanæ Curiæ huiusmodi obseruatur, in vnius vel plurium, prout eis placuerit etiam filiorum suorum illegitimorum ex quocunque, quantumcunque damnato coitu procreatorum aut aliarum etiam magis incapacium personarum fauorẽ in manibus dilecti filij nostri Guidonis Ascanij Sfortiæ sanctæ Mariæ in Vialata Diaconi Cardinalis de sancta Flora nuncupati, moderni & pro tempore existentis S. R. E. Camerarij, & eo absente pro eo Thesaurarij nostri generalis resignare, & de locis, seu portionibus ipsis, dummodo in personã vnius de minori quàm centum scutorum similium summa non disponatur, nulla alia desuper obtenta dispensatione in toto vel parte simul vel separatim per viam resignationis huiusmodi libere disponere possint. Ita vt ipsi resignatarij in pecunijs per eos vel à quibus causam habuerint positis ac locis seu portionibus, & emolumentis prædictis per eandem resignationem succedere, & ad illa admitti debeant. Quodque personæ Montis huiusmodi Collegium inter se constituere, ac eiusdem Montis illiusque personarum Defensores deputare, necnõ collegialia iura & insignia habere, ac quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta ac sacris Canonibus non contraria, prosperum & tranquillum statum Montis huiusmodi concernẽtia condere ac condita mutare, corrigere, reformare, & alterare, ac quascũque pœnas etiã pecuniarias Mõti seu Collegio hmõi vel quibus eis placuerit, & videbitur applicandas, in quoscunque statutis, & ordinationibus prædictis contrauenientes infligere, necnon omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratijs literis, & indultis, quibus cætera quorũcunq; Vrbis Montium vacabilium Collegia vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere libere, & licite possint. Et quod Mons per nos erectus illiusque Collegium, & personæ huiusmodi ratione pecuniarum in eodem Monte impositarum ab omni decimarum, & etiam mesatæ nuncupatæ, ac aliarum impositionum per nos, & pro tempore existentem Romaoum Pontificem,

Ideo pro succursu dictæ Ciuitatis, &c. erigit Mõtem vacabilem, pro sũma 230000. scutorum, super introitibus Cameræ Apost. hic expressis.

Obligat etiã omnia bona Sedis Apostolicæ pro securitate dicti Montis.

Religiososque in Monte isto pecunias ponere posse declarat.

Emolumẽta quoque assignat Mõtistis, ad rationẽ duodecim pro cẽtenario, soluen. pro rata quolibet bimestri.

Confiscarique & sequestrari non posse decernit.

Resignari etiam posse conceditque in fauorem aliorum etiam illegitimorum.

Ad quod vide limitationem Pij V. infra in const. 120 Quæ ordini.

Monastisque facultatem concedit erigẽdum collegium &c.

Priuilegia quoque cõcedit alijs Mõtibus non vacabilibus cõcessa. Tu requiras illa in indice materiarum in ver. Montis.

Exemptionẽ etiã pro pecunijs in Monte positis elargitur.

etiam pro defensione fidei,& augmento cultus diuini, ac pauperum sustentatione, & conseruatione status Romanæ Ecclesiæ quomodolibet impositarum solutione libera immunia,& exempta existent ac censeri debeant. Nec super annuis redditibus ac introitibus,& emolumẽtis eis assignatis huiusmodi illorum perceptione & exactione etiam per nos ac successores nostros Rom.Pont.pro tempore existentes seu sedem prædictam quouis modo perturbari,impediri,inquietari,vel molestari,seu aliquo grauamine,vel onere etiam si euidens vtilitas,& vrgens necessitas etiam pro eiusdem fidei tuitione pauperũ subuẽtione,& expeditione contra infideles id suaderint onerari seu grauari possint, & ad probandum quod pecuniæ in dicto Monte positæ vel aliqua earum pars,

Montistæ non teneantur probare pecunias versas fuisse in vtilitatem, vel necessitatem Rom. Eccle.

in succursum dictæ Ciuitatis Auinionen. vel illius Comitatus huiusmodi aut alias in vtilitatem aut necessitatem Rom.Ecclesiæ,vel Sedis,& Cameræ prædictarum conuersæ fuerint minime teneantur. Quodque præsentes literæ vim,& robur veri,& validi cõtractus ac obligationis inter nos, & Sedem ac Cameram prædictas ex vna, & eos qui pecunias super ipso Monte posuerint aut ab eis causam habuerint ex altera partibus legitime initi,&

Præcess. habeat vim robur validi contractus.

stipulati obtineant, ac obtinere debeant, ea quo Mons ipse cum personarum quæ in eo pecunias suas posuerint maiori cautela suum celeriorem consequatur effectum,dilectum filium Io.Bapt.Pallauicinum Nobilem Ianuen. dictam eustam sequen.fide & facultate idoneum, annuorum reddituumac introituum, & emolumentorum ipsi Mõti,vt præfertur applicatorum exactorem,ac eiusdem Montis, & illius Collegij depositarium irreuocabilem

Depositarii Montis deputatio, & facultas conficiẽdi patentes.

& perpetuum ad hec vt solutiones facere ac introitus, & emolumenta huiusmodi inter personas dicti Montis pro rata pecuniarum,& portionum quas ipsæ in illo habuerint quolibet bimestri distribuere, & diuidere. Necnon personis pecunias suas in dicto Monte tam à primæua eius erectione huiusmodi quam alias ponentibus vt præfertur pro earum securitate literas patentes concessionum & resignationum locorum seu portionum huiusmodi, quæ eiusdem Camerarij pro tempore existentis vel in eius absentia pro eo præfati Thesaurarij nostri generalis manu subscriptæ ac sigillo eiusdem Montis munitæ sunt,tam hac prima vice,quàm quoties loca seu portiones huiusmodi per resignationem vel obitum aut alias vacare contigerit,solutis tamen ipsi Depositario per easdem personas pro quolibet locorum seu portionum in ipsis patentibus literis comprehẽsarum quinque iulijs inter eundem Depositarium ac infrascriptum secretarium necnon eiusdem Montis Computistam per dictum Depositarium deputãdum pro eorum salarijs,& emolumentis eiusdem Depositarij arbitrio diuidendis & distribuendis absque alia mercede vel impensa conficere & tradere. Quibus visis collegium Montis huiusmodi seu illius officiales, & Ministri pro tempore existentes ad quos id spectabit statim personas ipsas pro quibus literæ patẽtes huiusmodi emanauerint nulla alia ab eis ratione admissionis earũ aut alterius cuiuscũque petita vel recepta solutione in numerũ participantium dicti Collegij recipere ac ad emolumentorum pro rata locorum seu portionum huiusmodi eis debitorum perceptionem admittere teneantur. Ac ex nunc propterea eundem Gui-

Protectoris deputatio.

donem Ascanium Cardinalem,& pro tempore existẽtem Camerarium huiusmodi præfati Montis illiusque personarum ac officialium,& ministrorum quorumcunque Protectorem constituimus,& deputamus, eique curam præcipuam applicationis pecuniarum ex concessionibus locorum seu portionum Montis huiusmodi prouenientium cum illa vel illas per obitum aut alias quàm per resignationem vacare contigerit quæ nullatenus pignorari aut sine periculo vacationis vendi,sed iterum ita vt per obitum,& alias vt præfertur vacent,vendi, & concedi omnino debeant in redemptionem aliorum infrascriptorum Montium per prædictum Depositarium fa-

Secretarii deputatio.

ciendæ imponimus. Præterea Montis huiusmodi Secretarium dilectum filium Simonem Palutium laicum Sabinen.dioc.cum oneribus,& honoribus consuetis ac salarijs, & emolumentis eidem Depositario bene visis, & per eundem Depositarium persoluendis vt præfertur perpetuo constituimus,& deputamus. Ac vt personæ pecunias suas in dicto Monte in illius primæua erectione huiusmodi ponentes huiusmodi vberius ex liberalitate nostra commodum consequantur, volumus,& dicta auctoritate statuimus eisque indulgemus quòd loca seu por-

Loca huius Montis nõ vacent per triennium.

tiones ipsius Montis quæ personæ ipsæ emerint per triennium à die emptionis huiusmodi computandum per obitum personarum ipsarum vel ab eis causam dicto triennio durante habentium nõ vacent,sed illa ad hæredes decedẽtium eodem triennio durante deueniant: ipsique hæredes loca seu portiones huiusmodi retinere vel resignare ac pretium eorum vel earum recipere possint,ac resignationes huiusmodi admitti debeant. Necnon personæ ipsæ ad loca seu portiones ipsius Montis quasuis personas sub quarum nominibus loca ipsa cantent nomi-

Montistæ possint alios nominare in locis ipsius Montis, reseruata ipsis nominantibus eorundem locorum & fructuum dispositione.

nare,& sibi ipsis quoad ipsæ personæ nominandæ vixerint, tam locorum seu portionum quàm eorum fructuum, & emolumentorum, omnimodam dispositionem,illa interim personis sic nominatis penitus interdicta,ac cum alijs sibi beneuisis alias tamen licitis,& honestis pactis,& conditionibus reseruare possint. Ita tamen quod per obitum sic nominatarum personarum post triennium prædictum nisi prius resignauerint omnino vacent. Decernentes præmissa omnia,& singula inuiolabiliter obseruari,& ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores seu eorum locatenentes ac eiusdem S. R. E. Cardinales,sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & aucto-

Decretum irritans.

ritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus præmissis ac felicis recordationis Symma-

Clausulæ derogantes.

chi PP. & Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac Pauli IIII. Roman.Pontific. prædecessorum nostrorum de alienatis recuperandis, & capitulis in conclaui, in quo diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus editi,& per nos post coronationem nostram confirmatis,ac nostra de non tollendo iure quæsito quatenus opus sit, & alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Cameræ præfatæ iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudmibus, priuilegijs quoque indultis,& literis Apostolicis quibusuis personis per præfatos aut quosuis alios Romanos Põtifices prædecessores nostros, ac nos & Sedẽ prædictã quomodolibet etiam Motu proprio ac consistorialiter, & ex scientia,& potestatis plenitudine similibus,ac per viam generalis legis,& statuti perpetui,necnõ cũ quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis,necnon irritantibus, & alijs decretis quomodolibet concessis approbatis,& innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, & indiuidua, & expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis ha-

bentes

bentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod occurrente pro tempore locorum Montis per præsentes erecti huiusmodi vacatione, per obitum aut alias quouis modo præterquam per resignationem, quicquid pecuniarum ex illorum sic vacantium nouis concessionibus seu venditionibus iuxta formam prædictam, & non aliter per præfatum Camerarium faciendis vt præfertur prouenerit, illud idem Depositarius recipere ac in totidem locorum Nouennalis primo, & deinde Pij farinæ nuncupatorum, ac postea prout quisque antiquior fuerit aliorum hactenus erectorum Montium non vacabilium donec aliqua superextint redemptionem, & non in alios etiam dictæ Cameræ Apostolicæ vsus infra trimestre ad minus conuertere teneatur. Quodque præsentium literarum transumptis manus alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo Collegij Montis per easdem præsentes erecti huiusmodi seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis ea prorsus fides in Iudicio, & extra adhibeatur quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Ac vt illæ ad omnium quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurũ notitiam perueniant per aliquem ex nostris Cursoribus in acie Campi Floræ affigãtur ac alias more solito publicentur, quarum affixio, & publicatio eos quos illæ concernunt perinde arctent ac si literæ ipsæ eisdem personaliter intimatæ essent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, positionis, substitutionis, surrogationis, obligationis, hypothecæ, voluntatis, cõstitutionum, deputationum, decretorum, statutorum, impositionis indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, quintodecimo Kal. Septembris. Pontificatus nostri anno quarto.

Pecuniæ redigendæ ex locis huius Montis per obitum vacantibus, ex ponantur in extinctionem locorum Montis Nouennalis, & successiue Mõtis Pij farinæ, & aliorum Montium.

Forma & effectus publicationis. Quem habes hic in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Portuen.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Tusculanen.
Ego Fu. Card. Perus.
Ego Io. Mi. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Romanus.
Fr. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Card. Aracæli.
Ego Ia. Card. Sabellus.

Ego Io. Antonius Card. S. Georgij.
Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Ph. Card. Aburd.
Ego Carol. Card. Borromeus.
Ego Marcus Sitticus Card. Constan.
Ego Guid. Asc. Card. Camerarius.
Ego Hip. Card. Ferrarien.
Ego Vitello S. Mariæ in Porticu Card. Vitellius.
Ego Aloysius Card. Esten.
Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego Indicus Aualus Card. Arag.

Cæ. Glorierius.
A. de Alexis.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo tertio, Indictione sexta, die vero vltima, mensis Septembris. Pontificatus sanctiss. in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno quarto, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cãcellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem in supradictis locis præsentibus literis affixis per aliquantulum temporis spatium, & deinde amotis, vt moris est per nos Iulium Parinum, & Andream de Curia prælibati. S. D. N. PP. Cursores.

Publicatio.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

X C I.

Studij Bononiensis, illiusque Rectoris, & Scholarium facultates, Indulta, & Priuilegia.

Ad hoc vide infra constit. 112. In sacrosancta. & constit. 113. Sanctissimus. & Pij V. constit. 59. Quamuis.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.
SACRI Apostolatus ministerio meritis licet imparibus superna dispositione præsidentes, ad ea libenter intendimus, per quæ literarum studia vbique nostræ prouisionis ope continua suscipiant incrementa, & hijs quæ propterea, ac pro personarum quarumlibet præsertim literarum scientia præditarum commodo prouide facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuo, & illibata persistant, nostræ approbationis robur libenter adijcimus, ac alias desuper prouidemus, prout locorum & personarum qualitatibus debite pensatis, in Domino conspicimus expedire. Cum itaque sicut accepimus in Ciuitatè nostra Bononien. Studium generale Iuris Ciuilis & Pontificij semper adeo floruerit, & floreat, vt ad eam veluti ad studiorum matrem vndique confluant variæ, & diuersæ personæ, & ex qua quàmplures famosissimi viri prodijsse, & in dies prodire dignoscatur, quorum scientia, ne dum ipsa Ciuitas, sed etiam totus illustratur Orbis, & cum nuperrimè pro commodiori vtilitate Scholarium in eadem Ciuitate, & Vniuersitate Studentium, ac etiam ibidem legentium, per Dilectum filium nostrum Carolum Tituli sancti Martini in Montibus Presbyterum Cardinalem Borromeum nuncupatum nostrum & Sedis Apostolicæ in dicta Ciuitate Legatum, dicta Vniuersitas, seu Sapientia in qua Doctores legunt in melius reformata, & seu de nouo constructa fuerit. Nos cupientes Vniuersitatem ipsam, ac

Studij Bononiensis commẽdatio.

dilectum

dilectum filium Antonium de Raia Vtriusque Iuris Doctorem nuperrime eiusdem Vniuersitatis Rectorem, & ab ea ad id ad Nos deputatū, & Scholares ad eam accedētes specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & vt facilius ad eam accedendum & studia prosequendum inuitentur, ac excitentur, Statutorum Ordinationum, priuilegiorum, & capitulorum dictæ Vniuersitatis tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, ipsosque Antonium, & Scholares à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes. Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, pro tempore existenti Rectori eiusdem Vniuersitatis liberam, & absolutam facultatem eandem Vniuersitatem regendi, & gubernandi, ac vltra alias facultates, honores, priuilegia, & emolumenta quæcunque sibi attributa, ac concessa omnes, & quascunque causas ciuiles tantum inter ipsos Scholares eiusdem Vniuersitatis, & alios quoscunque in futurum mouendas videndi, audiendi, cognoscendi, decidendi, ac fine debito terminandi, ita vt omnimoda, & libera Iurisdictio, respectiue dictarum causarum ciuilium ad eundem Rectorem libere, & pleno iure spectet, & pertineat, etiam priuatiue ad Vicelegatum eiusdem Ciuitatis, ac omnes alios, & quoscunque Iudices auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus.

Rectoris studij iurisdictio & facultates, & priuilegia.

De electione Rectorum vide infra in const. xii. In sacrosancta.

Ac vt eadem Vniuersitas sine Rectore non remaneat, quinimmo, vt Scholares ad Officium Rectoratus eiusdem Vniuersitatis acceptandum inuitentur auctoritate & tenore prædictis volumus, & mandamus, quod de cætero Rectoribus ipsis, finito dicto eorum officio, & postquam in dicta Vniuersitate Bononien. publice doctorati fuerint, de aliquo Gubernio, seu Prætoria, aut alio officio iuxta qualitatem & merita personæ in Prouincijs Marchiæ, vel Romandiolæ per Legatos, seu Gubernatores earundem pro tempore, sub indignationis nostræ, & mille Ducatorum pœnis Cameræ Apostolicæ applicandorum prouideri debeat, ipsisque gubernio, aut alij ex prædictis officijs in aliquibus Ciuitatibus ex dictis Prouincijs præfici, ac ad Gubernium, seu Prætoriam, aut officium huiusmodi admittendos fore, & esse. Mandantes pro tēpore existentibus Legatis, seu Prolegatis, Vicelegatis, vel Gubernatoribus, vt eosdem ad Gubernium, seu Prætoriam huiusmodi, & vt sup. admittant, ac de illis, eisdem, vt præfertur, prouideant, & seu admittant, & prouideri faciant, iuxta tamen qualitatem, & merita personæ ipsius Rectoris. Et insuper omnia, & singula dictæ vniuersitatis, & Gymnasij præfati statuta, ordinationes, priuilegia, & capitula quæcunque, ac desuper forsan confecta instrumenta, & documenta, siue alias scripturas publicas, & priuatas, ac in eis cōtenta, ac indesequuta quæcunque dummodo licita, & honesta sint, & contra Canonicas Sanctiones, & libertatem Ecclesiasticam non tendant eisdem auctoritate, & tenore perpetuo approbamus, & confirmamus, eisq; perpetuæ firmitatis robur adijcimus, illaq; omnia valida, & efficacia existere, ac suos plenarios, & integros etiam executiuos effectus sortiri, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus cuiuscunq; gradus personis vicelegatis, ac Iudicibus, & officialibus dictæ Ciuitatis tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, ac delegatis, & subdelegandis, Necnon Collegijs, & congregationibus, ac Auditoribus, & magistratibus alijsue quibuscunque etiam in foris eorum proprijs inuiolabiliter, & inconcusse obseruari, ac iuxta eorum dispositionem debite exequi, nec per quempiam illis contrariari, aut ea etiam in aliquo alterari posse, nec debere decernimus, supplentes omnes, & singulos tam iuris, quàm facti defectus si qui forsan interuenerint in eisdem.

Priuilegiorū, & ordinationū studij Bonon. confirmatio.

Declaratio huiusmodi priuilegiorum, vide infra const. c. 113. Sanctissimus.

Et nihilominus potiori pro cautela præmissa omnia modo, & forma præmissis, ac in dictis documentis, & scripturis contentis auctoritate, & tenore præfatis perpetuo statuimus, concedimus, & ordinamus, Quodq; illis, ac præsentibus literis etiam per quascunque literas Apostolicas quasuis etiā derogatoriarum derogatorias, & efficaciores, ac insolitas clausulas, necnon irritantia, & alia decreta insolita continentes minime derogari, nec derogatum esse censeri possit, & si illis derogari contingat derogatio huiusmodi nemini suffragetur.

Clausulæ præseruatiuæ.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in qualibet causa, & instantia iudicari, & interpretari debere, irritum quoque, & inane si secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quo circa Venerabilibus fratribus Episcopo Bononiensi siue eius Vicario in spiritualibus generali ac Vicelegato Ciuitatis nostræ Bononiensis, ac dilecto filio Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel alium seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Scholarium prædictorum, vel alicuius eorum, seu aliorum quorum interierit desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentes literas plenum effectum sortiri, ac iuxta illarum tenorem firmiter obseruari, nec non singulos, quos literæ ipsæ concerunt præmissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos, vel eorum aliquem per quoscunq; desuper contra earundem literarum tenorem quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras Ecclesiasticas, ac pœnas pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & applicandas appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando. Super quibus, necnon contradictores, & rebelles prædictos, ac quoscunq; molestatores, & alios præmissorum occasione citandos constito eis summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu etiam per edicta publica locis publicis, ac ipsis citandis circumuicinis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad eorumdē citandorum notitiam peruenire valeant affigenda, quæ perinde illos arctent, ac si eis personaliter intimata fuissent citandi, eisque, ac quibusuis iudicibus, & alijs personis quibus dicta occasione inhibēdum fuerit etiam sub sententijs censuris, & pœnis prædictis, ac per similia edicta inhibendi, eisdem auctoritate & tenore eis facultatem concedimus.

Decretū irritans Executorum deputatio, & facultates.

Clausulæ derog.

Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac dictæ Ciuitatis etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, ac reformationibus, & decretis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis concessis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo

ad

ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expresſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro expresſis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, Cæterisq; contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excõmunicari non posſint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxv. Septembris 1565. Pontificatus Nostri Anno Quarto

Alexander Riarius.

X C I I.

Limitatio exemptionum, quorumcumque Monasteriorum, & personarum Ordinis Cistercien. à iurisdictione Abbatis, & aliorum eiusdem Ordinis superiorum, Ac Moderatio facultatum illa visitandi Episcopis & alijs concessarum. Et confirmatio, ac innouatio antiquorum Ordinis indultorum, Et concesſio aliorum Priuilegiorum.

Hæc constitutio confirmatur Declaratur, & ampliatur per Greg. 13. in eius const. 23. Superna dispositione vbi notabo concord.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
In eminenti dignitatis Apostolicę specula meritis licet imparibus diuina dispositione vocati, ad ea libẽter intendimus per quæ singuli Religionũ Ordines, abusibus, & incommodis quæ in eos tractu temporis diuersimode irrepserunt eliminatis, non solum antiquis suis prærogatiuis, & dignitati restituantur, sed etiam regularia eorum instituta ad Diuinæ maiestatis laudem, & gloriam in posterum stabiliantur. Et vt id votiue succedat, his quæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros prudenter concessa ordinataq; fuerunt vt firma perpetuo, & illibata persistant, libenter cum à nobis petitur Apostolici roboris firmitatem adijcimus, illaque nonnunquam innouamus, & ampliamus, ac alias super his disponimus, prout personarum temporumq; conditione pensata conspicimus in domino salubriter expedire. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Ludouici Abbatis monasterij Cistercij Cabilonen. diœc. petitio continebat, quod licet ordo Cistercien. in suma puritatis, & deuotionis perfectione per multa retroactarum annorum secula, ac tandiu exemplari religiosorum suorum vita atq; sanctimonia non solum in Regno Franciæ vbi supremum eius caput videlicet Cistercij prædictum cum alijs quatuor illius præcipuis nempe Firmitatis Pontiniaci Clareuallis, & Morimundi Cabilon. prædictæ ac Antissiodoren. & Lingonen. diœc. respectiue monasterijs quæ filiæ Cistercij nuncupantur, sed etiã per alia fere vniuersa Christiani orbis climata cum bonæ famæ, & virtutum odore, eximioque religionis decore ad ædificationem militantis Ecclesiæ, quandiu iuxta Sanctorum Patrum institutiones, & regularia illius instituta præfatis alijsque Monasterijs de Monachorum dicti ordinis personis prouisum, eiusque laudabilia statuta ritus consuetudines, & priuilegia firmiter obseruata fuerunt, domino cooperante floruerit: nihilominus à pluribus annis citra, præsertim postquam pleraque monasteriorum, & prioratuum suorum aliis quam dicti ordinis personis commendari à superioris obedientia per exemptionum vnionum aliasque diuersas vias tanquam membra à suo corpore diuelli, abstrahi, & dismembrari ceperunt, specioso illo regularis disciplinæ candore paulatim offuscato, vniuersus ordinis status in miserabilem, dispersionem, & desolationem prolapsus est. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat tantis huius olim Deo mortalibusque gratæ religionis incommodis aliter quam per antiquorum statutorum consuetudinum rituum, & priuilegiorum prædictorum vndique conuulsorũ, & diuersimode oppressorum restitutionem mederi non posse videatur, pro parte eiusdem Ludouici Abbatis asserentis se Romam his periculosis temporibus opis super hoc à nobis implorandæ gratia personaliter accessisse, nobis fuit humiliter supplicatum quatenus afflictis eiusdem ordinis rebus succurrentes, exemptiones ab ipsius Ordinis Superioribus per eius personas aliaque priuilegia contra illum per quosuis ab Apostolica sede obtenta moderari, ac præfatis statutis, consuetudinibus, ritibus, & priuilegijs pro illorum firmiori subsistentia robur Apostolicæ confirmationis adiicere, illaque innouare, ac alias in præmisſis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui ordinis prædicti nobis, & dictæ Sedi in primis deuoti, decus, & integritatem suique pristini candoris restitutionem sincero desideramus affectu, ipsum Ludouicũ Abbatem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectũ præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon omnium, & singulorum infrascriptorum immunitatum libertatum exemptionum, indulgentiarum etiam plenariarum, conseruatoriarum facultatum, ordinationum, statutorum, priuilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum, ac literarum desuper expeditarum tenores præsentibus pro sufficienter expresſis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & singulas ab Abbate Monasterij Cistercij aliisque Superioribus, & Capitulo generali ordinis huiusmodi eiusque deputatis immunitates, libertates, & exemptiones, quibusuis tam virorum quam Sanctæ Catherinæ Caietan. & Sanctæ Mariæ de Celestia nuncupatæ Venetiarum aliisque Monialium Monasterijs, ac prioratibus, & alijs regularibus locis dicti ordinis, ac dilectis filiis Abbatibus, & prioribus dilectisq; in Christo filiabus Abbatisſis, & Priorisſis, necnon Conuentibus Capitulis, & personis eorumdem tam in Gallia, Italia, Hispania, Portugallia, Germania, Anglia, & Scotia, quam alibi vbilibet consistentibus, ita quod immunitatibus libertatibus, & exemptionibus huiusmodi non obstan. pro tempore existentes Abbas generalis nuncupatus, & alij Superiores dicti ordinis eorumque Vicarii, iuxta ipsius ordinis instituta, monasteria prioratus, & loca prædicta, ac illorum personas tam in capitibus quam in membris visitare libere, & licite valeant. Ac quæcunq; priuilegia, & indulta Apostolica visitandi monasteria tam virorum quam mulierum ordinis huiusmodi quibusuis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis Abbatibus, & aliis, quam generali Cistercien. prædicto, ac aliis quatuor Primis nuncupatis quatuor Monasteriorum

Causa huius constitutionis.

Abbas & ordinis Cistercien. Superiores, posſint visitare quæcunque Monasteria, & loca, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & exemptionibus.

Hoc idem concesſit Greg. 13 in eius const. 23. superna dispositione.

Indulta Apoſtolica Epiſcopis, & alijs conceſſa viſitandi eadem loca limitantur, vt Abbas præfatus, & alij ſuperiores illa etiam viſitare poſsint. Hoc voluit etiã Greg. 13. ibidem

riorum filiarum Ciſtercij nuncupatorum prædictorum Abbatibus, cæteriſq; ſuperioribus eiuſdem ordinis ad id ab ipſo generali Capitulo deputatis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac nos, & ſedem prædictam, etiam ad quorumuis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, vel etiam motu proprio, & ex certa ſciẽtia etiam conſiſtorialiter, & cum cauſæ cognitione ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs clauſulis, irritantibuſque, ac alijs decretis hactenus quomodolibet conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, & inde ſecuta quæcunque, ad hoc duntaxat, vt Abbati generali, & alijs Superioribus ordinis eorumque Vicarijs, monaſteria huiuſmodi, vt ſupradictum eſt, viſitare liceat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium moderamur, & limitamus.

Inhibitio contra Epiſc. & alios impedientes eos in viſitationibus. Hoc idem ſtatuit Greg. 13. ibidem

Inhibentes Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs ſuperioribus, prælatis videlicet ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ ac ſuſpenſionis à diuinis, Abbatibus vero, & alijs inferioribus præfatis, cæteriſque quibuſcunque perſonis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne Abbatem generalem, & alios ſuperiores ordinis eorumq; Vicarios præfatos quominus viſitationes iuxta regularia ordinis inſtituta huiuſmodi libere facere poſſint, per ſe vel interpoſitas perſonas directe vel indirecte aut alias quoquomodo impedire audeant, vel præſumant.

Monaci, & Moniales tenentur benigne recipere eoſdem viſitatores, ſub pœnis hic expreſsis. Immò Moniales fuerunt exemptæ à Greg. 13. vt in eius conſt. 60 vniuerſi.

Ipſis autem monaſteriorum, & aliorum locorum prædictorum Abbatibus, Abbatiſsis, prioribus, conuentibus, monachis, monialibus, & perſonis, vt Generalem alioſque Abbates Superiores, & Vicarios præfatos, vt præfertur viſitare volentes, benigne recipiant, eiſque, & eorum mandatis in concernentibus eorum viſitandi officium huiuſmodi pareant, & humiliter obediant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub ſimilis excommunicationis pœna diſtricte præcipien. mandamus.

Confirmatio Indultorum Ordinis, & maxime quod Commendatarij non habeant iuriſd. in Monaſteria commendata.

Et inſuper vniuerſa, & ſingula priuilegia, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, etiam quatenus ſint in vſu plenarias, conſeruatorias, facultates, indulta, & alias gratias Ciſtercij, & quatuor filiabus nuncupatis monaſterijs, & Ordini, eiuſque Capitulo generali, diffinitoribus, & aliis Superioribus præfatis per piæ memoriæ Paſchalem II. Calixtum etiam II. Eugenium III. Alexandrum etiam III. Lucium ſimiliter III. Honorium etiam III. Gregorium IX. Innocentium IIII. Sixtum pariter IIII. præſertim commendas, & commendatarios monaſteriorum, & aliorum locorum ordinis huiuſmodi concernentia, & quod commendatarijs pro tempore exiſtentibus nullam in monaſteria dicti ordinis ſibi commendata, & eorum monachos iuriſdictionem exerceant, ac etiam ſuper priuilegiorum aliarumque gratiarũ ipſi ordini conceſſarum confirmatione ſub quarto, & ſexto Idus Martij, Quinto Non. & quarto Idus Martij, quinto, & ſexto Idus Martij, ſexto annis Pontificatus ſui Dat. reſpectiue, & quoſcunque alios

Hoc idem voluit Greg. 13. in d. conſt. 13 Et de materia commendandi Monaſt. uide ſup. in Leõ. 2. cõſt. 13. fo. 391.

Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam hactenus quomodolibet conceſſa, Necnon ordinationes, & ſtatuta ab exordio ſundationis eiuſdem ordinis vſque in præſentem diem in dicto generali Capitulo concorditer ædita, etiam ſi in vſu eſſe deſierint, dummodo infra lapſum temporis immemorabilis videlicet centum annorum in deſuetudinem non abierint, Ac præterea ſuper contributionibus per omnia, & ſingula eiuſdem ordinis monaſteria Abbati Ciſtercij ſeu Capitulo generali prædictis faciendis, & ſoluen. ita quod omnes etiam commendatarij ad illarum ſolutionem etiam ſub ſimilis excommunicationis latæ ſententiæ pœna teneantur, & ad id etiam quibuſcunque priuilegijs, etiam ab ipſa ſede obtentis non obſtantibus compelli poſsint, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula alia in literis Apoſtolicis, alijſque documentis deſuper

Confirmatio ſtatutorũ Ordinis. Eadẽ confirm. fecit Greg. 13. ibidem.

confectis contenta, & inde ſecuta quæcunque, licita tamen, & honeſta eiſdem auctoritate, & tenore ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem ſupplemus, ac potiori pro cautela eadẽ

Commendatarij tenentur ad contributionem faciẽdas Abbati, & Capit. Hoc ſtatuit Greg. ibidem.

omnia, & ſingula priuilegia, prærogatiuas, & facultates, exemptiones, indulgentias conſeruatorias, indulta, & alias gratias eiſdem modo, & forma quibus ordini eiuſque Abbatibus, Capitulo generali, & ſuperioribus præfatis per dictos prædeceſſores conceſſa ſunt, illis de nouo auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & innouamus. Necnon eadem ordinationes, & ſtatuta ſimiliter, & de nouo.

In Monaſterijs commendatis, alius perſonis quam ipſius Ordinis, inſtitui debet menſa conuentualis diſtincta ab Abbatiali, & ſufficiens pro Monacis &c. Immò hæc menſa tenetur ad expenſas ornamentorum, &c. vt declarat Greg. ibidẽ

Et præterea quod in monaſterijs dicti ordinis, quæ diuerſis perſonis (etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales exiſtant) de præſenti commendata eſſe reperiuntur, & in futurum commendari ſeu alias quoquomodo alijs quam ordinis ipſius perſonis concedi continget, vbi non fuerit inſtituatur menſa conuentualis ab Abbatiali mẽſa diſtincta, & ſeparata, cum annuis fructibus, redditibus, & prouen. iuxta monaſteriorum ipſorum facultates cõpetentibus, & honeſtis, pro ſufficienti conuentus, & Monachorum aliorumq; religioſorum eiuſdem ordinis numero, in vno quoque ex ipſis monaſterijs per ipſos Generalem, & cæteros ordinis ipſius Superiores, aut eorum Vicarios ordinando, ad quam menſam ſic inſtituendam, congruoſque redditus aſsignandos ipſi commendatarij omnino teneantur, & ad id etiam per cenſuras Eccleſiaſticas fructuum, redditũm, & prouen. ſequeſtrationes, & alia opportuna iuris remedia cogi poſsint, & debeant.

Religioſi alterius Ordinis, intruſi in locis huius ordinis, aut eijciantur, aut eiuſdem Ordinis profeſ. faciant.

Et quia, ſicut accepimus, in multis dicti Ordinis tam virorum quam mulierum Monaſterijs quamplures mendicantium, & aliorum ordinum religioſi vtriuſque ſexus ab immemorabili tempore citra ſe intruſerunt, & perſæpe intrudere præſumunt, quod illi vel inde realiter & cum effectu eijciantur, vel ſaltem habitum infra annum ſuſcipiant, ac profeſsionem regularis eiuſdem Ciſtercien. ordinis expreſſe emittant, debitamque obedientiam, & reuerentiam illius Abbati generali, & reliquis ſuperioribus præfatis præſtent, ac diuinum officium ſecundum ipſius ordinis morem celebrent, ſeque regularibus eius inſtitutis omnino conforment.

Vniones, & ſuppreſsiones Monaſteriorum & fructuũ diſmẽbrationes fieri nequeũt.

Vniones autem, annexiones, & incorporationes, ac ſuppreſsiones, & extinctiones Monaſteriorum, & Prioratuum eiuſdem ordinis, aut fructuum, redditũm, & prouen. illorum diſmẽbrationes, & locis alijs quantumlibet pijs applicationes, & aliæ quæuis perpetuæ illorum alienationes cuicunque alteri loco ex quauis cauſa quantumcunque honeſta, vrgenti, & neceſſaria abſque ſpeciali, & expreſſo eiuſdem Abbatis generalis pro tempore exiſtentis conſenſu in ſcriptis, cauſaſque prius à Capitulo præfatis, vel alias rite cognita, etiam per nos, & ſedem prædictam etiam de Fratrum conſilio, ac ad quorumuis etiam Imperatoris Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam deinceps nullatenus fieri poſsint, & ſi aliter fiant nullius omnino ſint roboris, neque Ordo, eiuſque Superiores, & perſonæ præfatis literis deſuper conficiendis obedire debeant.

Monaci degentes in Monaſterijs vnitis alij Pijs locis remanent ſub correctione Superiorũ huius ordinis.

In his vero quæ hactenus vnita annexa, & incorporata fuerunt, ſeruetur præciſe forma ſingularum literarum ſuper ipſis vnionibus, incorporationibus: ſeu applicationibus, aut alijs quibuſcunque diſpoſitionibus expeditarum, Ita tamen quod Monachi in ſingulis Monaſterijs huiuſmodi degentes ſint, & remaneant ſub obedientia, & correctione Abbatis Generalis aliorumque ſuperiorum ordinis Ciſtercien. prædictorum,

ctorum, & suorum vicariorum in omnibus, & per omnia, perinde ac si vniones, anneaiones, & incorporationes, huiusmodi non emanassent, etiam si in illis aliter caueretur, & vsus, non tamen à tempore immemorabili, vt præfertur contrarium obtineat, quæ contra præsentis statuti tenorem nemini suffragentur.

Moniales alterius ordinis quando recipi possint in Abbatissas huius ordinis.

Postremo quod nullæ alterius ordinis Moniales, in Abbatissas monasteriorum Monialium dicti ordinis assumi, vel si assumantur in eisdem monasterijs recipi possint, nisi illorum immediato Patre superiore præsente, qui illis habitum exhibeat, & ab eis tria substantialia vota, necnon iuramenta obseruandi statuta dicti ordinis, ac secundum ea viuendi recipiat.

Monasteria quæque teneantur ad contributiones soluendas Abbati, & Capitulo.

Quodque omnia, & singula monasteria, ordinis huiusmodi, tam virorum quam mulierum vbicunque eaistentia, seu eorum Abbates, vel priores etiam commendatarij, Abbatissæque vel Priorissæ in signum obedientiæ, & superioritatis solita regalia videlicet contributiones solitas etiam Abbati monasterij Cistercij, & Capitulo generali præfatis, omnibus exceptione, recusatione, præscriptione, & alia excusatione penitus cessantibus, annuatim soluere teneantur; & ad id compelli possint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eisdem scientia auctoritate, & tenore perpetuo statuimus, & ordinamus.

Tu scias Moniales fuisse exēptas à Superioritate illorum, & subiectas ordinarijs à Greg. 13 in constit. 60. Vaiecth.

Ac limitationem, moderationem, inhibitionem, præceptum, mandatum, approbationem, confirmationem, adiectionem, suppletionem, concessionem, innouationem, statuta, & ordinationes, aliaque præmissa, ac præsentes literas de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis nostræ defectu quouis prætextu quæsitove colore aut ingenio nullatenus notari argui vel impugnari posse: neminemque illa quauis de causa etiam iustissima impugnantem in iudicio vel extra audiendum esse, nec illa sub quibusuis similium, vel dissimilium concessionum, gratiarumque reuocationibus, suspensionibus, modificationibus, limitationibus, vel derogationibus, etiam per nos & successores nostros, ac sedem prædictam, etiam Imperatoris, Regum Reginarum, Ducum, & aliorum Principum intuitu, & contemplatione, aut in eorum, vel etiam in nullius fauorem sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis ac etiam vim contractus aut legis, seu statuti perpetui inducentibus decretis, & alias quomodolibet concessis & concedendis, a quibusuis constitutionibus & ordinationibus apostolicis desuper quomodolibet editis & edendis aliquatenus comprenendi, neque illis vllo vnquam tempore etiam per sedem predictam derogari posse, nec der gatum censeri, nisi de toto tenore, & data præsentium expressa mentio habita, & derogatio, suspensio, limitatio, reuocatio, aliaque prædicta de Cistercij aliorumque quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum expresso consensu facta fuerint, & si aliter derogari, reuocari, suspendi, limitari, corrigi, aut emendari cōtigerit, huiusmodi derogationem, reuocationem, suspensionem, limitationem, correctionem, & emendationem nullius esse roboris vel momenti, & quoties illæ vel illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restituta, & de nouo etiam sub quacunque data per ipsum Abbatem Monasterij Cistercij pro tempore existentem eligenda concessa esse. & censeri:

Clausulæ præseruatiuæ.

Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam S. R. E. Cadinales, ac causarum palat j Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere: & quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentarj contigerit, irritum, & inane decernimus.

Decretum irritans.

Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo ius quæsitum, & alijs quibusuis Apostolicis, necnon in Prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibuslibet etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & decretis, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis præfatis, alijsque congregationibus Præsulibus, Abbatibus, ecclesijs, monasterijs, capitulis conuentibus, prouincijs ac personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie etiam motu simili aut etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum verio res tenores, formas, dat. & decreta in eis apposita, ac si, de verbo ad verbum insererētur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Clausulæ derogatoriæ.

Et quia difficile foret easdem præsentes ad diuersa loca prouinciasque circumferre, volumus & dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis, seu exemplis etiam formis impressis, manu alicuius publici Notarij subscriptis, & sigillo Abbatis generalis, aut alicuius ex alijs superioribus ordinis huiusmodi munitis plena, & indubia, ac ea prorsus fides vbique etiam in iudicio adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ aut ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis, moderationis, limitationis, inhibitionis, mandati, confirmationis, approbationis, adiectionis, suppletionis, concessionis, innouationis, statuti, ordinationis, decretorum derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Sexto Kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno Quarto.

M. Coyrinot.

Registrata apud Cæsarem Secretarium,

XCIII.

Iurildictio, & facultates, Protectoris, & Iudicis, Hospitalis & Societatis Sancti Hieronymi Illiricorum de Vrbe.

Protector ounc est Illustrissimus & Reuerendissimus Alexander Farnesius Episcopus Ostien. & Velit. & Collegij Cardinalium Decanus.

Index antem ab eo deputatus est Magnificus Dominus Tiburtius Burtius Iureconsultus Parmensis.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, etc.
CVM sicut accepimus Hospitale Illiricorum sancti Hieronymi prope Ripettam de Vrbe, ob li-
tes & quæstiones, quibus ad diuersa Vrbis Tribuoalia, oecasione locationum, censuum, donario-
num, hæreditatum, legatorum, & diuersarum aliarum rerum eiusdem tam agendo, quàm defen-
dcodo iugiter implicitum existit, quamplurima damna & incommoda patiatur, ac impensæ litis, valo-
rem, &c. de qua ea tempore agitur sæpenumero eauperet. Nos Hospitale ipsum, in quo pijssima charira-
tis, & misericordiæ opera pauperibus Christi contiouo impendi spectantur, ab huiusmodi dispendijs quaō-
tum possumus subleuare volentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis
plenitudine, omnes & singulas causas, inter dictum Hospitale siue dilectos filios Custodes, Officiales, ac Mi-
nistros Societatis eiusdem Hospitalis, & quascunque alias etiam sæculares personas, Vniuersitates, Societa-
tes, ac loca coram Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Regente, Præsidente, ac Clericis Cameræ Aposto-
licæ, oecnon Vicario, Gubernatore, & Senatore Vrbis, illiusque primo seeundo Collateralibus, ac appel-
lationum causarum Curiæ Capitolij eiusdem Vrbis Capitaneo, necnoo Magistro stratarum, aliisque quibus-
cunque Iudicibus ordinarijs, & Delegatis, etiam causarum palatij Apostolici Auditoribus, & eiusdem Ro-
manæ Ecclesiæ Cardinalibus, nunc & pro tempore pendentes, super quibuscunque locationibus, venditio-
nibus, donationibus, legatis, fideicommissis, testamentis, eaecutionibus, reuocationibus, bonis, rebus,
iuribus, & actionibus, Hospitalem, et Societatem, officiales, liris consortes, et alios præfatos, tam con-
iunctim, quàm diuisim, ac tam actiue, quàm passiue concernentibus, ac ad Hospitale, et Societatem hu-
iusmodi quomodolibet spectantibus, in quamcunque instantia inter illos, necnon alia equæ vel magis pia lo-
ca, Vniuersitates, et Collegia quomodolibet priuilegiata, ac Viduas, pupillos, et alias personas etiam
esemptas, pendentibus, cuiuscunque qualitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, et naturæ exi-
stant, etiam præmissis expressis maiores, quorum omnium statum et merita, ac Iudicum, et collitigantium
nomina et cognomina, et qualitates cæterasque etiam de oecessitate exprimenda præsentibus haberi volu-
mus pro expressis, in statu et terminis, in quibus reperiuntur, dummodo instructæ non sint, harum serie ad
nos aduocantes, dilectum filium nostrum Rodulfum Pium, Episcopum Ostiensem, ac Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinalium Decanum, Cardinalem de Carpo nuncupatum, modernum, & pro tempore existentem
Protectorem, eiusdem Hospitslis Iudicem ordinarium, & perpetuum, ad præfatas, oecnon quascunque alias
similes vel dissimiles, causam & causas ciuiles et criminales ac miatas ad Hospitale, et Societatem huiusmo-
di pertinen. tam per eos, quàm contra eos, & inter eos, ac personas, Vniuersitates, Collegia, seu loca
etiam priuilegiata, & eaempta, tam actiue, quàm passiue, pro tempore mouendas, iuxta ordinatam iuris-
dictionem seu facultatem, tam Gubernatori, siue Regenti, vel Auditori Cameræ Apostolicæ, quam Vica-
rio præfatis, & eorum cuilibet attributas, ac prout rerum qualitas eaegerint seu postulauerit, cum omni-
bus & singulis eorum inciden. dependen. emergen. anneais & connexis, summariæ simpliciter & de pla-
no, ac sola facti veritate inspecta, & absque terminorum aliquorum substanrialium obseruatione, aut alicu-
ius regestri confectione, per se vel alium seu alios audien. & sine debito terminum anctoritate Apostolica te-
nore præsentium perpetuo constituimus, & deputamus etism ad hunc effectum illi etiam per alium, seu alios
quoscunque tam in Romana Curia, quam estrs eam, etiam per edictum publicum constito sibi prius quàm
etiam summarie de non tuto accessu ad illos, citandi & monendi, eisdemque, & præfatis ac quibuscunque
altis eiusdem Vrbis Curiarum Iudicibus, & personis tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, quibus & quoties
opus fuerit, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, quibus sibi, si-
ue ab eo deputando Auditori videbitur, inhibendi, et in euentum non petitionis contra inobedien-
tes et rebelles, ad declarationem incursus censurarum et pœnarum huiusmodi, illarumque aggrauatio-
nes, et alias iuata stilum et morem dictarum Curiarum in similibus seruari solitum, ac alias prout si-
bi videbitur procedendi, sententiamque siue sententias debitæ executionis demandandi, siue demaoda-
ri faciendi. Contradictores quoslibet & rebelles, per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecu-
niarias, aliaque iuris & facti opportuna remedia, appellatione postposita, compescendi auxiliumque bra-
chij

Aduocat ad se hic Pont. omnes causas coram quocunque Iudice vertentes, inter Hospitale, & Societatem, eorumque Ministros & alias personas, & loca quamcumque pia.

Iudicemque earumdem causarum deputat Cardinalem de Carpo, & alium pro tempore Protectorem.

Ti aduertas quod hæc constitutio restricta est quo ad causas mouendas tantum, vt vides in fi.

Facul. atque & iurisdict. omnes concedit, quæ concessæ fuerunt Gubernatori. A. C. & Vicario Vrbis. Gub. facult. vide sup. in Leone X. const. 9. Et supra fol. 185.

Aud. cameræ vide supra in const. 38. Ad animas fol. 704.

Vicarijs, vide supra Pauli III. const. 32. Licet fol. 421.

chij sæcularis ad hoc si opus fuerit inuocandi, omniaque, & singula alia in præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi & exequendi, plenam & liberam licentiam seu facultatem concedimus. Decern. Hospitale Societatem. & eius officiales, & personas huiusmodi ex nunc deinceps occasione præmissorum, alibi quàm corã Rodulpho. Pio Cardinale, & pro tempore Erectore præfato, conueniri, aut ad alios conuenien. constringi non posse, ac sententias processus per alium seu alios Iudices tam ordinarios, quam delegatos in causis præfatis pro tempore formatas, datas, latas, & factas, cum inde secutis quibuscunque, nulla, irrita, & inania, nullius que roboris, vel momenti fore. Præsentes quoque literas sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, & exemptionibus similium, vel dissimilium gratiarum, etiam per nos & successores nostros Romanos Pontifices, & Sedem præfatam, vel eius Legatos, etiam per regulas Cancellariæ Apostolicæ pro tempore factas, etiam in fauorem fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis penitus & omnino exceptas esse & censeri, nec eisdem præsentibus per quascunque literas, & quasuis alias clausulas generales & speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expresßione in se continen. derogari posse, & si illis vllo vnquam tempore, ex aliqua etiam quantumuis necessaria & vrgenti causa derogari contingat, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil omisso insertus, & huiusmodi derogatio consistorialiter facta, ac per trinas, & distinctas literas eundem tenorem continentes, tribus similibus distinctis vicibus, administratoribus siue Custodibus, Gubernatoribus, Rectoribus, & Oeconomis Hospitalis, & Societatis huiusmodi legitime intimata & insinuata fuerit, eorumque expressus ad id accedat assensus, derogationem huiusmodi nemini suffragari. Sicque per quoscunque Iudices, quauis auctoritate fungentes, & præfatæ etiam Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, vbique iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque & inane si secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Non obstan. præmissis, & fel. recordationis Bonifacij Papæ Octaui Prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis. necnon Fabricæ præfatæ, ac. Hospitalium, Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum quorumcunque locorum & ordinum, etiam exemptorum, iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis: statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, conseruatorijs, exemptionibus, & literis Apostolicis eisdem, & dilectis filijs Populo Romano, necnon Iudicibus, Curijs, & Tribunalibus, eorumque personis, per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac nos & dictam Sedem, etiam Motu & scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac alias sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, & innouatis, necnon reformationibus, etiam nouiter factis, ac paribus motu & scientia approbatis, etiam disponentibus, quod causæ huiusmodi ad forum seu curiam Capitolij reassumi debeant. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, aliter de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quæuis alia expresßio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis haben. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse, ac eisdem motu & scientia, ac potestatis plenitudine derogamus, ac sufficienter derogatum esse decernimus, contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis, & consuetis.

Sententias quoque per alios Iudices latas, cum omnibus inde secutis, nullas fore declarat.

Clausulæ præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

Fabricæ S. Petri indultum huiusmodi, vide supra in clem. 7. const. 8 Admonet. fol. 392.

Pop. Rom. indultum habes supra in const. 73. Dilectus. fol. 753.

Aliorũ vero Tribunalium & Piorũ locorũ indulta quare in Iudice materiarum, quia longũ esset hic omnia indicare.

Fiat motu proprio I.

Et cum absolutione cen. ad effectum præsentium, & de auctoritate, constitutione, deputatione, licentia facultate concesßione decreto, & derogatione, & alijs præmissis, quæ hic pro sigillatim repetitis ad partem habeantur, latissime attenden. & quod præmissorum omnium & singulorum maior & verior specificatio, & expresßio fieri possit in literis per breue nostrum ad perpetuam rei memoriam si videbitur latissime expedien. Quodque earumdem literarum transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo Protectoria vel Societatis huiusmodi, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, vel Curiæ etiam sæcularis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem literis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Et quo ad causas in futurum mouendas tantum. Datum Romæ apud sanctum Marcum pridie nonas Septembris, Anno Quarto.

Repetitio clausularum.

Declaratio vt hæc constitutio intelligatur de causis in futurũ mouendis tantũ.

XCIIII.

Confirmatio Priuilegiorum, & Statotorum Societatis Hospitum, Cauponum, & Albergatorum Vrbis & decrerum quod ipsi non teneantur de rebus in eorum hospitijs furto subtractis, & eisdem antea non consignatis, dummodo hoc notificauerint illis in eorum ingressu.

Nunc autem hospites ad eximen. se ab onere huiusmodi notificationum solent in eorum hospitijs publice habere affixam hanc constitutionem in idiomate vulgari.

Hospites autem, an præsumantur scire conditionem receptatorum, & scienter bannitos receptare, vide supra in Iulij III. constit. 56. Cum sicut. fol. 558.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut non sine animi nostri displicentia nobis innotuit, à quampluribus annis citra in alma Vrbe nostra contigerit, & in præsentiarum sæpe contingat, quod dilecti filij Societas Hospitum, Albergatorum, & Cauponum dictæ Vrbis, ab Hospitibus & aduenis ad dictam Vrbem accedentibus, ac alijs in ea moram trahentibus Hospitarijs & Albergatorijs, super eo quod hospites, & aduenæ, & albergatorij asseruerint, & asserant, seu verius eorum versutia & calliditate finxerint & fingant, se multas, & diuersas pecuniarum, & aliorum bonorum quæ nunquam Hospitibus & albergatorib. huiusmodi consignauerant, neque consignarunt, aut in rei veritate forsan habuerant neque habuerunt quantitates, secum ad hospitia attulisse, & deinde vt à sumptibus & expensis per eos factis exoluti & liberi euadere possent, atque possint, illas & illa perdidisse, ac ab Hospitibus, Albergatoriis, & Cauponibus ipsi vel alijs personis furto subtracta & sublata fuisse, illos de facto huiusmodi accusando, & calumniando diuersimode, etiam vsque ad incarcerationem ac alia iuris & facti remedia etiam vltra refectionem fortis principalis molestati fuerint, ac quotidie molestentur & vexentur, in scandalum plurimorum, dictæque Societatis dedecus & vilipendium, ac rerum & bonorũ suorum non modicum dispendium & grauamen: Idcirco ad fraudibus, versutiis, calumniis ac inconuenientibus, necnon coinquinamento, & gliscenti contagio huiusmodi ac alijs præmissis omnibus & singulis obuiandum, Motu simili & certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, volumus, statuimus, & ordinamus deinceps perpetuis futuris temporibus quascunque merces, pecuniarum summas, alias res & bona vsque ad quamcunque quantitatem ascenden. per eosdem hospites, & aduenas, ac alios albergatorios sibi quomodocunque & qualitercumque furto subtracta, & sublata fore asserentes ac prætendentes a dictis Hospitibus, Albergatoribus, & Cauponis ac eorum quolibet insolidum, nisi illa prius per eosdem Aduenas, ac Hospitarios, & Albergatorios, eisdem Hospitibus, Albergatoribus, & Cauponibus in custodiam data & consignata fuerint, minime repeti, nec eosdem Hospites, Albergatores, & Caupones desuper conueniri, capi, arrestari, incarcerari, detineri, aut quomodo realiter vel personaliter molestari, vexari posse neque debere, Quæ omnia prædictis Hospitibus, & Aduenis, ac Albergatorijs in eorum ingressu dicti Hospites, Albergatores, & Caupones notificare & intimare debeant, & teneantur. Necnon omnia & singula gratias concessiones, immunitates, priuilegia, & indulta per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam prædictæ Societati, & eorum singulis in genere vel in specie concessis & concessa, necnon quæcunque capitula, statuta, & ordinationes per eos hactenus quomodolibet condita & facta, licita tamen & honesta, quatenus sint in vsu, eadem auctoritate Apostolica tenore præsentium cõfirmamus & approbamus, illisque perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omnesque & singulos tam iuris quàm facti, si qui forsan interuenerint, ac solemnitatum desuper forsan omissarũ defectus supplemus, Seu si eisdem Societati videbitur sibi quæcũque alia statuta, ordinationes, & capitula rationabilia & honesta, ac sacris canonibus non contraria, condendi, & edendi, ac condita & edita pro temporum qualitate, & quoties eis videbitur, alterãdi, mutãdi, & delendi, ac alia de nouo faciendi, quæ postquã condita, & edita ac mutata & de nouo facta & per Camerariũ approbata fuerint, eo ipso eadem auctoritate approbata & confirmata sint & esse censeantur, plenam & liberam facultatem, licentiam & potestatem cõcedimus. Et ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate, & potestate fungentes, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, ac S. R. Ecclesiæ Cardinales, necnon dilectos filios nunc & pro tempore existentes dictæ Vrbis Conseruatores iudicari, & diffiniri, ac obseruari debere, sublata, &c. Si secus &c. irritum quoque &c. decernimus & declaramus. Non obstantibus constitution. ordination. ac statutis etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis & literis Apostolicis prædictis Cõseruatoribus, & quibusuis aliis personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis etiam iteratis vicibus, etiam pari motu concessis, &c. & concedendis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis &c. tenores &c. in literis latissime extenden, &c. hac vice derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis.

Causa huius confiscationis.

Hospites Vrbis, non possint molestari pro rebus in eorum hospitijs furto subtractis, & eis antea non consignatis, per Aduenas, quibus Hospites, & Caupones hoc notificauerint. Istæ notificationes fieri solẽt eo modo, quo dixi hic in rubr.

Confirmatio Priuilegiorum, & ordinationum Societatis Hospitũ.

Facultas condendi statuta licita, & sacris Canonibus non contraria.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Fiat vt petitur I.

Et cum absolutione a cẽsuris ad effectum, &c. & quod tenores capitulorum, ac statutorum, & ordinationum, per Societatem prædictam quomodolibet confectarum habeantur pro expressis, seu in toto vel in parte exprimi possint. Et de voluntate, statuto, ordinatione, cõfirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, concessione, decreto, declaratione, & derogatione, ac aliis præmissis, quæ hic pro sufficienter ad partem repetitis habeantur, perpetuo in forma gratiosa latissime extenden. ex certa nostra scientia, & ad perpetuam rei memoriã. Et cum deputatione executorũ opportuna qui assistant, cũ potestate citãdi, &c. etiam per edictum &c. etiam dictos Cõseruatores, &c. inhibẽdi, &c. etiã simili edicto aggrauandi, reaggrauandi, interdicẽdi, &c. inuocato, &c. brachij sæcularis, cum derogatione constitutionis de vna & duabus, non tamen tribus dietis, ac quorumcunque

Clausularum repetitio.

statutorum

ſtatutorum, &c. priuilegiorum, indultorum, & literarum Apoſtolicarum, quibuſuis etiam S. R. E. Card. nec non dictis conſeruatoribus,& alijs quibuſcunq; ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis in contrarium quomodolibet etiam æquali motu, &c. conceſsis, & concedendis: quorum omnium tenores, &c. latiſsime exprimi poſsint, ad effectum ſufficientis derogationis eorum, ita quod non obſtent, &c. latiſsime extenden. Et quod præmiſſorum omnium,& ſingulorum,aliorumq; circa præmiſſa neceſſariorũ, maior,& verior ſpecificatio,& expreſsio fieri poſsit,in literis per breue noſtrum, ſeu Officium contradictarum in forma gratioſa ſi videbitur expedien. ſeu quod præſentis Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbiq; fidẽ faciat in iudicio, & extra, Regula contraria non obſtante. Dat. Romæ Apud Sanctum Petrum, quarto id Nouembris anno quarto.

Sola ſignatura ſufficit.

X C V.

Sententia, & deciſio litis vertentis ſuper præcedentia inter Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateran. & Monachos Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſsinen. alias S. Iuſtinæ de Padua.

De Priuilegijs autem iſtorum Canonicorum, & etiam Monachorum habes infra in Pij V. conſt. 38. Et ſi mendicantium, cum ibi not.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

SEDIS Apoſtolicæ prouidentia circunſpecta, ne rurſus ea quæ in controuerſijs inter perſonas Eccleſiaſticas,præſertim Altiſsimo ſub regulari profeſsione famulantes exortis,pro tranquillo Religionis ſtatu prudenter ordinauit, in moleſtos contentionis anfractus relabantur, maiorem ſolet, dum id res ipſa requirit,adhibere cautionem, Sane nuper poſtquam ſicut nobis innotuerat, ab antiquis vſq; temporibus, etiam ſupra centum annos retroactos,lis & cauſa ſeu controuerſia inter dilectos filios Rectorem Generalem, & Canonicos Regulares S. Auguſtini congregationis Lateranenſis ex vna, ac Monachos S. Benedicti Ordinis Caſsinen. alias Sanctæ Iuſtinæ de Padua congregationum partibus ex altera; Super illorum præcedentia ſeu iure præcedendi ſuborta, & coram diuerſis iudicibus etiam in noſtro Palatij Apoſtolici auditorio ventillata, ac demum non ſine animi noſtri moleſtia in œcumenico Concilio Tridentino, inter earundem congregationum Abbates renouata fuerat: Nos conſiderantes lites,& controuerſias huiuſmodi in Eccleſia præſertim inter Religioſas, & reformatas perſonas, quæ relictis mundi vanitatibus, votum ſuum in humilitatis ſpiritu, domino,& Deo noſtro, qui ſe pro nobis vſqueadeo humiliauit, vt formam ſerui acciperet, per ſoluere profitentur, non modicum illi præclaræ Deoque præcipue dilectæ virtuti, quæ eſt humilitas, labem infundere, populoque ſcandalum generare, ac propterea illas omni ratione ſubmouendas, publicæque religionis tranquillitati, ac miniſtrorum Dei reconciliationi, & mutuæ dilectioni quamprimum conſulendum eſſe rati. Motu proprio dictas cauſas, & controuerſias vbilibet, & coram quibuſuis iudicibus motas, & in quibuſuis inſtantijs indeciſas pendentes, ab eiſdem iudicibus ad nos auocauimus, illaſque dilectis filijs noſtris Ioanni Michaeli Sanctæ Anaſtaſiæ Saraceno, Ioanni Bapt. S.Clementis Cicadæ, ac Bernardino Scoto, nuncupatis S. R. E. Presbyteris Card. audiendas, cognoſcendas,& decidendas per quandam motus proprij ſchedulam,& deinde illas per aliud noſtrum reſcriptum eiſdem Cardinalibus per eos audiendas tantum, nobiſque referendas commiſimus. Qui quidem Cardinales,dictis partibus earumue procuratoribus, & aduocatis pluries auditis, dubijſque emergentibus ad plenum diſcuſsis,& reſolutis,comperto ſatis per eos ex compluribus literis Apoſtolicis diuerſiſq; alijs documentis,rationibus,& probationibus,quod ipſi Canonici fuerunt, & ſunt de illis clericis a ſancto Auguſtino,quinimo à ſanctis Apoſtolis inſtitutis, eoſdem Canonicos tam ſuæ antiquæ inſtitutionis huiuſmodi, quam etiam dignitatis clericalis, qua eos ſtatim quod profeſsionem regularem emittunt,inſignitos eſſe oportet,aliarumque qualitatum in eis exiſtentium ratione, dictamq; illarum congregationem Lateranen. præfatos Monachos,& eorum congregationem Caſsinen. præcedere debere cenſuerunt, & concluſerunt, ſuamque concluſionem huiuſmodi ad audientiam noſtram iuxta vltimi noſtri reſcripti præfati tenorem retulerunt. Vnde nos illorum relatione intellecta, eaq; per nos diligenter examinata, quoniam eam in omnibus ſuis partibus veritati, & iuri conſonam comperimus, per noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciauimus, ſententiauimus, decreuimus,& declarauimus, Abbates,Prælatos,& Canonicos Regulares congregationis Lateranen. vti clericos dimiſſa Superiori veſte,pallio,ſeu cappa,in linea veſte,clericaliq; habitu incedentes (quod etiam in alma Vrbe conſuetum fuerat, & tunc obſeruabatur) in proceſsionibus,& omnibus alijs actibus publicis, & priuatis, tam in dicta Vrbe, noſtroque,& aliorum Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum conſpectu, quam alias in vniuerſis,& quibuſcunque alijs Ciuitatibus,Terris,Oppidis, & Locis, Abbates, Prælatos, & Monachos ordinis S. Benedicti congregationis Caſsinen. prædictos præcedere debuiſſe,& debere,ac eoſdem Abbates, Prælatos, & Canonicos Regulares,dictamq; eorum congregationem,vt præfertur incedentes,dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S.Benedicti,& eorum congregationi in omnibus,& ſingulis præmiſsis præferendos,anteponẽdos, & in digniori loco collocandos fore,& eſſe: Abbates vero dictarum congregationum ſingulariter, & de per ſe abſq; eorum conuentibus in Concilijs Generalibus, prouincialibus,& ſynodalibus, ac alijs actibus publicis, & priuatis,in quibus Abbates de iure vel conſuetudine locum, & votum habent,vel pro tempore quomodolibet habebunt,inter ſeſe iuxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientium priorem,& antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione dumtaxat,non autem congregatione,& ordinis cuius ſint, attentis,præcedere,& præferri,& in digniori loco collocari debuiſſe,& debere, prout ex tunc prætulimus, anteposuimus,& collocauimus,præferriq; anteponi,& collocari mandauimus: iactationes quoque, moleſtationes, oppreſsiones,perturbationes,vexationes,& impedimenta quæcunque per Abbates,Prælatos,& Monachos prædictos, & eorum congregationem Caſsinen. eiſdem Abbatibus, Prælatis, & Canonicis regularibus congregationis Lateranen. ſuper præfatis omnibus, & ſingulis, & illorum occaſione quomodolibet factas, præſtitas, & illatas,

Lis orta erat inter Canonicos Regulares S. Auguſtini,& Monachos S. Benedicti ſuper præcedentia.

Quam iſte Pontifex audien. & ſibi referendam commiſit tribus Cardinalibus hic nominatis.

Qui Card. retulerunt Pontifici præfatos Canonicos præcedere debere.

Pont. ideo ſententiauit pro Canonicis. Quam ſententiam habes hic in fi.

Abbateſq; ipſorum Religionũ debere præcedere ſingulariter,& de per ſe abſque eorum Conuentibus, iuxta antiquiorem promotionem.

illatas, factaq; præstita, & illata, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, & iniustas, temerariaq; illicita, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illasq; & illa Abbatibus, Prælatis, & Monachis congregationis Casinen. huiusmodi fecisse, & facere minime licuisse, neque licere de iure. Et propterea de, & super illis ac dicto iure præcedendi, omnibusq; & singulis alijs præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, & tunc imposuimus, prout in rescripto, relatione, & sententia prædictis plenius continetur. Ne autem de sententiæ aliorumq; præmissorum validitate vllo vnquam tempore dubitari, ac propterea vel alio quouis prætextu rem mature discussam, & iudicatã, rursus in controuersiam retrahi, neue denuo in Ecclesia Dei inter tales personas religiosas, contentiones exoriri, ac populo scandala generari contingat, tempestiue prouidere, ac supremam huic negotio manum apponere cupientes, necnon veriores literarum singulorum prædecessorum,

Et modo supplet eiusdem sententię defectus, & illam inuiolabiliter obseruandas.

ac rescripti processus, relationis, sententiæq; præfatorum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Motu simili, non ad ipsorum Abbatum, Prælatorum, & Canonicorum regularium congregationis Lateranen. vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine ad effectum executionis dictæ sententiæ tantum omnes, & singulos processus, & sententiæ præfatorum defectus etiam substantiales, si qui forsan in eisdem interuenerint, harum serie supplemus, ac eandem sententiam vnà cum eius processu validos, & efficaces esse, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter ab omnibus obseruari debere, nec partea ipsas ab eis vllo vnquam tempore quouis prætextu quæsitoue colore resilire posse, sed ad illorum obseruationem teneri, censurisque, & pœnis tam Ecclesiasticis, quam pecuniarijs ad id cogi, & compelli, neq; Monachos eorumue congregationem aduersus sententiam aliaue præmissa in pristinum statum quouis quæsito colore vel

Clausulę præseruatiuæ.

ingenio restitui, nec illa oppugnantes audiri, Præsentesq; literas de surreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, aut alio quouis defectu notari, seu impugnari posse: sicque, & non aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, præmissaq; omnia perpetuo

Decretum irritans.

statuimus, Et quod ita fiant, & obseruentur, volumus, atq; mandamus, similiter venerabili fratri Episcopo Amerin. & dilectis filijs nostro in alma Vrbe, & eius districtu Vicario in spiritualibus, ac Curiæ causarum Cameræ

Executorũ huius const. deputatio, & facultates.

Apostolicæ Auditori Generalibus, per præsentes motu pari mandantes, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris Generalis, & Abbatum, Prælatorum, ac Regularium Canonicorum S. Augustini congregationis Lateranen. præfatorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos suppletione, decreto, statuto, voluntate, & mandato, alijsq; præmissis pacifice frui, & gaudere: Non permittentes eos vel eorum quempiam desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & tam Ecclesiasticas, & pecuniarias etiam arbitrio suo moderandas, & applicandas, quam etiam priuationis beneficiorum Ecclesiasticorum per ipsos contradictores obtentorum pœnas, aliaq; iuris remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, seruatis processibus, illos sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse declarando, illosque etiam iteratis vicibus aggrauando, & interdictum Ecclesiasticum imponendo, inuocato etiam ad hoc si opus fit, auxilio brachij sæcularis.

Clausula derog.

Non obstantibus præmissis, ac fe. re. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo quispiam præsentium vigore vltra tres dietas ad iudicium non trahatur ac alijs quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Monasteriorum, & ordinum, ac congregationum præfatorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis eorumq; superioribus, ac personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere vel specie, etiam motu, & scientia similibus quomodolibet cõcessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: quibus omnibus illorum tenores pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis in iuditio, & extra vbilibet locorum plena, & indubia, eademq; prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ uel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum sub annulo Piscatoris, die decima octaua Ianuarij millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Pont. nostri anno v.

Hier. Gadicen.

Tenor sententiæ prædictæ.

CHRISTI nomine inuocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis haben. per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ coram nobis, & quas dilectis filijs nostris Ioanni Michaeli Saraceno tit. S. Anastasiæ, Ioanni Baptistæ Cicadæ tit. S. Clementis, ac Bernardino Scoto tit. S. Matthæi S. R. E. Cardinalibus primo audiendas, cognoscendas, & per eos decidendas, & terminandas, & deinde per præfatos Cardinales per Apostolica nostra rescripta nobis referendas commisimus, inter dilectos filios Abbates Prælatos, & Canonicos regulares Ordinis S. Augustini, congregationis Lateranen. & vniuersam congregationem ex vna, & Prælatos, Abbates, & Monachos Ordinis S. Benedicti cõgregationis Casinen. alias S. Iustinæ de Padua nuncupatos, & dictam eorum congregationem, de & super præcedentia, & iure inter eos præcedendi, tam in processionibus quàm in generalibus, & synodalibus, seu prouincialibus Concilijs omnibusq; actibus publicis, & priuatis, rebusq; alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione in prima seu alia versæ fuerunt, & vertebantur in-

stantijs,

stantijs, partibus ex altera, causa huiusmodi coram dictis Cardinalibus ad plenum ventillata, ac sæpius, & sæpius auditis partibus, & dubijs in ea plene discussis, & resolutis, ac visis de iure videndis, & demum per dictos Cardinales nobis matura desuper facta relatione, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranen. vti Clericos dimissa superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, clericaliq; habitu incedentes (quod etiam in alma nostra vrbe Romæ consuetum fuit & nunc obseruatur) in processionibus, & omnibus alijs actibus publicis, & priuatis, tam in dicta alma Vrbe nostra, nostroque, & successorum nostrorum conspectu, quam alias vniuersis, ac quibuscunque alijs Ciuitatibus, Terris, oppidis, & locis, dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis ordinis Sancti Benedicti Cassinen. præcedere debuisse, & debere, eosdemq; Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares, dictamq; eorum congregationẽ vt sup. incedentes dictis Abbatibus, Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationi in omnibus, & singulis præmissis præferendos, anteponendos, & in digniori loco collocandos fore, & esse: Abbates vero dictarum congregationum Lateranen. & S. Benedicti singulariter, & de per se absq; eorum conuentibus, in Concilijs generalibus, prouincialibus, & synodalibus, & alijs actibus publicis, & priuatis, in quibus Abbates de iure, vel de consuetudine locum, & votum habent, vel pro tempore quomodolibet habebunt, inter sese iuxta singulorum ipsorum Abbatum ibidem interuenientium, priorem, & antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illa promotione dumtaxat, non autem congregatione, & ordine cuius fuerint attentis, præcedere, ac præferri, & in digniori loco collocari debuisse, & debere, prout præferimus, anteponimus, collocamus, præferriq; anteponi, & collocari respectiue mandamus actationes quoque molestationes, oppositiones, perturbationes, vexationes, & impedimenta quæcunq; per præfatos Abbates, Prælatos, & Monachos dicti ordinis S. Benedicti, & dictam eorum congregationem eisdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis regularibus dicti ordinis, & eorum congregationi de, & super præfatis omnibus, & singulis, & illorum occasione quomodolibet factas, præstitas, & illatas, factaque, præstita, & illata fuisse, & esse temerarias illicitas, indebitas, & iniustas, temerariaq; illicita, indebita, & iniusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illasque, & illa præfatis Abbatibus, Prælatis, & Monachis fecisse, & facere minime licuisse, nec licere de iure. Et propterea de, & super illis, ac dicto iure præcedendi vt supra, omnibus alijs, & singulis præmissis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, ac imponimus, vtramq; partem in expensis iustis ex causis absoluentes.

Decisio quoad præcedentiam inter præfatos Canonicos, & Monachos.

Decisio quoad præcedentiã Abbatum de per se, absque Conuentibus.

Impositio perpetui silentij.

Absolutio partiũ ab expensis.

Ita est I.

Ita refero, & censeo pronunciandum esse Ioannes Michael Cardinalis Sarracenus.
Ita refero, & censeo pronunciandum Ioannes Baptista Cardinalis S. Clementis.
Ita refero, & censeo pronunciandum esse Bernardinus Cardinalis Tranen.

Nomina Cardinalium qui causam cognouerãt, & Põt. retulerũt.

X C V I.

Confirmatio Sacri Concilij Tridentini.

Concilij istud indictum fuit à Paulo III. & à Iul. III. ac Pio IIII. Pontifice isto prosecutum vt sup. in const. 26. Ad Ecclesiæ fol.

De Materia Concilij habes etiam infra in const. 106. sicut, & const. 14. Alias non nullas, & in Greg. 13. const. 103. Inter Apostolicas.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam, tot procellis, & tempestatibus agitatam atq; vexatam, & grauius indies laborantem, apto tandem ei subuenit optatoque remedio. Ad plurimas, & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem, & concordiam Christiani populi procurandam, indictum iampridem in Ciuitatem Tridentinam œcumenicum, & generale Concilium à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessionibus aliquot habitis cœptum fuerat. Ab eius autem successore Iulio in eandem Vrbem reuocatum, post alias sessiones celebratas varijs impedimentis, & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaq; diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Ecclesia eiusmodi remedium implorarct. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessariũ, ac salutare opus sicut pastoralis sollicitudo monebat, diuinæ misericordiæ fiducia perficere aggressi, adiuti pio studio charissimi in Christo filij nostri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum rerum publicarũ, ac Principum, tandem consecuti sumus: quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare destitimus: quodq; à patre luminum assidue præcati sumus, Cum enim eam in vrbem vndiq; ex Christiani nominis nationibus conuenisset nostris conuocata literis, & sua etiam ipsorum pietate excitata Episcoporum, & aliorum insignium Prælatorũ maxima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, & sacrarum literarum scientia diuinique, & humani iuris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi synodo Sedis Apostolicæ Legatis, nobis adeo Concilij libertati fauentibus; vt etiam de rebus Sedi Apostolicæ proprie reseruatis liberum ipsi Concilio arbitrium per literas ad Legatos nostros scriptas vltro permiserimus, quæ de sacramentis, & alijs rebus quæ quidem necessariæ visæ sunt, tractanda, definienda, & statuenda restabant, ad confutandas hæreses, ad tollendos abusus, & emendandos mores a sacrosancta synodo summa libertate diligentiaque tractata, & accurate, ac mature admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis Concilium tanta omnium qui illi interfuerunt concordia peractum fuit, vt consensum eum plane à Domino effectum fuisse constiterit, idque in nostris atq; omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari dei munere supplicationes statim in alma hac vrbe indiximus, quæ magna Cleri, & populi pietate celebratæ fuerunt, laudesq; & gratias diuinæ maiestati merito persoluendas curauimus, cum eiusmodi Concilij exitus spem magnam, & prope certam attulerit

Concilium Tridentinum indictũ fuit à Paulo 3. vt in eius const. 40. Initio fol. 436. & etiam à Iul. 3. vt in eius const. 13. cum ad tollenda fol. 510.

Hic autem Pont. illud prosequi iussit vt sup. in cõst. 26.

Huic concilio interfuerunt multi Prælati videlicet legati Card. 2. Patriarchę 3. Archiepiscopi 25. Episcopi 168. Abbates 7. Procuratores absentium 39 Generales ordinũ 7. Qui oẽs subscripserunt se Concilio, & fuerunt nu. 255. vt legitur in hac cõstit.

tulerit, fore vt maiores in dies fructus ad Ecclesiam ex ipsius decretis constitutionibusq; perueniant.

Confirmat modo Pont. iste dictũ Concilium, quã confirmationem synodus petijt vt habetur prope fi. dicti Concilij.

Cum autem ipsa sancta Synodus pro sua erga Sedem Apostolicam reuerentia, antiquorum etiam Conciliorũ vestigijs inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro, & prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica sessione facto. Nos ex Legatorum literis prius, deinde post reditum eorum ex his quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius synodi cognita, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Card. deliberatione matura, sanctiq; Spiritus in primis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano vtilia, ac salutaria esse cognouissemus ad Dei omnipotentis laudem, de eorundẽ fratrũ nostrorũ consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto illa omnia, & singula auctoritate Apostolica hodie confirmauimus; & ab omnibus Christifidelibus suscipiẽda, ac seruanda esse decreuimus: sicut harum quoq; literarũ tenore ad clarioré omnium notitia confirmamus, & suscipi obseruariq; decernimus.

Principibusq; Prælatis, & alijs in cõ illud obseruent. Sunt autem quod decreta Concilij circa reformationem, & ius positiui omnes ligat ad Kal. Maij 1564 vt infra in const. eod. sicut.

Mandamus aũt in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis à Sacris Canonibus constitutis, alijsq; grauioribus, etiam priuationis, arbitrio nostro infligendis, vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibusuis Ecclesiarum Prælatis, cuiuscũque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta, & statuta in Ecclesijs suis, Ciuitatibus, & diœcesibus, in iudicio, & extra iudicium diligenter obseruent, & à subditis quisq; suis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obseruari contradictores quoslibet, & contumaces per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postposita compescendo; inuocato etiam, si opus fuerit, brachij sæcularis auxilio.

Et iuramenta ad obseruantia decretis Concilij non ... esse decreuit Greg. 13 in cõst. 103. inter Apostolicas.

Ipsum vero carissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosq; Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ domini nostri Iesu Christi obtestamur, vt qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio diuini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro sedis quoq; Apostolicæ, & Sacræ synodi reuerentia ad eiusdem Concilij exequenda, & obseruanda decreta Prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & fauore suo adsint, neq; aduersantes sanæ, ac salutari Concilij doctrinæ, opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant.

Hortatur etiam Imperatorẽ Reges, & Principes ad obseruantiã eiusdem Cõcilij.

Ad vitandum præterea peruersionem, & confusionem quæ oriri posset si vnicuiq; liceret prout ei liberet in decreta Concilij commentarios, & interpretationes suas edere; Apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam Ecclesiasticis personis cuiuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocunque honore, ac potestate prædiis, Prælatis quidem sub interdicti ingressus Ecclesiæ, alijs vero quicunque fuerint sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat vllos commentarios, glossas, annotationes, scholia, vllumue omnino interpretationis genus super ipsius Concilij decretis quocunq; modo edere, aut quicquam quocunq; nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis aut executionis aliove quæsito colore statuere.

Prohibetque edi commentarios vel interpretationes super decretis Cõcilij.

Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum, & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fuerit, ascendat ad locum quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam omnium fidelium magistram, cuius auctoritatẽ etiam ipsa sancta Synodus tam reuerenter agnouit.

Declarationẽq; Concilij sibi reseruat.

Nos enim difficultates, & controuersias si quæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas, quemadmodum ipsa quoq; sancta Synodus decreuit, reseruamus: parati, sicut ea de nobis merito confisa est, omnium prouinciarum necessitatibus, ea ratione quæ commodior nobis visa fuerit, prouidere.

Hoc voluit etiã Synodus Trid. in sess. 25. cap. vlt.

Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

Vt hæc autem ad omnium notitiã perueniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit, volumus & mandamus, vt hæ literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranen. tunc cum in eis populus, vt missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur, & postquam recitatæ fuerint ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur, ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur relictis de more ibidem exemplis in alma vrbe ad impressionem tradantur, quo commodius per Christiani nominis Prouincias, & Regna diuulgari possint.

Forma & effectus publicationis. Quam pub. non tenet sed idem Pont. testatur

De publicatione infra in cõst. 113 sanctissimus.

Transumpta quoq; earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, fidẽ sine vlla dubitatione haberi mandamus, atq; decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, monitionis, inhibitionis, reseruationis, voluntatis, mandatorum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Tertio. Septimo Kal. Februarij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Osthen. Decanus.
Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Portuen.
Ego Io. Moronus Episcopus Tusculan.
Ego A. Card. Farnesius Vicecan. Episcopus Sab.
Ego R. Card. S. Angeli Maior Pœniten.
Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. Michael Card. Saracenus.
Ego Io. Bap. Cicada Card. S. Clementis ss.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ego Io. Card. Reomanus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Card. Aræcæli.
Ego Iac. Card. Sabellus.

Ego B. Card. Saluiatus.
Ego Ph. Card. Burd.
Ego Lud. Card. Simoneta.
Ego F. Card. Pacieccus, de Toledo.
Ego M. A. Card Amulius.
Ego Io. F. Card. Gam.
Ego Carolus Card. Borrhomæus.
Ego M. S. Card. Const.
Ego Alph. Card. Gesualdus.
Ego Hip. Card. Ferrar.
Ego Franc. Card. Gonzaga.
Ego Gui. Asc. Diac. Card. Camerarius.
Ego Vitellotius Card. Vitellius.

Ant. Florebellus Lauellinus.

X C V I I.

Græci subijciuntur Iurisdictioni Ordinariorum, circa ea quæ Dei cultum, Sacramentorum administrationem, animarumq; salutem, & hæresum extirpationem concernunt.

Græcæ autem, & Latinæ Ecclesiæ concordiam, circa articulos fidei in quibus dissidebant, habes sup. in Eug. 4. const. 5. Lætentur fol. 68.

Græcorum vero licentias celebrandi ritu Latino, reuocauit Pius V. infra in eius const. 17. Prouidentia.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex præcipuus æquitatis, & religionis assertor facultates, & gratias ab Apostolica Sede concessas, ex quibus tempore procedente animarum pericula, & inter Catholicos scandala prouenire animaduertit, pro sui pastoralis officij debito mature reuocare consueuit. Sane non nulli locorum Ordinarij nuper ad audientiam nostram referri curarunt, quod in quampluribus Regni Siciliæ citra, & vltra Pharum, & alijs Christiani nominis Ciuitatibus, & locis magna Græcorum tam religiosorum, & secularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui Ecclesiæ Græcæ mores, & ritus obseruantes, seque suos proprios eiusdem nationis Prælatos habere, ac illis, non autem locorum Ordinarijs subesse, sed immunitatum, aliorumq; priuilegiorum sibi per fe. re. Leonem X. Paulum III. Iulium etiam III. & forsan alios Rom. Pont. prædecessores nostros, & dictam Sedem antiquitus concessorum prætextu, se ab eorundem Ordinariorum iurisdictione, & superioritate exemptos esse prætendentes, impunitate sibi proposita, in diuersas hæreticas nefariasq; opiniones, & absurda deliramenta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorum Blasphemias nullum esse defunctorum purgatorium, Rom. Pont. aliquam in eos iurisdictionem, vel auctoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sententias, & censuras ab eo latas spernentes, Sanctissimæ Dei genitricis virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum & aliorum Dei Sanctorum festiuitates ab Ecclesia Rom sanctisque Patribus ordinatas non obseruantes, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suis infantibus in Baptismo exhibentes, inhumata defunctorum cadauera superstitione quadam impia, & plusquam barbarica è sepulcris eruentes, igneque comburentes, Ordinariorum locorum, quos habitant, visitationem, iurisdictionemque contemnentes, & Ecclesiasticam disciplinam perturbantes; ac demum huiusmodi alijsque suis opinionibus erroneis atq; sacrilegis populos Latinos inficientes, correctionem legitimam suæ prætensæ exemptionis clypeo repellentes, in suis impietatibus abusibusque consenescunt, & immoriuntur, in suarum vicinorumque populorum, præsertim simplicium animarum perniciem, & scandalum plurimorum. Nos igitur prouide considerantes eiusdem Sedis intentionem nunquam fuisse exemptionem, aliudue priuilegium a se concessum iri, vt inde scelerum impunitas & animarum periculum emergat, abusibus, & periculis huiusmodi, quantum cum Deo possumus, tempestiue obuiare volentes, ac quarumcumque exemptionum, aliorumque priuilegiorum dictis Græcis, eorumque Prælatis, Rectoribus, Abbatibus, & alijs tam Sancti Basilij, & alterius ordinis regularibus, quam secularibus, ac etiam laicis personis quocunque nomine nuncupatis, per præfatos, & alios quoscunque Rom, Pont. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem præfatam in genere, vel in specie hactenus concessorum, ac etiam iteratis vicibus approbatorum, & innouatorum, literarumq; desuper confectarum, & inde securorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas exemptiones, ac prout illas concernunt, desuper confectas literas præfatas, ad hoc videlicet vt ipsi locorum Ordinarij quascunque Græcorum Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia pia loca tam secularia, quam cuiusuis ordinis regularia, eorumq; Prælatos etiam si Episcopali, Archiepiscopali, ac maiori dignitate præfulgeant, necnon Abbates, Rectores Ministros, & quasuis alias eiusdem nationis personas in suis Ciuitatibus, & diœc. consistentia, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis suam ordinariam iurisdictionem, plenamque, & omnimodam superioritatem, in ijs, quæ Dei cultum, Sacramentorum administrationem, & animarum salutem, hæresumque extirpationem concernunt, exercere, & exequi libere, & licite valeant, reliquis ipsorum Græcorum in diuinis celebrandis, alijsque ritibus à Sede Apostolica approbatis, necnon priuilegijs, & gratijs Apostolicis intactis remanentibus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus, ac reuocatas, cassatas, & annullatas esse, nec ipsis Græcis clericis, vel laicis, eorumue Prælatis, Ecclesijs, Cœnobijs, aut alijs pijs locis in aliquo suffragari, sed illos omnes, & singulos locorum, in quibus moram traxerint, Ordinariorū visitationi, correctioni, punitioni, iurisdictioni, & omnimodæ superioritati in præmissis subesse, illisque tanquam superioribus suis, suarumque animarum pastoribus humiliter obedire: Et sic per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Per hoc tamen non intendimus, quod ipsi Græci ab eorum græcanico ritu distrahantur, vel alias desuper quoquomodo per locorum Ordinarios, aut alios impediantur. Et quia difficile foret præsentes ad diuersa loca, in quibus illarum exhibitio forsan erit necessaria, circumferri, volumus, & eadem auctoritate similiter decernimus, quod earundem præsentium transumptis etiam impressis, notarij publici manu subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo signatis, plenaria, & indubia eaque prorsus adhibeatur fides in iudicio, & extra, quæ præsentibus adhiberi deberet, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decima sexta Februarij, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Cæs. Glorierius.

Græci prætendebant se exemptos à Iurisd. Ordinariorum, impunitate sibi proposita, committebat multos errores hic expressos.

Ideo Pontifex iste, eos subijcit Iurisd. Ordinariorum, circa ea quæ spectant ad Dei cultum &c.

Ritus alios eorūdem Græcorū approbatos esse vult.

Sed quoad Officiorum celebrationes vide infra Pij v. const. 17. Prouidentia.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo sexto, Indict. nona, die vero tertia Octobris, Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ v. Anno primo, Retroscriptæ literæ affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, & acie câpi Floræ per me Io. Freile prælibati S. D. N. Papæ Cursorem.

Publicatio.

Nicolaus de Matthæis Magister Cursorum.

X C V I I I.

Reuocatio licentiarum habendi vel legendi libros Lutheranos, aut de Hæresi suspectos, & Prohibitio illos habendi vel legendi.

Hoc idem statuit Iul. I I I. supra in const vi i. Cum meditatio fol. 500. & Paul. I I I I. in const. 39. Quia in futurorum fol. 615. Et vide etiam infra in const. 108. Cum inter Crimina, vbi notabo.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

CVM pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christifideles tam grauibus calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide contineamus id agere, & prouidere necesse est: vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus, Nemini autem mirum videri debet; si Romanus Pontifex nonnunquam facultates aliquas, quas ipse, vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cum ipso rerum vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiam nostram peruenit ex data nonnullis licentia habendi, & legendi libros hæreticos, aut de hæresi suspectos, ad hæreses, & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro euenire solere, vt illis ipsis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessa fuerit, vt alijs prodesse possent, illis ipsis hæresibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios reuocaturos esse confisi fuerant. Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri potest, pro pastorali solicitudine occurrere cupientes, cogitantesq; nobiscum, nuper in sacro Generali Concilio hæreses horum temporum ita confutatas, atq; damnatas fuisse: vt tantæ Synodi auctoritas, cuius decreta huius sanctæ sedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata sunt, ad vitandos errores, & Catholicæ fidei veritatem agnoscendam sufficere omnibus debeat, nec vllus præterea confutatio requirenda sit: prædecessorum nostrorum præsertim fe. re. Iulij III. & Pauli IIII. vestigijs insistentes, Motu proprio, & ea certa scientia nostra, ac deliberatione matura omnes, & singulas facultates habendi, & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, seu de hæresi suspectos omnibus tam Clericis secularibus, aut regularibus, quàm laicis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel conditionis sint, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia maiori Ecclesiastica, seu seculari dignitate præfulgeant (inquisitoribus, & commissarijs hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis, quoad eo officio funguntur, exceptis) à nobis aut quocunq; prædecessorum nostrorum, seu Apostolicæ sedis legatis, maioriue Pœnitentiario, vel quibuscunq; alijs, quibuscunq; verborum formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibusq;, & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & scientia simili ad hoc têpus concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, & pro reuocatis, & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus sub censuris, sententijs, & pœnis tam à Sacris Canonibus, quàm à Sede Apostolica ad hoc tempus constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus vti, neue vllos omnino libros huiusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum à Sede Apostolica, inquisitoribusue hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinarijs improbari, prohiberique contigerit, legere, habereue quacunque de causa audeat. Impressores autem, & Bibliopolas, & alios, quicunque eiusmodi libros habent, habuerintue (Inquisitoribus, & commissarijs ijsdem duntaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna incursus criminis hæresis, & alijs contra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs, censuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra sexaginta dies à die, quo hæ literæ publicatæ fuerint, numerandos, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, reliquos viginti pro tertio, ac peremptorio termino, & monitione Canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Ciuitatibus, in quibus ij libri sint, tradant, atque consignent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt vero hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet notitiam perueniant: nec quisquam ea excusatione vti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam clara voce à Curiæ nostræ Cursoribus, seu Notarijs aliquibus publicis recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito campi Floræ affigantur, ibique quò legi, & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquantur: Transumptis quoque earum quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita fuerint, vt sine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus, atque decernimus.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxiiij. Martij. M. D LXIIII. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Causa istius const.

Concilij Tridentini confirmationem habes super in const 96. Benedictus fol. 779.

Iul. 3 const. habes sup. fol 500. nu 7 Pauli 4. const habes sup. fol. 625. nu. 39.

Reuocatio licentiarum habendi, & legendi libros Lutheranos, vel de hæresi suspectos.

Prohibitio legendi, & habendi libros prohibitos & prohibendos.

Monitio vt tales libri Inquisitoribus locorum consignentur.

Clausula derog.

Forma publicationis hanc constitutionem.

Quam publ. habes hic in fine.

Anno

Anno à Natiuitate Domini M D LXIIII. Indict. VII. die vero VII. mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quarti, Anno quinto, Retroscriptæ literæ lectæ, & recitatæ fuerunt alta, & intelligibili voce, ac affixæ, & dimissæ fuerunt in locis retroscriptis, dimissis etiam ibi copijs affixis, & alias in omnibus, & per omnia, iuxta illorum formam, & tenorem per nos Thomã Rogeriũ, & Iacobũ Carra, præfati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores. Bartholomæus Sottocasa Magister Cursorũ.

Publicatio.

X C VIIII.

Approbatio Indicis librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos ac Prohibitio illos de cætero habendi, vel legendi.

De Declaratione, & expurgatione istius Indicis habes infra in Greg. 13. constit. x. Vt pestiferarum, vbi notabo.

De Materia librorum prohibitorum uide infra in constit. 108. Inter crimina, vbi notabo.

PIUS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINICI gregis custodiæ Domino disponente præpositi, vigilis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oues, quæ preciosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Et si autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in oecumenico, & generali Concilio Tridentino, sancti spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuiq; sanã Catholicamq; doctrinam à falsa adulterinaq; internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiã doctos eruditosq; in varios errores, & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoq; rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimum ei malo remediũ esse sciremus, si componeretur atq; ederetur index siue catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus, & pietati noceant, id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta Episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes Prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem nõ sine maximo labore, plurimisq; vigilijs, eum Indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibiti etiam in consiliũ lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quàm à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque prælatis cum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognouerimus: Nos saluti animarum consulere, eamq; ob causam prouidere cupientes, ne libri, & scripta cuiuscunq; generis quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac à Christifidelibus legantur, ipsum Indicem, vna cum regulis ei præpositis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimiq. ac diuulgari, & ab omnibus vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscunq; alijs vbiq; suscipi, easq; regulas obseruari mandamus, atq; decernimus. Inhibentes omnibus, & singulis tam Ecclesiasticis personis secularibus, & regularibus, cuiuscunq; gradus, ordinis, & dignitatis sint, quàm laicis quocunq; honore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionẽ Indicis libros vllos legere, habereue audeat. Si quis autẽ aduersus eas regulas, prohibitionemq; fecerit: is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspitionem damnata, atq; prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excõmunicationis pœnã incidat: eamq; ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio seuere se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant neue quis excusatione ignorationis vti possit: volumus, & mandamus, vt hæ literæ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur; & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito campi Floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur, earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos qui his literis comprehenduntur, post tres menses à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illæ editæ, lectæq; fuissent. Transumptis quoq; earum, quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Librorum hæreticorum lectio, nedum simplices, sed etiam doctos viros corrũpit.

Tridentina igitur Synodus, delegit nonnullos doctos Prælatos ad conficiendũ Indicem librorũ prohibitorum, qui illum perfecerunt.

Hic autem Pont. eũdem Indicem approbat. Et obseruari mandat.

Prohibitio legendi aut habendi libros reprobatos.

Contrauenientium pœnæ.

Clausulæ derog.

Forma publ. huius const. per pub. nonnulli.

Hæc const. ligat post tres menses à die publ.

Publicet mensis à die publ.

Ant. Florebellus Lauellinus.

C.

De Electionibus ad regimina Monasteriorum, Præpositurarum, & aliarum dignitatum Conuentualium.

SAnctissimus in Christo pater, & dominus noster dominus Pius diuina prouidentia Papa Quartus. AD cuius peruenit notitiam, quod licet alias omnia monasteria virorum, valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, necnon prioratus, præposituras, ac alias dignitates Conuentuales, & præceptorias generales, ordinum quorumcunque, dispositioni suæ generaliter reseruauerit, ac propterea illorum prouisiones, & ad ea quæ speciali priuilegio eligendi sibi per Sedem Apostolicam concesso suffulta sunt, Canonice factarum electionum confirmationes, ad Sanctitatem suam, & dictam Sedem pertinere noscantur: nihilominus plerique Religiosi cæca nimis ambitione agitati, partim electiones de suis personis ad monasteria, prioratus & alias dignitates conuentuales huiusmodi, vel priuilegium eligendi prædictum habeant, vel illo careant, nullo iuris ordine seruato, nullaque boni vel æqui ratione habita, temere fieri, factasque per ordinum superiores, aut locorum ordinarios de facto confirmari, partim vero nedum priusquam electiones de se ad monasteria & alias conuentuales dignitates eligendi priuilegio suffulta factæ, rite confirmentur: sed ne electi quidem canonice, se in regimine, & administratione tam in spiritualibus quàm temporalibus monasteriorum, aliarumque dignitatum vacantium eorumdem, ac illorum bonorum immiscere non verentur, in animarum suarum periculum, auctoritatis Apostolicæ contemptum, & plurimorum scandalum: Volens tantis qui paulatim in religiosos irrepserunt abusibus, & ausibus nimis licentiosis aliquando, sicut par est, occurrere, suamque Sedi præfatæ prærogatiuam asserere, Omnes & singulas electiones quarumuis personarum ad regimina monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, & aliarum dignitatum conuentualium, ipsarumque electionum confirmationes per quoscunque cuiusuis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quauis etiam archiepiscopali, patriarchali, aut maiori præfulgeat dignitate hactenus sic præsumptas, nullas & inualidas, ac pro nullis inualidis & prorsus infectis habendas esse, personasque sic vt præfertur electas & cõfirmatas, monasteria, aliasque dignitates huiusmodi sine legitimo titulo possedisse & possidere, Necnon illorum fructus, redditus & prouentus indebite percepisse & percipere. Ac personas ipsas ad absolutionem, & habilitationem super his, necnon confirmationem electionum de se factarum à Sanctitate sua seu Romano Pontifice pro tempore existente, aut Sede prædicta, infra sex menses à data præsentium computandos impetrandum, ac literas Apostolicas super huiusmodi confirmatione in totum expedien. omnino teneri declarauit. Et nihilominus hac sua perpetuo valitura constitutione statuit & ordinauit, quod nullus de cætero se in regimine & administratione monasterij vel alterius dignitatis conuentualis, ad quod seu quam illum eligi contigerit in spiritualibus vel temporalibus antequam rite celebrata electio à sanctitate sua aut Romano Pontifice pro tempore existente, & Sede prædicta confirmata, & literæ Apostolicæ desuper expeditæ fuerint, per se vel alium in toto vel in parte quouis quæsito colore immiscere, aut ad illud vel illam se recipi facere, vel alias se pro eius prælato gerere præsumant. Decernens omnes & singulos qui secus fecerint, iure si quod illis ad monasteria vel eorum regimina, & administrationes, ac alias conuentuales dignitates per electionem huiusmodi quæsitum fuerit, eo ipso priuatos, & deinceps ibi ineligibiles esse, ipsaque monasteria & alias dignitates ab eadem sede impetrari posse; qui vero similes electiones confirmare præsumpserit, etiam eo ipso Superiores ordinum videlicet suis dignitatibus priuatos; Ordinariis autem locorum etiam si Archiepiscopali & maiori præcellant dignitate, ingressum Ecclesiæ interdictum, eosque ad ecclesiarum suarum regimine & administratione suspensos existere.

[Margin: Causa huius constitutionis.]

[Margin: Annullatio electionum factarum absque Sedis Apost. prouisione vel cõfirmatione.]

[Margin: Forma desuper in futurum seruanda.]

[Margin: Pœnæ aliter electorum, vel electiones confirmantium.]

Placet publicetur & describatur. I.

Lecta & publicata fuit supralcripta Regula Romæ, in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Die vero Martis vltima mensis Octobris, Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno Quinto.

[Margin: Publicatio in Cãcellaria Apost.]

Ant. Lomellins Custos.

C I.

Indulgentiæ confraternitatis Nominis Dei.

Confirmationem, & ampliationem habes infra in Greg. 13. constit. 79. Alias per felicis.

Confraternitates autem istas in Ecclesijs Fratrum Prædicatorum instituendas esse decreuit Pius V. infra in constit. 133. Decet Rom. Pont.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam. INIVNCTVM nobis Apostolicæ seruitutis officium, nos admonet, vt animarum saluti quantum cum Deo possumus, etiam multiplicatis gratiis omni ratione consulamus. Hodie siquidem per nos accepto, quod in Burgensi, & pluribus aliis Hispaniarum ciuitatibus, & aliis locis vna saluberrima Confraternitas sub vocabulo Nominis Iesu instituta erat, cuius Cõfratrum partes potissimum essent, diligenter cauere, ne vel ipsi, vel alij coram eis aliquo modo, nisi ob causam grauissimam iurarent, & contrafacientes modeste admonerent, Quodque ipsi Confraternitati plurimi Christifideles se conscribi fecerant, quorum opera, & studio blasphemiæ, periuria, & alias illicita iuramenta commode prohibebãtur, nos vt ipsa Confraternitas in maiori semper reuerentia habeatur, & Christifideles eo libentius illam ingrediantur, quo ipsa amplioribus decorata spiritualium gratiarum donis, & Apostolicis fuerit suffulta priuilegijs, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum, eius auctoritate confisi, Omnibus & singulis

[Margin: Indulg. pro Confratribus in die Circuncisionis.]

sis dictæ Confraternitatis, vbiuis terrarum, & locorum nunc, & pro tempore, diffusæ, vtriusque sexus Confratribus in illa nunc, & pro tempore, descriptis, vbilibet constitutis, siue sub eiusdem Confraternitatis regula prius edita, siue sub alia simili comprehendatur, qui vere pœnitentes, & confessi die festo Circuncisionis D. N. I. C. annis singulis, in perpetuum, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum susceperint & solemnitati per ipsam Confraternitatem in dicto die festo vbiuis locorum, pro tempore celebrari solitæ in toto vel in parte interfuerint, quoties id egerint, toties pro quolibet die festo huiusmodi plenariam omniũ, & singulorum, ac quorumcunq; peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, & absolutione, auctoritate Apostolica tenore præsentium, concedimus, & elargimur. Illis vero dictæ Confraternitatis confratribus, qui qualibet prima die Dominica cuiusq; mensis totius anni, similiter, in perpetuum, ad missam, quam ipsi Confratres audire tenentur, audiendam conuenerint, quotiescunq; id egerint decem annos, Qui vero temere iurantem, aut alias diuinum nomen Blasphemantem, modeste, & charitatiue, quandocunq; admonuerint, pro qualibet vice centum dies, Et cuicunq; verbi Dei prædicatori seculari vel cuiusuis ordinis regulari qui Christifideles vt à iuramentorum abusibus caueant, & hanc dictæ Confraternitatis regulam Amplectantur hortatus fuerit decẽ annos, de iniunctis sibi pœnitentijs in forma Ecclesiæ consueta, misericorditer in Domino relaxamus. Et vt ipsi Confratres dictæ indulg. plenariæ Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eorum singulis, indulgẽtiam huiusmodi consequi volentibus, vt dicto die festo Circuncisionis occurrẽte, quoscunq; sibi bene visos idoneos presbyteros sæculares, vel cuiusuis ordinis regulares, per ordinariũ loci approbandos, in suos possint eligere confessores, qui confessionibus ipsorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet, ab omni, & quacunq; excommunicationis, etiam maioris, & ab omnibus, & quibusuis alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, aut mixtim, quauis occasione vel causa latis (saluo tamen iure tertij) necnon ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunq; grauibus, & enormibus, etiam locorum ordinarijs, ac Sedi Apostolicæ reseruatis, præterquam in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentis, dicta auctoritate Apostolica absoluere, eisq; pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere: Ac vota quæcunq; Hierosolymitano visitationis Liminum beatorum Apostolorum Petri, & Pauli prædictorum de Vrbe ac Iacobi in Compostella, necnon castitatis, & Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera cõmutare, valeant similiter auctoritate, & tenore præmissis perpetuo concedimus, & indulgemus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Archiepiscopis, & Episc. ac dilectis filijs cæteris Ecclesiarum Prælatis, & locorũ ordinarijs, vbilibet constitutis, eorumq; generalibus spiritualibus Vicarijs, & Officialibus, quod vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro confratrum prædictorum parte fuerint requisiti, eidẽ Confraternitati prædictæ pro posse faueant, fauorabiliter assistant, & illam promouere procurent. Præsentibus quas nunquam etiam per nos aut alios Romanos Pont. successores nostros vel sedem præfatam, aut alios quoscunq; quomodolibet reuocari, suspendi, limitari, reduci modificari, aut eis in aliquo derogari posse, neq; sub quibusuis illarum, aut similium, vel dissimilium, indulgentiarum, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, in genere, vel specie, per nos, vel successores nostros, aut sedẽ præfatos, seu quouis alios, & ex quibuscunq; etiam vrgentissimis, & necessarijs causis etiam pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe. Cruciata sancta, vel expeditione contra infideles, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum Principum. vel aliorum instantiã, seu eorum contemplatione, vel etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet canonice, vel de facto nunc, & pro tempore impositis, & factis vllatenus vnquã comprehensas, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & de nouo concessas fore, ac censeri decernimus perpetuis futuris temporibus duraturis. Vt autem ipsi Confratres, maiorem a nobis gratiã reportasse lætentur. Eisdem confessoribus Confratribus iuramenta quælibet sine alterius præiudicio relaxare. Et præterea eidem Confraternitati, illiusq; cõfratribus, ac Ecclesijs, Capellis, & altaribus eiusdem, vbilibet constitutis, quod quocunq; tempore cuiusuis interdicti, & cessationis à diuinis videlicet, dicto die festo Circũcisionis à primis vesperis vsq; ad occasum solis eiusdem diei inclusiue Vesperæ, Missæ, aliaq; diuina officia in ipsius Confraternitatis Ecclesijs, altaribus, ac Capellis, solemniter, & publice celebrari, qualibet vero prima die Dominica cuiuslibet mensis priuati Confrates priuatam eorum Missam ex eiusdem Confraternitatis instituto celebrari solitam celebrari facere, illiq; interesse. Ac insuper semel in mense Dominicum corpus suscipere. Et quoties aliquem vel aliquos ex ipsis Confratribus quocunq; tempore interdicti, seu cessationis à diuinis huiusmodi, mori contigerit, dummodo causam non dederit interdicto eorum cadauera cum moderata pompa sepeliri, libere, & licite valeant. Et interim interdicta, & cessationes à diuinis huiusmodi quæcunq; sint, ad effectum præmissum omnino suspendantur, & suspensa esse censeantur, Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac præsentes literas sub quibusuis reuocationibus, derogationibus, vel limitationibus similium gratiarum per nos, vel successores nostros in genere, vel specie ex quibusuis etiam vrgentissimis causis etiam ad Imperatoris, Regum, & aliorum Principum instantiam pro tempore quomodolibet emanatis nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas fore, & ita per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attẽtari contigerit irritum, & inane decernimus, Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis, necnon etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem ne Confratres ipsi, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita committenda, quod si à sinceritate fidei, & vnitate S. R. E. ac obedientia, & deuotione nostris, vel successorum nostrorum Romanorum Pontificũ Canonice intrantium destiterint, aut confidentia eiusdem gratiæ aliqua commiserint, gratia, & literæ quoad eligendum confessorem huiusmodi illis nullatenus suffragentur. Volumus autem quod si aliqua alia indulgentia fuerit per nos in aliquo loco eidem Confraternitati concessa, præsentes quoad locum huiusmodi nullæ sint. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Idib. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Quinto.

G. Taruisinensis.

Indulg. pro Confratribus conuenientibus ad Missam prima Dominica cuiuslibet mensis.

Immò in secunda vel alia Dominica vt in Greg. 13. const. 99.

Indulg. pro Confratribus admonẽtibus iurãtes vel Blasphem.

Indulg. pro Prædicatoribus idẽ facientibus.

Facultas confratrum eligen. cõfessores. Quod intellige vt mox infra.

Confessorum facultas, absoluen à casibus reseruatis, præter quam in Bulla Cœnæ Domini, quam habes in Greg. 13. const. 99. Cl. fuecur &c. Episcopi, & alij faueant Confratri.

Clausulæ præseruatiuæ.

Confratres cõueniat in simul qualibet prima Dominica mensis.

De huius Dominicæ translatione vide Greg. 13. const. 99.

Decretum irritans.

Clausula derog.

Declaratio circa facultatem eligẽdi confessorem.

Indulg. ista suspenditur, si alia concedatur.

Officia-

C I I.

Officiales status Ecclesiastici decem tantummodo pro centenario de maleficiorum pœnis statutarijs & bannimentalibus capere possint, de manibus tamen Depositariorum R. Cameræ Apostolicæ, & accusatores quartam partem pœnarum bannimentalium habere possint.

Hoc habes etiam supra in const. 77. Cum alias per specialem. fol. 763.

De pœnis istis maleficiorum habes supra in constitutio. 56. Decet Romanum. fol. 725.

De materia Officialium posui concord. supra in clem. 7 const. 25. Onus fol. 325.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

CVPIENTES pro iniunctæ nobis administrationis officio, confusioni, ac controuersijs, quæ quotidie inter Officiales status nostri Ecclesiastici, & Cameram nostram Apostolicam, seu pro ea Agentes super participatione pœnarum maleficiorum statutariarum, & bannimentalium caoriuntur, atque excitantur, mature obuiare, & opportune prouidere, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra auctoritate apostolica tenore præsentium, statuimus, ordinamus, atque præcipimus, quod portio decem pro centenario dictarum pœnarum, tam bannimentalium, quam statutariarum eisdem Officialibus nunc, & pro tempore existẽtibus solummodo competat, & competere debeat, ipsique Officiales dicta portione, & non vltra contenti remaneant, neque aliquid aliud præter portionem huiusmodi capere aut habere possint. Ita tamen quod ex pœnis bannimentalibus proprie, & particulariter, accusatori, quando is vere existat, quarta pars ipsarum pœnarum iuxta solitum dari valeat, Necnõ tam Officiales prædicti eorum portionem huiusmodi, quam ipsi accusatores eandem quartam partem de manibus Depositariorum Cameræ præfatæ, quibus cura exigendi similes pœnas iniuncta fuerit, & non aliter, nec alio modo accipere debeant, & ad id faciendũ omnino teneantur. Inhibentes eisdem Officialibus, & eorum singulis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis alijsque arbitrij nostri pœnis, ne quicquam aliud excepta dicta portione decem pro centenario, ex eisdem pœnis capere, exigere, vel habere audeant, seu præsumant, nec ipsi, & accusatores prædicti portionem, & quartã huiusmodi respectiue ab alijs, quam ab ipsis eiusdem Cameræ Depositarijs, vt præfertur, accipiant. Irritum nihilominus decernentes, & inane quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutisque, & consuetudinibus quorumuis locorum, & Ciuitatum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos forsan quomodolibet in contrarium concessis, & confirmatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod earundem præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Thesaurarij nostri generalis, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die vigesima Aprilis, millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Officiales status Ecclesiastici de x tantummodo pro centenario pœnarum maleficiorum accipere possint.

Accusatores autem quartam partem pœnarum bannimentalium habere valeant.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Cæ. Glorierius.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Die vigesima octaua Aprilis millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Admissæ sunt hæ literæ Apostolicæ ex decreto Cameræ, & registratæ libro signaturarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ, apud me Notarium, fol. 60.

Hie. de Tarano.

C I I I.

Montis Secundi succursus Auinionen. vacabilis erectio, cum emolumentis ad duodecim pro centenario.

Montis autem Primi erectionem habes supra, fol. 786. in const. 90. Ad vniuersalis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

ONEROSVM Pastorale munus cui sua ineffabili prouidentia nos meritis, licet imparibus, præesse voluit Altissimus, mentem nostram continuo sollicitat, vt necessitatibus, & impensis tanto muneri coniunctis prompto libentique animo, præsertim cum temporum qualitas id exposcit, opportune satisfaciamus, pro quibus exequendis diuersa licet ratio se nostros ante oculos frequenter offerat, eam tamen quæ nobis & Sedi apostolicæ minus detrimentum adferre videtur amplexantes ad prouentus, & emolumenta quædam ad nos sedemque prædictam spectantia, recursum habere censuimus, vt per prouidam illorum dispositionem nostris, ac sedis eiusdem rebus salubriter consulamus. Sane cum nos alias prouide considerantes quod quãuis nonnulli nouæ cuiusdam, ac hæreticæ religionis sectatores Hugonotti nuncupati retroactis temporibus in diuersis orbis partibus, maxime vero in inclyto Franciæ regno Rempublicam Christianam veræque, & catholicæ religionis, & fidei cultores, effrenata nimium insania ducti, non solum pestiferis quibusdam concionibus, & hæreticis dogmatibus, sed etiam vi, & armis omni eorum conatu vexare, ac turbare non cessantes Dei Optimi

Maximi

Maximi ope nostrarumque, ac sedis prædictæ facultarum prompta exhibitione, & armis præcipue Charissimi in Christo filij nostri Caroli Francorum Regis Christianissimi, ac aliorum illius regni Principum, & Christifidelium ministerio ab eodem Regno non minori prouidentia & celeritate quàm ipsi illud eorum impetu aggredi ac in eo grassari curauerant eapulsi fuissent, nihilominus ipsi illius qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, vinculis irretiti, in sua malitia perseuerantes, magis, ac magis suum virus in cunctorum perniciem latius diffundere non cessantes Ciuitatem nostram Auinionensem, ac Venaysini Comitatum vniuersum paribus vi, & armis ac maiori etiam forsan, quàm antea sæuitia infestare non erubescebant, tam pro Ciuitate, & Comitatu præfatis aduersus adeo graues nec tollerandos hostium impetus debite rutandis, quàm stipendijs nostrorum ibidem degentium militum persoluendis, alijsque diuersis Nobis tunc imminentibus oneribus supportandis, vnum Montem Succursus Auinionen. nuncupatum certæ tunc expressæ pecuniarum summæ, modo, & forma tunc expressis ereaerimus, & instituerimus: prout in nostris inde confectis literis plenius continetur, Nos planè considerantes quòd Hugonotti præfati vtpote ab eorū in Ciuitatem, & Comitatū præfatos continua vexationum, & molestiarum illatione non cessantes, nihil non moliuntur, & tentant ac vias exquirunt & mirantur, vt tandem ipsi Ciuitatem, & Comitatum præfatum à Nobis, & sede præfata eripere ac aliqua ratione inuadere adoriri, & occupare valeant, quibus efficitur vt si Ciuitatem, & Comitatum huiusmodi saluos esse velimus nostras tam peditum quàm equitum militum ibidem summis stipendijs degentium legiones, & turmas ad hoc vt Hugonottorum eorumdem conatus perfide facilius extirpentur, illorumque rabies & malitia radicitus euellatur maximo cum expensarum onere, ac perinde vt hactenus manutenere cogamur sed cum expensæ quas præmissorum ratione Nos antea perferre oportuit in tantum excreuerint, vt Mons à nobis vt præfertur institutus tanti oneris impar esse prorsus videatur, ac nisi breui desuper prouideatur futurum sit, vt quæ non mediocri cum rerum nostrarum dispendio superinde gessimus in nostrum dictæque sedis dedecus & præiudicium, nihil aut parum proficiant, Idcirco vt tam pro his quàm aliis ad congruam status nostri ecclesiastici conseruationem, & manutentionem necnon subditorum nostrorum quietem, & tranquillitatem continuò Nobis occurrentibus, necessitatibus aliqua ex parte subleuan. citius, & commodius prouidere queamus, de vberioris cuiuspiam subsidij cura sollicita ad alterius Montis erectionem vti viam præ cæteris aptiorem sequentes omnino procedere censuimus. Habita igitur super his in Congregatione nostra generali cum venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura earumdem literarum nostrarum veriorem tenorem præsentibus pro expresso habentes, de Fratrum eorumdem consilio vnanimique consensu, ac apostolicæ potestatis plenitudine, & certa nostra scientia apostolica auctoritate vnum Montem secundum succursus Auinionen. nuncupandum summæ trecentorum millium scutorum Iuliis decem pro quolibet scuto computatis, cuius loca seu portiones resignabilia seu resignabiles ad instar Romanæ Curiæ officiorum existant pro tot personis quot pecunias suas in illo vsque ad summam præfatam posuerint tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituimus illique, sic erecto, & instituto pro eius locorum seu portionum fructibus, & emolumentis vnam vndecim millium septingentorum, & octuagintaquatuor super Dohanis almæ Vrbis nostræ, & aliam decem millium, & ducentorum super Marchiæ nostræ Anconitan. ac aliā quinque millium, & quingentorum super Prouinciæ Vmbriæ, necnon aliam sex millium, & quingentorum super patrimonij beati Petri, & aliam duorum millium & octingentium super Camerinen. ac aliam trium millium super Romandiolæ Thesaurarijs, necnō reliquam summas annuas ducentorum, & sexdecim scutorum similium super Alumerijs Tulphæ veteris insimul summam quadraginta millium scutorum etiam similium conficiētes, ad nos & sedem præfatam legitime spectantes, Ita quòd ex summa quadraginta millium scutorum huiusmodi triginta sex millia in solutionem fructuum, & emolumentorum locorum siue portionum Montis huiusmodi pro tempore emptorum, reliqua vero quatuor millia scuta huiusmodi in supplementum cuiuscunque partis fructuum, & emolumentorū locorum seu portionum huiusmodi quæ ex quauis occasione, & quouis tempore minueretur aut prorsus cessaret conuerti debeant, Ac illa interim à nemine vendi seu alienari possint, sed Camera nostra apostolica illis integraliter vel quatenus eidem supplemento ex quauis occasione locus fiat pro ea parte quæ in huiusmodi supplementum non transierit, vti, frui, & gaudere ac tempore statuto illorum ratam fructuum, & emolumentorum prout alia Mōtis per præsētes erecti loca seu portiones hmōi habētes personæ percipiēt percipiat, & percipere possit, & debeat etiam perpetuo applicamus & appropriamus, Ac pro singulorum locorum seu portionū Montis per præsentes erecti huiusmodi fructuum, & emolumentorum solutione singulo bimestri facienda modernos, & pro tempore existentes Dohanarum, & Thesaurariarum, ac Alumeriarum huiusmodi Appaltatores, & Affictuarios in fauorem Montis ipsius Depositarij infrascripti in ampliori forma dictæ Cameræ obligari debere volumus, & decernimus, necnon Montem per præsentes erectum huiusmodi illiusque futurum Collegium, ac personas in nostrum, ac sedi, & Cameræ prædictæ locum quo ad summas aplicatas huiusmodi illarumque liberam perceptionem, & exactionem ponimus, substituimus, & surrogamus. Necnon pro maiori Montis per præsentes erecti, ac Collegij, & personarum huiusmodi cautela, & securitate vltra summas assignatas prædictas omnia, & singula alia sedis, & Cameræ prædictarum bona mobilia, & immobilia ecclesiastica, & temporalia præsentia, & futura vbilibet consistentia, etiam si regalia vel alias talia sint quæ in obligatione generali bonorum non comprehendantur eis tam generaliter quàm specialiter, & expresse ac insolidum obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse decerminus. Volentes, & eadem auctoritate apostolica statuentes, quòd quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ac Ecclesijs Cathedralibus etiam Metropolitan. seu Monasterijs præsint, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacunque beneficia ecclesiastica obtineāt ac in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, necnon Hierosolymitan. vel quorumcunque Hospitalium, & Militiarum ac quorūcunque, non tamen Mendicantium, Ordinū religiosæ, quibus à iure aut per priuilegium concessum est proprium retinere posse, cuiuscunque nominis, qualitatis, & conditionis, ac qualitercunque præterquam ratione regularis professionis in aliquo Ordine Mendicātium dūtaxat inhabiles, & incapaces existant, in Monte per præsentes erecto huiusmodi quascunque pecuniarum quantitates, non tamen infra centum scuta similia in singulas personas huiusmodi vsque ad summam trecentorum millium scutorum præfatam ponere. Et tam ipsæ personæ quam alij ab eis causam habentes quoad vixerint pro pecunijs sic positis ad rationem duodecim scutorum

similiter

Hic Pont. erexit Montem succursus Auinionen. scutorum 25000 quia Hugonotti infestabant Ciuitatē Auin. & Comitatum Venaysini, vt supra in const. 90. to. 986.

Et modo ex eadē & alijs causis, erigit alium Mōtem succursus Auin. scut. 3000.

Et Mōti assignat scuta 4000. ex redditibus sedis Apost.

Obligat etiā omnia bona Sedis Apost. pro assecuratione Montis.

Religiososque in Monte isto pecunias ponere posse declarat.

Emolumētaque ratione eis pro centenario solue. quolibet bimestri Mōtistis assignat.

similiter Iulijs decem pro quolibet scuto computatis pro centenario singulis annis, & quolibet bimestri eorum ratam sine aliquo conscientiæ scrupulo seu restitutionis onere etiam si læsæ Maiestatis aut alia quæcunque, & qualiacunque grauissima, hac necessario & in indiuiduo exprimenda, & specificanda crimina, præterquam in personam Romani Pontificis pro tempore existentis, aut alicuius eiusdem Sanctæ Ro. Eccl. Cardinalis commiserint, & propterea siue legitime conuictæ, seu in eorum non comparentium contumaciam in pœnam vltimi sup-

Cōfiscarique & sequestrari non posse decernit.

plicij condemnatæ seu condemnandæ, & huiusmodi pœnæ tradendæ atque omnia eorum bona Fisco applicata, aut applicanda fuerint tam pro sorte principali quàm pro emolumentis suorum Montis per præsentes erecti huiusmodi locorum, seu portionum, & pecuniarum, quæ seu quas nullatenus confiscari aut ad instantiam quorumcunque suorum creditorum, vel alias modo aliquo sequestrari, aut impediri posse decernimus integre, omni prorsus impedimento cessante percipere, & habere, Ac loca seu portiones, & pecunias huiusmodi corpore tamen sane, & alias prout in resignationibus Officiorum Romanæ Curiæ huiusmodi obseruatur in vnius vel plurium prout eis placuerit etiam filiorum suorum illegitimorum, ex quocunque quantumcunque damnato coitu

Resignationes fieri mandat in manibus Camerarij & eo absente Thesaurarij generalis.

procreatorum, aut aliarum etiam magis incapacium personarum fauorem in manibus dilecti filij nostri Vitellotij Sanctæ Mariæ in Via lata Diaconi Cardinalis Vitellij nuncupati, moderni, & pro tempore existentis eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarij, & eo absente pro eo Thesaurarij nostri generalis resignare, ac de locis, seu portionibus ipsis, dummodo in personam vnius de minori, quàm centum scutorum similium summa non disponatur nulla alia desuper obtenta dispensatione in toto vel in parte simul vel separatim per viam resignationis huiusmodi libere disponere possint. Ita vt ipsi resignatarij in pecunijs per eos vel à quibus causam habue-

Facultatemq cōstituēdi Collegiū & deputandi defensores.

rint positis ac locis seu portionibus, & fructibus, & emolumentis præfatis per eandem resignationem succedere, & ad illa admitti debeant. Quodque personæ Montis huiusmodi Collegium inter se constituere, ac eiusdem Montis illiusque personarum defensores deputare, necnon collegialia iura, & insignia habere, ac quæcunque statuta, & ordinationes licita, & honesta, ac sacris Canonibus non contraria prosperum, & tranquillum statum Montis per præsentes erecti huiusmodi concernentia condere, ac condita alterare, mutare, corrigere, & reformare: Necnon quascunque pœnas etiam pecuniarias Monti seu Collegio huiusmodi, aut quibus eis placuerit & videbitur applicandas in quoscunque statutis, & ordinationibus prædictis contrauenientes infligere, Nec-

Gaudet priuilegijs aliorum Mōtium.

non omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, literis, & indultis quibus cætera quorumcunque Vrbis præfatæ Montium vacabilium Collegia vtuntur potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum vti potiri & gaudere libere, & licite possint, Ac quòd Mons per præsentes erectus illiusque Collegium, ac personæ huiusmodi ratione pecuniarum in Monte ipso vt

Exemptio atque decimarum necessitatis seminarij & aliorum impositionum concedit circa pecunias in Monte positas.

præfertur impositarum ab omni decimarum etiam nefatæ nūcupatæ, ac aliarum impositionum per Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem etiam pro defensione fidei, & augmento cultus diuini, necnon pauperum sustentatione, & seminarij seu Collegij pauperum clericorum, & scholarium institutione, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ status conseruatione, aut alias quomodolibet impositarum solutione libera immunia & exempta existant, ac censeri debeant, nec super annuis redditibus ac introitibus summis & emolumentis eis quomodolibet assignatis illorumque libera perceptione & exactione etiam per Nos ac successores nostros Romanos Pontifices seu sedem præfatam quouis modo perturbari, molestari, vexari, impediri, vel inquietari, seu aliquo grauamine vel onere, etiam si euidens vtilitas, & vrgens necessitas etiam pro eiusdem fidei tuitione pauperum subuentione, seminarij institutione ac expeditione contra infideles id suaserint, onerari seu grauati possint,

Montistæ non tenētur probare pecunias fuisse conuersas in succursum ciuitatis Auinionen. &c.

& ad probandum quod pecuniæ in Monte per præsentes erecto huiusmodi positæ vel aliqua earum pars in succursum Ciuitatis Auinionen. seu Comitatus Venayssini huiusmodi vel aliàs in nostram & sedis præfatæ vtilitatem conuersæ fuerint minime teneantur: quòdque præsentes literæ vim, & robur, veri & validi contractus ac obligationis inter nos, & sedem ac Cameram præfatas ex vna, ac eos qui pecunias super isto Monte posuerint aut ab eis causam habuerint ex altera partibus legitime initi, & stipulati obtineant, ac obtinere debeant. Et quo Mons per præsentes erectus huiusmodi cum personarum quæ in eo pecunias suas vt præfertur posuerint maiori cautela suum celeriorem sortiatur effectum vnum Depositarium fide, & facultatibus idoneum qui redditum, & summas annuas eidem Monti applicatas præfatas exigere, & recuperare, nec non solutiones facere ac redditum, & summas huiusmodi inter personas eiusdem Monti pro rata pecuniarum, & locorum seu portionum quas personæ ipsæ in illo pro tempore habuerint quolibet bimestri distribuere, & diuidere ac vnum Montis, & Collegij præfatorum Secretarium perpetuos, & irreuocabiles per Nos de proximo nominandos, qui personis pecunias suas in huiusmodi Monte tam a primæua eius erectione huiusmodi, quàm aliàs ponētibus, vt præfertur pro earum securitate literas patentes concessionum, & resignationum locorum seu portionum huiusmodi sub eiusdem Camerarij pro tempore existentis nomine, & quæ illius, vel in eius absentia pro eo præfati Thesaurarij nostri generalis manu subscriptæ ac sigillo eiusdem Montis munitæ sint, tam hac prima vice quàm quoties loca seu portiones huiusmodi per resignationem vel obitum aut aliàs vacare contigerit, solutis tamen eidem Secretario per easdem personas pro quolibet locorum seu portionum in ipsis patentibus literis comprehensarum quinque Iulijs iuxta quandam per nos propediem desuper faciendam ordinationem diuidendis, & distribuendis absquè alia mercede vel impensa conficere, & tradere. Quibus visis Collegium Montis huiusmodi seu illius officiales & ministri qui pro tempore fuerint ac ad quos id spectabit statim personas ipsas, pro quibus literæ patentes huiusmodi emanauerint, nulla alia ab eis ratione admissionis earum, aut alterius cuiuscunque rei petita vel recepta solutione in numerum participantium personarum dicti Collegij recipere, ac ad fructuum, & emolumentorum pro rata locorum seu portionum huiusmodi eis debitorum perceptionem admittere teneantur, Ac ea nunc propterea etiam eundem Vitellotium Cardinalē, & pro tempore existentem Camerarium huiusmodi præfati Montis illiusque personarum, ac officialium & ministrorum quorumcunque Protectorem constituimus & deputamus eidemque Cardinali Vitellotio, & Camerario pro tempore existenti huiusmodi curam

Protectoris deputatio & facultatem.

præcipuam applicationis pecuniarum ea concessionibus locorum seu portionum Montis huiusmodi prouenientium cum illa vel illas per obitum aut alias quàm per resignationem vacare contingerit quæ nullatenus pignorari, seu sine periculo vacationis vendi, sed iterum, ita vt per obitum ac alias vt præfertur vacent, vendi, & con-

Depositarius Mōtis possit deponere computistam.

cedi omnino debeant in redemptionem aliorum infrascriptorum Montium per præfatum Depositarium faciendæ imponimus. Depositario autem huiusmodi vnum ipsius Montis computistam ad eius libitum voluntatis, &

cum

com salario sibi bene viso deputandi, & constituendi facultatem concedimus, Præterea vt personæ pecunias suas in huiusmodi Monte in illius primæua erectione, & institutione huiusmodi ponentes vberius ex liberalitate nostra commodum consequantur, volumus, & dicta auctoritate statuimus, eisdemque indulgemus, quòd loca seu portiones ipsius Montis quæ personæ ipsæ emerint per triennium à die emptionis huiusmodi computandum per obitum personarum ipsarum, vel ab eis causam eodem triennio durante habentium non vacent, sed illa ad hæredes decedentium deueniant, ipsique hæredes loca, seu portiones huiusmodi retinere, vel resignare, ac pretiũ exinde proueniẽs recipere libere possint, & resignationes sic per eos factæ admitti debeât, Necnõ personæ ipsæ quascunque alias personas sub quarum nominibus loca, seu portiones huiusmodi cantent nominare, & sibi ipsis quoad ipsæ personæ nominandæ vixerint tam locorum seu portionum quàm eorum fructuum, & emolumentorum omnimodam dispositionem illa interim personis sic nominatis penitus interdicta, ac cum alijs sibi bene visis alias tamen licitis, & honestis pactis, & conditionibus reseruare possint. Ita tamen quòd per obitum sic nominatarum personarum post dictum triennium nisi prius resignauerint omnino vacent. Decernentes præmissa omnia & singula inuiolabiliter obseruari, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, seu eorum locatenentes, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, Irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus præmissis ac fel. record. Symmachi Papæ, & Pauli Secundi de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac Pauli Quarti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de alienatis recuperandis, necnon capitulis in Conclaui, in quo Nos diuina fauente clementia ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus editis, & per Nos post coronationem nostram confirmatis, & nostra de non tollendo iure quæsito quatenus opus sit, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; necnon dictæ Cameræ etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis; & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis Camerario, Thesaurario, Clericis Præsidentibus, ac personis alijs, & ministris dictæ Cameræ, ac alijs quibusuis tã per nos quàm præfatos, ac alios quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, etiam cõsistorialiter ac Apost. potestatis plenitudine, & scientia, necnon auctoritate similibus, ac alias quomodolibet, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui, necnon cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis concessis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica indiuidua, & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro sufficiẽter expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd occurrente pro tempore locorum Montis per præsentes erecti huiusmodi vacatione per obitum aut aliàs quouis modo præterquàm per resignationem, quicquid pecuniarum ex illorum sic vacantium nouis concessionibus, seu venditionibus iuxta formam præfatam, & non aliter per præfatum Camerarium faciendis vt præfertur proueniet, illud idem Depositarius recipere ac in totidem locorum Nouennalis primo, & deinde Pij, Farinæ nuncupatorum, ac postea prout quisque antiquior fuerit aliorum hactenus erectorum Montium non vacabilium, donec aliqua superfuerint redemptionem, & non alios etiam dictæ Cameræ vsus infra trimestre ad minus conuertere teneatur. Quodq; earũdem præsentiũ literarũ transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Collegij Mõtis per easdẽ præsentes erecti hmõi seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur quæ eisdẽ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ, Ac vt illæ ad omnium quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum notitiam perueniant per aliquem ex nostris Cursoribus in acie Campi Floræ affigantur, ac aliàs more solito publicentur, quarum affixio, & publicatio eos quos illæ concernunt ita arctet, ac si literæ ipsæ eisdem personaliter intimatæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, positionis, substitutionis, subrogationis, obligationis hypotecæ, constitutionis, deputationis, impositionis, concessionis, indulti, decreti, statuti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, pridie Nonas Nouembris. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Loca huius Montis qñ vacent.

Montistæ possint nominare ad huiusmodi loca & fructus quascũq; psonas reseruata nominantib. dispositione tã locorum, quam fructuum.

Decretum irritans.

Pau. 2. const. ista habes sup. fo. 92. nu. 6.

Pau 4. habes supra fo. 570. nu. 2.

Clausulæ derogatoriæ.

Pecuniæ redigenda locis huius Montis per obitũ vacan. exponãtur in extinctionem locorũ Mõtis Nouennalis, & Pij, & Farinæ.

Montem Nouen. habes sup. in Paul. 4. cõst. 12. fol. 582.

Montem Pium habes sup. in cõst. 76. fol. 759.

Montem Farinæ non habes, quia Greg. 13. extinxit vt in eius const. 51. Dilectos.

Forma & effectus publicationis. Quã publ. hic habes in fi.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego F. Cardinalis Pisan. Episcopus Ostien.
Ego Io. Card. Moronus Episcopus Tusculan.
Ego A. Card. Farne. Vicecancel. Episcopus Sabinen.
Ego R. Cardinalis S. Angeli maior pœniten.
Ego Io. M. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. S. Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S. Clementis
Ego S. Card. Pisarum.
Ego Io. Suauius Card. Reumanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clemens Card. Aræ cœli.

Ego I. Cardinalis Sabellus.
Ego Io. Ant. Cardinalis S. Georgij.
Ego B. Cardinalis Saluiatus.
Ego Aloysius Cardinalis Cornelius.
Ego Philippus Cardinalis Aburdesia.
Ego Lud. Cardinalis Simoneta.
Ego F. Card. Pacecco.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego I. F. Card. de Gambara.
Ego Carolus Cardinalis Borrhomæus.
Ego Marcus Sitticus Cardinalis ab Altaemps.
Ego Hip. Card. Ferrariensis.

Kkkkk

Ego Fran

Ego Franciscus Card. Gonzaga.
Ego In. Card. de Monte.
Ego Hier. Card. Simoncellus.

Ego Vitellotius Card. Vitellius Camerarius.
Ego In. Aualos Cardinalis Arag.

V. Vestan.

H. Cumyn.

Registrata in Secretaria Apostolica.

Vestan.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua, die vero decimasexta, mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno sexto retroscriptæ literæ Apost. affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ per Nos Antonium Clerici, & Nicolaum de Matthæis Cursores.

Publicatio.

Philibertus Rhapius magister Cursorum.

CIIII.

Gratiæ & compositiones cum inquisitis, condemnatis, & bannitis ex causa homicidij, per Officiales Sedis Apostolicæ fieri non possunt, nisi supplicationes manu Pontificis signatæ, & per eius Datarium datatæ fuerint.

De materia Bannitorum. vide infra in Greg. 13. const. 66. Tanta, vbi ponam concord.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

NVPER si quidem cum nos post nostram ad summi Apostolatus apicem assumptionem, ob non obseruationem literarum fe. recor. Pij II. Pauli etiam II. Sixti IIII. Iulij similiter II. Leonis X. & Clementis VII. prædecessorum nostrorum alias contra homicidas editarum, bellis, quibus non solum Ciuitates, Terræ, & loca, temporali dominio Sanctæ Rom. Eccl. subiecta, sed etiam tota Italia retroactis temporibus magno cum omnium in eis stantium incommodo, vexata fuerant, id forsan causantibus in eisdem Ciuitatibus, Terris, & locis ac etiam in alma Vrbe nostra, intestina, ac diuturna odia, ac discordias, ciuilesque dissensiones vigere, ac homicidia passim perpetrari cognouissemus, Ac mente reuoluentes, prædictos Pium, Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, & Clementem prædecessores, ad tranquillum, & felicem statum, necnon commoda tam personarum eiusdem Vrbis, quàm aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum eidem Rom. Eccl. subiectorum, aciem suæ considerationis extendisse, illorum exemplo moti, animum ad sedandum discordias, & odia tam in Vrbe quàm in aliis Ciuitatibus, Terris, & locis dictæ Ecclesiæ subiectis prædictis & ad firmandum perpetuam pacem, & quietem, pro dictorum subditorum commodis applicauissemus, & vt præmissa facilius votiuum consequi valerent effectum, literas prædictas omnino obseruádas esse decreuissemus, habita super his cũ fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum vnanimi consilio, & assensu, singulas Pij, Pauli, Sixti, Iulij, Leonis, & Clementis prædecessorum literas huiusmodi, cum statutorum, ordination. extension. ampliation. reuocation. cassation. irritation. annullation. decret. confiscation. incorporation. application. voluntatum, hortationum, requisitionum, & mandatorum, ac omnibus, & singulis alijs in eis respectiue cõtentis clausulis per alias nostras literas approbauimus, & innouauimus, ac perpetua roboris firmitate subsistere, & per singulos quos literæ ipsæ concernebant, & concernerent in futurum, sub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, suspensionis, diffidationis, criminis læsæ maiestatis, seditionis, rebellionis, cõfiscationis, depositionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac alijs censuris, & pœnis ecclesiasticis, & temporalibus, ac corporis afflictiuis, in eisdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inuiolabiliter obseruari, illasque etiam ad homicidas, sicarios, exitios, criminosos, rebelles, aliosque infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata excessus, crimina, & delicta, etiam ad hoc vt ipsi in Ciuitatibus, Terris, Castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morarentur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filijs, seu consanguineis occisorum, aut partium læsarum, non solum à locis circumuicinis vsque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis etiam Regni, & partium prædictorum nobis, & dictæ Rom. Eccl. mediate quomodolibet subiectis banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam prætextu cuiusuis licentiæ, saluiconductus, remissionis, reductionis, reuocationis, vel alterius gratiæ per eos desuper quomodolibet pro tempore obtentæ, moram trahere possent, & si in eis residerent, vel reperti forent, capi, & detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum, & excessuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pij, & Clementis prædictorũ, huiusmodi tenorem, sub pœnis in eisdem literis contentis, per Officiales Terræ, Castri, vel loci in quo deprehensi forent, debitis pœnis plecti, seu inde educi, & ad forum, seu Officiales ad quos criminum, seu excessuum earũdem punitio, de iure, vel consuetudine pertineret, remitti deberent, extendi, & ampliari debere, & in eis locum habere decreuimus, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli ex Gubernatoribus, & Officialibus per nos in diuersis Ciuitatibus, Terris, & locis Status nostri Ecclesiæ constitutis, & deputatis, forsan voluntatis nostræ ignari, aut alias prætendant pœnarum remissionem, inquisitis, bannitis, & condemnatis, super homicidijs per eos pro tempore perpetratis, per eos remitti, gratiamque fieri, ac exinde ab eis compositionem exigi posse, Nos ad tollendum omne dubium quod exinde exoriri posset, & ne Gubernatores, & Officiales prædicti, ac cuicunque alij, ignorantiæ eiusdem voluntatis nostræ, aut quouis alio prætextu, in his se intromittere præsumant, veriores dictarum literarum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, Decernimus, & declaramus gratias, seu remissiones, aut compositiones quibusuis inquisitis, condemnatis, aut bannitis, ex causa, vel occasione homicidij animo deliberato vel casu fortuito, aut in rixa, vel alio quouis modo, pro tempore perpetrati, pro quo pœna ordinaria vel extraordinaria, imposita vel imponenda esset, per quoscunque in Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis, nostros, & Sedis Apostolicæ Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, vel alios Officiales deputatos, & deputandos,

Hic Pontifex supra in const. 90. In eminenti fol. 692. confirmauit constitutiones æditas contra bannitos à Pio 2. Paulo 2. Six. 4. Iul. 2. Leo. 10. & Clem. 7.

Et eos etiam habita pace statuit exulari debere, à locis Sedis Apostol. mediate vel immediate subiectis, vt ibidem.

Sed aduerte quod postea declarauit in illis constit. non comprehendi, qui remissionem obtinuisset ab habentibus potestatem ibid. in 6. fol. 694. & hinc emersit Officiales prætendere, eas remittere posse.

Declarat igitur, hoc dubium.

randos, fieri in posterum nullatenus posse, & illas tantum cōpositiones, & gratias cum inquisitis, cōdemnatis, & bānitis huiusmodi, vt supra, in posterum faciendas valere, illisque suffragari, qui habuerint supplicationes desuper manu nostra propria signatas, & per Datarium nostrum pro tempore existentē datatas, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata &c. irritum quoque &c. Non obstantibus quibuscunque constitution. & ordination. Apostolicis, ac omnibus illis quæ in dictis nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura, etiam absque illius data, & registratura, sufficiat, ac vbique in iudicio & extra, fidem faciat, regula, seu constitutione Apostolica quacunque contraria, non obstantibus.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, sexto Kal. Maji, Anno Quinto.

Placet Motu proprio D. N. Papæ, C. Cardinalis Borrhomæus.

C V.

Priuilegia Notariorum A. C. circa pretium, & assecurationem scripturarum suorum officiorum.

De materia istorum Notariorum, & Reformationibus Tribunalis, vide infra in Pij V. consti. 117. Inter illa. Cum ibi not.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem quem dominus omnipotens in excelso iustitiæ throno constitutum esse voluit, singulos quosque fideles temporali suæ iurisdictioni subditos ac de se, & apostolica sede benemeritos, quos etiam ad id grata deuotionis, & familiaritatis obsequia per eos ipsis Pontifici. & sedi, præsertim circa iustitiam in Romana Curia ministrandam studijs indefessis continuisque vigilijs, & laboribus impensa, aliaque probitatis & virtutum merita multipliciter recommendant, in laborum suorum, ac etiam pecuniarij subsidij prædictæ sedi in suis necessitatibus multa promptitudine collati recompensam, aliqua specialium gratiarum, & liberalitatis apostolicæ dignatione prosequi, ac tam illos ab imminentium periculorum molestijs, quàm suos hæredes à damnorum incommodis vtiliter præseruare. Sane dudum postquam sicut accepimus dilecti filij Collegium, Notariorum Curiæ causarum Cameræ apostolicæ considerantes quod causæ. & scripturæ Notariorum Curiæ huiusmodi pro tempore decedentium iuxta antiquam consuetudinem earenus obseruatam ad eorum hæredes pertinebāt, & ad illorum manus peruenire cōsueuerant, à quibus Notarij in mortuorum locum subrogati scripturas ipsas aliquando diminutas & deuastatas etiam cum illarum pretij solutione non sine difficultate recuperabant in non modicum Curiæ, & de cuius interesse propter causas criminales Fiscum Apostolicum concernentes agebatur, Cameræ prædictorum, ac partium collitigantium præiudicium, præmissisque obuiare, & circa ea de salubri remedio prouidere volētes inter alia statuerant & ordinauerant quod occurrente vacatione alicuius ex officijs Notariorum dictæ Curiæ per obitum alicuius ex eisdem Notarijs, siue clericus esset siue laicus, hæredes ipsius defuncti Notarij causas & scripturas in officio sic vacante remanentes Collegio præfato pro pretio sexcentorum ducatorum auri de Camera vendere, ipsique Collegium eas ab hæredibus, & deinde Notarius in mortui locū subrogatus, causas & scripturas huiusmodi ab eodem Collegio pro eodem pretio sexcentorum ducatorum emere, dictumque pretium soluere tenerentur, ac ad id cogi & compelli possent, Notariusq; sic subrogatus ad officiū ita vacans, ac illius exercitium, & emolumenta nullatenus admitteretur, nec Collegium ad eius admissionem cogi posset, nisi prius sexcentis ducatis per eum vt præfertur solutis. Felicis recordationis Leo X motu proprio, & ex certa sciētia sua statutum, & ordinationem prædictam per suas literas approbauit, & confirmauit, illisque perpetuæ firmitatis robur adiecit, supplens omnes & singulos iuris & facti defectus si qui forsan interuenissent in eisdem, necnon tam ipsos Notarios, quàm eorū defunctorum hæredes, & successores, ac in demortuorum locum surrogandos, & alios ad quos spectaret, ad eiusdem statuti obseruationem perpetuo teneri, & ad id compelli posse decreuit: Et successiue qui sicut etiam accepimus in minoribus constitutus eiusdem Curiæ generalis Auditor fuerat, piæ memoriæ Iulius III. Rom. Pont. prædecessor noster attendens ipsos Notarios multa in diuersis tam ciuilibus quàm criminalibus causis onera pro eadem Camera subire, & officiorum pretium à tempore confirmationis per Leonem prædecessorem factæ huiusmodi excreuisse ad eorundem Notariorum preces statutum & ordinationem, etiam si scripturæ desuper confectæ non reperirētur, sed deperditæ essent, ac ipsius Leonis prædecessoris desuper cōfectas literas prædictas ad hoc vt occurrēte vacatione alicuius ex officijs prædictis per obitū alicuius ex dictis Notarijs clericis siue laicis hæredes ipsius defuncti Notarij causas & scripturas in officio sic pro tempore vacante remanentes eidem Collegio pro pretio mille ducatorum huiusmodi vendere, & Collegium illas ab ipsis hæredibus emere, dictumque pretium eis soluere tenerētur, & ad id compelli possent, ipse vero Notarius in defuncti locum subrogatus ad officium sic vacans illiusque exercitium nisi pretio mille ducatorum huiusmodi præfatis Collegio integre restituto nullatenus admitteretur, apostolica auctoritate & simili scientia perpetuo extendit, prout in prædictis, ac etiam dicti Iulij prædecessoris super extensione huiusmodi confectis literis plenius cōtinetur. Cum autem vt similiter accepimus officia prædicta à tempore Iulij prædecessoris tum in suis emolumentis & valore, tum etiam in ipsorum Notariorum laboribus & expensis non paruum susceperint incrementum, ac illorum fructus & emolumenta, nonnisi ex assiduo exercitio proueniant, & in continuis laboribus ipsorum Notariorum prorsus, & omnino consistant, adeo vt ipsos quotidie propter negociorum varietatem ac scripturarum pene infinitarum difficilem conseruationem, ingenti cura, & solicitudine angi præmique necesse sit, hinc est quòd nos eosdem Collegium & Notarios ob egregia ipsorum in Rempublicam officia huiusmodi, aliaque erga sedem prædictam impensa seruitia, & quia se in subueniendis nostris, & eiusdem Cameræ necessitatibus faciles ac promptos præbuerunt, ac ad hunc effectum quatuor mille septingenta quinquaginta scuta auri in auro realiter, & in numerata pecunia iussu nostro dictæ Cameræ, & pro ea dilectis filijs Matthæo Morello, & socijs mercatoribus Romanam Cu-

Collegium Notariorum A. C. statuit ex causis hic expressis, hæredes Not. decedentis teneri vendere. Collegio omnes scripturas pro d. ducat. 600 & Notarios surrogandos idem pretium restituere Collegio.

Statutum istud confirmauit Leo X. supra in eius const. 15. Inter sol. 262.

Iul. 3. hoc pretium auxit ad scuta mille ex causis hic expressis, sed eius const. non comperi.

Hic vero Pōt. cōfirmat dictas cōstitutiones Leonis X & Iul. III.

riam sequentibus pecuniarum ipsius Cameræ receptoribus nuper numerauerunt & exposuerunt, quamobrem illos iusta ratione de sede prædicta optime meritos, & non mediocri gratiæ nostræ præmio dignos censemus amplioribus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, eosque & quemlibet eorum à quibusuis excommunicationis, suspēsionis, & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentiū duntaxat consequendum, harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, necnon veriores statuti, & ordinationis, ac literarum Leonis & Iulij prædecessorum prædictorum, & indesecutorum quorumcunque tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, motu proprio non ad ipsorum Collegij vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa sciētia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statutum, ordinationem, & extensionem, ac cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis ipsorum Leonis & Iulij prædecessorum literas prædicta apostolica auctoritate præfata tenore præsentium approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, necnon omnes & singulos iuris & facti defectus si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus. Et insuper eisdem Collegio & singulis Notarijs, ac eorum hæredibus, vltra dictos mille ducatos eis alias per eosdem prædecessores, vt præmittitur concessos, alios bis mille ducatos similes super dictis eorum scripturis præsentibus & futuris, ita vt summa ter mille ducatorum super scripturis singulorum officiorum huiusmodi eisdem Collegio ac Notarijs, & eorum hæredibus respectiue perpetuo applicati, & appropriati sint & esse censeantur eo ipso eisdem auctoritate & tenore perpetuo reseruamus, constituimus, concedimus, & assignamus, ac præfatas scripturas etiam pro tota trium millium ducatorum huiusmodi summa nullo vnquam tempore vacare, nec ad sedem & Cameram prædictas deuolui aut pertinere posse, quinimmo illas ipsorum Collegij, & Notariorum veluti propria peculia

Imo vltra dictos mille ducatos, concedit, eisdem Notarijs alios ducatos bis mille super scriptis officiorum.

Et scripturas de cætero non vacare decernit.

existere, ac in eorum patrimonio, peculio, bonis, & perpetuo dominio, vel quasi esse censeri & numerari debere volumus, nec non ad eosdem Notarios, ac ipsorum hæredes seu Collegium duntaxat & non alios spectare, ipsosque Notarios illas vendere, alienare, hypothecare, obligare, & annuos census super illis quoties sibi videbitur imponere, constituere, & assignare, ac denique de illis prout & quemadmodum de bonis patrimonialibus disponere libere, & licite posse decernimus, & declaramus, ac statutum, ordinationem, & extensionem, necnon literas prædecessorum & summam ducatorum mille huiusmodi ad ter mille ducatos similes, aliaque præmissa,

Imo Notarios de eis libere disponere posse declarat.

ac etiam ad hoc vt deinceps perpetuis futuris temporibus occurrente cuiuslibet officiorum eorumdem per obitum Notarij, etiam clerici & beneficiati vacatione eiusdē defuncti Notarij hæredes, causas, & scripturas in eius officio consistentes ipsi Collegio pro pretio ter mille ducatorum similium vendere, & assignare, & Collegium illa ab ipsis hæredibus pro pretio trium millium ducatorum huiusmodi emere, & recipere, dictumque pretium illis persoluere, ipse autem Notarius in mortui locum surrogatus antequam ad officium eiusque exercitium, ac emolumentorum perceptionem admittatur, eandem summam ter mille ducatorum Collegio restituere, & integre persoluere teneantur, & ad id quibusuis iuris & facti opportunis remedijs omnino compelli possint & debeant, eisdem auctoritate, tenore, scientia, & potestatis plenitudine, etiam perpetuo extendimus & ampliamus, ipsisque Collegio & defunctorū hæredibus, super ijs indulgemus, ac præmissa ita fieri & obseruari debere, etiā de plenitudine simili perpetuo statuimus & ordinamus: ita tamen quòd si nobis videbitur ipsi Collegiū teneantur, & obligati sint primum tantum officium quod posthac per obitum alicuius ex ipsis Notarijs vacare contigerit,

Hæredesque Notariorum decedētium teneri vult, scripturas Collegio pro ducatis ter mille cōsignare, & Notarios surrogandos idē pretium Collegio restituere.

pro precio scutorum sex millium & trecentorum auri in auro emere, computatis tamen in eis & comprehensis tribus millibus ducatis auri de Camera pro scripturis hæredibus illius quem mori contigerit siue Collegio vt supra persoluendis, ita vt ex dictis sex millibus & trecentis scutis dicti ter mille ducati deduci debeant. Decernentes præsentes literas de intentionis nostræ defectu, aut nullitatis, seu surreptionis, vel obreptionis vitio, notari seu impugnari non posse, nec sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, aut derogationibus, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis pro tempore factis & concessis comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & si eas reuocari vel suspendi contigerit, in pristinum statum restitutas, & de nouo concessas esse, & censeri debere, quinimmo ad hoc vt reuocari nequeant cum validi & efficacis contractus inter nos & sedem prædictam ex vna, & Collegium hæredesque præfatos partibus ex altera consistorialiter initi, & legitime stipulati atque iurati, illudque robur obtinere in omnibus & per omnia, perinde, ac si de fratrum nostrorum cōsilio seruatis seruandis emanassent: sicque per quoscunque Iudices & Comissarios quauis auctoritate fungentes, etiā S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorūcuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretādi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis dictique Collegij institutione, ac etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis, quibusuis personis ac aliàs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus quomodolibet cōcessis, approbatis, & innouatis quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idē importantes mentio, seu quæuis alia expressio habēda aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum veriores formas, & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum insererētur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarija quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionibus approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, reseruationis, constitutionis, concessionis, assignationis, voluntatis, decreti, declarationis, extensionis, ampliationis, indulti, statuti, ordinationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto. Quartodecimo Kal. Iunij Pontificatus nostri Anno Quinto.

Collegium tamē primū officium vacaturum, debeat emere pro scu. 6300. computatis, à dictis ducatis. 3000.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Declaratio

C V I.

Declaratio quod Concilij Tridentini decreta, circa Reformationem, & ius positiuum tantummodo, ligare cœperunt à Kal. Maij. 1564.

De Materia Concilij notaui sup. in const. 96. Benedictus Deus fol. 799.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. SICVT ad sacrorum Conciliorũ decreta ac Canones, auctoritas atq; confirmatio Apostolicæ sedis, & debet, & solet accedere, Ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem sedis iudicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras peruenit multos esse qui dubitent ea quo tempore cœperint decreta sacri Generalis Concilij Tridentini ad reformationem, & ius positiuum dumtaxat spectantia eos ad quos pertinent obligare, illa præsertim quæ tempora certa præstituunt ad prouinciales diœcesanasq; Synodos celebrandas, ad Sacros ordines suscipiendos, ad religionem profitendam, ad parochiales Ecclesias aliaq; beneficia Ecclesiastica quæ eiusdem Concilij decretis retineri prohibitum fuit resignanda, & ad complures res huiusmodi exequendas, ac alias omnes ad prædictam reformationem iusque positiuum tantum spectantes quæ obseruari aut euitari debeant. Nos itaq; vt omnis controuersia dubitatioq; tollatur, Motu proprio eam rem prout rationi iuri, & æquitati conuenire censuimus, duximus declarandam. Nam etsi ipsius Concilij decreta etiam de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu in Consistorio nostro secreto confirmata à nobis fuerunt, sub finem mensis Ianuarij, & ab eo etiam tempore apud hanc sanctam sedẽ obseruari cœperunt, quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendateq; imprimendis necessario consumptum fuit, & iure etiam communi sancitum est, vt Constitutiones nouæ vim non nisi post certum tempus obtineant, æquum nobis, & iustum visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem iusq; positiuum dumtaxat spectantia à Kal. Maij proxime præteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cuiusquam, quod ea ignorauerit, admittendam, atq; ita Apostolica auctoritate declaramus, ac definimus, & ab omnibus iudicari debere mandamus, atq; statuimus. Decernentes irritum, & inane, si quid secus à quoquam quacunq; dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, alijsque in contrarium facientibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo. Sexagesimo quarto, Quintodecimo kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Dubitabant multi à quo tempore ligaret Concilium Tridentinum circa Reformationem & ius positiuum.

Declarat ideo his Pôt. cœpisse ligare à cal. Maij 1564.

Decretũ Irritans

Clausula derog.

Fed. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto Indict. septima die vero vigesima Mensis Iulij Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quarti, Anno Quinto, Retroscriptæ literæ affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe, & sancti Ioannis Lateranen. necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ, per nos Iacobum Carra, & Iulium Parinum prælibati S. D. N. Papæ Cursores. *Publicatio.*

Antonius Clerici Magister Cursorum.

C V I I.

Applicatio Cancellariarum, seu Notariatuum status Ecclesiastici, R. Cameræ Apostolicæ, & Ordinationes circa Officium Cancellariorum, & eorumdem Priuilegia, & exemptiones.

Ad hoc vide sup. Pauli IIII. const. 21. Romanus Pontifex nonnunquam fol. 594. & infra in const. 127. Continua.

Notariatus autem istos vendendi, & etiam assittandi facultas data est Thesaurario generali vt in eisdem constitutionibus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. SVPERNA prouidentia, quæ cunctorũ Christifidelium cætum per diuersa Rectorum officia statuit in rectitudine gubernandum, Pontificalem ad hoc nobis supremam contulit dignitatem, vt præ cæteris per congruam executionem pastoralis officij, cuius ministerio numine afflante diuino, quamuis indigni præsidemus, cunctorum præsertim nobis, & sedi Apostolicæ subditorum vtilitati, & indemnitati salubriter consulamus, ac ne in Ciuitatibus, Terris, Castris, & alijs eidem Sedi immediate subiectis locis Notariorum, & Tabellionum, seu Scribarum incuria, vel nimia indulgentia, aut impunitate; partium contrahentiũ & litigantium actus & instrumenta summo cum eorum detrimento depereant, aut falsitatis, immutationis, vel alterationis vitio subiaceant, sed ad omnium commoditatem illa debite diligenterq; conseruentur illæsa, & proinde vt ius suum vnicuiq; intactum remaneat, opem, & operam efficaces impendamus. Cum itaq; (sicut magno cum animi nostri mœrore accepimus) in quamplurimis status nostri Ecclesiastici Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis nulla ferè aut rara admodum Archiuia, seu Regestra pro contractuum instrumentorumque, & actorum aliorum, necnon varij alterius generis publicarum scripturarum debita conseruatione sint instituta,

&

Causa istius const.

& siquæ sint, ita incertis vsu, & cõsuetudine deprauata reperiantur, vt qui illis præsunt Notarij, Tabelliones, & scribæ, etiam actuarij, cum ipsi, vel ad tempus à locorum Communitatibus, & vniuersitatibus, seu alijs superioribus, aut personis ad id se potestatem habere prætendentibus, ad Notariatuum officia exercenda sint electi, vel ex eo quod officia ipsa à nobis, vel prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu Camera Apostolica ipsius gratiose concessa sunt, exercitia suorum officiorum huiusmodi paruipendentes, illorumq; amissionem, vel priuationem, seu quoduis alterius generis mulctæ, vel pœnæ nusquam metuentes, partes ipsas exhibendis instrumentis, quorum conseruationem ipsi prorsus negligunt, in forma probanti, ac solutionibus superinde faciendis pro eorum arbitrio vexare non vereantur, ac (quod peius esse videtur) ipsorumq; quamplures præsertim in locis in quibus illorum electio, & deputatio ad Communitates, aut Vniuersitates, quas etiam circa officiorum damnorum datorum concessiones varijs modis aberrare nobis plene constitit, spectat, literarum, & artis notariatus rudes prorsus, & ignari, ac ad tale munus suscipiendum, & exequendum penitus inhabiles sint, in conficiendis instrumentis, & alijs actibus publicis, siue decretis, & declarationibus annotandis, infinitos committant errores, & falsitates: Ac nulli reuisores, qui se de notariorum eorundem idoneitate & sufficientia informent, ac de eis attestentur, existant, sed passim fauore, pretio, vel pactionibus etiam super officiorum notariatuum huiusmodi emolumentis partim vero electores, partim vero inter Iudices, & Commissarios diuidendis, & distribuendis coniunctim eligantur, ac propterea excessiuæ scripturarum taxæ, & exactiones non minus iniuste, quam indebite extorqueantur, causæq; in longum protrahantur, & quasi immortales efficiantur: Cumque institutio fel. rec. Pauli Papæ Quarti prædecessoris nostri præmissis, ac forsan alijs tunc suadentibus causis moti, super officijs notariatuum huiusmodi in causis criminalibus status nostri prædicti, proinde quidem, ac permaxime vtilium capitulorum editionem factam per Legatos, & Vicelegatos, ac Gubernatores locorum ita negligantur, vt ipsi (nescitur qua ratione ducti) præter, & contra mentem, & intentionem nostras, illa, & Capitula huiusmodi omnino neglectis, Cancellarios, & notarios pro eorum libito in Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis sub eorum legationibus, seu gubernijs comprehensis ponere, alijs amotis, aut si non amotis, in eorum officia, aut ea, quæ ad illa spectant se ingerere non formidant, quam ob causam plura etiam ad præsens in huiusmodi criminalibus notariatuum officia penes dictam Cameram non sine maximo eius detrimento vendenda remanent, in grauem diuinæ maiestatis offensam, partiumque contrahentium, & litigantium præiudicium, & grauamen, notariorumque, Iudicum, & Commissariorum, necnon Communitatum, & Vniuersitatum, aliarumque personarum animarum periculum, & iacturam, ac plurimorum scandalum: Nos igitur, quibus imminet talia ad meliorem, & saniorem statum reducendi continua solicitudo præmissis ne fiant in posterum, debitæ prouisionis nostræ adminiculo, quantum nobis ex alto conceditur, obuiare, necnon animarum saluti, nostrorumque Ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi, ac eorum incolarum, præsertim litigantium, & contrahentium statui, quieti, commoditati, securitati, ac salubriori directionẽ illorum regiminis consulere volentes, necnon quascunque prouisiones, concessiones, assignationes, & quasuis alias dispositiones de prædictis ciuilibus, & quæ tam coniunctim, quam separatim exerceri solent, & nondum

Reuocat iste Pōt. qualcunq; concessiones Cancellariatum præterquam ex causa onerosa factas.

vendita penes dictam Cameram existunt, criminalibus huiusmodi, & ratione scripturarum dumtaxat damnorum datorum officijs, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi, etiam si ad Legatorum. Communitatum, Vniuersitatum, & aliarum particularium personarum cuiuscunque dignitatis, præeminentiæ, & auctoritatis existentium, quouismodo pertineant, & illa per deputatos à Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, seu Potestatibus vel alijs Iustitiæ ministris hactenus exerceri solita sint, ac ad præsens exerceantur, quibusuis personis cuiuscunq; status, gradus, & conditionis existentibus per nos, aut quoscunque alios Romanos Pont. prædecessores nostros, ac sedem eandem, ac etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, ac alios Officiales, & personas huiusmodi, perpetuo, vel ad tempus, præterquam tamen ex causa onerosa, solutionis videlicet, & exbursationis pecuniarum factas, illarum omnium veriores tenores, datas, & decreta etiam irritantia in eis apposita, ac causas, propter quas factæ, & concessæ fuerunt, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, harum serie reuocantes, cassantes, & annullantes, ac reuocatas, cassatas, & annullatas, nulliusque roboris, vel momenti existere, nemini que suffragari, aut prodesse posse, seu debere decernentes: Ipsaque officia à quibusuis Communitatibus, Vniuersitatibus, Legationibus, Gubernijs etiam perpetuis, vel temporalibus, necnon Magistratibus, Potestatibus, & alijs iudicibus, & personis penitus, & omnino perpetuo dismembrantes, & separantes, ac eadem officia Cameræ præfatæ applicantes, & appropriantes, & ad illam in futurum perpetuo spectare declarantes, & decernentes: Necnon Pauli prædecessoris huiusmodi super notariatuum in criminalibus officijs confectas literas, veriorem illarum tenorem, ac si de verbo ad verbum insertus foret præsentibus pro expresso, ac inserto habentes, Apostolica Auctoritate etiam perpetuo confirmantes, & approbãtes, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, Dilectum filium Donatum Matthæum Minalem Modernum, & pro tempore existentem Thesaurarium nostrum generalem totius status nostri Ecclesiastici, & Cameræ huiusmodi Commissarium generalem, ad omnia, & singula quarumcumque Legationum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum totius status Ecclesiastici prædicti notariatuum in Ciuilibus, & nondum vendita criminalia, necnon damnorum datorum officia, etiam si illa per vnum, vel duos, aut plures notarios exerceri consueuerint, ac sub quorumcumque S. R. E. Cardinalium vel aliarum personarum legationibus, aut gubernijs perpetuis, vel temporalibus comprehensa sint, cum eorum scripturis, si quæ sint, necnon honoribus, oneribus, & emolumentis, cum capitulis infrascriptis, ac alias cum obligationibus, clausulis, cautelis, decretis, pactis, & conditionibus, ac pro precio, seu precijs dicto Thesaurario beneuisis in vtilitatem ipsius Cameræ conuertendis, & applicandis ad vitam quibusuis personis originarijs, vel forensibus sibi beneuisis: Ita quod liceat ipsi Thesaurario pro tempore existenti personas huiusmodi officia pro tempore ementes, in corporalem, realem, & actualem omnium, & singulorum officiorum emptorum huiusmodi possessionem, seu quasi inducere, inductosq; defendere, & manutenere, amotis exinde etiam manu regia appellatione postposita, & cessante, quibusuis eorum detentoribus, quos nos etiam per præsentes amouemus, & amotos esse denunciamus: Necnon personas officia huiusmodi pro tempore ementes, statim emptione, & illorum admissione factis, in notarios publicos, & legales creamus, constituimus, & deputamus: Ita quod eis in posterum liceat quælibet instrumenta, & scripturas, etiam ratione damnorum datorum

Et Cancellarias applic. R. Cameræ Apostolicæ. Et const. Pauli 4. desuper æditam confirmat. Quã const. indicaui hac in rubr.

Thesaurarium q; deputat ad illas alienandum ad vitam dumtaxat. Imò etiam ad assistandum vt infra in const. 127. Continua.

huius-

huiusmodi ac in Ciuilibus, & criminalibus causis respectiue coniunctim, vel separatim, & alias iuxta modum per prædictum Thesaurarium præscribendum, coram quocunque, siue quibuscunq; iudicibus, & personis secularibus, vel Ecclesiasticis quacunque potestate, vel etiam Cardinalatus honore, aut alias fulgentibus, & tam in iudicio quam extra scribere: Necnon officia in criminalibus huiusmodi nondum vendita, si dictus Thesaurarius illorum emolumentorum tenuitatem perspexerit, vna cum ciuilibus officijs literis Pauli prædecessoris huiusmodi quoad hoc non obstantibus, personis, etiam locorum originarijs, & incolis, vel forensibus ac alias prout eidem Thesaurario melius videbitur, nomine eiusdem Cameræ, & in illius vtilitatem vendenda, concedenda, conferenda, & alienanda, ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine constituimus, & deputamus, eique Cameram ipsam, omniaq; illius bona præmissorum occasione in amplissima forma eiusdem Cameræ obligandi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, ac opportuna faciendi, & exercendi: Necnon detentores prædictos expellendi: Ac vnum vel plures Commissarium, seu Commissarios loco sui cum simili, aut limitata potestate, facultate, & auctoritate, ac alias, prout sibi videbitur, ad præmissa deputandi, ac si quæ forsan super præmissis omnibus, & singulis, aut alijs illorum occasione per eorundem officiorum emptores, aut Communitates, Vniuersitates, Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, aut alias personas dubitari contigerit, ac propterea jam forsan inter eos orta sint, & oriri in posterum contigerit lites, & dubia, illa interpretandi, & declarandi, ac summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, appellatione remota, decidendi, & terminandi, plenam, liberam, ac omnimodam potestatem, facultatem, & auctoritatem damus, concedimus, & impartimur. Districtius inhibentes quibusuis Communitatibus, Collegijs, & alijs particularibus personis, & pro tempore existentibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Officialibus, Iudicibus, & Commissarijs, quibuscunque potestate, auctoritate, facultatibus, priuilegijs, indultis, prærogatiuis, præeminentijs, & dignitatibus munitis, ne sub indignationis nostræ, ac excommunicationis latæ sententiæ, alijsq; quoad inferiores à Legatis, & Vicelegatis prædictis eiusdem Thesaurarij arbitrio moderandis, applicandis, & infligendis pœnis, quouis quæsito colore, ingenio, vel prætextu audeant, seu præsumant, se vlterius in eisdem notariatuum officijs, tam per Cameram venditis, quàm deinceps vendendis, ac alijs præmissis, vel eorum interpretatione, ac originalibus scripturis officia huiusmodi ipsorumque notariorum præiudicium concernentibus per se, seu eorum Cancellarios, seu Secretarios, aut scribas, vel alium, seu alios intromittere, aut de illis quomodolibet disponere, seu notarios illa pro tempore ementes molestare, perturbare, vel impedire, aut contra eos procedere. Decernentes, & declarantes, detentores prædictos spoliatos esse, dici, & censeri, aut illis actionem spolij propterea competere, aut desuper agere. Ac præsentes literas vllo vnquam tempore quouis quæsito colore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, argui, vel impugnari, seu restitutiones in integrum aduersus illas, per sic amotos, vel alios quoscunque impetrari, aut eos illis etiam motu simili contra vti, ipsasque præsentes ad viam iuris reduci, etiam enormissimæ læsionis, aut alio quouis prætextu nullatenus posse. Ac illas, & quascunq; venditiones, alienationes, & cõcessiones de eisdem officijs per eundem Thesaurarium, & Commissarios ab eo pro tempore deputatos, nomine eiusdem Cameræ faciendas, sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, vel limitationibus contrarijs minime comprehendi, sed illas perpetuis futuris temporibus validas, & efficaces fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum etiam sub data posteriori per ipsum Thesaurarium, seu Commissarios, & emptores eligenda restitutas, & de nouo concessas esse, & censeri, necnon personas, quibus officia huiusmodi vendentur, & concedentur, si per Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, & alios Officiales prædictos pro tempore existentes modo aliquo molestari, vel impediri contigerit, Cameram ipsam ad ipsos defendendum, & manutenendum, ac alia præmissa omnino teneri, Ac officia notariatuum huiusmodi per triennium à data præsentium computandum, vacabilia non esse, neque censeri, sed dicto triennio elapso, singulorum officiorum prædictorum, quando per illa obtinentium resignationes vel obitus, seu quamcumque aliam dimissionem, vel admissionem, aut venditionem vacauerint, illa præcedentibus supplicationibus manu Romani Pontificis, aut in eius præsentia signandis, ac alias in omnibus, & per omnia, prout in alijs Romanæ Curiæ officijs vacabilibus fieri consueuit, expediri debere. Necnon illa hac prima vice tantum per dictum Thesaurarium pro precio reperibili vendi, ipsumq; Thesaurarium literas patentes illorum concessionum, & assignationum desuper expedire, & concedere posse, ipsaque officia sub præsentibus comprehendi, & per eas Cameræ prædictæ applicata esse, & censeri: Necnon personas illa pro tempore ementes facultatem instrumenta quæcunque rogandi, & scribendi, necnon actitandi, aliaque faciendi in quocunque, & quibuscunque tribunalibus Gubernatorum, ac eiusdem status Ecclesiastici Rotæ Auditorum, Ciuitatum, Communitatum, Potestatum, Commissariorum deputatorum, & deputandorum, & aliorum quorumcumque officialium, & iustitiæ ministrorum, ac in Curia, seu Curijs mercatorum quorumlibet, ac coram quibuscunq; officijs Bullectarum, Datiorum, Gabellarum, merciũ, siue pecudum, ac damnorum datorum huiusmodi tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus, siue mixtis iuxta modum per Thesaurarium huiusmodi in illorum officiorum concessionum patentibus literis præscribendum, & non alias habere. Ac tam ciues, vel originarios, & incolas Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum, in quibus officia huiusmodi instituta fuerint, quã extraneas personas officia ipsa emere posse; Et ita in premissis omnibus, & singulis per quoscunque iudices, & Cõmissarios, etiam causarum palatij Apostolici Auditores, seu illorum locatenentes, ac etiam S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, quod personæ, quibus officia huiusmodi concedentur, notarij curiales nuncupentur. Ipsiq; infrascripra, ac ea quæ in eiusdem Pauli prædecessores literis continentur ordinationes, statuta, & capitula quæcunque, & præsertim ea, quæ illorum sindicatum concernunt, omnino obseruare, librosque conficere, ac eorum instrumenta in protocolla debite redigere, sententias etiam aliasque scripturas diligenter conseruare teneantur. Quodque de cætero omnia acta, quæ in litibus, & causis fieri, & scribi continget, non in forma processus, sed in libris manualibus nuncupatis scribere teneantur. Nec ratione tam criminalium, quàm ciuilium officiorum huiusmodi pro mercede plusquam hodie capitur, capere possint, seruatis modo, & taxa in literis Pauli prædecessoris præfati circa huius-

Cancellarij officia emetes. Notarij publ. eo ipso efficiuntur. Et vide etiam mox infra.

Thesaurarij facultas vendendi Cancellarias etiã locorum originarijs licet contrariũ statuisset Paul. 4. in d. eius const. 21.

Et Cameræ bona obligan. in venditionibus eorũ.

Detentoresq; Cãcellariarum expellendi.

Dubiaq; interpretandi, & lites decidendi summarie &c.

Inhibet etiã hic Pont. Magistratibus, & Officialibus ne de Cancellarijs amplius disponant, aut desuper se intromittant.

Ad quod vide & mox infra.

Camera tenetur defendere, & manutenere Cancellarios.

Cancellariæ vacent per menses elapso triennio à data præsentiũ.

Cãcellarij quæcũque instrumenta possunt rogare.

Decretũ irritans

Cancellar. j seruent cap. cula Pauli 4. & etiam hic dec. ipsa.

Cancellariorum priuilegia.

iusmodi officia criminalia præscriptis. Ipsisque omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, & exemptionibus notarijs criminalibus per literas Pauli prædecessoris huiusmodi concessis, quoad personas, & res ipsorũ notariorum, & eorum substitutorum, ac familiæ vsum, & victum in Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis prædictis, ac extra eas, per vniuersum statum nostrum Ecclesiasticum prædictum vtantur, potiantur, & gaudeant. Quodq; partem aliquam suorum emolumentorum contribuere, aut aliquod onus, vel responsionem ratione suorum officiorum quibusuis Communitatibus, Collegijs, Legatis, Gubernatoribus, alijsue personis soluere minime teneãtur, non obstante, quod aliàs contribuerint, seu soluerint, aut onus aliquod habuerint, etiam ex causa onerosæ solutionis videlicet, & exbursationis pecuniarum dictæ Cameræ tantum factæ. Sed eo casu certior factus Thesaurarius ipse, prius ijs, quorum interest de sorte principali, quam soluerint, aut alia aliqua remuneratione, vel assignatione prouidere; & circa ea in prima dictorum officiorum venditione aduertere debeat, & teneatur. Sitq; pro ea vice dumtaxat merus iudex, ita vt ab eius sententijs, seu declarationibus, vel decretis verbo, vel in scriptis, etiam ad partium instantiam latis, & factis appellari non liceat, auditis prius ijs, quorum interest, quibus interea emptores præfati nihil soluere teneantur. Ac quod dicta Camera, & illius curiæ causarum pro tempore existens generalis Auditor, & Thesaurarius, ac eorum quilibet in solidum emptores eorundem officiorum, eorumque per eos emptorum officiorum huiusmodi substitutos in pacifica possessione manutenere debeant, ac facta venditione prædicta dictus Auditor notariorum Curialium huiusmodi in omnibus causis, tam ratione dictorum suorum officiorum, quàm alias contra eos per quoscunque quomodolibet pro tempore motis merus iudex, & executor sit, esseque censeatur. Ita vt ipsi coram alio iudice quouis prætextu, vel causa euocari, seu trahi non possint, ac in eisdem litibus, & causis, quæ videlicet ratione personarum suarum inter eos, ac officiorum eorum contra quoscunque, idem Auditor manu regia, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, appellatione ab eius sententia remota, procedere possit, & debeat, ita tamen quod pars, quæ grauata censebitur patito iudicato, & refectis expensis, sententiæ reuisionem in Camera petere possit, & si damna aliqua per emptores notarios huiusmodi, aut aliquem eorum passa, aut expensæ in eisdem litibus, & causis ratione dictorum eorum officiorum factæ fuerint, idem Auditor prout iustum ei videbitur, à partibus condemnatis, aut Camera prædictis de illis satisfieri facere procuret, & teneatur. Quodque Legati, & Vicelegati prouinciarum, siue Ciuitatum, Castrorum, Terrarum, & locorum Gubernatores, Communitates, & Collegia, Potestates, ac Commissarij, qui ad præsens administrant, aut administraturi sunt iustitiam, coram quibus notarij, seu eorum substituti tam ciuiles, quàm criminales in toto statu Ecclesiastico pro tempore scribentes existunt, non possint, nec debeant notarios curiales huiusmodi molestare, vexare, perturbare, seu impedire super possessione seu quasi huiusmodi eorum officiorum, vel emolumentis, neque se eorum officijs aliquatenus ingerere, ad eaque officia alios notarios quoquomodo intromittere, vel salaria eorum contra earumdem præsentium, ac Pauli prædecessoris desuper confectarum literarum huiusmodi formam diminuere, nec dicta officia in affictum recipere, neque conductores aliquos proferre, sub pœna excommunicationis per contrafacientes eo ipso incurrenda, à qua non nisi a prædicto Auditore Cameræ ac refectis prius eiusdem Auditoris arbitrio damnis, & interesse ipsorum notariorum curialium, & non alias absolui possint. Et si reperientur aliqua ex dictis officijs tam ciuilibus, quam criminalibus vendita, seu alias quibusuis personis quocunque titulo, tam per nos, quam prædecessores nostros, aut Cameram Apostolicam prætet, & contra, tam earundem præsentium nostrarum, quàm prædicti Pauli prædecessoris iam desuper confectarum literarum huiusmodi formam, & tenorem quomodolibet alienata, si in alienatione huiusmodi dicta Camera vltra dimidium læsa fuisse reperiatur, tunc illorum emptoribus per Cameram ipsam prius restitutis pretijs, illa ab eodem Thesaurario de nouo vti vacantia vendantur. Illaq; in omnibus, & per omnia sub præsentibus comprehendantur, & comprehensa omnino intelligantur. Quodque in omnibus Ciuitatibus, Terris, & locis totius status Ecclesiastici prædicti, etiam si in illis Archiuia aliqua, non tamen ex causa onerosa exbursationis videlicet pecuniarum eidem Cameræ factæ (vt præfertur) instituta, etiam quibusuis facultatibus, & priuilegijs munita existant, Notarij ipsi curiales diligentissime scripturas, & instrumenta suorum officiorum conseruent, ac ad illorum delationem ad archiuia huiusmodi non teneantur, sed illa occurrente eorundem officiorum, siue per cessum, aut venditionem, siue per mortem, aut alias vacatione, ei cui à Sede Apostolica officia huiusmodi sic vacantia concedentur, assignari, & tradi debeant. Ipsique notarij curiales in Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis huiusmodi in quibus nulla Archiuia existent, à reliquis Ciuitatum, Terrarũ, Castrorum, & locorum eorundem non curialibus notarijs pro Archiuio habeantur, ac illorum scripturarum custodes existant, nec tam eas, quàm suas alia quauis de causa transportare valeant. Ac Ciuitatum, Castrorum, terrarum, & locorum, in quibus notarij ipsi curiales instituti fuerint, Gubernatores, seu iustitiæ administratores eisdem curialibus notarijs instantibus cæteros notarios non curiales iure, vel priuilegio, aut facultatibus instrumenta rogandi suffultos de eorum priuilegijs, facultatibus, & iure huiusmodi inquirere, sibique suorum priuilegiorum, facultatum, & iuris patentes literas ostendi petere, & facere, ac eos, quos habiles repererint, ad rogitus contractuum, & instrumentorum suscipiendos admittere, Alios vero minus habiles, etiam quantumuis idoneos, & sufficienti priuilegio munitos, repellere, eisq; ne contractus, & instrumenta conficiant, aut se de eis rogent, inhibere possint, & cogant admissos huiusmodi notarios ad instrumenta redigenda in libros, & protocolla eisdem modo, & forma, ac sub pœnis quæ in dicta constitutione Pauli IIII. continentur. Quorum quidem notariorum non Curialium inquisitio singulis saltem mensibus, & ad quamlibet ipsorum Curialium notariorum instantiam, & aduersus inobedientes executio à Gubernatoribus, & iustitiæ ministris huiusmodi sine aliquo tẽporis interuallo fiat, ad hoc vt scripturæ publicæ suum effectum sortiantur, sub pœnis contra Gubernatores, aliosque iustitiæ ministros opem, auxiliumq; suum in supra, & infra notatis casibus denegantes præfato Auditori Cameræ beneuisis. Quando autem in præfatis locis, vbi nullum est Archiuium, quispiam notarius non curialis decesserit, aliquis ipsorum curialium notariorum cum Cancellario Vniuersitatis, seu communitatis, si talis, vel communitas cancellarium habeat, sin minus cum alio, vbi scripturæ notarij non curialis defuncti reperirentur, se conferat, ac eas accipiat, & de illis inuentarium conficiat, quo confecto illud in libro penes se remansuro registret, & deinde illud notarii defuncti hæredibus consignet, ac scripturas huiusmodi ad officium suum transportet, & simul cum alijs suis scripturis conseruet, ac casu quo extrahendum, aut dandum sit sumptum aliquod scripturarum, & instrumentorum notarii defuncti huiusmodi possit, & debeat illud publicare tantum-

Cancellariorum concessiones, rescindantur si Camera Ap. vltra dimidium læsa sit.

Cancellarij eorũ scripturas ad Archiuia de ferre non tenentur, sed eorum successoribus consignare debent. Ad hoc vide formam traditam à Paulo 4. in d. sua const. 33.

Cancellarij habẽtur per Archiuijs vbi illa nõ sunt.

Officiales tenentur ad instantiã Cancellariorum, alios Notarios inquirere, & repertos inhabiles repellere.

Notariorum decedentium scripturas, Cancellarij custodiunt si Archiuia non sint in locis illis.

que

siue mercedem recipere, quantam si rogatus de eodem sumpti instrumento fuisset, relictis tamen mercedis eiusdem tribus ex quatuor partibus hæredibus præfatis, & si dicti notarij non curiales, dum infirmantur scripturas suas huiusmodi notarijs curialibus consignare voluerint, teneantur notarij curiales huiusmodi eas recipere, & morte notarij consignantis succedente, ordinem qui supra describitur, omnino sequi: Et circa hæc Gubernatores, cæterique iustitiæ ministri Ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum in quibus notarij non curiales huiusmodi obierint, notariorum defunctorum huiusmodi hæredes ad consignandum scripturas illorum, si quæ penes illos extiterint sub penis sibi beneuisis cogere, & compellere, auxiliumque fauorem, & operam efficaces desuper impendere debeant, quæ si recusauerint, à præfato Auditore Cameræ, pena eiusdem Auditoris arbitrio imponẽda, & applicanda puniri possint. In locis autem vbi plures notarij aderunt curiales occurrente obitu aliquorũ notariorum non curialium, tunc is notarius curialis curam scripturarum defuncti habeat, qui ad hoc à cæteris socijs sorte extractus erit. Porro si in ciuitate aut terra, vel loco alio plures fuerint notarij curiales, nulli partiũ litigantium causam inchoare liceat coram eo Notario quem volet etiam si causa, vel lis sit ordinaria, seu extraordinaria, aut commissionis, siue appellationis, sed per turnum causæ omnes distribuantur inter Notarios prout in alma Vrbe, ac inter Rotæ Notarios almæ Vrbis nostræ fieri, & obseruari solet, videlicet qui voluerit committere causam, vel litem, aut eam inchoare de mandato superioris, siue per viam libelli, siue alterius cuiusuis petitionis, seu appellationis adhibit mensarium, qui quolibet mense sorte ab illis eligetur, & mutabitur ipse, librumque ad hunc effectum custodiet cum inscriptione nominum, & cognominum aliorum Notariorum collegarum suo in eodem tribunali vbi pendebit causa, eaque nomina in bussula ad hoc apta imbussolabit, & vno illorum sorte extractis in illa causa Notarius esse censeatur. Idemque Mensarius in prædicto libro Notariorũ extractum dictæ causæ faciet debitorem, cum descriptione tituli, & nuncupationis causæ, nominumque partiũ ligantium, & successiue in alijs pro tempore aduenientibus causis extrahatur vnus reliquorum Notariorum qui superfuerint in bussula, & sic de alijs donec turnus finitus fuerit, & eorum quisque causam aliquam habuerit, & super hoc turno etiam comprehendatur nomen Mensarij, finitoque turno iterum nomina omnium Notariorum in bussula ponantur, nominaque, & causæ modo quo supra extrahantur, & inter eos diuidantur, quo fiet vt donec extractio nominum à bussula facta fuerit, partes litigantes suæ causæ Notarium prorsus ignorabunt. Notario extracto, causaque per Mensarium Notario extracto assignata, penes ipsum remaneat, ac in ea scribat, nec in illa alijs Collegijs Notarijs licet in eodem tribunali in eadem causa scribere, aut vllo modo se in ea immiscere. Ita vt Notarius, cui sorte causa obtigerit, etiam si illa non agitetur, se iterum imbussolari petere non possit, donec turnus ipse finiatur. Et similiter singulis primis diebus cuiuslibet mensis sorte extrahatur vnus Mensarius, cui libri Mensariatus consignabuntur, & computa causarum ad quos pertinebunt cum bussula, alijsque nominibus quæ supererunt. Et quia multis in locis plurium causarum principium sumitur vel ex præcepto, vel monitorio superiorum, aut à fugæ suspicionis mandato, in quibus solitum est apponi sigillum Iudicis. Volumus ad hoc vt seruetur æqualitas in distributionibus causarum inter curiales Notarios huiusmodi, quod sigillo ipso penes Iudicem remanente in euentum expeditionis præcepti, aut monitorij, vel mandati, antequam illa sigillentur, Notarius ea bussula extrahatur qui præceptum, seu monitorium, vel mandatum huiusmodi scribat, quo scripto ipse ad Mensarium Notarium accedat, ac illud sigillari procuret. Et in locis in quibus ratione præceptorum Monitoriorum, & mandatorum huiusmodi nihil vltra sigillum soluitur, sigillo huiusmodi mensario pro tempore existenti soluto, Mensarius ipse in fine mensis superiori seu Iudici ad quem spectat sigilli emolumentum computum sigillorum datorum reddere teneantur. In locis vero in quibus sigillum huiusmodi gratis datur, Mensarius illius ratione nihil exigat. In locis autem in quibus eorundem præcepti monitorij, & mandati ratione partim pro sigillo, partim vero pro scriptura aliquid soluitur, Notarius scribens suam ratam retineat. Ratam vero iudicem, vel superiorem eiusdem sigilli ratione tangentem Mensario tunc existenti persoluat, ac Mensarius de similibus (vt supra) eidem Iudici, seu superiori in fine cuiuslibet mensis computum reddere debeat, nec hoc ordine intelligatur confundi causa vnius tribunalis cum alio tribunali, sed cuiuslibet tribunalis Notarij curiales pro tempore existentes de per se suum turnum conficiant in diuisionibus causarum. In ciuitatibus vero in quibus pro conseruatione scripturarũ sunt Archiuia, & regestra, ac ordo publicus, nec de fraude, errore, ignorantia, aut scripturarum amissione dubitatur, Notarij curiales præfati de aliorum non curialium Notariorum scripturis, rogitibus, vel instrumentis minime se intromittant, nihil tamen recognitionis vel alterius oneris Archiuio, aut matriculæ huiusmodi soluere, aut illis modo aliquo subijci, aut illorum legibus & statutis parere minime teneantur, Prohibentes reliquis Notarijs dicti status nostri Ecclesiastici ne actum aliquem litis, seu illius dependentiæ, aut præsentationis monitorij, citationis, executionis pacis, concordiæ, aut alterius rei, vnde lis, seu iudicium inchoatur, vel deducitur in ea ciuitate, in qua Notarij curiales extiterint, scribere, recipere, seu se de illis rogare præsumant. Insuper quod nulla, vel Bononiæ vel alterius ciuitatis aut loci Archiuia, vel regestra consuetudinem cogendi partes etiam inuitas ad extrahenda à suis protocollis publica instrumenta, & acta etiam multa necessitate requirente habentia ad deinceps facere, neque illorum Notarij, nec etiã ipsi curiales, & actuarij personam aliquam contra illius voluntatem ad extrahendum instrumenta non solũ facta, sed etiam fienda cogere, aut alias contra illam desuper agere queant. Præterea quoties litem aliquam, ac illius actus transportare contigerit, si arrha à partibus litigantibus Notario causæ data fuerit, Notarius ipse easdem partes pro rata quamlibet earum tangente, etiam si partes ipsæ actibus, & scripturis huiusmodi non amplius indigeant, ad solutionem scripturarum actorum prædictorum omnino cogere, & compellere possit. Deinde quod omnes Notarij curiales vnum collegij, & congregationis corpus efficiant, ac vnum collegium Romæ instituere, & qui ex Notarijs ipsis Romæ præsentes fuerint, quolibet mense semel ad minus congregari, & de rebus officia prædicta concernentibus tractare, ac pro salubri illorum, & dicti collegij conseruatione, & directione quæcunque statuta, & ordinationes, licita tamen, & honesta, cum voto tamen, & assensu prædicti Auditoris Cameræ, quoties eis videbitur condere, facere, statuere, & ordinare: illaque postquam condita, facta, statuta, & ordinata fuerint, pro eorum libito, ac temporum qualitate id exigente mutare, alterare, aut penitus cassare, & alia de nouo facere, statuere, condere, & ordinare. Necnon officia ipsa attentis singulorum valore, & pretio, prout eis illorum conscientia dictauerit, taxare. Ita quod taxa facta singuli singulorum officiorum huiusmodi Notarij illam singulis annis eidem collegio per illud iuxta prouidam illius ordinationem de il-

Causæ inter plures Cãcellarios per turnos à Mensario distribuatur.

Mensarij extractio, & officium.

Cancellarij non se intromittant in scripturis Notariorum, vbi sunt Archiuia.

Partes cogi non possunt ad extrahendum instrumenta.

Arrham dantes pro scripturis, ad solutionẽ earũ cogi possunt.

Cancellarij Collegium in Ro. Curia erigere tenentur.

Taxa soluenda in admissionibus Cancellariorum.

la disponendam persoluere teneantur. Dummodo tamen taxa ipsa decem scuta auri non excedat, nec minor taxa vnius scuti similis exiitat. Præterea vacatione alicuius ex dictis officijs per cessum, vel decessum, aut aliter pro tempore occurrente, in admissionibus nouorum notariorum eadem taxa, seu rata eidem collegio de illa per illud (vt præfertur) dispouenda soluatur.

Cancellariorum Officia non confiscantur.

Insuper officia prædicta (exceptis læsæ maiestatis, falsitatis, aut homicidij criminibus, ac seruata forma bullarum Pauli prædecessoris) huiusmodi ratione cuiusque alterius criminis confiscari, aut illa obtinentes eis priuari, vel cessiooes, aut resignationes de illis pro tempore faciendæ impediri, aut quauis de causa differri non possint nec debeant. Et super illis liceat inire societates prout in alijs Romanæ Curiæ officijs fieri solet.

Taxa compositionis soluendæ in concessionibus Officiorum.

Et dum concedentur in posterum pro supplicationis expeditionis expeditione, & compositione (hac prima vice dumtaxat excepta) quinque scuta auri pro centenario ratione pretij venditionis officij, vsq; ad summam mille scutorum inclusiue, A summa vero mille scutorum huiusmodi, vsque ad aliam quamcumque duo scuta similia pro quolibet centenario, nostro, ac pro tempore existenti Romani Pontificis Datario soluatur, & quoties notarij curiales præfati per se vel eorum procuratores officia resignabunt, aut iuri io illis, vel ad illa competenti in manibus nostris, ac pro tempore existentis Romani Pontificis cedent, nos ac pro tempore existens Roman. Pontifex huiusmodi resignationes, seu cessiones admittere, & in regestro solito registrari facere, idemque Datarius datam paruam dare teneatur, secundum quam expediatur supplicatio quanto citius poterit.

Cancellariorum Collegium gaudet Priuilegijs Archiuij Rom. Curiæ & alijs hoc expressis. De quo vide inf. Pij V. const. 89. Pridem vbi nota

Quodq; notariorum curialium collegium huiusmodi omnibus, & singulis priuilegijs, facultatibus, prærogatiuis, & gratijs collegio Archiuij Romanæ Curiæ (sine tamen illius præiudicio) quomodolibet concessis, etiam quo ad ad creationem notariorũ, aliaq; id genus negotia vtatur, potiatur, & gaudeat, omnesque & singuli ontarij curiales statim vbi admissi, eorumque nomina in libro collegij curialium prædictorum descripta fuerint, notarij Apostolici curiales vt præfertur nuncupati, vere sint, & esse censeantur, ac pro talibus habeantur. Quodque notarij curiales sua officia huiusmodi per se vel alium seu alios fideles scilicet & sufficientes substitutos notarios tamen publicos Apostolica auctoritate creatos, ac habiles, & idoneos, & à prædicto notariorum curialium Romæ instituendo collegio approbatos, quoque in eodem collegio cautioné idoneam de probe, & legaliter exercendo, ac se syndicatu submittendo, aliaque agendo iuxta formam literarum Pauli prædecessoris huiusmodi exercere, Necnon quæcumque instrumenta vbicumque locorum rogare, & tales substituti illa (patronis eorum à Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis in quibus eorum notariatus officia instituta fuerint, absentibus) publicare, & subscribere possint. Decernentes huiusmodi instrumenta, tam Romæ, quam alibi vbicumque locorum plenam, & indubitatam fidem facere, nec de illorum validitate aliquo vnquam tempore dubitari posse. Ac quod liceat eidem Collegio habere sigillum, & sub illo legalitates, aliaque huiusmodi expedire, prout in alijs eiusdem Romanæ Curiæ Collegijs obseruatur. Quodque notarij ipsi curiales in Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis dicti status nostri Ecclesiastici in quibus plures sunt notarij, alia collegia à Romano collegio tamen dependentia, cum simili sigillo, & quæ ab omni alio collegio, societate, & matricula aliorum notariorum, atque Doctorum liberi, & exempti, nullusque superioritatem in illo eorumque notarios exercere possit, similiter facere, & instituere possint. Porro quod ootarij curiales huiusmodi in quibuscumque prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis dicti status oostri Ecclesiastici, vbi resederint, sint executores, ad eosque pertineant præsentatio, intimatio, & executio videlicet Romanæ Curiæ

Executoresque sūt Expeditionū Romanæ Curiæ, eum priuatiue quo ad alios.

expeditionum, veluti literarum in forma breuis, monitoriorum, citationum, inhibitionum, brachij secularis, & cuiuscunque generis executionum illuc à Romanis Iudicibus, ac Vrbe prædicta pro tempore transmissorum, nec ibi præter ipsos alius rogare, vel scribere, nec alij intimationes supradictorum facere possint, alias intimationes, & rogitus huiusmodi nullius sint roboris, vel momenti, & illis fides nullatenus adhibeatur, Neque Legati, Vicelegati, aliique superiores, & iustitiæ ministri causas, tam criminales, quam ciuiles coram Iudicibus inferioribus inchoatas, & acceptas ab illis, in notariorum curialium, & capitulorum huiusmodi præiudicium euocari, vel alias ab eis amonere, præterquam in capitalibus causis, quo casu id (seruatis tamen curialium notariorum huiusmodi emolumentis, ac sine illorum præiudicio) fieri possit.

Clausula præseruatiua.

Decernentes præmissa omnia, & singula nullo vnquam tempore quouis quæsito colore, vel ingenio de surreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari posse, sed illa semper valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, ac Notarijs curialibus, illorumque collegijs prædictis in omnibus, & per omnia suffragari, ac (vt præfertur) iudicari, & diffiniri debere.

Clausula derog.

Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo iure quæsito, non tamen ea causa onerosa prædicta prouenien te, & alijs quibusuis Apostolicis, necnon in prouincialibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, ac prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, ac locorum huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusuis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, & alijs personis de huiusmodi officiis quomodolibet etiam ex causa onerosa eisdem Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis, ac personis per quoscunque Romanos Pootifices, & Cameram ipsam, etiam nos, & prætextu dooationis, concessionis, & aliarum dispensationum etiam motu, & scientia similibus, ac alias concessis, approbatis, & innouatis, quas & quæ illorum omnium vim, & effectum Datas, & tenores pro expressis habentes, ad effectum præmissorum reuocamus, irritamus, & annullamus, illisque specialiter, & expresse derogamus.

A.C. executor deputatur.

Et insuper pro præmissorum omnium conseruatione præfatum Auditorem Cameræ in conseruatorem, & executorem præsentis nostræ intentioois, ac omnium, & singulorum in ea contentorum specialiter, & expresse facimus, constituimus, & deputamus. Volentes quod præsentiũ transumptis etiam impressis, sigillo, & manu alicuius Prælati munitis, talis, & tanta fides adhibeatur, qualis, & quanta præsentibus adhiberetur, si illæ in medio originaliter exhiberentur, vel ostenderẽtur. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim à prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis dictæ sedis indultis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus oon expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit io eisdem literis mentio specialis. Nos enim ea nunc irritum decernimus, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ dismembrationis, separa-

ratio-

rationis, applicationis, appropriationis, declarationis, confirmationis, approbationis, amotionis, denunciationis, creationis, constitutionis, deputationis, dationis, factionis, concessionis, prohibitionis, inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, pridie Non. Octobris, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

C VIII.

Facultas Cardinalium Inquisitorum Generalium Hæreticæ prauitatis, tenendi, & legandi libros prohibitos, & alijs licentiam concedendi, vt illos tenere, legere, & interpretari possint.

De alijs facultatibus istorum Inquisitorum notaui sup. in const. 88. Rom. Pontifex Christi fol. 784.

De Prohibitionibus autem legendi libros prohibitos habes sup. in const. 98. Cum pro munere, & ibi not. fol. 802.

De Indice librorum prohibitorum, habes sup. in const. 99. Dominici gregis fol. 803. & infra in Greg. 13. const. 10. Vt pestiferarum.

PIUS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM inter crimina, quæ animaduersione digna sunt, & in corrigendo exempla cunctis præbere debeant, hæresis sit grauius, & cæteris detestabilius: ideo cum nobis maxime displiceat; & ne illud latius serpat, pro illo extirpando, cunctus etiam de crimine huiusmodi infectis, & illius fautoribus, ne ad deteriora (quod Deus auertat) delabantur, per nos non modicum inuigilandum sit: Cumque annis præteritis, & etiam forsan vsque in hodiernum diem in diuersis mundi partibus (pro dolor) hæreses, & falsa dogmata pullulauerint, & adhuc pullulent, sollicitante humani generis inimico, minusque etiam cuiuscunque correctionis prætextu pullulare cessent: Propterea Dilectos filios nostros, Ioannem Michaelem sanctæ Anastasiæ Saracenum, Ioannem Baptistam Sancti Clementis Cicadam, Ioannem Suauium Sanctæ Priscæ Reomanum, Michaelem sanctæ Sabinæ Alexandrinum, Clementem Olera sanctæ Mariæ de Aracœli, Ludouicum sancti Ciriaci in Thermis Simonetam, Carolum Sancti Martini in Montibus Borrhomæum presbyteros, ac Vitellotium sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Vitellium, Cardinales nuncupatos, pro erroribus, qui occasione quarumcumq; hæresum dietim contingunt, reprimendis, & seu hæresibus huiusmodi, & illarum fautoribus, Domino Nostro Iesu Christo auxiliante, extirpandis, deputauerimus: ac eos in Inquisitores, seu in sanctæ Inquisitionis congregatione deputatos, cum omnimoda potestate, constituerimus: & eis sæpe contingat, ne Catholici, & Christicolæ veneno huiusmodi sectæ, & illius fautorum afficiantur; ac etiam pro negotiorum, & causarum pro tempore incurrentium expeditione: ac hæreticorum, qui etiam ad præsens carceribus in alma Vrbe nostra mancipati existunt, ac pro tempore mancipentur, deprehensione, & eorum ad veram doctrinam reductione: nonnullos seu quamplures libros ab ipsis impijs hæreticis, & sectæ Lutheranæ fautoribus compositos, & in lucem editos: ac qui indies successu temporis edentur, & componentur; ac etiam aliquando oporteat, pro conseruanda religione in cordibus Catholicorum, eisdem libris, & hæreticorum deceptionibus fraudibus, & dolis ac machinationibus respondere, vel à viris catholicis, ac sacræ doctrinæ peritis responderi facere, stantibusq; constitutionibus hactenus per nos editis, & per Indicem librorum correctorum de mandato nostro, vel alias factum, prohibitionibus factis, eosdem libros, pro huiusmodi erroribus reprimendis tenere, & legere dubitent: ac vt filij obedientiæ eosdem libros perspicere (vt accepimus) non audeant. Ad omnem igitur hæsitandi materiam, & conscientiæ scrupulum in eis tollendum, Motu simili, & ex certa nostra scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, de eorundem Ioannis Michaelis, Ioannis Baptistæ, Ioannis Suauij, Michaelis, Clementis, Ludouici, Caroli ac Vitellotij, Cardinalium fide, probitate, & constantia, singularem tum notitiam tum fiduciam habentes, eisdem Cardinalibus vt durante eorum officio, & quandiu Inquisitioni huiusmodi præfuerint, quoscunque, quæcunque, quoscunq;, & qualiacunque quorumcumque tum antiquorum, tum modernorum, & futurorum infidelium, & hæreticorum, aut hæresis, & cuiuscunque impietatis, vel superstitionis, vel reprobatæ lectionis condemnatorum, vel suspectorum, ac etiam incertorum vel dissimulatorum auctorum, & scriptorum, atque etiam Huguenotorum commentaria, tractatus, libros, collectanea, expositiones, annotationes, interpretationes, versiones, & alia cuiuscunque inscriptionis, & argumenti opera, quocunque nomine nuncupata; Latino, Græco, Hebræo, aut quocunque alio etiam vulgari cuiuscunque regionis sermone composita; tam manu scripta, quam à quibuscunque impressoribus, & in quibuscunque locis etiam nominatim prohibitis, vel suspectis; seu etiam sine impressorum, & locorum ac temporis titulo, ac absque locorum ordinariorum, & hæreticæ prauitatis Inquisitorum, aut aliorum ad id deputatorum licentia, & approbatione impressa: etiam ex professo contra nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem, & Sanctam Romanam Ecclesiam, ac Sedem Apostolicam prædictam, composita, & conscripta, ac etiam diuulgata: necnon hæreses, & errores seu reprobatas, & damnatas disciplinas continentia, necnon impressorum, & auctorum, aliorumque id genus hominum damnatorum memoriam, & nomina præseferentia, tam per officium Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, quam alias quomodocunque, & qualitercunque in genere vel in specie pro tempore prohibita in quibusuis mundi partibus, ad quas eos accedere contigerit, & potissimum in alma Vrbe nostra, & Romana Curia habere, tenere, legere absque aliquo conscientiæ scrupulo, & cuiuscunque suspicionis vel infamiæ, aut censurarum Ecclesiasticarũ in-

Nomine Card. generalium Inquisitorũ deputatorum Quorũ in eo hodie sunt nominati infra in const. 131.

Inquisitores prædictis necesse erat ex causis hic expressis, legere posse libros prohibitos.

Illi tamen non audebant eos legere, stantibus constitutionibus allegatis hic & sub.

Pontifex igitur licentiam ipsis Inquisitoribus concedit, tales libros habendi, & legendi.

curſu libere,& licite poſsint,& valeant. Ita quod in futurum nullatenus ſuper retentione librorum, ſcripturarum, extractuum,explicationum,& commentariorum huiuſmodi impediri,moleſtari, vel argui ſeu inquiri poſſint, plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus,& impartimur,ac deſuper cum eis indulgemus. Diſtrictius inhibentes quibuſuis alijs tam Eccleſiaſticis,quàm ſæcularibus perſonis etiam quacunque auctoritate,præcellentia, & dignitate fungentibus, etiam Cardinalatus honore præditis,ne eoſdem libros, extractus,ſeu ſcripturas,& commentaria huiuſmodi etiam vt præfertur ſpecificata,quouis quæſito colore,etiam cuiuſuis priuilegij à nobis,& à prædeceſſoribus noſtris vel ab ipſo Sanctæ Inquiſitionis officio hactenus conceſſi prætextu, penes ſe retinere aut tenere,legere, & explicare, abſq; Cardinalium prædictorum noua facultate, & licentia, ſub excommunicationis maioris,& latæ ſententiæ pena,quam eo ipſo in his ſerimus ſcriptis,ac alijs penis à conſtitutionibus ac ſacris Canonibus inflictis,& in Indice huiuſmodi contentis,audeant ſeu præſumant, Ac decernentes irritum, &c. Et nihilominus eiſdem ſupranominatis Cardinalibus dilectis filijs noſtris quando eis vel eorum maiori parti videbitur, &placuerit in plena congregatione tantum ſimilem licentiam concedendi quibuſcunq; perſonis cuiuſcunq; dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus,ſupradictos libros etiam cuiuſcunq; damnatæ lectionis tenen. haben. legen. & interpretandi, ſeu explicandi ad tempus vel in perpetuum,& conceſſam reuocandi, ſimiliter licentiam, & facultatem concedimus,& impartimur de gratia ſpeciali. Non obſtan. Lateranen. & quorumcumque conciliorum ac alijs Apoſtolicis,necnon in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis generalibus,vel ſpecialibus, conſtitution. & ordinationibus ſtatutis, &c. etiam iuramento roboratis, Priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis pro tempore exiſtentibus Sanctæ Inquiſitionis huiuſmodi maioribus Inquiſitoribus, & quibuſuis, etiam S. R. E. Cardinalibus: cæteriſq; ad dictum officium in dicta Vrbe, & alibi deputatis,ac alias in genere vel in ſpecie etiam cum cenſurarum, & pœnarum incurſu, aliiſq; decretis, & clauſulis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis etiam Motu proprio, &c. ſeu etiam conſiſtorialiter,ac alias quomodolibet conceſsis: quibus omnibus etiam ſi de illis, &c. tenores,&c. hac vice latiſsime ſpecialiter, & expreſſe derogamus ac ſufficienter derogatum eſſe decernimus cæteriſq; contrarijs quibuſcunque, cum clauſulis opportunis.

Prohiberq; cæteris alijs,ne libros prohibitos ſeneant vel legant etiam vigore cuiuſcunque priuilegij, abſq; eorundem Card. Inq. licentia.

Facultatemque eiſdem Inquiſit. concedit tales licentias dandi. Ad quod videas Greg. 13. conſt. 20 Vt peſtiferarum.

Clauſulæ derog.

Fiat Motu proprio. I.

Et de conceſsionibus,impartitionibus,indultis,inhibitione,ſingulis decretis,derogatione,declaratione, de ac pro omnibus,& ſingulis præmiſsis,vt ſupra latiſsime exten. Et cum opportuna ſi videbitur exequutorum deputatione, &c. etiam ſub cenſuris, &c. Cum poteſtate aggrauandi, &c. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Et cum derogationibus, conſtitution. de vna, & de duabus dietis, non tamen vltra tres: ac prædictorum,& quorumcumq; aliorum quomodolibet contrariorum ad effectum, &c. latiſsime exten. & quod præſentis noſtri Motus proprij ſola ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra,regula contraria non obſtante: ſeu ſi videbitur literæ per breue noſtrum cum præmiſſorum omnium, & ſingulorum etiam qualitat. ac nominum, & cognominum conſultorum huiuſmodi maiori, & veriori ſpecificatione, & expreſsione expediri poſsint. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſexto Kal. Septemb. Anno Quinto.

Sola ſignatura ſufficit.

C V. I I I I.

Contra quoſcunque in Confidentiam recipientes vel retinentes Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica.

Ad quod vide infra Pij V. conſt. 87. Intolerabilis cum ibi notatis.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum Pontificem in excelſa militantis Eccleſiæ ſpecula conſtitutum, vigiles mentis oculus, non ſolum in abſentium extendere, ſed potiſsimum in præſentium domeſticorumque fratrum, & filiorum ſuorum mores diligenter perſcrutandos, aliquando reflectere, ac eos, præſertim quos in Apoſtolicæ ſolicitudinis partem euocauit altiſsimus, ne dum ab omni pactionis illicitæ contagione, verum etiam ab eius omnimoda ſuſpitione, vacuos, & immunes conſeruare decet, vt qui cæteros illuſtris officij ſublimitate antecellunt, eoſdem priſca etiam illa morum integritate præſtare dignoſcantur, Sanè licet dudum, cum certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, etiam Roman. Cur. atque adeo in ſacrum ven. fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium collegium, quaſi per cuniculos irrepſiſſe,ac nonnullos ex ipſis fratribus, nimia quadam facilitate, ſeu potius importunis amicorum familiarumq; precibus adductos, beneficia Eccleſiaſtica in confidentiam huiuſmodi recepiſſe, & frequenter recipere intelleximus, hanc illicitam beneficentiæ exercendæ, ſeu amicitiæ colendæ viam, à tanto ſaltem Collegio prorſus eliminare cupientes, eoſdem fratres in Conſiſtorio noſtro ſecreto, non ſemel admonuerimus, huic aliena beneficia cuſtodiendi modo ne aſſueſcerent,ne ve illa hoc pacto reciperent, vtque ſic recepta admitterent: nihilominus nuper ad aures noſtras peruenit, eorum aliquos,monitionis noſtræ imo potius ſuimet oblitos, ea quæ cuſtodienda receperant beneficia, nondum tamen dimiſiſſe. Et inſuper illos, & nonnullos alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & alios Epiſcopos, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Eccleſias, Monaſteria, dignitates, & alia beneficia huiuſmodi, in ſui fauorem reſignata, ceſſa, vel alias dimiſſa, acceptaſſe, aut de illis, per obitum vel alias vacantibus, à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, ſeu etiam ab ordinarijs, & alijs inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præſentationem, ad alterius commodum ſibi prouideri obtinuiſſe, illaque, ac etiam alia aliter vacantia: ſibi in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias dicta auctoritate conceſſa, quandoq; in reſignantium, vel cedentium, ſeu etiam aliorum fauorem ceſsiſſe,vel alias dimiſiſſe, Ac ſibi propterea penſiones annuas, ac fructus, redditus, & prouentus Eccleſiarum, Monaſteriorum, dignitatum,& aliorum beneficiorum huiuſmodi, in toto,vel in parte, etiam aliquando cũ facultate illas,& illos transferendi,ac etiam collationem,prouiſionem,præſentationem,& aliã diſpoſitionem beneficiorum Eccleſiaſticorũ ad eorundem Eccleſiarum, Monaſteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore exiſtentes, ac alios huiuſmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium,necnon regreſſus, ſiue acceſſus,& ingreſſus ad Eccleſias, etiã Cathedrales, Monaſteria, ac alia diuerſa beneficia Eccleſiaſtica, ſibi reſeruari procuraſſe, & obtinuiſſe, ad hoc videli-

Cauſa huius conſtitutionis.

videlicet, vt confidentes sic decimarum apostolicarum vel communis dicti Collegij, & annatæ, aliorumque iurium dictæ Cameræ debitorum, solutionem eludant, integrisque beneficiorum, etiam in mensibus Apostolicis vacantium, aut alias dispositioni sedis Apostolicæ generaliter reseruatorum collationibus, ac interdum vt beneficia ipsa, tempore procedente, in aliquorum tunc forsan de iure inhabilium, & incapacium, vel nondum adhuc natorum fauorem, cedantur seu resignentur, vel vt personæ inhabiles, & incapaces huiusmodi, etiam laici, pensionibus, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis fruantur, & gaudeant, seu potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur, in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorundem in monitionibus nostris parēdo incuriam, & tam illorum quam cæterorum Prælatorū, etiā clericorum, ac aliorum quorumcūque indignam fallaciam, conniuentibus oculis diutius minime dissimulādā, sed huic errori, ne radices altius agat, occurrendum tandem esse censentes: Et quoniam hanc ipsorum, qui monitioni nostræ non parentes, beneficia huiusmodi in confidentiā vt præfertur retinuerunt, & fructus ea eis indebite vel percipiendo, vel per alios nomine suo, etiam per simulatas illorū locationes, & fictas de receptis quietātias, ac donationes, & remissiones percipi sinendo, grauiter excesserunt Cardinaliū metam, potius ea immoderata erga suos indulgētia, quam aliquo præceptorū nostrorum spretu processisse facile reputamus: Idcirco oēs & singulas Ecclesias, etiam metropolitanas, & alias cathedrales, ac monasteria, etiam consistorialia prioratus, præposituras, præpositatus, dignitates etiam maiores, & principales, etiam conuentuales, personatus administrationes, & officia, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum, regularia, etiam de iurepatronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per eiusdem Ro. Ecclesiæ etiam Episcopos Cardinales, & quoscunque alios, etiā Patriarchas, Archiepiscopos, & alios Episcopos, ac etiam eiusdem Cameræ Clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias, in huiusmodi confidentiam iure prohibitam cuiusuis personæ, vt præfertur, contemplatione vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & dispositionem nobis & Sedi Apostolicæ harum serie reseruantes, ipso iure a die receptionis eorundem vacauisse, & vacare: Ac fructuum, & pensionum reseruationes, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum concessiones, eis, vt præmittitur factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse. Et eosdem Cardinales, seu quosuis alios, à prima die receptionis beneficiorum huiusmodi, citra fructus, redditus, & prouentus earumdem ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas indebite percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse, sed illos omnes, & singulos ad Cameram eandem deuolutos fuisse, & esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerunt, & eorum hæredes, ad integram illorum restitutionem in vtroque foro teneri, & ad id opportunis iuris remedijs compelli debere auctoritate apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus. Et insuper vniuersis & singulis iam eiusdem Rom. Ecclesiæ Cardinalibus etiam Episcopis, quam Prælatis, & clericis, & alijs prædictis, præsentibus, & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas ecclesias, monasteria, dignitates, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus vti præfertur existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, seu accessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reseruationum huiusmodi sibi postmodum cedētibus procurandarum, recipere præsumant, Cardinalibus videlicet & alijs Prælatis huiusmodi, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicti ingressus ecclesiæ, reliquis vero sub maioris excommunicationis latæ sententiæ pœna, per contrafacientes eo ipso incurrenda, à qua nisi à nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeant, districtius inhibemus. Ac quascunque collationes, prouisiones, præfectiones, commendas, reseruationes, facultates etiam transferendi ac regrediendi, siue accedendi & ingrediendi, ac alias dispositiones de ecclesijs, monasterijs, dignitatibus & alijs beneficijs, eorumque fructibus, & beneficiorum collationibus per nos, & alios Rom. Pontifices successores nostros, etiam motu proprio, seu consistorialiter, aut etiam per ordinarios, & alios inferiores collatores, etiā ad patronorū eorundē præsentationem, & alias quomodolibet cum interuentu confidentiæ huiusmodi, expresse, siue occulte, ac de iure præsumpto, & alias contra præmissa pro tempore factas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris vel momenti fore, neque cuiquam suffragari, sed ecclesias, monasteria, dignitates, ac alia beneficia huiusmodi, ipso iure vacare, ac nostræ & Sedis Apostolicæ dispositioni reseruata, fructusque, & pensiones Cameræ Apostolicæ applicatos, vt præfertur esse, & censeri: Sicque in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam ipsius Ecclesiæ Roma. Cardinales, sublata eis quauis aliter interpretandi, & iudicandi facultate, etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas, & eorum arbitrio (cum alias confidentias huiusmodi in lucem erui, & probari non posse constet) procedendo, iudicari, & diffiniri debere: Ac quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane similiter decernimus. Non obstantibus fel. recor. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis, ac alijs constitutionibus apostolicis, necnon collegij præfati iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et ne quisquam vllo vnquam tempore præsentium ignorantiam prætendere possit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsæ præsentes literæ ad Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe valuas, per aliquem ex Cursoribus nostris, illarum copia ibi affixa, & dimissa, & etiam in Cancellaria Apostolica de more publicentur, Ac in eisdem Cancellariæ quinterno, ad maiorem partium illas in iudicio producere volentium, commoditatem describantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, declarationis, inhibitionis, decreti, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Decimo septimo Kal. Nouemb. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Visa de Curia M. de Enciso.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

Beneficia, Ecclesiæ, & dignitates in confidentiam receptas, a die receptionis vacasse hic Pontif. decernit, & eorum dispositionem Sedi Apostol. reseruat, & fructuum reseruationes, &c. annullat.

Redditusque, & prouentus à die receptionis perceptos, Cameræ Apost. restituēdos esse declarat.

Prohibetque de cætero talia fieri sub pœnis hic expressis.

Alias autem pœnas maiores imposuit Pius V. infra in constit. 87. Intolerabilis.

Iudicari eris mādat per præsumptiones, & coniecturas.

Quod declarauit Pius V. in dictam const. 87.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Forma & effectus publ.

Quæ est hic in fine.

Anno

Publicatio. Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero quarta, mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno quinto, suprascriptæ literæ Apostolicæ, publicatæ, & affixæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, dimissis ibidem in suprascriptis locis suprascriptarum literarum copijs affixis, vt moris est, per nos Iulium Parinum, & Bernardinum Andreutium prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

C X.

Reformatio Cameræ Apostolicæ, & eius Officialium.

Aliam Reformationem habes sup. in const. 70. Romanus fol. 745.

Facultates autem Camerarij, & Clericorum vide infra in Greg. 13. constitu. 108. In conferendis, & in consti. 109. Quæ à Romanis, & ibi posui concord. Materiæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM inter cæteras animi curas, quibus in hac præcelsa beati Petri Sede meritis licet imparibus constituti quotidie sollicitamur, illa vel à primordijs assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem præcipua fuerit, & vniuersum Gregem dominicum fidei nostræ commissum, ad illicita valde procliuem, pro nobis iniuncti muneris officio in viam salutis reduceremus, eiusque rei gratia, sacrum Oecumenicum, & generale Concilium in Ciuitate Tridentina indicen. celebran. & Deo fauente absoluendum conuenimus; & propterea ne dum foris de reformandis in vniuersali Ecclesia moribus tractabatur, interim ipsam morum censuram domi, videlicet apud Sedem ipsam detrectare, causamque Curiæ Romanæ, & Almæ Vrbis nostræ, in qua Sacerdotij Principatum, & Christianæ Religionis caput, vnde merito vniuersi Christifideles, rectæ Catholicæque vitæ sumerent exemplum, diurna instituit prouidentia, protelare videremur, quinimo, vt à domo nostra iudicium inciperet, Curiam ipsam, ac præcipuos illius Magistratus, ordines, & officia multis excessibus, & corruptelis quæ vesana hominum libidine in eam sensim irrepserant, summis tum studio, tum diligentia repurgauerimus. Et inde animum nostrum ad Cameram Apostolicam, ad quam negocia locorum omnium totius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ status, assidue confluunt, eiusque Tribunal, quod siue iurisdictionis antiquitate, & auctoritate, siue rerum gerendarum excellentia, siue virorum amplitudine, cæteris in eadem Curia præstat, intendentes, multa, quantum tulit temporis ratio, circa illius iurisdictionem huiusmodi, ac potestatem, & facultatem: Necnon dilectorum filiorum Notariorum, & aliarum personarum suarum statum, & directionem salubriter ordinauerimus, prout in alijs literis nostris desuper confectis, plenius continetur. Nos semel inceptum reformationis huiusmodi negocium domino cooperante diffusius prosequi, nec tamen ex ijs, quæ pro ipsius Cameræ, & pro tempore existentis Ecclesiæ Romanæ Camerarij, necnon Clericorum, & reliquarum personarum dictæ Cameræ statu, & directione, ac alias ibi hactenus salubriter instituta, & concessa fuisse reperiuntur, quicquam detrahere, sed his immotis in sua firmitate permanentibus, ea solum, quæ experientia, vel deesse vel obesse probauit, opportune iuxta rerum exigentiam supplere, & emendare volentes: Necnon omnium, & singularum Constitutionum, tam generalium, quam specialium, in fauorem dictæ Cameræ editarum: Ac quorumcunque Priuilegiorum, facultatum, gratiarum, concessionum, literarum, & indultorum, illi, ac præfatis Camerario, & Clericis, eorumque Collegio, & personis, per felicis recordationis Gregorium IX. Bonifacium VIII. Vrbanum VI. Martinum V. Eugenium IIII. Sixtum etiam IIII Innocentium etiam VIII. Iulium II. Leonem X. Paulum III. & Iulium similiter III. ac alios quoscunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, etiam Motu proprio, & ex certa scientia concessorum, confirmatorum, & innouatorum, Necnon statutorum, ordinationum, & decretorum Cameræ, ac Camerarij, & Clericorum prædictorum, eorumque Collegij causas, res, personas, & statum concernentium hucusque conditorum, & ab eisdem prædecessoribus, vel eorum aliquibus confirmatorum, nec non quarumcunque literarum, & aliorum documentorum desuper confectorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, illa omnia, & singula, ac prout ea concernunt reliqua in ipsis literis, alijsque documentis contenta, quatenus literis nostris prædictis contraria non sint, nec illarum effectum impediant, autoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, eisque perpetuam, & inuiolabilem roboris firmitatem adijcimus: ac omnes, & singulos iuris, & facti defectus si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus. Et nihilominus eadem præmissa omnia, & singula Cameræ, Camerario Clericis, & Collegio prædictis concessa, & indulta, eisdem modis, & formis, quibus ab ipsis prædecessoribus nostris emanarunt similibus auctoritate, & tenore de nouo perpetuo concedimus, & indulgemus ac ab illis statuta, & ordinata, statuimus, & ordinamus, volentes illa perpetuis futuris temporibus, sub censuris, & pœnis in eis contentis inuiolabiliter obseruari. Cum autem officio Clericatus dictæ Cameræ, quod in ipsa Curia primarium existit, munus potissimum incumbat eiusdem Cameræ res rite, & recte administrandi, iura & redditus vtiliter locandi, contractusque desuper necessarios, & opportunos ineundi, quorum occasione ipsi Clerici Cameræ procuratores patrimonij beati Petri, rerumque omnium totius status ecclesiæ Romanæ huiusmodi custodes & Præsides merito nuncupantur. Necnon ius reddendi, & iustitiam tam

Hic Pontif. celebrari fecit Concilium Trid. vt sup. in const. 96. fol. 799.

Curiamque Romanam, & eius Tribunalia reformauit. vt sup. in const. 169.

Et inter cætera reformauit Officiũ Cameræ Apost. sup. in const. 90. fol. 742.

Nunc autem confirmat omnes eius facultates, & priuilegia huic Reformationi non contraria.

Et aliam facit Cameræ Reformationem videlicet.

Fisco, & priuato, quam ipsis priuatis, si qua ratione de Fisci interesse agatur, administrandi: In his autem muneribus obeundis, vel temporum malitia, vel antiquorum Clericorum negligentia, vel desuetudine, res Cameralis detrimentum non modicum accepisse noscatur: Hinc est quod nos sicut rei magnitudo postulat ad vlteriorem, etiam in his, reformationem procedendum esse censentes: Motu, scientia, potestatis plenitudine, & tenore similibus, perpetuo statuimus, & ordinamus, quod deinceps, ad ipsa Clericatus Cameræ officia cum vacabunt, nulli nisi vitæ, ac morum integritate præstantes, literarum scientia præditi, rerumque humanarum experientia insignes, assumi debeant, quorum excellentia, virtute, doctrina, & auctoritate Camera ipsa, & Romanæ Ecclesiæ status vniuersus recte gubernari, & latissimum ab eis incrementum suscipere possit.

Clericorũ eligendorũ qualitates designat.

Et inde videbitur diræ cupiditatis pernicies omnino eliminetur, quod posthac in quibuscunque contractibus, super locationibus rerum, & iurium ipsius Cameræ celebrandis, seu partitis, vt aiunt, faciendis, nullus Vicecamerarius, Thesaurarius, aut quispiam ex Clericis, & Cameralibus, Assistentibus, Notarius, alisque ministris, & personis dictæ Cameræ, quocunque nomine nuncupatis, illarum particeps existat. Quin potius ipsi ab omni quantumuis omnino commodo & lucro, exinde quomodocunque directe, vel indirecte prouenienti, omnino abstineant, quod si eorum aliquem secus fecisse legitime constiterit, officio suo, ipso facto perpetuo priuatus existat, perpetuaque infamia notetur, ac alijs pœnis nostro, nostrique successoris Roman. Pontificis, pro tempore existentis arbitrio subiaceat. Qui vero de præterito circa præmissa deliquerit, pœnis à iure, & Constitutionibus à prædecessoribus nostris super hoc editis, & inflictis puniatur:

Camerales contractuũ Cameræ participes esse, vel dum illi tractantur pro eorũ propinquis interesse prohibentur sub pœnis hic expressis.

Sed nec quisquam dictorum Vicecamerarij, Thesaurarij, Clericorum, aliorumque Cameralium, & Ministrorum, assistentium, vllis contractibus, quos inter Cameram ipsam, & eorum consanguineos, aut affines ad quartum vsque gradum attinentes fieri contigerit, sub mille ducatorum Cameræ præfatæ applicandorum, & alia nostro dictique successoris arbitrio incurrenda pœna, saluis nihilominus Constitutionibus antiquis, alias pœnas propter hoc irrogantibus interuenire, vel alias se se, in illis eorumque tractatibus, per se, vel alium, seu alios quoquomodo immiscere audeat.

Idem prohibuit Iul. 2. in constit. 8. fol. 555 & Pau. 3. constit. 60. fol. 474.

Causæ vero coniunctorum, & propinquorum alicuius Clerici ad dictum quartum gradum exclusiue ipsi Clerico nullatenus committantur, nec quisquam eorum sibi commissas audiat, sed eas expressa causa recuset. Nec etiam in discussionibus, & decisionibus tam illarum, quàm aliarum quarumcunque causarum, in quibus aliquod interesse prætendere posset, siue Clericus siue assistens ille sit, vllo modo interesse, nec vllum votum habere, sed statim à dicta Camera etiam dum causa proponitur etiam iniussus, cum in hoc ignorantiam prætendere non possit, egredi debeat, & si secus fecerit Clericus, per mensem suspensionem ab exercitio, & perceptione emolumentorum sui officij, alijs Clericis applicandorum, ipso facto incurrat, Assistens vero iocalium, & salarium exactione alijs Assistentibus applicanda, ipsiusque Cameræ ingressu trium mensium spacio mulctetur.

Clericis causas propinquorũ nõ cognoscant, aut earum discussionibus non intersint.

Quicunque autem siue ex Clericis, siue ex alijs Cameralibus præfatis ab aliquo suspectus in causa recusatus fuerit, accusans nonnisi expressa suspicionis causa audiri, illaque expressa absente recusato vt suspecto in Camera discuti, eaque à pluribus approbata, suspectus ipse in huiusmodi causa nullo modo se intromittere, aut interesse debeat. Si vero suspicio probari nequiuerit, nulla eius allegata ratio habeatur.

Suspitionis causa contra Camerales, in Camera approbãda est.

Et quoniam vbi periculum maius intenditur, ibi est plenius consulendum, quod super quibuscunque contractibus Cameralibus deinceps in perpetuum ineundis, capitula, & conuentiones per Thesaurarium Cameræ, pro tempore existentem, vel alium, ad quem spectauerit prius conscribantur, eorumque exempla singulis Clericis, & alijs omnibus Cameralibus per Commissarium eiusdem Cameræ, tribus saltem diebus antequam de negocio tractetur transmitti debeant, quibus vnusquisque seorsum instructus domi mature consulere, remque cum cæteris in Camera ipsa conferre possit, vt ibi omnes recte discernere valeant, at tum demum ea quæ decreuerint statuto die in plena Camera comprobanda, per quempiam alta voce legi debeant, vt solito inter eos ordine seruato cuique licitum sit, super vnoquoque capitulorum quid sentiat coram dicere, & allegare, & quod inde ipsi Cameræ vtile, & optimum videbitur, executioni salubriter demandetur.

Cõtractus Cameralium ineundi forma.

Cæterum vt fraudibus, quæ in huiusmodi contractibus fieri possunt, necnon periculis, controuersijs, ac litibus obuietur, publicæque vtilitati euidentius consulatur, quod huiusmodi Capitula, quæ sic confecta, & expedita fuerint imprimi, aut scribi, & publicari, ac affigi in locis solitis debeant. Ac omnia res prouentus & iura Cameræ iuxta formam aliarum literarum à nobis super hoc Motu simili emanatarum quas etiam per præsentes innouamus, sub hasta licitari omnino debeãt. Quæ omnia per dictos Vicecamerarium, Thesaurarium, Clericos, & alios supranominatos, sub excommunicationis pœna, non nisi a nobis, & successore nostro, præterquam in mortis articulo relaxanda exacte seruari mandamus, declarantes vota, & iuramenta ipsorum aliter præstita eosdem non ligare. Ac contractus, & omnia indesecuta, nullius roboris, vel momenti existere, quinimo per Cameram, quandocunque reuocari, & contractus ipsos seruata eadem forma, de nouo celebrari debere.

Prouẽtus Cameræ sub hasta licitari debeant.

Cumque fidei curæ, & iudicio dictæ Cameræ tanquam præfatæ Curiæ, & totius ecclesiasticæ ditionis, necnon ipsius Principis in huiusmodi rebus, & bonis supremo Tribunali status, ipse vniuersis commissus sit, magnopere laborandum est, vt munus iustitiæ virtutum omnium Dominæ, & Reginæ, ac publici, priuatique tutricis optimæ, non solum Imperio, sed etiam maiestate, & dignitate fulciatur, & tanquam in bene composito corpore purus sanguis, ita in illa religionis iustitiæ & æquitatis, quasi sanitas perpetuo constet, quod statutis diebus, quibus dicta Camera in Palatio Apostolico, & vbicunque haberi consueuit, quisque in ea interueniens summo mane, & hora ab ipsa Camera statuta, sicuti alij bene constituti Magistratus dictæ Curiæ conuenire debeat.

Camerales conueniant diebus statutis summo mane in Camera.

Cursores vero iubente ipso Camerario, seu Vicecamerario, ipsam Cameram, certis loco, & hora, siue ordinaria, siue extraordinaria fuerit, pridie sub pœna amissionis salarij Menstrui singulis tam Clericis, quàm alijs Cameralibus personaliter, vel per cedulam domi dimissam, omni tempore prænunciare teneantur.

Cursores debent Cameram pridie intimare.

Et cum absentia ipsa per se damno, & incommodo maximo omnibus sit, cum non solum rerum gerendarum cursum retardet, sed ipsa quoque negotia in discrimen manifestum constituat, & plerumque destituat, quod nullus deinceps, siue Clericus, siue alias Cameralis, ab ipsa Camera, siue expresse Camerarij, vel eiusdem Cameræ Decani licentia impune abesse possit, excepta publicæ vtilitatis priuatæque necessitatis causa, quam tamen absens per Nuncium eidem Cameræ significare debeat. Qui vero id semel & iterum neglexerit, fructibus, & emolumentis illius Mensis, aut iocalibus, & regalibus alijs applicandis, quæ vel vno ea eisdem contradicente illi nequaquam remitti vel condonari possunt, & alias ipsius Cameræ arbitrio priuari debeat, nec nisi de expressa nostra, aut suc-

Abesse nõ debẽt Camerales absq; licentia Camerarij vel Decani. Hoc tamen non præiudicat Concil. Trid. circa residentiam, vt in tauilup. in concil. 17. fol. 678.

cessoris

cessoris nostri licentia cæteris in Camera significata ab Vrbe abesse possit, statutis, & decretis, quæ de absentia Clericorum, & aliorum præfatorum disponunt integris permanentibus, & per præsentes innouatis. Illis tamen quæ à Trident. Concilio super residentia statuta sunt, saluis, & illæsis manentibus. Clerici autem, & qui alias Rochetto, & Cappa vtuntur, eisdem in qualibet Camera, reliqui vero solitis vestibus rubeis, & violaceis, nulla deinceps Consistorij habita distinctione induantur, aliter vero induti excusari aut admitti non possint. Omnes itaque sic induti dicta hora, pulsata campanella ad Missam accedant, quæ Decano, & alio Clerico, vel absente Decano, duobus Clericis ad minus assistentibus incipi debeat, eaque peracta præeuntibus duobus Cursoribus, omnes Cameram versus tendant, alius post alium seruato ordine incedentes, quo quisq; commodius ab agentibus, & collitigantibus de rebus pertractandis valeat informari. Vbi vero ad locum propositionum causarum peruenerint, imperato omnibus per Camerarium, seu eo absente Vicecamerarium, vel Decanum silentio, Aduocati, Procuratores, & alij quibus id incumbit causas huiusmodi non turbate, aut confuse, vt plerumque consueuit, sed singulatim, & ita diserte, reuerenter, & sine strepitu proponant, vt ab omnibus commode intelligi, & à Clerico Mensario notari possint. Quod si illi à Camerario, seu Vicecamerario, vel Decano semel, & iterũ moniti non obtemperauerint, ad hoc munus deinceps non admittantur. Cumque Notarij dictæ Cameræ turpi lucro inhiantes ea procurationibus causarum plerumque per eos, vel eorum substitutos precibus, amicitia, vel pecunia factis, causas ipsas non modo affectare, sed in eis quoque Notarij, & Procuratoris officia in detrimentum partium coniunctim exercere noscantur, quod illi deinceps ab eisdem Procurationibus, sub pena ducentorum ducatorum cameræ præfatæ applicanda, prorsus abstineant, sed Procuratores causarum, vel solicitatores ipsarũ ad eas procurandas dumtaxat admittantur. Quodque pauperum, & miserabilium personarum causæ, quarum in dicta Curia quo maior est numerus eo maior præsertim quo ad impensas ratio est habenda, de cætero à Procuratore pauperum, qui in eodem loco vbi describuntur continue assistat gratis, & quandocumque voluerit, etiam extra ordinem fauore paupertatis proponantur. Qui pro eisdem, ad consulendum, & informandum Aduocatum eorumdem pauperum, vt ens in ipsa Camera defendere possit, accedere teneatur. Et si ab officio suo sic sibi iniuncto quoquomodo defecisse, & pariter si Aduocatus ipse suo officio gratis pro pauperibus exhibendo, & pro nullo alio qui contraxerit, aut litiget cum Camera patrocinando defuisse apparuerit, prima vice si legitime impeditus non fuerit, salario trium mensium mulctetur, & si reinciderit in ipsum officio suo perpetuo priuatus existat eo ipso. Clerici autem cæterique Camerales Cameram ipsam, priusquam omnes propositiones eadem die occurrentes per Clericum Mensarium descriptæ fuerint, non ingrediantur. Ipsi vero illis expletis ingressi, cum sine Dei adiutorio, & Spiritus sancti gratia nihil boni sperandum sit, erecta ad Deum omnipotentem mẽte, illiusque, ac Beatiss. semper Virg. Mariæ genetricis suæ, aduocatæ nostræ toto corde ab omnibus inuocato flexis genibus suffragio, ea oratio B. Isidori Episc. quæ incipit Adsumus Domine Sancte Spiritus, per nouissimum Clericum tunc præsentem alta & intelligibili voce legatur. Qua finita quicunque in plena Camera audiri voluerit, liceat illi eam tunc ingredi, ac proloqui, & informare, eique ab omnibus æquo animo, ac benigne audiatur. Quibus sic rite peractis Camera ipsa claudatur. Et quia valde incõmodum, quin etiam indecorum videtur, vt postea quisque indifferenter ad tantum Tribunal, sine illius Præsidentium licentia admittatur, quod saltem vnus ex Cursoribus præfatis ante ostium eiusdem Cameræ assidue maneat, illudque custodiat. Nec quemcunq; cuiuscunq; gradus, & conditionis, nisi præmonito per eũ Vicecamerario, seu Decano præfato, indeq; deliberato admittere, vel introducere audeat; sed talis aut licentiam expectare, aut omnino recedere debeat. Cæterum clausa dicta Camera, nulla propositio, nisi forte Procuratoris Fisci, vel Cõmissarij Cameræ, seu Procuratoris pauperum, quibus iure merito quandoq; est indulgendum, vlterius audiatur, neq; describatur. Demũ cæteris semotis, & quibuscunque sermonibus, & collocutionibus ad res Cameræ minime facientibus, quæ expeditiones Camerales impedire, vel in longum protrahere consueuerunt, prorsus omissis, omnes toto animo ad propositiones audiendas, & decreta facienda incumbat, quod vt commodius, & facilius expediri possit, Camera ipsa per duas horas continuas posito præ oculis horologio ad minus habeatur, & si negotia exigerint, vlterius producatur, ex qua interim nemo nisi a Papa seu Cardinale curam negotiorum gerente, inde a præsse euocatus, aut aliqua vrgenti necessitate ingruente egredi debeat, moxque silentio a Camerario, seu eo absente a Vicecamerario vel Decano omnibus imposito, dictus Mensarius de more propositiones descriptas legat, & quo ad eas quæ distributionem causarum concernunt, ipse solus Decanus respondeat, nec quisquam illum causas distribuentem quoquo modo interrumpere vel aliquid dicere audeat, quo vni magis quam alteri, vel sibi potius causam aliquam committat, sed causas ipsas omnes, & singulas per turnum distribuat, incipiente tamen turno ab eo Clerico quem Camerarius præfeus nominauerit, vel eo absente sors educta prætulerit, exceptis causis quarum vniuersitas ratione gubernorum diuersorum, vel officiorum quotannis vnicuique Clerico distribuitur, eisdem Clericis omnino relinquendis. In causis autem expediendis hæc ratio habeatur, vt quæ iudicialem indaginem requirunt, nullus Clericorum, nisi prius eis in Camera communicatis, & parte ad informandum citata audeat illas de cætero expedire. Quin etiam rescripta omnia etiam manu Papæ signata, ac dictæ Cameræ decreta, quibus cognitio causarũ ipsis Clericis demandatur, nisi in eis dicatur expresse, quod per se ipsum solum audiat, & decidat, ita intelligi, aut interpretari volumus, quod ipse Clericus illas in plena Camera referre, & de voto omnium expedire teneatur. Verum vt prolixa litium dispendia, quo potest compendio arceantur, Clericus qui iudex, vel Commissarius fuerit, causam aliquam propositurus partibus prius auditis diligenter factum discutiat, illoque bene, & sufficienter instructo, cedulam manu sua subscriptam parti agenti, & instanti contra Fiscum, vel alium, seu Procuratori Fisci contra partem de more tradat, qua etiam Clericos, & Camerales omnes certiores faciat se huiusmodi causam præstituto die propositurum, vt vnusquisque in eam intendere, & ad dicendum sententiam suam instructus accedere possit, dicaque ipsa cedula, & aduersario intimata, Iudicibusque ostensa, si die propositionis per ipsam cedulam statuto adueniente per Fiscum, vel per partem expeditionem petentem, omnibus Iudicibus datæ fuerint informationes, licet per aduersarium illam diffugientem idem factum non fuerit, causæ nihilominus proponantur, discutiantur, & si id negotium patiatur, etiam altera parte non informante terminentur. Quod si vnus ex iudicibus in partis vel Fisci gratiam odium vel fauorem causæ huiusmodi expeditionem, prætextu quod in ea informatus non sit, impedire, aut in longum protrahere moliatur, si talem constiterit informationes habuisse, illa pariter ab alijs Iudicibus expediatur. Verum si ad-

Vestibusq; hic descriptis Camerales induti in Camera.

Missamq; audiat & inde ad Cameram se conferat.

Ante causarum propositiones imperato silentio, procuratores audiendi sunt.

Notarij Cameræ procurationes officium non exerceant.

Causæ miserabilium personarũ per Aduocatum & procuratorem pauperum in Camera gratis tractandæ sunt. Hoc idem habes sup. in const. 83.

Propositiones occurrentes scribẽdæ sunt per Clericũ Mensarium, antequam fiat Camera.

Oratioq; B. Isidori per Clericũ nouissimum, postea legatur.

Deinde litigantes audiantur.

Camera postea claudatur, & nemo admittatur per cursores custodes, nisi cum licentia & Causarum propositio non pro Fisco vel commissario Cameræ aut procuratore pauperum scribantur.

Camera denique fiat per duas horas, hoc modo.

Mensarius Clericus imprimis legat causarum propositiones.

Decanus postea distribuat causas per turnum, non tamen concernẽtes officia, vel Gubernia iam per Clericos distributa.

Clerici deinde causas proponãt præuia citatione ad informandũ, & transmissa cedula propositionis.

si adueniente die propositionis, informationes à parte, vel Fisco expeditionem desiderante omnibus datæ non fuerint, cum id illi ad culpam debeat imputari, causæ huiusmodi propositio atque expeditio, donec omnes fuerint informati suspendatur, & interea supersedeatur. Et si præfato propositionis die adueniente, informationes huiusmodi ab vtraque parte omnibus datæ fuerint, Iudicibus tamen pro negotij difficultate, & grauitate de causa non liqueat, ipsi propositionem huiusmodi ad alium diem differre valeant, idemque eis licitum sit si altera pars quæ informationem non dedit, docuerit se fuisse legitime impeditam, impedimento huiusmodi saltem à maiori parte iudicum approbato. Nullus autem qui informationes huiusmodi acceperit, se illas habuisse, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda audeat denegare. Cumque causæ ipsæ Camerales, quæ multæ sunt, & de sui natura maximam desiderant celeritatem, nisi certa ratione, & ordine propositæ fuerint, nimia expeditionis tarditate, & partibus, & Cameræ certum, & maximum pateant detrimentum, quod quilibet Clericus ex multis causis sibi, vel ex rescripto Pontificis, vel ex decreto Cameræ commissis, reique cognitionem habentibus, in qualibet Camera seruato inter eos solito ordine, vnam tantum deligat quæ pro qualitate personarum, rei, & temporis (prælatis semper pauperibus, & viduis) maiorem postulat celeritatem, & illius seriem facti, vnde quæstio, & dubium partibus dandum elicitur, fideliter proponat. Eodemque dubio dato, quæstioné ipsam, ac iura, & rationes partium prius per eum perstricta, in alia Camera breuiter referat, mox Decanus Camerales primum, deinde Clericos, ab eis exordiens qui postremo in camera admissi fuerint, ita vt secundum literas præfati Eugenij Papæ Decanus ipse vltimus respondeat, de ea re omnes interroget, & ad interogationem illius, Camerales scilicet consulendo, Clerici vero decidendo, solum Deum illiusque extremum iudicium præ oculis habentes, ex ordine sententias suas dicant.

Votaq; desuper sumantur & decidantur causæ pro maiori parte.

Et ne contingat causas, & negocia diutius remanere indecisa, quod quandocunque vota decisiua fuerint æqualiter diuisa, nec de maiori parte ipsorum appareat, tunc illa pars eorum quibus dictus Camerarius, vel eo absente maior pars votorum consultiuorum adhæserit, debeat præualere, vt hac ratione & quamplures causæ breui expediantur, & partes ipsæ laboribus & expensis subleuentur. Dum vero causæ ipsæ proponuntur, suffragia rogantur, & sententiæ dicuntur, omnes magno silentio loquentem audiant, nec quisquam eum interpellare audeat, sed expleto sermone, si illum in facto errasse cognouerit, tunc liceat errantem humané benignéque admonere, vt is seipsum corrigere, & alij post eum dicturi possint eorum opinionem firmius explicare.

Votis autē æqualibus, ea pars præualeat cui Camerarius adhæserit vel eo absēte, maior pars aliorum Cameralium habens vota consultiua.

Si vero aliquam propositionem gratiam sapienté, vel ad iurisdictionem Gubernatoris, seu causarum Curiæ dictæ Cameræ Auditoris, vel illius Thesaurarij pertinentem, fieri contigerit, Decanus prædictus propositione audita, si gratiam concernat, Summum Pontificem adeundam respondeat: reliqua vero ad Thesaurarium, Gubernatorem, vel Auditorem præfatos, prout suæ cuiusque iurisdictionis fuerit, veteri more, non autem ad quempiam Clericum remittat, vt hac ratione partes ab expensis subleuentur, & iurisdictio vnicuique conseruetur.

Decanus vero remittit ad Pontificem causas gratiam sapientes: & Gubernatori, Auditori Cam. vel Thesaurario remittit causas ad eos spectan.

Cumque nulla maior pestis grauiorque pernicies ex Collegijs proficiscatur, quam sententias, & opiniones aliorum exteris aperire, vnde libertas dicendi, quæ in Iudicijs præualet, eripitur, odia gignuntur, & probis consultoribus inimicitiæ parantur, quibus humanæ societati, & ipsi iustitiæ quam profitemur, nihil magis contrarium esse constat, Quod quicunque aliorum suffragia, vel suam, aut aliorum sententiam foris patefecerit, & alicui indicauerit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua nisi à nobis, aut successore nostro absolutionis beneficium nequeat obtinere. Et prima quingétorum, & altera mille ducatorum dictæ Cameræ applicandorū, tertia vero vice alijs grauioribus pœnis nostro, & successoris nostri puniantur arbitrio.

Vota aliorum reuelantium, pœnæ hic descriptas incurrunt.

In reliquis autē quoquomodo delinquentes in plena Camera a dicto Decano primum moneantur, deinde Iocalibus, & Regalibus, Cameræ arbitrio mulctentur, alijs pœnis specialiter expressis saluis manentibus. Ipse vero Decanus, & eo negligente subsequēs Clericus in ordine, illarum illos nobis, vel successori nostro, sub nostræ, vel eius indignationis pœna, denuntiare teneatur, vt inde a nobis, vel illo sicut expediens fuerit, amplius prouideatur.

Delinquentes in Camera, corrigantur, & Pont. denuncientur.

Vt autē quisque in dicendis sententijs propriæ conscientiæ melius satisfacere valeat, & ea quæ dicenda sunt ab ipsis fontibus potius hauriantur quam per riuulos consectentur, Quod Clerici die propositionis per eos faciendæ, acta, & scripturas earum causarum, quas propositurí sunt, necnon dicta testium, in Camera penes se prompta habeant quibus controuersiæ quæ in facto ipso plerumque oriuntur, & facilius dirimantur, & causæ ipsæ celerius expediantur.

Proponentes causæ scripturas secum habeant.

Et quoniam plerisque necessariæ sunt sententiæ, & conclusiones Camerales, quarum varia relatio, cum non æque a pluribus, ac ab vno fieri possit, plerumque controuersiam mouet, Quod vniuscuiusque decisionis argumentum siue substantia, statim atque per Cameram absoluta fuerit, ab ipso Clerico proponente, in certo ac proprio libro decisionum Cameralium nuncupato breuiter describi, descriptaque legi, & ab omnibus comprobari, eundemque librum vna cum alio decretorum ordinatorum penes Mensarium singulo mense custodiri, quo certus, ac fidelis ad verumque recursus omnino habeatur.

Decisiones causarum, adnotentur à Proponentib. in lib. Decisionum Cameræ.

Eis vero literis patentibus, mandatisque Cameralibus, quæ nisi prius facto verbo in Camera expediri prohibuimus, cum illa de consensu omnium expediantur, pariter ab omnibus Clericis tunc præsentibus subscribantur sententijs mandatisque pro illarum executione relaxandis dumtaxat exceptis, quæ licet deuoto omnium proferantur, tamen a Clerico Iudice, & Commissario tantum subscribi debeant. Quæ vero Clericorum iurisdictionem ordinariam, ac vniuscuiusque Clerici propriam, singulis specialiter demandatam concernunt, ratione gubernorum, quæ quotannis inter ipsos Clericos distribuuntur, ea ab vnoquoque cuius fuerit ea iurisdictio, priuatim de more expediantur, quæ quidem omnia cum hucusque per Substitutos Notariorum, & eos quidem rudes, ac imperitos, & plerumque literarum ignaros, ad Clericos deferri consueuerint, quos nec etiam in causis cognoscendis instruere possunt, ab ipsismet Notarijs principalibus, seu a substitutis eorum, per Clericos approbandi tantum, qui eosdem Clericos de omnibus plene informare valeant, deferantur.

Mandata & alia quæ prius verbo facto in Camera expediēda sunt, ab omnibus Clericis tunc præsentibus subscribantur, exceptis sententijs & mandatis executiuis, ac expeditionib. concernētibus officia inter Clericos distributa.

Cum autem negocium accipiendi, consolidandique rationes, quæ in Camera quotidie redduntur, quod per manus Clericorum, quorum id est præcipuum munus, non minore labore, quam periculo continue versatur, sicut est maximi ponderis atque momenti, ita maiori solito debeat cura, & diligentia pertractari, Quod omnes, & singuli Thesaurarij, Depositarij, Commissarij, & alij quicunque rerum, & pecuniarum Cameræ Administratores, & Exactores, quouis nomine nuncupentur, de cætero rationes, & computa modo, & forma infrascriptis in eadem Camera reddere, eaque vera esse, necnon habere diuersa, iurare omnino teneantur, quacunque consuetudine, hucusque seruata, quæ potius corruptela est censenda, non obstante. Nec quispiam cuiuscunque gradus, & conditionis existat, ad rationes prædictas afferendas, iurandasque per procuratorem, si præsens in Vrbe fuerit, sed per seipsum tantum admittatur. Ab-

Administratores Cameræ rationes reddere debent, modo & forma hic expressis.

Pœnas autem easdem non reddētium, vide sup. in Pio. 3. constit. 46. fol. 430.

ſentes vero,& qui infirmitate, aut carceribus, ſeu aliquo legitimo fuerint impedimento detenti, per eorum procuratorem ſpeciale ad id mandatum habentem, eidem iuramento aſtringantur. Et nihilominus ad eos ſic impeditos, ſi in Vrbe fuerint Notarius Cameræ mittatur, qui ab eis, quoque ſimile recipiat Iuramentum, de quo etiam coram teſtibus ſemper rogetur. Rationes vero illas iuratas, Notarius ipſe rogatus, ad Calculatores, ſeu Computatores rerum Cameræ ſtatim deferat, vt inde ab eis ad Præſidentem, & Theſaurarium quamprimum portentur, & celeriter diſcutiantur. Cum vero Clericus ſolidationem computorum, quæ in domibus Clericorum fieri ſolent, aggredi voluerit, Cameræ Commiſſarium ad intereſſendum ſolidationi huiuſmodi omnino citari facere teneatur, ac in ipſomet decreto commiſsionis ſolidationis poſt deputationem Iudicum expreſſe addi debeat. Qui Commiſſario præfato citato, & præſente, ad computorum ſolidationem procedant, & abſque dicto Commiſſario, quem omnino ſemper adeſſe ſub pœna priuationis officij mandamus, non poſsit vllo modo vllaue in cauſa ad ſolidationem deuenire. Omnes autem rerum Cameræ conductores, aliarumque Adminiſtratores, & pecuniarum Exactores, librum corio vel membrana coopertum habeant, in quo aliquibus ex primis folijs in albis dimiſsis, facultatum literas, mandata, atque reſcripta quæcunque, contractus denique ipſos ad verbum, quibus huiuſmodi curæ, & exactioni Præpoſiti, adminiſtrationem ipſam geſſerint tranſcribere, & deinde rationes ipſas modo, & forma infraſcriptis conſcribere, & conſcriptas edere teneantur. Qui liber poſtmodum à Notario Cameræ, vt moris eſt, recipiatur. Et primo albo folio, nominibus Adminiſtratorum, adminiſtrationis genere, rationum qualitate, temporis quo redduntur ſpatio, & iuriſiurandi ſubſtantia, breuioribus verbis inſcribantur. Et ſubſequenter Præſidens, & Theſaurarius, quid per Clericos Iudices, in eis animaduertendum ſit, annotare, & annotationes ipſas manu eorum propria ſubſcribere debeant. Et vt ipſa rationum redditio faciliori cognitione tranſigatur, earumque conſolidatio ſemper, & vbique iuſta, & fidelis appareat. Quod huiuſmodi rationum iuſtificationes in eodem, ſi id commode fieri poterit, ſin autem in alio libro, ab eo, qui illas redditurus eſt, regiſtrentur, & ad verbum literæ, ac mandata Cameralia quæcunque fides, ac inſtrumenta, & reliquæ omnes ſcripturæ ad rem pertinentes tranſcribantur, & ad earum ſingulas ſingulæ rationes, & particulæ, ſeu partitæ referantur, a dicto vnicuique earum folio, necnon citato eiuſdem libri chartarum numero, quo iuſtificatio quælibet deſcripta fuerit, iſque liber priuſquam in Camera vna cum altero proferatur, ab ipſius Cameræ Computatore legatur & cum originalibus ſcripturis, ſi eas rationem reddens penes ſe retinere voluerit, diligenter ab eodem conferatur, qui collatione facta, & ſcriptura fideli reperta, id atteſtetur manu propria his verbis vtrobique, in libro videlicet iuſtificationum, & quarumlibet ipſarum *cum originali*: In ſcripturis vero originalibus, & à tergo illarum *cum Regiſtro concordat*, eius nomine proprio ſubſcripto. Et nihilominus in ipſa computorum ſolidatione Clerici ad id deputati originalia mandata, ſeu eorum tranſumpta authentica, & ſcripturas diligenter videre teneantur. Libri quoque præfati rationum eorumque ſingulæ partitæ, tam accepti, quam expenſi perſonas, cauſas, locum, annum, menſem, diem, ac ſummam adeo claros, atque diſtinctos contineant, vt qualis quantuſque ſit introitus, & exitus omnibus innoteſcat. Quin etiam fides acceptorum, tam priuatas, quam publicas, Notariumque de eis rogatum, ac nomina debitorum eiuſdem Cameræ, ac rationem illam ſpectantium eiuſque quantitates pariter comprehendant. Et ſi ea de re cōtractus vllus celebratus, aliaue ſcriptura, tam publica, quam priuata confecta fuerit, ea omnia in eodem vel altero libro præfato ſimul cum alijs regiſtrentur, & ſingulatim prout ipſa res exegerit, citentur. Et in qualibet exactione commiſſa præponatur etiam taxa, deinde ſcribatur. Et demum reſiduum pecuniarum quantum id fuerit, & a quibus exigendum adnotetur, per hoc enim introitum omnium Cameræ ratio hucuſque in incerto poſita, & valde obſcura reddita omnibus perſpicua fiet, ac negotia huiuſmodi cautius expedientur, & Clericorum iudicium firmius, atque tutius reddetur. Ipſorum denique computorum ſolidationes prompte ſemper omnibus patebunt cum libros huiuſmodi in Archiuio eiuſdem Cameræ, Computatores præfati perpetuo retinere, & cuſtodire teneantur. Quod ſi ſecus fiat, libri ipſi non admittantur ac omni prorſus fide careant. Adminiſtrator etiam, qui rationes confecerit periurio notetur. Notarius vero pro qualibet vice ducentorum ducatorum pœnam incurrat, & ſi libris præfatis ſub præſcripta forma non confectis Clerici Iudices ad ſolidationes computorum proceſſerint, Ducatis mille auri præfatæ Cameræ applicandis mulctentur, & ad intereſſe Fiſci teneantur. Vicecamerarius vero, & Theſaurarius, Præſidens, & alij Camerales; ſi & ipſi in culpa fuerint, noſtro & ſucceſſoris noſtri arbitrio puniantur, Computator ab officio remoueatur. Rationes quoque ſuperinde conſolidatæ & calculi facti, ac inde ſecuta quæcunque nullius ſint roboris vel momenti Clerici vero Iudices, quibus ipſa rationum redditio demandata fuerit, non vt prius ſeparatim, & alter poſt alterum rationes ipſas diſcutiant, ſed antiquiorem poſterior adeat, qui coniunctim Adminiſtratore & Computatore præſentibus, citatoque Procuratore Fiſci, ſeu Commiſſario Cameræ cuncta perpendant ponderent, & excutiant, admittenda admittant, reijcienda reijciāt, & dubia parti, & Fiſco diſputanda relinquant, quæ cum eiſdem mature examinata atque diſcuſſa, prout eis iuſtum videbitur ab ipſis facto prius verbo in plena Camera decidantur, & terminentur. Et quia ex tarda rationum redditione omnia in dies obſcuriora redduntur, & pleraque mala exinde prouenire noſcuntur, quæ quò longius protrahuntur & inueteraſcunt eò impeditiora fiunt, & difficilius explicantur. Quod adminiſtratores omnes rerum Cameralium quocunque nomine nuncupati qui rationes in Camera quoquomodo redditurí ſunt, illas non in fine adminiſtrationis eorum, vt prius, ſed ſi adminiſtratio vltra annum durauerit, ſingulo quoque anno in fine illius, vel ſequentis principio, modo præmiſſo, reddere omnino teneantur, atque niſi iuſta interdum ſuadente cauſa ipſi Cameræ aliter expedire videatur, in ipſo contractu quem cum eis Camera de cætero inierit exprimatur, & ille ad id ſub pœna mille ducatorum ſimilium etiam eidem Cameræ applicandorum necnon eiuſdē adminiſtrationis rationis amiſsione quæ ſtatim ab eis libere auferri, & alijs cōcedi poſsit, omnino aſtringantur. Et inſuper quod præfatus Theſaurarius generalis, de omnibus & ſingulis rebus, & pecunijs ab eo vel deputatis ſuis in hunc vſque diem vndecunque, & quomodocunque receptis, & expenſis ac etiam alius Theſaurarius noſter ſecretus, de quibuſcunque pecunijs quas habuit & percepit, necnon Magiſter Domus noſtræ accepti hucuſque & impenſi, ac Gubernator Vrbis, Procurator Fiſcalis, necnon Magiſtri Viarum eiuſdem Vrbis, & quicunque alij noſtri in Alma Vrbe Magiſtratus & Officiales, tam qui de præſenti ſunt, quàm qui in præteritum fuerint, cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel præeminentiæ ſint, de quibuſcunque condemnationibus criminalibus, ſeu pœnis, aut compoſitionibus, ratione quarumcunque delictorum, & quarumcunque cauſarum ab eis

hactenus

hactenus factis, aut administratis, vel exactis, & ad Cameram Apostolicam spectantibus, deinceps vero Thesaurarius ipse generalis singulo quoque Semestri, Magister, Domus autem, ac Gubernator, Thesaurarius secretus, & alij omnes præfati singulo Trimestri rationem dictæ Cameræ in perpetuum reddere teneantur. Proprium autem sit inter cætera dicti Commissarij munus demandatas Iudicibus redditiones, rationes omnes, easdemque commissas adnotare, & illarum celerem expeditionem procurare, curareque vt id totum quod perfecto calculo reliquum fuerit eidem Cameræ debitum ad manus Depositarij generalis, vel illorum ad quos spectauerit, seu decretum fuerit quamprimum re ipsa perueniat. Et vt debitores remedijs opportunis ad illud donec omnia integre persoluta fuerint compellantur. Contractuum omnium, atque capitulorum, scripturarumque in Camera celebrandorum & discutiendorum exempla, singulis Clericis, & Cameralibus, per dictos tres dies ante deferantur. Quod si ab officio sic sibi iniuncto defecisse constiterit, vnius mensis salario, & iocalium portione, sibi in proxima diuisione obuentura, & si iterum deficiat salario Semestris integri puniatur, tertia vero vice officio suo perpetuo priuatus existat. Verum cum magna atque ampla negocia quæ quotidie in Camera geruntur, præ eorum varietate atque multitudine quædam ab antecessoribus neglecta partim in diuturna obscuritate latuerint, partim etiam prorsus euanuerint, vnde dicti Clerici, & Camerales in summa illorum ignoratione versantes, plerunque consilij ancipites sæpissimeque distracti, rem ipsam vel imperfectam relinquunt, vel cum magno eiusdem Cameræ detrimento, diuersam agunt, fuerintque propterea ab ipsis Clericis, & Præsidentibus Computatores Cameræ, vna cum alio ab eis pro tempore substituto, superioribus Mensibus constituti, atque perfecti curæ conficiendi librum maiorem in quem omnia ad Cameram quomodolibet spectantia in dies singulos ab eis distincte conscriberentur, atque certo ordine congererentur. Nos itaque hoc non minus necessarium, quam vtile harum serie approbantes, & innouantes, similiter statuimus, & ordinamus, quod ipsi deputati, & Præfecti omnes, & singulos, introitus, ac exitus eidem Cameræ in dies obuenientes quicunque fuerint, illiusque debitorum, & creditorum nomina, vndequaque prouenientia in hoc ipso libro maiori describant, Concessionum quoque rerum Cameralium omnium contractuum qui continuo in Camera celebrantur argumentum, atque substantiam, eorumque diem, & annum, Notariumque inde rogatum, quam breuissime perstringant, declarentque Cameram, & Administratores quoscunque prout res postulauerit debitores, & creditores eorumque quantitates claras, atque distinctas apponant, Nuncios etiam Apostolicos, Collectores, Subcollectores, Thesaurarios, Depositarios, & Commissarios, pecuniarum Exactores, ac reliquos omnes, qui ad aliquod negocium Cameræ expediendum admittentur, breuiter conscribant, breuia, literas patentes, & facultates, ac mandata Cameralia quæcunque adnotent, diem, & annum quibus illa expedita fuerint adijciant, & a quo Clerico subscripta, Notarioque expedita, & denique vbi registrata sint, compendio explicent, & quæ quidem omnia, & singula incorrupta seruentur, & integra custodiantur. Præterea volumus, & ordinamus, omnes quibuslibet negocijs Cameralibus, tam in Vrbe, quam extra eam Præfectos antequam illa exerceant, & ab Vrbe recedant, expeditiones suas quocunque nomine nuncupatas eisdem Computatoribus in eodem libro adnotandas exhibere, ipsasque nisi sic annotatas, & in illarum tergo per alterum ex eisdem Computatoribus de hoc fidem facientem subscriptas, illis restitui omnino prohibemus. Pro earum vero expeditionum annotatione, subscriptione, & restitutione, Computatores præfati caueant a partibus, etiam vltro dantibus, quicquam accipere, quod si secus fecerint, pœna priuationis officij, seu alias arbitrio Cameræ puniantur. Et insuper quod omnes cuiuscunque gradus atque dignitatis fuerint, res ipsius Cameræ vbilibet, & quomodocunque administraturi, priusquam administrationem suscipiant, iurent in manibus Camerarij nostri negocium, atque curam sibi commissam recte, & fideliter se esse gesturos, Rationes tempore debito rite reddituros, Reliquum restituturos, libro que rationum legitime conscripturos, ac illos intra tempus, quod eis, dum proficiscuntur præfixum fuerit, etiam nullis ... , in Cameram exhibituros, eaque omnia se rite & fideliter præstituros penes vnum ex Notarijs Cameræ idonee caueant, ac cautio sic ab eis præstita in eodem libro maiori ab eisdem Computatoribus summatim annotetur. quod si ab eis impedimento cessante prætermissum, nec intra dictum tempus impedimentum huiusmodi doctum atque comprobatum fuerit, vltra pœnas in cautione huiusmodi contentas arbitrio Cameræ puniantur. Ijdem quoque Computatores Inuentarium, seu Indicem omnium, & singulorum librorum, & rationum quæ hactenus in dicta Camera redditæ sunt, & in posterum reddentur, distincte, & ordinate conficiant, in quo rationes ipsæ cuiuscunque rei fuerint, à quo administratæ, & redditæ, illarum quoque dies, & annus strictim demonstrentur, ac huius Indicis, seu Inuentarij exemplum vterque eorum continuo apud se contineat, quibus librorum nullum, nullasve rationes ad Cameram spectantes cuiquam nisi Clerico, & Camerali tradere, vel in manibus dimittere liceat. Si quis autem ex Cameralibus eorum aliquem pro rebus Cameralibus videre, & apud se retinere voluerit, illum de manu dictorum Computatorum accipiat, & in eorum libello ad hoc tantum deputato se illum recepisse scribat, & intra dies quindecim ad summum restiturum promittat. Qui vero ex Computatoribus id facere neglexerit, suo sit officio ipso iure priuatus, & pro libro, & scripturis propterea deperditis damnum, & interesse tam Cameræ, quam parti iuxta formam literarum piæ memoriæ Iulij II & Leonis X. etiam Rom. Pontificum prædecessorum præfatorum omnino reficiat, vel alias arbitrio Cameræ puniatur. Verum cum multi varij multique libri, ac quamplures, diuersæque scripturæ rerum Cameralium, ob nullam vel modicam in illis custodiendis conseruandisque hucusque adhibitam diligentiam, varijs in locis dispersi, atque diffusi sint, & à plerisque detineantur in maximum Cameræ detrimentum Volumus etiam & ordinamus, omnes & singulos illorum detentores, & occupatores, ac huiusmodi occultationis consocios, & participes, nisi in Vrbe intra octo, & extra eam intra triginta dies, à die notitiæ publicationis præsentium numerandos, per quas nos alias literas nostras, quæ publicentur, decernere intendimus, eosdem libros, & scripturas ad Computatores, & Custodes præfatos detulerint, vel eisdem personas detinentes, conscias, & participes denunciauerint excommunicationis maioris laqueo subiacere. Quos quidem Computatores & Custodes pro tempore existentes, cum illorum officium sit maximi ponderis atque momenti, priusquam ad illius exercitium admittantur, iu iurando astringi, & idonee cauere volumus, præfatum officium se recte, & fideliter executuros, omniaque & singula eis præscripta stricte custodituros, & diligenter obseruaturos. Postremo cum valde inconueniens, & à iure alienum sit, quod quis in concernentibus proprium commodum suum se Iudicem, constituat, pariter constituimus, & ordinamus, quod Clerici præfati pro aliquo munere, seu o... re

Commissarij Cameræ Officium.

Computatorum Cameræ Officium. Ad quod vide infra prox.

Magistrorum Cameræ expeditiones registrantur & subscribantur à tergo per Computatores.

Magistri iurent & caueant, &c. Pœnas autem sideliter ... non reddentium vide in Pii. 3. const. 46. fo 450.

Computatorum Cameræ officium Ad quod vide supra & inf. prox.

Librorum & scripturarum Cameræ occupatores excommunicationis pœnam incurrant.

Cõputatores Cameræ iurent, & caueant officium fideliter administrare.

ordinario, vel extraordinario à Ro. Pontifice pro tempore sibi iniuncto salarium, seu mercedem sibi ipsis statuere, & declarare non possint, sed illud ab eodem Pontifice, vel eo cui ea cura demandata fuerit, qualitate personæ, & negntij commissi consideratis ordinetur. Decernentes Constitutiones, statuta, ordinationes & decreta nostra præmissa, sancte, & inuiolabiliter ab omnibus, etiam sub sententijs, censuris, & pœnis præmissis, perpetuo obseruari, sicque & non aliter per quoscunque censeri, iudicari, diffiniri, & interpretari debere: Necnon exetunc irritum, & inane quicquid secus super his, omnibusque & singulis alijs præmissis per præfatos, aut quoscunque alios, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali, Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti nostro, & ipsius Ecclesiæ Romanæ Camerario, per Apostolica scripta illi etiam in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo, & eius etiam quo ad hoc conscientiam onerando, pari Motu mandamus, quatenus præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, tam in dicta Camera, quàm extra eam, vbi, quando, & quoties opus fuerit, solemniter publicari, & in eiusdem Cameræ libris registrari, ac per omnes quos illa concernunt, inuiolabiliter obseruari, & debitæ executioni demandari: Ac illa quoties pro parte alicuius interesse habentis requisitus fuerit, in iudicio, & extra exhiberi faciat. Ac vniuersos præfatos ad illorum obseruationem censuris, & pœnis præmissis, quacunque mora cessante cum effectu cogat, & compellat. Contradictores quoslibet, ac inobedientes, & rebelles, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Cameræ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis, quæ in singulis prædecessorum præfatorum, ac nostris literis prædictis cautum fuit, non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem, constitutiones, statuta, ordinationes, & decreta nostra huiusmodi ad singulorum quos oprtet notitiam perueniant, nec illorum ignoratio quempiam excuset, volumus, ac etiam dicta Apostolica auctoritate mandamus, quod præsentes literæ Basilicæ Vaticanæ, & dictæ Cameræ valuis, necnon in acie Campi Floræ, alijsque publicis, & opportunis Almæ Vrbis præfatæ locis, per vnum ex Cursoribus nostris de more affigantur, & ibi quantum ad lecturam earum opus fuerit permaneant. Ac singulo quoque anno in perpetuum in eadem Camera, quæ mense Octobris prima habebitur, per nouissimum Clericum tunc præsentem palam & alta voce ad verbum sine intermissione legantur. Quodque illarum eaemplis fideliter exscriptis, ac etiam impressis, vnius Notarij Cameræ manu subscriptis, & Camerarij præfati sigillo obsignatis, eadem prorsus fides vbique locorum, etiam in Iudicio adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostēsæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, concessionis indulti, statuti, ordinationis, voluntatis, innouationis, mandati, declarationis, prohibitionis, decreti, præcepti, & intentionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Kalen. Nouemb. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Decretum irritans.

Executor deputatur Camerarius.

Clausula derogatoria.

Forma & effectus publicationis.

Hæc const. legatur anno quolibet in prima Camera.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero vigesima, mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno eius Quinto. Præsentes literæ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ad valuas Cameræ Apostolicæ, in acie Campi Floræ, & ad Valuas Cancellariæ Apostolicæ, dimissis in omnibus præfatis locis præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, vt moris est, & deinde amotis, per nos Iulium Parinum, & Alexandrum Astancollum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Cameræ Apostolicæ Cursores.

Publicatio.

Ant. Clerici Magister Curs.

C X I.

Banniti à Regno Neapolis, in locis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per Officiales non assecurentur, sed capti ad Proregem remittantur, & è conuerso.

Similem constitutionem fecit etiam Pius V. infra in eius constit. 2. Romanus Pontifex.

De materia autem bannitorum, vide supra in constitut. 30. In eminenti fol. 692. vbi notaui.

PIVS Papa IIII. Ad futuram rei memoriam.

ROMANVS Pontifex in supremo iustitiæ throno diuina disponente clementia constitutus, inter multiplices sollicitudinis curas, quibus assidue præmitur, suæ vigilātiæ studium circa ea adhibet potissimum, quæ per statum, ac ditionem Ecclesiasticā facinorosis, ac scelestis hominibus purgatum reddat, subditique sui, ac S. R. E. deuoti, ac peculiares filij, cæterique omnes Christifideles in eo pro tempore degentes, pacifice, & quiete viuere possint. Iccirco animaduertētes, quod si malefactores, scelesti, sicarij, alijque diuersorū capitalium criminum rei, tā vassalli, ac subditi nostri, & sanctæ Apostolicæ sedis, quam serenis. Regis Catholicī iure Regni Neapolis tutum aliquod refugium non habuerint, neque spem aliquam saluos conductus, fidantias, aut assecurationes ab aliquo consequendi, aut seipsos in aliquem locum tuto recipiendi, prout in præsentiarum, sicut accepimus, habent, tot ac tam immania scelera & delicta non perpetrarentur, nec tam magna esset scelestorum hominum multitudo. Volentesque propterea nos pro nostri pastoralis officij munere, & dilectus filius nobilis

Causa huius constitutionis.

Nobilis vir Perafannus Alcalæ Dux, ac Prorex, & locumtenẽs generalis suæ Catholicæ Maiestatis in Regno Neapolis opportune prouidere, ne adeo frequentia delicta tam à nostris, quam dicti Regni hominibus, & incolis cõmittantur, & pro tempore cõmissa puniantur, debitisque pœnis eorũ auctores afficiantur, neque spem aliquam Iustitiæ laqueos effugiendi, aut ad aliquem locum tutum seipsos recipiendi habeant, inhærentes præcipue literis nostris sub plumbo alias expeditis, sub Datum Romæ octauo Idus Ianuarij, Pontificatus Nostri Anno Secundo, per has nostras similiter in forma breuis literas specialius, & enixius auctoritate Apostolica prohibemus omnibus, & singulis nostris, & Apostolicæ sedis Legatis, Vicelegatis Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs quocunque nomine nuncupatis officialibus, & ministris, & præsertim moderno, & pro tempore existenti Gubernatori Ciuitatis nostræ Beneuenti, ne ab eis, aut eorũ aliquo posthac in Ciuitatibus, Terris, & locis nostris & dictæ Apostolicæ Sedis, aliqui hæretici, rebelles, sacrilegi, falsarij, monetarij, raptores, pacis violatores, latrones, assassini, aut homicidæ à Regno Neapolis banniti, & exules modo aliquo tacite, vel expresse recipiantur, assicurentur seu tuti fiant, quinimo si talia, vt præmittitur, crimina in dicto Regno Neapolis, & illius locis, & Terris patrantes, ad nostra, & dictæ sedis Apostolicæ loca, & præsertim ad Ciuitatem nostram Beneuenti, & eius Comitatum peruenire contigerit, aut ibi eos reperiri ab eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Locatenentibus, & alijs officialibus, ac ministris nostris, & eiusdem sedis capi, detineri, & carceribus mancipari volumus, & mandamus: ac eidem Protegi, vel Officialibus, & ministris suis ad omnem ipsius, vel eorumdem ministrorum suorum requisitionem captiuos factos, libere, & simpliciter remitti, non captos capi, detineri, & remitti, quicunque illi fuerint, aut qualitercunque graduati, nobiles, vel barones. Mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & aliis officialibus quocunque nomine nuncupatis, vt si quas fidantias, saluos conductus, aut securitates hactenus fecerint, illos, & illas reuocent, & annullent, prout nos præsentium tenore, quas post decimum à die publicationis earumdem diem, suum effectum sortiri volumus reuocamus, & annullamus, nulliusque effectus, roboris, vel momenti esse volumus & mandamus. Decernentes insuper, quod si contigerit aliquem ex Terris, & locis nostris, & Apostolicæ sedis oriundum, vel incolam in prædicto Regno Neapolis, vel illius Terris & locis delictum aliquod committere illum ab Officialibus, & ministris nostris puniri, & plecti posse non secus, ac si delictum ipsum in nostris, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Terris, & locis immediate subiectis commisisset. Et ne talia patrantes crimina, Iustitiæ laqueos effugere possint volumus, ac decernimus, quod Officiales, & ministri eiusdem Proregis criminosos, & delinquentes præfatos, vt præfertur, bannitos, & exules insequentes, & perquirentes intra fines, & territorium Status nostri Ecclesiastici per spacium decem milliarum in villis, casalibus & terris, quæ tamen muris circundatæ non sint, & alijs locis campestribus non autem Ciuitatibus insequi, quærere, capere, & captiuos factos secum ducere libere, & secure valeant. Nostræ porò intentionis, ac voluntatis existit, vt si forte aliqui nostri, & eiusdem Ecclesiæ subditi ab ipsius Proregis officialibus, sic vt præmittitur, dictos delinquentes insequentibus, & perquirentibus caperentur, illi statim ab eis dimittantur, & relaxentur, dimittique & relaxari omnino debeant, vel ad Officiales nostros quamprimum remittantur. Mandantes propterea omnibus, & singulis Magistratibus, Officialibus, ac Populis & particularibus personis, nobis, & dictæ Ecclesiæ subiectis, vt ministris. & Officialibus ipsius Proregis circa præmissa exequenda omnem fauorem, & auxilium præbeant. Hæc autem omnia eo libentius fecimus, & decreuimus, quia idem Prorex per suas, & Catholici Regis patentes literas cuncta superius expressa vice versa in dicto regno à suis ministris, & officialibus pariter obseruari statuet & decernet. Quæ cum statuta, & decreta fuerint, hæc & illa, inuiolabiliter ab omnibus Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus & alijs, vt præfertur, Officialibus, & Ministris nostris obseruari volumus, & mandamus sub nostræ indignationis pœna. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus. Ciuitatum, & locorum; priuilegijs quoque, indultis & literis Apostolicis quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die decima Nouembris millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Cæ. Glorierius.

Ista constit. habetur sup. fol. 692. nu. 30.

Banniti à Regno Neapolitano, nõ assecurẽtur in statu Eccle.

Quinimo captiuati, & capti ad Proregem remittantur.

Quod intellige vt non sequitur.

Salui conductus ab Officialib. cõcessi nulli sint.

Oriundi ex locis S. R. E. vel incolæ, coercebuntur ab Officialibus statu Eccl. pro delictis in Regno Neap. cõmissis.

Ministri Proregis insequi possunt eiusdem bannitos etiam intra territoriũ statu Eccle. per x. millia vt hic.

Prorex autem vice versa hæc omnia decernat, & obseruari faciat.

Clausula derogatoria.

CXII.

De ordinatione & promotione Doctorum, & aliorum cuiuscunque artis, & facultatis possessorum, & forma professionis fidei seruanda, ne dum per quoscunque ad aliquem gradum promouendos, sed etiam per iam promotos & electos ad Cathedras, & Lecturas.

Doctorandi autem & promouendi facultates Comitibus Palatinis, & alijs concessas, reuocauit Pius V. infra in constit. 59. Quamuis.

De materia autem Doctorum, & Studentium, vide sup. Iul. III. constit. 20. Cum sicut f. 520. & supra proxime in const. 91 Sanc. f. 789. & hic infra in constit. seq.

PIUS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN sacrosancta beati Petri principis Apostolorum Cathedra, meritis licet imparibus, hisce procellosis militantis Ecclesiæ tempestatibus constitutos, plurimum nos oportet esse sollicitos, vt Dominicum gregem curæ nostræ commissum non solum ab apertis rapacium luporum vndecunque canlis obstrepentium insultibus, sed etiam à magis formidolosis pestiferarum vulpecularum domi latitantium insidijs, per prouidum pastoralis officij ministerium, ipso Domino cooperante præseruemus, ac illis omnes nocendi occasiones, quantum cum Deo possumus, vbilibet auferamus. Cum itaque iuxta notum Sanctissimi Vatis oraculum,

timor

timor Domini, sine quo vera Religio, & Catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, sapientiæ sit initium, & qui vel in scientiis proficere, vel eas alios docere parant, supremum illum sapientiæ parentem, benignumque largitorem deuoto sanæ fidei obsequio demereri, veraque sinceræ Religionis pietate sibi conciliare debeant. Idcirco hanc Fidei puritatem scientijs, doctrinisque quibuslibet tum tradendis, tum addiscendis, tanquam necessariam basim, constituere, & ne simplicia nonnullorum adolescentium, res nouas audiendi cupidorum, ingenia in naufragos blandientium hæresum scopulos imprudenter impingant, occurrere cupientes; Motu proprio, & ea certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine; quod deinceps nullus Doctor, Magister, Regens, vel alius cuiuscunque artis, & facultatis professor, siue clericus, siue laicus, ac sæcularis, vel cuiusuis ordinis regularis sit, in quibusuis Studiorum generalium Vniuersitatibus, aut Gymnasijs publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris Cathedram assequi, vel iam obtentam retinere, seu alias, Theologiam, Canonicam vel Ciuilem censuram, Medicinam, Philosophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunque Ciuitatibus, Terris, Oppidis, ac locis, etiam in Ecclesijs, Monasterijs, aut Conuentibus Regularium quorumcumque, publice vel priuatim quoquomodo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus huiusmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipsi, aut Vniuersitatum, seu Gymnasiorum eorundem Rectores, Cancellarij, vel alij superiores, sed nec etiam palatini Comites, aut alij particulares facultatem eruditos viros ad eosdem gradus promouendi, etiam a nobis, & Apostolica Sede, vel alias vndecumque habentes, scholares, tam Laicos quam Clericos, & cuiusuis ordinis regulares, vel alios quoscumque quantalibet eruditione præditos, ad vllum gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere; Neque Doctores, Magistri, & Scholares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium Vniuersitatis, aut Gymnasij procedere: Nec ipsi Scholares, vel alij quantumlibet docti, & alioqui habiles, gradus huiusmodi, vel eorum aliquem, palam, vel priuatim recipere valeant, Nisi Doctores videlicet, ac Regentes, Magistri, & alij professores iam ad Cathedras & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra vero illam infra sex menses à die publicationis præsentium computandos, reliqui vero ad Cathedras, & alias lecturas ibidem in posterum assumendi ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum superiorum, Eligendi autem in Rectores, vel Cancellarios ante illorum electionem, vel saltẽ admissionẽ in Ordinarij loci, vel eius in spiritualibus Vicarij; Ac promouendi Scholares: & alij præfati ante illorum promotionem in eisdem Ordinarij, seu eius Vicarij, aut Doctorum aliorumue promouentium manibus, præuio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super Religione, Fideque Catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promouendorum eorundem per ipsos locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta præcedente, eandem Catholicam fidem, verbis, iuxta formæ infrascriptæ tenorem conceptis palam, & solemniter profiteri teneantur. Et desuper instrumentum publicum confici, ac de processu, seu informatione, & fidei professione in Priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiusmodi specialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fieri debeat, auctoritate Apostolica tenore præsentiũ perpetuo statuimus, & ordinamus. Ac omnibus, & singulis earundẽ Vniuersitatũ, & Gymnasiorum Rectoribus, Doctoribus, & alijs superioribus, ac alias facultatẽ doctorãdi habentibus, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel maiori dignitate, seu Cardinalatus honore, ac Ducali, vel alia etiam Regia, & Imperiali auctoritate præfulgeant, ne quem in Vniuersitatibus, Ciuitatibus, Oppidis, vel alijs locis sibi in spiritualibus, vel temporalibus subiectis, aliter Cathedras, aut alias lectiones retinere, consequi, vel ad gradus promoueri respectiue patiantur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interdicto ab ingressu Ecclesiæ, quo ad Antistites, quo vero ad inferiores, sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon priuationis omnium, & singulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, eo ipso per contrafacientes incurrendis pœnis districtius inhibemus: Ac quascunque receptiones, promotiones, electiones, & admissiones absque processu, certaque de Religione, & Fide Catholica notitia, ac dicta fidei professione sic (vt præfertur) præcedente, pro tempore factas, nullas, inualidas, nullusque roboris, vel momenti esse, neque cuiquam in iudicio, vel extra suffragari posse, Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Vniuersitatum, & Gymnasiorum, Ordinum, & locorum quorumcunque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis eisdem Vniuersitatibus, & Gymnasijs, ac Ordinibus, & locis, eorumque Rectoribus, Doctoribus, Superioribus, etiam in temporalibus Dominis, Comitibus palatinis, & alijs etiam regularibus personis præfatis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, etiam vim contractus inducentibus clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam per nos, ac Sedem præfatam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu ad quorumuis, etiam Imperatorum, Regum, Rerum publicarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, & alias quomodolibet cõcessis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorũ sufficiẽti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, specialiter, & expresse motu simili derogamus, contrarijs quibuscunque, Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ne autem quispiam præsentium ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare possit, sed ipsæ ad omnium notitiam deducantur; Volumus, & mandamus, quod eædem præsentes in Basilicæ Principis Apostolorũ de Vrbe, & Cancellariæ nostræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, omnes in Italia intra tres, extra vero illam existentes intra sex menses proximos ab ea die affixionis computandos perinde arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Forma aũt dictæ ꝓfessionis Fidei hęc est. Ego N. firma fide credo, & profiteor oĩa, & singula quæ continen-

Margin notes: Causa huius constitutionis. — Doctores ac cæteri cuiuscunque facultatis professores, tam eligendi quam eligendi, illas non exerceant, nisi prius Catholicã fidem profiteantur, iuxta formam hic traditam. — Rectores studiorum & alij superiores non eligantur, nisi formatis præmissis. — Scholares neque promoueantur ad aliquem gradum, nisi fecuta tis eisdem. — Superiores non permittant, aliter aliquem promoueri ad gradus, vel facultates profiteri sub pœnis hic expressis. — Decretũ irritans. — Clausulæ derog. — Forma & effectus & public.

continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. vtitur videlicet. Credo in vnum Deum, patrẽ omnipotentem, factorẽ cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitũ. Et ex patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstancialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam, iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vera, & proprie sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari nõ posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationẽ appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi, Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari, Similiter, & Sanctos, vna cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco. Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cætera item omnia a sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque a meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voueo ac iuro: sic me deus adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, inhibitionis, derogationis, voluntatis, statuti, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Idibus Nouembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero quarta mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidẽtia Papæ Quarti, anno Quinto. Retroscriptæ literæ Apostolicæ. affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in præfatis locis præsentium retroscriptarum literarum copijs affixis, vt est moris, per nos Iulium Paruum, & Bernardinũ Andreutium prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Forma professionis Fidei.

Publicatio.

Ant. Clerici Magister Curs.

C XIII.

Dispensationes de non residendo, & beneficiorum fructus percipiendo, ratione studij, non valeant sine consensu Ordinariorum.

Consonat Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. de Reformat.

De Materia autem Studentium, & Lectorum vide in const. præced.

SANCTISSIMVS in Christo pater, & Dominus noster D. Pius diuina prouidẽtia Papa IIII. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata vel alias sacros ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu quod literis operam dare cupiebant, post confirmationem Concilij Trid. per Sanctitatem suam factam, & publicatam, locum vt literarum Studio in loco vbi illud vigeat genera-

Conc. Trid. confirmauit iste Pont. sup. in const. 96. Benedictus fol. 799.

generale, actu insistendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum huiusmodi vsque ad quinquenniũ, vel aliud tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annum subdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minime tenerentur, & tam ijdem quod interim, quam alij, etiam ad eosdem ordines vel eorum aliquem seu aliquos promoti, quod similiter studentes beneficijs per eos obtentis per Vicarios idoneos, per locorum ordinarios etiam congrua fructuum beneficiorum huiusmodi portione illis assignata vel alias deputandos in diuinis deseruiendo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera supportando, vsque ad simile tempus personaliter in eisdem beneficijs residere non tenerentur, & nihilominus interea omnes eorundẽ beneficiorum fructus percipere possent, per ordinariam Sanctitatis suæ Signaturã seu Pœnitentiariæ suæ officiũ dispensari sibique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi vel circumuentioni locum præsertim quo ad absentes à Rom. Cur. de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non potest, quantum humana ratione prouideri potest relinquere volens, Concilij etiam Tridentini decretis inhærendo huiusmodi dispensationes, & indulta hactenus concessa, ac tam ipsius Pœnitentiariæ, quam Apostolicas, & alias desuper confectas, & conficiendas literas, processusque habitos, & habendos, per easdem dictis absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum ordinariorum locorum in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt consensus gratis præstandus ad id accedat, Apostolica auctoritate declarauit, decernens irritum &c.

Quomodo Pont. inhærendo dicto Concil. decernit dispẽsationes ratione studij nõ suffragari absq. consensu Ordinariorum.

Placet publicetur, & describatur. I.

Publicatio.

Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vero veneris vigesima quarta mensis Nouembris, Pontificatus præfati S. D. N. Papæ Anno Quinto.

A. Lomellinus Custos.

C X I I I I.

Forma iuramenti professionis ortodoxe Fidei obseruanda, à prouisis de Beneficijs ac dignitatibus Eccles. Monasterijs, & alijs locis Ordinum Regularium, & Militiarum.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INIVNCTVM nobis Apostolicæ seruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Ecclesiæ suæ directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini dispositionem omnes quos deinceps Cathedralibus, & superioribus Ecclesijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxe fidei professionem facere, seque in Rom. Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoscunque quibus de Monasterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuscunque locis regularium quorumcunque ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine vel titulo prouidebitur idem seruari, & ad hoc vt vnius eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque, & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam præsentibus annotatam, publicari, & vbique gentium per eos ad quos ex decretis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat, recipi, & obseruari ac sub pœnis per Concilium ipsum in contrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore. Ego. N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet. Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natũ ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit. Qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas. Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiã Confiteor vnũ Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, & proprie sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto. Omnia, & singula quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Trid. Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis, & defunctis: atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, vna cum anima, & diuinitate domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem: quam conuersionem Catholica Ecclesia transubstantiationẽ appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi.

Forma professionis fidei obseruanda sub pœnis hic expressis.

Constan-

Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: Similiter, & sanctos vna cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ne Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorē, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco: Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successoris, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac iuro. Cætera item omnia à sacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipue à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas ego pariter damno reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest quàm in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitæ spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in me in munere meo spectabit, teneri doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem. N. spondeo voueo ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euāgelia. Volumus autem quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur: & vt omnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Idib. Nouemb. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Hæc const. publ. in Cancell. & in eius Quinterno describitur. Quam publ. hic habes in fine.

Fed. Cardinalis Cæsius.

Cæs. Glorierius.

Lectæ, & publicatæ fuerunt suprascriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Die vero Sabbati nona Mensis Decembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij Papæ IIII. Anno Quinto.

Publicatio.

A. Lomellinus Custos.

C X V.

De Residentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium, & de pœnis non residentium, & facultate testandi.

Ad hoc habes etiam super const. 17. De salute fol. 678. vbi notaui. Et contra non residentes procedit A. C. vt infra const. 153.

Cum tam per.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula meritis licet insufficientibus diuina dispositione constituti, cū ctos non solum vigilantiæ nostræ commissos dominicos greges, sed etiam singulorum Pastorum suorum actus intensa nostræ mentis acie collustrantes, studium efficax operamq; sedulam ad hoc omnino statuimus adhibere, vt quemadmodum operosum Sacri Concilij Trid. progressum, felicemque exitum Domino cooperante præstitimus, ita sanctissima illius decreta, ipsorum præsertim qui in Apostolicæ solicitudinis partem vocati sunt Pastorum officium concernentia, non tepide, neq; dissimulanter exequamur. Sanè licet in Conc. præfato saluberrima fuerit ordinatione decretum, quod oēs, & singuli venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi, & alij beneficiati apud Ecclesias sponsas suas residere teneantur; nonnulli tamen (quod non sine animi nostri mœrore referimus) adeò sui gregumq; quos olim deperditos saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, vt ēt nunc in alma Vrbe, vel alibi cōmorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonij inter eos, suasq; Ecclesias solemniter contracti iura confundentes, sponsas suas in longa quasi viduitate relictas, & prædictas Ecclesias quocunq; sibi concessas inuisere, & apud illas, vt probos, & prouidos patres familias decet, residere non curent, in perditione animarum suarum, & subditorum suorū ac perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciā alicuius etiam temporalis pœnæ metu frangendam, seu conuincendam esse censentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis, ac alijs quibuscunq; ēt quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, dictas Ecclesias in commendam, vel administrationē, aut alio quouis nomine obtinentibus, & alijs quibuscunq; beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti super Residentia in Conc. prædicto promulgati tenorem, personalē in suis Ecclesijs residentiā facere tenerentur, in virtute sanctæ obedientiæ, vltra pœnas in dicto decreto Concilij contentas, etiam sub priuationis eorum à regimine, & administratione Ecclesiarū suarum, ac alijs nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri arbitrio imponen. pœnis distincte præcipiēdo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante in eisdem suis Ecclesijs iuxta formam, & tenorem dicti Concilij personaliter resideant. Et nihilominus, si quos mandato nostro hujusmodi (quod absit) non parere cōtigerit, ne etiam tales absentes melioris in hac parte conditionis, quam cæteri in suis Ecclesijs residentes existant,

Conc. Trid. sess. 6. cap. 1. & sess. 23 cap. 1. De Reformatione, decreuit curatos, apud eorū Ecclesias residere debere.

Hic Pont. & monet, & hortatur eosdem ad residentiam.

Et non residentiũ bona tẽpore obitus ad Cameră Apost. tanquã spolia pertinere decernit rem ob stan. licentia testãdi à sępe Apostolic. obtenta. De Materia spoliorum vide sup. const. 23 Decem fol. cum di not. Causas alijs committendi.

stant, hac nostra perpetuo valitura sanctione per præsentes statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, & immobilia etiam in vrbe vel eius districtu existentia, & se mouentia, res, & bona, iura, & actiones cuiuscunque qualitatis, & valoris, ac vbicunque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunque etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia præfulgentes, Ecclesias prædictas in titulum, vel Commendam, siue administrationem, aut alio quouis nomine obtinentes, & alios quoscunque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra prædictas Ecclesias, ac diœc. etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilij huiusmodi non residentes decesserint pertinentia, & per illos suarum Ecclesiarum, ac quorumcunque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum redditũum, & prouentuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum sibi super similibus fructibus redditibus, & prouentibus reseruatorum, & assignatarum occasione quæsita, etiam si facultatem specialem de illis, aut eorum parte testandi, & alias libere disponendi à nobis, & à quibuscũque alijs Rom. Pontificibus prædecessoribus, & successoribus nostris etiam cum clausulis quod facultates huiusmodi reuocari non queant, alijsque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum desuper confectarum de rebus, & bonis huiusmodi iamque disposuerint, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitime pertineant. Liceatque dilectis filijs moderno, & pro tempore existenti Cõmissario nostro generali, & suis dictæ Cameræ deputatis in euentum decessus huiusmodi solitum inuentarium super rebus, & bonis præfatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum spolijs fieri solet, ad dilecti filij nostri moderni, & pro tempore existentis generalis Thesaurarij manus redigere, dictæq; Cameræ applicare, cuiusuis licentia desuper minime requisita, Ac facultates, & desuper confectas literas prædictas etiam motu, & scientia similibus etiam in recompensam laborum, & obsequiorum etiam nobis, & Ecclesiæ Romanæ dictæque Sedi impensorum quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, in euentum obitus huiusmodi etiam si in vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas Ecclesias (vt præfertur) contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e contra in dictæ contumaciæ pœnam eiusdem potestatis plenitudine, & tenore reuocamus, cassamus, & annullamus, & tam eas, quam earũ prætextu quomodolibet pro tempore condita factaq; testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quaslibet etiam ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorum nulla, & inualida, nulliusq; roboris, vel momenti fore, neque cuiquam contra præsentium tenorem suffragari, & Et sic per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, & S. R. E. Cardinales in quauis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis alias iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum ordinationibus, reseruationibus, & decretis, quoad Prælatorum, & aliorum beneficiatorum, etiam in suis Ecclesijs, aut diœc. residentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus, & extendimus ad habentes Ecclesias in vrbis districtu, ibique residentes, & decedentes spolia Cameræ Apostolicæ applicata hactenus emanatis, nullatenus præiudicare, neque quicquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, vt antea manere volumus, præterquam quoad eos, qui in suis Ecclesijs iuxta formam prædicti Concilij resederint, & specialem licentiam testandi habuerint: hac enim tantum saluam eis esse volumus, ita vt generalis licentia testandi eis quamquam residentibus minime suffragetur, sed sola speciali si quam habuerint tueri se possint. Cæterum vt præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, reuocatio, cassatio, decretum, & alia præmissa præsentesque literæ ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque possit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuo firma, & illibata permaneant, volumus, & mandamus quod eædem præsentes in Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, & Cancellariæ nostræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ copia illarum ibi dimissa ab ea die omnes perinde arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac in fauorem Curialium per fel. rec. Sixtum IIII. Leonem X. Iulium III. & quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos editis, & approbatis, necnon alijs literis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, ampliationis, extensionis, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo sexagesimo quarto, septimo kal. Decembris. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Facultates, & licẽtias testand i reuocat, & non residẽtiũ dispositiones annullata. De istis licentijs vide sup. cõst. 30. f. 695. cũ ibi not.

Decretum irritans.

Residentibus non suffragatur generalis licentia testandi, sed specialis requiritur.

Forma, & effectus publ. Quam habes su fi.

Claus. derog.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Visa de Curia M. de Enciso.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo, sexagesimo quarto Indictione septima, die vero quarta mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno quinto, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, dimissis in præfatis locis præsentium retroscriptarum literarum copijs affixis, vt est moris, per nos Iulium Parinum, & Bernardinum Andreã tium prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

C X V I.

Reuocatio Priuilegiorum Confraternitatibus, & alijs quibuscunque concessorũ liberandi homicidas carceratos.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.
DVM ad solitam Romani Pontificis Iesu Christi Vicarij clementiam, tanquam ad exhuberantem pie
tatis fontem pro gratijs impetrandis vndequaque concurritur, ipseq; more Pij patris omnes vti filios
dilectissimos, in intimis charitatis, & misericordiæ visceribus indulgenter amplectitur, vsu nonnun-
quam euenit inde priuilegia flagitando reportari, quæ licet prima petitionis specie nihil incommodi secum af-
ferre videbantur, illorum tamen concessionem subsequens experientia Reipublicæ damnosam meritoque esse
conuincit improbandam. Saneè quoniam, & nostri pastoralis officij cura, & præsentium temporũ conditio pla-
ne nos coegit modum diuersis abusibus qui iampridem in mores hominum, quos Dei prouidentia vigilantiæ no
stræ committere dignata est, sensim irrepserant, aliquando salubriter imponere, prout in his, non solum circa spi
ritualem vniuersalis Ecclesiæ, cui licet immeriti præsidemus, sed etiam circa temporalem Sedis Apostolicæ statũ
videlicet reformandum aciem nostræ mentis intendere dudum cooperante Domino non desistamus. Nos etiam
non minimum operæprecium facturos esse censemus, si cunctas quoad eius fieri poterit occasiones homicidio-
rum, quæ in diuinæ maiestatis offensam, & publicæ quietis perturbationem indies passim increbrescunt patran-
dorum conabimur e medio submouere Considerantes itaque priuilegia varijs Ciuitatum, Terrarum, & locorum
nobis, & S. R. E. in temporalibus immediate subiectorum, Communitatibus, Vniuersitatibus, ac Confraterni- Causa huius constitutionis.
tatum, & aliorum piorum locorum Rectoribus, & hominibus super vno homicida singulis annis veneris in para
sceue, vel alio certo die, e carceribus meritisq; supplicijs liberando, & salutiferæ cruci, vel altari præsentando,
aut patriæ dimittendo per nonnullos Roman. Pontifices prædecessores nostros, & sedem prædictam in Christia-
næ charitatis diuinique cultus, & fidelium subditorum fauorem diuersimode concessa, nonnunquam improbis
sicarijs, & sceleratis parricidis ansam in proximum quemque suum sub spe liberationis huiusmodi crudeliter sæ
uiendi, & humanum sanguinem effundendi præbuisse, ac illos in quorum manu priuilegiorum vsus aut executio
sita est eis vt plurimum non ad Christianam pietatem vti, sed potius ad quæstum, & fauores importunos in ani-
marum suarum perniciem, & bonorum scandalum imprudenter abuti solere, perditissimos homines, à necessa-
ria, nec vlla ratione condonandi morte cœlo terraque multum indignantibus, atque reclamantibus, impie sub
prætextu pietatis eripientes. Nosque propterea omnino præstare censentes, quod huiusmodi gratiæ, à nostro, &
qui, cum sit omni corruptela superior, an tales huius immanitatis damnati homines misericordiæ locum relique
rint, sincerius rimabitur, Rom Pontificis pro tempore existentis, quam incertæ multitudini, corruptorumue te-
ctorum arbitrio dependeant. Necnon quorumcumque priuilegiorum Communitatibus, Vniuersitatibus, ac Col-
legijs prædictis, & alijs quibuslibet, etiam quorumuis, Imperatorum, Regum, vel religionis contemplatione, seu
in damnum, recompensam, vel aliter quomodolibet concessorum, ac pluries, etiam per nos approbatorum, &
innouatorum, literarumque desuper expeditarum, & inde secutorum tenores præsentibus pro sufficienter ex-
pressis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, &
singula priuilegia præmissa, tam in alma Vrbe, quàm extra eam in vniuerso eiusdem S. R. E. dominio tempora-
li, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum, derogatorijs, alijsque effica- Reuocatio priuilegiorũ Confraternitatib. & alijs
cioribus & insolitis, etiam vim contractus inducentibus clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Con- concessorũ, liberandi homicidas
sistorialiter, ac Motu, & potestatis plenitudine similibus, per quoscunque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac carceratos.
nos, & sedem prædictam, vel eius Legatos quibusuis Ciuitatibus, Oppidis, Castris, locis, seu Communitatibus,
Vniuersitatibus, Confraternitatibus, Collegijs, Ecclesijs, Hospitalibus, pijs locis, & alijs personis, tam seculari-
bus quam Ecclesiasticis, etiam cuiusuis ordinis regularibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, qualitatis, &
præeminentiæ fuerint. hactenus quomodolibet concessa, ac etiam pluries approbata, & innouata, tenore præ-
sentium reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, nulliusque roboris vel momenti fore, neque deinceps
cuiquam suffragari, neque Ciuitates, Oppida, Castra, loca, seu Communitates, Vniuersitates, Collegia, Confra-
ternitates, aut eorum rectores, vel alios quoslibet eorundem priuilegiorum prætextu alicuius homicidæ gra-
tiam, absolutionem, aut remissionem prætendere, requirere, vel homicidam absoluendum nominare, seu præ-
sentare, vel huiusmodi priuilegijs alias vti, neque Ciuitatum, Terrarum, aut locorum prædictorum Gubernato-
res, Rectores, vel Magistratus pro tempore existentes, nominationes, aut præsentationes huiusmodi admittere,
seu aliquem ita nominatum vel præsentatum dimittere, & absoluere posse: Sed si quis casus gratia, & misera-
tione dignus occurrat, illum ad nos, & pro tempore existentem Roman. Pontificem, vt in hoc pro facti perso-
narumque qualitate fiat quod conuenire videbitur, referri debere. Ac quicquid secus à quoquam quauis aucto-
ritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Non obstanti- Decretũ irritans
bus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt au-
tem præsentes ad omnium notitiam facilius deducantur, volumus, & mandamus quod illæ in Cancellariæ, & Clausula derog.
Cameræ Apostolicæ valuis, ac in acie campi Floræ de Vrbe per aliquem ex nostris Cursoribus affixæ, copia illa-
rum ibi dimissa, vniuersos, & singulos quorum interest intra mensem à die affixionis huiusmodi computandum
perinde afficiant arctentque, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Forma & effectus publi.
paginam nostræ reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, decreti, declarationis, voluntatis, & man-
dati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem om-
nipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum
Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, decimo nono, Kal. Ia-
nuarij, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

P. Episcopus Narnien.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo seaagesimo quinto, Indictione octaua die vero decima octaua mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christó Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno Seato. Retroscriptæ literæ Apostolicæ, publicatæ, & affixæ fuerunt in Cancellariæ, & Cameræ Apostolicæ valuis, & acie Campi Floræ vt moris est dimissis ibidem in supradictis locis præsentium literarum copijs affixis, per nos Iulium Parinum, & Camillum Cherubinum, prælibati S. D. N. Papæ Cursores,

Nicolaus de Matthæis Magist. Curs.

Publicatio.

C X V I I.

Facultates, & iurisdictio, Illustriss. & Reuerendiss. Marci Sitici de Altemps, Germani, presbyteri Cardinalis Constantien. huius Pont. Pij 4. ex Sorore Nepotis totius status Ecclesiastici Legati de latere.

Similes deputationes, & facultates Legatorum vide sup. in Pau. 3. const. 16. licet, fol. 377. & ibi notaui.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Marco Sitico Basilicæ S. Duodecim Apostolorum presbytero Cardinali Constantien. nuncupato in vniuersæ nostræ, & S. R. E. ditionis statu nostro, & Apostolicæ Sedis Legato de latere, salutem, & Apostolicam benedictionem.

DVM inter mentis nostræ arcana reuoluimus, quòd licet apud nos sit potestatis plenitudo diuinitus cõstituta, fines tamẽ humanæ possibilitatis excedere, & singula quæque officij nostri munia per nos ipsos exoluere nequimus, ad id facile inducimur, vt aliquos ex venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus viris ea pla ribus electis, quod timor Domini iugiter exercet in nostræ sollicitudinis partem, non solum in spiritualibus, sed etiam aliquando in temporalibus assumamus quibus vices nostras supplentibus nosque sua laudabili corporatione ab oneris humeris nostris incumbentis grauitate alleuiantibus, singulas ministerij nostri partes facilius exequamur. Sanè licet ab initio nostri Pontificatus nihil magis exoptauerimus, quàm vniuersam ditionem Ecclesiasticam nostrosque subditos personaliter inuisere, & vt bonum decet principem eorum necessitatibus, ét oculari inspectione prouidere, nihilominus tot grauissimis satisq; omnibus notis curis hactenus distracti sumus, vt hoc nostrum desiderium adimplere nequiuerimus; Vnde cum huic voto nostra hæc ætas ingrauescens etiã alia quæ quotidie emergunt impedimenta prorsus obstare videantur, nobis id quod per nos ipsos commode præstare nequimus, per aliquem ex ipsis fratribus nostris exoluere cupientibus, tu qui ét secundum carnem nostrã ex sorore nepos existis, & cuius solertiam, fidem, prudentiã ac in negotijs obeundis dexteritatem, tum pluribus legationibus, ac publicis muneribus a te diligenter gestis, tum ét familiari experientia cõpertam habemus in primis occurristi, qui hoc ipsum iuxta animi nostri sententiã præstare posses. Quamobrẽ mentis nostræ oculos ad multiplices virtutes tuas quibus illarũ largitor altissimus personã tuã insignire dignatus est, dirigentes, sperantesq;, qui hoc visitationis officiũ bene, iuste, & fideliter scies, voles, & poteris, ac oĩa, & singula ad nostrum, & dictæ sedis statũ & honorẽ pertinentia prudenter, ac fideliter administrabis, circumspectionẽ tuam de fratrũ nostrorum consilio in omnibus, & singulis prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, Oppidis, & locis status Ecclesiastici ad nos, & Ro. Ecclesiam mediate vel immediate spectantibus, pro nobis, & eadem sede legatum de latere tenore præsentium ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, creamus, constituimus, & deputamus. Dantes, & cõcedentes tibi plenã, liberam, & oĩmodam potestatem, facultatẽ, & auctoritatem, oĩa & singula, quæ ad officiũ legati de latere de iure consuetudine, & alijs quomodolibet pertinent agendi, & exercendi, ac Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, & loca prædicta eorumque territoria districtus, necnon ciues habitatores incolas & personas cuiuscumq; dignitatis status, gradus, & conditionis fuerint, prout cœlestis gratiæ infusio diuinaq; prouidẽtia prudentiæ tuæ suggesserit in temporalibus visitandi reformandi, corrigendi, & si opus sit puniendi, necnon oĩmodam in eos tibi cõmissam iurisdictionẽ ét cũ gladij potestate exercendi, ciuiles, & criminales, matrimoniales, beneficiales Eccl. profanas, ac mixtas causas quaslibet, quæ tamen in Rom. Cur. cognosci possunt. secundũ formã Conc. Trid. infra terminos legationis hmòi pendentes, ac motas, vel mouendas, per te vel aliũ seu alios, ét summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sola facti veritate inspecta, ac manu regia ét quacunq; appellatione remota, ét in quibus quęuis latæ sententiæ fuerint, quæ in rem iudicatam transitũ fecerint, & tamẽ de iure rescindendæ essent ét si perempta instantia vel lapsa sint ad appellandũ, seu prosequendũ fatalia, prout qualitas causæ, & causarũ hmòi exegerit audiendi, cognoscendi, reuidendi, decidendi, & terminandi; Hæc nos quomodolibet aduersus sententias, ét pro Fisco latas, ac lapsum fataliũ instantiæ peremptionẽ, & rem iudicatã ea causa iusta in integrũ restituendi, & in pristinũ statum reponendi. Ac solemnitates quascunq; (substantialibus tamen exceptis) in contractibus omissas, & alia quæcunq; requisita supplendi, iuramẽta in quibusuis cõtractibus apposita relaxandi, & contrahẽtes, à periurijs incursis ad effectũ agendi absoluendi, Necnon causarũ cognitionẽ ac discussionẽ, & decisionem vna cũ incidentibus, emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis alij, vel alijs coniunctim vel diuisim, ac generaliter, vel specialiter, tam infra terminos dictæ legationis quã extra illos summarie, ac alias (vt præfertur) cũ simili vel limitata potestate prout tibi videbitur cõmittendi, ac ad te eas cũ placuerit, & alias quasuis causas ét Romæ pendentes à quibuscunq; Iudicibus ordinarijs, vel ét per nos, & Sedem præfatã, ét per signaturã manu nostrã, & proprio motu factã, ac per literas sub plumbo vel in forma Breuis expeditas delegatis, toties quoties opus fuerit, & in quocunq; statu ét si fuerit conclusum in causa, ét inuitis, reclamãtibus, cõtradicentibus, & quibuscumq; ét ad nos appellantibus partibus auocandi, & illos alij vel alijs cõmittendi, & lites hmòi cum tibi videbitur penitus extinguẽdi, perpetuumq; silentiũ partibus imponẽdi, Ac homagia, & fidelitatis iuramẽta nomine nostro, & dictæ Rom. Ecclesiæ recipiendi: literasq; in forma si in euidentem pro rebus Ecclesiæ alienatis vel alienandis vsq; ad summã redditus annui quinq; ducatorũ concedendi, contractus de hmòi rebus Ecclesiæ in similẽ vtilitatem alienatis, vel alienandis, ét cum oĩum defectuum, & solemnitatũ, præterquã substantialium suppletione confirmandi, Et insuper contra omnes, & singulas tam Ecclesiasticas ét religiosas quam seculares personas cuiuscumq; excellentiæ nobilitatis præeminentiæ auctoritatis status, gradus, ordinis congregationis, conditionis, & religionis existant, & in quauis dignitate constitutas, quas iustitia suadente puniendas cognoueris inquirendi, illasque mouendi, carcerandi, ac prout iustum fuerit, & tibi videbitur expedire puniendi, & castigan-

Commendatio Card. legati.

Deputatio legati in toto statu Ecclesiastico.

Facultas eiusdẽ legati visitandi, reformandi, & corrigendi populos.

Causas cognoscẽdi summarie & c.

Restituendi in integrum.

Solemnitates in contractibus supplendi, & iuramẽta relaxandi.

Causas alijs committendi.

Causas ad se auocandi etiã à Iudicibus à Papa delegatis.

Fidelitatis iuramenta recipiendi & in euidentẽ cõcedendi super alien. bonorum Eccles.

De Materia vide sup. Paul. 3. cõst. 6. fol. 51.

Puniendi quoscunq; & reorum bona cõfiscandi.

castigandi, eosque etiam quemlibet ipsorum suis dignitatibus, & honoribus, Comitatibus, Baronijs, Dominijs, Ciuitatibus, Terris, Castris, locis, Feudis, Retrofeudis, Vicariatibus, Officijs, Iurisdictionibus, Gradibus, Iuribus, rebus & bonis omnibus priuandi, & destituendi, ac ea omnia & singula, quæ tibi videbuntur dictæ Romanæ Ecclesiæ confiscandi, Fiscoque Apostolico applicandi, & incorporandi in Ciuitatibus, Terris, locis, territorijs, & districtibus memoratis, & quolibet ipsorum Præsides, Gubernatores, Rectores, & Prouinciarum, Generales, Auditores, Locatenentes, Vicerectores, Potestates, Capitaneos, Custodes, Arciumque Castellanos, Iudices, Priores, Antianos, Barisellos, Marescallos, & quoscunque alios temporales generales, vel speciales quorumque nomine, vel titulo censeantur, vel nuncupentur Officiales ab eorum officijs cum expedire videbitur perpetuo, vel ad tempus, etiam simili manu, & appellatione remota suspendendi, priuandi, deponendi, & amouendi, eosque sindicandi, corrigendi, castigandi, & quacunque pecuniaria, vel corporali, etiam vltimi supplicij pœna puniendi, ac in eorum locum alios ad arbitrium tuum, fideles tamen, & idoneos creandi, ordinandi, constituendi, & deputandi, necnon culpabiles ciuiliter, vel criminaliter per te vel alium seu alios etiam in quibuscunque locis, ciuitatibus, & terris præfatis, etiam Feudatariorum aliorumque dominorum cuiuscunque dignitatis, existentium nos, & sedem prædictam quouis modo recognoscentium capiendi, carcerandi, & dictos Feudatarios ad auxilium circa hoc præstandum cogendi, & casu quo præfati Feudatarij, vel alij culpabiles, & inquisitos præfatos cōsignare, vel auxilium contra illos tibi præstare noluerint, aut quouis modo directe, vel indirecte executionem contra præfatos capiendos impedierint illis quatenus id omni mora cessante faciant, & exequantur etiam sub pœna rebellionis & amissionis eorum status, & dominij vtilis vel directi præcipiendi illosque puniendi iuxta ipsorum demerita, pœnasque comminatas per te, vel Delegatum tuum executioni demandandi, & querelas contra ipsos, & alios quoscunque per quouis propositas, & proponendas, prout etiam tibi videbitur expedire, summarie simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & iudicij figura simili manu regia omni appellatione remota, & alias vt præfertur audiendi emendas, & alias satisfactiones debitas similiter exigendi, ac inter Barones, Dominos temporales, nobiles ciues, & personas alias sæculares: necnon Communitates, Vniuersitates, & populos, ac omnes alios, & singulos discordes, & dissidentes, ac odia simultates, & inimicitias in dicto statu directe vel indirecte exercentes pro honore eiusdem Ecclesiæ, ac in confusione hostium & rebellium ipsius, pro eo tempore, ac sub illis pactis, conditionibus, capitulis, modis, & pœnis, de quibus tibi videbitur expedire pacem & concordiam tractandi, componendi, concludendi, & firmandi, treguas & inducias inducendi ipsosque ad eorum obseruantiam sub quibuscunque sententijs, censuris Ecclesiasticis, & pecuniarijs, corporalibusque pœnis, de quibus tibi videbitur compellendi, ac Inobedientes, illas incurrisse declarandi. Homicidas & exules etiam ex alijs causis bannitos, seu inquisitos, vel processatos quoscunque pro pace & concordia Ciuitatum, terrarum, & locorum, ac ciuium incolarum, & habitatorum prædictorum quiete, à quibusuis etiam multiplicibus homicidijs, assassinijs, sacrilegijs, & alijs excessibus per eos vbilibet perpetratis a quibusuis sententijs, censuris & pœnis, tam Ecclesiasticis, quàm temporalibus etiam bonorum confiscationis corporis afflictiuis, ac etiam vltimi supplicij illatiuis, in eos tam à iure, quàm ab homine latis, ac aliàs per eos quomodolibet incursis, in vtroque foro absoluendi, liberandi, & in pristinum statum, necnon ad honores, famam propriam, & bona etiam Fisco incorporata restituendi, ac huiusmodi homicidas, & delinquentes ad nostram, & dictæ Sedis gratiam, & obedientiam reducendi. Super inhabilitatibus, & irregularitatibus, ac infamijs, quas propterea incurrerint, cum eisdem, & quolibet ipsorum, & super quibuscunque delictis, etiam rebellionis, & lesæ maiestatis, etiam in primo capite, homicidijs etiam appensatis, & studiose ac proditorie, & cum armis prohibitis per quascunque Vniuersitates, Communitates, vel particulares personas, tam sæculares, quàm Ecclesiasticas, & etiam regulares commissis, vel perpetratis aut in posterum perpetrandis, disponēdis, ac nostro, & Cameræ Apostolicæ nomine componendi, & concordandi. Saluum conductum, quibuscunque homicidis exulibus, rebellibus, & alijs delinquentibus præfatis ad tempus vel in perpetuum arbitrio concedendi, & concessos reuocandi, moderandi, & limitandi ac ab omnibus quibus hucusque facultas, & potestas similes saluos conductus, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus à iure, consuetudine, priuilegioue est attributa illam reuocandi, & ab illis abdicandi eisque ne deinceps simili facultate vti præsumant, districtius inhibendi. Collegationes, confederationes, pactiones, conuentiones, societates, & ligas contra dictam Ecclesiam vel bonum pacis status ipsius, ac præiudicium, & damnum Prouinciarum, Ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum Cōmunitatum, & territoriorū, districtuū, ac ciuium incolarum, & habitatorum eorumdem per quoscunque initas, & ineundas reuocandi, cassandi, & annullandi, & pœnas sub illis adiectas, & adijciendas remittendi, & iuramenta relaxandi, nouas collegationes, confederationes, & ligas cum quibusuis fieri sub pœnis tibi bene visis prohibendi, tam Vniuersitatum, & Collegiorū, quàm particularium possessiones, & bona quæcunque occupata, iniuste, vel inique detēta, ab illorum occupatoribus, & detentoribus quibuscunque recuperandi, recipiendi, conferendi, & electos ac expulsos à locis, rebus, & bonis ac iuribus suis quibuscunque priuatos, ad loca, res, bona, & iura sua absque vitio spolij, & quacunque appellatione remota reducendi, restituendi, & reintegrandi. Finesque limites & terminos cum quibusuis, & inter quoscūque Communitates, Vniuersitates, & particulares, male positos amouendi, & alios vbi tibi visum fuerit ponendi. Generales insuper & particulares exercitus in auxilium præfatæ Ecclesiæ, & pro tuitione status pacifici Prouinciarum, Ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum, cōtra quoscunque eiusdem Ecclesiæ hostes, & rebelles, inobediētes, ac status pacifici, huiusmodi perturbatores quādocunque, & quotiescunque ex quauis causa, que tibi videbitur honesta colligendi, faciendi, & congregandi, præsidia quorumcunque Vicariorum dictæ Ecclesiæ subiectorum ad huiusmodi exercitus, & militaris, ac quæcunque alia per eos, aut ipsorum aliquē debita seruitia, tam realia, quàm personalia quotiens opus esse agnoueris requirendi, & conuocandi. Hostes quoque rebelles, & contradictores quoslibet per amotionis, priuationis, depositionis, relegationis, & proscriptionis perpetuæ, vel temporalis, ac bonorum suorum confiscationis sententias, prout ad ipsam Ecclesiam pertinuerit sublato cuiusuis appellationis obstaculo, compescendi, ac realiter exequendi. Parlamenta generalia, vel particularia in dictis Prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, seu aliquo eorum quotiescunque, & quandocūque pro statu, & honore nostro & memoratæ Ecclesiæ, ac pace & tranquillitate status, necnon Ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum, etiam particularium personarum, cū tibi videbitur expedire, conuocandi, aduocandi, faciendi, statuendi, exequendi, & mandandi. Reformationes, statuta, decreta, ordinationes, & leges generales siue particulares

in tem-

Officiales status Ecclesiastici coercendi, alios eorū loco deputandi.

Delinquentes capiēdi etiā in Terris Feudatariorū, & aliorum.

Feudatarios, & alios auxiliū denegantes puniendi.

Inimicitias sive quoscūque componēdi, paces firmandi, & inducias inducere.

Bannitos remittēdi, & absoluendi.

Deflorum materia habes infra in Greg. 13. constit. 66. Tanta.

Saluos conductos delinquentib. cōcedendi.

Ad quod videsis pia pros. consti. 113. fol. 898.

Confederationes contra bonū pacis initas annullandi.

Bōa iniuste occupata recuperādi, & eorū dominos absque vitio spolij ad ea reintegrandi.

Terminos inter Cōmunitates, & alios male posi tos, eius arbitrio ponendi.

Exercitus contra pacis perturbatores congregandi.

Hostes & rebelles appellatione remota compescendi.

Parlamenta quādocunque conuocandi.

Reformationem & statuta in temporalibus edēdi

in temporalibus sub pœnis & censuria arbitrio tuo imponendis, & applicandis, edendi, condendi, & publicãdi, quæ à nobis ea nunc prout eatunc postquam sic à te edita fuerint condita, & statuta esse decernimus. Ac statuta, constitutiones, ordinationes a nobis, seu quibuscunque prædecessoribus nostris Rom. Pon. in temporalibus facta a moderandi, & reformandi.

Pôtes. & vias publicas &c. restaurandi.

Mœnia, Palatia publica, arces, ponter, & vias publicas, ac portus & litora reficiẽdi & restaurandi, illaque demoliandi, ac iterum reædificandi & constituendi, & pro illis quibuscunque particularib. vel Communitatibus, ac etiam Prouincijs quæcunque præcepta sub pœnia tibi bene visis faciendi, illaqꝫ eaequẽdi, etiam quacunque appellatione remota.

Siluas aperiendi.

Siluas & nemora Communitatum & Vniuersitatum, ac etiam particularium personarum cedendi, & aperiendi, cedique et aperiri, quacunque appellatione remota, mandãdi soluto tamen pretio Dominis, quibus de iure soluendum erit,

Priuilegia à Sede Apostolica quibuscunque concessa reformandi & reuocandi.

Priuilegia, immunitates, ac concessiones mere gratiosas etiam indulta quæcunque quibuscunque Communitatibus vel particularibus personia quomodocunque per nos & prædecessores nostros Rom. Pont. ac Sedem prædictam hucusqꝫ concessa confirmata, approbata, & innonata teformandi, vel arbitrio tuo in totũ vel in partem reuocandi. Cõuentiones, & pacta, & capitula inter præfatas Communitater, Vniuersitates, & particulares personas, & dictã Cameram supet præmissis tractandi, componendi, & stabiliendi:

Comites Palatinos, Accolitos, & Capellanos, & Notarios Apostolicos creandi.

Et vt te gratiosum erga personas tuæ legationis præbere possis quotquot tibi videbitur Comites Palatinos, Accolitos, & Capellanos, & etiam Notarios nostros, & dictæ Sedis auctoritate Apostolica creandi, & recipiendi, ac aliorum nostrorum, & dictæ Sedis Notariorum, & Accolitorum, Capellanorum, & Aulæ Lateranen. Comitum numero. & consortio fauorabiliter aggregãdi, ita quod omnibus & singulis priuilegijs, prærogatiuis, indultis, exemptionibus, gratijs, libertatibus, & immunitatibus, ac indulgentijs gaudeant & vtantur, ac vti, & gaudere possint, quomodolibet in futurum, quibus alij nostri, & dictæ Sedis Notarij, Accoliti, Capellani, & dictæ Aulæ Comites Palatini vtuntur & potiũtur, eahibendiqꝫ insignia Notariorũ hmõi recepto tamẽ ab eis solito fidelitatis debitæ iuramento.

Omniaque alia faciendi, quæ ipsemet Pontifex si præsens esset facere posset.

Ac omnia & singula alia, huiusmodi legatione durante, gerendi, disponendi, mandandi, eaequendi, ordinandi, & eaecutioni demandandi, cum omnibus & singulis incidentibus, emergentibus, dependentibus, anneaia, & connexis eorum, quæ ad huiusmodi legationis officium liberamque plenariam & integram Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum prædictorum administrationem regimen, & præmissorum eaecutionẽ quomodolibet pertinẽt, ac spectare et pertinere possent, & ad nostrum & dictæ Sedis honorem, ac statum pacificum & trãquillum Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum prædictorũ tuo regimini cõmissorum vtilia esse prospeaeris, ac necessaria, seu quomodolibet opportuna, & quæ nos ipsi, si præsentes essemus, facere, gerere, & exequi possemus, seu etiam deberemus, nihil nobis penitus reseruantes. Non obstantibus nostris de non tollendo iure quæsito, ac de annali & triennali possessore, necnon fel. recor. Pauli Papæ II. & Pauli IIII. Rom. Pon. prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac

Pau. 2. const. sup. 98. nu 6. Pau 4. constit. habes sup. fol. 570. num. 2.

alijs constit. et ordinat. Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, Feudorum, & locorum prædictorum, necnon Ecclesiarum etiam Cathedralium, Monasteriorũ, Prioratuum, Præpositurarum, ac Religiosorum locorum, & Ordinum, ac Congregationum quorumcunque etiã exemptorum, ac Rom. Eccl. & Sedi prædictæ immediate subiectorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis; statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis

Clausulæ derogatoriæ.

Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Communitatibus, Vniuersitatibus, Ecclesijs, Monasterijs, Prioratibus, & alijs locis Regularibus, Ordinibus, & Cõgregationibus huiusmodi eorũqꝫ Superioribus, Magistratibus, & personis per nos, vel Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ea certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusuis etiam derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam in vim contractus concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouaris. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia eapresio habenda foret, & in eis caueretur expresse, quòd eis nisi sub certis inibi expressis modis & formis, aut nullatenus & per nos, & Sedem prædictam derogari possit illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro eapressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, easque cuiquã cuiuscunque excellentia etiam honore Cardinalatus fulgenti, & cuiuscunque præeminentiæ, nobilitatis, dignitatis, status, gradus, ordinis, religionis, cõgregationis, vel cõditionis fuerit, aut Collegio, vel Vniuersitatibus hac in parte suffragari volumus, cæterisqꝫ contrarijs quibuscunque.

Confirmatio gestorum per ipsum Cardinalẽ Legatũ. vel eius Delegatos.

Et insuper processus, sententias, censuras, & pœnas quos, & quas per te, vel alium, seu alios à te deputatos in præmissis fieri, infligi, vel promulgari, ac omnia & singula alia, quæ per te, vel delegatos tuos in præmissis fieri vel mandari contigerit eanunc prout extunc rata, & grata habemus, & confirmamus, ac si à nobis ipsis facta fuissent. Teque ac delegatos tuos ad aliquem de gestis per te, vel eos nomine tuo vllo vnquam tempore alicui reddendam rationem minime teneri, nec ad id cogi posse decernimus. Vt autem prædicta omnia & singula plenius & vtilius valeas exercere: Vniuersis & singulis Præsidentibus, Gubernatoribus, Rectoribus, Vicerectoribus, Locatenentibus, Potestatibus, Capitaneis, Viceccomitibus militiæ nostræ, necnon equitum, & peditum Capitaneis, Mareschallis, & Prouisionarijs ad nostra, & præfatæ Ecclesiæ stipendia militantibus, cæterisque officialibus, & Arcium Castellanis præsentibus, & futuris, necnon quibuscunque Communitatibus, Vniuersitatibus, & particularibus personis nobis & eidem Ecclesiæ subiectis cuiuscunque Ecclesiasticæ vel mundanæ dignitatis, status, gradus, ordinis, religionis, congregationis, vel cõditionis,

Præcipit quod omnes Officiales, & alij obediant Legato.

existant in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna districte præcipiendo mandamus, quatenus tibi, & à te deputatis huiusmodi legationis officio durante, iuxta tibi concessas facultates præmissas in omnibus, & per omnia etiam in assignatione possessionis Arcium, & fortelitiorum, etiam absque aliqua nostrorum contrasignorum traditione per te facienda, plene, & efficaciter parere & intendere, necnon mandata tua reuerẽter suscipere & exequi studeant cum effectu.

Hortatio Pontificis, vt Legatus onus Legationis suscipiat, & studiose exequatur.

Tu igitur dilecte fili, diuina gratia & Apostolico fauore suffultus, hoc tibi per nos iniunctum onus, cum nostra benedictione, & prompta deuotione lætoque animo suscipiens, taliter in eius executione studiosum solertemqꝫ te exhibere studeas, quòd ex fructibus & laboribus tuis cælesti gratia tibi fauente sperati fructus adueniant, tuque per sollicitudinis tuæ ministerium vltra humanæ laudis præconium, illamqꝫ quæ iustus iudex vniuscuiusque iustitiæ cultoris meritis pro sua bonitate retribuit, æternæ palmã gloriæ feliciter consequi merearis in cælis. Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, octauo Kal. Nouemb. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Iurisdictio

CXVIII.

Iurisdictio, & Facultates DD. Consulum Vniuersitatis Merciariorum Almæ Vrbis.

Confirmationem earumdem facultatem habes infra in Greg. 13. constit.80. Almam Vrbem.

Facultates autem Gabellarij Maioris circa Merciariorum fraudes, habes infra constit.138. Cum sicut, & ibi not.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM Pastorali nostro incumbat officio, iuxta facti exigentiam, & temporum varietates, quoscunque ad suas iurisdictiones temporum calamitate collapsas, restituere & reintegrare. Nos attendentes dilectos filios Collegium & Vniuersitatem Merciariorum, & illis adhærentium huius Almæ Vrbis, & Curiæ nostræ non modicæ vtilitati, & commoditati, imo etiam necessitati, dum varia præsertim mercimonia humano vsui apprime necessaria, longinquis ex partibus, maximis eorum ne dum sumptibus, verum etiam sæpe dispendijs, ac laboribus & periculis, quotidie ad Vrbem & Curiam præfatas, maxima etiam cum vectigaliũ, & portoriorum S. R. E. fructu & vtilitate terra, marique vehunt, & vehi procurant consulere. Et propterea dilectos filios Conseruatores Almæ Vrbis, considerantes eosdem Collegium, & Vniuersitatem illiusque particulares homines, pro eorum creditis exigendis coram diuersis Vrbis tribunalibus, & Iudicibus, maximis cum laboribus, & dispendijs defatigari, & ea de causa bona, & mercimonia huiusmodi fieri cariora eisdem Collegio, & Vniuersitati, vt Consulatum & peculiare tribunal, ad aliarum artium & præsertim Mercatorum instar, construerent & erigerent, commisisse & mandasse, eisdemque solum, & locum ad dictum tribunal, & Consulatum construendum, inibique de rebus ad eorum artem spectantibus & pertinentibus iusdicendum, causasque sui fori cognoscendum, prout alias consueuerant assignasse.

Cõseruatores Vrbis assignarunt Vniuersitati Merciariorũ, locum in Foro Capitolino, vt ibi Consules iusdicerent de rebus spectan. ad artem.

Ac fel. rec. Bonifaciũ PP. ix. predecessorem nostrum, seu de illius mandato quondam Zachariam Triuisanum Venetum tunc Vrbis Senatorem eisdem Collegio & vniuersitati habilitatem, licentiam facultatem, libertatem, & potestatem quascunque res & spetiarias, ac ferreas, argenteas, aureas, uel alias humano vsui necessarias, & cularium personarum cedendi, & aperiendi cedique & aperiri quacunque appellatione remota mandandi, solupertinentes, etiam quascunque alias artes, & artificum quæcunque Collegia in specie quomodolibet concernentes exponendi, & expositas publice etiam per Vrbem portan. vendendi sine aliquibus quomodolibet eis a quoquã aliarum artium præposito obstaculo dato impedimento, imposito vel inferendo, concessisse, Nec ob id aliud quàm vnum & idem Merciariorum Collegium, sed seorsum ab alijs vti hæc alma vrbs in vsu habebat censeri mandasse, nec etiam ea re, cuique dictarum aliarum artium Collegio, Collegijque Præposito ipsos Vniuersos, & singulos Merciarios vrbis, fieri subiectos voluisse; Quinimo ipsos omnes tanquam ministrantes negocia, & exercitia quæ vberiorem Ciuitatem alunt tueri, & manuteneri, ac defendi censuisse, ab omnibus contrariantibus, maxime ab his, qui auaritia ducti earum rerum faciebant pretia cariora. Idemq; Senator præfatus per conessam potestatem a Bonifacio prædecessore nostro, etiam autoritate & potestate Senatus præmissa sanciuisse, & perpetuo valitura mandauisse.

Senator Vrbis tẽpore Bonifacij ix. eidẽ Vniuersitati facultatem dedit venden. quascunque res, etiam cõcernentes alias artes. & erigendi vnum Collegiũ.

Ipsumque Collegium, & vniuersitatem nonnulla statuta ad dictum Tribunal, & ad artem huiusmodi necessaria, in libro Statutorum descripta edidisse & ordinasse, illaque per Senatores & Conseruatores respectiue approbata, & confirmata fuisse: Et nouissime inter cætera, statutisse & ordinasse.

Collegium inter alia statuta modo statuit, vt infra videlicet.

Quod Consules ius & rationem inter homines artis & pro quibuscũque causis ad artem huiusmodi spectan. & pertinen. & ab eis dependen. vsque ad quãcunque summam ius reddere ualeant: & si aliquis ipsius artis conueniret in iudicio aliquam aliam personam quæ non esset eiusdem artis, dummodo foret pro re ad artem ipsam spectant. Consules qui pro tempore fuerint Iurisdictionem contra tales, cuiuscunque, status, gradus, aut conditionis existant ementes bona dicte artis, & alias super eis quomodolibet cõtrahentes conuentos, usque ad summam Triginta Duc. auri in auro de Camera haberent, & personæ sic conuentæ iurisdictionem huiusmodi, vsque ad dictam summam inclusiue sub quouis prætextu, causa, vel occasione, etiam si essent nobiles, & Romani Ciues; Vrbis incolæ, vel Curiales omnes, seu alias quoquo modo declinare non possint.

Consules artis Facultatem habere cognoscendi causas de rebus spectan ad artem, vsque ad quamcũque summam inter homines de arte, & inter alios vsq. ad ducat. 30. Ad quod vide ampliationẽ hic in fine.

Et ne in vnaquaque summa præsentia Notarij, & illius stipulatio requiratur, statuisse Quod codicibus, & libris rationum Merciariorum, Velectariorum Bertectariorum, Setarolorum, seu Banderariorum dictæ Vniuersitatis, & aliorum eiusdem Collegij confectis vsque ad summã Triginta Ducatorum auri de Camera, omnibus partitis eiusdem rationis simul computatis plene credatur & fides adhibeatur cum iuramento, contra quoscunque: Inter homines vero de arte vsque ad quamcumque summam occasione merciariæ, & cuiuslibet alterius generis ad artem huiusmodi pertinentis. Ita quòd agentes & exigere volentes cum iuramento, perinde plena fides dictis libris adhibeatur, ac si legitime & concludenter probatum esset, dummodo ipsi libri mercantiles, & mercatorum more, & ordine scripti, confecti, & tenti sint, rationabili suspitione carentes, & ad personas scribentes respectu habito.

Librisque corũ mercantilibus debetur fidem adhiberi.

Et si falsitas in aliquo loco dolose annotata reperiretur, talis liber per Consules uniuersitatis prædictæ in foro publico Capitolij sono Tubæ comburatur, cum publicatione falsitatis, & illius auctoris, & alias pœnas incurrat, quas de iure communi vel municipali incurrisse diceretur, & perpetuo infamis remaneat & per eum scribendis de cætero non credatur.

Falsitatem autem dolosa cõmittentes in eorum libris, his.

Necnon à sententijs à summa decem scutorum & infra aliquæ ex partibus coram dictis Consulibus litigan. quemadmodum, alijs Iudicibus & Curijs concessum extitit appellare, vel alias reclamare, minime possint, nec valeant, & quicquid per eosdem Consules decerneretur, aut fieret esset validum firmum & efficax, ac alique executioni demandandum.

Appellarique nõ posse à sententijs Cõsulum à x. scu. & infra.

Hæcque

Quę statuta Senatot. & Conseruatores approbarant.

Hæcque et alia vltimo dictæ ordinationes, et statuta per dilectos filios modernos ipsius Vrbis Senatorem, et Conseruatores tamquam rationi consonantia approbata, et confirmata fuisse.

Iccirco idem Collegium & Vniuersitatem tanquam præmissis de causis de Republica optime meritos specialibus fauoribus, & gratijs prosequentes, Motu simili &c. non ad ipsius Collegij & Vniuersitatis, aut alterius eiusdem artis instantiam, & requisitionem, sed ea certa nostra scientia ac potestatis plenitudine, mandatum, assignationem, consignationem, cōstructionem, & erectionem dicti Cōsulatus & tribunalis, vt præmittitur factum, nec non licentiam, libertatem, habilitatem, facultatem, & potestatem ab eodem Bonifacio prædecessore nostro, seu Zacharia olim Senatore præfatis concessas, ac ab ipsa Vniuersitate condita Statuta & Ordinationes facta, & vt supra approbata, & in posterum per ipsam Vniuersitatem fienda, & per Senatorem, & Conseruatores eiusdem Vrbis iuxta formā Statutorum præfatæ Vrbis approban. illorūque, & illarum cōfirmationes ac eiusdē Bonifacij prædecessoris, seu Zachariæ Senatoris concessionem illorum ac omnium & singulorum præmissorū cæterorūq; hic etiam de necessitate exprimendorum veriores tenores & effectus pro hic plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum penitus, & omnino insertis habentes, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, confirmamus, et innouamus, eisque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ea omnia, & singula, perpetuo, et inuiolabiliter obseruari debere decernimus, et mandamus; Et quatenus opus sit de nouo concedimus, et vt supra statuimus, et ordinamus, omniaque, et singula inuiolabiliter perpetuis futuris temporibus obseruari mandamus. Ac omnes & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, si quæ solemnitates omissæ fuerint supplemus. Ita quòd eiusdem Collegij et Vniuersitatis moderni, et reliqui in posterum pro tempore existentes Consules super huiusmodi, et in specie super præfato statuto de iurisdictione, iuxta illius tenorem vsque ad quamcunque summam exercendi quo ad personas de arte huiusmodi, Et qui de arte nō fuerint, vsque ad dictam summam triginta ducatorum auri de Camera absque aliquo alio obstaculo vel impedimento aliarum Curiarum iurisdictionem, et potestatem habeant, prout tenore præsentium damus, concedimus, et elargimur facultatem, licentiam, et potestatem, ac auctoritatem in omnibus, et singulis causis litibus, et differentijs ex quauis causa, vel occasione ad artem huiusmodi spectan, et pertinen. seu dependentibus, vna cum omnibus, & singulis suis incidentibus, emergentibus, dependent. annexis, et connexis coram eis vertentibus, & quæ in futurum contigerint moueri, procedendi summarie simpliciter, & de plano, nulla iuris solemnitate vel ordine seruato, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta procedant & cognoscant, terminent, & decidant, & procedere perpetuis futuris temporibus possint, & valeant vsque ad totalem, finalemque, & effectualem executionem, & paritionem omnium, & singulorum eorum mandatorum realiter, vel personaliter, prout eis videbitur relaxandorum.

Hic Pontifex modo confirmat, & innouat supras concessiones Senatorum & Conseruatorum, & statuta Vniuersitatis, & Cōsulum iurisdictionē, & facultates.

Imo ampliat, vt hic in fine in a. par.

Et præcipit Iudicibus Vrbis, ne Cōsules desuper impediant.

Nec præfatos modernos, & pro tempore existentes Vrbis Gubernatorem Senatorem, Vicarium nostrum, & Cameræ Apostolicæ Auditorem, vel alios quosuis eiusdem Vrbis Iudices, & Officiales, tam Ordinarios, quàm Commissarios, etiam prætextu obligationum in forma Cameræ Apostolicæ iuxta Motum proprium Pop. Rom. concessum sub poena excommunicationis latæ sententiæ incurren. impediri, vel alias quomodocunque, & qualitercunque molestari seu reassumi aut auocari, seu inhiberi possint, nec respectiue valeant: Et ita per quoscunque Iudices quauis auctoritate, dignitate, vel facultate fungentes etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, reassumendi, inhibendi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, interpretari, & diffiniri debere decernimus. Et quod præsentibus, seu literis desuper conficiendis sub quouis prætextu per quascunque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias derogari non possit, nisi cum tota præsentium præinsertione, & specifica nominum eorumdem Consulum mentione, irritum, & inane quicquid scienter, vel ingoranter contigerit attentari. Ita quòd præfati pro tempore existentes Consules procedere possint, & valeant, illis non obstantibus, absque aliquo attentatorum & innouatorum vitio.

Sed an facultates pastea concessæ A. C. derogent vt hanc obst. quo ad Capitales, & obligationes in forma Cameræ, vide in Greg. 13. const. 55.

Clausula præseruatiua.

Clausulæ derogatoriæ.

Facultates istorū Iudic. vide sup. fol. 153. in fol. 2. const. 13. vbi nouati.

Non obstantibus quibusuis Cōstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Gubernatori, Senatori, Vicario nostro, aut Cameræ Apostolicæ Auditori, cæterisque alijs Iudicibus, quo ad causas dicti fori, & de rebus ad artem spectan. & pertinentibus, necnon statutis, & consuetudinibus etiam iuramento &c. confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, ac facultatibus eisdem Gubernatori, Senatori, Vicario nostro, & Cameræ Apostolicæ Auditori, Collateralibus, & quibusuis alijs in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs etiam quantumuis efficacissimis clausulis. & decretis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus pro illorum sufficiēti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita seruata foret, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse omni meliori modo, &c. derogamus. Necnon omnibus illis quæ dictus Bonifacius, seu idem Zacharias Senator in eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque.

Fiat vt petitur. L.

ET cum absolutionem à Censuris, ad effectum &c. etiam in casibus regulæ &c. cum illius opportuna derogatione, quatenus opus sit exten. Et quòd tenores literarum, & statutorum prædictorum habeātur pro expressis, & latissime, ac de verbo ad verbum exprimi, & inseri possint: & de approbatione, innouatione, confirmatione, indulto, decreto, derogatione, processu, & alijs præmissis, de omnibus, & singulis prædictis quæ hic pro repetitis habeantur perpetuo in forma gratiosa, & ex certa scientia. Quodque qui tacitè, vel expresse, in eorumdem Consulum Iurisdictionem consenserint, etiam vsque ad quamcunque summam ius dicere & causas cognoscere, & terminare possint, & valeant, nec propterea per viam nullitatis impugnari, vel retractari possint decernimus. Et quòd præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in Iudicio, & extra, regula contraria non obstante, attento quòd in Vrbe: Seu si videbitur literæ desuper etiam cum deputatione executorum qui assistant: cum potestate pro illis, ac dictis Consulibus monen. cogen. grauandi, & reaggrauandi, ac citandi per Senatorium edictum, infra districtum iuxta formam statutorum Vrbis, ac etiam per Edictum publicum: constito summariè & extraiudicialiter de non tuto accessu & reassumen. quascunque causas ad instantiā rei uolentis iurisdictionem

Repetitio Clausularum.

Ampliatio iurisdictionis Consulum, quando partes consentiunt.

Facultas citandi infra districtum.

iurisdictionem dictorum Consulum à quibuscunque Iudicibus subijcere, & inhiben. sub quibuscunque poenis pecuniarijs eorum arbitrio præmissorum omnium & singulorum, ac cum qualitate aliorumque circa præmissa necessaria maior specificatio, & expresio eorumdem, & quorumcunque statutorum ipsius artis ipsius Collegij arbitrio etiam cum eorundem præinsertione totiens quotiens eidem Collegio videbitur, semel & pluries, per breue nostrum simul, vel separatum expediri posit.

Facultas reassumendi causas ab alijs Iudicibus, & inhibendi.

Notarius Vniuersitatis nunc est D. Manilius Tondi us Balneatiensis.

Fiat. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Nonis Febr. Anno Sexto.

Visa Philippus Raynoldus Senator.
Visa Vincentius Parentius Conseruator.
Visa Ludouicus Matthæius Conseruator.
Visa Thomas Caualerius Conseruator.

Videat Vicarius. I.

Vis. M. Ant. Archiepiscopus Theat. Vicegerens.

CXIX.

Reuocatio omnium Priuilegiorum, & Confesionalium, ac Maris Magni, & aliarum gratiarum, quibuscunque concessarum, in his in quibus contrariantur Concilio Tridentino.

Ad quod habes sup. const. 37. Cum nos nuper fol. 70 t. cum ibi notatis, & etiam Concil. Triden. sess. 21. cap. 9. De Reformat.

Declarationes vero circa huiusmodi Indulta S. Antonij, vide in const. 136, Ex debito.

Et circa Indulta S. Spiritus in Saxia de Vrbe, Vide infra Grego. 13. constitu. 47. Si inter.

Et circa Indulta Ordinis Redemptionis Captiuorum, vide infra Grego. 13. constitu. 37. Regimini.

Et circa Indulta Archiconfraternitatis Confalonis de Vrbe vide infra Greg. 13. const. 65. Christianæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus diuina dispositione constituti, nihil neque vniuersali Ecclesiæ, curæ & solicitudini nostræ commissæ, salubrius, neque iniuncto nobis apostolicæ seruitutis officio decentius præstare possumus, quam quod prouidentiæ nostræ ministerio oecumenicum Concilium Tridentinum, sicut nostris potissimum auspicijs summaque sanctorum Patrum concordia per Dei misericordiã feliciter absolutum fuit, ita per vniuersos qui Christiana pietate censentur vbique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis ab omnibus æqualiter obseruetur. Cum itaque in eodem Concilio quamplura salubria, & ad vniuersalem morum reformationem valde vtilia decreta atque statuta, maturo præsentium ipsorum examine præcedente, sint ædita, quibus multa, atque diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoriæ, indulta, & vt vocant Confesionalia, & Maremagnũ, & aliæ gratiæ quæ varijs, tã cathedralibus, etiã Metropol. quã collegiatis ecclesijs, monasterijs, cõuentibus, & alijs religiosis etiam Fratrum mendicantium domibus, & ordinibus, Necnon sancti Spiritus in Saxia, Sancti Ioannis Lateranen. ac Incurabilium de vrbe, Sancti Antonij Viennen. & Sancti Bernardi Iuren. alijsque Hospitalibus, Militijs, eorumque Capitulis, & conuentibus, ac vniuersitatibus, etiam studiorum generalium collegijs, tam secularibus, quam ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis apostolorum de vrbe, quam alijs Fabricis, Sanctæ Cruciatæ, alijsque pijs locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & alijs ecclesiasticis, tam secularibus, quam diuersorum ordinũ, & militiarum regularibus, ac etiam laicis cuiuscunque dignitatis, & status, ac gradus, & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis. necnon aliquibus Notarijs, & etiam de latere Legatis, atque Nuncijs, tam perpetuo, quam ad tempus per Roman. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem apostolicam eiusque Legatos hactenus etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, & inuitu etiam de fratrum consilio diuersimode, varijsq. temporibus in genere vel specie ex quauis etiã honesta causa concessa, & etiam pluries confirmatã, & innouata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos quibus in primis cordi est, tam sancta, & Ecclesiæ Dei saluberrima decreta suos vt par est effectus vbique consequi & ab omnibus obedienter obseruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, Confesionalium, Maris magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quaruncumque apostolicarum, & aliarum literarum desuper confectarum, processuumque, decretorum, & aliorum indesecutorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plene insertis habentes: Motu proprio & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quod eadem omnia, & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, Conseruatoriæ, indulta, Confesionalia, Mare Magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus, & singulis in quibus illa statutis, & decretis Concilij huiusmodi cõtrariantur ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilij terminos, atque limites reducta sint, & esse censeantur, nec quicquam aduersus ipsa decreta, & statuta quominus vbique, & apud omnes obseruen-

Causa constitut.

Reuocatio omniũ indultorum & gratiarum quibuscunq. concessorum, in his, in quibus contrariantur Concilio Tridentino.

tur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi, & reputari debere, ac si nunquam emanassent, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus omnia, & singula quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & dispensationum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, confessionalium, & aliarum quarumcunque gratiarum huiusmodi post id tempus quo Concilium obligare cœpit, facta & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in ijs, in quibus dicti Concilij decretis aduersantur, nulla inualida, & irrita esse, & censeri, ac nemini etiam quantumlibet, vt præfertur qualificato, tam in foro quod aiunt fori, quam conscientiæ suffragari posse, & debere. Et ita per quoscunque locorum ordinarios, aliosque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in vtroque foro iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Decreta irritans

Clausula derog.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo Quarto, Tertio decimo. Kal. Martij, Pontificatus Nostri. Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

P. Episcopus Narnien.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quinto, Indictione Sexta, Die vero vigesimaquarta mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. Nostri. Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno eius sexto. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in acie campi Floræ, & Valuis Cancellariæ Apostolicæ per nos Nicolaum de Matthæis, & Camillum Cherubinum S. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Philibertus Chapuis Magister Cursorum.

C X X.

De Iurisdictione, & Facultatibus Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditoris.

Hæc constitutio ampliatur in constit. sequen. & confirmatur per Pium V. const. 1. Cum sicut nobis, & declaratur per eundem Pium V. const. 20. Considerantes, & reformatur per eundem Pium V. in const. 137. Inter illa quæ, vbi notabo.

De materia autem pœnam concord. infra in Grego. 13. constit. 55. Ad generis.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Magistro Alexandro Riario Clerico Bononien. vtriusque iuris doct. capellano nostro, & causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, generali Auditori salutem, & Apostolicam benedictionem.

AD generis nobilitatem, literarum scientiam, eximiamque doctrinam, ac in rebus agendis experientiam, & dexteritatem, nec non fidei, & iustitiæ zelum, ac integritatem, singularemque probitatem, necnon cæteras virtutes quibus illarum largitor altissimus te larga manu multipliciter decorauit, nostræ dirigentes considerationis intuitum, ac indubie sperantes quod ea quæ tibi duxerimus committenda, summa cum prudentia, & exacta diligentia laudabiliter exequeris, dignum quin potius debitum arbitramur, vt personam tuam condignis honoribus, & gratijs prosequamur. Cum itaque officium generalis Auditoratus Curiæ, seu audientiæ causarum Cameræ Apostolicæ, quod nuper dilectus filius noster Flauius S. R. E. presbyter Cardinalis Vrsinus nuncupatus tempore assumptionis de sui qui etiam tunc Ecclesiæ Muran. præerat persona ad Cardinalatus honorem per nos factæ ex indulto apostolico obtinebat, ex eo quod nos illud per assumptionem huiusmodi harum serie vacare decernimus, vacet ad præsens; Nos post longam super hoc præhabitam discussionem, & maturam deliberationem in te de nobili genere procreatum, in vtraque signatura nostra Referendarium, & Prælatum domesticum nostrum oculos nostræ mentis conuertentes, ac de præmissis tuis virtutibus specialem in domino fiduciam habentes, quod tu dextera domini tibi assistente propitia officium huiusmodi scies, voles, & poteris ad laudem Dei, & Apostolicæ Sedis honorem, nostri satisfactionem, & multorum vtilitatem fideliter exercere, teque præmissorum meritorum tuorum intuitu specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspen. & interdicti, alijsque ecclesiasticis sen. cen. & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes: Necnon omnium, & singulorum priuilegiorum, indultorum, facultatum, iurisdictionum, & gratiarum officio præfato, & pro tempore existenti generali curiæ causarum huiusmodi Auditori per fe. re. Iulium II. & Leonem X. ac Clementem VII. & alios quoscunque Roman. Pontifices prædecessores nostros hactenus quomodolibet concessorum, singularumque literarum desuper confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, ac vltimum dicti officij vacationis modum præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & ex certa scientia nostris officium huiusmodi siue præmisso, siue alio quouis modo vacet, cum officio correctoriæ Archiuij Rom. Curiæ alijsque illis annexis, necnon omnibus, & singulis

Officium Auditoratus R. Cameræ Apostolicæ vacauit ob promotionem Flauij Vrsini ad Cardinalatus honorem.

De cuius facultatibus habes sup. in const. 38. Ad generis

Et illud ita Pontifex confert Alexandro Riario Bononiensi cum solitis facultatibus & maxime infra scriptis.

Hic Auditor creatus fuit Card. à Greg. 13.

gulis illius honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, regalibus, & emolumentis cõsuetis, ac facultatibus, indultis, & decretis etiam in ordine, & modo procedendi in causis eidem Flauio Cardinali dum officium huiusmodi exercebat, & alijs qui pro tempore fuerunt eiusdem Curiæ causarum geueraliabus Auditoribus, etiam per dictos prædecessores nostros, xc per nos, & dictam Sedem sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis tam sub plumbo quam in formx breuis, & xlijs ex vsu, stilo, & consuetudine quomodolibet concessis, apostolica tibi xuctoritate, tenore præsentium concedimus, & assignxmus, teque qun adiacris dilecti filij nostri Vitelotij S. Mariæ in Via latx Diaconi Cadinalis Vitellij nuncupati moderni, & pro tempore existentis Camerarij nostri, ac ipsius Curiæ causarum generalem Auditorem, cum honoribus, oneribus, priuilegijs, iuribus, emolumentis, facultaiibus, & decretis præfatis constituimus, & deputamus, ac te in locũ dicti Flauij Cardinalis quo ad huiusmodi Auditoriatus officium eiusque eaercitium substituimus, subrogamus. Tibique per te vel alium seu alios idoneum seu idoneos Locumtenentem seu locumtenentes tuos quos pro tempore duxeris xssumendos, vel deputxndos, de omnibus, & singulis causis, modis, & formis suprx, & infrascripris cognoscendi, & decidendi facultatem concedimus. Ita quod tu in causis obligationum in formx Cam. celebratarum solus (præterquam inter Ciues Romanos inter quos priuilegium illis per nos vltimo loco Motu simili concessum seruari volumus) alij vero quicunque etiam Romanæ Curiæ iudices in similibus causis nullatenus nulloque modo procedere possint. Ac de omnibus, & singulis obligationibus in forma Cameræ vbiuis locorum, & inter quascunque personas factis, & fxciendis, his dumtaxat exceptis quæ in dependentiis à litibus, & causis in eadẽ Camera aut coram aliis Iudicibus pro tempore introductis factæ seu receptæ fuerint, & tunc non per viam censuræ, sed per viam mandati executiui itx quascunque causas quæ de cætero perpetuis futuris temporibus in eadem Curia super ipsis obligxtionibus in alio quam tuo ipsius Auditoriatus Tribunxli præterquam in vim specialis commissionis nostræ de dicta obligatione specialem mentionem facientibus motæ fuerint, in illarum stxtu, gradu, & terminis in quibus reperientur, tua ordinaria auctoritate (exceptis causis in Curix capitolij contra dictos Ciues Romxn. pro tempore iuxta formam dicti sibi per nos concessi priuilegij) motis reassumere, & Iudicibus quibus sunt commissæ, ac coram quibus illæ pendebant, ne in eis aut de illis quoquomodo aut quouis quæsito colore directe vel indirecte se intromittere, præsumxnt, etixm sub sentẽtijs, censutis, & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis arbitrio tuo moderandis, & applicandis inhibere. Ac quicquid secus super his attentari continget, irritum, & inane decernere. Ac solius vigore dictxrum obligxtionum censurxs ecclesiasticas promulgare. Necnon omnes, & singulas spirituales, & ecclesiasticas, & profanas, xc quorumuis eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, eorumque, & nostrorum familixrium continuorum commensalium, necnon quorumcunque prælxtorum in ipsa Curia degentium, ac etiam Imperxtoris, Regum, Principum, ac Communitatum, & vniuersitatum oratorum, necnon dictæ Curiæ officialium eandem curiam sequentium, xc Familiarium eorundem, xe ipsius curiæ causarum huiusmodi Auditoris, Notariorum, & eorum Familiarium Campsorumque, & quorumuis mercatorum, ac pensionum xnnuarum super fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiasticis assignatarum, etiam si exrum solutio non in ipsx curia, sed in partibus sit facienda, & quascunque alias etiam commissarias causas tam Ciuiles, quam Criminales, & mistas coniunctim, vel diuisim in exdem Curia quomodocunque, & qualitercunque motas, & mouendas, & inter quascunque partes etixm per viam inquisitionis aut ex officio quomodolibet pendentes; Ac quæ per appellationem grauaminibus illatis, & inferri comminatis, seu sententijs diffinitiuis, vel interlocutorijs, à quibusuis Iudicibus ordinarijs, & Arbitris, ac Arbitratoribus in curix, & vrbe præfatis (dilectis filijs Vicario nostro ac Gub. & Senatore vrbis præfatæ, & Iudicibus Capitolinis dumtxxat exceptis) & extra eas, à quibuscunque Iudicibus ordinarijs, vel delegatis seu Arbitris vel Arbitratoribus, ac etiam dictæ Sedis Legatis, & eorum Vicelegatis in terris eidem Rom. Eccle. medixte, vel immediate subiectis, aut alijs earum Gubernatoribus, vel officixlibus, & quibusuis in feudum, vel Vicariatum, aut xlias quomodolibet concessis pro tempore lxtis, & promulgatis interpositarum, seu alias xd eandem Sedem etiã per viã proclamationis iudicialis, vel extraiudicialis, aut nullitatis, vel recursus hactenus deuolutæ sunt, & in posterũ deuoluentur, eas videlicet, in quibus non agetur vltra summã ducẽtorũ ducatorũ auri de Cxmera, aut de re verũ præfatæ summæ valorem non excedente, seu quæ inter, & cõtra Mercatores dictæ Curiæ pro quibusuis negocijs ad quamcunque summam xscendant, & inter xc contra Notarios tuos, & eorum familixs pro tempore vertentur, etixm summarie simpliciter & de plano, sine strepitu & figura Iudicij solx veritate inspecta etiam manu regia absque obseruatione terminorum qui de stilo seu ordinatione Palatij Apostolici, aut xlixs ob seruari consueuerunt; xlias vero dictam summam, aut illius valorem exceden. & inter hac contra xlios quam Mercatorem verten. seruatis terminis, & xlias summxrie prout in beneficialibus, Eisque terminis quomodocunque male & nulliter præpostere ac conculcare tentis, pro minori partium dispendio etiam vnico conteatu citatione, & audientia reiteratis, etiam per affixionem citationis pro tempore faciendæ ad vxluas habitationis ipsorum citandorum quo ad obligatos in forma Cameræ & quo ad xlios aliter obligatos vbi non agetur de maiori quxm de viginti ducat. summa audire, & cognoscere decidere & fine debito terminare. Necnon de omnibus, & singulis criminibus delictis, & excessibus, tam in Vrbe, & Curix prædictis, quàm extrx eas per quoscunque tam eiusdem Sedis officiales quam dictxm Curiam sequen. & xlios etiam à iurisdictione ordinariorum exemptos, & præfatæ Sedi immediate subiectos cuiuscunque ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis, etixm episcopalis, vel maioris & per quoscunque xlios cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint perpetratis, vel perpetrandis, tam ad procuratoris Fiscalis denunciationem, & promotionem, quam etiam pxrtium accusationem, vel etiam instigationem seu ex mero officio inquirere, & super illis tam per vixm inquisitionis quam xccusationis seu denuncixtionis, & instigationis huiusmodi procedere, & culpabiles repertos iuxta suorum excessuum exigentiam, & qualitatem punire, dummodo monitoria con. episcopos, vel eorum superiores ad comparendum personaliter nisi prævia commissione manu nostra signata non decernas. Necnon quascunque literas apostolicas generales aut pxrticulares, tam sub plumbo etiam per officium xudientiæ nostrarum literarum contradictarum quam in forma breuis expeditas, & quarum solam signaturx sufficere concessum fuerit, supplicationes per nos, & pro tempore existentes Rom. Pontifices, aut in eius seu nostra præsentix signatas Necnon literas pro tempore existentes Camerarij, & pœnitentiarij maioris nostrorum, dummodo in illis & literis apostolicis prædictis alij executores deputati non fuerint solus, in quibus vero deputati erũt, accumu-

Facultas cognoscẽdi causas per Locumtenentes.

Facultas cognoscendi causas obligationũ in forma Cameræ, vt hic, & sup. in constit. 73. Dilectos, & in constit. hic infra seq.

Ad quod vide & Pij V. constit. 20. Cõsiderantes cũ ab nos.

Facultas reassumendi causas dictorũ obligationũ præterquam commissis vigore rescripti de eis mentionem facientis.

Et vigore talium obligationũ censuras promulgãdi.

Prælatorum, ac Oratorum, & Officialium Rom. Curiæ, & Notariorũ ipsius Auditoris, Campsorumque, ac Mercatorum, & Pensionum etiã alibi soluendarum causas cognoscẽdi.

Appellationũ interpositarũ à sẽtẽtijs in Curia latis (præterquam à Vicario, Gubernatore, & Iudicibus Capitolinis) & latis etiam extra Curiam.

Ad hoc vide declarationem sup. in const. 74 & Pij V. const. 117. illa quæ.

Summarieq; procedendi in causis non excedentibus valorẽ 200. duc. & in causis Mercatorum, & dictorum Notariorum.

Reiterationemq; terminorum vnico contextu, admittendi.

Literasque Apostol. ac & Camerarij, ac Pœnitẽtiarij exequendi.

Quod intelligatur in dicta Pij V. const. 119.

etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & eiusdem S. R. E. Card. sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere: Ac ex nunc irritum, & inane, ac nullius roboris, vel momenti quicquid secus super præmissis aut circa ea à quoquam quauis auctoritate etiam à nobis aut successoribus nostris Roman. Pontificibus pro tempore existentibus absque expresso tuo consensu, & licentia scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca præfato Vitellotio Cardinali, & camerario per apostolica scripta pari motu mandamus quatenus per se, vel alium seu alios, te vel procuratorem tuũ nomine tuo in corporalem realem, & actualem possesionem officij Cuditoratus, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum, ac priuilegiorum, & facultatum prædictorum, seu quasi auctoritate nostra inducat, & inductum defendat, amoto exinde quolibet illicito detentore, faciens te vel pro te procuratorem tuum præfatum ad idẽ officium, eiusq; liberum exercitium, ac honores salaria, & emolumenta in ipsius Flauij Card. locum admitti, tibique de emolumentis prædictis integre responderi, Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus præmissis, ac nostra de non tollendo ius quæsitum, ac alijs quibusuis Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac officij. & Cameræ prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis Communitatibus, & Vniuersitatibus eidem Sedi mediate, vel immediate, subiectis, ac alijs quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate, ac etiam Cardinalatus honore fungentibus personis, ac etiam nostris, & Sedis prædictæ Nuncijs, & Legatis etiã de latere per nos, & prædecessores nostros Rom. Pont. sub quibuscunque tenoribus, & formis, & pro quibuscunque causis etiam motu simili concessis, quibus etiam si de illis specialis specifica, & expressa mentio habenda, & certa exquisita forma obseruanda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat harum serie Motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, ac omnibus illis quæ in præmissis literis concessa fuerunt non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Per præsentes autem non intendimus reformationibus de Auditoratus huiusmodi, & alijs dictæ Curiæ officijs, ac alias quomodocunque per nos factis, etiã Concilij Tridentini decretis, in aliquo derogare, vel alias præiudicare, sed illa in omnibus salua esse, & in suo robore permanere, ac per te, & alios ad quos id quomodolibet spectat omnino inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus. Et insuper volumus, quod antequam tu officium Auditoratus huiusmodi exercere incipias, solitũ de ipso fideliter exercendo in manibus præfati Vitellotij Cardinalis, & Camerarij seu dilecti filij eius locumtenentis præstes iuramentum. Quodq; præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Tu igitur prædictum Auditoratus Curiæ causarum officium huiusmodi prompta deuotione suscipiens sic illud diligenti studio, cura, meditatione, & integritate exequaris, vt tua opera ad Dei laudem, & gloriam, ac earundem Ecclesiæ, & Curiæ bonum publicum, priuatorumque commoditatem, & exemplum laudabile cedant, teque apud nos, & Sedem præfatam merito peramplius recommendent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, assignationis, constitutionis, deputationis, substitutionis, surrogationis, approbationis, confirmationis, innouationis, extensionis, ampliationis, statuti, indulti, inhibitionis, intentionis, derogationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, tertio non. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Decretũ irritans.

Camerarius in. mittat in possessionem officij A. C.

Clausula derog.

Declaratio quod hæc const. non præiudicat Reformationi Auditoratus, & aliorum officiorum, neq; decretis Concilij Tridentini. Reformationem Officij A. C. habes sup. in cõst. 74. Inter multiplices fol. 755.

P. Episcopus Narnien.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

CLXXI.

Declaratio, & Ampliatio Facultatum Auditoris Cameræ Apostolicæ, De quibus habes in præcedenti constitut.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

CVM nos vestigijs prædecessorum nostrorum inhærentes, de officio Auditoriatus curiæ causarum Cameræ Apostolicæ nostræ, vacante per assumptionem ad Cardinalatus honorem, fratris nostri Flauij Vrsini Episcopi Murani, Dilecto filio nostro Alexandro Riario vtriusq; nostræ signaturæ referendario, cum eisdem facultatibus, priuilegijs, honoribus, & oneribus, dicto Flauio, & alijs prædecessoribus Auditoribus concessis prouiderimus, & inter alia quod executio obligationum in forma Cameræ vbicumque celebratarum, solus executor existeret: Sed quia, vt accepimus, nonnulli lucri cupidi quærunt tribunal dicti Auditoris defraudare nouas formas inuenientes, & illarum executionem ad se trahen. videlicet obligando debitores, & alios cõtrahentes vltra obligationem in forma Cameræ, in forma iuris quarantigiæ, & quandoque Ripæ, & Ripetræ, & quandoque sine obligatione in forma Cameræ apponendo in talibus obligationibus consensum in mandatũ executiuum vnica citatione præcedente, vel sine, & vigore talium obligationum, & consensuum in mandatum executiuum, procedunt in alijs tribunalibus executiue per relaxationem dictorum mandatorum, in damnum, & detrimentum dicti Auditoris nostri, taxæ massæ, & sigilli Camerarijs: Volentes propterea malitijs hominum obuiare, & indemnitati dicti nostri Auditoris etiam pro tempore existentis, illiusq; tribunalis, & sigilli Camerariatus prouidere, Motu simili, & ex nostra certa scientia, ac de sedis Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & quoscunque contractus, obligationes, & instrumenta sub similibus formulis in alma Vrbe in futurum celebranda, in tribunali, & coram prædicto nunc, & pro tempore existente dictæ curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Auditore solum, & dumtaxat, prout in obligationibus in forma Cameræ fieri solet, exequi, & executioni demandari posse, & debere, illorumque totalem executionem ad ipsum solum Auditorem ad instar aliarum obligationum in forma Cameræ (saluo tamen Motu proprio Populo Rom. vltimò per nos concesso) spectare, & pertinere,

Facultas cognoscendi (et priuatiue quoad alios) causas obligationum in forma quarantigiæ, ac Ripæ & Ripetræ & in quibus consensum est relaxationi mandati executiui (exceptis in dependẽtibus à litibus coram alijs Iudicibus, & inter Romanos iux. formam const. 73. Dilectos fol. 753.

Ipsumq;

Ipsumque Auditorem quoscunque processus super illis (exceptis in dependentibus litibus incidenter corã alijs iudicibus) posthac inchoandos, auctoritate ordinaria, quarum facultatum vigore, prout in processibus vigore obligationum in forma Cameræ ad se auocare, & iudicibus, coram quibus pendebunt, inhibere posse debere volumus, decernimus, & mandamus, inhiben. propterea quibuscunque Iudicibus aliorum tribunalium Rom. Cur. eorumq; locatenen. tam Ecclesiasticis, quam secularibus, ne in executione, & processibus talium ad instantiam cuiusuis personæ procedere audeant, sub excommunicationis latæ sententiæ, indignationisq; nostræ, ac partibus ipsis, notarijs, executoribus, & officialibus sub eisdem censuris, & pœnis, ac priuation. & amission. officiorum suorum, & quingentorum ducatorum Fisco nostro applican. refectionisq; expensarum parti, & nullitatis processuum, ne cõtra tenorem præsentium se intromittant. Irritum, & inane decernen. si secus super ijs à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibuscunq; priuilegijs, facultatibus, alijs tribunalibus forsan concessis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrarijs quibuscunq; quorum tenores, &c. pro expressis haberi volumus.

Decretum irritans.

Claus. derog.

Fiat Motu proprio. I.

ET cum absolution. à cen. ad effectum, &c. & cum decreto voluntat. prohibition. cassation. & alijs sdpradictis quæ hic pro repetitis habeantur latissime extenden. & quod præsentis sola signatura sufficiat. & vbiq; fidem faciat in iudicio, & extra, & quo ad futura tantum, ac saluis in omnibus reformationibus, & alijs, quæ salua esse volumus in concessione dicti officij præfato Alexandro facta. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum septimo Idus Aprilis, Anno Sexto.

Fiat. I

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua die vero duodecima mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Quarti, anno Sexto suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ in valuis Cancellariæ Apostolicæ & acie Campi Floræ alijsq; locis publicis vt moris est Romæ, necnon die decima tertia eiusdem mensis intimatæ præsentatæ, & notificatæ respectiue fuerunt Illustriss. Domino Philippo Arnaldo almæ Vrbis Senatori, ac Magnificis. D. Io. Mariæ Agazo Brixien. & Theodoro Riueo Parmen. eius, & curiæ capitolij primo, & secundo collateralibus, & successiue die decima quarta eiusdem Reuerendiss. D. Alexandro Pallantiero almæ vrbis Gubernatori, ac D. Claudio Nouene, & Annibali de Stephanellis eius curiæ respectiue notarijs actuarijs, necnon R. P. D. Alphonso Binarino locumten. Reuerendiss. Domini almæ Vrbis Vicarij, & Dominis Simoni Gugnetto, Claudio Desiderio, & Iacobo Butio, eius Curiæ respectiue similiter notarijs, ac Magn. D. Sebastiano Coltrauo curiæ Burgi Iudici, & Francisco Vson dictæ curiæ Burgi Notario, & Francisco Rapa curiæ de Sabellis Iudici, necnõ D. Iosepho Bellano curiæ Ripetæ notario, Romæ in eorum solitis residentijs tribunalibus, & banchis respectiue personaliter apprehensis, copiam impressam earundem suprascriptarum literarum omnibus supranominatis dominis Iudicibus, & notarijs tradendo, & dimittendo, ac alias diuersas in banchis, & officijs curiæ Capitolij, & de Sabellis, alijsq; locis etiam ad maiorem notificationem dimittendo, inhibendo, & supradictis omnibus mãdan. iuxta earundem suprascriptarum literarum formam, continentiam, & tenorem, per me Philibertum Capius præfati S. D. N. Papæ Cursorem.

Præsentatio, & inhibitio.

Deinde eisdem anno Indictione mense, & Pontificatu de quibus supra, die vero decima quarta suprascriptæ literæ præsentatæ fuerunt Magnifico Domino Ferdinando Iudici curiæ Ripetæ modo, & forma superius expressis, per me Iulium Parinum S. D. N. Papæ Cursorem.

Nicolaus de Matthæis Magist. Curs.

C XXII.

Erectio Montis Gabellæ Studij almæ vrbis Vacabilis cum fructibus ad XI. pro centenario.

Hic Mons auctus fuit, cum moderatione tamen fructuum à Greg. 13. in eius const. 81. Dilectos.

De Materia autem eiusdem Studij, & eius Gabellæ habes in Eug. IIII. const. II. A sup. fol. 65. & Iul. II. const. XII. Et si ex debito fol. 158. & Leon. X. const. II. Dum suauissimos fol. 167. & Pauli 4. const. 15. sincera fol. 587. & supra prox. in const. 6. Cum sicut fol. 653.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus nuper dilecti filij Senatus Populusq; Rom. in publico generali eorum Cõsilio, cum debitis solemnitatibus, & modis congregato, considerantes arduas ipsius Populi necessitates præsertim in perficiendo nonnulla opera publicas iam incepta, & alia quorum inchoandorum vrgent occasiones, & sine magno totius populi incõmodo differre, & pecuniæ per Ipsum populum ad operum huiusmodi consummationem commode aliunde haberi nequeunt, quam ex Gabella vini forensis, Gabella studii vulgariter nuncupata, illiusq; emolumentis, super quibus tamen emolumentis reperiuntur retroactis temporibus fuisse impositi diuersi census ascendentes ad summam pretii scutorum Tredecim Millium, ad rationem decem iuliorum pro quolibet scuto, qui anno quolibet ex emolumentis dictæ Gabellæ pro soluendis fructibus ipsorum censuum absorbent 1152. scuta similia, & si census huiusmodi qui cum pacto illos redimendi venditi fuerunt, redimerentur, plura emolumenta quæ in vsus publicos exponi possent remanerent, decreuerũt quod super eisdem Gabellæ fructibus, redditibus, prouentibus, & emolumentis quibuscunque, quæ vltra salaria præstanda Lectoribus studii, & prouisiones quæ super illis diuersis personis reperiuntur esse assignatæ supererunt, & ascendent ad summam duorum millium septingentorum, & quinquaginta scutorum similium, habita ratione præsentis locationis dictæ Gabellæ deberet erigi vnus Mons cum responsione fructuum ad rationem vndecim pro quolibet centenario,

Causa erectionis huius Montis.

rio, pro tot personis quot pecunias suas super illo imponere voluerint, vsque ad cócurrentem quantitaté annui redditus dictorum 2750. scutorum, & ad dictam rationem vndecim pro quolibet centenario pecuniarũ, imponendarum quolibet anno, Ita tamen quod Montia ipsius loca per obitum personarum illa tam ab initio acquirentium quam postea quandocunque, & quomodocunque obtinentium obitum, extinguantur, & amplius vendi nequeant, & quod interim donec omnia eiusdem Montis loca sic (vt præfertur) extincta fuerint & Mons ipse durabit, eiusdem Montis administratio ad ipsum Populum Romanum, & ab illo pro tempore deputatos pertineat. Nos igitur de præmissis omnibus bene, & plene informati, deliberationem prædictam tanquam ipsi populo valde vtilem laudantes, & considerantes, quod ex erectione Montis prædicti ex dicta summa 2750. scutorum emolumentorum Gabellæ prædictæ ad rationem prædictam vendendorum confici poterit summa scutorum vigintiquinque millium, cum quibus redimi, & extingui poterunt prædicti census, ex quorum extinctione redditus ipsi ex dictis censibus non vacabilibus redigentur ad totidem loca vacabilia Montis huiusmodi, & adhuc remanebunt circiter duodecim millia scuta exponenda in operibus infrascriptis, pro maiori personarum pecunias suas in locis Montis huiusmodi exponere volentium securitate, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine quæcunque decreta per Senatum, & Populum præfatos super præmissis, & illorum occasione quomodolibet facta, illorum veriores tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, perpetuo confirmamus, & approbamus, omnesque, & singulos tam iuris quam facti defectus, & solemnitatum etiam substantialium, etiamque quæ de iure in alienandis rebus Ciuitatum interuenire debent si qui interuenerint in eisdem supplemus. Et nihilominus potiori pro cautela super dictis præfatæ Gabellæ emolumentis vnum Montem Gabellæ Studij nuncupandum, summæ vigintiquinque millium scutorum ad rationem decem iuliorum pro quolibet scuto, pro tot personis quot earum pecunias in dicto Monte posuerint, & earum successoribus Infradicendis etiam perpetuo erigimus, & instituimus, ac eidem Monti sic erecto duo millia septingenta, & quinquaginta scuta ex introitibus, redditibus, & emolumentis prædictæ Gabellæ annuatim percipienda, & inret personas prædictas vt infra dicetur distribuenda, quæ ab omni onere, impositione, grauamine, restauro, & quocunque casu fortuito quantumcunque insolito, & inexcogitabili immunia, libera, & exempta sint, & esse censeantur, ac per modernos, & pro tempore existentes Gabellæ prædictæ Conductores seu appaltatores aut administratores quoscunque, qui super hoc in ampliori forma Cameræ se obligare teneantur, seu eorum Depositarium integre, & sine aliqua diminutione singulis annis, & quolibet bimestri in eius siue pro rata personis Montis huiusmodi seu Receptori ab eis deputando solui debeant, similiter perpetuo applicamus, & appropriamus, concedimus, tradimus, & assignamus: Ac quod quæcunque vtriusque sexus personæ cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, etiam si personæ Ecclesiasticæ, & religiosæ, cuiuscunque ordinis, & professionis, seu alias quomodoliaet incapaces existant, super dicto Monte, & ad minus centum scuta similia, & inde supra quamcunque pecuniarum summam ponere, & tam ipsi quam eorum hæredes, & successores, aut alij ab eis causam habituri, pro pecunijs sic positis ad rationem vndecim scutorum pro quolibet centenario ponendarum pecuniarum huiusmodi sine aliquo peccato, & conscientiæ scrupulo recipere, & habere, Ita quod pecuniæ ipsæ, & loca dicti Montis pro illis acquisita per quemcunque, quantumcunque grauia, & enormia delicta, & sententias condemnatorias, ac bonorum confiscatorias desuper latas eis viuentibus confiscari nullatenus possint, sed durante eorum vita, illorum filij seu descendentes, aut illis non existentibus aliorum consanguinei proximiores fructus pecuniarum siue locorum huiusmodi percipere, & habere. Et insuper personæ ipsæ eadem loca inter viuos tantum, non autem in vltima voluntate, neque in articulo mortis, in fauorem quarumcunque personarum quantumcunque incapacium ad instar Rom. Curiæ officiorum, in manibus dictæ Vrbis Conseruatorum pro tempore existen. vel alterius cuiusuis licentia seu auctoritate desuper non requisita, quandocunque eis placuerit in totum vel in partem vendere, & resignare, ac de illis disponere, Ipsique Conseruatores resignationes huiusmodi admittere, ac de eisdem portionibus seu locis per resignationem huiusmodi sic vacantibus personis per resignantes pro tempore nominatis assignare libere, & licite possint, & valeant, Portiones autem, & loca quas, & quæ per obitum illos, & illa obtinentium vacare continget, ipso facto, & absque temporis interuallo extinguantur, & extincta sint, nec amplius alija personis conferri seu quomodolibet concedi possint. Quodque pro singulis personis quæ portiones, & loca huiusmodi tam ab hac primaua erectione quam postea per resignationem seu cessionem illas, & illa obtinentium vt supra facienda acquirent, patentes literæ eorundem pro tempore existentium Conseruatorum concedi debeant, quæ manu eorum Scribæ Senatus, & Notarij Studij dictæ Vrbis subscribi, & sigillo Senatus Populique Romani sigillari, ac per dictum Notarium Studij registrari, & subscribi debeant, ac per scribam Senatus Conseruatorum huiusmodi tam pro scriptura, & subscriptione cuiuslibet patentis, quam pro dicto sigillo vltra tres iulios; per dictum Notarium autem pro subscriptione, & registratura patentis huiusmodi per eum faciendis, vltra duos iulios pro quolibet centenario pecuniarum super ipso Monte (vt præfertur) ponendarum etiam à sponte dantibus exigi nequeat, Quodque ipsorum locorum, & portione Montis huiusmodi ex hac primaua Montis erectione per Conseruatores, & Priorem vendendorum seu vendendarum pretia penes aliquem fide, & facultatibus idoneũ Depositarium per Conseruatores prædictos, & Priorem Capitum Regionum constituendum deponantur, & ad effectum vt ex illis postea census prædicti redimi, & pecuniæ ipsæ in fabricam Studij eiusdem Vrbis vel palatij eorundem Conseruatorum aut in conductionem aquæ Salonis prout nobis, & Rom. Pontifici pro tempore existenti, aut dilecto filio nostro Vitellorio, Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, & pro tempore existenti S. R. E. Camerario magis expediens videbitur, & placuerit, nostroque, & Romani Pontificis vel Camerarij huiusmodi arbitrio, applicari, expendi, & conuerti debeant, Mandata vero huiusmodi necnon solutionum fructuum pro tempore facien. per Notarium Gabellæ prædictæ cum subscriptione Notarij eorundem Conseruatorum iuxta solitum confici, & expediri debere, volumus, decernimus, & declaramus. Mandantes propterea modernis, & pro tempore futuris Conseruatoribus, & Priori prædictis quatenus personis loca, & portiones Montis prædicti (vt præfertur) habituris, & obtenturis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eis, & eorum cuilibet de fructibus, prouentibus, & emolumentis huiusmodi in terminis prædictis integris responderi. Non permittentes personas ipsas super præmissis à quoquam indebite molestari. Contradictores, & molestatores quoscunque etiam auctoritate nostra, & quacunque appellatione postposita, omnibus iuris,

Erectio Montis scutorum 25. mil. [illegible] super Gabella Studij, cũ fructibus ad 11. pro centenario.

Personæ etiã resignatæ in hoc Monte pecunias ponere possunt.

Et Confiscari non possint.

Resignarique & vendi valeant.

Loca vacãtia per obitum, supprimantur.

Conseruatoresq́ Populi Rom. patentes [illegible].

Pecuniæ deponantur apud idoneũ Depositarium ad effectum his expressum.

Ad quod vide [illegible] declarationẽque [illegible].

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

iuris, & facti remedijs compescendo. Non obstan. constitution. & ordination. Apostolicis, statutis, reformationibus, & consuetudinibus Vrbis, & Gabellæ præfatæ etiam iuramento, & confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia robnratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, ac cæteris in contrarium facien. non obstan. quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula Cancellariæ contraria non obstante. Quodque eius exemplis manu dicti scribæ Senatus subscriptis, & sigillo populi sigillatis eadem fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur si idem Motus proprius originaliter foret exhibitus vel ostensus.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, septimo Id. Aprilis. Anno Sexto.

Sequitur declaratio circa applicationem pecuniarum redigendarum in erectione Montis supradicti.

CVM nuper nostris literis Mntu proprio nostro emanstis quas super erectione Montis Gabellæ Studij edidimus, quarum tenores hic pro sufficienter expressis haberi volumus, inter cætera mandauerimus pecunias ex venditione Mntis prędicti ex hac primæua erectione redigendas pęnes aliquem fide & facultatibus Idoneum Depositarinm per Conseruatores Cameræ Vrbis, & Priorem Capitum Regionum constituendum deponi, ad effectum vt ex illis postea census super dicta Gabella impositi redimi, & pecuniæ ipsæ in fabricam Studij eiusdem Vrbis vel Palatij eorundem Conseruatorū aut in conductione aquæ Salonis prout nobis, & pro tempore existenti Rom. Pontifici aut dilecto filio nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupatn, & pro tempore existenti S. R. E. Camerario expediens videbitur, & placuerit nostroque, & Rom. Pont. vel Camerarij huiusmodi arbitrio applicari, expendi, & conuerti debeant: Et quod patentes literæ huiusmodi venditionum, seu resignationis locorum montium fieri deberent per scribam Senatus cum emolumento iuliorum trium pro singulo centenario scutorum, & per Notarium Gabellæ Studij cum emolumento iuliorum duorum pariter pro singulo centenario scutnrum, prout latius in dictis nostris literis sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum septimo Id. Aprilis, Anno Sexto continetur. Nos igitur volentes arbitrium nostrum prædictum, ne aliquando dubitari contingat declarare, & onus soluēdi dictos duos iulios Notario Studij amouere, Motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus pecunias ex hac primæua erectione Montis vt in dicto Motu proprin dicitur redigendas, & vt ibi dicitur deponendas in primis, & ante omnia in extinctionem censuum præfatorum implicandas, erogandas esse, Residuum vero debere expendi, & erogari in fabricam Studij eiusdem Vrbis, necnon in fabricam Palatij eorundem Dominorum Conseruatorum, ac etiam in conductione aquæ Salonis tam pro residuo taxæ veteris quam pro portione nouæ taxæ pro rata videlicet ipsum populum tangentem necnon remanēte salario dicti scribæ Senatus nullum salarium ipsi Notario Studij debere, Reliquis omnibus in dicto nostro Motu proprio contentis in suo robore permanentibus. Et ita per quoscunque &c. sublata, &c. irritum, &c. Non obstan. his quæ in dicto nostro Motu proprio non obstare volumus. Et quod præsentium sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante.

Declaratio circa applicationē pecuniarum redigē datum in erectione dicti Montis.

Placet Motu proprio, & ita declaramus, & mandamus. I.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, decimoquinto Kal. Iunij, Anno Sexto.

C XXIII.

Facultates C. procedendi contra Prælatos, & alios curam animarum habentes, & in eorum Ecclesijs non residentes.

Confirmationem huius const. habes infra in Pij V. const. 178. Cum alias.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM tam per Sacrosanctum œcumenicum Concilium Tridentinum, quam etiam per nostras literas, siue Bullas etiam desuper emanatas, & inter alias sub. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Septimo Kal. Decemb. Pontificatus Nostri Anno Quinto, Mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & alijs quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbiq; diuini prædicatione sacramentorū administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & signanter munera pastoralia, & eis diligenter incumbere, & assistere, aliaque facere quæ in dicto Sacro Concilio, & in dictis nostris literis, siue Bullis continetur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari, & adimpleri possunt, cum gregibus suis non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more oues suas deserunt, & propterea debuissent, & deberent omnes, & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alij in dignitatibus Ecclesiasticis constituti, & præfecti, & quibus animarum cura existit, iuxta diuina præcepta, & prædicti œcumenici Concilij, ac prædictarum nostrarum literarum, seu Bullarum vim, formam, continentiam, & tenorem, ad eorum respectiue Ecclesias, dioec. ac alia beneficia quibus personalis residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiā facien. se se contulisse, ac omnia, & singula in eisdem præceptis, Concilio, & literis siue bullis respectiue contenta adimpleuisse, & obseruasse. Attamen, sicut accepimus, multi, & multi præfatorum præceptorum, & mandatorum contemptores, animarumque suarum propriæ salutis immemores, in dictis dignitatibus Ecclesiasticis, quibus cura animarū imminet, ac Episcopalibus, & Archiepiscopalibus respectiue constituti præmissa facere, & adimplere hactenus minime curarunt, sed distulerunt, & differunt in graue animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ouium suarum perniciosum exemplum, & scandalum, sententias, & cen. & pœnas propterea sibi inflictas temere, & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia cum non sint cōniuentibus oculis, aut impune prætermittenda, sed grauiter, vt cæteris transeant in exemplum, cum iam per tot menses inobediētes fuerint censuras præfatas sustinen. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potesta-

Conc. Trid. & Pont. iste mandarunt omnibus curam animarū habentibus, ut in eorum Ecclesijs resideant, ut habes sup. in const. 45 in suprema [illegible]

Multi tamen residere recusant.

tis

tis nostræ plenitudine, Dilecto filio nostro Alexandro Riario Cameræ apostolicæ Generali Auditori, cui alias etiam seu prædecessori suo viuæ vocis oraculo commisimus, vt dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas Ecclesiasticas animarum curam haben. non residentes, pœnas præfatas in dicto Concilio, & literis, siue bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectualem executionem, aliaque grauiora procederet, viuæ vocis oraculo commisimus totum, quique nonnulla monitoria contra certos Episcopos, & alias personas præfatas in vim commissionis nostræ huiusmodi sibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat, ne in posterum de illius iurisdictione dubitari contingat, denuo eidem Auditori nostro, eiusque officium Auditoratus exercenti auctoritate nostra committimus, & mandamus, quatenus statim tam contra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscunque prælatos, tam in Vrbe, quàm alibi, & vbique locorum existen. & in propriis diœc. non residen. constituto sibi quatenus sufficere videbitur summarie simpliciter & de plano, sola veritate inspecta, & manu regia, de inobedientia prædicta, vsque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde nobis referat, vt nos in Cōsistorio nostro secreto de fratrum nostrorum consilio, vt moris est, ad sententiam priuationis, & depositionis prælatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus, quo vero ad alios curam animarum haben. vsque ad sententiam inclusiue procedat, & exequatur iuxta formam, & tenorem dicti Concilij, & literarum nostrarum prædictarum cum eisdem facultatibus, vt supra, ac alia faciat, & exequatur prout in dictis literis, siue bullis continetur, cum potestate citandi, inhibē. excōmunicandi, suspendē. à diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauandi, reaggrauandi, carcerandi, & brachium seculare decernen. relaxan. & exequendi, aliaque facien. necessaria quomodolibet, & opportuna, Contrariis quibuscunque non obstan. Et quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat, ac vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula cōtraria, & aliis quibuscunque, quibus omnibus expresse derogamus, non obstan.

Ideò Pontifex committit A. C. vt contra eos procedat vt hic.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimoquinto, Indictione octaua, die vero vndecima mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quarti Anno Sexto, supradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ valuis, & in acie Campi Floræ dimissis ibidem in locis prædictis præsentium literarum copiis affixis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Guerardi prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Publicatio.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

XXIIII.

Nuncij Apostolici & alij, non possunt à Principibus ad quos mittuntur procurare fauores, aut illis vti, ad obtinen. dignitates.

De materia autem Nunciorum habes sup. in Pauli 3. const. 16. Licet potestatis fol. 377. cum ibi not. & etiam supra const. 89. Sanctissimus fol. 785.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

ET si Romanum Pontificem quem dominus omnipotens in persona Principis apostolorum Ecclesiæ militāti sponsæ suæ præficere dignatus est, in eius vniuerso corpore à nouis quæ passim in illud irrepunt praeseruando, plurimū decet esse solicitū, in hoc tamen eū multo magis inuigilare necesse est, ne per importunum suorū propriorū Ministrorum qui frequēter ab eius latere ad diuersos orbis Principes peregre mitti solent, ambitum, dum videlicet eorum nonnulli inordinato cursu ad dignitates quaslibet anhelant, & ad hoc Principum fauores demerendo Pontificiam, & Ecclesiæ pro qua missi fuerunt causam vel impudenter prodere, vel certe remissius agere non verentur, genuinus ille clericalis candor deturpetur, debitus Prælatorū pudor inter laicos requiratur, integritatis antiqua persuasio minuatur, & ob illorū flagrantem fidem immoderatamq; cupiditatem Ecclesiasticus ordo scandalose blasphemetur. Sane considerātes quod annis præteritis aliqui quorundam Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum, ac etiam nostri, & apostolicæ sedis Nuncij ad diuersos Principes sæculares etiam pro seriis grauibusque dictæ sedis negociis missi, muneris sui decorisq; nimium obliti in detestandam prælaturarum aliorumq; ecclesiasticorum atq; adeo Cardinalatus honorum ambitionē collapsi, ad illos alia qualibet quam sanctissima Aaronis via peruenire satagētes, commēdatitias super hoc literas, & indebitos fauores ab ipsis Principibus emendicare non erubuerunt. & quod eis recto tramite gradiendo non dabatur assiduis, & quibus non obsequi difficile fuisset Principum efflagitationibus extorserunt, in summet qui per ostium non intrarunt animarum periculum & prauum aliorum exemplum. Nos itaque reseratum his artibus aditum huiusmodi ne cæteris item pateat diligenter occludendum esse censentes, habita etiam cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in Consistorio nostro secreto matura super hac deliberatione, ac de illorum consilio, & vnanimi assensu hac perpetuo valitura sanctione vniuersis & singulis nostris, & quorumuis Roman. Pontificum successorum nostrorum Nunciis, aliisq; ad quosuis Imperatores, Reges, Reginas Duces, & alios sæculares Principes pro tempore ex quauis causa missis, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ sint, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, vel alia maiori præfulgeant dignitate, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maioris excommunicationis latæ sentētiæ, ac priuationis omniū & singulorū Cathedralium etiā Metropolitan. & aliarū Ecclesiarū, ac Monasteriorum etiā Consistorialiū, necnon aliarum dignitatū etiam maiorum, & principaliū personatuum, administrationum, & officiorum, ac Canonicatuum, & præbendarū, cæterorumq; beneficiorū ecclesiasticorū cū cura & sine cura, sæcularū, & quorumuis ordinum regularium, etiā ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulū Commendā Administrationem, & alias quomodolibet, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliorum etiam sæcularium cuiuscunq; qualitatis etiam quæ ex causa onerosa assecuti fuerint, officiorū per eos obtentorū, ac inhabilitatis ad illa, & alia similia vel dissimilia in posterū obtinenda, necnon infamiæ perpetuæ per contrafacientes eo ipso incurrēdis pœnis auctoritate apostolica harum serie districtius inhibemus, ne deinceps similes Imperatorum, Regum, Reginarū, Ducum, aut aliorum Principum secularium commēdationes, preces aut alios etiam vocales, aut in scriptis fauores, ad aliquas Pontificias, aut alias dignitates seculares vel regulares, aut etiam Cardinalatus, vel alios honores, & officia ecclesiastica consequendum, aut sibi vel aliis consanguineis, & necessariis suis quoquomodo per ipsum Roman. Pontificem conferenda, per se vel alium seu alios directe vel indirecte quomodolibet ambire seu procurare, ne ve illis etiā vltro sibi per Principes sponte oblatis vti præsumant vel audeant; eadem auctoritate

Causa istius constitutionis.

Inhibetur Nuncijs & alijs, ne à Principibus ad quos per mittuntur fauores procurent, necessit vtantur ad obtinē. dignitates. sub pœnis hic expressis.

& præsentiū tenore statuentes quod omnes & singuli in præmissis delinquentes nulla alia monitione præcedente,& absq; processu desuper habendo, sententias,& pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrant. Quodq; ad illos sententias,& pœnas huiusmodi damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino conuincēdum solæ Principum ipsorum literæ vel preces etiam per suos apud sedem prædictā Oratores verbotenus porrectæ plenam, indubiam & sufficient em in iudicio,& extra fidem faciant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Ac decernentes ita per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis quanis aliter iudicādi,& interpretādi facultate iudicari,& diffiniri debere. Necnon ex nunc irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignorāter contigerit attentari. Ne quis autem inhibitionis,& statuti prædictorum ignorantiam prætendere valeat, volumus præsentes literas in Basilicæ einsdem Principis Apostolorum de Vrbe,& Cancellariæ apostolicæ valuis per aliquem ex Cursoribus nostris earum exemplum ibi affigendo,& dimittendo publicari, publicationemque,& affixionem huiusmodi singulos & post duos menses immediate sequentes non secus afficere, ligare & perinde arctare, ac si literæ ipsæ personaliter illis intimatæ fuissent. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, statuti, decreti,& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Sexagesimoquinto, Quintodecimo Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Literæ Principū vel eorū Oratorum preces, Sedi Apost. porrectæ sufficiunt ad eō demnan. præfatos inobed.

Decretum irritans.

Forma,& effectus publ.

Clausula derog.

EGO PIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Si mei non fuerint domināti, tunc immaculatus ero.

Ego Io. Mi. Cardinalis Saracenus.	Ego F. Card. Paceccus de Toledo.
Ego Io. Cardinalis Sancti Vitalis.	Ego M. Ant. Card. Amulius.
Io. B. Cicada Cardinalis S. Clementis.	Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego Scipio Cardinalis Pisarum.	Ego M. S. Card. de Alta Emps.
Io. Cardinalis Reomanus.	Ego Franciscus Card. Mantuanus.
Io. Ant. Cardinalis Capisuccus.	Ego Marcus Ant. Card. Columna.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.	Ego Ptolemæus Card. Comensis.
Ego Clem. Card. Aracæli.	Ego B. Card. Lomellinus.
Ego Iac. Card. Sabellus.	Ego Vitellotius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.	Ego Franciscus Card. Alciatus.
Ego Ber. Card. Saluiatus.	Ego Gulielmus Card. Sirletus.
Ego Lud. Card. Simoneta.	

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Indict. octaua die vero quinta mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto, Retroscriptæ literæ affixæ,& publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est, per nos Scipionem de Octauianis,& Io. Andream Rogerium Cursores.

Publicatio.

Alexander Astancollus Magister Cursorum.

C X X V.

Rescissio alienationum infeudationum, & concessionum Terrarum, & locorum S. R. E. ac Sedis, & Cameræ Apostolicæ, sine competenti recompensa, aut necessitate vel dictæ Sedis vtilitate id non exigente factarum.

Sed imo Pius V. alienationes, & infeudationes fieri, & tractari prohibuit, etiam ex causa permutationis,& sub prætextu necessitatis vel euidentis vtilitatis sedis Apostolicæ infra in eius const. 35.

Admonet, vbi posui concord. Materiæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei Memoriam.

APOSTOLICAE seruitutis officium fidei, & diligentiæ nostræ diuinitus traditū nos iampridē excitat,& impellit, vt ipsam sedem & Cameram apostolicam non solum futuris rerum suarum iacturis sartam tectam præstare, sed etiam aduersus illata sibi detrimēta, semotis omnibus omnino iniustis affectibus quoad eius fieri potest integrare studeamus. Sane licet in pontificatus nostri principio frequentibus multorū qui constitutionē per felicis recordationis Paulum Papam IIII. prædecessorē nostrū de rebus Ecclesiæ non alienandis,& de alienatis recuperandis æditam tanquam nimis rigorosam, quippe quę nullam inter alienationes ex causa necessaria vel vtili factas,& alias mere voluntarias ecclesijs damnosas differentiā faciebat, retractari vehementer instabant, querelis inducti, rem in plena signatura nostra cognoscere,& multitudinē querelantium sedare volentes, dictā constitutionē ad terminos iuris cōmunis sub data videlicet tertio idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Primo, reducere quodammodo coacti fuerimus: Nos tamen quos successus temporis experientia longo rerū vsu,& quotidiano pastoralis officij nostri exercitio variis modis edocuit, multas alienationes rerū Ecclesiæ Romanæ sedisq;,& Cameræ prædictarū per aliquos importunis precibus, & aliis variis artibus inductos, Romanos Pontifices prædecessores nostros,& forsan (quod dolenter referimus) per nos, nulla rationabili causa suadente in grauissimā ipsius ecclesiæ læsionē, Dei offensam, populi scandalū,& euidens animarum periculū hactenus factas,& approbatas extitisse, nō solum perspicui huius animarū periculi magnitudine, sed etiā debita erga Deum,& suā cui nos præesse voluit ecclesiā pietate, tum etiā vrgentis cōscientiæ nostræ testimonij religione perculsi, rem omnē cū venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto diligēter duximus perscrutādā, vbi mature cōsiderātes bonū,& fidelē Dei seruū, nihil eorū quæ sibi à domino credita sunt, distrahere, seu negligere, nec aliter quam ex causa vel necessitatis, vel euidētis vtilitatis alienare:

Pauli 4 constit. istam habes sup. fol. 570.

Iste Pontifex illa constitutionē Pauli 4. ad terminos iuris reduxit vt habes sup f. 681 I cōst. 19. Prouida.

alienare: sed cuncta fideliter conseruare debere: Hinc est quod his aliisque iustis de causis moti quarumcunque venditionũ, infeudationum, cõcessionum, & aliarũ quouis nomine nuncupatarũ alienationũ de Ciuitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Feudis, Dominiis, Locis, & aliis stabilibus bonis, ac censibus, & iuribus quibuscunque vbilibet constitutis ad Ecclesiam, Sedem, & Cameram præfatas quomodolibet pertinentibus, & quæ pertinuisse, vel pertinere censeri possent, cuiuscunq; qualitatis, quantitatis, excellentiæ, & quantumuis maximi, vel minimi momenti fuerint, quibusuis personis quauis Ecclesiastica, vel seculari, siue mundana, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Cardinalatus honore, seu Marchionali, Ducali, Regali, vel alia quacunque dignitate, seu præeminentia præditis, aut etiam Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegiis, & aliis per quoscunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac per nos dictamque sedem, ac Cameram ex causa gratiosa, & lucratiua, sine aliqua, vel saltem minime correspectiua, nec competenti recompensa, seu necessitate, vel euidenti dictæ Sedis vtilitate id non exigente, perpetuo, vel ad recipientium vitam, aut alias ad longum tempus, etiam per viam permutationis, hypothecæ, recompensæ, contractus, etiam iurati, etiam de Fratrum consilio quouis colore, vel ingenio, etiam Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cũ quibuluis aduersus quascunque reuocationes, & alias contrarias dispositiones præseruationis, & in pristinum statum restitutionis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam à quocunque quantumlibet longissimo, & immemorabili tempore citra quomodolibet factarum, & concessarum, ac etiam iteratis vicibus approbatarum, & innouatarum contractuumque desuper initorum, & iuratorum, necnon quarumcunque apostolicarum, & aliarum scripturarum aliorumque hic etiam de necessitate exprimendorum tenores, ac quarumcunque litium, & causarum si quę desuper vbilibet, & in quauis instantia pendeant, status, & merita præsentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis, & insertis habentes, de fratrum ipsorum consilio, & assensu vnanimi ex certa scientia nostra, ac de eadem apostolicæ potestatis plenitudine, vniuersas, & singulas venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & alias omnimodas alienationes & contractus præfatos quæcunque, quotcunque, & qualescunque, ac in quorumuis Principum ac Cardinalium, Patriarcharum, & aliorum prælatorum fauorem, vel eorum contemplatione per prædecessores nostros, ac nos, & sedem præfatam necessitate, vel euidenti vtilitate sedis huiusmodi id non exigente, seu sine aliqua vel saltem minime correspectiua neque competenti recompensa vt præmittitur factos, & concessos, ac confirmatos, & approbatos, etiam si quantumuis longissima temporis præscriptione robur sumpsisse dici possint, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo reuocamus, rescindimus, cassamus, irritamus, annullamus, ac viribus omnino vacuamus. Declarantes venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, concessiones, & cæteras alienationes præmissas nequaquam tenuisse, nec tenere, nullumque emptoribus, cessionariis, feudatariis, locatariis, donatariis, aliisque rerum ipsarum detentoribus nec aliquem possidendi titulum per eas quæsitum esse, nec eisdem ecclesiæ sedi, & Cameræ præiudicium afferre potuisse. Ac Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum eorundem habitatores vassallos, & subditos, dictis aliorum detentoribus nullum vassallagii fidelitatis vel subiectionis, aut aliud ius vel obedientiam alienationum huiusmodi, vel etiam iuramenti per eos illis præstiti, quod etiam eis harum serie relaxamus, prætextu debere aut illis astrictos esse. Quinimo detentores ipsos ad eadem Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, & loca sedis & Cameræ præfatis realiter, & cum effectu restituenda, & relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde post obitum concedentis hactenus perceptorum, & in posterum percipiendorum restitutionem in vtroque foro omnino teneri, & ad id etiam sententiis, censuris & pœnis ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis, necnon priuationis quorumcunque aliorum feudorum ecclesiasticorum per eos etiam legitime obtentorum, & inhabilitatis ad illa aliaque deinceps obtinenda, ac aliis iuris, & facti remediis cogi, & compelli posse. Ac decernentes præsentes vim perpetuæ legis habere, neque de nullitatis vitio seu intentionis nostræ vel alio quouis defectu notari seu impugnari posse, sed illas omni exceptione remota validas, & efficaces fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & inuiolabiliter obseruari, Sicque per quoscunq; iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, in quauis etiam de præsenti pendente causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere. Ac irritum quoq; & inane quicquid à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus reductione nostra & litis pendentiis præmissis, ac etiam per nos præstitis iuramentis, & de non tollendo ius quæsitum, aliisque quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, Necnon priuilegiis, indultis, promissionibus, ratificationibus, obligationibus, submissionibus, renunciationibus, & literis apostolicis, detentoribus præfatis, & aliis quibuluis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacissimis, ac insolitis clausolis irritantibusque, & aliis decretis, etiam Motu scientia, & potestatis plenitudine similibus per nos etiam Consistorialiter, & contra tales reuocationes quomodolibet concessis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, nõ autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse paribus Motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Vt autem præsentes ad eorum quos concernunt notitiam facilius deducantur, volumus, & mandamus, quod illæ in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ, ac Cameræ Apostolicæ valuis per aliquem ex nostris Cursoribus affixæ, copia illarum ibi dimissa, vniuersos, & singulos quorum interest, si citra videlicet infra mensem. Si vero vltra montes fuerint infra tres menses à die affixionis huiusmodi computandos perinde afficiant, ligent, arctentque, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, rescissionis, cassationis, irritationis, annullationis, vocationis, declarationis, relaxationis, derogationis, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo sexagesimo quinto, Quintodecimo kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto,

Nunc autem idē Pontifex cassat & annullat, quascunq; alienationes bonorum Ecclesiæ Romanæ, & Sedis, & Cameræ Apostolicæ, sine cōpetenti recompēsa, vel necessitate seu euidenti vtilitate factas.

Declarat eas huiusmodi alienationes aliquam tenuisse.

Vasallosq; nulli ius vasallagij debere occupatoribus bonorum sedis Apost.

Occupatoresq; bona occupata & fructus restituere debere, & pœnas hic expressas incurrere.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

Forma, & effectus publ. Quam habeat in fi.

EGO PIVS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Ego Io. Mi. Cardinalis Saracenus.
Ego Io. Cardinalis Sancti Vitalis.
Io. B. Cicada Cardinalis S. Clementis.
Ego Scipio Cardinalis Pisarum.
Io. Cardinalis Reomanus.
Io. Ant. Cardinalis Capisuccus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.
Ego Clem. Card. Aracæli.
Ego Iac. Card. Sabellus.
Ego Io. Ant. Card. S. Georgij.
Ego Ber. Card. Saluiatus.
Ego Lud. Card. Simoneta.

Ego F. Card. Pacecus de Toledo.
Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
Ego M. S. Card. de Alta Emps.
Ego Franciscus Card. Mantuanus.
Ego Marcus Ant. Card. Columna.
Ego Ptolemæus Card. Comensis.
Ego B. Card Lomellinus.
Ego Vitellotius Card. Vitellius S. R. E. Cam.
Ego Franciscus Card. Alciatus.
Ego Gulielmus Card. Sirletus.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, Indict. octaua die vero quinta mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto, Retroscriptæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est, per nos Scipionem de Octauianis, & Io. Andream Rogerium Cursores.

Alexander Astancollus Magister Cursorum.

C XXVI.

Priuilegia Indulta, & exemptiones Militiæ, & Hospitalis leprosorum S. Lazari Hierosolymitani.

Hæc Priuilegia fuerunt per Pium V. confirmata, & per eundem postea declarata, limitata, & reuocata vt infra in eius const. 28. Sicut bonus, cum ibi notatis.

De Materia autem posui concord. supra in Pij 4. const. 13. Pastoris fol. 662.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.

INTER assiduas Dominici gregis nobis diuinitus commissi non solum à spiritualibus, sed etiam à corporalibus noxis, periculisq; imminentibus, quantum nobis ex alto permittitur, præseruandi curas, illi potissimum, post diuini numinis auxilium frequentibus cordis nostri suspirijs imploratum, omni conatu nobis incumbendum esse statuimus, vt aduersus inexplebilem Christiani sanguinis sitim, quæ in teterrimo illo Turcharum Tyranno cum longo annorum numero pariter in dies adaugeri conspicitur, bellica etiam fidissimorum Commilitonum præsidia comparemus: & nedum temporalis ditionis nostræ, totiusq; Italiæ hostilis classis incursioni vndiq; expositæ portus, & littora validis arcibus, propugnaculisq; firmemus, verum etiam strenuis militibus, qui Cruce redemptoris, & Domini nostri tanquam Dominico stigmate conspicui se se perpetuos pro salute domus Israel propugnatores fore Iureiurando profiteantur, & præstent, præsidia nostra roboremus: antiquasq; Ecclesiæ Dei Militias, ac Hospitalitates (& præsertim pauperum Leprosorum Sancti Lazari Hierosolymitani Hospitalitatem ab illo Sanctissimo viro Basilio magno, vsq; à recolendæ memoriæ Damasi 1. Romani Pontificis prædecessoris nostri, ac Iuliani Apostatæ, & Valentiniani Imperatorum temporibus illustratā, & per Orbem varie ampliatam) & iniuria temporum imminutas, & quasi exauctoratas, pristinæ dignitati restituamus: ac illis, quo promptius votis nostris respondeant, & prisca sua Priuilegia confirmemus, & illa subinde nouorum concessione liberaliter cumulemus. Dudum siquidem, post quam felicis recordationis Innoc. III. & successiue Honorius etiam III. varias, ac diuersas exemptiones, & alias gratias tunc, & pro tempore existentibus Magistro, & Fratribus Hospitalis, seu Domus Sancti Lazari Hierosolymitani, sub regula Sancti Augustini, & Leprosarijs concesserant; eorumque personas, Leprosarias, & alia loca sub sua, & Sedis Apostolicæ protectione susceperant. Et Gregorius VIIII. omnibus Christi fidelibus manus charitatiuas Magistro, & Fratribus Domus Sancti Lazari Hierosolymitani, vel eorum Nuntijs Eleemosynas petituris pro solutione debitorum suorum, & fratrum eorundem sustentatione porrigentibus, viginti dies de iniunctis sibi pœnitentijs, per quasdam relaxauerat: Et per alias suas literas tunc Episcopo Tridentin. mandauerat, vt ipsis Fratribus in suis domibus, siue locis profiteri volentibus, aliquam Regulam ex approbatis, iuxta petitionem sibi ab eis factam, concederet, si expedire videretur. Et Innocentius IIII. per eum accepto, quod licet de antiqua, approbata, & eatenus pacifice obseruata consuetudine obtentum esset, vt Miles Leprosus Domus Sancti Lazari Hierosolymitan. in eius Magistrum assumeretur: verum quia fere omnes Milites Leprosi dictæ Domus, ab inimicis fidei miserabiliter interfecti fuerant, & huiusmodi consuetudo nequibat commode obseruari: idcirco tunc Episcopo Tusculan. per quasdam commiserat, vt, si sibi secundum Deum visum foret expedire, Fratribus ipsis licentiam, aliquem Militem sanum, ex Fratribus prædictæ Domus Sancti Lazari, in eius Magistrum (non obstante consuetudine huiusmodi) de cætero eligendi, au-

Innoc. 3. & Hon. 3. (quorum cōst. hic non habes) multas gratias, Militiæ S. Lazari concesserunt.

Greg. 9. (cuius const. hic non habes) concessit Indulg. 20. dierū porrigentibus eleemosinas.

Innoc. 4. (cuius const. hic nō habes) concessit facultatem eligēdi aliquem Militē non leprosum in Magistrū generalem non obstāte consuetudine contraria.

di, auctoritate Apostolica concederet: Et per alias suas literas medietatem Molendini, quod Ecclesia Romana tunc cum quondam Boetio Camerario suo in Nympha habebat, Magistro, & Fratribus Domus Leprosorum Sanctæ Mariæ Magdalenæ Terracineo. sub annuo censu duodecim denariorum Senatus in perpetuum concesserat. Et Alexander etiam IIII. narrans per quasdam, quod, sicut Canonica constitutione cauebatur, quod Monachi & Canonici Regulares, quocunque modo se in Claustro percussissent, non essent ad Apostolicam Sedem mittendi, sed secundum discretionem, & prudentiam sui Abbatis, disciplinæ subdendi: quod si Abbatis discretio ad eorū correctionē non sufficeret, prouidentia esset Diœcesani Episcopi adhibenda, nisi excessus difficilis foret, & enormis, propter quem merito esset ad Romanam Ecclesiam recursus habendus, statutum hmôi ad Magistrum, & Fratres Hospitalis Leprosorum Sancti Lazari Hierosolymitan. Ordinis Sancti Augustini duxerat extendendum: statuendo, vt in tali casu (nisi maior esset prouidentia requirenda) per Priores suos, qui (sicut audiuerat) presbyteri esse noscebantur, Fratribus absolutionis beneficium impenderetur: Et per alias suas Regulam beati Augustini, quam ijdem fratres se asserebant professos esse, sicut illam eatenus seruauerant, eisdem dicta auctoritate confirmauerat, atque communiuerat eadem auctoritate nihilominus statuendo vt Regula ipsa, ab eisdem fratribus, & successoribus suis perpetuis futuris temporibus obseruaretur Et per alias suas, donationem alias factam Magistro, & Fratribus Hospitalis Leprosorum Sancti Lazari Hierosolymitan. ordinis Sancti Augustini a Federico Roman. Imperatore ante latam in eum depositionis sententiam diuersarum terrarum, possessionum, ac startiarum de suo dominio existentium in Sicilia, Calabria, Vallegratis, Apulia, & Terra Laboris, cum diuersis sæcularium exactionum exemptionibus ratam, & firmam habens, eam auctoritate Apostolica confirmauerat, atque communiuerat. Ac eidem Hospitali, in quo (sicut acceperat) Conuentus Nobilis strenuorum Militum, & aliorum tam sanorum, quàm Leprosorum pro expugnandis inimicis Christiani nominis manere solebat: & quod ad extremam fere paupertatem, propter guerrarum discrimina erat redactum, possessionibus suis pro magna parte à Paganis, & Hostibus Ecclesiæ occupatis, suisque Magistro, & Fratribus, eadem auctoritate, cōcesserat, vt Ecclesiam de Galbij Lincolinen. dioc. in qua Ius patronatus (sicuti asserebant) obtinebant, cedente, vel decedente ipsius Rectore, pro sua releuanda inopia, suis vsibus deputare possent, ita tamen quod perpetuo Vicario in ea seruituro de ipsius prouentibus portio competens, ex qua congrue sustentaretur, & Episcopalia, ac alia ipsius Ecclesiæ onera supportarentur, assignaretur, Diocesani Episcopi iure in omnibus saluo. Et similiter per alias suas Magistro, & Fratribus huiusmodi, eorum necessitatem paterno compatiens affectu, auctoritate prædicta duxerat concedendum; vt de vsuris, rapinis, & alijs male acquisitis, (dummodo illi, quibus eorum restitutio fieri deberet, omnino inueniri, & sciri non possent) Necnon de redemptionibus votorum, auctoritate Diœcesanorum prius factis, (Hierosolymitano dumtaxat excepto) vsque ad summam ducentarum Marcharum argenti recipere valerent, si pro similium receptione alias non essent ab ipso huiusmodi gratiam consecuti, ita quod si aliquid de ipsis ducentis Marchis dimisissent, vel restituissent, vel dedissent illis, a quibus eas accepissent, huiusmodi dimissum, vel restitutum seu datum nihil ad liberationem eorum prodesset, nec (nec quantum ad illud) haberentur aliquatenus absoluti. Et cum ad eius notitiam peruenisset, quod in nonnullis Religiosis, & Leprosorum domibus in districtu Regni Nauarræ, Campaniæ, & Briæ, Comitis Palatini consistentibus locorum Diocesani, Rectores, seu Administratores de nouo ponere, seu instituere præsumebant pro suæ libito voluntatis in earundem domorum non modicum præiudicium, & grauamen, contra antiquam, approbatam, & eatenus pacifice obseruatam in talibus consuetudinem veniendo, volens earundem domorum gratamen indebitum auferre, tunc Abbati Monasterij Orbacen. dicti vel alterius ordinis, Suessionen. diœc. dederat in mandatis, quatenus, si ita esset, præfatos Diœcesanos, vt ab huiusmodi præsumptione omnino desisterent monitione præmissa dicta auctoritate Apostolica, appellatione remota præuia ratione compelleret. Præterea Nicolaus III. declarauerat, quod de redditibus, & prouentibus Leprosariarum huiusmodi, qui in vsus miserabilium, & infirmorum conuertebantur Decima non solueretur. Et Clemens etiam IIII. per quasdam vniuersis Archiepiscopis, & Episcopis, ac alijs Ecclesiarum Prælatis exemptis, & non exemptis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam inobedientes ipso facto incurrere voluit, nisi mandatum huiusmodi diligēter exequi curarēt: Et nihilominus sub pœna priuationis Officij, & Beneficij suorū, præcipiendo mādauerat, quatenus, dū aliqui de dictis Magistro, Fratribus, & Procuratoribus domorum Sācti Lazari Hierosolymitani ad Archiepiscopos, & alios præfatos, & eorum loca pro capiēdis infirmis Leprosis peruenissent, eis in hoc adesse curarent: memores Dominum in lege Moysi præcepisse, quòd omnes Leprosi eijcerentur extra: volens, & ordinās, vt Domino complacebat quod tam mares quàm mulieres Clerici & Laici, religiosi, & seculares morbo Lepræ laborantes per eosdem Fratres, & Procuratores eorum caperentur, & eijcerentur extra cum omnibus eorum bonis tam mobilibus, quàm immobilibus ad habitationem cum alijs infirmis domorum ordinis Sancti Lazari huiusmodi: si vero Clerici, vel Laici mandatum suum in aliquo negligerent adimplere, voluit quod ipsi Fratres, aut illorum Procuratores illos peremptorie citarent, vt coram se comparerent, facturi Iustitiæ complemētum: ac rursus per alias suas mandauerat, quòd Fratres ipsi ipsius Confratriæ ad aliqua loca accedētes pro Eleemosynis colligendis benigne reciperentur, & honeste tractarentur: Ipsique locorum Ordinarij, & ij ad quos spectat, vt permitterent eosdem Fratres in Ecclesijs suis Populum admonere ac eleemosynas colligere, ac etiam Confraternitates facere: illud præcauentes ne occasione illorum eleemosynæ pauperum Christi deperirent, & impedirent opera pietatis: Necnon ipsis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis iniunxerat, vt curarent defendere, & manutenere Fratres præfatos aduersus Parochianos; qui domos illorum inuadebant, aut indebitis molestijs opprimebant. Nec à fratribus, & personis Religionis huiusmodi pro Sepultura quicquam exigeretur, vel acciperetur, nisi ipsa spontanea decedentium liberalitas, vel Parentum deuotio eis contulisset, nec ab eis contra priuilegiorum dictæ Sedis tenorem de omnibus fructibus terræ, quibus propria industria, aut expensis colerent, & laborarent, ac etiam de nutrimentis animalium suorum, sed nec de ipsis animalibus Decimas exigere præsumerent. Quodque ipsi Archiepiscopi, & Episcopi Oratoria pro vsu fratrum, & personarum præfatorum, ac suæ familiæ dedicare, ac Cimiterium benedicere procurarent. Ac quod de cætero Fratres, seu Milites, ac Donatos Militiæ Hospitalis huiusmodi, qui Crucem, & Regularem habitum deponerent, & per abrupta sæculi vagarentur: Quique Prioribus suis contumaces, & rebelles existebant, & bonas detinerent contra voluntates ipsorum, monerent instanter, ac pro Officij sui debito compellerent, vt ha-

Et Hospitali Leprosorum S. Mariæ Magdalenæ Terracin. cōcessit medietatē Molēdini in Nympha.

Alex. 4. (cuius cōst. istam hic nō habes) Prioribus istius Religionis dedit facultatem absoluendi fratres se in Claustro percutiētes.

Et confirmauit Regulam S. Augustini quam di. Fratres profitebantur, vt habes sup. in eius const. 2. fol. 14.

Cōfirmauit eisdē donationem factam à Federico Imperatore eisdē Fratribus, vt in eius constitut. 2. fol. 14.

Et eisdem concessit Ecclesiam de Galbij, vt hic.

Componendi quoque de vsuris, & alijs male acquisitis, & redemptionib. votorum vt hic: facultatē concessit.

Prohiberique fecit Diœcesanis locorum, ne præsumerēt ponere Administratores in Domibus Leprosorum.

Nic. 3 (cuius cōstitutionem hic non habes) exemit à solutiōe decimarum redditus Leprosariarum.

Clem. 4. eisdem Fratrib. concessit facultatem, vndeque suscipiendi Leprosos, eosque ad Hospitalia cū eorum bonis cōducēdi, vt in eius const. 5. Vniuerso fol. 29.

Et voluit eosdem Fratres ad quecūque loca accedētes posse pro colligendis eleemosynis, vt eiusdē Clemen. 4. const. 5. fol. 29.

Exemptionemq; cōcessit a decima de fructibus terræ, & animalib. vt ibidem.

Fratresq; seu Milites, qui cū Priorib. rebelles, aut habitum depōnēt

vt habitum depositum reassumerent, in obedientia Prælatorum suorum deuote, & humiliter perseuerarent, & Bolinas, siue alia Officia per violentiam nullo modo detinere præsumerens, mandatorum suorum contemptores excommunicationis sententia compellerent: eamque vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari facerent. Et nihilominus quibuscunque, qui de facultatibus sibi à Deo collatis Fratribus Hospitalis præfati subuenissent: seque tam sanctæ Fraternitati Collegas ascribi studuissent, eisque beneficia persoluissent, annuatim septimam partem iniunctæ sibi pœnitentiæ relaxauerat: eisdemque locorum Ordinarijs, & alijs curam animarum habentibus commutandi cuiusuis abstinentiæ, & quarumcunque Peregrinationum vota (Hierosolymitano, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum duntaxat exceptis) in pecuniarum subsidium præfatis Fratribus, vel Nuncijs exhibendum, cum super hoc ab eis, vel eorum aliquo fuissent requisiti, dummodo conditione inspecta Nunciorum, & Fratrum præfatorum necessitate pensata (super quibus eorum conscientias onerauerat) pretio, vel precibus, amicitia, fauore, vel odio, cuiuscunque nihil circa hoc, super quibus sciret se vnumquemque eorum redditurum in examine districti iudicij rationem, ageretus in fraudem, vel diminutionem subsidij suprascripti plenam, & liberam facultatem concesseras: Volens, vt huiusmodi pecuniarum subsidium præstandum per vouentes peregrinationes easdem, ad tantam pecuniæ summam extenderetur, quantam vouentes ipsi pro complendo voto peregrinationis huiusmodi personaliter expendissent. Votum autem huiusmodi abstinentiæ iuxta illius arbitrium intenderat redimi, qui votum huiusmodi commutaret. Personis autem Ecclesiasticis volens plenius prouideri: Diocesanis earum dispensandi cum eis, qui cum à Canone, vel ab homine latam excommunicationis sententiam incurrissent, Irregularitatis notam immiscẽdo se diuinis Officijs contraxissent, vel ob id contrahere ipsos contigisset, dummodo tantum erogassent Fratribus, vel Nuncijs supradictis, quãtum expendissent eundo ad Romanam Curiam, & morando in ipsa pro dispensatione huiusmodi obtinenda, & redeũdo etiam ab eadem: nisi forsan in Episcopos, Abbates, vel alios Superiores proprias iniecissent manus temere violentas, postquam ab excommunicationum sententijs, quas incurrerent, vel incurrere ipsos contigisset iuxta formam Ecclesiæ fuissent absoluti; concesserat potestatem. Volens ob reuerentiam ipsius venerabilis Domus, vt ijs, qui eorum Fraternitatem assumpsissent, si forsan Ecclesiæ, ad quas peruenissent, à diuinis officijs interdictæ forent, ipsis morientibus sepultura Ecclesiastica minime negaretur, nisi nominatim excommunicationis vinculo fuissent innodati. Liceretque eis Confratres suos, quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas malitiose sepeliri non permisissent, nisi excommunicati, vel interdicto nominati fuissent, aut publici vsurarij, tumulandos deferre ad Ecclesias huiusmodi Hospitalis: Et oblationes tam pro eis, quàm pro alijs, qui in eorum cemiterijs requiescebant, exhibitas sine alicuius præiudicio retinere. Quodque receptiones Fraternitatis eiusdẽ, seu etiam collectarum saluo iure dominorum suorum sub beati Petri, & sua protectione consisterent. Et si qui eorundem Fratrum, qui ad ess Fraternitates missi fuissent, vel collectas, in quamlibet Ciuitatem, aut Castellũ, vel Vicum, aut alium locum deuenissent, si forte locus ille fuisset à diuinis officijs interdictus, in eorum iocundo aduentu semel in anno aperirentur Ecclesiæ, & eiectis excommunicatis diuina officia ibi celebrarentur, salua tamen in omnibus declaratione Concilij generalis. Mandans etiam eisdem Archiepiscopis, & Episcopis, vt, si qui de Clericis Ecclesiarum suarum præfati Hospitalis Fratribus; cum licentia Prælati, & Capituli sui sponte, ac gratis per annum, vel biennium decreuissent deseruire, nequaquam impedirentur. Et subsequenter Ioannes xxij. Vniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis mandauerat, quatenus in præfatos Magistrum, & Fratres, ac Milites, Clericosque, Donatos, vel Nuncios, aut Ecclesias eorum, (quippe qui nullum habebant Episcopum, vel Prælatum præter Ro. Pontificem supra se, & speciali prærogatiua gaudebant: & in quibus Ordinarij locorum auctoritatem, aut Ecclesiasticam potestatem nequaquam habebant) excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare nullatenus præsumerent, nec eos indebita vexatione grauarent, sed erga ipsos se taliter gererent, quod aduersus eos materiam querelandi suscitare non haberent. Insuper Gregorius x. & seu Alexander iiij. eidem Magistro, & Fratribus Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitan. paterna solicitudine prouidere volens, aduersus nonnullos Religiosos, & Clericos sæculares, & Laicos, qui sub prætextu quæstionis inter eosdem existentis, & cuiusdam prauæ consuetudinis animalia, & alia bona dictorum Fratrum Militum temeritate propria audebant inuadere, & tandiu detinere præsumebant, donec esset eis de huiusmodi quæstionibus iuxta eorum beneplacitum satisfactũ, licet Iurisdictionem ordinariam, seu delegatã in eos non haberent, qua ipsis hoc facere permissum esses, per suas literas auctoritate Apostolica inhibuerant, ne qui occasione prædictæ consuetudinis, tanquam nullo iure subnixæ, eisdem Fratribus, ac alijs supranominatis, seu eorum Nuncijs ab eis per totum orbem destinandis, memoratas inferrent molestias: Ne vt Fratres, & bona sua sine Iuris ordine occupare, inuadere, seu quomodolibet detinere præsumerẽt: Quodque de omnibus fructibus terræ, quibus propria industria, aut expensis colerent, & laborare facerent, ac de animalibus, aut de ipsis nutrimentis animalium, ac alijs quibuscunque bonis suis (si contingeret quod bona præfata, aut fructus huiusmodi, aut animalia ipsa, vel ea eis prouenientia, aliquid per ipsos Fratres, Milites, vel Donatos venderetur, aut emeretur tam pro sustentatione cuiuslibet eorum, aut pauperum Leprosorum, quam pro reparatione cuiusuis domus, aut Hospitalis, siue ecclesiæ præfatæ Militiæ, & per ciuitates aut castra, & oppida portus, pontes, ac nauigia, & loca alia quorũcunque; Regum, & Reginarum, aut Ducum Marchionum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, & aliorum Dominorum in toto Orbe existentium, in quibus pro tempore stare, vel transire, & reuerti deberent) absque aliquo impedimento eos permitterent vendere, vel emere, aut transire, ac reuerti, & præsertim sine cuiusuis pedagij, datij, gabellæ, bullettarum, & quarumcunque exactionum solutione, mandauerant. Et Paulus ij. Magistros, & fratres domus Leprosorum Sancti Lazari extra muros Capuan. eorumque personas, & locum, in quo diuino erant obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ tunc rationabiliter possidebant, aut ea tunc in futurum iustis modis possent adipisci, sub beati Petri, & sua protectione susceperat: Omnesque libertates, & immunitates à prædecessoribus suis, siue per alia Priuilegia, siue indulta eis, & dictæ Domui concessas: Necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum a Regibus, & Principibus alijsque Christifidelibus rationabiliter eis, & eorum Domui indultas, specialiter autem domos, prata, pascua, hortos, vineas, & alia bona mobilia, & immobilia eorum, sicut ea iuste, & pacifice possidebant, eis, & per eos eidem Domui prædicta auctoritate Apostolica confirmauerat: districtius inhibens, nequis de hortis, virgultis, seu eorum animalium nutrimentis Decimas ab eis exigere præsumeret. Et similiter Alexander, Vrbanus, Clemens, & Gregorius Romani

Pontifices

Vagantes contra ... mandauit.

Benefactoribusque, & ingredientibus Societatem istius Religionis septimã partem iniunctæ pœnitẽtiæ relaxauit, vt ibidem.

Facultatẽ quoque dedit Ordinarijs locorũ & alijs, cõmutandi vota in subsidiũ pecuniarũ pro isto Hospitali.

Sepeliri que posse decreuit etiã tempore interdicti, vt ibidem.

Et oblationes exhibitas pro Fratribus defunctis, & alijs requiescẽtibus in eorũ cimiterijs, licite retinere posse, vt ibidem.

Ecclesiasque tempore interdicti semel in anno aperiri, & diuina officia celebrari, in aduentu Confratrum, vt ibidem.

Et Clericos per biennium cum licentia Prælatorum suorum eisdem Fratribus deseruire posse declarat, vt ibidem ...

Ioannes 22. (cuius constitutionem hic non habes) inhibuit Episcopis, & alijs, ne Fratres istos vel eorum Ecclesias, excommunicarent vel interdicto supponerent.

Greg. x. & siue Alex. 4. inhibuit eisdẽ Fratres nõ molestari in animalibus, & bonis, a quibusdam Clericis, sed hanc constitutionem hic nõ habes.

Exemptionemque cõcessit a solutione pedagiorũ, & impositionum.

Pau. 2. (cuius cõstitutionem hic nõ habes) confirmauit quæcũque indulta domui Leprosorum S. Lazari extra muros Capuan. & Fratrib. concessa, & eosdem sub sua protectione suscepit.

Pontificea ſimiliter prædeceſſores noſtri conſideratis charitatis, & pietatis operibus, quæ erga infirmos, & pauperes Hoſpitalis Leproſorū de Colle Peruſin. diœceſis iugiter exercebantur, & quod ad id eiuſdem Hoſpitalis propriæ non ſufficiebant facultates, cupiẽteſque ad eorundem Pauperum cõſolatoria ſubſidia Chriſti populum ſpiritualibus muneribus inuitare, omnibus vere pœnitentibus, & confeſsis, qui deuote ad Hoſpitale memoratū accederent, manumque charitatis porrigerent, Gregorius videlicet vnum annum & vnam quadragenam ſingu li vero reliquorum prædeceſſorum eorumdem centum dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxarant. Et poſtmodum Nicolaus iiij. remiſsiones, & Indulgentias huiuſmodi per ſuas literas approbauerat, & cõfirmauerat: aliaſq; Indulgentias, & peccatorum remiſsiones, Chriſtifidelibus diuerſa Pauperum, & Leproſorum loca, & Hoſpitalia huiuſmodi viſitantibus, & manus adiutrices, ac pias eleemoſynas pro ipſorum pauperum Leproſorum ſubuentione erogantibus, per quaſdam cõceſſerat, & relaxauerat: Ac per alias ſuas ad inſtar dicti Clementis iiij. Cuſtodi, & Fratribus Hoſpitalis Leproſorum Sancti Lazari de Valloncellia, vt illi ad præſtationem procurationum Legatis Sedis Apoſtolicæ, vel Nuncijs, aut exactionum, collectarum, ſeu ſubſidiorum quorumcunque minime tenerentur, nec ad ea ſoluenda per Literas dictæ Sedis, Legatorum Rectorum, vel Nunciorum, cuiuſcunque tenoris exiſterent, aut alia quauis auctoritate in perpetuum compelli non poſſent, conceſſerat: Decernens irritas, & inanes Interdicti, Suſpẽſionis, & Excommunicationis ſententias, ſi quas propter hoc in eos vel eorum aliquem, aut Hoſpitale præfatum in poſterum contigiſſet promulgari. Et Leo X. claræ memoriæ ad Caroli Romanorum, & Hiſpaniarum Regis tunc in humanis agentis preces, Hoſpitalis Sancti Ioannis Leproſorum Panormitan. & Sanctæ Agathæ Meſſanen. ordinis Sancti Auguſtini, olim Hoſpitali Sancti Lazari, tanquam membra capiti ſubiecta, Religionis, & Hoſpitali Capuano Sancti Lazari præfati, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ac membris eorundẽ præfata auctoritate Apoſtolica ſub certis modo & forma perpetuo reſtituerat: dictumque Hoſpitale Capuanum aduerſus ſuppreſsiones, & extinctiones per Inocentium viij. etiam prædeceſſorem noſtrum factas repoſuerat, & reintegrauerat: ac Magiſtro generali, ſeu Præceptori eiuſdem Hoſpitalis, ſeu Domus Sancti Lazari Capuani eiuſdem ordinis Sancti Auguſtini, vt Panormitanum, & Meſſanenſe Hoſpitalia prædicta, cum illa legitimo Gubernatore carerent, acceptare, & de illis perſonis, ſuæ Religionis, prout ante ſuppreſsionem, & incorporationem præfatas diſponere, & ordinare poterat, ac ſi illa non emanaſſent, diſponere prouidere, & ordinare, ac præfatorum Hoſpitalium poſſeſsionem per ſe, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & eiuſdem Religionis nomine retinere valeret, indulſerat: diſtrictius inhibens, ne quis eundem Magiſtrum ſuper præmiſsis aliquo modo moleſtare, impedire, ſeu perturbare valeret. Ac Alexander vj. Nicolaus ij. Honorius etiam iiij. Bonifacius viij. Clemens etiam v. Innocentius vj. Vrbanus etiam iiij. Eugenius ſimiliter iiij. Sixtus etiam iiij. Innocẽtius etiam viij. Alexander ſimiliter vj. Clemens vij. Paulus iij. Iulius etiam iij. & diuerſi alij Romani Pontificea prædeceſſores noſtri eiſdem Magiſtro, & Fratribus, Donatis, & Ordini, illorumque Nuncijs, Officialibus, & alijs perſonis, necnon eorum Hoſpitalibus, Eccleſijs, Præceptorijs, & membris, illaſque, & illa viſitantibus, ac illis benefacientibus varia priuilegia, indulta, libertates, immunitates, & alias gratias conceſſerant. Poſtremo nos illa confirmauimus, & præſertim ſuper iuriſdictione per Magiſtrum generalẽ Hoſpitalis, & Militiæ prædictorum inter eorum Milites, & perſonas exercenda, & iuſtitiam ſuis Præceptoribus, Militibus, Fratribus, eorumque Vaſallis, Subditis, Capellanis, Familiaribus, Seruitoribus, Clericis, Nuncijs, Collectoribus, Donatis, ac quibuſcunque alijs perſonis dicti Hoſpitalis pro quibuſcunque rebus illud, eiuſque Militiam, perſonas, beneficia, & bona concernentibus annexis, connexis, vel dependentibus, aut ſuper dignitatibus, adminiſtrationibus, præceptorijs, officijs, iuribus, iuriſdictionibus, proprietatibus, bonis, fructibus, cenſibus, poſſeſsionibus in quacunque inſtantia, etiam vſque ad vltimam ſententiam incluſiue, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, per Magiſtrum generalem Hoſpitalis huiuſmodi, ſeu ab eo Delegatos iuſtitiam miniſtrando, innouauimus, & aliàs indulſimus, prout in diuerſis tam ipſorum prædeceſſorum, quàm noſtris literis deſuper confectis plenius continetur. Nos igitur volentes dilectum filium Ioannottum Caſtiglioneum modernum Hoſpitalis, & Militiæ prædictum magnum magiſtrum, eiuſque ſucceſſores magnos ipſius Hoſpitalis magiſtros pro tempore exiſtentes, ac Hoſpitale, & Militiam huiuſmodi eorumque Conuentum, etiam amplioribus, quam quilpiam noſtrorum prædeceſſorum prædictorum eos proſecuti fuerint, fauoribus, & gratijs proſequi, ac Hoſpitalitatem ipſius Sancti Lazari, eiuſque Militiam ad miſerabilium pauperum Leproſorum vtilitatem, & contra Piratarum, & Infidelium Chriſtianæ Religionis incurſionem (quantum in domino poſſumus) reſtaurare, augereque, ac eoſdem Ioannottum Magiſtrum, Milites, Fratres, & alias perſonas, ac eorum ſingulos a quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harũ ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes: Necnon ſingularũ prædictarũ literarum tenores præſentibus pro expreſsis habentes, Motu proprio, non ad Ioannotti, aut Priorum, Præceptorũ, Militum, Fratrum, vel perſonarũ prædictarum, ſeu aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine inſtitutionem, & erectionem Hoſpitalis, & Militiæ huiuſmodi, eiuſque tranſlationem olim ad Præceptoriam, vel Domum Capuanam prædictam factam, ac Præceptoriæ, ſeu Domus huiuſmodi incorporationem, declarationes, reuocationes, voluntates, irritationes, monitiones, requiſitiones, promulgationes, vniones, incorporationes, conceſsiones, etiam facultatum aſsignationes, decreta, remiſsiones, inhibitiones, iniunctionem, renouationem, approbationes, confirmationes, ſuppletiones, reſtitutionem, repoſitionem, cõmiſsionem, mandatum, ſuſceptionem, liberationem, exemptionem, ſubiectionem, prohibitionem extenſionem, ampliationem, indultum, & diſpenſationem, regulam, & ordinationem prænominatorum, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum huiuſmodi: Necnon omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, antelationes, exemptiones, libertates, prærogatiuas, indulgentias, indulta ſpiritualia, & temporalia, fauores, & gratias, etiam per modum communicationis, & extenſionis eiſdem Hoſpitali, & Militiæ, ac ſuis Magno Magiſtro, Militibus, perſonis, & membris, per Romanos Pontifices, & Sedem huiuſmodi ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis hactenus in genere, vel in ſpecie conceſſa, approbata, & innouata. Necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, ſingulas eorundem prædeceſſorum tam ſub plumbo, quam in forma Breuis expeditas literas, ac ordinationes, ſtatuta, ſtabilimenta, vſus, conſuetudines, & naturas in eiſdem

Hoſpitali,

Alex Vrb. Clem. & Greg. (quorum conſt. hic nõ habes) indulg. cõceſſerunt viſitantibus Hoſpitale Leproſorum de Colle Peruſin. & porrigentibus manus adiutrices. Quas indulg. reuocauit Pius V. inf. eius cõſt. 10. Et ſi Dñici. e

Nic 4. (cuius cõſt. hic nõ habes) dictas indulgentias approbauit: & alias viſitantib. alia pia loca conceſſit & exemptiones dedit.

Leo x. (cuius conſt. iſtam hic nõ habes) reſtituit Hoſpitali Capuano S. Lazari Hoſpitalia S. Ioannis Leproſorum Panormitañ & S. Agathæ Meſſañ.

Alex. 6. & alij Pontifices, multa priuilegia, cõceſſerunt eidẽ Fratribus & Hoſpit.

Pius autẽ 4 Pontifex ille, omnia priuilegia & gratias per prædeceſſores cõceſſas cõfirmauit, vt habes ſup. in conſt. 25 Paſtoris. fol. 663. & ſignãter cõfirmauit iuriſdictionem magni Magiſtri circa cauſas Militũ &c. vt habes ſup. in conſt. 49. Exponi. fol. 719.

Et ad augendam Hoſpitalitatẽ S. Lazari, & roborandum Milites ad incurſionem contra infideles, idẽ Pontifex alias gratias, & maiores per priuilegia cõcedit, videlicet.

Confirmatio erectionis Hoſpitalis, & Militiæ S. Lazari Hieroſolymitani, & tranſlationis ad Hoſpitale Capuanum. Hoc idem fecit Pius V. infra in eius conſt. 38. Sicut bonus.

Confirmatio omnium priuilegiorum, & gratiarum Hospitalis & Militiæ S. Lazari Hierosolymitani quatenus Concilio Tridentino non repugnent. Hanc confirmationé Pius V. declarauit subsistere, quatenus sint in viu, & alienationib. non præiudicét, vt in dicta eius const. 28.

Hospitali, Militia, & Religione edita, & introducta, & quascunque Apostolicas, aliasque desuper confectas literas sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam Motu, & scientia similibus, ac alias quomodolibet concessas cum omnibus, & singulis decretis, & alijs clausulis in eis contentis, aliaque omnia, & singula inde secuta quæcunque eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso inserti forent, præsentibus pro expressis, & insertis habentes (quatenus decretis Concilij Tridentini tamen non repugnent) Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo approbamus, confirmamus, ac etiam plenarie innouamus, & concedimus, ac innouata, & concessa esse volumus. Necnon illa ad Hospitale præfatum ad præsens in Capuana, & non in Hierosolymitana Ciuitate consistens, illiusque Magistrum, Priores, Præceptores, Fratres, & personas præfatos extendimus, & ampliamus: eaque omnia valida, & efficacia existere, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, suosque effectus sortiri, ac ab omnibus quauis dignitate, & præeminentia fulgentibus etiam sub sententijs, cęsuris, & pœnis in eis contentis perpetuo inuiolabiliter obseruari decernimus. Necnõ Hospitale: eiusq; mẽbra, & pertinẽtias vniuersa aduersus suppressiones, & extinctiones, appropriationes, applicationes, vniones, annexiones, incorporationes, & alias contrarias dispositiones olim per sanctæ memoriæ Innocentium viij. & Pium ij. ac forsan alios Rom. Pont. etiam prædecessores nostros, & Sedem præfatam etiam Consistorialiter vel Motu, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus hactenus quomodolibet emanatas, in pristinum, & eum, in quo, antequam illæ emanarent, erant statum, eisdem auctoritate & tenore restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac restituta reposita, & plenarie reintegrata esse decernimus, & declaramus. Necnõ litteras inde emanatas, omniaque, & singula in eis contenta, suppressiones, & extinctiones huiusmodi concernentia auctoritate, & tenore prædictis reuocamus, cassamus, irritamus & annullamus, ac pro reuocatis, cassis, irritis, ac nullis, & infectis, & viribus omnibus vacuis haberi volumus. Et potiori pro cautela in præfato Hospitali eandemmet Præceptoriam, quæ in eo (ut præfertur) erat, quæ Conuentualis, & caput aliarum Præceptoriarum dicti ordinis existat, ac priuilegijs, indultis, fauoribus, exemptionibus, libertatibus, iurisdictionibus, auctoritatibus, & facultatibus, ac demũ iuribus omnibus, quibus ante illius suppressiones, & extinctiones prædictas vtebatur, potiebatur, & gaudebat, vti potiri, & gaudere debeat, ac in eorum omnium possessione reali, & actuali, in qua prius erat, ex nunc existat, & esse censeatur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Præceptoria præfata nunquam suppressa, & extincta, seu alijs vnita fuisset, de nouo erigimus, & instituimus. Et eisdem Hospitali, Militiæ, suisque Magno Magistro, Cõuentui, Fratribus, ac Militibus quod ipso Ioannotto, & pro tempore existentibus Magnis Magistris cedentibus, vel etiam apud eandem Sedem decedentibus, seu ipsum Magnum Magistratum alias quomodolibet, etiam per liberam resignationem in nostris, vel successorum nostrorum pro tempore existentium Romanorũ Pontificum manibus dimittentibus, vel amittentibus, & illo quouis modo vacante; Conuentus eiusdem Militiæ, insimul vbi voluerint pro tempore congregati, alium Magnum Magistrum, iuxta eiusdem Religionis, & Militiæ stabilimenta de consensu sui Protectoris edita vel edenda, quæ dicto Concilio Tridentino minime sint contraria, eligere: qui ex nunc, prout ex tunc, & e contra, postquam sic electus fuerit, eadem auctoritate Apostolica, confirmatus sit, & esse censeatur: et ita perpetuo statuimus, & ordinamus. Necnon eisdem pro tempore existenti Magistro, & Conuentui principalem ipsius Militiæ sedem ad quemcunque locum etiam maritimum, eisdem Magistro, & Conuentui visum, etiam quotiens sibi placuerit transferre: Habitumq; suum Regularem, ac etiam Crucem, etiamsi de suis antiquis habitu, cruceque appareat, vel non appareat, in eum meliorem, qui sibi videbitur modũ (citra tamen aliarum Militiarum, & Religionum præiudicium) reformare, in toto, vel in parte immutare, vel stabilire, ac innouare: Regulamque stabilimenta, & statuta dictæ Religionis, & Militiæ de consensu sui Protectoris instituere, & reformare, seu de nouo condere, edere, & quoties eis placuerit, illas, & illa corrigere, & immutare (dummodo licita, & honesta nec eidem Concilio contraria existant) toties, quoties voluerint. Necnon eidem Ioannotto & pro tempore existenti Magno Magistro, vt quæcunque, quotcunque, & qualiacunque, etiam qualitercunque qualificata beneficia ecclesiastica de Iure Patronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione existentia, & personale seruitium in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus non requirentia (dummodo illis animarum cura non immineat) etiã si illa Archipresbyteratus rurales, aut dignitates, vel nomen dignitatis habẽtia (extra tamen Cathedrales & Collegiatas Ecclesias consistentia) etiã si Præstimonia, aut Præstimoniales portiones existãt, vel alia simplicia, aut Monasteria (nõ tamẽ Cõsistorialia) vel alia beneficia ecclesiastica regularia, cura tamen, & Conuentu carentia, fuerint, accedente tamen consensu patronorum, & sine præiudicio ea obtinentium, & ipsis cedentibus, vel decedentibus, in Præceptorias, Commendas, Capellas, aut Ecclesias ipsorum Hospitalis, & Militiæ perpetuo erigere, instituere, dictæque suæ Militiæ perpetuo incorporare, applicare, & appropriare: Ac illarũ fundatoribus, vel dotatoribus Iuspatronatus, & præsentandi dictis Magistro, & Conuentui, vel eorum deputato personas idoneas ad Præceptorias, Domos, Capellas, seu Ecclesias, & Hospitalia huiusmodi, pro tempore vacantia, perpetuo præseruare, & concedere, & eisdem Magistro, & Conuentui sic à patronis præsentatos, iuxta stabilimenta dictæ Religionis, Ordinariorum locorum, & quorumuis aliorum consensu minime requisito, in illis instituere, ac alias illas conferre, & de eis prouidere: Ita tamen quod ibi debitus diuinus cultus per personas idoneas, etiam si dicti ordinis fuerint, ab Ordinario approbandas in eisdem exerceatur: Necnon quod Hospitalia, Leprosariæ, & alia loca quæcunque vbi vllo vnquam tempore fuerit, sit, vel erit Hospitalitas Leprosorum, seu Infirmorum Sancti Lazari nuncupatorum, etiam si Iurispatronatus Laicorum sint, Militiæ, & Hospitali Sancti Lazari huiusmodi subiecta, & incorporata, & ad ius, & proprietatem, ac adomnimodam dispositionem, institutionem, & collationem moderni, & pro tempore existentis Magni Magistri, & Conuentus eorundem iuxta ipsius Militiæ, seu Religionis stabilimẽta (saluo tamen Iurepatronatus) pertinere cẽseantur, prout alia etiam dictæ Religionis, seu Militiæ Hospitalia, Capellæ, Oratoria, beneficia, & loca spectãt, & pertinẽt, dũmodo in illis Hospitalitas debita seruetur, & cultus diuinus nullatenus diminuatur, ac in illorũ fundatione, vel dotatione secus non fuerit ordinatum, saluis tamen legitimis titulis: & præscriptionibus, & salua Iurisdictione Ordinariorum, tam ea, quæ de Iure communi eis competit, quam quæ ex decretis dicti Concilij Tridentini eisdem est attributa: Præterquam tamen in ijs casibus, in quibus Concilium prædictum expresse (vt præfertur) exemit, & excepit Religionem Sancti Ioannis Hierosolymitani, in quibus, & hæc Sancti Lazari Religio pariter excepta, & exẽpta sit, & esse cẽseatur. Et insuper Militibus, ac Presbyteris, & Capellanis Hospitalis, & Militiæ Sancti Lazari huiusmodi nunc, & pro tẽpore existentibus, ac eorum singulis, tã Clericis, quam Laicis, etiam

Restitutio Hospitalis, & eius mẽbrorũ aduersus suppressiones Inno. 8. & Pij 2. Hanc Pius V. etiã cõfirmauit, vt in dicta eius cõst. 28.

Erectio Hospitalis Capuani, in caput Præceptoriarum ordinis S. Lazari.

Electio Magni Magistri facienda per ipsum Conuentum & Milites, eo ipso cõfirmatus censeatur per Sedem Apost. Sed Pius V. abrogauit ... (partly illegible)

Facultas Magni Magistri, & Conuentus ... (partly illegible) ... Sed Pius V. ... decreuit ... fore necessariam licentiam Sedis Apost.

Habitũ & Crucem reformandi, Regulã quoq; & stabilimenta de consensu Protectoris corrigendi. Erigendi in Cõmendas beneficia de Iurepatronatus Laicorum. Quod limitauit Pius V. ibid. & postea abrogauit in cõst. 71. Sacro Sanctum.

Quæcunque loca sub inuocatione S. Lazari, in quibus est, vel sit Hospitalitas infirmorum subiecta sint Hospitali S. Lazari, & ad liberã dispositionẽ Magni Magistri, & Conuentus pertineant.

& cōiugatis, & bigamis, vt vnā vel plures pēsiones annuas vsq; ad sūmā quingentorū ducatorū auri de camera nouorū super quorūuis cathedraliū,etiā metropolitanarū, & aliarū ecclesiarū,ac earū mēsarū,etiā Patriarchaliū,Archiepiscopaliū,& Episcopaliū,necnō etiā Monasteriorū,etiā Cōsistorialiū,Prioratuū,Canonicatuū,& prebēdarū,dignitatū,personatuū,administrationū,& Officiorū,aliorūq; beneficiorū ecclesiasticorū cū cura, & sine cura secularium,& quorūuis ordinū regulariū qualitercūq; qualificatorū fructibus,redditib.prouētib.iurib. obuētionib.& emolumentis,ac distributionib.quotidianis alias canonice sibi reseruatas,seu reseruandas,vel loco pensionū annuarum oēs,& singulos,ac quoscunq; similes fructus,redditus,& prouentus,iura,obuentiones,& emolumenta quæcunque,ac etiā distributiones quotidianas sibi reseruata,& reseruanda,etiā si post illarū,vel illorum reseruationē vxorem duxerint,& bigami effecti fuerint,recipere,seu retinere,& ad vitā percipere,exigere,& leuare,ac in suos vsus,& vtilitatē conuertere:Illasque,cum primū ipsa Militia S.Lazari in aliqua expeditione contra Infideles militare cœperit,in toto,vel parte simul,vel successiue quādo sibi videbitur, etiā in mortis articulo,in cuiusuis personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ , aut Canonici Cathedralis Ecclesiæ manibus ,& in Fratrum Militum dictæ Militiæ S.Lazari , vel cuiuscunq; personæ , seu quarumuis personarū etiam quæcunque, quotcunque,& qualiscunque beneficia ecclesiastica obtinentiū,& expectantiū fauorē absq; aliquo possessorum beneficiorum hmōi desuper habendo consensu, etiā absq; super præsentibus conficiendarū literarum tanquā notoriarū præsentia,seu ostēsione,vel visione,aut alia solēnitate in Ro.Curia,vel extra eam,in omnib.& per oīa perinde,ac Militibus S.Pauli,& Pijs nuncupatis per Sedē Apost.indultū est,etiā citra Cruciatæ obligationē, trāsferre:ac eisdē personis nominandis ipsas pēsiones reseruare,etiā absq; aliqua literarum Apostolicarū expeditione: ac alia desuper necessaris facere libere,& licite valeant:eisdē auctoritate,& tenore de speciali gratia concedimus,& indulgemus,ac plenā,& liberam licentiā,& facultatem illis impartimur:Et cū ipsis Militibus desuper,ac etiā,vt ipsas pensiones vna cum dictæ Militiæ S.Lazari Hospitalibus,vel Præceptorijs,aut alijs beneficijs,quoad vixerint,retinere possint,dispensamus.Et insuper idem Hospitale S.Lazari,ac illius Prioratus,Præceptorias,Domos,Cameras,Hospitalia,& loca quæcunque,necnon Magistrum,Priores,Præceptores, Milites,& personas,ac eorū subditos,vasallos,colonos,& seruitores,nunc,& pro tēpore existentes,etiā presbyteros curam animarum exercentes,quādiu illam exercuerint,& in illorū obsequijs fuerint,ac illorum res,animalia,prædia,domos,molendina,& bona quæcunque,quæ obtinent,& possident,ac in futurum canonice obtinebunt,& possidebunt, sub B.Petri,& dictæ Sedis,atq; nostra protectione suscipimus: Ac ab omni Iurisdictione,correctione,onere,statutis, bannis,dominio,superioritate,& potestate quoruncunq; Patriarcharum, Archiepiscoporum , Episcoporum , & Prælatorum,necnon quorumcunq; temporalium Dominorum quauis potestate etiam Imperiali,Regali, & Ducali fulgentium,ac Vniuersitatum,& illarum Regentium,etiam(præterquam dicti Hospitalis) Ordinariorū tam spiritualium,quàm temporalium vbicunq; tam citra, quàm vltra montes, & mare constitutorum cuiuscunq; dignitatis,status,gradus,ordinis,& conditionis existentium illorumq; Vicariorum,& Officialium, Locatenentiū, & Iudicum nunc,& pro tempore existētium,quorumlibet:Necnon a solutione,& exactione passagij, arreragij, gabellæ,datij,tractæ,collectæ,procurationis,iocundi aduentus,Iurium etiam synodalium censuum, & decimarum,etiam nualium etiam hortorum,pratorum,piscationum, & molendinorum (sed quæ cuilibet accessus nullatenus directe,vel indirecte prohiberi possit) & terrarum, quas per seipsos , vel alios eorum nominibus etiam colonos,arrendatarios,& emphyteutas excolent,& de quibus fructus percipiēt,& cuiusuis alterius oneris personalis, realis,seu mixti,ordinarij,vel extraordinarij vbicunque,& ex quacunq; causa impositi, vel imponendi pro tempore,liberamus,& eximimus,ac nobis,& dictæ Sedi immediate subijcimus: Illosque, & illa, etiam si in quibuscunque statutis,literis,constitutionibus,& regulis,etiam per nos,& Sedem præfatam pro tempore editis, nominatim,specialiter,& expresse grauarentur,seu onerarentur,semper immunes,liberos,& exemptos, ac exemptos,& nobis,ac successoribus nostris Rom.Pont.immediate subiectos,ac immunia,libera,exempta, & subiecta esse decernimus:Ita quod Archiepiscopi,Episcopi,Prælati,Ordinarij,Vicarij,Officiales,Locatenentes,& Iudices præfati,etiam ratione delicti,vel contractus,seu rei de qua agetur,vbicunque committatur delictum, inîater contractus,aut res ipsa consistat,nullam in eos,vel ea iurisdictionem,correctionem, seu potestatem exercere: Aut excommunicationis,aliasue sententias, censuras, & pœnas promulgare:aut etiam ratione personarum, vel rerum,animalium,ac bonorum suorum ad aliquam solutionem Pontium,Fontium,Furnorum,Murorum,seu etiam aliarum ecclesiarum,quam dictæ Religionis,etiam si forsan hactenus per abusum,seu alterius priuilegiū, aut negligentiam,etiam per longissimum tempus taliter obseruatum non fuerit: Quæ omnia etiam præscriptiones nullo pacto,saltem imposterum,quominus huiusmodi exceptionibus vti possint,obstare volumus, & decernimus eos coarctare,aut alij quicunque cuiuscunque ecclesiasticæ , vel mundanæ dignitatis, aut præeminentiæ, status,gradus,vel conditionis existant etiam locis,& terris S. R. E. etiam immediate subiectis , & ad instātiam cuiuscūque Principis,seu Communitatis sub excommunicationis latæ sententiæ,seu Quadrupli,vltra damna, & expensas restitutionis pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, ne eos in iudicio vel extra super præmissis,vel eorum vsu,seu possessione, vel quauis directe,vel indirecte quouis quæsito colore , vel ingenio molestare,impedire,vexare,aut alias quomodolibet impetere,præsumant,debeant,seu etiam valeant.Sed Priores, Milites,& aliæ personæ Hospitalis,& Militiæ S.Lazari hmōi de Iustitia coram solo Magno Magistro, & Conuentu, vel eorum Deputato respondere debeant: Decernētes quoscunque processus contra illos,vel eorum aliquē tam per ipsos locorum Ordinarios,vel eorum Vicarios,seu quouis alios,quàm Magistrum, vel eius deputatum præfatos pro tempore factos , & quaslibet etiam excommunicationis,vel suspensionis,aliasque sententias promulgatas nullas,& inualidas,nulliusque roboris,vel momenti fore.Nec omnino aliquis ex Hospitalis, & Militiæ S. Lazari Fratribus,Donatis,Seruitoribus,Vasallis,& Colonis in Prioratibus,Commendis,Domibus,Hospitalibus, Leprosarijs,membris,aut alijs quibusuis beneficijs,prædijs, siue Grangijs quomodocunque à dicto Hospitali dependētibus,in quibuscunq; locis,sub quorumcūq; Patriarcharum,Archiepiscoporum,Episcoporū, Vniuersitatū, Hospitalium , Rectorum ecclesiarum limitibus, & Iurisdictione , constituti , Decimas, aut Canonicam portionem , seu charitatiuum subsidium , aut Quartas nuncupatas , seu alias quascunque collectas , seu contributiones tā ex antiquis eorum culturis, quàm ex recenter cultis noualibus alicui quouis modo soluere teneantur. A quibus omnibus exactionibus,atque etiam nouo subsidio dilecto filio nostro Philippo Hispaniarū Regi in suis Regnis per quoscunque Romanos Pōtifices prædecessores concesso,& canonica portione , seu Quarta nuncu-

Facultas Militib. pensiones transferendi etiā in articulo mortis, & in fauorem cuiuscunque personæ, tēpore quo Militia est in expeditione contra Infideles.

Ad quod vide reuocationē Pij V. I d.cōst.28.& 70.

Suscipiūtur sub protectiōe Sedis Apost. M. Magister personæ,res, & bona , ac iura quæcunq; d.Religionis,& Militiæ S.Lazari Hierusolymitani.

Quod dicit hic de bonis,intellige de bonis Hospitalis. vt in d. Pij const.28.

Exēptio à Iurisdictiōe quorūcūq; Dominorū spiritualiū. & tēporaliū præterquā d. Religionis Ordinariorum.

Quod tñ intelligi iuxta terminos Cōc.Trid. & salutis eius decretis,vt in d. Pij cōst.28.

Exemptio à decimis impositionibus Collectis, &c.

Quod dicit hic rarū,&c intellige beneficiorū Hospitalis ,& in d. Pij V. const.28. Et vide etiā Pij V.consti 166. Et si ea quæ.

Exēptio a iurisdictione Ordinariorū procedit ratione delicti , vel cōtractus seu rei. Hoc declarauit & limitauit Pius V. tribus modis in d. eius constit.28.

Quod dī hic de bonis, intellige non tamen de patrimonialibus vt per sūs. v.ibi. Milites , & aliæ personæ Hospitalis corā M.Magistro vel Deputato super prædictis tantū conueniri debeant.

Quod declarat Pius V. ibidem.

Exēptio eorūdē a solutione Decimarū Collectarū culturis Hospit.

Quod intellige de illis qui nō solummodo alij Milites talia priuilegia habentes , vt d. Pij V. cōst.28.

Exemptio à solu ne subsidiorum. Licētia extrahen di frumenta ex locis dictæ Mi litiæ, illaque ad quæcunque fide liū loca sine da tio asportandi. Reuocationē hu iusmodi licētia rum habes infra in eius cōst. 133. Exēptio etiā pro bonis Patrimo nialib. post emis sam professionē. Quod declarat Pius V. in d. con sti 28. Iurisdictio Ma gni Magistri, & Conuentus, inter personas dictæ Religionis, & Mi litiæ. De qua Iurisdi ctione habes etiā sup. in const. 49. Expone.

Milites, & aliæ personæ Religio nis hmōi prohi bentur corā alijs quam corā iudi cibus Religionis inter se litigare. Hoc idē hēs sup. in d. const. 49. Facultas Magni Magistri proce dendi cōtra ino bedientes, etiam ad priuationem quorumcunq; be neficiorum, &c. Facultas eius dem ad se aduo candi quascūq; causas persona rum Religionis. Quod limitat Pius V in d. sua const 28 quoad causas corā alijs iudicib. introdu ctas, & pendētes.

Exequēdiq; sen tentias & rem iu dicatam. Appellationes a sententijs Iudi cum Hospitalis ad Magnū Magi strum, & Conuen tum, & ab eis ad Capitulum gene ralem iuxta for mam stabilimē torum deuol uantur. Rescripta & or dinationes Ma gni Magistri, & Conuentus, exe quantur, absque alicuius licētia, nec per quēcūq; etiā Ducali, aut Regali dignita te fulgen. impe diri possunt.

pata in Franciæ Regnis imposita, Necnon a quibuscunque alijs facultatibus Regibus huiusmodi, & alijs Princi- bus concessis, vel concedendis in futurum, omnia dicti Hospitalis loca, vt præfertur, necnō ecclesiarum quomo- docunque a dicto Hospitali dependentium Fabricas libera, & liberas, & exemptas esse declaramus, atque volu- mus. Et insuper quod præfati Magister, & Cōuentus, Priores, Præceptores, aut quicunque alij ex dicti Hospitalis Fratribus per quoscunque locorum, aut Terrarum Dominos tam spirituales, quàm temporales, etiam si Regali dignitate præfulgeant, etiam in terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab extractione frumenti, ordei, vini, olei, legu- minum, & quorumuis fructuum atque etiam pecuniarum ex Prioratibus, Commendis, membris, domibus, gran- gijs, alijsue præfati Hospitalis locis prouenientium, nullo vnquam modo impediri possint, quominus præfata omnia pro sua possessorum voluntate in quæcunque fidelium loca ab omni pedagio, datio, seu tracta, libera, & exempta valeant asportare: Et bona etiam patrimonialia Magistri, Priorum, Præceptorum, & Fratrum, ac alia- rum personarum huiusmodi tam acquisita, quàm in posterum acquirenda, aut illis quouis modo, etiam ex con- cessione Apostolica, vel Magistrali pertinentia ex die emissæ per eosdem Priores, Præceptores, Fratres, & per- sonas professionis, vt præfertur, ab omnibus Decimis, & alijs oneribus libera, immunia, & exempta existant: Et quod quælibet querelæ, quæstiones, lites, causæ, & controuersiæ, quas ex nunc inter Fratres, & subditos Hospita- lis, & Militiæ Sancti Lazari nunc præsentes, & futuros, ex quibusuis occasionibus oriri, & moueri cōtigerit quo- uis modo, cum omnibus suis incidentibus, emergentibus, cōnexis, & annexis, ac omnium cuiusuis appellationis, (præterquam in defectus aut denegatæ Iustitiæ vel illati perperam contra stabilimenta, & consuetudinea dicti Hospitalis grauaminis casibus) remoto obstaculo per pro tempore existentem Magistrum, & Conuentum dicti Hospitalis, seu illos ex Fratribus, quibus ipsi Magister, & Conuentus id commiserint, etiam vsque ad tertiam dif- finitiuam sententiam inclusiue audiantur: Necnon iuxta laudabiles consuetudines, et stabilimēta Hospitalis hu- iusmodi, & alias prout iuris fuerit debito fine decidantur: Omnesque, & singuli Priores, Præceptores, Milites, & Fratres Hospitalis præfati postquam de mādato, seu auctoritate Magistri, seu Conuentus præfatorum in qui- busuis ea prædictis contra eos intentandis causis ad comparendum coram ipsis, & Commissarijs per eos, vt præ- fertur deputatis in locis quātumcunque ab eodem Hospitali remotis citati fuerint, coram eisdem Magistro, Cō- uentu, & Commissarijs, prout contigerit, legitime comparere debeant, & teneantur. Iuri, & Iustitiæ secundum stabilimenta, approbationes, vsus, & laudabiles consuetudines præfati Hospitalis pariturus Quodque illi ea Prio ribus Præceptoribus, Fratribus et subditis præfatis, qui cōtra eorum aliquem super quibusuis querelis, rebus, vel negocijs (præterquam in casibus præfatis) coram alio, quam præfatis Magistro, et Conuentu, ac per eos pro tem pore datis Commissarijs in causam traxerint, et ad alium, quam ad eosdem appellationes quascunque interpo- suerint, causas huiusmodi prorsus perdant, et excommunicationis sententiam incurrant: neque super qua contē- derint, priuati existant eo ipso: Necnon moderno, et pro tempore existēti Magistro, et Conuentui Hospitalis hu iusmodi iuxta illius stabilimenta, et laudabiles cōsuetudines, ac mores in Prioratus, et Præceptorias, Domos, Ho spitalia, membra, bona, et loca quæcunque, necnon quoscunque Priores, Præceptores, Fratres, et personas Hospi talis, & Religionis huiusmodi, ac illorum Vasallos, subditos, & seruitores vbicunque, tam citra, quam vltra mō tes nunc, et pro tempore constitutos, et commorantes (qui omnes Magistro, et Subdelegatis ab eo firmiter tam personaliter, quàm realiter omni exceptione cessante, et quocūq; a nobis, vel Sede prædicta obtēto, vel obtinen- do Indulto non obstan. parere, et obedire teneantur) plenariam, et omnimodam etiam meri, et mixti imperij iu risdictionem, et superioritatem, Ipsique Magistro contra rebelles, et suis mandatis non obedientes etiam vigore literarum Apostolicarum, etiā in forma Breuis a nobis, et successoribus nostris pro tempore emanatarum serua- tis quatuor terminis ad docendum se paruisse, et satisfecisse in loco Conuentus Hospitalis huiusmodi post legi- time executam primam citationem ad mulctam, siue pœnam personaliter iuxta mores, & stabilimēta prædicta, seu etiam priuationem habitus, & beneficiorum, domorum, & prædiorum per eos obtentorum procedendi, vel etiam, si magis expedire videbitur, beneficia, domos, & prædia ipsa ad manus suas, seu Receptorum dicti Hospita lis reducendi, & donec ipsi inobedientes contumaciā purgauerint, vel debita onera persoluerint, siue seculares, aut alterius ordinis Regulares beneficia dicti Hospitalis possidentes fuerint, pro suo arbitrio retinendi, illorūq; fructus, redditus, & prouentus arrendandi, & percipiendi: Necnon causas prædictas, ac omnes, & singulas lites, & querelas siue in Romana Curia, tam in Auditorio nostro, quam per Commissiones, siue extra eam, super qui- busuis dicti Hospitalis beneficijs, ac bonis, & pecunijs ærarij, & Fratrum quorumcunq; seu super eorundem deli ctis, etiam si ex aduerso aliqui Clerici seculares, vel Regulares, aut laici extiterint, & actiue, seu passiue alias iu- xta formam stabilimentorum & Priuilegiorum prædictorum in dictis causis quomodolibet, & in quacunq; in- stantia interuenerint hactenus motas, in quibus tamen non conclusum sit, & in futurum quouis prætextu mouen das, in quibusuis instātijs pendentes, quarum status, & merita etiam præsentibus haberi volumus pro expressis ad nos aduocamus: ac illas eisdem Magistro, & Cōuentui per eos: vel ab eis deputatos iuxta formam dictorum stabilimentorum, & laudabilium consuetudinum prædictorum in statu debito reassumendas, & decidendas com mittimus, eosq; quorum intererit citandi, & quoties opus fuerit inhibendi etiam sub censuris, & pœnis eccle- siasticis tam in Curia prædicta, quàm extra eam, facultatem concedimus: Necnon illorum sententias, & rem iu dicatam per Priorem ecclesiæ dicti Conuentus, et sub censuris, & pœnis ecclesiasticis contra condemnatos, etiā in Curia prædicta, tam realiter, quàm personaliter exequi mādamus: ita quod alibi, quam in dicto Hospitali, aut extra illud ex Magistri, & Conuētus commissione iuxta stabilimenta, & vsus huiusmodi cognosci, & terminari nequeant: Nec a sententijs per Iudices dicti Hospitalis pro tempore latis ad alium, quam Magistrum, & Conuē tum prædictos, seu Iudices ab eis deputatos in quauis instantia, neque a sententijs per ipsum Magistrum, & Con silium latis alio, quam ad ipsum generale Capitulum, siue per ipsius Hospitalis Fratres, siue per ipsos subditos, & vasallos quoquo modo appellari possit: quinimo illi vsque ad tertiam sententiam in eodem Conuentu procede re teneantur: Et similiter quod omnes sententiæ per eosdem Magistrum, & Conuētum latæ, omnes item com- missiones, citationes, collationes, & omnia denique eorundem Rescripta ad omnes suæ Iurisdictioni subdi- tos, ac reliquos etiam, quorum intererit, causas, lites, seu querelas coram ipsis pertractari, directe exequi, & à nullis locorum, & Terrarum Dominis etiam Ducali, aut Regali dignitate fulgentibus aliqua ratione ex- pectandi cōsensus, seu alio quouis quæsito colore in eorundē executione impediri possint: seruato tamen in eis exequendis datæ ordine: Ita quod eorū vltima primis anteferri nequeant: Ac quod cōtra Clericos seculares, seu

laicos

Laicos Prioratus, Præceptorias, Domos, et alia beneficia Hospitalis huiusmodi occupātes, seu illi, aut eius communi ærario, seu Fratribus occasione responsionum annuarum, vacantium, mortuariorum, annatarū, passagiorū, arreragiorum, seu alias quomodolibet debentes, siue agant, siue conueniantur, & in quauis instantia ad causam veniant, Magister, & Conuentus præfati modo, & forma quibus contra ipsius Hospitalis Fratres procedi consueuerit, libere procedere, & eos Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, & alijs beneficijs huiusmodi alias iuxta formam Priuilegiorum prædictorum priuare valeant, concedimus, & indulgemus: Necnon personas in dignitate ecclesiastica vbilibet constitutas, & quoscunque locorum Ordinarios, ac eorum Vicarios, & Officiales, necnon Canonicos Metropolitan. & aliarum Cathedralium, aliarumque ecclesiarum Prælatos, & Rectores per eosdē Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos pro tempore eligendos, in eorum Conseruatores, qui quamdiu exercuerint dictum officiū a nemine quominus illud exerceant sub aliquo prætextu impediri, vel molestari possint, deputamus, ita quod ipsi electi sub excommunicationis latæ sententiæ pœna eosdem Priores, Præceptores, & Fratres, ac eorum singulos aduersus inferentes eis, aut eorum seruitoribus, & familiaribus iniurias, seu grauamina, vel damna in personis, rebus, & bonis, seu exigentes ab eis vectigalia, datia, pedagia, gabellas, collectas, aut alia onera, defendere, & præseruare, ac omnem eorum iurisdictionem exercere: necnon sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas contra rebelles, & inobedientes cum effectu promulgare, ac omnibus facultatibus, conseruatoribus dicti Hospitalis, & illius personarum per quascunque literas Apostolicas quomodolibet concessis vti, ac priuilegia Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus, præfatis pro tempore concessa eis obseruari facere debeant, & teneantur: Ac iura mortuariorum, & vacantium, necnon arreragiorū, passagiorū, & aliorum quorumcunque, ita vt quæuis personæ cuiuscumque ecclesiasticæ dignitatis existentes beneficia Hospitalis huiusmodi pro tempore obtinentes illa soluere omnino teneantur, & astricti sint: ac ad id etiam sub sententijs, censuris, & pœnis ecclesiasticis, ac alias iuxta eorundem priuilegia priuationis, & apprehensionis beneficiorum ad manus suas remedijs cogi possint, solui mandamus. Necnon exemptionem & liberationē præfatas, ita quod Magister, Priores, Præceptores, & dicti Hospitalis Fratres, Capellani a quocunque Catholico Antistite sub Romanæ Sedis obedientia constituto sacros ordines, etiam extra tempora a iure statuta tribus diebus festiuis suscipere, & in quibusuis tam secularium quàm regularium Ecclesijs absque alicuius licentia celebrare possint: Et ipsi Magister, & Conuentus, necnon Prior Ecclesiæ, aliique Priores, & præceptores iuxta limites suarum iurisdictionum, & administrationum veri ordinarij iuxta formam stabilimentorum, & priuilegiorum prædictorum existant, & esse censeantur: Necnon Magistrum, & Conuentum quoscunque, & singulos Priores, ac Cōmendatores suorum Prioratuum, & Commendarum, fratres, seu Religiosos delinquentes, vel inobedientes cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentes, etiam si quauis etiam Apostolica exemptione fungantur, in quocūq; loco quātumuis priuilegiato, & quauis etiam Imperatoris, Regum, seu aliorum Principum etiam ecclesiasticorum Curia per se, aut suos Officiales, & ministros capere, & incarcerare, ac captos à se, vel eorum nomine liberare, & ad Hospitale præfatum per Magistrum, & Conuentum præfatos iuxta eorum constitutiones, & stabilimenta puniendos sub debita custodia transmittere, & transmitti facere libere, & licite posse: Ac tam ecclesiasticos, quam seculares Officiales, & locorum Potestates ad eisdem Magistro, & Conuentui, Prioribus, Commendatoribus, alijsque in præmissis assistendum, ac auxilium, consilium, fauorem, & iuuamen præstādum sub excommunicationis, & alijs censuris, & pœnis ecclesiasticis teneri, & obligatos fore: Ac omnes & singulas speciales, & generales, etiam mentales reseruationes, expectatiuas, mandata de prouidendo, coadiutorias, concessiones, vniones etiam perpetuas, necnon alias præuentiuas gratias, et literas Apostolicas super Prioratibus, Præceptorijs Rectorijs, Domibus, locis, & mēbris, ac alijs beneficijs ecclesiasticis dicti Hospitalis quouis modo nūcupētur, etiam in Angliæ, Castellæ, Legionis, ac Valentiæ Regnis, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Flandriæ, quōcunque, & qualitercunque, etiam cum quibusuis fortissimis, & insolitis etiam derogatoriarū derogatorijs clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, ac inhibitionibus quibusuis etiam non dicti Hospitalis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiam Cardinalatus honore fungentibus, & functuris, etiam ex quibusuis iustissimis, & vrgentissimis causis, etiam per nos, & Sedem præfatam tam in genere, quam in specie concessas, & concessa, & quasuis etiam præuentiuas, & restitutorias, ac præseruatiuas clausulas in se continentes, & continentia eorum vim, & effectum reuocamus, cassamus, & annullamus, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac nemini suffragari posse, neque debere, nec per eas cuiquam in Prioratibus, Præceptorijs, dignitatibus, domibus, locis, et membris, ac alijs beneficijs, Hospitalis huiusmodi, vel ad illa ius acquiri potuisse, vel posse, neque coloratum titulum possidendi tribuere, sed illis non obstantibus Magistrū, et Conuentum præfatos coniunctim, vel diuisim iuxta consuetudines, et stabilimenta huiusmodi Hospitalis de Prioratibus, Præceptorijs, Domibus, locis, et mēbris, ac alijs Hospitalis beneficijs huiusmodi libere disponere potuisse, et posse, et sic iudicari debere, ac quicquid secus super his attentari contigerit, irritum, et inane decernimus: Ac omnes, et singulas expectatiuas, reseruationes, antianitates, mandata de prouidendo, concessiones, coadiutorias sine cōsensu, et omnes alias gratias, et literas super Prioratibus, Præceptorijs, ac quibusuis alijs beneficijs dicti Hospitalis quomodocunque, et qualitercunque (absque Magistri, et Conuentus præfatorum consensu) quibusuis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam Cardinalatus honore fungentibus, ex quibusuis causis etiam onerosis hucusque concessas, & concessa, etiam quasuis clausulas illarum ab huiusmodi reuocationibus præseruatiuas in se continentes, et continentia, similibus scientia, et potestatis plenitudine pro reuocatis, cassatis, et annullatis huius perpetuo valituræ constitutionis edicto per præsentes decernimus, & ordinamus: Necnon omnes, & singulas collationes, prouisiones, vniones, annexiones, & incorporationes ac quascunque alias cōcessiones, & dispositiones de Præceptorijs, Cameris Magistralibus pro tempore nuncupatis seu illarum fructibus, redditibus, & prouentibus quibusuis personis cuiuscunque status ordinis, vel conditionis extiterint, quauis consideratione, & sub quacunque verborum forma, ac cum quibusuis clausulis derogatorijs etiam Motu, & scientia similibus, ac cum expressa derogatione iurium Magistri dicti Hospitalis, seu annuæ responsionis illi faciendæ hucusque auctoritate Apostolica factas, nullas, & inualidas, nulliusq; roboris, vel momenti fuisse, & esse decernimus: Et quatenus viribus subsistere dicerentur, reuocamus, cassamus, irritamus, ac illas, & quas in futurum etiam cum expressa derogatione literarum nostrarum huiusmodi fieri contigerit, pro infectis haberi volumus: Monentes, & requirentes omnes, et singulos earūdem Camerarū Magistraliū, et

Facultas M. Mag. & Cōuentus, procedendi contra quoscūque detinentes bona, & bona huius Religionis, seu non soluentes deb. eorū communi ærario. Sed Pius V. in d. eius constit. 38. decreuit, quod rei cōueniantur coram eorum Iudicibus ordinarijs.

Milites & aliæ personæ Religionis, possint quālibet personā in dignitate eccles. constitutam, eligere in eorum Cōseruatorem. Quæ facultas fuit postea per Pium V. ibid. limitata.

Obtinentes beneficia Hospitalis, tenentur soluere iura mortuariorum &c. Ad quod vide P. V. reuocationem in constit. 63.

Facultas sumendi ordines etiam extra tempora. Quod limitauit Pius V. ibidem.

M. gn. Magister Conuentus, Priores, & Præceptores, intra limites suarum iurisdictionum, veri Ordinarij sunt.

Facultas capiendi in quocūque loco quomodolibet priuilegiato Religiosos delinquentes, & eos coercendi. Sed Pius V. ibidē limitauit id nō licere in Curia Romana.

Annullatio gratiarum præuentiuarum quolibet concessarū super locis Religionis absq; consensu M. Magistri et eius prouidendi quibuscūq; nō obstantibus. Quod intelligitur de his quæ non sunt sortita effectum vt in d. Pij V. constit. 28.

seu locorum detentores, seu possessores, qui nunc sunt, aut pro tempore erunt prætextu concessionū, prouisionū, & dispositionum quarūlibet, quæ ab alio, quam pro tempore existentem Magistro dicti Hospitalis hactenus emanauerint, & in futurum emanabunt, etiam a dicta Sede, vt infra duorum mensium terminum Camerarum, & locorum per eos pro tempore detentorum, seu possessorum, huiusmodi possessionem vacuam, liberam, & expeditam Magistro dicti Hospitalis, aut illius legitimo procuratori tradant, & assignent. Alioquin ex nunc prout ex tunc in omnes, & singulos qui non paruerint, seu alijs vt non pareant suaserint, aut alias auxilium, consilium, vel fauorem præstiterint excommunicationis sententiam promulgamus, & eos in illam incidisse declaramus: a qua nisi in mortis periculo constituti ab alio, quam Romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium obtinere nequeant: Et præter sententiam excommunicationis huiusmodi, si dicti Hospitalis fratres fuerint, & excommunicationis sententiam huiusmodi per mensem animo sustinuerint indurato, Prioratibus, Præceptorijs, & Officijs præfati Hospitalis per eos tunc obtentis eo ipso priuati, & inhabiles ad illa, & alia in posterum obtinenda existant: Possitque per Magistrum, & Conuentum præfatos de illis sic vacantibus per priua-

Facultas Magni Magistri apprehēdēdi possessionē. beneficiorū Religionis q̄ deinde vacauerit ab alijs quā M. Magistro.

tionē huiusmodi libere disponi, Liceat quoq; Magistro pro tēpore existēti Hospitalis huiusmodi dicto termino decurso per se, vel procuratores suos possessionē Camerarum, & locorum eorundē propria auctoritate liberē apprehēdere, ac illorum fructus redditus, & prouentus percipere, ac in suos, & eius Magistralis mensæ vsus, & vtilitatem conuertere, & retinere, cuiusuis licentia super eo minime requisita: Præterea similiter perpetuo statuimus, & ordinamus, quod ea nunc de cætero perpetuis futuris temporibus Prioratus, Præceptoriæ, & mem-

Loca Religionis nō cōprehēdantur sub reseruationib. Apost.

bra quæcunque dicti Hospitalis, quæ pro tempore qualitercunque vacauerint tam in Romana Curia, quàm extra eam sub quibusuis generalibus, vel specialibus reseruationibus Apostolicis factis, & quas fieri contigerit de beneficijs ecclesiasticis etiam apud Sedem præfatam pro tempore vacantibus, vtpote ad hospitalitatem, & fi-

Loca huius Religionis per Magnū Magistrū, & Conuentū duntaxat, & nō alios, cōferri debent personis dictę Religionis.

dei tuitionem ordinata, nullatenus includantur, nec reseruata, vel affecta existant, sed Hospitalium pauperum, quæ sub reseruationibus ipsis non includuntur, quo ad id sortiantur naturam: Debeatque de illis per pro tempore existentem Magistrum, & Conuentum præfatos dumtaxat, & non alium iuxta stabilimenta præfata Fratribus dicti Hospitalis prouideri, & quas fieri contigerit per nos, aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac dictam Sedem, vel eius, aut alia quacunque auctoritate de illis reseruationes, prouisiones, collationes, commendas, vniones, & quascunque alias similes, vel dissimiles dispositiones, et exemptiones Prio-

Exemptiones Militū nō suffragētur quo ad debita cōmunis ærarij, & obedientiā Magni Magistri, & Conuentus.

rum Præceptorum, & Fratrum, a Magistri, & Conuentus præfatorum obedientia, & superioritate, aut debitis per eos præfato ærario responsionibus annuis, & alijs iuribus quacunque ratione, vel causa etiam Motu, scientia, ac Potestatis plenitudine similibus, etiam cum expressa derogatione posteriorum literarum quarumcunque quæ etiam per nos in contrarium fortasse fieri contigerit, nullius penitus sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus pro infectis: Nec censeatur statuto huiusmodi vnquam derogatum per quascunque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias fortiores, & efficaciores, nisi dum, & quotiens ipsarum posteriorum literarum de verbo ad verbum vere, & non per clausulas id importantes inserto tenore de ipsorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio derogari contigerit, nec etiam tunc, nisi ad id Magistri, & Conuentus præfatorum expres-

Collationes locorū Religionis, per alium quam Magnum Magistrū, & Conuentum factæ, nullę esse. Quod limitauit Pius V. ibid. quo ad loca apud Sedem Apost. vacā. Et vide etiā eiusdem Pij V. constit. Sacrosanctū. Rescisio, alienationū in dānum Religionis, etiā de licentia Sedis Apost. sine cōsensu Magistri, & Conuentus factarum.

sus accedat assensus, & non aliter, nec alio modo: Et semper in huiusmodi, quæ sic fient de consilio præfato, derogationibus censeatur apposita clausula, quod effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conuentus præfatorum, & non aliter, nec alio modo: Decernentes collationes, prouisiones, commendas, vniones, reseruationes, & alias dispositiones quaslibet, quas per alium, quam Magistrum, & Conuentum præfatos de eisdem Prioribus, Præceptorijs & membris etiam apud Sedem ipsam pro tempore per obitum, vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem vacantibus, fieri contigerit, etiam si per nos, & pro tempore existentem Romanum Pōtificem fient, & illis quibus sic fient, nullum ius, nullumque coloratum titulum tribuere possidendi: Et eos quo ad omnes effectus etiam constitutionis nostræ de triennali possessore non molestando, pro meris detentoribus sine titulo haberi, & reputari: Ac quascunque donationes, concessiones, locationes, inuestituras, & alias alienationes cēsuum, redditiuum, iurium, iurisdictionum, & locorum quorumcunque ad Prioratus, Præceptorias, Domos, Hospitalia, Beneficia, & loca Hospitalis hmōi pertinentium in illorum lęsionem, iacturam, vel detrimētum, & per personas dictæ Religionis, etiam cum renunciationibus, pactis iuramentis, & pœnis desuper appositis, & adiectis, ac instrumentis, & literis desuper confectis, & confirmationibus forsan inde secutis etiam de licentia dictæ Sedis, absque tamen cōsensu, seu expressa licentia Magistri, & Cōuentus præfatorum, quacunque præscriptione, seu lōgissima pacifica possessione, & detentione non obstantibus: Necnon quoscunque accessus, ingressus, & regressus, ac coadiutorias ad Prioratus, Præceptorias, Domos, Hospitalia, & alia beneficia Hospitalis huiusmodi (præterquam ea causa onerosa, & de consensu dictorum Magistri, & Couentus) etiam per nos, & prædecessores nostros

Pius V. ibid. prohibuit sol. 8mo. do de cætero nō alienari.

præfatos concessos similiter cassamus, reuocamus, & annullamus, ac irritamus, nulliusque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decernimus: Ac census, redditus, iura, iurisdictiones, & bona alienata huiusmodi, ac

Cassatio omniū accessuū, regressuum præterquā ex causa onerosa & de cōsensu Magni Magistri cōcessorum.

etiam per quoscunque etiam seculares occupata, vsurpata, & detēta ad ius, & proprietatem dicti Hospitalis, seu illius Prioratuum, Præceptoriarum, Domorum, Hospitalium, & beneficiorum prædictorum reducimus: Illaque in integrum aduersus concessiones donationes, & alias quaslibet alienationes prædictas, nec non inuestituras illarum prætextu quomodolibet quauis auctoritate factas, & concessas in integrum, ac pristinum, & eum statum, in quo antea erant, restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illarumq; detentores cuiuscunque dignita-

Loca, bona, ac iura Religionis occupata, reducātur ad ius, & proprietatem d. Hospitalis.

tis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes ad illorū relaxationē per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia cogi, & compelli posse volumus: Et similes alienationes de cætero sub excommunicationis latæ sententiæ, & priuationis beneficiorum per eos obtentorum pœnis per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis fieri prohibemus, & si fiant, illas viribus omnino carere decernimus. Et quod Hospitalia, Le-

Prohibitio alienationis bonorū Hospitalis.

prosariæ Capellæ, Oratoria, Beneficia, & alia pia loca huiusmodi etiam in alma Vrbe, & alijs quibuscunque terris, dominijs, & locis sub dicti Sancti Lazari inuocatione fundata, constructa, ædificata, & erecta, & quæ in posterum perpetuis futuris temporibus fundari, construi, ædificari, & erigi contigerit, cum eorum applicationibus,

Cōcessio, & incorporatio Hospitaliū, & locorū quorūcunque sub inuocatione S. Lazari cōstructorū, & ædificatorū.

vnionibus, annexionibus, & incorporationibus factis, & deinde faciendis ad Magistrum, & Cōuentum, ac Religionem hmōi spectent, & pertineant, illisq; subijciantur, & subiecta existant, et a dicto Hospitali dependeant: Illaq; per eiusdē Religionis Frēs, & Religiosos, no aūt per alias ecclesiasticas, et seculares etiā oppidorū, locorū, villarū, et ciuitatum personas, nisi de Magni Magistri et Cōuentus præfatorū expresso consensu regi, et guberna-

ri debeant:

ri debeant. Et in signũ recognitionis,& superioritatis huiusmodi de aliquo annuo rationabili canone, seu censu per eosdem Magistrum,& Conuentum,& diffinitores generalis consilij huiusmodi imponendo, & eis singulis annis persoluendo respondere debeant,& teneantur: Ac in euentum rebellionis,aut non subiectionis,ac responsionis singulares Communitatum,& aliæ personæ huiusmodi maioris excõmunicationis sententia per nos,& successores nostros præfatos innodate,earumque Ecclesiæ interdictæ sint,& esse censeãtur,nec ab huiusmodi maiori excommunicatione per nos,aut successores præfatos absolui,aut interdicta ipsa relaxari possint, nisi ad id Magistri,& Conuentus præfatorum expressus per eorũ patentes literas accedat assensus. Liceatq; Ioannotto,& pro tempore existenti Magistro,& Conuentui,necnon præceptoribus,& Prioribus huiusmodi Beneficia, Oratoria,Hospitalia,& aliæ loca sub nomine eiusdem S.Lazari pro tempore etiam in Vrbe, & Curia præfatis fundata,& dotata,quæ eidem Ioannotto,& pro tempore existenti Magistro, & Conuentui ,ac præceptoribus huiusmodi obedire,seu subijci,aut annuam responsionem soluere recusare cõtigerit,solo æquare,& demoliri,& imagines à parietibus delere , seu per easdẽ Communitates , & alias personas ecclesiasticas, & seculares solo æquari,& demoliri,ac imagines huiusmodi deleri sub excommunicationis latæ sententiæ,interdicti,ac alijs censuris,& pœnis etiam cum inuocatione auxilij brachij secularis facere: Quodque omnia , & singula alia Hospitalia, præceptoriæ,leprosariæ,membra,& pia loca dicti ordinis,& sub vocabulo eiusdem S.Lazari intitulata, etiam si non sint possessa,vel recepta per Magistrum,Conuentum , aut fratres præfatos , nihilominus ab ipso Hospitali S.Lazari dependere,nullique alio Monasterio,præceptoriæ,Hospitali,siue alio pio loco, præterquam dicto Hospitali S.Lazari etiã si longæua consuetudo,aut submissio aliqua repugnarent pleno iure subesse auctoritate, & tenore præmissis decernimus pariter,& declaramus: Statuentes,ac etiam decernentes, quòd ipsius ordinis Hospitalia,præceptoriæ,leprosariæ,membra,& loca nulli cuiuscunque dignitatis, status, gradus , vel conditionis fuerit,præterquam ipsius Hospitalis Fratribus,& ordinem ipsum expresse professis, eia tamen pro solo nutu dicti Magistri,& Conuentus existentis,& pro tempore ad claustrum quoties expedierit reuocandis , in titulum, vel commendam conferri valeant,siue possint: Quinimo presbyteri seculares illa ad præsens in Commendam, seu alias quomodolibet obtinentes,Commendæ huiusmodi cedere,aut illa alias dimittere nequeant,nisi de consensu eorum,ad quos præsentatio,seu collatio spectat,& in fauorem dicti Hospitalis,seu personarum , quæ habitum per Fratres Capellanos eiusdem Hospitalis deferri solitum susceperint,& professionem per eos emitti solitam emittant: nec illa deinceps ipsi , nisi infra sex menses à die intimationis habitum ipsius Religionis susceperint,& regularem professionem infra alios sex menses emiserint,possidere possint: Et si secus fiat,aut cessionem,seu resignationem huiusmodi,ac de dicti ordinis beneficijs, etiam in manibus nostris in futurum fieri contingat,huiusmodi cessiones,resignationes, & prouisiones nullius sint roboris,vel momẽti,nisi in illis expresse dicatur, (& de consensu Magni Magistri) & de illis iuxta formam Priuilegiorum dictæ Religionis prouideatur: Et insuper statuimus,& ordinamus quòd iuspatronatus, & præsentandi personas idoneas ad prioratus, præceptorias,Hospitalia,membra,aliaque beneficia,& loca Hospitalis huiusmodi, nisi ratione fundationis, aut dotationis,saltem ad tertiam partem illorũ fructuum : quo casu liceat Magistro,& Conuentui præfatis , si dicta eorum beneficia,& loca hospitalis huiusmodi à dicto iurepatronatus liberare voluerint , aut dotantibus bona restituere,seu illorum precium persoluere: Ac ex nũc prioratus,præceptorias,Hospitalia,mẽbra, & beneficia huiusmodi conferre: Et quod nulla pensio annua super alicuius præceptoriæ , Commendæ , vel alterius beneficij militiæ huiusmodi, fructibus etiam ex resignatione in manibus Roman Pontificis,aut alia quauis probabili causa,nisi in persona personæ dictæ Religionis,& militiæ,etiam per ipsum Pontificem reseruari, neq; Commendæ, & alia beneficia dictæ Religionis pensionibus huiusmodi aliter,quam,vt præfertur,onerari possint: Et si pensiones desuper aliter assignari contigat,assignationes ipsæ nullius sint roboris vel momenti , nec titulares beneficiorum huiusmodi ad illarum solutionem teneantur,neque ad id censuris ecclesiasticis,aliisuè pœnis compelli possint: Quodque omnes,& singuli eorum prioratuum,præceptoriarum, domorum , & beneficiorum in vim dictarum collationum possessores seculares,aut alterius ordinis regulares , seu pensiones super illorum fructibus, redditibus,& prouentibus huiusmodi hucusque,etiam per Sedem eãdem reseruatas percipientes , illas , & illa infra sex menses à die intimationis præsentium literarum in manibus Magistri,& Conuentus præfatorum iuxta formam stabilimentorum dictæ Religionis dimittere,transferre , seu illarum cassationi consentire teneantur: alioquin beneficia,& pensiones huiusmodi,nisi illa possidentes,& illas percipientes infra dictum tempus habitum susceperint,& professionem regularem illius Religionis emiserint,lapsis mensibus ipsis vacent, ac cassæ,& extinctæ sint,& esse censeantur eo ipso: Et Magistro,singulisque prioribus,præceptoribus, militibus, & fratribus Hospitalis huiusmodi, vt pro eorum libito voluntatis Parochiales,ac etiam sine cura ecclesias , vel earũ Vicarias,seu Capellanias perpetuas,aut Capellas,vel Altaria seu alia beneficia simplicia ad eorũ collationẽ,prouisionem,præsentationem,electionem,seu quamuis aliam dispositionem ratione prioratuum , præceptoriatuum, etiam Camerarum Magistralium nuncupatarum , domorum , & aliorum beneficiorum dicti Hospitalis per eos pro tempore obtentorum de iure,statuto,consuetudine,fundatione,aut priuilegio,seu alias quomodolibet spectantia,& pertinentia,& ab ipsis prioratibus,præceptorijs,domibus,Hospitalibus , & alijs beneficijs dependentia,seu illis annexa ,& quæ dudum forsan fratribus saltem Capellanis eiusdem Hospitalis, & ab eisdẽ magistro, prioribus,& præceptoribus,& alijs præfatis conferebantur,à longo tamen,& forsan longissimo tempore citra, de cuius initio memoria hominum forsan non existit,per ipsos magistrum,priores,præceptores,milites , & fratres per abusum,aut ex defectu fratrum capellanorum , vel aliarum personarum eiusdem Hospitalis ad id idoneorum clericis,seu presbyteris secularibus collata,aut conferri, & per ipsos presbyteros , vel clericos seculares obtineri solita , etiam fratribus Hospitalis huiusmodi , præsertim Capellanis nuncupatis, qui à secularibus presbyteris,seu clericis,nisi quoad gestionem Crucis,vel habitus dicti Hospitalis ad pectus non differunt , si ad id alias idonei,& habiles reperiantur,conferre,ac alias de illis prouidere,& disponere ; Ipsique fratres, quibus beneficia huiusmodi conferri contigerit,illa,si sibi canonice alias conferantur, aut eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa,& instituantur in eis,recipere,& in titulum etiam quoad vixerint retinere: Et tam magister,quàm singuli presbyteri milites eiusdem Religionis,& militiæ votum curatum beneficium ecclesiasticum a dicta militia,& religione dependens,seu illis vnitum,aut incorporatum,etiam si parochialis Ecclesia, vel eius perpetua Vicaria fuerit,si ad hoc sufficientes,& idonei fuerint, & beneficium huiusmodi alias sibi canonice conferatur,

Seculares Magni Magistri & Conuentus demoliri loca quæcunque sub inuocatione S.Lazari pro quibus obedientia recusabitur &c. Ad quod vide dispositionem Pij V. const. 41.

Submissio Magno Magistro & Conuentui locorum & beneficiorum sub inuocatione S. Lazari intitulatorum, etiam non possessorum per Magistrum, & fratres.

Hoc reuocauit Pius V. in dicta eius const. 41.

Loca Religionis Fratribus illius & professis dumtaxat conferri possint.

Presbyteri seculares obtinentes beneficia dicti Ordinis illa cedere non possint nisi de consensu eorum ad quos præsentatio, seu alia prouisio spectat.

Prouisiones de beneficiis dicti ordinis sine eius sola & de cõsensu Magni Magistri, nullæ sint.

Reuocatum iurispatronatus , & præsentandi ad beneficia Hospitalis ex fundatione,vel dotatione nõ competen.

Quod limitatur ut declaratur per Pium V. ibid.

Prohibitio reseruationis pensionum super beneficiis dicti Hospitalis nisi in fauorem Fratrum eiusdem Ordinis.

Obtinentes eadem beneficia vel pensiones debent ea cedere M. Magistro, vel habitũ suscipere, & professionem emittere.

Ad Parochiales Ecclesias huius Relig. deputari possint Fratres Capellani, non obstante quod presbyteris secularibus fuerint collatæ.

Quod intelligitur quod illa vacat per dimissionem illa obtinentiũ vt in d.P.V. const. 41.

feratur,recipere,& retinere libere,& licite valeant,auctoritate,& tenore prædictis de specialis dono gratię indulgemus secumque pariter dispensamus; Et per quamcunque rem indicatam Magistro,& Conuentui præfatis, nisi specialiter ad causam vocati fuerint,super iurisdictione prædicta,& sua ciuili eorum possessione præiudicari,aut præiudicatum censeri non posse,sed eos semper re iudicata huiusmodi non obstante, super possessorio huiusmodi,ac etiam spolio agere posse: Ipsosque Magistrum,priores,præceptores,milites,Fratres,personas,vasallos,subditos,& seruitores in ipsius Hospitalis,& religiosorum causis in omni iudicio, & contra quoscunque,vbi aliæ probationes non existunt,in testes adhiberi: Et quod presbyteri, qui in dicta religione professionem non emiserint,nisi de expressa licentia,vel consensu Magistri,seu priorum,præceptorum,vel fratrum, quos id tangeret,ad deseruiendum Parochialibus,& aliis ecclesijs,aut capellis ipsius religionis nullatenus admittantur,sed in quibuscunq; parochialibus,& aliis ecclesijs, ac capellis Hospitalis huiusmodi capellani eiusdem religionis per locorum ordinarios sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna,si contrafecerint eo effectu incurrenda,ad requisitionem,seu præsentationem dictorum priorum,præceptorum,& fratrum absque aliqua exactione, & oneris impositione recipi,& admitti debeant: Quodque illi duntaxat Priuilegiis præsentibus gaudeant,qui à præfato Magistro,seu de eius licentia habitum susceperint, & professionem emiserint, seu de habitu suscipiendo,& professione huiusmodi emittenda infra certum tempus arctati fuerint: Nullusq; priorum, præceptorum, & fratrum præfatorum absque mandato, seu licentia præfati Magistri; aut saltem sui prioris, seu Procuratoris ipsius Hospitalis in dicta Curia existentis Priuilegiis prædictis in eadem Curia vti valeat, nec illa absque huiusmodi licentia vagantibus suffragentur: Ac manus violentas in eos qui ad Ecclesias, seu domos eiusdem Religionis pro sua salute confugerint per quempiam iniici, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibemus: Ac iura mortuariorum,& vacantium,necnon arreragiorum,Passagiorum, & aliorum quorumcunq; ita vt quæuis personæ cuiuscunque ecclesiasticæ dignitatis existentes beneficia Hospitalis huiusmodi pro tempore obtinentes illa soluere omnino teneantur,& astricti sint,ac ad id etiam sub sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis,ac alias iuxta eorundem Priuilegia priuationis,& apprehensionis beneficiorum ad manus suas remedijs cogi possint: Ac Ioannotto,& pro tempore existenti Magistro,& conuentui præfatis,vt in singulis prioratibus ipsius Hospitalis vnum Vicarium cum facultate conferendi præceptorias,& alias domos Hospitalis huiusmodi deputare; Antianitates tam speciales,quàm generales date,& concedere,ac pensiones, seu responsiones, & onera super domibus,præceptoriis,leprosariis, & aliis beneficiis Hospitalis huiusmodi imponi solita, à quibuscunque etiam clericis secularibus illa in Commendam obtinentibus,eorumque colonis, & inquilinis,etiam laicis eo modo quo à fratribus dicti Hospitalis exigentur, exigere: Et cum inhabilibus ratione ætatis, & defectus natalium quoad prioratus,præceptorias, & alia beneficia dicti Hospitalis duntaxat dispensare possint; Ac quod verbis in ipsorum Magistri,& Conuentus literis circa professionis emissionem, habitus susceptionem, debitorum,& obsequiorum præstationem plena fides adhibeatur,facultatem concedimus: Et quod quæcunque literæ, Antianitatis,seu prouisionis à Magistro pro tempore existente, & conuentu præfatis hucusque concessæ, & in posterum concedendæ eo ipso Apostolica auctoritate confirmatæ,& approbatæ censeantur: Et quod prouisiones beneficiorum quorumcunque dicti Hospitalis, quæ per cessationem solutionis præfato Hospitali, vel inobedientiam duntaxat vacauerint,nunquam ad nos,& Sedem præfatam deuolui censeantur, quo ad hoc, vt dictus Magister pro tempore existens impediatur, quo minus illa quandocunque libere conferre possit: Ac in Romana Curia procuratorem generalem cum generali,vel speciali,aut limitata potestate, & facultate constituendi,seu deputandi,& in eadem curia per se; seu dictum procuratorem ad id potestatem à Magistro & Conuentu præfatis habentem; quæcunque eiusdem Hospitalis beneficia cuiuscunque qualitatis existentia apud Sedem præfatam quomodolibet,præterquam per resignationem in manibus nostris,& successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore vacantia iuxta ipsius Hospitalis,& militiæ stabilimenta libere conferendi: Et tam Magistro,quam conuentui præfatis etiam de illis,de quibus hucusque dispositum fuerit,de nouo,ac aliis beneficiis huiusmodi etiam tanquam priuatis prædiis in titulum perpetui beneficij ecclesiastici,seu etiam ad nutum,aut amouibiliter vni, vel diuersis personis assignari solitis, etiam dictæ Sedi reseruatis,seu alias affectis, aut ad Sedem ipsam deuolutis libere prouidendi: Et illa vniendi, dismembrandi, & alias de illis disponendi: Necnon Antianitates tam generales, quàm speciales super eisdem beneficiis fratribus eiusdem Hospitalis concedendi: Ac resignationes dictorum beneficiorum recipiendi,& admittendi, illaque resignantibus titulum, seu denominationem,ac omnes illorum fructus,seu illorum partem,aut super illis quascunq; pensiones annuas,quæ etiam transeant ad successores in eis,etiam sub censuris,& pœnis ecclesiasticis, etiam priuationis in talibus apponi solitis ad vitam,vel ad tempus reseruandi,concedendi,instituendi,& assignandi; Ipsisq; Magistro,& Conuentui priuilegia,exemptiones,& indulgentias eis,& dicto Hospitali concessa,vbique locorum, etiam absq; alicuius ordinarij licentia,sub sigillo tamen prioris illius prouinciæ, vel eorum conseruatoris in ea degentis, publicandi,& seu eleemosynas,& fraternitatum obuentiones colligêdi,& recipiendi: Necnon Cœmiteria in eorû Parochialibus ecclesijs habendi,& quorumcunque Christifidelium cadauera,etiam si excommunicati, aut interdicti forent (dummodo interdicto causam non dederint) saluo iure Rectori Parochiano debito, absque aliquo onere,& solutione Episcopo facienda,recipiendi,& sepeliendi: Legata,& donata tam inter viuos,quam qualibet vltima voluntate exigendi,& percipiendi: Necnon prioribus,præceptoribus,militibus, fratribus, & personis præfatis quæcunque ecclesiastica Sacramenta, ac omnes etiam sacros ordines à quocunque maluerint Catholico Antistite gratiam,& communionem dictæ Sedis habente nihil oblato,vel soluto recipiendi: Et tam ipsis,quàm eorum familiaribus arma quæcunque,& vbicunque locorum pro sui defensione, & hostium dictæ Sedis offensione gestandi: Necnon Capellanis eiusdem Hospitalis,priorum,præceptorum,militum fratrum,personarum,vasallorum,subditorum,& familiarium præfatorum confessiones audiendi, & pœnitêtiam salutarem eis iniungendi,ac Eucharistiæ,& alia Sacramenta ecclesiastica ministrandi: Necnon tempore interdicti (dummodo illi causam non dederint) excommunicatis, & interdictis exclusis,clausis ianuis,& submissa voce missas, & alia diuina Officia celebrandi: Necnon quibusuis Christifidelibus in quibusuis ciuitatibus,locis,diœcesibus, præceptorias,domos,& Hospitalia sub dependentia,& subiectione dicti Hospitalis,& militiæ per eius fratres, & milites obtinenda,quæ iisdem priuilegiis,immunitatibus,indulgentiis,concessionibus,& indultis,quibus aliæ dicti Hospitalis,præceptoriæ,domus,& Hospitalia vtentur,fruentur,& gaudebunt,vtantur, potiantur, & gaudeant, assignata

Res iudicata super tali iurisdictione, non præiudicat Magno Magistro nisi eo citato ad causã.

Milites, & aliæ personæ Hospitalis, in eius causis in testes recipi possunt deficientibus aliis probationibus.

In ecclesijs huius ordinis non nisi per Capellanos eiusdem deseruiatur, & non recipiantur presbyteri nõ professi nisi habita licentia.

Hoc declaratur per Piũ V. ibid.

Priuilegiis istis gaudeant,qui habitũ à Magistro, susceperint & professionem emiserint.

Iura mortuariorum,& arreragiorum,& vacantiũ solui, debẽt quacunq; exceptione non obstante.

Reuocationem vide inf. in Pij V. const. 43. Gratiæ ad nos.

Facultas Magni Magistri & Conuentus deputandi Vicarium cum facultate conferendi beneficia, Antianitatesque concedendi & soluitas responsiones exigendi.

Ad quod vide dictam Pij V. const. 43.

Cœmiteria in eorũ Ecclesijs habendi,& mortuos sepelire.

Legata etiã quomodolibet d[illegible].

Sacros ordi[nes] à quo velint Antistite recipiẽt.

Armaque defendendi.

Et tempore interdicti celebrabũt.

assignatā illis congrua dote, ordinariorū locorum, & quorumuis aliorū licentia minime requisita; & nulla præterea in illis ordinariis ipsis iurisdictione, aut oneris imponendi facultate reseruata, construi, & erigi faciendi, plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus: Et insuper dictis Inannotto, & pro tempore existenti Magistro, & Conuentui omnia, & singula priuilegia, facultates indulgentias, gratias, immunitates, exemptiones, libertates, concessiones, indulta præsentia quibusuis prioratibus, ecclesijs, capellis, Hospitalibus, leprosariis, oratoriis, eremitoriis, ac eiusdem Sancti Lazari Confraternitatum confratribus, membris, & aliis locis ab eisdem Hospitali, & militia dependentibus ac ministris, & seruientibus in eisdem communicandi, dandi, & concedendi, ac easdem facultates impartiendi: Necnon quascunque confraternitates & ecclesias oratoria, Hospitalia, leprosarias, capellas, capellanias, altaria, & alia beneficia ecclesiastica vbiuis locorum sub inuocatione Sancti Lazari cum reseruatione annui census ad eorum beneplacitum in membrum Hospitalis, & militiæ Sancti Lazari huiusmodi erigendi, & instituendi; Ac dotem seu dotes illis distribuendi, & assignandi, ac constituentibus huiusmodi dotes iuspatronatus, & seu præsentandi personas idoneas ad illa illorum pro tempore occurrēte vacatione reseruandi: Ac inibi capellanos perpetuos, seu temporales ad eius nutum ponendi, & destituendi: Ac ei, vel eis cui, vel quibus sibi videbitur similem, aut limitatam potestatem concedendi, ac omnia, & singula alia faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ ad diuini cultus augmentum, ac Religionis, & militiæ conseruationem, & manutentionem, ac Christifidelium spiritualem consolationem, in domino cognouerint fore necessaria, & opportuna plenam, & liberam licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur: Ac omnibus prioribus, præceptoribus cæterisque militibus ac fratribus, & ministris etiam presbyteris, & Beneficiatis eiusdem religionis, & militiæ, vt de quibuscunque tam stabilibus, quàm mobilibus bonis, pecuniarum summis, gemmis, & lapidibus preciosis, aliisque rebus cuiuscunq; qualitatis, & quantitatis, ac valoris existant per eos etiam ratione beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque per eos obtentorum, ac alias vndecunque, & quomodolibet acquisitis, & ad illos quouismodo spectātibus (dummodo quintam illorum partem conuentui præfato relinquāt) inter quoscunque consanguineos, filios etiam spurios, & alios illegitimos, aliasque quantumuis incapaces personas testari, ac alias etiam per codicillos, donationes inter viuos, causa mortis, & alia quacunq; via prout sibi videbitur disponere, ac illa in pias, & non pias alias tamen licitas causas erogare: Ac priori ecclesiæ dicti conuentus pro tempore existenti, vt quoties sibi placuerit Missam, & alia diuina officia in præfata, aliisque dictæ religionis ecclesijs in habitu Pontificali cum Mitra, & Baculo Pastorali celebrare, ac post Missarum solemnia (dummodo ibi non sit præsens aliquis Catholicus Antistes, vel de illius consensu) ibidem benedictionem Christi Populo impartiri: Et insuper, quod nullus eā Magistro, & militibus, ac fratribus, pro tempore existentibus, aliisq; personis dictæ militiæ, & religionis propter eius regulam, capitula, ac statuta nunc, & pro tempore ædita, non obseruata, vel minus rite adimpleta in peccatum mortale incidat, præterquam inobedientiam, & contumaciam pluries commissam, & continuatam, & ab ipsa religione rebellionem, & alios casus peccatum huiusmodi ex diuinis præceptis, sacrisque Canonibus generantes: Quodque Magister pro tempore existens dicti Hospitalis, & Conuentus fratres cuiusuis ordinis, seu religionis (ordine Cartusian. duntaxat excepto) in fratres dicti Hospitalis recipere, & de quocunque ordine, quem anteā professi erunt, ad Hospitale, & ordinem Sancti Augustini huiusmodi transferre, & ipsi sic translati in Hospitali, & ordine Sancti Augustini huiusmodi quoad uixerint, remanere (eorundem superiorum licentia desuper requisita) libere, & licite valeant: Et vt ipsi milites Ecclesiæ Catholicæ, fideliumque defensionem contra infideles animo feruentiori, minorique perdendæ lucis humanæ, si ad æternam inde nanciscendam prospectant, metu suscipiant, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi vniuersis, & singulis militibus, & aliis eiusdem militiæ personis qui in expeditione, tam maritima, quàm terrestri contra infideles, vel hæreticos nedum Hostilibus armis, sed etiam aliquo quouis mortis genere, de peccatis suis corde contriti, & ore cōfessi, vel saltem statutis à iure temporibus cōfitendi propositum habentes in vnitate fidei catholicæ decesserint: Ac tam militibus, & personis præfatis, quàm quibusuis aliis vtriusque sexus etiam vere pœnitentibus, & confessis, seu confitendi propositum habentibus (vt præfertur) qui ecclesias conuentus, & Hospitalis huiusmodi vbicunque existentes in singulo die festiuitatis illius Sancti sub cuius inuocatione consecratæ fuerint à primis vesperis vsque ad occasum Solis festiuitatis huiusmodi annuatim deuote visitauerint, ac pro pace inter Principes Christianos consouenda ter orationem Dominicam, & totidem Angelicam salutationem recitauerint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem: Qui vero de bonis sibi à Deo collatis vnā eiusdem militiæ Commendam fundauerint, vel dotauerint, aut conuentui, & militiæ præfatis ad eius subuentionem, & onerum illi incumbentium supportandorum faciliorem supportationem aliquid iuxta facultatum suarum modum, piamq; intentionem donauerint, vel legauerint, easdem omnes indulgentias quas Hospitalis Sancti spiritus in Saxia de Vrbe benefactores consequuntur (sine illorum præiudicio) misericorditer in Domino similiter perpetuo concedimus, & elargimur: Et ne propter locorum distantiam fideles ipsi eorum pijs desideriis frustrentur, vtque commodius eleemosynæ ad Hospitale præfatum pro fratrum militum, qui in fidei Catholicæ defensionem contra infideles militauerint subuentione, ac pauperum leprosorum, & aliorum onerum suorum supportatione peruenire possint, ipsam confraternitatem cum omnibus & singulis concessionibus, indultis, facultatibus, indulgentiis, & peccatorum remissionibus illius confratribus pro tempore existentibus concessis, ad omnia, & singula membra, ecclesias, & loca tam ab ipso Hospitali pro tempore dependentia, quàm alia in quibus similes confraternitates per Magistrum, & conuentum dicti Hospitalis pro tempore existentes, seu eorū Commissarios, Nuncios, vel Procuratores pro tempore ad id ab eis specialiter deputatos instituentur, ordinabuntur, & erigentur, extendimus, & ampliamus: Omnibusque, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus tam ecclesiasticis, quàm secularibus, & quorumcunque etiam mendicantium ordinum, etiam regularis obseruantiæ nunc, & pro tempore existentibus, aliisque Christifidelibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, qui certam pecuniarum summam, cuius valor de præsenti ad quintam partem vnius Ducati auri de Camera, seu ad duas Aquilas monetæ Regni Siciliæ ascēdit, vel summam per præfati Hospitalis Magistrum, & conuentum pro tempore taxandam in dictæ Societatis, seu confraternitatis ingressu ex bonis suis persoluerint: Et singulo anno certam aliam quantitatem taxandam soluere promiserint, & in libro dicti Hospitalis, & non alio describentur: Vt presbyterum secularem, vel cuiusuis ordinis regularem in suum cōfessorem possint eligere, qui eorum con-

fessione

Facultas Magni Mag. & conuentus cōmunicandi indulgētias, & alias gratias personis Hospitalis & ecclesijs ab eo dependentibus, ac Confraternitatibus.

Erigendique & Instituendi Ecclesias Oratoria Hospitalia, &c. vbicunque, sub Inuocatione S. Lazari, in membrum eiusdē Hospitalis.

Hoc Pius V. reuocauit cōst. 72. Sacrosanctum.

Facultas Militū & aliorū testādi de quibuscunq; bonis ex fructibus beneficiorum acquisitis, dummodo quinta pars cōuentui relinquatur.

Ad hoc vide Pij V. cōst. 71. Sacrosanctum.

Facultas Prioris ecclesiæ Conuentus celebrādi in habitu Pontificali, & dandi benedictionem dūmodo nō sit præsens aliquis Antistes, & tunc de illius licentia.

Milites, & alij &c. incurrunt propter inobediētiā, & cōtumaciam pluries cōmissam, & rebellionem.

Licentia Magni Magistri recipiēdi Fratres de quocunque ordine præter Carthusian. cōsensu suorum superiorum.

Indulgentia plenaria omnibus personis militiæ S. Lazari in aliqua expeditione contra infideles, vel hæreticos decedentibus.

Facultas confratrū eligendi confessorem & cæt.

fessione diligenter audita, semel io vita, & singulo anno io festo S. Lazari eorum vita durante ab omnibus, & singulis excommunicationis, suspensionis, & ioterdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, & promulgatis (sine tamen tertij præiudicio) etiam occasione Simoniæ super ordinibus, & beneficiis assequendis vbicunque contractæ: Ac votorum, & dierum Dominicorum, & festiuorum, necnon aliorum ecclesiæ mandatorum transgressionibus, periuriorum, ac pænitentiarum iniunctarum, necnon diuinorum officiorum in toto, vel parte omissionibus: Ac ab omnibus eorum peccatis, & criminibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, etiam si talia fuerint propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda foret, etiam Romano Pontifici, & dictæ Sedi quouismodo reseruatis, præterquam contentis in Bulla in die Cœnæ domini quotannis legi coosueta: Ac etiam in mortis articulo plenariam omnium peccatorum huiusmodi absolutionem, & remissionem impendere, & si tunc mors non subsequatur, quotiens in tali casu constituti fuerint, illam reiterare, in aliis vero non reseruatis casibus totiens quotiens opportunum erit illos absoluere, & eis pænitentiam salutarem iniuogere: Necnon vota quæcunque (vltra marino, Religionis, & Castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutâre possit, & valeat: ita tamen quòd confessor ipse vbi pro enormibus delictis pænitentia iniungenda, vel commutatio vororum fienda veniet, vltra subsidium, vt præfertur taxatum, aliud subsidium per eundem confessorem delicti, & voti huiuscemodi, ac confitentis qualitate pensata arbitrandum, in capsa pro indulgentia dicti Hospitalis colligenda per eius commissarios deputanda, ad commodum, & vtilitatem dicti Hospitalis, & militiæ persolui faciat, conscientiam dicti confessoris super id onerantes: Quodq; idem confessor sic electus cum eisdem confratribus eum in confessorem eligentibus cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præemioêtiæ fuerint, clericali militiæ ascriptis, etiam Religiosis, etiam quæcunq; beneficia ecclesiastica obtinentibus, qui præmissis sententiis ligati Missas, & alia diuina officia celebrando, aut se illis alias immiscendo, vel alias quomodolibet irregularitatem contraxerint (bigamia, & homicidio voluntario duntaxat exceptis) vt ad omnes superiores, etiam sacros ordines promoueri Et io illis, ac per eos susceptis ordinibus huiusmodi etiam io altaris ministerio mioistrare, ac dignitates, beneficia ecclesiastica quæcunque se inuicem compatientia retinere, & recipere, necnon Monasteriis & ecclesiis cathedralibus, etiam Metropolitan. ac Patriarchalibus præfici, & præesse libere, & licite possint, dispeosare: ac eis de illis, quæ tunc detioerent dignitatibus, & beneficiis huiusmodi prouidere, & eis quibus minus Canonice præerunt ecclesiis, & Monasteriis huiusmodi præficere, (in foro conscientiæ duntaxat) præfata auctoritate Apostolica valeat: Et insuper si ijdē confratres vt supra in dicta coofraternitate descripti tempore interdicti quouis modo à Sede Apostolica impositi e vita decesserint, illorum cadauera (absq; tamen funerali pompa) ecclesiasticæ sepulturæ tradi possint, dummodo causam non dederint interdicto; Necnon Quadragesimalibus, & alus temporibus, & diebus stationum Vrbis Romæ vnam, vel duas ecclesias, ac vnum, vel duo altaria visitando in partibus, in quibus illos residere contigerit, easdem gratias indulgentias, & remissiones peccatorum consequantur, seu consequi possint, quas si dictis diebus, & temporibus Basilicas, & ecclesias stationum Vrbis Romæ, & extra eam ad id deputaras personaliter visitarent. Præterea Quadragesimalibus, & aliis temporibus, & diebus quibus esus ouorum, butiri, & aliorum lacticiniorum de iure, consuetudine, vel alias quouis modo prohibitus existit, eisdem ouis, caseo, butiro, & aliis lacticiniis de consilio alterius, necnon carnibus tempore oecessitatis tantum, & de vtriusque medici coosilio vesci: Necnon mulieribus in confraternitate ipsa descriptis, etiam si viduæ remāserint, vt cum vna, seu duabus honestis mulieribus quæcunque monasteria monialium cuiusuis ordinis, etiam Sanctæ Claræ, de licentia eorundem monasteriorum Abbatissarum, seu priorissarum quater quolibet anno ingredi, & cū eisdem monialibus loqui, & conuersari, & refectionem corporalem sumere (dummodo ibidem oon pernoctent) possint, & valeant: Quodq. cum primum ipsi confratres in præfata confraternitate describentur, omnibus, & singulis gratiis, priuilegiis, suffragiis, indulgētiis spiritualibus, & temporalibus per nos, & alios prædecessores oostros præfatus Hospitali S Spiritus in Saxia de Vrbe, necnon illius confratribus, quibus inter cætera coocessum existit: Vt quicunq; pænitens, & cōtritus oomen Iesu in mortis articulo nominauerit, plenariam omnium peccatorum suorum, etiam de quibus nisi morte præueniretur, confiteretur, remissiooem consequantur: Necnon ieiuniis, vigilus, orationibus, peregrinationibus Terræ sanctæ, & indulgentiis plenissimi Sancti Iubilei anoi quinquagenarij, & Stationum, & dedicationum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac bonis omnibus, quæ fiunt in eodem sacro Hospitali, ac vniuersali sacrosancta militante Ecclesia, quibus cæteri confratres potiuntur, & in futurum gauisuri sunt, vti, potiri, gaudere, & participare debeaot: Et si infra annum obierint, plenariam omnium peccatorū suorum indulgentiam consequantur: Et si vixerint, præter stationes Vrbis, infrascriptis etiam diebus sequentes indulgentias consequētur: videlicet singulis diebus vitæ eorū, & per omnes dies Veneris totius anni, voius anni, & quadraginta dierum; in singulis Apostolorum Festiuitatibus duorum millium annorum: in Festo Epiphaoiæ, & singulis diebus post octauam cētum millium anorum: in Dominica qua cantatur pro introitu Missæ, Omnis terra, de mense Ianuarij, & singulis primis diebus Dominicis mensium totius anni trium millium annorum, & totidem quadragenarum, & remissionem tertiæ partis omnium peccatorum: in Festiuitatibus D. N. Iesu Christi videlicet Natiuitatis, Resurrectionis, Ascensionis, & singulis diebus per octauam duorum millium annorum, & octingentarum quadragenarum: in festo Pentecostes, & singulis diebus post octauam octo millium annorū, & totidem quadragenarum: in festo Corporis Christi, & singulis diebus post octauam duorum millium annorum, & septimæ partis omnium peccatorum: in festo Natiuitatis beatæ Mariæ, & singulis diebus per eius octauam triginta millium annorum: in festo omnium Sanctorum, & singulis diebus vsque ad festum Sancti Leonardi trium millium annorum, & totidem quadragenarum: Largientibus vero, seu transmittentibus, vel io eorum vltimis voluntatibus, vel testamentis legantibus aliquid de bonis suis eidem Hospitali in articulo mortis, plenariam à culpa, & à pœna omnium peccatorum suorum remissionem, & indulgentiam: Ac cuicunq; animæ, quæ vnita Christo io charitate ab hac luce migrauerit, in purgatorio existenti, pro qua anima eleemosyoa per ipsum Magistrum, & conuentum, seu ab eis deputatos taxanda eidem Hospitali erogabitur, vt eandem indulgentiam plenariam à pœna, & à culpa (quantum pietati maiestatis diuinæ placuerit) consequatur, concedimus, & indulgemus: Notarijs vero, qui rogati fuerint de testamentis, vel alijs vltimis voluntatibus, in quibus aliquid disponi contigerit in fauorem, & commodum eorundem Hospitalis, & militiæ, vt sub excommunicationis pœna dispositionem huiusmodi, quanto citius commode poterunt, Magistro, & conuentui dicti Hospitalis, vel alteri, per quem

Et quod dicti cō fratres decedentes tempore interdicti, cui ipsi causam non dederunt, ecclesiasticæ sepulturæ tradi possint.

Stationesque Vrbis consequantur visitando vnam vel duas Ecclesias locorum in quibus degunt.

Mulieres in confraternitate descriptæ, possint quater in anno ingredi Monasteria Monialiū cuiusuis Ordinis.

Hæc [illegible] reuocauit Pius V. in const. 22. Regularium.

Confratres eiusdem Societatis, gratias priuilegia & indulgentias Hospitali S. Spiritus concessas & maxime hic expressas consequantur.

De quibus vide sup. in Leon. X. const 5. [illegible] fol. 172.

Hoc est similiter reuocatum.

Benefactores Hospitalis, & militiæ, in articulo mortis cōsequūtur plenariam indulgentiam.

Ad quod vide Pij V. const 10.

Indulgentia plenaria conceditur animab^9 in purgatorio existentibus, erogata eleemosyna per Magnum Magistrū, & cōuentū taxāda.

Ad quod vide d. Pij V. const 10.

Notarij tenentur sub pœna excommunicationis notitiam dare de legatis factis Hospitali, & militiæ.

Hoc vide [illegible] P. V. [illegible]

per quem id poterit ad ipsorũ Magistri,& conuẽtus notitiam peruenire, intimare curent: Ipsis quoq; Notariis, & confessoribus eorundẽ decedentium in suorum remissionẽ peccatorũ eisdẽ testantibus,& cõtentibus commemorare non omittant, vt ad tam pia opera, quæ in dicta Religione exercentur manus porrigant adiutrices, præcipimus: Et quoscunq; Christifideles, ac præsertim confratres cõfraternitatis hmôi pro tẽpore existentes ad id per uiscera misericordiæ D. N. Iesu Christi hortamur: Quodq; decedẽtes pro tempore in Hospitali præfato, & eiusdẽ Hospitalis, ac pauperum leprosorum eorundẽ obsequiis pro tempore insistẽtes vtriusq; sexus quoadiu perseuerauerint in obsequiis hmôi duntaxat, eisdẽ omnibus priuilegiis, facultatibus,& gratiis, quibus confratres in libro Hospitalis hmôi descripti, pro tẽpore potientur, & gaudebunt: Quodq; Magister pro tempore, & conuentus dicti Hospitalis, suiq; de eorum licẽtia pro tẽpore legitimi Commissarij, Nuncij, vel Procuratores de vsuris, rapinis, incendijs, (non tamen Ecclesiarum damnis datis) & alio quocunq; nomine, titulo, vel modo male ablatis, vel illicite acquisitis (si tamen verus dominus, cui eorum restitutio fieri deberet, ignoretur) de pœnitentijs à Sacerdotibus confitentibus impositis redimendis, seu commutandis: Necnon legatis ad Hospitale ipsum, seu eius membra debitis, vel alias indistincte ad pios vsus relictis ad vtilitatem ipsius Hospitalitatis,& militiæ cõponere possint: ita quod detinentes ad aliam restitutionẽ minime teneantur. Necnon quòd singulis annis in die Dominica Palmarum vsq; ad eius octauam inclusiue,& in die festo Natiuitatis D. N. Iesu Christi,& alijs diebus beneuisis Magistro,& conuentui,& eorũ commissariis, quibuscunq; Christifidelibus manus adiutrices pro sustentatione dictæ religionis, eiusq; membrorũ porrigentibus, indulgentias plenarias,& generales peccatorũ omniũ remissiones vbiq; solemniter, etiã cum processione,& appositione truncorum, & Crucis in medio ecclesiarum publicare,& impartiri: Pœnitentiarios cum virgis (vt moris est) desuper deputare, & alia facere, quæ circa huiuscemodi facultatum,& indulgentiarũ, ac peccatorũ remissionẽ, executionẽ, & confessionẽ quomodolibet necessaria,& opportuna fuerint. Quodq; antiquas,& nouas sanctas confratrias S. Lazari omni tempore,& in quibuscunq; locis erigere, ordinare,& instituere, ac publicari facere, Ac quoscũq; Christifideles in confratres recipere, illisq; confessionalia concedere: Ita quod quæcunq; institutiones, erectiones,& dictarum confraternitatũ absq; moderni, & pro tẽpore existentis Magistri dicti Hospitalis expresso consensu in mẽbris, Ecclesijs,& locis hmôi pro tempore factæ nullius sint roboris, vel momẽti. Ac omnia,& singula Hospitalia, Oratoria, Ecclesias, Cappellas, Altaria,& loca Religionis, & militiæ hmôi in quibuscunq; partibus existẽtia sub inuocatione S. Lazari intitulata, etiã si nõ sint possessa, vel recepta per Magistrum, aut fratres præfatos, nihilominus moderno,& pro tẽpore existenti Magistro generali,& conuentui hmôi subiecta, & tanquam membra dicti Hospitalis ab eo dependentia (ad instar aliorum annuatim respectiue contribuentium) contributorias,& contributoria esse: Ac per ipsum generalẽ Magistrum, & conuentũ, seu eorum legitimos Commissarios visitari,& reformari: Illorumq; Rectores,& Gubernatores (si de iure amouendi fuerint) amoueri: Et aliæ personæ idoneæ loco eorum deputari possint. Et cum eis confratribus tantum, vt cõmodius altissimo deseruire possint, omnibus,& singulis facultatibus, priuilegiis, immunitatibus, gratiis, plenariis indulgentiis, & peccatorum remissionibus prædictis quocunq; tempore,& in quibuscunq; locis libere vti etiam in illis partibus, & locis, in quibus indulgentiæ pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe publicatæ extiterint: Necnon quod priores, & præceptores quorumcunq; Hospitalium, & domorum à dicto Hospitali S. Lazari dependentium, & illud in caput suum recognoscentium, prædictam plenariam indulgentiam,& peccatorum generalem remissionẽ in die festo Dominicæ Palmarum,& per eius octauam,& aliis beneuisis diebus, vt supra, publicare. Et si in sacerdotio constituti fuerint, per se, vel alium, seu alios probos, Si vero Sacerdotes nõ fuerint, per alios probos idoneos, & honestos viros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares Sacerdotes in suis Hospitalibus, ac domibus præfatis tantum confessiones quorumcunque audire; & cum huiusmodi confitentibus quibuscunque facultatibus,& indulgentiis, ac peccatorum remissionibus vti, ac easdem illis (de licentia tamen expressa Magistri pro tempore existentis, & conuentus præfati Hospitalis singulis annis renouanda) impartiri plene, & libere possint: alijs vero temporibus sint sicuti alij Sacerdotes nullam à Sede præfata facultatem habentes. Possint tamen collectas solitas,& consuetas Nollis,& campanellis sonantibus (citra tamen publicationem indulgentiarum, ac traditionem confessionalium) omni tempore in terminis suis (de licentia Magistri pro tempore, & conuentus huiusmodi singulis annis renouanda,& non aliter) facere. Ac Nollas, seu Campanas porcis, seu aliis quibusuis animalibus, quæ eidem Sancto Lazaro offerri contigerit, appendere, seu aliqua nota subsignare: Quodq; Magister,& conuentus, ac eorum Nuncij, ac Commissarij præfati etiam in locis, in quibus fratres ordinis Minorum de obseruantia, vel Commissarij Apostolici pro fabrica Basilicæ huiusmodi pro tempore deputati fuerint, quascunque facultates,& indulgentias solenniter vbiq; cum appositione truncorum, & Crucis in Ecclesijs publicare,& facultatibus, priuilegiis,& gratiis ipsi Hospitali concessis vti. Necnon quod durante quacunq; suspensione temporali indulgentiarum,& gratiarum, etiam pro Cruciata contra Infideles cuicunq; Imperatori, Regi, aut Principi Christiano, concessarum, vel imposterum concedendarum indulgentiæ etiam plenariæ, ac omnes facultates,& gratiæ eidem Hospitali, illiusq; Magistro, conuentui, fratribus,& membris per prædecessores nostros,& nos, ac etiam Sedem præfatam concessæ non intelligantur suspensæ, sed in suo pristino,& vero valore, & firmitate existant,& permaneant. Necnon etiam ob reuerentiam S. Lazari, vt liceat ipsis fratribus in eorum Ecclesijs Missas,& alia quæcunq; diuina officia legere, vel etiam alta voce celebrare, vel per alios presbyteros idoneos celebrari facere. Ac omnibus,& singulis Christifidelibus, & leprosis, pauperibus infirmis in dictis Hospitalibus pro tẽpore degentibus ecclesiastica sacramenta ministrare, ac eorum, & aliorũ quorumcunq; fidelium corpora mortuorũ id eligentium,& petentiũ in Cœmeteriis, & Ecclesijs dictorũ fratrum ecclesiasticę tradi sepulturæ: Ac verbũ Dei in ecclesijs ipsorũ, pauperibus ipsis,& leprosis hmôi proponere,& proponi facere, quotiẽs eis visum fuerit expedire, alicuius licẽtia super hoc minime requisita, similiter volumus,& ordinamus. Et insuper eisdem moderno,& pro tẽpore existenti Magno Magistro,& conuentui, ac singulis militibus,& aliis personis Hospitalis,& militiæ hmôi, quod omnibus,& singulis priuilegiis, immunitatibus, iurisdictionibus, exemptionibus, & per viam exceptuationis in ipsa onerũ impositione, dispensationibus, indultis, cõcessionibus, dispositionibus, honoribus, gratiis, libertatibus, fauoribus, antelationibus, restitutionibus, reintegrationibus, & aliis quibusuis gratiis hactenus S. Iohannis Hierosolymitan. S. Iacobi de Spata, S. Stephani militiis, ac S. Spiritus de Saxia in Vrbe,& S. Antonij Viennen. Hospitalibus, religionibus,& ordinibus, eorumq; locis, personis, rebus, & bonis per quoscunq; Romanos Pontifices, etiam prædecessores nostros, ac etiam per nos, & Sedẽ præfatam, seu Concilia

Decedentes in Hospitali, & insistẽtes obsequijs Hospitalis, gaudeant omnibus priuilegiis confraternitatis.

Facultas Magni Magistri, & conuentus cõponendi de vsuris, rapinis, incendiis, & legatis Hospitali debitis, vel alias ad pios vsus relictis.

Ad quod vide d. Pij V. const. 38.

Indulgentias plenarias publicãdi, quibuscunq; porrigentibus manus adiutrices. Sed Pius V. reuocauit similes indulg. in eius cõst. 30. Et si dominus [illegible]

Pœnitentiarios quoq; deputandi.

Hoc est etiam reuocatũ à Pio V. in eius const. 38.

Confraternitates S. Lazari vbique instituendi, & confessionalia concedendi.

Hoc est similiter reuocatum.

Hospitalia, & loca sub inuocatione S. Lazari sint subiecta Magistro, & conuentui prædictis.

Hoc est similiter reuocatũ. vt habes etiam in Pij V. const. 45.

Facultas priorũ & præceptorũ in festo Dominicæ Palmarũ, & eius octaua per ipsos si sacerdotes fuerint, vel per alios de consensu Magistri, confessiones audiẽdi &c. in eorũ ecclesijs.

Quod intellige vt per Piũ V. in d. eius const. 38.

Campanellas appendendi.

Grã & Indulg. S. Lazari non intelliguntur vnquã suspensæ.

Frẽs huius Religionis possint ministrare sacra infirmis degẽtibus in eorũ hospitalibus.

Prædicãdi verbum Dei absque alicuius licentia.

Concessio aliarũ gratiarũ alijs locis pijs concessarum.

generalis, vel alios quoscunq; in genere, vel in specie, etiam ad Imperatorum, Regum, ac aliorum Principũ instantiam, vel Motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, & in futurum concedendis, & quibus Hospitalia, religiones, & militiæ hmõi, eorum Magni Magistri, conuentus, fratres & milites vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & absq; vlla penitus differentia vti, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia libere, & licite valeant, eisdẽ auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus: ac ea omnia, & singula prout concessa fuerunt, & in dies cõcedentur, eorumq; omniũ, & quorũcunq; literarum desuper quomodolibet confectarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes, eisdem moderno, & pro tẽpore existenti Magno Magistro, & conuẽtui, ac Hospitali S. Lazari, & militiæ, eorumq; militibus, & personis, ac eorum Hospitalibus, præceptoriis, domibus, leprosariis, Beneficiis, Capellis, Ecclesijs, locis, rebus, & bonis elargimur, ac concessa esse, & eos illis vbilibet in genere, vel specie vti, potiri, & gaudere libere posse volumus, decernimus, & declaramus, ordinariorum locorũ, aut cuiusuis alterius licentia, vel consensu desuper minime requisitis: Ita quod super illis, vel eorum occasione per ipsos ordinarios, aut quosuis alios molestari, perturbari, vel inquietari non possint, dummodo Concilio Tridentino prædicto non repugnent, & dictis Hospitalibus, & militiis, ac iuribus cuiuslibet alterius tertij non præiudicent: Ita tamen quod (quoad exemptiones) iurisdictio ordinariorũ, tam ea quæ de iure communi eis cõpetit, quàm quæ ex decretis dicti Concilij Triden. eisdem est attributa, semper salua existat: Præterquam tamen in ijs casibus, in quibus Concilium præfatum expresse excepit, & exemit Religionem S. Ioannis Hierosolymitan. in quibus & hæc S. Lazari religio, & militia excepta, & exempta pariter intelligatur: Et quod indulgentias, prout Hospitali S. Spiritus concessæ sunt, & in futurum concedentur, concedimus, & elargimur. Præterea volumus, & decernimus, quod tam præsentiũ, quàm aliarum quarumcunq; literarũ Apostolicarum, seu earum transumpti, ac mandatorũ Magistri, & conuentus præfatorũ publicatio, & affixio in singulis prioratibus, præceptoriis, membris, & beneficiis religionis hmõi factæ perinde arctent, ac si cõtra contentos sub eisdem personaliter factæ essent, facta tamen in primis diligentia de illis personaliter reperiendis in dictis locis. Et nihilominus statuimus, ac dictis Magistro, & conuentui perpetuo concedimus, quod si quisquam priorum, præceptorũ, militũ, & fratrũ dicti Hospitalis Crucem, vel habitum extra dictũ conuentum etiã à Romano Pontifice, vel de eius licentia receptum gestans intra annum, postquam illũ susceperit, aut sibi de prioratu, præceptoria, officio, vel beneficio Hospitalis hmõi prouisum, vel alias in eius fauorẽ dispositum fuerit: Ac quicunq; alius dictæ militiæ beneficium, vel pensionẽ obtinens, aut fructus percipiens, quandocunq; pro seruitiis religionis, aut alias euocatus, seu in solutione iurium communis ærarij morosus fuerit, & citatus corã dicta Magistro, & conuentu personaliter non comparuerit, ac illis obedientiã, aliaq; iura debita non præstiterit, tempore sibi ad id præfigendo elapso, habitu, dignitate, administratione, & beneficio, ac quocunq; honore, & officio alias iuxta formã stabilimentorũ, & priuilegiorum prædictorum eo ipso careat, priuatusq; censeatur, seu si videbitur priuari possit. Nec vlla huius statuti derogatio, aut exemptio realis, vel personalis, seu alia gratia præseruatiua, etiã Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus quomodolibet pro tẽpore facta, seu concessa contra præmissa valeat: Nec Magister, & conuentus præfati illis parere teneantur: sed illis non obstantibus de prioratu, præceptoria, dignitate, officio, vel beneficio sic, aut per priuationem hmõi vacante, iuxta stabilimenta, & alia præmissa libere disponi, aut illa aliis per eum, vel eos, ad quem, seu quos Antianitatis, vel alio iure pertinet, acceptari possint: Decernentes omnia, & singula præmissa, ac præsentes nostras literas nullo vnquam tẽpore de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari, aut argui posse, neq; illa omnia, & singula præmissa, tanquam eisdẽ Magno Magistro, & conuentui, militiæ, vel militibus partim videlicet quoad antiqua restituta, & quoad noua ex causa onerosa concessa, sub quibusuis tam præsentium, quam similiũ, & dissimilium gratiarũ in genere, vel in specie suspensionibus, ac derogationibus, reuocationibus, limitationibus, alterationibus, aliisq; contrariis dispositionibus à nobis, & successoribus nostris, & à Sede præfata quauis de causa quãtũlibet iustissima pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum statũ restituta, & de nouo etiam sub data per Magnum Magistrum eligenda concessa esse, & censeri. Necnon præmissis, ac præsentibus literis et per quascunq; literas Apostolicas, et quasuis clausulas generales, vel speciales, et derogatoriarũ derogatorias, efficacioresq;, & insolitas, ac et irritãtia decreta, sub quacũq; verborũ expressione in se continentes nullatenus derogari posse, nec quoad illa derogatũ censeri, nisi tenor illarum de verbo ad verbũ nihil penitus omisso insertus, & hmõi derogationes Consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundẽ tenorẽ continentes tribus distinctis similibus vicibus Magno Magistro, & conuẽtui præfatis intimatæ, & insinuatæ fuerint: ac ipsorũ Magistri, & conuentus ad id expressus accedat assensus, & aliter factas derogationes nemini suffragari, ac Magistrũ, & conuentũ prefatos ad parendũ literis derogatoriis hmõi, & decretis super illis processibus, ac illorũ executoribus, & subexecutoribus, eorũq; mandatis, & monitionibus minime teneri, sed illos literarũ hmõi executionẽ omnino impedire, nec rõne resistentiæ censuris ecclesiasticis per eosdem executores, vel subexecutores latis innodari posse. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungẽtes, etiam S.R.E. Cardinales, & causarũ Palatij Apostolici Auditores, sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Et quicquid secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptari cõtigerit, irritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Galesin. & Montisflascoñen. Episcopis, ac pro tẽpore existenti Curiæ causarũ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per Apostolica scripta, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorũ per se, vel aliũ, seu alios præsentes literas, & in eis cõtenta quæcunq; vbi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte Magistri, priorũ, præceptorũ, militũ, & fratrũ S. Lazari prædictorũ, seu alicuius eorũ desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta hmõi firmiter obseruari: Ac easdem militiam, Magistrum conuentum, fratres, religiosos, omnesq;, & singulos alios, quos ipsæ præsentes literæ concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos, vel eorum aliquem desuper contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri, contradictores, & rebelles quoslibet per censuras, & pœnas ecclesiasticas, & etiam pecuniarias eorum arbitrio moderandas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo: ac quoscunq; quorum interierit, etiam per edictum publicum locis publicis affigendum constito summariè de non tuto accessu citando: ac quibus, & quoties inhibendum fuerit etiam

Declaratio concessionis dictorũ priuilegiorũ & indultorum.

Tu vide etiam similes declarationes Pij V. in dicta eius const. 28.

Exemptio huius Religionis in casibus in quibus Concilium Tridentinum excepit Religionem S. Io. Hierosoly.

Concessio indulgentiarum Hospitali S. Spiritus de Vrbe concessarum & in futurum cõcedendarum.

De quibus vide sup. Leon. X. const. 15 Salua ut fol. 172.

Suscipientes habitum extra conuentum etiam à Ro. Pont. infra annum in conuentu comparere tenentur, alias priuentur.

Ad hoc vide d. Pij V. const. 28.

Præfectus [illegible] hac a dicto Ordine, vel [illegible] comparere seculares [illegible].

Non [illegible] legis cessante legitimo impedimento ss [illegible] Pio V. ibid.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Deputatio & Facultas executorũ.

etiam simili edicto, ac sub eisdem pœnis, & censuris inhibendos ipsasq; censuras, & pœnas ecclesiasticas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac felic. recor. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam a fine suæ diœcesis ad iudiciũ euocetur, seu ne iudices à Sede præfata deputati extra Ciuitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere, aut alij, vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, ac Lateranen. Concilij nouissime celebrati: Ac nostris de vnionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, & exprimendo valore fructuum tam vniendorum beneficiorum, quàm eorum, quibus fit vnio: Necnon de non expediendis literis reseruationis alicuius pensionis, nisi de consensu illam soluere tunc habentis, ac quibusuis aliis apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, & ordinationibus, ac dictorum Hospitalium, Militiarum, & ordinum etiam iuramento, confirmatione Apostolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus, & naturis: ac quibusuis priuilegiis, indultis, ac literis Apostolicis etiam ordinariis & aliis militiis præfatis, ac quibusuis ecclesijs, Monasteriis, ordinibus, locis, etiam fabricæ Basilicæ Sancti Petri de Vrbe, ac Cruciatæ sanctæ, eorumque personis sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum instantiam, etiam consistorialiter, & Motu simili, & alias quomodolibet, etiam per nos, etiam pluries concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse pari Motu derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, contrariis quibuscunq;: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quoniam per præsentes Concilij Tridentini constitutionibus, & decretis in aliquo præiudicare non intendimus; volumus, quod in omnibus, & singulis gratiarum, aliisq; capitibus præmissis clausula (dummodo Concilio Tridentino non repugnent) apposita, & repetita censeatur. Verum quia difficile foret, præsentes literas ad varia loca vbi de illis docendum fuerit, circumferre; volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quod præsentium transumptis, etiam per impressionem factis, ac prædicti Ioannotti, & pro tempore existentis Magni Magistri dicti hospitalis, & conuentus sigillo munitis, ac eiusdem Ioannotti, & pro tempore existentis Magni Magistri, & conuentus Secretarij, seu Regentis Cancellariæ dictæ militiæ manu subscriptis: Dictisq; suis literis absq; earundẽ præsentium in toto, vel in parte insertione eam vbiq; fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si originaliter exhiberentur: Quodq; in literis, seu gratijs præsentium vigore concedendis easdem præsentes inserere ijdem Ioannottus, & pro tempore existens Magnus Magister, & conuentus minime teneãtur: ac gratiæ ipsæ quibusuis personis per Ioannottum, & pro tempore existentem Magnum Magistrum, & conuentum huiusmodi iuxta tenorem earundem literarum, pro tempore concessæ valeant, & illis suffragentur in omnibus, & per omnia perinde, ac si eædem præsentes literæ de verbo ad verbum in eis insertæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, cõfirmationis, concessionis, extensionis, ampliationis, decreti, restitutionis, repositionis, reintegrationis, declarationis, reuocationis, cassationis, irritationis, annullationis, erectionis, institutionis, statuti, ordinationis, indulti, impartitionis, dispensationis, liberationis, exemptionis, subiectionis, mandati, deputationis, monitionis, requisitionis, promulgationis, reductionis, elargitionis, intentionis, voluntatis, auocationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimoquinto. Quarto Non. Maij. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Clausula derogatoria.

Declaratio quod semper censeantur repetita clausula, dummodo Concilio Trid. non repugnent.

B. Cyrillus.

P. Episcopus Narnien. Summista. H. Cumyn.

C XXVII.

Facultas Thesaurarij Generalis locandi officia Notariatuum siue Cancellariarum Status Ecclesiastici.

De Materia vide sup. Pauli 4. const. 51. Ro Pont. non nunquam fol. 594. & vide etiam huius Pontificis const. 107. Superna prouidentia fol. 813.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

PCONTINVA mentem nostram sollicitudo vexare non cessat, vt circa ea quæ pro nostrorum, & sedis Apostolicæ subditorum vtilitate, illorumq;, necnon ciuitatũ, terrarum, & locorum nostri status Ecclesiastici, prospera salubriq; directione, à nobis emanarunt ita prouide attendamus, quod per ampliationem facultatum personarum desuper deputatarũ, ac aliis viis opportunis illorum debita executio suum fœlicem celeremq; consequãtur effectum. Cum itaq; nos nuper attendentes institutionem felic. rec. Pauli Papæ IIII. prædecessoris nostri super officiis Notariatuum in causis criminalibus huiusmodi status Ecclesiastici per certorum Capitulorum editionem factam per Legatos, & Vicelegatos, ac Gubernatores locorum, ita negligi, vt ipsi Capitulis huiusmodi prorsus neglectis contra institutionis huiusmodi formam Notarios, & Cancellarios quoslibet pro eorum libito voluntatis in ciuitatibus, terris, castris, & locis sub eorum legationibus, & guberniis comprehensis ponere, ac aliis amotis aut si nõ amotis eorum officia aut ea quæ ad illa spectant se ingerere non formidabant, ac proinde, ac aliis tunc expressis de causis rationabiliter moti, illa de cætero ne fierent prouidere volentes. Necnon quascunq; prouisiones, concessiones, assignationes, & quasuis alias dispositiones de ciuilibus, & quæ tam coniunctim, quam separatim exerceri solebant, & nondum vendita penes Cameram Apostolicam existebant, criminalibus huiusmodi, & ratione scripturarum duntaxat damnorum datorum officiis Ciuitatum, Terrarum, castrorum, & locorum huiusmodi, etiam si ad legatorum Communitatum, vniuersitatum, &

Paul. 4. edidit const. circa Cancellarios & Notarios, status ecclesiastici, applicatos Cameræ Apost. quam habes sup. fol. 849.

Et quia non seruabatur ordinat. Pauli 4. Idem hic Pontifex, reuocans quascunq; dismembrationes Cancellariatum præterquam ex causa onerosa factas & illas iterũ Cameræ Apost. applicans, vt in eius const. 107. Superius posita fol. 833.

aliarum particularium personarũ cuiuscunq; dignitatis præeminentiæ, & auctoritatis existẽtium dispositionem quouismodo pertinerent, & alia per deputatos, à Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus seu potestatibus, vel aliis iustitiæ ministris eatenus exerceri solita essent, & tunc exercerentur quibusuis personis per nos aut quoscunque Roman. Pontifices prædecessores nostros, ac sedem eandem, & etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Potestates, ac alios Officiales, & personas huiusmodi perpetuo vel ad tempus, præterquam tamen ex causa onerosa solutionis videlicet, & exbursationis pecuniarum factas reuocantes, cassantes, & annullantes. Necnon ciuilium, & criminalium, ac quoad scripturas tantum damnorum datorum Notariatuum officia huiusmodi, à quibusuis Communitatibus, vniuersitatibus, legationibus, gubernijs, etiam perpetuis, vel temporalibus, necnon magistratibus, Potestatibus, & aliis iudicibus, ac personis penitus dismembrantes, & separantes, illaque eidem Cameræ applicantes, & appropriantes, ac ad illam in futurum perpetuo spectare declarantes, & decernentes dilectum filium Donatum Mattheum Minalem modernum, ac pro tempore existentem Thesaurarium nostrum generalem totius status Ecclesiastici, & Cameræ huiusmodi Commissarium generalẽ ad omnia, & singula quarumcunque legationum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum status Ecclesiastici huiusmodi Notariatuũ in ciuilibus, & nondum vendita in criminalibus: Necnon quoad scripturas damnorum datorum officia huiusmodi, etiam si per vnum vel duos aut plures Notarios exerceri consueuissent, ac sub quorumcunque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, vel personarum aliarum legationibus, aut Guberniis perpetuis, vel temporalibus comprehensa essent, cum eorum scripturis si quæ existerent, necnon honoribus, oneribus, & emolumentis certis modo & forma tunc expressis, ac pro precio seu preciis de quibus ei bene videretur in dictæ Cameræ vtilitatem conuertendis quibusuis personis originarijs, vel forensibus eiusdem Cameræ nomine vendenda, concedenda, conferenda, & assignanda motu simili, ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine constituerimus, & deputauerimus, aliasque, & alia fecerimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Thesaurariumq; deputauit ad vendendum dictas Cancellarias ad vitam emẽtium easdem, vt in dicta eius const. 107.

Et sicut accepimus idem Thesaurarius ad venditionem, & concessionem singulorum officiorum huiusmodi certis superuenientibus legitimis causis ita prompte citra graue dictæ Cameræ damnum, & præiudicium procedere nequeat idcirco nos eiusdem Cameræ indemnitati quantum in nobis est consulere, & si non venditionis, saltem alia non minus ipsi Cameræ commoda atque vtili via de ipsis officiis disponere, ac alia quæ per nos in dictis literis desuper statuta sunt, & ordinata executioni debitæ demandare volentes, literarũq; prædictarum veriores tenores, ac si de verbo, ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, præfato Donato Matthæo Minali moderno, & pro tempore existenti Thesaurario nostro generali huiusmodi vt vltra eas quas literarum earundem vigore, tam circa officiorum huiusmodi dispositionem, quàm alia in literis ipsis contenta quæcunque debite exequenda sibi concessimus facultates etiam omnia, & singula, tam ciuilium, & criminalium quam quoad scripturas duntaxat damnorum datorum, Notariatuum, officia huiusmodi in toto, vel parte, ac alias prout sibi commodius eidemque Cameræ vtilius facere videbitur, cũ omnibus illorum scripturis libris Protocollis & instrumentis, si quæ habeant, necnon honoribus, oneribus, & emolumentis vni seu pluribus personis ciuitatum, terrarum, & locorum prædictorum, originariis, vel forensibus ad tempus per eum præfigendum, & determinandum pro precio seu preciis reperibilibus ac cum pactis, & conditionibus, ac alias modis, & formis prout eidem Donato Matthæo Moderno, ac pro tempore existenti Thesaurario huiusmodi melius videbitur Cameræ prædictę nomine, ac in illius vtilitatem, & commodum arrendare, locare seu ad firmam vel aliam responsionem annuam seu menstruam concedere, Ac precium seu firmam, vel aliam responsionem huiusmodi etiam vnico contextu, & anticipata solutione recipere, & habere aut recipi, & haberi, ac de receptis, & habitis Arrendatarios, & soluentes quoscunque quietare, & liberare seu quietari, & liberari facere, necnon quæcunque obligationes etiam dictæ Cameræ bonorum quorumcunque, ac promissiones actus, & instrumenta desuper necessaria, ac in eorundem arrendatariorum fauorem, & cautelam tendentia facere aliqua opportuna circa ea exequi, Necnon personæ seu personis cui vel quibus officia ipsa in toto, vel parte vt præfertur arrendata fuerint, vt officia ipsa per quemcunque, seu quoscunque substitutos idoneos, & habiles, ac artis Notariatus huiusmodi peritos, & Notarios præstita tamen de substitutorum eorundem fide, & legalitate idonea, & sufficienti cautione arbitrio dicti Thesaurarij exercere seu illa sublocare libere, & licite valeãt, sciẽtis, potestate, ac auctoritate similibus concedimus, & indulgemus, eisque liberam amplam & omnimodam desuper facultatem, potestatem, & auctoritatem damus, concedimus, & impartimur, Districtius inhibentes tam officia præfata emptionis, & venditionis, ac arrendamenti seu locationis titulo pro tempore obtinentibus, & exercentibus, quàm curiarum Episcop. Notariis quibuscunq; ne sub excom. latæ sententiæ, ac ducentorum ducatorum per quemlibet contrauenien. qualibet vice incurren. & eidem Cameræ Apost. applican. pœnis ipsi in ciuilibus, & profanis tam ordinariis quàm cõ. vti ad curiales, illi vero in spiritualibus causis vti ad curiarum Episcopalium Notarios huiusmodi dumtaxat spectan. scribere actitare seu se alias de illis respectiue in alterius præiudicium intromittere quouis prætextu seu quæsito colore aut ingenio, directe, vel indirecte audeant seu præsumant. Ac mandantes in virtute sanctæ obediẽtiæ, ac sub nostræ indignationis pœna dilectis filiis nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato moderno, ac pro tempore existenti S.R.E. Camerario, necnon dictæ Cameræ Thesaurario clericis præsidentibus, & personis, ac quibusuis aliis ad quos id quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, quatenus præsentẽ nostrã Motus proprij cedulã, necnon arrendamenta, locationes, & concessiones de dictis officiis eorumq; scripturis respectiue, ac desuper inter eundem Thesaurarium, ac quoscunq; eorundẽ officiorũ, & scripturarũ respectiue arrendatarios, & affictuarios pro tẽpore interuenientia pacta conuentiones & capitula in dicta Camera recipiant, & admittant, illaq; in eiusdem Cameræ libris, & protocollis registrari describi, & annotari, ac desuper necessaria cõtractus, & instrumẽta cũ debitis, ac solitis clausulis cautelis & obligationibus fieri cõfici & stipulari faciant, literasq; patentes, & mandata opportuna arrendatariis, ac aliis quibus opus fuerit dent, tradant, & exhibeant realiter, & cũ effectu.

Camerarius & Clerici, contractus cum solitis obligationibus desuper fieri curent.

Necnon decernentes arrendamenta, locationes, & cõcessiones, ac scripturas & instrumẽta desuper pro tẽpore facta valida, & efficacia fore, nec ob intentionis seu volũtatis nostræ aut aliũ quempiam defectũ surreptionis aut nullitatis vitio subiacere posse. Sicq; per quoscunq; iudices, & cõmissarios quauis auctoritate fungẽtes sublata &c. iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, &c. attentari. Non obstãtibus nostris per quas inter alia voluimus, res, prouentus, iura, & obuẽtiones dictæ Cameræ nõ nisi licitatione præuia cuiquã locari, arrendari, vel cõcedi nõ posse neq; debere, ac aliis cõstitutionibus, &

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausula derog.

bus,& ordinationibus Apostolicis,priuilegijs,quoque indultis, & literis Apostolicis quibusuis &c. etiam Motu proprio,ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis approbatis & innouatis,quibus omnibus illorum verio res tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes,illis alias in suo robore permansuris, hac vice dũmtaxat specialiter,& expresse derogamus,cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat,& vbique fidem faciat in iudicio,& extra quacunque regula,seu cõstitutione Apostolica contraria non obstan.

Placet Motu proprio I.

Die vigesima octaua Maij millesimo quingentesimo sexagesimo quinto admissa est hæc cedula motus proprij ex decreto Cameræ,& registrata libro secundo signaturarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ apud me Notarium fol.83.

Admisso & registr.i Camera.

Hier.de Taraoo.

CXXVIII.

De appellationibus non recipiendis, & commissionibus causarum Fisci, & Cameræ Apostolicæ interesse concernentium non signandis, nisi facto actuali deposito & Fisco, ac Thesaurario Prouinciæ citatis. Et de pœnis treguæ,& pacis factæ in fauorem Cameræ Apost. stipulandis. Et prohibitione allegandi postea nouam causam, & termino sex mensium, in quo condemnati in contumaciam sunt admittendi ad defensiones, ac de præuentione inter Iudices Ecclesiasticos, & sæculares.

Hæc constitutio,circa appellationes, & commissiones huiusmodi Causarum reformata fuit à Pio V. infra in eius const.143 Licet iuri.& const.180. Cum sicut accepimus,Et circa allegationem nouæ causæ, & terminum ad faciendum defensiones, & præuentionem Iudicum,reformata fuit ab eodem Pio V.vt infra in eius const.10. Cum ob innumeras.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

LICET dudũ per fe.re.Paulum III. & forsan alios Ro.Pontifices prædecessores nostros,ac deinde per nos inter alia iustissimis rationibus tunc expressis prouisum ordinatumque fuerit, quod in causis criminalibus seu mixtis Fiscum.& Cameram Apostolicã quomodolibet cõcernentibus,in quibus reos condemnari contingeret, appellationes vel prouocationes, nisi prius facto deposito pœnarum in quibus ex delicto delinquentes ipsi, aut illi qui pro eis fideiussissent, vel ex contractu quoquomodo condemnandi venirent, aut eatenus condemnati fuissent, omnino recipi, & admitti non possent: Sed appellationes, & prouocationes in causis huiusmodi interpositæ, & in futurum interponendæ, ac appellantes ipsi reijci deberent: Aut si sententia esset in pœnam capitis condemnatoria, non admitteretur appellatio, neque aliter audiretur reus, nisi in carceribus constitutus; Et insuper quod quæcunque rescripta, & commissiones causarum similium appellationum, & prouocationum ad cuiusuis instantiam per quemcunque ad commissiones signaturæ Iustitiæ signandas deputatum, aut etiam manu nostra, & successorum nostrorum signanda, non facto dicto deposito nullius essent roboris, vel momenti, sed illis non obstantibus, ad vlteriora in causis ipsis vsque ad pœnarum prædictarum effectualem exactionem debere procedi. Quodque commissiones causarum, in quibus de interesse Fisci, & Cameræ prædictis ageretur, non deberent signari, neque expediri nisi citato procuratore Fiscali,& Thesaurario Prouinciæ ex qua quælibet causa existeret, aliasque & aliter prout in singulis Pauli, & aliorum prædecessorum, & nostris sub annulo Piscatoris, sub die decima Aprilis, millesimo quingentesimo sexagesimo secundo,expeditis literis quarũ tenores hic pro expressis haberi volumus,latius continetur. Tamen ordinationes, & dispositiones huiusmodi, nostraque, & dictorum prædecessorum in illis edendis intentio, cauillantium calumnijs in dies eluduntur,& super earum sinistris interpretationibus,agentes pro Fisco,& Camera prædicta fatigantur,ex eo præsertim quod nonnulli circa faciẽdum depositum prædictum contendant satisfactum esse statutis, & dispositionibus prædictis ex sola cautione in forma depositi, & quod citare procuratorem Fiscalem,& Thesaurarium in expeditione singularum commissionum, tanquam nimis rigorosum, videatur esse præter nostræ mentis intentionem. Insuper aduersus obligationem constituendi reos appellatos in carcere, diuersas etiam cauillationes opponunt.Vnde prouenit, quod ipsi rei non coacti facere actuale depositum, non curant causas suarum appellationum expediri, sed potius de industria procurant illas in longum protrahi, maxime cum non citatis procuratore Fiscali, & Thesaurario prædictis contingat per eos impetrari commissiones directas Iudicibus, vel in alma Vrbe existentibus negociorum multitudine impeditis vel extra Curiam eorum amicis, & in locis in quibus non sunt qui iura Fisci tueri possint aut velint, narrando etiam in ipsis commissionibus multa mendacia,vt illorum medio possint ad retardandum executionem,& causam intrican.inhibitiones ab ipsis Iudicibus extorquere. Quæ omnia non solum tendunt in Cameræ prædictæ detrimentum (quod tolerabilius esset) sed etiam proueniente inde delictorum impunitate, datur alijs materia delinquendi, & vniuersis populis scandalum non modicum. Nos igitur calumnijs, & alijs inconuenientibus huiusmodi quantum cum Deo possumus obuiare, & in his opportune prouidere volentes, hac nostra in perpetuum valitura declaratione, ordinatione, constitutione, statuimus, & ordinamus Quòd in supradictis seu criminalibus, aut ciuilibus, vel ex delicto, siue ex contractu,vt præfertur,procedentibus causis,Fiscum, & Cameram prædictam illiusque interesse quomodolibet concernentibus non liceat alicui condemnato cuiuscunque status, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis,etiam si vniuersitates, & collegia fuerint, à condemnationibus huiusmodi, & sententijs desuper latis, seu illæ diffinitiuæ fuerint,seu interlocutoriæ aut vim diffinitiuæ habentes, appellare, prouocare, aut de nullitate dicere, neque quomodolibet interpositæ appellationes, prouocationes, & nullitatis dictiones huiusmodi, per quosuis Iudices ordinarios, vel delegatos in Rom.Curia

Hic Pont. & alij Prædecessores prohibuerunt appellationes in causis criminalib. non facto deposito, vt sup. in const. 68. Et si cunda f 40.

Reos non audiri, nisi in carceribus constitutos, vt ibidem.

Et causarũ commissiones etiam per Pon. decessas nullas esse, non facto deposito, vt ibid.

Commissionesq; causarũ Fiscum & Cam. Apostol. concernẽ. signari non posse, illis non citatis, vt ibidem.

Dubia tamẽ hic expressa exortũ sunt circa prædictas const.

Ideo Pont. isto declarat, appellationes non admitti, in causis Fisci, & Cameræ interesse concernẽ. nisi constito prius, esse appellationẽ factũ fuisse actuale depositum.

vel extra commorantes, etiam per Camerarium nostrum, ac Præsidentes & Clericos dictæ Cameræ, necnon eiusdem Cameræ Apostolicæ causarum generalem Auditorem, modernos, & pro tempore existent. a, aut eorum aliquem sub indignationis nostræ, ac excommunicationis pœna recipi, seu admitti posiint, nisi prius eis & eorum cuilibet per publica instrumenta constito, quod ante interpositam vnamquamque appellatio... seu prouocationem, vel nullitatis dictionem, si condemnatio contineat pœnam pecuniariam, seu pecunia æstimabilem, fuerit eiusdem pœnæ, seu illius æstimationis factum integrale actuale, & purum depositum in manibus Thesaurarij Prouinciæ illius. Ad quod quidem actuale, & integrale depositum quoscunque teneri volumus, nisi forsan summa deponenda respectu personæ condemnatæ sit adeo magna, vt inspecta quantitate, & qualitate facultatum ipsius, non sine maximo dispendio in breui temporis spacio prouideri possit. Quo casu habita fide super hoc a Gubernatore, seu Vicelegato illius Prouinciæ, quod consideratis præfatis condemnatus integre deponere non valeat, volumus ad medietatis, seu alterius minoris summæ, prout reorum facultates posse ferre per dictos Gubernatores, seu Vicelegatos iudicabitur, & depositionem omnino teneri, dummodo hoc casu præstant cautionem in forma depositi de soluendo residuum pœnæ, in qua condemnati fuerint infra annum, nisi absolutionem legitime obtinuerint, & de prædicta absolutione docuerint, dummodo per nos vel signaturam aliud super dicto deposito, citato tamen semper Fisco, ordinatur suo decretum non fuerit.

Cōdemnatosque capitaliter nō au diri nisi in carceribus constitutos.

Et si pœna sit capitalis pecunia non estimabilis, nisi prius ipso condemnato in carceribus constituto, ac etiam facto deposito præfato, talium appellationum, prouocationum, & nullitatum commissiones Signari, aut alias iurisdictione ordinaria per Iudices supranominatos, seu alios, inhibitiones monitoria, aut citationes extra Curiam decerni, & expediri, vel per eorum Notarios scribi, & relaxari non possint, nisi prius antequam illorum singulæ signentur, aut respectiue decernatur, et expediantur, cum competenti termino ad dicendum causam quare signari, aut expediri non debeant, vt moris est, Procurator Fiscalis, & Thesaurarius vel Procurator in Curia Romana existens, Thesaurarij illius Prouinciæ ea qua fuerit condemnatio facta, coniunctim citati fuerint, & si signandæ veniant, non nisi in Curia, vel in Curia generali, & loco residentiæ præsidijs illius Prouinciæ ex qua causa ipsa est, committi possit.

In obtinendisque expeditionib. & cōmissionib. causarum hmōi, citari debere Fiscū & Thesaurariū Prouinciæ, & causas in Curia, vel Præsidi Prouinciæ committi. Hoc autem reformauit Pius V. in eius consti. 280. Cum sicut.

Et si ob inaduertentiam, seu alias aliquas commissiones, seu inhibitiones, aut monitoria, & citationes super præmissis, aut aliquo præmissorum expedire contingat, Iudices quibus illa præsentabuntur respectiue illorum vigore ad inhibitionis decretum, aut aliquem alium actum, sub simili indignationis nostræ, ac excommunicationis pœna, non audeant, neque possint procedere, nisi prius, & ante omnia sibi apud acta legitime condito, quod depositum fuerit vt præfertur factum, Quodque in expeditione commissionis, inhibitionum, monitorij, & citationum extra Curiam, citationes prædictæ interuenerint, & rei ipsi se in carceribus constituerint. Et insuper quoniam eo hominum proteruitas deuenit, vt hi qui homicidium, vel maleficium aliquod committere deliberarunt, prius quærant eos quos pro hostibus habent, treugua vel pacis prætextu assecurando, decipere, quo facilior postea delicti perpetratio reddatur, expeditque propterea vt quos Dei timor non retinet, pœnarum rigor deterrendo coerceat, populorum quieti consulere, & flagitiosos sicariorum, ac scandalosorum ausus deprimere, necnon cauillationibus, quas ad solutiones pœnarum effugiendas hominum malitia in dies excogitat, subuenire volentes, quod pœnæ conuentionales pacis, & treguæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo, stipulentur in futurum per Notarios in fauore Cameræ Apostolicæ, & non Communitatum vel alterius, & si aliter factæ fuerint, in ipsius Cameræ fauorem stipulare censeantur.

Pœnas conuentionale. pacis, vel treguæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo stipulari debere, et stipulatas censeri in fauorē Cameræ Apost.

Quodque in causis treguarum, pacisque factarum, ipsi fractores, vel eorum fideiussores allegare non possint quod offensa ex noua causa processit, nec allegata cuiquam suffragentur.

Nouamque causam allegari nō posse statuit. Hoc intellige, & declara, vt infra in Pij V. const. x. Cum ob.

Et quia in cautionibus de non offendendo, partes intendunt, vt sibi eo quo melius fieri potest modo, cautum sit ne offendatur impune, & ideo promittunt non solum pro seipsis, sed etiam pro alijs eorum coniunctis, quod non offendent, neque offendi facient, sed aliquando Notariorum imperitia sensum, & intentionem partium peruertente contingit eos scribere quod partes promittunt non offendere per se, & alios, vbi scriptum oportuisse pro se, & alijs, differentiam videlicet inter has voces per, & pro, nescientes, vel confundentes; ac propterea præbentes ansam cauillosis, & delinquentibus prætendendi quod facto offensione per vnum ex comprehensis in fideiussione, non sit commissa stipulatio pœnæ, nisi constet quod ille qui offendit de mandato principalis offenderit; vnde etiam infinita scandala eueniunt illaque remanent impunita, Idcirco quod si quis Notarius errorem huiusmodi commiserit, mille ducatorum auri Cameræ apostolicæ applicandorū pœna plectantur; & nihilominus siue ea dictione Per, siue ea dictione Pro, stipulatio concepta, & offensio sequuta fuerit, principales promittentes ad pœnam conuentionalem perinde teneantur, ac si ipsis mandantibus offensio emanasset, & de eorū mandato legitime constaret; idemque Notarij sub simili pœna in instrumentis fideiussionum de non offendendo, apponatur clausulam, Quod data contrauentione alicuius comprehensi in stipulatione, si contingat talem contrauenientem vere, & realiter confiteri, vel ficte propter contumaciam in non comparendo, pœna conuentionalis committatur, & exigi possit à fideiussoribus nulla excusatione vel exceptione penitus admissa, immo habeantur crimen & cōtrauentio, ac si per testes vel alias legitime probatum vel approbata fuissent. Et si clausula in stipulatione omissa fuerit, illa nihilominus pro apposita, contrauentio pro legitime approbata habeantur. Et similiter si per principalem, siue alium in fideiussione comprehensum, stipulationi contrauentum, & offendens seu contraueniens contumax, isque in meram contumaciam condemnatus fuerit, fideiussor statim ad soluendum pœnam conuentionalem cogatur; nec possit audiri, suum principalem offendisse, ex causa necessariæ defensionis allegando, & deducendo, ne videlicet delinquentes indirecte per procuratorem, & interpositam personam audiantur, & quod dictum est in exemplo exceptionis huiusmodi, id etiam ab omnia alia extendatur. Et si talis clausula fuerit in prædictis stipulationibus omissa, nihilominus apposita similiter intelligatur; Quod & ad legitimam per parentes soluen. extendimus, vt illum soluere teneantur, etiam si eorum filij in meram contumaciam de aliquo delicto condemnati, aut banniti fuerint, non obstante quocunque statuto, aut forsan consuetudine in contrarium existente, quibus omnibus nos per præsentes in ampliori forma derogatum esse censemus, & decernimus.

Pœnam quoque conuentionalē cōmitti declarat, etiam si cōstet offensionem factā esse de mādato principalis.
Clausulamque de qua hic, mandat apponi, & pro apposita haberi in instrumentis fideiussionum de non offendendo.
Exceptionemque fideiussori denegat, quod principalis cōtrauenit, ex cā necessariæ defensionis.
Legitimam filio sum declarat à parentibus solui debere.

Præterea, quoniam sæpe contingit, vt qui ex aliquo crimine in contumaciam condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in contumacia, expectantes occasionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impossibilis reddatur, & tunc quærunt contumaciam sibi remittit, & super defensionibus audiri, cum criminis probandi facultas est Fisco sublata, causam plerumque vel coram Iudicibus in ipsos propensis,

vel in

vel in locis vbi iura Fisci deduci non possunt introducentes; statuimus, quod rei in contumaciam condemnati, ad suas defensiones faciendas admitti non possint, nisi infra sex menses, quoad faciendas videlicet a die condemnationis, quo vero ad iam factas condemnationes, à die publicationis præsentium computandos, nec alibi quam in loco vbi condemnatio secuta est, vel in Curia generali Prouinciæ vbi delictum fuerit commissum. Et si secus fieri contingat, quæcunque absolutiones desuper obtinendæ, etiam si vigore commissionis Signaturæ nostræ, nullius sint roboris vel momenti, sed ad ipsarum condemnationum iam factarum executionem deueniri possit, & debeat. Quo termino sex mensium elapso, sententiæ in contumaciam latæ, crimen notorium efficiant, & tanquam in rem iudicatam transiuerint, realiter, & personaliter executioni demandentur. Nec homicidis prosit minor ætas viginti annorum, dum tamen maiores quatuordecim annorum extiterint. Quod si banniti huiusmodi in contumaciam condemnati, veniant postmodum absoluendi, Iudices, sub pœna mille scutorum, & infamiæ perpetuæ, illos gratis, & sine vlla sportularum solutione, absoluere debeant. In causis vero clericorum criminalibus mere ecclesiasticis, Ordinarij ecclesiastici priuatiue ad seculares iudices cognoscant, sed in alijs mixtis sit locus præuentioni inter ordinarium, & Iudicem secularem, dataque præuentione ex parte ordinarij ecclesiastici, non nisi contra clericos tantum procedere possit. Et si prætenderetur ratione connexitatis adiuncti, vel alias quomodocunque, laicum eius forum sortiri debere, Iudex tamen secularis ita præueniens, quauis inhibitione sibi facta non obstante, absque censurarum vel aliarum pœnarum incursu procedere possit. Necnon quibuscunque appellationibus, prouocationibus, nullitatum dictionibus, commissionibus, inhibitionibus, & alijs decretis contra formam superius traditam per quoscunque etiam Iudices præfatos pro tempore quomodolibet emanatis, & factis non attentis, libere, & licite per ipsos Iudices à quibus, ad suarum condemnationum totalem executionem, alias tamen legitime, sub similis indignationis, & excommunicationis pœna, procedi posse, & omnino debere, ac vt procedant præcipimus, & mandamus. Et insuper tam Iudicibus præfatis, quàm Notarijs sub eadem excommunicationis, ac indignationis nostræ priuationisque officium pœna, ne contra præmissa aut quicquam præmissorum facere, & attentare præsumant, districtius inhibemus. Sicque, & non aliter, in præmissis omnibus & singulis, per quoscunque &c. Sublata &c. iudicari, & interpretari in quauis causa & instantia debere. Irritum quoque &c. decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus singularum Prouinciarum prædictarum, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum eorundem, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis Vniuersitatibus, Cõmunitatibus, & hominibus Prouinciarũ, Ciuitatum, & locorum prædictorum, ac etiam singulis prænominatis, & alijs quibuscunque Iudicibus &c. per nos & prædecessores nostros concessis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus &c. illorum tenores &c. hac vice latissime derogamus, cæterisque in contrarium facien. quibuscunque cum clausulis opportunis & consuetis.

Cõdemnatos in cõtumaciam, infra sex menses tantum ad defensionem admitti decreuit, in loco cõdemnationis secutæ, vel in Curia Prouinciæ delicti commissi.
Imo infra annũ, vt l dicta Pij V. consti. 2.
Homicida quisque 14. annis licet minores 20. non excusantur.
Præuentio inter ordinarios, & iudices seculares.
Ad hoc aũ accede etc Pij V. in dicta eius consti. 2. ad terminos iuris, & Conc. Trid.
Cõtrauenientiũ pœna.
Decretũ irritans
Clausulæ derog.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum declaratione, statuto, ordinatione, inhibitione, decretis, derogatione, & alijs præmissis, quæ ad partem etiam quo ad singulas partes, repetitá esse censeantur & sint, latissime exten. Et quod præmissorũ omnium & singulorum, & præsertim singularum literarum prænarratarum, priuilegiorumque, indultorum, & aliorum contrariorum prædictorum, aliorumque forsan latius exprimendorum tenores pro sufficiẽter expressis habeantur, ac exprimi, narrari, & inseri possint in literis per Breue nostrum expediendis, quæ in dictæ Cameræ & Cancellariæ nostræ, ac audientiæ causarum palatij Apostolici valuis, & in acie Campi Floræ, dimissis ibi copijs, affixæ, post mensem à die affixionis huiusmodi computan. omnes & singulos ita afficiant atque arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Forma & effectus publ.

Fiat. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Duodecimo Kal. Iunij, Anno Sexto.

Anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua, die vero vigesimasexta mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij, Diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno Sexto, suprascriptæ literæ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis, vt moris est, dimissis illarum copijs affixis, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum Apostolicos Cursores.

Publicatio.

Io. Fseille Magister Cursorum.

CXXIX.

Facultas Collateralium Senatoris Vrbis, & eius in Criminalibus Locumtenentis, interponendi decreta in contractibus, & iurisdictionem vsque ad sententias diffinitiuas exercendi, quando aliter Collateralis fuerit absens, vel infirmus.

Sed aduerte quod noua Statu. lib. 1. cap. 11. aliter disponunt, & ea confirmauit Grego. 13. in consti. 63. Vrbem.

De Facultatibus autem Iudicum Curiæ Capitolij, vide supra in consti. 73. Dilectos fol. 753. & ibi not.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus inter cæteros curiæ Capitolinæ Almæ Vrbis nostræ Iudices, duo videlicet primus & secundus, Senatoris Collaterales nuncupati, qui a Romano Pontifice pro tempore existente deputantur, iurisdictionemque separatam habent, existant. Et sæpenumero accidit quod ob ipsorum Collateralium infirmitatem, seu à Rom. Cur. absentiam, eorum tribunalia, partesque inibi litigantes, damnum non modicum, ac expensas patiuntur. Nos igitur præmissis quantum possumus prouidere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, quod de cætero de consensu Senatoris, aliquo ex dictis Collateralibus infirmo, seu

Facultas Collateralium & Iudicum maleficiorum, altero Collateralium absente, vel infirmo.

à Rom.

à Rom. Curia absente, existente alter eorundem Collateralium præsens, & non infirmus, seu Locumtenens siue Iudex criminalium eiusdem Senatoris pro tempore existēs eam, & talem qualem ipse Collateralis exercet, & si præsens esset exerceret, iustitiam exercere, ac in ipsius Collateralis infirmi, vel absentis locum, & loco sui sedere, Necnon quascunque etiam diffinitiuas sententias proferre, ac quæcunque decreta in quibuscunque contractibus apponere libere & licite possint & valeant: Et ita per quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere ac irritum, &c. si secus, &c. decernimus, & declaramus; Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Curiæ statutis, & consuetudinibus stabilimentis vsibus, & naturis, etiā iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis eidem Curiæ per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque verborum formis, ac cum quibuscunque clausulis, & decretis quomodolibet concessis, &c. concedendis, quibus omnibus, &c. tenores, &c. hac vice dumtaxat. specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis, Volumus autem præsentium solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extra, regula contraria non obstante.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Pla. Motu proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Decimo Kal. Iunij Anno Sexto.

CXXX.

Commissarij à Iudicibus Romanæ Curiæ deputandi ad capien. bona delinquentium omnia in Inuentarium redigere, & personæ per Camerarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ deputandæ consignare tenentur, & ipsis inde eorum viaticum consequentur.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

ASSOLITA nostra in cunctis prouidentia nos admonet, vt ne dū iustitiæ partes ministrare putamus, ministrorum nostrorum ab ordine rationis quandoque deuiantium culpa, in iniustitiam delabi nos cōtingat, sagaciter procuremus. Cum itaque, sicut ægre admodum accepimus, diuersi quos in varijs criminalibus causis à pro tempore existentibus tam ordinarijs, quàm Commissarijs Rom. Curiæ Iudicibus, in Vrbe & extra eam, ac ad loca status nostri Ecclesiastici deputari & transmitti contingit, reorum siue delinquentium aut Inquisitorum bona, quæ excessuum & delictorum ab eis perpetratorum ratione Cameræ nostræ Apostolicæ, seu illius Fisco applicari merito debere censentur, interdum ita præter ordinem & confuse capiant, & apprehēdant negligenterque conseruent, vt exinde rei, & inquisiti, postquam sint absoluti, aut ipsis conuictis, & condemnatis, eorumque bonis huiusmodi Cameræ, seu Fisco huiusmodi applicatis, Camera ipsa maximum suscipiat detrimentum. Quapropter nos talia de cætero ne fiant per opportuni desuper adhibiti ordinis cautelam salubriter prouidere volentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod deinceps quicunque tam ab Almæ Vrbis nostræ Gubernatore, necnon curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditore, ac Vicario, & Senatore, alijsque quibusuis Iudicibus ordinarijs vel delegatis Romanæ curiæ, in quibuscunque causis criminalibus cuiuscunque qualitatis existentibus coram eis nunc & pro tempore pendentibus & introductis, ad bona quæcunque tam mobilia, & se mouentia vbicunque consistentia quarumcunque personarum pro tempore delinquentium, & quarumcunque excessuum, siue delictorum prætextu, Iudices ipsi coram quibus causæ huiusmodi pendere contigerit, bona ipsa Cameræ seu Fisco huiusmodi applicanda, esse putauerint, capiendum, & apprehendendum deputandi, se de bonis ipsis non amplius intromittere, aut ea eis quicquam etiam ratione viatici, seu alia quauis ratione vel causa sibi retinere nullatenus possint aut debeant, sed causis & processibus huiusmodi coram Iudicibus illis coram quibus illæ prius pendebant terminandis & finiendis remanentibus, ipsi Cōmissarijs in informationibus & processibus in similibus fieri solitis rite formandis dumtaxat versari, ac fideliter & ordinate omnique cessante strepitu & confusione, bona ipsa in Inuentariū vt decet, redigere & annotare, ac illa sic redacta, & annotata, personæ per dilectum filium Donatum Matthæum Minalem nostrum & dictæ Cameræ Thesaurarium generalem nominandæ, & a dilecto filio nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinale Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario per eius patentes literas deputandæ, realiter & cum effectu dare, tradere, & assignare: Persona autem sic nominata & deputata bona sibi data & consignata huiusmodi fideliter custodire & conseruare, necnon de illis quandocunque opus fuerit in eadem Camera debitam rationem reddere debeant & teneantur. Necnon districtius inhibentes sub eisdem ac alijs etiam grauioribus etiam pecuniarijs eidem Cardinali Camerario beneuisis pœnis, eidē Cameræ applicandis, Commissarijs ad præmissa vt præfertur pro tempore deputatis, ne cuiusuis facultatis, & auctoritatis etiam sibi a Iudicibus, coram quibus causæ huiusmodi pependerint, seu a quibus pro tempore deputabuntur attributæ & concessæ, aut alio quouis prætextu directe vel indirecte se de quouis delinquentium huiusmodi aliter quam vt præfertur intromittere audeant seu præsumant, præmissis, ac alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Volumus autem quod idem Donatus Matthæus Thesaurarius de bonis, vt præfertur, captis, & penes personam sic nominatam & deputatam existentibus, præfatis Commissarijs pro eorum viatico iuxta formam & ordinem desuper a Iudicibus a quibus Commissarij ipsi transmittentur præscriptum per eandem personam nominatam & deputatam satisfacere omnino possit & debeat, Quodque præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, quacunque regula seu constitutione Apostolica contraria non obstante.

Causa huius constitutionis.

Commissarij à Iudicibus Rom. Curiæ deputandi, ad capien. bona delinquentiū omnia inuētariare, & consignare debet deputato, & inde Viaticum consequentur.

Contrauenientium pœna.

Sola signatura sufficit.

Placet. I.

Die octaua Augusti Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Admissa est hæc cedula Motus proprij ex decreto Cameræ, & registrata libro secundo signaturarum Sanctiss. D.N. Papæ apud me Not. fol. 70.

Admissio & registr. i Camera.

Hie. de Tarano.

Impetraq

CXXXI.

Impetrantes aliqua priuilegia & gratias interesse R. Cameræ Apost. quomodocunque concernen infra tres menses à die impetrationis, in Camera Apost. illa præsentare, & registrari facere debent, alioquio illis tanquam inualidis vti non possunt

PIUS Papa IIII. Motu proprio, &c.

PINGENS humeris nostris iugiter incumbens expensarum onus ita nos premit, & excitat, vt nostrorum, & Cameræ nostræ Apostolicæ rerum, & iurium sublatis quibusuis obstaculis solertem curam habentes, eiusdem Cameræ indemnitati quantum in nobis est, consulere studeamus. Cum itaque, sicut nuper oobis innotuit, complures diuersi status, & conditionis personæ varia priuilegia, facultates, gratias, licentias, & indulta, sine concessiones tam à nobis, quàm pro tempore existentibus nostris, & Apostolicæ Sedis Legatis, eorum Vicelegatis, ac Gubernatoribus, ac forsao alijs nostris, & dictæ Cameræ ministris, & personis nimijs forsan, ac tædiosis quibusdam earundem personarum precibus, & instaotijs indies obtineant, seu potius extorqueant, quæ cum à nobis, seu Legatis, aut Vicelegatis, vel Gubernatoribus, ac Ministris, & personis huiusmodi bona quadam fide, reque minus forsan, quam par esset diligeoter, & accurate perspecta concedantur, illa nonnunquam, immo sæpius in nostrum, ac Cameræ præfatæ præiudicium, grauamen, & detrimentum non leue concessa esse, & manasse conspicimus, Qua propter, vt præmissis (ne alijs prodesse cum velimus, nobis ipsis præiudicium inferamus) aliquantisper prouidere volentes, præsenti nostra perpetuo valitura constitutione, & ordinatione, quam vim & oaturam legis perpetuæ ab omnibus obseruandæ penitus, habere & obtinere decernimus, Apostolica auctoritate, & ex certa nostra scientia harum serie statuimus, & ordinamus, quod omnes & singuli cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, necnon etiam Ducali, Marchionali, Comitali, aut alia quauis sæculari, ac Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, seu etiam alia quacunque Ecclesiastica dignitate, præeminentia, & auctoritate, etiam Cardinalatus honore fulgentes qui aliqua priuilegia, gratias, facultates, licentias, & indulta, aut concessiones quæ aliqua ex parte quauis ratione, seu causa directè, vel indirectè principaliter, secundario, vel accessorie, aut alias quomodo nostrum aut dictæ Cameræ qualecumque minimum interesse, vel præiudicium, grauamen, seu detrimentum concernere censebuntur, illa infra tres menses à die eorum impetrationis computandos in eadem Camera præsentare, ac ibidem regestrare facere debeant, & teneaotur, alioquin lapsis tribus mensibus eisdem, ac priuilegijs, facultatibus, licentijs, gratijs, ac indultis, vel concessionibus huiusmodi non præsentatis, minusq; regestratis, illa in iudicio, & extra nullatenus fidem facere possint, tanquam non concessa nullaque & ipso iure inualida, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, esse, & fore, neminique suffragari, vel prodesse posse, seu debere respectiue habeantur, & censeantur, prout oos illa ex nunc oulla, & inualida, irritaque & inania, ac nullius roboris, vel momeoti fuisse, esse & fore, neminique (vt præfertur) suffragari posse declaramus Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ dilecto filio oostro Vitellotio S. Mariæ in via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato moderno, & pro tempore existenti S. R. E. Camerario, quatenus præfatam nostri motus proprij cedulam, ac in ea contenta quæcunque ab omnibus, quos illa concernunt, & concernent in futurum penitus, & omnino, ac inuiolabiliter, & inconcusse obseruari faciat, & procuret. Decernentes ita, vt præfertur, per dilectos filios eiusdem Cameræ Thesaurarium, Præsidentes, & Clericos, aliosque ministros, & personas, ac eiusdem S. R. E. Cardinales, & alios quoscunque iudices sublata, &c. iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, &c. attentari, Priuilegijs, facultatibus, licentijs, gratijs, indultis, & concessionibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod præsentis Motus proprij cedulæ per quæcunque priuilegia, gratias, & indulta etiam absque data & regestratura vt præfertur concedenda, nisi cum illius specifica insertione derogari nullatenus possit, quodque eius sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula, seu constitutione apostolica contraria non obstante, seu si consultius fore visum fuerit, literæ etiam ad perpetuam rei memoriam latissime expediri possint.

Causa huius constit.

Impetrantes indulta côcern. interesse Cameræ, debet infra tres mêses, illa in Camera præsentare & registrari facere sub pœna nullitatis.

Executoris deputatio.

Decretũ irritans

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio I.

Datum Romæ apud sanctum Marcum octauo Idus Augusti, Anno Sexto.

Die vigesima secunda Augusti millesimo quingẽtesimo sexagesimo quinto admissa est hæc cedula motus proprij ex decreto Cameræ, & registrata libro secundo signaturarum Sanctissimi Domini Nostri Papæ apud me Notarium fol. 74. — Admissio, & reg. in Camera.

Hier. de Tarano.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione octaua, die vero decimatertia meosis Septẽb. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini Nostri, Domini Pij, Diuina prouidentia Papæ Quarti, Anno eius Sexto, Retroscriptæ præsentes literæ affixæ, & publicatæ fuerunt in acie Campi Floræ, & in valuis Cancellariæ Apostolicæ, dimissis ibidem præfatis literis per aliquot temporis spatium affixis, & deinde amotis, vt moris est, per nos Scipionem de Octauianis, & Bartholomæum Sottocasa præfati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curs. — Publicatio.

Iulius Parinus Magister Curs.

D. Aulla.

Sffff Iudices

CXXXII.

Iudices Almæ Vrbis compositiones pro delictis facere nequeant absque consensu Thesaurarij, ad quem spectat eas exigere, et Iurisperitum ad easdem sollicitandum, et referendum deputare.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.
EXIGIT debitum pastoralis officij, cui auctore Domino præsidemus, vt pro eorum, quæ nobis iugiter incumbunt, faciliori onerum sopportatione, res, et iura Cameræ nostræ Apostolicæ, propius inspicientes, illius vtilitati consulere, ac damnis, quæ illa, forsan ob minus prouidam rerum iuriumq; huiusmodi dipositioné, perferre posset, per opportunam personarum desuper idonearum deputationem, aliasq; debite, ac eo, quo solemus, animo sagaci, prouidere studeamus. Cum itaque (sicut nobis plene innotuit) diuersæ varij status et conditionis personæ, ob ea, quæ per eas perpetrari contingit, excessus et delicta, seu alias ad nonnulla subinde cum eadem Camera, ac pro ea Fisci nostri procuratore, diuersisq; Almæ Vrbis nostræ Iudicib. ordinarijs & Commissarijs, pacta, conuentiones, capitula, compositiones, ac mulctas, & pœnas pecuniarias, deueniant, vt ipsæ exinde ab huiusmodi per eos perpetratis delictis, seu alias absoluantur & liberentur; Ac propterea, ne pecuniarum summæ, ex his quoquo modo prouenientes, ob eorum, ad quorum manus illa deueniunt, incuriam & negligentiam, aut depereant, aut minus debite conseruentur; Sed ut ita fideliter & prudenter de illis disponatur, quod Camera ipsa aliquid se vtilitatis propterea reportasse lætetur, prouisionis nostræ studium adhibere volentes, Ac de probitate prudentia, dexteritate, ac longa in rebus agendis iam pluries à nobis comprobata experientia, dilecti filij Donati Matthæi Minalis, nostri & eiusdem Cameræ Thesaurarij generalis, ad plenum confidentes: Ac sperantes quod ipse, compositiones mulctas, ac pecuniarum summas ex eis prouenientes huiusmodi, non minus fideliter, quam prudenter, in nostram dictæq; Cameræ vtilitatem conuertet, aliasque de illis disponet, prout sibi pro nostro ipsiusque Cameræ commodo, conducibilius fore perspexerit. Quapropter ex certa nostra scientia, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus & ordinamus, quod de cætero nulli cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis, seu præeminentia existentes, aut etiam Cardinalatus honore præfulgentes, tam ordinarij, quam delegati almæ vrbis nostræ Iudices, quauis auctoritate fungentes, aliquas compositiones, capitula, mulctas, conuentiones, pacta, seu pecuniarias pœnas, cum quibuscunque personis, Collegijs, Vniuersitatibus, Communitatibus, & locis, ad effectum absolutionis & liberationis ab eorum excessibus & delictis huiusmodi consequendæ, absque interuentu seu præsentia, vel de expresso consensu, ac voluntate præfati Donati Matthæi Thesaurarij, quoquomodo deuenire, seu propterea aliquas pecuniarum summas, Cameram præfatam tangentes, per se vel alium seu alios recipere, Ac propterea componentes personas, Collegia, Vniuersitates, Communitates, & loca, modo aliquo absoluere seu liberare possint seu debeant. Quodque idem Thesaurarius aliquem spectatæ fidei virum Iuris peritum, aliasque idoneū, qui circa ea, quæ compositionum huiusmodi negocia concernent, diligenter versetur, illaque videat sollicitet, audiat, & intelligat, ac de per eum visis, auditis, & intellectis, eidem Thesaurario fideliter referat, & illum plene informet, cum salario, ac laborū præmio, arbitrio dilecti filij nostri Vitellotij, Sanctæ Mariæ in via Lata Diaconi Cardinalis, Vitellij nuncupati, S. R. E. Camerarij, assignando constituere & deputare possit & valere. Districtius inhibentes præfatis, & quibuscunque alijs Iudicibus, quos compositionum huiusmodi negocium concernit, & concernet in futurum, ne sub indignationis nostræ pœna, quouis quæsito colore, ingenio, seu prætextu, etiam facultatum sibi eorumque officijs, etiam ex causa onerosa, forsan concessarum, aut alias, directe vel indirecte, se de compositionibus & pecuniarum receptionibus, aut quibusuis alijs illarum dispositionibus, absque dicti Thesaurarij nostri generalis interuentu, seu præsentia, vel consensu, aut voluntate, intromittere, vel ad illas procedere audeant, seu præsumant. Ac decernentes, & declarantes, aliter factas compositiones, ac pecuniarum propterea factas solutiones, & receptiones, ac exinde subsecutas absolutiones, & liberationes nullas & inualidas, nulliusque roboris vel momenti esse & fore, ac nemini suffragari seu prodesse posse, seu debere, Necnon Donato Matthæo Thesaurario, compositiones & summas pecuniarum huiusmodi recipiendi, exigendi, & recuperandi, ac de receptis, habitis, & exactis, ac recuperatis, quoscunque soluentes quietandi, ac Iurisperitū deputandi, motu, scientia, & auctoritate similibus, amplam omne mandatum Cameræ faciendi, ac liberamque facultatem, potestatem, & auctoritatem dantes & concedentes. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, ac facultatibus, præfatis, & quibusuis alijs Iudicibus, illorumq; officijs & Tribunalibus, seu Curijs, ac alijs quibusuis quomodolibet concessis, &c. (Quibus omnibus, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus) cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula, seu constitutione Apostolica contraria non obstante.

Causa huius constitutionis.

Iudices Almæ Vrbis compositiones pro delictis facere nequeant absq; consensu Thesaurarij Papæ.

Thesaurarij facultas deputandi Iurisperitum qui compositiones sollicitet & referat.

Iudicum contra uenientium, pœna.

Decretum irritans.

Thesaurarij facultas exigendi compositiones.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Pla. Motu proprio. I.

Admissio & registr. i Cameræ.

Die octaua Augusti Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Admissa est hæc cedula Motus proprij ex decreto Cameræ, & registrata libro secundo signaturarum Sanctiss. D.N. Papæ apud me Not. fol. 20.

Hie. de Tarano.

Reuocatio

CXXXIII.

Reuocatio omnium licentiarum præterquam ex causa vere onerosa concessarum, extrahendi frumenta, blada, & legumina, ex Prouincijs, Ciuitatibus, & locis ditionis Ecclesiasticæ, et prohibitio de cætero extrahendi

Confirmatur, et ampliatur hæc constitutio infra per Pium V. in const. 176. Romani Pontificis. Imo Grego. 13. reuocauit etiam licentias ex causa onerosa concessas vt habes infra in eius const. 53. in fine. Et ibi notaui de materia.

PIUS Papa IIII. Motu proprio, &c.

INTER multiplices curas, quibus assidue premimur, eas sollicitudinis partes à nobis non immerito suscipiendas esse arbitramur, per quas illis, quos supremæ dignitatis nostræ pontificalis ratione iurisdictioni nostræ temporali subiectos esse cernimus, etiam in his, quæ communem vitæ vsum, et sustentationem concernunt, opportune prouidetur, ac proinde nonnulla facultates, licentias, et indulta hactenus tam à nobis quàm à prædecessoribus nostris Ro. Pont. quibusdam certis nunc suadentib. causis concessa, quæ præmissis obesse contuemur, alijs vrgentibus, magisque necessarijs superuenientibus causis, pro nostra in cunctis solita prouidentia interdum reuocamus, et annullamus, aliasque desuper disponimus, prout omnium communi vtilitati, et communitati percipimus salubriter expedire. Sane attendentes, quod licet Dei omnipotentis gratia, et benignitate in statu nostro Ecclesiastico ea talis hactenus fuerit, ac sit in præsentiarũ Annonæ copia, quod ex ea status eiusdem populi, et subditi nostri facile, commodeque, ac vili pretio se, suasque familias sustentare possent, nihilominus nimia lucri cupiditate multorum, forsan prætextu certarum licentiarum, et facultatum eis (vt asserunt) concessarum, ex diuersis dicti status partibus, & locis frumenta, & alia blada, ac legumina in multarum etiam pauperum partium earundem personarum præiudicium, & grauamen extrahentium, & alio asportantium efficitur, vt fere semper populi, ac subditi ipsi nimia Annonæ huiusmodi charitate, rerumque penuria oppresi, quo ad eorum qualemcunque substentationem, & victum quotidianum non mediocriter, sed plusquã par sit, nostramque deceat prouidentiam, patiantur. Nos igitur, quorum est præ cæteris per debitæ prouisionis nostræ ministerium præmissis obuiare, ac populorum, & subditorum præfatorum commoditatibus opportune consulere, & ne licentiarum, & facultatum huiusmodi causa alijs prodesse quidam velint, nostri rerum penuria huiusmodi pergrauentur, satagere volentes, auctoritate Apostolica, & ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine præsentibus perpetuo valituris omnes, & singulas, præterquam ex causa vere onerosa solutionis videlicet, & exbursationis pecuniarum, extrahendi frumenta, & cuiusuis alterius generis blada, & legumina ex quibusuis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis nobis, ditionique nostræ Ecclesiasticæ mediate, vel immediate subiectis, quibusuis communitatibus, vniuersitatibus, & personis tam sæcularibus, quàm quorumuis ordinum regularibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, existentibus, ac etiã Ducali, Marchionali, Comitiali, aut alia sæculari dignitate, & excellentia, necnon Cardinalatus honore fulgentibus, per nos, & prædecessores nostros præfatos, aut alios quoscunque sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, & irritandis, etiam de necessitate exprimendis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac alias quomodolibet concessas, approbatas, & innouatas, illarum singularum veros tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis haben. reuocamus, cassamus, & annullamus, ac viribus vacuamus, illasque reuocatas, cassatas, & annullatas, ac inualidas, & viribus vacuas, neminique prodesse, aut suffragari posse, seu debere decernimus, & declaramus. necnon hactenus de non extrahendo frumenta, blada, & legumina huiusmodi in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis præfatis tam à nobis, quàm prædecessoribus nostris constitutiones, & inhibitiones emanatas, ac alijs quibusuis factas inhibitiones, bannimenta, prohibitiones, & proclamata innouamus, ac sub pœnis in illis contentis obseruari volumus, Districtius inhibentes quibusuis personis etiam vt præfertur qualificatis, ne in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub nostræ indignationis, necnon confiscationis omnium bonorum, & amissionis feudorum pœnis, licentiarum, seu facultatum, alias tamen quam vt præfertur, ex onerosa videlicet solutionis exbursationisque causa pecuniarum concessarum, aut alio quouis prætextu, directe, vel indirecte frumẽta, & blada, necnon legumina huiusmodi ex Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis præfatis quocunque modo extrahere, & alio asportare audeant, vel præsumant, Ac mandantes in virtute eiusdem sanctæ obedientiæ dilecto filio nostro Vitellotio sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, quatenus ipse, vltra ordinariam sui Camerariatus officij facultatẽ, specialem quandam, & præcipuam in præmissis curam habens, præsentem nostri motus proprij cedulam, ac in ea contenta quæcunque ab eis, quos illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, firmiter, & inconcusse obseruari, executionique debitæ demandari, necnon in Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & locis huiusmodi, ac alibi, vbi opus fuerit publicari, & notificari, necnon contradictores quoslibet, & inobedientes, ac præsentibus, & inde pro tempore emanatis proclamatibus, bannimentis, & inhibitionibus quibuscunque non parentes, quacunque appellatione, & subterfugio remotis, auctoritate nostra cõpescat, ac si ei expediens, & opportunum fore videbitur, legitimis super his haben. seruatis processibus, aut etiam simpliciter, & de plano, necnon manu regia, ac sine strepitu, & figura iudicij, sed sola facti veritate inspecta, illas censuras, & præfatas, ac alias quascunque in eisdem pro tempore subsecutis bannimentis inhibitionibus, proclamatibus, & prohibitionibus contentas pœnas incidisse, & incurrisse declaret, easque ab illis exigi, & recuperari faciat & procuret, sibi in præmissis omnibus & singulis amplam, & omnimodam dantes, & concedentes facultatem, potestatem, & auctoritatem, Ac decernens omnes, & singulos frumenta, blada, ac legumina, vt præfertur, extrahentes, & alio asportantes, facultates, & licentias ex onerosa solutionis videlicet exbursationis pecuniarum causa sibi concessas esse allegantes, prætendentes, antequam ip-

Causa constitutionis.

Reuocatio quarumcumque licentiarum, præterquam ex causa onerosa concessarũ extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Prouincijs, Ciuitatibus, & locis ditionis Ecclesiasticæ.

Innouatio prohibitionũ emanatarum contra extrahentes.

Prohibitio extrahendi, & pœna contrauenientiũ. Alias pœnas vide in dicta cõst. 53. Greg. 13.

Executoris deputatio & facultatum.

Licentias habere prætendentes ex causa onerosa, verificet coram Camerario, alioquin eis vti non possint.

Clausulæ derogatoriæ.

Licentiæ extrahendi frumenta à Camerario non approbatæ non valent.

Sola signatura sufficit.

si illis modo aliquo deinceps vllo vnquam tempore vti possint, illas coram eodem Vitellotio Cardinale, & Camerario verificari debere, ac ad id teneri, & obligatos existere, alioquin ipsis non iustificatis, & per eundem Cardinalem Camerarium non approbatis, easdem facultates, & licentias, ac illarum vigore, seu prætextu quascunque per eos frumentorum, bladorum, & leguminum huiusmodi de cætero factas extractiones, & asportationes nullas, & inualidas, ac de facto, & nulliter, ac præter mentem, & intentionem nostras factas fuisse, & esse, ac personas taliter extrahentes, & asportantes pœnas præfatas incidisse, & incurrisse, ac ad illarum totalem satisfactionem penitus teneri, Non obstantibus præmissis, ac quibusuis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, &c. etiam iuramento, &c. roboratis priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, Vniuersitatibus, Communitatibus, ac personis etiam vt præfertur, qualificatis quomodolibet, etiam motu, scientia, auctoritate, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, &c. ac alias quomodolibet cõcessis, &c. quibus omnibus & singulis illorum omnium veros tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt deinceps perpetuis futuris temporibus nulli quarumcunque licentiarum, etiam ex causa onerosa, etiam si propria auctoritate extractio illis permissa sit, concessarum & concedendarum vigore extractiones granorum, bladorum, & leguminum huiusmodi absque eiusdem Camerarij Cardinalis patentibus desuper concedendis literis aliquo pacto in toto statu Ecclesiastico facere possint aut valeant. Alioquin contrafacientes in præfatas pœnas incidisse, & incurrisse declaramus, & ab eodem Cardinale Camerario declarandos esse decernimus, &c. Quodque sola præsentis motus proprij signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula, seu constitutione Apostolica contraria non obstante.

Placet Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Idibus Augusti, Anno Sexto.

CXXXIIII.

De Aedificijs, & iure congrui, ac Iurisdictione, & facultatibus S. R. E. Camerarij, & Magistrorum Viarum Vrbis.

Hæc constitutio in multis reformata, declarata, & abrogata fuit Per Pium V. in const. 158. Ad hoc nos, & const. 134. tanta, & per Greg. 13. vt infra in eius constitu. 55. Quæ publice.

Materiæ concordantias non pono hic, quia ponam infra in dicta constitu. 55. Grego. 13.

Causa huius constit.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INTER multiplices curas, quæ mentem nostram vndequaque solicitant illi summa ope iampridem incumbendum nobis esse statuimus, vt Almam Vrbem nostram perpetuam Vicarij Christi spiritualibusque Imperij Sedem longe felicioribus, quam priscum illud temporale partum fuerat, auspicijs stabilitam, communemque totius Christiani populi patriam, sicut bonis moribus, omnique virtutum genere perornatam, ita templorum, & aliarum tam sacrarum, & publicarum, quam priuatorum ædium, platearum, & viarum pulchritudine, necnon murorum, propugnaculorumque firmitate decoratam, ac etiam pomerijs suis longe lateque prolatis insigniter ampliatam, cum Dominus huic nostræ peregrinationi modum duxerit imponendum, relinquamus: & vt hæc votis nostris respondeant, eorum curam, solicitudinemque egregiorum Ciuium prudentiæ libenter committimus qui sciant, velint, & valeant id muneris & diligenter amplexari, & fideliter exercere.

Sixti 4. cõst. istam habes sup. fol. 303. nu. 11.

¶ Dudum siquidem fœlicis recordationis Sixtus Papa IIII. prædecessor noster, cupiens ipsius Vrbis decori, & venustati in suis structuris, & ædificijs, ac ampliationi, & dilationi consulere: Motu proprio, & ex certa scientia sua ac de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo statuit, & ordinauit; quod pro tempore existentes S.R.E. Camerarius, & Magistri ædificiorum, & stratarum Vrbis, ad requisitionem dominorum quorumcunque domorum, quarum porticus, orosella, seu alia ædificia pro vijs, seu plateis, & alijs locis publicis eiusdem Vrbis eatenus diruta fuerant, ac dirui contingeret; & quandocunque de mandato Magistrorum eorundem, si domini prædicti domos ipsas inhabitare soliti erant ante demolitionem, & tempore demolitionis huiusmodi factæ, & quam fieri contingeret in futurum, absque dolo, & fraude inhabitabant, & in posterum inhabitarent; Et propter demolitionem huiusmodi iam factam, & quæ fieret domus effectæ essent, vel in posterum efficerentur pro eorundem dominorum commoda receptione, & inhabitatione incapaces, essentque iuxta eas aliquæ domus per earum dominos minime inhabitari, sed pro earum annua responsione, vel alias locari solitæ ex quarum coniunctione cum incapaci effecta domo huiusmodi domino illius aduersus incommoditatem huiusmodi subueniri posset, tenerentur complere dictarum domorum vicinarum dominos, etiamsi ad Ecclesias, & Monasteria tam virorum, quam mulierum, ordinum quorumcunque, etiam exemptorum: Necnon Beneficia Ecclesiastica, Hospitalia, & alia pia loca pertinerent, ad eas vendendum dominis truncatarum domorum, pro pretio per duos probos, & expertos viros per vtramque partem eligendos determinando, & declarando: Si vero hi duo concordes in eodem pretio assignando non essent, eo casu ipsi camerarius, & Magistri, habito ipsorum dominorum Iudicio, pretium imponerent, & assignarent. Et si forsan contingeret ex demolitione huiusmodi duas domos, sic per earum dominos inhabitatas, incommodas modo præmisso effici, & inter eas aliam adesse domum locari solitam, quam vterque dominus dictarum duarum domorum demolitionem passarum, & incapacium effectarum sibi vendi, & suæ domui incorporari postularet; deberent Camerarius, & Magistri præfati illi ex eis venditionem huiusmodi fieri mandare, quem magis indigere domo vendenda existimarent. Et si ea forsan vterque æqualiter indigeret, partem vni, & partem alteri, si commode diuidi posset, vendi facerent, aut alias desuper prouiderent, prout eis expedire videretur. Et si domos imminutas huiusmodi domini sui non habitarent, sed eas locare soliti essent, liceret etiam tunc Camerario, & Magi-

Compendium dictæ const. Six. 4.

stris

stris præfatis, si id peteretur per alterum dominorum domorum earundem, dominum domus minus læsæ, ad instantiam domini domus magis læsæ, ad emendum domum magis læsam, aut suá domino domus magis læsæ vendendum compellere, seu alias, prout eis videretur, prouidere. quod ambæ domus ipsæ inutiles, & inhabitabiles non remanerent: & similiter, prout eis videretur, prouiderent quoties domus ipsæ sic vicinæ, & locari solitæ æqualiter læsæ & incommodæ effectæ forent. Et ne ob proteruiam, & duritiam dominorũ domorum, sine quarum demolitione plateæ in eadem Vrbe necessariæ, & vtiles, ad illius decorem de nouo ordinari, vel iam ordinatæ ampliari, & noua Palatia, nouæq; domus construi, seu iam constructæ ampliari commode nequirent, Platearum earundem ordinatio, & ampliatio, ac Palatiorum & domorum de nouo constructio, seu formatio retardarentur: possent, atq; deberent iidem Camerarius, & Magistri dominos domorum quarumlibet locari, nõ autem per ipsosmet dominos inhabitari solitarum, ecclesiasticos, & seculares quacunque dignitate fungentes cogere ad vendendum pro iusto, & rationabili pretio, vt præmittitur statuendo, Conseruatoribus seu Syndicis eiusdem Vrbis domos quas pro huiusmodi Plateis de nouo ordinandis, vel antiquis reformandis, & ampliandis necessarias, & vtiles esse cognoscerent: idemque facerent circa alias domos per earum dominos inhabitari minime, sed locari solitas, quas vtiles, & necessarias esse putarent pro Palatiis, domibus seu aliis ædificiis tam profanis, quàm Ecclesiasticis, in eadem Vrbe de nouo construendis, seu iam cõstructis ampliandis ad instantiam personarum habentium iuxta illas domum seu solum, aut alium locum, & volentium ibi de nouo domos, vel Palatia construere, seu iam constructa ampliare. Et si duo, seu plures in huiusmodi instantia concurrerent, ille cæteris præferretur, cui domus, platea seu locus, de cuius venditione ageretur, magis adiaceret, seu qui illo magis indigeret, & ea cuius ædificio plus decori eiusdem Vrbis consuli speraretur, & si in omnibus paritas foret, liceret Camerario & Magistris præfatis, venditionem huiusmodi pro parte vni, & pro parte alteri, aut vni ea eis in totum fieri mandare, prout eis videretur. Volens quod in singulis casibus prædictis, si illi, ad quos domus, & alia loca vendenda huiusmodi pertinerent, bisque moniti, & requisiti per Camerarium, & Magistros præfatos cum termino conuenienti eorum arbitrio moderando vendere recusarent, aut malitiose differrent Camerarius, & Magistri præfati vice, & nomine illorum sic recusantium, vel differentium venditionem huiusmodi facere cum promissione, obligatione, pœnis, renunciationibus, iuramento, pactis, & cautelis consuetis, & pretium inde prouenientis recipere, & penes ædem sacram, aut fide, & facultatibus idoneam personam deponere deberent, dominia domus, aut alterius loci sic per eos pro tempore venditi, si venditionem ipsam ratam habere, & fideiussorea de euictione præstare vellent, & non alias consignan. haberentque venditiones ipsæ quas sic per Camerarium, & Magistros fieri cõtingeret, & traditiones locorum, & domorum sic venditorum plenam roboris firmitatem, & eosdem omnino operarentur effectus, ac si per illos, ad quos illa tunc pertinebant, factæ fuissent. Prouiderent quoque iidem Camerarius, & Magistri, in casibus in quibus aliquos compelli contingeret, ad vendendum proponentibus noua ædificia construere, seu iam constructa ampliare se velle, vt ipsi talia proponentes ante omnia se obligarent ad inchoandum, & perficiendum huiusmodi noua ædificia, modis, & formis, ac infra tempus, & sub pœnis, de quibus ipsis Camerario, & Magistris, personarum, & ædificiorum qualitate inspecta videretur: & ab illis, qui sic se obligassent, & præmissa non adimplerent, pœnas exigerent memoratas. Et nihilominus eos compellerent ad obseruandum præmissa per eos, vel quas prius habitarent: & etiam propterea eis venditas domos aliis ædificare volentibus vendendum pro iusto, & rationabili pretio vt præfertur, moderando. Et quia interdum contingebat, quod habentes domos, siue domorum sedimina claustra, seu loca in eadem Vrbe, & illa vendere volentes variis plerumq; modis & occasionibus illa vendere recusabant habentibus domos, sedimina, claustra, & loca illis vicina, & nonnunquam illa vendebant æmulis eorundem vicinorum, seu personis eis parum gratis, quo fiebat, vt ipsi domorum, claustrorum, & sediminum, seu aliorum locorum vicinorum domini illa emere volentes, & habere nequeuntes retraherentur persæpe ab ædificatione de nouo in eorum sediminibus, & locis vicinis, ac ab ampliandis domibus, quas inibi habebant: sicque decori eiusdem Vrbis, aut saltem ipsorum vicinorum commoditati non parum detrahebatur. Statuit etiam, & ordinauit idem Sixtus prædecessor, quod præfati sic vendere volentes, tenerentur domos, sedimina, claustra, plateolas, & loca venalia huiusmodi vendere habentibus domos, sedimina claustra, & loca alia illis contigua, pro iusto, & rationabili pretio, per alios euidenter, & non ficte forsan oblato: & si illa aliis quam vicinis præfatis venderent, venditiones illæ quoad alios, qui ea emerent, & eorum cõmodum, nullius essent roboris, vel momenti, & haberentur pro infectis: deberentq; Camerarius, & Magistri præfati ementem à possessione domus, sediminis, claustri, plateolæ, seu alterius loci sic empti, absque vlla tela iudicij vicino instante, & pretium rationabile offerente, & dicto emptori, si illud recipere, & emptioni per eum factæ renunciare, & ipsum vicinum iuxta Camerarij, & Magistrorum præfatorum ordinationem eorum facere vellet, persoluendum deponente, amouere, & ipsum vicinum in illius possessionem inducere, perinde ac si emptio ab ipso facta fuisset. Et si forsan essent duo vicini, quibus domus, claustrum, sedimen, plateola, seu alius locus, de cuius venditione ageretur vtilitatem, vel commoditatem afferre posset, & ille ex eis præferri deberet in præmissis quem Camerarius, & Magistri præfati consideratis circũstantiis vniuersis, venali domo, sedimine, claustro, solo, plateola, seu alio loco magis indigere declararent, Et si æqualiter indigerent, & pro parte vni, & pro parte alteri posset exinde commoditas prouenire, vtrique proportionabiliter concederetur. Si vero facta illius diuisione, portiones vtriusque fere inutiles essent, non diuideretur, sed Camerarius, & magistri, alteri eorundem vicinorum, quem vellent, illam, seu illud assignarent, Camerario in ecclesiasticas, & eo, ac Magistris præfatis in alias personas, Cum facultate, & potestate videlicet, Camerario per censuram ecclesiasticam, & ipso, ac Magistris præfatis per pœnarum, & mulctarum impositionem, ac personalem districtionem, & alia iuris remedia contradictores quoslibet, & rebelles compescendi, executoribus desuper deputatis.

Compendium il... & cõst. Sixti 4.

Et successiue piæ me. Leo Papa X. etiam prædecessor noster considerans quantum decoris, et dignitatis Vrbi, et Curiæ Roman. supradictis in ædificiorum, et prædiorum ampliatione, et salubrioris aeris amœnitate, et hominum in omni virtutum, et dignitatum genere illustrium copia, et cultu à tempore, quo literæ ipsius Sixti prædecessoris super præmissis emanauerant, accesserat, Motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, literas Sixti IIII. huiusmodi cum omnibus in eis contentis clausulis per suas literas approbauit, et innouauit. Decernentes eas in singulis partibus suis, etiam in quibus forte hactenus vsu receptæ non fuerant, ab omnibus perpetuis

Leonis X. const. istas habes sup. fol. 197. nu. 11. & fol. 228. nu. 59.

futuris

futuris temporibus inuiolabiliter obseruari. Et nihilominus præfati Sixti prædecessoris vestigiis inhærens, ipsorumque Ciuium, & Curialium, ac aliorum ædificare volentium commoditatibus prouidere cupiens, inter alia (quoniam sicut acceperat, nonnulli ad habitandum domos, quibus illarum vicinos pro ornatu, & ampliatione supradictis indigere conspiciebant, de nouo se conferebant, vel illas instaurari, aut refici faciebant, vt quod eis directo non licebat, hac saltem via aliqua dictæ Vrbis decori, & vtilitati obuiarent, vel illa augere desideraotes ad domos ipsas longe plus insto pretio emendum, necessitate compellerent) auctoritate Apostolica præfata declarauit omnes, & singulos, qui postquam pro parte dictorum Magistrorum super suis domibus per eos tunc nō habitatis pro commoditate, in illis, & apud illas ædificare volentium, vt præfertur, vendendis requisiti forent, etiam si domos vendendas huiusmodi de nouo habitare, aut instaorari, vel refici (non tamen à fundamentis) facere incepissent, ad illas vendendum iuxta dictarum Sixti prædecessoris literarum tenoré, perinde ac si ad eas de nouo habitandū se non contulissent, illasue restaurari, aut refici non fecissent: per Camerarium, & Magistros præfatos cogi, & compelli posse, atque debere, tam in præteritis, quàm futuris. Et generaliter volens ea omnia, quæ per Sixtum prædecessorem præfatum super venditionibus, & diuisionibus domorum, arearum, siue platearū intra Vrbem consistentium in fauorem personarum de nouo ædificare, aut constructa ædificia, & prædia ampliare volentium, ab inuitis dominis, seu etiam eorum nomine faciendis prouide disposita fuerant, etiam extra Vrbem in locis ab illa vltra decem milliaria non distantibus, vicem sibi vendicare, & effectum sortiri debere, vbi, & quoties eisdem Camerario, & Magistris videretur vtilitati, vel ornatui publico expedire: aliasq; & alia tam Sixtus, quàm Leo prædecessores præfati voluerunt, ordinarunt, statuerunt, concesserunt, indulserunt, mandarunt, decreuerunt, & disposuerunt, prout in singulis illorum literis præfatis, quarum tenores, & datam, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur.

Hic Pontifex cōfirmat dictas cōst. u. Sixti 4. & Leon. X

Nos autem eiusdem Almæ Vrbis ornatui, ampliationi, decori, & pulchritudini, aerisque salubritati non minus, quam ipsi prædecessores consuluerunt, quantum in nobis est, consulere, Et quemadmodum illam Ciuitatē nostram Piam ampliauimus, mœnibusque, ac propugnaculis muniuimus, eam quoque vt munitam, ita etiam ornatam, ac speciosam reddere cupientes eorundem prædecessorum vestigiis inhærendo, similiter Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de pari potestatis plenitudine, singulas Sixti, & Leonis prædecessorum eorundem literas prædictas cum supradictis, ac etiam aliis omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ac inde sequuta quæcunque, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, approbamus, & innouamus. Decernentes easdem literas in omnibus, & singulis illarum partibus, etiam hic non expressis, etiā in quibus forsan hactenus vsu receptæ non sunt, seu non esse dici possent, perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter, & ad vnguē ab omnibus obseruari debere, ac omnes & singulos ad illarum obseruationem omnino teneri, & efficaciter obligatos existere, & censeri, Ac ad id opportunis iuris, & facti remediis, etiam per censuras, & pœnas in eisdem literis appositas, & inflictas, cogi posse, & etiam debere.

Præfigit terminum ad ædificandum illis qui ædificare promiserunt, & subcastiorum vicinorum domos sibi vendi fecerunt

Præterea cum non sine animi nostri displicentia intellexerimus ea, quæ per præfatos prædecessores in præinarratis literis pro publico Almæ Vrbis commodo, & honore ordinata fuere, contrarium sortiri effectum, quandoquidem licet iuxta earū tenorem in præmissis, & forsan certis aliis ibi expressis casibus, Camerarius, & Magistri viarum, qui pro tempore fuerunt, quam plures ad domos suas, vicinis se ibi ædificare velle dicētibus, seq; id facturos etiam cum obligatione promittentibus, vendendū coegerint, multi tamen emptores huiusmodi obligationibus per eos ad noua ædificia inchoandum, & perficiendum, seu iam cōstructa ampliandum, pactis, modis, & formis, ac sub pœnis in sententia Camerarij, & Magistrorum viarum, iuxta formam dictarum literarum promulgatis contentis non obstantibus, postquam dictas domos antiquis dominis ejectis habuerunt, noua ædificia per se promissa facere, seu iam constructa ampliare non curarunt, memoratas prædecessorum præfatorum constitutiones, & antiquos domorum dominos simul eludendo, & pœnas præfatas damnabiliter incurrēdo, indignitatibus huiusmodi, vt par est, prouidere volentes, eisdem auctoritate, & tenore statuimus, volumus, & ordinamus, vt qui infra sex menses à die publicationis præsentium promissiones per eos à viginti annis citra factas, & in futurum faciendas, non adimpleuerint, ac propterea pœnas iuxta formam dictarum literarum incurrerent, manu Regia ad solutionem pœnarum huiusmodi per Camerarium, & viarum Magistros præfatos cogantur, quarum pœnarum vna fabricæ, seu munitioni murorum Ciuitatis nostræ Piæ, & altera medietates Camerario, & viarum Magistris præfatis applicentur: & nihilominus ipsi elusores ad dictas domos pro eodemmet pretio, quo illas emerunt, primis dominis retrouendendum à Camerario, & Magistris præfatis cogi possint.

Et non ædificantibus à dicto termino pœnas imponit.

Declarat et vēdētes dominorum &c. semper intimandas esse vicinis.
Tu vide Greg. 13 const. 25.

Et quum pluries hactenus fit in literis Sixti prædecessoris huiusmodi dubitandum, an domini vendere volentes deberent requirere vicinos super venditionibus domorum, plateolarum, sediminum, situum, vel Casalenorū, ipsis vicinis contiguorum per eosdem dominos faciendis, ad obuiandum litibus, quæ ex hac causa deinceps oriri possent hac nostra perpetuo valitura sanctione statuimus, & ordinamus: vt in futurum vt vicinus requisierit prius venditorem, seu vendere volentem super venditione domus, plateolæ, sediminis, situs, vel casaleni, siue nō requisierit, semper ad hoc vt venditio aliis quam vicinis facta, vel facienda valida sit, suumque sortiatur effectū, venditor siue emptor domus huiusmodi vicinum ipso personaliter reperto, si haberi poterit, per vnum, sin autē facta diligentia eum aliter reperiri commode non poterit, per duos ex Mandatariis, vel nostris Cursoribus, domi dimissa copia, in absente vero per edictum publicum requirere, vel requiri facere debeat, & teneatur, an ipse vicinus velit domum venditam, seu venalem huiusmodi pro pretio per dictum emptorem, seu emere volentem non vicinum vere, & non ficte oblato, soluto, aut promisso, & cum eisdemmet pactis, & conuentionibus.

Vicinusque post intimationem adimplere debere hic expressa.

Tu vide d. Greg. 13 const. 25.

Qua quidem requisitione, seu intimatione per venditorem seu emptorem sic facta, si vicinus, aut vicini, si plures fuerint, intra quindecim dies non acceptauerint, & summam cum emptore, seu emere volente non vicino conuentam non promiserint, & de fabricando ad certam summam arbitrio Magistrorum viarum sub certa pœna eisdem Magistris beneuisa se non obligauerint, & deinde intra alios quindecim dies dictam summam realiter, & cum effectu, si vere, & realiter in primo instrumento, vel contractu fuerit soluta, non soluerint, Et si nondum fuerit soluta, omnia in eodem primo instrumento, vel contractu, aut obligatione, uel conuentione contenta non adimpleuerint, tunc uenditio aliis quam uicinis facta, uel facienda huiusmodi firma, & ualida remaneat. Sin uero præfata intimatio modo quo supra facta non fuerit tunc uenditio iuxta præfatarū Sixti prædecessoris literarum formam, facta pro uicino intelligatur. Et si prædicta intimatio facta nō fuerit, uolumus quod ad rescissionem primi

nem primi

nem primi instrumenti huiusmodi venditionis vnusquisque vicinorum prædictorum semper & quandocunque admittatur, nec illi via sit præclusa, nisi post annum à die scientiæ venditionis, quam scientiam declaramus sufficere tantum in generali, nempe scire rem fuisse venditam, etiam quod pretium, & aliæ qualitates fuerint ignoratæ. Et concurrentibus in cuiusuis, seu quorumuis domorum, plateolarum, sediminum, situum, & casalenorum emptione inquilino, & vicino, ipse vicinus eidem inquilino, ac alias, seruata præinsertarum literarum forma, omnino semper præferatur, & præferri debeat. Et ad obuiandum simulationibus, & fictionibus, quæ plerumque in similibus instrumentis venditionum etiam forsan ad eludendum huiusmodi nostras, & nostrorum prædecessorum ordinationes, inter venditores, & emptores, præcipue exprimendo maius pretium in instrumento, quam vere, & realiter sit solutum, vel conuentum, intercedere consueuerunt, volumus quod venditiones, in quibus huiusmodi simulationes, præsertim circa pretij quantitatem interuenerint, omnino nullæ sint, & nihilominus tam pretium per emptorem solutũ, vel promissum, quàm res sic vendita ad nos, & Sedem apostolicã eo ipso deuoluatur, pro vna fabricæ Ciuitatis nostræ Piæ, seu illius murorum, & pro altera medietatibus Camerario, & Magistris præfatis irremissibiliter applicanda, prout ex nunc applicamus.

Vicinos quoque præferēdos esse inquilinis declarat.

Simulatasq; venditiones annullat, & contrahētibus pœnas imponit.

Ad hęc vide cōst. Greg. 13. cōst. 25.

Et insuper pro maiori officij dilectorum filiorum Horatij Nari, & Hieronymi Pichi, modernorũ & successorũ suorum pro tempore existentium Magistrorum viarum dictæ vrbis dignitate, simul & auctoritate ac ad obuiandum cauillationibus, quæ in dies super eorum officio, & priuilegiis, ac facultatibus suis subinde emergere possent omnia, & singula, ac quæcunque priuilegia, facultates, gratias, prærogatiuas, & indulta Magistris viarũ Vrbis, eorumque officio huiusmodi per præfatos, & quosuis alios Roman. Põtifices prædecessores nostros, ac etiã per nos, & dictam Sedem hactenus quomodolibet, & specialiter per vnam Motus proprij schedulam à Piæ me. Paulo Papa III. similiter prædecessore nostro editam, incipientem (Inter alias innumerabiles, & graues) concessa, in primis, & ante omnia eisdem auctoritate, & tenore approbantes similiter perpetuo statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod quælibet pars, & clausula, siue constructio tam supradictorum per Sixtũ, & Leonem, ac Paulum, ac quorumuis aliorum per quoscunq; alios Romanos Pontifices prædecessores, & etiam respectiue successores nostros, ac nos, & Sedem eandem editorum, & quandocunque edendorum literarum, & etiam pari motu signatorum rescriptorum, officium, & facultates Magistrorum viarum Vrbis huiusmodi quomodolibet concernentium, respicientium, sicubi sensus erit, vel videbitur esse dubius, semper in dictæ Vrbis fauorem, & ornatum intelligatur, accipiatur, & interpretetur, ac intelligi, accipi, & interpretari, & ita a Camerario, & Magistris præfatis in causis coram eis vertentibus iudicari, & diffiniri debeat, iusque ipsum in literis & rescriptis præfatis, si opus sit fauorabile, non autem odiosum, sit, & esse censeatur, & etiam ad effectum prælatũ casus dicatur comprehensus, potiusquam exclusus, quacunque interpretatione, sensu, intelligētia, opinione, aut alia re in contrarium quomodolibet faciente non obstante.

Confirmat etiã quoscunq; Pont. constitutiones editas circa officium & facultates Magistrorũ viarum

Quas indicabo inf. i d. Greg. 13. cōst. 25.

Dubiisque desuper emergen. in ornatum Vrbis interpretari debere decernit. Et ius illud fauorabile censeri.

Et præterea ne fabricare, suaque ædificia ad vrbis ornatum ampliare volentes, propter loci defectum, cum interdum domos vicinas locari solitas, quas eis vigore literarum prædictarum emere liceat, non habeant, sed domus ipsæ vicinæ à propriis illarum dominis sint habitatæ, a suo proposito abstrahantur, & non possint propter situs carētiam, fabricas, & palatia, siue domos, vt aiunt requadrare, ideo statutum dicti Sixti prædecessoris super domorum locari solitarum, dominis ad illarum venditionem vicino seu vicinis fabricæ domumque seu domos suas ampliare volentibus faciendam compellendis, vt præfertur editam, ad quascunque domos, hortos, terrena etiam per proprios eorum dominos inhabitari solita, casu quo videlicet vicinus palatiũ, aut aliquam magni momenti fabricam, domum, hortum, seu terrenum vicini a duobus lateribus ad minus circundantem, & domus horti, vel terreni conuicini pretium, sed valorem quadruplo excedentem inchoauerit, seu inchoatum perficere voluerit, etiam si tales domus, horti, & terrena quorumuis Monasteriorum, Ecclesiarum, vel Hospitalium, vel aliorum piorum locorum, extra tamen septa Monasteriorum, Ecclesiarum, aut piorum locorum huiusmodi, dictisque monasteriis, & aliis locis piis minime contigua existant, ita quod statutum Sixti huiusmodi non solum in locari: sed etiam casu prædicto in per proprios eorum domos habitari solitis, domibus, hortis, & terrenis locum omnino habeat, & ad vnguem obseruari debeat. Ac domini domorum, hortorum, & terrenorum ipsorum etiam per eos habitatorum, ad illorum venditionem vicino, seu vicinis huiusmodi fabricam construere, seu perficere volenti, seu volentibus, & etiam in domo fabricanda, seu amplianda non habitantibus, nec habitare solitis, per Camerarium, & Magistros viarum præfatos pro pretio æstimando, & plus decima illius parte, & alias iuxta literarum Sixti, & Leonis huiusmodi formam, & tenorem faciendam arbitrio dictorum Camerarij, & Magistrorum, per eos etiam manu Regia cogi, & compelli possint. Et insuper idem Sixti prædecessoris Statutũ Casalena per plures pro indiuiso possessa, & in maximum Vrbis detrimentum plerumq; diruta, vel discooperta, ita quod ipsi omnes consortes eorundem casalenorum possessores ad dicta casalena restaurandum, & cooperiendum, ac inibi Magistrorum præfatorum arbitrio fabricandum, vel si, & prout eisdem Magistris melius videbitur vni, vel pluribus ipsorum consortum fabricare volenti, seu volentibus, reliqui consortes fabricare nolentes, vel differentes, ad suas portiones consorti, vel consortibus fabricare volenti, seu volentibus, pro pretio per peritos æstimando vendendum, & consors, seu consortes fabricare volens, seu volentes ad portiones prædictas emendum aut si nullus ipsorum fabricare voluerit, ipsi omnes ad dicta casalena vicino, seu vicinis domorum contiguarum pro pretio, vt præfertur, æstimando uendendum, ac idem uicinus, seu uicini ad illa emendum per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio, etiam manu Regia sub pœnis sibi beneuisis respectiue compelli possint: & nihilominus contrauenientes caducitatis, & alias in præsentibus appositas pœnas incurrant, perpetuo extendimus, & ampliamus.

Vicinis etiã fabricare volentibus, decernit alios vicinos domos tam locari solitas, quàm nõ vendere debere vt hic.

Tu vide cōst. 25 Greg. 13.

Idemq; seruari mandat in casalenis.

Et cum multæ uiæ in eadem Vrbe iampridem de nouo incboatæ imperfectæ remaneant, ac in pluribus earundem uiarum locis non solum illæ domus, sed ne parietes quidem, seu muri constructi reperiantur, & uariis in locis domus ad inuicem diuisæ, distantes, separatæ, & truncatæ remaneant, in eiusdem Vrbis non modicam deformitatem, & locorum eorundem deturpationem, & (quod peius est) in dictis locis sic desertis, sordes, & immunditiæ passim proijciantur: Nos huiusmodi incommodis obuiare cupientes, uolumus, & ordinamus, ut in omnibus, & singulis huiusmodi locis unusquisque dominus siue directus, siue utilis in domo à se possessa, uel casaleno sic truncata, uel truncato, aut in situ, uel solo, aut alio loco suo proprio, saltem muro, seu pariete claudere illáq; illud, uel illum infra sex menses à die publicationis præsentium pro tempore faciedæ, in domibus uero de nouo

Domos quoque sic diuisas, quam diruendas pro construēdis viis & plateis, reparari debere decernit.

incidendis

incidendis pro viis,seu plateis construendis,infra sex menses à die integrę satisfactionis à Magistris vel aliis ipsis dominis domorum factæ computandos,muris,seu parietibus, saltem vsque ad primum solare, includere debeat,& teneatur sub pœna ad arbitrium eorundem Magistrorum viarum imponenda per quemlibet contrauenientem,eo ipso toties quoties contrauenerit incurrenda. Et si loca ipsa sint censualia, siue emphiteotica, & ecclesijs,Monasteriis,seu aliis locis,vel personis quibusuis respondentia,ipsa dictis sex mensibus elapsis,ad suos directos dominos cum eodem onere fabricandi,seu muro claudendi,dummodo si personæ ecclesiasticæ sint eorum liberationem,siue affrancationem iuxta formam prædictarum literarum faciendam non impedierint,deuoluta sint,& esse censeantur: etiam si domus,situs,& casalena prædicta sint ecclesiarum,monasteriorum,seu piorum locorum quorumcunque, Et ita per quoscunque iudices iudicari debere mandamus. Possint tamen dicti viarum Magistri eundem terminum sex mensium pro qualitate locorum,& personarum,vbi eis videbitur, prorogare. Et nihilominus ex nunc quibusuis locorum præfatorum inquilinis, seu affictuariis, ne facta prius ipsis simplici dictorum Magistrorum inhibitione, locorum eorundem pensiones, vel census dominis suis sub pœna iterandæ solutionis persoluant,sed eas,& eos etiam inuitis dominis, in expensis pro præmissis necessariis conuertant,& muros ad dictam altitudinem,si sat erit,perficiant,donec, & quousq; in eisdem locis,vt præfertur, fabricatum fuerit,inhibemus pariter, & interdicimus: quodque deinceps domini conductoribus ipsis illas bonas facere teneantur: & in euentum contrauentionis,ac soluta per ipsos inquilinos,seu conductores pensione,& dicto pariete ad minus vsque ad primum solare non perfecto,eosdem inquilinos, seu conductores de suo proprio ad dictam constructionem teneri,& obligatos esse,volumus,& etiam declaramus.

Et inquilinos pensiones & census dominis, illarū domorū soluētes in huiusmodi reaptatione expōnere posse & debere declarat.

Et cum in domibus ita incisis,siue de nouo incidendis earum domini per nos ita sint grauati ad fabricandum, vel muro claudendum,vt præfertur ad minus vsque ad primum solare,& multoties ipsi domini inhabitantes ex hac causa maximam recipiant incommoditatem, cum ex ipsa incisione domus ipsorum remaneant incommodæ,idcirco in casu,& casibus præfatis,vbi domus per dominos inhabitatæ pro viis, seu plateis construendis incisæ fuerint,& sic incommodæ effectæ,& resarcitæ,ibidemque intra sex menses,vel postea fabricatum fuerit,domos contiguas etiam per dominos inhabitatas,qui non fabricauerint præfatis dominis, qui fabricauerint sic domos incisas dominos præfatos vicinos,etiam habitantes,ad vendendum pro pretio per duos peritos, & in euentum discordiæ,per Magistros præfatos æstimando,& plus decima illius parte,vt præfertur per Camerarium, & Magistros præfatos eorum arbitrio,etiam à tribus lateribus domos vicinorum non circundantes, nec duplum nec triplum in valore excedentes,manu Regia compelli posse volumus,& etiam mandamus.

Dominosq; domorum pro construendis viis incisarum vicinos etiam habitātes ad eas sibi vēdēdas cogere posse decernit, si domus incisæ incommodæ effectæ sint, & à dominis inhabitentur.

Cumque tam in de Populo,& de Portugallo, ac Santissimæ Trinitatis, & Piæ nuncupatis, quàm aliis dictæ Vrbis viis,qua plurimi situs,seu prædia reperiantur muris,domibusque omnino vacui, quo fit,vt viæ ipsæ lateribus sterni,seu pauimentari,& ad ornatum reduci nequeant,pariter sub pœnis præfatis volumus,statuimus,& ordinamus,quod situum prædictorum domini infra eosdem sex menses in dictis sitibus, vel muros, vt præfertur, vel ædificia construere,seu construi facere debeant,& teneantur. Ita quod lapso sex mensium termino præfati Magistri viarum situs præfatos,in quibus,vt præfertur,fabricatum non fuerit,quibuscunque personis, ac pro pretio reperibili locare,& concedere,seu,si Camerario,& Magistris ipsis melius videbitur,situs ipsos quibuscunque personis pro pretio huiusmodi in manibus eorum depositariorum ad effectum illud postmodum dominis dictorum situum consignandi,facta tamen per dominos præfatos ratificatione venditionis præfatæ per Magistros factæ,& datis idoneis cautionibus in forma, iuxta formam Statutorum Vrbis deponendo vendere, & alienare libere,& licite,ac valide etiam possint ad effectum prædictum.

Et dominos situū vacuorū, fabricare in eisdē debere alioqui Magistros viarū eos aliis locare vel vendere posse vt ibi fabricetur decernit.

Et quoniam in alma Vrbe quamplurimi adsunt viculi latitudinis duorum vel trium palmorum, aut circa, in quibus variæ sordes & immunditiæ continuo inijciuntur,& muri circumcirca existētes putrefactione corrupti, fœtorem cum pestiferi,& mali aeris generatione inducunt,adeo vt tempore procedente dicti muri corruant, & collabantur,& collapsi eijciantur,vt deinceps vnicus murus pro vtroque latere domorum contiguarum inseruiat,sub eisdem pœnis,quod de cætero nemo cuiuscunque dignitatis,status,gradus,ordinis, vel conditionis existens,in,vel super muris huiusmodi trabes,aut tigna,seu quid aliud apponere,caminos,vel quidpiam aliud construere,vel murum dicti viculi eleuare, seu aliquod ibi ædificium fulcire, aut alias illis vti, vel inniti queat nec debeat. Muratoribus vero quibuscunque ne de cætero sub exilij à toto Statu ecclesiastico, & bonorum suorum confiscationis pœna,in dictis muris pro illarum reparatione,aut de nouo extructione manum,& operam apponere,vel quicquam operis ibidem facere,seu fabricare audeant,vel præsumant. Et vlterius ad tollendos dictos muros,& viculos,volumus, quod ille ex vicinis,qui primus voluerit fabricare, possit (habita tamen à præfatis Magistris licentia,etiam absque alicuius pretij solutione cuiquam facienda) eosdem viculos sibi assumere, appropriare,& vendicare,& super muro sui vicini tigna lapides,cœmenta,& trabes, aliaq; ad fabricam suam necessaria apponere,suamq; fabricam desuper adaptare,& vt dicitur appodiare, & alias eodem muro communiter cum vicino per eundem fabricare volentem medietate dicti muri ad æstimationem duorum peritorum per partes ipsas eligendorum,& in euentum discordiæ per Magistros viarum taxandi.

Viculosq; inter domos existētes, appropriari & occupari posse declarat, ab eis qui ibi primo fabricauerint.

Ad hoc vide etiā sand. const. 25.

Et quia quamplurimæ domus eiusdem Vrbis quasdam paruas habent Cloacas, Clauichettas vulgariter nuncupatas,in viis publicis respondentes,& ab ipsis domibus aquam,& immunditias in vias,& loca publica euomētes,quibuscunq; personis,vt infra eosdem sex menses sub dictę caducitatis,& aliis pœnis præfatis tam Cloacas, quàm etiam viculos prædictos,necnon quascunq; latrinas,seu cantaras,& siccatoria, vulgo sciaquatoria nuncupata,& piscinas in vias publicas.& vicos,seu viculos,aut plateas exeuntes,& respondentes obstruere, Et si velint cantaras in eorum cortibus seu cortilibus,& cancis,non autem in,uel super uiis publicis, seu plateis fabricare debeant,ita quod inquilini domorum,& locorum huiusmodi præmissa ex pecuniis eorum pensionis etiam inuitis dominis,& contra eorū uoluntatem facere possint,Et non facientes ad pœnam arbitrio præfatorū Magistrorū uiarum imponendā teneantur. Et nihilominus omnes pensiones decursas, & præfatis dominis interim contra inhibitionē eis faciendā solutas consignare teneantur depositario dictorū Magistrorū uiarū, ad effectum Cloacas,aliaq; præmissa claudendi,& cantaras,ut præfertur faciendi,inhibemus,præcipimus,atq; mandamus.

Et Cloacas, siue aquatoria, & cant. in vias aquam euomētia obstrui debere.

Et cum in uiarum,quæ pro tempore fiunt,constructione,ordinatione,& ampliatione,ac in domorum, casalenorum,& situum,siue partium eorum applicatione,seu uenditione,in omnibus casibus supradictis, & aliis quomodolibet ex causis præfatis occurentibus,interdum fit necesse domorum, seu locorum ad usum uiarum huiusmodi inci-

Fideicommissa quoq; declarat nō impedire præmissorum executionem.

Quod habes etiā in d. cōst. Greg.

modi inciforum,seu diuiforum partes remanentes adiudicare, & multoties propter fideicommiffa appofita dubitetur,ne lites,& controuerfiæ oriantur,ad tollendum igitur litium materiam, huiufmodi fideicõmiffa ad effectum præmiſſorum (ita tamen,quod ea,quæ fideicommiſſo fubiecta erunt,fic adiudicentur,quod pretia illorum in tot bonis ftabilibus reinueftiantur,quæ bona remaneant eidem fideicommiſſo fubiecta eodem modo,prout dicta bona fic adiudicata antea fubiecta erant) penitus & omnino tollimus,caſſamus,& amouemus,illiſq; ad hunc effectum fufficienter,& expreffe harum ferie derogamus.

Et cum Vrbs ipfa ædificiis,& viridariis ornata,& fplendida effe debeat,intus vero,& extra,ac prope illam ad fint quàm plurima canneta deformitatem Vrbi generantia,aeriſq; ferenitatẽ,& falubritatem, ac clarum fluminis conſpectum impedientia,& etiam male agendi opportunitatem,locumq; fubminiſtrãtia,quod quicunq; tam extra per centum & quinquaginta cannarum diftantiam prope,quàm intra mœnia eiufdem Vrbis,Necnon etiã in Angelica,& verfus flumen in Pontis Miluij viis nuncupatis,ac per viginti cannarũ diftantiã iuxta quafcunq; alias vias publicas canneta habent ; illa,ac omnia canneta intus Vrbem exiftentia,præter ea quę funt extra vias publicas in locis abſconditis feu remotis infra præfatos fex menfes fub pœnis prædictis funditus extirpare, euellere,atq; tollere,ac ad terrenum,& culturam vinearum,feu viridariorum reducere debeant.

Canneta etiam tolli & ad culturam reduci mandat.

Necnon cum Angelicam,ac Caftelli nuncupatas vias,per vineas & prata , ad maximum Ciuitatis noftræ Piæ per nos nouiter conftructæ ornatum , fecerimus , intelleximuſque quod nonnulli prata prædicta ad canneta, vineas,ad hortos facienda impudenter claudere cogitant, Ideo quod nullus in pofterum,etiam fi proprietarius exiftat,dicta prata ad alium vfum,præterquam ad pafcua,fœnumque colligendum deftinare poſsit. Quodque omnes,& quicunque,qui ab eo tempore,quo diuina fauente clementia ad fummi Apoftolatus apicem aſſumpti fuimus,huiufmodi prata reftrinxerunt,ac ibi vineas,canneta,fiue hortos fecerunt , ad illa in priftinum ftatum, nempe ad pratum reducendum,per Camerarium,& viarum Magiftros præfatos cogi & compelli poſsint,& debeant,præcipimus,& ordinamus.

Prata etiam fita prope viam Angelicã , ad canneta vel horto. reduci prohibet.

Et fimiliter,quia horti prope Vrbem cõſiftentes propter aquarum irrigationem malum , & peftiferum folent generare aerem,& maxime in Burgo noftro Sancti Petri,ac dicta Ciuitate noftra Pia,ad cuius ornamentũ,decorem,& aeris falubritatẽ fummopere intendimus,Defiderantes igitur, vt quemadmodum dictã Ciuitatem Piam muris & propugnaculis cinximus,& ab hoftilibus offenſionibus fecuram reddidimus,ita quoq; aeris falubritate non careat,ftatuimus,quod omnes horti exiftentes in pratis extra portam Angelicã (exceptis dũtaxat cardorũ vulgo carciofolorum hortis,in quibus aquarum irrigatio nullo modo fit) penitus tollantur , & aboleantur , ac ad vinearum,& pratorũ vfum reducantur,fub caducitatis,quoad dominos,& quoad inquilinos,feu affictuarios, fub exilij,& bonorum confiſcationis,aliiſque dictorum Magiftrorum viarum arbitrio infligendis pœnis.

Hortosque ibi [illegible] ad pratorũ & vinearum vfum reduci mandat.

Et quoniam in variis Almæ Vrbis locis viæ publicæ diuerfis modis funt impeditæ , & inter alia à certis fcalis à Baftoni,vt vulgariter dicitur,factis,quæ multis in locis vias publicas fere per vnam cannam,& vltra occupãt, in maximum earundem viarum præiudicium , & obftaculum , adeo vt duo currus concurrentes commode pertranſire nequeant,Idcirco fub præmiſsis,& aliis arbitrio Camerarij,& Magiftrorũ præfatorum imponendis pœnis diftricte præcipiendo mandamus,vt in pofterum nemo quominus via pro duabus rhedis , Cocchijs vulgariter nuncupatis,concurrentibus,lata,fpacioſaq; remaneat,dictas fcalas audeat ita componere, fed tantummodo duos,vel tres palmos vltra ianuam excedere : factas vero fcalas præmiſſas ac dictos duos,vel tres palmos infra eofdem fex menfes fub fimilibus pœnis reducere,& reftringere vnuſquiſque debeat.Muratores autem ibi aliter operantes,exilij & bonorum confiſcationis pœnas incurrere,& exoluere volumus.

Scalas quoque viæ Vrbis impedientes de cætero fieri prohibet & factas tolli præcipit.

Præterea cupientes non folum ipfam Vrbem interiorem,fed etiã illius fuburbia, & circuitum, ac vineas, decorari,cum nobis innotuerit nonnullos,pulchras & delicioſas,vineas,ac poffefsiones facere,& ampliare volentes,a vicinis illis terrenum,aut vineas locari tamen,feu ad medietatem fructuum,vel alias dari,& concedi folitas,ad id vendere nolentibus impediri,præfatis Camerario,& viarum Magiftris,vt quofcunque,fiue fæculares, fiue Ecclefiafticos,etiam fi Monafteria quorumuis,etiam mendicantium ordinum,necnon Ecclefiæ, Hofpitalia, aut alia pia loca fuerint,terrena,vineas,aut canneta,locari tamẽ,aut ad medietatẽ fructuum, vel alias, vt fupra dari folita,ab vna,non folita vero locari à tribus, feu duabus partibus circundata , extra tamen fepta Monafteriorum eorundem habentes vel habentia,ad illorum in toto,vel parte,etiam pro viarũ directura,& accommodatione facienda,arbitrio dictorum Camerarij, & Magiftrorum vẽditionẽ vicinis illa fic circundantibus,& ampliare volentibus,pro iufto & rationabili pretio per duos peritos per partes eligendos , & in euentũ difcordiæ, per præfatos Magiftros,habita dictorũ electorum relatione,æſtimando facienda,etiam manu Regia cogere poſſint,& debeant,etiam fi loca ipfa nõ fint vel fuerint locati inlita,& abſq; vlla difficultate id etiã procedere volumus in vinea,canneto,vel terreno fic conuicino, vbi domus cõmoda pro domini habitatione non fuerit,concedimus,& ordinamus. Necnon hmói noftram ordinationẽ non folum ad vineas,fed etiam ad cafalia intra duodecim milliaria ab Vrbe cõſiftentia,ad dictæ Vrbis ornatum, & cõmoditatem dominorũ cafalium extendimus, ac extendi debere præcipimus,& mandamus. Cumq; intellexerimus multa cafalia magnæ quantitatis Rubrorũ habere incorporata nonnulla terrarum portiones , aut petia modicæ quãtitatis Pedichæ vulgariter nominata: volumus etiam,& ordinamus,vt quicunq; cafale habuerit centum Rubrorum,aut minus,& hoc maxime vbi aliquod nobile,fiue commodum ædificium pro habitatione exiftat, & aliquam pedicham vicinam , & contiguam habeat ; fi ab vno latere tantum rubra centum,decem : & fi a duobus ; viginti : fi à tribus , triginta : & fi cafale excedat fummam centum,ad dictam ratam, vt fupra . Et fi aliquod etiam multorum rubrorum cafale in alio incorporatũ exiftat,videlicet cũ aliqua lingua quatenus dicta lingua fit incorporata , illam fibi arbitrio dictorum Camerarij,& Magiftrorũ pro pretio per peritos æſtimando & aucta decima parte pluris vendicare poſsit.

Et hanc conftitutionem iure cõgrui ad vineas & cafalia intra duodecim milliaria ab Vrbe extendit.

Ad quod vide rand. conft. 35. Greg. 13.

Et inſuper eifdem viarum Magiftris, vt quofcunq; ad fcalas quaslibet extra domos,& in viis,feu plateis publicis exiftentes , quarum præfertim in Regionibus Tranftiberinis , & Triuij maxima adeft copia , & quæ vias publicas non parum impediunt,& occupant,Necnon ad mœniana,alias curritoria lignea , mignani vulgo nuncupata,extra muros domorum multum,vel modicum fe porrigentia,& eminentia in vias publicas profpectum habentia infra annum à die publicationis præfentium deftruendum,& tollendum arbitrio Camerarij,& Magiftrorum eorundem cogere,& compellere. Necnon domorum inquilinis , vt penfiones per eos pro tempore debitas etiam inuitis dominis retinere , & in expenfas pro deftructione fcalarum, & curritoriorum huiuſmodi neceſ-

Scalas & curritoria vias publicas impedientia tolli mandat.

ſtrias, abſque eo quod ad iteratam dominis ſuis ſolutionem teneantur, conuertere valeant, & debeant. Quinimo inquilini ipſi dictas penſiones, donec ſcalæ, & curritoria huiuſmodi ablata fuerint, poſt ſimplicem inhibitionem eis faciendam ſuis dominis ſub pœna ſolutionis dictis Magiſtris viarum iterato faciendæ nullatenus perſoluere poſſint: quod tamen vnicuique ferrea, ſeu lapidea mœniana, quæ vulgo Arengherias, aut Balaustros vocant, habere liceat impune permittentes.

Porticalia demoliri, aut muris claudi iubet.

Quodque quilibet infra annum prædictum ſuas porticus, ſeu porticalia penitus, & omnino deſtruere, & demoliri, aut muris claudere habeant; dummodo porticus ipſæ non ſint modernæ, & inſignes, iudicandæ & dinoſcendæ iudicio eorundem Magiſtrorum viarũ. Illæ vero porticus, quæ pro viarum dilatatione incidendæ erunt, ita manere tolerentur, quouſque per præfatos viarum Magiſtros excisæ fuerint.

Hortoſque in calamentis Vrbis exiſtentes muris claudi præcipit.

Et præterea, quod inter calamenta, ſeu in locis eiuſdem Vrbis habitatis non liceat cuique habere hortos, ſeu viridaria ſepibus concluſa, ſed illorum domini ſub pœnis prædictis illa muris circundare teneantur.

Pontes ligneos tranſuerſos in vijs publicis amoueri mandat.

Omneſque pontes lignei per vias publicas tranſuerſi cum ſitum publicum occupent, & dictæ Vrbis ornatum offendant, infra eiuſdem anni terminum, exceptis tantum illis, qui non in principalibus, ſed tranſuerſalibus vijs, aut in viculis conſiſtentes viſum, & lucem non impediunt, iudicio eorundem Magiſtrorum dinoſcendis.

Pontellos in domibus ruinoſis tolli iubet.

Et vlterius omnes pontelli in quibuſuis domibus ruinoſis in vijs, ſiue plateis exiſtentes, infra ſex menſes à die publicationis præſentium per illorum reſpectiue dominos, ſeu inquilinos ſub pœnis prædictis omnino tollantur, & auferantur, auferrique debeant.

Artium diuiſionem & ſitum iocari in certis vijs per Camerarium & Magiſtros fieri, & tractari ſeruari præcipit.

Et quoniam ad dictæ Vrbis decorem, & ornatum non parum cederet, ſi vnaquæque Ars ab alijs artibus ſeparata, & in vnum collecta, ac vnita ſuis loco, & ordine collocaretur, & præcipue illa, quæ ad victũ ſic ſparſa nõ eſt neceſſaria, cum artifices ipſius Vrbis quaſi abſque vlla diſtinctione inuicem confuſi, abſque maxima ordinis perturbatione, ornatuſque, & decoris publici præiudicio habitare noſcantur, qui, quorumque tabernæ, & officinæ, ſi in ſuis quique locis, & vicis ſegregatis ordinarentur, tam Vrbis ornatui, quam etiam illorum commoditatibus non parum conſuleretur, vt omnis inter eos confuſio amoueretur, & ipſi ab inuicem iuxta ſpecies ſuas ſeparati, in quantum poterit, decorem Vrbi deferant, ſimul & commoditatem, Ideoque quod quoties, & poſtquam per Camerarium, & Magiſtros viarum huiuſmodi Artium diuiſio, & ſituatio ſtatuta, & ordinata fuerit, quicunque artifex cuiuſcunque artis & exercitij in aliquo vico, via, aut platea dictæ Vrbis, vbi ſuæ artis exercitium magis vigeat, & conſtitutum fuerit, vt præfertur, habitare voluerit, poſſit quemcunque alium cuiuſcunque alterius à ſuo diuerſi exercitij artificem inibi commorantem ſeu commorari volentem expellere, & eijcere, ac expelli, & eijci facere, & in illius locationes, dummodo ad longum tempus, ſeu ad vitam, vel generationem non ſint factas, ſubintrare pro eodemmet pretio, data tamen cautione de exercendo dictam ſuam artem in dicto loco ad minus per annum, & vltra arbitrio Camerarij, & Magiſtrorum viarum præfatorum, exceptis tamen ſemper dominis in proprijs domibus habitantibus. Et ad euitandas controuerſias, poſſint ipſi Camerarius, & viarum Magiſtri ſemper, & quandocunque arbitrio ſuo decernere, & declarare, quæ ars in vno loco magis vigeat, quam altera, ac etiam artificij inquilino ſic pro tempore expellendo vnius menſis, aut longiorem ipſis Magiſtris beneuiſum terminum ad euacuandum præfigere. Et inſuper fines, limites & vicos, infra quos vnaquæque ars, & illius artifices ſuo ordine ſtare, & conſiſtere debeant, conſtituere, & declarare, prout, & quando eis videbitur, & placuerit, perpetuo ſtatuimus, mandamus, & ordinamus.

Candelottariorũ Cordariorũ, & Vacinariorũ artes prope flumẽ exerceri mandat.

Et quia aeris putrefactio non ſolum ex malis humoribus, & immunditijs, ſed etiam ex malis odoribus, & fœtoribus generatur, ſicque ars Candelariorum diffuſa per Vrbem tetrum putorem reddens, multum noceat Ciuitati. Idcirco quemadmodum artes vacinariorum, ſeu coriariorum, nec non artificum chordas muſicales ex animalium fibris facientium malum reddentes odorem, ad fluminis Ripam ſeparatæ reperiuntur, ita & dictam Candelariorum artem, vt is putor exhalationem habeat, prope flumen ad Sixti, ſiue quatuor capitum, aut Sanctæ Mariæ nuncupatos Pontes, vbi Camerario, & viarum Magiſtris præfatis magis videbitur expedire, infra menſem a die publicationis præſentium ſub confiſcationis omnium bonorum ipſorum Candelariorum, & alijs etiam in eorum perſonam arbitrio Camerarij, & Magiſtrorum præfatorum infligendis pœnis reduci, ac in locationes alijs perſonis ibi factas prout eiſdem Magiſtris videbitur, ſubintrare debere, volumus, & mandamus.

Et vias Vrbis nõ ampliꝰ ſilicibꝰ, ſed coctilibus lateribꝰ ſterni præcipit.

Et quoniam Vrbs ipſa nimium eſt humiditati ſubiecta, ſicque in certis partibus ſilicibus ſtrada humidior efficiatur, Propterea omnibus, & ſingulis muratoribus ſub exilij, alijſque pecuniarijs, & etiam corporalibus dictorũ Magiſtrorum arbitrio infligendis pœnis, dominis vero ſub ducentorum ducatorum, vt præfertur applicandorũ pœna, ne deinceps viam ſilicibus ſternere, ſeu aliquas ſilicatas ante domos ſuas facere audeant, ſeu præſumant, inhibemus. Volumus autem, quod omnes viæ ipſius Vrbis coctilibus ſternẽtur lateribus, vna cum ſuis interlineis, quas guidas vocant, piperino, tiburtinis, aut ſiliceo lapide arbitrio dictorum Magiſtrorum, nec ſint aliquo pacto interruſtatæ, ſed in vnaquaque via ſint omnes guidæ ex peperino, tiburtino, aut ſilico lapide.

Camerarioq; & Magiſtris dat facultatem cogendi dominos poſſeſſionum contiguarũ vijs principalibus, ad ſtruendum muros & cæt.

Et inſuper præfatis Magiſtris viarum in perpetuum, & pro decore eiuſdem Vrbis, ac ſtructura viarum principalium, præſertim intus & extra vrbem in via Flaminia de Populo nuncupata, infra vnum miliare dominos vinearum, & aliarum poſſeſſionum vijs ipſis contiguarum, ad muros, & alia pro dictarum viarum principaliũ ſtructura, & decore, arbitrio Camerarij, & Magiſtrorum eorundem neceſſaria conficiendum, fabricandum, & reſarciendum, vel ratam expenſarum ipſos dominos, & quemlibet ipſorum pro prædictis, & eorum ſingulis reſpectiue quomodolibet tangentem, ſoluendum, & ſeu depoſitandum, prout ipſis Magiſtris videbitur: Et ſi aliquis, vel aliqui dictorum dominorum muros conſtruere, aut alia vt præfertur facere, vel dictam ratam ſoluere recuſauerint, præfati viarum Magiſtri pro celeriori expeditione ipſos dominos ſic renitentes, & moroſos ad ſuas vineas, ſiue poſſeſſiones in toto, vel parte alteri, ſeu alijs pro iuſto, & rationabili pretio, vt ſupradictum eſt, alienandum, vendendum, etiam manu Regia cogere, & compellere.

Et dubia ſuper præmiſſorum intelligentia orta arbitrio diſſoluendi.

In cauſis ſternẽdarum viarũ appellari prohibet non facto depoſito.

Ad quod vide Pau. 3 conſt. 56.

Ac ad tollendas diſputationes, ijdem Camerarius, & Magiſtri viarũ omnes, & ſingulas, ac quaſcunq; difficultates, & dubia, quæ ſuper præmiſſis, alijſq; omnibus, & ſingulis in præſentibus cõtentis, & deſcriptis, ac illorum ſenſu, intelligentia, vel ſignificatione oriri quãdocunq; contigerit: interpretari, & diſſoluere arbitrio ſuo libere, & licite poſſint, & valeant, licentiam, facultatem, poteſtatem, & auctoritatem omnimodam impartimur.

Præterea ſtatuimus, & de nouo etiam ordinamus, quod in cauſa ſternendarum viarum huiuſmodi præfati Magiſtri ſint meri iudices, & executores, ac ab eorum decretis, & mandatis in hac parte, ſicuti in cauſa mercedis, non

poſſit

posſit quoquomodo, niſi facto actualiter depoſito penes Notarium ipſorum Magiſtrorum in pecunia numerata conſignando poſtea actori, vel reſtituendo reo, prout deinde per Camerarium, ſeu viarum Præſidem, ad quem recurſum fuerit, eſſet, vel erit iudicatum, appellari, vel recurſus ad quempiam, etiam pro tempore exiſtentes Camerarium, Clericos, vel Præſidentes Cameræ Apoſtolicæ, aut quoslibet alios iudices haberi: ſed mandata præfata executioni demandari debeāt, non obſtantibus quibuſcunq; ſignificationibus per prædictos, vel quoſcunq; alios forſan faciendis.

Et vt eorundem Magiſtrorum viarum officium in ſua auctoritate, & dignitate, prout decet, habeatur, illorumque mandata diligentius executioni demandentur, & cauſæ ſuper arte muratoria pro tempore naſcentes ſagacius, & maturius veluti per expertos, & pro minori partium diſpendio decidantur, omnes, & quaſcunq; cauſas, lites, quæſtiones, controuerſias, & differentias tam inter quoſcunque muratores, & fornaciarios, quàm eos, & quoſuis alios artifices, aut alias tam Eccleſiaſticas, quàm ſæculares perſonas ſuper dicta arte muratoria, & rebus ad illam quomodolibet pertinentibus, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam actiue, quàm paſſiue mouendas, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali per præfatos Horatium Narum, & Hieronymum Pichum, modernos, & pro tempore exiſtentes Magiſtros viarum dictæ Almæ Vrbis, qui coniunctim procedere debeant, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, et ſi, & quādo eis videbitur ſine ſtrepitu & figura iudicij, nullaque tela iudiciaria ſeruata, etiam manu Regia procedendo, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas eſſe, & fore decernimus, volumus, ſtatuimus, declaramus, & ordinamus: Non præiudicando tamen, nec derogando prædictarum artium Conſulatibus; ita tamen, quòd à ſententiis ipſorum Conſulum non poſsit ad aliquod aliud Tribunal appellari, nec recurſus haberi, præterquam ad Magiſtros viarum præfatos, & dictæ Vrbis Conſeruatores, ſeu Camerarium noſtrum: Cum poteſtate citandi, & inhibendi quos, quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, etiam per edictum publicum; conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, vel abſentia, aut latitatione, ſub pecuniariis, aliiſque ipſorum Magiſtrorum viarum, & Conſeruatorum reſpectiue arbitrio imponendis, & moderandis pœnis; Et in euentum non paritionis, inobedientes pœnas ipſas incurriſſe vnica tantum citatione præuia, declarandi, & ab eis exigendi: dictaſque cauſas in quocunq; ſtatu reaſſumendi, omniaq; alia, & ſingula deſuper neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi: Ita tamen quod neque Gubernator, neque Vicarius dictæ Vrbis, neque Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, neque eiuſdem Vrbis Senator, nec Præſidens Ripæ, ſeu Ripettæ, neque (præter tamen Camerarium noſtrum dumtaxat) quicunque alius, vel alij eiuſdem Vrbis, vel extra eam vbilibet conſtituti iudices ordinarij, vel extraordinarij, delegati vel ſubdelegati, aut quauis aliæ perſonæ cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & etiam habeant priuilegia, vel indulta, quod ipſi ſint iudices, vel protectores aliquarum Societatum, vel locorum, etiam priorum, aut cauſarum illorum Auditores, quatenus ipſi viarum Magiſtri in cauſarum huiuſmodi cognitione præuenerint, cauſas artis muratoriæ huiuſmodi nullatenus in toto, vel in parte audire, cognoſcere, decidere, ſeu ſe in illis quomodolibet, & quouis prætextu intromittere poſsint, neque debeant: & quicquid ſecus factum fuerit, irritum ſit, & inane, ac pro infecto habeatur: & per prædictos viarum Magiſtros, ſi præuenerint, vt præfertur, omnino reuocari quandocunque poſsit (Saluo tamen quod Clerici, & Præſidentes Cameræ Apoſtolicæ ſe in huiuſmodi cauſis iuxta Pauli III Literas prædictas dumtaxat, & non alias intromittere poſsint) perpetuo committimus, & mandamus: ac eoſdem Magiſtros viarum, cauſarum, & litium huiuſmodi iudices, & executores ſpeciales, & generales, ita quod in eis, vt præfertur, alte, & baſſe procedere valeant: conſtituimus, & deputamus: Saluo tamen recurſu, ſi partes voluerint, ad ipſum Camerarium.

Cauſaſque artis muratoriæ eiſdem Magiſtris audien. cómittit vt hic.

Ad quo vide ſt Pauli 3. conſt. 65 fol. 477.

Mandantes propterea dilectis filiis Vitellotio Sanctæ Mariæ in via lata, Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, moderno, & pro tempore exiſtenti Camerario, & Præſidentibus, & Clericis præfatis, quatenus ſtatim viſis præſentibus nullo alio deſuper à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut dicta Sede, ſeu aliundecunque expectato mandato, omni mora, dilatione, & contradictione ceſſantibus, eaſdem præſentes in dicta Camera recipiant, & admittant, ac in illius libris regiſtrari mandent, illaſque inuiolabiliter, & ad vnguem in omnibus, & per omnia perpetuo obſeruent, ac ab omnibus & ſingulis obſeruari faciant realiter, & cum effectu. Ac præſentes literas perpetuo durare, & valere, perpetuiq; roboris firmitate ſubſiſtere, neq; de ſurreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis, aut quod præmiſſa, & quodlibet præmiſſorū non fuerint vſu recepta, aut alio quocunq; vitio, ſeu ēt intentionis noſtræ, vel eiuſdem Sedis, aut quouis alio defectu notari, vel impugnari, neq; etiam per nos, vel ſucceſſores noſtros, aut dictam Sedem reuocari, alterari, ſuſpendi, modificari, aut illis in aliquo derogari vnquam poſſe.

Et hanc conſt. in Camera recipi & regiſtrari mandat.

Clauſula præſeruatiua.

Sicque in præmiſsis omnibus, & ſingulis per quoſcunq; iudices, & commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & ipſius Eccleſiæ Romanæ Cardinales, etiam Legatos de latere, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari & diffiniri debere. Ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Decretum irritans.

Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Oſtien. & Portuen. ac Tuſculanen. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunq;, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Magiſtrorum viarum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſsis omnibus, & ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem viarum Magiſtros approbatione, confirmatione, innouatione, ſingulis ſtatutis, voluntatibus, ordinationibus, extenſionibus, ampliationibus, mandatis, præceptis, inhibitionibus, interdictis, conceſsionibus, indultis, commiſsionibus, deputationibus, decretis, declarationibus, reuocatione, aliiſq; præmiſsis, iuxta præſentium tenorem pacifice frui, & gaudere, Non permittentes eos, vel ab eis cauſam habentes, per Camerarium, Præſidentes, & Clericos præfatos, aut quoſuis alios quacunq; auctoritate fungētes, cōtra præmiſſa, vel eorum aliquod quomodolibet indebite moleſtari, inquietari, vel perturbari, Contradictores quoslibet, inobediētes, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Executorum deputatio & facultatum.

Non obſtantibus præmiſsis, ac certa per nos dudum Motu ſimili edita ſuper pœnarum per eluſores, qui fabricas præmiſſas non fecerunt, neque faciunt, incurſarum ampliatione, impreſsioni librorum de ordine noſtro à

Clauſula derog.

Ciuitate Venetiarum ad Vrbem traducta facta, siue concessa, quam tenore præsentium, quoad præmissa, omnino reuocamus: Ac etiam nostra de non tollendo iure quæsito, Necnon recolendæ memoriæ Pauli I I. & Pauli I I I I. de rebus ecclesiasticis nõ alienandis, ac alienatis recuperandis: Necnon Bonifacij V I I I. etiam Romano. Pontificum prædecessorum nostrorum, de vna, & duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, necnon aliis quibusuis Apostolicis, ac in generalibus, Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis, & edendis, constitutionibus, & ordinationibus, ac Vrbis, & Curiæ Romanæ, ac Cameræ Apostolicæ, eiusdemque Curiæ Tribunalium, ac quorumuis Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum piorum locorum, necnon ordinum, Consulatuum, & Societatum, ac vniuersitatum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, illis, vsibus, naturis, decretis, capitulis, & etiam nouis reformationibus, legibus Pontificiis, & Imperialibus, sacris Canonibus, Priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, illorumque respectiue Populo, Ciuibus, incolis, & superioribus, ac tam supranominatis, quàm quibusuis aliis personis, & etiam iudicibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu & scientia similibus, vel ad quorumuis instantiam in genere, & specie, ac etiam Consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruãda foret, illorum tenores formas, & decreta in eis apposita, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac sufficienter derogatum fore, & censeri volumus, & decernimus: Necnon omnibus illis, quæ Sixtus, Leo, & Paulus I I I. prædecessores præfati in eisdem suis literis non obstare voluerunt, contrariis quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultũ, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod illarum transumptis, seu copiis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius prælati sigillo munitis, eadem prorsus fides, etiam in iudicio, adhibeatur, quæ præsentibus fi vbicunque forent exhibitæ, vel ostensæ, adhiberetur.

Forma, & effectus publ-Quam habes in 6.

Et ne quispiam vllo vnquam tempore præsentium ignorantiam prætendere possit, volumus, & eadem auctoritate decernimus quod ipsæ præsentes literæ in Cameræ Apostolicæ, & Curiæ Capitolij valuis, ac in acie campi Floræ de Vrbe, per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, vniuersos, & singulos, quorum interest, intra mensem à die affixionis huiusmodi computandum, perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõfirmationis, approbationis, innouationis, decreti, statuti, ordinationis, applicationis, declarationis, extensionis, ampliationis, mandati, interdicti ablationis, cassationis, amotionis, reuocationis, præcepti, intentionis, permissionis, cõcessionis, inhibitionis, impartitionis, commissionis, constitutionis, deputationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimoquinto, decimo Kal. Septembris. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumin.

P. Episcopus Narnien. Sumista.

Publicatio.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimoquinto, Indictione octaua, die vero quinta mensis Decembris, Pontificatus Santißimi in Christo Patris, & Domini D. N. Pij Diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto, Præsentes literæ Apostolicæ in quinterno foliorum in totũ (computato præsenti) triginta duorum publice affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Cameræ Apostolicæ, Curiæ Capitolij, & in acie Campi Floræ, dimissis ibidem in singulis locis præfatis respectiue, præsentium literarum copiis (vt moris est) affixis, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum, prælibati Sanctiß. D. N. Papæ & Apostolicæ Sedis Cursores.

Philibertus Chapuis Magister Cursorum.

C X X X V.

Erectio Ciuitatis Piæ, prope Arcẽ S. Angeli de Vrbe, & priuilegia in ea ædificantium, ac ad eandem translatio Conuentus & Ecclesiæ S. Mariæ Transpontinæ nuncupatæ.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.
ROMANVM decet Pontificem Almam Vrbem in qua iussu Dei per Vicarium suum beatũ Petrum Apostolorum Principem, Sedes Apostolica ad omnium Christifidelium commoditatem, ac religionis augmentum immobilis constituta, & copioso tum eiusdem principis tum exuberantis illius gloriosi vasis electionis, coapostoli sui, innumerabiliumque Christi martyrum Sanctißimorum sanguine Domino suo consecrata existit, nimirum vt Ecclesiæ caput in ea potißimum Ciuitate foret, quæ principatum orbis iampridem sibi vendicasset, & ad quam, tanquam supremam orbis Christiani metropolim, commo-

Vrbis commendatio.

nemque mortalium, omnium patriam, & altricem, magnus vndequaque populi fit concursus, non solum iustitia, pietateque moderari, sed etiam eius Pomœrio ad populum ibi quotidie, domino benedicente, non mediocriter augescentem recipiendum dilatato, nouis subinde vicorum, regionumque additamentis ampliare.

Capientes igitur vestigijs fe. rec. Leonis Papæ IIII prædecessoris nostri qui Suburbium quod Burgum Sancti Petri vocant antea per piæ memoriæ Nicolaum III. & alios plerosque Romanos Pōtifices etiam prædecessores nostros, iuxta præfati principis Apostolorum Basilicam ad Curialium commoditatem institutum non mediocriter ornauit, & ampliauit, illudq; suo de nomine Ciuitatem Leoninam appellauit, inhærēdo pro ipsius vrbis decore, & ampliatione nouam apud idem suburbium Ciuitatem construere, populumq; quo libentius ad eam inhabitandam, nouisq; ædificijs replendam se conferat, & in ea cum omni trāquillitate, & cōmoditate, aerisq; salubritate degere possit, paternis fauoribus, & gratijs inuitare post varia, quæ in Vaticano, dictaque Leonina Ciuitate fœliciter opera nostra iampridem consurgere noscuntur ædificia Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnipotētis Dei gratia per nos in primis ad hoc supplicibus votis implorata, ad eius laudem, & gloriam, tractum illum inter vetera Leoninæ Ciuitatis mœnia, & muros propugnaculaque ab arce Sancti Angeli ad Palatium Apostolicum per nos nuper excitata interiacentem, quem etiam, ne eius incolis repentinæ Tyberis inundationes, aerisque intemperies obesse possit, suggesta passim humo in altum eleuari cloacisque ad sordes eleuandas aptis locis fulciri mandauimus, in Ciuitatem Piam similiter de nomine nostro nuncupandam auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituimus. Et quoniam omne principium ab ipso Deo summo rerum opifice, ciuitatumque omnium præside, atque custode, necnon beata, & gloriosa semperque Virgine Dei genitrice Maria, par est auspicari Conuentum eiusdem Beatæ Mariæ Transpontium nuncupatæ, ordinis ipsius Sanctæ Mariæ de monte Carmelo, qui in dicta Ciuitate Leonina olim constructus reperitur, & quem pro fortificatione, struendisque aggeribus Arcis nostræ Sancti Angeli, & alias ad publicam vtilitatem dirui & solo æquari expedit cum suis ecclesia, titulo, denominatione, fratribus, & personis, capellis, capellanis, altaribus, officijs, & beneficijs, necnon cura animarum illi imminente, fonte baptismali, Sanctorumque reliquijs, & indulgentijs in ea existentibus, ac fructibus, redditibus, prouentibus iuribus, fundationibus censibus, relictis, & priuilegijs vniuersis, ad eandem Ciuitatem Piā eisdem auctoritate, & tenore transferimus: Ita vt dilecti filij Prior, & fratres illius in eadem Ciuitate Pia similem curam animarum, habitatorumque ibi pro tempore degentium cum omnibus honoribus, & oneribus parochialibus Ecclesijs debitis, solitis, & consuetis, habeant, & exerceant, dictique habitatores Ecclesiam Conuentus translati huiusmodi pro sua parochiali nanciscantur, & recognoscanat, parochiamque dictæ Ecclesiæ existant, & nuncupentur: Ac ijdem prior, fratres omnibus, & singulis gratijs, fauoribus exemptionibus, & libertatibus priuilegijs, & indultis, quibus alij dictæ Ciuitatis Piæ incolæ, & habitatores vtentur, & quomodolibet gaudebunt, similiter vti, & gaudere possint. Et insuper, vt deuotio non solum dictorum incolarum, sed etiam totius populi Romani ad dictam Ecclesiam visitandam, & frequentandam augeatur: vltra alias indulgentias, & gratias spirituales illi hactenus concessas, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum suorum prædictorum auctoritate confisi vniuersis, & singulis vtriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, seu statutis à iure temporibus confitendi propositum habentibus, qui intra decennium proxime futurum annuatim dictam Ecclesiam in singulis Domini nostri Iesu Christi, ac eiusdem gloriosissimæ Virginis Matris festiuitatibus, ac etiam qui infra triennium proximum singulis Dominicis diebus antiquam præfatam nondum dirutam, seu post eius demolitionem nouiter construendam: Ecclesias prædictas deuote visitauerint, & orationem dominicam, ac salutationem Angelicam ibi ter recitauerint, quoties id fecerint toties plenariam omnium peccatorum suorum remissionem misericorditer in domino concedimus, & elargimur in forma Ecclesiæ consueta. Et insuper pro Conuentu, eiusque Ecclesia de nouo fundandis, & construendis, aream, situmque conuenientem arbitrio dilectorū filiorum nobilis viri Gabrij Serbelloni, dicti Burgi, & militum nostrorum prætorianorum Præfecti, nostri secundum carnem fratris consobrini, & Horatij Nari, ac Hieronymi de Pichis Nobilium Roman. modernorum, & pro tempore existentium ipsius Vrbis Magistrorum viarum, assignari volumus, atque mandamus. Quibus etiam Priori, & Fratribus pro satisfactione damnorum demolitionis Ecclesiæ bis mille scuta, solui, & numerari iussimus. Antiquum autem Conuentus & Ecclesiæ præfatorum situm, cum primum dicta Ecclesia diruta fuerit, ex nunc, prout ex tunc profanamus, & pro area, ac propugnaculis dictæ arcis ad profanos vsus reducimus, & conuertimus: vias autem, ac domos, Palatia, cæteraque ædificia solita dictæ Ciuitatis Piæ in planicie æquali, quo ad primum solare, ac altitudinem stillicidij grudarum tecti vulgariter nuncupati, frigoris, æstusque defendendi gratia, eodem pariter arbitrio construi, & fabricari ac ad publicam dictorum incolarum, & habitantium vtilitatem, & refrigerium ex Palatio Apostolico destinatis, vel alijs commodioribus aquis Fontem in medio dictæ ciuitatis excitari Ludumque litterarium, seu Scolam publicam pro pueris, & adolescentibus gratis edocendis similiter institui, & aperiri, Magistroque & Præceptori, qui literis, & bonis moribus eos instruat, de honesto salario ex prouentibus Gabellæ Studij Almæ vrbis assumendo, prouideri statuimus, & ordinamus. Et vt promptius, & alacrius ad ædificandum omnes cuiusuis gradus, & conditionis alliciantur, & inuitentur; quibuscunque personis ecclesiasticis, etiam quacunque dignitate fungentibus, vt pro ea quantitate, qua ibi ædificauerint, de rebus, & bonis suis quibuscunque in vrbe, & alibi, vbicunque locorum consistentibus, etiam quæ sub nomine spoliorum Cameræ Apostolicæ debitorum comprehenduntur, vltra ædificia præfata testari, et alias disponere, Necnon ipsis in infirmitate constitutis ac etiam laicis, vt præfertur, ædificantibus, etiam in Alma Vrbe, & Romana Curia præsentibus (dummodo per viginti dies superuixerint) quæcunque venalia dictæ Curiæ officia, etiam per procuratorem pro concurrenti factarum à se fabricarum huiusmodi resignare, ac cedere, & resignationes huiusmodi omnino admitti debere, & admissas censeri per simplicem consensum desuper præstandum, ac suum plenarium effectum sortiri: Regularibus vero, vt domos per ipsos in dicta Ciuitate constructas personis etiam incapacibus, etiam iuxta priuilegia montis Fidei de Vrbe, & quæ dilectis filijs illius Portionarijs mōtistis nuncupatis cōcessa sunt, similiter concessa sint, & esse intelligantur, etiam inter viuos, & causa mortis donare, & relinquere, ac alias de illis disponere: Ecclesijs vero, & locis pijs quibuscunque, quæ penes quamcunque idoneam personam, aut ædem sacram, & in quocunque loco pecunias ad effectum illas in emptionem aliorum bonorum stabilium, in euidentem vtilitatem conuertendi depositas tenent, vel in futurum tenebunt, illas in de morum in dicta Ciuitate Pia ædificationem exponere; quæ sic expositæ in euidentem vtilitatem ipsarum Ecclesiarum, & locorū piorum cessisse, & cedere censeantur, Ac laicis, etiam coniugatis, & Clericis in ipsa Ciuitate Pia ædificantibus,

quod

Burgum S. Petri admodum ornauit Leo X. & illud voluit appellari Ciuitas Leonina.

Hic vero Pontifex apud dictum Burgum ædificare cœpit aliud burgum, quod Ciuitatem Piam denominari mādat.

Conuentumque & Ecclesiam Beatæ Mariæ Transpontium transferre ad Ciuitatē Piam ex causa hic expressa.

Eisque Fratrib. concedit omnia priuilegia habitantibus in Ciuitate Pia concessa. Quæ mox fuere concessa.

Et eandem Ecclesiā visitātib. &c. Indulgentias cōcedit.

Et nouam Ecclesiam ædificari iubet.

Et dictam Ciuitatem Piam, Fontē, & ludo literario ornari mandat.

Ædificantib. in ea priuilegia hic descripta concedit.

Limitationem et reuocationem eorum, vide infra in Pij V. constit. 7. Sacrosanctā. & consti. 130. Quæ ordini.

quod pensiones super beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, & prouen. sibi assignatas ad ratam decem scutorum pro quolibet centenario per eos in fabricando pro tempore expenso recipere, retinere, & percipere, ac illas in quasuis personas etiam in mortis articulo, & prout eorundem Sanctorum Petri & Pauli, ac Pij nuncupati milites, iuxta priuilegia per nos, & prædecessores nostros sibi concessa, formámque eis traditam, etiam absque consensu dicta beneficia obtinentium desuper habendo, pariformiter transferre: Ita quod priuilegia eadem sic ædificantibus laicis, etiam clericis, etiam Prælatis, & Religiosis concessa, ei communicata censeantur: Impudicæ vero, quas Curiales vulgus appellat, & aliæ inhonestæ mulieres, quæ in dicta Ciuitate Pia ad minus pro scutis quingentis ædificauerint, tam de suis ædificijs huiusmodi, quàm alijs earum bonis quomodocunque etiam ex turpi quæstu acquisitis, & acquirendis, similiter testari, & disponere libere, & licite valeant; nec tales mulieres testatæ vel ab intestato decedentes, aliquam partem Monasterio Conuertitarum de vrbe iuxta dispositionem Leonis X. ac recolendæ memoriæ Clementis VII. & Pauli III. Romanor. Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, & eorum priuilegia debitam relinquere teneantur, sed dicta earum bona libere, & integraliter tam ex testamento, quam ab intestato ad earum hæredes peruenire debeant. Quodque domus, & ædificia quæcunque per quosuis in dicta Ciuitate Pia pro tempore constructa, ex quocunque crimine, & delicto, præterquam hæresis, & læsæ maiestatis, confiscari non possint, ad instar priuilegiorum montis fidei, sed eorũ dominis, & successoribus suis, perinde ac si delicta non commisissent perpetuo firma, & illæsa remanere debeant, eisdem auctoritate, & tenore perpetuo concedimus, & indulgemus. Et præterea tales impudicas mulieres à solutione soliti meretricum tributi prorsus absoluimus, & liberamus. Cæterum ne in ipsa Ciuitate Pia ædificare volentes à fundorum dominis vllo modo retrahantur, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus quod intra annũ à data præsentiũ computandũ, in quouis Ciuitatis Piæ loco ædificare volẽtibus domini fundi, si ipsi ædificare noluerint, seu se ædificare velle dicentes, nisi infra trimestre ædificare cœperint, fundũ huiusmodi pro annuo censu perpetuo ad rationẽ vnius iulij pro qualibet canna dare, & locare teneantur, & ad id compelli possint, & debeant, ipsique Conductores, siue censuarij à solutione primi semestris omnino liberi, & exempti sint, & esse intelligantur. Quodque tam fundorum domini, quàm Conductores, & censuarij infra sex menses à data præsentium à die locationis respectiue computandos, fabricas huiusmodi omnino inchoare, & in fundo centum Cannarum, Conductores mille, fundi vero domini quingentorum scutorum summas in fabricam exponere, & ita proportionabiliter ædificare volentes, tam domini soli, quam conductores, pro situs quantitate, & ad ratam huiusmodi fabricare teneantur. Conductores autem præfati eorumque hæredes, & successores, quandocunque sibi placuerit, eosdem fundos, etiam ad Ecclesias, Hospitalia, vel alia quæcunque loca pia quomodolibet pertinentes, iuxta facultates sanctæ memoriæ Sixti IIII. & Alexandri VI. & Leonis X. etiã Roman. Pontificum prædecessorum nostrorum, aucta decima parte Census, affrancare, & se ab huiusmodi censu liberare, ac totaliter eximere valeant. Præterea qui in ciuitate Pia ædificauerint, in venditionibus viridariorum, vinearum, & terrenorum in partibus Transtiberin. existentium, quoquomodo pro tempore faciendis, alijs qui in dicta Ciuitate Pia non ædificauerint, etiam si vicini rerum, bonorum venalium huiusmodi existant omnino, arbitrio tamen præfato, præferri possint, & debeant: prout, & quemadmodum si ius congrui, seu pro comiteos ratione vicinitatis, communiones, vel alias quomodocunque haberent, in quibus etiam prius ædificauerit, cæteris præferatur. Porro dictam Ciuitatem Piam postquam constructa, & ædificata fuerit, etiam ex nunc prout ex tunc, regimini, administrationi, gubernio, & iurisdictioni eiusdem moderni, & pro tempore existentis Præfecti, ad instar ipsius Ciuitatis Leoninæ, æque principaliter, & sine aliqua differentia subijcimus, eandemque omnibus, & singulis priuilegijs, honoribus, fauoribus, gratijs, & facultatibus, necnon statutis, & consuetudinibus, quibus dicta Ciuitas Leonina vtitur, potitur, & gaudet vti, potiri, & gaudere similiter æque principaliter posse, dictumque Præfectum pro tempore existentem vtriusque Ciuitatis Leoninæ videlicet atque Piæ Capitaneum, seu præfectum principaliter denominari, & describi debere volumus. Dilecto filio Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato moderno, & pro tempore existenti S. R. E. Camerario, necnon eiusdem modernis, & pro tempore existentibus Præfecto, & viarũ Magistris: Motu proprio, & ex certa scientia districte præcipiendo mandantes, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel aliũ, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcũque, vbi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte alicuius prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac conductoribus, & ædificantibus, eorumque hæredibus, & successoribus, ac omnibus, & singulis alijs supra nominatis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes faciant auctoritate nostra præsentes literas, & omnia in eis contenta ab omnibus, etiam sub pœnis eorum arbitrio imponendis, & applicandis firmiter, & inuiolabiliter obseruari; illasque debitæ executioni demandari procurent. Nos enim illis, & eorum cuilibet omnia, & singula præmissa faciendi, & exequendi, & quæ in eis dubia inciderint, declarandi, & interpretandi, ac tempus, & tempora in præmissis prorogandi, & moderandi, cæteraque in his, & circa ea necessaria, & opportuna gerendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & potestatem concedimus, per præsentes. Necnon omnia, & singula præmissa valida, & efficacia existere; suosque plenarios, & integros effectus sortiri & inuiolabiliter obseruari, ac singulis supradictis suffragari: Sicque in omnibus, & singulis præmissis per Camerariũ præfatum, & dilectos filios dictæ Cameræ Præsidẽtes, & Clericos, ac quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac ipsius Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid secus super his a quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cameræ Vrbis, & Basilicæ prædictorum, & aliarum Ecclesiarum, ac Monasteriorum, & ordinum quorumcunque, necnon quibusuis alijs iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, Magistratibus, ac etiam dilectis filijs Populo Rom. sub quibusuis tenoribus, & formis, ac quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritãtibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per nos, etiam consistorialiter, & alias quolibet cõcessis, ac etiam pluries approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus spẽalis, specifica, indiuidua,

Impudicarũ mulierum ibi ædificantium priuilegium, contra constit. Leon. X. & Cle. 7. & Pauli 3. Quas vide sup. fol. 140. & 304. & ibi not.

Ædificia ibidẽ constructa confiscari nequeunt, iuxta priuilegia Montis Fidei. Quæ vide sup. in Clem. 7. cõst. 17. fol. 124.

Domini fundorum ibidem existentium debent aut ædificare, aut ædificare volentib. locare, vt hic.

Conductores censum eorundẽ fundorum auctũ decima parte census affrãcare possunt.

Ciuitas Pia gaudeat omnib. priuilegijs Ciuitatis Leoninæ.

Executorum deputatio, & facultates.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

indiuidua, & expressa (non autem per clausulas generales idem importantes) mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter insertis, & expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse pari motu derogamus; cæterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, translationis, elargitionis, prophanationis, reductionis, conuersionis, ordinationis, concessionis, absolutionis, liberationis, subiectionis, mandati, præcepti, indulti, statuti, decreti, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, Indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Santum Marcum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto decimo Kl. Septembris. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.
H. Cumyn.

ANNO à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo Quinto, in dictione octaua, Die vero Quinta Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Pij Diuina prouidentia Papæ IIII. Anno Sexto. Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, Palatij Apostolici, Basilicæ Lateranensis, in acie Campi Floræ, nec non ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, dimissis ibidem in omnibus, & singulis supradictis locis respectiue, præsentium retroscriptarum literarum copijs (vt moris est) affixis, per nos Bernardinum Andreutium, & Iulium Parinum, præl. bati Sanctiss. D.N.PP. & Sanctæ Apostolicæ Sedis Cursores. Publicatio.

Philibertus Capuis Magister Cursorum.

CXXXVI.

Confirmatio indultorum, & gratiarum Hospit. S. Antonij, quo ad ea quæ sunt in vsu, & Concilio Tridentino non contrariantur.

Ad quod habes supra const. 42. Romani Pontificis æqua fol. 710. & Conciliũ Tridentinũ, sess. 21. cap. 9. de Reformat. & vide etiam infra declarationem Pij V. in eius const. 30. Et si Dominici.

PIVS Papa IIII. Ad perpetuam rei memoriam.
EX debito pastoralis officij nobis, meritis licet imparibus, diuina dispositione commissi circa monasteriorum & hospitalium infirmorum, aliorumque piorum locorum statum prospere dirigendum, infirmosque in suis necessitatibus subleuandum paternæ pietatis oculos intendentes, ea quæ pro illorum subuentione ab Apostolica Sede misericorditer emanarunt, quantum (saluis Sanctorum Patrum decretis) nobis ex alto permittitur, approbationis nostræ subsidio libenter stabilimus, & in his alias disponimus, prout habita temporum ratione, cognitaque miserabilium personarum egestate, conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Ludouici de Langiaco abbatis, & Conuentus monasterij ad Ro. Ecclesiam nullo medio pertinentis sancti Antonij de santo Antonio, ordinis sancti Augustini Vienen. dioc. petitio continebat, Quod licet in Concilio Tridentino statutum sit, vt quæstores eleemosynarum, eorumque nomen, & vsus deinceps in quibuscunque Christianæ religionis locis penitus aboleantur, nec quæstores ad officium quæstuarum huiusmodi exercendum ullatenus admittantur, ipsum tamen Concilium indulgentias, & alias spirituales gratias, quibus non ideo Christifideles priuandos esse censuit, in posterum per ordinarios locorum adhibitis duobus de capitulo debitis temporibus populo publicandas esse decreuit, dans illi facultatem, etiam eleemosynas huiusmodi atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi, vt tandem omnes uere intelligant, cælestes hos Ecclesiæ thesauros, non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri. Et cum monasterium ipsum, eiusque hospitalia, præceptoriæ, & aliæ domus per orbem Christianum longe lateque dispersa, ad quæ miserabiles illæ personæ horrendo sacri ignis cruciatu correptæ, recursum passim habere, ibique recipi, ali, medicari, & sustentari solent pijs fidelium eleemosynis, sine quibus apud eorundem hospitalium plurimi pauperes infirmi nutriri non possent, hoc prætextu minime destituenda sint, præsertim cum eorum religiosi siue ministri plenarias indulgentias, seu confessionalia nusquam circumferant, Iccirco præfati Ludouicus Abbas, & conuentus nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus sibi, vt necessarijs hospitalium suorum sumptibus sufficere, suosque infirmos alere queant, opportune consulentes, priuilegia, facultates, & gratias eisdem Hospitalibus concessa, quæ præfato Concilij decreto non aduersantur, approbare, ac alias eorum necessitatibus subuenire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui pauperum præsertim infirmorum languentiumque curam nequaquam abijciendam, sed potius toto piæ mentis affectu amplectendam esse censemus, Omnia & singula priuilegia, facultates, indulta, & alias gratias, eisdem monasterio, & conuentui, suisque hospitalibus, præceptorijs, membris, & alijs dependentijs, & confraternitatibus, ac eorum Abbati, Conuentui, Superioribus, Præceptoribus, confratribus, & personis per quoscunque Ro. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & sedem prædictã hactenus quomodolibet concessa, literarumque desuper confectarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eadem priuilegia indulgentias, ac quæstuandi & alias facultates, ac indulta, aliasque gratias quæ præfato Concilij decreto commode coaptari poterunt, literasque desuper confectas, ad hoc vt illis omnibus & singulis monasterium ac eius hospitalia, præceptoriæ, domus, & alia membra dependentiæ atque Confraternitates, ad id per præfatum Ludouicum modernum, & pro tempore existentem Abbatem, seu conuentum Monasterij huiusmodi, vel personam seu personas ad id ab eo, vel ab eis deputatas, ad eorum beneplacitum in scriptis designanda, & specificanda, iuxta ipsius decreti Concilij Tridentini formam & tenorem vbilibet gentiũ vti, frui, & gaudere, ipsique fideles indulgentias, & alias apostolicas gratias sibi propterea concessas consequi libere

Concilium Trid. sess. 21. cap. 9. de Reformat. quæstorũ vsum prohibuit, & Indulgentias per ordinarios publicari & eleemosynas colligi decreuit.

Petitio Abbatis & Conuentus S. Antonij pro confirmatione Indultorum & gratiarum eius Hospitalibus concessarum.

Cõfirmatio quo ad ea quæ sunt in vsu, & Conc. Tridenti. non repugnent.
Ad hoc habes supra const. 42. Romani. fol. 710.

libere, & licite possint, quo ad ea tantum quæ sont in vsu, & decretis dicti concilij Tridentini non repugnant, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innouamus. Ac aduersus quascunque reuocationes, cassationes, suspensiones, & limitationes, etiam per nos hactenus factas in pristinum statum restituimus, reponimus, & plenarie iuxta formam dicti concilij reintegramus, necnon illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, ac illa ualida & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac monasterio, hospitalibus, præceptorijs, domibus, confraternitatibus, & alij locis, & personis, sic ut præfertur designandis & specificandis, ac eorum personis suffragari: Et, sic per quoscunque locorum ordinarios, & alios iudices, & Cōmissarios quauis auctoritate fungen. sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: Ac quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quo circa Ven. Fratribus Archiepiscopo Cæsaraugustanen. & Episcopo Venusino siue eorum in spiritualibus Vicarijs aut officialibus generalibus, ac dilecto filio curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi uel duo aut unus eorum per se uel alium seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ludouici, & pro tempore existentis Abbatis, & conuentus, prædictorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciāt auctoritate nostra illos confirmatione, approbatione, innouatione, restitutione, repositione, reintegratione, & decreto, alijsque præmissis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos vel eorum aliquem, seu deputatos suos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel impediri: Contradictores quoslibet & rebelles per sententias censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque oportuna iuris remedia eadem auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Ac legitimis super his habendis seruatis processibus, easdem censuras & pœnas etiam iteratis uicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus fit auxilio brachij sæcularis. Non obstan. præmissis ac fe. rec. Bonifacij papæ octaui prædecessoris nostri de vna, & concilij generalis de duabus dietis. (Dummodo quispiam vltra tres dietas præsentium uigore non extrahatur) & quibusuis alijs apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac omnibus illis quæ in literis priuilegiorum, facultatum, indultorum, & aliarum gratiarum huiusmodi non obstare concessum fuit, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod transumptis præsentium manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ literis ipsis originalibus adhiberetur, si exhibitæ forent vel ostensæ.

Dātum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die decimanona Augusti millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Cæ. Glorierius.

Decreti irritans

Executoribus deputatio cū facultatibus.

Clausula derogatoria.

C X X X V I I.

In dispensationibus matrimonialibus pro coniunctis in diuersis gradibus, exprimantur remotiores, & propinquiores gradus, alias illæ nullæ sint.

Declaratur hæc constitutio infra per Pium Quintum in constitu. 23. Sanctissimus.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus Pius diuina prouidentia Papæ IIII. ad cuius notitiam peruenit, quòd multi viri, mulieresque inuicem diuersis consanguinitatis, & seu affinitatis gradibus ex communi seu ab eodem stipite surgentibus coniuncti, matrimonij vinculo copulari cupientes, dispensationem super remotiori gradu à Sanctitate sua, & Romano Pontifice pro tempore existente, vel Sede Apostolica solent impetrare absque eo, quod dispensanti aliquam gradus propinquioris qui forsan expressus, Pontificem eius Sedem à dispensando, vel auerteret, vel certe retardaret, cognitionē suggerant, literas postmodum soper gradu propinquiori declaratorias, iuxta constitutiones fe. re. Greg. XI. & Clem. VI. Ro. Pont. Sanctitatis suæ prædecessorū desuper respectiue editas, inscio dispensante expediri procurantes. Circūspectius deinceps in huiusmodi dispensationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorsus obstacula, & quicquid dispensationi concedendæ verisimiliter obesse posset, ne videlicet aliquid ab ipso dispensante rerū ignaro cōtra mentē suam in aiarum contrahentium periculum emergat, clarius iudicari, seque de singulis obstaculis plene certiorari volens, Quod in quibuscunque dispensationibus quas pro matrimonio, scienter vel ignoranter contracto vel contrahendo in quibusuis prohibitis consanguinitatis, aut affinitatis, seu mixtis gradibus ab eadem Sanctitate sua, vel quouis Romano Pontifice successore suo pro tempore existēte, seu dicta Sede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contigerit commissionibusque desuper etiam Ordinarijs locorum faciendis, ac literis quibusuis inde conficiendis, non solum de remotiori, sed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint eorumque distantia, specialis, & expressa mentio fieri debeat. Alioquin dispensationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ huiusmodi processusque habendi per easdem, nullius sint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur. Constitutionibus prædecessorum huiusmodi cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus; hac sua perpetuo valitura sanctione, auctoritate Apostolica statuit, & ordinauit. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quauis aliter iudicandi.

Causa huius constitu.

In dispensationibus matrimonialibus omnes gradus tam proximiores quàm remotiores exprimi debeat. Hoc autem extenit Pius V. in sua const. 23.

dicandi,& interpretandi facultate,iudicari,& diffiniri debere. Ac quicquid fecus fuper ijs à quoquam quauis authoritate fcienter,vel ignoranter attentare contigerit irritum, & inane decreuit.

Placet publicetur defcribatur. I.

Publicatio.

Lecta,& publicata fuit fuprafcripta Regula,feu Conftitutio Romæ in Cancellaria Apoftolica, Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo quingentefimo fexagefimo quinto, Die vero Iouis vigefima,menfis Septembris Pōtificatus prælibati Sanctifsimi Domini Papæ, Anno Sexto.

Ant. Lomellinus Cuftos.

CXXXVIII.

Reformatio Officij Gabellarii Maioris,& eius Officialium, circa Fraudes Merciariorum Almæ Vrbis.

Aliam Reformationem habes in ftat.nou.lib.3.cap.11.Quæ ftatuta confirmauit Greg.13. in eius conftitu.63. Vrbem.

De Facultatibus DD. Confulum vniuerfitatis Merciariorum habes fupra in conftitu.118. Cum Paftorali.fol.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM ficut accepimus dilecti filij Philippus Raynoldus Almæ Vrbis noftræ Senator, Necnon Honofrius Camaianus, Hippolytus Saluianus, Marcus Antonius Palofius eiufdem Vrbis Cōferuatores cum interuentu Marij Mellini Capitum Regionum Prioris, pro reformandis ordinibus Gabellarij maioris eiufdemque modum, & formam iudicandi fecerint, & vt idem Gabellarius maior vna cum eius Officialibus,& extraordinarijs,notario & fubftitutis qualitas Iudicandi,& per artifices & Mercimoniarios eiufdem Vrbis pro tempore exiftentes nonnulla ftatuta & ordinationes feu Capitula per eos refpectiue obferuanda materno fermone vel lingua vernacula ediderint,& in fcriptis redegerint huiufmodi fub tenore. Statuti,ordini,e reformationi dell'vfficio del Gabellieri maggiore, e fuoi vfficiali, L'Illuftrifs. Signor il fignor Philippo Rainoldo Caualiere, e Conte, di quefta Alma Citta di Roma Senatore,e de gli Illuftr. Signori Honofrio Camaiano dell'vna e l'altra ragione Dottore Auocato Conciftoriale,Hippolito Saluiano dell'arte,e medicina Dottore,M.Antonio Palofio,Conferuatori di quefta alma Città di Roma,con l'interuento del molto Magnifico Signor Mario Mellini,Priore de' Caporioni,per ouuiare, & riformare molti inconuenienti che poteffero fopra il detto vfficio nafcere l'infrafcritte nuoue Riformationi,& Ordinationi hanno fatte, le quali vogliano s'habbiano perpetualmente da offeruare.

Tenor Reformationis.

In primis fi ftatuifce & ordina, che l'ufficio del detto Signor Gabelliere fi debbia effercitare per fe medefimo, e non per altro fubftituto,ouero interpofita perfona, ne fi poffa arrendare, affittare, locare, o altrimente contrattare,non oftante qual fi voglia ftilo,ouero confuetudine,che in contrario fin'hora fi trouaffe: Et il Gabellieri che fi trouerà eftratto, non volendo,ò potendo perfonalmente effercitare detto vfficio,debba fuccedere quello che legittimamente deue fuccedere, & locandolo, ouero cedendolo l'ufficio, ipfo iure, fenz'altra dichiaratione s'intenda vacare, e quello che da lui foffe fubftituto non habbia,ne giurifditione,ne obedientia.

Gabellarius Maior officium per feipfum exercere debet.

Item che'l detto Gabellieri non poffa far patente alcuna ad alcuno eftraordinario, ma tale vfficio appartenga a i Signori Conferuatori,quali non poffano ammettere perfona infame,o di mala vita,ouero volendoli ammettere detto Gabellieri,debba farli approuare da i detti Signori Conferuatori,della quale approbatione debbia apparere in ciafcheduna patente d'efsi ftraordinarij, Ne meno efsi ftraordinarij poffano il detto loro vfficio efercitare,ouero efercitandolo fiano vbbiditi,fe prima non haueranno detta patente, & daranno ficurtà faltim iuratoria di efercitare il loro vfficio legalmente.

Extraordinarij admittendi,vel confirmandi funt à Conf.

Item, ftabilirno,che andando alcuni di efsi eftraordinarij a cercar le botteghe de' Merciari, ouero altri del loro Collegio, detti Merciari folo fiano obligati a lafciargli cercare,con quefto, che detti eftraordinarij fiano obligati efprimer quel che vogliano vedere particolarmente.

Extraordinariorum officium in perquirēdis fraudibus Merciariorum Vrbis.

Item,ftatuirno,che i detti eftraordinarij non pofsino far relatione ingiufta,ouero calunniofa, che tutta volta,che daranno l'inuentione,la debbiano dar con il giuramento di calunnia,altramente il Notaro di detto Gabellieri, non la debbia fcriuer, fotto pretefto,che fi habbia poi a caffare; la qual inuentione, non effendo data, ouero fcritta con il detto giuramento, fi intenda effer di niun valore.

Item, ftabilirno, che detti ftrordinarij per l'auuenire non pofsino in modo alcuno domandare mancie, & effendoli offerte meno debbiano pigliarle fotto pretefto di folennità di Natale, di Pafqua di Refurrettione, di voler ferrare Agofto, di San Martino,ouero di altre folennità, che tutta volta che pigliaranno cofa alcuna, o per via di mancie, o robbe in dono, fi intendano effer cafcati per la prima volta, nella pena della corda, la feconda volta della priuatione dell'ufficio, & della frufta,o galea, ad arbitrio de i Signori Conferuatori, che faranno per il tempo, e fi debbia ftare al giuramento del padrone, con vn teftimonio degno di fede.

Item ordinano che nafcendo differentia alcuna circa le bilancie e Signori Gabellieri, chiamato l'affaggiatore della Zeccha, che fara per il tempo, & ogni uolta che il Merciaro, ouero altri del fuo collegio domanderà il parere del detto affaggiatore come perito, & in quella maniera che il detto affaggiatore giudicherà, debbano tanto effo Gabellieri quanto il fuo eftraordinario & il Merciaro,ouero altri del loro collegio acquietare, laqual determinatione fi debbia fare fra doi giorni continui.

Item,che il medefimo nafcendo differentia,fopra i merchi & pefi, fi debba pigliar il giudicio del bollatore, & aggiuftatore de merchi di Dohana, nel mondo che nel precedente capitolo fi contiene.

Item, perche occorre moltifsime volte doppo hauer tagliato vn taglio di faia, ouero di altre robbe, facilmente vi fi fcuopre qualche magagna, & il compratore fi pente della compra fatta, ouero nafce tra il venditore, & il compratore differentia del dinaro in contanti, ouero del tempo, e tal uolta dapoi che l'han pi-

gliata la remandano, che essendovi il taglio non si intenda per fraude, apparendo la pezza & il taglio doue è stato tagliato, conforme con il detto taglio, e della medesima pezza che fusse sigillata, il qual taglio sia obligato il Merciaro farlo sigillare fra doi giorni prossimi.

Item, statuimo che ogni taglio che non passarà la quantità di cinque canne, ancora che non vi sia sigillo, oue ro taglio na paragone, si come era il solito, non si intenda per fraude, ne meno il Merciaro, ouero altri del suo Collegio sia obligato a mostrare detto taglio esser stato sigillato, ouero sdohanato.

Item, che hauando alcuno di essi Merciari, Setaioli, Profumieri, o altri di detta vniuersità, robbe, come oro filato, seta, muschio, zibetto, & altre sorti di Merciarie, doue non si può metter sigillo, stabilimo, che essendo la bolletta di dohana di quella somma, ouero maggiore, che non è in bottega, non si dabbia intendere per fraude, essendo cha ne la maggior vi entra la minor somma, che in quel mentre il padrone na hauesse possuto vendere, ouero messo in opera.

Item che il detto Signor Gabellieri non possa alcuno Merciaro, ouero altri del suo Collegio carcerare, ma debba procedere secondo il stilo dell'estraordinario maggiore, con fare l'inuentiona precedente la citatione a far a cassare; Et trouandosi la fraude appatente l'estraordinario lo possa fare dapositare, & non essendo apparenta, non possa in modo alcuno priuarne il padrone de la sua possessiona. Ma la fraude qual pretendesse esser commessa, la debba giustificare per via di cagiona.

Item, si stabilisce, & riforma, che i detti estraordinarij non debbiano far relatione ouero accusa ingiusta contra alcuno Merciaro, ouero altri del suo Collegio, & se accusa alcuna fusse fatta ingiustamente, quell'estraordinario che hauesse fatta l'accusa caschi nella pena di scudi dieci, d'applicarsi per la metà alla Camera di Roma, e l'altra metà al Merciaro, che fusse innocente, la qual pena se li possa far pagare tanto durante nell'vfficio quanto nò.

Item, parche il detto Signor Gabelliero principalmente fa il suo vfficio, acciò la Dohana non sia defraudata: Et perche alle volte il sigillo delle robbe sigillate na casca, & in molte robbe non vi si può metter sigillo, si stabilisce, che tutta volta i ministri di Dohana fanesser feda la robba esser sdohanata, a pagatone la Gabella, ancora che fusser senza sigillo, ouero bolletta, che il detto Signor Gabelliero non possa alcuno Merciaro, ouero altri del detto loro Collegio per tal causa molestara, apparendoui scrittura di essa Dohana.

Item che tuttauolta, che sarà domandato ricorso, il Gabelliero che sarà per il tẽpo, sia obligato concedarlo, ne possa in modo alcuno procedere ad vlteriora, subito che sarà domãdato per alcuno de' Merciari, & altri del Collegio, il ricorso, & contrafacendo esso Signor Gabellieri caschi nella pena di scudi venticinque ipso facto al tempo del suo sindicato, la metà alla Camera di Roma, & l'altra metà d'applicarsi al Signor Fiscale che sarà per il tempo.

Gabellerius, & eius Officiales, syndicari debẽt a Senatore.

Item, stabilimo che tanto il detto Gabellieri, quanto suoi vfficiali, ouero estraordinarij debbiano, finito il tempo del Magistrato di esso Gabellieri fra vn mese da l'vltimo giorno del'vfficio di detto Gabelliero da computarsi, stare a sindicato, mandando i bandi come si costuma nel sindicato d'altri vfficiali di Campidoglio, & il sindico debba esser l'Illustrissimo Signor Senatore, che sarà per il tempo.

Imo per syndicos Populi Romani, vt in stat. Nouiss. lib. 3. c. [illegible]

Item, che detto Signor Gabelliero, passato il detto mese, & non essendo stato à sindicato il Merciaro, ouero altro del suo Collegio che pretendesse hauere hauuta da lui ingiostitia alcuna, possa auanti il detto Sig. Senatore, come di cio sopra intendente repetere quel tanto chè detto Gabelliero gli hauessa fatto ingiustamente pagare, ouer torre insieme; con li danni & interesse, & per via di ragione astrengerlo a farselo restituire.

Notarius seruet taxam statutorũ. Quam modo habes in nou. stat. lib. 3. cap. 107. [illegible]

Item, dichiarano & riformano che'l Notario del detto Gabellieri, che sara per il tempo per gl'atti giudiciarij, onec estragiudiciarij non possa pigliarè piu se non tanto quanto per li statuti di Roma è stabilito, e per ogni cassatione non pigli piu di baiochi tre, coma era il solito, & essendo il reo inocente non pigli cosa alcuna.

Item, che detto vfficio del Notariato non si possa affittare, ne arrendare, ma si debbia per lo istesso patrone dell'vffitio essercitare, come per li statuti di Roma è stabilito, ouer debba tanere vn Sustituto idoneo a matricolato, al qual non possa in modo alcuno arrendare ne affittare detto vfficio.

Fiscum Capitulis obseruationem istius Reformationis procurare debet.

Item, stabilimo, che per l'osseruatione dalle cose prefate, il Signor Fiscale debbia instara & procurara tanto auanti al Signor Senatore, quanto auanti a i Signori Conseruatori, che saranno per il tampo, che le cose prefate siano inuiolabilmente osseruate, sotto pena di venticinque scudi, da ritenersi del suo salario ciascuna uolta che richiesto da alcuno di detti Matciari non lo facesse, & il detto Gabellieri, contrafacendo in alcuna delle prefate cose stabilite, caschi nella pena di scudi venticinque per la metà alla Camera di Roma, & l'altra metà al Signor Fiscale al tampo del Sindicato di esso Signor Gabellieri.

Subscriptio, & approbatio Senatoris, & Cons. Vrbis.

Philippus Raynoldus Senator vidi, approbo, & obseruandas esse censeo.
Honophrius Camaianus Conseruator vidi, approbo, & obseruandas puto, & censeo.
Hippolytus Saluianus Conseruator vidi, approbo, & obseruandas esse censeo.
M. Antonius Palosius Conseruator vidi, approbo, & obseruandas esse censeo.

Confirmatio, & approbatio Pontificis, quo ad Merciarios.

Nos de statutis, & ordinationibus, seu capitulis huiusmodi ad plenum informati, cupientes illa de cætero inuiolabiliter obseruari, Motu simili &c. Statuta, ordinationes, seu Capitula hmôi ac prout illa côcernunt omnia & singula desuper descripta, contenta, licita & honesta, & sacris Canonibus non côtraria, & inde secuta quæcunque qua ad ipsos Merciarios & alios sub eorum collegio permanen. Apostolica auctoritate per præsentes approbamus & confirmamus, ac illis plenum & perpetuum firmitatis robur adijcimus, suplentes omnes & singulos facti & iuris ac etiam iurisdictionis defectus si qui forsan interuenerint in eisdem eaque omnia qua et singula suos plenarios effectus, & ab omnibus sub pœnis in illis contentis firmiter & inuiolabiliter obseruari decernimus, & nihilominus pro potiori cautela ea omnia prout per dictos Senatorẽ & Côseruatores vt supra dictũ est. & ita de nouo statuimus & ordinamus. Ac sub pœna excommunicationis latæ sententiæ incurren. obseruari volumus & mandamus.

Executorum deputatio, & facultates.

Mandantes etiã dilectis filijs Vitellotio Cardinali nostro Camerario, necnon modernis, & pro tempore existentibus eiusdem Vrbis Senatori & Conseruatoribus, necnon eiusdem Pop. Rom.

Procuratori

Procuratori Fiscali, & eorum cuilibet insolidum quatenus ea omnia totiens quotiens ab aliquo ex dicto Collegio Merciariorum, qui nunc sunt, & pro tempore futuro erunt. & cum eisdem adheren. requisiti, obseruent, & obseruari mandent & faciant sub præfatis, & alijs pœnis eisdē beneuisis, inobedientes verò, & rebelles eorum arbitrio cogen. & mulctandi. Non obstan. quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis, seu consuetudinibus priuilegijs, aut indultis capitulis in contrarium editis, & eidem Gabellario maiori, seu eius officialibus quomodolibet concessis quibusque omnibus etiam si de eis &c. illorum tenores, &c. hac vice specialiter derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque: decernentes præsentium absque eo quod registrentur, aut illis data apponatur, solam signaturam sufficere, & vbique fidem facere in iudicio & extra, & earum transumptis etiam impressis sigillo eorundem Conseruatorum impressione, ac Notarij manu munitis eam omnino quæ præsentibus adhiberetur, fidem adhiberi decernimus quoad ipsos Merciarios, & alios eiusdem Collegij, qui nunc sunt, & pro tempore erunt locum habere declaramus, necnon etiam ad incursus pœnarum præfatarum in valuia eiusdem Gabellarij maioris copiæ dimissæ affigere & ligare in omnibus & per omnia, ac si illis personaliter intimatæ, & notificatæ essent.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum absolutione a censuris ad effectum, &c. & de confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, decreto, mandato, & derogatione, alijsque præmissis, vt supra, & quod præsentis nostri motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat, vt supra.

Repetitio clausularum.

Fiat. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, Pridie Idus Octobris Anno Sexto.

Videat Reuerendiss. Camerarius.

Motus proprius, in quo Sanctissimus Dominus Noster confirmat quædam Capitula super reformatione Officij Gabellarij maioris: quæ Capitula nullum Cameræ Apostolicæ inferunt præiudicium immo potius in publicam tendunt vtilitatem.

Confirmatio Camerarij.

V. Cardinalis Camerarius.

Visa Antimus Auditor.

Reg. Lib. 29. fol. 52. 16. Octobris Zerbinus.

C X X X I X.

Confirmatio Capitulorum per Camerarium S.R.E. editorum, circa Reformationem Bancheriorum Hebræorum Vrbis, ac Iurisdictio eiusdem Camerarij circa causas concernentes dicta Capitula.

Reformata in aliquibus fuerunt ista Capitula, vt habes infra in Grego. 13. constitu. 43. Cum sicut accepimus alias, & ego indicaui hic in Apostillis.

De materia autem Hebræorum posui concord. supra in Pauli III. constitutio. 29. Cupientes fol. 415. & in Iul. III. constitu. 59. Cum sicut accepimus Vniuersitatem fol. 562.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus alias bo. mem. Guido Ascanius Sfortia dum viueret noster, & Cam. Apost. Camerarius eiusque prædecessores diuersa capitula, prout temporum necessitas exigebat, Bancherijs Hebræis in Vrbe nostra commorantibus super modo & forma eorum exercitium concernen. concessere, prout in diuersis voluminibus eorundem continetur, quorum Capitulorum cognitio ob illorum diuersitatem, ac limitationes, & reformationes factas iuxta temporum exigentiam difficile ad Christianorum veram notitiam deuenire potuit. Quare dilectus filius noster Vitellotius Vitellius S. Mariæ in via lata Diaconus Card. noster, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, cupiens normam dictis Bancherijs Hebræis dare, quodque ea quæ dictis Bancherijs permissa, & tolerata sunt, quibuscunque personis innotescant, omniaque eorum Capitula, limitationes, & reformationes in vno volumine consistant, idcirco de nostra speciali commissione eidem Vitellotio Camerario viuæ vocis oraculo super hoc facto, ac sui Camerariatus officij vigore idem Camerarius reducendo, & moderando omnia Capitula vsque in hodiernum diem facta, eosdem Bancherios Hebræos reformando fecit, & condidit Capitula infrascripta, & sequentia inuiolabiliter obseruanda sub pœnis, per contrauenientes incurrendis, nisi de expressa licentia eiusdem Camerarij, seu illius Auditoris in infrascriptis Capitulis contentis, quorum quidem capitulorum, illorumque exordij vulgari sermone descriptorum tenor sequitur, & est talis.

Vitellotius Vitel. Card. Camer. infrascripta Capitula per Bancherios Hebræos obseruanda in vnū collegit.

Vitellotius Vitellius S. Mariæ in via lata Diaconus Card. S.R.E. Camerarius.

Essendo stato concessi da i Camerlenghi passati nostri antecessori a i Banchieri Hebrei in Roma diuersi capitoli secōdo ha portato la diuersità de' tēpi, come si cōtiene in diuersi volumi di essi, per la qual diuersita difficilmēte se ne ha da' Christiani vera notitia, & massimamēte de le loro limitationi, & reformationi fatte di tempo in tempo. perciò desiderando noi che quanto è permesso, & tolerato a i detti Hebrei Banchieri sia chiaro ad ogni persona, & tutto consista in vn solo volume, Di commissione della Santità di N. S. Pio per diuina prouidentia Papa IIII. fattane à bocca, & per auttorità del nostro vffitio del Camerlingato, reducendo, & moderando tutti li altri capitoli fatti fino al presente giorno, & reformando i detti Hebrei Banchieri, habbiamo fatti i seguenti capitoli da esser osseruati inuiolabilmente, quali contrauenendo ad essi senza espressa licentia nostra, o del nostro Auditore incorrino in le pene infrascritte.

Tenor capitu lorum.

1 Et prima che nessuno Hebreo di qualuncunque sorte senza licenza nostra, o vero del nostro Auditore possi prestare a interesse, o tener banco publico, o priuato sotto pena di scudi trecento d'oro in oro, o vero altre pene ad arbitrio nostro, eccetto li Banchieri ordinarij tolerati.

Hoc interesse reductum fuit ad 18. pro centenario, vt in d. const. 41. Greg. 13.

2 Item prohibimo espressamente, che nessuno de i detti Hebrei Banchieri possa imprestare a ragione di piu di 24 per cento l'Anno di gia concessoli, ne possino dimandare, ne riscuotere in modo alcuno interesse de interesse. Dichiarandosi, che tutti danari, che saranno pagati a buon conto da l'impegnante s'intendono esser pagati à conto de l'interesse decorso, & sopra auanzando si diffalchino dal capitale, e contrauenendo incorra in pena di scudi 25. da raddoppiarsi ogni volta che resecondasse.

3 Item che non possino pigliare quindici giorni per mese intiero, saluo che il primo mese, nel quale anchor che fusse vn sol giorno possino pigliare per mezo mese, & da quindici giorni in sù, per tanto tempo quanto terranno il pegno, pigliano a ragione del numero de i dì, contando di per dì. Et questo si intenda da sei scudi in sù, ma da sei scudi in giù, accio i poueri Christiani siano seruiti: & per torre la difficultà del calculare a giorno per giorno, possino pigliare da mezo mese, anchor che non fusse finito il mezo mese, fino che si riscoterà il pegno, sotto pena di scudi venti per ciascuna volta, che contrauenissero.

4 Item che in modo alcuno non possino vendere i pegni, che haueranno hauuti da' Christiani, se non quando dal giorno che gli haueranno hauuti saranno passati 18. mesi intieri, eccetto se fussero d'accordo astramente con i patroni de i pegni, o hauessero fatto particular patto, che si douessero riscotere auanti detto tempo, sotto pena di scudi dieci per ciascuna volta che contrauenissero, & satisfattione del danno della parte.

5 Item che siano tenuti a far general venditione di tutti i pegni che haueranno tenuti per detto tempo di 18. mesi quattro volte l'anno, cioè ordinariamente ogni tre mesi, & quei pegni de' quali saranno passati i 18. mesi, se allhora non sarà giunto il tempo di alcuna di dette quattro generali venditioni, li debbano tenere fino al primo tempo, che si farà la più prossima delle dette quattro venditioni, nel qual tempo debbiano in ogni modo vẽderli, se già non conuenissero con i padroni di perseuerare più, o di venderli prima, che in questo si segua la volonta de' padroni de i pegni. Et passati i diciotto mesi, non corra l'interesse, ne la qual pena non incorrino, essendo impediti per legitimo impedimento. Et quando si haueranno da far le dette vendite, se ne debbi proporrẽ editto nel luogo de l'Audienza del Vicario del Papa, & in Campo di Fiore, & in Piazza Giudea, & stampato, & affisso, & tenuto in detti luoghi per otto giorni inanzi, a ciascheduna di dette vendite. Et prima, che i pegni si vendino, si debba metter a l'incauto in presenza de l'Vfficiale, da essere sopra di ciò deputato da noi, & seguendo la detta vendita, si possino del prezzo ritener la somma del loro credito, & il resto se ci sarà, siano tenuti restituirlo a i padroni, o deporerlo ne le mani del sopradetto Vfficiale, o di altra persona da diputarsi da noi. Dichiarandosi, che le spese vadino a danno del padrone del pegno.

Hoc cap. declaratur ibidem.

6 Item che tutti quei che compraranno i pegni, diano vn giulio per scudo di caparra, & fra dieci dì sieno tenuti a riscotere, & pagare il resto. Et passato il detto tempo, & non lo riscotendo, habbiano perso l'arra e siano obligati a riscotere il pegno, & con vna sola citatione se li debbia rilassare il mandato.

7 Item che se in mettere in pratica la vẽditione & subhastatione da farsi come di sopra seguisse qualche dubbio o dificulta, sia lecito a l'Auditore nostro dichiarare, accommodare, & ordinare il modo della detta subhastatione col salario de l'Vfficiale, & ogni altra cosa che li paresse espediente.

8 Item che ciascuno delli detti Hebrei Banchieri quando imprestano sopra pegni, debbino offerire al Christiano ch'impegnarà, anchor che non gli chiedesse ne l'istesso atto de l'impegnare vna poliza o bolettino di esso prestito scritto in volgare Italiano, nel quale sia scritto il nome di colui che impegna, col numero delli denari che si prestano, & il tempo che si impegna, & la cosa impegnata con una qualita sustantiale, & questo bolettino si dia a tutti quelli che lo uorranno, notãdo a libro chi lo hauerà hauuto, & chi non, & oltre a queste cose che il Banchiero sia tenuto & debba scriuere nel libro grosso nome, cognome, padre, & patria, & habitatinoe di colui che impegna, o in luogo del cognome l'essercitio, sotto pena de scudi cinque per ciascheduna volta che contrauenesse.

Haec poena scu. 5. reducta 1 ad scu. 2. vt ibidem.

9 Item che quando restituirà il pegno à chi portarà la detta poliza, s'intenda essere bene restituito, ma se tornasse per rescotere il pegno senza il bolettino, allegando di hauerlo perso, ouero altra causa, anchor che fusse quello medesimo chẽ l'ha impegnato, non se l'habbia à restituire, se non mostra per testimonij sofficienti esser il vero patron del pegno, o vero dia vna sicurtà idonea, che il pegno sia ben restituito, e doppò l'Hebreo non sia tenuto ad altro.

Haec cautio debet dari in actis Notarij iftorum Bãcheriorũ, vtibi. Notarius autẽ est d. Berardinus Pa schasius.

10 Item si debbia dar fede à quei libri di Banchièri quali sarãno tenuti secondo la forma che à loro sarà data, & scritti in lingua Italiana, & che sarãno approbati dal nostro Auditore, o da persone perite da esser elette da lui, al quale diamo piena facolta di poter per Natale ogni anno eleggere, & dar loro il modo e forma, secondo lequali habbino da tenere detti libri & altrimẽti non habbino fede alcuna, dichiarãdosi che detta approbatione si debbia fare prima si cominci a scriuere il libro.

11 Item che trouandosi in detti libri qualche partita differente dalla poliza da darsi come disopra, si dia fede alla poliza, o vero al libro, secondo tornerà piu vtile a quello, che hauera impegnato.

12 Item che circa la restitutione del pegno non se li dia fede, restando la poliza nelle mani del Christiano, & ancho se il Banchiero non farà memoria nel libro grosso a piedi della partita del giorno che sarà stato riscosso, & restituito detto pegno, eccetto se il banchiero potesse prouare altrimenti hauerlo restituito, & quando si allegasse la perdita della poliza, si debbia osseruare come di sopra.

Imposita est etiã poena contrauenientib. vt ibid.

13 Item che siano obligati scriuere le qualità del pegno piu essentiali come fino o grosso, nuouo o vechio, & il colore, & volendo il Christiano metterli sigillo ouero il contrasegno, l'Hebreo non possi recusare, & nel libro, & nella poliza volẽdola ne habbia a fare mẽtione, sotto pena di scu. 4. ciascheduna volta, & essendo il pegno d'oro, o d'argento, o gioie, o altra materia pretiosa, oltra l'altre qualità, & circonstantie sopradette vi si debbia scriuere il peso, & il numero loro, sotto pena di scudi 20. per ciascuna volta contrauenisse,

Poena ista scu. 20 reducta est ad sc. 10. vt ibidem.

uenisse, dechiarandosi che non sia tenuto il Banchiero à pagare le pene del presente capitolo, ne si possa in esse procedere se non quando il patrone del pegno ne facesse querela.

14 Item si ordina, che ogni Banchiero debbia tenere vo libro grosso secondo la forma presente, cioè legato almeno con tre legami, le cui carte siano numerate, & di tutto il numero sia fatta mentione nel principio del libro, & tante partite debbian esser scritte in ciaschuna carta quante saranno nella prima, & che non debbian esser scritte se non d'vna sola mano, & mancando il scrittore, il Banchiero non scriuendo esso, ò suo figliuolo, sia tenuto à prouedere di altro scrittore, quale sia approbato dal nostro Auditore, purche per tale approbatione non si innoui ne facci alcuna noua grauezza non solita, sotto pena di scudi venti per ciaschuna volta.

15 Item che non posino far più, che vn libro in vn medesimo tempo, & facendo giornale debba essere esso giornale, come il detto libro grosso scritto in lingua Italiana, ne facci fede alcuna, ma solo serui à reportare le partite al detto libro grosso. Et perche qualche personaggio d'importanza, come Prelati, e Signori di qualità nõ vuole alle volte esser visto al libro, sia lecito al Banchiero scriuerli per poliza sua, & contrapoliza dell'impegnante senza scriuerli altrimenti al libro, dandone imperò notitia all'Auditore, che sotto scriui la poliza dell'impegnante di sua mano, sotto pena di perder la facolta dell'imprestare.

Hec reportatio fieri debet infra sex menses vt ibi.

Hec vltima verba 15 capituli nõ habentur.

16 Item che se l'Hebreo Banchiero ignorantemẽte prestasse sopra pegno che fusse rubbato, in tal caso sia tenuto il vero padrone restituire al Banchiero la sorte principale senza vsura, pur che il Christiano habbi fatta diligenza tra li Hebrei di ritrouare il furto fra vn mese, & subito ritrouato riscutere la cosa furata, & nõ riscotendola sia tenuto non solo alla restitutione de la sorte principale: ma anchora dell'interesse da correre dal giorno che fosse ritrouato il furto, ma non hauendo fatto diligentia di ritrouarlo fra vn mese dal di che fù impegnato, sia tenuto alla restitutione della sorte principale, & interesse: però tutto questo s'intenda purche il Banchiero Hebreo non sia in fraude, & consapeuole del furto, & in questo caso sia castigato come ladro, oltra all'esser tenuto alla restitutione del pegno senza sorte principale, & interesse.

17 Item si prohibisce espressamente, che in modo alcuno ardischino imprestare sopra robbe dedicate all'vso del culto diuino per vsu perpetuo di Chiesa, o sacrestia, o altare, ne sopra croce, che sia sola da per se, o posta in cosa doue se possi leuar facilmente. Non s'intendendo per pendenti fatti per ornamento di donne, o gioie ancora che siano fatti in modo di croce, che questi sia lecito à torli, purche in dette croci nõ vi sia alcuna figura. Come anchora posino pigliare croci che siano in arme, tappezzarie, o argenti, sotto pena di scudi venti per ciascuna volta.

Hoc 17 capitulũ ampliatur siue declaratur vt ibidem.

18 Item si concede à li sopradetti Banchieri, & à loro successori, che posino chiamare per compagnia altri Hebrei, purche deputino vno della compagnia specialmente à scriuere al libro approbato dal nostro Auditore, & che quello solo, & non altro scriua detto libro, sotto pena di scudi 25. dechiarandosi, che per delitto che commettesse il compagno non s'intenda che il principale padrone caschi in pena alcuna, ma sia tenuto solo all'interesse che ci fusse della parte.

19 Item che sia lecito a detti Hebrei renuntiare o altrimenti alienate il luogo & facoltà di potere imprestare a chi loro piacerà, & tal successore sia obligato a tutto quello che si contiene nelli presenti capitoli, pur che le dette compagnie, o alienationi, o altre sorti di contratto non si facciano senza il decreto, & approbatione del nostro Auditore, sotto pena di perder detta facolta d'imprestare.

20 Item si ordina, che quando si cercasse qualche pegno, che si pretendesse esser stato impegnato senza consenso delli veri patroni, sia tenuto il Banchiero a vsarci la sua diligentia, la quale diligentia sia di mostrare il libro di quel tempo, che si domandasse al mandatario, o vero ad altri per nostra commissione, sotto pena di vno scudo per ciascheduna volta, la qual diligẽtia vsata, se si trouasse poi il Banchiero in fraude di hauer hauuto detto pegno senza scriuerlo al libro, incorra in pena della perdita del pegno, & di 25. scudi per ciaschuna volta.

21 Item si dechiara, che tutti l'instrumẽti in forma Cameræ, & tutte l'altre scritture publiche, o priuate de mutuo fatti ò da farsi da essi Banchieri a ogni altra persona, anchor che dichino in forma de puro deposito gratis, & amore, o che dicessero mutuo gratis, & amore, s'intendino correrci l'interessi soliti a 24. per cẽto l'anno dal di che giunge il tempo del pagamento dichiarato in qualsiuoglia delle dette scritture, fin che saranno intieramente pagati & satisfatti.

Hoc interesse reductũ est ad 18. pro centenario ibidem.

22 Item si ordina, & comanda espressamente a tutti li Banchieri compagni & fattori, che nessuno di essi in materia di pegni, vsure, & interessi, cõpagnie di offitij, presuma in virtu di qualsiuoglia instrumento, anchora che fusse obligatione in forma Cameræ, & anchora che l'instrumento dicesse gratis, fare citare, o conuenire persona alcuna dinanzi ad'altro Tribunale che al nostro, & essendo citato, o conuenuto non debba in modo alcuno comparire, ma subito procurare l'inhibitione si in causa ciuile, come criminale, & quando fusse preso per qualche delitto appartenẽte al detto essercitio, debba al primo essamine opponere l'eccettione dell'incompetentia, & domandare di esser rimesso al Tribunal nostro, sotto pena di scudi 20. per ciaschuna volta che contrauenisse.

23 Item si prohibisce sotto pena di priuatione della facoltà di fare il bancho, che doppo sonar le 24. hore, & la mattina prima che sia vna hora di giorno, alcuno delli Banchieri, ne per se ne per altri, ardisca prestare a persona alcuna, & prestando contra al detto ordine, & trouãdosi poi che il pegno sia rubbato, sia tenuto a restituirlo al vero patrone senza sorte, & senza vsura.

24 Item che se il pegno fusse rubbato, o si perdesse dando lo Hebreo sufficienti indicij della perdita, o del furto l'habbia a pagar quanto fosse prouato che valeste, ouero se piu piacerà al Christiano doi terzi di quella somma de danari, che li hauerà imprestato sopra, & in caso che per li sudetti indicij non si prouasse sufficientemente il detto furto, o perdita, lo paghi quello che il Christiano giurerà, che valesse dalla somma, che il nostro Auditore tassarà in giu. E se il pegno fosse d'oro, o d'argento, basti pagare il suo peso, & per la manifattura quello che giurera il Christiano similmente dalla somma che il nostro Auditore tassara in giu.

25 Item che non siano tenuti li predetti Hebrei Banchieri a restituire pegni ne far altra cosa appartenente al essercitio

esfercitio del Bancho in giorno di Sabbato ne di loro altre feste.

Declaratur tamē sequestra ipsius Camerarij debere acceptari, vt ibidem.

26 Item che non siano tenuti accettar sequestro, che si facesse sopra pegni, ad essi impegnati.
27 Item che li detti Banchieri per conseruatione delli panni,& massimamente acciò non siano offesi dalle tar-
me, oltra la diligentia, che per loro secondo la ragione commune si deue, siano tenuti a sbattere la polue-
re delli panni almeno due volte l'anno,& tenere continuamente gatti, perchè non siano offesi dalli sorci.
Et non vsando tale diligenaa,& doppoi accadendo, che qualche pegno fusse tarmato, macchiato, ouero
rosigato da sorci, siano obligati a pagare quello, che perciò tali pegni saranno di peggio, secondo saranno
stimati da periti da esser deputati dal nostro Auditore. Ma fatte le dette diligentie non siano tenuti a tal
peggioramento,
28 Item che tutte le cause, e differenze, che nasceranno sopra il sudetto officio,& exercitio del bancho, o vero
contratti vsurarij,& altri contratti loro tanto fra li presati Hebrei, & l'impegnante, quanto tra essi He-
brei,& qualsiuoglia altra persona debbiano esser conosciute, giudicate,& decise con la mano regia, atte-
sa solo la verità del fatto per la corte nostra, osseruando quanto al processo,& alla spesa il solito,& la Bol
la di nostro Signore Papa Pio Quarto.
29 Item si dichiara anchora, che nessuno delli predetti Hebrei possa vsare ne permettere, che altri vsi in qualsi
uoglia modo le cose impegnate, che si consumano con l'vso, senza licentia delli padroni, sotto pena di scu
di 25. per ogni volta che contrauenisse, e satisfattione del danno della parte.

Contra inobedientes procedetur ad querelam partis tantūmodo vt ibidem.

30 Item che le cause Ciuili restino decise senza rimedio di qualsiuoglia appellatione, ne anche si dia rimedio
di appellatione nelle cause criminali, ma possino hauer ricorso da noi, che commetriamo la causa ad vn
altro nostro Auditore, quando ci parerà, che giustamente si grauino.
31 Item si dichiara, che venendo caso nel quale si habbia da citare, o intimare qualsiuoglia Prelato, o altro Si-
gnor grande, basti citare, o intimare il suo Mastro di Casa.
32 Item si ordina, che li supradetti Banchieri tēghino li presenti Capitoli stampati, & attaccati al bancho cioè
dentro in la Botega del bancho, imperò in loco tale, che li Christiani li possino commodamente vedere
& leggere, sotto pena di perdere la facoltà d'imprestare.

Addita est etiam pœna scud. quinque vt ibidem.

33 Item si ordina, che non sia lecito fare alcun patto, o altra conuentione contra la forma delli presenti Capi-
toli, sotto pena di 20. scudi per ogni volta che si contrauenisse.
34 Item si dichiara, che per conto di questi noui Capitoli nō se intenda in modo alcuno derogato alli antichi
Capitoli, Motu proprij,& Bolle de Pontefici, in quella parte, che toccasse l'auttorità iurisdittione,& com
modo de l'officio nostro, e facoltà di poter ad ogni arbittrio nostro mutare, & renouare detti Capitoli, ne
manco s'intenda derogato a Bolle, Priuilegij & induiti concessi alli Hebrei, se non in quella parte che re-
pugnassero alli presente Capitoli.
35 Item che nessuno delli detti Banchieri possi, e habbia a esser accusato per alcuna causa criminale apparte-
nente al detto exercitio se non della parte accusatore scoperto in actis.

Declaratur accusari posse coram ipso Camerario ... vt ibid.

36 Item che contrauenendo li detti Banchieri a qualsiuoglia delli sudetti Capitoli, nel qual nō sia specificata
pena incorrino in pena, di perdere la facoltà del poter imprestare, o altre pene da imporsi ad arbitrio no-
stro, reseruando anchora in noi di poter moderar dispone, & applicar le sopradette pene a nostro arbi-
trio,& secondo ci parerà.

Confirmatio Pontificis.

Clausulæ præseruatiuæ.

Decretum irritans.

Inhibitio contra iudices, ne in causis concernentibus hæc capitula se intromittant, sed solus Camerarius procedat. ... quod eorum iudex ordinarius erat Vicarius Papæ ... const. 59. fo. 563

Clausula derogatoria.

Cum autem sicut etiam accepimus, dictus Vitellotius Camerarius Bancherijque præfati cupiant omnia, & singula Capitula præmissa,& præinserta pro eorum subsistentia firmiori per nos confirmari, & approbari: Nos igitur eosdem Camerarium,& Bancherios specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, Motu simili,& ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra,& de Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & singula Capitula, limitationes,& reformationes, præmissa,& præinserta,& prout illa concernunt omnia,& singula in singulis litteris, instrumentis volumine,& documentis desuper conficienda contenta confirmamus,& approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac illa perpetua roboris firmitate subsistere, suosque plenarios effectus sortiri,& per Camerarium,& Bancherios præfatos, & quoscunq; alios quos quomodolibet concernūt, & concernent, in futurum inuiolabiliter obseruari debere decernimus, omnesq; & singulos tam iuris quàm facti defectus si qui forsan in præmissis interuenerint, supplemus. Necnon præmissa Capitula, limitationes, & reformationes, & desuper forsan cōficiendas literas de surreptionis vel obreptionis vitio aut intentionis nostræ defectu notari seu impugnari non posse neq; debere, Sicq; in præmissis omnibus, & singulis per quoscunq; iudices &c. etiam S. R. E. Cardinales, ac Palatij Apostolici causarum Auditores, sublata &c. iudicari &c. debere, irritumq; &c. decernimus. Necnon Almæ Vrbis nostræ Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus, alijsq; Ro. Cu. iudicibus eorumq; Locatenentibus, ne eosdem Bancherios Hebræos super præmissis, ac dictorum Capitulorum cognitione seu causis tam ciuilibus quàm criminalibus dicta Capitula seu eorum aliqua concernentibus se intromittere, aut eosdem bancherius occasione dictorum Capitulorum & ab illis dependen. in persona, rebus vel bonis suis directe vel indirecte quouis quæsito colore vel ingenio, sub excommunicationis,& indignationis nostræ ac mille ducatorum auri de Camera pro medietate Cameræ nostræ Apostolicæ, & altera medietate eisdem Bancheriis irremissibiliter applican. pœnis molestare perturbare, vel inquietare, audeant, vel præsumant, districtius inhibemus. decernētes irritum &c. Non obstan. constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, ac Vrbis nostræ statutis & consuetudinibus, ac legibus imperialibus,& municipalibus etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apostolicis etiam Auditori, Gubernatori, Vicario, Senatori, Conseruatoribus prædictis, ac populo Romano, ac eius districtus incolis,& habitatoribus,& quibusuis aliis etiam Romanæ Curiæ Iudicibus, & personis etiā cum quibusuis derogatoriarum derogatoriis clausulis irritantibusq; & aliis decretis etiam motu simili etiam per nos seu quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros & Sedem Apostolicam super trāsgressionibus Hebræorum, aut alias in contrarium concessis, confirmatis,& innouatis, etiam iteratis vicibus, quibus omnibus, & singulis In literis latissime extenden. etiam si de illis &c. tenores &c. pro expressis haben. hac vice latissime derogamus, cæterisque contrariis, quibuscunque, cum clausulis opportunis,& consuetis.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum

Et cum absolutione a cen. ad effectum &c. Et de confirmatione, approbatione, adiectione, defectuum suppletione, singulis decretis, inhibitione, derogatione, & alijs in præmissis vt supra quæ hic pro sigillatim, & ad partem repetitis & expressis habeantur vt supra latissime extenden. Et cum deputatione eiusdem Cardinalis Camerarij pro præmissorum Capitulorum obseruatione iudicis executoris qui assistat, & præmissa omnia obseruari faciat. Causamque & causas occasione præmissorum Capitulorum ortas, & oriendas cum eorum incidentibus, dependentibus, emergētibus, annexis & connexis audiat, cognoscat, & decidat etiam sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniariis suo arbitrio imponen. moderan. & applican. Cum facultate citandi, & inhibendi &c. aggrauan. reaggrauan. &c. contradictores, &c. per easdem censuras, & pœnas compescendo, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Et quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra quacunque regula contraria non obstante, seu si videbitur literæ per breue nostrum cum nominum, cognominum, qualitatum, aliorumq; necessariorum maiori, & veriori specificatione, & expresſione expediri poſsint.

Camerarius executores iudex deputatus.

Sola signatura sufficit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Duodecimo Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Registrat. libro secundo Secretorum. fol. 117.

C X L.

Commissarij qui extra Curiam ad formandos processus, &c. destinantur, eorumq; Notarij, debent finita commissione processus originales consignare Notario causæ, vel cui Fiscus Cameræ Apost. mandauerit.

De officio autem Fisci vide sup. in constit. 85. Cum ab ipso fol. 726.

De portione eiusdem circa pœnas causarum criminalium habes sup. in Clem. 7. const. 21. Quoniam fol. 310.

De causis eiusdem interesse concernen. vide sup. in Pauli 3. const. 32. Cum sicut fol. 393. cum ibi notatis, & const. 63. Extraordinarias fol. 480.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM, sicut accepimus, Commissarij qui pro exequen. plerisque Curiæ negocijs, tam ad instan. Fisci nostri, quam etiam particularium personarum pro causis præcipue criminalibus tam a nobis quam per Almæ Vrbis nostræ Gubernatorem, Cameræ Apostolicæ Auditorem, Vicarium, & alios quoscunque iudices ordinarios vel delegatos ad diuersa loca destinantur, ad effectum informationes capien. processus formandos, & alia necessaria geren. consueuerint secum Notarios eorum arbitrio adducere, qui deinde acta, & processus formatos sub varijs prætextibus tradere, & consignare distrahunt, vnde tam Fiscus noster quam alij interesse haben. in prosecutione causarum, non modicum dispendium, & temporis iacturam patiuntur. Nos quibus cordi semper fuit vt causæ omnes cum integritate & celeritate pertractentur, abusui huiusmodi prouidere volen. Motu simili &c. omnibus, & singulis Notarijs processus ad scriben. per ipsos Commissarios assumptis seu assumen. necnon Commissarijs ac subcommissarijs huiusmodi vt præfertur destinatis vel pro tempore designan. tenore præsentium sub excommunicationis ac amissionis integri eorum propterea deben. salarij, ac etiā ducentorum ducatorum Cameræ Apostolicæ applican. pœnis præcipimus & mandamus, vt omnia, & singula acta per eos scripta, & recepta, ac processus, testium dicta originalia, & authēticata, cum primum ad Vrbem redierint, vel commisſio finita fuerit, omni mora postposita penes acta Notarij vbi ipsa causa specialis pendet vel pendere speratur, & si apud nullam Curiam pendet, & dubium sit coram quo pendere debeant, tunc illā apud Gubernatorem, vel Auditorem Cameræ Apostolicæ, vel Vicarium nostrum, prout nobis vel Fiscali nostro videbitur opportunum, exhibeant deponant & dimittant, vt eaũde iudices ipsi iuxta huiusmodi acta quod iuris fuerit exequi, & ministrare valeant. Ne autem propterea Notarij, & Scribæ præfati laborum suorum iacturam faciant, Motu simili &c. mandamus vt siquidem pars certa & manifesta fuerit, ad cuius instantiam talis processus sit formatus contra eā pro condigna Notarij satisfactione iudices ipsi summarie, & executiue procedant, prout in causis mercedum, & depositorum idem Gubernator procedere consueuerit, sin autem nulla sit pars seu instigator, sed solus Fiscus noster ex officio inquirat, & procedat, tunc de primis quæ ex causa huiusmodi prouenient emolumentis, eidem Notario celeriter, & sine fraude iudices causæ satisfieri mandent. Non obstan. præmissis ac constitut. & ordinat. apostolicis, stilo Palatij, cæterisque contrariis quibuscunque.

Causa constitutionis.

Commissarij eorumque notarij, finita commissione consignent processus originales cui Fiscus mandauerit sub pœnis hic expressis.

Notarijsque satisfiat de eorum mercede vt hic.

Clausula derog.

Placet Motu proprio I.

Datum Romæ apud sanctum Petrum Kal. Ianuarij, Anno Sexto.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimoquinto, Indictione octaua, die vero quinta mensis Februarij, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri Pij Diuina prouidentia Papæ Quarti Anno Sexto retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis, & in acie Campi Floræ vt moris est per me Franciscum Sottocasa præfati S.D.N. Papæ Cursorem.

Publicatio.

Philibertus Cappucius Magister Curs.

Facultates

C X L I.

Facultates Cardinalium deputatorum pro obseruantia & executione Concilij Tridentini, & Reformationum huius Pontificis.

Concilij confirmationem habes sup. in const. 96. Benedictus fol. 799. Et quando illud ligare ceperit habes etiam sup. in const. 106. Sicut ad sacrorum fol. 813.

Reformationes autem huius Pont. habes sup. in const. 69. In sublimi, cum const. sequentibus.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

ALIAS nos nonnullas constitutiones, & ordinationes, reformationem maioris pœnitentiarij, ac sacræ pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarij nostri, ac eius officij, necnon Camerarij, & Cameræ Apostolicæ, ac illius causarum Auditoris, necnon Palatij Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris, & Capitolinæ Curiarum, & contradictarum, aliorumque almæ Vrbis nostræ ac Rom. Curiæ Tribunalium, & officiorũ concernentes edidimus; quæ tamen (vt intelleximus) ab eorundẽ officiorum, & Tribunalium præfatis, ac officialibus minus diligenter obseruantur. Cum autem enixæ nostræ voluntatis sit, vt illa, & pariter decreta sacri Concilij Tridentini in his, quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino obseruentur, Nos propterea considerantes parum esse iura condere, nisi sint qui ea executioni demandari faciant, & in præmissis, prout ex debito pastoralis officij nobis, meritis licet imparibus, iniuncti obligamur, salubriter, & vtiliter prouidere, præfatasque constitutiones, & ordinationes, ac decreta Concilij, quas & quæ hic haberi volumus pro expresis, inuiolabiliter obseruari volentes, venerabili fratri nostro Ioanni Episcopo Tusculan. Morono, Io. Michaeli S. Anastasiæ Saraceno, ac Io. Baptistæ S. Clementis Cicadæ, necnon Michaeli S. Sabinæ Alexãdrino, Clementi S. Mariæ in Aracæli, & Ludouico S. Cyriaci in Thermis Simonetæ, ac Carolo S. Martini in Montibus Borrhomæo presbyteris, necnõ Vitellotio S. Mariæ in porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, diacono, Cardinalibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, seu eorum maior pars, coniunctim, vel diuisim, eorum arbitrio, etiam tanquam executores dictarum literarum, constitutionum, & decretorum prædictorum constitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata, iuxtà tenores eorum, ac literarum desuper confectarum, per quoscunque pœnitentiariæ, Vicariæ, & Cameræ, ac Rotæ curiarum, ac Tribunalium prædictorum iudices, & officiales, sub excommunicationis latæ sentẽtiæ, ac priuationis officiorum, & aliis eisdem Cardinalibus beneuisis, etiam pecuniarum, eo ipso incurren. pœnis, firmiter obseruari faciant, & cum effectu (nisi tam in executione dictorum decretorum Concilij, quàm dictarũ literarum nostrarum aliqua dubietas, aut difficultas emerserit, quo casu ad nos referant) inuocato etiã ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, Ac eos, qui literis, & decretis prædictis, & eorundem Cardinalium mandatis nõ paruerint, ex nunc, prout ex eadem die, & econtra, illorum officiis priuatos, necnon ad illa, & alia Ro. Curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsis ab eisdem officiis sic priuatis, illa tanquam per priuationem vacantia à Datario nostro vendi, & à quibusuis personis idoneis pro pretio conuenienti emi, libere, & licite posse, auctoritate nostra curent, nuncient, decernant, ac declarent, prout nos harum serie nunciamus, decernimus, & declaramus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac pœnitentiariæ, & curiarum, necnon Tribunalium prædictorum statutis &c. etiam iuramento &c. roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis illis ac dictis officialibus, & Tribunalibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, etiam Motu simili &c. & alias quocunque concessis &c. Quibus omnibus &c. illorum tenores &c. Hac vice latissime derogamus, eaque aduersus præmissa nullatenus suffragari volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Cardinaliũ executorum deputatio, & facultates, qui Card. defunct. fuerunt & alij eorum loco surrogati fuerunt.

Contemnentium pœnæ.

Clausula derogatoria.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romæ apud sanctum Marcum, quarto Non. Augusti Anno Quinto.

C X L I I.

Facultas Iudicum lite pendente decernendi sequestra, super fructibus beneficiorum, Sedi Apost. reseruatorum siue affectorum, & ordinaria vel alia authoritate nulliter collatorum, & pœnæ desuper litigantium.

Quæ autem sint beneficia reseruata & affecta notabo infra in Pij V. const. 161. Sanctissimus.

Fructus vero beneficiorum omnium lite pendente deponi iussit Pius V. vt infra in eius const. 57. Cordi nobis.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. Cupiens prout suo pastorali incumbit officio, vnicuique quod suum est tribui, iustitiamque inter omnes æqua lance ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum qui passim beneficia ecclesiastica in mensibus in quibus illorum collatio, & prouisio per constitutiones suas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas desuper editas dispositioni suæ pro tempore reseruatæ existunt vacantia, seu alias eidem, & Sedis Apostolicæ dispositioni generaliter reseruata, aut ex generali reseruatione apostolica vel alias affecta, ordinaria, seu alia auctoritate contra dictarum constitutionum tenorem, aut alias indebite sibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant, & in eis prætextu collationum & prouisionum huiusmodi se intrudunt, ad hoc vt illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes apostolicos seu alias iusto titulo prouisos molestent, & interim lites adeo in longum protrahãt, vt impetrantes & iustum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum iuri cedere, & renunciare, aut in prosecutione litium huiusmodi omnes fere eorum facultates dissipare, & tandem in illarum prosecutione mori cogantur. Quique beneficia in Ro. Curia, vel extra eam litigiosa resignant, aut

Causa constitutionis.

eorum

torum iuri cedunt simpliciter vel in fauorem tertij in memorialibus cum paruia datis & consensibus desuper præstitis, quæ penes se retinent, & nihilominus lites huiusmodi prosequuntur, & dum cognoscunt nullum ius sibi in huiusmodi beneficiis litigiosis competere, ad effugiendum sententiam, & expensas, vel fructuum restitutioné in quibus condemnandi venirent, Supplicationes desuper signari, ac datas, & consensus paruos huiusmodi extendi faciunt, asserentes se iamdiu illa dimisisse, partes fouentes bonum ius, & Iudices iustitiam ministrantes deludendo, quantum in eo est obuiare, ac omnem penitus talia præsumendi occasionem tollere, Hac sua perpetuo valitura sanctione statuit, & ordinauit, quod quoties in antea aliquem super quouis beneficio ecclesiastico, vt præfertur, reseruato seu affecto, & dicta auctoritate vel alias nulliter collato, tam in dicta Curia, quàm extra eam litigare contigerit, & Iudici ordinario, seu cui causa desuper commissa fuerit, etiam summarie, & extraiudicialiter, quantum sibi pro rei qualitate sufficere parte legitime citata videbitur, constiterit Beneficium ipsum in dictis mensibus vacauisse, aut alias, vt præfertur, reseruatum seu affectum, & nihilominus ordinaria, seu alia auctoritate nulliter collatum, & indebite detentum existere, idem Iudex reproducta citatione, fructus redditus & prouentus beneficiorum sic nulliter collatorum, & indebite detentorum sequestrari mandet, & faciat ac alia exequatur in præmissis necessaria, & opportuna. Super quo eidem Iudici omnem potestatem & auctoritatem impartitus est. Idemque Sanct. sua in causis nunc in quauis instãtia corã eisdẽ Iudicibus pendentibus similiter obseruari mandauit. Præterea decreuit & declarauit sic resignãtes, seu cedẽtes, & nihilominus lites hmôi prosequen. ne eorum malitia illis prodesse, & fouentibus bonum ius nocere valeat, ad fructuum, redituum, & prouentuum dictorum beneficiorum per eos perceptorum restitutionem, ac expẽsarum in litibus huiusmodi factarum refectionem, omniaque, & singula damna, & interesse in quibus condemnati fuerint, si non cessissent, vel resignassent, per Iudices tam ordinaria, quàm delegata, vel alia auctoritate fungentes, coram quibus lites ipsas pro tẽpore pendere, seu moueri cõtigerit condẽnandos fore, & condẽnari debere, ac ad id teneri, & obligatos esse, Ipsosq;, ac ẽt in dictis beneficiis successores quoscunq; ad paritioné sentẽtiæ, seu sniarum, ac literarũ executorialium pro tempore latæ, seu latarum, & decretarum à quibus appellare non liceat, ad restitutionem, seu relaxationem possessionis, ac fructuum, redditu, & prouentuum, necnon refectionem expensarum, ac damnorũ, & interesse huiusmodi perinde ac si contra eosdem successores sententia, seu sententiæ latæ, & literæ executoriales huiusmodi decretæ fuissent, cogi, & compelli. Sic tamen quod postquam alter ipsorum sententæ, seu sententiis, ac restitutioni, vel relaxationi possessionis, & fructuum, redditu, & prouentuum, necnon damnorum, & interesse huiusmodi refectioni, aliisque præmissis realiter, & cum effectu paruerit, alter desuper molestari nõ possit. Et ita in præmissis omnibus, & singulis per eosdem, & alios quoscunque Iudices, & etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, Sublata &c. iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, &c.

Facultas iudici sequestrari faciẽdi fructus beneficiorum, lite pendente super illis tanquã sedi Apostol. reseruatis vel affectis & per ordinarios vel alios nulliter collatis.

Talesque beneficiorum detentores & litigantes, etiam si lite cessesint, teneri declarat, ad damna & interesse &c.

Decretum irritans.

Placet, publicetur, & describatur. I.

Lecta, & publicata fuit supradicta Constitutio Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo, Die vero Sabbati vigesimasexta mensis Octobris.

Publicatio in Cancellaria

CXLIII.

Reuocatio priuilegiorum Conclauistarum & aliorum, circa cessiones & resignationes beneficiorum.

Reuocationem aliorum priuilegiorum Conclauistarum, vide infra in Pij V. const. 71. Sacrosanctum.

De Conclaui autem & Conclauistis habes sup. in Pij 4. const. 81. In eligendis fol. 767.

SANCTISSIMVS in Christo pater & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. cui innotuit, quod nonnulli qui in Conclaui in quo Sanctitas sua ad summi apostolatus apicem diuina fauente clementia assumpta fuit interfuerunt, & diuersi alij etiam in eorum locum surrogati, facultate resignandi beneficia ecclesiastica per eos pro tempore obtenta, & cedendi iuri eis in dictis beneficiis, vel ad illa quomodolibet competenti, etiam eorum possessione non habita, simul vel successiue, simpliciter vel in fauorem certarum personarum, seu ex causa permutationis in ordinariorum locorum, vel illorum officialium, aut Vicariorum, seu personarum in dignitate ecclesiastica cõstitutarum, vel canonicorũ metropolitan. aut aliarum cathedralium ecclesiarum per eos eligendorum manib. extra Ro. Curiam in quibusuis apostolicis, aut ordinariis collatoribus pro tempore concessis mensibus, ac resignationes & cessiones huiusmodi per ordinarios seu officiales vel Vicarios aut personas in dignitate ecclesiastica cõstitutas, seu canonicos prædictos admitti, & de beneficiis sic resignatis aut cessis sibi seu aliis per eos nominatis vel secum compermutantibus prouideri faciendi eis & aliis sua beneficia in eorũ fauorem resignare volẽtibus, per Sanctitatem suã & sedem apostolicam concessã abutentes, eius prætextũ resignationes quarumcunq; personarum sua beneficia huiusmodi etiam dispositioni apostolicæ generaliter reseruata seu affecta, ad effectum vt de illis, aliis personis sibi gratis prouideatur resignare volentium, etiã in infirmitate, & mortis articulo constitutarũ extra dictã curiam per ordinarios, seu officiales vel vicarios, aut personas in dignitate ecclesiastica constitutas, seu canonicos hmôi admitti, & de ipsis sic vt præfertur resignatis seu cessis beneficiis, etiam constitutione Sanctitatis suæ de infirmis resignantibus & infra viginti dies decendum non obstan. sibi primo, & deinde mediante eorum resignatione seu cessione personis primis resignantibus gratis seu per eos nominatis prouideri procurant & faciunt, & quandoq; pro vsu facultatis huiusmodi à personis in quorum fauorem illa vtuntur præmia exigunt, aliasq; diuersas fraudes committũt in animarum suarum periculum & apostolicæ auctoritatis vilipendium, ac expectantium apostolicorum & ordinariorũ collatorũ præiudicium, volens periculo animarum, & hmôi abusibus & fraudibus obuiare, vestigiis fe. re. Clementis Papæ vij. & Iulij iij. prædecessorum suorum, qui facultates huiusmodi reuocauerunt inhærendo.

Causa constitutionis.

Reuocatio facultatum conclauistis c aliis concessarum circa resignationes beneficiorum & cessiones.

Omnes & singulas facultates tam conclauistis, quàm quibusuis aliis etiam in ipsorum conclauistarum locum surrogatis, cuiuscunque dignitatis status vel conditionis existentibus, ac etiam S. R. E. Cardinalibus, beneficia per eos obtenta resignandi, & iuri sibi in illis vel ad illa quomodolibet competenti cedendi, ac resignationes seu cessiones huiusmodi admitti, & de beneficiis sic resignatis seu cessis sibi seu aliis per eos nominatis vel secum compermutantibus prouideri faciendi, per quoscunque Ro. Pontifices prædecessores suos, & Sanctitatem suam etiam in conclaui prædicto sub quibuscunq; tenoribus & formis hactenus concessas, quorum tenores huiusmodi Sanctitas sua haberi voluit pro expressis, etiam si quasuis clausulas aduersus illarum reuocationum præseruatiuas in se contineant, reuocauit, cassauit, & irritauit, omniaque & singula earundem facultatum prætextu de cætero facienda, nulla & inualida nulliusque roboris vel momenti esse & fore, nec per illa aliquod ius alicui acquiri aut acquisitum censeri posse aut debere declarauit, eaque in posterum nemini contra reuocationem & declarationem huiusmodi suffragari, Sicq; per quoscunque iudices & commissarios etiam S. R. E. Cardinales, & causarum palatij Apostolici Auditores in quibuscunque causis motis & mouendis in dicta curia & extra eam in quauis instantia pendentibus, sublata, &c. iudicari & diffiniri debere ac irritum &c. decreuit.

Decretum irritans.

Placet publicetur & describatur. I.

Publicatio in Cancellaria.

Lecta & publicata fuit Romæ in Cancellaria Apost. Anno Incarnationis Domini 1562. die 22. Septembris.

C X L I I I I.

Prohibitio simulatarum ac fraudolentarum Beneficiorum permutationum.

Ad quod vide infra Pij V. const. 58. Quanta Ecclesiæ.

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius aures peruenit, nonnullos beneficia ecclesiastica per eos obtenta, in amicorum aut alias sibi gratarum personarum fauorem, etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra iuris dispositionem, resignare cupientes, certam fictæ permutationis formam excogitasse, per quam se beneficia huiusmodi ea causa permutationis, alias de iure approbatæ, pro quodam imaginario nec vsquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, seu alio nomine vocant) illud per suppositum compermutantem suum obtineri asserentes & nō alias, in dictis manibus resignant, talesque resignationes ex causa prætensæ permutationis admitti, ac de suis veris beneficiis, tanquam per dictas resignationes vacantibus, eisdem fictis compermutationibus seu potius ipsimet compermutantes sibi prouideri procurant, hac indirecta via beneficia in aliorum fauorem simoniace resignando in sacrorum canonum fraudem, & animarum suarum periculum, Proinde considerans illud fictitium de pertica aut aliàs nuncupatum incertum, incorporeum, & inane, nullibique reperibile reuera non esse beneficium, ac propterea veram cum eo permutationem fieri non posse (tametsi non desint qui subtili potius quam vera ratiocinatione contrarium pertinaciter asseuerare nitantur) ac propterea ecclesiam sanctam curæ suæ diuinitus commissam hoc prauo abusu fraudulentoque conuento salubriter emundare volens, hac perpetuo valitura constitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes simulatas facere, neque beneficium de pertica, aut aliud huiusmodi fingere, neue locorum ordinarij seu quiuis alij resignationem alicuius beneficij ea causa prætensæ permutationis cum beneficio de pertica huiusmodi seu quouis alio quocunque nomine sic dolose & in fraudem nominato factæ, vel faciendæ, tanquam meram fraudem sapientem tanquam vere & virtualiter in fauorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præsumant. Decernentes omnes & singulas beneficiorum resignationes, prætextu permutationis huiusmodi, earumque subsecutas admissiones, ac prouisiones & alias dispositiones quauis etiā apostolica auctoritate faciendas, nullas & irritas, nulliusq; fore roboris vel momenti, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Causa istius constitutionis.

Prohibitio simulatarum permutationum beneficiorum.

Decretum irritans.

Placet publicetur, & describatur. I.

C X L V.

Concessio officij Camerariatus S. R. E. Cardinali Vitellio.

Idem officium eid. Cardinali consistorialiter concessum fuit vt in const. seq.

Concessionem vero nuper factam Cardinali Vastauillano per Greg. 13. habes infra in eius const. 208. In conferendis, & ibi ponam concord.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

NOBILITAS generis, literarū scientia, omniū S.R.E. & Cameræ Apostolicæ rerū exquisita notitia, in rebus agendis dexteritas, morum elegantia, integritas fidei cæteraque virtutum dona, quibus personam Dilecti filij nostri Vitellotij S. Mariæ in via lata diaconi Cardinalis decorauit altissimus, merito nos inducunt, vt partem nobis incumbentem onerum eius curæ, & sollicitudini committamus. Cum itaque officium Camerariatus nostri, & Ecclesiæ præfatæ, quod bon. mem. Guido Ascanius eiusdem S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis dum viueret obtinebat, per obitum eiusdem Guidonis Cardinalis, & Camerarij extra Ro. Cur. defuncti vacauerit, & vacet; nos cupientes simul eidem officio vtilem præsidere personam, & simul præfato Vitellotio Cardinali, qui etiam in nostrarum, & Cameræ præfatæ, quæ notoriæ sunt, necessitatum subuentionem, summam septuaginta millium scutorum auri in auro, in certis inter eum & dilectum filium Thesaurarium nostrum generalem conuentis terminis, & cum conditionibus infrascriptis soluturum se esse obtulit, & gratitudinis aliquod signum reddere, Motu simili &c. officium prædictum, sicut præfertur, vel alias quomodolibet vacans, cum

Camerariatus officiū vacauit per obitum Cardinalis de S. Flore.

etiis, cum omnibus & singulis illius honoribus oneribus, iurisdictionibus, facultatibus, priuilegiis, exercitio, iuribus, & emolumen. solitis & consuetis (saluis tamen reformationibus de huiusmodi officio per nos factis, & si videbitur in literis, quæ desuper de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio expedientur, particulariter, & latius exprimen.) eidem Vitellotio Cardinali per eum quoad vixerit tenendum, & exercen. tenore præsentium concedimus, & assignamus, eumque in dicti Guidonis Ascanij Cardinalis defuncti locum, quo ad officium prædictum substituimus, & subrogamus, ipsumque nostrum & dictæ Ecclesiæ Camerarium, quo ad vixerit, eadem auctoritate creamus, & facimus; eique nostræ Sedis & Ecclesiæ prædictæ nomine Cameræ Apostolicæ præsidendi, omniaque & singula, quæ tam in iurisdictionibus, quàm in aliis quibuscunque negociis, & causis ad ipsum Camerariatus officium de iure, vel consuetudine (saluis, vt præfertur, dictis reformationibus) quomodolibet pertinēt, & quæ præfatus Guido Ascanius, & alij præfatæ Ecclesiæ Camerarij facere, exercere demandare, ordinare, administrare & exequi soliti sunt & potuerunt, etiam si videbitur in literis (vt præfertur) particulariter & latius exprimenda (dictis reformationibus, vt præfertur saluis) faciendi, exercendi, demandandi, ordinandi, administrandi, & exequendi plenam & liberam concedimus facultatē. Decernen. eum ad dictum officium, eiusque liberum exercitium, & alia præfata recipiendū pariter & admittendū: ac de emolumentis, & aliis prædictis ei respondendū integraliter esse. Ac mandantes dilectis filiis modernis & pro tēpore futuris Vicecamerario, Thesaurario, Præsidēti, Clericis, Notariis, & aliis dictæ Cameræ ministris & agentibus quibuscunque, vt in his omnibus, quæ ad officium prædictum (reformationibus prædictis vt supra saluis remanentibus) spectant & pertinent, spectareque & pertinere poterunt quomodolibet in futurum, efficaciter ei pareant. Et insuper vt ipse Vitellotius Cardinalis, qui summam prædictam septuaginta millium scutorum, vel bonam illius partem ab amicis mutuo accepit, & eius amici prædicti quietioribus animis viuere possint, Volumus eique concedimus, quod si, & quandocunque ei placuerit, officium ipsum in fauorem cuiuscunque alterius personæ ac nobis gratæ & acceptæ, infra octo annos resignare, vel vēdere, & pretium illius recipere, illudque in suos vsus & vtilitatem conuertere libere & licite possit & valeat. Et nihilominus si contingat ipsum Vitellotium Cardinalem infra dictos octo annos officium huiusmodi non resignasse, vel vendidisse, sed officio Camerariatus huiusmodi adhuc in persona sua existente, infra dictos octo annos proximos decedere, per eius obitum officium prædictū, & illius fructus & emolumenta ipsius Vitellotij Cardinalis hæredibus & successoribus, necnon creditoribus, & fideiussoribus efficaciter obligatum & hypothecatum, obligataque & hypothecata remaneāt, prout nos etiam de apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium quas vim publici instrumenti super hoc etiam consistorialiter ac alias solenniter validèque stipulati habere volumus cum effectu, ac omnibus melioribus modo, via iure, & causa, quibus possumus, obligamus & hypothecamus; obligataque & hypothecata esse decernimus, ita & taliter, quod de officio ipso, illiusque emolumentis per nos, & successores nostros in alterius personæ, aut etiam Ecclesiæ, Sedis, & Cameræ prædictarum fauorem disponi nullo modo possit, nisi prius hæredibus, & successoribus, ac creditoribus prædictis de dictis septuaginta millium scutorum integre satisfacto, obligatioque & hypotheca huiusmodi non solum officium ipsum, & eius emolumenta prædicta, sed quemcunque illius possessorem, si cui forsan de illo ante satisfactionem prædi. prouideri cōtingeret, afficiat, & illum etiam exercere possint, sicque & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscunque etiā Sanctæ Romanæ Eccle. Card. & alios iudices, sublata &c. iudicari &c. irritumque &c. si secus fieri contingat, ac præsentis solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio & extra, regula contraria non obstante, plenam fidem facere decernimus de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis & Cameræ, & institutionis officij præfati, ac priuilegiis, indultis & literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis etiam consistorialiter concessis, quibus omnibus hac vice latissime derogamus, etiam si de illis aut eorum aliquibus specialis, & expressa mentio facienda esset, cæterisque contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis.

Et modo confertur in personam Cardinalis Vitellij qui soluit Cameræ Apost. scuta 70. millia.

Posuit tamq; ei datur illud resignādi cui voluerit infr. annos octo & pretiū ab eo recipiendi, cum assecuratione q̄d interim non vacet per obitum.

Decretum irritans.

Clausulæ derog.

Fiat Motu proprio. I.

Et cum concessione, assignatione, substitutione, subrogatione, creatione, constitutione, facultate, mandato, voluntate, obligatione, hypothecatione, decreto & derogatione, aliisque præmissis vt supra latissime; & quod sola præsentium sufficiat signatura, vt præfertur, super quibus etiam literæ &c. cum præmissorū omnium ac ipsius officij priuilegiorum &c. & emolumentorum aliorumque necessariorum maiori & veriori specificatione & expressione, ac etiam ad verbum insertione exprimi possint: & cum decreto, quod dictus Vitellotius iuramentum fidelitatis per alios Camerarios præstari solitum, in pleno nostro consistorio in manibus nostris, postquam tamen idem iuramentum in Camera ante admissionem iuxta solitum, præstiterit, præstare omnino teneatur, & cum decreto pariter, quod post dictos octo annos à data præsentium præfatum officium neque resignari, neq; vendi ab ipso Cardinali Vitellotio possit; & eo mortuo post dictos octo annos vacare omnino censeatur; & liberum esse ab omni obligatione & hypotheca prædicta.

Repetitio clausularum.

Fiat. I.

Dat. Romæ apud sanctum Petrum, quarto Id. Nouembris, Anno Quinto.

C X L V I.

Concessio consistorialis Officij Camerariatus S. R. E. Cardinali Vitellio.

Alia concessio eidem Cardinali facta erat vt in const. præced. vbi notaui.

PIVS Papa IIII. &c. Dilecto filio Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, Salutem & Apostolicam Benedictionem. EXIMIAE tuæ circūspectionis industria, cognita bonitas, & fidei constantia, singularis integritas atq; prudentia, zelus domus Dei, summa iustitiæ obseruātia, ac longa de te in magnis & arduis Romanæ Eccl. (cuius honorabile membrum existis) negocijs iam dudum experientia cōprobata, necnon aliarum multipliciū virtutū

dona,quibus personam tuam illarum largitor altissimus insigniuit, spem nobis indubiam nō immerito pollicentur,quod ea,quæ eidem circumspectioni tuæ duximus committenda fideli & exacta diligentia tanquam præcipua, ac sublimis eiusdem Ecclesiæ columna exequeris. Cum itaque officium Camerariatus eiusdem Romanæ Ecclesiæ,quod bo.mem. Guido Ascanius S.Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis de S.Flora nuncupatus, ipsius Romanæ Ecclesiæ Camerarius,dum viueret,obtinebat,per obitum eiusdem Guidonis Ascanij Cardinalis, & Camerarij,qui extra Romanam Curiam debitum naturæ persoluit, vacauerit & vacet ad præsens: Nos attendentes tanti officij dignitatem,excellentiam & auctoritatem,ac cupientes illud tali committere personæ, per cuius laudabile studium officium ipsum feliciter gubernetur, & sperantes, quod tu diuina tibi assistente gratia, officium prædictum per tuam singularem prudentiam & prouidentiam circumspectam, ac à natura tibi datam benignitatem scies & poteris salubriter regere,& feliciter gubernare,habita super his cum fratribus nostris deliberatione matura,de ipsorum fratrum consilio,& ex certa nostra scientia,ac de apostolicæ potestatis plenitudine,ad honorem & gloriam eiusdem Romanæ Ecclesiæ, ipsiusque officij prosperum regimen, officium prædictum sic vacans cum omnibus,& singulis illius honoribus,oneribus,& emolumentis consuetis tibi, à quo fidelitatis debitæ solitum iuramentum recepimus,pro pretio septuaginta millium scutorum auri in auro,quamdiu vitam duxeris in humanis,apostolica auctoritate tenore præsentium conferimus,concedimus,& assignamus; teque in ipsius Rom.Eccl.Camerarium assumimus,creamus,constituimus & deputamus,ipsiusque officij plenum & liberum exercitium tibi etiam concedimus: tibique quod infra octo annos à data earundem præsentium computandos,officium ipsum in fauorem cuiuscunque personæ idoneæ nobis gratæ & acceptæ, etiam pro certo pretio,resignare,ac pretium ipsum recipere,illudque in tuos vsus,& vtilitatem conuertere libere, & licite valeas, auctoritate & tenore prædictis, Et insuper si contingat te infra dictos octo annos officio huiusmodi per te non resignato, decedere, de officio ipso per nos, aut Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes,& Sedem apostolicam disponi non posse,nisi prius de dictis septuaginta millibus scutis, hæredibus, ac creditoribus,& fideiussoribus tuis integre satisfacto,ac interim officium ipsum, illiusque fructus, redditus & prouentus,ac emolumenta huiusmodi,hæredibus, creditoribus & fideiussoribus prædictis deberi, illaque, & ipsius officij possessionem quamcunque hæredibus, creditoribus ac fideiussoribus præfatis affectam remanere & alias iuxta inter nos & te initæ,ac in Motu proprio per nos desuper signato,scriptæ conuentionis tenorem,indulgemus; Ac ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan.constitut.& ordinat.apostolicis,ac dicti officij iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque. Tu igitur iniunctum tibi munus officij huiusmodi prompta deuotione suscipiens, officium ipsum iuxta datam tibi à domino prudentiam sic exercere studeas sollicite, fideliter & prudenter, quod ex inde succedant optati fructus,quos speramus; tuque præter æternæ retributionis præmium,nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde vberius consequi merearis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ collationis, concessionis,assignationis,assumptionis,creationis,constitutionis,deputationis, indulti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimoquarto, quintodecimo Kal.Decembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Camerariatus officiū vacauit per obitum Cardin. de S.Flora.

Et modo confertur Card Vitellio qui soluit Cameræ Apost. scuta 70.millia.

Facultas quid. est cedēdi illud resignandi intra annos octo, & pretium recipiēdi. sed scias quod post obitū Card. lis orta fuit; vi. in Greg 13.const. 108.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

EGO Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Locus Signi.

Ego F. Card. Pisanus Episcopus Ostiensis.
Ego Feder. Card. Cæsius Episcopus Portuensis.
Ego Ioan. Card. Moronus Episcopus Tusculanus.
Ego Alex. Card. Farnesius Episc. Sabin. Vicecan.
Ego R. Card. S.Angeli maior Pænitentiarius.
Ego Io. Mic. Card. Saracenus.
Ego Io. Card. S.Vitalis.
Ego Io. B. Cicada Card. S.Clementis.
Ego Scipio Rebiba Cardinalis Pisa.
Ego Io. Suauius Card. Reomanus.
Ego Io. Ant. Card. Capisuccus.
Ego Fr. Michael G. Card. Alexandrinus.
Ego Clem. Moni. Cardinalis Aracæli.
Ego Iacobus Cardinalis Sabellus.
Ego Io. Antonius Cardinalis S.Georgij.
Ego Aloysius Cardinalis Cornelius.
Ego Bern. Cardinalis Saluiatus.
Ego Ph. Cardinalis A Burdesia.
Ego Lud. Card. Simoneta.
Ego F. Cardinalis Pacecus de Toledo.
Ego M. Anton. Card. Amulius.
Ego Io. Fran. Card. de Gambara.
Ego Carolus Cardinalis Borrhomæus.
Ego M. Cardinalis de Altaemps.
Ego Inn. Cardinalis de Monte.
Ego Hier. Cardinalis Simoncellus.
Ego Fr. Aualus Cardinalis Aragonia.

CXLVII.

Quod maior pars Cardinalium Inquisitorum generalium in Congregatione interuenientium facit, valet perinde ac si omnes interuenissent.

Similem cōstitutionem,& aliam Inquisitorum deputationem habes infr.in Pij V.const.167, Cū fel.record.

Facultates autem istorum vide sup. in const. 67. Pastoris æterni fol.741.& const.88.Romanus Pontifex fol.784. & infra in Pij V. const.175. Sanctissimus,cum ibi notatis.

PIVS Papa IIII. Motu proprio,&c.

CVM nos per nostrum speciale Motum propriū sub data Romæ apud Sanctum Marcum quarto Non. Augusti, Pontificatus Nostri Anno V. officio supremo in Alma Vrbe, & Curia nostra,ac tota repub. Christiana sanctæ Inquisitionis hæreticæ prauitatis,eiusq; causarū audientiæ,cognitioni,expeditioni, & termina

& terminationi præfecerimus, & deputauerimus dilectos filios nostros Iohannem Michaelem Sanctæ Anastasiæ Saracenum, & Io. Baptistam S. Clementis Cicadam, ac Iohannem Suauium S. Priscæ Reumanuum, Necnon Michaelem S. Sabinæ Ghislerium, & Clementem S. Mariæ in Araceli Monialum, & Ludouicum sancti Cyriaci in Thermis Simonetam, & Carolum sancti Martini in Motibus Borthomæum presbyteros, ac Vitellotium Sanctæ Mariæ in Porticu Vitellium Diaconum, tunc titulorum Miseratione diuina S. R. E. Cardinales cum facultatibus, iurisdictionibus, & auctoritatibus, prout in eodem Motu proprio latius continetur. Cum postea etiam in eodem sancto Officio supremo inquisitionis hæreticæ prauitatis, verbo deputauerimus Inquisitorem dilectum Filium nostrum Franciscum Alciatum tituli Sanctæ Susannæ Cardinalem, ne in posterum de ipsius iurisdictione hæsitari contigat Motu simili & ex certa nostra scientia, deputationem huiusmodi tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & quatenus opus sit de nouo eundem generalem Inquisitorem hæreticæ prauitatis, prout suprascripti alij octo Cardinales, constituimus, deputamus, & ordinamus, & in numero supradictorum aliorum Inquisitorum vnimus, & aggregamus. Et insuper pro faciliori causarum expeditione, & terminatione, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt quicquid per maiorem partem præfatorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, qui in congregatione pro dicto officio interuenerint seu conuenerint dictum, gestum, statutum, ordinatum, decretum, terminatum, seu sententiatum extiterit sit ualidum & firmum ita & taliter quod nullo modo impugnari possit, perinde ac si omnes & singuli Cardinales prædicti in dicta congregatione conuenissent, & maior eorum pars consensisset. Cum plena & omnimoda iurisdictione auctoritate, & potestate omnibus prædictis Cardinalibus, & eorum prædecessoribus per nos vel alios Summos Pontifices alias quomodolibet concessis, & attributis. Irritum &c. decernentes. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & omnibus illis, quæ nos, & prædecessores nostri voluerunt & voluimus non obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Decernentes solam præsentis nostri Motus proprij signaturam sufficere: & vbique in iudicio & extra fidem facere, Regula contraria non obstante.

Hic Pont. deputauit Card. hic nominatos Inquisitores generales. Alij alias deputati fuerunt in d. Pij V. const. 167 & alij, et Il per Pontifices eorum arbitrio deputant.

Et modo decernit.

Qd maior pars Card. in Congregatione interuenientiũ fecerit, valere prout si omnes interuenissent.

Decretum irritans.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio, I.

CXLVIII.

Taxa mercedum Notariorum causarum Ciuilium, Gubernatoris, Vicarij, Iudicis Burgi, & Magistrorum Viarum: Vrbis & etiam Capitolij in casibus, de quibus per Satuta non est prouisum.

Taxam vero Notariorum Criminalium habes in const. seq.

Notariorum A. C. habes inf. in Pij V. const. 117. Inter illa.

Notariorum Archiuij habes in Grego. 13, constitutio. 91. Alias cupientes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nuper generali Reformationi, circa Romanæ Curiæ officia, & Tribunalia per nostras desuper editas literas prouiderimus, & inter cætera statuerimus, vt quorumdam Tribunalium Notarij, pro actis coram eis facien. annotandis, & conscribendis; mercedem iuxta taxationem per nos eis ordinandam, & non vltra, exigere valeant: idcirco nos illam ad suprascriptum modum duximus reducendam: Quam per Notarios actuarios in causis Ciuilibus Curiarũ Almæ Vrbis nostræ Gubernatoris, & nostri in eadem Vrbe Vicarij, necnon Capitanei Burgi Sancti Petri, & Magistrorum viarum, ac in casibus, in quibus per statuta Vrbis specialiter non prouidetur, etiam Senatoris eiusque Collateralium, & Capitanei appellationum, ac Magistrorum Iustitiariorum, obseruari mandamus, sub pœnis in dictis nostris literis expressis. Vtque tam ipsis Notarijs quantum petere valeant, quam partibus litigantibus quantum soluere debeant iugiter innotescat, iubemus, vt singuli Notarij prædicti, taxationem suprascriptam in vulgari sermone impressam, Tabellæ affixam in suo quisque Officio in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possit teneant, contrarijs non obstantibus quibuscunque.

Notarij prædicti seruent hanc taxam, & tabellã affixam teneant in loco publico.

Pœnas adit cõtra uenientium habes sup. in const. 85. cuius hac contenta, procedere debebat, sed fuit postposita ob impr[i]mentibus per errorem.

Pla. Motu proprio. I.

PRO quocunque Monitorio, Arresto, seu præcepto litis introductiuo, cum clausula, siquis, &c.		nihil
Pro quacunque petitione, comparitione, protestatione, siue allegatione, bol. vnum	bol.	1
Pro quacunque reuocatione inhibitionis de facto factæ, Arresti, Sequestri, seu cuiusuis Mandati, bol. duos	b	2
Pro mandato suspicionis fugæ, cum examine testium vsque ad summam scutorum decem, bol. decem	b	10
Cum productione iurium a decem infra, bol. septem cum dimidio	bol.	7 ½
A decem supra, cum examine testium, bol. duodecim	b	12
Cum productione Iurium a decem supra. bol. decem	b	10
Pro Aresto in carceribus, idem soluatur respectiue		
Pro mandato de relaxando, cum cautione vsque ad summam Scutorum decem, bol. quindecim	b	15
Si vero cum consensu, sine cautione, bol. duodecim	b	12
Abinde supra, si cum cautione, bol. vigintiquinque	b	25
Si vero sine cautione, bol. viginti	b	20
Pro quocunque mandato in contumaciam, bol. tres	b	3
Pro reuocatione Mandati in contumaciam, bol. duos	b	2

Pro non

Pro non grauetur, seu mandato de non molestando in forma iuris, bol. tres b 3

Depositus vices fea a quique apud Montē Pietatis fieri decretum Greg. 13. inf. In eius cōst. 104. Inter multiplicia

Pro quocunque deposito. pro quacunque summa in actis facien. nihil

Pro restitutione depositi pro quolibet scuto in causa mercedum, bol. vnum b 1

Pro rogitu cuiuscunque obligationis in officio vsque ad summam scutorum decem, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Abinde supra, bol. decem b 10

Extra officium dupla m

Pro cassatione cuiuscunque obligationis Iudicialis vsque ad summam decem, bol. quinque b 5

Abinde supra, bol. decem b 10

Pro susceptione termini in iudicio ad soluendum, bol. duos b 2

Pro quocunque susceptione censurarum in iudicio, quæ non fiat nisi ultra decem, bol. septē cū dimidio b 7 ½

Pro moderatione censurarum, bol. duos b 2

Pro quacunque partium litis decisiuo, bol. duos b 2

Pro quocunque iuramento extra Officium, susceptione termini, aut actus Iudicialis vsque ad Scutos decem, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Abinde supra, bol. decem b 10

Pro quocunque Mandato vigore termini in iudicio suscepti, vel censurarum, vel iuramento vsque ad summam Scutorum quinque, bol. quinque b 5

A scutis quinque vsque ad decem, bol. decem b 10

A decem vsque ad viginti, bol. viginti b 20

A viginti vsque ad quamcunque summam, bol. quinquaginta b 50

Pro decreto supradicti mandati, bol. duos b 2

Pro quacunque fide de exequendo Mandatum in alia Curia decretum, seu appositionis manus in contumaciam, vel alias non facto processu, bol. duos b 2

Pro quocunque rogitu procuræ in Officio, bol. duos b 2

Extra vero officium, bol. octo b 8

Pro productione quorumcunque iurium, articulorum, & interrogatoriorum, bol. duos b 2

Pro quacunque restitutione iurium cum dimissione copiæ à decem Scutis infra supra tamen duo in scripturis priuatis, bol. septem cum dimidio b 7 ½

A decem vsque ad viginti, bol. quindecim b 15

A viginti supra, bol. viginti b 20

Si vero instrumenta publica, vel alia iura, duplum in quolibet casu prædicto

Pro relatione ad videndum iurare testes, & illorum reductione, specificatione materiarum etiam si insimul cum inductione testium fiat, bol. duos b 2

Pro responsione articulorum siue præparatoriorum pro quolibet articulo, seu præparatorio etiam generali siue fiat verbo siue fiat per productionem cedulæ, bol. vnum b 1

Pro examine Testis in quacunque summa, summarie absque articulis, & interrogatorijs, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Pro examine super recognitione tenerarum, bol. quatuor b 4

Pro recognitione apocarum, bol. tres b 3

Pro examine super articulis, & interrogatorijs à scutis decem infra, supra tamen duo, bol. decem b 10

A decem vsque ad viginti, bol. quindecim. b 15

A viginti vsque ad quamcunque summam, bol. vigintiquinque b 25

Si vero articuli, & interrogatoria fuerint excessiua, soluatur arbitrio Domini

Extra vero officium soluatur duplum

Pro copia testium publicorum soluatur ad rationem vt supra pro examine

Pro quacunque informatione iudici facienda cum ostensione actorum, iurium, vel testium, a quinque ducatis infra, bol. tres b 3

A quinque, vsque ad decem, bol. sex b 6

Abinde supra, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Et vnica tantum informatio in omnibus casibus soluatur.

De Registris, & extractib. ac eorum forma, vide sup. in constit. 54. Sum. Pont. f. 715.

Et si fiat extractus, vel Registrum, nihil soluatur pro informatione

Pro quocunque decreto diffinitiuo, vel nota sententiæ vim diffinitiuæ haben. vsque ad summam scutorum quinque, bol. quinque b 5

Vsque ad decem, bol. decem b 10

Vsque ad viginti, bol. triginta b 30

Vsque ad quamcunque summam, bol. quadragintaquinque b 45

Pro quocunque mandato vigore sententiæ seruatis seruandis, vel causa cognita, vsque ad summam scutorum quinque, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Vsque ad decem, bol. decem b 10

Vsque ad viginti, bol. triginta b 30

Vsque ad quamcunque summam, bol. quinquaginta b 50

Pro copia cuiuslibet commissionis, bol. decem b 10

Pro copia simplici cuiuslibet instrumenti in actis rogati, bol. septem cum dimidio b 7 ½

Pro copia subscripta pro fide eorundem, bol. decem b 10

Pro copia articulorum si sit magna scriptura, bol. decem b 10

Pro copia cuiuslibet petitionis partiti iuramenti, allegationis, & cuiuscunque alterius actus iudicialis in actis factis, bol. duos b 2

Pro mandato de euacuando domum, bol. vigintiquinque b 25

Pro quo

Pro quocunque mandato de consignandis pignoribus, bol. tres — b 3
Pro quocunque decreto confessionis debiti, bol. duos — b 2
Pro quibuscunque literis ex declaratorijs vigore Monitorij vel in illarum loco Mandato in contumaciam, bol. triginta septem cum dimidio — b 37 ½
Pro quibuscunque literis excommunicatorijs siue delegatorijs vigore obligationis in forma Cameræ vel monitorij reintegrati, vel mandato loco illarum vsque ad summã vigintiquinque scutorum, bol. triginta septem cum dimidio — b 37 ½
A vigintiquinque vsque ad quamcunque summam, bol. quinquaginta — b 50
Pro absolutione à censuris, bol. septem cum dimidio — b 7 ½
Pro instrumento absolutionis à censuris idem soluatur, prout in litteris
Pro quocunque Brachio sæculari, soluatur duplum ad rationem summæ prædictæ
Pro monitorio extra vrbem in illius districtu, bol. viginti — b 20
Pro rogatu instrumenti possessionis infra mœnia vrbis, bol. triginta septem cum dimidio — b 37 ½
Extra vero mœnia vrbis, arbitrio Domini
Pro inuentario de bonis, extra officium, bol. quinquaginta — b 50
Pro publicatione instrumentorum, seruentur statuta vrbis
In causis a quibusque infra specificentur materia in actis & examinentur testes absque articulis & interrogatorijs, & Notarius teneatur super generalibus examinare, & si pars voluerit dare interrogatoria, concordet Notarium
Et si agatur de bonis & non de pecuniarum quantitatibus stetur arbitrio Domini, quæ taxa solui debeat
Pro extractibus fiendis prout hactenus fieri consueuerunt pro quolibet folio habentibus lineas viginti duo in qualibet pagina, bol. septem cum dimidio. — b 7 ½

De extractib. vide supra in d. cõst. n. 34.

In causis commissarijs, pro comparitione & relationibus nihil recipiatur, & in omnibus casibus, soluatur prout in alijs vrbis tribunalibus solui solitum, & consuetum est.
A pauperibus miserabilibus personis soluere impoten. nihil iuxta formam literarum nostrarum accipiant.

CXLIX.

Taxa mercedum Notariorum causarum Criminalium, Gubernatoris, Auditoris Cameræ, Vicarij, & Senatoris Vrbis, ac Iudicis Burgi.

Taxa Notariorum Ciuilium habetur in consti. præced. vbi notaui.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM nuper generali reformatione circa Romanæ Curiæ officia, & Tribunalia per nostras desuper editas literas [illegible], & inter cætera statuerimus, vt quorundam tribunalium Notarij pro actis coram eis faciendis, annotandis, & conscribendis mercedem iuxta taxationem per nos eis ordinandam, & non vltra recipere valeant. Idcirco nos illam ad supradictum modum duximus reducendam, quam per Notarios actuarios in causis criminalibus Curiarum Almæ Vrbis nostræ Gubernatoris, Auditoris Cameræ Vicarij, Senatoris, ac Burgi obseruari mandamus sub pœnis in dictis nostris literis expressis, vtque tam ipsis Notarijs quantum petere valeant, quam partibus litigantibus quantum soluere debeant iugiter innotescat, iubemus, vt singuli Notarij prædicti taxationem suprascriptam in vulgari sermone impressam, & tabellæ affixam in suo quisque officio in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possit teneant, contrarijs non obstan. quibuscunque.

Notarij prædicti seruent hanc taxam, & tabellæ affixam teneant in loco publico.

Pœnas autẽ contrauenientium, vide sup. in con. n. 85 cui præcedere debebat hæc constitutio, sed fuit postposita in extra imprimendum.

Placet Motu proprio. I.

PRO receptione querelæ ex officio, vel ad instantiam partis, siue in officio, siue extra officium — nihil
Pro examine testium pro informatione Curiæ, siue in officio, siue extra officium similiter ex officio, vel ad instantiam partis — nihil
Pro examine reorum in carceribus — nihil
Pro quolibet Monitorio, inhibitione, vel sequestro in curia, cum clausula siquis — scut. bol. 3
Pro alia Inhibitione, Arresto, Monitorio, vel Sequestro, sine dicta clausula — scut. b 5
Pro qualibet Significatione, cum fideiussione siue obligatione — scut. b 15
Pro simili Significatione, absque fideiussione, & obligatione — scut. b 10
Pro Monitorio pœnali, citatione, inhibitione, sequestro, arresto, aut alio quouis Instrumento, siue in curia, siue extra curiam, siue auctoritate ordinaria, siue commissaria pro fisco — nihil
Pro simili Monitorio in curia in vim commissionis, si adest instigator secretus vel apertus carl. quinque — scut. b 37 ½
Pro monitorio, vel sequestro extra curiam auctoritate ordinaria, si adest instigator vt supra — scut. b 25
Pro Monitorio vel sequestro extra curiam in vim commissionis, si adest similis instigator secretus vel apertus — scut b. ½
Pro inhibitione in curia vigore commissionis, ad instan. partis, vel si adest instigator, vt supra carl. quinque — scut. b 37 ½
Pro inhibitione simili extra curiam — scut. b 60
Pro citatione etiam cum inhibitione vigore commissionis, etiam per edictum extra curiã, ad instantiam partis, vel si adest instigator vt supra — scut. 1 b ½
Pro compulsorialibus generalibus vel specialibus extra curiam vigore commissionis — scut. 1 b ½
Pro instrumento remissoriæ — scut. 1 b ½
Pro quolibet palmo rotuli remissoriæ carl. 5 — scut. b 37 ½

Pro

Pro literis missiuis pro examinan. testibus extra curiam loco remissorialium scut. b 10
Pro literis declaratorijs ob non paritionem monitorij extra curiam, carl. 10. scut. b 75
Si in causa commissaria scut. 1 b [illegible]
Pro brachio seculari similiter ob non paritionem monitorij extra cu. in cau, ordin. scut. 1 b 50
Pro brachio seculari vel mandato executiuo loco executorialium extra curiam in causa commissaria scut. 2 b 50
Pro mandato de capien. extra cu. auctoritate ordinaria ad instantiam partis, vel instigatoris secreti vel aperti scut. b 15
Si in causa commissaria scut. 1 b [illegible]
Pro edicto tempore vacantiarum scut. b 50
Pro comparition. relation. iurium production. vel alijs quibusuis actis pro fisco nihil
Pro qualibet relatione, compiration. protestation. Iurium production. vel alio actu parte instante scut. b [illegible]
Pro actu depositi pecuniarum nihil
Pro consignatione depositi pro quolibet scuto scut. b [illegible]
Pro consignatione pignoris vel rei depositatæ scut. b [illegible]

Deposita ultra summam quinque, apud montē Pietatis fieri decreuit Greg. 13. infra in eius const. 104. Inter multiplices.

Pro examine cuiuslibet testis in causa capitali, vel in qua veniret imponenda pœna corporis afflictiua, cum articulis & interogatorijs, vel cum interuentu Domini Iudicis, vel fisci; in officio, vel domo ipsius iudicis scut. b 50
Si extra domum; & officium, etiam si testis sit egregius vel Illustris super eisdem scut. 1 b
Si absque interrogatorijs & interuentu Iudicis, & fisci, vel super bona fama, aut super vno vel duobus articulis tantum in officio scut. b 25
Si extra officium, etiam si testis sit illustris, vt supra scut. b [illegible]
Pro examine testis in alijs causis non capitalibus; super articulis & interrogatorijs, vel cum interuentu Iudicis vel fisci in officio scut. b [illegible]
Si extra officium, etiam si testis sit egregius, vel illustris scut. b 50
Si absque interogatorijs & interuentu Iudicis, vel fisci, in officio scut. b 15
Si extra officium scut. b 25
Si materiæ in articulis vel interrogatorijs fuerint excessiuæ in quolibet ex casibus prædictis extendatur taxa iuxta excessiuitatem arbitrio Domini iudicis.
Pro examine testis in officio summarie absque articulis & interrogatorijs scut. b 10
Si extra officium scut. b 15
Pro ostensione depositiōn. testium publicatorum, absque cop. soluatur medietas eius quod solutum fuerit pro examine respectiue
Pro copia ipsius depositiōn. testium pro quolibet fol. continen. lineas 25 scut. b 7 [illegible]
Pro quolibet folio copiæ indiciorum continen. lineas 25. & pro qualibet linea 12. syllabas si vnus tantum reus fuerit scut. b [illegible]
Si duo vel plures rei fuerint pro quolibet fol. simili carl. vnum scut. b 7 [illegible]
Pro quolibet centenario fol. registri in causis ordinarijs, si ad instan. partis fieri contingat, dummodo pagina fol. contineat lineas 24. & registrum vel extractus etiam cur. capitolij factus fuerit iuxta formam Motus proprij S. D. N. D. Pij Papæ Quarti scut. 3 b [illegible]
In causis vero commissarijs a principio cum totidem 24. lineis & iuxta formam eiusdem motus proprij, pro quolibet centenario scut. 4 b [illegible]

De Registris, & extractibus. & eorū forma habes sup. in const. 54. Cum [illegible]

Pro quolibet folio extractus facti cum lineis & iuxta tenorem dicti Motus proprij scut. b 7 [illegible]
Pro quolibet centenario rubricaturæ processus de partibus scut. 1 b 50
Pro mandato de relaxan. aliquem in causa capitali, vel alia in qua veniret imponen. pœna corporis afflictiua, vbi præcesserint indicia & reus fuerit examinatus nec fuerit lata & subscripta sententia scut b 50
Vbi vero reus præcedentibus iudicijs examinatus, fuerit condemnatus, vel etiam tam ante quàm post composuerit, aut soluerit pœna seu ex gratia pœna ei remissa fuerit scut. 1 b
Pro mandato de relaxando aliquem in alia causa, vbi præcedent iudicia, & reus componat, vel pœnam soluat, aut condemnatus ex gratia liberetur scut. b 30
In alijs vero quibusuis casibus pro simili mandato de excarcerando scut. b 20
Pro rogitu cuiuslibet fideiussionis in officio vel carcere scut. b 10
Si extra officium & carcerem scut. b 20
Pro mandato de capiendo aliquem pro indicija, vel pro curiæ informatione nihil
Pro mandato de capiendo pro cautione de non offendendo scut. b 7 [illegible]
Pro non grauetur scut. b 5
Pro mandato de euacuando seruatis seruandis scut. b 20
Pro inuentario in causa capitali scut. 1 b
Pro simili inuentario facto de mandato Iudicis in quauis alia causa criminali scut. b 50
plus vel minus arbitrio iudicis scut. b 50
Pro simili inuentario in causa ciuili scut. b 20
Pro extimatione, subhastatione, & venditione bonorum mobilium, vel se mouentium fisco incorporatorum vsque ad ualorem. scut. 2. scut. b 15
A scut. 10. vsque ad 20. scut. b 30
Ad scut. 20. vsque ad 50. scut. b 75
A scut. 50. vsque ad 100. scut. 1 b
A scu. 100. vsque ad 500. scut. 2. b

A scut,

A scu.500.vsque ad quancunque summam — scut. 3 b

Pro adeptione possessionis bonorum stabilium fisco incorporatorum intra moenia — scut. 1 b

Si extra, soluatur iuxta importantiam causæ, et distantiam loci arbitrio Domini iudicis.

Pro subhastitione, venditione, et deliberatione, similium bonorum stabilium vsque ad valo.scut.100. — scut. 1 b 2

Abinde supra capiatur arbitrio eiusdem Domini iudicis

Pro nota sententiæ diffinitiuæ, declaratoriæ, vel interlocutoriæ, in quauis instantia pro fisco. — nihil

Pro nota sententiæ absolutoriæ diffinitiuæ in causa capitali in prima instantia, pro quolibet reo — scut. 4 b

Si in secunda instantia — scut. 3 b

Si in tertia instantia. — scut. 2 b

Pro simili nota sententiæ in alia causa in qua veniret imponenda poena corporis afflictiua in prima instantia — scut 3 b

Si in secunda — scut. 2 b

Si in tertia — scut. 1 b

Pro simili nota sententiæ absolutoriæ diffinitiuæ, in causa non capitali & in qua non veniret imponenda poena corporis afflictiua in prima instan. — scut. 2 b

Si in secunda — scut. 1 b 50

Si in tertia instantia — scut. 1 b

Pro simili nota sententiæ declaratoriæ in quauis causa & instan. — scut. 1 b

Pro nota sententiæ diffinitiuæ in causa discussionis, recipiatur iuxta importantiam causæ, arbitrio Domini iudicis

Pro nota decreti habentis vim sententiæ diffinitiuæ in quolibet ex casibus prædictis, capiatur pro medietate, iuxta taxam prædictarum sententiarum respectiue

Pro quolibet folio copiæ articulorum vel iurium productorum carl. vnum — scut. b 7 ½

Pro restitutione iurium — scut. b 25

Pro quolibet Saluo conducto pro homicidio ad quoduis tempus, si forte dari contingat de mandato S. D. N. — scut. 1 b

Si pro alio minori delicto — scut. b 50

Pro decreto ad exequendũ mandatum iam decretum, reuocation. inhibitionis, vel sequestri de consignando bona depositata, vel similis naturæ vna cum fide vel mandato desuper opportuno carl. vnum — scut. b 7 ½

Pro cassatione cuiuslibet simplicis fideiussionis, obligationis vel querelæ — scut. b 10

Pro cassatione similis fideiussionis, vel querelæ in quibus secutus fuerit processus vel examen inquisiti non tamen condemnatio — scut. b 20

Pro cassatione similis fideiussionis, vel obligationis in causa graui, & pro persona Ill. attendatur importantia ipsius causæ, & personæ inquisitæ, & stetur iudicio Domini iudicis nisi partes fuerint inter se concordes

Pro cassatione processus in causa capitali pro quolibet inquisito — scut. 1 b

Si in causa minori in qua tamen veniret imponen. poena corporis afflictiua — scut. b 75

Pro cassatione processus in alia causa non capitali, in qua non ueniret imponen. poena corporis afflictiuæ — scut. b 50

Pro cassatione processus in causa graui, & pro persona Ill. attendatur importantia causæ & personæ, & stetur iudicio Domini iudicis vt supra

Pro instrumento sententiæ in causa capitali — scut. 2 b

Pro simili instrumento in causa in qua tamen veniret imponenda poena corporis afflictiua — scut. 1 b 50

Pro simili instrumento in causa minori — scut. 1 b

Pro instrumento sententiæ declaratoriæ, absolutionis, vel decreti habentis vim similis sententiæ — scut. b 50

Pro susceptione censurarum vel termini in iudicio — scut. b 5

Pro fide cuiuslibet actus iudicialis — scut. b 10

Pro fide decreti visitæ extra diem visitæ — scut. b 5

Pro rogitu procuræ in officio — scut. b 5

Si extra officium — scut. b 10

Pro expensis contumacialibus in causa capitali ordinaria in qua præcedentibus iudicijs reus fuerit monitus, & in contumaciam condemnatus — scut. 1 b 50

Si in causa non capitali in qua tamen modo præmisso reus sit in poenam corporis afflictiuam condemnatus — scut. 1 b

Si in alia minori causa in qua eodem modo reus sit tantum in penam pecuniariã condemnatus — scut. b 50

Pro similibus expensis contumacialibus in causa commissaria in primo capite vt supra — scut. 2 b 50

Si in secundo — scut. 2 b

Si in tertio capite — scut. 1 b 50

Si vero huiusmodi expensæ fuerint in causa graui, vel pro persona Ill. exigatur iuxta importantiam causæ, & qualitatem personæ arbitrio Domini iudicis

Pro quibusuis alijs instrumentis, expeditionibus, & scripturis, quorum merces in præsenti taxa non exprimitur, & etiam in præinsertis in quibus videlicet controuersia inter Notarium & partem oriri contigerit stetur arbitrio Domini iudicis

Eadem taxa præinserta seruetur in quibusuis officijs criminalibus prædictis, etiam in causis mixtis vel etiam ciuilibus, criminalibus, dependentibus, aut in quibus de interesse fisci agitur

In alijs vero mere ciuilibus in eisdem officijs pertractandis etiam in casibus prædictis, seruetur taxa Notarijs ciuilibus nouissime imposita

In omnibus casibus prædictis, et alijs quomodolibet contingentibus pro paupere nihil penitus recipiatur, et de paupertate stetur relationi Domini aduocati, vel procuratoris pauperum, et vbi opus fuerit, loco copiæ inditiorum, vel iurium ostendatur originalia ipsi Domino aduocato vel procuratori dictorum pauperum gratis.

C L.

Extinctio officij expurgationis immunditiarum Vrbis.

Cura huiusmodi expurgationis hodie spectat ad Magistros Viarum Vrbis, prout habes etiam sup. in Iul. 3. const. vlt. fol. 565.

Officium expurgandi immunditias Vrbis, erectũ fuit per Camerã Apostol. certa taxa Artistis Vrbis imposita.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.
DVDVM accepimus per tunc S. R. E. Camerarium Præsiden. & Clericos ad effectum vt Vrbis nostra ab immunditijs quæ per artistas seu opifices ipsius cõtinue per vicos, & ad ripam fluminis proijciuntur purgata continuo extaret, vnum officium Immunditiarum Tyberis nuncupatum ereaerunt, & illud cuidam tunc eapresso concesserunt, certis taxis ab albergatoribus, & alijs artistis singulis annis exigen. constitutis, Quod officium postea certo modo vacans fe. re. Clemens VII. prædecessor noster cuidam Georgio Masseo ad instar aliorum Rom. Cur. officiorum concessit, ipsoque Georgio in possessione dicti officij, & illius exercitij ac dictas taxas exigen. existens, Dilectus filius Ioannes Dominicus Donatus laicus Casalen. dictum officium à fe. re. Paulo IIII. etiam prædecessore nostro sibi concedi obtinui, inter quos postea controuersia super dicto officio orta tandem idem Georgius officium prædictum eidem Ioanni Dominico pretio scutorum 300. auri in auro cessit, qui Io. Dominicus concessionis, & cessionis huiusmodi vigore dictum officium exercens, successiue dilectus filius Rutilius speculis dictus à nobis concessionem huiusmodi extorsit, vigore cuius contra dictum Io. Dominicum idem Rutilius in eadem Camera agens, & interim albergatores, & artistæ ab utroque circa taxas eaigen. & quotidie varijs extorsionibus, & exequutionibus veaati, & ad aures nostras eis deductis, Nos considerantes quod officium ipsum potius vectigal ipsis albergatorbus, & artistis existebar, quam quod ipsi Vrbi commodum nec necessarium esset, exactionem taxarum præfatarum ambobus interdiaimus ad effectum illud eatinguendi, & deinde nobis per dictum Io. Dominicum porrectis precibus vt vel sibi soluta scuta 300. restiturentur, vel ad siu officij possessionem restitueretur, nos illos ad eandem Cameram remisimus, & Præsidentes & clerici præfati constiro de solutione dictorum 300. scutorum quousque sibi de illis dicto Io. Dominico satisfieret ad possessionem dicti officij per patentes literas ipsum restituerent, Pro quibus restituendis Dilecti filij Hieronymus Picus, & Horatius Narus ipsius Vrbis Ediles curules albergatoribus & artistis huiusmodi pro solutione eorundem certam taaam imposuerunt, & illa per eosdem Camerarium, & Præsidentes comprobata, albergatores, & alij artistæ sic taxati siue eorundem Vniuersitates & Collegia ad effectum præmissum summam sic taxatam dicto Io. Dominico partem soluerunt, & partem integraliter deposuerunt, officiumque ipsum in eorum fauorem idem Io. Dominicus resignauit, quibus mediantibus præfati Præsidentes, & Clerici officium prædictum extinguendum & annullandum fore decreuerunt & eatinaerunt, & annullarunt, prout in eorum patentibus literis, seu alijs desuper confectis scripturis plenius continetur.

Extinctum tamẽ fuit ex decreto eiusdem Cameræ ob causas hic expressas.

Nos igitur eisdem Vniuersitatibus, & Collegijs artistarum, & totius plebis ipsius Vrbis indemnitati consulere, & eos ab ijs vectigalibus & indebitis eatorsionibus subleuare, eosque specialibus fauoribus prosequi volentes, ac officium resignationem seu cessionem in eorum fauorem factam si opus sit admitten. necnon cassationem, & extinctionem officij vel Cameræ decretum huiusmodi ac prout illa concernunt omnia & singula alia in dictis literis contenta, et inde secuta quæcunque Apostolica auctoritate, & cum iuris & facti defectuum si qui forsan interuenerint suppletione confirmantes, & approbantes, ac illis perpetuum & inuiolabile firmitatis robur adijcientes, officium præfatum eiusque institutionem de dictorum Vniuersitatum, & collegiorum ementium, & artistarum consensu perpetuo supprimimus & eatinguimus, cassamus, abolemus penitus, & annullamus, nec illud deinceps ea quauis causa, & ad quorumuis instantiam institui vel erigi neque cuiquam conferri, vel alias concedi posse, statuimus, & ordinamus, ac quascunque erectiones, institutiones, & alias dispositiones de illo quomodolibet etiam per nos, & dictam Cameram facien. nullas, & irritas nulliusque roboris vel momenti, seu si id etiam de facto (quod absit) fieri contigerit, officium ipsum dictis Vniuersitatibus, & collegijs tamquam illis ea titulo oneroso debitum ex nunc prout extunc, & econtra apostolica auctoritate concessum attributum, & adiudicatum esse, & censeri, neque sibi in hoc aliquatenus præiudicare posse. Et sic per quoscunque iudices, & commissarios etiam S. R. E. Cardinales, sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum quoque &c. decernimus. Mandantes nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ dilecto filio nostro S. R. E. Camerario, ac dictis Præsidentibus, & Clericis, necnon dilectis filijs Conseruatoribus, & Viarum Magistris dictæ Almæ Vrbis omnibusque, & singulis ad quos spectat, & in futurum spectabit, quatenus eosdem Vniuersitates, & collegia suppressione alijsque præmissis vti, frui, & gaudere faciant, neque illos super his vel eorum aliquo molestari vel inquietari permittant. Non obstan. præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis necnon concessionibus de dicto officio quibusuis personis per nos forsan factis, & in futurum facien. quas ex nunc reuocamus, cassamus, & annullamus, & irritamus, statutis &c. Priuilegijs quoque indultis, & literis apostolicis eisdem Camerario, Præsidentibus, & clericis, & alijs quibusuis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis. &c. quibus omnibus etiam si de eis, &c. tenores, &c. hac vice latissime derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis. Fiat vt petitur. I.

Decreta irritans.

Executoris deputatio.

Clausula derogat.

Et cum absolutione a cen. ad effectum, etc. et quod veriores literarum et scripturam præfatarum, et inde secutorum quorumcunque tenores habeantur pro expressis, et exprimi possint: & de confirmatione, approbatione, adiectione, suppletione, extinctione, cassatione, abolutione, annullatione, declaratione, decreto, mandato, reuocatione, et derogatione alijsque præmissis quæ hic habeantur pro repetitis vt supra perpetuo

Repetitio clausularum.

quodque

quodque sola signatura præsentium sufficiat, et vbique etiam in iudicio fidem faciat, regula contraria non obstant. super qua etiam literæ per breue nostrum, & si videbitur cum opportuna executorum deputatione, qui assistant etiam sub censuris, etc. Cum potestate aggrauãdi, etc. Inuocato etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachij sæcularis, necnon præmissorum omniũ aliorumq; necessariorum maiori, & veriori expressione expediri possint. (Sola signatura sufficit.)

Fiat. I.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sexto Kalen. Iunij, Anno Sexto.

C L I.

Iurisdictio, & Facultates Protectoris, & Iudicis Monasterij, & Monialium Conuertitarum de Vrbe.

Protector nunc est Illustriss. & Reuerendiss. Iulius Antonius Sanctorius presbyter Cardin. Sanctæ Seuerinæ.

Iudex autem ab eo deputatus est R. P. D. Anselmus Dandinus Cæsenatensis, vtriusque Signaturæ Romani Pontificis Referendarius.

Erectionem vero huius Monasterij, & Officialium auctoritatem, ac Meretricum licentiam testandi, vide sup in Leo. X. const. 34. Saluator. fol. 240. Et Clem. 7. const. 13. Cum ea corpore. fol. 304.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus, non sine animi nostri displicentia, Monasterium Conuertitarum de Vrbe, illiusq; Moniales, ob lites, & quæstiones, quibus ad diuersa Vrbis Tribunalia, occasione bonorum meretricum curialium, & aliarum quarũcunq; mulierum inhonestam vitam agentium, & ab intestato decedentium, seu quæ eisdem Monialibus iuxta formam fe. re. Leonis Papæ X. & aliorum prædecessorum nostrorum partem debitam non donauerint, vel reliquerint, vel alias dictæ Bullæ non satisfecerint, ac locationum censuũ, donationum, hæreditatum, legatorum, & diuersarum aliarum rerum, tam in agendo, quàm defen. ipsum Monasterium concernen. & ad illud, ac eius Moniales prædictas, quouis modo spectan. iugiter implicitæ existant, & quamplurima damna, & incommoda patiantur, ac impensæ litis valorem, de qua pro tempore agitur, sæpenumero exuperare, atq; propter hmôi diuturnam prudentiam, & illarum expeditionis tarditatem, ipsum Monasteriũ a plurimis annis citra multis debitis inuolutum existat, ita vt vix ab eis possit explicari, aut habere vnde illius onera, & dictarum Monialium alimenta proueniãt, nisi de celeri, & opportuno remedio prouideatur. Nos Monasterium Conuertitarum prædictarum, in quo mulieres carnis libidinum, & licentiosæ vitæ antea assuetæ, charitatiue recipiuntur, & in viam Domini dirigũtur, earumq; & illas sequentium animarum æterna salus paratur, tantoq; hospitalia, & alia pia loca, in quibus Christi pauperes, tam infirmi, quam alias recipiũtur, alũtur, & cooperiuntur excellere, quanto anima, & corpus, & cætera terrena antecellunt, ac earũ paupertatib. & indẽnitatib. paterna pietate fauorabiliter consulere, & vt ab hmôi dispendijs, & expensis quanto citius subleuentur, prouidere volentes Motu simili, & de certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine, oẽs & singulas causas inter dictum Monasterium, & Moniales prædictas siue earum Gubernatores, ac procuratores, & agentes, & quascunque alias etiam singulares personas, Collegia, Vniuersitates, Societates, etiã pia, & religiosa loca, cuiuscunque status, gradus, ordinis, & qualitatis, priuilegiatas, & priuilegiata tam coram S. R. E. Camerario, necnon A. & Præsiden. ac Clericis Cam. Apost. necnõ Vicario, & Gubernatore, ac Senatore, Vrbis Capitaneoque, & alijs quibuscunque iudicibus, ordinarijs, & delegatis, etiam causarum Palatij Apostolici, Auditorib. ac S. R. E. Cardinalib. nunc & pro tempore existen. occasione quorũcunq; bonorum, & rerum supradictum Monasterium, et illius Moniales et alios prædictos, tam coniunctim quam diuisim, ac tam actiuè, quàm passiuè concernentibus, & ad prædictum Monasterium, & Moniales hmôi quomodolibet, & de interesse ipsarũ quomodocunque, & qualitercunque apparere possit spectan. in quacunq; instantia, inter illos, necnon alia equè, vel magis pia loca Vniuersitates Collegia quomodocunque priuilegiata, viduas, pupillos, & alias personas etiã exemptas penden. cuiuscũque qualitatis, status, ordinis, vel conditionis, & naturæ existen. etiam maiores, expressis, in eodem statu, & terminis, in quibus reperiuntur (dummodo instructæ non sint) aut illas, ac omnes alias, & singulas de cætero inter Monasterium, & Moniales hmôi, illius Gubernatores, procuratores, & agẽtes, ac supradictos, & alios quoscunq; quomodolibet tam actiuè, quàm passiuè mouen. harum serie aduocamus, ac in ven. Fratrem nostrum Ioan. Episcopum Sabinen. S. R. E. Cardin. Moronum nuncupatum, modernum, & pro tempore existen. protectorem eiusdem Monasterij Conuertitarum, iudicem, ordinarium & perpetuum ad prædictas, necnon quascunque alias similes, vel dissimiles causam & causas, ac etiam criminales, & mixtas tam per eos, & contra eos, & eorum singulares personas super præmissis, a quibuscunque alijs rebus iuribus, & actionibus super bonis, & rebus cuiuscunque qualitatis, quantitatis, valoris, & naturæ existãt, & ad Monasterium, & Moniales præfatas hmôi pertinentes, inter eos, ac personas, Vniuersitates, Collegia, seu loca pia etiam priuilegiata & exempta tam actiuè, quàm passiue pro tempore mouen. iuxta ordinariam iurisdictionem, seu facultatem tam Gubernatori, quàm Auditori Cameræ, seu Vicario Vrbis præfato, & eorũ cuilibet attributam, seu attributas, per se, vel eius Auditorem nũc, aut pro tempore existen. seu alium per eum deputatum vel deputãdum audien. fineq; debito terminan. & deciden. & quod decreuit in quocunque loco, & contra quascunque personas quantumcunq; priuilegiatas plenariè exequen. seu exequi facien. quibusuis inhibitionib. etiã vigore spãlium cõmissionũ etiã nostra, & successorũ nostrorũ hmôi manu signata, emanata, & emanan. non obstan. auctoritate Apost. tenore præsentiũ perpetuo cõstituimus, & deputamus, & ad hunc effectum illi etiam per alium, seu alios quoscunq; tam in Ro. Curia, quàm extra eam, & per edictum publicum, constito summariè sibi de non tuto accessu, citandi, & monẽdi, ac eisdem & præfatis,

(Causa conflictionum.)

(Aduocatio causarum Monasterij non instructarum coram quocunque Iudice, vertentium cum quibuscunq; & priuilegiatis.)

(Deputatio, & Facultates Iudicis dictarum causarum, & Protectoris Monasterij.)

(Gubern. Vrb. facultates, vide supra in Leo. X. cõst. 7. fol. 185.)

(A. C. Habes supra fol. 704 in const. 38.)

(Vicarij habes in const. 32. Pau 3. fol. 422.)

necnon quibuluis alijs etiam Cu.Capitolij primo, & secundo illius Collateralibus, ac appellationum Capitaneo, quam aliarum eiusdem Vrbis Curiarum Iudicibus & personis tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, quibus, & quoties opus fuerint, sub censuris, sententijs, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniarijs, de quibus eidem Protectori siue eius deputan. Auditori videbitur, inhiben. & in euentum non paritionis, contra inobedientes & rebelles ad declarationem incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi, illarumque aggrauationem, & alia iuxta stylum, & morem dictarum Curiarum in similibus seruari solitum, & alias prout sibi videbitur, proceden. sententiamque siue sententias debite executioni demandan. siue demandari facien. in omnibus, & per omnia, & iuxta etiam facultatem dictis Audit.Came. Vrbis Gubernatori, & Vicecancellario per eandem Bullam concessam, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas ac etiam pecuniarias, aliaq; iuris & facti opportuna remedia appellatione postposita cōpescen. auxiliumq; brachij secularis ad hoc si opus fuerit inuocan. omniaq; alia & singula in præmissis, & circa ea, necessaria, seu quomodolibet opportuna, faciendum, & exequendum, Ac causam & causas motas, & mouendas, commissas, & committēdas toties, quoties opus fuerit semel, & pluries eiusdem Cardinalis arbitrio reassumen. plenam, & liberā licentiam, & facultatem concedimus, Decernen. Monasterium Conuertitarum prædictarum, & illius Moniales, & Gubernatores, seu Procuratores, & eorum agentes, personasq; prædictas, ex nunc deinceps occasione præmissorum alibi quam coram prædicto nunc & pro tempore dicti Monasterij Conuertitarum existen. Protectore conueniri, aut alios conuenien. constringi non posse: Ac processus, sententias, & decreta per alium, vel alios, tam ordinarios, quàm delegatos in causis prædictis quomodolibet pro tempore formatas, latas, & factas cum inde secutis quibuscunque, nulla irrita, & inania, nulliusq; roboris, vel momenti fore. Præsentes quoque sub quibuscunque reuocationibus suspensione, & exceptionibus similium, vel dissimilium gratiarum, etiam per nos, & successores nostros Rom. Pon. aut Sedem Apost. vel eius Legatos etiam per regulas Cācell. Apost. pro tempore factas ad fauorem fabricæ Basilicæ Principis Apost. de Vrbe nullatenus comprehen. sed semper ab illis penitus, & omnino exemptas esse, & censeri, nec eisdem præsentib. per quoscunq; literas, & qualuis regulas generales & spāles, etiam derogatoriarum derogatorias efficaciores, & insolitas clausulas, & irritan. decreta sub quacunque verborum expressione in se contienen. derogari posse, & si illi vllo vnquam tempore ea aliqua etiam quantumuis necessaria, & vrgentiss. cā derogari contingat, nisi tenor illarum de verbo ad verbum nihil omisso insertus, & hmōi derogatio consistorialiter factas, & per trinas & distinctas literas eundem tenorem continen. trib. simulib. distinctis vocibus, Monialib. Gubernatorib. & Deputatis, cæterisq; personis prædictis legitime intimata, & insinuata fuerit, eorumq; expressus accedat ad id consensus, derogationem nemini, suffragari, nec præsenti Motu proprio per quamcunq; concessionem, etiam nostra successorum nostrorū manu signata, fuisse, & fore derogatum, Sicq; per quoscunque Iudices quauis auctoritate etiam Cardin. sublata iudicari ei debere, irritum quoque, &c. Nō obstan. præmissis, ac fe. re. Bon. Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de vna, & in concilio generali editæ de duabus dietis, dummodo nō vltra tres dietas, ad iudicium trahant alijsq; constitutionib. & ordinationib. Apost. & Fabricæ prædictæ, necnon Hospitalium Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum regularium, & piorum locorum, ac ordinum quorum illi extiterint, & aliorum quorumcunq; locorū exemptorum iuramēto, &c. roboratis statutis, &c. priuilegijs quoq; indultis, necnon conseruatorijs, & exemptorib. ac literis Apost. in forma Motus proprij eisdem Capitolij Rom. necnon Iudicib. Curijs, Tribunalib. & eorum personis per quoscunq; Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apost. etiam Motu proprio, ac alias sub quibuscunq; tenorib. & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concess. necnon reformationib. etiam nouiter factis, ac etiam Motu proprio simili approbatis, etiam de reassumen. eisdem causis ad forum, seu Curiam Capitolij, quibus omnib. etiam si de illis, &c. tenores, &c. ac si in speciem præsentibus insererentur, tam in genere, quàm in specie ad effectum sufficien. derogation. pro se sufficiēter expressis haben. & habere decernen. harum serie spāliter, & expresse Motu simili, & ex certa scientia, ac de potestatis Apost. plenitudine derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsenti Motus proprij sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat tam in Iudicio, quàm extra clausula ordinaria non obstan. quodq; præsentium transumptis manu alterius Notarij publici subscriptis, sigillo prædicti Protectoris, seu alterius cuiuscunque personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ. vel Curiæ secularis, munitis eadem prorsus fides adhibeatur, tam in Iudicio, quam extra, quæ præsentibus adhiberetur si exhibitæ, vel ostensæ fuerit.

Facultas inhibendi quibuscunque Iudicibus Vrbis.

Præmissa a quocunque Iudice reassumendi. Quod intellige de non instructis.

Decretum quod causæ Monasteriorum coram aliis Iudicibus cognosci nequeant.

Annullatio sententiarum desuper ferendarum a quibuscunque alijs Iudicibus.

Clausula præseruatiua.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Indultum Curiæ Capit. vide sup. in const. 73. fol. 751.

Aliorū vero Tribunalium indulta, quoras in te dice materiarū, quia hic omnia commode poni te non possum.

Sola signatura sufficit.

Hæc const. edita sub anno tertio & non fuit cita ta in const. indicatis in rub. quia vix hodie eam habere potui.

Pla. Motu proprio. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sexodecimo Kal. Aprilis, Anno Tertio.

C L I I.

Deputatio, & Facultates Alexandri Sfortiæ Præfecti Annonæ, Almæ Vrbis, & totius status Ecclesiastici.

Similem deputationem fecit etiam Grego. 13. infra in const. 32. Inter cæteras.

Tractas autem frumentorum Camerarium tantum concedere voluit Greg. 13. infra in const. 109. Quæ a Romanis, & Vectigal pro tractis soluendum imposuit idem Greg. vt in eius const. 8. Inter varias.

Agriculturæ autem, & deferentium blada ad Vrbem priuilegia, vide infra in Pij V. const. 20. Considerantes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

INTER multiplices nobis ex alto commissi Pastoralis officij curas, in illa libenter intendimus, per quam in statu nostro Ecclesiastico, Annona communi pretio habeatur, & subditi nostri ab impendijs, quo ad fieri potest subleuentur. Cum itaque sicuti nobis liquido innotuit, venerabilis frater Antonius Archiepiscopus Florentinus tunc Decanus, & dilectus filius Alexander Sfortia electus Parmen. tunc in minoribus constitutus, & etiam nunc Clericus Cameræ Apostolicæ superiore anno ad hoc vsque tempus rem frumentariam

frumentariam tanta cum strenuitate administrauerint, vt vbi vniuersa fere Italia quam arctissima Annona premeretur, Alma Vrbs nostra, quod nobis gratissimum fuit, laxiore semper vsa fuerit, & quod per ea tempora maius fuit, sibi adiacentibus populis petentibus nequaquam strictiore manu, & sine dictæ Cameræ detrimento subministrauerint. Nos de Annona etiam instantis anni, vt decet, soliciti, operæpretium rati eos talibus negocijs præficere, quorum eximiam virtutem egregia in illis nauata opera conformi populi voce commendat, Motu simili eundem Alexandrum electum, & Clericum, Annonę frumentariæ eiusdem Vrbis, & reliqui status ecclesiastici nostrorum generalem præfectum, pro dicto instanti anno cum honoribus, oneribus, facultate, auctoritate, iurisdictione, priuilegijs, exemptionibus, & prærogatiuis solitis, & consuetis, ac cuiuis alteri ad huiusmodi officium deputato, hactenus quomodolibet concessis, ad nostrum beneplacitum constituimus, & deputamus, Dantes illi in præmissis plenam facultatem, & auctoritatem tam in prædicta Alma Vrbe, quam alijs quibuscunque nobis, & S. R. E. mediate, vel immediate subiectis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, & locis frumenta, & legumina cuiusuis generis, seu speciei, annotandi, & describendi, seu annotari, & describi faciendi, ac vniuersas, & singulas vtriusque sexus personas cuiusuis status, gradus, dignitatis, aut præeminentiæ existentes eidem Rom. Eccl. mediate, vel immediate subiectas, tam ecclesiasticas quàm seculares, etiam si personæ sæculares huiusmodi Ducali, Marchionali, & Comitis, vel alia etiam maiori, Ecclesiasticæ vero Patriarchali Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitatibus præfulgeant, ad veram frumentorum, & leguminum, quæ ipsos tempore desuper publicandorum edictorum, seu bannimentorum habere continget quantitatem, etiam scriptis medioque iuramento denunciandum, quorum denunciationes, etiam ad dilectum filium Guidonem Ascanium Sfortiam Cardinalem Camerarium nostrum deferri volumus, sub censuris Ecclesiasticis, ac pecuniarijs, necnon manifestæ rebellionis, læsæque maiestatis ac dominiorum, & aliorum bonorum suorum confiscationis, alijsque eius arbitrio imponendis, & applicandis, cæterisque pœnis de quibus fit mentio in edictis, seu bannimentis super huiusmodi frumentorum negocio, mandato prædictorum Antonij Archiepiscopi, & Alexandri electi die trigesima mensis Maij proxime elapsi in eadem Vrbe, & forsan alibi publicatis, quæ quidem edicta, seu bannimenta tenore præsentium approbamus, & confirmamus, etiam per publicum edictum in locis sibi beneuisis affigendum, vel alias publicandum, monendi, & requirendi. Eisque ne frumenta, & legumina huiusmodi extra loca status nostri Ecclesiastici, neque de loco ad locum, neque animalia cuiusuis generis, seu speciei in escam mactari solita, aut alios commeatus, seu grasciam extra loca dicti status, sine eiusdem Alexandri electi licentia exportare, aut educere vllo modo audeant, sub similibus pœnis inhibendi, Inobedientes, seu contrafacientes quoslibet censuras, & pœnas prædictas incidisse, & incurrisse declarandi, aggrauandi, & reaggrauandi, inuocato etiam auxilio brachij secularis, necnon executiones quaslibet, tam reales, quàm personales fieri mandandi præterea quoscunque in præmissis fraudes committentes, vel alias noxios, & delinquentes mulctandi, ac quibusuis etiam vltimi supplicij, vel alias corporis afflictiuis pœnis demandandi, & seu ipsos, ac prædictos inobedientes, seu non parentes à quibusuis censuris, & mulctis, ac vt præfertur, afflictiuis, etiam vltimi supplicij pœnis absoluendi, & liberandi, desuperque cum eis concordandi, & transigendi, ac quoscunque sibi beneuisas concordias, compositiones, & transactiones faciendi. Item quoscunque frumentorum, & leguminum huiusmodi quantitates cogendi, ac emptionis, & mutui, vel alio quouis titulo pro pretiis, & modis, de quibus sibi videbitur acquirendi, propterea que quasuis pecuniarum summas mutuo vel alteri accipiendi ac super præmissis omnibus, & singulis cum quibusuis mercatoribus & alijs personis quasuis conuentiones, & partita, etiam cum quorumuis donatiuorum mutuantibus dandorũ promissione, & donatione faciendi, ac desuper contractus, instrumenta qualibet cum pactis, cõditionibus, capitulis, & clausulis sibi beneuisis celebrandi, & ineundi, ac pro illorum obseruatione præfatam Cameram, & omnia illius bona præsentia & futura in quauis etiam pleniori ipsius Cameræ forma obsignandi, Necnon quoscunque Commissarios Officiales, & ministros opportunos, aut alias sibi beneuisos deputandi, & hactenus quomodolibet deputatos reuocandi, & remouendi, prout & nos harum serie quoscunque Commissarios super huiusmodi frumentorum negocio hactenus etiam per nos quomodolibet deputatos reuocamus, & remouemus, eorumque prouisiones, & salaria declarandi, eisque illis, & illa, ac alijs quibus opus fuerit quasuis pecuniarum summas, & quantitates ex frumentorum, & leguminum huiusmodi venditione, conuentionibusque seu partitis ineundis, vel alias ex huiusmodi rei frumentariæ negocio quomodolibet prouenientes solui, & exbursari mandandi, Ac denique cætera ad huiusmodi rei frumentariæ negocium quomodolibet pertinentia faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, ac edicendi, seu edici, & proclamari faciendi necessaria, & opportuna, quæque dilecti filij Clerici eidem Cameræ præsidentes dum simul coadunati, & congregati ipsam Cameram faciunt, & repræsentant, facere, gerere, exercere, ac exequi, & edicere, seu edici, & proclamari facere possent, vnumque, vel plures loco sui cum simili vel limitata potestate substituendi, & eius arbitrio reuocandi. Mandantes propterea dilectis filijs nostris, & apostolicæ sedis de latere Legatis, eorumque Vicelegatis, ac tam dictæ Vrbis quàm aliarum Prouinciarum, Ciuitatum, & locorum prædictorum Gubernatoribus, Locatenen. Prætoribus, Vicarijs, & alijs quouis nomine nuncupatis officialibus, & iustitiæ ministris, necnon Communitatibus, & Vniuersitatibus earumque magistratibus ac personis etiam priuatis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna strictius inhibendo, ne eundem Alexandrum electum, aut eius pro tempore Ministros in præmissis, vel alijs ad dictum rei frumentariæ negocium pertinentibus, vllo modo, vel obtentu impediant, remorentur, vel molestent; immo eius, & eorum nomine requisiti, illi & illis desuper opportune faueant, & assistant, eisque & eorum mandata, edicta, seu proclamationes, aut alias ordinationes exequi mandent & faciant. Et vt vnusquisque possit mentem, & intentionem nostram in præmissis, pro parte etiam ex nobis ipsis cognoscere, Vniuersis, & singulis, tam ecclesiasticis, quàm secularibus personis superius designatis, quauis ecclesiastica, seu mundana dignitate fungentibus per almam Vrbem nostram, & alia ciuitates, oppida, & loca prædicta à præfato Alexandro electo, seu eius substitutis tempore publicationis præsentium specificanda cõstitutis, sub singulis supradictis pœnis per eas eo ipso nisi paruerint incurrendis, & vt supra applicandis, exigendis, & infligendis stricte inhibendo præcipimus, & mandamus, vt per totum mensem Septembris proxime venturum, debeat omnem, & quamcunque tritici, & alterius cuiusuis generis, seu speciei frumentorum, ac leguminum quantitatem penes eos, seu eorum ministros existentem, per eorũ cedulas, vel alias in scriptis medio iuramento eidem Alexandro electo, seu eius Commissarijs, aut ministris ab eo, vel eis ad hoc deputatis, seu deputandis omni dolo, & fraude cessantibus omnino noti-

Deputatio Alexandri Sfortiæ, præfecti Annonæ, cum facultatibus & priuilegijs solitis & consuetis, & maxime infrascriptis.

Hic Alexander erat Clericus Cameræ & postea à Pio 4. Cardinalis creatus fuit.

Facultas cogendi quoscunq. ad notificandũ frumenta & legumina.

Et prohibendi ne illa transportentur de loco ad locum, absq. eius licentia.

Ad quod vide Greg. 13. const. 109.

Fraudesque desuper committentes coercendi.

Frumenta quoq. & legumina vndique cogendi & emendi pro pretiis sibi beneuisis.

Ministros desuper deputandi cũ salarijs ab eo declaran.

Cæteraq. omnia necessaria & opportuna faciẽdi.

Officiales status & alij omnes ei assistere debeant.

Frumentaque & legumina prædicto Annonæ notificẽt, & grasciã non exportent absque eius licẽtia.

Ad quod vide Greg. 13. const. 109.

nino notificasse & denunciasse, neque audeant triticum, & alia frumēta, ac legumina huiusmodi extra loca prædicti status, neque etiam de loco ad locum, neque animalia cuiusuis generis, & speciei in escam mactari solita, aut alios commeatus, seu grasciam extra prædictum statum, sine præfati Alexandri electi licentia exportare, aut educere. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon statutis, & reformationibus, etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis eisdem personis, ac eorundem Ciuitatum, Oppidorum, & locorum Communitatibus, seu vniuersitatibus, necnon tam ecclesiasticis, quàm secularibus, cæterisq; supra designatis aliisque quibusuis personis, etiam super exactione frumentorum, leguminum, & eductione animalium, etiam per sedem apostolicam, & Cameram præfatam in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa, ac sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet concessis, & cōcedendis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, &c. tenores, &c. illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus suffragari posse, seu debere decernimus, cæterisque contrariis quibuscunque. Decernentes præsentium nostrarum solam signaturam sufficere, & vbique in iudicio, & extra in Roman. Curia & extra plenam fidem facere, Regula contraria non obstante, seu si eidem Alexandro electo videbitur desuper literas, etiam per breue nostrum etiam cum omnium, & singulorum præmissorum pleniori specificatione, & expressione, ac prædesignatarum, & aliarum quorumcunq; scripturarum desuper necessariarum ad verbum si videbitur insertione, aliisq; clausulis, & cautelis necessariis, & opportunis, adeo quod contraria quæcunq; prorsus tollantur, & non obstent simul, vel separatim, etiam sub data diei vltimæ mensis Iunij, Millesimo quingentesimo sexagesimo, Pontificatus nostri anno primo expediri posse, ipsarumq; præsentium transumptis, etiā impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem adhiberi debere, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Clausula derogatoria.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio I.

Die prima mensis Iulij. Millesimo quingentesimo sexagesimo, admiss. & registrat. ex decreto Cameræ libro signaturatum S. D. N. Papæ apud me Notarium fol. 206.

Admissio & registratio in Camera Apost.

Hie. de Tarano.

C LIII.

De habitu & tonsura Clericorum in Alma Vrbe moram trahentium. Et facultate Reuerendiss. Vicarij contra Clericos inobedientes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

NOS pro pastoralis officij nostri sollicitudine, Ecclesiasticam disciplinam, temporum difficultate ac hominum malitia licentiaque in deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in pristinam sacrorum canonum obseruantiam reducere cupientes, considerantesque conueniens esse, vt clerici maxime qui in sacris ordinibus constituti aut beneficiati existunt, cuiuscunque gradus existant non solum interius vitæ mundicia ac virtutum splendore, cæteris præfulgent, verum etiam exterius in eorū habitu & vestibus grauitatem & morum honestatem quam ipsos decet præseferant, statuimus, decernimus & ordinamus, quod omnes & singuli clerici, qui dignitates, personatus, canonicatus, & præbendas, parochiales ecclesias, aut alia quæcunq; beneficia ecclesiastica qualiacunque sint obtinent, vel qui in quibusuis sacris ordinibus cōstituti sunt, qui in hac Alma Vrbe nostra permanent & moram trahunt, habitum clericalem induant, & in illo inducti incedant cum debita & congrua tonsura, vestes exteriores talares, interiores autem infra genua se extendentes, ita vt à vestibus & sagis laicorum omnino differant, gestent sub pœna excōicationis, ac sub aliis, ac etiam crescente eorum contumacia, beneficiorū priuationis, arbitrio nostro, seu dilecti filij nostri Iacobi tit. S. Mariæ in Cosmedio, in hac Alma Vrbe eiusq; districtu Vicarij generalis, imponen. pœnis, in euentu cōtrauentionis incurren. Mādantes propterea eidem Iacobo Card. Vicario, quatenus ordinationem, statutum & decretum huiusmodi per quoscunq; cuiuscunq; gradus & conditionis existant, per censuras ecclesiasticas, & alias pœnas pecuniarias arbitrio suo imponendas, quacunque appellatione remota, manu regia obseruari faciat. Contradictores, &c. Sublata, &c. Sicque per quoscunque, &c. irritumque, etc. Non obstan. præmissis, contrariisque quibuscunque latissime extenden.

Clerici in Vrbe degentes, debitam tonsuram & habitum clericalem gestare debent sub pœnis hic expressis.

Executor deputatur Vicarius Vrbis.

Decretum irritans.

Placet Motu proprio. I.

C LIIII.

Facultas & iurisdictio Gubernatoris Vrbis, procedendi contra mercatores cambia sicca & illicita contrahentes.

Hæc iurisdictio fuit postea Auditori Cameræ concessa à Greg. 13. infra in eius const. 55. Ad generis.

Cambia autem illicita quæ sint, declarauit Pius V. infra in eius const. 148. In eam pro.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus, nō sine maxima animi nostri displicentia, etiam post publicationem cuiusdam proclamatis siue banni de expresso mandato nostro facti, & commissione venerabilis fratris nostri Hieronymi Episcopi Martoratensis, tunc almæ Vrbis nostræ Gubernatoris, sub die decimaseptima mensis Maij, M. D. LX. in locis consuetis publicati, auaritiam omnium malorum pessimum genus inter dilectos filios almæ Vrbis nostræ prædictæ Mercatores adeo serpuisse, atque in dies serpere, vt iam illorum vni-

cuique

cuique breui & modico tempore proximi iactura ditescere in pecuniis Curialibus eiusdem Vrbis & præcipue Cisalpinis ad cambium & recambium (vt vulgo dicunt) mutuandis facillimus pateat aditus; Ita vt Dei timore postposito, animarumque suarum salutis, ac Christianæ charitatis & Euangelicæ eruditionis, qua bona nobis a Deo collata indigentibus nihil lucri inde sperantes charitatiue mutuare monemur, penitus immemores, non solum ad pretium eisdem mercatoribus a summis Pontificibus nostris prædecessoribus retroactis temporibus toleratum, suas pecunias ad cambium & recambium huiusmodi curialibus prædictis dederint, verum etiam impræsentiarum illas ad longe maiorem & nimis excessiuam penitusque vsurariam, ad Christianam profitentibus religionem sacris Canonibus interdictam atque damnatam summam dare conantur, vnde euenit vt plurimi dictæ vrbis Curiales hic necessitate coacti, easdem pecunias sub tam graui fœnore accipientes, & pro illorũ amicis mercatoribus præfatis fideiubentes, ac se in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligantes, tum ob varia itinerum pericula, tum etiam aeris diuersis in locis intemperiem, pecunias vt præmittitur acceptas, eisdem mercatoribus tempore conuento, reddere nequeuntes, maxima cum illorum iactura ad eorundem mercatorum importunitatem pluries, vt aiunt, recambiare coacti, & nonnulli etiam carceribus inhumaniter cum illorũ ingenti tum corporis & bonorum, tum etiam honoris & famæ detrimento diuturno tempore detenti fuerint. Nos igitur cupientes pro nostri pastoralis officij debito præmissis quãtum cum Deo possumus, via celeri remedium aliquod adhibere, eorundemque mercatorum insatiabilis vsuræ prauitati eorumque animarum saluti, & mercantilis exercitij fidelitati, curialiumque prædictorum tam enormibus læsionibus atque incommoditatibus paterno affectu opportune consulere, Motu simili &c. Dilecto filio dictæ Vrbis nostræ moderno Gubernatori, vt ad Cameræ Apostolicæ Commissarij generalis, necnon partis læsæ querelam seu instantiam, omnibus & singulis mercatoribus Rom. Cur. sequent. imposterum à die datæ præsentium sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, ac duorum millium ducatorum auri in auro eidem Cameræ irremissibiliter applicandorum ipso facto incurrendis pœnis, à dictæ Vrbis curialibus quibuscunque ratione quarumcunque obligationum etiam in ampliori forma Cameræ tam principali quàm accessorio & fideiussorio respectiue nominibus factarum, & deinceps quomodolibet fiendarum, pro pecuniis ad cambium & recambium huiusmodi sic vsurarie, & malo modo acceptis & accipiendis, ac in partibus non solutis aut non soluendis vltra summam conuenientem quæ mercatoribus realibus qui vera cambia realia & non ficta faciunt, de iure & stilo mercantili vere deberetur, hic in curia petere exigere aut eosdem curiales via iuris obligationum etiam in forma dictæ Cameræ celebratarum, & celebrandarum vigore seu prætextu cogere, seu cogi aut excommunicari &c. vel alias quomodolibet in eorum personis & bonis molestari, seu inquietari facere audeant vel præsumant districtius sub pœna quæ in constitutionibus Marchiæ contra vsurarios statuitur, & aliis suo arbitrio moderãdis pœnis inhibeat, Necnon quascunque obligationes etiam in præfata forma Cameræ occasione quarumcunque partitatum pecuniarum ad cambiũ & recambium huiusmodi à prædictis mercatoribus cum eisdem curialibus quomodolibet factas, & quas mercatores ipsi à prædictis curialibus tanquam principalibus seu fideiussoribus hic in Vrbe post dictum bannum dumtaxat repetierunt, & exegerunt, & recuperarunt, ac pro non solutis exigere & recuperare intendunt, cum cambia huiusmodi ficta vel non realia à sacris canonibus prohibita sint, vsurarias prauas iniquas detestabiles interdictas & damnatas, ac quascunque obligationes etiam in forma præfatæ Cameræ Apostolicæ post dictum bannum dumtaxat desuper illarum occasione factas, nullas & inualidas existere auctoritate nostra decernat & declaret, totamq; summam principalem per eosdem mercatores exactam & recuperatam, iuxta formam dictorũ bannimentorum, ex nunc ipso facto eidem Cameræ Apostolicæ, parti vero læsæ id quod vltra prædictam summam principalem in cambiis, & recambiis &c. a dictis mercatoribus irremissibiliter exigendam recuperãdam & restituendam applicet, & eosdem mercatores iuxta constitutiones prædictas Marchiæ condemnet. Cum potestate eosdem mercatores & eorum quemlibet omnesq; alios & singulos sua communiter vel diuisim quomodolibet interesse putantes, in dicta Curia & extra eam citandi, ac quibus & quotiens inhibẽdum erit etiam sub excommunicationis suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sentẽtijs censuris & pœnis etiam pecuniariis eiusdem Gubernatoris arbitrio moderandis & applicandis inhibendi, inobedientesq; & rebelles quoscunq; sententias censuras & pœnas huiusmodi incidisse & incurrisse declarandi, aggrauandi, reaggrauandi & interdicendi, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit brachij secularis auxilio, Necnon super præmissis omnibus summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij seu tela iudiciaria singulis diebus & horis præterquam in honorem Dei feriatis procedendi, dictosque mercatores & eorum quemlibet ad exhibendum quoscunque libros etiam rationum via iuris & sub eisdem censuris & pœnis compellendi, cæteraque alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi & exequendi quæ in præmissis omnibus & circa ea omnia necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna committimus, & mandamus. Præmissis ac quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, consuetudinibus, capitulationibus, & pactis, necnon obligationibus etiam in dicta forma Cameræ etiam iuramento &c. vallatis, ac palatij & Curiæ ac mercatorum huiusmodi stilo, necnon partitis libris & rationibus ac computis desuper quomodolibet factis & quibusuis licentiis forsan dictis mercatoribus per quoscunque etiam nostros maiores officiales etiam Vrbis Gubernatores concessas, quas contra expressam mentem nostram factas esse declãramus, cæterisque in contrarium quomodolibet facien. non obstan. quibuscunque, mercatorum & curialium huiusmodi nomina cognomina & qualit. & pecuniarum & creditorũ quantit. aliorumque hic forsan de necessitate exprimi necessariorum tenores, continentias formas & compendia pro plene & sufficienter expressis haben. Præsentisque nostri Motus proprij solam signaturam absq; illius registratura sufficere & vbiq; fidem facere tam in iudicio quàm extra, attento quod in Vrbe, At iuxta illius formam & tenorem per quoscunque Iudices &c. sublata &c. iudicari &c. debere. Nec de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu vllo vnquam tempore notari aut impugnari posse, illiusque copiæ per unũ ex nostris cursoribus cum originali auscultatæ & mercatoribus aliisque personis & iudicibus præsentatæ vim validæ & efficacis inhibitionis habeant, ac si originale hoc præsentatum foret, quacunque regula siue constitutione in contrarium forsan edita nequaquam obstante.

Causa huius constitutionis.

Facultas Gubernatoris, contra Mercatores Vrbis exercentes cambia illicita, & infligendi pœnas hic expressas, & contentas in constitutionib. Marchiæ contra vsurarios.

Tu igitur vide constit. Marchiæ lib 3 cap. 11. cum sequen.

Et contra eosdē summarie & exp. procedendi.

Clausula derog.

Sola signatura sufficit.

Clausula præseruatiua.

Placet Motu proprio. I.

Eatraptionum

C L V I.

Duo Patritij Romani in publico Conſilio eligendi, aſsiſtere debent computis redden. & taxis imponendi ſproiectitis domorum vel alia ex cauſa à Magiſtris Viarum Vrbis.

Conſtitutio iſta confirmatur & iſtorum Patritiorum facultates amplianţur à Pio V. infra in conſt. 168. Cum Vrbes, & Stat. Nou. lib. 3. cap. 39.

De huiuſmodi taxarum impoſitionibus, vide ſup. in Pauli III. conſt. 66. Et ſi per fol. 478.

De facultatibus autem Magiſtrorum Viarum, & iure Congrui vide infra in Greg. 13. conſt. 25. Quæ publice.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

PASTORALI incumbit officio, ad cuius apicem diuina prouidentia aſſumpti ſumus, continuo inuigilare, ad ea quæ commiſsi ſibi gregis, & præſertim huius noſtræ almæ Vrbis, quam ex intimis præcordiis diligimus, proſperi ſtatus incrementum, illuſq; rectum regimen tendere dignoſcuntur. Siquidem accepimus dilectos filios Magiſtros viarum depoſito eorum officio, computa in Camera de more reddere. Nos conſiderantes dictorum Magiſtrorum officium in quamplurimos tam Romanos quam incolas & foreoſes publice exerceri, & æquum & rationi conſonum eſſe, id quod quamplurimos tangit, multis innotaſcere debere, Motu ſimili, & ex noſtra ſcientia, & de poteſtatis plenitudine, vt dilectis filiis noſtris Roman. Pop. conſilarijs, ſtatuimus, mandamus, decernimus & ordinamus, quod perpetuis futuris temporibus ſingulis annis in publico Conſilio duo Patritij Romani ſuffragio eligantur, qui vocati à dictis Magiſtris, eorum computa & rationes in Camera reddituris, dictis Computis & rationibus reddendis aſsiſtant, & prout æquum fuerit replicando, illa impugnent & admittant, dictarumque taxarum (quatenus recepta fuerint per Cameram) copia ad Dominos Conſeruatores per dictos Deputatos deferatur, quam in eorum Archiuio publico Rom. Pop. vna cum cæteris publicis ſcripturis reponi mandent & faciant. Necnon Magiſtri præfati non poſsint nec valeant vltra hactenus obſeruatam formam, abſque ſcitu & interuentu dictorum a publico conſilio deputandorum taxas aliquas tam in vrbe quàm extra pro conſtrucn. readaptan. demolien. vel alias quomodolibet vel quauis reſpectu cauſa & occaſione conficere vel imponere, vel hactenus in præteritū impoſitas quomodocunq; exigere: nec per quemuis alium etiam Cameræ apoſtolicæ clericum exigi facere & permittere, Sublata eis aliter iudican. & exequen. facultate, irritum & inane, ſi ſecus quid fuerit attentatum, contrariis non obſtan. quibuſcunque.

Duo Patritij Romani aſsiſtere debent Magiſtris Viarum cōputa redditionis, & taxas impoſitionis.

Ad quod vide Stat. lib. 3. cap. 39

Decretum irritans.

Clauſula derog.

Placet Motu proprio. I.

C L V I I.

In cauſis Prælatorum eorumque familiarium & aliorum, ad Concilium Tridentinum proficiſcentium, & ibi reſidentium ſiue inſeruientium, ſuperſederi debet, ſi ipſi voluerint.

De Materia huius Concilij, & aliarum gratiarum his Prælatis conceſſarum vide ſup. in conſt. 33. Circumſpecta fol. 697.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

CVM ob celebrationem Concilij per nos indicti oporteat prælatos tam ab alma Vrbe noſtra, quàm ab aliis Chriſtiani orbis partibus, ad Ciuitatem Tridentinam, in qua indictum fuit, accedere, & quamplures eorum habeant varias & diuerſas cauſas coram aliquibus ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & in noſtro Auditorio Rotæ, ac in aliis noſtræ Curiæ Tribunalibus ordinariis ſiue delegatis, quæ propter illorum abſentiam aliquod detrimentum ſuſcipere poſſent, Nos volentes prouidere ne dicti prælati, eorumque familiares, ac aliæ perſonæ dicto Concilio intereſſe habentes, cauſarum huiuſmodi curis diſtrahantur, Motu ſimili, ac ex noſtra certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine mandamus, quatenus in omnibus & quibuſcunq;, vbiq;, tam coram præfatis Card. quàm Rotæ Auditoribus, iudicibus ordinariis ſiue delegatis, pendentibus cauſis præfatorum dicto Concilio adeſſe habentium, clericorum ſiue laicorum, commiſsis ſeu committendis, durante eorum abſentia, & ipſis in Concilio & ſeruitiis huiuſmodi reſidentibus, ſuperſederi debeant, præterquam in cauſis, in quibus ipſi prælati & alii ſupraſcripti, per eorum procuratores duxerint procedendū, in quibus ſit in eorundē arbitrio, hoc noſtro mandato vti vel non. Et ita mandamus, decernimus, & declaramus. Mandantes inſuper cuicunque etiam S. R. E. Cardinali qui Signaturæ Iuſtitiæ præeſt vel præerit in dicta alma Vrbe, ne in cauſis pendentibus huiuſmodi aliquas commiſsiones dependentes, citationes ſeu vocationes ipſorum noſtram Cur. ſequen. de ſtilo requiren. in eorum præiudicium admittant, etiam ſi in eis aut aliqua ſupradictarum cauſarum executione, non tamen occaſione rei iudicatæ, procedatur. Status cauſarum huiuſmodi, & merita, pro expreſsis habentes. Non obſtantibus priuilegiis conſtitutionibus, literis apoſtolicis, regulis Cancellariæ, ac quibuſcunq; contrariis. Sublata à quibuſcunq; Iudicibus, etiam S. R. E. Cardinalibus aliter iudicandi facultate. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Superſedeatur in cauſis proficiſcentium ad Concilium, ſi ipſi voluerint.

Clauſula derogatoria.

Decretum irritans.

Placet Motu proprio. I.

C LVIII.

Deputatio & facultates Cardinalis Camerarij cognoscendi cum voto quinque Deputatorum, quascunq; causas interesse R. Cameræ Apost. tangentes, ac reuidendi computa officialium & aliorum etiam iam solidata & decisa, & contractus læsionem eiusdem Cameræ continentes rescindendi, ac bonorum detentores coercendi.

De cognitione huiusmodi causarum vide sup. Pauli III. const. 77. Non sine fol. 489. cum ibi nota.

De redditione ac reuisione huiusmodi computorum vide sup. in Pauli III. const. 46. Cum sicut fol. 450. & sup. proxime in const. 110. Cum inter cæteras fol. 822.

De rescindendis autem alienationibus bonorum Sedis & Cameræ Apost. vide sup. in const. 125. Apost. fol. 850. & ibi not.

De facultatibus autem Camerarij, & Materia Cameræ vide infra Greg. 13. const. 108. In conferendis.

PIUS Papa IIII. Motu proprio &c.

ROMANVM decet Pontificem ea iniūcto sibi desuper pastorali officio, solerti diligentia procurare, ne res & iura Cameræ Apostolicæ fraude malitia & perfidia nonnullorum, detrimentum aliquod patiantur, sed vt malitiosis seu fraudibus perfidiaq; eorum detectis propterea punitis, castigatis, damnisque eorum fraude & malitia huiusmodi dictæ Cameræ illatis refectis, meliora maioraque in dies efficiantur, etiam opem & operam impendere efficaces. Cum itaque sicut accepimus, diuersi Sedis Apostolicæ Nuncij, ac iurium rerum & bonorum Cameræ Apostolicæ præfatæ Collectores, Subcollectores, Exactores, Administratores, Officiales, & Commissarij, necnon Thesaurarij iam in Alma Vrbe nostra & statu nostro Ecclesiastico, quam diuersis alijs etiam vltra maria, & Montes, Regnis, Prouincijs, & Dominijs per nos & diuersos alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, siue S. R. E. Camerarios, aut eiusdem status nostri superintendentes pro tempore existen. vel prædictam Cameram, seu alias à Ministris nostris deputati illorumque ministri, & forsan aliæ personæ Roman. Pontifici pro tempore existenti, & dictæ Cameræ, seu eius officialibus, de suis administrationibus, & gestis rationem reddere debentes, suarum administrationum, & rationum in Camera prædicta, seu alibi exhibitis & præsentatis libris & computis, dubitantes per eorundem computorum exactam discussionem, & diligentem examinationem eidem Cameræ debitores reperiri, & declarari, & ad reliqua restituendum cogi, & aliquando eorum fraudes detegi, & pro præmissis debitis pœnis affici, eadem computa calculari, discuti, examinari, solidari, & declarari neglexerint, & procrastinauerint, negligantque & procrastinentur de præsenti, multi etiam dictorum computorum exhibitionem, & solidationem distulerint, & differant, quosque ob Pontificum, & officialium mutationem, quam in hac Curia Roman. sæpius euenisse, & quotidie fieri experientia docuit, iudices talium computorum ignaros, rationales siue alios pro eadē Camera agentes sibi propitios, & fauentes obtinuerint, & obtineant, ex quorum postea iniuria, seu ipsis mutua quadam deuinctis amicitia, computa prædicta secundum ipsorum Administratorum, etiam iniustam voluntatem calculari, solidari, & declarari sæpe sæpius contingit, multaque non admittenda admissa fuerint, & admittantur, & quamplurima in fraudem eiusdem Cameræ occultantur, necnon plerique alij varia & diuersa credita contra Cameram prædictam configentes, ac antiqua, ac forsan bis soluta, & extincta repetentes, ac forsan facta collusione cum prætensis creditoribus paruo pretio illa & mandata Cameralia desuper expedita redimentes, adueniente Sedis vacantis tēpore, quo de patrimonio beati Petri, & alijs Prouincijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis, non ita sicut viuente Roman. Pontefice diligenter exacta cura habetur, ab eadem Camera etiam præcedentibus illicitis forsan modis procuratis sacri Collegij Cardinalium vel illius capitum ordinum mandatis, super dictis confictis redemptis, siue alijs prætextibus etiam ex donatione liberali, seu seruitorum remuneratoria obtentis, multas, & notabiles pecuniarum summas indebite & minus iuste exegerint, ac per varias artes, fauores, & illicitos modos extorserint, ex quo dicta Camera ad illorum satisfactionem nullatenus tenebatur, quodque ad præfatas fraudes, & indebitas pecuniarum exactiones & aliarū rerū extorsiones colorandas Rom. Pontificibus postea ad summum Apostolatus apicem statim assumptis, ab eisdem in principio suorum Pontificatuū obreptitie, & subreptitie Madata, Cedulas, & diuersas alias literas, etiam Motu proprio, indebitarum solutionum confirmatorias, reualidatorias, & præceptorias obtinuerint & obtineant, prout etiam forsan à nobis diuersis temporibus, surreptitie tamen & fraudulenter obtinuerunt, Multique sub diuersis coloribus, & confictis exemptionum priuilegiis, à nobis, & diuersis Roman. Pontificibus obtentis, ab annuis censibus, & impositionibus, etiam subsidij Triennalis, necnon iuribus, etiam Quindenniorum Cameræ prædictæ debitis se, subditosque suos de facto eximentes, ab illorum debita solutione, & solita contributione subtraxerint, & subtrahant multaque castra, oppida, territoria, villas, nemora, paludes, montes, bona & iura, etiam regalia nostra, & prædecessorum nostrorū, ac ad nostrum, & eorum supremum dominiū, siue ad illius recognitionem spectantia, & pertinentia, nulla saltem legitima præcedente causa, à quamplurimis Communitatibus, Vniuersitatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aut particularibus personis de facto occupauerint & detinuerint, ac in præsentiarum detineāt, & occupent in maximum S. R. E. & eiusdem Cameræ damnum, & præiudicium, ac Sacri Apostolici patrimonij, & ærarij diminutionem, quod cum ob præfatas pecuniarum profusiones, & bonorum, ac Castrorum supradictorum indebitas occupationes semper exhaustum reperiatur & defraudatur. Et propterea eiusdem Cameræ indemnitati prouidere, ipsamque à similibus grauaminibus & extorsionibus, ac similiter illos, qui circa prædicta aliquo modo oppressi fuissent releuare cupientes, ac de fide, industria, doctrina, sufficientia, singularique rerum experientia Dilecti filij nostri Vitellotij S. Mariæ in Via lata, Diaconi Car-

Causa huius constitutionis.

dinali

dinalis Vitellij nuncupati, eiusdem S. R. E. Camerarij pluritaum in domino confidentes, eidem Vitellio Cardinali & Camerario, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine committimus, & mãdamus, quatenus adhibitis secum Venerabili fratre nostro Anoibale Archiepiscopo Auinionen. eiusdem Cameræ Clerico, & dilectis filiis Donato Matthæo Minali Thesaurario nostro generali, & Francisco de Grassis familiari nostro, ac Iannotto Castilione Militiæ S. Lazari Hierosolymitan. Magno Magistro, & magistro Paulo Odescalco vtriusque signaturæ nostræ Referendario, & Cancellariæ Apostolicæ Correctore, ac de eorum seu maioris partis illorum in simul congregatorum voto, & assensu, cum præsentia, & assistentia venerabilis fratris nostri Aloysij Episcopi Montispilosij Cameræ prædictæ generalis Commissarij, omnes, & quascunque causas ciuiles & criminales, seu mixtas, profanas, & spirituales, beneficiales, seu similiter mixtas, in quibus directe vel indirecte fisci, & Cameræ prædictę interesse, seu præiudicium vertatur, seu quomodolibet verterę sibi cum eiusdem Congregationis voto videbitur indecisas, pendentes, etiam instructas coram quibuscunq; iudicibus ordinariis, seu etiam auctoritate Apostolica delegatis, etiam si S. R. E. Cardinales ac Curiæ causarum Palatij apostolici Auditores pro tempore fuerint, & hodie etiam reperiantur, seu etiam in Camera nostra Apostolica in statu & terminis, in quibus pro tempore reperientur, & de præsenti existunt, ad se de voto dictæ Congregationis, seu maioris illius partis aduocet, illasque & omnes alias quas præfatus Aloysius Episcopus, & Commissarius, coram eo proponet, mouereque & proponere volet, & intendat, contra quascunq; personas ecclesiasticas, sæculares, & quorumuis ordinum regulares cuiuscunque status, gradus, ordinis præeminentiæ, & conditionis fuerint, etiam si Cardinalatus honore, aut Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, Ducali, Marchionali, Comitiali, vel quacunque alia dignitate, excellentia, & prærogatiua præfulgeant, & quocunque nomine nuncupentur, etiam Communitates quarumcunque Ciuitatum, etiam Metropolitan. Vniuersitates, Conuentus, Congregationes, & Collegia quæcunque, etiam capita ordinum quorumcunque, vna cum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali audiat & cognoscat, & cum prædictorum voto & assistentia iustitia mediante terminet, Ac quæcunque computa, quæ tamen ex rationabili causa eidem Vitellotio Cardinali & Camerario de voto eiusdem Congregationis reuidenda videbuntur, etiam per prædictam Cameram, siue illius Officiales, & quoscunque alios, & sæpius solidata, declarata, & decisa, etiam si Romanorũ Pontificum, & nostram confirmationem, liberationem, & absolutionem contineant, diligenter reuideat, de nouo calculet, & calculari faciat, & acsi nunquã solidata, & declarata fuerint, mediante iustitia discutiat, declaret, & terminet, ac quæcunq; admissa, & in fraudẽ, damnũ, læsionẽ eiusdẽ Cameræ quomodolibet gesta, auctoritate nostra reuocet, & retractet, Omnesq; contractus super locationibus, & alienationibus, ac inuestituris bonorũ, & iurium, etiam quorumcunq; feudorum prædictæ Cameræ, etiam cum Roman. Pontificibus, & Sede Apostolica quomodolibet celebratos recognoscat, & læsionem eiusdem Cameræ continentes rescindat, & annullet, nullosque & irritos prout iuris fuerit decernat, & declaret. Ac quæcunque castra, oppida, territoria, villas, nemora, paludes, montes, & alia loca Dominij directi vel vtilis S. R. E. vel Cameræ Apostolicæ indebite à quibusuis particularibus personis quacunque dignitate, excellentia, & prærogatiua præfulgentibus, seu etiam Communitatibus, Vniuersitatibus, & Collegiis occupata illicite, vel detenta, ad eadem Cameræ prædictæ dimittendum, & relaxandum, sub pœnis & censuris arbitrio suo moderandis, & exequendis, etiam prout iustum sibi videbitur cogat & compellat. Et vt facilius hoc exequi possit, quoscunque quorumcunque bonorum castrorum, oppidorum, territorium, villarum, nemorum, paludum, montium & aliorum iurium eiusdem Cameræ detentores, & occupatores, ad titulum iustum suæ detentionis & occupationis huiusmodi, intra tempus seu terminum arbitrio suo præfigendum, coram se exhibendum mandet, & faciat, quo termino elapso, & titulo non exhibito, ad incorporationem bonorum huiusmodi de simili voto, prout tamen alias iuris fuerit, procedat. Cum facultate, de simili voto eiusdem Congregationis, eisdem in causis summarie, sola facti veritate inspecta, omni, & quacunque appellatione remota, etiam manu Regia, ac si nos ipsi in eisdem causis iudicaremus procedendi, & contra repertos dictæ Cameræ debitores, fraudatores & ipsius iurium, & rerum occupatores castrorum, & aliorum bonorum detentores, & quomodolibet delinquentes, vel census soluere cessantes, aut legitimis inuestituris, & titulis carentes, siue illos non exhibentes, eos in caducitatis feudorum, beneficiorum, & priuationis bonorum pœnas incurrisse declarandi, procedendi, & cum effectu exequendi, etiam per distractionem bonorum, & capturam pignorum & renutarum, ac personarum, ipsasque personas compellendi ad dictæ Cameræ integram satisfactionem, ac debitis pœnis etiam corporalibus, & decupli, ac alia prout in Motu proprio fel. rec. Pauli Papæ III. prædecessoris nostri, quem etiam per præsentes confirmamus, & quatenus opus sit innouamus; & coram Cardinale, & Congregatione huiusmodi locum habere decernimus, puniendi, pœnasque iuxta demeritorum, & personarum qualitates, etiam corporis afflictiuas, augendi, minuendi, commutandi, & exequendi, Ac dictam Cameram ad sua bona, & iura, castra, territoria siue illorum plenariam possessionem reponendi reintegrandi, & restituendi, cum potestate citandi etiam per edictum publicum, ac sub sententiis censuris, & ecclesiasticis, ac pecuniariis pœnis arbitrio suo moderandis, etiam simile edicto inhibendi, & monitoria ad personaliter, & non per procuratorem coram se comparendum, sub similibus pœnis decernendi, & relaxandi: Ac monitionibus & inhibitionibus suis inobedientes, censuras, & pœnas in eis contentas incurrisse declarandi, ipsasque censuras etiam iteratis vicibus aggrauandi, ac auxilium brachij sæcularis quoties opus fuerit inuocandi, Aliaque omnia, gerendi, faciendi, exercendi, & exequendi quæ in præmissis & circa ea sibi cum voto Congregationis prædictæ necessaria visa fuerint, & opportuna. Mandantes omnibus & singulis in statu nostro ecclesiastico, ac quibusuis aliis locis nobis, & dictæ sedi mediate vel immediate subiectis, Gubernatoribus, Thesaurariis, ac quibusuis aliis Regnis, Prouinciis, & Dominiis, iurium eiusdem Cameræ Collectoribus, Subcollectoribus Exactoribus, Commissariis, Administratoribus, & Officialibus, illorumque ministris, ac quibusuis aliis personis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub maioris excommunicationis latæ sententiæ, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, necnon quorumcunque feudorum, beneficiorum, & bonorum priuationis, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac duorum millium ducatorum auri de Camera, eidem Cameræ applicandorum, & aliis eidem Vitellotio Cardinali, & Camerario beneuisis pœnis, quatenus Mandatis & Monitionibus Vitellij Cardinalis, & Camerarij in præmissis pareant, & obediant, illiq; ac dictæ Congregationi quandò eis fuerit assistant. Ac inhibentes præfatis iudicibus, ne sub similibus pœnis ex nunc, prout ea tunc, & e contra,

Deputatio & facultates Camerarij cognoscẽdi vna cum quinq; Deputatis, causas concernentes interesse Cameræ Apost.

Computaq; Ministrorũ & aliorum etiam solidata reuidendi.

Et contractus læsionem Cameræ Apost. continentes rescindendi.

Detentoresq; bonorum eiusdem Cameræ cogendi.

Et manu Regia & appellatione remota &c. procedendi.

Officiales status Ecclesiastici obediant mandatis Camerarij.

posquam ipse Vitellius Cardinalis causam coram eis pro tempore pendentem, ad se vigore præsentis Motus proprij aduocauerit, vlterius ad quorumuis instantiam procedere debeant siue præsumant, Decernentes quicquid desuper per eos, seu quoscunque alios & S. R. E. Cardinales, aut eiusdem Palatij Auditores scienter vel ignoranter præsumptum fuerit, irritum & inane. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac priuilegiis, facultatibus, indultis, concession. donation. confirmation. exemption. absolution. & literis apostolicis eiusdem Nuncijs, Gubernatoribus, Thesaurarijs, Collectoribus, Subcollectoribus, Exactoribus, Administratoribus, Officialibus, Ministris, Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegiis & aliis personis prædictis, per quoscunq; Rom. Pont. prædecessores nostros, ac forsan nos, & Sedem, ac Cameram prædictas sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis, & Motu & scientia similibus, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis. Quibus omnibus, illorum tenores &c. pro sufficienter expressis habentes, Motu simili specialiter, & expresse derogamus, illaque reuocamus, cassamus & annullamus, irritaque decernimus, cæterisque contrariis quibuscunque. Et vt facilius & melius, quæ per eundem Vitellotiū Cardinalem & Camerarium, ac dictam Congregationem decreta & ordinata fuerint, executioni demandari possint, & valeant; Donato Matthæo Minali, prædicto moderno, & pro tempore existenti Thesaurario nostro generali, committimus & mandamus, vt quascunque pecunias, pro præmissis necessarias & opportunas, de mandato tamen eiusdem Vitellotij Cardinalis, & Camerarij soluendas exburset & persoluat, ac persolui faciat cum effectu. Quas quidem pecunias sic pro tempore solutas, nos in cōputis suis bonas faciemus & approbabimus perinde ac si de mandato nostro solutæ fuissent, prout per præsentē Motum propriū approbamus, & pro approbatis habemus. Nos enim eidē Vitellotio Cardinali & Camerario, quoscunq; Commissarios, Notarios, Secretarios, Officiales, Cursores, Computistas, seu Calculatores cum salario & prouisione sibi beneuisa, tam in Alma Vrbe nostra, quam vbique locorum cum simili, aut limitata potestate creandi, constituendi, & deputandi, qui ex tunc prout ex ea die, & econtra postquam ab eodem Vitellotio Cardinali & Camerario, creari, cōstitui, & deputari fuerint, à nobis creati, deputati, & constituti esse censeantur, plenam & liberam licentiam, & facultatem concedimus & impartimur. Volumus autem quòd præsentis nostri Motus proprij, etiam absque illius data, & registratura, sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, quacunque regula seu constitutione Apostolica contraria non obstante.

Decretum irritans.

Clausulæ derogatoriæ.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

C L I X.

Deputatio & facultates Cardinalis Camerarij executoris, constitutionis editæ circa rescissionem alienationum bonorum Sedis & Cameræ Apostolicæ.

Hanc constit. habes sup. nu. 125. Apostolicæ fol. 850. & ibi notaui.

PIVS Papa IIII. Motu proprio &c.

DECENS esse arbitramur & congruum ita nos circa constitutionum nostrarum præsertim Sedis & Cameræ apostolicarum vtilitatem concernentium debitam obseruationem sagaciter attendere, quòd in posterum eisdem constitutionibus impune contrauenien di causa cuiq; prorsus adimatur. Cum itaq; nos nuper certis rationibus moti de fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio & vnanimi assensu, ac ex certa nostra scientia, & de apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulas venditiones, cessiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hipothecas, concessiones, ac omnimodas alias alienationes, & contractus quascunque, quotcunque & qualescunque, ac in quorumuis etiam Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, & aliorum prælatorum fauorem, vel eorum contemplatione, de quibusuis ciuitatibus terris, oppidis, castris, & feudis, dominiis, locis & aliis stabilibus bonis, ac censibus, & iuribus quibuscunq; vbilibet constitutis ad sedem, & Cameram prædictas quomodolibet spectantibus per prædecessores nostros, ac nos & Sedem eandem ex causa lucratiua, & gratiosa, vel necessitate aut euidenti vtilitate Sedis, & Cameræ prædictarum id non exigente, seu sine aliqua, vel saltem minime correspectiua, aut competenti recompensa factas concessas, cofirmatas, & approbatas quantumuis longa vel longissima temporis præscriptione robur sumpsisse dici posset, apostolica auctoritate per alias nostras literas perpetuo reuocauerimus, rescinderimus, cassauerimus, irritauerimus, annullauerimus, & viribus omnino vacauerimus, prout in eisdem literis plenius continetur. Nos literas ipsas, ac in eis contenta quæcunque suos plenarios ac debitos effectus sortiri cupientes, Dilecto filio nostro Vitellotio Sanctæ Mariæ in Via lata Diacono Cardinali Vitellio nuncupato, nostro ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, per apostolica scripta mandamus, quatenus in virtute sanctæ obedientiæ ipse etiā vltra ordinariam sui Camerariatus officij facultatem per se vel alium seu alios literas prædictas ac in eis contenta quæcunque vbi & quando opus fuerit solemniter publicans, faciat auctoritate nostra executioni debitæ demandari, illaque firmiter & inconcusse obseruari. Non permittens Sedem & Cameram præfatas, ac pro eis agentes quoscunque contra literarum earundem tenorem indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles, literisque prædictis contrauenientes etiam contra eos manu Regia, ac simpliciter, & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij, solaque rei veritate inspecta procedens per censuras & pœnas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eius arbitrio infligen. moderan. & applican. omni quacunque appellatione, & reclamatione remota compescendo. Non obstan. de vna & duabus non tamen tribus dietis, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura, etiam si videbitur absque aliqua illius registratura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, quacunque regula seu constitutione apostolica contraria non obstante.

Hic Pontifex annullauit alienationes, infeudationes &c. bonorum Sedis & Cameræ Apostol. absq; competenti recompensa, aut euidēti eiusdem sedis vtilitate siue necessitate factarum vt sup. in const. 125 fol. 850.

Et modo deputat Camerarium executorē dictæ constitutionis.

Clausulæ derog.

Sola signatura sufficit.

Placet Motu proprio. I.

Reuocatio.

CLX.

Reuocatio constitutionis Pauli Quarti editæ circa formam contrahendi Societates Officiorum nuncupatas. Quam constit. habes supra fol. 581. nu. 11. Inter cæteras curas quibus.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.
CVM sicut accepimus fe. re. Paulus Papa Quartus prædecessor noster certis tunc expressis causis motus, quod nullus tam in curia, quàm in tota ditione Ecclesiastica Officialis cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ existeret, tunc, & pro tempore aliquam Societatem super aliquo, seu aliquibus ex Officijs ad tunc suam, seu Sedis, aut Cameræ Apostolicæ, seu Camerarij, Vicecamerarij, Pœnitentiarij maioris, & causarum Palatij Apostolici Auditoris, dispositione quomodolibet pertinentibus quæ vendi consueuerunt per eum obtinen. pro tempore cum aliqua alia persona, seu personis, Communi, Collegio, seu Vniuersitate, nisi præcedente Signatura ab eo, seu Rom. Pont. pro tempore existen. obten. in qua pacta & conuentiones partium exprimi deberent, pro cuius expeditione, & certa aduocatione medium pro centenario quolibet scutorum, seu ducatorum cogeretur soluere, inire præsumeret, & societates aliter quam sic initæ non valereot, & earum prætextu agi non posse, & forsan alia tunc expressa sua constitutione Motu proprio sub Datum Romæ apud sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo quinquagesimo quinto, nonis Octobris, Pontificatus sui Anno primo statuerit, & ordinauerit prout in ea latius continetur & habetur. Nos considerantes sicut fideli relatione percipimus, quòd ea huiusmodi constitutione multæ & diuersæ tam nostræ almæ Vrbis quam ditionis ecclesiasticæ, & extra eam personæ quæ earum pecunias in societatibus Officiorum huiusmodi contractare solitæ erant, ea prohibitione vix te nota tertiæ earum societates quæ in notabili numero & ingenti pecuniarum summa existebant statim disdixerunt & reuocarunt, ad extractionemque pecuniarum sic in societatibus datarum agere, & Officiales eorumque fideiussores cogere cœperunt, & enixe institerunt: quo factum est vt Officiales ipsi, & eorum fideiussores, tum etiam ob mala tempora quæ interuenerunt promptam non habeant quam restituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiusmodi Constitutionis difficultatem pecunias in societatem reperirent, eorum officia seu bona alia viliori etiam pretio vendere, & alienare, vel pecunias alias sub grauioribus etiam illicitis vsuris capere vel potius quod pluribus contingit decoquere, & ab Vrbe aufugere, & sic creditores defraudare omnino cogerentur ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quam ipsis particularibus Officialibus, & personis illata fuerint, quæ etiam hodie sustinent; Cupientes quantum cum Deo possumus his malis obuiare pro tempore futuro ac Officiales ipsos, & alios interesse putantes ab huiusmodi grauibus, & damnatis vsuris condebitis exactionibus liberare, Supplicationibus dilectorum filiorum nostrorum Populi Romani, & Conseruatorum almæ Vrbis nostræ super hoc nobis porrectis inclinati, eisque instantibus, & cum eis more pij patris benigne agere volentes, Motu simili ex certa nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine dictam Constitutionem per dictum Paulum Quartum vt præmittitur factam cum omnibus in ea appositis clausulis, cuius tenore, ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis haberi volumus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro cassatis, irritis, & annullatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacuamus. Volentes, & auctoritate nostra decernentes, quod de cætero ipsis Officialibus super tamen eorum Officijs societates quascunque cum pactis tamen licitis & honestis prout & quemadmodum ante constitutionem præfatam solitum erat, etiam nulla a nobis seu Ro. Pont. pro tempore existen. desuper expedita Supplicatione seu Signatura, non tamen vltra valorem Officiorum super quibus illas fieri continget, ita quod ad requisitionem secum Societates contrahentium teneantur in ipso contractu specialiter exprimere alias Societates super eodem Officio cõtractas si quæ sint, & si eas falso negauerint vel expresserint in toto vel in parte, pœnã priuationis officiorum ipsorum super quibus societates huiusmodi contractæ fuerint, sine tamen præiudicio creditorum quatenus aliunde illis satisfieri nõ possit, ipso iure incurrant. Et nihilominus tam ipsi quam fideiussores desuper præstiti ad satisfactionem Societatum, & debitorum desuper contractorum teneantur, & obligati existant, facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus desuper celebrare, qui alias tamen legitime, initi, validi & efficaces existant, & executioni demandari debeant, libere, & licite possint & valeant, licentiam & facultatem concedimus per præsentes. Dicta constitutione cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus non obstantibus quibuscunque præmissorum omnium & aliorum hic forsan necessario exprimendorum tenores pro plene & sufficienter expressis habentes

Paul 4. tradidit formam contrahendi Societates Officiorum nuncupatas, vt in eius constit. Inter cæteras quã habes sup. fol. 581.

Reuocatio dictæ const. Pau. 4.

Declaratio, vt societates initæ pristinum solitum nulla desuper expedita supplicatione, licite contrahantur super officijs, nõ tamẽ vltra valorem officiorum.

Officialesque tenentur ad requisitionem contrahentium, vera exprimere alias Societates contractas.

Pla. Motu proprio. L.

CLXI.

Reductio Officij Gubernatoris Almæ Vrbis, ad pristinum statum, & Reuocatio Constitutionis Pauli Quarti, quam habes sup. f. 639. n. 51. Cupientes.

De Facultatibus autem ipsius Gubernatoris notabo infra in Grego. 13. consti. 85. Sperantes.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.
LICET nos in ipso Pontificatus nostri initio experientia cognouerimus, statutum, ordinationem, & decretum per fe. re. Paulum Papam Quartum prædecessorem nostrum super deputatione trium pro Ciuilibus, & aliorum trium Auditorum pro Criminalibus causis in Almæ Vrbis nostræ, tunc suæ Gubernatoris Curia ventilandis, ad quarum expedition. Gubernator illos dumtaxat moueret, votum tamen minime ferre teneretur, præter eiusdem Pauli mentem expeditiones causarum magis retardant, litigantes inuoluunt, ac

Pau. 4. deputauit tres Auditores pro Criminalibus, & alios tres pro Ciuilib. causis in Curia Gubernatoris ventilandis, vt habes sup. in eius const. 51.

Guber-

Gubernatoris dignitati non modicum detrahunt, & confusion. potius inducunt, & propterea illa & desuper etiam in forma Motus proprij per eundem prædecessorem confectas literas penitus reuocauerimus, ac Gubernatoris Officium in pristinam, & eam in qua antea erat formam, reduxerimus, idque sæpius etiam in plena Signatura nostra declarauerimus, Et quando venerabilem fratrem Hieronymum Episcopum Sagonen. præfatæ Vrbis Gubernatorem constituimus, & deputauimus illum cum eisdem iurisdictione, auctoritate & facultatibus quibus cæteri Gubernatores Vrbis pro tempore ante præfatum Paulum prædecessorem vsi fuerunt constituere, & deputare intenderimus, ne tamen ex eo quod super reuocation. & declaratione, ac intentione nostris huiusmodi aliquæ literæ nostræ hactenus non emanarunt, de illis ab aliquibus hæsitari contingat, Motu simili, & ex certa scientia nos iam dudum a nostri Pontificatus initio statutũ, ordinationẽ, & decretum eiusdẽ Pauli Quarti præfata in totum sustulisse, & reuocasse, ac Gubernatoris officium in pristinam formam reduxisse per præsentes attestamur & declaramus, prout etiam per easdem præsentes ex nunc velut extunc tollimus, & reuocamus, ac respectiue reducimus, necnon omnes & singulas iurisdictionem auctoritatem, & facultates per quoscunque Rom Pont. prædecessores nostros, & præsertim piæ mem. Leonem X. Amadeo Berturo, ac cæteris Vrbis Gubernatoribus pro tempore concessas, per nos etiam præfato Hieronymo Episcopo Sagonen. a die quo eum prædictæ Vrbis Gubernatorem constituimus, & deputauimus attributas, ac omnia per eum, eiusque Auditores ab eo deputatos, & deputandos iuxta huiusmodi facultates acta, gesta, & facta, agendaque, gerenda & facienda, firma, & valida fuisse, esse, & fore, haberique, & censeri, Sicque per quoscunque, &c. irritum &c. sublata &c. debere decernimus, ac præsentium solam Signaturam nostram absque aliarum literarum expedition. sufficere, & vbique tam in iudicio, quàm extra illud fidem facere volumus. Præmissis, & Cancellariæ nostræ regulis, cæterisque in contrarium facien. non obstan. quibuscunque Statuti, ordinis, & decreti, cæterorumq; præmissorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, &c.

Sic autem Pont. dictã deputationem, & alia in Pauli 4. constitu. concessa reuocauit, & nũc denuo reuocauit, & officium Gubernatoris ad pristinam formam reducit.

Leo X const. istã habes sup. f. 285. nu. 7. & 8 pro.

Decretum irritans

Clausula de rogat.

Ita declaramus, & decernimus I.

CLXII.

Confirmatio Priuilegiorum, Canonicorum, & Capituli Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe, ac Iurisdictionis, & Facultatum Archipresbyteris eorum Iudicis.

Facultates istas, vide supra in Pauli III. consti. 71. Cum sicut fol. 483. & ibi not.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.

CVM sicut accepimus, dilectus filius noster Carolus tit. S. Praxedis S. R. E. presbyter, Card. Borrhomæus nuncupat. Basilicæ S Mariæ Maioris de Vrbe Archipresbyter, & dilecti filij eiusdem Basilicæ Canonici Capitulum, ac Beneficiati, & Clerici, & singulæ personæ præinsertos Motus proprios, omniaque Basilicæ huiusmodi Priuilegia pro illorum subsistentia firmiori, nostri & Sedi Apostolicæ patrocinio, & munimine roborari desiderent, Nos Carolo Cardin. Archipresbytero, & Capitulo Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, & personis Basilicæ prædictæ ob singularem eorum erga nos & Sedem Apost. deuotionem benigne annuere, ac eos specialis gratiæ fauore prosequi volentes, ac omnes, & singulas causas ciuiles, & beneficiales meras, & mixtas Ecclesias, seu spirituales, & profanas, necnon etiam criminales (citra tamen pœnam sanguinis, & corporis afflictiuam) tam inter Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, & Clericos, aliasque prædictæ Basilicæ, & alias quascunque personas, cuiuscunque status, gradus, dignitatis, & præeminentiæ existentes, de & super censibus, Canonibus, pensionibus, responsionibus, & alijs quibuscunque rebus, & bonis ad dictam Basilicam spectan. & pertin. vel ius, aut interesse prædictæ Basilicæ, quomodocunque & qualitercunque concernen. directe, vel indirecte, quàm etiam inter ipsosmet Canonicos, & Beneficiatos, Clericos, Cappellanos, & Sacristanos, & alias eiusdem Basilicæ personas, & alios prædictos, & alias quascunque personas, loca, collegia, & vniuersitates, ac communitates super quibuscunque bonis, & pecuniarum summis, rebusque alijs quocunque nomine nuncupat. & quomodocunque qualificat. ad dictos Canonicos, Beneficiatos, & Clericos, ac quemlibet eorum quomodolibet spectan in genere, vel in specie, coram quibuscunque Rom. Cur. seu alijs quibusuis Iudicibus, Locatenen. & Auditoribus, & S. R. E. Cardin. quomodolibet, & in quacunque instantia penden. in statu, & terminis: in quibus reperiuntur, ab eisdem Iudicibus, & ex tenore præsentium auctoritate Apostol. motu simili, & ex certa scientia nostra, ad nos aduocantes præinsertos Motus proprios, omniaque alia, & singula Priuilegia, facultates, exemptiones, libertates, prorogatiuas, antedationes, iurisdictiones, auctoritates prædictæ Basilicæ, necnon eiusdem Basilicæ stylum, mores, consuetudines, statuta, indulta, & gratias, aliasque præfatæ Ecclesiæ, ac Carolo Cardinali Archipresbytero, necnon Capitulo, & Canonicis Beneficiatis, & Clericis prædictis, etiam super collatione quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum per prædictos, & quoscunque alios Rom. Pont. prædecessores nostros in genere, vel in specie, & alias quomodolibet concessa facta, edita, obseruata, & vsu existentia, ac desuper signat. ac confectas literas motus proprios supplicationes, instrumenta, & alias scripturas, & in eis contenta, ac illorum vigore subsecuta, gesta, & emanata quacunque auctoritate, motu, & scientia similibus tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innouamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesq; & singulos tam iuris, quam facti, & solemnitatum defectus si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, ac singula præmissa, & in præinsertis, alijsque motibus proprijs supplication. literis, instrumentis, & scriptoris Basilicæ Archipresbytero. Capitulo, & Canonicis prædictis, vt præfertur concessa, & inde secuta quæcunque valida, & efficacia fore, & esse, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruari debere; & ita per prædictos, & quoscunque alios Iudices, &c. omnesque causarum Palatij nostri Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales sublata, &c. iudicari debere, irritumque &c. decernimus, & nihil pro potiori cautela, eadem omnia, & singula eisdem auctoritate motu, & scientia, & tenore modo & forma, quibus concessa sunt, de nouo concedimus, ac omnes & singulos prædictos, vt præfertur & alias quomodolibet penden. & ad nos aduocatas, & alias qualescunque causas, lites, & quæstiones, molestias, & differentias, vt præfertur, & alias quomodolibet specificat. & qualificatas

Aduocatio causarum Basilicæ, & Capituli, sanctæ Mariæ Maioris coram quocunque Iudice pendentium.

Cõfirmatio omnium Priuilegiorum, & Iurisdictionum Archipresbyteri, & Basilicæ præfatæ. Quæ intelligitur cũ clausula, quatenus sint in vsu & Concilio Tridentino nõ contraria, vt hic in fine.

Decretum irritans.

ficatas modo, & forma præmissis, ac inter Canonicos, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, Cappellanos, & Sacristas Basilicæ prædictæ, aliasque personas motas, & mouendas actiue, & passiue eidem Carolo Card. & pro tempore existen. Archipresbytero Basilicæ prædictæ, illius Vicecancellario deputato, & deputan. etiam summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij, & etiam si videbitur quãdo opus fuerit manu Regia alias iuxta præinsertorum motuum propriorum tenorem cum omnibus earum inciden. & audien. cognoscen. diuiden. fineque debito terminan. committimus, & mandamus eum potestate citan. & inhiben. &c. in eisdem causis, &c. qualiter earum secundum dictorum motuum propriorum tenorem proceden. citationesque per Cursorem, seu mandatarium ad id per Reuerendiss. D. Archipresbyterum deputan. in causis quibuscunque vigore huiusmodi motus proprij fieri facien. aliaq; facien. in præmissis. & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna præmissia, ac constitution. & ordination. Apost. statutisque Priuilegijs, etiam nouissime in fauorem Pop. Ro. concessis, & conceden. ac cum clausulis derogatoriarum derogatorijs, stilo Palatij, & Rom. Cur. cæterisque concessionibus in præinsertis, & quibuscunque alijs motibus proprijs concess. non obstan. contrarijs quibuscunque statum pro sufficienter expressis haben. cum clausulis opportunis. *Facultas deputãdi Cursorem, vel Mandatarium.* *Clausula derogatoria.*

Fiat Motu proprio. I.

Et cum absolutione a cen. ad effectum, &c. & de confirmatione, approbatione, innouatione, adiectione, suppletione. Decreto, noua concessione, commissione, mandato, derogatione alijsque præmissis, ac supra, quæ hic pro sigillatim repetitis haberi perpetuo in forma gratiosa latissime extenden. & si videbitur cũ opportuna executorum deputatione qui assistant. &c. & sub cen. &c. Cum facultate aggrauan. inuocato sæcularia latissime exten. Et quod præmissorum omnium, & singulorum & cognomina Iudicum collitigan. stat. merit. innouation. denominat. annea. qualit. nuncupat. aliorumque necessariorum maior, & verior, spec. & expr. fieri poss. in literis expedien. & de confirmatione Priuilegiorum tantum quatenus sint in vsu, & decretis Concilij Tridentini non repugnent. *Repetitio clausularum.* *Declaratio confirmationis Priuilegiorum.*

Pont. supradictus obijt Romæ V. Idus Decembris 1565. & sepultus fuit in Basilica S. Petri, & mox ad Ecclesiam S. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis translatus.